300

CAROLI MOLINÆI

FRANCIÆ ET GERMANIÆ CELEBERRIMI JURISCONSULTI,

ET IN SUPREMO PARISIORUM SENATU ANTIQUI ADVOCATI,

OMNIA QUÆ EXTANT OPERA,

EX VARIIS LIBRORUM APOTHECIS, IN QUIBUS LATEBANT, nunc primùm eruta, & simul typis commissa, permultisque mendis, quibus sensim scatebant, ad exemplaria tùm ab Authore recognita, tùm à Viris Doctissimis, Jurisque Peritissimis inter legendum notata, & quàm fieri potuit diligentissimè purgata.


EDITIO NOVISSIMA QUINQUE TOMIS DISTRIBUTA, auctior & emendatior.

HORUM SERIEM PAGINA SEQUENS INDICABIT.

Bibliothèque de M. Michel de Pibrac

TOMUS QUARTUS.

IV



PARISIIS, *In Officina* P. ROCOLET.

Sumptibus Viduæ DAMIANI FOUCAULT, Regis & Urbis Typographi, In Palatio, in Porticu super Carcerem posito, sub Scutis Regis & Urbis.

M. DC. LXXXI.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Source : BIU Cujas

CAROLI
MOLINAEI
FRANCIAE ET GERMANIAE
CELEBERRIMI IURISCONSULTI,
ET IN SUPREMO PARISIORUM SENATU
ANTIQUI ADVOCATI,
OMNIA QUAE EXTANT OPERA.



PARISIIS, In Officina P. Roccolet.

M. D. C. LXXXI.

Source : BIU Cujas

FRANCISCI PINSSONII
BITURICI
PARISIENSIS ADVOCATI,
MANUALE JURIS PONTIFICII,
CÆSAREI, ET GALLICI:
COMPACTUM
EX ANNOTATIONIBUS CAROLI MOLINÆI
AD JUS PONTIFICIUM SIVE CANONICUM.

ADVERSARIIS
GABRIELIS DU PINEAU SENATORIS ANDEGAVENSIS
ad Molinæanas Annotationes.

ANIMADVERSIONIBUS
EJUSDEM PINSSONII AD UTRUMQUE.

IN QUIBUS JUS QUOTIDIANUM ET FORENSE EXHIBETUR
ex Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ uberiori penu.

CONSTITUTIONUM REGIARUM TUM ANTIQUIORUM
tum recentiorum inexhausto fonte.

ET SUPERIORUM GALLIÆ TRIBUNALIUM DECRETORIO STILO.

Source : BIU Cujas

FRANCISCI PINSSONII
BITURICI
PARISIENSIS ADVOCATI,
MANUALE JURIS PONTIFICII
CAESAREI, ET GALLICI:
COMPACTUM
EX ANNOTATIONIBUS CAROLI MOLINAEI
AD JUS PONTIFICIUM SIVE CANONICUM
ADVERSARIIS
ad Molinaeos Annotatores.
ANIMADVERSIONIBUS
EJUSDEM PINSSONII AD UTRUMQUE.
IN QUIBUS JUS QUOTIDIANUM ET FORENSE EXHIBETUR
ex Libertate Ecclesiae Gallicanae ejectum penu.
CONSTITUTIONUM REGIARUM TUM ARRESTORUM
tum recentiorum incubratio fore.
ET SUPERIORUM GALLIAE TRIBUNALIUM DECRETORIO STILO.

Source : BIU Cujas

ILLUSTRISSIMO DOMINO D.

JOANNI BAPTISTÆ COLBERT,

REGI AB INTIMIS CONSILIIS,

ET SECRETIORIBUS MANDATIS,

GENERALI ÆRARII MODERATORI,

SUMMO REGIORUM ÆDIFICIORUM PRÆFECTO,

REGIORUM ORDINUM QUÆSTORI,

MARCHIONI DE SEIGNELAY, &c.

QUOD aliàs in votis fuit, VIR ILLUSTRISSIME, *unam è noſtris litterariam tabellam tibi appendere, Quod te præcipiente dilatum, ut Ludovico Magno Regi Chriſtianiſsimo Pragmaticam Sanctionem Caroli ſeptimi, poſt oblatam S. Ludovici Antiquiorem Pragmaticam conſecrarem, Te annuente iterùm repeto, ut hoc Manuale Iuris Pontificii, Cæſarei, & Gallici tibi lubentius offerarn, cum enim tibi*

Source : BIU Cujas

Thesauri Regii condendi & depromendi sollicitudo incumbat, habebis ex jure Cæsareo, in hoc manuali recondito, & præcipuè ex tribus posterioribus libris Codicis Iustinianæi, quorum jure in plærisque constat, certiores regulas, unde justè & secundum leges nummos Regios colligendos procures & dispensandos; cum ex officio supremi Amanuensis, mandata Regia quæ ad Clerum Gallicanum spectant, excipias, & executioni mandari procures, habebis iterum ex hoc manuali legum sacrarum Vberiorem scientiam libertatum Ecclesiæ Gallicanæ moderamine temperatam; cum & ex eodem tuo illo sacro munere, super transvectiones maritimas ab Oriente usque ad Occidentem procurandas, & super negotiationes terrestres & commercia, novasque fabricas adinveniendas & excolendas præpositus sis, habebis ex Constitutionum regiarum, tum antiquiorum, tum recentiorum uberi alveo, & inexhauriendo fonte, qui ex hoc manuali abundantius profluit, quidquid conducat ad sanctiores reddendas

Source : BIU Cujas

negotiationes, tum terreſtres, tum maritimas, tum in tranſvehendis Viris piis, & zelantibus ſalutem animarum, ad inſtruendos Barbaros & Gentiles, & Chriſtianæ doctrinæ dogmatibus imbuendos, tum ad Chriſtianos ipſos & fideles Saracenorum carceribus mancipatos, priſtinæ libertati & relligioni reddendos incolumes, tum in Cives ipſos Vſuris extraordinariis ſublevandos; interim det tibi Deus Neſtoreos annos, VIR ILLUSTRISSIME, *ut ad utilitatem publicam quam diutiſsime fruaris muneribus illis ampliſsimis, tibi à munificentiſsimo & æquiſsimo Rege collatis; quæ cum ampliorem in dies tibi clientum ſeriem meritò parere habeant, me utique quamvis minus utilem in numerum admitte, tibique devotam familiam meam adſcribe quod utique expoſtulat,*

AMPLITUDINI TUÆ,

Devotiſſimus & addictiſſimus
FRANCISCUS PINSSONIUS.

Source : BIU Cujas

ANTONII CONTII JURIS UTRIUSQUE Doct. in emendatum & *** à se Gratiani volumen Præfatio, ad Vir. Clariss. Michaelem Hospitalium Franciæ Cancellarium.

Ex Bibliotheca Viri Doctissimi Nicolai Catharini Senatoris, & Regii apud Bituriges Advocati.

NON eram nescius, Sapientissime Domine, cum emendando Gratiani volumini operam darem, quid in universum de hujusmodi authorum genere plærique sentirent ac publicè pronuntiarent, quamque infœliciter in his rebus peritiora ingenia occupari deplorarent. Audieram etiam quosdam qui quod in eo volumine multa falsa, conficta, adulterata, & perperam posita essent, & plurimis sanctis Canonibus ac Patrum Sententiis interpolata, prorsus abolendam horum librorum memoriam censerent, vetusque de eo proverbium dictitarent σκῦλα ἱερὰ: quosdam verò non censurâ modo, aut sententia, sed etiam facto atque publicâ executione idem fuisse testatos; eo denique postea rem venisse, ut totum hoc Jus quod Canonicum dicitur, Jus combustum contumeliose vocitarent. Neque verò hìc locus, aut otium, quod aliis quoque studiis multoque potioribus impertior; patitur, ut de tota Juris Canonici ratione disseram, aut quandiu quatenusve his libris indulgendum sit aperiam. Illud prætermittere non possum quin admoneam turpe esse in Schola vel Foro versantibus Jus quo Civitas ipsorum utitur ignorare. Jam verò memini paulò in Jure vel Foro aliquo Francicæ Civitatis versato ignotum esse potest, non minorem esse usum Juris illius Canonici, quàm Civilis Romanorum. Idque non ex aliquo errore usurpari, sed ex authoritate Regis Francorum, eâdem qua & Jus Civile Romanorum hîc pro Lege ac Jure observatur, Jure an errore, scientiâ an opinione id ita persuasum Regi sit, nunc non disputo. Hoc aio Jus istud ex ejus voluntate valere. Parùm enim refert utrumque illud Jus Rex sigillatim ipse composuerit promulgaveritve, an ab aliis compositum Civibus ac Provincialibus observandum mandarit. Quin etiam si id posuero atque astruxero, non posse hodie judicia & causas ex eo solo Jure quod nobis reliquit, plenè ordinari, instrui & peragi; hanc verò partem totam ex Jure Canonico ad tolerabilem sive modum posse suppleri, nihil novum aut inauditum attulisse videbor his qui totum Jus Justinianæum diligenter expenderent & qui observarunt Justinianum, dum omnem Juris ordinem qui paulò ante retinebatur tollit, & veteres Jurisconsultorum sententias & plæraſque Leges eò pertinentes supprimit, vix primum ingressum judiciorum satis luculenter adumbrasse. Inde factum est ut quotquot Glossographi Doctores, Juris Interpretes, Causidici aut Pragmatici de Ordine judiciario

Source : BIU Cujas

præceperint, omnia pene dicta & pronuntiata ſua ex jure Canonico deprompſerint; magis adeò quod Juris Civilis penuriam animadverterent, quàm quod Juri Canonico immodice aſſentarentur, aut Jus civile ignorarent. Forte quod ad reliquam eamque præcipuam Juris Canonici partem attinet, ſi componantur Doctrinæ & Theologorum diſſidia, nullam profectò ſanctiorem regendæ Eccleſiæ diſciplinam excogitari poſſe arbitror, quàm quæ veteribus Conciliis & Patrum Regulis ſtabilita eſt. Quæ omnia fere Concilia & regulas atque epiſtolas Pontificum ſumma & diligenti methodo Gratianus hoc volumine digeſſit. Cùm de Conciliis & Regulis diſputo, non extremam hanc fœcem & morum corruptelam intelligo, quibus infinitis diſpenſationum, gratiarum, ſimoniarum, exceptionum, unionum, præventionum, curſuum celerum & concurſuum figmentis tanquam irregularibus & obliquis & quaſi Leſbiis normis inflectuntur & corrumpuntur. Vetuſtiſſimas quaſque regulas exaudio, quæ quò ſunt vetuſtiores eò debent eſſe firmiores, & recentioribus derogare. Nam Jure quidem Civili ac duodecim Tabulis quod poſtremum plebs ſanxit, id Jus ratumque ſemper eſſe debet. At quotieſcumque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius magis tuenda eſt ſententia, cujus antiquior aut potior extat autoritas, ut habetur apud eundem Gratianum Diſt. 50. Can. 29. ex Epiſtola Iſidori ad Maſſonem Epiſcopum. Eorum verò qui idcirco totum volumen abjiciunt quod in eo multa eſſe mala putent, non poſſum non requirere judicium. Quæ enim ſtultitia eſt aliquem librum quia multa mala immixta habeat totum condemnare? Sit ita, ut dicunt. Multa corruperit Gratianus, multa falſa inſeruerit, denique in hoc libro quæ in Ægypto ait Homerus, φάρμακα πόλλ' ἐσθλὰ μεμείγμενα πόλλα δ' λυγρά. An tamen ſtatim liber abolendus erit? Ergo abolenda erit Poëtica quæ quaſi multa Circes pocula propinat, quam tamen explodendam nemo ſanus dicat. Summi verò Philoſophi, atque inter illos Plutarchus, in Libro, utrum liceat juveni audire Poeticam, magnopere retinendam contendunt. Sed quid aio Poëticen? An det ullus liber, exceptis illis viginti duobus libris (qui vere & per excellentiam libri nullo addito vel libri vere Canonici appellantur) de quo dubitare non liceat, aut diſceptare, an vera aut recta ſint quæ eo continentur? Quod ſi ſecundùm S. Auguſtini lib. 19. de Civitate Dei cap. 18. licebit, quis erit liber, quis commentarius, quæ ſcheda vel epiſtola eorum qui tam facile alios reprehendunt, quas non liceat eorum jure damnare, vel majore cum venia abolere?

Nunc ne improbe Gratianum ipſum ab omni reprehenſionis anſa & occaſione vindicare voluiſſe videamur, candide in medium conferam ea in quibus nobis vel dormitaſſe, vel non ſatis ex fide quæ receperat exploraſſe aut perfeciſſe videri poſſit: ita tamen ut culpa vel potius ſæculi ſui errore ac profunda rerum caligine prolapſum interpretari maluimus, quam dolo aut aliquâ Pontificibus Romanis aſſentandi ambitione.

Hujus autem generis ſunt Epiſtolæ primorum Romanæ Urbis Pontificum, Clementis, Lini, Cleti, Anacleti & ſequentium uſque ad Sylveſtrum, & deinceps uſque ad Siricium, quas multo poſt tempore à nebulonibus quibuſdam confictas & concinnatas certioribus mihi videor indiciis, quàm quiſquam hactenus deprehendiſſe.

Primo quod barbariore phraſi, aut ſtylo, aut compoſitione deteriore ſint conſcriptæ, quàm ferret illorum temporum conditio; cum præſertim

Source : BIU Cujas

Leonis primi, Gelaſii, Innocentis, Cæleſtini, & cæterorum quorum vera ſcripta extant, epiſtolæ longe illis ſint elegantiores, latiniores, religioſiores. Secundò quod loci Scripturæ qui in illis allegantur ex nova Hieronymi tranſlatione quæ nondum extabat, & quam nec ipſe Hieronymus, nec alius ejus temporis Scriptorum Catholicorum allegare tum auſus eſt, vigente adhuc ſeptuaginta Interpretum tranſlatione. Et quomodo eam citare potuerint antequam eſſet. Tertium & vehementiſſimum indicium eſt quod plerumque illic conſtituuntur & decernuntur quæ longo poſt tempore primùm ab Imperatoribus conſtituta vel poſterioribus Synodis fuerunt inducta. Unum autem quod omnibus inſigne exemplum in medium proferam, Eleutherio uni ex illis Pontificibus Gratianus affingit Can. judicantem. 39. qu. 5. quod & in primo tomo Conciliorum legitur in integra ipſius Julii epiſtola. Atqui illa ſunt Legis Conſtantini verba (quo plus centum annis illo tempore poſterior fuit) perperam in eam epiſtolam ad verbum fere tranſlata cum peſſimi interpretis gloſſemate. Nam exſtat ea Lex in Breviario Alarici & Codicis Theodoſiani ſub titulo de Judiciis. L. 1. Quod Breviarium habuit Gratianus, & ex eo multa in ſuum volumen tranſtulit. Additur 3. 4. 8. E. Zephyrini. ****

Cætera deſunt.



ORDO ET SERIES
OMNIUM TRACTATUUM
QUI IN HOC QUARTO CAROLI MOLINÆI
OPERUM VOLUMINE CONTINENTUR.

Quorum & qui de novo huic editioni ſupervenerunt notati extant aſteriſco fronti cujuſlibet novi Tractatus inſcripto.

JUS CANONICUM.

* *CAROLI Molinæi Annotationes ad Ius Canonicum, & in eaſdem Gabrielis du Pineau & Franciſci Pinſſonii Annotationes.* pag. 1

Commentarius ad Edictum Henrici II. contra parvas Datas. 299

Les Commentaïres Analytiques ſur l'Edit des petites Dates. 370

Factum pour la juſtification du Traité *Contra parvas Datas.* 516

* *In Molinæum pro Pontifice Maximo Authore Remundo Rufo.* 523

* *Franciſci Hotmanni Vilierii de ſtatu primitivæ Eccleſiæ ad Remundum Rufum.* 639

* *Duplicatio Ruſi in Patronum Molinæi.* 661

* *Ioannis de Selva Tractatus de Beneficio.* 695

Source : BIU Cujas

PRIVILEGE DV ROY.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Grand-Conſeil, Requeſtes de noſtre Hoſtel & de noſtre Palais à Paris, Baillifs, Seneſchaux, Prevoſts, leurs Lieutenans, & à tous autres nos Juſticiers qu'il appartiendra; ſalut: JEAN BAPTISTE COIGNARD Imprimeur & Marchand Libraire à Paris; Nous a fait remontrer qu'il auroit cy-devant acquis une part au Privilege du Livre intitulé *Caroli Molinæi Iuriſconſulti Opera*, qu'il voudroit reimprimer, s'il Nous plaiſoit luy vouloir accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires. A CES CAUSES, deſirant traiter favorablement ledit Expoſant, eu égard au merite de l'Ouvrage, & à la grande dépenſe qu'il faût qu'il faſſe pour une entrepriſe de cette conſequence: Nous luy avons permis & permettons d'imprimer & faire imprimer ledit Ouvrage tout autant de fois qu'il ſera neceſſaire pendant le temps & eſpace de trente années, à compter du jour qu'il ſera achevé d'imprimer pour la premiere fois, en telle marge & caractere qu'il voudra: Faiſant tres expreſſes inhibitions & deffenſes à tous Marchands Libraires Imprimeurs, & à tous autres de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, contrefaire ou alterer leſdits Livres, les vendre ny les diſtribuer par toutes les Terres & Seigneuries de noſtre obeiſſance d'autre impreſſion que de celle dudit Expoſant, à peine de trois mil livres d'amende, applicable un tiers à Nous, un tiers à l'Hoſpital General, & l'autre tiers audit Expoſant, de confiſcation des exemplaires contrefaits, & de tous dépens, dommages & intereſts, à la charge de mettre deux exemplaires deſdits Livres en noſtre Bibliotheque publique, un en celle du Cabinet de nos Livres en noſtre Chaſteau du Louvre, & un en celle de noſtre amé & feal Chevalier Chancelier de France le ſieur d'Aligre, avant que de les expoſer en vente, à peine de nullité des Preſentes: SI VOUS MANDONS que du contenu en icelles vous faſſiez & ſouffriez joüir & uſer pleinement & paiſiblement ledit Coignard & ceux qui auront droit de luy, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit donné aucun empeſchement: VOULONS qu'en mettant au commencement ou à la fin de chacun deſdits livres copie deſdites Preſentes ou extrait d'icelles, elles ſoient tenuës pour bien & deuëment ſignifiées, & que foy y ſoit adjoûtée & aux copies collationnées par l'un de nos Amez & Feaux Conſeillers Secretaires comme à l'Original: MANDONS au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, faire pour l'execution des Preſentes tous exploits, ſaiſies, & autres actes requis & neceſſaires, ſans pour ce demander autre permiſſion, nonobſtant toutes oppoſitions ou appellations quelconques, clameur de Haro, Charte Normande, priſe à partie, & Lettres à ce contraires, dont nous nous reſervons la connoiſſance & à noſtre Conſeil: CAR tel eſt noſtre plaiſir. DONNE' à Saint Germain en Laye le vingt-troiſiéme jour de Janvier l'an de grace mil ſix cent ſoixante ſeize, & de noſtre regne le trente quatriéme. Par le Roy en ſon Conſeil. DESVIEUX.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté le premier Février 1677. Signé D. THIERRY, Sindic.

Ledit Coignard a aſſocié audit Privilege Denys Thierry, Nicolas Pepingué, la veuve Damien Foucault, Jean Guignard, J. Cochart, Theodore Girard, Auguſtin Beſoigne, Antoine Dezallier & Charles Oſmont, pour par leſdits Aſſociez en joüir & uſer conjointement durant tout le temps porté par iceluy.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 20. *jour de Decembre mil ſix cens quatre-vingt.*

CAROLI

Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI
ANNOTATIONES AD JUS CANONICUM,
ET PRIMÙM
ANNOTATIONES IN DECRETUM.

DECRETI GRATIANEI PRIMA PARS.
DISTINCTIO PRIMA.
IN PROEMIO.
MONITUM LECTORI.

MONITUM LECTORI.

AB EO loco incipiunt Molinæanæ Annotationes in editione Hugonis à Porta & Vincentii anni 1559. & quæ Asteriſco notantur in margine, in hac ſola editione reperiebantur, cæteræ in earumdem Hugonis à Porta & Vincentii editione anni 1553. quarum quædam cum in editione anni 1559. deſiderarentur, in hacce reſtitui, nequid monumentorum clariſſimi necnon doctiſſimi Viri inediti tum ſupereſſet, quibus tamen & addidi notas & cenſuras clariſſimi juxta & eruditiſſimi Viri *Gabrielis du Pineau* Senatoris Andegavenſis, quæ nobis ſubminiſtratæ fuerunt liberaliùs à clariſſimo & generoſiſſimo Viro Chriſtophoro *du Pineau* ejuſdem filio, quibus & in pleriſque locis & noſtras adjecimus, & ideò hîc ſubjecimus Monitum ſeu Præfationem domini Gabrielis du Pineau, ſuis notis & cenſuris præfixam in hæc verba. F. P.

Ad Caroli Molinæi notas in Decretum, Decretales Gregorii IX. Sextum Bonifacii VIII. Clementinas, Extravagantes, & Gloſſas, adverſaria G. D. P. Regii apud Andes Conſiliarii.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO Dom. G. D. P. ad Notas & Cenſuras ſuas in Molinæum.

CAROLUS Molinæus in omni ſcientiarum genere apprimè verſatus, Juris Civilis Romani, Canonici, & Gallici callentiſſimus, Eccleſiæ Catholicæ per Baptiſmum Alumnus, ab ejus ſinu Novatorum ereptus infauſta ſeditione, notas in Juris Canonici Textum, & Gloſſas ſcripſit, & publicavit, multas ex Commentatorum ſcriptis, brevi compendio excerptas, verè laudandas, alias ex libito, quaſdam incogitanter, quaſdam odiosè in Romanam Curiam, ſed & in Eccleſiam ipſam acriori ſtilo rubicantes, quaſi lolium & zizaniam ſemini bono ſuperſeminans: de quibus cum quæreret quidam tanti Authoris operum Lector aſſiduus, quas improbarem, à me, ut ſeligerem, petiit, mearumque ſive Cenſurarum, ſive Animadverſionum parerga, petitis annui, quamtumque ex otio licuit, ſi non perfeci, ſaltem quatenus mei poſſent humeri, facere tentavi. G. D. P.

DISTINCTIO I.
PROEMIUM.

* TEXTUS. In quo conſiſtat Jus naturale, hoc eſt divinum.

IN Textu ibi. *Jus naturale (id eſt divinum, ut in Gloſſa habetur infra. in verb. naturale.) in lege & evangelio continetur.*

Verum eſt, & ample, in lege ſcilicet Moſis, vel decalogo, & evangelio continetur, nempe promiſſio & exhibitio vitæ æternæ credentibus per Chriſtum in lege promiſſum, & in Evangelio exhibitum. C. M. Ibidem.

* GLOSSA. Jus naturale, hoc eſt divinum duplex.

In Gloſſa. Ibi. *Humanum genus regitur Jure naturali, id eſt divino.*

Idem ſentit Iſidorus. ut cap. ſequent. & male, quia politia externa regitur Jure naturali & poſitivo, ſed

Source : BIU Cujas

utrumque subest divino, quod altius est naturali; late Joan. Gerson in lib. de Vit. spirit. animæ. Latius & doctius Aret. Feli. in præfat. Psalm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Expositio præcepti Juris, *ut quisque alii faciat, quod sibi fieri velit.*

In Glossa verb. *Iure quo quisque jubetur alii facere quod sibi vult.* Ibi *vult expone Iubetur, id est, consulitur.* Et male; quia omnino præceptum est, sed expone *vult* ex eodem naturali dictamine, non autem ex perturbatione concupiscentiæ. Vide quæ dixi in tract. Usur. quæst. 11. C. M.

MONITUM. Ad suppressas Molinæi Annotationes ex parte, etiam tacito nomine Molinæi.

Hæc annotatio retenta ab emendatoribus Romanis, & margini suæ inscripta, suppressis his verbis, *Vide quæ dixi in tract. Usur. quæst.* 11. quæ Carolum Molinæum notabant, ut in plerisque aliis locis; de de quo te monitum volui. F. P.

Can. 1. *Omnes.*

TEXTUS. Uti possibilia mandata Dei.

In Textu ibi. *Leges divinæ natura constant.* Imò longè supra naturam etiam integram: quamquam mandata divina possibilia erant homini ante lapsum Adæ, sed non post, nisi regeneratis, & adhuc non virtute ipsorum, sed fidei, hoc est Spiritus sancti in fidelibus tantum operantis. C. M.

Can. 5. *Consuetudo.*

TEXTUS. Quid sit consuetudo, sive Jus non scriptum.

In Textu ibi. *Consuetudo partim redacta in scriptis, partim moribus utentium reservata.* Quando ita simpliciter ut ex nunc statuitur, sed si consuetudo publica authoritate in scriptis redigitur, & authoratur ne dubitetur, & alia approbatione opus sit, nihilominus consuetudo est, & dicitur, ut dixi in consuet. Paris. in proem. C. M.

DISTINCTIO VIII.

Can. 2. *Quæ contra mores.*

INSCRIPTIO. Correctio inscriptionis.

In inscriptione. *Augustinus ait lib. 2. Confessionum.* Imo Confessionum 3. cap. 8. tom. 1. C. M.

DISTINCTIO IX.

Can. 9. *Noli frater.*

TEXTUS. Nihil hic notatu dignum nisi quod elucidatur Textus & citatio.

In Textu ibi. *Non dedignamur dictum Apostoli accipere; & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus revelavit,* ibi *dictum Apostoli.*

Philip. cap. 3. C. M.

DISTINCTIO X.

Monitum Lectori.

MONITUM LECTORI. In editionem Notarum Molinæi auctiorem, à Nicolao Freroto renovatam, & Censuras Dom. G. D. P. eisdem adjectas.

Ab hac distinctione X. incipiunt Annotationes Molinæanæ editionis anni 1553. à Nicolao Freroto Carnotensi, Parisiensi Advocato renovatæ anno 1603. editis Molinæi annotationibus seorsim à corpore Juris, & in eam solam editionem Dom. G. D. P. suas notas & censuras adjecit, non tamen ad omnes, sed prout sequitur. F. P.

Can. 9. *De Capitulis.*

INSCRIPTIO. Ad historiam Canonis & Inscriptionis ejusdem.

In inscriptione. *Item Leo IV. Lothario Augusto.* Hujus nominis primo, filio Ludovici Pii, & nepoti Caroli Magni, ut dixi in Consuetud. Paris. tit. 1. in rubrica. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. De legibus imperialibus à Romanis Pontificibus servatis.

In Glossa verb. *De Capitulis Imperialibus irrefragabiliter custodiendis, si quis dixerit vobis aliter, sciatis eum pro certo mendacem. Iuncta inscriptione præcedente. Leo IV. Lothario Augusto.* Ibi *Magna humilitate hic loquitur, supple Leo.*

Secundum Archidiaconum & Cardin. Alexand. hic ignavia & timiditate, quæ omnia falsa, quia imo ex sincera veritate, ut dixi in comment. ad edict. Henr. II. in Præfat.[a] C. M.

[a] Locus est num. 12. sed quod de ignavia & timiditate ex Archidiacono & Cardin. Alexandr. refert, commentitium est; imo Cardin. Alexandr. scribit Papam loquentem Imperatori, non ei tantam debere reverentiam, quantam inferior loquens coram Principe, quare Molinæo dici potest cum Leone IV. eum esse mendacem; sed verus hujus Canonis sensus ut pateat, tùm lectio germana restituenda est, tùm res à primo (quod aiunt) ovo repetenda. Molin. legit ut & Glossa, *De Capitulis vel præceptis Imperialibus vestris, vestrorumque etiam Pontificum, prædecessorum:* quæ lectio sensu caret & ratione; nec enim Lotharii Imperatoris avus & pater in Occidente prædecessores Imperatores Christiani, Pontificis nomen vel dignitatem assumpserunt, ut olim Imperatores Ethnici, & ipsemet Constantinus retinuit: Ivo decret. part. 4. cap. 176. legit, *De Capitulis vel præceptis Imperialibus vestris, nostrorumque etiam Pontificum prædecessorum*; & ita Baron. sub annum 847. num. 11. ut & Lancelotus in restitutione Decreti, ex Gregor. XIII. anno 1580. Ego salva omnium pace, cum de solis Imperialibus Capitulis ageretur, puto *vestrorumque* retinendum, & vocem subreptitiam *prædecessorum* delendam, eritque lectio plana, & negotio quo de agebatur conformis. Ad cujus evidentiam observandum, Carolum Magnum ab anno Christi 769. Regem Gallorum, quædam edidisse Capitula ecclesiastica, politica, juridica, deinde eumdem in Imperatorem Occidentis assumptum anno 800. sedente Leone Papa III. à quo tempore multa addita sunt Capitula, tum à Ludovico ejus filio, tum ab eodem Ludovico & Lothario ejus etiam filio, quæ collegerunt Ansegisus & Benedictus: Ea fuerunt solis Gallis data præcepta. At cum hi Francorum Reges essent & pariter Imperatores; Ludovicus nempe anno 814. & Lotharius in Augustum simul cum patre coronatus à Paschali anno 823. in mente habuit patre defuncto hæc Capitula etiam ab Italis servari. Inter leges Francorum lib. 4. extant Capitula quædam Lotharii anno Imperii ejus 16. quorum ultimo cavit, Capitula excerpta de Capitulis Caroli & Ludovici avi, & patris, ab omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & suis fidelibus in regno Italiæ consistentibus pro lege teneri & conservari. Annus hic 16. imperii Lotharii cadit in annum Christi 840. quo Ludovicus Junio mense de vita migravit, sedente Gregorio IV.

Sententia Dom. G. D. P. in retinenda vera expressione Textus in verbo *vestrorum*. & delendo verbo *prædecessorum*.

Cives Romani, quoad Capitula civilia Lotharii, præcepto manus non dabant, quod Jure civili uterentur; dissidium hujusmodi sedatum non fuit sub Pontificatu Sergii II. Assumpto Leone IV. anno 847. nihil sibi de ea contestatione imputandum scribit, hoc nostro Canone de Capitulis. distinct. 10. sed tandem ab Imperatore Lothario petiit, ut lex Romana Romæ vigeret. Can. ult. ead. dist. 10. & obtinuit (quod patet ex cap. 7. legis Lomgobard. lib. 2.) ut populus Romanus qua lege vellet vivere interrogaretur, & quali lege vivere professi fuissent, viverent, Baron. ubi supra. Ex quibus patet querelam fuisse Romanorum civium, non etiam Pontificum, non de Juris ecclesiastici capitulis, sed Juris civilis, populo Romano nolente, sive jure Gallico, sive jure Longobardico Regi, sed lege Romana, unde constat nec ex magna humilitate, ut vult Glossa, nec ignavia aut timiditate, ut vult Molinæus, sanctissimum Papam fuisse loquutum, sed ex veritate sincera professum, per eum non stare quominus ea Capitula vel præcepta custodirentur aut conservarentur. G. D. P.

In hoc Can. *de Capitulis*. de legibus imperialibus servandis vel non, non fuisse dissidium SS. PP. sed Populi Romani.

Dissidium Romanorum in eo fuit an Jure Gallico, an Romano uterentur.

Adde hîc Anton. Augustin. emendat. Gratian. lib. 1. dialog. 19. Item Vid. Conchil. in memorabilibus posthumis reformat. status Ecclesiast. pag. 50. & in tract. etiam posth. libert. Eccles. Gallic. pag. 4. prioris editionis in 4. anni 1650. F. P.

De eadem materia ad authores de eadem tractantes remissio.

Can. 10. *Vides.*

INSCRIPTIO. Correctio inscriptionis ad historiam.

In inscriptione. *Item Ioannes, Ludovico Imperatori.* Item Joan. VIII. Ludovico Imperatori, scilicet Balbo, filio Caroli Calvi, Regi Francorum & Imperatori; ut dixi in Consuetud. Paris. tit. 1. in rubrica. C. M.

Can. 12. *Certum.*

INSCRIPTIO. Ad historiam & supplementum Inscriptionis.

In inscriptione *Item. supple Gelasius Theodorico Regi.* Scilicet Italiæ, licet Gottus esset, & ex Gelasio I. temp. Clodovei Francorum Regis. C. M.

CORRECTIO & emendatio textualis ad hunc Canonem.

Junge Antonium Augustinum emendat. Grat. lib. 1. dialog. 19. F. P.

Source : BIU Cujas

DISTINCTIO XI.

Can. 5. *Eccleſiaſticarum.*

INSCRIPTIO

In inſcriptione. *Vnde Auguſtin. ait in lib. ex dictis Baſilii.*

Correctio Inſcriptionis.

Non extat inter opera Auguſtini, nec ſtilus eſt Auguſtini, quare hoc capitulum eſt ſubdititium. C. M.

Hæc inſcriptio correcta eſt ex mente Molinæi, cujus nomen ſuppreſſum ab emendatoribus Romanis. F. P.

Hæc nota Molinæi nugatoria eſt; ſive D. Auguſtin. notabilia quædam ex divi Baſilij dictis collegerit, quæ hodie non extant, ſive nulla collegerit, parvi, imo nullius eſt momenti: ſupereſt quærere fuerit necne divi Baſilij doctrina quam profert Gratian. Hoc Canon. quamtumvis divi Auguſtini nomen Epigraphe irrepſerit in collectione Burchardi lib 3. cap. 127. & Ivonis parte 4. Decret. cap. 69. Canon noſter deſumptus eſt ex divi Baſilij libro de Spiritu ſancto. cap. 27. locum reſtitutum ex Baſilio habes in novo decreto Gregorij XIII. quem ignoraſſe Molinæum non puto, ſed aſtu doloſo reticuiſſe. G. D. P.

Cenſura maligna in ipſum Molinæum.

Non debuerat hîc ſcribere Dom. G D. P. locum ex divo Baſilio reſtitutum in novo decreto Gregorij XIII. non ignoraſſe Molinæum, ſed aſtu doloſo reticuiſſe, imo nec eidem Molinæo debuerat primam hujuſce inſcriptionis ab eo correctæ gloriam præripere, ab ipſiſmet emendatoribus Romanis, tacito Molinæi nomine, ut in pleriſque alijs locis; hîc uſurpatam, quod vel incogitanter fecit, vel ſubdolo animo, ut ei ſua verba referamus, cum ex hiſtoria temporum reſcire debuerit, ipſummet Molinæum juris canonici corpus notis ſuis ſuperadditis tantum edidiſſe, vel anno 1553. vel anno 1559. & ijs demùm editis anno 1566. deceſſiſſe, ut conſtat ex pluribus monumentis Hiſtoriæ; ſed etiam ex ipſius Molinæi vita, publici Juris facta & edita à D. Juliano Brodæo Senatus Pariſienſis celeberrimo Advocato anno 1654. cum emendatio Romana juſſu Gregorij XIII. S. P. poſt ejuſdem Molinæi deceſſum, anno 1580. Pontificatus Gregorij XIII. anno 9. prodierit, ut habetur ex Bulla ejuſdem Gregorij XIII. novæ & emendatæ editioni præmiſſa, quod non ignoravit Dom. G. D. P. imo adnotavit ſupra in cenſura Molineanæ notæ ad Can. de Capitulis. 9. diſtinctionis 10. F. P.

Verba Dom. G. D. P. ipſimet reddita, ut ſuus honos Molinæo ſervaretur.

DISTINCTIO XV.

Can. *Sicut* 2.

GLOSSA. An S P. derogare poſſit ſtatutis Concilii generalis.

In Gloſſa verb. *Quia dum univerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe, & non illa deſtruit, ſupple Concilia, quiſquis præſumit abſolvere quos ligant.* Ibi *videtur ergo quod Papa non poteſt deſtruere ſtatuta Concilij, quia orbis major eſt urbe.*

Hæc vera. Joan. Gerſon. in tract. de poteſt. Eccl. dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. 1. de Conſtit. C. M.

Inter Gerſonis opera nullus extat de poteſt. Eccleſiæ tractatus, habemus ex eo tractatum cui titulus eſt. *Quomodo & an liceat in cauſis fidei à ſummo Pontifice appellare, ſeu ejus judicium declinare.* Quo tractatu diſputat quæſtionem ſuo tempore dubiam, Martini V. conſtitutione, & Concilij Baſileenſis determinatione firmatam, circa annum 1415. at data ſua reſolutione fas eſſe interdum ſummi Pontificis judicium in cauſis fidei declinare, ſua declarat dicta & argumenta magis eſſe ad veritatis inquiſitionem, quam ad alicujus, præſertim ſanctiſſimi Dom. Papæ reprehenſionem, attento quod ejus conſtitutio, quantum ad illa quæ fundantur in facto, non jacet ſub Theologica reprehenſione, at quantum ad jus, ſumma doctrinæ illius hæc eſt, quod dicitur fas non eſſe appellare à Papa, vel ejus judicium in cauſis fidei declinare, non quidem intelligendum, pro omni & in omni cauſa, ſed quando facit id quod in ſe eſt, & quando non apparet devius à fide; cum igitur Gerſon propoſuiſſet initio quæſt. verſ. arguitur in oppoſitum, &c. Canonem Concilij Conſtantienſis, quo deciſum fuit, Concilio, ab omnibus, etiam à Papa obediendum, in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſmatis extirpationem, ac generalem Eccleſiæ reformationem, tam in capite, quam in membris. Tandem cæteris omiſſis, juxta illius tractatus epigraphem ſeu titulum, ſuam coarctat & limitat deciſionem in ſolis fidei caſibus, quę eſt noſtræ gloſſæ doctrina, de qua videri poſſunt gloſſa Pragm. ſanct. tit. de autho. General. Concilij. §. cuilibet. Jaſon Concil. 1. volum. 4. Decius Concil. 151. G. D. P.

An liceat S. P. declinare judicium & Concilii generalis, & quando & quomodo.

De authoritate SS. PP. & Conciliorum, citatiauthores.

His adde not. ejuſdem Molinæi ad d. cap. Decij 151. in verb. Canonum. Et ad cap. ſignificaſti. 4. in textu. ibi. cum omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem robur acceperint. & in d. can. qui abſtulerit. In textu. ibi mater noſtra eſt Eccleſia. 12. quęſt. 2. Duaren. de ſacris Eccleſ. miniſteriis. lib. 3. cap. 2. Rebuff. ad Concord. in præm. in verb. Concilium. Coraſ. in praxi rei ſacerdot. part. 2. cap. 1. Vidum Conchil. in poſth. memorialibus, reformat. Eccleſiaſt. pag. 39. tract. libert. Eccleſ. Gallican. Petri Pithæi. art. 40. Item præfat. noſtr. hiſtoricam Pragm. ſanct. divi Ludovici. art. 245. & ſeqq. & in ſuplement. noſtris ad Pragm. ſanct. Caroli VII. pag. 1046. & ſeqq. & pag. 1142. & ſeqq. & nota Dom. G. D. P. Hîc aliquantulum aberrare, dum dicit inter opera Gerſonis nullum extare tractatum de poteſt. Eccleſiaſt. hunc enim tractatum recenſet Trithemius in cathalogo lib. Gerſon. in ſua collectione de Scriptoribus Eccleſiaſt. F. P.

Notatur lapſus Dom. G. D P. ipſum Molinæum falſæ citationis accuſantis Joan. Gerſonis de poteſt. Eccleſiaſt.

Can. 3. *Sancta.*

In inſcriptione. *De ijſdem etiam ſcribit Gelaſius Papa.* Scilicet primus circa annum Domini 496. C. M.

INSCRIPTIO. Inſcriptionis elucidatio.

Vide in id notas Stephani Baluſij ad Gratiani emendat. ad eumdem Canonem in inſcriptione. pag. 444. ſuæ noviſſimæ editionis. F. P.

Ibidem.

In Textu ibi. *Liber qui appellatur Paſtoris Apocriphus.*

TEXTUS. De libro paſtoris apogryph.

Quamvis Papa Pius illum incautius receperit, cap. noſſe. de conſecrat. diſtinct. 3. dixi in tract. ad edict. Henrici II. part. 2. gloſſ. 15. num. 2. C. M.

Pius in ſua Decretali non loquitur de libro qui appellatur Paſtoris, at cum Paſchatis feſtum Eccleſia Romana celebraret die Dominico, & quidam dubia proponerent, ſummus Pontifex anno 159. ſtatuit die Dominico tantum Paſcha Domini temporibus annuis celebrandum; quoniam Hermeti Angelus paſtoris habitu apparuit; idque ei præcipit, quo loco Pius de Hermetis viſione, non de Paſtoris libro loquitur. Gelaſius vero anno 494. in Concilio Romano librum, qui appellatur Paſtoris, apochryphum appellvait, quo in libro contendit. Baron. nullam prorſus de celebrando paſchate quæſtionem agitari. G. D. P.

Extra rem videtur hic tractari quo die ſit feſtum Paſchatis celebrandum.

Junge Anton. Auguſtin. in emendat. Gratiani lib. 1. Dialogo. 6. & not. Steph. Baluſij ad eumdem. pag. 427. & ſequ. item Baron. ad annum 159. num. 4. F. P.

Ibidem.

In textu. *Liber qui appellatur actus Theclæ, apocryphus.*

TEXTUS. Idem de actibus Theclæ judicium.

Et merito propter fictas & periculoſas hyperbolas, ab indoctis etiam illo tempore conſcriptas, quamvis Theclam laudet Gregorius Naſianzen. in orationibus in Cyprianum & ad Virginem. C. M.

Adde Baronium ad annum 481. num. 12. F. P.

Ibidem.

In Textu. *Hiſtoria Euſebii Pamphili Apochripha.*

TEXTUS. De hiſtoria Euſebij judicium.

Non eſt dicendum hæc verba ab aſino adjecta, ut ait beatus Rhenamus in præfatione ſua in Hiſtoriam Euſebii Cæſarienſis, præſertim quia omnes libri ſic habeant, etiam inter Concilia Eccleſiæ tomo 1. ſed dicendum eſſe alterius Euſebij quam illius Cæſarienſis, ſupr. eod. volum. 2. approbati, qui tamen in ſuo chronico multa ex apochryphis commentariis infertiit. C. M.

Nota omnino delenda, primum quia Euſebius Cæſa-

Source : BIU Cujas

rienſis idem eſt cum Euſebio Phamphilo, divus Hieronimus lib. de ſcript. Eccleſiaſt. dicit Pamphilum Preſbiterum fuiſſe Euſebii Cæſarienſis neceſſarium: ejus autem nomen aſſumpſit; eodem tempore (inquit Socrates lib. 3.cap.3.) Euſebius cognomento Pamphilus Cæſareę Palæſtinæ Epiſcopus mortem obiit, hunc etiam Euſebium Pamphilum vocat Nicephor. Caliſt. Hiſtoriæ Eccleſ.lib.7.cap.15.Secundo Gelaſius hoc can. 3. Euſebii Cæſarienſis chronicon & hiſtoriam non probat, ſed hos libros, propter rerum ſingularem notitiam,non reſpuendos dicit. Laudat quodammodo narrationem hiſtoricam;de doctrina nihil addit,quare non inconvenit,ſi inferius inter apochrypha hiſtoriam ejuſdem Euſebij (quem Pamphilum vocat) releget.G.D.P.

De Euſebio Pamphilo judicium & an idem cum Cæſarienſi.

Junge notam Stephani Baluſij ad eund. locum in emendatione Gratiani pag. 445. & ſeqq. F.P.

DISTINCTIO. XVI.

Can. *I. Canones.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Canones qui dicuntur Apoſtolorum,quod ab hæreticis, ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, inter apocrypha.*

De canonibus qui dicuntur Apoſtolorum judicium.

Et merito, cum ſint ibi pleraque ſuperſtitioſa, & dudum poſt Apoſtolos inventa, licet ea ſed indocte miretur Haloander. In fine novellarum. C. M.

Adde Baron. ad ann. 102. num. 11. Item de eiſdem canonibus judicium tum Cardinalis Baronij, tum Cardinalis Bellarmini, & aliorum illuſtrium operibus Zonaræ, & Balſamonis & collectioni eorumdem Canonum præfixum. F. P.

Can. 8. *Sancta.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. *Item ex diurno libro profeſſionum Romani Pontificis.*

Profeſſio, id eſt juramentum ſolemne, quod Papæ dant in ſua initiatione, innovatum in Concilio Baſileenſi. ſeſſ. 37. ſed ut puto deſiit ſervari, aliàs Papæ à ſolemni perjurio inciperent. C. M.

De Sacramento & profeſſione ſummorum Pontificum ſub ipſa initiatione.

Illud poſterius, incipiens ab his verbis *aliàs Papæ à ſolemni periurio inciperent*, & in illud deſinens, adjectum ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Can. 9. *Sexta. eſt* 11. *in emendat. Romana..*

Et incipit prima adnotatio.

TEXTUS. In Textu. *Nona decima iterum Aurelian. ſupple, Sinod.*

Magna præpoſteratio, quia iſtud primum Concilium Aurelianenſe 33. Epiſcoporum; qui 33. Canones condiderunt, ſub Clodovæo Francorum Rege ejus juſſu; ut in 2. tomo Conciliorum ad finem. C. M.

Not. ad Concilium Aurelianenſe primum.

Alia nota in eumdem Canonem ejuſdem Concilij.

In emendatione Romana hic canon dividitur in duos alios,10. & 11. ſubſequentes. F. P.

DISTINCTIO XVII.

Can. 1. *Synodum.*

TEXTUS. In textu ibi. *Nam ſi ſæculares libellis appellatoriis utuntur, quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet.*

De applicatione temporalis politiæ ad ſpiritualem & Eccleſiaſticam.

Vide argutationem ſimilem ſupr. 11. diſtinct. cap. ult. Id ſcilicet omnibus nervis moliebantur, ut Miniſterium in regnum temporale converterent.C.M.

In reſtitutam Molinæi notam obſervatio.

Illud deerat in editione Molinæana poſteriori, anni 1559. & fuit reſtitutum ex editione ejuſdem Molinæi ann. 1553. F.P.

Innocentius, qui ſedit anno 402. can. ultimo. diſtinct 2. dicit ab omnibus ſervari debere Eccleſiis ea quæ Romana ſervat Eccleſia, & inde Molinęus arguit Innocentium, voluiſſe miniſterium in regnum temporale convertere, preſſius argumentaſſet dicens Joannem Chryſoſtomum Epiſcopum Conſtantinopolitanum à Theophilo Alexandrino Epiſcopo Innocentium appellaſſe. Marcellus qui ſedit anno 304. ſcribit vel Maxentio Epiſcopo, ſecundum Molinæum, ſive Maxentio Tyranno, ſecundum alios, Sacerdotes libellis appellatoriis uti debere, ad publicorum judiciorum exemplum, & hoc Molinæus vocat regni temporalis molimen, cujus argutiam miror, ex qua ſequitur Anacletum, qui Trajano imperante, Sixtum I. qui Adriano, Victorem, qui Severo, Fabianum, qui Maximino, Gordianis, Philippo & decio, Cornelium Gallo & Voluſiano Idolorum cultoribus, & Eccleſiæ perſecutoribus ſedebant; cum de appellationibus conſtitutiones ediderant, Pontificatum in regnum temporale ſtabilire voluiſſe, imo dicendum foret Aurelianum Imperatorem dæmonum cultorem huic ſummorum Pontificum propoſito manus dediſſe, cum appellationis Pauli Samoſateni cognitionem Fœlici Papæ commiſit anno Domini 292. G. D. P.

Bene arguit hic Dom. G. D. P. contra Molinæum male accuſantem SS. PP. ſuam potoſtatem in regnum temporale convertere voluiſſe.

Continuatio Cenſuræ Dupinæanæ laudandæ.

DISTINCTIO XVIII.

Can 3. *Propter. eſt* 4. *in emendatione Romana.*

TEXTUS. Ad textus emendationem. In Textu ibi. *Secundum Concilium Idibus Octobris, qui dies apud Græcos Hiberberetho menſis decimus invenitur.*

Lege Hyberperici. Alciat. Parerg. lib. 1. cap. 49. C. M.

DISTINCTIO XIX.

Can. 1. *Si Romanorum.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quod inter canones inveniatur capitulum ſancti Innocentii Papæ, cujus autoritate doceatur utrumque teſtamentum recipiendum.*

Fides non recipit ab hominibus approbationem, an ſit verum.

O deploranda ſupinitas, Deus enim teſtimonium hominis non accipit. Joann. 5. Sic nuper argutabat Theologaſter Sorbonicus male rejici Decretales,quia non invenitur quod Papa approbaverit fidem noſtram Catholicam niſi in illis. C. M.

Et hîc plura, ab his verbis *ſic nuper argutabat Theologaſter Sorbonicus*, uſque ad finem, ex ipſo Molinæo adjecta, in prima editione anni 1553. F. P.

De tribus teſtimoniis Chriſti.

O ſupina Molinæi tergiverſatio, omnes Prophetæ à Moiſe ad beatum Joann. Baptiſtam teſtimonium perhibuerunt de Deo,& D.N. Jeſu Chriſto venturo,& perhibuit Joan.Baptiſta.Math.3.Marc.5.Joan.1.Homo, inquit, Miſſus eſt à Deo, cui nomen erat Joannes, hîc venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, apud Joann. 5. dicit Chriſtus, ego non ab homine teſtimonium accipio. At illis locis de tribus teſtimoniis Joannes Evangeliſta refert. Primo Joann. Baptiſtæ teſtimonium perhibuiſſe veritati, tum opera Chriſti teſtimonium de eo perhibere, deinde addit teſtimonium Dei Patris & ſcripturam, verum eſt quidem Chriſtum non accipere, ſive à Joanne Baptiſta, ſive ab alio homine, quo non indiget, hæc vero tria teſtimonia noſtro fuerunt neceſſaria reſpectu, teſtimonium Joann. Baptiſtæ, quo diſceremus Meſſiam veniſſe, ut à peccatis ſolveremur, teſtimonium operum Chriſti, ut ab eis evidenter diſceremus hunc eſſe Deum & hominem, teſtimonium Patris & ſcripturarum, ut certo ſciremus hunc eſſe Dei filium: aliud eſt Chriſtum accipere teſtimonium quo non indiget; aliud perhiberi nobis teſtimonium de Chriſto, quo indigemus, id vero teſtimonium de quo Joann. Evangeliſta cap. ult. perhibetur in veteri & novo teſtamento: Cum autem initio naſcentis Eccleſiæ Diabolus Hæreticorum ore & ſtilo falſa veris miſcuiſſet, ſummi Pontificis & Eccleſia libros canonicos ab Apochryphis, ſuppoſititiis & falſis diſtinxerunt, non ut Chriſtus teſtimonium acciperet ab Eccleſia, ſummiſve Pontificibus; ſed ut Eccleſia, idemque Paſtores nos docerent, quinam hi verè ſunt libri canonici quibus nobis de Deo & Chriſto teſtimonium perhibetur; porro quod teſtimonium de utroque teſtamento Innocentium dediſſe hîc refert Nicolaus, idem poſt Innocentium, ante Nicolaum dederunt Gelaſius & Gregorius ſupra diſtict. 15. G. D P.

Teſtimonia de Chriſto, noſtro ſolo reſpectu fuere neceſſaria.

Judicium Eccleſiæ de veris vel falſis libris, & non Canonicis.

Scripſit Hincmarus Apologiam, aſſerens ſe decretales Epiſtolas Romanorum Pontificum in venerabiliter ſuſcipere ac tenere. Vide hac de re tractatum Marſilij Patavini, qui inſcribitur defenſorum pacis. D. Hieronim. ſi Epiſtolas ſolas Anaſtaſij Papæ fictas ſuſpicaris, cur eſſe in Romanæ Eccleſiæ Cartharno non requiris. A L.

Flodoard.in ind.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *His quæ deſunt, firmitatem & vigo-*

De privilegio-

Source : BIU Cujas

rum approbatione, & exhibitione.

rem ſuum aſſignant, ſuple decretalia ſtatuta Romanorum Pontificum. Ibi: *Robur habent confirmata privilegia, licet non poſſint exhiberi.*

Late dixi in conſuetud. Pariſ. rubr. 5. num. 8. C. M.

Can. 7. *Ita Dominus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* Ibi. *Non credo, Dominum aliud demonſtraſſe, quam ea verba quæ Petrus reſpondit Domino, tu es Chriſtus Filius Dei vivi.*

De authoritate Eccleſiæ. Id eſt hanc confeſſionem, & bene. Sed melius eſt ſuper me, quia Petra Chriſtus eſt, Petrus autem nomen adventitium, quaſi Petreus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. ibi. *Ergo ſuper ſe ipſo fundavit Deus Eccleſiam.*

Idem de authoritate Eccleſiæ. Unde quod dicit ſuper hanc Petram, &c. ſcilicet quam confeſſus es, id eſt me; & bene. Sed meliùs ſuper me. Quia Petra Chriſtus eſt. De conſecrat. diſtinct. 11. revera ſuper quod fundamentum ædificatus eſt Petrus. ſecundum Math. 16. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nec portæ inferi contra illam prævalerent.* ibi. *Quia Eccleſia non poteſt errare.*

De infallibilitate Eccleſiæ. Scilicet quatenus verbum Dei, quo conſtat, ſequitur. Joann. 8. hactenus columna veritatis Vvolphang. Muſcul. C. M.

Et illud poſterius, ab his verbis *hactenus columna veritatis* additum ex editione anni 1553. F. P.

DISTINCTIO XX.

In principio.

GLOSSA. Quæ ſint & in quo conſiſtunt claves Eccleſiæ, & uſus earumdem. In Gloſſa verb. *Prius dedit ſibi claves regni cœlorum.* Ibi. *Hic videtur velle quod duæ ſunt claves, dico tamen eſſe unicam tantum.*

Joann. Chryſoſt. tom. 7. Homil. 44. dicit ſacram ſcripturam eſſe januam regni cælorum, clavis autem ſcientia ſcripturarum, per quam aperitur hominibus janua veritatis & regni cælorum, adapertio autem interpretatio vera. C. M.

DISTINCTIO XXI.

In principio.

TEXTUS. Correctio ad Textuum. In Textu ibi. *Porro Salomon quemdam modum exorciſandi invenit.*

Falſum commentum malè ſancto Regi attributum. C. M.

Apologia Salomonis Regis. Quoad Salomonis ſanctitatem, non eſt hîc de ea diſſerendi locus; quod vero falſum vocat Molin. commentum de ejus libro, non eſt objiciendum Gratiano, ſed Joſepho antiquitatum Judaic. lib. 8. cap. 2. & Origenes in Math. cap. 15. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Si ergo in Belſebuth dæmonia, filij veſtri, ſcilicet exorciſtæ, in quo ejiciunt, in verb. exorciſtæ.*

Expoſitio ad textum. Imo Diſcipuli Chriſti, qui omnes erant Judæi, quos emiſerat prædicare, & dæmonia in nomine ſuo ejicere. Luc. 10. C. M.

Quinam ſunt exorcistæ apud Lucam. cap. 10. Hoc animo contradicendi dictum, nec probatum, quia quod de Chriſto Judæi dicebant, idem de ejus diſcipulis dicendum fuerat, filios autem Judæorum nullus de Apoſtolis & alij Chriſti diſcipulis interpretatus eſt; imo de exorciſtis Judaicæ religionis, quales fuerunt cujuſdam Scevæ principis ſacerdotum ſeptem filij; de quibus verb. Apoſtol. cap. 19. G. D. P.

Can. 1. *Cleros.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Metropolitani autem à menſura civitatum vocantur.*

Quid Metropolitani. Vide in hunc locum Alciat. lib. diſpunct. 11. cap. 23. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. Quid Metropolitani & Metropolus. In Textu ibi. *Metropolitani dicuntur à menſura civitatum.*

Imo ἀπὸ τῆς μήτρος, quaſi mater civitas. C. M.

Remiſſio ad Autores exponentes quid ſit Metropolis. Adde Briſſonium de verb. ſignif. lib. 11. in verb. Metropolis. & ſeqqu. Berther. Pithan. diatrib. lib. 1. cap. 6. pag. 67. Covarru. pract. quæſt. cap. 19. num. 2. Fileſ. de ſacr. auth. Epiſcop. pag. 252. 262. 268. Lacerd. adverſ. ſacr. cap. 29. num. 9. F. P.

Can. 2.

TEXTUS. In Textu ibi. *A Petro ſacerdotalis capit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicente & dabo tibi claves regni cœlorum.*

De authoritate Eccleſiæ. Imo poſt reſurrectionem omnibus ſimul datæ ſunt. Joann. 20. accipite Spiritum ſanctum, quorumcumque remiſeritis peccata, &c. Quod autem prius promiſerit ipſi eccleſiæ, in perſona Petri promiſſum erat. cap. quodcumque. 24. quæſt. 1. C. M.

Diverſa ſunt accipere Spiritum ſanctum, habere claves regni cœlorum, & eſſe primum ſacerdotem, omnes fideles accipiunt Spiritum ſanctum. Quando, quomodo, & quatenus id fiat, alia tractatio eſt: omnes Apoſtoli, eorum ſucceſſores, & presbiteri habent claves regni cœlorum, ſervata tamen proportione, vel ſubordinatione, ſolus Petrus habuit principium Sacerdotij, & can. quodcumque. Qui eſt divi Auguſtini, jungendus eſt can. loquitur. ead. 24. quæſt. 1. qui eſt beati Cypriani. G. D. P.

De ſubordinatione poteſtatis in Eccleſia.

DISTINCTIO. XXII.

Can. 1. *Omnes.*

TEXTUS. De authoritate Eccleſiæ. In Textu ibi. *Beato Petro æternæ vitæ clavigero, terreni ſimul & cœleſtis Imperii jura commiſit.*

Hoc hæreticorum, imo Antichriſtianorum eſt, contra illud quod dicitur. Joann. 18. regnum meum non eſt hinc. Dixi incommentario ad edictum Henrici II. part. 2. gloſſ. 17. C. M.

Hoc principium annotationis Molinæanæ deſumptum ex priori editione ejuſdem Molin. an. 1553. F. P.

Defenſio poteſtatis ipſius Eccleſiæ in terreno Imperio. Chriſtus dixit quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, Papa non habet terrenum imperium quoad dominationem temporalem, ſed habet poteſtatem in terreno imperio, quatenus conſtat ex hominibus Chriſtianis, directive ad ultimum finem, quæ eſt vita æterna, de qua hîc Nicolaus. Recte autem conciliarunt recentiores Conciliorum & Theologorum dogmata, & Canoniſtarum opiniones, de quibus Molin. eod. tract. gloſſ. 15. num. 37. G. D. P.

Can. 2. *Sacro-ſancta.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. *Idem Anacletus ſervus Chriſti Ieſu. Iuncto textu. ſacro-ſancta Romana Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino primatum obtinuit.*

Ad hiſtoriam primatus Eccleſiæ Romanæ paulo liberior Molinæi aſſertio, nec probanda. At qui in toto Paparum Catalogo; Nullus poteſt eſſe Anacletus niſi is quem quidam prætendunt quartum poſt Petrum anno Domini 102. eodemque anno mortuum; Sed Euſebius hunc non ponit in catalogo, ad huc dicunt eum Græcum, ſed Græci ſemper averſati ſunt hunc primatum, tùm eo anno, qui erat 68. à paſſione Chriſti, nec diu poſt quæſtio fuit de primatu Epiſcopi Romani: imo hoc cap. narratur de Patriarchalibus ſedibus, quod nunquam fuit inventum niſi poſt Conſtantinum Magnum, qui obiit anno 340. tùm in tempore tam vicino Apoſtolis; non ignorabatur Cepham ſignificare ſaxum, & non caput, tum ſub Trajano non potuiſſet *hæc ambitio* primatus caput attollere, ut ſit manifeſtum hoc cap. & alia pleraque multis poſtea ſæculis inventa eſſe, *& à Monachis, & à Papis conficta.* C. M.

Quæ innovata quoad hanc notam in utraque editione Molinæana. Hæc in verba in poſteriori parte notæ inſerta *ambitio*, & *à Monachis & à Papis conficta*, addita ſunt ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. quibus adde ad probandam materiam hujuſce notat. Vid. Conchil. in poſthum. memorial. reform. ſtat. Eccleſiaſt. pag. 4. F. P.

Quamvis de Anacleto nullam fecerit mentionem Euſebius, non inde ſequitur eum non fuiſſe Papam, ejus meminit beatus Irenæus illius ſæculi author, & Optatus Milevitanus Euſebij contemporaneus, ſed & plerique alij Cletum cum Anacleto confundunt; explicat. Baron. tom. 1. ann. 61. num. 41. Cæterum Ana-

Source : BIU Cujas

Assertio primatus Ecclesiæ Romanæ etiam contra Græcos.

cletus. Sedium meminit Alexandrinæ, & Anthiochenæ quas Patriarchales non vocat, ut comminiscitur hîc Molinæus. Quod attinet ad vocem Cephas, quæ Siriace petram, Græce caput significat, non mirandum si Anacletus natione Græcus caput traduxerit, quod fecerunt Cyrillus Hierosolimitanus & Optatus Afer, sed quia ab aliis notatum non insisto. Duo hîc contra Molinæum notanda, primum cum dicit Anacletum fuisse Pontificem anno 102. eodemque anno mortuum, at contra anno 103. assumptus est, & anno 112. martirio coronatus. Secundo cum addit Græcos semper fuisse hunc primatum aversatos, quod falsissimum est, suberat enim universa Græcia, jam tempore Concilii Nicæni Romanæ sedi Patriarchali, Græcorumque ambitio primum excitata fuit à Joanne Constantinopolitano Archiepiscopo, circa annum 587. sedente Pelagio II. cum antea, nempe anno 404. Joannes Chrisostomus ejusdem Constantinopolitanæ sedis Archiepiscopus Innocentium Papam adversus Theophiphilum Alexandrinum Archiepiscopum appellasset. G. D. P.

Can. 3. *Constantinopolitanæ.*

Textus. In Textu ibi. *Constantinopolitanæ Civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Pontificem, propter quod sit nova Roma.*

De primatibus in Ecclesia statuendis.

Nota veram rationem; hinc etiam Phocas primatum adjudicavit Romæ, quia prima sedes Imperii, & ne abalienaretur, ut in tractatu meo contra abusus. part. 2. gloss. 15. C. M.

Et hæc citatio Molinæi posterior addita ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. & de ejus Canonis materia adde quæ notavit Stephanus Balusius ad Gratianum in emandatione curis suis edita pag. 449. F. P.

Non erat vera ratio, sed prætextus pro Archiepiscopo Constantinopolitano, in præjudicium Alexandrini, & Antiocheni, non vero Romani Pontificis.

Disputatio Constantinopolitani Patriarchæ de primatu hîc exponitur.

Adde hunc Canonem 3. Concilii Constantinopolitani. 1. sub annum 387. suppositititium videri; constat enim in Synodo Romana, quæ sub Damaso, sedes Patriarchalis Romana, Alexandrina, Antiochena describuntur & definiuntur, nulla Constantinopolitanæ habetur mentio; Videndus Baronius ann. 382. ut & de judicio Phocæ ann. 606. qui Primatum Ecclesiæ Romanæ non adjudicavit, sed ei competere pronunciavit. G. D. P.

DISTINCTIO. XXIII.

Can. 1. *In nomine.*

Textus. In textu ibi. *Ab Incarnatione Domini anno* 1059. *mense Aprili, indictione* 12. *Præsidente beatissimo Papa Nicolao.*

Ad historiam electionis summorum Pontificum.

Scilicet II. Qui priùs vocabatur Gerardus Episcopus Florentinus, qui statuit cap. si quis pecuniæ 79. distinct. occasione violentiæ & corruptionis factæ per Benedictum X. *Corrivalem suum*, quem excussit, & hic Cardinalibus primas dando, occasionem dedit, ut Cardinales ad se solidam electionem raperent. Dixi in Comment. ad edictum Henrici II. glossa 15. C. M.

Et illud ex supra notatis *corrivalem suum* hîc additum fuit ex editione ejusdem Molin. anni 1553. F. P.

Hic locus extat à num. 41. quoad quæstionem de electione nominatione, & confirmatione Papæ, aliud est jus, aliud factum, & inde sequuta possessio in ecclesiæ, ut ita dicam, cunabulis, summum Pontificem, ut & ceteros Episcopos, imo sacerdotes & presbiteros, Clerus duce Spiritu sancto, annuente populo, concorditer eligebat, frigescente zelo populus tumultuabatur, vel favore vel prætio, ut patet ex seditione orta à parte Ursicini in Damasum anno 366. Cujus meminit lib. 27. Marcellinus. Quod vero Molinæus dict. gloss. 15. num. 41. Scribit non licuisse Papam ordinare sine Imperatoris, assensu non ex jure contigisse certum est, Imperatores à Tiberio ad Constantinum Ethnici, ei se electioni numquam jure vel injuria immiscuerunt, nec ipse Constantinus Christianus. Id priùs tentavit Constantius Arrianus, qui, Liberio Pontifice in exilium demandato, ei suffecit Fœlicem quemdam anno. 355. ut & anno 526. Theodoricus Rex Gothorum Arrianus quoque in locum Joan. I. alium substituit Fœlicem III. vel IV. & inde authoritas Imperatorum & Regum Gothorum in summi Pontificis electione, quam & Exarchæ quidam Ravennatenses, sed & Comites sive Marchiones Rusciæ, post Formosi obitum, vi, cædibus, & violentia sibi arripuerunt, sunt ni fallor præcipuæ in regnum Christi irruptiones, quod Molin. ad Can. 1. distinct. 22. notat de hoc mundo non fuisse; ex quibus non video quid juris Principes temporales sibi possint arrogare, imo quidquid, sive invitis, sive volentibus Pontificibus actum sit, locus est regulæ tantum præscriptum quantum possessum, dicam infra Can. 1. distinct. 63. G. D. P.

Ibidem.

Textus. In Textu ibi. *Stephano prædecessore nostro. Iunctis præcedentibus quæ de Nicolao. II.*

Ad continuationem historiæ. Et sic à catalogo eradit Benedictum illum decimum & merito. C. M.

Ibidem.

Textus. In textu ibi. *Salvo honore dilecti filii nostri Henrici.*

Ad historiam temporis. Scilicet IV. quem ab adolescentia senectutem usque, adeo cruentis bellis exercuerant Papæ, ut bis sexagesies contra eos, ab eisve susciatos hostes pugnaverit. Baptist. Egnat. & alii testantur. C. M.

Ibidem.

Textus. In textu ibi. *Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas fuerit, &c.*

Ad historiam temporis pro electione summi Pontificis. A data, quæ est in principio textus, scilicet anno 1059. mense Aprili. Vide quamdiu bellum pro Papatu, imo etiam à Damaso. I. cæptum est anno 368. Ammian. Marcellin. lib. 27. C. M.

Censura Molinæi asserentis bella commota pro Papatu. Occurrit Nicolaus II. bellorum in futurum timori, nulla namque fuerant olim pro Papatu bella, fuerant scismata, populi seditiones, Imperatorum, Regum, Exarcharum, vel aliorum Ducum, eorum jussu usurpationes, nusquam bella Pontifices inter ipsos, sed neque Nicolaus ipse agit de bellis electionem antecedentibus, at obviat bellicæ tempestati quæ eam sequi possit. G. D. P.

Ibidem.

Textus. In textu ibi. *Episcopi vero, & cæteri ordines infra constituti, qualiter ordinari debeant, ex authoritate Carthaginensis Concilii* 4. *cui interfuit Augustinus, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes. ibi Concilii Carthaginensis* 4.

Ad historiam & sancti Augustini commendationem. Ubi sanctum hoc & Christianissimum decretum habetur. Can. 1. ad verbum in 1. tomo. Conciliorum pag. 437. O quam tempore Augustini fervebat fides & disciplina Christiana in Africa, & semper ubi tales Doctores præsunt. C. M.

Can. 21. *Clerici qui comam.*

Textus. In Textu ibi. *Clerici qui comam nutriunt, etiam inviti ab Archidiaconis tondeantur.*

De Comæ relaxatione clericis prohibita. Dixi extra de vita & honest. cleric. clericus. ad textum. C. M.

Junge in id notam Stephani Balusii ad huncce Canonem. pag. 453. in emendat. Gratiani, & quod dixi ad eumdem textum. in cap. clericus. 55. ibidem. de vita & honestat. cler. & quæ addidit ad eundem Molin. D. G. D. P. & quod abundanter tractavimus in tractatu nostro & avitino de beneficiis ecclesiasticis. ad verba cœlestis. cap. 1. de vita & honest. cler. §. octavo. de comæ relaxatione clericis prohibita. F. P.

Remissio ad authores comæ relaxationem condemnantes.

DISTINCTIO XXV.

Can. 3. *Unum erarium.*

Textus. In Textu ibi. *Unde Augustinus in homilia de igne purgatorio. exponens verba Apostoli, ait uniuscujusque opus quale sit ignis probabit.*

Quæ partes vel usurpationes fuerunt principum sæcularium in electione SS. PP.

De igne purgatorio locus varie ex positus. Ex divo Augustino sermone de animabus defunctorum. tomo 10. ubi multa ab impuris Monachis confi-

Source : BIU Cujas

cta, nomine Augustini qui in veris ejus libris exponit locum illum Apostoli de igne persecutionis in hoc mundo, vel de ultimo judicio, ut late de civitate Dei lib. 21. cap. 28. C. M.

Et illud totum Molinæi adnotatum additum hîc ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. F. P.

DISTINCTIO XXVIII.

Can. 13. *De Syracusane.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Ab Antistita Syracusana urbis, quia uxorem & filios habebat superstites, priusquam in Episcopum contingeret ordinari, exegimus cautionem, quantula esset sua præsentis temporis substantia, juncta inscriptione. Item Pelagius Cethego Patricio. Ibi cautionem exegimus.*

De inventario bonorum à Prælatis uxoratis & filios habentibus sub ipsa promotione exhibendo. Defenditur præcautio ordinantis contra Molinæum.

Vide ut de rebus mundi cautior erat, quam de doctrina Apostoli. C. M.

Nulla de moribus doctrina, & merito versabatur quæstio ex dictione *quantula*, constat hunc nondum adhuc Sacerdotem electum Syracusanæ urbis Episcopum fuisse pauperem, quare ut ait Pontifex, cum per uxorem, & filios soleat ecclesiastica periclitari substantia, ideò non de rebus mundi, sed de Ecclesiæ bonis sollicitus fuit, atque post anni dilationem, nullo alio capaciori proposito, electum ordinavit, fuitque in ejus processu summa prudentia, qua tam Ecclesiæ, quam hæredibus electi cavit, nec citò, juxta Pauli Apostoli consilium manus imposuit. G. D. P.

Nota & remissio materiæ hujus Canonis ad authores de ea tractantes.

Cæterum de inscriptione hujus canonis vide notas Stephani Balusii ad emendationem Gratiani Antonii Augustini ad hunc canonem. pag. 456. & de materia hujus Canonis vide tractatum de poligamia & divortiis. pag. 237. Quem dicunt esse Theodori Bezæ, ubi videtur hujus canonis mentem inflectere ad sensum Caroli Molinæi hîc expressum in nota. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Ecce hac authoritate electus non prohibetur habere uxorem & filios, juncto præcedente textu, & nihil unquam per se, aut filios, & uxorem & aliam personam, de rebus Ecclesiæ audeant usurpare.*

De tolerantia propter scandalum evitandum in Ecclesia.

Infero ex hoc textu, quod aliqua propter scandalum evitandum permittuntur, quæ non fierent aliàs, de quo distinct. 51. aliquantos, in additione glossæ finalis. C. M.

Illud usurpatum ex prænotatis Molinæi & ab emendatoribus Romanis margini suæ adjectum. F. P.

DISTINCTIO XXXI.

Can. 10. *Omnino.* est 11. in emendatione Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, scilicet ut mercede prædicationis sustentaretur ab eis.*

De matrimonio eorum qui ecclesiasticis muneribus addicti erant.

Imo facilius ali poterat certo loco manens, & communis sensus hanc argutiam refellit, imo etiam textus beati Ignatii, qui scripsit plures Apostolos non solùm uxores duxisse, sed etiam generasse, & filias nuptum dedisse. C. M.

Hæc omnia Molinæi ad notata hîc addita, & desumpta ex ejusdem editione anni 1553. F. P.

In quo statuendus cardo quæstionis an Apostoli uxorati aut cælibes fuerint.

Hujus quæstionis Cardo versatur, non in eo utrum Apostoli matrimonio juncti essent, quo vocati sunt tempore, nùm utrum à die vocationis continuerint, liberosve genuerint, sed an à die dominicæ Cœnæ, qua Sacerdotes instituti fuerunt, continentes vixerint, uxores retinentes, & circumducentes tanquam sorores; non etiam amplectentes (ut hic Leo nonus ait) pro interpretatione vero locorum divi Pauli Epistol. 1. ad Corinthios. cap. 9. *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut cæteri Apostoli fratres domini & Cephas.* Epist. ad Titum cap. 1. epist. ad Timoth. 1. cap. 3. *Episcopum unius uxoris virum esse debere*, Tum pro intelligentia Can. 3. Concilii Nicæni, rejecta ea quam Socrates & Sozomen. referunt, Paphnutii in eodem Concilio propositione, dicendum usu certissimo, ab Apostolorum recepto tempore, Episcopos & Sacerdotes fuisse, ut ait Epiphanius, electos aut virgines, aut cœlibes, aut uxoratos continentes, quod probant Baron. in annal. sub annum. 58. à num. 14. & sub annum 325. à num. 148. & Card. noster Perronæus in refutatione narrationis falsæ, &c. & in alia refutatione adversus Tilen. antiquorum Patrum locis citatis, ex quorum dictis patet, quæ fuerit beati Ignatii sententia, in sua ad Philadelphum epistola, scribentis Petrum, Paulum, aliosque Apostolos uxores duxisse (qui locus Pauli respectu ejus contemporanei mihi valde suspectus est) tum & Clement. Alexandrini stromatum, lib. 3. narrantis Petrum & Philippum liberos generasse, Philippumque filias suas matrimonio junxisse, tum & Ambrosii ad cap. 11. epist. 2. Pauli ad Corinth. qui, omnes Apostolos, Joanne & Paulo exceptis, uxores habuisse dicit; adde nullius esse fidei, quæ de Paphnutio Socrates & Sozomem. narrant. fuit Concilium Nicænum anno à Christo 325. celebratum imperante Constantino, historiam scripserunt ecclesiasticam ad annum usque 439. imperantibus Theodosio II. & Valentin. III. Patres à Cardinalibus Baronio & Perronio citati, qui scripserunt ab anno 325. ad annum 439. orationis Paphnutii non meminuerunt; imo contrarium Orientalis, sed præcipue Occidentalis Ecclesiæ usum exponunt & probant, indeque patet responsio ad objectionem ex Can. 10. alias 12. hac distinct. 31. sumpto ex histor. tripartit. lib. 2. cap. 14. qui est Sozomeni. G. D. P.

De apostolis uxoratis & prolem habentibus, ad cæteros sacerdotes.

Expositio & conciliatio Patrum dicentium Apostolos uxores & filios habuisse.

Adde eumdem Molinæum in not. ad Can. multorum. 27. quæst. 2. in textu. ibi & suis uxoribus abstinerent. in posteriori editione ejusdem ann. 1559. item Bereng. Fernand. in arbore cognationis ex confirmationis sacram. pag. 39. F. P.

De eadem materia quæ supra ad authores & locos remissio.

Can. 11. *Nicæna.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Sed illud objicitur tripertitæ historiæ de Paphnutio, cujus dissuasu Nicæna Sinodus nihil statuit de presbyteris cum uxoribus dormientibus*, ibi *tripertitæ historiæ.*

De Paphnutio martire ad historiam.

Lib. 2. cap. 14. & erat hic Paphnutius martir, clarus miraculis; ut in ead. historia lib. 1. Rufin. histor. Ecclesiast. lib. 10. cap. 4. C. M.

DISTINCTIO XXXII.

Can. 2. *Si quis vero.* est 3. in emendat. Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Si qui sunt clerici extra sacros ordines, qui se continere non possint, sortiri uxores debent, & de eorum stipendiis cogitandum.*

De clericis conjugatis.

Ut infra 12. quæst. 1. per totum. Quod à tempore Hieronimi tepescere incipiebat. infra 93. distinct. Diaconi. Et nunc jam 500. annis penitus exolevit, nisi sicubi cum verbo Dei restitui cæpit. C. M.

Et illud totum desumptum ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. F. P.

Hic Canon est Gregorii magni in Pontificem assumpti circa annum 590. Qui partem facit Can. quia tua fraternitas. 12. quæst. 1. Sumpti ex responsione ad Augustinum Anglorum Episcopum nuper ad fidem conversum, cui Monacho regulis Monasteriorum erudito dat in mandatis, ut tum nascentis Ecclesiæ Anglicanæ Clericos instituat ad exemplum clericorum Ecclesiæ primitivæ, tamque stipendiarios, vel, ut divi Cypriani verbo utar, *sportulantes*, qui mos à multis Ecclesiæ partibus exoleverat, falliturque Molinæus non observata temporum serie, citans quæ Gratian. habet 12. quæst. 1. Loquitur de clericis qui communem à principio ducebant vitam, qualis est hodie religiosorum. G. D. P.

De clericorum & Monachorum institutione & disciplina.

Can. 4. *Nullus missam.* Est 5. in ead. emendat.

TEXTUS. In Textu ibi. *Nullus missam audiat presbiteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut sub introductitiam mulierem.* Juncta inscriptione. *Item. Nicolaus Papa omnibus Episcopis.*

De clericis concubinariis missam celebrantibus & eisdem assistentibus.

Cum hæc decreta domin. *Marsencal* primus Tho-

Source : BIU Cujas

losani Senatus Præses exequi vellet anno 1550. non caruit Epicureorum, aut Sophistarum cum illis colludentium calumniis. C. M.

Quid de facto Tholosæ contigerit ignoramus ; at notandum Can. hunc sumptum ex concilio Romano, sedente Nicolao II. anno 1059. dubii enodationem in adverbio *indubitanter*. glossa objicit Can. consulendum. distinct. 28. & Can. ultim. 15. quæst. ult. quibus Nicolaus I. Respondet Bulgarorum quæsitis, de sacerdote uxorem habente, & de sacerdote adultero, nec apposite, cum illis Nicolaus I. Doceat Bulgaros, non populi, sed Episcoporum esse de sacerdotibus judicium, aliud autem est sacerdotes incontinentes judicare, aliud eorum missam vitare, quod Nicolaus II. statuit in sacerdotem indubitanter concubinarium. Hæc autem indubitabilis sententia, non à populi præsumptione sed ab episcopi judicio pendet, post cujus sententiam omnes sciunt indubitanter, ut hîc. & can seq. cap. vestra. de cohabitat. cler. & mul. addidit Gregor. IX. Confessionem in jure, & rei evidentiam. cap. ultim. eod. tit. sed tandem Concil. Basileensi definitum, ut sententia publicetur, videnda gloss. Pragm. Sanct. tit. de excommun. non vitandis. §. statuit quod nemo. verb. suspensionis. G. D. P.

Quis dicendus presbyter publicus concubinarius.

Ad elucidandam inscriptionem remissiones.

Adde ad inscriptionem hujus Can. reformandam, item Nicolaus Papa omnibus Episcopis. Anton. Augustin. in emendat. Grat. in posteriori dialogo. pag. 371. editionis Balusianæ, & in ejusdem Anton. Augustin. additionibus pag. 374. & eund. Balusium in notis ad Gratianum pag. 457. & sequ. F. P.

DISTINCTIO XXXV.

Can. 2. *Ab exordio.*

GLOSSA.

In Gloss. verb. *Ab exordio conditionis humanæ, nec carnibus vescebamur, ibi tamen Lamech fuit venator, sed illud fuit propter pelles, non propter carnes, juncta inscriptione. Item Hieronimus.*

Correctio inscriptionis & de esu carnium.

Tam inepta solutio, quam fatuum argumentum, quod non est in scriptura : sed quod Abel erat pastor ovium? adquod obtulisset Deo, quod non licuisset homini edere, Genes. 4. est ergo superstitiosum commentum, non Hieronimi, cujus non est hoc cap. *ineptum & suppositititium.* C. M.

Et illud totum additum hîc & desumptum ex editione jeusdem Molinæi anni 1553. F. P.

Molinæus sua nota non tam insultat Bartholom. Brixiensi decreti Commentatori, qui vixit circa annum 1272. quàm omnibus Ecclesiæ patribus & Doctoribus. Similis est Nicolai Lyrani Commentatio. Dicitur Genes. cap. 3. fecit quoque Domin. Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. Lyranus idest de pellibus animalium mortuorum, & ad cap. 4. sciendum est, inquit, quod Lamech jam cæcutiens, puero ductore exierat in campum ad venandum, & non pro carnibus, quia illis non vescebantur homines, sed pro pellibus quibus induebantur : item Genes. 1. ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ. Beda. omnis herba & ligna data sunt hominibus & volatilibus & animantibus terræ in escam ; unde patet quod tunc animalia animalium esu non vivebant, sed concorditer herbis & fructibus vescebantur ; Lyranus sic intelligendum quod herbæ & fructus arborum darentur hominibus, bestiis, & animantibus, non communiter, sed singulis, secundum conditionem naturæ suæ, ut pote fructus arborum hominibus, ut dicitur infra ex omni ligno paradisi comedetis, &c. Et addit Lyranus esus autem carnium & piscium non est laxatus sive permissus hominibus, nisi post diluvium, ut habetur infra. cap. 9. ubi dicitur sic omne quod movetur & vivit erit vobis in escam. Chrisost. hîc est initium edendarum carnium Theodoret. Deus post diluvium carnium edendarum legem statuit : Rabanus. esus carnium concessus vi-

Probatur ex sancta scriptura ante diluvium homines nec non animalia vesci solita solis herbis & fructibus.

Usus & esus carnium tantum permissus post diluvium, & quare.

detur post diluvium, propter infœcunditatem terræ. Lyranus. concessit Deus quod possent vesci piscibus & carnibus duplici ratione, &c. & infra sicut homini primo concessit vesci omnibus terræ nascentibus, ita vobis concedo vesci piscibus & carnibus. G. D. P.

Adde Rabanum Maurum lib. 2. de instit. cleric. cap. 27. & Genebrard. Cronolog. lib. 1. pag. 8. F. P.

DISTINCTIO XXXVII.

Can. 6. *Legimus.* Est 7. *In emendat. Romana.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Legimus de Beato Hieronimo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correctus.*

De lectura librorum profanorum, an permissa.

Vetus est figmenta scribi, & etiam doctis imponere, quare semper necessarium illud Apostolicum. Joannis & Pauli. omnia legenda, hoc est legi permissa, sed non probanda. C. M.

DISTINCTIO XXXVIII.

Can. 6. *Omnes psallentes.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Substantia summi sacerdotii sunt eloquia divinitus tradita.* Ibi. *Substantia sacerdotii videtur esse quod ordinandus habeat scientiam.*

Quid sint claves ecclesiæ & de earumdem usu.

Unde Joann. Chrysostom. tom. 4. homil. 44. dicit claves esse litterarum scientiam, & usum clavium veram earum interpretationem, adde & juxta illas solvere vel ligare. C. M.

Can. 11. *Quamvis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Errare cavendum quanta cura.* Ibi. *Errare est aliud pro alio putare. ut 22. quæst. 2. in quibus.*

Quid sit error & errare.

Adde generaliter errare, ignorare, nescire, titubare differunt, nota gloss. super rubric. de jur. & facti ignor. & in lege de statu. dig. de testam. hîc autem error. sumitur pro errore quem positivum vocant Theologi Scholastici. C. M.

Et illud prænotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis est in margine retentum, suppressis posterioribus verbis *hic autem* ad finem usque. F. P.

DISTINCTIO. XL.

Can. 6. *Si Papa.*

TEXTUS.

In textu ibi. *Quia cunctos judicaturus est, ipse à nemine judicandus, nisi deprehendatur à fide devius.*

De summo Pontifice in errorem lapso, judicando, vel non.

Sed quomodo non deviat à fide qui fructus fidei non ostendit. Jacob. 2. quid cum fructus contrarios edit ? Nonne Christus dicens à fructibus eorum cognoscetis eos, discrimen facit fidelium & infidelium ? Quorsum ergo hîc textus suppositititius, dices loqui de fide historica, sed eam habet diabolus, & ejus minister Antichristus, cujus favore factum est hoc cap. sed quid quando fit Epicureus ? En in quæ portenta labuntur, qui plus hominibus, quam verbo Dei tribuunt. C. M.

Et illud totum desumptum ex editione anni 1555. F. P.

Theologis relinquo hujus examen notæ, hæreticum est dicere eum qui fidem sine charitate habet non esse Christianum. Sess. 6. de justificat. Concilii Tridentini Can. 28. Longeque differt fides mortua à fide historica, nec semper deviat à fide qui fructus fidei non ostendit; opera quidem bona fidei testimonium perhibere possunt, sed fructus fidei sunt gratia accedente, peccata mortalia separant à Deo, & gratiæ sunt abdicativa, non vero fidei destructiva, concedo peccatores esse modicæ fidei, nego infideles esse, absurdum est dicere Christum his verbis à fructibus eorum cognoscetis eos, distinxisse fideles ab infidelibus, cum infideles misericordiæ, pœnitentiæ, remissionis peccatorum non sint capaces : de fidelibus dictum est, justum in die septies cadere, de his dictum quotiescumque ingemuerit peccator, &c. pro eis dictum quorum remiseritis peccata, &c. Hæreticum est dicere fidelem esse Antichristum, omnes enim infideles sua superabit Antichristus impietate & malitia, Epicurei vero sectatores parum ab Atheis distant, nec impertinenter eos infideles dixerit, habito ad fidem divinam respectu : Quod autem dixit Bonifacius, excepta fide

Qui dicendi fideles vel infideles, fides mortua vel nulla.

Non novum quod dicitur SS. PP. à nemine judicandum.

Papa

Source : BIU Cujas

Papam in cæteris judicem non habere, dixerat apud Baron. Valentinianus Imperator ann. 433. Gelas. Papa ann. 493. Ennodius anno 500. G. D. P.

In id posterius adde & vide in inscriptionem hujus Canon. Anton. Augustin. lib. posterioris emendat. Gratiani. Dialogum 3. pag. 268. editionis Balusianæ; & in additionibus ibidem. Eundemque Stephanum Balusium. in not. ad hunc Canon. pag. 459. ejusdem editionis. F. P.

Can. 12. *Multi sacerdotes.*

INSCRIPTIO. Ratio inscriptionis & textus prout jacet insequendi.

In Inscriptione. *Item Ioan. Chrisostomus.*

Tomo 7. homil. 43. in cap. 23. Matthæi. Usque ad Versiculum idem quicumque. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Idem quicumque desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in cælo. Iuncta inscriptione. Item Ioan. Chrisostomus.*

Ad textum & inscriptionem animadversio.

Habetur tomo 7. homil. 35. in 22. cap. Mathæi. C. M.

In id vide Joann. Bordenavium officialem Lescarensem in lib. protribunal. Ecclesiastic. id est, *des Cours Ecclesiastiques.* F. P.

DISTINCTIO XLVI.

Canon. *Non licet. 9.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non licet usuras vel lucra, quæ dicuntur sescupla accipere.* Ibi. *sescuplum dicitur à sesqui, quod est totum, & plica, quod est medietas.*

De usuris sescuplis & aliis.

Vide Budæum in lib. de asse & partibus ejus in principio. & quæ dixi in tract. contractuum & usurarum. in prima figura. C M.

Prima pars hujus prænotati usurpata ab emendatoribus Romanis, supressa altera, quia Molinæum arguebat authorem. F. P.

DISTINCTIO XLVII.

Can. 2. *Quoniam multi.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Mutuum dantes centesimas usuras exigunt.* Ibi. *Centesima dicitur usura quæ sorti æquiparatur in anno.*

Quid centesima usura sescupla, & aliæ.

Imo centesima est, quæ æquat in centum mensibus, sescupla autem est solida & dimidia, & sic æquat sortem in 66. mensibus ex besse, ut dixi in tract. Usurar. in abaco. C. M.

Can. 8. *Sicut hi.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. *Item Ambrosius de eo quod scriptum est in Evangelio, hominis cujusdam divitis fructus uberes ager attulit.*

Restitutio sive suppletio inscriptionis à Carolo Molinæo facta.

In tertia parte operum. Sermone 82. col. 5. cum sequenti. Unde ego hujus capitis textum (qui corruptus erat) renovavi, & nativæ puritati restitui, ut sequitur & infr. notatur. C. M.

Et illud ultimum; & brevius *& infra notatur* additum ex editione anni 1553. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu in principio. *Sicut ij qui per insaniam & sequentia.*

Restitutio textus à Carolo Molinæo.

Hoc cap. sic restituit Dominus Carolus Molinæus. C. M.

Ad illud cap. vide Joann. Langhecrucium lib. 4. de vit. & honest. clericorum. pag. 515. in fine. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Necesse est etiam. Et sequentia.*

Restitutio Textus secundum ordinem quo stare debet.

Hîc incipiunt verba Gratiani, usque ibi. Unde Hieronimus, non enim justus. Quod stare debet pro separato & ult. can. hujus distinctionis. C. M.

DISTINCTIO L.

Can 12. *Si post ordinationem.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Achab quoque post mortem Naboth viri sanctissimi per pœnitentiam humiliatus in regia sede remansit.*

Ad historiam regum lib. 3. cap. ult. observatio contra textum Canonis.

Falsum exemplum, quia licet parvæ induciæ impio Achabo datæ sint, tamen quod ei nunciatum fuerat, quod canes sanguinem ejus lingerent in campo Naboth. impletum fuit. 3. Regum. cap. ultim. C. M.

Can. 17. *Ferrum.* Est 18 *in emendatione Romana.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In eo non debet despici potens, cum de terra tollitur, quod fuit, quia jam incipit esse quod non fuit.* ibi. *ego breviter dico, quod contra omnem præsumptionem admittitur probatio.*

Quod contra præsumptionem quamcumque admittatur probatio.

Hæc vera & ab omnibus legistis & canonistis approbantur. Idem gloss. infr. distinct. 54. cap. fœminæ. C. M.

In palea Sacerdotes.

TEXTUS.

In Textu. *Per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.* ibi. *restituitur.*

Ad textus ordinem astruendum.

Hactenus palea, & Gratianus loqui incipit. C. M.

Can. 23. *Absit.* Est 26. *In emendatione Romana.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. *Item ex Epistola Cleri Romani missa Papæ Cypriano.*

Ad inscriptionis & textus elucidationem.

Quæ integra habetur lib. 2. Epistol. divi Cypriani Epist. 1. C. M.

Can. 32. *De eo autem.* Est. 35. *In emendat. Roman.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Tunc communicato & librato de omnium collatione Consilio. Iuncta inscriptione unde Cyprianus Papa.* ibi. *Olim Episcopus non poterat sine consilio reconciliare hæreticos. Can. si quis Episcopus. 1. quæst. 7. Sed hodie secus. Extra. de hæreticis. Ad abolendam. §. præsenti.* Ibi. *sine Consilio.*

An olim Episcopus potuerit condemnare aut excommunicare quemquam absque Consilio.

Id est sine Ecclesia, sicut non poterat sine ea excommunicare, sive extra Ecclesiam ponere. 1. Corinth. cap. 3. non enim Domini erant Ecclesiæ, sed ministri. C. M.

Glossa fallitur, jungens can. si quis Episcopus. 1. quæst. 7. cum nostro textu Cypriani, qui Epistol. 2. lib. 4. non loquitur de concilio congregando pro lapsis recipiendis, at si congregentur Episcopi, id statuere proponit quod de eorum consilio fieri oportere visum fuerit; Martinus vero in eo can. si quis Episcopus. I. quæst. 7. Episcopos & Presbyteros, aut clericos in alicujus hæresis opinione deprehensos, dicit ab alterius diœcesis Episcopo non esse recipiendos; nisi constet eos fidei suæ libellum concilio porrexisse, fuisseque probatam Lucius verò 3 cap. ad Abolendam. §. præsenti. de hæreticis. Statuit post damnatam in Concilio hæresim, eos qui in ea perstare deprehenduntur, pœnis in concilio latis subijci, nisi continuo, sive clerici, sive laici sint ad fidei Catholicæ unitatem recurrerint, & errorem suum ad Episcopi arbitrium abjuraverint, satisfactionem congruam exhibentes, quod imitatum puto ex can. 8. Concilij Nicæni, quod extat can. si qui voluerint. 1. quæst. 7. alij sunt Lapsi Cypriani, alii hæretici nondum per concilium condemnati, alij Martini, alij hæretici condemnati Lucij: aliud consilium, aliud concilium. Quod vero de lapsis ex Episcoporum consilio recipiendis dixit Cyprianus, & de hæreticis in concilio audiendis dixit Martinus, inepte porrigit Molinæus ad peccatores excommunicatos, sunt enim omnes lapsi & hæretici, pejus addit & episcopum non potuisse sine Ecclesia excommunicare, aut extra Ecclesiam ponere, & divi Pauli exemplo 1. ad Corinthios. cap. 5. abutitur, & nemo dubitat omnibus Corinthiis; sive clericis, sive laicis scriptum, quos relata sibi incestuosa cujusdam Christiani fornicatione, arguit, quod vana de se opinione inflati, cum potius tale peccatum lugere debeant, reo tamen sint faventes, nec enim de medio sui exturbant; non dicit enim ab iis excommunicandum, imo diserte declarat se absentem corpore, præsentem spiritu jam judicasse eum qui sic operatus est, satanæ tradendum, congregatis iis; quod non intelligendum est ex eorum authoritate, sed iis præsentibus, & audientibus, qui mos est ferendæ excommunicationis sententiæ, ut nempe solus pastor judicet, Hieron. Epist. 53. miror sanctum Episcopum, in cujus Parochia esse pastor dicitur, acquiescere furori ejus, & non Virga ferrea confringere vas inutile, & non tradere in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat. Gregor. Nissen. ne Episcopalis arrogantiæ existimes segrega-

Differentia inter lapsos & hæreticos nondum condemnatos, inter consilium, & concilium.

Vera explicatio Pauli 1. ad Corinthios cap. 5.

Conciliatio locorum à Molinæo & glossa citatorum.

Comprobatio patrum SS. & in Pauli mentem deflexio.

Source : BIU Cujas

tionem, lex est patrum, vetus est regula, quæ cæpit à lege, & confirmata est in gratia; considera sanctum Paulum in reos emittentem sententias segregationis. Chrisostomus ad populum Antiochenum. homil. 70. nam nos quidem ne trahamur in necessitatem optamus, quod si venerimus, nostrum implemus officium, vincula injecimus. Ambros. de offic. lib. 2. cap. 27. Episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentes auferre, ulcera adurere, non abscindere, postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Gregor. homil. 26. in Evangelia. hæc de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, vel ligare, sed utrum juste vel injuste liget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, at hanc sententiam cum grege ferri Molinæus vult, quo nihil insulsius. G. D. P.

Can. 49. *Ex pœnitentibus.* Est 55. *in emendat. Romana.*

TEXTUS. In Textu. *Ex pœnitentibus, quamvis sit bonus, tamen clericus non ordinetur.*

De pœnitentium ordinatione interdicta. Scilicet solemniter. C. M.

Vide in id Albert. Trot. de perfecto clerico. lib. 2. cap. 10. Joan Darthis de canonica disciplina circa pœnitentiam. pag. 102. F. P.

DISTINCTIO LI.

Can. 2. *Designata.*

GLOSSA. In Glossa verb. *De curialibus autem qui debeant fieri clerici.* Ibi. *nocet magis quod est contra me, quam quod est pro me.*

Receptibiliores excludendi modi, quam admittendi. Jason. leg. 1. de condict. ob turpem causam. Alexand. Consil. 160. Column. ult. ubi dixi lib. 3. Philipp. Decius leg. si Rufinus. cod. de testam. militis. cap. causam quæ. Colum. 3. de judic. Consil. 3. num. 4. ubi etiam tetigi. C. M.

Can. 3. *Præterea.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Curiales clericos facere mortis titia, cum de revocandis eis, id est clericis curialibus aliquid ab Imperatore præcipitur.*

De curialibus non ordinandis, propter revocandi metum ad curiam. Scilicet ad curiam & officium suum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Publicis functionibus occupatos clericos facere, vel Monasterio mancipare.* ibi. *vel dic quod in monasterio existens, potest exequi illud officium, puta scribendi; de quo in ead. Glossa.*

De ijsdem curialibus non ordinandis, vel monasterio tradendis, nisi addicti sint muneribus non repugnantibus conditioni. Idem Panorm. Felin. cap. cum I. & A. de re Jud. C. M.

DISTINCTIO LIV.

Can. 8. *Quis autem legem principum.* Est 11. *In emend. Rom.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quis autem leges principum dicat debere contemni.*

De legibus principum custodiendis in Ecclesiis. De quibus dixi in præfat. ad edict. Henrici II. Contra Abusus. [a] C. M.

[a] Scilicet num. 20. & seqq. in Latin. & num. 30. & seqq. in Gallico. adde & quod dixit supra ad can. de capitulis. 9. in glossa verb. mendacem. distinct. 10. & quod ibidem adnotavit D. G. D. P. Et quæ & nos ibidem subjecimus. F. P.

Can. 9. *Generalis.* Est. 12. *In emendat. Roman.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nihil perire credimus Ecclesiasticis utilitatibus, si quæ sunt aliena reddantur.* ibi. *Dico quod si de iure Ecclesia diffidit, denunciabit illi quem credit Dominum esse.*

De restitutione alienorum ab Ecclesia facienda. Ad hoc quod notat Petrus Ancharan. repetit. cap. peccati venia. de reg. jur. in 6. C. M.

Can. 14. *Si servus,* Est 20. *In emendat. Romana.*

INSCRIPTIO. Lux reddita inscriptioni. In Inscriptione. Ibi. *Constitutio novæ.*

In Authent. de sanctissimis Episcopis. §. si servus. C. M.

DISTINCTIO LV.

Can. 3. *Pœnitentes.*

TEXTUS. In Textu. *Iuncta inscriptione Hilarius Papa.* ibi. *pœnitentes ad sacros ordines aspirare non audeant.*

De Pœnitenti- Id est quibus propter crimina pœnitentia publica est imposita, non enim Doctor Hilarius, sed Papa loquitur hic. Ideo non secundum Evangelium, sed secundum stilum Papæ debet intelligi. C. M.

bus publicis non ordinandis & de Hilario Papa id sanciente.

Et illa præcedentis Molinæani adnotati verba; incipiendo ab illis *non enim Doctor Hilarius*, usque ad finem, addita sunt hîc. Ex ejusdem Molinæi editione anni 1553. F. P.

Molinæus ad can. si Papa. distinct. 40. voluit Papam fructus fidei non facientem judicari posse, & ad finem can. 1. distinct. 23. laudat. d. Augustinum & probat. can. 2. ead. distinct. sumptum ex Carthaginensi Concilio, quo cautum est, ut Episcopus ordinandus examinetur. Si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si sobrius, &c. Si pœnitentibus reconciliatis communicet, hîc tamen vult peccatores & criminosos, quibus ob peccatorum gravitatem pœnitentia erat imposita publice, ante reconciliationem ordinari non posse, atque Hilario in Pontificem anno Christi 461. assumpto insultat, de quo Platina, Hilarius ubi ea peregisset quæ ad optimum Pontificem pertinebant, tum in extruendis templis ordinandisque, tum etiam docendo, admonendo, castigando, eleemosinasve ubi opus erat præbendo, moritur, quemque inter confessores sanctos vide in Martirol. apud Baron. die 10. Sept. Hic successit sancto Leoni, cujus Legatus fuerat ad Ephesinum Concilium, eo tempore quo omnes fatentur hæretici nullis maculatam fuisse sordibus Romanam Ecclesiam: unum addam de his publicis pœnitentibus ex Greg. Taumaturgi Canonica Epistola, fletus seu luctus est extra portam Oratorij, ubi peccatorem flentem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur, auditio est intra portam, in loco quem Carthica vocant [a] in ferula, ubi oportet eum qui peccavit stare post Cathecumenos, usque ad Cathecumenos etiam illinc egredi; audiens enim post scripturas & doctrinam ejiciatur; & precatione indignus censeatur; addit author de subjectione, de substractione, tum de consistentia, & tandem de sacramentorum participatione, quorum antiquorum rituum indagatio loci est alterius, sed hoc notavi ex Gregorio Thaumaturgo duobus ante Hilarium sæculis vivente, ut evidenter pateat quam pie & christiane statuerit non ordinandos pœnitentes, donec ad sacramentorum fuerint admissi participationem, sua peracta pœnitentia. G. D. P.

Confutantur hîc quæ Molinæus perperam dixit de Hilario Papa.

[a] Forte Nactheſa & Nenthea.

De pœnitentium statu extra Ecclesiam etiam post Cathecumenos.

Can. 6. *Qui partem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui partem digiti sibi volens abscidit.* Ibi. *Esaias suam linguam amputavit.*

Falsum est, & nullibi scriptum. C. M.

Emendatio Glossæ hic si vera.

DISTINCTIO LVI.

Can. 1. *Presbyterorum.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Presbyterorum Filios à sacris ministeriis removemus, nisi aut in cœnobiis, aut in canoniis religiose probati fuerint conversati, iuncta palea subsequenti, quæ de filiis presbyterorum ad summum Pontificatum promotis; & inscriptione eiusdem paleæ; quæ est undè Damasus Papa scribit Hieronimo presbitero.*

Emendatio textus ad historiam temporum. Cogitandum est, nam hæc palea videtur superaddita, quia pars narratorum post Hieronimum & Damasum contigit. C. M.

De filiis presbyterorum & Episcoporum ad Episcopatus promotis. De inscriptione hujus canonis vide Stephanum Balusium in noviſſima emendatione Gratiani & notis ejusdem ad Gratianum & ad hunc canonem. pag. 405. & ad materiam hujus can. de filiis presbyterorum, ad beneficia promotis, atque etiam ea quæ patres tenuerunt vide Claud. Robertum in gallia Christiana. & in Archiepiscopis Bituricensibus. pag. 27. F. P.

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Vnde Damasus Papa scribit Hieronimo presbitero. Iunctis quæ dicuntur in textu, de Fœlice & Agapito summis Pontificibus & aliis.*

Correctio inscriptionis & textus. Hæc Palea falsa & conficta est & digna animadversione, quia Fœlix III. fuit Papa fere 100. annis post Damasi mortem, & est audax & merito spernenda

Source : BIU Cujas

impoſtura, & Agapitus Romanus 150. annis poſt obitum dicti Damaſi. C. M.

Et ibi etiam quædam addita ex editione anni 1553. & ad inſcriptionem & textum junge Anton. Auguſtin. in emendat. Gratiani Dialogo 6. pag. 57. poſterioris editionis Baluſianæ. Sirmund. in authirretico adverſus Aurelium. pag. 96. Vidum Conchilum in poſthumo tractatu libertat. Eccleſ. Gallican. pag. 79. F. P.

Hæc ſunt deſumpta ex libro Pontificali qui à Damaſo cæptus eſt; nam plerique hîc nominati Papæ ſucceſſores ejus fuere, non autem Oſius, qui nec inter Pontifices RR. annumeratur. Ideoque totum hoc cap. à Gratiano compoſitum videtur ab interpretibus R R. verum ſummi Sacerdotes plerumque ſunt Epiſcopi. ut infra diſtinct. 59. & vero Oſius fuit Epiſcopus. diſtinction. 61. cap. Oſius. A. L.

Can. 6. *Satis perverſum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Satis perverſum, ut parentum voluptatibus ſuis quis privetur officiis.* Ibi. *Sed quid ſi pater commiſit crimen læſæ majeſtatis, nonne filius privandus beneficiis cum ſit infamis? non, quia cum clericus ſit, eſt à Jurisdictione principis exemptus.*

Clerici ſubſunt legibus politicis, tamen ob parentum crimina non privantur beneficiis jam quæſitis.

Hæc ratio non valet, quia clerici ſubſunt legibus politicis; ut dixi in annotationibus ad Philipp. Decium cap. 1. de Conſtit. ratio eſt, quia hæc non eſt proprie infamia, ſed redundantia infamiæ alienæ; ideo filij non privantur, ſucceſſionibus & honoribus jam quæſitis. & infr. notatur. C. M.

Filij reorum & damnatorum ob crimen læſæ majeſtatis parentum non privantur bonis propriis, nec beneficiis.

Imo bona eſt ratio gloſſæ, quoad filij beneficium, aliud quoad bona temporalia clerici, ſed & ejus perſonam multis caſibus; & in Gallia nulli pœnæ ſubjiciuntur filij reorum læſę majeſtatis criminis. Rebuff. in præm. ad conſtit. Regias. gloſſa 5. num. 106. Confiſcantur bona patris, nulla alia filiis adimuntur innocentibus, multo minus beneficia. G. D. P.

Defendetur ratio Molinæi & probatur clericum prius ſubmiſſum legibus politicis quam Eccleſiaſticis.

Non erat quod hîc Dom. G. D. P. Regius apud Andes conſiliarius rationem Molinæi improbaret, juribus regiis & obſequiis magis faventem, & naturali æquitati; quæ dictat quemlibet Eccleſiaſticum prius naſci ſubditum, quam Eccleſiaſticum, & ideo legibus politicis & regiis ſubmiſſum, ut notat idem Molinæus infra ad can. quicumque. 17. quæſt. 4. in textu. ibi. Sed jure fori non jure polit. & ad rem aptius Dom. Georgius Lovetius Senator Pariſienſis Dom. G. D. P. Comprovincialis in notis & cenſuris ad Carol. Molinæi Commentar. ad reg. de infirmis, num. 107. nec debuerat Dom. G. D. P. ullum inter juriſdictionem regiam & Eccleſiaſticam, quod ante non fuerat, ſuſcitare diſſidium, quod facilius componi poſſit per gloſſam Pragm. ſanct. tit. de collat. §. cui rei. in verb. publica. ubi diſſeritur de mutuis officiis regi & Eccleſiæ præſtandis, ut & per eumdem Molinæum in notis ad cap. cum parati. 19. in gloſſa. verb. quod in legatione Regis eſſet. De appellat. in decretal. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in ead. Gloſſa. *Cum clericus ſit, eſt exemptus à juriſdictione principis.*

Vera ratio gloſſæ à Molin. hîc tradita, & expoſita in exemptione clericorum à juriſdictione ſæculari; ab eodem refellitur & bene.

Idem Albericus leg. quiſquis, ad leg. Juliam majeſt. Ludov. Roman. ſingul. 686. Angel. tract. malef. verſ. *Cheſai tradito la tua patria.* col. 7. Gemin. cap. ut commiſſi. de hæretic. in 6. Panorm. cap. cum laic. de jure Patron. ſed Joan. Imola leg. in inſulam. in principio. ſolut. matrimon. Philipp. Franc. cap. Fœlicis. §. ſi quis. in gloſſ. verb. Pontificalem. de pœnis. in 6. præpoſit. Hic. dicunt Gloſſam eſſe veram in majeſtate temporali, ſecus in Eccleſiaſtica, idem Henric. Bohic in cap. vergentis. de hæret. Ego vero dico gloſſam veram, non per rationem ſuam, quæ falſa eſt, ſed quia hæc non eſt proprie infamia, ſed alienæ infamiæ aſperſio, & jura pœnalia de potiori intelliguntur. C. M.

Can. 12. *Cœnomanenſem.*

TEXTUS. In Textu ibi. *In ſacerdotio nati, in ſummos Pontifices leguntur eſſe promoti.*

Verbum ſummus Pontifex commune omnibus Epiſcopis.

Verba ſunt Gratiani, & ſic tempore ſuo verbum *ſummus Pontifex*, erat communis omnibus Epiſcopis, de quibus tantum hîc loquitur, & non de Papis, nec poteſt referri ad can. Oſius. ſupra eod. quod non eſt de compilatione Gratian. ſed ſuperaddita Palea. ut ibi dixi. Adde cap. ſi Officia. infr. 59. diſtinct. cap. de his. de conſecrat. diſtinct. 5. & quæ plenius dixi in tract. contra abuſus Paparum. part. 2. gloſſ. 51. num. 25. C. M.

Et illa poſteriora Molinæani prænotati, incipiendo ab his verbis *& quæ plenius dixi uſque ad finem*, ſunt addita & deſumpta ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. F. P.

Quomodo Archiepiſcopi & Epiſcopi ſummi ſacerdotes & Pontifices ſint dicendi.

Guido de Baiſo. dict. Archidiaconus, qui ſcribebat circa annum 1300. dicit Hugonem hunc locum Gratiani de Apoſtolicis intellexiſſe. Præpoſitus Felini contemporaneus ſcribit Gratianum hoc §. declarare quomodo Can. Oſius. ſit interpretandus, quem, can. ſi Doctores non dubitant eſſe ex ejuſdem Gratiani collectione; Summum ſacerdotium eſſe Epiſcoporum reſpective ad presbyteros eis ſubmiſſos, nemo dubitat, & inde ſummi ſacerdotes appellati ſunt, nec incongrue ſummi Pontifices dicti ſunt ratione ſacerdotij, notandum tamen Gratianum, alioſque inferioris ordinis ſummi Pontificis nomine ſolos Romanos intelligere Pontifices, ipſos vero Romanos Pontifices in canonibus quos citat Molinæus Archiepiſcopos, & Epiſcopos fratres ſuos, relatione facta ad ſummum ſacerdotium, etiam ſummi Pontificis titulo decoraſſe, & certe ſunt eorum quilibet in ſua Provincia & diœceſi ſummi Pontifices, Cleri ratione qui eis ſubeſt; quemadmodum & Papa Romanus Petri Apoſtolorum principis ſucceſſor, Chriſtique Vicarius, eſt cæterorum Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum ſummus Pontifex & primus Sacerdos ut & Juſtinian. novell. 131. de Eccleſiaſt. tit. cap. 2. Videndus. Baron. in Martirologio, ad diem 9. Aprilis. Quod ad can. Oſius, qui Palea inſcribitur, poſt can. 1. ead. diſtinct. 56. Gratianus ait verum, ſi eorum honeſtas eos commendabiles fecerit, exemplis & authoritatibus non ſolum ſacerdotes, ſed etiam ſummi Pontifices fieri poſſunt, unde Damaſus Papa ſcribit Hieronimo presbytero. Ubi Molinæus notat, hæc Palea falſa & confiſta eſt, quia Fœlix fuit Papa fere centum annis poſt mortem Damaſi, & Agapitus I. Romanus centum quinquaginta annis poſt obitum dicti Damaſi, & eſt audax & merito ſpernenda impoſtura. Addere poterat Molinæus nec ullum fuiſſe Papam nomine Oſium hîc. Nulla falſitas, nulla impoſtura, ſed eſt error, Damaſus ut ait Platina vitas Pontificum ſuorum prædeceſſorum ſcripſit, & ad Hieronimum miſit, dictus hic liber Pontificalis cui ſubſequentum vitæ Pontificum additæ ſunt; cujus libri quia Damaſus primus compilator, Damaſi nomine citatus, error notatur in decreto reformato ex Gregorij XIII. compilatione anno 1580. Librum Ivo prologo ſui decreti vocat de geſtis Pontificum. G. D. P.

Qui ſit liber Pontificalis Damaſi & quæ ejus additiones unde conciliatio errorum.

Huic etiam Molinæi notæ & Dom. G. D. P. cenſuræ addi poſſit alia Molinæi nota in textu can. qui Eccleſiaſticis. diſtinct. 59. ibi ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare. quæ mox ſubjiciuntur, & ad quas recurſus datur. F. P.

Conciliatio errorum & Acroniſmorum à Molinæo hîc allegatorum.

DISTINCTIO LVII.

Can. 1. *Si quis in ægritudine.*

TEXTUS. In Textu ibi. *In ægritudine baptizatus presbyter ordinari non debet.*

Clinici ſive in ægritudine Baptiſati non ordinentur.

Hos quidem olim vocabant Clinicos per irriſionem, quos reprehendit Cyprian. lib. 4. Epiſt. 7. C. M.

Hi dicuntur & lecticularii.

Dicuntur etiam lecticularii qui baptiſmum in lecto jacentes expectabant, de his Ludov. Lacerda. Presbyter Societ. Jeſu, in adverſariis ſacris. cap. 39.

Source : BIU Cujas

num. 7. & cap. 81. num. 26. F. P.

DISTINCTIO LIX.

Can. 1. *Qui Ecclesiastica.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem imbutus non est, ad summum sacerdotium Ecclesiæ aspirare non debet. ibi summum sacerdotium.*

Ad summum sacerdotium id est Episcopatum per gradus Ecclesiasticarum disciplinarum debet fieri promotio.

Id est Episcopatum, quia in primitiva Ecclesia omnes Episcopi erant summi Sacerdotes, vel Pontifices, ut testatur beatus Ignatius sancti Joannis discipulus. Dixi in tractatu contra abusus Paparum. part. 2 gloss. 15. [a] C. M.

[a] Num. 25. & seqqu F. P.

Can. 2. *Si Officia.*

TEXTUS. In Textu. *Inde, id est post peracta Ecclesiastica officia summi Pontificis locum sperare debent.*

Idem de summo Sacerdotio quod de Episcopatu.

Id est cujusvis Episcopi. ut dixi in cap. præcedenti. C. M.

Episcopi dicti summi Pontifices idem & Papæ.

In has duas notas vide quæ notavi supra post can. Cœnomanensem. distinct. 56. non solum autem Episcopi dicti sunt summi Pontifices, sed & Papæ. Baron. in Martirologio. ad diem 10. Januarii, verb. Papæ. G. D. P.

Remissio ad diversos author. de n minimis SS. PP. & Papæ Episcopis omnibus indito.

Adde & de nomine Papæ communi omnibus Episcopis, quæ sunt in veteri codice canon. Eccles. Romanæ. In concilio Carthaginensi. pag. 177. & 180. Sidon. Apollin. lib. 4. Epist 2. lib. 6. Epist. 1. Notas ad Marculfi formul. in proœmio. Pamel. ad Cyprian. Epist. 3. Pragmat. sanct. in glossa. tit. de auctor. general. Concilij. Cap. Sacro-sancta. §. item declarat. in verb. Papali. vid. Conchilium in posthumis memorialibus reformationis status Eccles. pag. 4. & unde Papæ nomen pete ex Sidonio Apollinari. lib. 6. Epist. 1. Pamelio ad Cyprianum epist. 3. Ludov. Lacerd. in adversariis sacris. cap. 72. Coras. in miscellaneis. lib. 5. cap. 15. Greg. Tholos. in Syntagm. Juris. lib. 15. cap. 2. num. 13. & de inscriptione hujus canon. emendata, vide Stephan. Balus. in notis ad Gratianum. pag. 466. in nova editione ejusdem dialogorum Anton. Augustini Terraconens. Archiepiscopi de emendatione Gratiani in notis ab eodem Balusio adjectis. F. P.

Ad emendationem inscriptionis hujusce canonis.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum, qui pompam in multitudine quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri.*

De comitatu Episcoporum & multitudine ordinandorum propter quæstum.

Incedebant enim comitati suis sacerdotibus, sed hodie habent aliud satellitium, & tamen multitudinem faciunt propter quæstum, ut ille qui cupiens mille aureos, publicatis ordinibus, fecit mille sacerdotes pro singulis aureis in Lemovicis. C. M.

Illud & notat. Stephanus. Balusius ad hunc canonem. Et adscribit notam Molinæi in notis ad Gratianum. pag. 466. & illud totum desumptum ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. F. P.

GLOSSA. Can. 3. *Hoc ad nos.*

In Glossa verb. *Quidam desiderio honorum inflammati defunctis Episcopis tonsurantur, argumentum quod nullus debet tonsurari ad hoc, ut dignitatem consequatur,* ibi. *Sola animi destinatio non inducit simoniam.*

De usura simul & simonia mentali, & tonsuratis ad effectum obtinendorum beneficiorum.

Dixi in tract. Usurarum. [a] C. M.

De eadem materia tonsuratorum ad effectum obtinendi beneficia.

[a] Num. 7. ubi agit de usura mentali, & de simonia etiam mentali, & de materia hujus canonis, illorum qui tonsurantur ad effectum obtinendorum beneficiorum, illud accommodari possit quod habetur in hoc canone. ut & in can. Osius. infr. distinct. 61. & quod habetur in tract. Francisci de Roie antecessoris Andegavensis, & ad tit. de Jure patronat. in prologomenis. num. 87. F. P.

DISTINCTIO LXI.

Can. 3. *Miserum.* Est 4. *In emendat. Romana.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Item Innocentius Papa.*

Inscriptionis elucidatio.

Scilicet primus anno Domini 405. C. M.

Can. 4. *Miramur.* Est 5. *in ead. emendat.*

TEXTUS. In textu ibi. *Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite.*

Ad reformationem Ecclesiæ, tam in capite quam in membris in generalibus conciliis tractandam.

Hunc textum allegant Concilium Constantiense & Basileense contra ambitiones Paparum. C. M.

Adde in id glossam Pragmat. sanct. tit. de collat. §. frustra enim. in verb. familiæ. & seqq. F. P.

Can. 7. *Statuimus.* Est 8. *In emendat. Romana.*

TEXTUS. In Textu. *Beatus Severus ex lanificio assumptus in Archiepiscopum.*

De laico primitus ad Archiepiscopatum promoto.

Forsan Suevus, ut olim Suevi lanificio occupati. Sebastianus Munst. Cosmograph. lib. 3. pag. 515. C. M.

Can. 9. *Osius.* Est 10. *In emendatione Romana.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Sed aliud est postulari, aliud eligi.* ibi. *Si autem laicus diceret nolo tonsurari, nisi certus sum de electione, nullo pacto interposito, non peccat.*

De Tonsuratis ad id ut mox beneficientur.

Glossa notabilis. Panorm. cap. bonæ. infra de postulat. C. M.

Junge supr. can. hoc ad nos. 59. distinct. cum ibi notatis F. P.

DISTINCTIO LXIII.

Can. 1. *Nullus Laicorum.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Unde Adrianus Papa. Juncto principio textus. nullus Laicorum principum semet inferat electioni Patriarchæ, &c.* ibi. *Adrianus Papa.*

Ad historiam electionis Paparum à principibus usurpatæ & restitutæ.

Scilicet. III. anno Domini 885. tempore Caroli Crassi, qui ob segnitiem depositus fuit, sed post 77. annos istud decretum antiquatum fuit, & Jus eligendi Papam Othoni I. restitutum anno Domini 962. ut infr. eod. Can. in Sinodo. dixi in tract. contra abusus. part. 2. gloss. 15. C. M.

Et illud postremum *dixi in tractatu, &c.* addit. ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. Adde quod notatum est infra ad can. Ego Ludovicus. 30. Hacce distinct. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quisquis sæcularium principum adversus communem & consonantem electionem agere tentaverit.* ibi. *Si aliqui separatim consenserunt in aliquem, quod talis consensus non valet.*

In electionibus & nominationibus collegiis competentibus, consensus collegialiter debet præstari. Non singulariter & separatim.

Late Rochus Curtius de jure Patronatus. verb. honorificum. num. 94. C. M.

Illud aptari possit exercitio sive executioni juris Patronatus ad collegium, sive universitatem pertinentis, in quibus nominatio sive consensus præstari debet collegialiter (ut aiunt) non singulariter, id est extra collegium, & conventum, sed in ipsa congregatione, ut singuli ad nominandum moveantur exemplis & rationibus præsentium & nominationem suam obfirmantium, & in id vide Molin. in notis ad cap. Pastoralis. 14. in glossa verb. plures. ibi non prævalet. de rescript. apud Greg. Philip. Decium. in cap. cum omnia de constitut. in decretal. num. 9. ubi plures particulares patroni, debent simul præsentare, quia major pars prævalet, & minor posset trahere alios in eorum sententiam. Et ibi Molinæus in not. in verb. præsentare. In signo si glossa Pragmat. sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. & cum humanæ. in verb. conveniant. adde Francis. de Roye, in tract. Juris patronatus. in prologom. cap. 35. F. P.

Unde illud invaluit ut in patronatu pluribus sive Collegio cõpetenti, nominatio haberi debeat præsentialiter & non separatim.

Can. 3. *Valentinianus.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione ibi. *Item ex historia tripartita.*

Elucidatio inscriptionis.

Lib. 7. cap. 8. adde Rufinum Eccles. hist. lib. 11. cap. 11. C. M.

Can. 4. *Porro scias.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quicumque in regno tuo ad Episcopatum provehendus est. Iuncta inscriptione Nicolaus Papa Lothario Regi.*

Ad historiam tempolis & inscriptionis.

Scilicet Lotharienſi Nicolaus I. Scribit Lothario II. Nepoti Ludov. Pij ex Lothario I. Vide Lupoldum de Juribus Imperij. C. M.

Can. 9. *Quia igitur.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione ibi. *Joanni Episcopo prima Justinianæ Illiricæ.*

Source : BIU Cujas

Ad historiam unde prima Justineanæa nata & Metropolis facta.

Est patria Justiniani Magni, qui è Taurefio natali vili Dalmatiæ Pago Metropolim fecit, & de suo nomine nuncupatæ eadem privilegia, quæ Romæ tribuit, in novell. constitut. de Ecclesiast. canon. in principio. Dixi in tract. contra abusus Paparum. part. 2. glos. 15. adde infr. quæst. 1. cap. 1. C. M.

Et illud postremum hujus ad notati Molinæani, quoad citationem *dixi in tract. contra abusus*, &c. Desumptum ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. & hic additum, & nota illius prænotati Molinæi frustum margini hic additum ab emendatoribus Romanis, quoad primam partem, suppressa altera & posteriori, quæ Molinæum nimium probabat authorem. F. P.

Qua authoritate prima Justinianæa facta Metropolis.

Locus est num. 21. & 22. ubi dicit Molin. suo more Justinianum hanc suam urbem natalem jussisse locum tenere sedis Romanæ: Id non erat authoritatis Imperatoriæ. Petierat Justinianus ab Agapeto, non eadem privilegia, sed ut sedis Romanæ vicibus fungeretur Archiepiscopus, quod non tam refutavit, quam distulit. apud Baron sub annum 535. num. 53. concessit Vigilius num. 56. Sed circa annum 541. ut patet ex ea novell. 131. cap. 3. qua Archiepiscopus Justinianeus in sibi subjectis Provinciis locum obtinet sedis Apostolicæ Romanæ, secundum ea quæ definita sunt à sanctissimo Papa Vigilio, non ergo jussit Imperator Archiepiscopum Justinianeæ tenere locum sedis Apostolicæ, sed concessit Vigilius, & ita fuit legatus à latere in sua Provincia. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa inscriptionis. *Ioanni Episcopo. in verb. primæ Iustinianeæ.* Ibi. *Quæ sic dicta, quia Iustinianus ibi natus.*

Ad historiam erectionis Justineanæ Metropolis.

Imo è Taurefio obscuro Dalmatiæ pago, juxta quam Justinianeam primam erexit, & Metropolim fecit, jussitque locum tenere Apostolicæ sedis Romanæ, ut patet in novell. 131. de Eccles. canon. & sic glossa hic: & infra 7. quæst. 1. cap. 1. errante, ut dixi in tract. contra abusus Paparum numero 22. cum seqq. C. M.

Et illud posterius citatum in *tractatu contra abusus Paparum*; additum & desumptum ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. F. P.

Can. 16. *Reatina.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Item Leo IV. Lothario & Ludovico Augustis. juncto textu de supplicatione Papæ Imperatoribus ut concedant Ecclesiam.* ibi *Leo. IV.*

Leo IV. male infamatus timiditatis & ignaviæ, quod imperatoribus supplicaverit.

Quem male timiditatis infamant Archidiacon. & præpositus. hîc. & Joan. Lupold. in putido suo tractatu de liberr. Eccles. part. 1. quæst. 4. & part. 2. quæst. 14. quæ. Idem Leo vaticinans mendacij præarguit. cap. 4. de capitulis. supr. distinct. 10. ut dixi ad edict. Henrici II. contra abusus Paparum. in præfatione. C. M.

De electione Reatini Episcopi de licentia comitum Reatinorum faciendâ, necne.

Non disputat. Molin. hîc an de jure Imperialis licentia debeat præcedere Reatini Episcopi ordinationem: notare sufficit Archidiaconum scribentem anno 1300. nullum emisisse verbum de ea timiditate quam ei objiciunt Lupus aut Lupoldus, qui vivebat anno 1411. ut nec præpositus, qui posterior scripsit circa annum 1470. at si Archidiacono credimus. can. 18. Lectis, qui est Stephani. directus Guidoni Comiti, præcedere debuit can. 16. Reatina. & can. 17. nobis. Qui sunt Leonis IV. Unde sequitur mature discussum fuisse negotium, vacasseque eam Ecclesiam tempore Stephani IV. alias V. qui obiit anno 817. Sedentibus Paschali. Eugenio II. Valentino. Gregorio IV. & & Sergio II. ad annum usque 847. quo Leo IV. fuit electus, vix credo, dicendumque his triginta annis pluriès Reatinam vacasse ecclesiam, totiesque disputatum inter summos Pontifices & Comites Reatinos, an petenda esset Imperialis licentia ante Episcopi ordinationem: quidquid sit; Archidiaconus & præpositus docent mortem defuncti prælati denunciandam Imperatori fore, ejusque de alio eligendo consensum requirendum, si hoc jus habet de consuetudine, vel privilegio. Quam priscam consuetudinem in ea esse Ecclesia dicit Stephanus Papa eod. can. lectis. ad quem can. notat. præpositus. Jure patronatus cessante, consensum Imperatoris expectandum, ad scandalum vitandum, ejusque indignationem. G. D. P.

Ibidem.

INSCRIPTIO. Et in eadem inscriptione. Ibi. *Lothario & Ludovico Augustis.*

Elucidatio inscriptionis & confirmatio.

Dixi in consuetud. Paris. tit. 1. in Rubrica. C. M.

Can. 22. *Adrianus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Item Archiepiscopos & Episcopos per singulas Provincias, ab eo scilicet Carolo Rege investituram accipere definivit Adrianus Papa in Sinodo. Iuncto textu. Hadrianus Papa Carolum Regem Romam venire postulavit, ad defendendas res Ecclesiæ.* Ibi. *Ergo in Francia & Hispania unus enim est Imperator.*

Quisquis Rex Imperator in regno suo dicendus.

Solu. intelligitur per singulas Provincias sui Imperij. ut dixi in consuetud. Paris. titul. 1. in Rubrica. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Fateamur ergo Imperatorem esse Dominum mundi, obstat quod reges Hispaniæ, cum non subessent Imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt.*

Regnum Franciæ non subest Imperio sicut nec regnum Hispaniæ.

Adde hic, an reges Franciæ subjiciantur Imperio. Gloss. in cap. 1. in principio. De pace juramenti firmanda. Tenet quod hic. Communiter tamen tenetur contrarium. Per textum in cap. cum per venerabilem. Extr. qui filij sint legitimi. Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus. In principio. Barthol. in leg. hostes. In 2. col. dig. de capt. & Bald. in d. cap. 1. de pace Juram. firm. reprobata ibi glossa. Et etiam ponit ibi Andr. de Jsernia. Idem per hoc adde de concord. in apostill. ad Jason. in leg. 1. cod. de summ. trinit. Idem gloss. magn. ad finem. In cap. & si necesse. De donat. inter vir. & uxor. Panorm. cap. venerabilem. Column. 9. de elect. Jason leg. id quod apud hostes. de leg. 1. dixi in consuetud. Paris. tit. 1. in rubr. C. M.

Probatur iterum regnum Franciæ non subesse Imperio

Junge eumdem Molin. in not. ad cap. per venerabilem. in Gloss. verb. dubitari. Et minime recognoscat. Qui filii sint legitimi. In decretal. & in cap. super specula. In textu. in principio. De privilegiis. In decretal. adde tract. singularem Vincentii Cigault Brivatensis. super bello Italico. in capit. quod inscribitur regale. & alibi passim. F. P.

Can. 23. *In Sinodo.*

TEXTUS. In textu ibi. *Largimur Domino Othoni I. facultatem eligendi successorem, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi.*

Electio & ordinatio Papæ restituta Othoni Imperatori.

Scilicet Othoni magno, filio Henrici Aucupis, in quo Caroli magni stirpe finita, revixit occidentis Imperium. C. M.

Can. 25. *Cum longe.*

TEXTUS. In textu ibi. *Licitum maneat Toletano Pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, præficere.*

De jure Regio in electionibus prælatorum scil. Guielmus de Monserrat. additus Pragmat. sanctionj; & in eamdem commentator, & in supplementis præmissus. qui hic corrigitur à Molinæo.

Quidam Hispanus super Pragm. Gallorum. pag. 39. intelligit plures saltem tres nominando, non unum singularem, sed hoc sophisticum, & contra verba & mentem textus, quia tota electio est regis, nec ad Metropolitanum spectat nisi approbatio, ergo etiam de certa persona à Rege eligenda intelligitur. Vide quæ dixi in tract. contra abusus Paparum. glossa 15. C. M.

Et illa posterior citatio, *vide quæ dixi* &c. Desumpta & addita ex editione ann. 1553. Vide Ivonis epist. 65. & Lupi Ferrarienses. epist. 79. 91. & 99. F. P.

Can. 29. *Cum Adrianus.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. Ibi. *Unde Gregor. IV. scribit. Iuncto textu in principio. Cum Adrianus. II. &c.*

Source : BIU Cujas

Correctio ad textum & superscriptionem canonis.

Falsa subscriptio; quia Adrianus II. est Sextus à Gregorio IV. nec in his confidendum Gratiano Monacho, qui multa ut hic. In favorem Paparum infideliter refert. C. M.

Illud posterius incipiendo ab his verbis *nec in his confidendum Gratiano ad finem*, additum & desumptum ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. adde & Steph. Baluf. in notis ad Gratian. in emendat. pag. 467. F.P.

Can. 30. *Ego Ludovicus.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Ego Ludovicus Imperator concedo principi Apostolorum, & Vicario tuo Paschali Romanam civitatem, &c.*

Nota ad prætensam donationem Ludovici Pij Imperatoris, de Romana urbe SS. PP. facta.

Hujus capituli non est alius author, quam unicus Bibliothecarius domesticus & fautor Paparum, quare uni maximè suspecto non est credendum; cum & Volaterran. Geograph. lib. 1. aliter ex eadem bibliotheca referat. Præterea certum est, post mortem Paschalis, Ludovicum & Lotharium ejus filium Roma potitos esse; & ibi hunc Lotharium leges statuisse, in præsentia Eugenii II. Successoris dicti Paschalis, nullus etiam Paparum se in hac prætensa donatione fundavit, quam non omisissent, si facta fuisset, & ad huc non valere iisdem rationibus, quibus Doctores communiter tenent prætensam donationem Constantini non valuisse. Dixi in tractatu contr. abus. part. 2. glossa 15. C. M.

Jungenda hic nota. ad can. 1. nullus laicorum. ibi. Unde Adrianus Papa. hac distinct. 63. & simul junctis subsequens nota & censura Dom. G. D. P. exscribenda ut sequitur. F. P.

Præludium sive præfatio notæ & Censuræ Dupineanæ.

Hæ duæ notæ simul jungendæ sunt, & uno examine retundendæ sunt; neglectis quæ Molinæus refricat de Constantiniana donatione, quam non confirmat Ludovicus Pius, sed Pipini Avi sui donationem, sedente Stephano III. factam anno 775. confirmat, quas non tanquam Imperatores, sed ut Longobardorum expulsores & victores provinciarum ab eis ereptarum dominatores & donatores; Locus Molinæi tract. contra abusus Paparum. part. 2. gloss. 15. est à num. 4. & à num. 41. asserit non licuisse Romanum Episcopum sine Imperatoris assensu ordinare, idque num. 42. vocat jus Imperii.

Electio & ordinatio Apostolorum.

Summa rei hæc est; Dominum nostrum Jesum Christum sibi duodecim Apostolos sumpsisse, & inter eos Petrum præcipuum, post Christi in cœlos Ascensionem act. 1. discipulis orantibus & dicentibus: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum loco Judæ Iscarioth, tum nutu divino sorte miraculosa Mathiam fuisse substitutum, & ab ipsomet Christo Paulum vas electionis vocatum, ut ejus nomen portaret coram Gentibus, Regibus, & filiis Israël. Act. 9. unde idem Paul. 1. ad Timoth. cap. 1. dicit se à Christo Jesu positum in ministerio. Hæc est Petri & aliorum Apostolorum immediate facta à Deo electio, ordinatio, missio, tum hi Episcopis & Presbyteris manus imposuerunt, 1. ad Timoth. cap. 1. & 2. cap. 1. ijsque aliis imponendi potestatem dederunt, 1. ad Timoth. cap. 5. & ad Titum. cap. 1. omissis his quæ de Episcopis & Abbatibus per regna & Provincias Usu recepta, & varia introducta fuerunt, de solo Pontifice Romano nobis agendum. Scribit Molin. non licuisse sine principis, assensu Papam ordinare, & id esse jus imperij, quare verbo principis de quo nu. 41. Imperatorem intelligit supereſt dubium, quando hoc jus & quomodo Imperatori competierit nemo ni fallor eo dementiæ descenderit, ut profiteatur hoc jus fuisse Imperii anno Chr. 70. Cum post Petri passionem, Nerone imperante, Linus in summum Pontificem assumptus est, nemo qui asserat à Galba ad Diocletianum & Maximianum Imperatores ullos Ethnicos hoc jus Imperij dixisse, nemo qui probet Constantinum magnum Imperatorem Christianum id sibi jus asseruisse, vel ei ab Ecclesia concessum fuisse. Nec video quomodo hûc assensus possit jus appellari, nisi dicamus id esse Jus Imperatorum singulare proprium, quo concesso, addendum id eis competere titulo vel præscriptione, titulum non exhibet Molin. an præscriptioni, hoc in negotio spirituali & Ecclesiastico, locus esse possit, & cujus temporis, non disputo, pertinacibus concedo, quidquid per historias patet de facto contigisse, tolerandum fuisse, ne deterius contingeret; jus Imperii vocat Molinæus assensum Imperatoris ad summi Pontificis ordinationem: hoc posito, tempora percurramus, ab anno Christi 304. quo Constantinus pace Ecclesiæ data, imperare cæpit, ad annum 800. quo Romanum Imperium sive occidentale, ab Imperio Constantinopolitano sive orientali distinctum fuit, Carolo magno in Imperatorem coronato.

Succesſio Epiſcoporum & presbiterorum.

Disputat quodnam Jus Imperii fuerit in electione Paparum, quando enatum, quo titulo, an jure, an præscriptione quæsitum.

Summa disputationis per tempora.

Usurpatio Arrianorum Imperatorum in electionibus Paparum.

Constantinus Arrianus anno 355. Primus post Liberium exilio damnatum Fœlicem Ecclesiæ Romanæ Diaconum ei substituit, utroque mortuo Damasus in locum Liberii eligitur anno 366. (omitto schismaticorum electionem Ursicinii in locum Fœlicis, quam represserunt Imperatores Gratianus & Valentinianus) à clero & populo ab obitu Damasi ad Joan. I. qui obiit anno 526. libera fuit Pontificum electio; Tunc vero Theodoricus etiam Arrianus Gothorum Rex, Joanne in carcere mortuo, alium nomine Fœlicem III. vel si mavis IV. nominavit, qui electus fuit ex regis judicio, ait Cassiod. lib. 8. epist. 15. Inde ortum ut Papa ex pristino usu electo, Reges Italiæ Arriani illum suo confirmarent assensu, quibus Regibus hæreticis de medio sublatis, hanc vindicatam sibi tyrannicè authoritatem orientalis orbis Imperatores sibi pariter arrogarunt, inquit Baron. sub annum 526. num. 24. Hinc Silverius Theodato jubente Pontifex creatus est, ut & Gregorius I. à Mauritio Imperatore confirmatus, ait Platina, donec anno 684. sedente Benedicto II. Imperator Constantinus Pogonatus sua decrevit sanctione ut deinceps quem clerus, populus, exercitusque Romanus in Pontificem delegisset eum statim verum Christi vicarium omnes crederent, nulla aut Constantinopolitani principis, aut Italiæ exarchæ expectata authoritate, ut antea fieri consueverat ex eodem Platina. Assensus ergo principis, qui à Theodorico Rege Arriano incæperat anno 526. quem etiam Imperatores dederant, illo anno 684. de Imperatoris decreto cessavit, estque hoc jus Imperii acriter à Molinæo propugnatum; qui cum Imperatorum exempla recenset, non tantæ fuit temeritatis, ut hæreticorum usurpationes proferat. Electionem objicit Pelagii II. factam an. 527. (non ut ipse ait an. 581.) à clero factam Justini II. Imperatoris injussu, tempore quo Longobardi Romam per circuitum obsederant, nec posset quispiam urbe egredi, quamvis inquit Platina, nihil tùm à clero in eligendo Pontifice agi potuisset, nisi electionem Imperator probasset, objicit electionem Severini, qui confirmationem habuit ab Isaacio exarcha Ravennatensi anno 638. de qua supra imperante Heraclio: Silet decretum posterius Constantini Pogonati, quo libertas electioni reddita fuit, non objicit quod Sigebertus narrat accidisse sub Constantino Copronimo circa annum Domini 774. nempe Adrianum I. in universali synodo 153. Episcoporum & Abbatum. can. 22. hac distinct. 63. concessisse Carolo Magno jus & potestatem summum Pontificem eligendi, & sedem Apostolicam ordinandi: hęc Sigebertus scribebat circa annum Domini 1112. quæ si vera sunt, Molinæo non placent, Baronius ut falsa rejicit sub annum 774. à num 10. nec ea refert, primò quia si jus fuisset Imperij, illud tum Carolus Magnus Francorum Rex usurpasset; Secundò quia id Carolus Magnus habuisset non tanquam Rex Francorum, non ut Patricius Romanus, sed ex Ecclesiæ concessione, privilegio singulari ad successores ejus transmisso. Tertio quia non jam amplius post electionem assensus, sed ipsamet electio & or-

Usurpatio orientalium Imperatorum in iisdem electionibus.

Constitutio Constantini Pagonati Imperatoris de electione Papæ.

Contra Molinæum & exempla electionum à se prolata.

Exemplum Caroli Magni & juris sibi in electionibus Papæ quæsiti confutatur, & singulari privilegio à sede Apostolica concesso adscribitur.

Source : BIU Cujas

Tempora Ludovici Pii & jura examinantur.

dinatio conceditur. Hoc præterito privilegio transit ad Ludovicum Pium Molinæus. Res ita se habet ex Platina & aliis: cum Paschalis I. cleri electione, & populi acclamatione fuisset in Pontificem assumptus anno Domini 817. Theodorum nomenclatorem Ludovico Imperatori misit legatum, insinuans se à clero & populo electum, vi coactum fuisse munus Pontificium subire, qua satisfactione accepta, respondit Ludovicus instituta & pacta majorum esse servanda. Sed anno 828. Gregorius IV. tantæ fuit modestiæ, ut electus à clero & populo, non prius munus Pontificium obire voluerit, quam à legatis Ludovici Romam missis, qui hanc electionem discuterent, fuerit confirmatus, quod, inquit Platina, Ludovicus fecit non superbia motus, sed ne jura Imperii amitteret, quæ pacta vocaverat Imperator, jura dixit Platina: Ea autem pacta erant, ut post consecrationem legatos Papa mitteret ad amicitiam & caritatem consociandam, & inde Imperator electioni præberet assensum, summumque recognosceret Pontificem: Si quid ulterius sibi aliquis ascivit Imperator, non fuit ex jure, sed à potestate & authoritate, quod non omnibus in animo fuit Imperatoribus, cum enim Adrianus II. sub finem anni 867. fuisset electus; non vocatis Ludovici II. Legatis Romæ residentibus, hoc probavit Imperator, nec expectandum aliorum votum respondit, ait Platina, cujus scriptis patet non suppositititium can. cum Hadrianus. XXIX. dist. 63. sed errorem esse in inscriptione, locoque *Gregorii IV.* Legendum Gregorii V. his vero quæ diximus de legatorum ad Imperatores deputatione & eorum assensu, non pugnat decretum Hadriani III. (non anni 895. ut dixit Platina. Sed anni 884. can. 1. ead. distinct. 63.) ne in creando Pontifice authoritas Imperatoris expectaretur, utque libera essent cleri & populi suffragia, quod Molinæus vocat novum & pernicioſum decretum. Laudans Leonis VIII. constitutionem can. in Sinodo ead. distinct. 63. Facti series exponenda est: Joan. XII. sive mavis XIII. qui fuerat electus anno 956. Otho I. Concilio, vel potius conciliabulo Romæ congregato anno 963. absentem sede privat; instant Romani, ut alterum Pontificem crearet Imperator, quo respondente electionem esse cleri & & populi, Leonem Protoscriniarium, Laicum eligunt, quem confirmat Imperator, eoque recedente Joannes reversus Leoni præfertur, Joanne vita functo anno 964. Benedictum V. eligunt: Otho vi & armis Leonem restituit, & Benedictum in Germaniam captivum deducit, postque tantos tumultus Leo Romanorum inconstantiam pertæsus, ut ait Platina, authoritatem omnem eligendi Pontifices à clero populoque Romano, in Imperatorem transtulit, idque in sinodo Romæ congregata, ad exemplum concessionis factæ Carolo victoriosissimo Regi Francorum & Longobardorum: sed quia non est ille assensus quem defendit Molinæus, temperat sinodi decretum, & intelligi vult morem antiquum restitutum, ut cleri quidem & populi esset electio, authoritas eam examinandi, & si sincere facta esset, confirmandi, penes Imperatorem, atque ita interpretandam potestatem Carolo Magno concessam: hic duo notanda, primo Leonem VIII. ab initio fuisse Antipapam schismaticum, tum mortuo Joanne vi & armis restitutum: secundo Leonem id Othoni I. concessisse, quod Adrianus Carolo Magno concesserat: unde sequitur id non esse jus Imperij vel Imperatoris, sed ejus principis cui Ecclesia concesserit, quod per consequens vel alii concedere, vel omnino tollere potest, sed & Pontificis concedentis tantum respectu valere, nec successores ligare. G.D.P.

Ad quid Pontifices electi legatos suos mitterent ad Imperatores.

Correctio ad inscriptionem can. cum Adrianus. 29. hac distinctione 63.

Confutatio Molinæanæ notæ in can. in sinodo. 23. supra hac distinctione.

Facti species in can. in sinodo 23. hac distinct. 63. expenditur & decretum sinodi declaratur.

Notanda præcipue ad concessionem factam Othoni I. Imperatori in sinodo Romana; juris in electione Pontificum Romanorum.

Remissio ad varios authores de jure principum in electionibus summorum Pontificum.

Junge eumdem Molinæum in not. ad stilum Parlam. part. 3. tit 44. §. 1. in verb. devotio. Francisc. Grimaudeum Andegavensem in tractatu qui inscribitur *de la puissance Royalle & Sacerdotale.* cap. 17. Patrem *Richeome* Presbyterum Societatis Jesu contra Ludov. Servinum Advocatum Regium in Senatu Parisiensi. cap. 15. pag. 110. Carolum Bretium alterum Advocatum Regium ejusdem Senatus, lib. qui inscribitur, *de la Souveraineté.* cap. 13. pag. 104. Vidum Conchilium in posthumis memorialibus reformationis status Ecclesiastici. pag. 19. & in posthumo tractatu libertatum Ecclesiæ Gallicanæ. pag. 3. primum volumen collectionis libertatum Ecclesię Gallicanæ Puteanorum fratrum pag. 410. & sequentibus usque ad pag. 415. prioris editionis Sebastiani Cramoisi adde & Steph. Baluf. in not. ad Gratianum. in emendatione Antonii Augustini. pag. 487. F. P.

Palea. Constitutio primi Henrici.

INSCRIPTIO.

In inscriptione ibi. *Idem. id est Leo IV.*

Correctio ad inscriptionem.

Necesse est non esse Leonis IV. qui 80. annis præcessit. C.M.

Et illud notatum desumptum est ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. & ad illud adde Stephan. Balusium in notis ad Gratianum in emendatione Antonii Augustini. ipsius curis noviſſime producta. pag. 467. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In textu in principio. ibi. *Constitutio primi Henrici & primi Othonis.*

Ad historiam juris Imperatorum in electionibus Paparum.

Vere Palea falso conscripta. Quia Henricus dictus Auceps nullum unquam habuit negotium cum Papis, & tantum abest, ut Otho I. ejus filius hæc jura abdicaverit, ut ea renovaverit, ut omnes Cronographi testantur, & est textus cap. in sinodo. Supra. eadem distinct. C. M.

Henricus Germaniæ Rex obiit anno 936. Otho vero ejus filius & in regno successor Imperator creatus fuit & coronatus sedente Joanne XII. anno 962. recteque ab hac constitutione, si umquam emanavit, Henrici nomen delendum est: si vera sit hæc constitutio (quæ extat. apud Ivonem decretorum parte 5. cap. 52.) posteriorem fuisse sinodo Romana, de qua in d. can. in sinodo. supr. par est credere, quam sinodum coactam fuisse à Leone VIII. antipapa, vivente adhuc Joanne XII. anno 964. Videre est apud Baron. sub eumdem annum, quo Leone VIII. mortuo, Romanorum legati pro instituendo Pontifice quem vellet Imperator, cum in Saxoniam usque adiissent, honorificentissime susceptos remittit, hisque reversis anno 965. Romani Joannem XIII. eligunt, unde forte illius constitutionis occasio, cum anno sequenti 966. Romam rediisset; de ea Joannis electione Baronius eod. anno 965. Ea sinodo (quæ extat supra can. in sinodo.) dicitur Leonem VIII. concessisse Othoni Regi Teutonicorum, ejusque successoribus Regni Italiæ, facultatem eligendi summæ sedis Apostolicæ Pontificem, Archiepiscopos, Episcopos investiendi, ad exemplum Adriani Apostolicæ sedis Antistitis, qui Domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum & Longobardorum idem concesserat. can. Adrianus Papa. Quam concessionem Gratianus se ex historia Ecclesiastica sumpsisse refert caditque in annum 779. Hic notandum primò historiam Ecclesiasticam à Gratiano citatam esse Cronicon Sigeberti, scribentis circa annum 1112. Gratiani fere contemporaneum, qui anno 1151. decretum per distinctiones & causas disposuit annis 334. ab illius sinodi tempore, de qua nullus author antiquior, quod pluribus agit Baronius sub eundem annum 774. num. 10. notandum secundò concessionem Adriani, si quæ sit, non fuisse Carolo factam ut Imperatori, cum Imperator Coronatus fuerit anno 800. sedente Leone III. notandum tertiò similem non fuisse factam Othoni concessionem, ut Imperatori, sed Italiæ Regi. Notandum quartò data sinodorum harum veritate, sedis ordinationem Apostolicæ, & Episcoporum investituram, neque Carolo neque Otthoni competiisse, sive jure Imperij, sive Regio jure, sed ex concessione

Correctio faciendа in hoc can. Constitutio. & nomen Henrici delendum.

Expenditur concessio facta Othoni de electione summi Pontificis.

Notanda ad hanc concessionem Othoni factam & primò.

Notandum secundò circa hanc concessionem.

Notandum tertiò.

Notandum quartò.

Source : BIU Cujas

& indulgentia ſummorum Pontificum ; ceſſent ergo quæ de jure Imperii dixit aliàs Molinæus, & quiete fruantur principes ſuis à ſede Romana conceſſis privilegiis, vel more & conſuetudine quæſitis, atque immemoriali poſſeſſione ſtabilitis, hoc præcipuo æquitatis motivo, quoad Archiepiſcoporum & Epiſcoporum inveſtituras, quia reges eccleſiarum præſumuntur Epiſcopalium patroni. ait Archidiaconus ad can. lectio. hac diſtinct. 63. addit Joannes Lupold. tract. de libertate Eccleſiaſtica. part. ult. quæſt. 14. hoc jure patronatus conceſſo ex fundatione præſumpta, multo magis Regibus concedendum, qui victores ſuo ſanguine civitates ab infidelibus & tyrannis recuperarunt, ut Carolus Magnus victis Longobardis. G. D. P.

Conſervanda privilegia principibus à ſede Apoſtolica conceſſa.

DISTINCTIO LXIV.

Can. 1. *Epiſcopi.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Epiſcopi ab omnibus qui ſunt in provincia debent ordinari.*

De Cæremoniali ordinatione Epiſcoporum. Olim hæc ordinatio nihil aliud erat quam publica approbatio, manuum impoſitio, ſeu emiſſio vocati in opus Dei, poſtea cæremoniis auctis cæpit vocari benedictio, poſtremo conſecratio. C. M.

Fallitur Molinæus in vera terminorum acceptione, ordinatio eſt is actus, quo clericus vel alius in ſacrum ordinem cooptatur, dantur exempla, namque de laicis ordinatis, non diſputo an Epiſcopatus ſit ordo ſacer, diſtinctus ab ordine ſacerdotis, quatenus ordo eſt ſacramentum, remitto ad Covarruv. var. reſol. cap. 10. num. 15. & 16. ſufficit neminem olim ordinatum fuiſſe in ſacerdotem, niſi occurrente titulo vacante, vel nove erecto, Epiſcopos eligebat clerus aſſentiente populo, etiam laicos, ſed & cathecumenos Electi ; ab Epiſcopis ordinabantur, tum eis manus imponebantur, quam recte benedictionem & conſecrationem dixeris, in electione ſæpiſſime variatum, in ordinatione & manuum impoſitione numquam, de his agit D. Cyprian. Epiſtol. 33. & epiſt. 68. G. D. P.

De ordinatione Epiſcoporum confuſa cum electione.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Confirmatio pertinebit ad Metropolitanum Epiſcopum per ſingulas provincias.*

De confirmatione electionis Epiſcoporum à Metropolitanis facienda. Imo, ut habet veritas Græca, primas in eo negotio Metropolitanus obtineat, ejuſque præcipua ſit authoritas, ut recte interpretatur Dominus Franciſc. Duarenus de ſacris Eccleſiæ miniſteriis & beneficiis. lib. 5. cap. 1. fiebat enim electio præſente Metropolitano, & aliis Epiſcopis, ut ſatis indicat Cyprianus lib. 4. epiſt. 5. in fine. C. M.

Diſtinctio electionis & ordinationis aſſeritur à Duareno. Duarenus diſtinguit electionem ab ordinatione. Summa praxis illius temporis hæc eſt, clerus populo præſente & conſenſum dante eligebat, Epiſcopi comprovinciales ordinabant (quæ conſecratio apud Leonem. can. 1. diſtinct. 62.) cui cum Gratiano conveniunt Hervetus in ſua can. 4. Concilii Nicæni traductione. epiſtol. 34. Non loquitur de Epiſcoporum ordinatione, ſed de Celerino in Carthaginenſem clerum allecto, quam allectionem in lectoris ordinem Cyprianus ſe cum collegis ſuis, qui præſentes aderant, feciſſe ſcribit. G. D. P.

Can. 2. *Ordinationes.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Ordinationes Epiſcoporum authoritate Apoſtoſtolica ab omnibus Epiſcopis qui ſunt in provincia celebrandæ.* ibi. *authoritate Apoſtolica.*

Authoritas Apoſtolica in Epiſcopis non eſt niſi ordinaria, cum omnes Eccleſiæ ſint Apoſtolicæ, & catholicæ. Id eſt eorum ordinaria, non autem intelligitur de delegata à Papa vivo vel mortuo, quia in primitiva Eccleſia omnes Eccleſiæ erant & vocabantur Apoſtolicæ, ſicut & nunc Catholicæ. Vide in can. quia per ambitionem. infr. eod. communio Apoſtolica, vel Catholica idem ſunt. C. M.

Gelaſius in ſua Epiſtola univerſis Epiſcopis per Dardaniam conſtitutis directa. Can. quia per ambitionem. Communionis Apoſtolicæ meminit, quam eamdem eſſe cum Catholica communione fatendum, ut & Epiſcopos Orthodoxos dicimus Catholicos, ut & omnes Chriſtianos nulla hæreſis vel ſchiſmatis labe infectos, Epiſcopos etiam Catholicos profitemur apoſtolorum ſucceſſores quodam reſpectu, ſed nos eos Catholicos Epiſcopos agnoſcimus, ſi inde univerſales Epiſcopi dici vellent, quamvis Eccleſiæ univerſalis Epiſcopi dici poſſunt, eo ſenſu quo Clemens, Eleutherus Papa, & Gregor. Nazianzenus apud Baro. an. 187. at Epiſcopos nullus vocavit Apoſtolicos ; non inficior quaſdam alias ſedes dictas fuiſſe Apoſtolicas, nomine ſedis addito, ſed cum ſedes Apoſtolica enunciatur abſtracte, per excellentiam ſedes Romana intelligitur; ut apud divum Auguſtinum epiſt. 106. & ita Juſtinian. Imperator in epiſtolis Hormiſdæ & Agapeto directis, quæ inter horum Pontificum extant Epiſtolas. Sic Stephanus Dorenſis Epiſcopus in Aſia in ſua ad Martinum Epiſtola. poſt Theodori obitum anno 649. de quibus & antea Apoſtolicæ ſedi innotuit apud Baron. ſub annum 644. Sic & Sinodalis Epiſtola Concilii Romani Conſtantino Pogonati directa, anno 680. In hoc tam Apoſtolicæ ſedis quamque exigui noſtri famulatus prædeceſſores uſque hactenus non ſine periculis inſudarunt, apud eumd. Baron. ſub annum 680. num. 30. ſic & Carolus Magnus. can. 3. diſtinct. 3. ſanctam Romanam Eccleſiam vocat Apoſtolicam ſedem, ſic & capitularia lib. 7. cap. 91. cap. 3. cap. 188. & paſſim. G. D. P.

Aliquando & Eccleſiæ Cathedrales dicuntur Apoſtolicæ & Catholicæ.

Solus tamen ſummus Pontifex & Romana Eccleſia dicitur Apoſtolica & catholica abſque alia adjectione.

DISTINCTIO LXV.

Can. 1. *Sane.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. *Unde in Nicæno Concilio. Iuncto textu ibi. Si communi conſenſu in electionibus probato, duo vel tres animoſitate ducti contradicant ; obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.* ibi. *In Nicæno Concilio.*

De diſſentientibus in confirmatione Epiſcopi electi ad concordiam reducendis per plurium ſententiam. Cap. 6. Metropolitanus & ſui ſuffraganei, ſi diſſentiunt in conſecratione Epiſcopi, quis præferetur. C. M.

Can. 7. *Quoniam.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione ibi. *Item ex eodem nempe Nicæno Concilio.*

Cap. 7. C. M.

Additio ad inſcriptionem. Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Eliæ, id eſt Ieroſolimorum Epiſcopo honor deferendus.* ibi. *Elia vocata eſt Ieroſolima civitas ab Elio Quæſtore.*

Unde Jeroſolima vocata Elia. Imo ab Elio Hadriano Imperatore. Euſeb. hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 6. C. M.

DISTINCTIO. LXVI.

Can. 1. *Archiepiſcopus.*

* TEXTUS. In Textu in principio. ibi. *Archiepiſcopus autem ab omnibus ſuæ Provinciæ Epiſcopis debet ordinari.*

De ordinatione Archiepiſcopi. Sic Juſtinianus in novella 131. in principio. C. M.

Can. 2. *Porro.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione ibi. *De Epiſcopis non ordinandis à paucioribus quam à tribus Epiſcopis, Anacletus Papa ſcribit dicens.*

Improbatio inſcriptionis & conſtitutionis tanquam ſubditiciæ. Eſt pars ſubditicia & poſt plura ſæcula confictæ epiſtolæ, de qua in cap. ſacroſancta. ſupr. diſtinct. 22. C. M.

DISTINCTIO LXVIII.

Can. 3. *Eccleſiis.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. *Unde in Concilio Nicæno legitur. juncto textu, qui eſt de Eccleſiis conſecratis iterum non conſecrandis.*

Correctio ad textum & inſcriptionem canonis. Imo non legitur, quia in Concilio Nicæno ſunt tantum 20. capitula, ut patet in 1. tomo Conciliorum. Et ſupr. diſtinct. 16. can. viginti. inter quæ iſtud cap. non habetur. Et ſic inter Apochrypha computandum. C. M.

Hic can. viginti. diſtinct. 16. qui eſt Stephani II. extat apud Ivonem decretorum lib. 4. cap. 2. his verbis capitula Nicæni Concilij teſtimonio Anaſtaſii, 70. in figuram 70. Diſcipulorum ſcripta non dubitamus, è quibus

Source : BIU Cujas

Quos fuerint Nicæni Concilii Capitula hic disputatur.

quibus viginti tantum in Ecclesia sancta Romana habentur, sed quo neglectu cætera defecerint ambiguum est, arbitrantur enim plurimi ea Antiocheno Concilio inserta. Hæc apud Ivonem: sed & Turrianus profitetur 80. canones ejusdem concilii Arabica lingua scriptos sese latinitate donasse. Quare nec ex Stephani II. decreto apud Ivonem, nec ex eodem apud Gratianum potest asseri sola fuisse viginti Concilii illius capitula: quidquid vero dispositum sit, noster can. 3. & undecumque descriptus sit, licet in ejus Epigraphe Gratianus erraverit, antiquissimus sane dedicationis & consecrationis Ecclesiarum usus est, & tempore Evaristi, qui sedit anno 120. & Hygini qui sedit anno 154. Longo ante Concilii Nicæni annorum intervallo, plura apud Joann. Stephan. Durant. lib. 1. de ritibus Ecclesiasticis capite 24. G. D. P.

Dedicationis & consecrationis antiquus usus asseritur.

De eadem materia dedicationi & consecrationi ecclesiarum remissio ad authores de ea tractantes.

De eadem materia consecrationis & dedicationis Ecclesiarum earumque ritibus & solemnitatibus vide tractatum nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis. Ad verba cum suo reditu cap. 2. de Ecclesiarum fundatione & dote §. 3. de consecratione Ecclesiæ. F. P.

Ibidem.

§. *Inter Episcopos.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Episcopi non nisi in civitatibus, Chorepiscopi in vicis ordinari possunt.*

De chorepiscopis ordinandis & quæ fuerit eorum functio.

Et secundum Erasmum in Ecclesiast. lib. 1. erant vicorum & pagorum sacerdotes quasi χωρικοὶ id est rustici Episcopi. Domin. Franciscus Duaren. de sacris Ecclesiæ ministeriis & beneficiis. lib. 1. cap. 9. censet fuisse vicarios otiosorum Episcoporum. C. M.

De Chorepiscopis remissio ad tractatum nostrum de beneficiis & alios loco.

De Chorepiscopis vide quæ diximus in tractatu nostro & avitino de beneficiis Ecclesiast. ad verb. militia. cap. 4. de divisione beneficiorum §. 7. de Chorepiscopis. F. P.

Et adde ex adnotationibus manuscriptis Dom. A.L. Ad hunc canon. de Chorepiscopis infr. can. penul. Isid. de Ecclesiis in capitularibus 1. 9. 5. 164. & 168. 6. 110. & 254. 7. 187. 310. 318. 336. 324. A. L.

Can. 5. *Chorepiscopi.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ordinati ab uno vel duobus Episcopis, non nominentur Episcopi.* ibi. *Si re priveris, nec nomen habere mereris.*

Quinam ordinati Episcopi censeantur canonice, & qui dici debeant.

Vide Nicol. Everard. de locis legal. ab Ethimologia col. ult. C. M.

Illud notatum à Molinæo est ipsi margini emendationis Romanæ insertum. F. P.

DISTINCTIO LXIX.

Can. 1. *Quoniam videmus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Lectores autem manus impositione licentia est vnicuique Abbati in proprio Monasterio faciendi* ibi. *supr. 23. distinct. subdiaconus. Contra.*

De manus impositione ordinatoria & consecratoria.

Hoc cap. non obstat. quia hîc loquitur de impositione manus ordinatoria, sed contrarium de consecratoria secundum Hugonem, & idem sentit. Goffred. extr. de ætat. & qual. cum contingat. Archidiac. imo olim non erat nisi publica vocatio & deputatio ad manus impositionem, patet in Concilio Calchedonensi. distinct. sequ. cap. 1. ibi ordinationis publicæ. C. M.

Quibusdam Prælatis regularibus licet suis sodalibus tonsuram & minores ordines conferre.

Hæc priora præcedentis prænotati Molinæani sunt exhibita in margine hujus canonis ab emendatoribus Romanis, suppressis posterioribus, ab ea parte imo olim usque ad finem, licet idem sonent & sint pariter ejusdem Molinæi, sicut & priora & de ea licentia & potestate Tonsurandi Monachos suos & minores ordines conferendi Abbatibus competenti, modo benedictionem acceperint, vide Chop. lib. 1. monast. tit. 2. num. 18. in textu, & in margine. Itemque Vidum Conchilium in posthumis memorialibus reformationis Ecclesiasticæ. pag. 117. & celeberrimum Decretum Curiæ sive Senatus Parisiensis de die 4. Julii 1668. in favorem Archiepiscopi Parisiensis, contra Abbatem & Canonicos regulares sanctæ Genovefæ in monte Parisiensi, de Ordinibus ab alio quam Archiepiscopo Parisiensi vel de ejus licentia à regularibus dictæ Abbatiæ non suscipiendis, & aliis juribus inhibendis, relatum in Sinodico Ecclesiæ Parisiensis novissime edito. In appendice. part. 2. in principio. quod tamen tonsuræ vel minorum ordinum collationem, qui manuum impositione non fiunt, non includit. F. P.

In id arrestum tamen inhibitorium hîc refertur.

DISTINCTIO LXX.

Can. 1. *Neminem.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Neminem absolute ordinandum, nisi manifeste in Ecclesia sua civitatis, sive possessionis.*

Explicatio verbi *suæ* in Concilio Calchedonensi, ad exclusionem tituli patrimonialis in ordinatione.

Cave, quia textus ipsius Concilii Calchedonensis non loquitur de patrimonio privato, vel profana possessione, sed de Ecclesia urbana, vel rustica, ibi ἐν Ἐκκλησίᾳ πολέως ἢ κώμης, id est in Ecclesia civitatis, vel pagi, & sic Gratianus male transfert, & male addit verbum *suæ*. C. M.

Divus Hieronimus primus ordinatus absolute & absque titulo ecclesiastico.

Gratianus non traduxit can. 6. Concilij Calchedonensis, sed Ecclesiæ constitutionem paraphrasi quadam usui adaptat sui sæculi, florebat Gratianus circa annum 1151. sedente Eugenio III. quo tempore jam ille mos vigebat, ut clerici ad titulum sui ordinarentur patrimonii, qui mos probatus fuit in Concilio Lateranensi I. sedente Alexandro III. anno 1180. cap. Episcopus. De præbend. apud Gregor. Divus Hieronimus primus anno 378. presbiter ordinatus absolute fuerat per Paulinum Archiepiscopum Antiochenum: A bono & utili exemplo prodiit abusus, multique non ejusdem meriti fuerunt ordinati, quod prohibuit in futurum Calchedonense Concilium hoc can. 6. anno 451. Statuendo ne quis deinceps ordinaretur absolute, sed specialiter in Ecclesia civitatis alicujus vel pagi, martirio, vel monasterio ordinatus designaretur; At Ecclesia mediam amplexa viam inter absolute ordinatos, & ad titulum Ecclesiasticum ordinatos, toleravit ordinationem eorum, qui de suo, vel paterna hæreditate vitæ subsidium haberent, quam indulgentiam, verbo *possessionis* expressit, porrigens Concilii decisionem ad patrimonialem titulum, & ita apud Burchard, lib. 3. cap. 148. & apud Ivonem decretorum part. 3. cap. 106. verbum *possessionis* pro explicatione can. 17. Concilii Calchedonensis, ex quo sumptus est Can. 1. 16. quæst. 3. licet nomine Gelasii & Concilii Toletani inscriptus. Nec male pagus vocatur possessio, qua voce intelligimus fundum vel agrum. G. D. P.

A quo tempore ordinatio ad titulum patrimonii admissa.

Vide ad hunc canonem Concilii Calchedonensis Gentiani Herveti orationem de reparanda Ecclesia anno 1559. habitam, quæ extat in collectione plurium tractatuum de reformatione Ecclesiæ, quæ anno 1671. prodiit, vide & Guidon. Conchilium in posthumis memorialibus reformationis Ecclesiasticæ p. 65. & in posthumo libert. Eccles. Gallic. tractatu. pag. 30. & 31. Maynard. in decis. Tholos. lib. 1. cap. 1. an titulus sacerdotalis in patrimonio assignatus alienationi vel hypotecæ subjici possit, & an is qui in beneficio consistit, resignari possit, vide Adamum Thevenellum in commentario ad ordinationes regias lib. 1. tit. 4. pag. 87. Ludov. Carondam lib. 2. Pandect. tit. 9. pag. 99. Annæum Robert. lib. 3. rerum Jud. cap. 2. Ludovicum Vrevinum in obsevat. super codice Henriciano lib. 1. tit. 9. art. 3. Molin. in not. ad cap. tuis quæstionibus. In glossa verbi sustentari. de præb. apud Gregor. vide eumdem D. G. D. P. in suis observationibus ad consuetudinem Andegavensem ad art. 260. F. P.

De titulo patrimoniali vel Ecclesiastico in ordinationibus, & an alienari hypothecæ subiici vel resignari possit.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Sive possessionis, supple suæ, ut in præcedenti*: ibi. *Vel hoc ideo dicit, quia potius instituendi illi clerici de quorum bonis fundata est Ecclesia.*

Alia explicatio

Idem Archidiac. præpos. hîc vide Roch. Curt.

Source : BIU Cujas

verbi *suæ* ut in ordinatione ad titulum præferantur fundatoris hæredes.

de jure Patron. verb. honorificum. quæstion. 18. C. M.

Et hæc notata Molinæi usurpata ibi ab emendatoribus Romanis ex eodem Molinæo. F. P.

DISTINCTIO LXXI.

Can. 6. *Primatus.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Non licere clericum alienum suscipi ab Episcopo sine litteris Episcopi sui.*

Clerici peregrini absque litteris commendatitiis sui Episcopi non suscipiendi ab aliis.

Ex isto textu infertur, quod litteræ Episcopi sint authenticæ, cum (ut hic) faciant fidem. Concordat textus in leg. monumentorum. Et ibi glossa. & doctores. eod. de religios. & sumpt. funerum. nor. Bald. Petrus de Bellapertica. & Cynus in leg. Si qua per calumniam. cod. de Episcop. & cler. C. M.

Et hæc usurpata ex eodem Molinæo ab emendatoribus Romanis in margine. Quia eundem minus arguebant authorem, unde nihil ex hoc notato resectum. F. P.

Can. 9. *Nullum.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Nullum absque formata quam Græci Epistolam dicunt, clericum peregrinum suscipi oportet.*

Altera lectio ejusdem canonis ab ordinaria.

Altera versio sic habet, nullus peregrinorum sine pacificis id est commendatitiis suscipiatur Episcopis. C. M.

Et illud margini additum ab emendatoribus Romanis, subnexis Burchardo & Ivone Authoribus, ut Molinæo gloriam detraherent, & de his litteris formatis seu pacificis & commendatitiis vide specialem tractatum qui nuper prodiit apud Ludovicum Billaine. F. P.

DISTINCTIO. LXXII.

Can. 3. *Placuit.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quicumque in una Ecclesia semel eligitur, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.* ibi. *argumentum ex electione jus acquiri.*

Nemo potest ordinari in duabus Ecclesiis.

Dic ut in Clementin. I. ut lite pend. ubi super glossa verbi collato. tetigi. C. M.

Priora verba hujus prænotati Molinæani usurparunt emendatores Romani, ut suæ margini adderent, suppressis posterioribus, quia Molinæum arguebant authorem. F. P.

DISTINCTIO LXXIII.

Can. *Sanctissimo.* 2.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Sancta Trinitas bene valere concedat.* ἀμήν.

Correctio ad textum.

In exemplari quodam nostro antiquo legitur sicut est *Δαυὶδ εὐαγγέλιον.* C. M.

DISTINCTIO LXXIV.

Can. 3. *Si qui clerici.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si qui clerici ab Episcopis suis promoveri contempserint, nec illic maneant unde recedere voluerint.* ibi, *qui promovetur ad majores ordines, recedit à minoribus quoad onus, non quoad honorem.*

Promotus ad majores ordines, in minoribus ministrare non compellendus.

Unde non imminente necessitate, non posset in inferiori ministrare. Panorm. cap. 3. de vita & honest. cler. C. M.

Et hæc usurpata ex notis Molinæi ab emendatoribus Romanis & margini suæ addita. F. P.

DISTINCTIO LXXV.

Can. 2. *Quoniam.* §. *Cæterorum.*

TEXTUS.

In Textu & in additione Gratiani. ibi. *Clericorum ordinationes nonnisi temporibus certis & debitis fieri debent.*

De cæremoniis ordinationum, male sentit Molinæus.

Viden ut hîc Monachus sensim publicam ordinationem de qua tetigit supra distinct. 69. cap. 1. transfert ad formulariam quamdam, velut magicam observationem, contra cap. 1. ad Colossens. C. M.

Et hæc nota Molinæi superaddita ex editione anni 1553. F. P.

Ordinatio est juris divini, tempus, locus, & forma servari debent ex Ecclesiæ dispensatione, constitutionibus expressis, & traditionibus approbatis, Leo I. circa annum 444. epist. 81. quod à parentibus nostris propensiori cura novimus esse servatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus, sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem Sabathi ejus noctis, quæ in prima Sabathi lucescit exordia delligantur, hoc est sub lege divini Officii substituantur, in quibus hi qui consecrandi sunt jejunent & à jejunantibus sacra benedictio conferatur, quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso die Dominico continuato Sabathi jejunio. Greg. II. circa annum 723. Epist. ad clerum & populum Germaniæ. Ordinationes Presbiterorum, sive Diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi mensis jejuniis, sed & in ingressu Quadragesimæ, atque medio vespere Sabathi noverit celebrandas. Zacharias ad synodum Romanam anno 743. in multis Conciliis hoc statutum est, etiam & nunc confirmatum à vestra prudentia, sanctissimi fratres, ut primi, quarti, septimi, & decimi mensis sacerdotum fieri deberent ordinationes; non est ergo Gratiani inventum, non magica observatio, sed religiosa solemnitas, ab omni ævo recepta, & vero quod in diem dominicum traductæ sint ordinationes, male objicit Molinæus quod Paulus ad Colossens. scribit, ut nemo eos judicet ex Hebræorum festis Neomeniis aut Sabathis, de quibus loquitur, vult enim eos à Judæorum festis abstinere, quæ erant umbræ futurorum, non vero Christianorum festos improbare dies, quorum discussio notulas excederet. Videatur Baron. annal. tom. 1. sub annum 58. num. 82. G. D. P.

De temporibus ordinationum hîc agitur.

Refutatio notæ Molinæanæ in eo quod liberior.

Can. 5. *Quod die.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Quod die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur manifestat scriptura, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ad Evangelium mitterent prædicandum, jejunantes & orantes imposuerunt manus.*

Ordinationes Episcoporũ fieri debent die Dominico.

Imo tunc Apostoli erant Hierosolimis ut patet ex actis. C. M.

Illud notatum Molinæi desumptum est ex editione anni 1553. sed non video qua de causa dicat Apostolos tunc fuisse Hierosolimis, quia Actorum cap. 13. patet Apostolos fuisse Antiochiæ dum ordinaverunt Paulum & Barnabam. F. P.

DISTINCTIO LXXVI.

Can. 7. *Jejunium.*

TEXTUS.

In Textu in principio ibi. *Jejunium quarti & Jejunium quinti &c. Iuncta inscriptione Hieronimus super Zachariam exponit dicens.*

Ordinatio textus & combinatio sequentium.

Verba Zachariæ cap. 8. usque ad versic. hoc loco. C. M.

DISTINCTIO LXXIX.

Can. *Si quis Apostolicæ.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Si quis Apostolicæ sedi, sine concordi electione intronisetur, &c.*

De schismate vitando in electione Papæ.

Vide fere integrum decretum supr. distinct. 23. cap. 1. cujus hoc fragmentum est. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibidem. *Sine concordi electione Cardinalium eius Ecclesiæ.*

De canonicis Cardinalibus in Ecclesia Ravennate, & Compostellana.

Quia tunc in Ecclesia Ravennati erant Cardinales, & adhuc hodie in Compostellana. C. M.

Can. 8. *Si duo forte.*

INSCRIPTIO.

In inscriptione. *De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifacium Papam. Juncto textu.* ibi. *Bonifacium.*

Ad restitutionem inscriptionis & ordinationem textus.

Scilicet primum, qui supplicavit Imperatori, ut hanc legem conderet, ut habetur infra 97. distinctione. Can. 10. cujus legis principium Gratianus ibi posuit. Can. 2. sed truncatim, verbis dispositivis ibi omissis, quæ hîc. Posuit, ut dixi in præfatione ad edict. Henrici II. num. 24. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Si duo contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus. Iuncta inscriptione precedenti, & quæ sequuntur*

Source : BIU Cujas

in textu, de nova ordinatione tunc facienda.

Imperator statuit de electione S. P. facienda. ex rogatu ipsius.

Et sic Imperator non solum utriusque in discordia jus abrogat, sed etiam utrumque pro ea vice inhabilem facit, & de reliquis clericis alium de integro statuit assumi. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Illum in Sede Apostolica permansurum censemus, quem nova ordinatione, divinum iudicium, & universitatis consensus elegerit. Ibi. Divinum judicium.*

Imperatoris electio ordinandi ad dignitates Ecclesiasticas etiam ad sedem Apostolicam divinum judicium appellatur.

Id est Imperatoris voluntas & electio, clero populoque universo gratum habente electum ab Imperatore, vel consentiente; Imperatores enim divi vocabantur, & eorum rescripta & judicia divina; ut cod. per totum. C. M.

Notæ Dupineanæ ad moderationem Molinæanarum quarum prima hic exponitur.

Has tres notas simul jungendas duxi, quibus Molinæus infert de Pontificis electione judicem esse Imperatorem, cuius intentioni breviter notulis quibusdam faciam satis: Prima Gratian. distinct. 79. probat Papam à Cardinalibus & religiosis clericis esse intronizandum, distinct. 97. non licere Imperatori de electione Papæ decernere, nisi ad ipsius Papæ requisitionem: quare apposite Gratianus Honorij Imperatoris Epistolam his duabus adaptavit distinctionibus. Secunda ex canone 1. distinct. 97. liquido constat, Imperatorem Honorium can. 2. Sanxisse juxta Bonifacii Papæ rescriptum, his verbis *prædicante beatitudine tua, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si forte quid, &c.* Et Molinæus vir doctissimus à Calepino didicisset *prædicare* penultima correpta significare aperte dicere, seu publice, prædicare penultima producta, esse ante vel prius dicere, quo significatu hîc Bonifacius ante Honorium prædixit quid faciendum esset. Tertia, Bonifacius Eleutherii schismate commotus, ne iterum post ejus obitum, cum langueret, seditiosus in Cathedram irrueret, principis sæculare brachium implorat, quæ omnia videre est apud Baron. sub annum 418. num. 79. & late anno 419. Quarta, pace Molinæi in codice frequenter Imperatores dixisse divinas constitutiones, sanctiones, jussiones, litteras. leg. 1. cod. de sacrosanctis Ecclesiis. leg. jubemus. cod. de advoc. diversi. Jud. leg. legem cod. de natural. lib. l. ult. cod. de legit. hæred. l. ult. cod. de bon. author. jud. possid. leg. 4. cod. de tempor. & reparat. appellativum. leg. 2. cod. de quadrienn. præscript. divinum oraculum. leg. 2. in fine. De petit. bon. sublat. lib. 10. divinum rescriptum. leg. ult. §. sin autem. cod. de jure deliberandi. divinam indulgentiam. leg. Imperialis §. 1. cod. de nuptiis. Divinos affatus. ead. leg. Imperialis. Et leg. jubemus. cod. de natural. liberis. dixisse etiam cœleste & sacrum oraculum, & sacrum rescriptum; nunquam vero dixisse divinum judicium: Quare in illa de summi Pontificis electione quieta negotio, *divinum iudicium* non est principis sententia, sed Dei omnipotentis judicium: de quo Simmachus præfectus Urbi ad Imperatorem Honorium apud Baron. anno. 418. num. 79. de quo clerus Romanus ad Imperatorem apud Baron. anno. 419. num. 9. & idem Imperator num. 33. Quod divinum judicium est sancti Spiritus inspiratio, qua dissidentes unire solet, quæ fortassis ea sors est, qua propositis Mathia & Josepho, in locum Iscariothis electus fuit Mathias apud Divum. Lucam Apostol. act. 1. G. D. P.

Quid divinum judicium in electionibus & quod excludat Imperatoris suffragium.

Can. 9. *Si quis pecunia.*

INSCRIPTIO.

In inscriptione. *Vnde Nicolaus Papa statuit dicens de electionibus simoniacis.* Ibi. *Nicolaus Papa.*

Ad historiam simul & simoniam vitandam. Et schisma in electione SS. PP.

Scilicet II. qui anno 1059. Hoc sanctum decretum (quod videtur pars cap. 1. supr. distinct. 23.) edidit, ad confirmandum decretum Benedicti X. qui per vim, preces, & pretia creatus fuerat, sed nono mense in exilium missus. Ut apud Platinam & alios chronographos. C. M.

Correctio superioris notæ in verbo decretum

Errorem hîc. Esse puto, & legendam ad confirmandam destitutionem Benedicti. Porro Molin. decretum

Nicolai sanctum vocat, fulmine veritatis percussus, & cujus sancti decreti decisione contra Molinæum sequitur, primo Romanam Ecclesiam esse universalem, esse sedem Apostolicam, quæ omnibus in orbe terrarum Ecclesiis præfertur, secundo Cardinales ad Apostolici culminis apicem eligere Pontificem consecrandum debere; Tertio nec Imperatoribus nec regibus (nisi ab Ecclesia vocatis) jus aliquod in summi Pontificis electione competere; indeque dissolvuntur quæ pluries effutiit Molinæus, cæteros Episcopos Romani Pontificis pares esse, hujus electionem vel clero & populo simul competere, vel Imperatori jure Imperii. G. D. P.

in illud; Destitutionem quod materiæ de qua tractatur magis convenit.

Confutatio eorum quæ dixit Molinæus de electione SS. PP. ex decreto Nicolai quod sanctum vocat.

DISTINCTIO LXXX.

Can. 1. *Vrbes & loca.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *In ipsis vero urbibus Apostoli & eorum successores patriarchas & primates posuerunt.*

De Primatum & Patriarcharum origine & erectione.

De Apostolis falsum est, quia etiam post Apostolos tempore Ignatii anno Domini 102. & Cypriani anno Domini 250. summus Gradus in Ecclesia erat Episcopatus, ut patet in eorum scriptis; Primates autem & Patriarchæ introducti sunt post adventum Constantini magni. C. M.

Illud desumptum ex edit. an. 1553. per totum. F. P.

De erectione primarum sedium ab Apostolis hîc confirmatio datur.

Lucij Papæ, qui sedit anno 256. sententia hæc est, Apostolos (Imo ipsum Petrum) præcipuas stabiliisse sedes Episcopales, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolimitanam & Romanam (salva tamen in omnibus Apostolica authoritate) quarum Episcopos Apostolorum successores, Patriarcharum & Primatum titulo decoratunt, non post, sed ante Constantini magni adventum, cujus Imperii anno 20. Christi anno 325. can. 6. Nicæni Concilii antiquos mores servandos esse definitum est, ut harum sedium Episcopi primatum in suos habeant inferiores, non quo nomine fuerunt à principio vocati quærendum est, sed quæ regiones, quæ Provinciæ eis submissæ: horum fuit Episcopatuum à Petro & ejus misso Marco; Gentium conversione ab eodem Petro, cæteris Apostolis eorum discipulis & successoribus varii & diversi Episcopatus erecti, hisque primis & præcipuis submissi in Europa, Asia, & Africa, & omnes Romano, propter unitatem: Anacletus, qui obiit anno 112. epistol. ultima. Patriarcharum meminit, qui etiam primates à Lucio dicuntur, sed gratia Dei multiplicatis sedibus, Metropolitani multi & primates instituti sunt, & hîc ordo à membris ad caput, duce Spiritu sancto in hunc diem manet, ut Episcopi Metropolitanis, Metropolitani primatibus, primates Patriarchis, & Patriarchæ, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolimitanus summo Pontifici Romano, Christi Vicario, & Petri successori submissi fuerint tanquam capiti. Nec dubitandum omnes esse summos sacerdotes. Episcoporum gradum esse summum, idque quoad ordines præsertim, sed jurisdictionis respectu alios superiores, alios inferiores, alios superiores ab initio nascentis Ecclesiæ fuisse constat. G. D. P.

De subordinatione Episcoporum, Metropolitanis, Metropolitanorum Primatibus, Primatum Patriarchis, omnium Romano Pontifici.

Can. 2. *In illis.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *In illis civitatibus, in quibus apud Ethnicos primi Flamines erant; Episcoporum Primates vel Patriarchas, beatus Petrus poni præcepit. Iuncta inscriptione. Item Clemens Papa.*

Improbatio textus & epistolarum divi Clementis tanquam supposititiaram.

Ex his verbis clare colligitur, has Epistolas, quæ Clementi attribuuntur, non solum, sicut ejus itinerarium, Apochriphas esse. supr. distinct. 15. can. sancta Romana. Sed etiam suppositicias esse, de his enim Petrus numquam cogitavit. C. M.

Et illud desumptum ex eadem editione anni 1553. etiam per totum. F. P.

De itinerario divi Clementis judicium.

Hic canon apud Gratianum ex Epist. Clem. ad Jacob. Sumptus est, apud Burchard. vero lib. 1. decret. cap. 155. ex decretis Clementis cap. 9. quodque de beato Petro Gratianus enunciat; omnibus tribuit

Source : BIU Cujas

De epistoli ejusdem judicium.

Apostolis Burchard. At male argumentatur Molin. ab itinerario Clementis Apochrypho judicato, quia per Ebionæos corruptum fuerat, ut ait Epiphanius hæresi. 30. ad epistolas ejusdem ad Jacobum, quas Ecclesia probat. Late Turrianus lib. adversus Magdeburgenses; porro aliud est dicere Petrum & alios Apostolos primas sedes Episcopales in urbibus, in quibus erant primi Ethnicorum Flamines, & Pontifices instituisse, aliud dicere illos Patriarchales ab eis vocatas fuisse, Episcoposque Primates & Patriarchas nominatos, constat namque Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolimitanam primas fuisse Ecclesias, constat alias deinde fuisse erectas, eisque subordinatas, quare non impertinenter primarum sedium Episcopos primates vocat Clemens & Patriarchas, G.D.P.

Primarum sedium antistites dicti primates & Patriarchæ à Clemente.

DISTINCTIO LXXXI.

Can. 3. *Tantis Daniel.*

GLOSSA.

I Glossa verb. *Cui convicto (scilicet Danieli criminibus infamato, ordinato) sociabitur ordinator, ut ambo amoveantur.* Ibi. *Sententia lata contra ordinatum, præjudicat ordinatori, propter causæ cognitionem. Ut dixi 3. quæst. 6. hæc quippe. Vt est in impressis, sed potius legendum puto conjunctionem vel dic quod præjudicat, quando præsens est, & tacet nec se defendit.*

Correctio Glossæ, & quod sententia contra ordinatum lata, non præjudicat ordinanti, nisi præsens taceat, & se non defendat.

Hæc verior, vide quæ dixi in consuetud. Parisiensi. cap. 33. C. M.

Ratio immutationis verborum in nota Molinæana factam.

Immutationem verborum *causæ cognitionem*, in hæc *causæ conjunctionem*, suadet. can. citatus in glossa 3. quæst. 6. Hæc quippe. In Gloss. verb. his amotis. ibi. Sed quare nocet sententia pro destitutis lata ipsis substitutis, cum res inter alios acta aliis non præjudicet, sed hoc propter causæ cohærentiam, sic 7. quæst. 1. præsentium. & 81. distinct. tantis. Quod adnotasse sufficiat. Cæterum hic canon famosissimus est, & in id crebrius citatur, quod accusatus & criminibus irretitus, pendente accusatione, & ante absolutionem, non potest nec debet novis beneficiis affici, & cumulari, quamvis antea quæsita retineat, & in ejus propositionis probationem, vide. cap. omnipotens Deus 4. de accusat. in decretalibus, quod & variis & frequentioribus decretis, tum Senatus Parisiensis, tum magni consilii patrum confirmatum fuit, altero de die 19. Aprilis anni 1647. in publicis causarum actionibus pronunciato, perorante Claudio Galtero, alias *Gautier*, pro cognominato *de saint Simon*, & Claudio Virgineo alias *Pucelle* pro cognominato *Bauledet*, in causa possessorii Canonicatus & præbendæ Theologalis Cathedralis Ecclesiæ Bellovacensis, quod Beneficium cum anteriori decreto de die 27. Februarii anni 1642. adjudicatum fuisset dicto *de saint Simon*, tanquam graduato nominato debite qualificato & insinuato, & doctori Theologo Parisiensi, cum dictus *Bauledet*, antiquior graduatus & nominatus, dictos Canonicatum & Præbendam Theologalem, dicto *de saint Simon* addictos, tanquam anterior nominatus evincere conaretur, tandem. Ex suffragio Hieronimi Bignonii Advocati generalis, dictus *Bauledet* exclusus fuit, posteriori decreto de dicta die 19. Aprilis anni 1647. etiam ab executione primi decreti, in possessoriis beneficialibus usitatissimi, quod tunc dicebatur appunctamentum exhibitionis titulorum & capacitatum, *alias appointement à communiquer titres & capacitez*, quod accusatus & condemnatus ad simplices pœnas canonicas, sententia Officialis Bellovacensis, à qua provocaverat ad Metropolitanum Remensem, nondum absolutus esset; Altero magni consilii patrum de die 30. Septembris anni 1659. ex litis recitatione à Dom. Thoma *Dreux* experientissimo consiliario, possessorii decanatus sive prioratus Novigenti Rotrodi Cluniacensis ordinis, inter Dom. Nicolaum *Colbert* tunc Abbatem, postea Lucionensem Episcopum, nunc demum Antissiodorensem, dictum Decanatum sive Prioratum, tanquam morte vacuum impetrantem, & Benignum *de Neucheſe*, ex Baronibus *Desfrancs*, Abbatem sancti Savini, ac de resignatione Jacobi *de Neucheſe*, Cabilonensis Episcopi, ejusdem Decanatus seu Prioratus ultimi possessoris pacifici, avunculi; jus in illo prætendentem, quo decreto dictus *de Neucheſe de saint Savin*, à possessorio dicti Decanatus seu Prioratus Novigenti Rotrodi exclusus fuit, eo maxime, quod pluribus accusationibus, & decretis ipsiusmet corporis & personæ apprehensoriis impetitus, nondum absolutus fuisset, quamvis & novum illud beneficium impetraturus adesset, & insisteret cum tamen à noviter beneficiando omnis macula abesse debeat, ut habet noster Molin. ad regulam de infirmis. n. 397. & Dom. Lovetius in notis & censuris ibidem. Qua de causa idem Abbas *de saint Savim* exclusus etiam fuit altero decreto ejusdem magni consilij; à possessorio Prioratus *de Nantua* ejusdem Cluniacensis ordinis, ab eodem avunculo resignati, & ejusdem plenum possessorium adjudicatum Tanneguido *De Massac.* eumdem tanquam morte vacuum impetranti, quod & pluribus aliis decretis confirmatum fuit, necnon posteriori decreto Senatus Aremorici, apud quem causa evocata remissa fuerat, possessorii Abbatiæ Bethlemitanæ sive Ferrariarum aliàs *Ferrieres* Benedictini ordinis Senonensis Diœcesis, inter Dom. *de Sainctot* Senatorem Parisiensem, & dictum Benignum *de Neucheſe*, & ex dictis causis utrosque provisos, quo decreto tandem & ex iisdem rationibus plenum possessorium ejusdem Abbatiæ dicto Domino *de Sainctot* adjudicatum fuit. F. P.

Tertium in id probatorium decretum ejusdem magni consilii.

Quartum decretum Aremorici Senatus.

DISTINCTIO LXXXII.

Can. 2. *Proposuisti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si forma Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ à Syricio Episcopo, ad omnes provincias commeavit, ad aliquos non probatur pervenisse, his ignorantibus non denegabitur venia.* ibi. *Sed qualiter probatur se ignorasse, dic suo sacramento.*

Decreta Ecclesiæ non ligant ignorantes, & quomodo id intelligendum & probanda ignorantia.

Idem late Jason. §. sed istæ. institut. de act. C. M.

Et illud notatum Molinæi inscriptum ibidem margini ab emendatoribus Romanis. F. P.

DISTINCTIO LXXXIII.

Præfatio providendum.

GLOSSA.

In Gloss. verb. *Non est grandis differentia, an lethum inferas, vel admittas, ubi exemplum ponit in medico negligente curam pauperis ægrotantis.* ibi. *Sed quid si infirmus dives est, dico quod medicus non tenetur eum curare suis expensis.*

An medicus curare debeat ægrotum suis expensis.

Idem Anton. Corsetus in singul. vers. expensæ. C. M.

DISTINCTIO LXXXVIII.

Palea eiiciens. 11.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Ideo Dominus mensas nummulariorum evertit*, significans quod *in templo Dei non debent esse nisi nummi spirituales.*

De traditionibus non leviter admiscendis sacris scripturis secundum Molinæi mentem.

Id est ibi soli sacræ scripturæ libri legendi, ut etiam cautum est Concilio Carthaginensi III. can. 47. à quibus solis pendet vera religio, cui non est admiscenda aqua humanarum traditionum, ut eum locum *Caupones tui*, &c. Esai. 1. exponit ibi Hieronim. & Jerem. 23. ibi. *Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid enim Palea ad triticum*, Paleas vocat superadditas seniorum traditiones, quas omnes prorsus rescindit, idem Hieronim. Psalmo 86. vers. Dominus narrabit in scripturis. Et infra 21. quæst. 3. cap. transfertur. C. M.

Satis importuna traductio, negotiationū clericis prohibitarum, ad traditionum sacræ scripturæ admistionem.

Palearum contemptor perpetuus Molinæus hanc probat sumptam ex authore operis imperfecti. Homil. 58. ad cap. 21. Mathæi. Nomine Joann. Chrisostomi publicati. Quæ hîc de Ecclesiasticis negotiari prohibitis ad sacræ scripturæ libros legendos traduxit, conciliique Carthaginensis decisione abutens, de traditionibus agit Concilium Carthaginense 3. anno 397. Syricio sedente celebra-

In id probatorium senatus Parisiensis decretum.

Aliud arrestum magni consilii in id etiam probatorium.

Source : BIU Cujas

tum, vel si mavis 6. anno 416. sedente Bonifacio, certum sacrorum librorum numerum definit, nec eos solos legendos, nam & Martyrum passiones in Ecclesia legendas, anniversaria die decrevit. Divus autem Hieronimus 24. quæst. 3. can. transferens. Judæorum & hæreticorum traditiones improbat, quas & alias humanas Ecclesia rejicit, de Apostolicis & Ecclesiasticis idem Hieronimus Epistol. 28. Ego te illud breviter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita observandas, ut à majoribus traditæ sunt, idem adversus Luciferianum. nam & multa quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, authoritatem sibi scriptæ legis usurparunt; de iis traditionibus Baronius sub annum 57. & Doctissimus Cardinalis Perronius adversus Tilenum. G. D. P.

Quomodo traditiones sint probandæ.

Palea quoniam. 12.

TEXTUS. In textu ibi. *Si ergo iste dicit propter assiduam laudem Dei, quia non cognovi negotiationem, non negotietur Christiani. Juncta inscriptione item Augustinus.*

De approbatione Molinæana hujusce Paleæ & præcedentis ut notavit supra Dominus *Du Pineau.* Hîc incipiunt verba Augustini abbreviata usque ad finem cap. quæ habentur tomo 8. Psalmo 70. vers. quoniam non cognovi negotiationes. Et hæ Paleæ sunt meliores reliquis, quæ Gratianus ut grana tota hac distinctione collegit. C. M.

Vide in ejus Paleæ materiæ approbationem, quæ dixi in nostro & avitino tractatu de beneficiis Ecclesiasticis. ad verba cœlestis. cap. 1. de vita & honest. cleric. §. 1. de clerico negotiatore. & seqquent. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Os meum annunciabit laudem tuam.*

Restitutio verborum Augustini male decisorum ad ipsam textus intelligentiam à Molinæo facta. Id est (ait Augustinus) in loco quem nuper citavi, non meam, qui sunt negotiatores, id est quasi de actu suo sibi placentes? qui ignorantes Justitiam, & suam volentes constituere, Justititiæ Dei non sunt subjecti, hæc pulchra verba male decisa ex ipso Augustino restitui. C. M.

DISTINCTIO LXXXX.

Canon Placuit. 9.

TEXTUS. In Textu. ibi. *Placuit, ut qui diuturna obstinatione ad pacem revocari nequiverunt, à sacerdotibus arguantur.*

Quando litigantes cogantur ad compromittendum. Nor. doctores, quod Judex potest cogere ad compromittendum eos qui diu litigaverunt, in leg. quidam æstimaverunt. Si certum petatur. C. M.

Illud etiam Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis est suæ margini annexum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Justissima excommunicatione pellantur. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Videtur tamen quod Judex secularis coget eos ad concordiam.*

* Per quos cogendi ad compromittendum litigantes. Vide legistas leg. quidam æstimaverunt. Si certum petatur. C. M.

Et illud etiam marginale adnotatum ab emendatoribus Romanis retentum, & margini suæ immixtum, licet à Molinæo prænotatum. F. P.

DISTINCTIO LXXXXIII.

Can. 1. *Si minoris.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Unde beatus Petrus in ordinatione Clementis populum alloquens inter cætera ait.*

Not. ad inscriptionem. Sed in Epistola Clementis apochripha. C. M.

Can. 5. *A subdiacono.*

TEXTUS. In Textu ibi. *A subdiacono, usque ad lectorem. Omnes subditi sint Diacono Cardinali.*

A. dictio exclusiva exponitur. Nota ex isto textu, quod hæc dictio A. excludit. Similem textum habes in leg. ratione. §. finali. dig. de actioni. empti. C. M.

Quandoque dictio A. excludit, quandoque includit. Et illud subnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis retentum, & margini suæ immixtum, & nota illud etiam quod quandoque tamen dictio A. includit ut in can. aliter. distinct. 31. ibi. istius autem Ecclesiæ vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono usque ad Episcopum licentiam habeat conjugium sortiendi. F. P.

Can. 22. *Diaconi.* Est 23. *In emendatione Romana.*

* TEXTUS. In textu. Ibi. *Si humilitatem diligunt, & diaconi maiores se esse in eo quod humiles recognoscant. Juncta inscriptione. Item Hieronimus de septem ordinibus Ecclesiæ.*

Correctio textus Hieronimi. In editione Hieronimi apud Frobenium non habetur hoc loco *& Diaconi.* C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Singuli quique, per potentiam Episcopalis nominis, quam sibi illicite absque Ecclesia vindicarunt, totum quod Levitarum est, in suos usus redigant, nec hoc solum quod sibi adscriptum est, vindicent, sed cunctis auferant universa.*

De Episcopis contra juris præcepto sibi quæ aliena sunt vindicantibus. Quod est contra juris præceptum. dig. de instit. & jure. L. justitia. §. Juris præcepta. & instit. eod. tit. C. M.

Et illud à Molinæo subnotatum ab emendatoribus Romanis retentum, & margini suæ appositum. F. P.

DISTINCTIO LXXXXV.

Can. 1. *Pervenit.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ubi Episcopi desunt, presbyteros in frontibus Baptisatos Chrismate tangere concedimus.* ibi. *Episcopus omnia alij Episcopo demandare potest, nisi usum Pallii.*

Quæ sunt ordinis Episcopalis, alteri Episcopo demandari possunt; non usus Pallii. Glossa singularis. Philip. Franc. cap. ultim. ne cler. vel Monach. sæcul. negot. se immisceant. in 6. C. M.

Et illud à Molinæo hîc prænotatum ab emendatoribus Romanis retentum, & margini suæ adscriptum, & nota ex eo loco, usum pallii quandoque etiam ipsis Episcopis concessum. in cap. penult. de appellat. apud Gregor. Quinquecclesiensi Episcopo; Siagrio Æduorum Episcopo in can. ratione. distinct. 100. & plerisque aliis locis. F. P.

Usus Pallii Episcopis quandoque concessus. Can. 5. *Olim.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Item Hieronimus super Epistolam ad Titum.* ibi. *Constitutos per civitates presbyteros.*

De constituendis per civitates Presbyteris. Dixi in tract. contra abusus Pap. part. 2. glossa 15. num. 33. C. M.

Illud desumptum ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Can. 6. *Ecce ego.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Nemo Episcoporum invidia diabolicæ tentationis inflatus irascatur, si presbyteri in Ecclesiis prædicent. Juncta inscriptione. Idem Hieronimus ad Rusticum Narbonensem Episcopum.*

De verbo Dei per Presbyteros prædicando. Hieronimus non vult allegari verbum Dei prætextu prærogativæ Episcopalis. C. M.

Can. 7. *Esto subjectus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Scitum est illud Domitii oratoris: cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem.*

De mutuis officiis sibi invicem reddendis. Sic Lucius Crassus Philippo Consuli objicit, ut refert Quintilian. instit. orator. cap. 45. & in milite Mariano; an expectas ut ille te habeat tribunum, cum tu illum non putes militem: & dicit esse vocem honestissimæ libertatis. Idem Jacob de sancto Georgio in invest. feud. Carth. 40. column. 2. Andr. Tyraquell. de leg. Connubial. cap. 144. C. M.

DISTINCTIO LXXXXVI.

Can. 1. *Bene quidem.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Unde Symmachus Simplicius Episcopus Catholicæ Urbis Romæ in synodo residens dixit.* Ibi. *Simplicius.*

Ad historiam temporis, & ut Imperatores & Reges Italiæ Sub cujus initium Pontificatus, Odoacer Herulæorum Rex, Oreste & Augustulo victis, totam Italiam occupavit, & eam de nomine suo Odoacriam nuncupavit, & Romæ sedem regni sui constituit anno Domini 471. & ibi quatuordecim annis regnavit, & interim tanquam Rex vel Imperator leges statuit, etiam de rebus Ecclesiasticis, sola sua regia authoritate, non tantum per se, sed etiam per Basilium, quem præfectum prætorio, atque patricium, vices

Source : BIU Cujas

de rebus Ecclesiasticis Romæ sanxerunt, & ut Papæ paulatim eas abrogaverunt.

suas gerentem constituerat, & inter alias etiam precibus & admonitione Papæ Symplicii (ut olim Honorius ad preces & monita Bonifacii I. ut infr. distinct. 97. cap. 1. & 2.) legem fecit, ut Papa mortuo non posset fieri electio, nisi rege, vel præfecto suo prius requisito & consulto; nec non aliam legem de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæ leges steterunt quamdiu Odoacer regnavit; sed mox eo per Theodoricum Regem Gothorum occiso Ravennæ, Simplicius iste licet ultimo anno Pontificatus sui habito conventu Auxiliariorum suorum, *in editione anni* 1553. *est Symmistarum*, per hoc decretum præfatas leges abolevit, non quod latæ essent à Tyranno, Odoacrem enim in verum & legitimum regem agnoscit, imo etiam præcellentissimum vocat, & sic licet de vero Imperatore Constantinopolitano curabat, sed utrumque eodem loco habens, utrorumque consequenter leges damnavit, tanquam à laïcis latas. Hanc authoritatem cæpit propter Imperium per Odoacrem attritum, & Odoacrem à novitio Rege oppressum. C.M.

Correctio Dupineana ad inscriptionem canonis per erasionem vocis *Simplicius*.

Delenda vox *Simplicius*, quæ mendose irrepsit, notandumque tumultus, qui sedente contigerunt Simplicio anno 483. causam dedisse sinodo Romanæ per Symmachum congregatæ anno 499. vel secundum alios anno 502. & fallitur hic Molinæus & fallere vult scribens hanc fuisse sinodum congregatam à Simplicio post Odoacri obitum, quia Simplicio superstes fuit Odoacer regnavitque annos 17. ab anno 479. qui erat Simplicii annus 9. ad annum 492. qui erat Gelasii annus 1. Itaut post Simplicii obitum anno 482. regnaverit Odoacer annos 8. sedente Fœlice, cui successit Gelasius. Hæc vero sinodus est tertia Romæ congregata, promovente Theodorico & sedente Symmacho. Falsum est autem hac sinodo verbo *Laicorum* quicquam decretum vel adversus Odoacrem jam extinctum, vel adversus Imperatorem Constantinopolitanum; decretum namque sinodi constitutionem annullat quamdam Basilij præfecti prætorio: Quæ undecunque manarit constitutio, non dubitandum fuit eam ab Ecclesia infirmari potuisse; dixit Basilius se eam promulgasse Beatissimi viri Papæ Simplicii admonitione, quam ante oculos semper habere debuit; hoc concesso constat Simplicii expostulationem Basilio armato directam fuisse, quo tranquillius post ejus obitum fieret electio Papæ, schismatis memor quod ipsius electionem turbaverat, adde imploratione sæcularis authoritatis & politicæ urgente necessitate petitam, nec jus Odoacro vel Basilio tribuisse, nec in posterum Ecclesiæ vel authoritati vel libertati obfuisse, præsertim cum tunc imperaret Constantinopoli Zeno, & regnaret Romæ Odoacer, uterque hæreticus, qui quomodo legitime potuerint de rebus Ecclesiasticis quicquam statuere, non video: at susque deque omnia versat Molinæus ut Ecclesiæ insultet, nec vult quæ à Papa oppresso petita sunt & probata, posse à Papa libero ex concilii sententia revocari: Tum si cognitio de summi Pontificis electione juris esset Imperialis, quomodo in Odoacrem translatum fuisse probabit Molinæus; unum notare superest, Basilium sede vacante de rebus Ecclesiæ non alienandis statuisse, quam constitutionem Ecclesiasticis canonibus & legibus conformem, in eo præcipue sinodus improbavit, quod Basilius Laicus (adde & hæreticus) sacerdotali ordini dixisset anathema. G. D. P.

Vera assertio sinodi tertiæ Romanæ. Et ejus dispositionis contra Molinæum.

Quod reges hæretici nihil statuere potuerint de rebus Ecclesiæ.

Quod SS. PP. statuta ab illis quandoque potuerint revocare.

Ibidem.

* Glossa.

In Glossa verb. *Non licuit laicis statuendi in Ecclesia, præter Romanum Pontificem habere aliquam potestatem.* Ibi. *Quid ergo dices de Templariis nonne ipsi possunt excommunicare fratrem suum? dici potest quod sic, quia non sunt laici.*

De excommunicatione laica & profana militibus à Tribunis suis infligenda.

Dic quod excommunicatio late patet, ut etiam laicis, vel tribunis militum competat, ut in constitutione Ludovici Pij, quam posui in stilo Parlamenti Parisiensis. parte 3. titulo 50. C. M.

De excommunicationis usu profano remissio ad authores.

Hoc notatum Molinæi desumptum ex editione anni 1553. licet desit in editione Nicolai Freroti anni 1603. quod ex implasmatione sive Gipsi imbibitione forte eruere non potuerit, cæterum & in id de excommunicationis usu profano vide Guid. Conchilum in posthumis memorialibus reformationis Ecclesiasticæ pag. 160. F. P.

Can. 4. *Vbinam Legistis.*

Textus.

In Textu ibi. *Vbinam legistis, Imperatores sinodalibus conventibus interfuisse, nisi forte in quibusdam ubi de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos & ad omnes pertinet Christianos.*

Laici conciliis interesse possunt & quomodo.

Franciscus Duaren. lib. 1. de sacris Eccles. minister. cap. 2. & sic communi laicorum etiam decreto omnia definiri debent. Ut Apostoli fere Domini. act. 15. & de doctis Laicis intelligitur. C. M.

Can. 8. *In scripturis.*

* Textus.

In Textu in principio. *In scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse, si vidissem Sacerdotem Dei peccantem, clamidem meam exspoliarem & cooperirem eum. Iuncta Glossa* 1. *in scripturis* 11. *quæst.* 1. *Sacerdotibus. Ibi in scripturis.*

Commentum de Constantino Imperatore refutatum.

Falsum nisi in confictis, nec probat textus in glossa allegatus. C. M.

Ibi. In scripturis.

Palea Constantinus.

Textus

In Textu. Ibi. *Constantinus coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit.*

Donatio Constantini Imperatoris explosa.

Hæ Paleæ sunt vera mendacia, jam ab omnibus explosa, vide quæ dixi in annotat. ad consilia Alexand. lib. 7. & in tract. contra abusus. parte 2. gloss. 15. C. M.

De donatione Constantini Imperatoris ad authores remissio.

De donatione Constantini Imperatoris, an vera sit an falsa, vide eumdem Molin. in not. ad can. ego Ludovicus. in textu. in principio. supr. distinct. 63. & in not. ad cap. 17. in gloss. principii. ibi. donavit. de elect. in 6. & ad Decij. Consil. 146. in verb. fama. & in stilo Parlam. part. 3. tit. 44. in verb. devotio. vid. Conchil. in posthum. memorial. reformat. & Ecclesiast. pag. 42. & sequ. Anton. Mornac. ad leg. penult. dig. de offic. præsidis. pag. 70. in postrema editione nostra. F. P.

DISTINCTIO LXXXXVII.

Præfatio. Hoc capitulo.

Textus.

In Textu. ibi. *Hoc capitulo patenter ostenditur, quod nec Imperatori, nec cuilibet Laico licet decernere, vel de electione summi Pontificis, vel de rebus Ecclesiasticis.* Ibi. *ostenditur.*

Confutatio eorum qui asserunt nec conventibus Ecclesiasticis interesse, nec de rebus Ecclesiæ statuere posse Imperatores.

Imo non nisi Paparum domestico testimonio, quod nihil est, adhuc non solum verbum Dei. Roman. XIII. quod etiam Apostolos & Evangelistas comprehendit, secundum Joan. Chrisost. Ibi. Sed etiam primitivæ Ecclesiæ, quæ purior erat, obedientia, & vetus historia contrarium ostendunt, quidquid moliatur iste Monachus, qui omnem lapidem pro potentia Papæ movet. C. M.

Hoc postremum Molinæani annotati, ab his verbis, *quidquid moliatur ad finem*, desumptum ex editione anni 1553. & hîc additum. F. P.

Quandoque principes sæculares monitis & exhortationibus SS. PP. sese electionibus Papæ immiscuerunt ad schismata compescenda.

Non pro potentia, sed pro libertate. Concilia vocat Molin. Domesticum Paparum testimonium, quibus præfert Historias facta referentes, quam apposite, viderit lector, duo notat Gratianus, electionem Papæ, & rerum Ecclesiasticarum dispensationem, de electione Molin. dixit Imperii jus id esse, ut electioni factæ det assensum Imperator, tract. contra Abusus. Pap. part. 2. gloss. 15. num. 41. 42. ex veteri historia hoc non probabit principes Orthoxos electioni summorum Pontificum sese interposuisse, probabit Catholicos, hæreticos sed & Imperii usurpatores id fecisse, monitis aut consensu Paparum, præsertim temporibus schismatum, ad factiosos deter-

Source : BIU Cujas

rendos. Quod ad res Ecclesiasticas, si rerum Ecclesiasticarum nomine intelligas fidem, sacramenta, cæteraque spiritualia, Molin. hallucinatur; si rerum Ecclesiasticarum nomine proponas temporalia, & his annexa, ut decimas, jus patronatus, & similia, de iis possunt statuere principes ad utilitatem Ecclesiæ & protectionem, in horum diminutionem bonorum non possunt nisi de consensu Ecclesiæ, qui si spernatur, parendum quidem propter conscientiam, ex D. Petri & D. Pauli præcepto, sed semper locus erit quærelæ & restitutioni, mutato temporum statu. G. D. P.

Idem de rebus spiritualibus & Ecclesiasticis statuere.

Can. 2. *Victor.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Ac si duo contra fas, &c. ut supr. & infr.*

Reductio textus ad superiora & inferiora, ut ex tui lux affulgeat.

Supra distinct. 79. can. si duo. ubi textus habetur. Vide quæ dixi in præfat. ad edict. Henr. II. contra parvas datas. C. M.

Notatur in margine in editione Contiana Christophori Plantini anni 1557. & in margine ibidem. Paulo inferius. ut respondeat ei quod habetur in textu & infra. F. P.

Ibidem. §. *Unde.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Cum certum sit nulli partium invicem dissidentium sua studia profutura. Iunctis præcedentibus.*

Reductio ad ea quæ hic Gratianus suppressit studiosius.

Viden ut iste Monachus truncaverit verba dispositiva, vide eadem. supr. distinct. 79. can. Si duo. C. M.

Ex editione anni 1553 in principio hujus annotationis restituta sunt priora verba, quæ ad idem tendunt quam ea quæ in priori editione, quæ habet Gratianum verba dispositiva prætermisisse, quod convenientius est. F. P.

Locus Molinæi in præfatione tract. ad edictum est num. 24. has notas animo satis perverso scripsit, quod probavi supra ad can. Si duo. distinct. 79. & Gratianum nihil truncasse, sed Honorii Imperatoris Epistolam ad diversas quæstiones solvendas allegasse. Supersit hæc Imperatoris verba notare *ex serenitatis nostræ admonitione custodiant.* Papa petit auxilium, Princeps Catholicus admonet clericos, non statuit, aliud hæretici Principes. G. D. P.

Quid præstet princeps in sanctione rerum Ecclesiasticarum, & earum ordinatione.

Can. 3. *Nobilissimus.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Legatum vestrum (sicut decuit) suscepimus, ei (sicut honestius fuit) credidimus, juncta inscriptione. Vnde Nicolaus Papa.*

De recepto legato Imperatoris, à Papa, honorificentissime, quamvis litteras non deferret.

Vide Lap. de Castiglione. alleg. 33. Jas. repetit. leg. admonendi. Column. 70. de jurejur. C. M.

DISTINCTIO LXXXXIX.

Can. 2. *Nulli.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nulli Archiepiscopi primates vocantur nisi qui primas sedes tenent, quarum Episcopos Apostoli Patriarchas & primates esse constituerunt, juncta inscriptione item Anitius ut habetur in editione Molinæana, & Anicetus ad Episcopos Galliæ, ut habetur in emendatione Romana.* ibi. *Apostoli Primates constituerunt.*

Primatum & Patriarcharum nomen ignotum temporibus Apostolorum, si Molinæo credimus.

Imo Apostoli numquam noverunt Primates vel Patriarchas, nec majores Episcopis, ut patet apud Ignatium sancti Joannis Discipulum. Dixi in Præfat. ad edict. Henric. II. contra parvas datas. Glossa 15. C. M.

Conciliatio ejus quod non fuerint Prælati Episcopis majores, & quod fuerint quidam primarum sedium.

Sedit Anicetus anno 167. dixi supr. can. 1. distinct. 80. quomodo sint intelligenda dicta Apostoli primas sedes instituerunt: successores Apostolorum, ut Anacletus, Anicetus, Lucius, nomina dignitatis primarum Episcopis sedium dederunt, quæ Concilium universale Nicænum probavit; fatemur Apostolos eorumque successores nullos noviisse Pontifices Episcopis majores, nec nos hodie cognoscimus, nempe quoad ordinem, & hoc sensu Papa sese Episcopum nominat, & Episcopos fratres vocat. Rebuff. in form. mand. Apostol. in princip. aliud dicimus, & recte, quoad potestatem & jurisdictionem fori tam interioris quam exterioris. G. D. P.

Can. 3. *Primæ sedis.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum vel summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. Iuncta inscriptione. Item ex Concilio Africano.* Ibi. *Primæ sedis. Episcopus.*

Improbatio tituli principis Sacerdotum, & aliorum similium acriori tamen stilo.

Scilicet cujusque Provinciæ Primatialis, vel Archiepiscopalis, ut patet ex tenore Concilii, timebant vetera Concilia à ministerio iniquitatis cui voluerunt viam præcludere: ut dixi in tract. contr. abus. part. 2. gloss. 15. num. 13. cum sequenti. C. M.

Hæc posteriora adnotationis Molinæanæ, ab his verbis *timebant vetera Concilia, ad finem*, desumpta sunt ex ejusdem Molinæi editione anni 1553. & hic addita. F. P.

Can. 4. *Nullus.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Unde Pelagius omnibus Episcopis. Iuncto textu. Nullus Patriarcharum universalitatis vocabulo unquam utatur, nec etiam Romanus Pontifex universalis est appellandus.* Ibi. *Pelagius.*

Improbatio tituli universalis Pontificis secundum eumdem stilum.

Scilicet 2. qui se quoque comprehendit, ut patet in textu contra Joann. Constantinopolitanum Episcopum, qui Sinodo ibi facta, favente Mauritio Imperatore, se universalem Patriarcham nominavit, Papatum ibi erigere cupiens, ubi erat sedes Imperii, ut patet lib. 4. & 6. Epistol. Gregorii Magni & apud omnes Historicos. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. ibi. *Quapropter charitas vestra neminem umquam universalem nominet.*

Continuatio ejusdem improbationis universalitatis.

Reprobando Sinodum Joannis Episcopi Constantinopolitani, ut refert Antonius cap. 68. column. 4. C. M.

Can. 5. *Ecce.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ecce in præfatione Epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, universalem Papam dicere curastis, juncta inscriptione item Gregorius Eulogio Patriarchæ Alexandrino.*

Restitutio plenior verborum Gregorii Magni, & ad superiora annexio, ad confirmandam eamdem universalitatis condemnationem.

Textus hujus cap. originaliter habetur lib. 7. Epist. indict. 1. cap. 3. column. 3. ubi hæc pulchra verba *Et mihi loquitur* (scilicet Eulogius) *dicens, sicut jussistis, quod verbum jussionis peto à meo auditu removete, quia scio quis sum, qui estis, loco enim, id est dignitate episcopatus, mihi fratres estis, moribus patres, non ego jussi, sed quæ utilia visa sunt, indicare curavi.* C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In textu. ibi. *Vniversalem Papam dicens.*

Item hic continuatur condemnatio ejusdem appellationis universalis, secundum eumdem stilum paulo durius.

Quod non solum profanum & ambitiosum, sed etiam Antichristi proprium, scandalosum, & Ecclesiæ perniciosum esse scribit idem Greg. epist. lib. 4. cap. 77. cap. 78. cap. 80. & cap. 82. & huic scelesto vocabulo consentire nihil aliud est, quam fidem perdere. cap. 81. in fine. & lib. 6. cap. 168. 169. & lib. 7. cap. 94. dixi in tract. contra abusus. part. 2. gloss. 15. num. 7. cum sequenti. ubi multa notatu digna videbis. C. M.

Quando primum œcumenici & universalis nomen assumptum, & à quo.

Plura hîc, & in principio & in fine desumpta sunt ex editione ejusdem Molin. anni. 1553. F. P.

His notis ad can. 3. 4. 5. distinct. 99. uno examine respondendum curavi. can. 3. sumptus est ex Concilio Africano III. quod erat Concilium provinciale Africæ, anno 397. de quo Baron. num. 48. concedendum est Molinæo notatori in eo agitatum de illius provinciæ primatia, & vetera Concilia viam precludere voluisse iniquitatis ministerio Primatum provincialium, qui fastuose sibi titulos insolentes arrogabant, idque verebantur sedente Syricio circa annum 386. anno vero 587. Oecumenici & universalis nomen sibi Joannes Episcopus & Patriarcha Constantinopolitanus assumpsit in sinodo congregata Constantinopoli adversus Gregorium Patriarcham & Episcopum Antiochenum sedente Pelagio II. cujus ambi-

Source : BIU Cujas

tionem repreſſerunt Pelagius & Gregorius, ut videre eſt apud Baron. tom. 7. ſub annum 387. à num. 3. & tom. 8. ſub annum 397. à num. 27. ubi vocis *univerſalis* diverſas explicat acceptiones. num. 32. 33. & quatenus ſummo Pontifici congruant, non repeto, mihi dicere ſufficiat Canones 4. & 5. hujus diſtinctionis 99. eſſe relativos & reſpectivos ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui ut Patriarchæ cæteri ſubeſt Papæ, habenti præter occidentalem Patriarchatum, in omnem totius orbis Antiſtites primatum, tanquam Chriſti vicarius, Petrique ſucceſſor. Cum autem Gregorius. can. 5. appellationem univerſalis Papæ refellit, addit, quod valde notandum eſt, meus eſt honor univerſalis Eccleſiæ, non ergo Papa univerſalis Epiſcopus, id eſt totius orbis Chriſtiani ſolus & univerſalis Epiſcopus, ſed ordinis reſpectu, eſt, ut cæteri, Epiſcopus, & quoad poteſtatem & juriſdictionem, eſt univerſalis Eccleſiæ primas; cæterum in duobus capitulis ſchiſma Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani excedebat, primum, quia ſe judicem Patriarchæ Antiocheni conſtituebat, ſibi per omnia æqualis, ſeſſione excepta: Secundum, quia non ſolum ſeſe univerſalem ambitioſe dicebat Epiſcopum, ſed voce univerſalis pernicioſe abutendo, ſeſe ſolum univerſalem Epiſcopum Eccleſiæ prædicabat, quo ſenſu erat hoc profanum, ambitioſum, ſcandaloſum Eccleſiæ pernicioſum, & antichriſti proprium, quod Gregorius oppugnans, juri ſuæ ſedis & prærogativæ non renunciabat. G. D. P.

Quod Pontifex Romanus præter Patriarchatum occidentalem habet primatum in omnes totius orbis Antiſtites.

Patriarchæ Conſtantinopolitani ſchiſma in quo exceſſerit.

Quod Gregorius Papa refelleret univerſalis titulos, relatione ad Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

DISTINCTIO C.

Can. 1. *Quoniam.*

Textus.

In Textu. ibi. *Quoniam quidam Metropolitanorum fidem ſuam ſedi Apoſtolicæ exponere detrectantes, uſum pallij neque expetunt, neque percipiunt, junctâ inſcriptione. Ait Pelagius Papa.*

Uſus pallii hic exponitur paulo durius.

Vides ad quod pallium invenit, nempe ad ſuperbum ſervitutis authoramentum. C. M.

Et hæc notata Molinæi ex editione anni 1553. deprompta ſunt, & hic addita. F. P.

Variæ pallii acceptiones hic exponuntur.

Hunc Canonem Burchard. decretorum. lib. 1. cap. 2. dicit eſſe Damaſi, qui ſedit an. 367. at ſive Damaſi, ſive Pelagii. I. qui ſedit anno 578. notum eſt pallium fuiſſe primum Chriſtianorum veram philoſophiam profitentium indumentum: Quod tandem ſolis monachis remanſit, excepto myſtico pallio dato prælatis, ut ſe paſtores eſſe ſcirent, & parabolam ante mentis oculos haberent, paſtoris ovem aberrantem ſuis humeris ad ovile reportantis, ſed quia Cardinalis Baronii vigiliis & lucubrationibus nihil addendum, remitto ad ea quæ de pallio ſcripſit ſub anno 216. num. 63. 64. 394. num. 10. 553. num. 7. ante Pelagij ſedem. G. D. P.

De pallio prælatorum latine

De Pallio Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, & quorumdam Epiſcoporum vide Lacerd. in adverſar. ſacris. cap. 64. poſt Liturgica Caſſandri. pag. 65. not. poſteriores ad Innoc. III. regiſtrum poſterius. lib. 1. epiſt. 47. pag. 33. & 34. antiquitates Gallicanas Joannis Falcetij, aliàs *Fauchet*, in Ludovico Tranſmarino. pag. 840. hiſtoriam Navarræ. pag. 78. vide Conchil. in hiſtor. Nivernenſi. pag. 12. & in poſthumis memorial. reformat. Eccleſiaſt. pag. 81. & libert. Eccleſ. Gall. pag. 76. Theſaur. var. lection. Guidon. Pancirolli. lib. 1. cap. 20. hiſt. Pontificiæ juriſdictionis. lib. 2. cap. 2. num. 17. Franciſc. Florentem ad titulum de author. & uſu pallii. pag. 313. & 317. adde & Joan. à Coſta. in ſummario de authoritate & uſu pallii in decretalibus. F. P.

explicando remiſſio ad authores.

DISTINCTIO CI.

Can. 1. *Pervenit.*

Textus.

In textu ibi. *Per pragmaticum ſacrum unam provinciam in duas dividunt. Iuncta inſcriptione.* Ibi. *in Calchedonenſi Concilio legitur.*

De diviſione provinciarum & diœceſeon arbitrio principis faciendâ.

Textus Concilii. act. 15. cap. 120. habet pragmaticam formam, quod idem eſt, initio enim arbitrio principis deſignabantur Metropoles, ſed deſignatæ non debent factione & obreptione Epiſcoporum mutari, ut hic. C. M.

Qua authoritate diviſæ provinciæ & factæ Metropoles.

Erant Metropoles ante annum Chriſti 325. quo Imperante Conſtantino celebratum fuit Concilium Nicænum, quod eorum meminit. can. 4. & can. 6. Quærendum ergo, quando fuit initium hujus arbitrij principum qui Metropoles deſignarunt, initium illud & primum exemplum ni fallor eſt Valentis Imperatoris Arriani, qui Nicænam Eccleſiam dignitate Metropolis decoravit, quæ antea ſubeſſet Nicomedienſi Metropolitanæ. Secundum exemplum eſt Martiani Imperatoris Ortodoxi, qui provinciam Ericiæ Eccleſiæ Metropolitanæ diviſit, Beritum pragmatica ſanctione Metropolim deſignavit, ei ſubmiſſis quibuſdam Eccleſiis Epiſcopalibus, obiit Valens Chriſti anno 378. Marcianus in Imperatorem aſſumptus fuit anno 450. Utriuſque Metropoleos diviſio fuit reſoluta in Concilio Calcedonenſi anno 451. nempe diviſio Liciæ ſeſſione 5. Et diviſio Nicomedienſis, ſeſſione undecima. Non tamen hujuſmodi Pragmaticæ ſanctiones per omnia fuerunt abrogatæ, ſed eodem. can. 12. Concilii definitum, ut Eccleſiæ & civitates, quæ litteris Imperialibus Metropolis nomine honoratæ fuiſſent, ſolo honore fruerentur, ſervato ſcilicet veræ Metropoli ſuo jure, cui diſpoſitioni non obſtat qui objicitur. can. 36. 38. Sinodi ſextæ in Trullo. Imperante Juſtiniano II. anno 692. eſt enim Pſeudo-ſinodus reprobata nulliuſque ponderis, quod pluribus convincit & probat Baronius, quæ ſi legitima fuiſſet, ex ea ſequeretur Imperatorum pragmaticas ſanctiones, quibus quid innovatum de Epiſcoporum poteſtate, eatenus valere, quatenus eas probavit Eccleſia. G. D. P.

DECRETI SECUNDA PARS.

CAUSA I. QUÆSTIO I.

Can. 2. *Quicumque.*

Glossa.

De ſimonia mentali.

IN Gloſſa verb. *Quicumque ſtudet per prætij dationem ſacrum ordinem accipere.* Ibi. *Hodie ſola pœnitentia, ſine reſignatione quæſitorum, ſufficit, cum ſimonia in animo gerebatur utrimque.*

De uſura & ſimonia mentali.

Dixi in tract. uſur. circa principium. C. M.

Quia de ſimonia & uſura mentali idem Judicium, ut teſtatur idem Molinæus ibidem. & pleriſque aliis locis. Et in id vide eumdem Molin. in nota ad cap. tua nos. 34. In gloſſa verb. culpabiles. Ibi. Quod ſola intentio. De ſimonia. apud Gregor. F. P.

Can. 5. *Quiſquis.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Quicumque contra ſimoniacam hereſim, pro officii ſui loco, vehementer exarſerit, non dubitet ſe cum eo habiturum portionem, qui prius commiſit hoc piaculare flagitium.* ibi. *Hoc verum eſt, ſi poteſt illud probare, alias non noceret ei taciturnitas.*

In ſimonia mentali veliſecreta nemo ſe ipſum revelare cogitur.

Nec revelare tenetur, nec in pœnas incidit. Angel. Clavaſ.

Source : BIU Cujas

Clavaſ. in verb. denunciatio. 40. C. M.

Can. 7. *Reperiuntur.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quia & uſitatum tantum malum, hoc eſt ſimoniæ, nos quoque huic vulneri cancroſo ignitum (quod ſupereſt) injicimus ferrum.* Ibi. *argumentum quod mos non excuſat à crimine.*

Mos non excuſat à crimine ſimoniæ, nec à pœna piaculi.

Sed an à pœna. Gloſſ. Anton. Butr. cap. ult. de conſuet. Ludov. Roman. in ſingul. Carth. 1. C. M.

Et illud ab emendatoribus Romanis margini ſuæ appoſitum; quamvis à Carolo Molinæo prænotatum. F. P.

Can. 8. *Si quis Epiſcopus.*

TEXTUS. In textu in principio. *Si quis Epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit, proprii gradus periculo ſubjaceat.*

De pœna ſimoniace ordinantis.

Vide Domin. Franciſ. Duaren. virum doctiſſimum. in tract. de ſacr. Eccleſ. miniſter. & benef. pag. 246. C. M.

Can. 8. *Fertur.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Idem. Scilicet Gregorius Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum. Iuncto textu qui eſt de ſimonia.*

Ad inſcriptionem canonis.

Vide Raphael. Volater. Carth. 19. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In textu. *Excellentia veſtra regimen, veſtrorum Epiſcoporum culpâ prægravatur. Iuncta inſcriptione præcedenti. Gregor. Theodeberto & Theodorico Regibus Francorum.*

De pœna ſimoniacorum Regum, vel ſimoniæ ſuorum prælatorum connivantium.

Sic contigit, quia Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniam, & Theodebertus intoxicatus à Brunichilde. C. M.

Et illud à Molinæo prænotatum, ab emendatoribus Romanis margini ſuæ immixtum fuit. F. P.

Can. 47. *Sicut urgeri.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Dum mihi dicitur, Hæreticus dimittit peccatum, cum juſte baptiſat, ſic & ego urgeo, dum dico, Ergo avarus religionis ſimulator peccata dimittit. Ibi argum. ſufficere reſpondenti dare inſtantiam, alibi ſufficit aſſignare rationem.*

De reſpondendo inſtantiæ per aliam inſtantiam.

Gloſſ. ſingul. ſecund. Jaſ. in leg. ult in fine. Cod. unde liberi. Gloſſ. ſimilis in leg. creditori. de oper. novi nunciat. ubi Alex. & Jaſon. C. M.

Etiam illud prænotatum Molinæi retentum ab emendatoribus Romanis & margini ſuæ intermixtum. F. P.

Can. 70. *Extra Catholicam Eccleſiam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Extra Catholicam Eccleſiam non eſt locus veri ſacrificii.* Ibi. *Extra Eccleſiam, id eſt extra formam Eccleſiæ.*

Extra Eccleſiam Catholicam non ſunt vera ſacrificia.

Idem Thomas Aquinas in 4. ſentent. diſtinct. 14. Joann. de Turrecremata. in ſumma Eccleſ. lib. 1. cap. 2. ad finem. Sed præſtabat dicere, id eſt extra fidem Eccleſiæ, nec ſacramenta ſuper ſacrificia. C. M.

Hujus prænotati Molinæani prima pars uſurpata ab emendatoribus Romanis, ſuppreſſa poſteriori ab his verbis; *Joannes de Turrecremata ad finem uſque.* F. P.

Can. 89. *Sacerdotes.* alias 98. in emendat. Romana.

TEXTUS. In textu ibi. *Sacerdotes, qui Euchariſtiæ deſerviunt & ſanguinem Domini populo ejus dividunt, impie agunt in lege Chriſti. Juncta inſcriptione illud objicitur Hieronimi in Sophoniam.*

De communione ſub utraque ſpecie, fœminarum & cæterorum laicorum.

Ergo etiam fœminis & laicis in utraque ſpecie, juxta verbum Dei, etiam tempore Hieronimi, & adhuc diu poſt eum. Et ſic mentiuntur Sophiſtæ illi Pariſienſes, qui mihi objecerunt quod can. comperimus. de conſecrat. diſtinct. 2. loquitur de ſacerdotibus tantum, quia imo de omnibus. C. M.

De neceſſitate communionis ſub utraque ſpecie, non eſt mei muneris diſputare, Theologis id relinquo, deciſioni Concilii Tridentini ſeſſ. 21. ſubmiſſus. Verum eſt autem Gloſſam & Archidiaconum ad can. comperimus. Gelaſii Papæ decretum de ſacerdote conficiente interpretari, quod multis placuit, at non eſt decreti ſenſus, loquitur enim de omnibus, ſive ſacerdotibus, ſive clericis, & laicis utriuſque ſexus, quibus nunquam Eccleſia ſub utraque ſpecie communicare prohibuit. Cum vero Manichæi, ob ſectæ ſuperſtitionem vinum non biberent, Chriſtianorum tamen myſteriis intereſſent, in ſacramentorum communione ita ſeſe temperabant, ut ore indigno Chriſti corpus accipientes, ſanguinem tamen haurire declinarent, ait Leo magnus, & Catholicis inſinuat ſermone 4. Quadrageſimali; ut ex his manifeſtentur indiciis Manichæi, quæ repetit in eos Gelaſius eod. Can. comperimus: multi namque, illo ſedente Romæ ſunt inventi Manichæi, quos in exilium deportari præcepit, anno Chriſti 496. ut legitur lib. 1. de Roman. Pontif. & in eorum perfidam hæreſim decrevit diviſionem unius ejuſdemque myſterii, ſine grandi ſacrilegio non poſſe contingere, quod numquam in Orthodoxos ſcripſiſſet: Communicant Græci omnes ſub utraque ſpecie: interim ex uſu ſoli ſacerdotes. Cujus praxis rationem vide apud Archidiacon. eod. can. comperimus. Ex his ſolutionem habes ad aliam Molinæi notam in can. 1. infr. 1. quæſt. 7. verb. ut communicent laicis. In textu. qui eſt beati Cypriani. G. D. P.

Can. comperimus. de conſecratione diſtinct. 2. de communione ſub utraque ſpecie, de laicis etiam intelligendus.

Qua ratione communio ſub utraque ſpecie intermiſſa in laicis.

Can. 101. *Placuit.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Epiſcopi pro benedictione Balſami baptiſmatis, tremiſſem exigere ſolent.* Ibi. *tertia pars ſolidi. De hoc tremiſſe*

Vide quæ dixi in tractat. uſurar. quæſtion. 4. C. M.

Quid ſit tremiſ. exponitur hic.

Can. 103. *Emendari.* Eſt 104. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Baptiſandorum pedes à ſacerdotibus non lavandi.* Ibi. *Mediolanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lavant, & poſtea baptiſant, & non peccant, quia authoritate Ambroſii hoc faciunt.*

Condemnatio eorum qui baptiſandorum pedes lavant.

Falſum, quia ſanctus Ambroſius numquam fuit author tam ineptæ & præpoſteræ ſuperſtitionis, nam baptiſmus totum mergit, totum lavat, & nihil addendum. C. M.

Can. 112. *Ordinationes.* Eſt 113 in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ordinationes interveniente pretio vel obſequio, &c. falſas eſſe judicamus.* Ibi. *Spem habere beneficii in renunciante, non eſt ſimonia.*

Spem habere beneficii reſignati non eſt ſimonia.

Not. Panorm. Felin. in cap. conſultationibus. de Simonia. Angel. & Legiſtæ. in leg. ſed & ſi lege. §. conſuluit. de petit. hæred. C. M.

Et illud prænotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſuæ annexum. F. P.

CAUSA I. QUÆST. II.

Can. 5. *Clericos.*

GLOSSA. In Textu in principio. Ibi. *Clericos convenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum nulla bona ſuffragantur.*

Pauperes clerici Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentandi.

Habetur can. ult. infra. 16. quæſt. 1. C. M.

CAUSA I. QUÆST. III.

Præfatio. *Sed adhuc.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui ingreſſuri monaſterium pecunias tribuunt, non propoſitum religionis, ſed participationem ſtipendiorum emunt.* Ibi. *Nota quod prabenda dicitur quandoque ius ſpirituale.*

Præbenda per ſe eſt quid temporale, & an ſimoniam admittat.

Præbenda per ſe profana eſt. Innoc. Panorm. Felin. cap. cum Martinus Ferrarienſis. de Conſtit. C. M.

Et illud Molinæi prænotatum uſurpatum ab emendatoribus Romanis.

Can. 7. *Si quis objecerit.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Nam cum Eccleſia corporalis ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore, corporaliter vivit.*

Connexio corporis & animæ ad beneficia ex temporali & ſpirituali coaleſcentia.

Idem Hoſtienſis in ſumma. de rebus Eccleſ. non alien. in princip. Panorm. in proœmio decretal. fol. 4. Matth. de Afflict. de jure protomiſeos. column. 72. ſed Joann. Gerſ. tract. de vita ſpirit. anim. dicit hoc eſſe blaſphemum. C. M.

Illud prænotatum Molinæi in priori ſui parte eſt uſurpatum ab emendatoribus Romanis, ſuppreſſa

Source : BIU Cujas

posteriori ab his verbis: *Sed Joannes Gerson*, ut duobus doctoribus Gallis simul gloriam detraherent, scilicet Gersoni & Molinæo. F. P.

CAUSA I. QUÆST. IV.

Can. 2. *Ecclesia.* §. *Idem Cham.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Achab. quoque peccante, posteri eius solium amiserunt.* Ibi. *Achab.*

Ad historiam Regum Juda & additionem ad Matthæum. Rex Israel, maritus Jesabel, cujus filiam duxit uxorem Joram Rex Juda filius Josaphat, cujus filius, nepos & pronepos, scilicet Ochosias, Joas, & Amasias, qui successive Reges Juda fuerunt, à Matthæo prætermittuntur. C. M.

Et illud prænotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis est marginali glossæ annexum. F. P.

CAUSA I. QUÆST. VII.

Can. 1. *Si qui presbyteri.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Presbyteri in Ecclesia ordinati, si postmodum rebelles facti revertuntur ad Ecclesiam, hac conditione suscipi convenit, ut communicent laicis. Juncta inscriptione. De his ita scribit Cyprianus ad Stephanum. Ibi, ut communicent laicis.*

Quid sit communio laica, hîc exponitur. Id est in ordine laicorum tantum maneant, nec enim cum clericis, sed cum laicis ad sacram Eucharistiam admittebantur, quæ ideo dicebatur laica, non quod in altera tantum specie daretur laicis (cum tempore Cypriani etiam fœminis & infantibus daretur in utraque specie; & flagitiosum erat dividere sacramentum. can. comperimus. de consecrat. distinct. 2.) Sed quia post Ecclesiæ ministros laicis seorsim communio dabatur. Probatur etiam infra ead. can. convenientibus. in fine. Ubi Gratianus hanc communionem laicam interpretatur prohibitionem ab administratione Ecclesiastica. C. M.

Huic canoni communem & eamdem censuram cum præcedenti canone, Sacerdotes. Caus. 1. quæst. 1. adhibuerat Dom. G. D. P. Quæ & nobis ad hunc canonem sufficere debuerat, sed quia in hacce posteriori nota Molinæi agitur de communione Laica, dicendum est eam fuisse quæ sacerdotibus ab ordine propter delicta pulsis, post peractam pœnitentiam dabatur seorsim à presbyteris, cum ipsis laicis, de qua vide eumdem Molin. in not. ad can. eos qui. 116. de consecrat. distinct. 4. in textu, ibi. *quibus laica tantum in morte communio est reddenda.* Item Lud. Lacerdam in adversariis sacris. cap. 146. num. 10. Durant. de sacris Ecclesiæ ritibus. lib. 2. cap. 55. Albaspin. I. observat. cap. 4. in Tertullianum. F. P.

De communione sub utraque specie à laicis participanda remissio ad Authores de hac materia tractantes.

Can. 2. *Si quis omnem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nullus eorum sacerdotibus connumerandus, qui ante baptismum peccavit.* Ibi. *per baptismum non aboleri infamiam.*

Baptismus animam purgat; non vero infamiam ex crimine profluentem tollit. Hoc verum, quicquid dicat glossa, quia baptismus solam conscientiam seu animam solvit, sed nullam obligationem humanam tollit, ut dixi in annotat. ad Philipp. Decium. in cap. Ecclesia. de constitut. C. M.

Can. 3. *Convenientibus.* Est 4. in emend. Romana.

TEXTUS. In Textu. ibi. *Macharius Hæreticus Romæ exulatus inducias habuit 40. dierum à Benedicto Papa, qui eum commonitoriis verbis instruebat ex divina Scriptura.*

De emendatione & correctione hæreticorum antiquiori & nova secundum Molinæum, non approbanda. Viden ut degenerarint, & tandem prorsus immutati sint Pontifices: cœperunt enim per se, postea per canones suos instruere, tandem per carceres & ignes dumtaxat. C. M.

Illud totum Molinæi prænotatum desumptum ex editione anni 1553. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Macharius hæreticus.* Ibi. *Pronunciatus.*

De condemnatione hæreticorum. Vide si vacat Joann. Lapum allegat. in materia hæresis. vol. 4. post repetitionem, cap. per vestras. De donat. inter vir. & uxor. C. M.

Can. 8. *Quoties.* Est 9. in emendat. Romana.

* GLOSSA. In Glossa verb. *Promitto tibi, & per te, sancto Petro Apostolorum principi & eius vicario.* Ibi. *Et credo Iure canonico teneri, si promitto tibi me daturum tertio.*

An liceat Jure canonico alteri stipulari. Hanc glossam dicit Raphael Cumanus singularem ad hoc quod de æquitate canonica alter possit alteri stipulari, sed eam reprobat Panorm. cap. penult. column. 7. de confessis. & bene. C. M.

Prior pars hujus prænotati Molinæi retenta ab emendatoribus Romanis, & margini suæ adjecta, omissa posteriori, ab his verbis, *sed eam reprobat, ad finem*, ubi Molinæus mentem suam aperiebat. F. P.

Can. 9. *Qui in qualibet.* Est 10. in emend. Romana.

TEXTUS. In textu. Ibi. *Qui in qualibet ætate, alibi quam in Ecclesia Catholica baptisatur, ad Ecclesiasticam militiam prorsus non permittatur accedere. Ibi. baptisatur.*

Baptisatus extra Ecclesiam, id est apud hæreticos, non ordinandus. Id est apud hæreticos, non enim de templo loquitur. C. M.

Can. 25. *Sancimus.* Est 26. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quadrupli pœna, eum qui post depositum officium convictus fuerit de recepta pecunia in munere exequendo, modis omnibus feriendo.* Ibi. *Sed Index non potest post depositam administrationem conveniri, si contraxerit nomine civitatis, sed procurator bene convenitur post depositum officium.*

Officii nomine tenus obligatus, post depositum Officium, non remanet obligatus. Falsum est, nisi se suo nomine obligaverit, vel nisi ut doceat de mandato, quod negatur. C. M.

Idem de procuratore nomine procuratorio obligato, nisi negetur procurator dicimus, *en cas de desaveu.* Illud retentum ab emendatoribus Romanis, quamvis à Molinæo prænotatum, & margini suæ immixtum. Et in id quod hîc asseritur, procuratorem post functum officium non posse conveniri, nisi ex eo quod denegetur procurator, vulgo dicimus *en cas de desaveu.* Vide Molin. in not. ad cap. statuimus. 1. in verb. absentia. de elect. 116. F. P.

CAUSA II. QUÆST. I.

Can. 2. *Nemo Episcopus.*

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Item de libris constitutionum. Iuncto textu de excommunicationis causa non probata.* Ibi. *De libris constitutionum.*

Ad inscriptio. nē aperiendam. Scilicet Caroli Magni, & Ludovici Pii, qui hanc legem ediderunt. Dixi in præfatione ad edict. Henrici II. contra parvas datas. C. M.

Alia conjectura Antonii Contii. Antonius Contius hîc. In nota Marginali editionis suæ Plantinianæ anni 1570. dicit illud extractum ex novell. Justiniani. 123. F. P.

Can. 18. *Multi corriguntur.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi sæculari vel Ecclesiastico iudicio convictum à communione prohibere non possumus.* Ibi. *Loquitur de laico, quasi dicat laicum convictum coram sæculari, & clericum coram Ecclesiastico, vitare possumus, extra. de iudiciis. cap. at si Clerici. Iuncta inscriptione. Unde Augustinus in homilia de pœnitentia.*

De excommunicatis vitandis vel non emendata inscriptio & additioni ipsi Gratiano reddita. Idem Panorm. in d. cap. at si clerici. Sed frustra de hoc laboratur in hoc textu, qui non est Augustini, sed Gratiani. C. M.

Prima pars hujus prænotati ab emendatoribus Romanis retenta, suppressa posteriori parte, ab his verbis, *sed frustra.* ad finem usque. F. P.

CAUSA II. QUÆST. II.

Can. 1. *Antiquitus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cunctos fructus ante litem contestatam perceptos restituat spoliato.* Ibi. *Restitutio locum habet, ubi excipitur de spoliatione contra illum qui crimen intendit, secus ubi utraque quæstio est civilis.*

Exceptio Spoliationis & ex ea restitutio est præjudicialis, & primum decidenda. Imo dic idem, si in quæstione civili hæc exceptio proponatur, quia utrobique debet esse sententia conformis petitioni. Speculat. de caus. possess. & propr. §. 1. vers. illud. Anton. Panorm. cap. 2. column. 8. de ordine cognit. C. M.

CAUSA II. QUÆST. V.

Can. 1. *Sacramentum.*

TEXTUS. In textu. Ibi. *Sacramentum à summis sacerdotibus exigi, nisi pro recta fide, minime cognovimus.* Ibi. *Summis sacerdotibus.*

Source : BIU Cujas

An Episcopi jurare debeant vel cogantur. Et de ortu cap. Ego. de jurejurando.

Id est Episcopis, ut dixi in tract. contra Abus. gloss. 15. & hoc c. cum sequenti facta sunt pro conservanda libertate, contra futuros Graves Lupos, contra quam Gregor. 7. Statuit. cap. Ego. De jurejurando. C.M.

Inepta confusio, miscet Molinæus sacramentum purgatorium Episcopi accusati, cum sacramento quod præstant Episcopi sedi Romanæ, cujus formam nemo pius improbabit: primùm, quia usu receptum erat jusjurandum Episcoporum summo Pontifici: cujus exemplum habes apud Surium. tomo 3. ubi recensetur Bonifacij jusjurandum Gregorio II. præstitum anno 723. Secundo Gregorius VII. id præcise exegit, post multas schismaticorum Episcoporum in eum conjurationes tumultuosas. Sic & clerici suis debent jurare Episcopis, ex Concilio Toletano II. circa annum 675. sed & temporales principes fidelitatis juramentum ab ipsismet Episcopis solent exigere, nemo tamen Lupos Graves vocabit principes, aut id contra libertatem Ecclesiasticam interpretabitur. G.D.P.

De juramento Episcoporum sedi Apostolicæ præstito, ut & principibus fidelitatis.

Can. 10. *Mandastis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Licet aliter evadere satis potuissem, tamen coram omnibus me purgavi. Iuncta inscriptione. Sixtus Papa omnibus Episcopis.* Ibi. *Papa à nullo potest judicari, nec etiam ab universali Concilio.*

An Papa subsit Concilio universali, & ab eo judicari possit.

Glossa falsa, & hæretica secundum Sorbonicos. C.M.

In id vide notam marginalem à nobis additam ad glossam Pragmat. Sanct. posterioris editionis nostræ. tit. de authoritate General. Concilij. cap. sacro sancta. §. & primo. In verb. Spiritu sancto. Et in verb. haben. ibidem. & quod adjecimus in supplementis nostris ad hunc locum. à pag. 1042. ad pag. 1048. de censura Sorbonica Jacobi Vernantii. Item notam marginalem additam ad quintam declarationem excerptam & à sacra facultate Regi Christianissimo factam: quas & inscripsi in iisdem supplementis nostris ad Pragm. Sanctionem à Pagina. 1142. ad Paginam 1144. F. P.

De hac materia ad authores remissio.

Can. 2. *Super causa.*

* Glossa.

In Glossa verb. *Iniuste accusatus accipiat integra beneficia.* Ibi. *Iuste depositus non recipit fructus medij temporis.*

Juste depositus beneficiatus fructus medii temporis amittit: injuste depositus medios fructus percipit.

Joann. Garcias in leg. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthum. dixi in consuet. Parisiens. §. 30. C.M.

Et illud prius notatum Molinæi ab emendatoribus Romanis retentum, suppresso posteriori, quia Molinæum præ se ferebat. F.P.

Can. 12. *Si Legitimi.*

* Glossa. De purgationis canonicæ necessitate in accusato.

In Glossa verb. *Si valet accusatus sacerdos à crimine se expurget.* Ibi. *Si non valet se purgare, deponitur.*

Supr. eod. quæstion. 1. in primis, in glossa 2. C.M.

Can. 13. *Presbyter.*

Glossa.

In Glossa verb. *Legitimis testibus non valens approbari, infamatus suspendatur.* Ibi. *Cum clericus coram iudice est infamatus, præfiget Episcopus certum tempus volentibus accusare.*

De purgatione accusati clerici & induciis datis ad purgandum.

Bartholom. Capola caut. 49. C. M.

Et illud ab emendatoribus Romanis usurpatum, & glossæ suæ margini immixtum, tacito nomine Molinæi. F. P.

Can. 18. *Consuluisti.*

* Inscriptio. Ad inscriptionis historiam illustrandam.

In Inscriptione. *Vnde Stephanus quintus Huberto Episcopo Moguntino.*

Vide Antoninum. in historia. part. 2. fol. 170. column. 2. C. M.

Can. 19. *Monomachiam.*

Glossa. An Monomachiam inire licuerit & quando.

In Glossa verb. *Monomachiam vero in lege non assumimus, quam præceptam fuisse reperimus; quam licet David sanctum & Goliam feciisse sacra prodat Historia.* Ibi. *Sed nonne David peccavit?* non: *quia instinctu Spiritus sancti fecit, ut Samson.*

Non est opus hîc recurrere ad speciales revelationes, cum esset publicum & justum bellum, & sic non Monomachia privata, sed legitima pugna. C.M.

De ea materia remissio ad authores de ea tractantes.

De his singularibus pugnis privatis & publicis vide tractantem Laurentium Bochellum in lib. inscripto: Justitiæ criminalis. titulo decimo-tertio. per totum. F.P.

Can. 20. *Sæpè contingit.*

Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *In Concilio Guarmatiensi. iuncto textu.* Ibi: *Corpus Domini sit tibi hodie in probationem.*

Corpus Domini non debet assumi in probationem.

Concilium non solum erroneum, sed etiam hæreticum: ut pote jubens sacramenta ministrari ad alium usum, imo ad contrarium usum, quam à Christo sunt instituta, quod non est faciendum secundum omnes Theologos. C. M.

Correctio Cantiana probatur ab emendatoribus Romanis.

Legit Contius Vormatiensi, & sic correxerunt Romani, Adde notam Stephani Balusii in posteriori sua editione emendationis Gratiani Antonii Augustini. pag. 488. & sequ. F. P.

Celebratum fuit hoc Concilium sedente Adriano II. circa annum 868. quod non hæreticum quidem dici potest, sed superstitiosum. Adde patres nimia facilitate consensum vulgari purgationi sæculis illis usurpatæ præbuisse. Similis purgationis exemplum Cantinus Arvernus Episcopus admisit, apud Gregor. Turonensem lib. 10. cap. 8. circa ann. 583. has semper rejecit Ecclesia Romana purgationes vulgares, relicta canonica per sacramentum, & tempore quo vulgarem admittebat Cantinus, Canonicam judicebat. Gregor. magnus rejecta aquæ calidæ vel frigidæ, ignitique ferri in Francia. can. Mennam. supr. hîc. Ut & Stephanus V. in Germania circa annum 890. can. consuluisti. supr. hîc. Dicitur [a] purgatio canonica, ea quam Ecclesia Catholica Romana probat, vulgaris quam abusus quidam tolerantibus Episcopis introduxit. G.D.P.

De purgatione vulgari & canonica & quæ admittenda vel rejicienda.

[a] Cæterum de purgatione vulgari & canonica, & earumdem usu & observatione in Ecclesia, vide titulos decretalium de vulgari & canonica purgatione. Apud Gregorium. observationes Jureti ad Ivon. Carnot. Epistol. 54. fol. 601. Hincm. fol. 130. Baron. ad annum 324. num. 25. & sequ. Laurent. Bochell. ad leges Ciceronis. pag. 4. eumdem in libro inscripto de justitia criminali. cap. 13. Thesaur. var. lect. Guid. Pancirolli. lib. 1. cap. 84 Joachimum Camerar. operarum subcisivar. cent. 2. cap. 18. Ludov. Lacerd. in adversar. sacr. cap. 122. num. 14. not. ad Innoc. 3. registri poster. lib. 2. epist. 136. pag. 156. Bernard. lib. 2. observat. Juris. cap. 8. pag. 145. Francisc. Raguell. in indice jurium regiorum. in verb. *se purger par eau & par ferment.* pag. 444. & 445. gloss. ad Cod. leg. Antiqu. pag. 1417. & 1449. Vide Conchil. aliàs *Cocquille* in histor. Nivernensi. pag. 274. & 275. Antiquit. Gallicas præsidis Falcetii, aliàs *Fauchet* in Carolo VIII. pag. 764. histor Anglicanam. pag. 423. & 428. Gosfrid. Vindocin. lib. 3. epistol. 39. & Sirmundum in not. Ibidem appendicem Aimonii lib. 5 cap. 34. Paul. Æmil. libr. 3. hist. Francic. fol. 76. Forner. Radulph. lib. 6. rer. quotid. cap. 28. not. ad Marculf. formul. pag. 535. & 536. prioris editionis. Alexand. III. epist. 19. Covarruv. lib. 4. var. resol. cap. 23. historiam Navarræam. pag 160. Hansen. de jurejurando. cap. 16. capp. Car. Magni. lib. 4. cap. 3. addit. capp. lib. 4. cap. 83. Helmod. in Chronico Sclavonum. cap. 84. pag. 187. F. P.

De vulgari & canonica purgatione remissio ad authores de utraque tractantes.

Ibidem.

* Glossa.

In Glossa verb. *Sæpè in principio. Iuncto fine. Corpus Domini sit tibi hodie in probationem.* Ibi. *Huic cap. derogatum, quia suspectis non est danda Eucharistia.*

Suspectis non est danda Eucharistia.

Latè Alphons. Tostat. 2. Paralipomenon. cap. 6. quæst. 17. C. M.

Source : BIU Cujas

Can. 22. *ſtatuit.* eſt 25. in emendat. Romana.

TEXTUS. De eadem materia probationis per Corpus Chriſti. ut ſupra.

In textu ibi. *Statuit quoque ſancta Sinodus de eadem purgatione per Corpus Chriſti, ut in præcedentibus, ſcilicet Saleguſtadienſis; ex repetita inſcriptione præcedentis Canonis.* Ibi. *Sancta Sinodus.*

An danda Euchariſtia damnatis pœna capitali.

Imo execranda, non facienda per prædicta. C. M. Vide in id, an Euchariſtia danda damnatis pœna capitali, petentibus, vel non, quod dicitur in gloſſa Pragm. Sanct. tit. de excommun. non vitandis. §. ſtatuit. in verb. ſacramentorum. Et additionem Probi unicam ibidem. Et quæ ſuperaddidi in ſupplement. ad hunc locum. pag. 1133. & ſeq. ex libro Laurent. Bochelli inſcripto *de la Juſtice criminelle.* tit. 5. cap. 18. F. P.

CAUSA II. QUÆST. IV.

Can. 2. *Præſul.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Præſul non damnetur niſi cum 72. teſtibus.* Ibi. *Sed numquid contra Papam duplicabuntur teſtes, non, imo duo ſufficiunt.*

Quot teſtes deſiderētur ad convincendum & condemnandum Prælatum, & Roman. Pontificem.

Idem Panorm. cap. At ſi Clerici. in princip. colum. 1. de judiciis. Ubi hanc Gloſſam ſingularem dicit, & ſic hæc capp. non obſervantur. Idem Guilelm. Ocham. dialog. lib. 6. part. 1. cap. 29. in fine. Philip. Decius in d. cap. At ſi Clerici. in principio. Dixi in cap. Cum in diſtribuendis. de tempor. ordinat. ſuper Textu. C. M.

Emendatores Romani remittunt ad hanc notam in margine, quamvis ſuppreſſerint eamdem, ne Molinæi nomen pateret, dicendo ſimpliciter, Vide quæ dicuntur in notatione ad hoc cap. F. P.

Can. 3. *Nullam.*

* GLOSSA.

Præcautiones in condēnatione Epiſcoporum & Clericorum Papæ, in remiſſione ad alios Judices.

In Gloſſ. verb. *Nullam Epiſcoporum dominationem &c.* Ibi. *Reſpondeo quod loquitur in eo caſu quando Papa committit aliis cauſam ſuorum Clericorum, ne ſuſpectus ſit.*

Idem Ludov. Roman. conſil. 521. column. 3. C. M.

CAUSA II. QUÆST. VI.

Can. 2. *Omnis.* Eſt 3. in emendat. Romana.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Et ſi illic facile decerni non potuerit, ubi fuerit Summorum congregatio, coram Patriarcha & Primate negotia judicentur in communi.* Ibi. *Summorum congregatio.*

Quid ſit Summorum congregatio, & quòd non alia eſt quam Epiſcoporum.

Id eſt Epiſcoporum, qui erant ſupremæ dignitates in Eccleſia, ſecundum beatum Ignatium ſancti Joannis Evangeliſtæ diſcipulum. C. M.

TEXTUS.

In Textu ibi *Ideò huic ſanctæ Sedi præfata privilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis Conciliis & judiciis ac reſtitutionibus Epiſcoporum, quam etiam de ſummis Eccleſiarum negotiis; junctâ inſcriptione. Item Iulius* 1.

Privilegia Sedi Apoſtolicæ conceſſa majorum quas vocant cauſarum, non ſunt ipſi innata.

Ergo ab initio non competebant, ergo humano jure. C. M.

Primatus Eccleſiæ Romanæ eſt à Chriſto.

Primatum Chriſtus Petro conceſſit, & quæ primatui competebant uſus & Concilia explicarunt, at privilegium quandoque prælationem & prærogativam ſignificat, non vero ſemper legem privatam, vel jus ſingulare, ad differentiam juris communis, quod notavit Briſſon. Gratian. hac quæſt. 6. de appellationibus in majoribus cauſis agit, non dubitabatur de prælatione & prærogativa Romanæ Sedis tempore Julii, qui ſedit anno 336. poſt Concilium Nicænum: dubitari poterat quò prorogarentur, quæ ſub eam venirent: Quædam hîc Julius explicat, ad eam prærogativam pertinentia, non jure humano, ut vult hîc Molin. ſed acceſſorie ad primatum Sedis Romanæ, qui eſt juris divini. Ipſe autem de cauſis Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, & Marcelli Epiſcopi Ancyrani cognovit. G. D. P.

Can. 15. *Quoties.*

GLOSSA.

Quod fit poſt recuſationem æque caſſatur ac poſt appellationem.

In Gloſſa verb. *Appellent, ſi prægravati fuerint, Romanam Sedem, vel recuſent.* Ibi. *Et quidquid fit poſt recuſationem æque caſſatur, ſicut fieret poſt appellationem.*

Dixi ad Philip. Decium in cap. Cum ceſſante. §. 1. de appellat. C. M.

Can. 25. *Anteriorum.* Eſt 28. in emendat. Romana.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Intra decem dierum ſpatium appellandum.* Ibi. *Sed numquid ille dies in quo appellatur computatur inter decem dies? ego credo quod ſemper computetur.*

An dies termini computentur in termino.

Dixi in conſuetud. Pariſienſi. §. 4. C. M.

Ad id quod dies termini non computentur in termino, remiſſio ad Authores.

Ad illud quod vulgo dicitur, dies termini non computari in termino: Vide eumdem Molinæum ad conſuetud. Pariſ. §. 10. gloſſ. 1. num. 2. & ad cap. Super eo. 12. In Gloſſa verb. recepiſſe. de appellat. apud Gregor. Guid. Papæum deciſ. 270. Anton. Mornac. ad leg. 1. dig. ſi quis Caution. in jud. ſiſtend. cauſ. fact. pag. 101. & ad leg. 8. ejuſdem tit. pag. 104. & ad leg. 3. §. minorem. de minor. pag. 198. Argentr. ad conſuetudinem Britannicam. articulo 25. num. 4.

In id probatorium Arreſtum in cauſa regaliæ, inter reſignatarium, & obituarium, beneficii in regalia vacantis.

Duo ſunt huic regulæ convenientiſſimâ decreta celeberrima Curiæ Pariſienſis; Alterum in materia Eccleſiaſtica reſignationis in favorem, admiſſæ à Rege in caſu vacationis in regalia, Canonicatus & præbendæ Eccleſiæ Remenſis, ſub conditione ſupervivendi ultra dies viginti, reſignante mortuo ipſamet die vigeſima, dum adhuc regalia aperta eſſet in eadem Eccleſia, per cujus obitum ipſemet Rex contulerat eamdem Præbendam, tanquam per mortem vacantem, namque ipſi Collatario ex cauſa obitus Præbenda adjudicata fuit, excluſo reſignatario priori regaliſtæ, Hieronimo Bignonio Advocato Regio ipſi obituario regaliſtæ ſuffragante, decreto de die 13. Martii anni 1653. perorante Claudio *Pucelle* pro cognominato *Haudry*, Collatario Regio ex cauſa obitus, & Ludovico *Dubois* pro cognominato *Thuillier*, reſignatario ex cauſa permutationis à Rege admiſſæ, ſub conditione quod reſignans cognominatus *Poictevin*, ultra viginti dies vitam traheret, ipſo reſignante vigeſima die, horâ primâ poſt mediam noctem mortuo, & ſic judicatum quod dies termini non debeant computari in termino.

Alterum decretum in dictam regulam probatorium, in materia retractus ſive redhibitionis linearis.

Alterum in materia profana redhibitionis ſeu retractus linearis, in conſuetud. Bituricenſi, ipſamet die termini legalis & conſuetudinarii prolabentis, commota, quam cum Baillivus Biturigum bene proceſſiſſe dixiſſet, decreto Curiæ de die 23. Martii anni 1653. ſententia confirmata eſt, perorantibus Huguetio pro Andræa *Chenu*, & Antonio Bengæo pro Ludovico *Picault* Vide in eum caſum regulas forenſes, aliàs *Maximes* Petri *de l'Hommeau* lib. 3. pag. 592. art. 179. ubi in margine citat aliud decretum Curiæ Pariſienſis de die 6. Decembris anni 1586. Item Ludovicum Carondam in conſuetud. Pariſ. §. 20. fol. 42. F. P.

CAUSA II. QUÆST. VII.

Can. 5. *Laicos.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Laici non debent admitti ad accuſationem Epiſcoporum, quia Epiſcoporum vita & converſatio debet eſſe ſecreta, & à laicorum actibus remota. Iuncta inſcriptione. Item Euſebius ad Epiſcopos Galliæ.* Ibi *à laicorum actibus remota.*

Not. in id quod Epiſcoporum converſatio debet eſſe ſecreta, an uxorati eſſe poſſint, vel non.

Ergo à moribus Apoſtolorum aliena, & Diſcipulorum Domini, qui uxores duxerunt, [a] & filias ſuas nuptum dederunt, ut teſtatur ſanctus Ignatius Antiochenus & Martyr, Joannis Evangeliſtæ diſcipulus. C. M.

Illud Molinæi prænotatum deſumptum ex ejuſdem editione anni 1553. F. P.

De conjugio Apoſtolorum.

[a] Non duxerunt uxores à die quo Chriſtus eos elegit & vocauit, ſed ductas retinuerunt, non vero liberos genuerunt à ſacerdotio. Euſebius loquitur hic de vita perfecta Clericorum, à negotiationibus & aliis ſollicitudinibus quibus ſeſe implicant laici, remota: Molinæus vero traducit ad Apoſtolorum & Diſcipulorum familias, longe ab Euſebii propoſito. G. D. P.

Source : BIU Cujas

Can. 19. *Si quis ab Episcopo.* Est 20. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si nihil convicii obiecerit.* Ibi. *An liceat Episcopo excommunicare eum qui dixit convicium, si convicium tantum redundat in personam, quia dixit, Tu es filius rustici, non potest, sed si dixit eum simoniacum, quia hoc redundat in Ecclesiam, bene potest.*

An excommunicandus ab Episcopo qui convicium dixit.

Hoc verum, si principaliter dicatur animo injuriandæ personæ, quia attenditur animus. Panorm. cap. cum venissent. de judiciis. C. M.

Can. 26. *Plerumque.* Est 27. in emendat. Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Nomen enim non facit Episcopum, sed vita.*

Episcopum non facit nomen, sed vita.

Id est opus vocationis, & ministerium Verbi Dei. in eod. Can. non omnis. Can. qui nec. adde infra 11. quæst. 3. Can. ridiculum. C. M.

Can. 32. *Paulus Petrum.* Est 27. in emendatione Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Paulus reprehendit Petrum: hoc; non de officio Ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ & sanctitate conversationis intelligitur, solus enim Petrus inter Apostolos primatum tenet.* Ibi. *Non de officio.*

Qua ratione Paulus reprehendit Petrum.

Imo de ipso officio, ut patet apud Hieronimum, Cyprianum, Ignatium, & omnes antiquos, & per ipsas epistolas Pauli, quidquid Gratianus hîc more suo cavilletur. C. M.

Hoc posterius hujusce Molinæani prænotati ab his verbis, *quidquid Gratianus ad finem*, desumptum ex edidione ejusdem anni 1553. F. P.

Multa fuere Apostolis communia, sed primatus Petro datus. Recte Leo epistol. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem: Inter beatissimos Apostolos in similitudine fuit quædam discretio potestatis, &c. Plura apud Baron. sub ann. 34. à num. 202. de eo vero dissidio, quod Antiochiæ contigit inter Petrum & Paulum, an fuerit vera Pauli reprehensio, an Petrus peccasset, quidquid dicat Præpositus; Theologorum examini relinquo. Hoc unum dico, Pauli reprehensionem non obstare Petri primatui. Cyprian. epist. 71. Nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem ædificavit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de Circumcisione disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, &c. August. de baptismo. lib. 2. cap. 1. In sanctis Scripturis didicimus Apostolum Petrum, in quo principatus Apostolorum, tam excellenti gratia præeminet, aliter quam veritas postulabat, de Circumcisione agere solitum, à posteriore Paulo esse correctum, unde laudanda est Pauli libertas, sic & miranda Petri modestia. D. Paulus ad Galatas cap. 2. Cum venisset, inquit, Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti. Genebrard. ad vers. 26. Psalmi 36. dicit faciei vocabulo usos fuisse Hebræos, ut Itali excellentiæ, majestatis, celsitudinis, reverentiæ utuntur, quando viros honoratos alloquuntur aut memorant. Ex illo Hebræorum patet more: quantum D. Paulus, cum D. Petro resisteret, detulerit hac phrasi, in faciem restiti. Quamvis autem hunc Canonem Paulus, tribuat Gratianus Hieronimo, alii Augustino, non extat tamen expresse in aliquo ex illorum operibus. Videndus Ambrosius Commentario ad eum locum. cap. 2. epist. ad Galat. G. D. P.

De dissidio inter Petrum & Paulum Antiochiæ.

Observatio circa illud dissidium & reprehendendi modum Pauli adversus Petrum.

Quid sit in faciem resistere.

Can. 33. *Quamquam.* Est. 34. in emendatione Romana.

GLOSSA. De prælatione Hieronimi & Augustini. In Glossa verb. *Augustinus tamen Hieronimo minor est.* Ibi *& cum Hieronimus fuit Presbyter Cardinalis.*

Imo quia Cardinales non nisi diu post fuerunt inventi. C. M.

Junge Gratianum infr. Can. Placet. 42. 16. quæst. 1. Ibi *Quid vero Hieronimus seipsum talibus connumerat?* In Glossa ibi. *Licet esset Presbyter Cardinalis.*

GLOSSA. De eadem materia sive de Cardinalatu Hieronimi. Imo nondum erat Cardinalis, nec ipse erat de collegio vel de Clericis Papæ. C. M.

Glossator Divum Hieronimum fuisse Cardinalem dixit, authoritate deceptus sermonis ad fratres de Eremo, qui Augustino tribuitur, & Scriptoris vitæ ejusdem Hieronimi, quam habes operum illius tomo 9.; ait eum non fuisse Presbyterum Cardinalem Romanum à Damaso Papa creatum. Fatemur cum Baronio errorem arguente sub annum 382. num. 25. 26. Cardinales autem Presbyteros & Diaconos antiquiores fuisse Damasi pontificatu, assumpti anno 367. profitemur. Concilium namque Romanum, sedente Silvestro celebratum anno 325. horum meminit, erantque & in Ecclesia Romana, & in aliis Ecclesiis primi inter Presbyteros & Diaconos, etiam divi Cypriani tempore, circa annum 250. quod concedit Goulart. inter novatores. ad epistolam 46. ejusdem Cypriani. Sic & Cardinales tempore Gregorii Magni in Ecclesia Syracusana. Can. Quorumdam. distinct. 74. Et in Ecclesia Terraconensi. 21. quæst. 1. Can. Ratio. ubi not. Molin. qui fallitur scribens tunc Romæ non fuisse Cardinalium nomen: ibique fuisse postea retentum, contrarium namque patet ex Concilio Romano anni 325. quod præcedit Sedes Damasi & Gregorii: quid temporis successu fuerit innovatum, quibusve de causis, alterius est tractatus. G. D. P.

Refellitur illud quod vulgo dicitur, divum Hieronimum fuisse Cardinalem.

Probatur Cardinalium nomen fuisse antiquissimum.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa ejusdem verb. *Augustinus Hieronimo major est.* Ibi. *patet quod quilibet Episcopus major est Presbytero Cardinali.*

Ista Glossa reputatur à doctoribus singularis, ad hoc quod dicit Episcopum majorem Presbytero Cardinali, scilicet dignitate, respectu Ordinis Episcopalis; unde Episcopi dicuntur summi Sacerdotes, ut cap. 1. post medium. de sacra unctione. & æquiparantur illustribus, seu Præfecto prætorio, ut notat Glossa. in leg. Episcopali. Cod. de Episcop. audient. & non habent majorem dignitatem Cardinales quam Episcopi, sed habent majus officium, ut inquit Barthol. in d. leg. 1. §. si quis. in 1. colum. de appellat. facit textus in cap. si Abbate. de elect. lib. 6. & not. per Abbatem. Ecclesia vestra. *Le dernier* de elect. in penult. & ult. colum. C. M.

De prælatione Episcoporum & Cardinalium e diverso respectu.

Illud totum est usurpatum ab emendatoribus Romanis, & margini suæ immixtum, reposito & subnexo ibi in cap. Ecclesia vestra. ultim. quamvis in prænotatis esset *le dernier*, & superaddito Ivone. part. 5. cap. 2. ex suo, ut prænotati gloriam detraherent Molinæo nostro. F. P.

Observatio ad immutationem notæ Molinæanæ ab emendatoribus Romanis factam & usurpatam.

Can. 36. *Beati Petrus & Paulus.* Est 37. in emend. Romana.

INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Item Ambrosius.*

Correctio ad inscriptionem.

In sermone subditicio, & falso beato Ambrosio attributo. C. M.

Can. *Nos si incompetenter.* 40. Est 41. in emendat. Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Nos si incompetenter aliquid egimus, vestro, ac vestrorum missorum cuncta volumus emendari iudicio. Iuncta Inscriptione. Illud intelligitur Leonis IV. Ludovico Augusto dictum.*

Elucidatio textus & inscriptionis.

Hîc Leo IV. Urbis Romæ Episcopus, contra accusatores suos stat ad tribunal, & judicium coram Ludovico II. Caroli Magni pronepote, & Imperatore Franco, ut dixi in Præfatione ad edict. Henrici II. contra parvas datas. num. 13. C. M.

Ad historiam temporis, & purgationem SS. PP. coram Imperatore.

Item Molinæus in dicta Præfatione. Hic est idem Leo IV. qui post monachatum præfati Lotharii, ab æmulis læsæ Majestatis accusatus (nempe Imperii ad Græcos transferendi) coram Ludovico II. præfati Lotharii filio, quarto vero Imperatore Franco, Caroli Magni pronepote, causam dixit, ejusque judicio sese purgavit, noxæque exemptus est, ut est textus in Canon. Nos si incompetenter. 2. quæstione 7.

Ad hujus Canonis intelligentiam notandum est

Source : BIU Cujas

Lotharium ſui Imperii anno 4. ſedente Sergio II. filium ſuum Ludovicum Italiæ Regem cum exercitu Romam mandaſſe, ibique Imperatorem Auguſtum ſalutatum, atque cum patre ab anno 844. ad ann. 855. imperaſſe, eumque iteratô Romam veniſſe ad Danielis magiſtri militum delationem, qui non Leonem IV. ſed Gratianum magiſtrum etiam militum proditionis inſimulabat, quia tentaret Francos expellere, Græcoſque fœdere cum eis inito evocare, & in Urbem introducere. Hujus conſilii fuiſſe conſcium Leonem ſcribit Platina, hincque Molinæus dictum fuiſſe læſæ majeſtatis reum. Sed Anaſtaſio Leonis contemporaneo major eſt fides adhibenda, referente ſolum Gratianum fuiſſe proditionis reum, atque Imperatorem cum Pontifice & Romanis proceribus ſedentibus de prædicta accuſatione placitum habuiſſe, Imperatoremque Danielem voluiſſe ſecundum Romanam legem judicatum iri propter calumniam. Ex Baron. ſub annum 855. num. 5. Non fuit ergo Leo Pontifex accuſatus, imo Judex, quare ſi conjecturæ locus eſt, dicendum Papam voluiſſe de accuſatione cognoſcere, quod Ludovico diſplicuit, cui hanc ſcripſit epiſtolam, antequam Romam aſcendiſſet, quâ ſe non ut reum purgat, ſed ſi quid incompetenter egit, ſeſe excuſat, Imperatoreque placato, uterque de crimine, cum Romanis & Francis cognovit. G. D. P.

Ad hiſtoriam temporis, & de purgatione Tribunorum militum coram Pontifice & Imperatore.

Can. *Si quis Epiſcopus.* 49. Eſt 50. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Accuſatio intentionis illaudabilis.* Ibi. *Nam præſumitur quis aliàs bono zelo accuſare.* Guilelm. Occham. dialog. fol. 73. C. M.

Præſumptio accuſantis bona.

Can. 56. *Admonendi.* Eſt 57. in emendat. Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Admonendi ſunt ſubditi, ne plus quam expedit ſint ſubjecti, juncta inſcriptione. Item Gregorius.* Hoc cap. novi Papæ antiquarunt. C. M.

Sancta & ſalubris admonitio ſecundum Molinæum, antiquata.

Can. 57. *Cum Paſtoris.* Eſt 58. in emendat. Rom.

TEXTUS. In Textu ibi. *Cum Paſtoris vita debeat eſſe in exemplum diſcipulis, juncta inſcriptione. Idem. Id eſt Gregorius generali Sinodo præſidens.*

Ad hiſtoriam Gregorii Papæ. Hoc ſtatuit Gregorius, quando laicos omnes à ſuo miniſterio removit, ut teſtatur Antonin. in hiſt. part. 2. fol. 160. fol. 69. C. M.

Illud prænotatum Molinæi uſurpatum ab emendatoribus Romanis, & margini ſuæ ſubnexum. F. P.

CAUSA III. QUÆST. I.

Can. 3. *Redintegranda.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Redintegranda ſunt omnia exſpoliatis vel ejectis Epiſcopis.*

De redintegratione ſpoliatorum Clericorum, non vero Laicorum. Vide Alexandr. conſil. 6. lib. 3. conſil. 51. lib. 1. conſil. 200. lib. 2. conſil. 91. lib. 5. ubi dixi. Et ad Philip. Decium conſil. 57. & quod non competat laicis, tenet Panor. in Can. Sæpe. de reſtit. ſpoliat. nec pro rebus profanis. Ægid. Bellam. deciſ. 36. Philip. Corn. conſil. 18. lib. 1. conſil. 282. lib. 3. C. M.

Interdicta poſſeſſoria vulgo *les complaintes & reintegrandes* intra annum agitanda, nec ne. Jure noſtro Gallico interdicta, *les complaintes*, intra annum, à die turbatæ poſſeſſionis, competunt, & Eccleſiaſticis & Laicis, pro rebus ſacris & profanis, ſive juſta, ſive injuſta fuerit poſſeſſio, modo nec clam, nec vi, nec precario, ſalvâ dominii quæſtione in petitorio. Idem etiam recepimus pro ſpoliatorum reſtitutionibus *ès Reintegrandes*, at cum ex his verbis Can. Redintegranda. quacunque conditione temporis detur hoc remedium *de reintegrande* jure canonico aduſque 30. annos, ut ait rectè Imbert. practic. lib. 17. hoc jure utimur in foro ſæculari & regio, in quo poſſeſſoriæ omnes lites agitantur, ſpirituales, Eccleſiaſticæ, & profanæ. G. D. P.

Can. 6. *Deus ergo.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Item Fabianus Papa.*

Ad Hiſtoriam temporis. Hujus nominis primus, qui fuit anno Domini 240. C. M.

CAUSA III. QUÆST. II.

Can. 9. *Quia ea.*

GLOSSA. In Gloſſa. *Seponatur Presbyter Maximilianus, facultates Eccleſiæ in uſus ſuos male convertens, donec cauſa dilapidationis cognoſcatur.* Ibi *quanto cito quis accuſatur dilapidationis, ſtatim ab eo removenda eſt adminiſtratio.*

Auferenda adminiſtratio accuſato dilapidationis. quando & quomodo.

Imo præcedere debet ſuſpicio, de qua prius ſummarie conſtare debet, ut Panorm. in cap. Veritatis. de dolo & contum. C. M.

Illud Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis hîc uſurpatum, & margini ſuæ additum. F. P.

CAUSA III. QUÆST. IV.

Can. 12. *Engeltrudam.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Engeltrudam anathemate, quod ab ipſo Corpore Chriſti (quod eſt Eccleſia) reſcidit, crebrô percuſſam,*

Quis anathematis effectus. Philip. Decius cap. cum non ab homine. num. 13. de judiciis. C. M.

CAUSA III. QUÆST. VI.

Can. 2. *Ibi ſemper.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ibi ſemper cauſa agatur, ubi crimen admittitur.* Ibi *quia propter crimen efficitur Archiepiſcopus ſubjectus Epiſcopi. Iuncto principio Gloſſæ. Sed quid ſi Metropolitanus deliquerit in alterius Diœceſi, numquid ab illo poteſt puniri?*

Locus delicti jurisdictionem tribuit.

Vide Henric. de Bottis in tract. de Sinodo. C. M.

Can. 9. *Hæc quippe.* Eſt 10. in emendatione Romana.

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Unde Nicolaus Papa Salomoni Regi Brittonum.*

Elucidatio inſcriptionis, & ad eam remiſſio ad authores. Nicolaus ſcilicet I. Salomoni III. & ultimo. C. M.

Vide in ejus inſcriptionis correctionem quod habetur apud Stephanum Baluſium in poſteriori edidione ſua emendationis Gratiani ab Antonio Auguſtino tentatæ in ſuis notis ad Gratianum eidem emendationi ſubjectis ad hunc Can. Hæc quippe. pag. 494. & ſeq. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Turonenſis Archiepiſcopus eſt Metropolitanus, & omnes Epiſcopi Regni tui ſunt ejus ſuffraganei. Iuncta inſcriptione præcedenti. Salomoni Regi Brittonum.* Ibi *interlocutoriam non obeſſe, dic quod ideo non obeſt, quia non agebatur ad hoc, ſed de hoc, an Epiſcopi eſſent de jure dejecti.*

Epiſcopi minoris Britanniæ ſubſunt Turonenſi Metropolitano.

Domin. de ſanct. Gemin. cap. ſi Papa. in fine. de privileg. in 6. C. M.

Illud annotatum Molinæi emendatores Romani uſurparunt, & margini ſuæ annexuerunt. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa ejuſdem verb. *Suffraganei.* Ibi, *ſic ergo conſiderandum ſemper ad quid agatur.*

Finis actus ſemper conſiderandus. Gloſſa ſingularis. Jaſ. in leg. 2. §. 1. colum. 2. ſolut. matrim. C. M.

Illud adnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſubnexum. F. P.

Ibidem. §. *Sane ſi ad Turonenſem.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Pacem inter vos & dilectum filium noſtrum Carolum Regem. Iuncta inſcriptione. Nicolaus Papa Regi Brittonum.* Ibi *Carolum Regem.*

Ad illuſtrandam Hiſtoriam canonis & inſcriptionis ejuſdem. Scilicet Calvum Regem & Imperatorem Francum. Vide Alan. in annal. Britanniæ minoris. Cartha 65. C. M.

CAUSA III. QUÆST. VII.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Honoratis licet orare, videlicet non ad turpe compendium ſtipemque deformem.* Ibi *turpe compendium. Id eſt ad modicum & vile.*

Correctio Molinæi ad Gloſſam honeſtati majori conſona, de officio Advocatorum. Imò ad magnum & grave lucrum, undique ab omnibus arreptum, quaſi de lucro, & non de juſtitia & oppreſſis defendendis certando, hoc enim demum vile eſt & deforme; quamvis tales quæſtuarii, vulturii, è vili & paupere plebe divites facti, ſummè placuerint his noviſſimis Regibus Gallis,

Source : BIU-Cujas

quasi homines ad plebem expilandam ingenioſi, ſpretis interim bonis & doctis, ut vidi. C. M.

In ſimilem commendationem Advocatorum, junge eumdem Molin. ad conſil. Decii 251. in verbo. dignitatis. F. P.

CAUSA. III. QUÆST. IX.

Can. 9. *Decernimus.* Eſt 10. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Veſtram intra provinciam debere eſſe iudicium decernimus.* Ibi. *Et ſi defecerit in purgatione accuſatus, videtur confiteri de crimine.*

Hoc verum, ſi ultra dictam purgationem ſtatutus eſt terminus ad purgandum, quia eo elapſo habetur pro convicto. Ita iſtud cap. intelligitur ſecundum Panor. cap. veritatis. col. 10. de dolo & contumac. aliàs deberet excommunicari. C. M.

Quando deficiens in purgatione habeatur pro convicto.

Vide emendationem textus hujus Canonis ubi loco verborum *noſtram vel noſtrum*, legendum *veſtram vel veſtrum*: ſic veſtrum debere intra provinciam eſſe judicium. Vide eundem Molin. in conſultatione ſuper facto Concilii Tridentini art. 53. quod & correxere Romani emendatores in margine. F. P.

CAUSA IV. QUÆST. II. ET III.

Can. 2. *Si teſtes.* Eſt 3. in emendat. Romana.

* GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non ad multitudinem reſpici, ſed dignitatem in teſtibus examinandam.* Ibi *ſemper præſumitur pro multitudine contra dignitatem.*

In teſtibus an numerus, an dignitas prævaleat.

Hoc falſum ſecundum Hoſtienſem. Panorm. Felin. in cap. Noſtra. de teſtibus. C. M.

Et illud uſurpatum ex Molinæo ab emendatoribus Romanis, & in margine ſua annexum. F. P.

Ibidem. *In fine. in additione Gratiani.*

* TEXTUS. In Textu in fine. *Sed obiicitur illud beati Brixii, qui voce pueri 30. dies ab ortu habentis, innocens probatus eſt.*

Nova & admiranda purgatio ad exemplū non trahenda. Ut inſerviat correctioni Molin. notæ.

Infinita ſunt hujuſmodi figmenta Monachorum arte facta. C. M.

Forte melius adhæſiſſet Molinæus notulæ hîc adjectæ in hæc verba, ſed miracula divina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda, quam nec à ſua editione eradit, & cui adhærendum cenſeo. F. P.

CAUSA V. QUÆST. III.

Can. 1. *Si ægrotans.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si ægrotans fuerit Epiſcopus, pro ſe ad Sinodum mittet Legatum.* Ibi *Et ego credo quod decretalis querelam. de procuratoribus, tales cauſas appellat graves, quæ ita intricatæ ſunt, quod per procuratores de facili expediri non poſſunt.*

Graves cauſæ hîc exponuntur quænam ſint.

Idem Joannes Andr. Imol. Panor. in d. cap. querelam. Mar. Socinus tract. de citat. art. 18. quæſt. 5. num. 6. dixi in conſil. 2. in cauſa Landgravii. num. 23. 26. C. M.

CAUSA V. QUÆST. V.

Can. 2. *Non omnis.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangatur, ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Iuncta inſcriptione. Auguſt. epiſt. 48.*

Utile præceptum Auguſtini ad juſtitiam ſervandam.

Infra. 24. quæſt. 4. nimium. Panorm. cap. ſi vir de adult. Dixi in tract. de uſur. quæſt. 2. C. M.

Et illud Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſuæ appoſitum, cum mala citatione cauſæ 33. quæſt. 4. quia vera eſt 23. ut laudaverat Molinæus, cujus poſterior citatio *dixi in Tract. de uſur.* ſubduci non potuit, niſi quod ſemetipſum laudaverat authorem. F. P.

CAUSA. V. QUÆST. VI.

Can. 5. *Preſbyteri* In emendat. Romana confunditur *cum altero* In Can. 3. *Quia iuxta.* Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Preſbyteri ſi falſum teſtimonium dixerint, quomodo puniendi? Iuncta inſcriptione. Item Theodoſius Imperator conſtit. 3. collat. 97.* Ibi. *Sed inſtruit Imperator Iudicem Eccleſiaſticum quid facere debeat.*

Aſſeritur hîc verè omnem juriſdictionem eſſe penes Principes ſæculares.

Imo omnis poteſtas juriſdictionis erat penes Principes, juxta illud Roman. 13. Omnis anima. & Petri 2. Subditi eſtote, &c. ut dixi in præfat. ad edictum Henrici II. contra parvas datas. C. M.

In decreto reſtituto authoritate Gregorii XIII. deſunt Canon Presbyteri citra. qui ſumptus eſt ex leg. 8. Cod. de Epiſcop. & Cler. & Can. Presbyteri & Diacon. qui ſumptus eſt ex authent. Presbyteri. eod. tit.

Non eſt hîc locus diſputandi de juriſdictione Pontificum veteris Teſtamenti: apud Chriſtianos juriſdictionem habuerunt Epiſcopi, an in laicos, vel ordinariam, vel ex compromiſſo, dixi aliàs, in Clericos nemo dubitat, & liberrimam à Conſtantino, ſed jure divino criminalem. Paul. ad Timoth. epiſt. 1. cap. 5. adverſus Presbyterum accuſationem recipere noli, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. G. D. P.

Aſſertio juriſdictionis Epiſcopalis in Clericos, ſaltem criminalis.

Quod hîc Molinæus ait omnem juriſdictionem etiam Eccleſiaſticam eſſe penes Principes, illiusque exercitium plerumque Prælatis à Principibus creditum, aliena tamen opera exequendum, ne à functionibus Apoſtolicis obeundis avertantur, probatur ab eodem Molinæo aliis locis, ac primùm in not. ad cap. quoniam. 20. in gloſſa verb. tam canonica quam civilis. De præſcript. & in cap. ex parte. 9. in textu. ibi. Reddenda quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. De Cleric. conjug. in Decretal. & in Can. Epiſcopus. In textu. Ibi juriſdictionem obtinere temporalem, ne Clerici vel Monachi. in 6. Item de juriſdictione Regia in Eccleſiaſticos. Vide Stephanum Aufrer. in repetitione Clementinæ ut Clericorum. de offic. Jud. ordin. Adde & illuſtriſſimum Archiepiſcopum Pariſienſem Petrum de Marca. in commentario ad Canon. Clericis. 3. quæſt. 4. ſubnexo emendationi Gratiani editionis Baluſianæ ſub finem. num. 3. & 4. F. P.

Probatio ejus quod omnis juriſdictio ſit penes Principes.

CAUSA VI. QUÆST. I.

Can. 5. *Beatus Petrus.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Beatus Petrus infames omnes, quos primates & leges ſæculi non recipiunt, ab Epiſcoporum accuſatione repelli debere rogabat. Iuncta inſcriptione Clemens Papa Iacobo Metropolitano Epiſcopo.* Ibi *primates.*

Primates, quoti in primitiva Eccleſia, ſecundum Molinæum

Atqui tempore Apoſtolorum nondum erant Primates, ſed diu poſt inſtituti, & ſic hæc Epiſtola eſt ſuppoſititia. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Beatus Petrus ſpirituales atque Sacerdotes, ſuper carnales & laicos conſtituerat, & ſic dicebat debere. Iuncta præcedenti inſcriptione.*

Imo contrarium docebat, ut patet in ſua 1. canonica. cap. 2. ibi, Subditi eſtote, &c. Et ſic hæc Epiſtola falsò conficta. Tum certum eſt beatum Jacobum Apoſtolum doctiorem fuiſſe præfato Clemente, nec oportuiſſe eum ab eo doceri. C. M.

Cenſura ſuppoſitæ Epiſtolæ Clementis ad Jacobum fratrem.

Dictio carnalis manifeſte probat Divum Petrum non de temporali, ſed de ſpirituali fuiſſe poteſtate locutum; porro Clemens non docet Divum Jacobum, ſed ei de Petri doctrina interroganti reſpondet. G. D. P.

Confutatio notæ Molinæanæ per Dom. G. D. P. & benè.

CAUSA VI. QUÆST. III.

Can. 4. *Placuit.*

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Nullus Epiſcoporum graviter ferat, ſi pro depredationis cauſa, eius parrochianum alter Epiſcopus excommunicaverit.* Ibi. *Sed nonne Epiſcopus poteſt punire exemptos, qui delinquunt in ſua diœceſi?*

An Epiſcopus in ſua Dioceſi alienū Parochianum delinquentem excommunicare queat, vel exemptum.

De quo late Henricus de Bottis. tract. de ſinodo. C. M.

CAUSA VII. QUÆST. I.

Can. 2. *Præſentium.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Reſtituto eo, qui ægritudinis cauſa abfuerat, in Eccleſiam ſuam, qui ad eamdem inſtitutus fuerat, in aliam vacantem debet ordinari.* Ibi. *Et nota quod hoc cap. ſemper conſuevit ad hoc induci, quod ſpoliatus à Iudice non poſſit petere reſtitutionem.*

Ejecto Judicis authoritate reſtitutio dari non ſolet durante decreto dejectionis.

Source : BIU Cujas

Idem probat hîc Molin.

Hoc verum, si ritè & juridicè fuerit spoliatus, aliàs secus, Panormitan. cap. Conquerente. de restitut. spoliatorum. Et à Judice competente habente potestatem, licet injustè faciat. Panorm. cap. cum causa. de offic. delegat. Debet ergo appellare, vel restitutionem in integrum verbis adumbratis petere, cessantibus remediis contra privatos proditis. C. M.

Illud à Molinæo subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum & margini suæ appositum. F. P.

Can. 8. *Quam periculosum.*

Glossa. In Gloss. verb. *Esau primatus suos inde perdidit, nec recipere postmodum potuit, quod semel cessit.* Ibi. *Et dicit Gandulphus Esau commisisse simoniam, quia illud ius spirituale fuerat quod vendidit.*

Dicit Hugo hoc esse falsum, quia nullum spirituale vendidit: sed quod in tali venditione peccaverit, videtur ex eo quod leg. & notatur de pœnit. distinct. 4. Judas. dicit Laurent. quod in eo solo peccavit, quia vilem cibum exarsit. 41. distinct. quisquis. Et idem Hugo. Imo ut inquit textus Genesis 25. in eo potissimum peccavit, quod dignitatem primogenituræ sprevit, irrisit, & offulæ postposuit. C. M.

In quo peccavit Esau postponendo primogenituram offulæ vili.

Et illud ab emendatoribus Romanis receptum, & margini annexum, quamvis Molinæi esset, suppressa posteriori parte, ab his verbis, *imo ut inquit Textus, ad finem usque.* F. P.

CAUSA VIII QUÆST. I.

Glossa. Can. 8. *In scripturis.* Est 9. in emendat. Romana.

In Glossa verb. *Locus reginiinis fugientibus offerendus.* Ibi. *Nullus eligendus nisi ab initio dissentiat, tepide tamen dissentire debet sicut fœmina.*

Qualiter dissentire debet electus Prælatus.

Quæ tamen virum deperit, sic effœminatos Episcopos nostros irridet hæc Glossa. C. M.

Alludit ad hanc Episcoporum consecrandorum formulam aliàs observatam, *Vis episcopari?* cum responsione *nolo*, quæ in desuetudinem abiit, & sic ad eam liberiori alioquin stilo non debuit alludere. F. P.

Nota & censura in liberiorem notam Molinæi.

Glossa. Can. 21. *Vereor.* Est 22. in emendat. Romana.

In Glossa verb. *Regina Austri veniens audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines sui temporis.* Ibi *Non potestate iudicii, quia illud fœminæ non habent.*

Qualiter Regina Austri veniens audire sapientiam Salomonis judicatura sit homines sui temporis.

Dicas judicaturam in die judicii, comprobando sententiam Christi, & quam juste contemptores Evangelii gravius damnabuntur. C. M.

Et illud usurpatum partim ab emendatoribus Romanis & margini suæ immixtum, paululum tamen immutatum. F. P.

Can. 23. *Nec sufficere.*

Textus. In Textu ibi. *Sacris scripturis unica est credendi & vivendi regula præscripta. Iuncta inscriptione. Item Beda super Matthæum.*

Extemporanea invocatio Doctoris Bedæ Anglì.

Quorsum ergo tot novi & quæstuarii Canones? quid diceret bonus ille Anglus Beda si viveret? C. M.

Hîc est lapis scandali omnium à Luthero hæreticorum. Locum de sufficientia scripturæ mediata vel immediata, & de traditionibus Apostolicis sufficienter implet doctissimus Cardinalis Perronius in tractatu cui titulus *Refutation du discours de Maistre Daniel Tillen.* G. D. P.

De traditionibus ab ipsis Hæreticis rejectis, judicium.

CAUSA IX. QUÆST. I.

Can. 4. *Nec in hominem.* Est 6. in emendatione Romana.

Glossa. In Glossa verb. *Nos in hominem, qui non à catholicis eligitur, nulla præbemus ratione consensum.* Ibi. *quid si unus est excommunicatus, & eligit cum aliis an tota electio vitiatur?*

An unius electorum excommunicati suffragium vitiet electionem.

Dic ut per Panorm. cap. ult. de procurat. C. M.

Et illud Molinæi notatum ab emendatoribus Romanis margini suæ est annexum. F. P.

CAUSA IX. QUÆST. II.

Can. 7. *Episcopi.* Est 8. in emendat. Romana.

Textus. In Textu ibi. *Orientales autem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus Ecclesiæ Antiochenæ. Iuncta inscriptione. Item ex synodo Constantinopolitana.*

Primates vel Patriarchæ nihil audeant tractare in Diœcesibus sui Patriarchatui aut Primatiæ subjectis, nisi in casibus Juris.

Hîc habes textum notabilem, quod primatus sumitur pro functione & dignitate cujusque Primatis vel Patriarchæ, in sua Provincia, & quod unus nihil potest in Provincia alterius, ut etiam in Concilio Nicæno statutum fuit, non excepto, sed comprehenso Archiepiscopo Romano. Adde infr. quæst. sequent. Can. 1. C. M.

Celebrata fuit Sinodus sedente Damaso, imperantibus Gratiano, Valentiniano & Theodosio I. anno 381.. Quod autem addit hîc Molinæus, *non excepto, sed comprehenso Archiepiscopo Romano*, est prætentio Schismaticorum Græcorum, ex nota Balsamonis ad Can. 2. hujus Sinodi Constantinopolitanæ, sed falluntur, quia Nicæni Concilii decisio Pontificem Romanum, ut primum Patriarcham non comprehendit, sed ab eo tanquam Patriarcha sumitur exemplum, pro aliorum Patriarcharum honoribus, præeminentiis, functionibus, & limitibus, neque de Romano hæc meminit Sinodus, quæ jura Alexandrini, Antiocheni, & aliorum determinat Primatum, Canone vero 3. ejusdem Sinodi Constantinopolitanæ; non æquatur Romano imo priores honores primatus post Romanum habet. Malè porro Molin. citat Can. 1. infr. quæst. 3. in eo namque Martinus Papa legem dat Episcopis & Metropolitanis per singulas Provincias, ut superiori, non sibi, aut Sedi Romanæ G. D. P.

Pontifex Romanus non comprehenditur in dispositione Cõcilii Nicæni nec Constantinopolitani.

CAUSA IX. QUÆST. III.

Can. 9. *Episcopo.*

Glossa. In Glossa verb. *Episcopo scribit Ioannes. de cuius manu subditorum peccata requirit. Iuncta inscriptione. Idem Beda super Apocalypsim.* Ibi *de cuius manu, &c. Hæc sunt verba Bedæ.*

Textus ordini suo redditus & Gratiano restitutus.

Usque ibi Sola enim, quæ sunt verba Gratiani. C. M.

Can. 10. *Patet.*

Glossa. In Glossa verb. *Iuxta quod Innocentius Papa. Iuncta inscriptione. Vnde Nicolaus Papa.* Ibi. *Familiaris est hæc probatio, quod unus Papa inducit alium in testem.*

Suspicio testimonii domestici & familiaris.

Et sic non credendum, secundum glossam. Joan. Andr. in Clement. I. de jurejurando. C. M.

Ibidem.

Glossa. ✶ In eadem Glossa in verbis sequentibus. *Sed hoc ideo, quia de eorum testimonio non est dubitandum. Iunctis præcedentibus in Glossa, unus Papa inducit alium in testem.*

De infaillibilitate Papæ.

Ad hoc 8. quæst. 3. talia. Sed hoc solius Christi est; ut patet Joan. 8. C. M.

Can. 14. *Aliorum.*

Textus. In Textu ibi. *Vni dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.*

Expositio verb. *Tu es Petrus, & super hanc petrã*, &c. & cui dictum illud à Christo.

Vide infr. 24. quæst. 1. Quodcumque. ubi beatus Augustinus ait, dictum toti Ecclesiæ in persona Petri, & beatus Ambrosius intelligit dictum unicuique fideli. C. M.

De illo Dom. G. D. P. mentem suam aperit.

Non dixit Ambrosius unicuique fideli, licet non Presbytero, licet laico, super eum fundatam Ecclesiam, datamque ligandi & solvendi potestatem, at concedimus cum Augustino, quod dictum est Petro, dictum fuisse Ecclesiæ, quam significavit quando claves accepit, & cujus est caput, ex mente Ambrosii. Can. Non turbatur. & can. est aliud. ead. 24. quæst. 1. G. D. P.

CAUSA X. QUÆST. II.

Can. 2. *Ea enim.*

Inscriptio. In Inscriptione. *Cod. lib. 1. de sacrosanct. Eccles. Imperator Iustinianus.*

Additio ad Inscriptionis elucidationem.

Leg. sancimus. in fine principii. C. M.

Can. 3. *Hoc ius.* Est 4. in emendat. Romana, & junctus est cum præcedenti.

Glossa. In Glossa verb. Can. in principio. *Hoc ius porrectum ad omnem*

Source : BIU Cujas

Leges de præscriptione rerum Ecclesiæ, hic exponitur, & ad omnes Ecclesias extensæ.

ad omnem venerabilem locum. Juncto præcedenti Canone. Qui est de rebus Ecclesiæ Romanæ non præscribendis. Ibi. *Hoc Jus quod est Cod. de Sacro-sanct. Ecclesiis. Leg. Jubemus, quod loquitur tantum de Constantinopolitana Ecclesia.*

Cui veteres Imperatores ob honorem Sedis suæ hæc privilegia dabant, quæ postea Justinianus in Novell. extendit ad reliquas Ecclesias, & sic etiam ad Romanam, tanquam unam de reliquis. C. M.

Confirmatio superiorum per dominum. G. D. P.

Hæc lex Jubemus, est Leonis Imperatoris lata anno 470. super alienatione & dispensatione bonorum temporalium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quam ad omnes Ecclesias Justinianus anno 575. porrexit, Novell. de non alien. aut permutand. reb. Eccles. cap. sed ad exactiorem constitutionum Ecclesiasticarum observantiam. Ante tempora namque Urbani I. qui sedit anno 227. imperante Alexandro Severo Ethnico, matricibus Ecclesiis & donabantur heredia. Can. videntes. 12. quæst. 1. quæ ne distraherentur indistincte, vetuit Leo I. qui sedit anno 440. nisi servatis ab eo præscriptis solemnitatibus. Can. sine exceptione. ead. 12. quæst. 2. pro cujus executione Constitutiones emanarunt Imperatoriæ. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Rei immobilis Ecclesiæ pignori datæ creditor, imputet sibi, tam in sortem, quam in usuras, fructus, usque ad quartam centesimæ.* Ibi. *Usura centesima dicitur quæ æquiparatur sorti in anno.*

Quid sit centesima usura & quarta centesimæ, & quo tempore æquent sortem.

Imo in centum mensibus, ut dixi in tract. Usurarum in Abaco Latino & Gallico, quarta vero centesimæ non æquat sortem nisi in triginta tribus annis & quatuor mensibus. C. M.

CAUSA X. QUÆST. III.

Can. 8. *Inter cætera.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Querimonias Presbyterorum parochialium Galliæ provinciæ solertissime discernere decuit. Juncta Inscriptione. Ex Concilio Toletano.*

Correctio ad inscriptionem & ad textum.

Omnes libri quos vidi sic habent: tamen legendum puto Galliciæ, quia istud non est generale Concilium, sed provinciale Hispaniæ, & sic de aliena provincia nihil decernere poterat, ut supr. 9. quæst. 2. Can. Episcopi. Can. non invitati. C. M.

Probatio ejusdem correctionis de aliis Authoribus.

Vide in eam textus emendationem Stephanum Baluzium in posteriore sua editione emendationis Gratiani Antonii Augustini in not. ad Gratianum. pag. 503. & sequent.

Variæ lectiones verborum Galliæ provinciæ, & Concilii Toletani, aut 4. aut 7. acceptiones in præcedentis Canonis inscriptione.

Aut est Concilium Toletanum 4. celebratum anno 633. sedente Honorio I. quod Patres illic congregati sexaginta duo ex Hispania & Gallia Narbonensi; regnante Sisemundo Gotho Generale vocarunt, aut 7. anno 646. celebratum, sedente Theodoro. Notator ad Decretum impressum Parisiis anno 1587. ex cod. regio Conciliorum, legit Gallicanæ Provinciæ, Chopin. de sacra polit. lib. 2. tit. 7. num. 11. retinet Galliæ. Constat Honorium Imperatorem Astolpho Gotho, ut Italia cederet, sedes in Gallia Narbonensi concessisse anno 412. Valliam ejus successorem, post multa in Hispaniis pro Imperio bella gesta, revocatum in Galliam, regni sedem constituisse circa annum 416. tum ejus successores regni fines à fluvio Ligeri, ad Alpes dilatasse, donec anno 507. victo & occiso Alarico, regnum Tholosanum delevit Clodovæus Francorum Rex, excepta prima Narbonensi, quæ Gothis Hispaniæ regibus pareret, Gothiaque est appellata, ad annum usque 736. quo Saracenis à Carolo Martello devictis, universa Gallia Gothica Francorum ditioni cessit; cujus Galliæ Narbonensis sub regibus Gothorum, qui & quot essent Episcopi, videre est ex subscriptionibus Patrum Concilii Narbonensis sub Riccaredo anno 589. apud Sirmund. tom. 1. Concil. Galliæ; ex quibus patet communem lectionem Concilii Toletani sive 4. sive 7. retinendam, nec quicquam mutandum. G. D. P.

Gallia Gothica quas regnandi sortes habuerit.

CAUSA XI. QUÆST. I.

GLOSSA.

Can. 2. *Clericum.* 1. Est 3. *in emendat. Romana.*

In Glossa. *Clericum nullus præsumat ad sæcularem Judicem attrahere.* Ibi. *Idem dico de servientibus & mancipiis Clericorum.*

Privilegium fori Clericalis competens non ultra extenditur ad servientes.

Hoc falsum, & contrarium practicatur, etiam in Gallia. C. M.

Differentia servientium Ecclesiæ antiquiori & recentiori tempore nostri sæcul & præcedentis.

Aliud est quid verum aut falsum dicere, aliud usum contrarium alicujus allegare provinciæ. Marcellus sedit anno 304. Gratianus collegit decretum circa annum 1272. quo tempore personalis servitus apud Christianos etiam in Gallia vigebat, & in vigore fuit usque ad annum 1315. nec dubitandum illis antiquis sæculis Ecclesiasticos Judices de mancipiis Ecclesiarum & Clericorum cognovisse, ut de cæteris eorum mobilibus, nec idem erat de conductitiis servientibus (quod dixit Archidiacon. hîc.) quales habebamus Molinæi sæculo, & nunc habemus. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa ibi. *Item uxores Clericorum. Junctis præcedentibus; una sortitur forum uxor ex persona viri.*

Confirmatur hîc restrictio privilegii fori Clericalis, ut non includat conjugatos.

Sed falsum est, & contrarium practicatur, quamvis Petr. Anchar. extenderit etiam ad concubinas. C. M.

Uxores sive concubinæ Clericorum sunt fori sæcularis, vel etiam Ecclesiastici.

Non est falsum uxorem sortiri forum viri: at cum ex constitutione Honorii III. cap. penult. de Clericis conjug. jurisdictionis sint sæcularis Clerici conjugati, idem de eorum uxoribus, nec recipit Gallia contrariam decisionem Bonifacii VIII. cap. unico de cler. conjug. in 6. Quod ad concubinas Ancharanus ad cap. ea quæ. de reg. jur. in 6. & consil. 196. quærit an sæcularis Judex Clerici possit concubinam punire, & distinguit inter notoriam, & occultam, de notoria concedit, de occulta negat: apud nos de utraque Judex cognoscit Ecclesiasticus expellendo, sæcularis puniendo. Videndus Boer. decis. 72. G. D. P.

Can. 14. *Clericum.* 2. Est 17. *in emendat. Romana.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Clericum nullus præsumat pulsare apud Judicem sæcularem.* Ibi. *Item Clericus, cum tenetur de evictione, sequitur forum emptoris, sed hoc non est verum, quia per hoc non fit de foro illius, licet præstet ei authoritatem.*

Clericus evictionis nomine fit de foro emptoris quem defendere habet.

Imo licet non sit reus principalis, tamen quia eum in eodem foro defendit, fit de illius foro, quantum ad hoc. Adde Petr. de Ancharan.[a] repetit. cap. ea quæ. de reg. jur. in 6. C. M.

Et illud Molinæi prænotatum usurpatum est ab emendatoribus Romanis, & margini suæ annexum. F. P.

Probatur authoritate Pragmaticorum & Autho, rum Gallicorum Clericum evictionis nomine conventum, sequi debere forum rei principalis.

[a] Locus Ancharani, qui à Glossa dissentit, est à num. 21. versiculo decimo septimo, quæro. Bacquet de jurib. Justitiæ. cap. 21. num. 191. modo actionem de evictione realem, modo personalem asserit, absolutè realem putat Argentr. in consuetud. Britanniæ. art. 219. gloss. 1. num. 1. quo jure utimur. Quare non amplius de privilegio Clerici disputetur, quod actiones personales non egreditur. Aut ergo Clericus est author formalis (quem ita vocamus) quo casu forum sæculare non declinet, aut se de evictione teneri negat, quo casu sit ne author ad suum debet remitti judicem, argumento sumpto à not. Molinæi in consuetudinem Senonens. art. 252. & ex dictis Commentatoribus practicis. Imbert. lib. 1. cap. 20. litt. I. G. D. P.

Can. 38. *Sacerdotibus.* Est 41. in emendat. Romana.

TEXTUS.

In Textu ibi *Sacerdotibus autem non ex terrena potestate Dominus noster citius indignatur.* Ibi. *Dominus noster.* Juncta inscriptione. Item Gregorius Mauritio Imperatori. Ibi Dominus noster. Id est Mauritius Imperator. Authorum hist part. 11. fol. 70. colum. 11. C. M.

Elucidatio textus per inscriptionem.

CAUSA XI. QUÆSTIO III.

Can. 1. Sententia.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Sententia Pastoris, sive justa, sive injusta fuerit, est timenda.*

Source : BIU Cujas

De sententia excommunicationis judicium Gersonis.

GLOSSA.

Limitat Joann. Gerson. lib. 1. fol. 88. colum. 3. C.M.

Can. 14. *Absit.*

In Glossa verb. *Absit ut quicquam sinistrum de his arbitremur, qui corpus Domini sacro ore conficiunt.*

Ibi. Si ergo Clericus amplectitur mulierem, interpretabitur quod causa benedicendi eam hoc faciat. Hæc Glossa more suo ironica est, alioquin eam reprehendunt Angel. de Clavasio in verbo præsumptio. Philip. Dec. leg. non hoc, num. 11. ubi dixi. Cod. unde legitimi. In can. non ab homine, colum. 4. de Judiciis. Franciscus Ripa in Rubrica, extra de Judiciis, num. 26. & debet inspici natura & qualitas actûs: cap. litteras, cap. tertio loco, de præsumpt. C. M.

Præsumptio debet regi secundũ naturam & qualitatem actus.

Can. 23. *Quando ergo.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Quando vir Ecclesiasticus multas impietates, in ea quæ vocatur domus Dei, esse cognoverit, taceat in illo tempore.*

Sic Amos, cap. 5. prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. C. M.

Tacere in tempore malo, sapientis est.

Canon. 42. *Quomodo.* Est 44. *in emendat. Romana.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Episcopus non alligat insontes.* Ibi. *Quantùm ad Deum, sed quantùm ad Ecclesiam.*

Id est interius, sed tantùm exterius. C. M.

De Censuris Ecclesiasticis & eorum effectu.

Palea subsequens. *Ridiculum.*

INSCRIPTIO. Correctio Inscriptionis,

In Inscriptione. *Item Augustinus super Matthæum.* Imò Origenes tomo 1. C. M.

Ibidem.

*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Propter hoc solum quod Episcopus dicitur habere potestatem ligandi & solvendi, sit irreprehensibilis, qui alterum solvit aut ligat.*

Ut potestas ligandi & solvendi ab irreprehensibilibus exercẽda.

Et meritò, quia potestas non est in titulo aut caractere, sed in ipso verbo Dei & sincera ejus administrat. C. M.

Can. 67. *Cùm apud Thessaloniam.* Est 69. in emendat. Romana.

TEXTUS.

In Textu ibi. *De Imperatore Theodosio, ob hoc cùm à Sacerdotibus Italiæ redargueretur, præmissis præcedentibus in Textu de vindicta Theodosii in populum, furori ultione non crimini data.* ibi. *Cùm à Sacerdotibus redargueretur.*

Correctio Textus & ejusdem elucidatio.

Imò à solo Ambrosio Mediolanensi Episcopo. C. M.

Can. 69. *Non licet.* Est 71. in emendatione Romana.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non licet Judici vendere justum judicium, etsi liceat Advocato vendere justum patrocinium, & Jurisconsulto justum consilium.* Ibi. *De Advocatis consulentibus tamen dico; quod si sine labore possunt reddere consilium, non revolvendo libros, nec laborando in perlegendis allegationibus, tunc gratis tenentur subvenire.*

An Advocati gratis consulere debeant.

Contrarium tenet Joann. Andræas in Mercur. Franciscus Purpur in leg. si me & Titium. in princip. Si certum petat. Hieron. Cognol. Carth. 46. col. 2. de Offic. ad sess. nisi pauperi. Albert. leg. 1. Cod. de postul. C. M.

Et illud prænotatum Molinæi usurpatur ab emendatoribus Romanis, & margini suæ annexum fuit. F.P.

Can. 102. *Antecessor.* Est 104. in emendat. Rom.

In Textu ibi. *De Bonifacio Martyre.* Ibi. *Habet inscriptio: Item Bonifacius Martyr Zachariæ Papæ.* Ibi. *Dum me Gregorius indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum Dei Germanis misit.*

TEXTUS.

Vide Munsterum in Cosmographia. C. M.

Ibidem.

Elucidatio Textus ad historiam.

In Textu. *De eodem Bonifacio Martyre.* Ibi. *Dum enim venissem ad Principes Francorum, cogente Ecclesiarum necessitate.*

TEXTUS.

Scilicet Franciæ Orientalis, unde emerserunt qui victis Gallis, imò à servitute Romanorum ereptis, nomen eis imposuerunt. C. M.

Vnde Franci originem duxerunt.

CAUSA XII. QUÆSTIO I.

Can. 10. *Nolo.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione ibi. *Item Augustin. de communi vita Clericorum.*

Elucidatio ad inscriptionem.

Sermon. 52. ad fratr. in Heremo. Sed illi sermones sunt suppositi, ut censet Erasmus. C. M.

Can. 16. *Videres.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione ibi. *Item Vrbanus Papa.*

Scilicet 1. qui fuit anno Domini 226. C. M.

Elucidatio inscriptionis ad historiam.

Ibidem.

*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Episcopi omnibus communi vita degere volentibus ministrare debent, ut nemo in eis egens inveniatur.*

De communi vita Clericorum, & obligatione Episcopi sustentandi Clericos suæ Diœcesis.

Et sic Episcopi totum Clerum suæ Diœcesis sustentabant. Sic infr. eod. can. Episcopus. can. præcipimus. can. nulli. Contra quos Canones, etiam Conciliares, postea Episcopi, Papis patientibus, sibi ipsis omnes reditus matris Ecclesiæ attribuerunt, & coëgerunt Parochos ad Sacramenta vendenda, & ad varias artes quæstuarias. C. M.

Illud postremum, ab his verbis, & coegerunt Parochos, ad finem usque, desumptum ex editione anni 1553. F. P.

Injuriosè Molinæus agit, non expensâ temporum serie: ab eo tempore quo Ecclesiæ donata sunt immobilia, non amplius distincta sunt, ut gregem pascceret, sed ea retinuit, fructibus ad Cleri alimenta expensis; horum primò Episcopi, tum œconomus dispensationem habuit redituum, proventuum & oblationum, quartâ pro Episcoporum familiæ sustentatione & pauperum hospitalitate, relictâ, ex Simplicij, Gelasii & Gregorij Magni Decretis, qui sederunt ab anno 467. ad annum 604. Can. concessa. Can. quatuor, can. de reditibus. Can. Mos est. Ivo Quæstion. 1. Ad hanc œconomiam referendus est. Can. Urbani I. qui sedit anno 227. ut & decisio Concilii Antiocheni celebrati sub Dionysio anno 265. in Can. Episcopus. Cæterarum portionum prima deputabatur in alimenta pauperum, secunda in Ecclesiarum reparationem, tertia in Cleri sportulas, ad usque Augustini ævum, qui Episcopus Hyponensis anno 395. Clerus Episcopi constabat Presbiteris (nempe Parochiarum Rectoribus) Diaconis, Subdiaconis, & aliis inferiorum Ordinum paucis numero, quibus alimenta suppeditabantur ab Ecclesia matrice, sola tunc donorum & legatorum capaci, ait Glossa hîc. Augustinus I. suos Monachos, sive mavis Canonicos suo cooptavit Clero, & in chorum introduxit; ad cujus exemplum cæteri Episcopi sensim Canonicos in suis receperunt matricibus Ecclesiis, Presbiteris per Ecclesias Parochiales residentibus; unde mensa Episcopi separatim dotata; Idque receptum erat Eugenii II. tempore Authoris Can. nulli, quem citat Molin. in Sinodo Romana anno 826. quo prohibitum fuit, ne Episcopus res mobiles aut immobiles de subjectis plebibus, id est Parochialibus Ecclesiis, rapiat. De origine Paroc. cap. 2. verf. Plebem vel Plebes; aliisque piis locis in proprios usus haberent; cujus statuti ratio hæc est, quia cum Matrix Ecclesia res suas distinctè possideret, injuriosum fuisset, si major locupletaretur Ecclesia, & inferiores depauperarentur: quibus illâ divisione factâ, res mobiles & immobiles donatæ sunt & legatæ, neque abhinc Rectores alicujus Ordinis Clericalis Sacramenta vendunt, oblationes & honoraria recipiunt, non tamen exigunt, ex laudabili consuetudine, quam apud nos abolevit Aureliana Constitutio art. 15. restituit Blesens. art. 51. pravâ rejectâ, ut scribit Rat. in Consuetud. Pictavien. art. 208. gloss. 2. Laudabilem toleramus, quia Rectori suo debent alimenta Parochiani, Coquill. in Consuet. Nivernensi, tit. de Decimis, art. 6. gloss. 1. ubi rectè conciliat cap. abolenda de sepultur. apud Greg. & cap. ad audientiam. De Simonia eod. quæ sunt ejusdem Pontificis Innocentij III. Circumstantias laudabilem inducentes consuetudinem notat Paulus Castrensis part. 1. consil. 364. An autem prava sit aut laudabilis, non est privatorum arbitrio relinquendum. Rectè Argent. in consuetud. Britann. art. 266. tract. de titulis, cap. 21. num. 5. Fatendum irrepsisse plura magnâ ratione abroganda, ferendumque esset ista reprehendi, nisi improbi cives occasionem inde sumerent ad ipsa dogmata & fixa de lege pronunciata convellenda & infamanda, traducta censura de

Divisio reditũ Ecclesiasticorum in tres aut quatuor portiones.

Prima institutio Canonicorum sancto Augustino debita.

Laudabiles consuetudines præstandarum oblationum & aliorum jurium servandæ.

Conciliatio capit. abolenda de sepultura. & ad audientiam de simonia.

Non est Parochianorum quærere an laudabiles vel non, sint consuetudines offerendi.

Source : BIU Cujas

hominum vita ad Religionis æstimationem. Quod Molinæo est familiarissimum. G. D. P.

INSCRIPTIO.

Can. 18. *Certè ego.*

In Inscriptione ibi. *Vnde Augustinus in eod. serm.* Scilicet de quo suprà ead. quæst. Can. Nolo. sed falso & subdititio, ut ibi dixi. C. M.

Nota ad inscriptionem.

TEXTUS.

Can. 24. *Præcipimus.*

In Textu ibi. *Ex his autem quibus indiget, &c. ut sup. Juncta inscriptione. Item in Can. Apostolorum, & Textu in Can. Videntes.* Ibi. *ut suprà.*

Correctio ad inscriptionem & textum.

Scilicet Can. Ex his. sup. ead. quæst. Sed sunt illi Canones diu post Apostolos conficti, licet falsò illis attributi. Ostendunt autem longè alios fuisse mores, quàm nunc sunt. C. M.

Dixit Isidorus Canones Apostolorum Sedem Apostolicam non recepisse, nec sanctos Patres assensum præbuisse, atque eos ab Hæreticis sub Apostolorum nomine fuisse compositos. Can. 1. distinct. 16. ubi hæc Molinæus notat & meritò, cùm sint ibi pleraque superstitiosa & dudum post Apostolos inventa, licèt ea sed indoctè, miretur Haloander in fine novellæ. Isidorus Author Can. 1. distinct. 16. & de quo Can. 4. ead. distinct. & apud Ivon. lib. 4. decret. cap. 107. Est Isidorus Mercator collator Canonum & Conciliorum Hispanus, parvæ, imò nullius apud Antiquos authoritatis, cujus collectio ab Apostolorum Canonibus protenditur ad Concilium Hispalense 2. anno 619. celebratum sedente Bonifacio V. De Apostolicis Canonibus summa hæc est. Zephirinus, qui sedit anno 202. sexaginta sententias Apostolorum probarat, Can. 2. ead. distinct. 16. & Ivo eod. cap. 107. lib. 4. Decretorum. Alij legunt quinquaginta, alij septuaginta. Gelasius, qui sedit anno 492. librum Canonum Apostolorum dixit apocryphum, unde accidit ut ab Isidoro rejicerentur. Can. 1. ead. distinct. 16. qui Can. 4. ead. distinct. dicit eos à pluribus esse receptos. Post Isidorum eod. Can. 4. placuit Sinodo sextæ confirmata & rata esse Canonum Apostolorum 85. capitula: sed constat eam Synodum congregatam anno 680, imperante Constantino Pogon. nulla edidisse capitula. Aliam congregavit Synodum Justinianus II. anno 692. quæ Canones scripsit tanquam sextæ Synodi, ex quorum Can. sumptum est principium Can. 4. distinct. 16. At eam Synodum improbarunt Sergius & Joannes VI. Summi Pontifices. Leo vero IX. qui sedit anno 1049. quinquaginta Canones Apostolorum recepit, Can. 3. ead. distinct. 16. Nullos Apostoli scripserunt Canones, eorum tamen sententias collegit Clemens, de quibus Baron, sub annum 102 à num. 10. Videndus Covarruvias var. resolut. lib. 4. cap. 17. num. 6. G. D. P.

Isidori Mercatoris & ejus collationis Canonū & Conciliorum judicium.

De Canonibus Apostolorū probatis vel improbatis, & eorum collectione judicium.

CAUSA XII. QUÆSTIO II.

Can. 1. *Qui Christi. in præfatione.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nunc quæritur, an qui à Sacerdotibus Ecclesiæ res acceperint, aliqua firmitate constabunt.* Ibi; *Facta alienatio contra dictam formam est nulla, licet sit in casu licito.*

De alienatione rerum Ecclesiæ, & an valeat, & quando valeat.

Contrarium ex diametro ad hanc Glossam not. Doctores in leg. cùm hi. §. eam transactionem. De transact. vide Anton. Corset. in singular. verb. alienatio. & quod melius tenet Glossa penult. infr. ead. quæst. Can. sine exceptione. C. M.

Illud Molinæi prænotatum ab Emendatoribus Romanis usurpatum, & margini adjectum. F. P.

Aliud Jus, aliud Doctorum opinio, aliud praxis. Quoad praxim suam repetit opinionem Molinæus in consuetud. Parisiensi commentario à paucis annis traducto ad novam consuetudinem. art 33. gloss. 1. num. 54. vers. Post primam horum editionem. Videndi Rebuff. tract. de alienat. rerum Eccles. num. 103. Papo in sua collect. arrest. lib. 1. tit. 13. §. 2. qui dicit in una inquisitionum camera illam servari praxim, in alia Juris Canonici dispositionem, ejusque præscriptam solemnitatem: pro qua stat Mornac. ad authent. hoc jus porrectum. cod. de sacrosanct. Eccles. Doctorum opiniones brevi compendio referam. Gloss. ad leg. cùm hi. §. eam transactionem. digest. de transact. dicit Ecclesia vendente in causam non concessam, tenere contractum, si fecerit suam conditionem meliorem. Quod summariè repetit in leg. si fundus. dig. de reb. eorum qui sub tutel. sed nullum his locis de contractu non solemni verbum. Barthol. dictæ glossæ addit solemnitate non servatâ, & eam improbat. Bald. addit non accedente decreto, & glossæ assentitur; contrarium docuit ad cap. 1. de transact. & ad leg. ult. §. necessitate. cod. de bonis quæ liberis. Jas. notat omnes Doctores à glossa dissentire. Baldus, qui nunquam sibi constat, ad leg. contra juris. dig. de pact. putat Ecclesiam contractum sibi utilem posse neglectâ solemnitate inire. Rebuff. de alienat. rerum Ecclesiast. num. 35. vult tamen solemnitatem ex post facto intervenire; Corset. d. verb. alienatio. 3. debitam juris solemnitatem præsupponit. G. D. P.

Can. 4. *Quicumque.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quicumque præsidia Ecclesiastica à Rege vel sæculari Principe susceperit, vel eorum consensu tenuerit, excommunicationi subjaceat,* Ibi. *Sed quare non est tutus qui ab Imperatore possidet, cùm juste possideat qui authore Prætore possidet? Dicas istud obtinere in rebus privatorum.*

An justè possideat qui res Ecclesiæ à Principe accepit, cùm justè possideat qui authore Prætore possidet.

Glossa singularis secundum Ludovicum Roman. singul. 612. Alexander consil. 52. libr. 7. Felin. cap. Quæ in Ecclesiarum. column. 12. de constitut. C. M.

Et illud Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini suæ annexum. F. P.

Can. 6. *Qui abstulerit.*

TEXTUS.

In Textu ibi. *Mater nostra est Ecclesia, quæ nos regeneravit in baptismo spiritualiter. Juncta inscriptione. Item Anacletus Papa.*

De Ecclesia Fidelium omnium communi matre.

Hunc textum extollit Panorm. in Tract. de Concilio Basileensi. column. 35. 12. dubio. ad probandum quod Papa filius est Ecclesiæ, atque subjectus. C. M.

Anacletus dicit: Mater verò nostra Ecclesia est, quæ nos in baptismate regeneravit; inde concedendum Panormitano & Molinæo Papam esse filium Ecclesiæ, & ei subjectum: addunt eum esse subjectum Concilio generali. Non intro magnum illud & immensum pelagus, an Concilium sit supra Papam, vel è contra. Hæc dico breviter; Primò Papam esse Ecclesiæ filium & ei subjectum, sed Concilio generali non esse subjectum per omnia & in omnibus. Secundò, tria esse in Generali Concilio attendenda, congregationem, sessionem, dissolutionem. Congregatur authoritate Papæ Concilium, aliàs non est legitimum; sedens Concilium legitimam habet potestatem à Deo immediatè, dissolutum suos exhibet Pontifici Romano Canones, à cujus confirmatione ligant Christianos. Tertiò universalis Ecclesia, Christiani omnes ad Concilij decisionum observātiam adstringuntur, etiam Papa in his quæ sunt fidei; in cæteris relaxat vel dispensat, secundùm negotiorum circumstantias, ex causæ cognitione. Quartò, Concilium legitimè congregatum ducente Spiritu sancto, Judex est Papæ Hæretici vel Schismatici, & in generali reformatione, juxta decisiones Concilij Constantiensis, Concilii Basilieensis, non verò per omnia & in omnibus. Quintò, temeritas est insulsa & insolens Hæreticorum disputantium an Papa generali Concilio subjectus sit, cui sese non submittunt. Videndi idem Panormit. ad dictum cap. significasti. & ejus notatorem Petrum de Monte. in Monarch. Concilij. gloss. pragm. sanct. titul. de Author. Concilii. §. cui quilibet. verb. obedire. G. D. P.

De Concilii generalis authoritate, & quos liget, & an Summum Pontificem, & in quibus casibus.

In eam materiam de authoritate Concilii Generalis, vide quæ notavit idem Molinæus ad cap. significasti. In textu. de elect. apud Greg. & ad Can. sicut. 2. supr. distinct. 15. & quæ habentur in supplementis nostris pragm. sanct. à pag. 1042. ad pag. 1048. & à pag. 1142. ad pag. 1144. F. P.

De authoritate generalis Concilii remissio ad locos ea de re tractantes.

Source : BIU Cujas

Canon. 8. *Cùm devotissimam.*

INSCRIPTIO. In inscriptione ibi. *Item Gregorius ad Constantiam Reginam Galliæ.*

Correctio ad inscriptionem an recipienda. Epist. 33. seu cap. 77. lib. 4. Sed vel epistolæ sunt confictæ, vel liber mendosus, quia tempore illo non erat alia nisi impia Fredegunda, mater & tutrix seu regens Clotarii II. sed quorsum Gregorius illam Fredegundam vocaret Dominam suam cœlestia cogitantem? C. M.

Gregorius I. sedit ab anno 590. ad annum 604. Clotarius I. Clodovæi Magni filius, defunctis fratribus Childeberto, Clodovæo & Theodorico, Francorum solus Rex quatuor filiorum pater obiit, inter quos Regno diviso, Caribertus natu major Parisiis regnavit, uxoresque duxit Ingobertam (vel secundùm alios, Nigefridam) Marconesam & Nigefridam sorores, & decessit nullis liberis relictis anno 577. Sigebertus Metis regnavit, ductâ Brunichilde uxore, qui decessit anno 579. relicto Childeberto filio, qui genuit Theodobertum & Theodoricum filios, ex uxore cujus nomen ignoratur. Gontranus Aureliis imperavit, qui nullo legitimo matrimonio contracto decessit anno 598. Childericus Suessioni Regni sedem constituit, uxoresque duxit Ingondam, Audoveram, Fredegundam, ex qua occisus anno 587. reliquit filium Clotarium anninculum. Quo præcisè anno decesserit Fredegundis, mihi satis non constat. Guaguinus scribit eam Theodeberto & Theodorico victis ab ejus filio Clotario decessisse, idque bellum contigisse post Childeberti eorum patris mortem Hallianus refert, quem anno 596. sedente Gregorio adolescentem decessisse, ex Gregorii epistolis Baronius probat: at si Jonæ, qui vitam sancti Columbani scriptis mandavit, credimus, ejus filios non vicit Clotarius, imò ab eis victus est anno 607. Theodebertus verò victus est & necatus à Theodorico anno 612. obiitque Theodoricus anno 614. relicto filio Sigeberto, quem eodem anno vicit & interemit Clotharius, cum suis fratribus, proaviaque eorum Brunichilde, quo tempore Fredegundam quoque obiisse conjici potest. Quibus omnibus ex Jona, Aymonio & Guaguino selectis, quæ fuerit illa Constantia Regina Galliæ, dici potest uxor Childeberti, vel Theodeberti, aut Theodorici, quam cùm devotissimam dixit Gregorius, id dandum fidei, dignitati, aut operibus, ut cum sanctissimos & sanctissimas dicimus. David Psalmo 78. dicit carnes Sanctorum, ubi Genebrardus notat Sanctos appellari professione religionis & fidei, non verò tantùm ratione vitæ & morum. Sic divus Paulus omnes Christianos Sanctos vocavit. Capitolinus in vita Maximini, cujusdam meminit Senatusconsulti, quo pater & filius sanctissimi Imperatores vocati sunt. Adde ex curiosis Baronii collectionibus anno 206. Dionisium Patriarcham Alexandrinum appellasse Valerianum & Gallienum, licet Ethnicos, sanctissimos Imperatores. Sic Justinianus vocat devotos Epistolares. leg. in offerendis. cod. de appellat. sic devotissimum exercitum. Honor. & Theodos. leg. ult. cod. quæ res vendi non possunt. & orat Ecclesia pro devoto fœmineo sexu. G. D. P.

Ad historiam temporis & ad Constantiam aut Fredegundam reginas Galliæ emendatio, de quibus in inscriptione hujus Canonis.

Quare Gregorius dixit Fredegundam devotissimam Dominam cœlestia cogitantem, ut & alii alios.

Hujus tam honorificæ & devotæ interpellationis à sanctissimo Gregorio Summo Pontifice Constantiæ Reginæ Galliæ factæ, reddit rationem ipsemet Molinæus infr. in not. ad Can. si Episcoporum. 6. 21. quæst. 5. in textu. qui est ejusdem Gregorii Constantio Augusto, sive Mauritio; quem sic corrigit: Constantiæ Augustæ, ubi ait morem fuisse Gregorii Pontificis scribere ad Imperatricem his verbis, quando videbat Imperatorem ab aliis persuasum, ut utrumque ad se alliceret. Sic & in Can. si quos. 23. quæst. 4. Idem Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum rescribens vocat eam excellentissimam filiam, quia Episcopis suis favebat, more eorum qui sanctos vocant eos qui Beneficia conferunt, non ob benefacta, sed ob beneficia eis facta, ut ait ipsemet Molinæus de Carthusianis Papiensibus erga Joannem Galeatium Mediolanensium Ducem, quem & sanctum ea de causa dicebant, ut est in not. ad Decium. in consilio 498. in verb. facta. quod refert ex fideli, quam vocat Philippi Cominæi historia. F. P.

Probatur ratio appellandi Principes sanctos, devotos, & aliis nominibus, ob beneficia collata variis inde relatis exemplis.

Canon. *Fraternitatis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Absit ut Ecclesia recipiat cum augmento quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærere.* Ibi. *Quæsitum fuit si aliquis confessus fuit se furtum fecisse Sacerdoti suo, an in pœnitentia debet injungi ut illi restituat cum pœna, respondeo quod non.*

An restitutio fieri debeat cum augmento in foro pœnitentiali. Istam glossam dicit esse singularem Alexander de Imola. in leg. si pœna. dig. de condict. indebiti. Hieronim. Cagnol. Cart. 62. column. 3. C. M.

Et illud à Molinæo subnotatum, retentum ab emendatoribus Romanis, & margini suæ affixum. F. P.

Can. 3. *Apostolicos.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Sinodus definivit neminem Episcopum vendere vel utcumque alienare cimelia.*

Quid Cimelia, & Cimeliarchus, & Thesaurarius Ecclesiæ. Græcè χειμηλια, hoc est thesauri, res pretiosæ & ab antiquo repositæ, unde χειμηλιαρχος, id est thesaurarius, de quo in leg. litibus. cod. de agricol. & cens. lib. 11. & reverendissimus Cimiliarcha, in leg. ult. in fine. cod. de bon. author. jud. possidend. C. M.

Illius prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata, & margini suæ affixa, omissa posteriori, ab iis verbis, *& reverendissimus Cimiliarcha*, usque ad finem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Monasterium de rebus Ecclesiæ construxisse.* Ibi. *Si Clericus de peculio Ecclesiæ in proprio solo ædificet, dicas in favorem Ecclesiæ solum ædificio cedere.*

Nec etiam favore Ecclesiæ super fines solo cedit. Hanc glossam sequitur Speculator de empt. & vendit. §. tertio loco. inf. vers. quid si Clericus, & ibi per Joann. And. in addit. Bald. in leg. in tantum. De rerum divis. Philippus Francus in cap. semel. de regul. jur. sed falsa est, quia nullo jure cavetur. Vide Rochum Curt. in tract. de jure patron. Carth. 64. in parvis. C. M.

Et illud prænotatum Molinæi, quoad primam partem, ab emendatoribus Romanis retentum & margini affixum, omissâ posteriori, ab his verbis, *sed falsa est*, &c. F. P.

In eam assertionem ædificium solo cedere variæ opiniones, etiam favore Ecclesiæ. Speculator, qui fuit Bartholomæi Brixiensis Glossatoris contemporaneus, idem cum eo sentit, non verò Joann. Andræas, qui temperat, putans ædificium fore Ecclesiæ & Clerici commune; Baldus nihil affirmat, sed quosdam id dicere scribit, nec appositè citat Archidiaconum hîc: non enim hoc asserit, & addit Laurentium contrà credidisse, Francus cum glossa sentit. Locus Curtii est, verb. honorificum. num. 15. ubi docet Clericum de Ecclesiæ reditibus suorum Beneficiorum posse alere conjunctim pauperes, filios etiam spurios, filias & sorores dotare, dicta carth. 64. sed verbo Ecclesiam fundavit. quæst. 7. num. 11. cartha 277. in parvis. hanc glossam examinat, & cum ea sentit. Porro aliud est Ecclesiæ peculium, aliud Clerici, & frustra in glossam insurgit Molinæus, quia si ædificium solo cedit, quod regulare est, restituet ædificium proprietarius; si favore Ecclesiæ solum cedat ædificio, tunc fundi pretium Ecclesia solvet. Tutius tamen dicas jure Gallico ædificium solo cedere, neque huic favori locum, cùm hæredes Clericis succedant, non Ecclesia, suam Molin. notam ex Prepositio eo non citato transcripsit. G. D. P.

Tandem concludit ædificium solo cedere.

Contra Domin. G. D. P. Molinæo absque ulla ratione insultantem. Hîc advertendum quod Dom. G. D. P. huic uni potissimùm studet, ut Molineo ubique, etiam extra Religionis materiam insultet, ut hîc, dum ait Molin. notam suam confecisse ex subtractis ex dictis Prepositi hîc, eo non citato, quod veritati non potest omnino convenire, cùm in ea locum Rochi Curtii Authoris magni nominis & in foro nostro usitatissimi laudaverit, qui scripsit post Præpositum, sed & auhori Gallico, & fori nostri Coriphæo, & aliàs bene

Source : BIU Cujas

merito ſuam gloriam præripere non debuerat, quod emendatoribus Romanis in ea annotatione præierit, quam margini ſuæ, poſteriori citatione Rochi Curtii detractâ, annectere non ſunt dedignati, ut ſuperiùs notavi. F. P.

Can. 14. *Et ſacrorum Canonum.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Item Gregorius Domino Epiſcopo Meſſano.*

Elucidatio inſcriptionis. Epiſt. 35. ſeu cap. 199. lib. 9. ep. C. M.

Can. 15. *Sacrorum Canonum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui redemptus fuit de bonis Eccleſiæ, nullam, vel hæredes ejus, repetitionis moleſtiam ſuſtinere debere.* Ibi. *Sed numquid de quolibet capto verum eſt? ſed numquid de capto in maleficiis? quod videtur.*

Redemptus ex bonis Eccleſiæ nullam repetitionis pati debet moleſtiam. Idem Felin. in cap. Significavit. de Judæis. Philip. Dec. in cap. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. Ludovic. Gomeſ. ſuper 6. carth. 10. in parvis. ſed falſum eſt, ut dixi ad Philippum Decium in d. cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 30. ut non ſit opus limitatione. Alexand. in leg. 1. §. Res quæ. ad Trebell. C. M.

Et illud ſubnotatum à Molinæo retentum ab emendatoribus Romanis, & margini affixum, omiſſis poſterioribus, ab his verbis, *ſed falſum eſt, ad finem,* quia Molinæum citatum redolebant. F. P.

Can. 17. *De viro.*

TEXTUS. In Textu ibi. *De viro nefando Burgando nomine.* Ibi. *Qui ſacra Dominici corporis & ſanguinis vaſa inſuper & ſanctum Chriſma pollutis accipere manibus, quaſi vilia & ad uſum communem apta præſumpſerit.*

De damnata pollutione ſacrorum & invaſione. Sic ſemper fuerunt qui ſpreverunt cæremonias, quanquam reprobo profanam petulantiam, quæ tantùm irridet, ſed hi in commoda ſua narrant. Cæterùm parum fidei in hiſtoria. C. M.

Brigandorum denominatio à Burgando famoſiſſimo latrone. Illud deſumptum ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. Et nota ab eo Burgando dictos fuiſſe Brigandos inſignes latrones bonorum alienorum invaſores, ut obſervat Innocent. Cironius Cancellarius Academiæ Tholoſanæ in Paratitlis ad tit. de raptoribus & incendiariis. p. 410. F. P.

Can. 36. *Alienationes.* Eſt 37. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa ibi. *Nullus Clericus præbendam alienare præſumat.* Ibi. *Sed credo quod Clericus, ſicut poteſt vendere fructus Eccleſiæ ſuæ ſine conſenſu Epiſcopi, ita obligare.*

Præbenda pignori ſubiici poteſt & Curiis ſæcularibus. Ita practicatur, ut etiam ſæcularibus Curiis poſſit obligare, & quotidie in Regno Franciæ ſervientes Regii vel inferiores prehendunt hujuſmodi fructus pendentes vel futuros, ſequeſtris appoſitis. C. M.

Prehenſis fructibus Beneficiorum, ſemper deducendum ne egeat clericus & alimenta ſibi præbere poſſit. Sed intellige has prehenſiones tolerari fructuum naturalium & induſtrialium, deducto ne egeant Clerici, quibus ſemper alimenta conceduntur, imò manus levatur, ſi nulla alia ſuppetunt bona unde ſe exhibere poſſint, cum prehenſi fructus ad victuum neceſſaria non excedunt, quod fallit in fructibus civilibus, ut ſunt diſtributiones quotidianæ. Videndus Papo collectionis Arreſtorum lib. 18. tit. 15. §. 16. ubi Chenutius notat. G. D. P.

In ſuperiorem aſſertionem manus regiæ ſuper fructibus Beneficiorum appoſitæ levandæ, recurrendum ad Authores. Adde & leg. commodis. dig. de re judicata. leg. Spem præmiorum. cod. quæ res pign. obligari poſſunt. leg. 4. cod. de execut. rei judicatæ. Et ad eas leges Anton. Mornac. in poſthumis obſervat. à me nuper recognitis & primùm prælo datis, vide & artic. 15. tit. 23. de prehenſionibus & executionibus mobilium. aliàs *des ſaiſies & executions & ventes de meubles*, novæ & poſterioris Conſtitutionis regiæ menſis Aprilis anni 1667. F. P.

Can. 41. *Si qua de rebus.* eſt 42 in emend. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si qua de rebus Eccleſiæ, cum Epiſcopus non adeſt, Presbiteri vendiderint, reſciſſo contractu, ad jus Eccleſiaſticum revocari. Item. in minoribus Eccleſiis poteſt Epiſcopus aliqua alienare.*

Alienatio vacante ſede facta rerum Eccleſiæ non valet. Imò ipſo jure non tenet, ſaltem novo jure. cap. 1. Ne ſede vacante aliquid innovetur. C. M.

Fallitur Molin. Gloſſa loquitur hîc de contractu rei particularis. Innoc. III. in ſua decretali de Eccleſiæ mutando ſtatu, hîc de eo quod faciunt Clerici, Innoc. de eo quod fieri petebant à Papa, qui eo textu non inducit nullitatem ipſo jure, ſed decernit vacante ſede nihil innovandum. Adde ad deciſionem gloſſæ valere contractum ſolemnitatibus ſervatis. G. D. P.

Conciliatio hujuſce Canon. & cap. 1. ne ſede vacante aliquid innovetur. in decretalibus.

Can. 51. *Sine exceptione.* Eſt 52. in emend. Roman.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Epiſcopus diſtrahens res Eccleſiæ, eligat quod non ſit dubium Eccleſiæ profuturum.* Ibi. *Sed quid ſi Eccleſia ex illo contractu non eſt locupletata, nec damnificata, tunc dicam contractum tenere.*

In alienatione rerum Eccleſiæ, ſufficit quod non ſit damnificata. Quod eſt æquiſſimum, & tenent Doctores in leg. cùm hi. §. Eam tranſactionem. de tranſact. & ita ſæpè defendi & obtinui, & ita hodie judicatur in Senatu Pariſienſi. C. M.

Reſtitutio & confirmatio juris Gallici ad præcedêtem materiam alienationis rerũ Eccleſiæ. Illud etiam Molinæi adnotatum ex parte retentum ab emendatoribus Romanis, præterquam quoad poſteriora ab his verbis *& ita ſæpè defendi*, ad finem, ſuppreſſerunt, quod Molinæum arguebant authorem, & jus Gallicum exhibebant, quod illis plerumque non placet. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem gloſſa. Ibi. *Si fiat alienatio in caſu non conceſſo dummodo ſervetur forma alienationis, tenet alienatio.*

De alienatione rerum Eccleſiæ, an ſit valida nec non, ſervatis ſolemnitatibus, vel non, & quando Idem gloſſa ſuprà in Can. In ſumma. ſed communiter reprobantur à Doctoribus, poſſunt tamen ſalvari ſecundùm Antonium Butr. in cap. Cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu. cap. Per gloſſam. Ibi verb. profuturum. quando alienatio communi opinione reputabatur utilis Eccleſiæ, licet non eſſet. Anton. Corſet. in ſingul. verb. alienatio. C. M.

Et illud Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum & margini ſuæ affixum. F. P.

Gloſſa ad Summam Gratiani hujus cauſæ & quæſtionis. verb. Nunc quæritur. & ad hunc Can. Sine exceptione. qnidquid dicant. ſibi conſtat Leo in d. Can. Sine exceptione, duo requirit in alienatione rerum Eccleſiæ, ſolemnitatem ſcilicet & utilitatem vel neceſſitatem. Ad Summam Gratiani dicit gloſſa non valere alienationem omiſsâ ſolemnitate, etiam in caſu licito. Eadem gloſſa ad Can. Sine exceptione. verb. profuturum. contractum valere decidit, licet Eccleſia damnificata non ſit neque locupletata, tentatque ſufficere læſionem abeſſe, ſed ſolemnitatem ſupponit, cùm addat nullam fore alienationem formâ non ſervatâ, licet omnes conſentiant Clerici, valere tamen in caſu conceſſo, eâ ſervatâ, ſed dari reſtitutionem; quod intelligendum reor datâ læſione. Ex his patet Molinæum inutilem quæſiſſe contradictionem in gloſſæ dictis & Doctorum, cùm inter eos conſtet Eccleſiæ rerum alienationem ipſo jure non valere ſolemnitate ſpretâ. Guido Pap. deciſ. 14. & deciſ. 594. à quo diſcas ſervandam ſolemnitatem à Leone IV. qui ſedit anno 440. præſcriptam. Can. Sine exceptione. non verò Juſtiniani formam novell. de non alien. aut permutand. &c. edita anno 575. & ita apud nos interpretari epiſt. 4. Hilarii ad Epiſcopos Galliæ, datam anno 462. & cap. 7. Concilii Agathenſis anno 506. & cap. 29. lib. 2. capitul. Ut diſertè voluit Henric. Magnus art. 15. ſuæ conſtitut. anni 1606. quæ ſummatim notari debuerant, ut pateat quodnam ſit jus Eccleſiæ univerſalis, quod Eccleſiæ Gallicanæ, quæ fuere Doctorum ſententiæ, quis verus noſter uſus, à quo ſi in judicando quandoque diſceſſum fuerit, id contigiſſe non ad jus publicum convellendum, aut Eccleſiæ lædendas conſtitutiones, ſed ex æquitate & circumſtantiis cauſarum ad id ducentibus. G. D. P.

Conciliantur hîc Canones & authoritates Doctorum & fori deciſiones prima facie inter ſe pugnantes circa alienationes rerum Eccleſiæ.

Can. 52. *Terrulas.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Item in Concilio Agathenſi. & in verb. Terrulas. in gloſſa.* Ibi. *in Concilio Agathenſi.*

De eadem alienatione rerum Eccleſiæ, & quarum rerum fieri debeat, Cap. 45. & hoc caput Terrulas. ſervatur in praxi, & ita conſuluerunt Joann. Calderin. conſil. 11. de jurejurando. conſil. 7. de rebus Eccleſ. non alien. Bald. conſil. 156. lib. 1. Socin. conſil. 230. column. 3. lib. 1.

Regni fuit bona & utiliter recipienda obſervatio. G. D. P.

Source : BIU Cujas

Guido Pap.decis.Delphinal. 156. Idem Panorm.cap.ut supr. de empt. & vendit. quæst. 5. principali in fine. Francisc. Curt. tract. de feudis. part.12. quæst. 2. C.M.

Et illud totum Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum & huic margini adjectum & ad eundem Canonem & ejusdem inscriptionem, & quod ibi *consilium fratrum* intelligendum sit Episcoporum, vide Duaren. de sacr. Ecclesiæ minister. lib. 7. cap. 9. F. P.

Can. 66. *Cum Redemptor.* Est 68. in emendatione Romana.

TEXTUS. In Textu ibi. *Cùm Redemptor noster pristinæ nos voluerit restituere libertati, salubriter agitur, ut cùm homines, quos natura liberos protulit, & jus gentium jugo servitutis subjecit in ea qua nati fuerant, manumittentis beneficio, libertate donentur.* Ibi. *Nati fuerant.*

De natalium restitutione. Id est fuissent, vel primi homines fuerant. leg. 2. dig. de natal. restitut. C. M.

Can. 67. *Aurum.* Est 70. in emendatione Romana.

INSCRIPTIO. In inscriptione. *Unde Ambrosius ait in libro de Officiis.*

Elucidatio inscriptionis. Libro 1. cap. 28. tom. 1. Adde Felin. extra de rescriptis. ad finem. C. M.

Can. 72. *Bona rei.* Est 74. in emendatione Romana.

GLOSSA. In Glossa & additione ipsius. ibi. *Non restituitur minor nisi in quo decipitur, nonobstat lex prædicta Si totas, ad legem Falcidiam. quoniam intelligitur in falcidia.* Ibi. *Lex Si totas.*

Ad leg. si totas. digest. ad leg. falcidiam. nota Molinæi, Sed dicta lex nunquam fuit intellecta usque ad annum sesquimillesimum quinquagesimum, quo librum meum de donat. inofficios. excudi feci, ubi nativo & legitimo sensui restituitur, & analitico glossemate dotatur. C.M.

CAUSA XII. QUÆSTIO. III.

Can. 3. *Pontifices.*

GLOSSA. In Gloss.verb. *Pontifices.* Gloss. Idem in aliis. *In summo Sacerdotio constituti, sibi concessum, non quasi suum proprium, sed quasi Ecclesiæ dimissum computabunt. Junctâ inscriptione de his ita definitur in Concilio Agathensi.* Ibi. *Idem in aliis.*

Nota ad textum, & quod loquatur tantùm de Episcopis provinciæ, non de Pontifice Romano, vel de aliis. Stulta Glossa, quia textus loquitur duntaxat de Episcopis, qui vocabantur summi Sacerdotes, quia id nomen erat omnibus commune, sicut verbum Papa, ut passim in hoc decreto. Et dixi in tract. ad Edict. Henric. II. contra parvas datas. glossa 15. Tum certum est quod istud erat Concilium Provinciale, quod nullam potestatem habebat decernendi de Episcopo Romano, & alterius provinciæ, & sic de illo non loquitur, sed de omnibus suæ Provinciæ. C. M.

Retentio in Can. Vocis. *Idem in aliis*, & additio facta Sacerdotibus & inferioribus ministris. Canon. Pontifices. est Can. 6. Concilii Agathensis celebrati anno 606. sedente Symmacho Papa, & regnante Alarico Gotho in Gallia trans Ligerim. At nugatur hîc Molinæus, & fallitur glossa: namque hæc verba *aliis* non intelligit aliarum Provinciarum. sed Sacerdotes illius Provinciæ, ut quoad oblationes, dona & legata, idem dicatur de inferioribus Ecclesiis Parochialibus, quod de Ecclesia Matrice & Cathedrali. dixi aliàs de summis Sacerdotibus, de Papa. Id non ignorabat Molinæus antiquis temporibus nomen illud fuisse per Episcopos summo Pontifici delatum, tanquam Patri Patrum, & relativè communicatum Episcopis præ honore inter eos, & ab inferioribus, non verò per ipsos summos Pontifices, qui humilitate id tolerarunt ad annum usque 1073. quo in odium Schismaticorum, nomen illud usurpantium solo Pontifici Romano Gregorius VII. reservavit. Baron. notavit ad Martirologium Romanum sub diem 16. Januarii. G. D. P.

Gregorius 7. solis SS. PP. nomen Papæ reservavit in odium Schismaticorum.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Pontifices, quibus ab extraneis aliquid aut cum Ecclesia sequestratum dimittitur aut donatur.* Ibi. *Hoc tamen scias quòd aliud est dicere, relinquo Canonicis istis, & aliud relinquo Canonicis istius Ecclesiæ.*

Legatum Canonicis relictum Et sic demonstrando aliquos, secùs si simpliciter & sub solo nomine appellativo legaretur Canonicis, quia idem est ac si dicatur Canonicis Ecclesiæ, vel Ecclesiis. Adde Bartholom. Socinum in leg. Civibus. de Reg. jur. C. M.

censetur relictum Ecclesiæ. Illud totum subnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis receptum, & margini suæ subnexum. F. P.

CAUSA XII. QUÆSTIO. IV.

Can. 1. *Sacerdotes.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Tam sui juris, quàm Ecclesiasticarum rerum habitâ compensatione inter Ecclesiam & decedentis hæredes, æquo jure conquisitio pertinebit.* Ibi. *Vel intellige quod dubium est, an de rebus Ecclesiæ, an de suo patrimonio emerit, nam tunc dividi deberet secundùm quantitatem sui patrimonii & rerum Ecclesiæ.*

De acquisitione facta à Beneficiato Ecclesiæ particularis. Panorm. in cap ult. de peculio Clericorum. Clavasius verb. Clericus. C. M.

Illud totum Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum & margini immixtum. F. P.

Can. 2. *Quicumque.*

TEXTUS. In Textu. *Quod si aliquid pro utilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii pertulerit, unicuique totum illud à rebus Ecclesiæ reformabitur.*

De dispendiis aut compendiis factis in utilitatē aut damnum Ecclesiis restituendis. Idem Panorm. consil. 10. lib. 2. C. M.

Et illud ab emendatoribus Romanis usurpatum. F. P.

CAUSA XII. QUÆSTIO V.

Can. 7. *Quicumque.*

GLOSSA. In Glossa verb *De Sanctimonialibus Theutoniæ.* Ibi. *Tamen talium Monialium vita condemnatur. 18. quæst. 2. Perniciosam. Junctâ inscriptione ejusdem Canonis. Perniciosam. Unde Innocentius II.* Ibi. *Condemnatur.*

De Canonicis mulieribus mala ratione damnatis, & tamen reformandis. Scilicet per Innocentium II. qui mala ratione eas reprobat, ideo non fuit illi paritum, & nihilominus usque hodie remanserunt, quamvis quasdam superstitiones habeant, quas bonum esset corrigi. C. M.

Vindicata condemnatio Innocentii II. in Concilio, mulierum in communi non viventium. Innocentius II. in Concilio mille Episcoporum Romæ habito anno 1139. mulierum quarumdam quæ sanctimoniales censeri desiderabant, pernicioſam & detestabilem aboleri decernit consuetudinem, in hoc præcipuè quod propria sibi ædificabant receptacula & privata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites Religiosos, contra sacros Canones & bonos mores, suscipiebant; ex qua consuetudine duo oriebantur scandala, nempe quod hæ mulieres neque Dormitorium neque Refectorium commune haberent, & Religiosi in virorum Monasteriis non hospitarentur, sed cum mulieribus: quare piè & sanctissimè hoc inhonestum detestandumque flagitium, ne ulteriùs fieret, Concilium prohibuit, & sub anathematis pœna interdixit; cui Decreto si mulieres illæ superstitiosæ non paruerint, apud Deum sunt rationem reddituræ. G. D. P.

Bulla Adriani Papæ 4. de Novalibus Monachis concessis ibi additur sub finem hujus causæ. ex editione Balusiana emendat. Gratian. Nec etiam inutile fuerit hîc adnotare quod est in posteriori editione emendationis Gratiani à Stephano Balusio Tutelensi antiquitatis Ecclesiasticæ & veterum Ecclesiæ Canonum sedulo indagatore, post Can. Quicumque. qui finem facit huic causæ duodenæ, in Decreto Gratiani Monachi, alium Canonem subjecisse, qui est Adriani IV. & extat in Codice Colbertino, sub hoc titulo de Novalibus. pag. 511. & sequenti; cujus Canonis Decreto Adrianus Papa interpretans concessiones decimarum Monachis à se factas, sanxit & decrevit in his verbis. *Nos siquidem Religiosis viris non alias decimas, nisi eas quæ de novalibus provenire noscuntur, duximus indulgendas.* Et ibidem & in superiori parte ejusdem Decreti, summus Pontifex conquestionibus (ut ibi legit & rectè corrigit in margine Balusius) dilecti filii Pantalonensis Ecclesiæ Canonici, adversus Priorem & Monachos de Pontideno exhibitis faciens satis, quod quasdam decimationes ad ipsorum jus pertinentes, eis violenter auferre, & ipsos super eisdem decimationibus ausu temerario infestare conarentur, eos dissuadendo ab injusto conatu & tentamine, sic alloquitur: *qui si beati Benedicti regu-*

Sequela decreti Adriani Papæ, de decimis à Monachis sancti Benedicti non diripiendis.

Source : BIU Cujas

lam juxta quam vivitis, & Monasticum habitum quem gestatis, attenta sollicitudine pensaretis, ad proximorum bona diripienda non præsumeretis manus extendere, vel quæ alterius juris sunt, vobis illicitè usurpare. Cujus Canonis fragmentum hîc subjiciendum censui, quod plenius & integrius in prædicto Balusiani Codicis loco, pagin. 511. & 512. tibi poteris, si lubet, exhibere. F.P.

CAUSA XIII. QUÆST. I.

Can 1. *Ecclesias.* In additione Gratiani.

TEXTUS. In Textu ibi. *In Diœcesi autem designata proventus decimationum baptismali Ecclesiæ debet solvi. Junctâ inscriptione. Vnde Dionysius Episcopus Severo Episcopo.*

Ad elucidationem textus & sequentium, de decimis baptismalibus & Ecclesiæ controversiis, inter Parochos actores & Monachos reos.

Verba sequentia non sunt Dionysii, sed Actorum, a quorum simul & reorum litigatum refert Gratianus. C. M.

a Qui actores erant Sacerdotes, decimas sibi & Ecclesiæ baptismali petentes, rei erant Monachi, sibi persolvendas prætendentes, ad majorem subsequentium intelligentiam; quod convenit materiæ præcedenti. F.P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *His itaque respondetur.*

Ordinatio textus in defensione reorum.

Aliàs ita. & sequuntur verba reorum. C.M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Item Propheta; Sumite psalmum & date tympanum, isti à nobis sumunt psalmum, & vos ab eis quæritis tympanum.*

Not. ad modum defendendi reorum & impropriationem vers. 11. in Psalm. 81.

Satis apparet reos conduxisse advocatos, qui in rem clientium omnia miscerent. Vides ante plura sæcula avaritiam, lites, cæcitatem invasisse Ecclesiam externam, quam malè etiam adusque detorquent vers. 11. Psalmi 81. qui tantùm ad laudes Dei urget. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Ad hæc callida & multiplici argumentatione jura nostra auferre contenditis.*

Sequela processus sive disceptationis judiciariæ in replicatione actorum.

Hîc incipit replicatio actorum, usque ad finem quæstionis. C. M.

CAUSA XIII. QUÆST. II.

In principio.

TEXTUS. In Textu ibi. *Ad hæc decimationes istæ, & quæ sequuntur, tamen tricennalis objectio nobis silentium imponit.*

Duplicatio reorum præscriptionem allegantium.

Hîc incipit duplicatio reorum, ratione præscriptionis, & subaudi: Ad hæc scilicet respondent rei. C. M.

Can. 1. *Facultates.*

TEXTUS. Triplicatio actorum in eodem processu. In Textu ibi. *At illi è contra.*

Scilicet actores triplicantes. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu ibi. *Quomodo autem distinguendæ sunt hæ authoritates in causa Monachorum invenitur.*

Not. ad Gratianum Monachum, partes suas hîc intermiscentem, favore Monachorû consodalium suorum.

Hic Gratianus verba sua interponit. C. M.

Hîc in 2. additione Gratiani incipiente, nunc quæritur, à jure decimandi transit ad jus sepulturæ, quod noscendum censui & disceptationi reddatur, ut habetur in Can. sequenti. F. P.

Can. 2. *Ebron.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Ebron dicitur esse civitas trium virorum, quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ.*

Ebron civitas, unde sic appellata. alias Cariatharbe.

Aliàs quatuor virorum, unde vocabatur Cariatharbe, Josué cap. 4. Bartholom. Anglicus libr. 14. cap. 7. C. M.

Can. 3. *Vnaquaque.*

TEXTUS. In Textu ibi. *His omnibus exemplis colligitur.*

Sequela disceptationis per actores insistentes. Scilicet per actores. C. M.

Can. 6. *Vbicumque.* §. Quis ergo

TEXTUS. In Textu ibi. *Quia ergo decimam nobis persolvebat vivus, & apud nos sepeliendus mortuus.*

Conclusio reorum à vita ad mortem, ut sepelire habeant mortuos, à quibus vivis decimas acceperunt. Concluſio reorum. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. Not. ad novam instantiam actorum & sequelam processus. In Textu ibi. *Sed objicitur illud Melchiadis Papæ.*

Scilicet per actores, quod tamen non facit ad ultimam allegationem reorum, sed ad cap. ultim. Voluntas, & cap. Ubicumque, supr. eod. C. M.

Can. 7. *Placuit.* In additione.

TEXTUS. In Textu ibi. *Ait enim, scilicet Augustinus in sermone 2. de vita Clericorum.*

Nota & censura ad textum & inscriptionem Can. subsequentis.

Ad fratres in Eremo: sed illi sermones sunt omnino conficti & supposititii, secundùm censuram Erasmi. Ibi. C. M.

Can. 8. *Si quis irascitur.* In additione Gratiani.

GLOSSA. In Glossa verb. *Mensura testatori præfigitur, quam transcendere prohibetur. Juncto Textu Augustini, qui unum filium habet, putet Christum alterum; si duos habet, putet Christum tertium; si decem habet, undecimum Christum faciat, & suscipio.* Ibi. *Falsum dicit, quia etiam potest totum dare Ecclesiæ, ut 17. quæst. 3. perlatum.*

Defensio Gratiani in sua additione à Molinæo suscepta.

Quod nihil facit, nec debet Gratianus reprehendi, quia loquitur secundùm sensum textûs præcedentis, facit infr. 17. quæst. 4. cap. ult. C. M.

Can. 12. *Questa est.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quia dum Abraham à filiis Ephron, hoc est à filiis Seor, sepulchrum pretio ad humandum corpus uxoris, postularet.*

Ad historiam Patriarchæ Abrahami, & sepulturæ uxoris.

Aliàs à filiis Emon, hoc est Ephron filio Seor, quem acriter ibi insectatur Dom. Alphonsus Tostatus Abulensis Episcopus Hispanus, qui circa annum Domini 1440. in Biblia fusissimè scripsit. C. M.

Can. 14. *In Ecclesiastico.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quid terra terram vendis? memento quod terra es & in terram reverteris. (Et alibi de homine dictum est: terram teris, terram geris, & in terram converteris, qui de terra sumeris.)*

Suppressio additionis per Molinæum ab emendatoribus Romanis usurpata.

Quod hac parenthesi concluditur suppositium puto, quia in antiquis nostris exemplaribus non habetur. C. M.

Hæc Molinæana correctio usurpata est ab emendatoribus Romanis, & hîc addita. F.P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In Ecclesiastico.* Ibi. *Id est in Ecclesiaste.* Restitutio glossæ per Molinæum.

Imò in Ecclesiastico, cap. 7. D. qui vocabatur Panaretas, ut dixi in tract. Usur. quæst. 11. C. M.

Illud prius annotatum Molinæanum ab emendatoribus Romanis usurpatum, suppresso posteriori, ab eo loco D. qui vocabatur Panaretas, ad finem, quod Molinæum argueret Authorem. F.P.

Can. 15. *Præcipiendum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Prohibendum ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu, aut in ipsius Ecclesiæ exhedris.* Ibi. *Exhedræ dicuntur quædam voltæ quæ exterius adhærent porticibus Ecclesiæ. Juncta inscriptione. Idem ex Concilio Varensi.*

Quid sint exhedræ Ecclesiarum, & de sepultura prohibita in Ecclesiis.

Exhedræ hodie dici possunt loca quæ in peristiliis Canonicorum, id est clausstris, vulgò capitula dicuntur. Vide Budæum in annotat. ad leg. 1. §. Si verò, dig. de his qui dejecerunt. C. M.

Supplementum ad notam Molinæanam, hîc & infra.

Illud totum Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis assumi meruit margini suæ affigendum, & de varia notatione, inscriptione & aliis ad textûs intelligentiam & supplementum, vide Stephan. Balusium in nova emendatione Gratiani, sive editionem ab eodem Balusio publicatam, nota ad Gratianum ad hunc Canonem, pag. 513. F. P.

Concilii Varensis nullus, quod sciam, meminit; apud Sirmundum habetur Vasense, 1. anno 442. sedente Leone I. & Vasense 2. anno 529. sedente Fœlice IV. in quibus nihil de sepulturis defunctorum. Burchard. ad lib. 3. decreti, cap. 159. legit ex Concilio Hanerensi. Ivo part. 3. cap. 222. ex Concilio Nannetensi, quod apud eumdem Sirmundum tom. 3. sub annum 900. ubi Can. 6. legit, sed in atrio, aut in porticu, aut extra Ecclesiam, non verò in exhedris Ecclesiæ, præter locos Ciceronis, Vitruvii & divi Hieronimi, quos citat Budæus. Idem Hieronim. ad Eustoch. Si quis cœperit ægrotare, transferatur ad exhedram laxiorem, & tanto senum ministerio confoveatur, ut nec delicias urbium, nec matris quærat affectum; cum hîc de sepeliendis extra Ecclesiam Laïcis, satis aptè Glossa exhedras vocat

Exhedræ Ecclesiarum dicuntur Celtismo nostro *Galleries, Voûtes.*

Source : BIU Cujas

Voltas, vernaculè dicimus *galeries*, *voûtes*, quæ frequentes sunt ad Ecclesiarum Parochialium fores. G. D. P.

De prohibita sepultura in Ecclesiis remissio ad locos de ea re tractantes.

Hîc adde ea quæ habentur de Concilio Varensi vel Vasensi apud Anton. Augustin. de emendat. Gratiani lib. 1. dialogo 15. & in addit. 1. ex quo loco Domin. G. D. P. suam notam hîc confert tacito Authore, verum quoniam in hocce Canone, Præcipiendum, sermo est de sepulturis in Ecclesiis non faciendis, de his sufficiat quod de ea materia pluribus disceptavimus in tractatu nostro & avitino de Beneficiis Ecclesiasticis, ad verba definitionis beneficiariæ, cum suo reditu, cap. 4. de oneribus & immunitatibus Ecclesiarum. parte 2. de immunitatibus. §. 4. de prohibita sepultura in Ecclesiis. per totum. F. P.

Can. 21. *Pro obeuntibus.*

Inscriptio.

In Inscriptione ibi. *Unde Gregorius Papa Bonifacio Archiepiscopo. Juncto textu de orationibus pro defunctis.* Ibi. *Gregorius.*

Censura ad inscriptionem.

Non primus ille, sed tertius magis adhuc degenerans. C. M.

Censura ad notam Molinæanam.

Hæc postrema verba, magis adhuc degenerans, desumpta ex editione Molinæi anni 1553. quæ in totum Calviniſmum redolent, nec video unde Gregorius author hujus Canonis, ab antiquiori Gregorio, sive primo, degeneraverit. F. P.

Can. 23. *Tempus.*

Inscriptio.

In Inscriptione. *Item Augustinus in Enchiridio. Juncto textu qui est de igne purgatorio.* Ibi. *In Enchiridio.*

Elucidatio textus & inscriptionis ad ignem purgatorium.

Cap. 100. sed vide Confess. lib. 19. cap. 12. Petrus Lombard. 4. sentent. distinct. 45. hæc prolixè, sed non ex verbo Dei exagitat, & commentatores ejus Mandrabulum imitantur, ut libri eorum ostendunt. C. M.

Censura notæ hujusce Molineanæ.

Hoc totum Molinæi annotatum desumptum ex ejusdem editione anni 1553. sed utraque lectio damnanda, cùm sit ignis Purgatorii quodammodo abnegatoria. F. P.

Can. 24. *Qui alij.*

Inscriptio.

In Inscriptione. *Ambrosius in lib. de obitu Theodosii Imperatoris dicit.*

Censura inscriptionis.

Column. 1. tom. 4. sed Erasmus censet omnino & absque dubio suppositum. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu in fine Ibi. *Consummati sunt dies luctûs: utraque ergo observatio habet authoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium.*

Observationis dierum luctûs ratio redditur.

Scilicet humanæ consolationis, & officii humanitati debiti, ut docet Ambrosius in lib. de Abraham Patriarcha, & Joannes Chrysostom. Can. Ubicumque, infr. eod. C. M.

Hoc totum Molinæi subnotatum ab emendatorib. Romanis usurpatum margini suæ inseri meruit. F. P.

Can. 28. *Qui divina.*

Inscriptio. Additio ad inscriptionem, ut clarior fiat.

In Inscriptione ibi. *Item ex Concilio Toletano tertio.* Cap. 22. lib. 1. part. 2. carth. 44. Parisiis impressorum. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloss. verb. *Abraham pater noster nescivit. Junctis præcedentibus, de mortuis quæritur utrùm sciant quæ à vivis geruntur.* Ibi. *Quia nondum erat hostia oblata, per quam aperta fuit janua Paradisi.*

De invocatione Sanctorum nota damnanda.

Imò quia hæc sola hostia salvat nos & intercedit pro nobis, non alius, nec Abraham quidem. C. M.

Censura amplior hujus notæ Molinæanæ per remissionem ad alios locos.

Pauca quædam hîc desumpta & addita ex editione Molinæana anni 1553. sed totum damnandum, cùm & interceſſiones Sanctorum excludat, quod Calviniſmum & Lutheraniſmum redolet. Vide quæ subnotavi infrà ad ejusdem Caroli Molinæi notam in Clementina 2. Sæpè contingit, & ultima in verb. irritandas. Ibi, per interceſſionem Virginis glorioſæ, de verb. ſignific. ubi Molinæus & interceſſionem Virginis glorioſæ videtur excludere, quod nos ibidem condemnavimus. F. P.

Can. 30. *Quæsitum.*

Glossa.

In Gloss. verb. *Qui in patibulis suspenduntur.* Ibi. *Consuevit quæri quare liberetur qui fugit ad Ecclesiam, & non ille qui recipit corpus Christi: dico quod privilegium est Ecclesiæ, quod non debet trahi ad consequentiam.*

Favor asili Ecclesiarum non trahendus ad cõsequentiam & ad alios casus.

Adde quod nec ipse quidem defendit, scilicet Christus, nec politiam civilem vel criminalem unquam impedivit, sed magis confirmavit. C. M.

De favore asilorum & refugii fit hîc remissio ad authores ea de re tractantes.

Hodie hæc omnia privilegia asilorum Ecclesiasticorum & locorum sanctorum evanuerunt, & abrogata fuerunt Constitutione Regia Franciſci I. anni 1539. art. 166. De his verò asilorum privilegiis & immunitatibus, vide, si lubet, quæ de his fusiùs disseruimus in tractatu nostro & avitino de Beneficiis Ecclesiasticis, ad verba definitionis Beneficiariæ cum suo reditu cap. 4. de oneribus & immunitatibus Ecclesiarum, part. 2. de immunitatibus. §. 4. de jure asili & refugii Ecclesiis & Cœmeteriis debito. Et in id quod hîc tractatur de Sacramentis ultimo supplicio deputatis non abnegandis, vide quæ subnotavi ad notam Caroli Molinæi ad Clementinam 1. in gloſſa verb. Pœnitentiæ. Ibi Euchariſtiæ, de pœnit. & remiſſ. F.P.

CAUSA XIV. QUÆST. I.

Can. 1. *Episcopus.* in additione Gratiani, Quid ergo.

Textus.

In Textu ibi. *Quid ergo generaliter prohibetur perfectis in judicio contendere?*

Qui sint verè perfecti nota dãnanda, quòd meritum bonorum operum revocet.

O bis stultos, qui perfectionem metiuntur ex operibus hominum, ut Augustin. de Anchona in summa de potest. Eccles. & omnes id genus. C. M.

Can. 2. *Quod debetur.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Sic cætera accipias.* Ibi. *quæ omnia sunt consilii, junctis præcedentibus Augustini præceptis, sicut illud est, qui te percusserit in unam maxillam, &c.*

Quomodo exeãquenda quæ sunt consilii remissio Molinæi, ad alios locos.

Dicendum ut dixi in tract. Usur. quæst. 11. C. M.

CAUSA XIV. QUÆST. III.

Can. 1. *Si fœneraveris.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Plusquam dedisti ne expectes.* Ibi. *quia in istis quæ consistunt in pondere, numero & mensura, transfertur dominium, cùm illud sit mutuum, unde res illa statim est periculo illius qui recipit.*

In iis quæ pondere, numero & mensura constãt, non licet plus exigere quàm datum sit.

Leg. Si unus ex sociis. §. Si unus. pro socio. C. M.

Illud Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis mutuatum, & margini affixum. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa eadem, ibi. *Pone quod aliquis vendat usum pecuniæ & recipiat in se periculum, talis contractus non est vitiosus, quia cùm usus sit illius qui vendidit, licitè potest eum vendere.*

De usuris hîc agitur, an sint licitæ vel non.

Putà locando, Franciſc. Purpur. leg. 1. §. 1. column. 9. num. 68. Si certum petat. Vide quæ dixi in tract. de usur. quæst. 3. super leg. periculi pretium. C. M.

Illius prænotati à Molinæo prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata, & hîc margini annexa, omissa posteriori, quia Molinæi manum nimium redolebat. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Fœneratores, si plusquam dedisti expectes.* Ibi. *Sed quid si mutuetur hoc pacto, ut sibi etiam remutuet, cùm opus habeat, non credo quod illud possit deducere in pactum: & ita naturalis obligatio non potest deduci in pactum.*

An naturalis obligatio possit deduci in pactum.

Istam sententiam tenet Goffrid. extr. de usuris, verb. Consuluit. sed gloſſa præcedens videtur innuere contrarium. Verſ. Item nonne. Archidiac. dixi in tract. usur. circa principium. C. M.

Illud Molinæi subnotatum emendatores Romani margini suæ annexuerunt, omissis quæ in fine, quæ sunt citationis tractatûs sui de usuris, quia vivum Molinæum exhibebant, & sunt desumpta ex additione ejusdem Molinæi anni 1553. F. P.

Can. 3. *Plerique.*

In Textu ibi. *Item si quis instaurandum convivium, putat, ad negociatorem mittit, ut absinthiaci cupellam deferat sibi gratis, &c.*

Vide

Source : BIU Cujas

Quid sit absinthiacei cupellia colligere ex Alciato hîc & aliis.

Vide Alciat. Parerg. libro 7. cap. ult. C. M.

Adde & Ludovic. Lacerdam. in adversariis sacris. cap. 65. num. 14. F. P.

Inscriptio.

Can. 5. *Si quis Clericus.*

In Inscriptione. Ibi. *Item ex eod. Junctâ inscriptione, Can. præcedentis. Item ex Concilio Martini Papæ.*

Correctio inscriptionis.

Imò ex Concilio Terraconensi. cap. 3. C. M.

Hanc Molinæi inscriptionis correctionem tandem insecuti sunt emendatores Romani. F. P.

Inscriptio.

Can. 6. *Nullum Clericum.*

Correctio inscriptionis.

In inscriptione. Ibi. *Item ex Concilio Agathensi. 3.*

Imò Concilio Carthaginensi 3. cap. 16. C. M.

Textus.

Can. 8. *Quoniam.*

In Textu. Ibi. *Vel etiam species frumentorum ad sescuplum dare.*

Quid sit ad sescuplum dare hic exponitur.

Id est ut tantumdem cum augmento sextæ partis, putà septem pro sex, ut dixi in tract. usurar. in abaco. C. M.

Textus.

Can. 11. *Quid dicam.*

In Textu. Ibi. *Quid dicam de usuris, quod jure possidetur, hoc certè alienum non est; hoc autem jure possidetur quod justè, & justè quod bene.*

An quod possidetur exactione usurarum, juste possideatur.

Hinc Thomas Aquinas in Opusculi. tract. de Usuris. cap. 5. infert quod secundum legem divinam non transfertur dominium in Usurarium, sed tantùm secundum legem humanam. C. M.

Hoc totum Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis hîc margini insertum. F. P.

Ibidem §. *Porro.* est præfatio & inscriptio subsequent.

Textus.

Can. *Ab illo.*

In Textu. Ibi. *Porro à quo usuræ exigendæ sunt Ambrosius testatur.*

Censura inscriptionis ex variis authoribus.

Tomo 3. de Tobia. cap. 15. sed Erasmus censet librum suppositicium, vel multa falsa addita vel detracta. Idem ante eum censuerunt Theologi Scholastici, dicentes librum esse vitiatum ab Hæreticis, nec esse Ambrosii, ut Conrad. de Sumenhart. tract. de contract. C. M.

CAUSA XIV. QUÆST. V.

Præfatio sive principium.

Textus.

In principio textûs. Ibi. *Augustin. testatur in libris de verbis Domini tract. 15.*

Elucidatio inscriptionis per additionem vel immutationem.

Id est sermone. C. M.

CAUSA XIV. QUÆST. VI.

Textus.

Can. 2. *Comperimus.*

In Textu. Ibi. *Quod semel consecratum est, eis non valet ultra restitui.*

An semel consecratum possit restitui usibus profanis.

Fatua superstitio. gloss. Joann. And. in cap. semel. [a] de reg. jur. in 6. C. M.

[a] Ad quod capit. Molin. etiam notam adjecit in casu. ibi indiget novo tecto. de regul. jur. in 6. quam hîc. Adjice & quod ibi subnotavimus. F. P.

Joann. Andr. dicit Prælatum non posse facere quin calix consecratus maneat consecratus stans integer; Molinæi notæ causam dedit textus corruptus: in suo Codice legitur, Comperimus nullam extitisse causam præterquam res eorum &c. legendum & restituendum *res Judæorum.* hunc Can. Archidiaconus de vasis sacris intelligit, his benedicitur & signum crucis imponitur. Judæi suis festivitatibus, in memoriam Amannis crucifixi, crucem annuatim ligneam contumeliosè præferebant, tum igne cremabant, inde sumptâ occasione passionis Dominicæ irridendæ, quod eis prohibuerunt Honor. & Theodos. leg. Judæos. Cod. de Jud. anno 408. Ne autem, si vasa benedicta, crucis figura insignita Judæis restituerentur, nova illusionis & scandali daretur occasio, restitutionem prohibuit Gregorius Magnus, qui aliàs pupillis quibusdam Christianis parentis bona reddi jussit, licet Ecclesiæ obligata, lib. 2. Epist. 17. Ut autem ex Joann. Andreæ loco vera stet resolutio, dicendum materiam ab Ecclesia reddi posse rudem & informem, non verò materiatum benedictum & consecratum, quamdiu stat integrum. G. D. P.

Restitutio hujusce Canonis, Comperimus. secundum emendationem Romanã.

Mos Judæorum Dominicæ crucis irridendæ.

Resolutio ad textum Can. Dõ. G.D.P. ex Joann. Andreæ.

Ut autem lux fiat huic Can. atque etiam notæ sive censuræ Dom. G.D.P. ad notam ipsius Molinæi, per restitutionem ei factam, ex restituta pariter leg. Judæos. Cod. de Judæis & Cœlicolis. vide quomodo eamdem legem restituerint tum Guido Pancirollus in thesauro variarum lectionum. lib. 2. cap. 179. tum Joann. Leundavius lib. 1. notatorum. num. 38. F. P.

Restitutio facta ad leg. Judæos, Cod. de Jud. & Cœlicolis.

Can. 4. *Furantem.*

In Glossa verb. *In fornicatione non ideo diversa, si mulier sit pulchra aut deformis.* Ibi. *dixit magis peccari cum pulchra quàm cum deformi.*

Glossa.

Domin. Andr. Tiraquell. de leg. connubial. carth. 15. ubi latè. C. M.

An fornicatio augeatur aut minuatur ex subjecto.

Illud notatum Molinæi ab emendatoribus Romanis usurpatur, & margini hîc inseritur. F. P.

CAUSA XV. QUÆST. I.

Præfatio sive principium.

Textus.

In Textu in principio. Ibi. *Peccatum illud quippe cogitandum est quod tantummodo peccatum est, non quod etiam est pœna peccati.*

De fomite peccati, an peccatum sit.

Et sic fatetur Augustin. fomitem seu vitium corruptæ naturæ inhærens esse verum peccatum, prout est æterna morte dignum; quàm ergo necesse est omnes humiliari, & ad unicum Christum venire. C. M.

Textus.

Can. 1. *Merito.*

In Textu. Ibi. *Nam si diligenter inspiciatur fortè ipsum peccare, nemo velit, sed propter aliud quod vult, peccat.*

Qui peccat, propterquod peccat, expenditur.

Audacius definit Hieronim. de Hangest. in introductione morali. fol. 16. Alexand. de Nevo. contra allegationes Galvani. C. M.

Textus.

Can. 3. *Firmissimè.*

In Textu. Ibi. *Nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hîc à malis fuerit per pœnitentiam fidemque conversus, & per Sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est per Baptismum liberatus. Junctâ inscriptione. ait enim Augustinus de parvulis ad Petrum Diaconum.*

Sacramentum Pœnitentiæ nos debet salvare.

Non dicit Augustinus aliud Sacramentum Pœnitentiæ. C. M.

Baptisma in parvulis dicitur Sacramentum fidei & pœnitentiæ.

Hoc fuisset extra rem. Augustinus ad Petrum Diaconum loquitur de parvulis, quos pœnitentiam agere non posse dicit, quæ majoribus ad actualem peccatorum remissionem necessaria est, parvulis, qui pro peccato originaliter contracto pœnitere non possunt, Sacramentum fidei, nempe Baptisma sufficit, quod eorum respectu vocat Augustinus Sacramentum fidei & pœnitentiæ; at majorum respectu, pœnitentiam aliud & distinctum à Baptismo esse Sacramentum, nostri adversus Hæreticos probant Theologi. Hos autem Augustini locos de Baptismo & Pœnitentia selegi lib. 7. de adult. conjug. cap. 16. Si peccatum transactum est, & in eo non permanetur; si à Cathecumeno factum est, Baptismate abluitur; si à baptisato, pœnitentia & reconciliatione sanatur. Idem epist. 180. Quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu atque ab omni ætate concursus, aliis Baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, & infr. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus submINISTRAT, omnibus subvenitur, alij baptisantur, alij reconciliantur, nulli Dominici corporis communione fraudantur. G. D. P.

Can. 4. *Mulier.*

* Inscriptio.

In inscriptione. Ibi. *Unde Augustin. super Leviticum. cum additione summarii. Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accesserit.* Ibi. *Augustinus super Leviticum.*

De occisione pecoris ad quod peccator accesserit, ut facti memoria intereat.

Cap. 20. quæst. 74. hoc etiam practicatur, ut Guido Pap. quæst. Delphinal. 238. C. M.

CAUSA XV. QUÆST. VI.

Can. 2. *Authoritatem.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Authoritatem prædecessorum secuti, & nominatim beatissimi Papæ & Martyris Alexandri quinti à beato Petro.* Ibi. *Alexandri.*

Monitum ad inscriptionem corrigendam.

Hujus nominis primi, & sic non potest esse quintus, computando Linum & Cletum, quos aliqui non computant, alioquin iste esset septimus, necesse est erro-

Source : BIU Cujas

rem semel admissum initio confundere, historiam saltem in initio. C. M.

A. & *AB.* voces exclusivæ & separativæ.

Hæc verba *à beato Petro* interpretare post Petrum, eo non computato: sunt enim dictiones *A. AB.* exclusivæ & separativæ, Tiraquell. de retract. lin. art. 1. gloss. 11. num. 152. Sedisse post Petrum quidam dicunt Linum, Clementem, Cletum, Anacletum, Evaristum, Alexandrum, qui sextus esset, alii Linum vivente Petro Coadjutorem sedisse, alii Linum post Petrum censentes, Cletum cum Anacleto confundunt, ex quarum opinionum alteram amplexatus Nicolaus quintum numerat Alexandrum. G. D. P.

De ea vocum significatione remisso ad authores.

De significatione hujus propositionis *A.* & *AB.* vide supra notam Molinæi ad Can. à Subdiacono. distinct. 93. & quod ibi subnotavimus. F. P.

Ibidem. §. 2. *A fidelitatis.*

Textus.

In Textu. Ibi. *A fidelitatis etiam sacramento Romanus Pontifex nonnullos absolvit, cum aliquos à sua dignitate deponit.*

An Papa possit absolvere subditos à Sacramento fidelitatis.

Verba sunt Gratiani, sed vide quorsum tendat. C. M.

Finis hujus annotationis Molinæanæ desinens in hæc verba, *sed vide quorsum tendat*, quæ desumpta sunt ex ejusdem editione anni 1553. & de ea materia depositionis Regum, vide plura in duobus subsequentibus Canonibus. F. P.

Can. 3. *Alius est.*

Inscriptio.

In inscriptione *Unde Gelasius Papa Anastasio Imperatori Juncto textu, qui est de depositione Regis Francorum à Zacharia Papa.*

De depositione Regum per exempla domestica, probata quod non valet.

Viden ut exempla domestica pro præjudiciis ingerant, etiam Imperatoribus, contra quæ Joann. Andræas in Clementina 1. de jurejurando. C. M.

Testimonium Papæ defenditur ab alio Papa depromptum.

Joann. Andræas verb. Bonifacio. Familiaris est hæc probatio, cum Papa alium Papam inducit in testem, ut notat Joan. 9. quæst. 3. patet. familiaris, inquit, est hæc probatio, quod unus Papa inducit alium Papam in testem, quia de ipsorum testimonio non est dubitandum, non est hæc tam familiaris probatio, quàm publica consuetudinis & possessionis per exempla assertio. G. D. P.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Zacharias Pontifex Romanus Regem Francorum à Regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in ejus locum substituit.*

Ad historiam depositionis Regum Franciæ & subrogationis Pipini à Papa factæ.

Filium Martelli fautoris sui. Volateran. carth. 19. & 20. Galter. in homiliis. carth. 9. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Omnesque Francigenas à juramento fidelitatis absolvit, quod etiam ex authoritate frequenti agit sancta Ecclesia.*

Correctio textus per glossam ad eamdem materiam depositionis Regum.

Ut in consequentiam trahunt, sibique jure potestatis attribuunt, quod simplicis erat consilii, ut etiam tenet hîc glossa. verbo deposuit. quæ textum corrigit, & quam sequuntur Guillelm. Occam. dialog. lib. 6. part. 1. cap. 9. & fol. 240. column. 3. & in tract. de potest. Eccles. quæst. 11. cap. 8. Andr. Isarn. quæ sunt regalia. column. 22. in usib. feud. Jacob. Alcmain. de potestate Eccles. contra Thomam de Vio. Joann. Igneus in disputat. an Rex Franciæ subsit Imperatori. column. 39. dixi ad Philipp. Decium. in cap. 1. num. 8. de probat. C. M.

Interpretatio Papæ hujusce Canonis, de consensu Papæ depositioni Regum per populos tentatæ, quod est sententia glossæ.

Glossa textum non corrigit, sed interpretatur his verbis, dicitur deposuisse qui deponentibus consensit, non est tamen hic Canon Gelasii I. qui sedit ab anno 492. ad annum 496. Zachariamque assumptum anno 742 tribus ferè sæculis antecessit, sumptus ex epist. 21. lib. 8. epistol. Gregorii VII. Herimano Metensi Episcopo scripta, quam refert Ivo decret. lib. 5. cap. ult. cujusque habes partem suprà distinct. 96 Can. 9. & 10. in qua proponit exempla Gelasii & Zachariæ, Gelasii integra extat epistola ad Anastasium Imperatorem, apud Baron. sub annum 494. qua nec excommunicationem nec depositionem minatur. Dicit Gelasius, si quantùm ad ordinem pertinet disciplinæ, cognoscentes Imperium tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent Antistites; & infrà. quapropter sub conspectu Dei purè & sincerè pietatem tuam deprecor, obtestor & exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias; rogo, inquam, ut me in hac vita audias potiùs deprecantem, quàm, quod absit, in divino judicio sentias acculantem. Hæc Gelasius. Zachariæ nullum habemus decretum, nullam epistolam. Constat Pipinum, tonso Chilperico à proceribus, in Regem assumptum anno 752. Pontificatus Zachariæ anno 2. non tam Zachariæ authoritate, quàm consilio. Ado Viennensis, qui scripsit ad annum 879. sæculi Pipini proximus author narrat Francos per consilium legatorum (quos Pipinus Romam miserat) & Zachariæ Pontificis, electum Pipinum Regem sibi constituisse. Annalium author incertus, qui scripsit ad annum 883. dicit Zachariam Papam ex authoritate sancti Petri Apostoli, mandasse populo Francorum, ut Pipinus, qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Gregorius VII. anno 1081. pontificatus sui 9. Episcopo Metensi scripsit, Zachariam Regem Francorum deposuisse, omnesque Francigenas à juramento fidelitatis absolvisse. Aymon. qui scripsit ad annum 1169. lib. 4. de gestis Francorum. cap. 61. narrat Pontificem mandasse, melius esse illum vocari Regem, apud quem summa potestas consisteret, dataque authoritate jussisse Pipinum Regem institui. Guaguin. qui scripsit anno 1489. dicit responso Zachariæ adductos proceres Pipinum sibi delegisse Regem, & ex Zachariæ sententia atque authoritate illum confirmasse. Summa hæc est. Pipinum majorem domûs Ducem strenuum consilium à Papa quæsiisse, cujus responso accepto, Francos Pipinum Regem sibi elegisse, non verò Chilpericum ab eo depositum, ut dicit Gregorius VII. cujus verbum Glossator rectè interpretatur, non verò corrigit, dicens eum deposuisse qui deponentibus consensit. G. D. P.

Exemplum Chilperici detonsi & Pipini in Regem assumpti hîc exponitur.

Chilperici Regis Francorum detonsi, & Pipini electi ab ipsismet Francigenis ex consilio Papæ exemplum probatur authoritate Annalistarum nostrorum.

His adde quæ habet idem Molin. in not. ad capit. 34. in textu. ibi, transtulit ad Germanos. de elect. & elect. potest. & glossa ibidem. in verb. quoniam extra Ecclesiam non est Imperium. & ad Decium in cap. 1. de probat. apud Gregorium. num. 8. in signo G. & ad Can. sequentem 4. ead. causa & quæst. & ad cap. novit. In textu ibi. Suscipimus necessariò medicamenta curantis. De judiciis apud Greg. & in cap. per venerabilem. In glossa in verb. cùm Rex Franciæ superiorem in temporalibus minimè recognoscat. qui filii sint legitimi. & in verb. potest dubitari. Ibidem. Vidum Conchilium in memorialibus reformat. Ecclesiasticæ. pag. 47. & sequ. & in auctarium probationis. Vide declarationes sacræ Theologiæ Parisiensis, factas apud Regem Christianissimum mense Maio 1663. quæ à nobis inscriptæ sunt in supplement. Pragmaticæ sanctionis Caroli VII. pag 1046. & pag. 1142. & sequ. & quæ diximus in præfat. historica Pragmaticæ Sanct. Divi Ludovici à nobis nuper edita. F. P.

Summaria explicatio ejusdem exempli, quid in eo præstiterint Francigenæ, quid ipse Papa.

De depositione Regum & Principum à Papis tentata judicium rem sium ad authores ea de re tractantes.

Can. 4. *Nos sanctorum.*

Textus.

In Textu. junctâ inscriptione. *Item Gregorius VII. Romanæ Sinodo præsidens dixit.* Ibi. *eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, Apostolica authoritate absolvimus.* Ibi. *excommunicatis.*

Qua arte Gregorius VII. Imperatores opprimebat, ut regali a supprimeret.

Id est Imperatoribus, quos iste, ad regalia supprimenda, hac arte opprimebat. Dixi in tract. contra abusus. Glossa 15. & omnes Historici testantur. C. M.

Illud posterius hujusce annotationis Molineanæ, ab his verbis, *dixi in tractatu ad finem*, additum & desumptum ex editione ejusdem Molin. anni 1553. F. P.

Ibidem.

In Glossa verb. *Fidelitate aut sacramento constricti sunt. In notis præcedentibus.* Ibi. *Cùm nemo debeat participare cum excommunicato: nec obstat illa decretalis vere. de sentent. excommunicat. quia illud factum fuit de necessitate. Brixiensis.*

Source : BIU Cujas

An participare liceat cum excommunicato.

Quidquid dicat Bartholomæus Brixienſis, opinio gloſſæ Joannis verior eſt. Vide Panorm. cap. Veritatis. de dolo & contumacia. column. 16. C. M.

An excommunicati ſint vitandi vel non?

In hac quæſtione contrarii fuere Innocent. & Hoſtienſ. ad capit. Veritatis. de dolo & contumac. ut hîc Joann. & Bartholom. Brixienſis. At Panorm. ad d. cap. Veritatis. num. 39. cum Brixienſi ſentit, ut & Rebuff. ad concord. tit. de excommunicatis non vitandis. verſ. 43. Quorum opinionem locum habere puto tantùm in excommunicato majori excommunicatione; quæ eſt ſententia Ugolini tractatu de cenſur. Eccleſiaſt. tab. 2. de excommunicatione majore. cap. 20. §. 2. num. 2. Sed alio jure utimur, quia ex conſuetudine Galliæ in foro ſæculari non admittitur excommunicationis exceptio. Tiraquel. de retract. linear. art. 1. gloſſ. 9. num. ult. poſt Fabr. & Aufrer. Argentr. in conſuetud. Britanniæ. art. 283. gloſſ. 8. in principio. G. D. P.

Exceptio excommunicationis non habet locum in Gallia.

De materia an excommunicati vitandi ſint vel non, remiſſio ad authores & locos de ea tractantes.

De ea materia, an excommunicati vitandi vel non, vide decretum Concilii Baſileenſis & pragmat. ſanct. tit. de excommunic. non vitand. & in concordatis. & quæ addidimus in ſupplementis noſtris ejuſdem pragmat. ſanct. ad idem decretum de excommunic. non vitand. pag. 1140. & ſequ. & in præfatione hiſtorica ad pragmat. ſanct. Divi Ludovici à nobis edita. pag. 32. & ſequ. F. P.

CAUSA XV. QUÆST. VIII.

Can. 3. *Cum multæ.*

Textus.

In textu ibi. *Ex Epiſcopi, uſque ad Subdiaconem, cum ancilla vel ingenua deteſtando connubio procreati:* Ibi. *Proles in ſervitute ejus Eccleſiæ, de cujus Sacerdotis vel Miniſtri ignominia nati ſunt, iure permanebunt, & in Gloſſa.* Ibi. *Quidquid tamen hîc dicatur, cum Eccleſia non ſit iſto iure uſa, perdet ius iſtud.*

Proles, ex Miniſtri Eccleſiæ connubio procreata non redigenda in ſervitutem Eccleſiæ.

Hoc verum, quamvis Panorm. hanc gloſſam reprobet, in cap. 2. de cohabit. Cler. & mulier. & Gloſſa Pragm. Sanct. de Concubinariis. verb. cohabitaverunt. §. qui etiam. C. M.

Can. cum multæ. ſumptus eſt ex Concilio Toletano 9. anno 655. ſedente Gratiano: cæterum Panorm. & gloſſ. Pragm. Sanct. hanc gloſſam non reprobant, ſed eam interpretantur cum Hoſtienſi Joann. Andr. Cardinal. Zabarella. & Petro Ancharano, ut Concilium Toletanum locum ſibi vindicet in filiis natis ex Clericis qui uxores duxerunt, nec diſputavit de uſu, de quo Ludov. Romanus ſingul. 526. & additio ad eum, atque cum ea ſentit Henricus Bohic. d. cap. 2. de cohabit. Cler. & mul. G. D. P.

De hoc canone & eius interpretatione dom G. D. P. judicium.

Can. 5. *Sciſcitantibus.*

Textus.

In textu ibi. *Non poteſt aliquis, quantumcunque pollutus ſit, Sacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt.*

Ergo venditare quas vocant indulgentias ſimul vel immediatè poſt ſacramentum Euchariſtiæ, eſt horrenda blaſphemia in Sacramentum. C. M.

Illud deſumptum ex editione Molinæana anni 1553. ſed non video quæ fuerit aut eſſe potuerit relatio, Miniſtri aut Sacerdotis polluti miniſtrantis Sacramenta Eccleſiæ, de quo agitur in noſtro can. ſciſcitantibus. ad conceſſiones Indulgentiarum. Imo illud contrarium argueret, malam adminiſtrationem (ſi quæ eſſet) corrumpere neutiquam poſſe ipſum Indulgentiarum uſum, nihilominus ut Molinæanæ cenſuræ quamvis extemporaneæ ſatisfiat, ſubjiciendam curavi notam & cenſuram domini G. D. P. prout ſequitur. F. P.

Notatum non videtur eſſe ad rem notati, de Indulgentiis vendendis, ad pollutionem Sacramentorum, de quo judicium amplius hic ſubjicitur.

Invidioſè nimis hoc dictum: Indulgentiarum originem Theologi ſumunt ab Epiſtol. Pauli 2. ad Corinthios. cap. 2. ubi Corinthum incæſtuoſum, quem excommunicaverat, abſolvit, uſum & praxim repetunt ex Tertulliano & Cypriano, & ex Concilio Nicæno. can. 11. 12. eleemoſynis peccata redimuntur, Indulgentias conceſſerunt Summi Pontifices peccatoribus pœnitentibus; eleemoſynas vel pro pauperum alimentis dantibus, vel pro captivorum redemptione, vel pro Eccleſiarum fabrica, vel pro bellorum in Mahumetanos impenſis, Eccleſiis conceſſit Indulgentias in Germania Leo III. anno 804. Indulgentias conceſſit Sergius II. Eccleſias Romanas quaſdam devotè viſitantibus anno 847. aliarum Eccleſiarum viſitatoribus pœnitentibus Indulgentias conceſſerunt Honor. II. anno 1030. Alexand. II. anno 1070. Urban. II. anno 1092. Apoſtolorum limina viſitantibus conceſſit Paſchalis II. Unde Jubilæi à Bonifacio VIII. inſtituti origo anno 1300. Indulgentias pro ſtipendio belli Hieroſolymitani primus conceſſit idem Urbanus II. anno 1095. Indulgentiarum ritum, quibus peccatores ad pœnitentiam, ſatisfactionem, & Sacramentorum invitantur participationem, nemo ſanus damnabit. Quæſtores pro eleemoſynarum collectione (quam etiam ordinavit D. Paul. I. ad Corinthios. cap. ult.) ſi pravas commiſerunt exactiones, illorum numquam toleravit abuſum Eccleſia, repreſſerunt & emendaverunt Innocent. III. in Concilio Lateranenſi circa annum 1215. cap. cum ex eo. de pœnitentiis & remiſſ. & Clemens V. in Concilio Viennenſi anno 1311. Clementina 2. eod. tit. Quæſtores & quæſtuarias Indulgentias abrogavit Concilium Trident. ſeſſ. 31. anno 1562. & ſeſſ. ultim. anno 156. vivente & videnti Molinæo. Atque iterum Pius V. Bulla expreſſa anni 1566. G. D. P.

hîc exponitur per varia tempora.

De Indulgentiarum uſu authoris judicium; & de prava Quæſtorum collectione reprimenda.

Indulgentiarum ſingularem tractatum. Vide apud Boët. Eponem in antiquitatibus eccleſiaſticis. titul. ſive tractatu de Indulgentiis. F. P.

Indulgentiarum Sedis Apoſtolicæ conceſſionis uſus

CAUSA XVI. QUÆST. I.

Can. *De præſentium* 20.

Textus.

In textu ibi. *In Monachis & defenſoribus Monaſteriorum, omnimoda illius habitus, & iſtius officii diverſitas eſt, illic enim quies, oratio, labor manuum. Iuncta inſcriptione. Unde Pelagius Antoninæ Pratitiæ & Deciæ*; Ibi. *Labor manuum.*

Et ſic etiam poſt obitum Auguſtini, ſententia ejus in libro de opere Monachorum obſervata fuit aliquandiu. C. M.

Sententia de opere Monachorum confirmata poſt D. Auguſtini tractatum.

Can. 39. *Hinc etiam.*

Textus.

In textu ibi. *De quodam Monaſterio in regno Francorum conſtructo præcepit, ut ſine regali proviſione, & Monachorum electione, nullus ibi Abbas aliqua umquam ſubreptione introduceretur; & ut eiuſdem Monaſterii Abbas numquam ad Epiſcopatum eligeretur, ne fortè occaſione Epiſcopatus, Abbatia aliquid detrimenti pateretur, juncta inſcriptione in regiſtro Gregorii legitur. Et additione Gratiani: quod privilegium ita eſt illius Eccleſiæ, ut communem legem Regibus vel Abbatibus omninò dare non poſſit.*

Quod ſequitur non eſt de textu Gregorii, ſed ſunt verba Gratiani, convenienter more ſuo aſſuta, & ſic in textu non eſt privilegium, ſed erat jus commune Regum Francorum, ut probavi in tractatu contra parvas datas ad edictum Henrici II. part. 2. gloſſa 15.[a] C. M.

Partes Regum Franciæ in proviſione Abbatiarum eſt verum jus commune.

Hæc verba convenienter more ſuo aſſuta ſunt ex additione editionis anni 1553. F. P.

[a] Locus eſt à num. 32. ubi de Epiſcopis & Abbatibus. Tractatum de Abbatibus remiſi ad cap. nobis. de jure patron. apud Gregorium de Summis Pontificibus dixi ad can. 1. diſtinct. 63. oportune hîc. De Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in iis aliud electio, aliud ordinatio; ab initio naſcentis Eccleſiæ ad uſque imperium Conſtantini, fuit electio per Clerum populo præſente, quam ſibi non ſumpſerunt Imperatores Ethnici: ordinatio ſive manus impoſitio ſemper fuit Epiſcoporum, ſed de electione agendum: hoc non uſurpavit munus idem Conſtantinus, qui poſt ejectum Euſebium Nicomediæ Pontificem, mandavit Nicomedienſibus ut

De electione Patriarcharum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum hîc agetur.

In Oriente nulli Imperatores aut Principes niſi

Source : BIU Cujas

hæretici partes in electionibus usurparunt quorum prædeunt hic exempla.

orthodoxum eligerent, ait Theodoretus lib. 1. cap. 20. Primùm invenio Constantium Arrianæ sectæ Pauli Episcopi Constantinopolitani legitimam electionem improbasse, & ejus loco Eusebium renunciasse, apud Socratem lib. 2. cap. 5. sic legimus Valentis Imperatoris in Oriente hæretici tempore, Episcopos illius favore promotos & Basilii epist. 69. cum Valentinianus orthodoxus Occidentis Imperator electionem Ambrosii Mediolanensis Episcopi recusaret oblatam, ex eodem Theodoreto lib. 4. cap. 5. & 6. sanè Theodosius primus Nectarium Episcopum elegit Constantinopolitanum: Leo contra de Episcoporum electionibus ritè faciendis leg. si quemquam. 31. cod. de Episcop. & Cler. promulgavit anno 469. At Justinus Imperator orthodoxus post multas dissensiones Paulum Presbyterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Antiochenum elegit Episcopum; sic & Epiphanius Constantinopolitanus Antistes Hormisdæ Papæ enunciat se ab eodem Justino electum, cum Sacerdotum, Monachorum & plebis consensu; legitur quoque Justini ejusdem jussu datum fuisse Asterium Alexandriæ Episcopum: quibus sese ingessit electionibus eo tempore Justinus, quo Patriarchales sedes vi & violentia tentabant hæretici in Oriente usurpare: hæc sunt inter Orientales exempla præcipua quæ notavi ab anno 306. quo Constantinus cœpit imperare, ad annum 527. quo Justinianus in Imperatorem assumptus est, qui anno sequenti Pontificum electiones eo voluit ordine fieri, ut tres populus cujusque Diœcesis nominaret personas rectæ fidei & honestæ vitæ, quorum unus ad Episcopalem promoveretur. leg. omnem. 42. cod. de Episcop. & Cler. in Occidente nullas ab Imperatoribus factas Episcoporum electiones notavi: Quod ad Gallias attinet, ab anno 98. quò Dionysium ad Gallias misit Clemens ad annum 514. quò Clodovæus obiit, nulla dari potest Episcopi per Principes quosquam facta electio, Clodovæo defuncto, cum Arvernus populus Quintianum elegisset Episcopum, post Euphrasii decessum, quendam nomine Apollinarem oblatis Regi muneribus in Episcopatu nihilominus successisse dicit Gregor. Turonens. Histor. lib. 3. cap. 2. quod de Theodorico Clodovæi filio Metensium Rege intelligas, qui tamen Apollinari mortuo quatuor intra menses, Quintianum restitui jussit: tum Regis Clodomiri mandato Ominatius Episcopus Turonensis ordinatus est, cui statuente Clotilde Regina Theodorus, dein Proculus succedere, ex eodem Gregorio lib. 3. cap. 17. Sic & post Quintiani obitum Rege opitulante Gallus ei substitutus est, idem Gregor. lib. 4. cap. 5. quo mortuo post electionem populi, Catonem vicini Episcopi benedicentes & consecraverunt, dicentes Regem esse parvulum, & si qua Catoni adscriberetur culpa, sese eum defensuros, sub Theobaldi protectione Regis suique regni procerum. Theobaldus tamen his auditis apud Metensem civitatem Sacerdotibus convocatis Cantinus Arvernensis Ecclesiæ Archidiaconus fuit ordinatus Episcopus. eod. lib. 4. cap. 6. & 7. Tum Theodosio Rutenorum Episcopo ex Brunichildis Reginæ decreto successit Innocentius, ut & Sulpitius Remigio Biturigum Præsuli à Rege Guntrano substitutus est apud Aymonium lib. 5. cap. 55. hæc sunt exempla, quæ pauca colligere expedivit, sub primam Regum nostrorum familiam ad usque Pipinum in Regem levatum anno 750. An importent jus, vel factum, viderit Molinæus: Constat anno 428. Cælestinum sua ad Episcopos Viennensis & Narbonensis provinciæ epist. cap. 5. statuisse Cleri plebis & ordinis in Episcopi electione requiri consensum, idem Leo anno 445. Epistolæ ad Episcopos provinciæ Viennensis cap. 3. anno vero 535. Concilium Arvernense cap. 2. decrevit Episcopum electione Clericorum vel civium & metropolitani consensu ordinandum, nec patrocinia potentum adhibenda. Sed Concilio Aurelianensi 5. cap. 10. anno 549. cum voluntate Regis, juxta Cleri & plebis electionem cautum est à metropolitano vel ejus Vicario Pontificem fore consecrandum; contra verò Concilii Parisiens. cap. 8. anno 557. nullus ordinandus est Episcopus, nisi ex populi & Clericorum electione, additumque si quis per ordinationem Regiam honoris illius culmen pervadere aliqua nimia temeritate præsumpserit; à cæteris Episcopis non esse recipiendum; idque cautum est cap. 1. Concilii Parisiensis 5. anno 615. Concilii Remensis cap. ult. anno 630. Concilii Cabilonensis cap. 10. anno eod. Hæc sunt decreta Ecclesiæ Gallicanæ illis sæculis: donec tandem Carolus Magnus in Regem assumptus anno 769. & in Occidentis Imperatorem anno 800. Cappit. lib. 1. cap. 84. assensum ordini præbuit Ecclesiastico, ut Episcopi per electionem Cleri & populi, secundùm statuta Canonum, de propria Diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligerentur; si quid post fuerit immutatum (ut pluribus exemplis patet in Annalibus incerti authoris ex Pithœi collectione annis 856. & 870. & apud Flodoardum annis 920. 923. 925. 931. 932.) Electiones restituit divus Ludovicus Constitutione lata anno 1228. tum abusui, qui deinde irrepserat, obviam itum est regnante Carolo VII. anno 1437. post Concilium Basileense. Pragmat. sanct. tit. de elect. præsertim quo ad Reges & Principes §. ad tollendum. De quorum prærogativis in electivis dignitatibus etiam Pontificalibus satis appositè Guilelm. à Monteserrat. suo in Pragmaticam Commentario. parte 5. circa annum 1509. Tandem concordato inter Leonem X. Papam & Franciscum primum Galliæ Regem anno 1516. electio, quæ sive Clero, sive populo, sive utrisque competebat, in Regem translata est, cujus abhinc nominatio jus vere regium dici potest, sed ex Ecclesiæ & Summi Pontificis concessione. G. D. P.

Constitutio Justiniani de electione Episcoporum in qua finem accepit jus Orientalium in electionibus Episcoporum.

In Occidente nullæ partes Imperatorum in electionibus.

Exempla Regum & Principum sub prima stirpe in electionibus Episcoporum partes usurpantium factum narrant, sed nullum jus inducunt.

Quid temporibus secundæ stirpis Regum actum fuerit in electionibus.

Redintegratio electionum Prælatorum per Carolum Magnum.

Redintegratio earumdem electionum per Pragmaticam D. Ludovici.

Confirmatio earumdem per Pragmaticam Caroli VII. Regis decreta Basileensis Synodi suscipientis.

Quid concordatis Bononiensibus novi inductum per nominationē regiam.

Can. 42. *Placet.* Est pars 40. in Emendat. Romana.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod verò Hieronymus seipsum talibus, id est Monachis, de quibus in textu, connumerat.* Ibi. *Licet ipse esset Presbyter Cardinalis.*

Confutatur Cardinalatus in Hieronymo.

Imò nondum erant Cardinales, nec ipse de Collegio vel Clericis Papæ erat. C. M.

Can. 50. *Et temporis.* Est 48. in Emendat. Romana.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cumanam atque Musitanam Ecclesias unire.* Ibi. *Dico quod variis modis possunt uniri Ecclesiæ.*

De unionibus Ecclesiarum hic agitur.

Gloss. cap. unici. extr. ut Ecclesiast. Benefic. sine diminut. conferantur. Petr. de Perusio in tract. de Union. C. M.

Illud Molinæi Annotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini suæ annexum. F. P.

Can. 54. *Frater.* Est 52. in Emendat. Romana.

TEXTUS.

In textu Juncta inscriptione. *Gregorius Ioanni Episcopo Lauseo vel Larisseo.* Ibi. *Prædecessor noster Adrianus, Thebanæ civitatis Episcopum, Ecclesiamque ejus, de tua jurisdictione potestatis exemit.*

Prima exemptionis origo condemnatur à Molinæo Episcopi à suo metropolitano.

Hæc videtur prima exemptio mali exempli. C. M.

Imò boni, cùm adesset justa causa, vixque est ut ex Pelagii II. qui sedit anno 578. doctissimi & piissimi actis malum possit exemplum sumi; perpetuò disputat Molin. Episcopos omnes summos esse Pontifices, sibique per omnia æquales, subordinationem impugnans, hîc vero contradictionis spiritu ductus queritur Thebanum Episcopum à suo fuisse exemptum metropolitano: post multa modo libere, modo insolenter in Ecclesiam Romanam suis Notis jactata & effusa, ad glossam Clement. III. de hæret. verb. placet. neglectis Ecclesiæ Patribus & Catho-

Defenditur hæc exemptio per dom. G. D. P.

Non est hæreticorum exemptiones impro-

Source : BIU Cujas

bare qui se propria authoritate exemerunt.

licis Doctoribus, Joann. Calvin. Citat, unde Ministris Lutheranis, Puritanis, & aliis hæreticis & Schismaticis adhæret manifeste, qui spreta legitima vocatione & missione sese ipsos exemerunt. G.D.P.

Defensio Molinæi in hacce notula proponitur.

Non erat hîc occasio data, ex leviori hâc notulâ, cur Dom. G. D. P. tam acri stilo insurgeret in Molinæum, eique objurgaret quod dixerit primam exemptionem hîc propositam esse mali exempli, cum nulla hîc exemptionis causa proponatur, & cum nulla hîc invehendi justior causa subsit, multò minus aliunde & à remotiori loco Clementinæ ad nostram. tertiæ. accersere, quod libertinorum quorumdam & Epicureorum mores damnaverit authoritate Joannis Calvini, qui quamvis hæreticus fuerit, & cautè legendus, licet tamen quandoque ex ejus stercore & fæce aurum eruere. F.P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Exempti causæ, per eos qui nostri sunt, si mediocris fuerit quæstio, cognoscatur.* Ibi. *Vel dic quod legatus potest pronunciare aliquem deponendum, sed eum condemnare non potest.*

De potestate legati in condemnatione Provincialium suæ legationis.

Fallum. Panorm. in cap. non potest. column. 2. de sententia & re judicata. C. M.

Panormitanus ad d. cap. non potest. non improbat hanc glossam, sed extra propositum disputat Panorm. an Episcopi de crimine alicujus Episcopi cognoscentes possint eum deponere, & juris antiqui & novi data distinctione, solvit Episcopos cognoscere posse usque ad conclusionem, judicio definitivo Papæ reservato; Glossa nostra non loquitur de Episcopis in provincia congregatis, loquitur de Papæ legato, quem dicit pronunciare posse aliquem deponendum, non vero condemnare, id est ferre sententiam, & ad Can. Biduum. verb. annotaverit. Idem dicit de Metropolitano, qui talem potest ferre sententiam, Judico te deponendum. Boer. tract. de potest. Legati à latere. num. 65. dicit Legatum à latere vices gerere Papæ, sed hoc intelligendum, quod ea quæ specialiter ei fuere commissa exequi potest, nec potest Episcopos condemnare, nisi expressum habeat mandatum, quia secundum Ioann. Brunell. Tract. de dignitate & potestate Legati. concluf. 12. dicit Legatum non posse Episcopos deponere, quia hoc est de reservatis Papæ, sive de majoribus causis. G. D. P.

Judicium Episcopotum tendens ad depositionem reservandam Papæ cognitione ad partes deputata.

Can. 56. *Plures.* Est 54. in emendat. Romana.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si non convenerint arbitri finium regundorum, lis Dei judicio decernatur.* Ibi. *id est juramento, vel etiam sortibus, quibus voluntas Dei ostenditur.*

De judicio per sortem certis casibus probando.

Scilicet honestis, & hoc tenet Hugo. & est vera sententia. Adde quæ in eam rem latè dixi in Consuet. Paris. §. 8. glos. 1. quæst. 1. C. M.

Improbatio ejusdem decidendi formæ per sortes in judiciis.

Nuper tamen Curia Parisiensis condemnavit eam judicandi & decernendi formam sortibus in decisionem missis, usurpatam à Præside Mesleusi, aliàs *Mesle* in Pictonibus. F. P.

Can. 59. *In canonibus.* §. *Valde ergo iniquum.*

Est 57. in Emendatione Romana.

TEXTUS.

In Textu. ibi. *Valde ergo iniquum, quæcumque pro remedio peccatorum unusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, in aliud transferri vel converti.*

De commutatione oblatorum.

Hoc etiam habes supra 96. distinct. cap. 1. column. 3. C. M.

Et illud Molinæanum annotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum & margini suæ annexum. F.P.

Ibidem.

TEXTUS.

Usurpatio ovationum Imperialium in acclamationibus Patrum Conciliorum Papæ bene precantium.

In Textu in fine. Ibi. *Exaudi Christe Simmacho Papæ vita sit, dictum est duodecies.*

Ita ovantes Imperiales exclamationes usurpabant, de quibus apud Lampridium. C. M.

INSCRIPTIO.

Can. 65. *Ad hoc.* Est 63. in emendat. Romana.

In inscriptione. Ibi. *Item Gregorius Leoni Episcopo Carthaginensi.*

Correctio inscriptionis recepta ab emendatoribus Romanis.

Imo Episcopo Catanensium, Epistol. S. lib. 7. plus enim centum annis ante Gregorium amissa erat Africa, in qua etiam Episcopi Romani numquam aliquid potuerunt, sed semper excluſi sunt. C. M.

Hæc inscriptio correcta est ex mente Molinæi in emendatione Romana illius tamen suppresso nomine. F. P.

De Imperio Romano in Africanos extenso, quoad jurisdictionem temporalem.

Veram restituit lectionem Molin. Hæc enim epistola scripta est Episcopo Catanensi provinciæ Siciliæ, at quod addit de Africæ amissione, aut respectu Imperii aut respectu Ecclesiæ dicit, & in utroque fallitur, de Imperio, intrarunt Vandali Africam anno 428. cujus post multas clades quieti dominatores fuerunt anno 440. sed expulsi sunt imperante Iustiniano anno 533. Ita ut Africa pacata steterit provincia Romani Imperii, ad usque Saracenorum incursionem anno 647. Ita ut paruerit Imperio toto sedis Gregorii tempore ab anno 590. ad annum 605. de Ecclesiæ Romanæ potestate non solum fallitur Molin. Sed falsissime dicit rejectis hæreticorum & schismaticorum imposturis, nec enim eorum pertinacissimus quisquam fuit qui negent Africam fuisse Patriarchatus Occidentis provinciam, disputaverunt aliquando Episcopi Africani de appellationibus transmarinis, sive ad sedem Romanam inferiorum Clericorum, petentes ne omnino admitterentur, vel ne omisso medio reciperentur, in cæteris Sedis Romanæ potestatem agnoscentes & authoritatem: Agitata fuit hæc quæstio, sedente Zosimo, & decisa Concilio I. Carthaginensi anno 419. de qua latè Baronius. Cæterum Gregorii curam erga Clericos & Monachos Africanæ provinciæ disces ex epistol. 25. lib. 2. & epistol. 32. lib. 6. G. D. P.

De authoritate sedis Apostolicæ & PP. Romanorum in Africanos, & de submissione eorumdem, rejectis tamen transmarinis appellationibus.

De appellationibus transmarinis remissio ad authores de iis tractantes.

De appellationibus transmarinis Africæ, utrum obtinuerint, nec-ne, vide quod habetur apud Guidon. Conchilium in memorialibus posthumis reformationis ecclesiasticæ. pag. 125. & seq. F. P.

Can. 68. *Decimæ tributa.* Est 65. in emendat. Romana.

In inscriptione. *Item Augustinus.*

INSCRIPTIO.

Elucidatio, inscriptionis & ejusdem censura.

Sermone 119. de Tempore, hoc est Dominicæ 1. post Trinitatem, ex quo luculentius apparet eos sermones etiam ineptos esse supposititios, ut ibi rectè censuit Erasmus, tunc enim nondum erat ea temporis differentia, & numquam locum habuit in Africæ Ecclesiis. C. M.

De divisione temporis in Ecclesia Africana judicium.

Erasmus vir quidem fuit doctissimus æquè ac laboriosissimus, sed ejus censura librorum & operum Patrum orthodoxorum nullius est ponderis vel auctoritatis, nisi quatenus Ecclesiæ censuræ conformetur, de diebus Dominicis, festivis, stationibus, & vigiliis, etiam apud Africanos Ecclesiæ nascentis receptis, videre est apud Cyprianum, & ejus commentatores Epistol. 33. 34. & 41. & de vigiliis addenda quæ scribit Baron. in Martyrologio ad diem 5. Januarii. G. D. P.

De Vigiliis festivis in Ecclesia observatis remissio ad authores de ea materia tractantes.

De iisdem Vigiliis festivis vide quæ habentur apud D. Hieronym. lib. 3. epistol. pag. 411. b. apud Savaronem ad Sidonii Apollinaris Epistol. 9. lib. 7. pag. 420. Drusium lib. 10. observat. cap. 10. Covarruv. lib. 4. variar. resolut. cap. 19. num. 10. Bibliothec. Floriacensem. cap. 1. de vita sancti Machutis. pag. 486. Fortunat. de vita sancti Medardi. cap. 25. pag. 133. Anastas. Germon. in Paratitlis tit. de observat. jejun. Durant. de ritib. Ecclesiast. lib. 3. cap. 4. num. 7. Langhegrucium lib. 2. de vit. & honest. cler. cap. 13. & seq. F. P.

TEXTUS.

Can. 70. *Quoniam.* Est 68. in Emendat. Romana.

In textu ibi. *Constabunt eis omnia perpetua firmitate & stabilitate subnexa. Juncto quod sequitur Clericos, &c.*

Ordinatio Textus.

Quod sequitur habetur supr. quæst. 2. Can. Clericos. C. M.

Source : BIU Cujas

CAUSA XVI. QUÆST. V.

TEXTUS. In Textu in principio. ibi. *Quæstio* 5.

Monitum ad ordinem sequentem per Molinæum.

Adverte quod hîc est præposteratio, quia ponitur quæstio 5. in locum 3. & consequenter 4. pro tertia & quinta pro quarta quod melius duxi admonere quam multos libros mutare. C. M.

CAUSA. XVI. QUÆST. III.

Can. 6. *Inter memoratos.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *Unde Innocentius Papa ait. Juncto Textu Canonis.*

Correctio inscriptionis. Imo est Canon Concilii Spalatensis, Can. 2. ut etiam phrasis ostendit. C. M.

Non est hæc Molinæi sed Burchardi nota lib. 1. decret. cap. 69. est autem Concilium 2. Hispalense, & per abbreviationem Spalense, celebratum sedente Bonifacio 5. anno 619. Hunc etiam Canonem citat Ivo part. 3. cap. 99. nullo illius dato authore G. D. P.

Non legitur in nota Molinæi Spalense, sed Spalatense, quæ longè differunt: Spalis vel Hispalis, à qua per crasim dicitur. Spalis est civitas metropolis Hispaniæ, hodiè Sevilla, *Seville*; Spalatrum verò est urbs Archiepiscopalis Dalmatiæ, aliàs *Spalatro*, ad mare Adriaticum, ditionis Venetæ, ut habet Aubert. Miræus in Geographia Ecclesiastica alphabeti serie digesta. Adde & Dom. Joan. Doujat in explicatione locorum quæ nomen dederunt Conciliis, vel authoribus Ecclesiasticis eodem ordine digestorum. verb. Hispalis & Spalatro. Sed credo correctionem Dom. G. D. P. sive conversionem verbi Spalatensis in Spalense melius convenire sensui ejusdem Canonis, in quo agitur de limitibus cujusdam Parochiæ inter Astigitanum & Cordubensem Episcopos, quæ sunt sedes Episcopales Hispaniæ, ubi & Hispalis, atque ita servanda emendatio. F. P.

Censura Domini G. D. P. Molinæo correctionis gloriam detrahens. Bona tamen & servanda ut materiæ de qua tractatur in Can. convenientior.

Can. *Post quingentos.* 9. in additione.

Can. *Item si de rebus.* & Can. 10. *Si Sacerdotes.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *In Toletano Concilio statutum est. Juncto Textu.* Ibi. *Si Sacerdotes aliquid de rebus Ecclesiæ, contra Patrum sanctissimas sanctiones definisse dignoscuntur, non ex die quo talia scribendo decreverunt, sed ex quo talia moriendo reliquerunt, supputationis ordo substabit, numquam etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita irrite judicantis, quia status contractuum non sumpsit initium ab origine aquitatis.* Et in Can. post quingentos. ibi. *Ita ut supputatio præscriptionis non à tempore definitionis, sed à decessu definientis exordium sumat.* Ibi. *Toletano Concilio.*

In præscriptione rei ad Ecclesiam pertinentis alienatæ, deducendum mali administratoris tempus in supputatione sed non successoris. 9. cap. 8. & istud cap. servatur in praxi, probando quod alienator erat dissipator; sed non deduceretur tempus successoris, etiam dissipatoris, ut fuit decisum Arresto Senatus Parisiensis. Vide Calderinum Consil. 3. de præscript. ubi etiam limitat. & pro decisione hujus Canonis. Paul. Castrens. Consil. 337. column. 4. lib. 1. Panorm. cap. Ad nostram. de reb. Eccles. non alienand. Innoc. cap. tum ex litteris. De in integrum restitut. gloss. cap. 1. eod. tit. in 6. Petr. Corn. Consil. 45. in fine. lib. 2. Guid. Pap. decis. Delphinal. 150. C. M.

Ad decisionem superioris regulæ probandam remissio ad alios Molinæi locos. Adde eumdem Molinæum in not. ad cap. Ecclesiæ. de restitut. in integr. in 6. in Gloss. verb. rationabilis causa subsit. Ibi vel vixit ille Prælatus, malè contrahens tanto tempore. F. P.

Can. 14. *Porro.*

TEXTUS. In Textu. *De præscriptione tempore hostilitatis, & persecutionis Ecclesiæ, quo durante non currit.* Ibi. *Verum si annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipse reprehendendus est.*

In præscriptione tempus hostilitatis & persecutionis deducendum. Stulta argumentatio. C. M.

Can. 15. *Placuit.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *Unde in 9. Africano Concilio legitur.*

Elucidatio Inscriptionis. Habetur in Concilio Milevitano. cap. 24. C. M.

Ibidem. §. *Præscriptionum.*

GLOSSA. In Gloss verb. *Per naturalem possessionem præscriptio interrumpitur.* Ibi. *Ei tantum prodest interruptio, quæ eo animo contestatur litem, ut ducat causam ad finem, sed impeditur propter fortuitos casus, aliàs non prodest.*

Quæ litis persecutio prosit ad interrumpendam præscriptionem. Idem Francisc. Curtius in tract. de sequestr. colum. 5. Jason in leg. ex hoc edicto. in principio. column. 3. de eo per quem factum erit. & in §. Annales. col. ultim. numer. 124. Institut. de act. Hypolit. Marsil. Singul. 291. Andr. Alciat. de Verb. signif. Carth. 26. Sed contrarium tenet Claud. de Seyssell. in repetit. leg. naturaliter. column. 5. de Usuris. & est verius. C. M.

Illius annotati Molinæani prima pars ab emendatoribus Romanis est usurpata, omissa posteriori, ab his verbis, *Sed contrarium tenet Claudius de Seyssello ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Item litis contestatio tunc tantum interrumpit, cum fit coram judice suo, aliàs non.*

An prosecutio litis coram incompetenti judice prosit ad interrumpendam præscriptionem. Idem Bald. cap. illud. de præscript. ubi etiam tenet quod citatio non prosecuta non interrumpit, secùs de contestatione, & bene. C. M.

De lite coram incompetenti judice mota an prosit ad interrumpendam præscriptionem remissio ad autores de ea materia tractantes. Et illud Molinæi subnotatum usurpatum ab emendatoribus Romanis, & suæ margini annexum, & adde eumdem Molinæum in not. ad Decium in cap. ut debitum. de appellat. num. 1. in fing. C. & in stilo Parlamenti. part. 7. Arresto. 102. in verb. *Servies.* pag. 423. & in 5. part. ejusd. stili. quæst. 167. in verb. *comparuit* pag. 295. Gloss. Pragm. Sanct. tit. de pacif. possess. §. Lis autem. in verb. Judicio. F. P.

CAUSA XVI. QUÆST. IV.

Can. 1. *Possessiones.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Possessiones Ecclesiarum & Episcoporum, tricennales Abbates vel Monachos habere omnibus modis prohibemus.* Ibi. *Res ergo Episcopi gaudent eodem privilegio, quo & res Ecclesiæ, quod non credo; rem enim Clerici vel Episcopi præscribunt laici triginta annis.*

Patrimonialia Clericorum non gaudent privilegio rerum Ecclesiæ. Et bené, quia patrimonialia Clericorum non gaudent privilegio rerum Ecclesiæ, nisi in casibus à jure expressis. Panorm. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. C. M.

De ead. materia ad authores remissio de ea tractantes. Hæc prænotata Molinæana ab emendatoribus Romanis sunt usurpata, & suæ margini adjecta, & in eam materiam an patrimonialia Clericorum privilegiis eisdem concessis regi debeant, nec ne, Vide Guid. Pap. Decis. 381. & seq. Lazar. *Ducrot.* in tract. Tailliarum & Subventionum, pag. 121. eumd. Molin. in not. ad cap. Cum dilectus. de jure patron. in Textu. Ibi. Tamquam laicus. F. P.

CAUSA XVI. QUÆST. VII.

Can. 2. *Quicumque.* Est 4. in Emend. Romana.

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui recognoverit, quod fideliter non dederit decimas, modo emendet quod minus fecit.* Ibi. *Et nota quod licet non currat præscriptio in quantitate decimæ, tamen currit in quantitate Cathedratici.*

De præscriptione decimæ & cathedratici. Idem Cardin. Florentinus in Clement. 1. column. 2. de jure Patron. C. M.

Et illud subnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis est retentum, & margini suæ subnexum, sed interim nota nullam differentiam faciendam, quoad præscriptionem quantitatis decimarum, vel Cathedratici; & utrumque quoad jus percipiendi, præscriptioni non subjacere, sed quoad quotam sive quantitatem perceptionis, & primùm quoad decimas, vide Brodæum ad Loüetium Littera O. num. 1. Petrum *de Lhommeau* in Reg. juris forensis lib. 2. cap. 24. p. 199. Guid. Pap. decis. 284. Argentr. ad Consuet. Britan. §. 266. column. 133. deinde quoad Cathedraticum. Vide eumdem Molinæum in not. ad cap. unicum. de Censibus. in Textu. Ibi. Consueverunt. in Extravag. commun. Saltem si Cathedraticum confundas cum Synodatico & jure procurationis ut

Quod nulla sit faciendæ differentia quoad præscriptionē quantitatis sive quotæ, inter decimas cathedraticum vel sinodaticum & procurationem.

Source : BIU Cujas

confundi debet. cap. conquærente. de offic. Ordinarii. cap. cum olim. de cenſib. ubique in Decretalibus, ut & nos probavimus in tract. noſtro & avitino de Beneficiis Eccleſiaſt. ad verb. cum ſuo reditu. tertia parte. in quibus Eccleſiæ, ſive de cenſibus. §. 1. de Cathedratico, ſive Sinodatico. num. 3. F. P.

Can. 7. *Omnes Baſilicæ.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Unde in Concilio Aurelianenſi Statutum eſt.*

Elucidatio inſcriptionis. Scilicet 1. ſub Clodovæo Rege primo Chriſtiano Francorum. cap. 19. & habetur in 1. tomo Conciliorum ad finem. C. M.

Can. 9. *Si quis deinceps.* Eſt 12. in emend. Romana.

INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Item Gregorius VII. in Sinodo generali reſidens dixit, junctо textu.* Ibi. *Si quis deinceps Imperatorum, Regum, Ducum, &c. Inveſtituram Epiſcopis dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ (ſcilicet excommunicationis) vinculo obſtrictum ſe eſſe ſciat.*

Gregorius VII. Papa contra inveſtituras Imperatorum ſtatuens in Sinodo generali. Iſtud cap. cum ſequenti edidit Ildebrandus, aliàs Gregorius VII. contra Imperatores Germaniæ, & conſequenter contra omnes Reges & Principes, ad abolenda eorum Regalia, & juriſdictionem temporalem uſurpandam, horrenda bella ſuſcitando, ut teſtatur Abbas Uſpergenſis, & omnes hiſtorici: Vide in tract. contra parvas datas. gloſſa 15. & quæ tetigi in cap. à nobis. de jure Patron. ſuper textu. C. M.

Illud ultimum Molinæani annotati, ab his verbis *vide in tractatu contra parvas datas ad finem.* repetitum ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. F. P.

Conradus Abbas Uſpergenſis Abbas erat in comitatu Henrici II. & ab ejus partibus, ſed omiſſis his quæ ſcripſerunt hiſtorici, faventes ſive Gregorio VII. ſive Henrico II. can. ſi quis deinceps. ſumptus eſt ex Concilio Romano celebrato vel anno 1076. vel anno 1078. quo repetita fuit deciſio Concilii generalis VIII. celebrati Conſtantinopoli Hadriano II. ſedente anno 869. quam habes deciſionem ſupr. diſtinct. 63. can. 1. & 2. Quibus conciliis non agebatur de inveſtitura bonorum temporalium, quorum reſpectu principum & cæterorum dominorum feudalium jura manent illæſa, non etiam de patronorum laicorum præſentatione; ſed diſputabatur de ea inveſtitura, qua Principes temporales electionem Epiſcopatuum, Abbatiarum, & aliarum uſurpare tentabant dignitatum: Oppugnabat ergo Gregorius VII. Henrici II. prætenſionem, in horum beneficiorum abſoluta diſpoſitione, ſpreto ſummi Pontificis jure; ſed hæc nihil ad Reges Galliæ, de quorum conſenſu, & juxta Hadriani II. ætatem capitular. lib. 1. cap. 84. & 86. & longo poſt Gregor. VII. ſedem, conſtitutione Ludovici IX. anno 1228. & Pragmat. Sanctione, regnante Carolo VII. reſtituræ ſunt electiones. De Epiſcopis ſupra dixi, de Abbatibus infra dicam. G. D. P.

De inveſtituris bonorum temporalium nihil innovatum de jure Principum ſæcularium per Sinodum Romanam, ſed de inveſtituris jurium ſpiritualium.

Non obſtantibus uſurpationibus Imperatorum Romanorum inveſtituratum, jus electionum in Gallia permanſit illæſum.

De inveſtituris imperialibus in beneficiis Eccleſiaſticis, & dignitatibus, & aliis titulis & adminiſtrationibus, vide ſi lubet Dom. Cujacium in libris feudorum. lib. 2. tit. 2. de inveſtituris feud. & ſeqq. titulis. not. ad Innocent. III. regiſtr. poſter. lib. 2. epiſt. 87. pag. 129. Goffrid. Vindocin. in tract. de inveſtitur. pag. 278. & 283. Bibliothec. Floriacenſ. in vita ſancti Pauli. pag. 422. & 423. Franciſ. Florent. Anteceſſorem Aurelianenſem ſimul & Pariſienſem in tract. de elect. pag. 213. Vid. Conchilium in poſthumis in dialogo. pag. 23. & ſeqq. & in memorialib. reformat. Eccleſiaſt. pag. 151. & ſeq. & in Tract. libert. Eccleſ. Gallicanæ. pag. 50. & ſeq. Ludov. Lacerdam in adverſ. ſacris cap. 180. num. 1. F. P.

De inveſtituris remiſſio ad varios Authores & locos de ea materia tractantes.

Can. 13. *Si quis Clericus.* Eſt 16. in Emendat. Romana.

INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Item Paſchalis Papa.*

Elucidatio inſcriptionis per hiſtoriam de inveſtituris. Scilicet II. qui hoc caput cum tribus ſequentibus edidit in Concilio Lateranenſi Romæ habito, pœnitentiam publicam agens, quod captus approbaverat privilegia Imperatorum de hujuſmodi inveſtituris. Vide Abbatem Uſpergenſem in chronico carthâ 273. & quæ dixi in Tract. contra abuſus. gloſſ. 15. C. M.

Illud poſtremum annotationis ab his verbis *& quæ dixi* ad finem, additum & repetitum ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. F. P.

Can. 23. *Piæ mentis.* Eſt 26. in emend. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Piæ mentis amplectenda devotio, qua ſe Julius in re Juliana ſui juris fundaſſe perhibet Eccleſiam.* Ibi. *Eſt autem jus patronatus quoddam jus, quod non eſt mere ſpirituale, nec eſt mere temporale.*

Natura juris patronatus hîc exponitur. Dixi in annotat. ad Philipp. Decium. in cap. Decernimus. de judiciis. & in Conſuet. Pariſ. §. 77. gloſſa 10. C. M.

Can. 29. *Decernimus.* Eſt 32. in Emend Romana.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod ſi ſpretis eiſdem fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit ordinare Epiſcopus, & ordinationem ſuam irritam noverit.*

Collatio ſpreto patrono laico facta quomodo nulla dicatur. Scilicet ipſo jure, non tamen abſolute, ſed ſi patroni infra tempus debitum rectè præſentaverint alios, non propriè convaleſcit, ſed rata manet collatio Ordinarii, etiam in præjudicium medio tempore impetrantis à Papa, ut novè declaravi in regul. Cancellariæ de infirm. reſign. num. 45. cum multis ſeqq. C. M.

Collatio Ordinarii ſpreto Patrono non eſt ipſo jure nulla, ſed venit annullanda conquærente patrono. Hic Canon cum nota Molinæi celebris eſt, & uſui forenſi accommodatiſſimus, in id quod collatio Ordinarii ſpreto Patrono etiam laico facta, non eſt ipſo jure nulla, ſed venit annullanda, conquærente Patrono intra legitimum tempus, & idoneum Clericum præſentante, ut decidit Molinæus in locis à ſe citatis ad reg. de infirmis: quibus adde num 52. & ſeqq. & num. 60. & ad regul. de veriſimili notitiâ num. 81. at aliud dicit in Papa ſervandum, præcipuè in patrono laico, & in Neuſtria, ubi illud obſervari dicit, quod proviſio Papæ ſpreto patrono laico facta, ſaltem in Neuſtria ſit ipſo jure nulla, nec etiam convaleſcere poſſit, vel etiam non conquærente patrono laico, imo etiam tacente, propter ambitionem, & dominii temporalis, de quo eſt jus patronatus laicale uſurpationem, prout decidit in dictis locis ſupra laudatis. quibus adde Dom. Loüet. in ſuis notis & cenſuris poſthumis ad eamdem regulam de infirmis à Molinæo commentatam. num. 52. 65. & 68. & num. 3. ejuſdem regulæ, niſi Papa juri Patronatus laico ſe ſe ſubmiſerit, per clauſulam in ſignaturis apponi ſolitam, *accedente patronorum conſenſu*, & quod præſentatio patroni, modo realis ſit, & collatori exhibita, impediat præventionem Papæ. Adde eumdem Molinæum in notis ad Decii conſilium 117. num 2. & in ſtilo Parlam. parte 3. tit. 3. in principio. in verbo patroni. & in not. ad gloſſ. Clement. 2. de ſepult. in verb. præſentare. & ad reg. de infirm. num. 41. & ibi Dom. Loüet. in notis & cenſuris. Item gloſſam Pragm. Sanct. tit. de collat. §. nolens itaque. in verb. nominationes. Et ibi Probus in additione 6. F. P.

Non idem in collatione Papæ ſpreto patrono, ſaltem in Neuſtria, quæ eſt ipſo jure nulla, nec revalidatur etiam tacente patrono, n ſi ſeſe patronatui laico ſubmiſerit, per clauſulam accedente patronorum conſenſu.

Quid efficiat præſentatio realis ſive collatori exhibita, & quod ſola impediat præventionem Papæ.

Can. 39. *Conſtituit.* Eſt 42. in Emendat. Romana.

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item ex Concilio Magontienſi. junctо textu, qui eſt de laicis ab Abbatibus circumveniendo tonſis.*

Ad hiſtoriam hujus Canon. & combinationem. Cap. 24. & eſt conſtitutio Caroli Magni, & Ludovici Pii Francorum Regum & Imperatorum, ut dixi in Præfat. edicti Henrici II. contra parvas datas. num. 5. & iſtud cap. repetitur infr. 20. quæſt. 3. cap. ult. C. M.

CAUSA XVII. QUÆST. II.

Can. *Nos quominus.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Item Auguſtinus ad Bonifacium comitem.*

Elucidatio inſcriptionis & cenſura ipſius. Epiſtol. 70. Sed ſunt ſuppoſititiæ. Vide cenſuram Eraſmi. C. M.

Source : BIU Cujas

GLOSSA.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Navigaſti, id eſt uxorem duxiſti.* Ibi. *Sicut navigans ſubjicit ſe variis periculis, nec proprio motu regitur, ſic habens uxorem.*

Monitum ad juvenes matrimonio conjungendos.

Vos juvenes caſti, & Deum timentes, cavete, ne credatis iſtis matrimonii vituperatoribus, quemadmodum ego uſque ad annum ætatis 35. damno meo credidi. Vide epiſtol. liminarem ad Conſilia Alexandri à me recognita. C. M.

CAUSA XVII. QUÆST. IV.

Can. 2. *Sicut opes.* Eſt 3. in Emendatione Romana.

INSCRIPTIO.

In inſcriptione. Ibi. *Item Ambroſius in libro de pœnitentia. Iuncto textu. Sunt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non judicio perpetuo, ubi Eccleſiæ contulerunt, revocandas putant.* Ibi. *Ambroſius.*

Lib. de Pœnitentia. cap. 9. tomo 1. & loquitur hîc. Ambroſius de eleemoſina quæ fit gratia pœnitentiæ, & tria vitia reprehendit. Primum eorum qui largiuntur pauperibus, ſed non ex fide. Non ab uno, inquit, liberalitatibus in pauperes factis poſſe minui peccata, ſed ſi fides commendet expenſas. Secundum eorum qui profundunt ob jactantiam & vanam gloriam. Tertium eorum qui non judicio effundunt. ut hîc. C. M.

Eleemoſinarum tria vitia hîc inſectatur Ambroſius.

Can. 33. *In venditionibus.* Eſt 40. in emend. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Injuſtum enim putamus, ut Monachis quotidianum opus rurale facientibus, ſervi eorum libertatis otio potiantur. Iuncto quod præcedit. Mancipia vero Monachis donata ab Abbate manumitti non licet. Item in inſcriptione. Item ex Concilio Agathenſi.*

De opere Monachorum hîc agitur & confirmatur.

Rurſus hoc Concilio confirmatur ſententia Auguſtini de opere Monachorum. ut ſupr. 16. quæſt. 1. Can. de præſentium. C. M.

Can. 35. *Quicumque.* Eſt 43. in emend. Romana.

* INSCRIPTIO.

In inſcriptione. Ibi. *Ait enim Auguſtinus in ſermone de vita Clericorum. ſermone 52. ad Fratres in eremo.*

Elucidatio inſcriptionis.

Ut dixi ſuprà 13. quæſt. 2. Can. ſi quis iraſcitur. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quidam cum filios non haberet, nec ſperaret, res ſuas omnes (retento uſufructu) donavit Eccleſiæ, nati ſunt liberi, reddidit Epiſcopus ea quæ donaverat, in poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed jure fori, non jure poli. Iuncta inſcriptione præcedenti, ait Auguſtinus, &c.* Ibi. *Iure fori, non jure poli.*

Leges politicæ ligant quemlibet etiam in conſcientia.

Imo etiam jure poli, quia leges politicæ, quas Monachi illi, qui hæc ſupponunt Auguſtino, ignorabant, ligant etiam in conſcientia, dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. 1. de Conſtitut. C. M.

De eadem materia remiſſio ad alios locos Molinæi & Louet.

Adde eumdem Molin. in notis ad Can. ſatis perverſum. in Gloſſa. verb. quia cum Clericus ſit. Ibi exemplum. diſtinct. 56. ſupra. Louet. in notis & cenſuris ejuſdem Molinæi. ad reg. de infirmis. num. 107 F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere.* Ibi. *Quod hic dicitur intelligendum, quod Eccleſia non cogitur totum reddere, ſed tantum legitimam portionem, vel canon corrigit legem. Scilicet ſi unquam. cod. de revoc. donat.*

Supervenienția liberorum revocat donationem, non quoad legitimam tantum.

Hanc limitationem ad leg. ſi umquam. ſequitur Bald. in leg. 1. column. ult. & ibi Paulus. column. 2. Archidiac. & alii hîc. Barthol. leg. Titia. §. Imperator. de legat. 2. Jaſon. Authent. ſi qua mulier. colum. 1. cod. de ſacroſanct. Eccleſ. ſed hæc limitatio eſt falſa, quia imo in totum revocatur, ut idem Bald. conſuluit conſil. 215. Punctus. lib. 5. Philip. Decius in leg. licet. not. 3. in fine. cod. de pactis. Franciſc. Ripa. leg. ſi umquam. quæſt. 49. & idem Andr. Tiraquell. carth. 93. dixi in tract. de inoffic. donat. num. 62. cum ſequenti. C. M.

Hujus annotationis Molinæanæ primam partem retinuerunt Emendatores Romani, & margini ſuæ attexuerunt, omiſſa poſteriori; ab his verbis, *dixi in tractatu*; quia ipſum Molinæum notabant authorem. F. P.

CAUSA XVIII. QUÆST. II.

Can. 5. *Quam ſit neceſſarium*

* GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Cuſtodiendum, ut invito Abbate, ad ordinandum alia Monaſteria, tolli exinde Monachi non debeant.* Ibi. *Sed ſi quis Monachus factus ſit Papa invito Abbate; debet ne redire? Sic, & ipſemet compellet ſe redire, quia cum teneatur de aliis juſtitiam reddere, multo fortius de ſeipſo.*

De Monacho Papa facto invito Abbate compellendo à ſe ipſo redire in Monaſterium.

Idem Panorm. in cap. quod Dei timorem. de ſtatu Monach. Roch. Curtius in tract. de jure patron. Carth. 14. in parvis. Joann. Baptiſt. in tract. de act. colum. 15. C. M.

Can. 12. *De Monachis.*

* GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *De Monachis nullus, niſi permittente Abbate, novum Monaſterium fundare audeat.* Ibi. *Si totum Monaſterium ſit deſtructum, requiritur conſenſus Epiſcopi in conſtructione, ſed in reparatione non requiritur, ut 16. quæſt. ult. ſi quis vult. de Judæis.*

De ædificatione vel reparatione Monaſterii, utrum in iis conſenſus Epiſcopi requiratur.

Et ibi Cardinalis Florentinus & Felinus. C. M.

Hæc citatio Molinæi, quamvis parva in ſola hac editione anni 1559. inſcripta, uſurpatur ab emendatoribus Romanis, & margini ſuæ affigitur. F. P.

Can. 17. *Monaſteria.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Monaſteria, vel Monachorum diſciplina ad eum pertineat Epiſcopum, in cuius ſunt territorio conſtituta.*

Quæ pertineant ad Epiſcopum in diſciplina Monachorum.

Scilicet in gravioribus delictis exigentibus depoſitionem. ſecundum Panorm. in cap. licet. de officio Ordinarii. C. M.

Et illud à Molinæo ſubnotatum uſurpatur hîc ab emendatoribus Romanis, & margini ſubnectitur, & de hac materia depoſitionis etiam Monachorum ad Epiſcopum in gravioribus criminibus depoſitionem exigentibus pertinente, & non ad Abbatem, adde gloſſ. Pragmat. Sanct. tit. de concubinariis & §. quod ſi hic. in verb. pertinet. ſub finem. F. P.

De eadem materia remiſſio ad authores de ea tractantes.

Can. 22. *In nullo loco.*

* INSCRIPTIO.

In Inſcriptione. Ibi. *Item in regiſtro Gregorii. Iuncto textu in nullo loco Monachos & Monachas permittimus in unum Monaſterium habitare.* Ibi. *In regiſtr. Gregorii.*

De duplicibus Monaſteriis vetitis.

Epiſt. 48. lib. 1. ad Euthemium. Sed contra præcedentia & ſequentia Concilia, & hoc decretum Gregorii, & leg. Juſtiniani. [a] In Monaſterio Fontis Ebraldi in Gallia, adhuc præpoſterè, Monachi ſunt infernè, Monachæ vero ſunt ſupernè. C. M.

Authent de ſanctiſſimis Epiſcopis §. ſi quis autem ad Monaſticam vitam. Collat. 9.

a Adde in id epiſtol. Goffridi Vindocinenſis Abbatis 47. lib. 14. Vid. Conchilium in memoralibus reformationis Eccleſiaſticæ. pag. 166. F. P.

De Monaſterio Fontis Ebraldi remiſſio ad authores.

Can. 25. *Perniciosam.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Perniciosam & deteſtabilem conſuetudinem quarumdam mulierum, quæ licet neque ſecundum regulam Beati Benedicti, neque Baſilii; aut Auguſtini vivant, ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant, aboleri decernimus. Iuncta inſcriptione. Vnde Innocentius II.*

Male reprobat Canonicas Germaniæ, quas Concilium approbavit ſupr. 12. quæſt. ult. cap. ult. C. M.

De Canonicis mulieribus.

De Canonicis mulieribus de quibus hîc. Vide Can. quicumque. ſupra 12. quæſt. 7. & ibi eumd. Molin. & in cap. indemnitatibus. 43. §. ſupradicta. de elect. in 6. & in gloſſa d. cap. in verbo provinciarum. Ibi. Teuthoniæ. & apud Cironium in 5. compil. decretalium Honorii III. ad cap. 3. de major. & obedient. & ad cap. 1. de converſ. conjug. in ead. compil. 5. Honorii III. F. P.

De his mulieribus Canonicis remiſſio ad authores de ea materia tractantes.

CAUSA XIX. QUÆST. II.

Can. *Duæ ſunt.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quiſquis igitur ſpiritu Dei ducitur in Monaſterium, etiam Epiſcopo ſuo contradicente, eat liber,*

Source : BIU Cujas

liber, noſtra authoritate, juſto enim non eſt lex poſita. Juncta inſcriptione. Unde Urbanus Papa in cap. ſancti Rufini.

De libertate Spiritus Dei in vocatione ad Monaſteria.

Ergo qui aperto verbo Dei ducuntur liberi ſunt à contrariis decretis Præſulum. C. M.

CAUSA XX. QUÆST. I.

Can. 2. *Addidiſtis.*

* INSCRIPTIO.

In Inſcriptione. Ibi. *Unde Gregorius ſcribit ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum. Juncto Textu de liberis oblatis relligioni à parentibus.*

Cenſura ſive elucidatio Inſcriptionis.

Hoc decretum non eſt Gregorii Magni contemporanei Auguſtini Cantuarienſis Epiſcopi, diſcipuli ſui, ſed eſt decretum Gregorii III. ſeu junioris, ut patet in 2. tomo Conciliorum. in 4. Epiſtola dicti Gregorii III. C. M.

Ibidem.

* GLOSSA

In Gloſſa. verb. *Addidiſtis. in principio. Junctis duobus ſequent. Canon.* Ibi. *Hæc tria Capitula intelligas de illis qui poſt adultam ætatem conſenſum accommodaverunt, an illis liceat egredi de Monaſterio.* Ibi. *Hæc tria Capitula.*

Correctio hujus Canonis cum duobus ſequentibus.

Scilicet iſtud cap. & duo ſequentia, idem repetit Gloſſa ult. eod. Can. & benè. Et ſic in effectu hæc Capitula corriguntur. C. M.

Et illud ſubnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis margini ſuæ adjici meruit. F. P.

CAUSA XX. QUÆST. II.

Can. 2. *Puella.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si verò in fortiori ætate adoleſcentula, vel adoleſcens ſervire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.*

De ingreſſu puellarum in Monaſteriis inſciis parentibus.

Hujuſmodi puellas non poſſe nubere ſine conſenſu parentum, vel etiam inſciis & irrequiſitis, alio loco tractavi. C. M.

CAUSA XX. QUÆST. III.

Can. 4. *Præſens.*

* GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Patrem, ſi verum diceret interrogavimus, quod quando filio cucullam induit, filius ſemper reſtitit.* Ibi. *Item habes hic. quod timor patris impedit matrimonium ſpirituale, licet ſecus videtur in matrimonio carnali, ut Dig. de ritu nupt. ſi patre cogente.*

In matrimonio ſive carnali, ſive ſpirituali filii liber conſenſus requiritur.

Hanc Gloſſam ſequitur Decius. cap. in præſentia. column. 15. de probat. ſed imo dicendum eſt idem in utroque, ut ſemper requiratur liber conſenſus, aliàs ipſo jure neutrum valet. cap. cum locum. de ſponſal. adde Felin. in cap. cauſam matrimonii. de offic. delegat. C. M.

Can. 5. *Conſtituit.*

* TEXTUS.

In Textu in fine. *Si vero illecti comam depoſuerunt, in eo quod acceperunt perſeverare cogantur, res vero eorum hæredibus reddantur.*

De illectis comam deponentibus, an perſeverare cogantur.

Hunc Textum malè dicit ſingularem Anton. Corſetus in ſingul. verb. relligio. quia ſimile eſt ſupr. 17. quæſt. 1. in fine. Adde quæ dixi in præfat. ad edict. Henric. II. contra parvas datas. n. 5. [a] C. M.

[a] *Et in conſultatione ſuper facto Concilii Tridentini. art.* 71. F. P.

CAUSA XXI. QUÆST. I.

Can. 1. *Clericus.*

* GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ad vitæ vero hujus neceſſitatem, vel potius Eccleſiarum paupertatem ſtudia ſunt diverſa.* Ibi. *Hodie vero crevit decus Eccleſiæ, & Deus crevit Eccleſias.*

De augmento Eccleſiarum.

Sed cum unicum decus Eccleſiæ ſit ſincera prædicatio verbi Dei, & ejus obedientia, vide quomodo creverit. C. M.

Can. 2. *Clericum.* In additione Gratiani è contra.

TEXTUS. in addit.

In Textu in additione Gratiani. Ibi. *In duarum Eccleſiis civitatum conſcribi non oportet; ſed contra nonnunquam Epiſcopus civitatis unius efficitur Archiepiſcopus alterius, nec tamen priorem Eccleſiam deſerit, ſed prior Eccleſia quaſi commendata relinquitur, ſecunda quaſi intitulata habetur. Juncta inſcriptione. Can. ſubſequent. Unde Leo IV. ſcribit.* Ibi. *Sed prior Eccleſia quaſi commendata.*

Imo è contra prior in titulum relinquitur, ſecunda in commendam, & intelligit hic Gratianus, quod utraque perpetuò retineatur. Ibi. *efficitur*, tum quia abſolutè loquitur: & ſic abutitur authoritate Leonis IV. in cap. ſequenti, quod non loquitur de commenda perpetua, per quam quis efficitur Prælatus, quidquid dicat Gratianus, ſed de temporali durante vacatione, ut cap. nemo. de elect. in 6. ubi ad textum tetigi, & planè dixi in tract. reg. Cancellariæ. reg. de public. 228. cum ſequenti. C. M.

Abuſiva Gratiani converſio commendarum temporalium in perpetuas.

Gratianus hic vendicatus per Dom. G. D. P. ab impoſitione Molinæi de commendis temporalibus in perpetuas converſis.

Gratiano Molinæus imponit; pro noſtræ additionis intellectu notandum initio duos fuiſſe tantum in Eccleſia titulos (beneficia vocamus) Epiſcopatus nempe & Parochias, nec ullus, ſive clericus, ſive etiam laicus ad Sacerdotium promovebatur, niſi vacante antiquo titulo, vel novo erecto, nulluſque poterat duobus intitulari titulis, vel duas habere Eccleſias; Cum verò quidam, ſive ambitione, ſive avaritia, ab uno in alium migrarent titulum, Concilio Calchedonenſi cap. 10. ſedente Leone I. anno 451. cautum fuit, hos errones priori Eccleſiæ, in qua fuerant ordinati, reſtituendos, ceſſante tranſlatione canonica, qua data, prima vacabat Eccleſia, nec eam cum ſecunda retinere poterant, hoc noſtro can. clericum; fallentiam addit Gratian. nempe ſi alicui non in titulum, ſed commendata fuiſſet Eccleſia, poterat, pendente commenda, eidem alia dari in titulum Eccleſia, quod definivit Leo IV. qui ſedit anno 847. Can. qui plures. hic. & male ex verbo *efficitur*, Molin. infert Gratianum loqui de commenda perpetua: florebat namque Gratianus circa annum 1150. atque ſi Chopino credimus, monaſt. lib. 1. tit. 1. num. 14. nullum perpetuarum commendarum exemplum dari poteſt ante Urbani VI. & Bonifacii IX. ſedem, quas improbarat Clemens V. extravag. commun. lib. 3. tit. de præbend. & dignit. cap. 2. Alexand. III. cap. ſi conſtit. de accuſat. apud Greg. & Greg. X. cap. nemo. de elect. in 6. loquuntur de commenda temporali, cum verò Innocent. III. cap. cum illorum. de ſentent. excommunic. apud Gregor. decernit Monachum excommunicatum fore ob manus in Abbatem injectionem; idque Bernardus Gloſſator ſcribens circa annum 1245. intelligat de proprio Abbate, non improbo Molinæi notam, qua ampliat ad Abbatem commendatarium, quam tamen notam malè tuetur ex doctrina Decii. ad cap. edoceri. de reſcript. apud Greg. in fine. ubi nullum de commendatario verbum, ſed quod dicitur de Abbate, ampliat Decius in aliis Prælatis, ut autem ad Gratiani authoritatem redeamus, dicendum eum locutum fuiſſe de commenda temporali, non perpetua, ſuo ſæculo incognita. G. D. P.

Quo tempore ortum habuerint commendæ perpetuæ.

Abbas cõmendatarius eſt hodiè proprius Abbas.

Jungendi ſequentes loci & canones uſque ad Can. credo placere. cauſa 21. quæſt. 3. qui ſunt de commendis temporalibus, non quarumlibet Eccleſiarum, ſed maximè Cathedralium ſive Epiſcopatuum, cum enim ſermo habetur de Eccleſia civitatis, ſine altera denominatione tituli, id intelligendum de Epiſcopali dignitate, nec etiam de Parochiali Eccleſia, prout habetur in cap. 19. cum clerici. de verb. ſignific. apud Gregor. de Eccleſia Placentina, nec tempore Concilii Calchedonenſis, de quo in cap. neminem. ſuprà. diſtinct. 70. tituli ordinandorum erant beneficia titulata, ſed ſimplices adminiſtrationes; nec etiam in Epiſcopatibus aut Parochiis ſolis conſiſtentes, ſed in Lectoratibus & minoribus adminiſtrationibus, & ita huic can. neminem. emendatores Romani ſubjecerunt formulam ordinandi Lectoris ex ordine Romano deſumptam, his verbis, *de titulo ſancti Stephani eligimus in Lectorem ad eumdem titulum.* F. P.

Temporalium ipſorum cõmendarum origo in Eccleſiis Cathedralibus, non etiam in Parochialibus.

Tituli ordinandorum ex Concilio Calchedonenſi erant in ſimplicibus adminiſtrationibus.

Can. 5. *Relatio.*

In Inſcriptione. Ibi. *Unde Gregorius. Juncto Textu* INSCRIPTIO.

Source : BIU Cujas

Defuncto Pontifice suo Petro, Cardinalem postulant te sibi constitui Sacerdotem, Clerus & populus Tarraconensis gentis. Ibi. *Gregorius.*

Elucidatio inscriptionis, & restitutio textus de Cardinalibus ejusce temporis.

Epistol. 13. cap. 52. lib. 1. & sic vides quod Episcopus Terraconensis vocabatur Cardinalis, sicut & Canonici Ravennates, necdum tale nomen erat Romæ, ubi postea retentum, nota quod in originali Gregorii sunt hæc verba, *de authoritate nostra Terraconensi Ecclesiæ te Cardinalem constituimus sacerdotem*, quæ verba Gratianus hic omisit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quid vero de rebus prædictæ Ecclesiæ ordinare, facereque provideris, liberam habebis, quippe ut proprius Sacerdos facultatem. Iuncto textu præcedenti.*

De commendis perpetuis, & earum natura.

Ergo in verum titulum, ut vult Gratianus, & bene hodiè dantur in perpetuam commendam, sed fictio vocis est, quia commenda perpetua est verus titulus dispensatorius, ut dixi in reg. Cancellar. reg. de public. quæst. 15. num. 227. cum seq. C. M.

Can. 6. *Illud quoque.*

* GLOSSA.

In Glossa verb. *Tibi Terraconensis Ecclesiæ curam ingerimus, ut Fundensis Ecclesiæ tibi jura potestatemve nullomodo subtrahamus.* Ibi. *nisi illud statim quam cito confirmasset eum in secundo Episcopatu, vacaret primus.*

De incompatibilitate duorum Episcopatuum in titulum obtentorum.

Cum ista Glossa concordat Bald. & Salicet. in leg. si procurator. cod. de procurat. quibus adde Gloss. & Paulum de Leazariis in Clement. 1. de procur. & idem not. Barth. in leg. quod omnis. §. plane. cum leg. sequent. dig. eod. & in rubr. cod. de exercit. act. in 3. colum. & in leg. cum mandati. cod. mand. & expressè per specul. in tit. de procur. in §. ratione autem. in verb. Item excipitur. Lud. Roman. in l. quod bona fide. §. qui alieno. n. 12. de damn. infect. C. M.

Ibidem. §. *Non enim potest.*

* TEXTUS.

In Textu in additione Gratiani. *Non enim potest utrique præsidere, supple Ecclesiæ tanquam titulatæ, sed uni tamquam commendatæ, alteri vero tanquam titulatæ præesse valet. Iuncta eadem inscriptione. Vnde Gregorius ad Agnellum Episcopum.*

Observatio ad hunc textum, quem putat Molin. extraneum, & inadvertenter insertum.

Hanc ultimam clausulam puto è margine libri cujusdam scholastici desultasse in compilationem Gratiani, qui jam dixit in omnibus ultimis capitulis utrumque intitulari, sed jure speciali, hoc est dispensationis teneri, in quo mirandum est de Gregorio, qui severus erat, & tamen concilia hoc velut turpem negociationem execrabantur, sed Gregorius fuit illectus superstitione illius Agnelli, cui secundum Episcopatum contulit, ut patet in epist. 13. lib. 2. est ille ipse qui pellexerat Petronillam, ut se & omnia bona Monasterio daret, ut supr. 19. quæst. 3. cap. perlatum. C. M.

Observatio altera ad Gregorium Pontificem authorem huius can.

CAUSA XXI. QUÆST. III.

Can. 1. *Credo placere.* Est 2. in emend. Romana.

INSCRIPTIO.

In inscriptione. Ibi. *Item ex Concilio Carthaginensi 1. Nicolaus Episcopus Castillianis dixit.*

Correctio inscriptionis.

Imo legendum est Nicasius Episcopus Culusitanus dixit. ut patet in Concil. Carthaginensi 1. cap. 6. C. M.

Adde Anton. Augustinum lib. 1. emendationis Gratiani. dialogo 3. circa medium pag. 24. & 25. editionis Balusianæ. F. P.

Can. 3. *Cyprianus.* Est 4. in emendat. Romana.

INSCRIPTIO.

In inscriptione. Ibi. *Item ex epist. Cypriani ad Presbyteros & Diaconos, & plebem Furnensem.* Ibi. *Epistola.*

Elucidatio inscriptionis, & censura.

9. lib. 1. Erasm. in Præfat. lib. testatur multa quæ non sunt Cypriani admixta. C. M.

Can. 4. *Mollitiis.* Est 5. in emendat. Romana.

* GLOSSA.

In Glossa verb. *Mollitiis, & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati sunt.* Ibi. *Id est deliciis. Iunctis præcedenti & subsequenti Canonibus.*

Sed ut patet per sequens & præcedens capit. legendum est in textu molestiis, prout etiam in loco unde sumpta sunt dixi. C. M.

Correctio textus ex præcedenti & subsequenti canonibus.

Sic emendatores Romani correxerunt ex nota Molinæi, ejusdem tacito nomine. F. P.

CAUSA XXI. QUÆST. IV.

Can. 1. *Omnis jactantia.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Eos ergo Episcopos, vel Clericos, qui se fulgidis & claris vestibus ornant, emendari oportet.*

De vestimentis Clericorum. Edictum Ludovici Pii Imperatoris.

Quod etiam Ludovicus Pius Francorum Rex & Romanorum Imperator prohibuit, ut Platina Robert. Gaguin. & alii testantur, dixi in præfatione ad Henr. II. contra parvas datas. C. M.

Perpetuo conatu Molinæus probare tentat, Reges Francorum de rebus Ecclesiasticis leges statuisse, quamvis constet eos, id Ecclesiæ authoritati submisisse, & Ludovicus Pius de Ecclesiasticorum vestibus nihil decernit, sed eo imperante & Concilium Aquisgranense primum promovente, sub annum 816. de Episcoporum & Clericorum vestibus statuit. cap. 24. ex Sirmundi collectionibus. G. D. P.

CAUSA XXI. QUÆST. V.

Can. *Si Episcoporum.* 6.

INSCRIPTIO.

In inscriptione. Ibi. *Item Gregorius Constantino Augusto.*

Correctio inscriptionis.

Imo Constantiæ Augustæ uxori Mauritii, ut patet in epistola 34. lib. 4. cap. 78. epistol. Gregorii. C. M.

In emendatione Romana hæc inscriptio correcta ex mente Molinæi, nulla ipsius mentione habita. F. P.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si Episcoporum causæ mihi commissorum, apud piissimos dominos, aliorum patrociniis disponuntur, infœlix ego in ista Ecclesia quid facio. Iuncta inscriptione præcedenti. Item Gregorius Constantio Augusto.*

Elucidatio textus, & inscriptionis præcedentis, de more Gregorii scribendi ad Imperatorem vel Imperatricem, pro tempore.

Intellige Mauritium Imperatorem, quem Gregorius in hac epistola, & ubique vocat piissimum Dominum, vel ejus delegatos, quorum authoritate Maximus factus erat Episcopus Salonitanus; ut supra 63. distinctione. Salonitanæ. Mos erat Gregorii scribere ad Imperatricem, quando videbat Imperatorem ab aliis persuasum. C. M.

CAUSA XXII. QUÆST. I.

Can. 2. *Non est contra.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Domino nostro, quam Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse ostendunt. Iuncta inscriptione. Item Augustin. super epistolam ad Galatas.*

Elucidatio textus de juramento Prælatorum.

Græca enim dictio νη. qua utitur Paulus, Corinth. cap. 15. non est anceps, sed tantum jurando asseverantis, ut Erasmus ibi annotat. & in concionat. lib. 3. Idem Augustin. in sermon. Domini in monte. lib. 1. tomo 4. & de Doctrina Christi lib. 3. cap. 4. Idem textus in cap. etsi Christus. de jurejur. C. M.

Can. 16. *Monet te.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si tamen Abimelech. per deos suos juravit, sicut Laban per Deum Iacob.*

Correctio textus.

Sic loco Sochot restitui ex libr. Augustini per Frobenium impressis. C. M.

CAUSA XXII. QUÆST. II.

Can. 13. *Nec artificioso.*

* GLOSSA.

In Glossa verb. *Quomodolibet quis mentitur, occidit animam suam* Ibi. *Paulus per illa verba, nescivi quia princeps esset, cum sciret, prædixit destructionem Iudæorum veniente Christo.*

Expositio loci act. cap. 23. de Paulo dicente se nescire Sabducæum esse principem.

Imo verè nesciebat Sabducæum illum esse Principem, quia sciebat oppositum, quod jam Sinagoga Judæorum non esset Judæorum, sed Sinagoga Satanæ. Apocalyps. 3. C. M.

Can. 18. *Quod autem.* §. *Sed in veteri.*

* TEXTUS.

In Textu additionis Gratiani. Ibi. *Sed in veteri*

Source : BIU Cujas

Testamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie uti non licet.

Nota de exemplis Sanctorum ad consequentiam non trahendis.

Melius diceret Gratianus exempla sanctorum facta narrant, quæ non approbantur, ut etiam tradit Joann. Imola. in leg. stipulatio hoc modo. de verb. obligat. C. M.

Can. 21. *Utilem.*

INSCRIPTIO.

In inscriptione. Ibi. *Item Hieronymus. Iuncto textu in principio.* Ibi. *Utilem simulationem, & in tempore assumendam, & per totum, &.* Ibi. *Hieronymus.*

Differentia inter simulationem verbalem, & simulationem operum, & conciliatio Hieronimi & Thomæ Aquinatis.

In commentar. ad Galatas. cap. 2. sed contra Hieronymum hic tenet Thomas Aquinas 2. 2. quæst. 3. art. 1. Archidiacon. hic solvit, quod refert inter simulationem verbalem, de qua Thomas, & simulationem operis, de qua Hieronymus hîc. reddens rationem, quia opera non sunt instituta ad significandum conceptum animi, & hanc distinctionem sequitur Ægidius de Bellamera hîc. nisi specialis. num. 6. de author. & usu Pallii. & cap. 12. de his quæ vi metusve causa fiunt. Ubi tamen objicit de 2. Machab. cap. 6. de Eleazaro qui voluit sic fingere, & subdit num. 13. quod fictio Cardinalium in coronatione Bartholomæi pseudopontificis Romæ per tres menses, fuit pia, discreta, provida, officiosa, ex causa justa, honesta, & necessaria. C. M.

Exempla simulationum Innocentium.

Can. 22. *Quæritur.* in §. hinc idem Apostolus.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Veraciter ergo non mendaciter Jacob se dixit Esau esse.*

Utrum mentitus fuerit Jacob dicendo se Esau, & utrum peccaverit & quomodo, & de testamento Isaac.

Tamen Alphons. Tostad. Abulensis Episcopus, Genes. cap. 27. concludit Jacob. mentitum, sed peccasse tantum venialiter, quia mendacium officiosum secundum eum. Baldus autem in Concilio incipiente quod pro regula. column. 3. consil. 252. secundum novam impressionem, dixit quod si non essemus in terminis divinæ dispositionis, jus esset dicere, quod testamentum Isaac non valuisset. Idem Bald. consil. 145. in fine. lib. 1. secundum veterem impressionem. Vide Gabriel. Biel. in 4. Sentent. distinct. 15. quæst. 9. in fine. C. M.

CAUSA XXII. QUÆST. IV.

Can. 22. *Inter cætera.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *De quodam Hubaldo, qui captus & timore mortis impulsus suæ concubinæ juramento firmavit, ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque alimoniæ eis umquam impendere, quia vero quam prius concubinam habuerat non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum & stabile, porro iuramentum non ad hoc fuit institutum, ut esset iniquitatis vinculum.*

An juramentum metu extortum debeat servari, vel matrimonium inde promissum.

Nota quod hic non tractatur, an matrimonium metu contractum valeat, quia ipso jure non valet, sed tantum an juramentum possit observari. Fortun. Gart. in rubr. de justit. & jure. 21. illat. C. M.

Ad materiam hujus Canonis decidendam vide eumd. Fortun. Gart. de ultimo fine Jur. Civil. & Canon. num. 407. pag. 270. Covarruv. ad 4. Decretal. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 5. F. P.

CAUSA XXII. QUÆST. V.

Can. 5. *Ille qui hominem.*

TEXTUS.

In textu. Ibi. *Ille qui hominem provocat ad iurationem, & scit eum falsum juraturum esse, vincit homicidam.*

An peccet qui coegerit jurare quem sciebat peraturum.

Idem vult Muscul. Psalm. 15. in appendice. qui est in fine lib. 100. quomodo peccent qui juramentum exigunt. C. M.

Can. 17. *Decrevit.* §. *De forma.*

TEXTUS.

In additione Gratiani. in Textu. Ibi. *De forma autem fidelitatis, sic invenitur in epistola Philiberti Episcopi, sive potius Fulberti.*

Correctio textus.

Imo Oberti de Orto. cap. 1. de nova forma fidelitatis. in usib. feud. Unde ille Episcopus transsumpsit. C. M.

Can 22. *Nullus ex Ecclesiastico ordine.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nullus ex Ecclesiastico ordine cuiquam laico quicquam jurare præsumat.* Ibi. *Hoc capitulum intelligas de iuramento expurgationis, quod Clericus non debet facere coram laico.*

An Clericos coram laicis jurare conveniat.

Ista fuit sententia M. & B. secundum Laurentium. & quod hoc casu intelligatur Can. patet ex fin. secund. Hug. sed urget illa littera *quicquam*; ego verò dico, quod hic textus intelligitur de juramento subjectionis, emanavit enim ad conservandam libertatem Clericorum, ne Episcopi dominatum, contra beati Petri Epistolam acciperent. sed postquam Gregorius VII. ab Episcopis exigere cœpit. cap. ego. de jurejur. ubi dixi in textu. pariter & Episcopi in Clericos tanquam subditos, nisi qui exemptionem redemerunt. C. M.

Et de juramento Episcoporum SS. PP. præstito & de Episcopis simile juramentũ à Clericis sibi subditis exigentibus.

Istius prænotati Molinæani prima pars usurpata est ab emendatoribus Romanis, suppressa altera parte, ab his verbis *ego vero dico ad finem usque*, quia in ea liberius Molinæus mentem suam aperiebat. F. P.

CAUSA XXIII. QUÆST. I.

Can. 1. *Nisi bella.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Hinc etiam Gregorius ait. Iuncto Textu. Nisi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent.*

Correctio inscriptionis ex textu.

Imo stilus est Origenis, qui hoc dicit homil. 15. super Josue. C. M.

Can. 7. *Summa militiæ laus.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius universis militibus Neapolitanis.*

Correctio inscriptionis.

Imo omnibus Episcopis Neapolitanis, quos jubet obedire Constantio Tribuno militum, ut patet in registro Gregorii. lib. 12. Epist. 24. C. M.

In vulgaribus impressis legitur Episcopis, non militibus, sed erroneè, ex originali manuscripto restitutum fuit militibus, hanc epistolam scripsit Gregorius anno 603. Phoca imperante, quo absente Gregorius armis Ducis Longobardorum Arnulfi territus, deque salute Neapolitanæ sollicitus urbis Imperialis, custodiam illius Constantio Tribuno militum commisit, scripsit ergo non Episcopis, sed militibus, quod his patet verbis *summa militiæ laus.* At Molinæus erroneam lectionem cum glossa Joann. de Fantuc. retinuit, occasionem inde arripiens, Episcopis tanquam bellatoribus insultandi, & eos Tribuno militum submittendi, tum ut tacitè persuadeat, Gregorium Magnum virum sanctissimum fuisse Prælatis militandi & arma gestandi authorem; quod minimè credendum, cum sedente Leone anno 445. Valentin. Imperator inter Novellas Theodosii tit. 24. de ordin. Episcop. mandaret Aetio, non licuisse Hilario Arelatensi Episcopo rebus Ecclesiasticis arma miscere, & anno 451. sub eod. Leone Concil. Calchedon. Can. 7. definitum sit, Clericos ad militarem expeditionem non posse venire. G. D. P.

Restitutio inscriptionis per Dom. G. D. P.

Sinistra conjectura Dom. G. D. P. contra Molinæum.

Probatur Clericos armis se immiscere non debere.

In hoc placet quod Dominus G. D. P. inscriptionem hujus Canonis universis militibus Neapolitanis factam retinuerit contra Molinæum, qui universis Neapolitanis Episcopis habitam volebat, sed non ex ea ratione qua motum vult Molinæum, insultandi Episcopis tanquam bellatoribus, & ut suaderet Gregorium Magnum virum sanctissimum fuisse authorem Prælatis militandi, armaque gestandi, cum nihil alienius sit à mente Molinæi, sive de Prælatis militibus, sive de ipsomet Gregorio arma commovente, ipsomet testante arma Prælatorum esse lachrimas & orationes, in Can. non pila. in Can. convenior. infr. hac ead. caus. quæst. 8. quibus notas suas in id adscripsit, eorumdem Canonum menti conformes, & ad cap. dilecto. 6. in glossa. verb. gladio utendo ecclesiastico. De sentent. excommunic. in 6. & ad præfat. caus. 23. quæst. 8. ibi. Item Ambrosius arma Episcopi lachrimæ sunt & orationes. Nec-

Probatur restitutio inscriptionis per Dom. G. D. P. facta non ex eadem ratione qua utitur.

Probatur Molinæum noluisse suadere Episcopos debere esse bellatores; multo minus divum Gregorium authorem fuisse bella commovendi.

Source : BIU Cujas

non Gregorio Magno perſuaſiſſimum fuiſſe, jus armorum non fuiſſe penes Prælatos, etiam defenſionis cauſa, ut & Leoni Magno ſummo Pontifici, in Can. igitur. Can. ſi in mortem. ead. cauſ. 23. quæſt. 8. ad quæ dixit Molin. ſubmittendo ſe menti eorumdem ſummorum Pontificum arma penitus averſantium, & Imperiale auxilium ſubnixè flagitantium; junge notam ejuſdem Molinæi ad cap. 9. ſtatutum. in Gloſſa verb. ne inquiſitionis proceſſus retardetur. de hæret. in 6. F. P.

Probatur ex ipſomet Gregorio & notis Molinæi ad eumdem.

CAUSA XXIII. QUÆST. II.

Can. 1. *Juſtum eſt bellum.*

Textus. In Textu. Ibi. *Iudex dicitur, quia ius dictat populo, ſive quod ius diſceptet.*

Quid ſit Judex, jus dicens, & juriſdictio, & unde ſic dicantur. Adde Alexand. de Imola in leg. 1. column. 2. de Juriſd. omn. jud. ubi dicit quod Jus dicens & dictio Judex ſunt ſinonima. C. M.

Hoc totum Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſuæ annexum. F. P.

CAUSA XXIII. QUÆST. IV.

Can. 21. *Obtineri.*

* Textus. In Textu. Ibi. *Obtineri nequaquam poſſunt quæ prædeſtinata non fuerunt, ſed ea quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precibus obtineantur. Juncta inſcriptione. Item Gregorius in dialog. lib. 5.*

Cave; quia electi ita ſunt ad vitam æternam prædeſtinati, ut eam per ſolum Chriſtum, cui à patre datur, obtineant, non autem ſuis meritis, vel operibus: bene quidem ſunt prædeſtinati, ut ambulent in bonis operibus, quæ Deus præparavit. Epheſ. 2. non autem ut per ea, ſed per ſolam fidem, hoc eſt meritum & communionem Chriſti ſalventur; ſiquidem in hoc noſtra ſalus incluſa eſt. Actor. 4. & idem Gregorius rectè loqui ſolet de prædeſtinatione, ut patet in moralib. lib. 34. ad cap. 41. in Job. cap. 9. cum ſequ. & infr. de pœnitent. diſtinct. 2. Can. citius. ſic infr. de Pœnitent. diſtinct. 3. Can. ſicut aqua. C. M.

De prædeſtinatione Electorum, ſententia divi Gregorii.

Can. 22. *Nabuchodonoſor.*

* Inscriptio. Elucidatio inſcriptionis. In Inſcriptione. Ibi. *Item Auguſtinus.* Cap. 15. lib. de prædeſtin. & grat. tom. 7. C. M.

Can. 23. *Vaſis.*

* Glossa. In Gloſſa. verb. *Prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi.* Ibi. *Si vere volumus loqui, non eſt concedendum, quod futura bona ſint cauſa prædeſtinationis. Juncta inſcriptione. Idem. id eſt Auguſtinus. ut in præcedenti Can.* Ibi. *Futura bona ſint cauſa prædeſtinationis.*

An futura bona ſint cauſa prædeſtinationis, & quomodo intelligendum. Bona, optima, & veriſſima Gloſſa, ex ipſius Auguſtini verbis ſumpta: ut patet in lib. de prædeſtinat. ſanct. cap. 7. cum duobus ſeqqu. in enchirid. ad Laurent. cap. 99. & ad Sixtum epiſt. 105. cum ſeq. Deus eſt enim qui agit in electis, & ut velint, & ut efficiant. ad Philipp. cap. 2. non ergo elegit eos quia bona facturi erant, ſed ut eos ſanctificaret in bonis operibus, quæ eis præparavit. cap. 1. & 2. ad Epheſ. contrarium vero dicentes Pelagiani ſunt impii hæretici. C. M.

Ibidem. §. *Quamvis.*

* Textus. In Textu. *Quamvis ergo convenienter dicant, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſario evenient, non tamen ideo abſolute verum eſt, ſed neceſſario evenient quæ prædeſtinata ſunt vel præſcita, quia hic neceſſitas refertur ad rerum eventum.* Ibi. *Ad intuitum divinæ præſcientiæ.* Ibi. *Sed neceſſario evenient.*

De cõtingentia præſcitorum. In veteri codice deeſt vox *ſed.* & ſic Textus planior, tamen quia in aliis libris inveni, hic reliqui, admonens quod vox *ſed* demonſtrat hoc loco. C. M.

Adnotatio Molinæi ad textum.

Ibidem.

* Textus. In Textu. Ibi. *Per ſe vero conſiderata abſolutam naturæ ſuæ libertatem non deſerunt, iunctis præcedentibus de præſcitis à Deo.*

De libertate præſcitorum. Dixi in Conſuetudine Pariſienſi. §. 8. Gloſſa. 1. quæſt. 7. C. M.

Can. 29. *Si illic.*

Glossa. In Gloſſa verb. *Quando Achab Rex Iſrael miſit ad Eliam, qui eum advocarent, & dicerent ei, homo Dei Rex Iſrael vocat te, qui ait, ſi homo Dei ſum, deſcendat ignis de Cælo, & conſumat vos, & ſtatim ignis deſcendit de Cælo, & conſumpſit eos.* Ibi. *Nec illud contigit tempore Achab, ſed illud contigit ſub Ochoſiæ.*

Ad hiſtoriam Canonis & temporis. Qui fuit filius Achab. impii. 3. Reg. cap. ult. & per cancellos cadens conſultis Idolis periit. 4. Reg. cap. ult. Vide Guilelm. Occam in dialogis. fol. 160. column. 4. C. M.

Illud Molinæi adnotatum partim ab emendatoribus Romanis admiſſum eſt, partim reſectum. F. P.

Can. 30. *Guiliſarius.*

Inscriptio. Emendatio inſcriptionis. In inſcriptione. Ibi. *Item objicitur illud Silveſtri.* Imo Silverii ad Amatorem Epiſcopum. C. M.

Hæc inſcriptio correcta eſt à Romanis emendatoribus ex mente Molinæi, illaudato Authore; adde Anton. Auguſtin. in emendat. Gratiani. dialog. 1. cap. 2. in principio. ad confirmandam correctionem inſcriptionis, & Stephan. Baluſ. in not. ad Gratian. fol. 532. & ſeq. poſterioris editionis Baluſianæ. F. P.

Confirmatur emendatio inſcriptionis Canonis.

Ibidem.

Textus. In Textu. *In principio. Juncta præcedenti inſcriptione. Item objicitur illud Silveſtri.* Ibi. *Guiliſarius Patricius noſter.*

Correctio ad textum & inſcriptionem. Ita omnes libri, ſed legendum Belliſarius, ut patet apud Platin. in vita hujus Silverii, qui fuit anno Domini 538. Idem vult Felin. in cap. Rodolphus. column. 22. in fine. de reſcript. C. M.

Et illud antea correctum à Molinæo, & ab emendatoribus Romanis probatum, ut hîc habetur. Et adde Anton. Auguſtin. de emendat. Gratiani. dialog. 1. cap. 3. pag. 19. ad emendat. inſcript. & textus in principio. F. P.

Can. 37. *Nimium.*

* Glossa. In Gloſſa verb. *Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de vita ſecurus juſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitia ſecurus acquieſcat.* Ibi. *Supr. ead. duo contra.*

Utile præceptum Auguſtini concordans ſuperioribus contra Gloſſam. Imo potius concordat, adde ſupra. 5. quæſt. 5. non omnis. Dixi in tract. uſur. quæſt. 2. C. M.

Adde ad eum Can. quod ſupra notatum eſt à Molinæo ad can. non omnis. cauſ. 5. quæſt. 5. & quod nos ipſi ibidem adnotavimus. F. P.

Can. 40. *Qui peccat.*

Textus. In Textu. Ibi. *Quare non audiſtis verba Domini dicentis. Ego autem dico vobis, nolite reſiſtere malo. Junctis quæ ſunt in Textu.*

Monitum utile Molinæi. Semper ſpectandum eſt quod & quatenus ſpectat ad gloriam Dei, ut dixi in tract. uſur. quæſt. 2. C. M.

Ibidem.

* Textus. In Textu ſequenti.. Ibi. *Cur non etiam hoc fieri poteſt, ut per ordinarias & legitimas poteſtates, de Sedibus quæ illicitè uſurpantur, pius expellat impium.*

An liceat uſurpatores expellere per violentiam. Ut contra Anabaptiſtas dixi in tract. uſurar. Gallico. poſt principium. C. M.

Can. 45. *Quæſitum.*

Inscriptio. Elucidatio Inſcriptionis. In inſcriptione. Ibi. *Item Innocentius Papa.* Primus. epiſt. 3. ad Exuperium Epiſcopum Tholoſanum. cap. 3. in 1. tomo concil. C. M.

Ibidem.

* Glossa. In Gloſſa verb. *An liceat mortem poſcere.* Ibi. *Poſtere, id eſt de morte poſtulata conſilium dare.*

An ſit irregularis qui mortem poſcit alienam. Vel dic poſcere, id eſt à Principibus poſtulatam infligere, ſic intelligendum hoc cap. de Judicibus ſecundum Laurent. Vel dic poſcere, id eſt deferre vel denunciare aliquem reum criminis capitalis, quia eis licitum eſt. Cod. de adſeſſ. leg. quidam.

Source : BIU Cujas

ſed hic non quæritur an illicitum, ſed an irregularis, & dicitur quod non, ut in præcedenti capite. C. M.

Illud totum Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis eſt uſurpatum, & margini ſuæ annexum, ut habetur in emendatione Romana. F. P.

Can. 46. *Illud etiam.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item Innocentius ad Toletanum Epiſcopum. Junctо textu. De his qui poſt baptiſmi regenerationem, à Principibus mortem alicujus vel ſanguinis reatum poſcunt, vel dictant preces, an liberum concedatur, & dum legum ſeveritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.*

De eadem materia irregularitatis, an oriatur ex dictatione precũ & libellorum ad mortis pœnam infligendam inducentium.

Et ſic adhuc poſt annum Domini 420. iſti non erant, nec credebantur irregulares, ut etiam patuit in Ambroſio, non enim erat hîc quæſtio de peccato, ſed de incapacitate ad eccleſiaſtica miniſteria. C. M.

In hoc Canone nego de incapacitate ad miniſteria Eccleſiaſtica quæri. Dicendum primo qui fuerint hîc dictantes preces, Gloſſa vult fuiſſe aſſeſſores, quorum officium putat fuiſſe in libellis dictandis, ſed fallitur dicendumque cum Coraſio ad leg. 1. dig. de aſſeſſorib. eorum fuiſſe officium, non ſolum verbo factas poſtulationes audire, ſed etiam libellis ſcriptas, quas tamen non aſſeſſor, ſed magiſtratus ſubſcriberet. leg. 2. cod. eod. addit Gloſſa fuiſſe vel executores, vel notarios, de aſſeſſoribus vel notariis conſentit Archidiaconus ſententias ſcribentibus, non agitur hîc de dictatoribus, quales fuerunt qui teſtamenta dictabant, de quibus obiter Gothofredus ad leg. dictantibus. Cod. de teſtament. Erant dictatores libellorum, qui deſideria id eſt preces ſcribebant, de quibus Ulpian. leg. moris. §. ſolet & ita. dig. de pœnis. Gordian. in leg. 2. Cod. de error. advocat. Juſtin. in leg. ultim. Cod. de appellat. quos Cujacius ad d. titul. de error. advocator. libelliones vocat, & inter libellos eſſe dicit preces vel inſcriptiones in crimen, de quibus hîc Innocent. cujus pontificatu; Alani, Suedi, Vandali, inter quos Ethnici plures Hiſpanias occupabant, interrogabat ſummum Pontificem Epiſcopus Toletanus, an dictans hujuſmodi preces, ſi poſt baptiſmum illi vacet functioni, peccare dicatur, reſpondet Innocent. dum legum authoritas in improbos exercetur, dictatorem fore immunem, nempe à peccato, ex mente Archidiaconi poſt Tancred. neque hîc de incapacitate ad eccleſiaſtica miniſteria, ut vult Molinæus, quia non de Clericis, ſed de baptiſatis agitur: & male argumentatur de electione, vel ſi mavis de poſtulatione divi Ambroſii in Epiſcopum Mediolanenſem, conſtat enim à Probo præfecto prætorio Italiæ fuiſſe anno 639. miſſum cum inſigniis Conſularibus ad Liguriam, Inſubriam, & Æmiliam regendas, quibus præfuit ad annum uſque 374. quo Cathecumenus adhuc fuit in Epiſcopum electus, & octiduô poſt baptiſmum ordinatus: Baptiſmus autem peccata non ſolum, ſed irregularitatis præteritæ notas laverat, à futura non liberaſſet, quare nota Molinæi omnino delenda eſt, quia ſive de peccato, ſive de irregularitate Epiſcopus Toletanus quæſierit, dicendum eſt baptiſmo culpas tantum præteritas deleri, atque quamvis poſt baptiſmum libelliones accuſatorum ſuo potuerint miniſterio fungi, neque peccarent, nec ad miniſteria eccleſiaſtica vocari nec ordinari, niſi abſolutione impetrata poterant, ſi quam contraxiſſent irregularitatem. G. D. P.

Qui ſunt precum & libellorũ in criminalibus dictatores.

Exponitur ſumma quæſtionis Toletani Epiſcopi ad Innocentium.

Judicium Domini G. D. P. de nota Molinæi.

De ea materia irregularitatis vel incapacitatis propter ſævis immiſtionem ad authores & locos de ea tractantes remiſſio.

De his; vide quæ habentur in conſtitutionibus legatinis Ottoboni. tit. ne Clerici ſint Advocati in cauſis ſæcularibus, nec Judices nec aſſeſſores. in collectione conſtitutionum provincialium Angliæ. poſt Guilelm. Lyndevode editionis Pariſienſis aſcenſii Badii. ann. 1505. D. Louet in collectione arreſt. in littera B. num. 1. & ejus annotatorem Julian. Brodæum ibidem. Anton. Mornac. ad leg. 17. quibus ex cauſis infamia irrogetur. Jacob. Puymiſſonium advocatum Tholoſanum diſceptatione forenſ. 4. pag. 90. & ſeqq. F. P.

Can. 47. *Si quos.*

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Item Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum.*

Ad hiſtoriam canonis & inſcriptionis ejuſdem. Quam, quia Epiſcopis ſuis favebat, excellentiſſimam filiam vocat Gregorius. epiſt. 5. lib. 7. ibi ad ejus petitionem pallium mittit Siagrio Epiſcopo, & in fine dict. epiſt. habetur hoc cap. C. M.

Vide quæ adnotavimus ſup. ad can. 8. cum devotiſſimam. 12. quæſt. 2. F. P.

Can. 50. *Si ea.*

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Ait enim Auguſtinus. Junctо textu.*

Correctio ad inſcriptionem. Imo ſtilus eſt Gregorii Magni. C. M.

CAUSA XXIII. QUÆST. V.

Can. 1. *Circumcelliones.*

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. *Item Auguſtinus ad Marc. Comitem. de Donatiſtis captis.*

Elucidatio inſcriptionis. Epiſt. 59. ad Marcellinum Tribunum. C. M.

Can. 10. *Non eſt noſtrum.* Eſt. 11. in emendat. Romana.

* GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non licet propria manu perire, abſque eo ubi caſtitas periclitatur.* Ibi. *Melius poteſt legi hæc dictio* abſque *incluſive, quaſi dicat nec in iſtis caſibus ubi caſtitas periclitatur licet alicui ſe occidere. Juncta inſcriptione. Item Hieronymus in Jona Propheta.*

An liceat ſeipſum occidere etiam in periculo caſtitatis amittendæ. Sed hoc eſt apertum ſenſum Hieronymi invertere, quod jam non debet reprehendi, quando poſt turpem libidinem adhuc mors imminet, patet quia de pluribus generibus mortis oblatis licet eligere levius, ergo honeſtius, uteumque degeneres quidam ſophiſtæ Hieronymo obſtrepant. C. M.

Can. 19. *Principes ſæculi.* Eſt. 20. in emendat. Romana.

* TEXTUS. In Textu ibi. *Caterùm intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut quod non prævalent Sacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem.* Ibi. *Intra Eccleſiam.*

Princeps in Eccleſia ſpectandus tanquam Princeps, non ut privatus quiſpiam. Non ergo ob id extra. Errant ergo qui Principem non tamquam Principem, ſed tamquam privatum quempiam putant eſſe poſſe Chriſtianum, vel de Eccleſia. Adde textum ſup. 22. quæſt. 4. can. quando. & quod ſcripſi ad edict. Henrici II. in proemio. C. M.

In id remiſſio ad authores ea de materia tractantes. In id vide quæ habentur in priori volumine libertatum Eccleſiæ Gallicanæ. editionis Rothomagenſis anni 1651. pag 87. & 88. in memorialibus pro Regina Navarræ. Vidum Conchil. in poſthum. tract. libert. Eccleſ. Gallican. pag. 48. & 49. F. P.

Can. 32. *Ad fidem.* Eſt 33. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item Auguſtinus contra Petilianum.*

Elucidatio inſcriptionis. Lib. 2. contra litteras Petiliani. cap. 83. Vide Guilelm. Occam. in dialog. fol. 69. C. M.

Can. 47. *Quis enim.* Eſt 48. in emendatione Romana.

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item Auguſtinus ad Bonifacium.*

Elucidatio inſcriptionis & cenſura. Epiſtol. 50. tom. 2. ſed has epiſtolas Auguſtini ad Bonifacium & Bonifacii ad Auguſtinum Eraſmus fictas & ſuppoſititias omnino cenſet. C. M.

CAUSA XXIII. QUÆST. VI.

Can. 4. *Jam vero.*

* GLOSSA. In Gloſſa verb. *Jam vero ſi ruſticus tantæ obſtinationis fuerit, ut ad Deum venire recuſet, exactionis pœna compellendus.* Ibi. *Hoc capitulum intelligitur de hæreticis, qui exactionis pœna compellendi ad rectitudinem feſtinare. Juncta inſcriptione. Item Gregorius Maximiano Epiſcopo.*

Ad hiſtoriam de compellendis ad fidem ampleſ. Dic quod loquitur hoc capitulum de ruſticis inſulæ Sardiniæ, qui erant adhuc infideles, quos Gre-

Source : BIU Cujas

tendam infidelibus & hæreticis.

gorius hac arte volebat ad Christianismum compellere, & Archidiaconos uxores suas relinquere, ut patet in d. epist. cujus principium habetur supra 11. quæst. 1. factis. C. M.

In id remissio ad authores ea de re tractantes.

In id vide Vignierium bibliothec. tom. 2. pag. 111. Radulph. Forner. lib. 2. rerum quotidian. cap. 4. Franc. Balduin. in comment. ad edicta Princip. de Christianis. pag. 120. Cassiod. 2. variarum. epist. 27. Annib. Fabrot. ad leg. 2. cod. Theodos. de Paganis. F. P.

CAUSA XXIII. QUÆST. VII.

Præfatio.

* Textus et Inscriptio.

In principio quæstionis. Sive in inscriptione. Ibi. *De his ita scribit Augustinus ad Vincentium.*

Elucidatio inscriptionis.

Epistol. 48. quæst. penult. tom. 2. C. M.

Can. 1. *Quicumque.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Et quamvis res quæque terrena non recte à quoquam possideri possit, nisi vel jure divino (quo cuncta justorum sunt) vel humano. Juncta inscriptione. De his ita scribit Augustinus ad Vincentium.*

Confutatio hujus propositionis cuncta justorum sunt, & censura textus & inscriptionis in hocce canone.

Hoc in statu hujus mundi non est verum, vel Christo teste, ibi non habet ubi caput reclinet, regnum meum non est hinc, tum decalogus, quo aliena vetantur, etiam justis est positus. Vide Guilelm. Occam in dialog. fol. 245. column. 2. Hunc etiam tractatum epist. Augustini suspectum, seu in multis depravatum censet Erasmus. C. M.

CAUSA XXIII. QUÆST. VIII.

Præfatio.

Textus.

In Textu ibi. *Item Ambrosius. arma Episcopi lachrymæ sunt & orationes.* Ibi. *Ambrosius.*

Arma Episcopi lachrymæ & orationes.

Lib. 5. epistol. in oratione contra Auxentium. Unde can. non pila. can. convenior. infr. eod. caus. desumpta sunt; tamen Philipp. Decius limitat ob defensionem. consil. 151. ubi dixi. C. M.

Can. 6. *Igitur.* Est 7. in emendat. Romana.

* Textus. Inscriptio. et Glossa.

In Textu ibi. *Igitur cum sæpe adversa à Saracenorum partibus perveniant nuncia, nostrum congregari præcipimus populum, maritimumque ad littus descendere decrevimus, & egressi sumus Romam. Juncta inscriptione. Leo IV. scribit Ludovico Augusto. Juncta glossa. in verbo nostrum congregari populum.*

Ad historiam evincendam Romam non fuisse Papæ, nec ad eam defendendam ad arma prorumpere debuisse summum Pontificem.

Quam historiam refert Platina in ejus vita. Ne igitur videretur Leo jurisdictionem Imperatoris usurpasse, milites congregando, & arma movendo, rationem rei in necessitate gestæ reddit Imperatori, & sic præpostere infert Glossa Romam esse Papæ, potius enim sequitur oppositum, aliàs enim non oportuisset rationem reddere Imperatori, cujus subjectionem & legum custodiam profiteri. cap. de capitulis. cap. ult. supra. distinct. 10. & coram quo juri stetit, etiam in causa capitali. can. Nos si incompetenter. sup. 2. quæst. 7. dixi in præfat. edict. Henrici II. num. 13. C. M.

In id remissio ad alios locos ea de re tractantes.

Junge in id Vid. Conchil. in posthumis memorialibus reformat. ecclesiast. pag. 167. & 172. F. P.

Can. 17. *Suppliciter.* Est 18. in emend. Romana.

* Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius eisdem Mauritio & Vitaliano.*

Ad elucidationem canonis, inscriptionis. Et ad historiam.

Magistris militum. De fide sua nuncium Gregor. epist. 23. lib. 12. C. M.

Can. 18. *Reprehensibile.* Est 19. in emendatione Romana.

* Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Sed illud objicitur Nicolai ad Carolum Imperatorem.*

Ad historiam canonis & inscriptionis ejusdem.

Et Auxentium impium consiliarium confutavit, docens Ecclesiam fidem possidere. epist. 31. C. M.

Can. 20. *Convenior.* Est 21. in emendat. Romana.

* Thema. Restitutio textus per Carolum Molinæum, retenta ab emendatoribus Romanis.

In principio thematis præfixi. *Valentinianus Imperator ait, &c.*

Ego Carolus Molinæus. ex tomo 3. lib. 5. epistol. divi Ambrosii. epist. 30. cum seq. sic restituo. C. M.

Quod tamen emendatores Romani paulo prolixius effecerunt in idem tamen tendens. F. P.

Can. 23. *Secundum.* Est 24. in emend. Romana.

* Textus.

In Textu. Ibi *Secundum canonicam authoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de Ecclesiastico agro & manso.*

De Manso Ecclesiastico singulis Ecclesiis attribuendo.

Quam prior edidit Carolus Magnus Vormatiæ, & confirmavit ejus filius, ut adscripsi in stilo Parlamenti. part. 3. tit. 50. §. 1. & in cap. 1. extr. de cens. & in præfatione ad edict. Henrici II. C. M.

Can. 24. *Sancitum.* Est 25. in emendatione Romana.

* Textus.

In Textu. Ibi. *Sancitum est ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur.*

Id est mansio congrua, ita vocant *un mas.* C. M.

Quid sit Mansus Ecclesiasticus, & quæ ejus appellatio.

De hujus verbi Mansus significatione Vide antiquitates Gallicas Præsidis Falcetii, aliàs *Fauchet* lib. 4. cap. 5. num. 242. Joann. Filesac. de sacra authoritate Episcoporum. pag. 130. Anastas. Germon. in paratitl. de censibus. in decretalibus. eumdem Molin. in not. ad cap. 1. de censib. apud Gregor. in gloss. in verb. Mansus. & in stilo Parlam. parte 3. tit. 50. in verb. Mansus. pag. 231. Sirmund. in not. ad capitul. Caroli Calvi. pag. 23. Ludov. Lacerdam. in adversariis sacris. cap. 77. Gloss. ad cod. leg. antiq. pag. 1431. Cujac. in lib. feud. pag. 1800. editionis Lugdunensis in fol. F. P.

CAUSA XXIV. QUÆST. I.

Præfatio.

Glossa.

In Glossa verb. *Qui verò hæresim jam damnatam sequitur, damnationis se participem facit.* Ibi. *Distinctio de damnata vel non damnata hæresi, hodie locum non habet.*

Quis sit hæreticus, & qui dicendus hæreticus.

Refert Guilelm. Occam in dialog. fol. 9. column. 1. sed communis opinio tam Theologorum quam Canonistarum est in contrarium. C. M.

Ibidem.

Glossa.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Maximè cum schisma non possit esse sine hæresi, nisi in summo Pontifice, ut si duo crearentur, & uterque crederet Ecclesiam apud se esse.*

De schismate & an possit esse sine hæresi.

Istam glossam dicit esse singularem Abbas in cap. quia diligentia. de electione. ad hoc quod incidens in schisma, si credit Papatum esse apud illum cui adhæret, non est hæreticus. C. M.

Hoc Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini suæ admixtum. F. P.

Can. 1. *Achatius I.*

Glossa.

In Glossa verb. *Quicumque in hæresim semel damnatam labitur, ejus damnationi se involvit.* Ibi. *Hic est casus in quo Papa potest Papam ligare, in quo Papa in canonem latæ sententiæ incidit.*

In quo Papa alium Papam ligat, & in quo incidit in canonem latæ sententiæ.

Guilelm. Occam in dialogo. fol. 60. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa eadem. Ibi. *Quia si Papa est hæreticus, in eo quod est hæreticus est minor quolibet catholico.*

Papa hæreticus minor est quolibet catholico.

Idem Thomas Aquinas in 4. sentent. distinct. 19. Gabriel Biel. in can. Missæ. fol. 180. column. 2. Philipp. Decius. cap. cum venissent. column. 3. de judiciis. & in consil. 151. num. 4. ubi dixi in annotat. C. M.

Can. 2. *Majores.*

Inscriptio.

In Inscriptione. *Idem. Id est Gelasius Papa; ut in præcedenti canone.* Ibi. *Gelasius Papa.*

Elucidatio inscriptionis.

Ad Episcopos Dardaniæ. C. M.

Can. 3. *Achatius. 2.*

Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item fœlix Papa.*

Correctio inscriptionis.

Imo Gelasius ad Faustum epistol. 1. column. 1. in tomo 1. Concil. fol. 527. C. M.

Can. 6. *Quodcumque.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit.*

Cui traditæ claves Ecclesiæ, &

Illius ergo nomine hanc promissionem accepit. Unde post Resurrectionem ipsa executio & traditio

Source : BIU Cujas

quomodo post resurrectionem Domini.

clavium facta est non soli Petro, sed omnibus simul Apostolis. Joan. 20. Vide Cyprianum infra. eod. can. loquitur. & quæ dixi ad Philipp. Decium. consilio 151. column. 3. C. M.

Can. 9. *A recta.*

INSCRIPTIO. Dubium ad inscriptionem refertur.

In Inscriptione. Ibi *Item Lucius Papa omnibus Episcopis.*

Sed Ecchius lib. 1. cap. 18. dicit esse Agathonem Papam. C. M.

Can. 14. *Hæc est fides.* §. *Item sancta.*

TEXTUS. Elucidatio ad textum.

In Textu. Ibi. *Item sancta Romana Ecclesia.*

Scilicet Julius I. Papa in epistola ad Athanasium. C. M.

Can. 18. *Loquitur Dominus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ut Episcopatum ipsum unum atque indivisum probemus. Juncta Inscriptione. Item Cyprianus Papa.* Ibi. *Episcopatum id est ordinem Episcopalem.*

Quid quod dicitur apud Cyprianum unus est Episcopatus.

Id est functionem, regimen, & potestatem, sicut unum sacerdotium, unam fidem, unum baptisma, apud omnes Episcopos veluti Christi ministros in solidum, quorum unitas in unitate fidei & doctrinæ consistit, ut sæpe inculcat beatus Cyprianus in epistolis & libris suis. C. M.

De ea materia ad Authores remissio.

Adde & ibi Vidum Conchilum in posthumis memorialibus reformat. Ecclesiast. pag. 2. & in posthum. tractat. libert. Eccles. Gallicanæ. pag. 10 editionis Parisiensis apud viduam J. Guillemot anni 1650. F. P.

Can. 20. *Omnibus.*

INSCRIPTIO. Correctio ad inscriptionem.

In Inscriptione. Ibi. *Item Hieronymus.*

Imo Augustin. lib. 1. de baptismo contra Donatistas. cap. 55. C. M.

Hæc Inscriptio correcta est ab emendatoribus Romanis, ex mente & manu præmissa Molinæi. F. P.

Can. 21. *Non afferamus.*

INSCRIPTIO. Correctio ad inscriptionem.

In Inscriptione. Ibi. *Item Hieronymus.*

Imo Augustinus contra Donatistas. lib. 2. cap. 6. C. M.

Et hæc inscriptio correcta est ab emendatoribus ex mente Molinæi. F. P.

Can. 23. *Advocavit.*

INSCRIPTIO. Elucidatio inscriptionis.

In Inscriptione. Ibi. *Item Ambrosius.*

In oratione funebri de obitu fratris. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Advocavit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum, percunctatusque ex eodem est, utrumnam de catholicis Episcopis esset, hoc est si cum Romana Ecclesia conveniret. Juncta inscriptione. Item Ambrosius.* Ibi. *Cyprianus advocavit ad se Satyrum Episcopum.*

Merito in exemplum proponebatur, quando anno Domini 200. fidem Evangelii & ejus obedientiam usque ad martyrium tenebat, ut docet historia martyrum; tantum abest ut beatus Ambrosius locis fidem alliget, ut doctrinam & mores ponderet; alioquin idem docturus quod scripsit infr. eod. caus. quæ dignior. in fine. C. M.

Fides non alligatur locis, & quomodo illud intelligendum.

Can. *Quæ dignior.* 26.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quæ dignior domus Apostolicæ prædicationis ingressu, quam sancta Romana Ecclesia.*

De sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædicationis præcellentia.

Nota ergo quod tunc ibi Evangelium prædicabatur, & observabatur, ibique maximè florebat. C. M.

Can. 42. *Cœpit Ermigildus.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius Papa. Juncto textu.* Ibi. *Perfidus pater suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic ubi docebat, occiderunt.* Ibi. *Item Gregorius Papa.*

Ad historiam Ermigildi martyris, vel Hermenegildi.

Lib. 3. dialog. cap. 31. Michael Ritius in historia. ante medium. Raphaël Volaterranus Geograph lib. 8. ad finem. vocat Hermenegildum hunc martyrem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cœpit Ermigildus Rex juvenis. Junctis quæ sequuntur in textu. Perfidus pater ad eum misit Arrianum Episcopum.* Ibi *Ermigildus Rex.* Ibi. *Argument. quod filius Regis Rex vocari debeat.*

Filius Regis an vivente patre Rex vocari possit

Sed impropriè. Jacob. de sancto Georgio. in investituris feudor. carth. 2. C. M.

In id ad Authores & locos ea de re tractantes remissio.

Hoc Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis est usurpatum, & margini suæ annexum. Et in materiam hujus glossæ evincendam, vide glossam Pragmat. Sanct. in §. in qua quidem. in verb. primogenito. & ibi prob. add. 3. F. P.

CAUSA XXIV. QUÆST. II.

Præfatio.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod autem post mortem nullus excommunicari valeat.* Ibi. *Sed nota quod post mortem non potest quis accusari.*

Crimina morte extinguntur.

Quia crimina morte extinguntur. 24. distinct. can. quorumdam. dig. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciverunt. leg. ult. sed fallit, in casibus ut sequitur. C. M.

In id ad Authores remissio.

Etiam illud prænotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis usurpatur, & margini suæ annectitur. & in id quod crimina morte extinguntur, vide quæ habentur apud Brod. in Loüet. litt. A. num. 18. Ludov. Carond. 6. respons. cap. 87. F. P.

CAUSA XXIV. QUÆST. III.

Can. 2. *Comperimus.*

INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Unde Gregorius scribit magno Mediolanensi Episcopo. Juncto casu reformato.*

Correctio ad textum, casum, & inscriptionem hujus canonis.

Imo magno Presbytero Ecclesiæ Mediolanensis, qui fuerat sine causa excommunicatus à Laurentio Episcopo Mediolanensi, post cujus obitum scripsit Gregorius dicto Presbytero, ut dictam excommunicationem sperneret, ut patet in registro Gregorii. lib. 2. cap. 65. epist. 26. unde hoc cap. sumptum est, & sic glossa & casuum confictores errore & superscriptione decepti multum erraverunt. C. M.

Ex eo Molinæi annotato emendatores Romani casum hujus canonis reformaverunt. F. P.

De inscriptione hujus canonis judicium domini G. D. P.

Apud Ivonem decretorum. lib. 14. cap. 17. legitur magno Episcopo Mediolani, & in margine notatur Presbytero, habet Gregorius lib. 2. registri epist. 26. cap. 65. Laurentio Episcopo Mediolanensi successisse Constantium patet ex can. quanto. suprà. distinct. 63. quem citat glossa, mirorque quo motu scripserit Laurentium hæreticum, quem Gregorius fratrem & coepiscopum nominat, & eum cautionem emisisse, qua tria capitula (quæ erat illius temporis hæresis adversum Concilium Calchedonense) damnaverat, scribit idem Gregorius Constantio ejus successori. lib. 3. epist. 2. stat ergo magnum non fuisse Mediolanensem Episcopum, sed Presbyterum illius Ecclesiæ, atque si conjecturæ locus, cum Laurentius crederet magnum tribus subscripsisse capitulis, eum communione privavit, tum veritate comperta Laurentio mortuo eumdem absolvit. G. D. P.

Can. 3. *Qui negligunt.*

INSCRIPTIO. Correctio inscriptionis.

In Inscriptione. Ibi. *Item Hieronymus in Levitico.*

Imo Origenes. homil. 14. ad cap. 24. Levitici. C. M.

Can. 6. *De illicita.*

INSCRIPTIO. Elucidatio inscriptionis.

In Inscriptione. Ibi. *Item ex Concilio Parisiensi tempore Ludovici.*

Scilicet primi filii Caroli Magni. C. M.

Est secundus computatione facta Clodovæi. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *De illicita excommunicatione, lex Justiniani Imperatoris, quam probat & servat catholica Ecclesia constit.* 128. *in novell. decrevit ut nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri jubent, &c.* Ibi. *Constit.* 128.

Source : BIU Cujas

Principis est statuere de rebus & personis Ecclesiasticis.

Et sic dudum post octinginta annos Imperatores faciebant leges de personis & negotiis Ecclesiasticis, & illis Ecclesia obediebat. ut supr. distinct. 10. can. de capitulis. & can. ult. C. M.

Variæ lectiones ad superscriptionem hujus canonis.

In decreto Gregorii XIII. legitur constit. 123. cap. 351. apud Ivonem decret. lib. 14. cap. 21. constit. 118. cap. 451. restitue. constit. 123. de sanctissimis Episcopis. cap. 11. & apud Julian. antecessor. cap. 441. junge can. nemo. 2. quæst. 1. sumptum de libro constitut. Cæterum superscriptio. can. de illicita. ex Concilio Parisiensi tempore Ludovici intelligenda est de Concilio Parisiensi VI. celebrato anno 829. sed erronee citatur, nullum enim apud Sirmundum in eo Concilio de excommunicatione verbum. & ad can. de capitulis. abundè probavi, non fuisse inter Leonem IV. & Lotharium quæstionem de personis aut rebus Ecclesiasticis; Molinæi subreptio est in voce *obediebat*, dicendum ex nostro textu *quas probat & servat*. Fatemur Christianos Principes esse Ecclesiæ & Ecclesiasticorum protectores, quibus ad extra, & quoad politiam externam invigilant, vel Ecclesiasticis postulantibus, vel motu proprio, possuntque leges condere, quas si probat Ecclesia, observat, approbatio præcedit, tum sequitur observatio, adde & leges sive Imperatorum, sive Regum Franciæ, semper pro legum Ecclesiæ præcedentium fuisse latas. Sic Justiniani novell. 123. anni 541. præcessit epistola Leonis Papæ ad Episcopos Viennensis provinciæ. 89. cap. 5. anni 445. Sic Caroli Magni capitulum præcessit Concil. Agath. cap. 3. anni 506. G. D. P.

Nota & censura ad Molinæum in hac sua annotatione.

Principes sæculares leges statuunt de rebus Ecclesiasticis & quomodo.

Junge in id notas ad Innocentii III. regist. 13. lib. 1. epistol. 27. editionis Tholosanæ domini Bosqueti Monspelienſis Episcopi. pag. 25. & sequent. Vid. Conchil. in posthum. memorial. reformat. Ecclesiast. pag. 157. & in tractatu posthum. libert. Eccles. Gall. pag. 19. & quod habetur in historia Jonvillæana divi Ludovici de responsione sancti Regis ad Prælatos Galliæ conquerentes apud Regem quod excommunicationibus ab eisdem latis non satis deferreretur nec à regni Magistratibus satis exactè procuraretur ut eisdem satisfieret, illud ibidem dicentis causam excommunicationis prius examinandam, quam inscripsi tum in præfatione historica ad Pragm. Sanct. divi Ludovici à me editam. num. 70. & seqq. & in suplement. ad Pragmaticam Sanctionem Caroli VII. pag. 1140. & sequ. F. P.

De excommunicationis causa examinanda à Rege & suis Magistratibus.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Constit.* 128. *cap.* 351. Ibi. *Hodie non distinguitur liber iste per cap.*

Nota ad novellas Justiniani Imperatoris distinguendas per titulos & capita.

Nec tot sunt constitutiones in corpore authentic. sed dic quod hîc appellat constitutiones diversitates titulorum, quia ut patet in authenticis, frequenter in una constitutione continentur plures tituli, secund. Joan. de Fant. C. M.

Illud annotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis est usurpatum, & margini suæ annexum. F. P.

Ibidem. in §. Cassatis.

Textus.

In Textu. Ibi. *Cassatis prius sententiæ tuæ decretis. Junctis quæ præcedunt hunc §. in inscriptione. Et hinc sanctus Gregorius ad Joannem Episcopum injustè excommunicatum, inter cætera scribit, dicens.*

Elucidatio textus & eidem ordo redditus.

Hic est textus Gregorii, ut etiam stilus indicat, & hic debet incipere. cap 7. C. M.

Ibidem. §. de conventione.

Textus. Ordo textui redditus & combinatio ejusdem & sequela.

In Textu. Ibi. *De conventione autem hujus Imperatoris.*

Sequuntur verba Gratiani usque ad verbum *hortamur.* ubi incipit. cap. 8. C. M.

Ibidem. §. Item beatus.

* Textus.

In Textu & superscriptione. Ibi. *Item beatus Gregorius de sententia judiciaria in contumacem, scribens ad Maximum præsumptorem Salonitanum Episcopum, dixit, &c.*

Gregorius Maximo præsumptori Ecclesiæ Salonitanæ. quod per simoniacam hæresim ordinatus est. cap. 103. epist. 3. lib. 5. cap. 8. C. M.

Ad historiam & materiam textus

Can. 11. *Cur ergo.*

Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item in lib. Judicum. Relatione habita ad præcedentis canonis* 10. *inscriptionem. Item Hieronymus in epistola ad Titum. cap.* 3.

Correctio inscriptionis.

Origenes, homil. 9. ad cap. 9. Josue. C. M.

Can. 15. *De excommunicationis articulo.*

* Inscriptio.

In inscriptione. Ibi. *Item Gregorius Papa.*

Elucidatio inscriptionis.

Lib. 2. cap. seu epistol. 37. natali Episcopo Salonitano. in fine epistolæ. C. M.

Can. 28. *Hæreticus.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Hæreticus est qui alicujus temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones aut gignit aut sequitur.*

Quis sit hæreticus, & ut Machumetes est hæreticus.

Quæ omnia cum conveniant Mahumeti, hæresiarcha est, Theodor. Bibliander in apologia pro editione Alchorani. C. M.

Can. 29. *Dixit Apostolus.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, nequaquam inter hæreticos deputandi.*

Quinam sint hæretici dicendi.

Guilelm. Occam in dialogo. fol. 91. column. 3. fol. 172. column. 2. Joan. Gerson. lib. 1. fol. 584. column. 2. C. M

Can. 31. *Qui in Ecclesia.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Qui pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt.*

Definiuntur iterum hæretici.

Guilelm. Occam dialog. lib. 1. part. 1. cap. 7. & lib. 1. fol. 26. C. M.

Can. *Quidam.* 39.

Textus.

In Textu. Ibi. *Collitiani à quodam collitio nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est, Ego Dominus creans mala.*

Qui Collitiani Coluthiani & Collithiani sunt hæretici.

Isti Augustin. dicuntur Coluthiani, à quodam Coluthio. Isidorus autem vocat Colithianos à quodam Colithio. Vide Guilelm. Occam. lib. 4. part. 1. cap. 19. C. M.

Can. 40. *Ideo divina.*

Inscriptio.

In Inscriptione. *Item Augustinus. Juncto textu. Divina providentia hæreticos esse permittit.* Ibi *Augustinus.*

Elucidatio inscriptionis & textus.

De civitate Dei. lib. 20. cap. 9. in fine. & lib. 22. cap. 11. Vide Guilelm. Occam in dialog. fol. 80. adde textum supr. 1. quæst. 3. salvator. C. M.

CAUSA XXV. QUÆST. I.

Can. 6. *Sunt quidam.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse novas leges condere.*

In adulatores SS. PP. de potestate eorumdem moderanda.

Scilicet adulatores, de quibus conqueritur valde Joan. Gerson de potest. Eccles. considerat. 10. C. M. Vide in id eumdem Molinæum in not. ad consil. Decii 588. in verb. placet. item vide tract. nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis ad verba definitionis beneficiariæ idoneo. cap. 2. de dispensat. Ecclesiast. per totum tract. delicti communis & casus privilegiati domini Milletotii Divionensis Senatoris in collect. tractat libertat. Eccles. Gallicanæ. Guid. Conchil. in posthumis memorialibus reformat. stat. Ecclesiast. pag. 11. & 72. & in tract. posthum. lib. Eccles. Gallic. pag. 7. & 12. Vide & consilium delectorum Cardinalium & Prælat. Paulo III. jubente conscriptum. in præmio. inscriptum in supplementis nostris ad Pragmat. Sanct. Caroli VII. à nobis editam. pag. 1009. F. P.

De ea materia dispensationis, & ejusdem abusu ad Authores remissio.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Ubi Dominus, vel ejus Apostoli sententialiter definiverunt.* Ibi. *Non novam legem Romanus Pontifex condere.* Ibi. *Hîc videtur quod Papa non possit dispensare contra Apostolum, vel Dominum; qualiter Martinus dispensavit cum bigamo, contra Apostolum. 34. distinct. lector.*

Ad historiam, & quod tempore

Dicas quod subdiaconatus, tempore Apostolorum, non

Apostolorum, atque etiam ævo Martini Papæ, subdiaconatus non fuerit sacer ordo, & sic dispensari potuerit cum bigamo ut ordinem subdiaconatus susciperet.

non fuit sacer ordo. 60. distinct. nullam. nec tempore Martini Papæ. cujus est hoc cap. lector. qui præcessit Gregorium in ducentis annis, ut habetur in chronicis secund. Joan. de Fantuc. C. M.

An subdiaconatus fuerit sacer ordo necne, remissio ad authores.

De qualitate subdiaconatus, utrum fuerit sacer ordo ab antiquo, vel non. Vide Divum Ignatium Antiochenum Episcopum in pluribus suis Epistolis, ac præcipuè 3. 4. 5. 6. & 17. ubi dum enumerat ordines Ecclesiasticos, Episcopatus, Presbyteratus & Diaconatus tantum mentionem facit. Item Pamelium ad Cyprianum epistol. 24. pag. 50. Optat. Milevit. de Schismate Donatistarum, pag. 57. Onuphrium Panvinium de interpretat. vocum Ecclesiast. pag. 78. Baron. ad ann. 44. num. 77. & seqq. Langhecrucc. de vit. & honest. Cler. lib. 3. cap. 5. & de variis Subdiaconorum institutionibus & eorum functionibus. Vide Ludov. Lacerd. in adversar. sacr. in verb. Subdiaconus: cæterum ut notæ Molinæanæ lux clarior fiat, ubi dicit Martinum Papam, cujus tempore Subdiaconatus non erat sacer ordo, præcessisse ducentis annis Gregorium, colligere licet beatum Gregorium fuisse primum, qui Subdiaconos castitati & continentiæ perpetuæ addixit in can. nullum. distinct. 28. ut animadvertit idem Langhecrucc. loco supra laudato. & cap. 12. F. P.

De variis subdiaconorum institutionibus & functionibus, remissio ad authores ea de re tractantes.

Ibidem.

Quod Gregorius primus subdiaconos primum perpetuæ castitati addixerit.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed forte circa votum continentiæ non posset dispensare.*

*Glossa.

Contrarium nota supra ead. quæst. quia ad perpetuam. in Glossa. 1. sed non est contra, si bene videatur. C. M.

An Papa possit dispensare circa votum continentiæ in sacris ordinibus.

Illud subnotatum Molinæi à Romanis emendatoribus usurpatur, & margini suæ affigitur. F. P.

Ibidem.

*Glossa.

In eadem Glossa. Ibi. *Circa votum continentiæ forte non posset dispensare, quia vix inveniri posset melius in quod posset commutari.*

Iterum an Papa possit dispensare circa votum continentiæ in sacris ordinibus.

Ecclesiast. 26. digna ponderatio animæ continentis, incorruptio enim facit proximum Deo. Sapient. 6. ad idem 32. quæst. 1. nuptiæ. Archidiacon. hîc. Joannes Andræas in mercurialibus. cap. accessorium. de reg. jur. in 6. sed quidquid dicant, Papa sæpe de facto dispensavit, ut notat & approbat Petr. de Anchar. in repetit. d. cap. accessorium. & in consiliis suis ad finem. Dixi in consuetud. Parisiens. tit. 1. in rubric. C. M.

Prima pars hujus subnotati Molinæani ab emendatoribus Romanis usurpatur, & margini suæ affigitur, omissa posteriori, ab his verbis *Joannes Andræas ad finem*, quia nimium Molinæum sapiebant, & huic Molinæanæ citationi in nota adde ea quæ diffusius circa eam materiam dispensationis summi Pontificis cum monacho, ut contrahat matrimonium, & quibus ex causis id possit, eumdem Molinæum in not. ad Decium. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. apud Gregor. num. 13. in fig. f. Ibi & ideo dispensare potest cum monacho ex causa, ut contrahat matrimonium. F. P.

De dispensatione Papæ cum monacho ut contrahat matrimoniũ ex causa publica ad alios Molinæi locos facta remissio.

Can. 10. *Satagendum.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Pelagius Papa Childeberto Reg.*

Papa Regi Francorum fidei suæ rationem reddit & promotionis nuncium mittit.

Childeberto Francorum Regi, seu ejus legato, Pelagius rationem fidei suæ reddebat. Dixi in tract. ad edictum Henrici secundi. parte 2. glossa 15. C. M.

De professione fidei & nuncio promotionis à novis Pontificibus Regibus Francorum missa, ad authores & locos ea de re tractantes remissio.

De ea professione fidei summorum Pontificum sub ipsa initiatione pontificatus Regibus Francorum missa, diffusiùs agitur, ejusdemque producuntur exempla in priori volumine probationum ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ. cap. 2. & in præfatione historica ad Pragm. Sanct. sancti Ludovici à nobis editam, & historica præfatione & commentario à nobismet illustratam. art. 7. & 8. F. P.

Can. 13. *Hac consona.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius.*

Elucidatio inscriptionis.

Lib. 2. epistol. 4. seu cap. 46. ad Joan. Episcopum. C. M.

Can. 15. *Justitiæ.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius ad Montanum & Thomam.*

Elucidatio inscriptionis.

Epistol. 112. lib. 5. Vide Ludov. Gomes. in 6. decretal. fol. 77. C. M.

CAUSA XXV. QUÆST. II.

Præfatio.

*Glossa.

In Glossa verb. *Quod autem antiquioribus privilegiis subsequentibus derogari non possit.* Ibi. *Unde potest dici, quod nullum speciale privilegium secundum deroget primo generali, nisi faciat ipsius mentionem.*

Quando Privilegiũ subsequens deroget antiquiori.

Dixi ad Philippum Decium. cap. 1. de rescriptis. C. M.

Can. 7. *Institutiones.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Gregorius Bonifacio primo defensori. Juncto textu. Et epistola Gregorii hic citata. 17. lib. 7.* Ibi. *primo defensori.*

Ad elucidationem inscriptionis & correctionis textus, & historiam de officio primi defensoris, vel vicarii justitiæ.

Id est justitiæ vicario, seu judici à se dato donat titulum honoris & privilegium primicerii, utque absente Pontifice posset sedere inter Clericos, qui postea Cardinales vocati sunt, ut latius in epistola 17. lib. 7. & quia hujus cap. principium est corruptum, deberet incipere hîc. Hæc igitur constitutionis nostræ decreta quæ pro defensorum sunt, &c. C. M.

Principium hujus annotationis Molinæanæ, usque ad verba *& quia*, desumptum ex editione Molinæana anni 1559. reliqua ex priori editione anni 1553. F. P.

Can. 8. *De Ecclesiasticis.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Dominico Carthaginensi Episcopo. Juncta Inscriptione præcedentis canonis. Item Gregorius.*

Elucidatio inscriptionis & ut Ecclesiæ unitas est in charitate.

Epistola 39. seu cap. 39. lib. 2. gratiarum actiones reddit dicto Episcopo, agnoscens eum ut fratrem, nec aliam Ecclesiæ universalis unitatem, quam charitatem. C. M.

Can. 9. *Cum pia.*

*Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Vigilio Arelatensi Episcopo. Juncta Inscriptione canonis præcedentis. Item Gregorius.*

Ad historiam inscriptionis & de usu pallii.

Epistola 15. lib. 7. quem Vigilium totius Galliæ Metropolitanum, etiam Regibus inconsultis, & Legatum seu Vicarium suum fecit, eique usum pallii, servitutis authoramentum, dedit, ut patet epist. 53. cap. 97. lib. 4. & epistol. 53. cap. 153. lib. 5. C. M.

Ibidem.

*Textus.

In Textu. Ibi. *Cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quæ pro quiete glorioſæ conversationis sunt dispositа, vel ordinata, nulla valeat præsumptio perturbare.* Ibi. *Conversationis.*

Ad historiam constructionis monasterii Arelatensis montis majoris dicti à Childeberto Rege Francorum.

Scilicet monachorum, loquitur enim de monasterio fundato à Childeberto Francorum Rege. C. M.

Illud totum desumptum ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Ibidem.

*Textus.

In Textu. Ibi. *(Nisi forte ubi est major authoritas) præmisso textu præcedenti & subsequenti, quod utiliter definitum.*

Ad historiam ejusdem monasterii montis majoris dicti apud Arelates, translationem, suppressionem, & transformationem ejusdem.

Ista parenthesis non est in originali, sed perperam addita. Gregorius enim rursus hîc confirmat privilegia monasterii Montis Majoris, olim intra muros Arelatensis urbis fundati à Childeberto Francorum Rege, approbante Vigilio Papa: & ea notificat Vigilio Episcopo ad petitionem Abbatis, & erat tunc monasterium adhuc intra muros, & Bonifacius VIII. primus hoc privilegium violavit, membra separando anno 1300. sed post alios 200. annos Innocentius VIII. penitus suppressit & transformavit, ut scripsi in tract. regul. cancell. in regul. de publicandis.

Source : BIU Cujas

quæſt. 13. num. 220. [a] cum ſequenti. C. M.

Nota ad eam citationem & correctionem.

[a] Prioris editionis Molinæanæ commentarii ſui in regul. cancellariæ & regulam de publicand. Lugduni apud Antonium Vincentium anno 1552. & ibidem emendatores Romani notam & correctionem ſuam in fine canonis adjecerunt ex mente ejuſdem Molinæi, qua ſignificarent parentheſim expungendam. F. P.

Can. 23. *Denunciamus.*

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ordinationes tibi Ravennatis, vel Emilienſis Eccleſiæ noveris conferendas. Juncta Inſcriptione. Item Simplicius Papa Joanni Epiſcopo Ravennatenſi* Ibi. *Ordinationes Ravennatis vel Emilienſis Eccleſiæ.*

Ad hiſtoriam canonis, remiſſio ad Platinam.

Quos fines habuerit, vide Platinam in vita Paſchalis I. C. M.

CAUSA XXVI. QUÆST. II.

Can. 4. *Non exemplo.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si qui tamen neceſſitate aliqua compulſi, Deum putant ſortibus, exemplo Apoſtolorum, conſulendum eſſe, videant hoc ipſum Apoſtolos, non niſi fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis egiſſe.*

De uſu ſortium in pluribus actibus profanis & Eccleſiaſticis.

Adde quod ſors, propter dubium factum, permittitur. leg. ſi quæ ſunt cautiones. dig. familiæ erciſcundæ. C. M.

Illud Molinæi ſubnotatum retentum fuit ab emendatoribus Romanis, & margini ſuæ annexum, & in materiam hujus canonis de judicio per ſortem. Vide quæ adnotavimus ſupra. ad can. plures. 56. quæſt. 1. de uſu ſortis condemnato in judiciis. F. P.

De uſu ſortium probato vel improbato ad authores remiſſio.

Can. 7. *Qui ſine.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vanitas magicarum artium, ex traditione malorum Angelorum invaluit.* Ibi. *A divinis ſcripturis omnis ſcientia ſumpſit initium.*

An liceat uti arte notoria, divinatoria, & magica.

Sed numquid eſt licitum uti arte notoria, dico quod ars notoria, id eſt divinatoria, omnino eſt illicita, & à Chriſtianis fugienda; hæc enim eſt ars per quam quidam nituntur acquirere ſcientiam, ſed omnino inefficax eſt, & fiunt ibi quædam pacta illicita cum dæmonibus, ſecundum Thomam. C. M.

Hoc totum Molinæi ſubnotatum à Romanis emendatoribus fuit retentum in margine ſua, & in ejus artis divinatoriæ probationem vel improbationem vide ſpecialem tractatum de divinationibus Gaſpanis Peuceri Budiſſini medici, ubi varios divinandi modos explicat. Item librum qui inſcribitur Malleus maleficarum Jacobi Sprengeri Ordinis Prædicatorum, qui citatur à Molinæo ad rubricam ſive titulum decretal. de ſortilegiis. cum adjectis quatuor aliorum authorum tractatibus, nempe Bernhardi Baſim opuſculum de artibus magicis ac magorum maleficiis, D. Ulrici Molitonis Conſtantienſis de Lamiis, & Pithonicis mulieribus, D. Joann. Gerſon olim Cancellarii Pariſienſis. de probatione ſpirituum. Libellus D. Thomæ Murner. Ordinis Minorum de Pythonico contractu. F. P.

In artis divinatoriæ inquiſitionem ad authores remiſſio.

CAUSA XXVI. QUÆST. V.

Can. 3. *Non liceat.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non liceat colere elementa, lunæ & ſtellarum curſus propter ſegetes.* Ibi. *Vnde non eſt dicendum quod ſuperiora ſint cauſa rerum.*

Contra aſtrologos.

Latè Joann. Picus Mirandulanus contra Aſtrologos. C. M.

Hoc levius ſubnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis eſt etiam uſurpatum, & margini admixtum. F. P.

Can. 13. *Quicumque.*

* TEXTUS. In Textu in fine. Ibi. *Quæ fiunt per incantatores, non in corpore, ſed in ſpiritu fieri dicuntur. Auguſtin. in lib. de civitate Dei. Idem aſſerere videtur ita dicens: Juncto textu ſubſequenti.*

De incantatoribus ad inſcriptionem correctio.

Non eſt Auguſtini, ſed Iſidori cap. 9. lib. 6. etimolog. quia Auguſtini liber de civitate Dei longe latius de his loquitur. C. M.

Vide ad reſtitutionem lectionis hujus Canonis, Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani libri poſterioris, dialogum vigeſimum in principio. & ad condemnationem incantationum, & abuſuum ſacrorum ad morbos curandos vel inducendos. Vide etiam, ſi lubet, Anaſtaſ. Germon. in Paratitlis ad tit. de frigid. & malef. F. P.

De damnatione incãtationum ad authores remiſſio.

CAUSA XXVI. QUÆST. VII.

Can. 12. *Alligant.*

* INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item Joann. Chryſoſtomus.*

Cenſura inſcriptionis, & textus Chriſoſtomi.

Homil. 43. ad cap. 23. Mathæi. ſed adverte quod illæ homiliæ in 2. part. tomi 2. non ſunt Chryſoſtomi, ſed alterius poſterioris, qui poſt doctrinam corruptam ſcripſit, multaque impia dogmata inſeruit, ut ibi præfatur Eraſmus in cenſura. C. M.

Can. 13. *Non licet.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non licet iniquas obſervationes agere Calendarum.* Ibi. *Non debemus ſervare Auguria, nec alia ſuperſtitioſa ſigna.*

Condemnatio Augurtiorum.

Latè Joann. Picus Mirandulanus contra Aſtrologos. C. M.

Ut ſuprà. petitum ex editione anni 1553. & in id quod hîc tractatur de auguriis. Vide Anton. Auguſtin. emendationis Gratiani. lib. poſterior. dialog. 1. editionis Baluſianæ. pag. 249. Julium Bulengerium de Imperio Romano. lib. 2. cap. 27. Langhecrucc. lib. 2. de vit. & honeſt. cler. cap. 10. Conſtant. de matrimon. pag. 127. Ann. Robert. rerum jud. lib. 1. cap. 5. pag. 79. F. P.

Ad condemnationem Auguriorum ad authores remiſſio.

CAUSA XXVII. QUÆST. I.

Præfatio.

* GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod voventes matrimonium contrahere non poſſunt.* Ibi. *Ego dico quod nullum votum eſt ſolemne, niſi cum quis devovet ſe relligioni alicui, vel aliis duobus modis, in duobus capp. ſubſequentibus contentis.*

An profeſſio regularis admittat hanc conditionem ſalvo humanæ fragilitatis caſu.

Anno 1550. vidi magnam dubitationem in Senatu Pariſienſi, ubi non potuit promptè decidi, an eſſet profeſſus, quia in inſtrumento profeſſionis, quod audivi legi, erat clauſula, ſalvo fragilitatis humanæ caſu; dicebat enim adverſarius profeſſionem nullam, & ſic incapacem beneficii. C. M.

Nota ad citationem Arreſti Molinæanam, & de ſuſpenſo modo reſolvendi, quod adhuc penderet quæſtio indeciſa.

Hanc etiam quæſtionem, & in eamdem ſpeciem dicit agitatam fuiſſe Molin. in not. ad Decium. ad cap. quæ in Eccleſiarum. num. 13. in ſigno F. ſed alio anno, nempe menſe Januar. 1548. in Senatu Pariſienſi, ubi videre eſt moderatum ipſius decidendi modum, qui ex eo quod ſimilis quæſtio penderet indeciſa, ultimum calculum addere renuit. F. P.

Can. 40. *Vt lex.*

* GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Profeſſi, qui ſacrum tranſgredientes propoſitum, uxores ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur.* Ibi. *Sed ego dico quod ſi tranſit ad Eccleſiam regularem, tunc intelligitur voviſſe & renunciaſſe propriis.*

De profeſſione tacita vel expreſſa & quod non valeat niſi expreſſa.

Idem Lupus de Caſtiglione. allegat. 103. ſed falſum eſt, & omnino requiritur expreſſa, vel tacita profeſſio, ſecundum Cardinalem Florentinum. Clement. 1. de decimis. C. M.

Quod profeſſio expreſſa ſit neceſſaria, & non ſufficiat tacita.

Illud Molinæi ſubnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpari meruit, & margini inſeri, & de profeſſionis expreſſæ neceſſitate, & quod non ſufficiat tacita per longiorem moram in Monaſterio inducta. F. P.

Ibidem.

* GLOSSA. In Gloſſa eadem. Ibi. *Sed numquid talis qui vovit, poteſt tranſire ad ſtrictiorem vitam.*

An profeſſus in laxiori poſſit tranſire ad ſtrictiorem.

Quidam dicunt quod ſic. ut 17. quæſt. 2. duæ. ſecundum Laurentium. & idem ſentit hîc Lapus. Ibi invito Prælato. argument. extra de regular. licet. & hoc verum eſt, ſicut & contrahere. Felin. cap. in præſentia. column. 2. de probat. C. M.

Et illud Molinæi ſubnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſuæ admixtum. F. P.

Source : BIU Cujas

Can. 41. *Nuptiarum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *De viduis continentiæ votum Deo offerentibus, jam non ſolum capeſcere nuptias, ſed etiam ſi non nubant, nubere velle damnabile eſt, non quia ipſæ nuptiæ damnandæ, ſed damnatur propoſiti fraus.* Ibi. *Sicut in Paſſione Chriſti opus operans fuit malum, id eſt crucifixio Judæorum, opus autem operatum, id eſt Paſſio, fuit bonum.*

De operis operantis & operati diverſitate vi & effectu in paſſione Chriſti an admittenda.

Stulta & inepta Sophiſtarum vocabula, quia Paſſio Chriſti non fuit opus paratum à Judæis, ſed à Deo Chriſto, debet enim diſtingui opus Judæorum, quod fuit malum, & opus Dei & Chriſti, quod fuit optimum, ut in ſimili tradit Auguſtinus de gratia & libero arbitrio. ad Valentium. cap. 20. & lib. 11. de de peccatorum meritis & remiſſionibus. cap. 22. & opera diverſa in eodem ſubjecto pulchrè diſcriminat beatus Petrus Actor. 3. C. M.

CAUSA XXVII. QUÆST. II.

Can. 1. *Matrimonium.*

INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Item Joannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.*

Cenſura inſcriptionis. Non eſt Joannis Chryſoſtomi homil. 20. ut quidam putant, ſed alterius ſub nomine Chryſoſtomi. homil. 32. col. 1. in 9. cap. Matthæi. & repetitur infra eod. can. omnis C. M.

Stephanus Baluſius ad hunc Can. remittit ad Anton. Auguſtin. in not. ad primam collectionem Decretal. lib. 5. tit. 37. cap. 1. ubi plura de Inſcriptione hujus Can. & de materia ipſius Canon. qui eſt de divortio & dimiſſione uxoris. Vide Gregor. Tholoſ. ad cap. 1. de ſponſ. & matrimon. num. 33. in Decretal. F. P.

Palea. *Omnis res.*

Cenſura inſcriptionis, & nota Baluſiana ad inſcriptionem & de materia ad authores remiſſio. INSCRIPTIO. In inſcriptione. Ibi. *Joannes Chryſoſtomus ſuper Mathæum.*

Cenſura inſcriptionis. Homilia 16. ſecundum quoſdam, ſed non eſt ita, imo alterius ſub morem Chryſoſtomi. homil. 32. column. 5. in cap. 5. Mathæi. ut dixi ſup. eod. cap. 1.

Can. 15. *Sunt qui dicunt.* Eſt 19. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Coniugia relligionis gratia diſſolvi lex humana conceſſit, lex tamen divina prohibuit.* Ibi. *Quæ tunc demum locum habet, cum carnalis conjunctio una caro eſt. Juncta inſcriptione. Unde Gregorius ſcribit, & gloſſa ibidem. in verbo humana. in Authent. de nuptiis. §. diſtrahantur.* Ibi. *Carnalis conjunctio.*

Matrimonia an poſſint diſſolvi per tranſitum ad meliora vota, ſive relligionem. Imo etiam extra copulam, & ita expreſsè ſentit Gregor. hîc, & in Can. Agathoſa. infr. eod. non ſolum quia loquitur indefinitè, & ſecundum præciſum verbum Dei, ſed etiam quia reprobat, & nullam & abuſivam in hoc declarat legem Juſtiniani in d. Novell. de nuptiis. §. diſtrahantur. quæ indiſtinctè loquitur, & meritò indiſtinctè reprobatur, adde quæ dixi in cap. ex publico. de converſ. conjug. ſuper textu. C. M.

Sententia Molinæi aliis locis probata, quod nulla differentia habenda ſit inter conſummatum, vel non conſummatum matrimonium. Ubi illud confirmat, matrimonium, ſive conſummatum, ſive non conſummatum carnali copula, æquè vim habere à Deo, nec ſolum ex conſtitutione Eccleſiæ, atque ita ubique indiſſolubile eſſe ab homine, etiam ab Eccleſia, ut nec Papa diſſolvere poſſit, etiam ex cauſa ingreſſus Relligionis, adde ad illud evincendum quod nuper ſuper ea materia diſſeruit in ſpeciali tractatu de ſponſal. & matrimon. Joann. Daveſan Profeſſor juris Aurelianenſis & Pariſienſis ſimul. ad cap. penult. & recurre ad locos ab ipſomet Molinæo annotatore citatos apud Decium. in leg. nuptias. num. 6. de reg. juris in dig. & ad cap. quæ in Eccleſiarum num. 13. de conſtitut. & tamen ad uſum quotidianum & forenſem confirmandum, quod in matrimonio celebrato in facie Eccleſiæ nec conſummato, vim non habeat niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, de quo Papa & Eccleſia diſpenſare poſſit, altero ex conjugum ad meliora vota tranſeunte, ſufficiat hîc referre quod propria ſignatura probavi, unà cum Domino Nicolao *Porcher*, tunc Officialis Pariſienſis vices gerente, in definienda lite Domicellæ *Marin*, nuptæ Domino *l'Huiller* ex Intervilla, ſive *d'Interville*, nondum tamen conſummato matrim. licet per aliquot tempus in una & eadem domo tamquam conjuges ſimul permanſiſſent, qua ſententia Domicella *Marin* ad Moniales ſanctæ Urſulæ in Monaſterio Sandionyſiano tranſeunte; à nobis judicatum, illi in Monaſterio prædicto habitum relligionis ſuſcipere licere, & profeſſionem poſt expleta novitiatus tempora emittere, dicto Domino Lhuilierio interim, donec profeſſionem emiſiſſet, innupto permanente, ſub finem anni 1661. F. P.

In id ſententiæ Officialatus Pariſienſis in vim rei judicatæ tranſmiſſæ cujus facti ſpecies hîc exponitur.

Can. 16. *Multorum.* Eſt 20. in emendat. Romana.

INSCRIPTIO. In inſcriptione. *Item Gregorius Leoni Epiſcopo Carthaginenſi.*

Correctio inſcriptionis. Imo Cathanenſi, & ſic in Sicilia, ubi Gregorius regnabat, & habetur lib. 3. epiſt. 34. C. M.

Hæc inſcriptio eſt correcta ex mente Molinæi ab emendatoribus Romanis, ut hîc habetur, & adde in materiam hujus Canonis diſceptandam de uxoribus ſubdiaconorum, quod notavit Stephanus Baluſius in emendat. Gratiani Antonii Auguſtini à ſe edita, & in notis ad Gratianum ad hunc Canon. pag. 538. F. P.

Nota Baluſiana de uxoribus ſubdiaconorum.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Subdiaconi coniugati unum ex duobus eligant, aut nullaratione miniſtrare præſumant, aut à ſuis uxoribus abſtineant.*

De prohibitione nuptiarum in eis qui ſacris Ordinibus initiantur etiam à ſubdiaconatu. Lex dura, quam tamen Gregorius VII. poſt plura ſæcula exequi voluit, etiam in Germania, & quam nondum centum annis Pius II. abrogandam cenſuit, teſte Platina. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Conſuetudinem fuiſſe, ut Subdiaconi ſuis licitè miſceantur conjugibus.* Ibi. *Ante ſubdiaconatum ductis; quia nec tempore Apoſtolorum in Subdiaconatu licuit contrahere.*

An licuit Epiſcopis nubere. Ibi licebat etiam poſt tempora Apoſtolorum, etiam Epiſcopis, ut patet per epiſtolas ſancti Ignatii, & de ſancto Spiridiano Epiſcopo Cypri, & aliis, apud omnes hiſtoricos. C. M.

Nota de tempore prohibiti matrimonii in Gallia inter majoribus Ordinibus initiatos. Junge quod ſupra notavit Molinæus ad Can. omnino. in Textu. ibi. ut ſuſtentaretur ab eis diſtinct. 31. & quod ſubnotavit ad eumdem Molin. Dom. G. D. P. & nos etiam addidimus, & quo tempore invaluerit in Gallia prohibitio ſortiendi uxores in majoribus ordinibus, ſive Caliſti II. ſive Gregorii VII. Vide diſputationem apud Dominum Cujacium in diſſertatione ſua ad titulum de Clericis conjugatis. in Decretalibus. ſub finem. F. P.

Can. 23. *Deſponſatam.* Eſt 27. in emendat. Romana.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Deſponſatæ puellæ licet eligere Monaſterium.* Ibi. *De Clerico tranſeunte ad relligionem, utrum tempore probationis poſſit petere priora ſtipendia, quid juris ſit, de hoc not. in quæſt. novell. B. Laurentii.*

Beneficiatus probationis tempore ſi intraverit relligionem, lucratur omnes fructus & retinet beneficium uſque ad profeſſionem regularem. Quæſtio venerialis eſt, & incipit, quidam Clericus intravit. Ubi dicit Tancredus, quod Clericus qui de licentia ſui Prælati intravit relligionem, ut eſſet in probatione, habebit interim omnes fructus ſui beneficii, cum ſit Clericus Eccleſiæ, & poſſit reverti ſi velit, hodiè hæc quæſtio eſt expedita, ut patet extra. de reg. jur. beneficium. dic. ut ibi. C. M.

Totum illud Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum eſt, & margini hîc affixum tamquam notatu dignum. F. P.

Can. 24. *Decreta legalia.* Eſt 28. in emendat. Romana.

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Item Gregorius in regiſtro. Jun-*

Source : BIU Cujas

to textu. Desponsatam, si converti voluerit, nullo damno multandam. Ibi. *Gregorius in registro.*

Elucidatio inscriptionis & textus utrum desponsata possit ingredi religionem.

Epistol. 20. in registro. lib. 6. ad Fortunatum Episcopum: ubi loquitur de simpliciter desponsata, & sic per verba de futuro, sed innupta per verba de præsenti. Justè damnat lex Justiniani. supra. eod. can. sunt qui dicunt. cap. agathosa. C. M.

Vide quæ supra ad illum can. sunt qui dicunt. fuere annotata à Molinæo, & à nobis subnotata ibidem. F. P.

CAUSA XXVIII. QUÆST. I.

Can. 13. *Nullus eorum.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Nullus fidelis aliquem Judæorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat.*

Fidelis infirmus non advocet Judæum in infirmitate ad curationem morbi.

Franciſc. Ripa tract. de peſte. Carth. 132. in parvis. C. M.

CAUSA XXVIII. QUÆST. III.

Can. 2. *Acutius.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Qui ante baptismum unam, post baptismum alteram habuerit uxorem, bigamus reputandus. Juncta inscriptione. Item Innocentius Rufo & Eusebio Episcopis Macedoniæ, quæ est additionis Gratiani. & inscriptione præcedentis Canonis Hieronymus super epistolam Pauli ad Timotheum. & similia ad eumdem Canonem.*

Nuptiæ contractæ ante baptismum, inducunt bigamiam si post baptismum reiterentur, an verum.

Sed tamen verior & justior erat sententia Hieronymi. C. M.

CAUSA XXIX. QUÆST. I.

Præfatio.

* Glossa.

In Glossa verb. *Quod autem hic depingitur, an inter eos sit matrimonium, inter quos intervenit error personæ.* Ibi. *Quatuor errores, fortunæ, qualitatis, personæ, conditionis, duo posteriora dirimunt matrimonium, non ex sua natura sed ex constitutione Ecclesiæ.*

An error impediat matrimonium, an dirimat contractum.

Imo ex sui natura, etiam si nulla lex esset posita, ut tenet Theod. in 4. sentent. & ibi Jacob. Alcmain. C. M.

Junge quæ habentur in præfatione causæ & quæstionis subsequentis. F. P.

CAUSA XXIX. QUÆST. II.

Præfatio

* Glossa.

In Glossa verb. *Secunda quæstio.* Ibi *Similiter dic si servus credit contrahere cum libera, & contrahat cum ancilla, non dirimitur matrimonium, quia consentit in hominem suæ conditionis.*

Error conditionis vel status nullum reddit matrimonium.

Imo nullum est. C. M.

Junge quæ habentur supra in præfatione præcedentis causæ & quæstionis. F. P.

CAUSA XXXII. QUÆST. I.

Can. 4. *Si quis uxorem.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Si quis uxorem suam invenerit adulteram, & postea placuerit habere eam in matrimonium, duobus annis pœnitcat.*

De uxore in adulterio deprehensa, & marito eam in matrimonium retinente & quibus pœnis subjaceat.

Adde quæ sit pœna mulieris committentis adulterium, nota in leg. Quoniam Alexandrum. & in authentic. sed hodiè. cod. de adult. C. M.

Hoc Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini suæ insertum, & de diversis pœnis adulterii, vide in Gloss. Pragm. Sanct. tit. de concubin. §. & cum omne. in verb. pertinet. F. P.

Can. 10. *Apud misericordiam.*

Glossa.

In Glossa verb. *Publico judicio non habere mulieres adulterii accusationem lex Julia declarat.* Ibi. *Sed non usque negatur mulierem posse virum accusare.*

An mulier virum accusare possit de adulterio, & quomodo, & quod ad solam separationē thori.

Adde quod mulier ad effectum pœnæ imponendæ viro, ad separationem thori, potest maritum accusare. not. Cynus in leg. 1. cod. de adulter. speculat. in eod. tit. vers. sed nunquid. C. M.

Et illud annotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis receptum, & margini suæ additum. F. P.

CAUSA XXXII. QUÆST. II.

Can. 3. *Quidquid.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Non autem datur præsentia sancti Spiritus tempore quo conjugales actus geruntur.*

An tempore conjugalis actus detur præsentia Spiritus sancti, & benedictio, & expositio loci Psalm. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Sed quorsum Genesis 5. D. Benedictio. & quando Annæ vulvam aperuit. 1. Samuel. Unde Isichius in Levit. cap. 12. exponens illud Psalm. 51. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, ait non suæ matris peccatum aliquod accusans, sed matrem naturam appellat, immunditiam peccati Adæ & Evæ, in omne genus nostrum descendisse significans. C. M.

Can. 16. *Hoc sanctum.*

* Glossa.

In Glossa verb. *De virginibus, nec extra voluntatem parentum, vel suam cogantur maritos accipere.* Ibi. *Si filia contraxerit matrimonium absque consensu patris, quæritur an pater dotare eam teneatur? hic argument. dig. de ritu nupt. qui liberos.*

An pater dotare teneatur filiam quæ nupserit sine consensu patris, vel sola alimenta præbere, vel denegare ob eam causam.

Sic arguit idem Archidiac. hîc. Panorm. consil. 12. lib. 1. ego vero dico quod ad alimenta tantum, non justam dotem, ut in leg. quæro. de jure dotium. nisi pater fuerit in culpa. C. M.

In eam quæstionem an pater dotare vel alere teneatur filiam quæ absque consensu patris nupsit, vide contrarios ipsius Molinæi locos.

Prima pars hujus prænotati Molinæani usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori parte, ab his verbis *ego vero dico ad finem usque*, & in materiam hujus canonis & notæ Molinæanæ, utrum pater dotare cogendus sit filiam quæ eo invito nupsit, cum idoneam conditionem non quæsierit. Vide leg. capite 19. 20. de ritu nuptiarum. quæ eadem cum ea quæ citatur hîc à Molinæo qui liberos. & in eam vide observationem Antonii Mornacii ad eamdem legem, sed aliud sentire videtur Molinæus, & quod pater filio, vel filiæ nubentibus sine consensu patris, denegare possit alimenta, vel dotem ad cap. quintavallis. 23. in glossa verb. exhæred. Ibi. Si vitam luxuriosam egerit. de jurejurando. & ad cap. cum haberet gloss. verb. secundum facultates. Ibi alere filiam justa de causa. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterum, sed tamen vera conciliandi ratio ex eo exsurgit, quod in specie dictorum capitulorum. quintavallis. de jurejurando. & cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Filius vel filia justam causam dederit exhæredationis paternæ, & denegationis alimentorum, quod filia luxuriosam vitam egerit, quæ ubique eadem subest causa, & in utroque casu jure probata, hîc vero & in specie nostri canonis nulla subest causa, & pater est in culpa, quod conditionem filiæ non quæsierit, quod & arresto senatus Parisiensis confirmatum probat Mornacius ibidem, sed nec diem, nec mensem, nec annum apponit. F. P.

Ratio conciliandi eosdem contrarios Molinæi locos, & leges inter se pugnantes & canones & in id arrestum curiæ.

CAUSA XXXII. QUÆST. IV.

Can. 6. *Quis ignoret.*

* Glossa.

In Glossa verb. *Serviamus & nos legi, & tempori nostro.* Ibi. *Si primo currebat fortior moneta, & modo currit vilior de mandato Principis, liberor solvendo viliorem.*

Solvens monetam usitatam liberatur, quamvis fortior curreret tempore contractus.

Et bene. per ea quæ novissime & præter omnes scripsi in tract. usur. & monet. latino & gallico. ad finem. per arrestum senatus Parisiensis anno 1549. libro meo producto & bis judicatum fuit, pro Duce Nivernensi appellante, contra Capitulum & Canonicos Bellovacenses intimatos. C. M.

Probatur quod supra usu forensi & arrestis.

Adde in probationem ejus quod hîc dicitur, quod habetur in stilo Parlam. part. 5. quæst. 203. & ibi Molin. in summario quæstionis. in verbo *monnoye.* ubi antiquius arrestum refertur probatorium ejus quod hîc dicitur, & in cap. cum canonicos. in summario. ibi ad antiquam monetam, vel si non sit in usu ad ejus æstimationem solvendæ sunt pensiones. de censib. apud Greg. F. P.

CAUSA XXXII. QUÆST. V.

Can. 9. *Magis timeamus.*

* Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Augustinus Honorato Episc.*

Source : BIU Cujas

Elucidatio inscriptionis.

Epistol. 180. de fuga in persecutione. tom. 2. C. M.

CAUSA XXXII. QUÆST. VII.

Præfatio.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Nunc autem quæritur, si ille qui dimiserit uxorem causa fornicationis, illa vivente aliam ducere possit.*

An qui dimisit uxorem causa fornicationis, possit aliam ducere, prima vivente.

Sed quod possit senserunt antiqui, ut Chrisostomus & alii. Latè Erasm. 1. Corinth. cap. 7. in annotat. & expresse Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus, quem citat & sequitur Andr. Alciatus tit. de verb. signific. & in fortioribus terminis idem statuit Gregor. III. infra eod. quod proposuisti. C. M.

In superiorem & præcedentem quæstionem comprobandam ad Authores & locos ea de re tractantes remissio.

De hac quæstione utrum ex causa fornicationis ita dissolvatur matrimonium, ut alter conjugum, vivente altero, possit alii nubere, quasi solutus sit à lege matrimonii, vide quod habet idem Molinæus in not. ad cap. ex parte. 9. in glossa ibi nemini licet dimittere uxorem sine manifesta causa fornicationis. de sponsal. & matrimon. apud Greg. & in cap. ex litteris. 12. ibi ex suspicione fornicationis violenta divortii causa promulgari. de præsumpt. in decretal. idem Molin. in consult. super Concilio Tridentino. can. 45. quibus locis sentit, allegata etiam Patrum doctrina & authoritate, eum qui locum non præbuerit separationi, posse nubere, in id etiam vide Greg. Tholos. in repetit. ad cap. 1. de sponsal. & matrimon. num. 12. Contrarium tamen servatur in quotidianis fori nostri disceptationibus, namque judicatum in curia sive camera edictali senatus Parisiensis, perorantibus Dionisio Talæo, tunc privato, nunc regio Advocato, & Jacobo Defitat, utrisque tunc partium suarum sive clientum defensioni assistentibus, nunc vero priori Advocato catholico & regias partes sustinente, altero nunc Proprætoris criminalis antiquioris Castelleti Parisiensis munus obeunte, ex suffragiis Hieronymi Bignonii, Procuratoris generalis partes tuente, die 8. Januarii anni 1648. uxorem heterodoxam, à marito prætensam religionem reformatam profitente, dimissam, alterique nuptam, ut moris est apud eos, non potuisse donationem inter vivos conficere, absque authoritate prioris mariti, nec prius matrimonium ita solutum, ut à potestate prioris conjugis eximeretur. F. P.

In id arrestum senatus Parisiensis comprobatorium.

Can. 18. *Quod proposuisti.* §. *Sed illud. in addit. Gratiani.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Sed illud Ambrosii à falsatoribus dicitur insertum & quæ sequuntur in Textu. Juncta Inscriptione. Item Gregor. III. Bonifacio Episcopo.* Ibi. *Illud Ambrosii à falsatoribus dicitur insertum.*

De libris sanctorum Patrum vitiatis, judicium Molinæi & Erasmi.

Quibus non caruit, sicut nec Origenes, Chrisostom. Hieronymus, Augustinus, ut testatur Erasm. & de libris Ambrosii vitiatis, textus est supra. distinct. 15. cap. ult. column. ult. tetigi supr. 14. quæst. 4. cap. ult. C. M.

Illud postremum *tetigi supra ad finem.* est hujusce editionis Molinæanæ anni 1559. sed mihi percurrenti in utraque editione, citatio non occurrit verificata, de quo te monitum volui. F. P.

CAUSA XXXIII. QUÆST. II.

Can 6. *Inter hæc.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Sancta Romana Ecclesia gladium non habet nisi spiritualem, quo non occidit, sed vivificat, unde marito non licet adulteram uxorem interficere.*

De gladio spiritali Ecclesiæ.

Ad hoc vide Guilelm. Occam in dialog. fol. 211. column. 4. C. M.

De ejusdem gladii usu exercito ad Authores remissio.

Vide in id Fortunatum Gart. de ult. fine juris. num. 204. & 178. & de utriusque gladii facultate & usu legitimo, vide tractatum specialem Reverendi in Christo Patris Domini Roberti Cenalis Arboricensis Episcopi, editum Parisiis anno 1546. F. P.

Can. 8. *Admonere.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Non enim Deus vult mortem peccatoris, sed ut convertatur ad pœnitentiam, & vivat. Juncto textu præcedenti, de non occidenda uxore adultera.*

De conversione pœnitentis, & mulieris adulteræ.

Textus est similis in authent. ut non lux. contra nat. in principio. column. 6. & in leg. Imperialis. cod. de nuptiis. C. M.

Et illud à Molinæo subnotatum emendatores Romani usurparunt, & margini suæ annexuerunt. F. P.

Ibidem.

* GLOSSA.

In Glossa verb. *Nam occidisti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam.* Ibi. *Et est argumentum quod qui excepit alimenta sibi, videtur excipere uxori, cum ambo sint unum corpus.*

Qui sibi alimenta excepit & uxori habitæ tempore contractus videtur excepisse.

De uxore prius habita credit H. hoc esse verum, sed postea ducta non videtur esse verum, secundum Hugon. & Innoc. hanc tamen glossam singularem esse dicit & sequitur Anton. Corsetus in tract. de excell. & potest. Regia. quæst. 30. C. M.

Nota præcedens summarium ut quotidiano usui conveniens.

Hoc subnotatum Molinæi Romani emendatores receperunt, & glossæ suæ immiscuerunt margini, quoad primam partem, omissa posteriori ab his verbis, *hanc tamen glossam ad finem*, & nota illud ut quotidiano usui conveniens. F. P.

TRACTATUS DE POENITENTIA.

QUÆSTIO TERTIA.

DISTINCTIO PRIMA.

Præfatio.

* GLOSSA.

IN Glossa verb. *Utrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione, absque oris confessione, quisque possit Deo satisfacere.* Ibi. *Dic quod nec cordis contritione, nec oris confessione peccata dimittuntur, sed tantum gratia Dei.*

Elucidatio inscriptionis, & censura.

* CASUS.

De pœnitentiæ receptione à Deo & de verè pœnitente.

De contritione necessaria ad finè cognitum peccatum execrandi.

Et benè, & sic utilis est, imo etiam necessaria contritio, non ad finem merendi remissionem peccati coram Deo, sed ad finem peccatum cognitum execrandi, & excitandi fidem, ad quærendum & inveniendum remissionem peccati, in merito & passione Christi, qui solus est expiatio peccati. C. M.

* TEXTUS.

Elucidatio textus.

Can. 52. *Potest fieri.*

* INSCRIPTIO.

In inscriptione. Ibi. *Idem Ambrosius in eodem.*

Cap. 3. de pœnitentia. lib. 1. sed cavendum est à falsatoribus, de quibus suprà distinct. 15. cap. ult. col. ult. & supr. 32. quæst. 7. Can. quod proposuisti. ubi dixi. C. M.

* GLOSSA.

Can. 78. *Deus definitionem non facit.*

In Casu. Ibi. *Deus indifferenter quemlibet peccatorem recipit, si pœniteat.*

Sed nemo verè pœnitet, nisi qui trahitur à Christo, Augustin. de prædestinat. sanctorum. C. M.

Can. 87. *Quis aliquando.* in addit. Gratiani.

In Textu. Ibi. *Item illud Joannis Chrysostomi. & illud quod scribitur in epistol. ad Hebræos. & quæ sequuntur.* Ibi. *Quod scribitur.*

Per Joann. Chrysostom. cap. 12. homil. 31. C. M.

Ibidem.

In Glossa. verb. *Confitemini alterutrum peccata vestra &c.* Ibi. *Sed hic minus bene dicit Gratianus, quod*

Source : BIU Cujas

corrigit infra. ead. §. è contra ea quæ.

Censura ad gloſſam, & textus ſit connexio.

Imò ſe non corrigit, ſed liberum lectori relinquit judicium. infr. ead. diſtinct. ad finem. verſ. quibus authoritatibus. C. M.

Ibidem.

* GLOSSA. Cõtinuatur cenſura ad gloſſam, & ſit textus connexio.

In Gloſſa verb. *E contra, &c.* Ibi. *Hic ponit Gratianus veram ſolutionem.*

Imò tantum arguit, & in fine judicium relinquit. C. M.

Can. 88. *Quem pœnitet.*

* INSCRIPTIO.

In inſcriptione. Ibi. *Probatur hoc idem authoritate Auguſtini, qui in lib. de pœnitentia ait.*

Cenſura inſcriptionis, continuationis textus.

Cap. 10. de vera & falſa pœnitentia. Vide eundem ſtilum ſupra de pœnitentia. diſtinct. 5. cap. 1. ſumptum; & cap. 14. dict. lib. de vera & falſa pœnitentia. tom. 4. ſed nullo modo eſt Auguſtini, quamvis totus inſertus per Petrum Lombardum in ſuis ſententiis, & per Gratianum in hoc decreto, non judicio, ſed colligendi ſtudio, ut Eraſmus in cenſura dict. libri, ubi optime cap. 17. ad finem Auguſtinus allegatur. C. M.

Can. 89. *Quamvis.* in additione Gratiani incipiente *Quibus authoritatibus.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quibus authoritatibus utraque ſententia ſatisfactionis & confeſſionis innitatur, in medium propoſuimus, cui autem potius adhærendum ſit lectoris judicio reſervatur.*

De partibus pœnitentiæ integrãtibus, & an oris confeſſio ſit de jure divino.

Igitur anno 1150. tempore Gratiani, nondum ſuper hoc quidquam definitum vel præceptum erat ab Eccleſia, quia Gratianus non ignoraſſet, nec omiſiſſet, ſed ferè poſt alios 200. annos introducta fuit oris confeſſio per Innocent. in cap. omnis utriuſque ſexus. de pœnitent. & remiſſ. unde quod non ſit de jure divino, ſatis oſtendit Gratianus, & firmat Gloſſa infra. diſtinct. 5. in principio. C. M.

De confeſſionis oris neceſſitate ad authoresrem.ſſio.

Vide in id Anton. Auguſtinum de emendat. Gratiani. lib. 1. dialogo 18. ubi pluribus agit de confeſſione Sacerdotibus habenda, ut & Baronius & ejus epitomator. ad annum Chriſti 56. & idem epitomator. ad annum 460. & ad annum 778. Vide & Pamelium ad Cyprianum. ſermone de lapſis. pag. 251. de ea ſpecialem tractatum edidit Latomus; ſed hîc notandus error Molinæi in ſupputatione temporis ab anno 1150. quo florebat Gratianus, ad Concilium Lateranenſe ſub Innocent. III. celebratum an. 1215. 18. Pontificatus Innoc. III. ubi hîc 200. annos numerat, cum conſtet tantum effluxiſſe ſexaginta quinque, nec dicendum eodem Concilio introductam fuiſſe oris confeſſionem, ſed ei formam quamdam datam, & de neceſſitate exequendæ certum tempus definitum, de quibus plures habeo apud me orationes à patre meo habitas in Scholis Bituricenſibus, ad decretalem ſive capitulum omnis utriuſque ſexus fidelis. de pœnitent. & remiſſ. apud Gregorium. quas aliquando ſi Deus volet, publicas faciam, quas omnes recitavit in publico Juris Auditorio, omnibus Academiæ & Urbis ordinibus aſſiſtentibus, in vigilia Dominicæ Palmarum benedicendarum, ad excitandos ſcholares ad pœnitentiam & confeſſionem peragendam, pro more Scholæ Juris Bituricenſis. F. P.

Error Molinæi in temporis ſupputatione notatus.

Oris confeſſio injuncta non habet ortum à Concilio Lateranenſi, ſed eidem tantum formam dedit & peragendæ neceſſitatem injunxit.

DE POENITENTIA DISTINCTIO II.

Can. 11. *Si quis ſemel notatus.*

* GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si quis ſemel notatus invidiæ fuerit, vel contentionis vitio, & rurſus in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe cauſam primam invidiæ vel contentionis in interioribus medullis habere reconditam.* Ibi. *Non ideo hoc dicit quod ſemper ita ſit, ſed quod ita fuerit, eſt præſumptio: invidia, vel contentio iterata.* Ibi. *Semper.*

De radice peccati in nobis ad mortem uſque permanente.

Imò uſque ad mortem, quia hæc prima cauſa eſt peccatum Adæ in omnes dimanatum, quod etſi juſtificato per Chriſtum non imputetur; tamen uſque ad obitum remanet radix ſemper mortificanda, liquet ergo quam ſit neceſſarium ad hoc exercitium verbi Dei. C. M.

Can. 41. *Si enim.* Eſt 40. in emendat. Romana.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum juſtum.*

De Chriſto advocato noſtro apud Patrem.

Adde Albericum de Roſate. lib. 1. de ſuffragiis. cod. in quæſtione an Advocati officium de jure divino ſit licitum & meritorium, ubi oſtendit Salvatorem noſtrum ſæpius uſum fuiſſe officio advocationis. C. M.

Illud totum à Molinæo prænotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & margini ſuæ inſcriptum, & ſic ardentius excitari debemus, ad nobile & divinum munus & officium obeundum, & exequendum, & ab omnibus ſordibus eximendum, ut ſuprà monuit Molinæus ad Can. infames. cauſ. 3. quæſt. 7. F. P.

Monitum ad Advocatos.

Can. 44. *Multi bene incipiunt.* Eſt 43. in emend. Romana.

TEXTUS. Elucidatio inſcriptionis & canonis ſubſequentis.

In Textu in fine. Ibi. *Mox in ejuſdem quæſtionis ſolutione ſupponit, dicens.*

Scilicet Gregorius I. lib. 4. ad 41. caput Job. cap. 19. quæ debet eſſe inſcriptio canonis ſequent. C. M.

Can. 45. *Citius.* Eſt 44. in emendat. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Sed operæ pretium credimus, ſi in his virtutem ſuperni ordinis ſubtilius perpendamus.*

Ordinatio textus & canonis ſubſequentis inſcriptionis.

Cap. 19. immediate ſequentis. diſtinct. 9. continuando verba Gratiani uſque ad verſic. quod vero reprobo, qui ſequitur. C. M.

Ibidem.

* GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Hi itaque per aliquid aurum ſunt, & per aliquid lutum ſunt.* Ibi. *Id eſt quantulum ad aliquid, ſcilicet ad bona opera.*

Quid ſit per aliquid eſſe aurum, per aliquid lutum.

Id eſt quæ ſunt de genere bonorum. Pet. non autem vere bona coram Deo, quia electis ſuis tantum præparavit. ad Epheſ. cap. 2. C. M.

Can. 46. *Principium.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Principium enim inquit beatus Gregorius viarum Dei Beemoth dicitur.* Ibi. *Gregorius.*

Elucidatio textus.

Cap. 24. lib. 32. cap. 40. in Job. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Hinc eſt quod primatus ejus potentiam adhuc inſinuans. Idem Propheta ſubjungit.*

Ordinatio textus.

Hîc ad finem diſtinctionis. cap. 24. continuatur. & incipit cap. 25. Gregorii in dialog. lib. 32. moral. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Beemoth. iſte viarum Dei principium vocatur.*

Ordinatio textus.

Hîc ad finem. cap. 25. incipit. cap. 26. & ult. dict. lib. 32. moralium Gregorii. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Poſſe autem peccare (ut Auguſtinus ait) non eſt aliquid poſſe, imo aliquid non poſſe.*

Quid ſit poſſe peccare.

Idem Bald. conſil. 326. num. 3. lib. 1. in noviter impreſſis. Magiſt. ſentent. lib. 1. diſtinct. 42. tetigi in reg. cancell. de præbend. num. 3. C. M.

Monitum ad deperditos tractatus Molinæi ab eodem citatos.

[a] Nota ex eo Molinæum commentario illuſtraſſe regulam quam vocat de præbendis, hoc eſt de ætate Canonicorum cathedralium & collegiatarum Eccleſiarum, qui hodie non exſtat, ut plerique alii tractatus, quos ipſemet citat, de quo te monitum volui. F. P.

DE POENITENTIA DISTINCTIO III.

Can. 19. *Qui vult.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Qui vult ordinate dare elemoſinam, à ſe ipſo incipere debet.*

Quid ſit ordinata charitas & quod non ſit verũ quod ſit incipiẽda à nobis.

Non quod vera charitas incipiat à ſeipſo (quia nulla virtus incipit à nobis) ſed incipit à Deo, ſive à fide, ut dixi in tract. uſur. quæſt. 2. C. M.

Junge eumdem Molinæum in not. ad cap. licet. 3. de ſupplen. neglig. prælat. in decretal. F. P.

Can. 29. *Sicut Achab Rex.*

* INSCRIPTIO.

In Inſcriptione. Ibi. *Item Gregorius in homil. 10. ſuper Ezechielem.*

Source : BIU Cujas

Elucidatio textus sequentis.

Column. ultim. usque ad verbum Ninivitæ. Ubi Gratianus incipit in addit. sequent. C. M.

DE POENITENTIA DISTINCT. IV.

Can. 9. *Si ex bono.* Est 8. in emendat. Romana.

* Inscriptio.

In inscriptione. Ibi. *Unde Augustin. in lib. de corrupt. & gratia.*

Elucidatio Inscriptionis.

Cap. 7. cum tribus seqq. & lib. de bono perseverant. cap. 8. & lib. de prædestinat. sanctorum. cap. 8. C. M.

Can. 11. *Novit Deus.* Est 10. in emendat. Romana.

* Textus.

In Textu. Ibi. *Novit Deus quæ sunt ejus.*

Ad hoc textus Actor. 15. not. à sæculo sunt Deo omnia hæc opera sua. & Joann. 10. nec rapiet eas quisquam de manu mea, pater qui eas dedit mihi, major omnibus est, & plura loca hujusmodi. C. M.

Elucidatio & confirmatio textus.

Can. 12. *In domo Patris.* Est 11. in emendat. Romana.

Textus.

In Textu. Ibi. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.*

Elucidatio textus & confirmatio.

Joann. 14. cap. sic stella à stella apud Daniel. & Paul. & contra scientes multis vapulabunt, ignorantes paucis vapulabunt Levit. 12. cui vacuum erit legat. Guilelm. Occam in dialog. fol. 166. col. 2. C. M.

DE POENITENTIA DISTINCT. V.

Can. 1. *Consideret.*

* Inscriptio.

In inscriptione. Ibi. *Augustin. in lib. de Pœnitentia. docet dicens.*

Elucidatio inscriptionis & censura.

De vera & falsa Pœnitentia. cap. 14. sed liber suppositititius, ut dixi suprà de Pœnit. distinct. 1. cap. quem pœnitet. C. M.

Ibidem.

* Glossa.

In Glossa verb. *In Pœnitentia autem quæ peccatorem considerare oportet.* Ibi. *Sed melius dicitur confessionem institutam fuisse à quadam universalis Ecclesiæ traditione, potius quam ex novi vel veteris testamenti authoritate.*

Quem ortum habuerit oris confessio.

Panorm. in cap. omnis utriusque sexus. de pœnitent. & remiss. & ita post longam disputationem sentit Gratianus supr. de pœnitentia. distinct. 1. cap. penult. in fine. dixi in annot. ad Philipp. Decium. in cap. ad audientiam. de rescript. & est verum. quamvis novissimè Joann. Gerson tenuerit esse de jure divino, hac sola ratione, quod (ut ait) alioquin non fuisset in potestate Papæ, vel etiam totius Ecclesiæ, tantum onus hominibus imponere, quæ ratio non valet, ut apud Mathæum cap. 23. C. M.

De pœnitentia & oris confessione, sententia Gersonis improbata.

Vide in id quod supra annotavimus ad eundem can. supr. distinct. 1. cap. penult. de pœnit. F. P.

CAUSA XXXIII. QUÆST. V.

Can. 14. *Satis hinc apparet.*

* Textus.

In Textu. Ibi. *Lex constituit, ut diceret vir adversus uxorem testimonium unde lapidaretur illa, si hoc verum esse demonstraretur.*

De pœnis mulieris adulteræ & quod in eam maritus testari possit.

Adde qua pœna puniatur mulier adultera, nota in leg. quoniam Alexandrum. & in leg. constitutio. & in authentica. sed hodie. cod. de adult. C. M.

De eadem materia ad authores remissio.

Illud totum Molinæi subnotatum emendatores Romani usurparunt, & margini suæ addiderunt, & de pœnis adulterii vide glossam Pragm. Sanct. tit. de concubinariis. §. & cum omne. in verbo pertinet F. P.

CAUSA XXXIV. QUÆST. I. ET II.

Can. 1. *Cum per bellicum.*

Glossa.

In Glossa verb. *Si in possessionibus lex postliminii servatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est.* Ibi. *Argument. quod Ecclesia clerico debet restitui, de captivitate redeunti, per quantumcunque tempus detentus fuerit, si probet justum impedimentum, cum Ecclesia sit uxor clericor.*

Clerico revertenti à captivitate hostili, vel alia detentione, restitui debet beneficium, quocumque tempore abfuerit.

Istam glossam dicit singularem Brixiensis in dictionario. in verbo carcer. ad hoc quod clericus detentus in carceribus, per quodcumque tempus, non perdit suum beneficium. C. M.

In id quod redeunti captivo restituendum sit beneficium, arrestum probatorium magni Consilii Patrum.

Illud Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis usurpatur, & margini inseritur, & pondera hîc præclaram decidendi rationem & trituræ forensi conformem, namque cum in auditorio magni Consilii Patrum agitata fuisset quæstio die 19. Decemb. anni 1669. utrum longa detentio cujusdam Capronierii cognominati aliàs *Capronier*, canonici collegiatæ Ecclesiæ sancti Pauli in urbe Sandionisiana prope Parisios, apud Candios, & addictio ibidem militari exercitio adversus Turcas, locum dedisset vacationi ejusdem beneficii, quod Nicolao Paridi, aliàs *Paris* ex ea causa collatum fuerat, & ex ejusd. Paridis resignatione cuidam nomine *des Haies* actu possidenti, an vero redeunti Capronierio quasi postliminii jure restituendum esset, ut dicitur in nostro canone, perorantibus D. Renato *de Maupeou* ejusdem *des Haies* partes tuente, & altero Capronierii defensionem suscipiente, cum Dominus *Marillac* advocatus Regius eidem Capronierio redintegrando in possessionem beneficii suffragium dedisset, causa in Consilium missa, tandem ex relatione litis, Capronierius in possessionem antiquam canonicatus redintegratus est. F. P.

Palea ego dixi pastori.

* Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Hermes in libro pastorum. Juncto textu in principio. Dixi pastori.*

Censura textus & inscriptionis per alia exempla reprobationis.

Qui est liber reprobus, & damnatus in cap. sancta Romana Ecclesia. supra. distinct. 15. & sic patet has reprobas paleas non fuisse à Gratiano, sed ab alio additas, & adverte in textu. Ibi. *Ego* scilicet Hermes & ibi pastori. id est diabolo, qui se deformabat in pastorem, vel quem impius ille Hermes sic fingebat, ut Numa de sua Ægeria, & Machumeta de sua Columba sicure, vel ementito Gabriele: his tamen fucis Hermes ille decepit Pium, ut infra. de consecrat. distinct. 3. can. nosse. dixi in tract. ad edict. Henrici II. parte 2. quæst. 15. in principio. C. M.

De condemnatione libri pastoris, ad Authores & alios locos remissio.

Vide quæ annotata supr. ad can. sancta Romana Ecclesia. distinct. 15. & quod est in novissimis annotationibus ad emendationem Gratiani Balusianæ editionis. ad hunc canonem pag. 554. & alios de eadem materia tractantes. F. P.

CAUSA XXXIII. QUÆST. II. ET III.

Can. 1. *De affinitate.*

Textus.

In Textu. Ibi. *De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare.*

Nomen affinitatis pro propinquitate usurpati.

Adde affinitatem pro propinquitate hîc accipi; simile est in leg. sancimus. cod. de pœnis. C. M.

De graduum propinquitatis & affinitatis computatione, vide relatos hîc locos & Authores.

Illud subnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini suæ insertum, & de graduum cognationis & affinitatis computatione, vide quæ habentur in tractatu Gabrielis Palæoti de nothis spuriisque. cap. 6. num. 6. tract. de divortiis. quem dicunt esse Theodori Bezæ. pag. 51 Anton. Bengæum universitatis Bituricensis juris professorem primicerium recolendæ memoriæ avum meum, ad Alexandri Imperatoris rescripta. pag. 621. quem apud me habeo. Vid. Conchil. in posthum. memorialibus reformat. status Ecclesiast. pag. 131. & in posthum. tract. libert. Eccles. Gallicanæ pag 71. editionis viduæ Guillemot. anni 1651. Busæum in not. ad epist. Petri Blesens. posterioris editionis Goussainvilleanæ. Vide & notas ejusdem Molinæi ad arborem consanguinitatis in decretalibus. subjectam titulo de consanguinitate & affinitate. F. P.

Can. 2. *Conjunctiones.*

* Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Item Calixtus Papa. Juncto textu.* Ibi. *Consanguineos dicimus, quos divinæ & Imperatorum ac Romanorum atque Græcorum leges. Consanguineos appellant.* Ibi. *Item Calixtus.*

Elucidatio & censura inscri-

Non potest esse primus, qui fuit martyr anno 221.

Source : BIU Cujas

ptionis, & quis fuerit Calixtus II. Gallus doctor & professor Aureliis.

sub Bassiano, & sic 83. annis ante Imperium Constantini primi, & sic non potest loqui de legibus Græcorum, ergo est Calixtus II. qui vixit an 1119. sub Henrico V. plus 800. annis post Imperium in Græcos translatum, & plus 200. post translationem in Germanos fuit autem Archiepiscopus Viennensis filius comitis, prius juris civilis doctor, & professor Aureliis. C. M.

Can. 3. *De propinquis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *De propinquis qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro in quarto gradu conjungantur, in quarto si inventi fuerint, non separentur.*

De affinibus & affinitate hîc definitum. Non dicit in quinto gradu, & in quinta generatione, & in quarta tolerantur. C. M.

Junge locos citatos ad can. 1. de affinitate. & notam Stephani Balusii ad can. quædam lex. 35. quæst. 2. in emendatione Gratiani suæ editionis. pag. 555. F. P.

Can. 10. *Nec eam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nec eam quam aliquis de propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugem ducere nulli Christianorum licebit.*

Consanguinitas contrahitur per illicitam conjunctionem. Ex isto textu infero, quod affinitas per illicitam copulam contrahitur, not. in leg. non facile. §. sciendum. & §. affinis. dig. de grad. cognat. C. M.

Illud totum Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis retentum, & suæ margini insertum. F. P.

Can. 20. *Quædam lex.*

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sed quod adhuc illis Neophitis existentibus, eis primùm illicita consentire, & eos verbis & exemplis instruere oportet. Juncta inscriptione. Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum. De Anglis noviter conversis.* Ibi. *Eis primùm illicita consentire.*

Quomodo Neophiti sive noviter conversi Angli fuerunt instruendi. Et malè, nisi dicas dissimulando quæ nondum revelari [a] possunt, sed hîc nihil erat contrà jus divinum. C. M.

Correctio notæ Molinæanæ & textus prout idē textus exigit. [a] Ibi loco vocis revelari, quæ non satis convenit, forte melius reponi debuit revelli, corrigendo notam secundum textus & annotatoris mentem, vide & in id Guid. Conchil. in posthum. memorial. reformat. status Ecclesiastici. pag. 133. & in posthum. tract. libert. Ecclesiæ Gallic. pag. 71. Vide & ibidem not. Stephan. Balus. in emendat. Gratiani à se novissimè edita. pag. 555. F. P.

CAUSA XXXV. QUÆST. IV.

* INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *Quæst. 4.*

Nihil notatu dignum hîc neque sūmandum. Hanc & sequentem quæstionem nullus attingere dignatus est. Sunt enim inutiles. C. M.

CAUSA XXXV. QUÆST. V.

Can. 5. *Quod autem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Duorum autem fratrum uxores vocantur janitrices.*

Quid janitrices vel inateres. Vide in hunc locum Alciatum. lib. disputationum 2. cap. 23. Inateres enim græcè dicuntur duorum fratrum uxores, non janitrices. C. M.

Subreptio facta Molinæo ab emēdatoribus Romanis ut diceretur Alciatus. Hic locus restitutus ab Alciato indicante Molinæo, quod ab emendatoribus Romanis receptum, & notatum in emendatione sua, solo nomine Alciati expresso, & suppresso nomine Molinæi. F. P.

CAUSA XXXV. QUÆST. VIII.

Can. 1. *De gradibus.*

* TEXTUS. In Textu seu Inscriptione Can. 1. Ibi. *Gregorius ita definit.*

Elucidatio inscriptionis. Scribens ad Augustinum quem Anglorum fecerat Episcopum. C. M.

Can. 2. *Hæc salubriter.*

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui etiam & quæ in quarto vel quinto gradu conjuncti inventi fuerint, separentur, quoniam scriptum est, omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.*

Mala ratio, quia ibi certæ tantum personæ prohibentur. Levit. 8. & sic de aliis non loquitur, at lex matrimonii affirmativa est. Genes. 1. ergo edictum prohibitorium Præpositi Mediolanensis. in cap. omnes. leg. colum. 3. supr. distinct. 1. C. M.

An inventi in quarto & quinto gradu consanguinitatis separandi, & qua ratione.

CAUSA XXXV. QUÆST. X.

Can. 1. *Fraternitatis.*

* TEXTUS. In Textu Ibi. *Si quis ergo in defuncto quærit propinquitatem extinguere, hic negat verbum Dei validum esse & forte, & qui tam velociter quærit dissolvere, non credit verbum Dei in æternum permanere.*

Mala illatio ex utraque parte, Hoc hyperbolicum & falsum, quia refertur ad casus lege divina non prohibitos, vide gloss. can. non debet. versic. revocantes. de consanguinitate & affinitate. C. M.

CAUSA XXXVI. QUÆST. I.

Præfatio.

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui filiam ignorante patre oppressit, quæritur an raptum commiserit.*

De raptu in parentes uti puniendo. Non est dubium quod sic in tota Gallia, ut multis arrestis senatus Parisiensis sæpe definitum est. C. M.

De pœna raptus ad Authores remissio. Junge eumdem Molin. in not. ad cap. 6. cum causa. de raptoribus. apud Gregor. in textu. Ibi. licet parentes reclament à quibus dicitur rapuisse. Cum ibi notatis. ad can. subsequentem 3. de raptoribus. ead. caus. & quæst. F. P.

Can. 3. *De raptoribus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si raptor cum rapta ad Ecclesiam confugerit, evellatur à raptore, & parentibus reddatur, & raptor mortis vel pœnarum immunitate concessa, in servitutem Ecclesiæ redigatur. Juncta inscriptione. Unde in Concilio Aurelianensi legitur.* Ibi. *Pœnarum immunitate concessa.*

De asilorum securitate sublata. Imo nullo modo gaudere debet immunitate Ecclesiastica, ut in authentica de mandatis Principum. & hodie ita servatur in Gallia. præsertim ab anno 1539. [a] C. M.

Constitutio Francisci I. anni 1539. art. 166. [a] Constitutione Francisci primi articulo 166. ut notatur in censura & nota Domini G. D. P. subsequenti. F. P.

Hic canon est 4. Concilii Aurelianensis 1. celebrati anno 511. Novella vero Justiniani de mandatis Principum. Lata fuit anno 535. regnante apud nos Childeberto, quare nec ad usum Gallicum pertinet, ante eam namque & longis post sæculis confugium ad Ecclesiam cum integra securitate toleratum fuit apud Gallos, Concil. Arelatens. 2. anno 452. Aurelian. 5. anno 549. Capitular. Caroli magni lib. 1. cap. 140. circa annum 801. Concil. Moguntini anno 813. Hildeberti Cœnomanensis circa annum 1089. reum inquit ad Ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat, ad pœnam, vel ad mortem, ut honor servetur Ecclesiarum, at meliori proposito sunt templorum asila revocata in debitores, & criminum reos. Lucius Placit. lib. 1. tit. 2. art. 166. Constitut. anni 1539. G. D. P.

De veteribus asilis Ecclesiarum & refugiis varii loci hîc citati,

De materia asili & refugii remissio ad locos de ea tractantes. De jure asilorum & refugii Ecclesiæ & cœmiteriis debito, egimus expressius in tract. nostro & avitino. de benefic. Ecclesiast. ad verb. *cum suo reditu.* cap. 4. de oneribus & immunitatibus Ecclesiarum. parte 2. de immunitatibus. §. 3. de jure asili & refugii. F. P.

CAUSA XXXVI. QUÆST. II.

Præfatio. *Nunc quæritur.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nunc quæritur an purgato vitio rapinæ, raptor in uxorem possit raptam accipere.* Ibi. *Quia raptor benè potest ducere raptam in uxorem peracta pœnitentia.*

An raptor aubere possit cum rapta. Adde quod de jure civili est secus. leg. unica. cum ibi notatis per gloss. & doctor. cod. de raptoribus virginum. C. M.

De ea materia remissio. Adde quæ in hujus criminis vindictam tractat diffusius Anton. Mornac. in posthumis observationibus

Source : BIU Cujas

tionibus à me recognitis ad tit. cod. de raptor. virginum. Vide in id constitutionem regiam Ludovici XIII. anni 1639. art. 3. F. P.

Can. 11. *Placuit.* in additione Gratiani.

* TEXTUS ET INSCRIPTIO. In Textu & Inscriptione. Ibi. *Sic enim in præfato Concilio, hoc est Meldensi, de quo in inscriptione præcedentis Canonis legitur.* Ibi. *Hæc authoritas non præjudicat authoritati Hieronymi, maximè cum illa testimonio divinæ legis nitatur.*

Censura in textum & inscriptionem.

Sed hæc dicta Gratiani veluti inanes paleas rejiciendas esse censet Iacob. Alemainus de authoritate Eccles. cap. 10. fol. 153. in parvis. sed quidquid dicat, melius dicit Gratianus, & sententia Hieronymi bonis civilibus legibus consonat, quibus tempore suo omnis parebat Ecclesia, per ea quæ scripsi in præfat. ad edict. Henrici II. C. M.

DECRETI TERTIA PARS.

DE CONSECRATIONE.

DISTINCTIO PRIMA.

Can. 1. *Tabernaculum.*

TEXTUS. Qua ratione Moses præcipiente Domino tabernaculum extruxerit.

IN Textu. Ibi. *Tabernaculum Moysen Domino præcipiente fecisse.*

Sed pro figura temporali tantum, quæ facta non est pro alia externa figura. C. M.

DE CONSECRAT. DISTINCTIO II.

Can. 9. *Peracta consecratione.* Est 10. in emendat. Romana.

* SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Ecclesiasticis liminibus careat Minister, qui post consecrationem communicare contemnit. Juncto textu. peracta consecratione omnes communicent.*

Censura summarii, & de communione sub utraque specie ab omnibus assumenda.

Falsum Summarium, quia textus non loquitur de Ministro, vel Sacerdote, sed de omnibus etiam laicis & mulieribus, sic in Concilio Antiocheno. cap. 2. ubi hoc non statuitur de novo, sicut nec hîc. sed utrobique jubetur retineri mos veteris Ecclesiæ, juxta præceptum Christi. Bibite ex hoc omnes, & quia quidam incipiebant abstinere, statuit Concilium Antiochenum ut excommunicetur, qui ingreditur Ecclesiam, & sacras scripturas audit, nec communicat. C. M.

De communione sub utraque specie, ad authores remissio.

Quoniam in hoc Canone agitur de Communione sub utraque specie, & ipsius tunc necessaria executione, quasi supplementi gratia, vide quæ subnotata sunt supra ad Can. Sacerdotes. 89. causa 1. quæst. 1. & junge quæ uberius de ea materia habentur in tractatu Claudii Espencæi Doctoris Parisiensis celeberrimi, de Missa publica & privata. pag. 215. & seqqu. & apud Durant. de ritibus Ecclesiæ Catholicæ. lib. 2. cap. 4. num. 6. F. P.

Can. 15. *Etsi non frequentius.* Est 16. in emendat. Romana.

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Etsi non frequentius, saltem ter in anno homines communicent.*

Correctio & restitutio textus de communione ter in anno repetenda secundum præceptum Ecclesiæ.

In constitutionibus Caroli Magni, & Ludovici Pii Francorum Regum & Imperatorum. est verbum *Laici homines.* ut dixi in præfatione ad Edictum Henrici II. & restitui in stilo Parlamenti. part. 3. tit. 50. C. M.

Non tamen invenitur ibi restitutum in editione Galeoti à Prato anni 1558. quæ est posterior & amplior, hanc tamen correctionem & restitutionem insecuti sunt emendatores Romani hîc. & de materia hujus Canonis de communione in anno ter facienda, ex necessitate præcepti, tunc servati, vide Dominum Claudium Espencæum Doctorem Theologum Parisiensem in tract. de Missa publica & privata. fol. 224. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiast. lib. 2. cap. 4. num. 5. cap. 55. num. 3. Francisc. Rupifucald. de statu Eccles. lib. 3. cap. 43. pag. 536. F. P.

De præcepto communionis ter in anno faciendæ, vide ad locos & authores ad quos sit hîc remissio.

Can. *Si quis intra.* 17. Est 18. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO. In inscriptione. Ibi. *Item ex Concilio Martini Papæ.*

Juncto textu. de communione peragenda. Ibi. *Ex Concilio Martini Papæ.*

Elucidatio inscriptionis.

Cap. 84. Sinodorum Græcarum à Martino Bracharensi Episcopo collectarum. Idem Concilium Antiochenum. cap. 2. C. M.

Adde in materiam hujus Canonis, de communione à Sacerdote peragenda, Claud. Espenc. in tract. de Missa publ. & privata. fol. 216. F. P.

Can. 24. *Timorem.* Est 25. in emendat. Romana.

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum ergo anima habet fidem his dictis, scilicet his quæ præcedunt in hoc Canone, de timore, fide, & humilitate in Sacramento.*

Quid sit fides sacramenti, & in quo consistat.

Hîc habes quid sit fides Sacramenti. C. M.

Can. 43. *Prima quidem.* Est 44. in emend. Romana.

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sacramentum vobis aliquod commendavi spiritualiter intellectum, vivicabit vos.*

De visibilitate & invisibilitate Sacramenti.

Et sic necesse illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi. Augustin. Psalm. 98. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS. In Textu. *Corpus enim in quo resurrexit, in uno loco esse oportet,*

Condemnatur ubiquitas.

Idem Vigilius Tridentinus Episcopus & Martyr contra Eutychem. lib. 4. & sic non solum vana, sed contra fidem resurrectionis est nova quorumdam ubiquitas. C. M.

Can. 46. *Ut quid paras.* Est 47. in emendat. Romana.

INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi *Item Augustinus in lib. de remedio pœnitentiæ.*

Lux data inscriptioni.

Tract. 25. ad cap. 6. Ioann. Vide de Doctrina Christiana. lib. 3. cap. 16. C. M.

Can. 54. *Panis.* Est 53. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO. In Inscriptione Ibi. *Item Ambrosius in lib. de sacramentis. Juncto textu canonis hujusce.* Ibi. *In lib. de remedio pœnitentiæ.*

Elucidatio simul & censura inscriptionis & textus.

Lib. 4. cap. 4. cum sequenti. tom. 4. sed multum discrepat textus ille ab illo textu Gratiani & insuper Erasmus ibi testatur eo tomo multa esse perperam addita & detracta. C. M.

Can. 68. *Re vera.* Est 69. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *Item Ambrosius de Sacramentis.*

Elucidatio & censura inscriptionis & textus.

Lib 4. cap. 4. cum sequent. ubi partim. sed alio modo hoc habetur, & ibi multa addita & detracta, adde lib. 9. de his qui mysteriis initiantur. C. M.

Can. 83. *Sicut.* Est 84. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO. In Inscriptione. *Item Ambrosius in lib. 7. de Sacramentis.*

Elucidatio & censura inscriptionis & textus.

Apud Ambrosium non est liber 7. de Sacramentis. Sed sextum librum sequitur liber de dignitate sacerdotali. & alter liber de præparatione ad Missam. qui supposititii sunt secundum Erasmum, ibi in censura. C. M.

Source : BIU Cujas

DE CONSECRAT. DISTINCTIO III.

Can. 20. *Nosse vos.* Est 21. in emend. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Hermes doctor fidei & scripturæ effulsit inter nos.*

Censura textus & libri Hermetis qui dicitur pastor.

Imo doctor impii libri, diaboli illusione conficti, de quo sup. 34. quæst. 1. cap. Ego dixi pastori. & quod damnatus in cap. ult. supr. distinct. 15. dixi in tract. ad edictum Henrici II. part. 2. gloss. 15. quam hæc sunt periculosa docet doctrina beati Pauli ad Galatas. 1. & experientia schismatis ob id in Ecclesia facti, deinde Machumeti. C. M.

Vide in id quod habetur apud Anton. Augustin. in emendatione Gratiani. lib. 1. dialog. 6. F. P.

DE CONSECRAT. DISTINCTIO IV.

Can. 1. *Per baptismum.* Est 2. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Idem Augustinus de baptismo parvulorum.*

Elucidatio & confirmatio inscriptionis.

Cap. 39. lib. 1. Idem Augustinus de nuptiis & concupiscentia. ad Valerium. lib. 1. cap. 25. C. M. Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Per baptismum Christi id agitur, ut caro peccati evacuetur.*

Quid sit per baptismum Christi carnem peccati evacuari.

Sed ut inquit glossa. cap. dilectus. verb. suspendendi. de appellat. tantum effectus peccati suspenditur, sed non est satis, quia non imputatur, gratia vero confertur, alioquin bene sequitur concupiscentia remanens in renatis quamdiu vivunt, repugnat legi Dei. ergo verè peccatum est. Rom. 7. Galat. 5. unde Psalmo 145. Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. C. M.

Can. 2. *Firmissime.* Est. 3. in emend. Romana.

* INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item Augustinus ad Petrum Diaconum.*

Advertendum ad hunc textum & inscriptionem & censuræ Theologorum remittendum.

De fide. cap. 26. & habetur in 4. sentent. distinct. 4. sed advertendum quod Augustinus disputat contra Pelagium, qui negabat peccatum originale, sed tamen gratia Dei non est alligata Sacramento, quin operetur in filiis Christianorum electis, adde quæ dicam infra. eod. can. Catechumenum. C. M.

Can. 11. *Duo tempora.* Est 12. in emendat. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. in fine. Ibi. *Quia duo tempora Paschæ & Pentecostes ad baptisandum legitimè sunt præfixa, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis.*

Nota de temporibus baptismi in primitiva Ecclesia.

Ergo gratia Dei & meritum Christi non sunt alligata Sacramentis in filiis Christianorum: alioquin plures morti æternæ traderentur per hoc decretum in primitiva Ecclesia observatum. C. M.

Vide in id Stephanum Durantium de ritibus Ecclesiæ cathol. cap. 19. num. 13. Binium in not. ad 2. tom. Concil. pag. 374. column. 1. F. P.

Can. 33. *Si quidquid.* Est 35. in emendatione Romana.

* GLOSSA.

In Glossa verborum. *Si quidquid est in homine, quando baptisatur, sanctificari, dicturus es baptisari & sanctificari hominem in matris utero constitutum. Juncta inscriptione. Item Augustinus contra Julianum.* Ibi. *Si vendidi tibi uncillam prægnantem, & evincatur partus, non teneor de evictione, quia non intelligor eum vendidisse.* Ibi. *Non teneor de evictione.*

Nota de puero baptisato in utero matris an sanctificetur, & de evictione partus.

Scilicet ex stipulatione duplæ, quæ est stricti juris, sed bene actione ex empto, ut clare docui in extricatione labirinthi de eo quod interest. C. M.

Can. 35. *Catechumenum.* Est 37. in emendat. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam habere non credimus. Juncta inscriptione. Item Augustinus ad eumdem Fortunatum.*

De catechumeno defuncto, an salvus sit.

Contra enim tenent Holten. in 4. sentent. distinct. 4. quæst. 1. casu 10. Ludov. Rival. in aureo opere de veritate contritionis. in 1. præcepto. & dicit magister sentent. in 4. distinct. quod iste locus Augustini debet salvari per alia ejusdem dicta. C. M.

Can. 55. *Cathechismi.* Est 57. in emendat. Romana.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cathechismi baptisandorum, à Sacerdote uniuscujusque Ecclesiæ possunt fieri, sicut in Romana Ecclesia solemniter fieri comprobatur.*

De cathechismis baptisandorum.

Sed jam dudum ibi, & sub Pontificibus fieri desiit. C. M.

Can. 57. *Non liceat.* Est 59. in emendatione Romana.

* INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item ex Concilio Martini Papæ.*

Lux data inscriptioni.

Cap. 49. Sinodorum Græcarum à Martino Bracarensi Episcopo collectarum. C. M.

Can. 70. *Si non sanctificatur.* Est 72. in emendat. Romana.

* INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item Augustin. de unico baptismo. lib. 6. Juncto textu. Ad canonis elucidationem sic concepto, verba erroris per imperitiem prolata non impediunt aquæ sanctificationem.* Ibi. *Augustin. de unico baptismo. lib. 6.*

Elucidatio inscriptionis & nota in textum.

Cap. 25. & est textus hoc tempore valde notandus. C. M.

Ibidem.

* GLOSSA.

In Glossa verb. *Nec tamen in eis, supple verbis Sacramenti male recitatis, evacuatur quod perversum est, per illa quæ recta ibi sunt, sed ab eis potius evacuatur. in verbo evacuatur.* Ibi. *Qui enim dicit baptiso te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & omnium Sanctorum.*

Nihil addendū verbis Sacramenti baptismi.

Non valet baptismus, sed rursus recte inchoandum, ut tenet glossa hîc. & bene. quia hominis salutem oportet totam in Deo esse, vel totum deficere, nec potest dividi. idem tenet Alciatus leg. 1. de verb. obligat. C. M.

Can. 71. *Prima igitur.* Est 73. in emendatione Romana.

* INSCRIPTIO.

In Inscriptione. Ibi. *Item Augustinus ad Neophitos.*

Censura inscriptionis.

Non est Augustini, sed suppositium. C. M.

Ibidem.

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Credis in sanctam Ecclesiam.*

Non dicendum credo in sanctam Ecclesiam, sed credo sanctam Ecclesiam.

Error est, sed dici debet credis *sanctam*, &c. articulus enim credo in Ecclesiam reprobatus est tamquam imperitorum error, non solum ab antiquis, ut per Rufinum in explanatione simboli, deinde per Albertum magnum in expositione simboli, dicente omnis articulus in divina veritate, & non super creatam veritatem. Idem Thomas Aquinas ejus discipulus in 3. sentent. distinct. 25. post Leonem I. & in 2. 2. quæst. 2. art. 9. unde Joan. Turrecremata in summa de Ecclesia. lib. 1. cap. 20. irridet quosdam congregatos in Sinodo Basileensi, ita deliros, ut in articulo *& unam sanctam Ecclesiam*, non minus genua flecterent adorabundi, quam in articulo *& homo factus est.* C. M.

Censura sacræ Theologiæ Parisiensis Vernantii, in eo quod addiderit articulo credendi *in Ecclesiā*, cum absit præpositio *in* ipsomet in Simbolo.

Vide in id censuram propositionum Jacobi Vernantii. tit. de Eccles. & Consiliis. à sacra Theologiæ Facultate Parisiensi factam die 24. Maii, & confirmatam die 26. ejusdem mensis anno 1664. ea parte qua dicit Vern. *si summo Pontifici infaillibilitatem adimimus, professionem nostræ fidei immutandam, nec amplius dicendum nos credere in sanctam Ecclesiam, Catholicam, Apostolicam & Romanam*, censuramque hujus propositionis ipsi subjectam, quam inseruimus in supplementis Pragmaticæ Sanctionis à nobis editis. fol. 1444. column. 1. & notam marginalem ipsimet propositioni affixam, in id quod dicat Vernantius & inferat credendum in sanctam Ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam, addendo ipsi professioni fidei ab ipsamet Ecclesia receptæ præpositionem *in Ecclesiam*, quæ abest, nec etiam est reponenda, nec etiam ex mente ipsius Cardinalis Turrecremata, quem citat hîc Molinæus in

Probatur ibidē male allegatum Cardinalem Turrecrematum à Vernantio, in id, cum aliter sētiat,

Source : BIU Cujas

Suspectus in hac materia authoritatis Ecclesiæ & summi Pontificis Turrecremata, quod in schismate Eugenii IV. ab eodem creatus sit Cardinalis.

ſumma de Eccleſia. lib. 1. hanc profeſſionem condemnante, & etiam in eo quod additur profeſſioni fidei à Vernantio, *credo Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam & Romanam*, quod & condemnavit in ſpeciali tractatu quem edidit de Pontificis Concilii-que generalis authoritate, impreſſum Venetiis anno 1563. quamvis idem Turrecremata ſive Torquemada in ea materia de authoritate Concilii & Eccleſiæ & ſummi Pontificis, omni ſuſpicione carere non debeat, quod in Concilio Florentino, durante ſuſpenſione Concilii Baſileenſis ab Eugenio Papa IV. Cardinalis creatus ſit. F. P.

Can. 83. *Propter.* Eſt 85. in emendat. Romana.

*GLOSSA. In Gloſſa verb. *Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis uſum, ſimplicem teneamus baptiſmatis merſionem.* Ibi. *alludit ad conſuetudinem loci, vel ſimplam, id eſt uniformem.*

In baptiſmo ſimplex merſio eſt facienda, non triplex.

Id eſt unicam, ut refelleretur error trinam exigentium, & de indifferenti neceſſitate malè patientium. C. M.

Ad eam materiam comprobandam, remiſſio ad Authores.

Vide in id Præſidem Briſſonium. ad leg. dominico. cod. de ſpectaculis. pag. 155. & alterum Præſidem Stephanum Durantium. de ritib. Eccleſ. cathol. lib. 1. cap. 19. num. 37. F. P.

Can. 96. *Ne quod abſit.* Eſt 98. in emendat. Romana.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ne quod abſit, longa dilatio poſsit animos Judæorum revocare, die Dominica, aut alia feſtivitate occurrente baptiſes.*

De Baptiſmo diutius non differendo.

Quia ſi citius, ſuſpicio fraudis vel ſimulationis eſt, Philipp. Decius conſil 130. column. 2. ad hoc idem Decius. cap. 1. lect. 2. num. 8. de conſtitut. C. M.

Can. 115. *Qui bis.* Eſt 118. in emendat. Romana.

*TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui bis ignoranter baptiſati ſunt, non indigent pro eo pœnitere, niſi quod ſecundum canones ordinari non poſſunt. Juncta inſcriptione. Item ex pœnitentiali Theodori.* Ibi. *Ordinari non poſſunt.*

Qui bis ignoranter baptiſatur non eſt irregularis. quia jure cautum non eſt.

Hoc falſum, quia jure non eſt cautum. Clavaſius in verb. irregularitas. 5. §. 24. nec ille liber pœnitentialis [a] authenticus eſt, nec copulatio Gratiani aliter eſt approbata. C. M.

a Nondum innotuerat Carolo Molinæo Pœnitentiale Theodori, liber antiquus & probatiſſimus, quem clariſſimus vir Jacobus *Petit* primus in lucem edidit, & notis illuſtravit, ut & alia ejuſdem authoris capitula, ad diſciplinam Eccleſiaſticam maximè conducentia, alioquin non dixiſſet Molinæus hunc librum pœnitentialem non eſſe authenticum, cum probatus fuerit tum à ſummis Pontificibus, in epiſtolis decretalibus ad plures directis, tum in Conciliis pluribus, tum à veteribus Eccleſiæ Patribus, & recentiorum teſtimoniis approbatus, quæ videre poſſis in fronte novæ collectionis operum Theodori Petitianæ, quæ proſtat Pariſiis apud Viduam Joann. *du Puis*, via Jacobæa, ſub ſigno Coronæ aureæ, anno 1677. edita, de quo monuiſſe ſat eſt. F. P.

Approbatur liber pœnitentialis Theodori hic.

Can. 116. *Eos quos.* Eſt 118. in emend. Romana.

*TEXTUS. In Textu. Ibi. *Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos rebaptiſatos in pœnitentia perpetua jacere conveniat, quibus laica tantum communio eſt reddenda.*

Quid ſit laica communio hic definitur.

Id eſt inter laicos, non agnoſcendo eos pro Preſbyteris vel Diaconis, ut novè declaravi ſupra. 1. quæſt. 7. can. 1. C. M.

Junge hîc quod & nos ibidem huic can. primùm ſupr. 1. quæ. 7. Molinæanæ notæ ſubjecimus de communione laica. F. P.

Can. 144. *Non ex quo* Eſt 146. in emendatione Romana.

*TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nam in baptiſmo quamvis plena ſiat remiſſio peccatorum, adhuc, ſupple poſt baptiſmum, remanet corruptio, non ſolum in corpore, ſed etiam in animo.*

Poſt baptiſmū corruptio remanet tam in corpore quam in animo.

Et illa eſt peccatum, ſed propter Chriſtum, in quo pater complacuit, cuique inſerti ſunt, non imputatur. C. M.

DE CONSECRAT. DISTINCTIO V.

Can. 35. *Non oportet.* Eſt 36. in emendatione Romana.

*GLOSSA. In Gloſſa verb. *Laicum ſine canonicis litteris, id eſt formatis, non oportet alicubi proficiſci.* Ibi. *Si autem Clericus tandiu abſit, ut dubitetur an vivat, an mortuus ſit, deſinit habere liberam adminiſtrationem.*

Abſentis longâ abſentiâ beneficium conferri poteſt

Et beneficium alteri conferri poteſt. Anton. Corſetus in ſingular. verb. vagabundus. C. M.

Adde hîc quod habet D. Cujacius ad cap. 5. de Clericis non reſident. in decretal. & tractatum ſpecialem inſcriptum, Oeconomia pauperum. cap. 7. pag. 95. Severinum Binium in notis ad Concil. tom. 2. pag. 991. column. 1. F. P.

FINIS.

Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI
ANNOTATIONES
IN DECRETALES,
ET PRIMUM IN GREGORII IX. SUMMI PONTIFICIS Decretalium compilatoris vitam ipsis præfixam in editione Molinæana, ex Platina.

TITULUS.

IN Titulo. Ibi. *Raymundi Barcinonensis, Capellani & Poenitentiarii sui, cujus auxilio Decretales compilavit.*

Vitia compilationis decretalium per Raymundum à Pennaforti,

Qui tamen non solum superflua posuit, ut cap. significantibus. de libell. oblatione. repetiit. ut cap. ult. de appellat. sed sæpe malè truncavit Decretales, ut de ejus male decisis quærantur doctores. in cap. veniens. de rescript. & in cap. 1. de appellat. quandoque studiosè truncavit, ut lateret invidiosum argumentum, ut in cap. ex frequentibus. de institut. quod latum erat contra regalia Regis Angliæ, sic in plerisque latis in favorem inimicorum Regis Franciæ, ut in cap. novit. de judiciis. Quasdam etiam constitutiones Caroli Magni, authore tacito, inseruit, ut in cap. 1. de censib. quandoque textus conciliares flagitiosè alteravit, ut in cap. 1. de judiciis. ubi Glossa Bernardi vers. donec. hoc fatetur. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. Ad historiam creationis Pontificiæ Gregorii IX.

In Textu. Ibi. *Gregorius apud Septizodium Pontifex creatus.*

Anno 1226. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

Ad historiam Lantgraviianam observatio, & contra Platinam & Sabellicum, ut Papis nimium faverent.

In Textu. Ibi. *Fredericum, cognita Lantgravii morte, omnem ejus supellectilem diripuisse.*

Idem Sabellicus Ennead. 9. lib. 6. qui solitus est exactè sequi Platinam, nisi ubi de Venetis agitur, quorum gloria in Sabellicis, patriæ favens, tanto affectu auget, ut sæpe Platinam velut perpetuum Venetorum hostem insectetur, quasi historiæ fidem, ut Venetorum gloriam minueret, vitiarit, sed uterque quantum potuit authoritati & potentiæ Paparum inservivit, eorumque facinora, etiam cum Imperatorum ignominia, dealbare studuit, noviss. imè autem illustrissimus heros Lantgravius Hessiæ, prætextu fœderis, à Carolo V. captivatus, etiam feudis avitis & masculinis injustè spoliatus, pro cujus justitia, post Carolum Ruinum, & Philipp. Decium. consil. 116. consil. 51. & consil. 655. & Andræam Alciatum, consului, sed frustra vivo præfato Carolo, cui odium jure potius esse, iniqua anni 1551. judicia ostendunt. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Hinc multæ civitates à Pontifice desciverè, id est propter commota dissidia Guelphorum & Gibellinorum.*

Per tot bella & seditiones, ultra quadringentos annos pugnaverunt Papæ contra Imperatores, populumque Romanum, ut Imperio attrito, Regnum Romæ & Italiæ occuparent, illis certe omnes clades Italiæ, & totius ferè Europæ à translato Imperio, imputat Nicolaus Machiavellus Florentinus. lib. 1. histor. Florent. & quot quot rem non ad affectum, sed ad verum scribunt. C. M.

Mala imputatio cladium Italiæ summis Pontificibus facta à Molinæo.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Defecissent etiam Romani, nisi Pontifex populum ad commiserationem movisset, habita etiam in Basilica sancti Petri oratione dignissima.*

Affectibus turbatissima, adversus Fredericum hostem principis Apostolorum, filium Satanæ (sic enim vocabat) promittens pugnantibus adversus hunc canem, vitam æternam, & omnium peccatorum remissionem. Hac arte, ut scribit H. Mutius Germaniæ chron. lib. 20. populum Romanum, prius cum Imperatore sentientem transversum egit, & in eum armari fecit. C. M.

Qua arte Gregorius populum Romanum contra Fredericum Imperatorem cōmoverit.

PROEMIUM DECRETALIUM.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Rex pacificus disposuit sibi subditos pia miseratione.* Ibi. *Id est prædestinatos, qui etiam si peccent, nihilominus salvabuntur.*

Ita tamen si peccata fugiant, & seria pœnitentia ad Dei misericordiam, per Christum redeant, quia peccato placere, vel indulgere, signum est reprobationis, etiam si hæc vana securitas, spe veniæ, vel gratia Dei regatur, & ut ait Augustin. in lib. de bono perseverantiæ. ut prædicationis prædicatione non est impedienda prædicatio fidei perseverantis, & proficientis, ita & prædicatione fidei proficientis, & usque ad ultimum permanentis, non est impedienda prædicatio prædestinationis, ut qui fideliter & obedienter vivit, non de ipsa obedientia, tanquam de suo non accepto bono extollatur, sed qui gloriatur in Domino glorietur. C. M.

Quomodo peccatores salvi fieri possint & prædestinari; item & justi.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Alterum non lædat.* Ibi. *Quod tibi non vis fieri, aliis ne facias. in princip. decretal. distinct. 1. humanum genus. & infr. de major. & obed. cap. dilecti.*

Adde quæ dixi in tract. usur. quæst. 2. num. 72. C. M.

De præcepto juris alteri ne feceris quod tibi fieri nolis.

Source : BIU Cujas

TITULUS PRIMUS.

De ſumma Trinitate & Fide catholica.

Cap. 1. *Firmiter credimus.*

INSCRIPTIO. Ad hiſtoriam inſcriptionis illuſtrandam, & Cōcilii Lateranenſis generalis.

In Inſcriptione. Ibi. *Innocentius III. in Concilio generali.*

Romæ apud Lateranum anno 1215. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quoniam omne quod non eſt ex fide peccatum eſt.* Ibi. *Fides enim multis modis dicitur.*

Inquiritur quid ſit fides.

Aliquos ex his modis habes notatos 22. quæſt. 1. monet. Joann. Andr. in novell. & latius per Bonaventuram. diſtinct. 23. & ibi Gabriel Biel. quæſt. 2. Joann. Gerſon. part. 1. ſermone de errore contra fidem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. Ibi. *Poteſt autem magiſtraliter definiri fides, voluntaria certitudo abſentium, infra ſcientiam, & ſupra opinionem conſtituta.*

Inquiritur & definitur quid ſit fides ex variis locis & doctoribus.

Sed hanc magiſtralem definitionem merito ridet Eraſmus. ad Hebræos. cap. 11. ubi in effectu definit ut Philipp. Melancton. in dialectica. ubi ὑπόστασιν vertit expectationem. Alciatus autem in eadem rubrica cod. gloſſ. 2. rejicit omnes has definitiones, & diſcedendo à vulgata tranſlatione, breviorem dat, quæ non placet, quia ἔλεγχον vertit judicium, contra vim & emphaſim verbi ſimul elevando certitudinem fidei. Dico ergo quod non eſt melior, nec alia quærenda definitio, ea quam tradit beatus Paulus. Hebr. 11. etiam ſecundum vulgatam tranſlationem, exponendo ſubſtantiam pro baſi ſeu fundamento & argumentum pro præjudicio, ſeu recta & indubitata perſuaſione, ut etiam ibi vult Gloſſa ordinaria Thomæ Aquinatis, & Nicolaus Lyranus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. Ibi. *Unde dicitur ſimbolum à ſyn, quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morſellus, quia unuſquiſque Apoſtolorum ſuum morſellum, id eſt partem ſuam appoſuit.*

Quid ſit ſimbolum Apoſtolorum & unde dictum.

Imo à conferendo dictum, vide Eraſmum in cathechiſ. ſimboli. ubi quod poſt tempora Apoſtolorum collectum eſt. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Pater Filius & Spiritus ſanctus tres quidem perſonæ, ſed una eſſentia.*

Elucidatio & confirmatio textus.

Similis eſt in effectu in leg. nullus hæreticus. cod. eod. tit. C. M.

Hoc Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis hîc uſurpatur, & margini jungitur. F. P.

Ibibem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Diaboli ſuggeſtione peccavit.* Ibi. *Nec illud excuſat Diabolum, ſi homo illud aliàs facturus eſſet.*

Quomodo plectendus conſulens delictum faciendum.

Conſulens delictum aliàs non facturo, punitur eadem pœna, ſi aliàs facturus, mitius. cap. ſicut dignum. §. qui vero. infra de homicid. Alber. 4 ſtat. quæſt. 33. Bartol. leg. ſæpe. de verb. ſignific. Bald. leg. data opera. cod. qui accuſare non poſſunt. cap. quærelam. in tit. infr. de elect. Philipp. Decius. leg. conſilii. de reg. jur. C. M.

Cap. 2 *Damnamus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Reprobamus etiam & condemnamus perverſiſſimum dogma impii Almarii.*

An dogma an docma dicendū.

Aliàs docma habent codices vetutiſſimi. Vide Joan. Gerſon. part. 4. fol. 56. col. 4. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De conſtitutionibus.

Cap. 1. *Canonum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In judiciis nemo ſuo ſenſu, ſed authoritate canonum ducatur.* Ibi. *Si tamen quis proponit ineptam actionem, ſuccumbit.*

De inepta actione, libello & concluſione propoſitis.

Niſi ſit apta concluſio, quia tunc procedit libellus, etiam in foro ſæculari. Textus §. omnium. inſtit. de accuſat. & fortius in Eccleſiaſtico. cap. dilecti. infr. de judiciis. C. M.

Cap. 6. *Cum omnes.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Canonici Trecenſes novum in Eccleſia Trecenſi fecere conſtitutum.* Ibi. *In aliis quæ non ſunt ex neceſſitate, qualia erant iſta quæ iſti faciebant, nihil poteſt fieri, niſi omnes conſentiant.*

In rebus communibus deliberandis prævalet major pars deliberantium, niſi minor habeat juſtam cauſam contradicendi.

Imo etiam citra neceſſitatem, ſi ſit utile vel indifferens, prævalet major pars in communibus, ut in univerſis, & ſolum impedit minor, quando habet juſtam cauſam contradicendi. cap. 1. de his quæ fiunt à majori part. ſequitur Panormitanum Philipp. Decius hîc. C. M.

Ibidem. §. *Cum igitur.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In perceptione fructuum, tam prebendarum, quam vinearum, antiquos Canonicos cum junioribus coæquetis.* Ibi. *Sic ergo omnes debent eſſe pares in beneficiis.*

Quomodo partiendæ diſtributiones inter Canonicos, item & prædia.

Imo fieri debet diſtributio pro qualitate perſonæ. Panorm. hîc. Flor. leg. ſed & ſi quid §. mancipiorum. de uſufruct. Bald. leg. final. cod. de fruct. & lit. expenſ. C. M.

Cap. 7. *Quæ in Eccleſiarum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Statutum, ut ſi quis ad inopiam vergeret, liberam habeat facultatem alienandi feudum.* Ibi. *Qui feudum alienat, cadit à jure feudi, & alii in feudum dari poteſt.*

Quod ſit caſus feudi in alienatione illius.

Dixi in Conſuet. Pariſ. §. 55. quæſt. 5. C. M.

Cap. 8. *Cum acceſſiſſent.* §. ultimo.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Statutum authoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſe confirmatum.* Ibi. *Sed numquid Canonici per ſe poſſunt minuere prebendas, vel tollere ſine licentia Papæ, videtur quod non.*

Quia authoritate poſſunt Canonici minuere prebendas.

Dic quod poſſunt authoritate Epiſcopi. Panormit. hîc C. M.

Monitum D. G. D. P. non ſequendum.

Non poteſt hæc opinio defendi abſolutè: multis diſtinctionibus rem involvunt Panorm. Anchar. Cardin Zabarella. Felin. indeque ſeges infinita litium, tutior eſt ad Papam recurſus. G. D. P.

Quod Diœceſani Epiſcopi poſſint minuere, ſupprimere, dividere, & unire prebendas ex conſtitutionibus Canonicis & Regiis.

Miror hîc D. G. D. P. in id adduci, ut deneget Epiſcopis diœceſanis, beneficiorum uniendorum, minuendorum, dividendorum, ſupprimendorum, & inde etiam uniendorum & etiam de novo creandorum ex cauſis rationabilibus poteſtatem, cum & ipſum jus canonicum, generale Concilium Tridentinum, & demum Regiæ conſtitutiones hanc ipſam poteſtatem eis deferant, cap. vacante. de præb. cap. ſicut unire. de exceſſ. Prælat. cap. præcipimus. §. ſicut duo. 16. quæſt. 1. can. unio. 10. quæſt. 3. Clem. II. de rebus Eccleſ. alien. vel non. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 13. & 15. Conſtitutio Aurelian. art. 16. Bleſenſis art. 22. 23. & 24. quod adeo verum eſt, ut contra communes juris regulas, liceat Epiſcopis, reſignationes in favorem admittere, uniendorum, ſupprimendorum, minuendorum, vel adaugendorum beneficiorum cauſa, ut notat idem Molin. ad reg. de public. reſignat. num. 175. & quoniam D. G. D. P. Molinæi ſententiam forſan improbare poſſet, quamvis ab omnibus receptam, audiat ibidem D. Louetum, comprovincialem ſuum. in not. & cenſur. ad Molin. qui & illud probat, nec enim tutior fuerit ad Papam recurſus, ſed longior, cum nec unionem, aut ſectionem, aut diminutionem beneficiorum gratiosè exequi poſſit, ſed commiſſione ad partes impertita, & fruſtra fieret per plura, quod poſſit fieri per pauciora. F. P.

In iis caſibus ſupradictis poſſunt Epiſcopi admittere reſignationes in favorem, & ad effectum unionis & aliorum actuū ſupradictorum.

Cap. 9. *Cum M. Ferrarienſis.* §. *Verum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Duos ad eamdem receperunt, ſupple prebendam.* Ibi. *Vel dic ad eam, id eſt ea vacante elegerunt ſimpliciter duos Canonicos.*

Ratio improbandæ concluſionis Dupineanæ.

Source : BIU Cujas

An canoniales præbendæ dividi possunt inter plures.

Non autem ad præbendam, aliàs cassanda esset electio. d. cap. tuæ. nec etiam præbenda inter eos dividi debet, aliàs etiam cassaretur. cap. dilecto. infra de præb. Innoc. Joann. Andr. Panorm. C. M.

In eam materiam remissio.

Junge ibidem quæ tractavimus diffusiùs in nostro tractatu & avitino de beneficiis Ecclesiast. ad vocabulum. quædam. cap. 2. de prohibita sectione beneficiorum. F. P.

Cap. 10. *Ecclesia sancta Mariæ.*

TEXTUS. In Textu. in principio Ibi. *Statutum etiam quod respicit commodum, non valet, nisi fuerit ab Ecclesia approbatum.*

Statutum respiciens Ecclesiæ commodum temporale, quomodo probandum.

Scilicet Romæ, ubi Papa solus jurisdictionem temporalem habet, vide casum infra. ut lit. pend. nihil innovetur. cap. 3. C. M.

Hoc cap. & cap. 3. ut lite pend. simul jungenda sunt, integriorem habes decretalem in 3. decretal. collect. tit. de foro compet. cap. 5. at Raymundus Compilator omisit causam decisionis, nempe quia Judex litem diremit, ex tenore statuti cujusdam à populo Romano approbati, at non solum Romæ, sed ubique dicendum statutum generale laicorum ad Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel earum commodum respiciens & bona, in earum præjudicium non porrigendum, nec etiam speciale, quantumvis earum favorem & commodum respiciat. Panorm. hîc. quod verissimum est, inspecta vera definitione statuti, quo vel additur vel detrahitur juri communi, licet emanarit à laicis communitatibus jura habentibus regalia, quale fuit statutum Tarvisorum, de quo in cap. quæ in Ecclesiarum. supr. hîc. sed hoc intelligendum de rebus Ecclesiasticis jam quæsitis, non vero de quærendis, licet statuentes superiorem recognoscant: an autem leges Principum, & Rerumpublicarum superiorem non recognoscentium, Ecclesiam & ejus bona ligent; tractatio non est hujus loci, sufficit hîc agi de quodam populi Romani statuto, quod verum est solis laicis dictum fuisse, non etiam Ecclesiasticis, nisi illud Papa ut summus Pontifex & temporalis Princeps illud probaverit. G. D. P.

Licet hîc. Dom. G. D. P. generaliter definiat non valere statutum laicale in præjudicium Ecclesiæ ubique.

Tamen hîc in fi. definit & concludit quod sit intelligendum de statuto à populo Romano facto.

Cap. 12. *Ex parte.*

TEXTUS. In Textu. in fine. Ibi. *Non obstante aliqua constitutione super hoc à Canonicis ipsis facta, vel confirmatione à nobis ab eisdem obtenta.*

Quæ sit confirmationis in forma communi utilitas.

Hunc textum dixit Cardin. Flor. esse singularem ad hæc, quod appellatione confirmationis, intelligitur de confirmatione in forma communi. Dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 69. C. M.

Illud Molinæi subnotatum hîc ab emendatoribus Romanis usurpatum, & margini adjectum, suppressa posteriori citatione, quæ Molinæum arguebat authorem. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De rescriptis.

Cap. 1. *Sicut Romana.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Indultum ut libere sibi liceat appellare.* Ibi. *Et si hodie talis indulgentia concederetur, id est ut libere liceat appellare (ut dicitur in Textu) dicerem quod liceret ei appellare, etiam si non gravaretur.*

Condemnatur glossa a Molinæo, & bene.

Falsum & ineptum, etiamsi esset privilegium, sed textus loquitur de simplici rescripto ad observantiam juris communis. C. M.

Ibidem in fine.

GLOSSA. In Glossa verb. *Speciale mandatum derogat generali.* Ibi. *dicebat autem G. quod in litteris justitiæ, sola consideratur præsentatio, sed in his litteris beneficiorum consideranda erat data.* Ibi. *Beneficiorum.*

In rescriptis gratiæ, vel justitiæ, an tempus datæ, an præsentationis considerandum.

Vel gratiæ. Baldus hîc. & in cap. capitulum. in principio. infr. eod. Panorm. cap. 1. ut lite pend. textus cap. tibi qui. infr. eod. in 6. C. M.

Cap. 2. *Ex parte. §. Verum quoniam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Hæc conditio, si præces veritate nitantur, in litteris, intelligenda, etiamsi non apponatur.*

De vi & auctoritate clausulæ si præces veritate nitantur, & ut tacitè insit.

Hæc tacita conditio suspendit omnes censuras in rescripto contentas, quæ contra facientibus iis imponuntur. Petr. Anchar. consil. 240. per prædicta subtiliter. Philipp. Decius consil. 33. column. final. C. M.

Cap. 3. *Cæterum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cæterum in principio.* Ibi. *Hujusmodi valeant litteræ, quæ primò Judicibus præsentantur.* Ibi. *Primò.*

In litteris pluribus eidem inscriptis, prævaleant, quæ prius præsentantur.

Nisi primus impetrans fuit negligens, quia non potuit habere copiam Judicis, & protestatus est, tunc enim primus debet expectare per annum. cap. si autem. cap. plerumque. infr. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si in secundis litteris mentio habeatur prioris commissionis, causa à priorum judicio est exempta.* Ibi. *Item quandoque perditur rescriptum per sollicitudinem prævenientis.*

Præventio in præsentando rescripto quando potior.

Juncta negligentia primi in præsentando, ut conveniat cum d. cap. si autem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa eadem. Ibi. *Perditur ad tempus, id est rescriptum, per excommunicationem.*

Quibus casibus rescriptum expiret.

Suple supervenientem, quia impetratum ab excommunicato (nisi reus sit) nullum est, ut dixi in cap. 1. eod. in 6. octavo perditur per relationem. cap. licet. de offic. legati. nono per recusationem. ut cap. Judex. de offic. deleg. in 6. decimo per mortem litigantis. ut nota infr. eod. cap. significavit. C. M.

Cap. 4. *Inter cæteras.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Illi præbendam adjudicandam.* Ibi. *Scilicet Clerico.*

De rescriptis devolutoriis & jurisdictionis ordinariæ excitatoriis & ut servanda.

Imo impetranti per privationem causa cognita fiendam, ut in Textu. Sed hujusmodi quoque rescripta sublata sunt in Gallia, per Concilia & concordata, nisi dirigantur ordinario ut tali, & beneficium ipso jure vacet. C. M.

Variæ lectiones antiquæ & novæ decretalis nostræ.

In vulgatis codicibus legitur *illi prælibatam Ecclesiam adjudicari debere*, in prima antiqua collectione *abjudicari debere*, si retineas *adjudicari* rectè Molinæus dictionem *illi* refert ad impetrantem, si mavis *abjudicari*, dictio *illi* refertur ad reum. F. P.

De usu devolutorum secundum Aurelianensem vel Blæsensem constitutiones, cujus posterioris constitutionis usus hodie prævaluit.

Decretalis hæc scripta est Eboracensi Archiepiscopo in Anglia, qui erat Ordinarius, in qua Judicis verbo utitur Alexander, quia Ordinarius Judex est in petitorio beneficii, cui prohibetur, ne aliquod beneficium jure devoluto conferat alicui ob incapacitatem, irregularitatem provisi, nisi de vacationis genere constet, quo jure utebamur in Gallia, constitutione Aurelianensi art. 4. abrogata per constitutionem Blesensem art. 46. quo devolutionum hujusmodi provisiones impetrantur & conceduntur, causa nondum cognita, sive ab Ordinariis, sive à Papa prævention e, vel devolutione, per signaturam in forma gratiosa, vel cum clausula, & committatur in forma dignum novissima, cujus effectus est inquisitio de vita idoneitate & moribus impetrantis, non vero juridica de causis impetrationis cognitio, quæ apud nos usu communiori discutitur apud Regium Judicem in possessorio, non autem coram Ordinario in petitorio. G. D. P.

Cap. 6. *Cum ordinem*

GLOSSA. In Glossa verb. *Citati Cistercienses super decimis per litteras, mentione Ordinis Cisterciensis non facta.* Ibi. *Et si sunt vocati Monachi, debent venire privilegium allegaturi.*

Quando citatus privilegiatus extra forum privilegii, debeat comparere, allegaturus privilegium.

Fallit, ubi notorium est absentis privilegium. Panorm. Philipp. Decius hîc. in fine. C. M.

Cap. 7. *Eam te.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Eum à te remisisti infecto negotio.*

Source : BIU Cujas

Ibi. *Per litteras directas Capitulo, non tenebatur Episcopus istum recipere de necessitate, sed de honestate. Juncto casu. Quando litteræ, Sede vacante, essent impetratæ.*

An Episcopus stare teneatur rescripto Capitulo inscripto, & quando.

Sed rejectis solutionibus glossæ, dic quod hîc fuit mandatum Capitulo tanquam gerenti vicem Episcopi, unde Episcopus tenetur. Panorm. hîc. Jason. leg. 1. in principio. dig. si ex noxal. causa agatur. C. M.

Cap. 12. *Ex parte.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In expensis necessariis condemnantes.* Ibi. *Appellans non prosequutus appellationem, etiam post biennium, condemnaretur in expensis, propter dolum & malitiam ipsius.*

De impensis renunciantis appellationi.

Ob frustrationem, unde practicatur, quod appellans re integra non potest appellationi renunciare, nisi impensas offerat. C. M.

De impensis renunciantis appellationi cavetur constitutione Regia Caroli VII.

Adde & jure Gallico mulctam deberi, si renunciet apud superiorem, potest autem ex constitutione Regia infra octiduum apud primum Judicem appellationem impunè remittere, & ei renunciare, quam Carolus VII. publicavit pro interpretatione cap. interposita. §. ille. de appellat. apud Gregor. G. D. P.

Adde Guenosium in additionibus ad practicam Joannis Imberti. lib. 2. cap. 13. fol. 595. F. P.

Cap. 13. *Scisitatus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Absens, sola impossibilitatis præsentiæ suæ allegatione, non valeat excusari.* Ibi. *Sed in hoc illa corrigit istam. Juncta glossa. cap. prudentiam. §. adjicimus. in verbo. arguendus. de officio delegati. infra.*

Quomodo impossibilitas comparendi excuset.

Imo declarat, quia quoad consolidandam jurisdictionem, clausula impotentiæ includit voluntatem, sed non quoad excusandum ab inobedientia. Panorm. hîc. in fine. C. M.

Cap. 14. *Pastoralis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum ambigitur de revocatione litterarum, habita, aut non habita mentione priorum.* Ibi. *Ita aut primi aut secundi nullam habent jurisdictionem, scilicet cum dantur diversis rescriptis.*

Cum duobus mandatur jurisdictio, quis habeat, an primus, an secundus.

Imo utrique habent elidibilem per exceptionem. C. M.

Hæc est opinio Innocentii & Zabarellæ, contra sentit Hostiensis, & certè cum utriusque jurisdictio sit elidibilis, & ad nihilum reducenda, neglecta verborum & temporum præsentis & futuri distinctione, non malè glossa dixit nullam eos habere jurisdictionem. ex cap. ex litteris. infra. de officio & potest. Judicis delegati. verbo jurisdictionem nullam penitus habuisse. G. D. P.

Cum duobus separatim committitur jurisdictio, nulla distinctione temporis habita, neuter habet.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quamvis plures sint ex una parte, quam ex altera.* Ibi. *Hic non statur judicio majoris partis, quia fortè in primis litteris sunt duo Judices, in secundis tres vel plures, quia isti tres loco unius, & illi duo similiter loco unius, non prævalet sententia illorum trium, quia non censentur plures.*

Quomodo major pars considerandа.

Et sic ubi conveniunt duo corpora ut duo corpora, non sufficit habere majorem partem personarum, sed requiritur major pars singulorum corporum. Panorm. Philipp. Decius. C. M.

Cap. 16. *Ex tenore.*

GLOSSA.

In Glossa. *Fraudem Presbyteri, super eodem negotio duas commissiones impetrantis.* Ibi. *Et generaliter ubicumque possunt elidi primæ per exceptionem, valent secundæ, licet non faciant mentionem de primis.*

Quando secundæ litteræ non facientes mentionem de primis; valent.

Nisi essent ad beneficia. Felin. hîc. Item limita per Geminianum. consil. 8. column. 2. consil. 141. C. M.

Cap. 18. *Causam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Clausula rescripti, quantum de jure poteritis, quamvis subsequentem clausulam de probationum receptione, præcedat.* Ibi. *Verba rescriptorum intelligenda sunt secundum jus commune.*

Joann. Calderinus consilio 2. de rescriptis. consil. 1. de sentent. excommunicationis. Roman. consil. 334. Gemin. Philipp. Francus. cap. licet canon. in fine. de elect. in 6. C. M.

Quomodo rescripta interpretanda.

Cap. 19. *Constitutus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Constitutus apud Sedem Apostolicam Clericus proposuit.* Ibi. *Non valet rescriptum executorium, impetratum super præbenda & canonicatu, quo nulla facta est mentio de statuto, vel de certo Canonicorum numero juramento firmato.*

Rescriptum ad Canonicatum obtinendum in Ecclesia non valet, tacito statuto de certo numero Canonicorum juramento firmato

Amplia etiamsi ignoranter. Philipp. Decius hîc. in principio. Gemin. consil. 105. in fine. Limitat Philipp. Franc. cap. gratia. column. 1. eod. in 6. Vide Math. Pacum. de mand. fol. 4. C. M.

Cap. 20. *Super litteris.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Diversos diversa sentire.* Ibi. *Variæ enim sunt hominum voluntates.*

De opinionum varietate judicii.

Guido Pap. scribit hîc. quod varietates opinionum procedunt ex mobilitate intellectus, & quod ex variis facilius veritas invenitur, quod ego intelligo de varietate aperiente varias causas & effectus rei subjectæ, non autem de varietate extravagante. C. M.

Cap. 21. *Edoceri.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Abbates Conventi, per litteras nullam Conventus mentionem facientes, nulla appellatione se tueri possunt, quominus respondere debeant.* Ibi. *Dico tamen quod nullum collegium convenit, vel convenitur, sine authoritate Prælati, & è converso Prælatus, sine authoritate Capituli.*

Quando & quomodo Abbas & Conventus possunt separatim conveniri.

Imo si bona sint divisa, quoad rem, & administrationem. Panorm. Philipp. Decius hîc. Lapus allegat. 49. Romanus consil. 369. Bellem. decis. 396. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *Sed si lis oriatur inter Collegium & Prælatum, adeatur superior, & ille dabit Collegio Curatorem.*

Quando Capitulum possit agere sine Prælato & Capitulo, etiam contra Prælatum sine curatore.

Dic quod in quibus Capitulum habet administrationem, potest agere etiam contra Prælatum, vel alium quemcunque, sine curatore. cap. cum Ecclesia. cap. cum olim. de caus. poss. & propriet. cap. cum venissent. de instit. Joann. Andræas. Panorm. Imo non tenetur adversarius admittere curatorem; sed potest immediatè agere cum Capitulo. C M.

Textus in Capitulo cum Ecclesia. & cap. cum olim. de caus. possess. & propriet. probant Capitula litigasse cum aliis sine Curatore, non vero cum Prælato. cap. cum venissent. de instit. probat Archidiaconum litigasse cum suo Episcopo sine Curatore: non ergo citantur hi textus appositè pro solvendo glossæ nodo, debuerant adduci. cap. veritatis. de dolo & contumacia. cap. ex parte. de accusat. jure nostro Collegia sæcularia & regularia suos habent Syndicos, & Procuratores nomine Collegii agentes & deffendentes, sæculares vero Clerici cum suis litigant superioribus liberè, Monachi venia petita. G. D. P.

Quomodo possunt agere Capitula vel Collegia contrà suos Prælatos.

Cap. 22. *Cum dilecta.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In secundis litteris mentio non fiebat, scilicet articuli in prioribus expressi.* Ibi. *Et ideo secunda litteræ non valuerunt.*

Imo valuerunt, & valuit processus ipso jure; & licet exceptio declinatoria non fuerit initio opposita, tamen quia continebat publicam utilitatem, omissio partis non præjudicavit bono publico, ideo potuit superior ex officio processum annullare. Panorm. Felin. C. M.

Quando processus annullandus non oppolita exceptione declinatoria.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Processum contra juris ordinem attentatum irritum decernimus.* Ibi. *juris ordo exigit, ut prius de spoliatione cognoscatur, quam de proprietate, & ita erat forma mandati, & de substantia juris ordinarii ordo iste.*

Source : BIU Cujas

An Capitulum possit agere, inconsulto Prælato, & sine Curatore.

Vide quod not. 2. quæst. 1. in Summario. & quod dicitur infra. de appellat. ex ratione. super 1. gloss. in 1. col. de offic. Jud. delegati. prudentiam. super fine. 2. glossæ. Joann. Andr. dic quod unius causa ad aliam non est ordo substantificus. nec perversio vitiat ipso jure. Sed ex quo exprimitur id quod inest, non de simplici honestate, sed de justitia, spectans non ad instructionem causæ: sed ad modum procedendi, inducitur nova forma: quamvis alia tacitè de jure insit. Panorm. Felin. C. M.

Hoc totum Molinæi notatum à Romanis emendatoribus usurpatur, & margini annectitur. F. P.

Cap. 24. *Cum contingat.*

Textus. In Textu. Ibi. *Et quidem si super contentione nil tibi penitus innotescat, cum mandatum susceperis, illud debes, humiliter executioni mandare.*

Quando secundæ litteræ præjudicent prioribus. Et sic requiritur hîc. quod audierit contentionem ortam inter delegatos, non ergo sufficit audivisse secundas litteras fore impetratas, ut vi hujus Capituli superfedeat. Tamen vi. cap. cum in jure peritus. infra. de officio Jud. delegati. potest supersedere, & videre quæ sunt potiores, & tunc, si per secundas ipso jure primæ revocentur: non exequetur, aliàs sic. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Si de contentione diversorum Judicum nihil omnino scivisti.* Ibi. *Hoc enim dicimur scire, quod ab aliis audivimus.*

Quomodo quis dicatur aliquid scire. Contra facit Philipp. Decius. cap. 1. column. 1. de postulat. Prælat. Vide Felin. cap. 1. col. 1. supr. de summa Trinit. Alexand. consil. 35. lib. 1. C. M.

Cap. 25. *Olim.*

Glossa. In Glossa verb. *Fecerunt ipsius parochiæ fructus. sequestrari.* Ibi. *Sed in casu isto, scilicet propter contumaciam, bene fit sequestratio.*

An & quando Judex Ecclesiasticus sequestrare possit fructus rei litigiosæ. Dic quod hîc potuit fieri sequestratio, quia non poterat fieri missio. Bald. Panorm. Felin. hîc. Cardin. Clement. unica. de sequestrat. possess. & fruct. column. 8. quæst. 22. Amplia ut hoc possit fieri etiam in Regno Franciæ, pe: Ordinarium Ecclesiasticum cognoscentem de petitorio, nec possit tanquam ab abusu appellari, ad Senatum Regium, quia hujusmodi sequestratio non fit ratione possessionis, sed ratione contumaciæ, quam etiam Judex Ecclesiasticus potest hoc modo punire, licet vulgo pragmatici contra putent, sic potest Episcopus Ecclesiæ vacanti custodem vel œconomum apponere. cap. cum vos. de offic. ordin. cap. cum venissent. de instit. ubi dixi. C. M.

Quando sequestratio authoritate Judicis Ecclesiastici facta appellationi tanquam ab abusu non subjaceat.

Cap. 27. *Postulasti.*

Glossa. In Glossa verb. *Non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de Vicariæ perpetuæ proventibus est provisum.* Ibi. *Sed quid si modicum habet beneficium, numquid tenetur facere mentionem de illo? tenetur quidem.*

In impetratione beneficii debet fieri mentio prioris, quamvis modici reditus & proventus. Cap. non potest. cap. si motu. infra de præbend. in 6. C. M.

Cap. 28. *Nonnulli. §. Sunt & alii.*

Glossa. In Glossa verb. *Sine speciali mandato litteræ Apostolicæ non impetrentur.* Ibi. *Sed nonne ratihabitio domini sufficit, ad hoc ut litteræ valeant, seu valere incipiant, quæ prius non valebant, quod videtur.*

Litteræ alterius nom̃ ne impetratæ non valent sine speciali mandato impetrantis. Dic quod non. Panorm. hîc. Alexand. consil 135. lib. 2. C. M.

Ibidem.

Glossa. In eadem Glossa. Ibi. *Litteræ per procuratorem falsum obtentæ, non sunt nullæ ipso jure, sed per exceptionem annullandæ.*

Litteræ per falsum procuratorem impetratæ, quando sint nullæ. Imo utroque casu sunt omnino nullæ. Felin. hîc. C. M.

Cap. 31. *Ad audientiam.*

Textus. In Textu. Ibi. *Litteris super provisione in aliquibus Ecclesiis receptis, ab eis annuas pensiones recipientes, à petitione beneficiorum desistunt.*

An pensio super beneficio sit beneficium, vel non. Infero quod pensio annua super beneficio, non potest dici beneficium, quia hîc ponuntur ut diversa, ad idem est melior textus in cap. quamvis. infra. de præbend. lib. 6. Vide Ludov. Gomes. super reg. cancell. de infirm. resign. quæst. 16. Hieronim. Gigan. in tract. de pens. quæst. 28. quæst. 57. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Beneficio litterarum renunciantes.* Ibi. *Posset deduci in pactum, quod beneficio prius obtento renunciaret, si vellet aliquod aliud beneficium obtinere.*

Renunciatio pura esse debet, & reliquum in voluntatem superioris conferri. Imo non potest fieri pactum expresse sine simonia, quia renunciatio debet esse pura, & reliquum in voluntatem superioris conferre, scilicet Papæ, summi institoris. cap. quæsitum. infra. de rerum permutat. Roman. consilio 317. Philipp. Decius consil. 141. C. M.

De clausula in concordatis beneficialibus apponi solita sub beneplacito Papæ, & ut est omnis simoniæ everriculum. Glossæ dictum ita debemus interpretari, ut loquatur de pacto, quo summi Pontificis expectatur assensus cap. 2. de pactis. Hinc usu constanti nostra pacta, quæ concordata vocamus, ex partium conventione, de quibus Hostiensis, semper fiunt sub summi Pontificis beneplacito, qua clausula simoniæ labes convellitur & eliditur, debuit ergo Molinæus doctrinam glossæ benigne interpretari. G. D. P.

Cap. 33. *Ex parte.*

Casus. In Casu. *Qui est hic adjungendus si lubet, & ex glossa mutuandus & consulendus.*

Correctio Molinæi Casus hujus Capituli & veteris restitutio. Casus hic verus est casus Bernardi, quem abbreviatum restitui, cæterum ante 35. annos Dom. Nicolaus *Dorigny*, decretorum in Universitate Parisiensi doctor, & Consiliarius Parlamenti, alium prolixiorem casum & ineptum composuerat, ex tunc impressum in libris Parisiis excusis, in libris autem postea Lugduni excusis, prolixior ille casus falso attribuebatur Panormitano, quam impostu ram primùm correxi, deinde novum illum casum, non solum ut nimis prolixum, sed ut ineptum & plura fingentem ultra textum delevi, restituto veteri breviori & veriori casu Bernardi. C. M.

De Domino *Dorigny* Doctore Decretorum Universitatis Parisiensis & Consiliario Parlamenti.

De Bernardo casuum juris Canonici confictore.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Authoritate Apostolicæ Indulgentiæ, in nobilem virum J. excommunicationis sententiam protulissent.* Ibi. *Forte concessum fuerat Capitulo Laudunensi, ut si quis in eorum manifestam offensam incideret, quod illum possent excommunicare, similem indulgentiam habes infra. de verb. significat. ex parte.*

Abusus privilegiorum quibusdã Ecclesiis concessorum, ut qui in offensam incidere nt eorumdem, excommunicare possent. In hoc Regno hujusmodi privilegia nulla sunt & abusiva, non solum concessa post decretum de causis. in pragmatica. sed etiam prius concessa, de quibus hîc. & in cap. ex parte. ubi latè Joann. Andræas de verb. signific. & ab executione posset tanquam ab abusu appellari ad Parlamenta Regia. C. M.

Abusus hîc non esset in concessione, sed in executione in propria causa, & injuria sibi delata ulciscenda à parte læsa. Decretum de causis malè citatur à Molinæo, non enim quærebatur an Papa concedere posset Capitulis, imo & privatis personis, sed & laicis excommunicandi potestatem, sed an possit appellari ad Sedem Apostolicam omisso medio. excommunicationis ferendæ potestatem summus Pontifex indulgere potest cuicumque voluerit, Capitula Ecclesiarum censuras ferre posse. Hugol. de censuris Ecclesiasticis. vol. 1. cap. 2. §. 1. cap. 6. §. 1. Laici ex concessione Apostolica. eod. cap. 2. §. 10. sed & mulieres. §. 7. quæ indulta sive privilegia executioni mandari non possunt, nisi patentibus litteris Regiis Senatui directa sint, & ab eo recepta & homologata. G. D. P.

Probatur hîc in concessione privilegiorum & indultorum, de quibus hîc, lædi & violari decretum de causis per rationes subjectas hîc. Similis abusus est decreti de causis, quod est Concilii Basileensis, & Pragmaticæ Sanctionis. in not. ad cap. statuto. 2. de decimis: in 6. quod est Bonifacii VIII. longe ante illud decretum, nisi quod dicere voluerit Molin. ea privilegia & indulta, sive ferendæ excommunicationis in manifestos offenso-

res,

Source : BIU Cujas

res, sive pro concessione novalium Monachis, pro ea parte qua decimas antiquas percipiunt, non debere procedere, nisi causa cognita, & apud partes discussa, quò tendit decretum de causis: in Concilio Basileensi & pragma. nec ea etiam ratione nititur Molin. in not. ad cap. ex parte. de sentent. excommunic. infr. ab eo margini adjecta, ut simile indultum Carnotensi Capitulo concessum abusu notaret, sed quod turbaret jurisdictionem temporalem Comitissæ Blesensis. Cæterum non convenirem cum Hugolino à D. G. D. P. hîc citato, excommunicandi potestatem concedi posse laicis, vel mulieribus, cum pendeat ab administratione clavium, ipsismet interdicta, nisi de excommunicatione latè sumpta intelligat, quæ & Tribunis militum competat, infligenda quandoque militibus, ut à commilitonibus in exercitu inventi ebrii ita excommunicentur, id est segregentur, ut in bibendo sola aqua utantur, quo usque se malè feciss agnoscant, ut habetur in capp. Caroli Magni & Ludovici Pii. quorum excerptum refertur ab eod. Molin. in stil. Parlam. parte 3. tit. 50. cap. 72. & ad can. bene quidem. distinct. 96. in gloss. verb. præter Romanum Pontificem. Ibi. quid ergo dices de Templariis, nonne possunt excommunicare fratrem suum. & de Abbatissa Generali Fontis-Ebraldi diximus in tract. nostro & avitino. de beneficiis Ecclesiasticis. ad verbum. militia. cap. 4. §. 10. de Abbatissis & Prioriss. F. P.

Oppugnata sententia Hugolini à Dom. G. D. P. citati in eo quod dixerit excommunicandi potestatem concedi posse laicis etiam mulieribus.

De excommunicationis nomine abusivè sumpto, & traducto ad Tribunos militum, & ad Templarios contra milites & fratres suos.

Ibidem. §. *Quia vero.*

Textus. In Textu. Ibi. *Litteræ quas quis sine speciali mandato Domini impetrat, valere non debent.*

Litteræ delegatoriæ absque mãdato partis impetratæ non valent.

Etiam si Dominus producat & uti velit; quod prima facie videtur ineptum, & ad lites intricandas natum; sed imo justè sancitum fuit, odio delegationum, & turbationum jurisdictionis ordinariæ. C. M.

Ibidem. In Additione.

Glossa. In Gloss verb. *Sine speciali mandato.* Ibi. *Curia tamen non servat quod hîc, & in Concilio Generali dicitur, scilicet in cap. generali. de rescriptis. supra. quod est Innocentii III. in Concil. generali.*

De eâdem materia idem judicium, ad vitandam turbationem jurisdictionis ordinariæ.

Hæc additio dudum post Bernardum facta, & idem tradit Cassadorus. decis. 4. de procurat. sed vetus scrupulositas tanto justior erat (ut dixi) quanto ægrius ordinarii turbabantur: quos paulatim Papæ cæperunt vellere. C. M.

De usu & formula interrogandi impetrãtes litteras Regias gratiæ, aut absolutionis, an illas impetraverint, vel impetrari mãdaverint, & an illis uti velint.

Idem Molinæus ad cap. Nonnulli. §. sunt alii. de rescriptis. supra. ubi ratio hîc reddita, turbationum jurisdictionis ordinariæ, extendi debet, quod adeo nostro usu forensi servatur, ut impetrantes Regiarum litterarum gratiæ, absolutionis, aut aliarum, Senatui Parisiensi inscriptarum, adducti ad majus Tribunal Parlamenti, & in Auditorio ipsius litterarum probationem imploraturi, à Præside interrogentur, an litteras impetraverint vel impetrandas mandaverint, & an eis uti velint, quod sæpius practicatum vidimus. F. P.

Cap. 35. *Rodulphus.*

Summarium. In Summario. Ibi. *Per rescriptum impetratum contra homines Diœcesis, non possunt conveniri homines Civitatis.*

An appellatione hominũ Diœcesis veniant homines Civitatis.

Et hoc in dispositione hominis stricta, secundum in dispositione legis. Alciatus. cap. 1. num. 3. de offic. Ordinarii. ubi num. 7. tenet opinionem Hostiensis, contra Panorm. hîc. quod in statutis veniant homines Civitatis, & benè. Tamen istud cap. habet rationem in casu suo, videlicet ut minus turbetur jurisdictio ordinaria; quamvis dicat hoc cap. carere ratione. Clarum est etiam quod Gregorius IX. non studebat conservare jurisdictionem Ordinariorum illæsam, igitur nimia scrupulositate motus est, & sic malè per doctores trahitur in argumentum. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Gloss verb. *Quosdam alios Sagiensis Diœcesis.* Ibi. *Nec etiam credo posse prorogari jurisdictionem in primo casu.*

Quando & quomodo prorogari possit jurisdictio.

Scilicet de persona ad personam, sed bene de re ad rem. Panorm. C. M.

Cap. 36. *Significavit.*

Glossa. In Gloss verb. *Litteris impetratis cum viveret comes, per ipsas dum viveret non fuerat evocatus, super pecunia qua ei mutuo data dicebatur.* Ibi. *Iste Comes dum vivebat poterat per litteras illas conveniri, sed eo mortuo successor ejus non potest.*

An obligatio contracta ab obtinente dignitatem transeat in dignitatis successorem.

Quia debitum contractum fuerat personaliter, secus si nomine dignitatis, videlicet comitatus. C. M.

Ibidem.

Glossa. In eadem Gloss. Ibi. *Sed hîc conveniebatur successor & antecessor per clausulam generalem: & ideo re integra finitur illud mandatum.*

De eadem materia rescripti citatorii personæ dignitatem obtinentis, an extendatur ad successorem in dignitate.

Quia in citandis sub clausula, delegatus non habet jurisdictionem, nisi personæ expressione facta. cap. pastoralis. §. final. supr. eod. Ideoque si talis tempore datæ rescripti vivens, moriatur ante expressionem, corruet rescriptum, quantum ad eum: secus in eo qui expressus est in rescripto, quia statim rescriptum vires habuit in ejus personam, ideo ad & contra successorem universalem transit. Panorm. hîc. Joann. Andr. in mercurialibus. is qui in jus. de reg. jur. in 6. Item per clausulam generalem poterit nomine Ecclesiæ conveniri, is qui factus est Prælatus post datam rescripti, quia non dicitur propriè conveniri persona Prælati. Innoc. Compost. hîc. Joann. Andr. Innoc. C. M.

Cap. 38. *Mandatum.*

Glossa. In Gloss verb. *Non fuit intentio mandantis, gravandi Ecclesiam super receptione duorum.* Ibi. *Quare si scribit Papa pro aliquo recipiendo in aliqua Ecclesia, licet clausula illa licet pro alio non scripserimus non sit, ibi, tamen subintelligitur.*

Clausula si pro aliis non scripserimus, tacita in rescriptis, semper subintelligenda.

Indistincte, sive prima gratia jam sit executa, sive pendeat; quamvis Hostiensis aliud dicat, quando prima pendet, & eum defendat Aretinus hîc. per duas columnas, de veritate juris tandem dicit, quod opinionem Goffredi tenent Ancharan. hîc. Joann. Andr. in cap. penult. eod. in 6. & quod est communis, & quod plus habet de intentione juris & rescribentis, & ideo tenenda, prout etiam tenet ita Mathæus Pacus in tract. de mand. Apostol. part. 1. in princip. & practicatur etiam in Gallia, quia Ordinarius ad id non plus gravatus. C. M.

Cap. 42. *Si proponente.*

Glossa. In Gloss verb. *Rescriptum Apostolicum non valere, de minus competenti beneficio obtento non faciens mentionem.* Ibi. *Multæ conditiones aliæ subintelliguntur, sine quibus litteræ non valent, veluti si de terra illa est oriundus.*

Quandoque præferuntur oriundi extraneis in beneficiis assequendis.

Gloss singularis. Idem Panorm. hîc. Antonius Corsetus in singular. verb. subreptio. Philipp. Decius. consil. 541. num. 15. ubi dixi. C. M.

TITULUS QUARTUS.

De Consuetudine.

Cap. 4. *Quanto.*

Textus. In Textu. Ibi. *Ad audientiam nostram pervenit, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim, ea Sacramenta fidelibus præsumunt exhibere, quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reservata, ut est sacramentum Confirmationis. Juncta inscriptione. Innoc. III. L. Vicario nostro apud Constantinopolim constituto.*

Incusatur hîc Græcorum Sacerdotum conatus, in administratione Sacramentorum solis Episcopis reservatorum ut confirmationis.

Tempore Balduini Comitis Flandriæ Imperatoris Constantinopolitani, ut infr. de major. & obed. cap. inter quatuor. hîc quæstio est an Ecclesia Græca minus noverit Apostolorũ mores, quam Latina. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 7. *Cum venerabilis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Invenerunt Abbatem exemptum, à proprio Monaſterio exempto, temeritate propria migraſſe, ſecundum terræ illius conſuetudinem, ad aliud Monaſterium etiam exemptum.* Ibi. *Utrum toleratus vel repulſus ab utroque fuerit hîc non dicit, ſed fortè propter aliam conſuetudinem fuit toleratus.*

Utrum conſuetudo excuſet à peccato, vel non.

Hanc gloſſam dicit ſingularem Brixienſis in ſuo dictionario. in verb. conſuetudo. ad hoc quod conſuetudo reprobata excuſat à peccato; quam tamen limita ut per gloſſam in cap. denique. verſic. conſuetudinem. 4. diſtinct. Romanus. Singul. 9. Alexander. conſil. 8. column. final. lib. 6. ubi dixi. & ad Decium. conſil. 9. column. final. gloſſ. penult. cap. 2. infr. de tempor. ordinat. C. M.

Cap. 11. *Cum tanto.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Conſuetudo legitimè præſcripta.* Ibi. *Sed quam differentiam facis inter conſuetudinem, & præſcriptionem.*

Differentiæ inter conſuetudinem, & præſcriptionem.

Præſcriptione acquiritur jus privato, conſuetudine inducitur lex in publico. Panorm. hîc. column. penult. cap. ad Apoſtolicæ. infr. de decimis. Joann. Andr. cap. 3. ad finem. de conſuetud. in 6. & in nov. Franciſcus Ripa de reſcript. reſponſ. 4. colum. 4. & latius infr. de cauſ. poſſeſſ. & propr. cap. cum Eccleſia ſutrina. num. 124. cum ſequenti. C. M.

TITULUS QUINTUS.

De poſtulatione Prælatorum.

Cap. 1. *Ad hæc. §. Verum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Conſtabat quod idem Epiſcopus, ſcilicet Altiſſiodorenſis, interdicti ſententiam non ſervaſſet. Juncta Inſcriptione. Innoc. III. Decano & Capitulo Senonenſi.* Ibi. *Interdicti ſententiam.*

Ad hiſtoriam temporis.

Latam contra Philippum Auguſtum, quia exemplo avi ſui, relicta Ingeberga ſorore Regis Ungariæ, aliam filiam Regis Bohemiæ duxerat, ex qua filios plures ſuſceperat, tamen coactus eſt priorem reſumere, dixi in annot. ad Philipp. Decium. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Eligendi poteſtate privare.* Ibi. *Quod fuit conſtitutum in Concil. Lateranenſi, ut qui ſcienter indignum elegerint, ea vice poteſtate eligendi noverint ſe privatos, & ad poſtulationem extenditur.*

Quod dicitur de electione & ad poſtulationem extendendum.

Idem Cardin. & Panorm. hîc. Sed contrarium tenet Joann. Andr. cap. odia. de reg. jur. in mercur. in 6. Philipp. Decius. hîc. column. final. & cap. nam concupiſcentiam. lect. 2. column. 2. de conſtit. C. M.

Cap. 2. *Gratum gerimus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sed quid ſi omnes delinquunt præter unum, numquid ille unus poterit eligere? videtur quod ſic. quia univerſitas remanet in uno, ſive jus univerſitatis, & inf. Joann. dicit quod unus ſolus non poteſt eligere.*

An electio poſſit ad unum redire omnibus de collegio delinquentibus.

Idem Goffred. hîc. & eſt verius, quia electio non eſt ablata à clero & populo, ut cederet dicto unius, in re tam gravi, & in qua verſatur periculum omnium. dico ergo quod hoc caſu electio redit ad clerum & populum, ad quem primordialiter & de jure divino ſpectat. C. M.

Ad quem pertinuerit electio, an ad clerum tantum, an ad clerum & plebem, an ad clerum præſente plebe, & ut tandem fuerit ſolius cleri.

Ioannis & Goffredi ſententiam cæteri reprobarunt doctores. Innoc. Hoſtienſ. Panorm. hîc. quod vero addit Molin. electionem clero & populo reddendam, notavi aliàs, electionem ſolius fuiſſe cleri, plebe præſente, ſub omnium oculis, ut dignus atque idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobaretur electus ex d. Cypriano. epiſt. 68. cujus verba ſic interpretare, ut judicium ſit Epiſcoporum, qui convocati eligunt, & teſtimonium plebis, addit enim d. Cyprianus & Epiſcopus eligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit, & uniuſcujuſque actuum, de ejus converſatione perſpexit. hoc ſenſu Carolus Magnus. capp. lib. 1. cap. 84. voluit Epiſcopos per electionem clericorum & populi eligi. hinc Leo Papa can. 1. diſtinct. 62. nulla ratio ſinit ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus ſunt expetiti, & apud nos divus Ludovicus anno 1228. ſtatuit ut Eccleſiæ Cathedrales & aliæ liberas electiones haberent. ſtil. parte 3. tit. 3. §. 1. & ita ſedente Innoc. III. ab anno 1200. Capitulum Senonenſe Archiepiſcopum elegit. G. D. P.

De Pragmatica Sanctione divi Ludovici, hiſtorica præfatione & commentario illuſtrata.

Hanc ſanctionem divi Ludovici anni 1228. habes in Pragmaticam Sanctionem ejuſdem nomine redactam anno 1268. menſe Martio ad quam præfationem hiſtoricam & commentarium adjeci anno 1663. F. P.

TITULUS SEXTUS.

De electione & electi poteſt.

Cap. 4. *Significaſti. §. Aiunt.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum Concilia omnia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem facta ſint, & robur acceperint.*

De auctoritate & poteſtate ſacrorum Conciliorum generaliũ à Deo immediatè recepta.

Tamen contrarium fuit determinatum in Concilio generali Conſtantienſi. in cap. frequens. quod habet authoritatem immediate à Deo, & non ab Eccleſia Romana, & multominus à Papa, qui ſubeſt Eccleſiæ, & Concilio generali, à quo judicari & deponi poteſt, ut ſæpe factum fuit, & antiquitus ipſe quoque Papa dicebat Eccleſiæ ut Judici, tanquam ſubditus illi mandato Chriſti, ſi peccaverit in te. Mathæi. 18. Luc. 17. textus in can. præcipuè. 11. quæſt. 3. & ita fixè tenent Joann. Gerſon in tractat. de poteſtate Eccleſiæ. Jacob. Alemain. in tract. de author. Eccleſiæ. Cæterique Theologi, & tota Eccleſia Gallicana, & Germanica; ita etiam tenet Panorm. qui interfuit Concilio Baſileenſi. in 2. dubio. ubi hunc textum impropriare nititur, ut ab errore ſervet. C. M.

Monitum de Panormitano ſcribente de authoritate Concilii generalis.

Non repeto quæ notavi ad can. qui abſtulerit 12. quæſt. 2. hoc ſolum monitum velim ea quæ prædicavit Panor. in ſuo ſermone conferenda cum his quæ hîc ſcribit num. 3. & 4. G. D. P.

De hac materia remiſſio ad alios locos de ea tractantes.

Adde hîc quæ adnotata ſunt ad can. ſicut. 2. diſtinct. 15. & ad canonem qui abſtulerit 12. quæſt. 2. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Apochriſariis noſtris.* Ibi. *Apochriſarii dicuntur Nuncii Papæ, quaſi Secretarii, nam chriſis quandoque ſecretum, quandoque aurum dicitur, quandoque judicium, unde verſus, Aurum, judicium, ſecretum dat chriſis iſta.*

Quis ſit Apochriſarius & ejus vocis variæ notæ.

Apos enim dicitur nuncius, & chriſis aurum, quaſi nuncii deaurati, nuncii Papæ non ſunt tales, ſed plumbarii. ita not. Joann. & Laurent. & adde quod not. 1. quæſt. 7. convenientibus. in principio. Joann. Andr. ſed ignoratione Græciſmi errant in Ethimo & ſenſu, ſignificat enim nuncium ferentem apologiam, ſeu reſponſum ad accuſationem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Pallium tali conditione oblatum, ſi Sacramentum delatum exhiberes.* Ibi. *Et ubi onus rei exprimitur non eſt ſimoniacum.*

Onus rei inhærens expreſſum in conceſſione non inducit ſimoniam.

Idem Gemin. conſil. 84. Franciſ. Ripa cap. cum in Ferrarienſis. num. 177. Philipp. Decius infr. de præb. cap. relatum. column. 1. conſil. 31. conſil. 118. column. final. ubi tetigi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Juramentum pro unitate requirere.* Ibi. *Pro pace juratur.*

Juramentum pro unitate & pro pace notatur.

Dixi in tract. uſur. latino. num. 88. & gallico. num. 39. C. M.

Cap. 5. *Quia diligentia.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quia abjurato ſchiſmate, ad uni-*

Source : BIU Cujas

tatem Ecclesiæ redit. Ibi. *Inde est quod vestis Domini, quæ unitatem significabat, remansit indivisa.*

De unitate & indivisibilitate Ecclesiæ.

Non extima & fusior illa, quæ visibilem & externam Ecclesiam significat, & bonos & malos complectentem, sed intima illa, videlicet tunica Ecclesiam electorum significans, quod sorte; id est electione Dei contingit. C. M.

Cap. 10. *Consideravimus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Electio post appellationem facta tenuit.* Ibi. *Quia prima electio ipso jure nulla fuit.*

Quando electio facta post appellationem teneat.

Cap. cum terra. cap. auditis. ubi Panorm. inf. eodem. idem si eligunt eundem, quia tunc secunda non est nulla, licet prima teneat, sed electus potest eligere. cap. ut qui duas. infra. eod. in 6. Francisc. Ripa. de rescriptis. respons. 15. C. M.

Cap. 16. *Cum inter R.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ex consensu compositionis receptæ.* Ibi. *Et not. quod qui renunciat spirituali juri, sive beneficio, pure & sine aliquo pacto renunciare debet, aliàs simoniacum esset.*

Renunciatio juris spiritualis pure & simpliciter fieri debet.

Joann. Andr. Gemin. cap. 1. de rerum permutat. in 6. Roman. consil. 317. Philipp. Decius. consil. 141. ubi tetigi. & in cap. ex parte. de offic. deleg. C. M.

Cap. 18. *Cum inter universas.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis.*

Contra formularios canones electionum.

En cum Ecclesiarum regimina non erant tituli, nec beneficia, sed simplices administrationes, secundum institutionem Christi. Math. 20. Marc. 10. Luc. 22. & formam Apostolicam. 1. Corinth. 4. 1. Petr. 5. ut in primitiva Ecclesia, in qua rejecti fuissent novi hi formularii & litigiosi canones. C. M.

Cap. 20. *Innotuit.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ex non conjugata susceptus, quid si contraxisset postea cum ea pater? numquid posset eligi. Juncta Inscriptione. Cantuariensi Archiepiscopo, & Textu, qui est de electione. Vigoriensis Ecclesiæ, quæ est Angliæ, cum sequentibus.* Ibi. *Dico quod bene potest eligi, quia matrimonium sequens omnia præcedentia purgat.*

Usus Angliæ quod matrimonium sequens non facit legitimos.

Sed illud non observatur in Anglia, de qua loquitur hoc cap. ideo adhuc esset postulandus. C. M.

Cap. 21. *Cum inter Canonicos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Electum in Episcopum confirmavit.* Ibi. *Mediolanensis Archiepiscopus, arbiter conventus in electione Saonensis Episcopi sibi subjecti, dum eligit, tanquam arbiter eligit, & tanquam Archiepiscopus confirmat.*

De eligendi & confirmandi jure uni eidemque personæ competenti & eadem actione peragenda, vel non.

Ac si dicat Glossa, si eodem jure haberet eligere & confirmare: tunc confirmaret eligendo: ponit Innocent. exemplum, quando quis ex concessione vel privilegio habet utrumque: per jura allegata in principio glossæ. Joann. Andr. secus si utrumque habet in diversa qualitate. Panorm. hîc. num. 9. & supr. eod. cap. causam. C. M.

Illud Molinæi adnotatum à Romanis emendatoribus usurpatum, paucis resciſſis. F. P.

Cap. 24. *Quærelam. §. Nos igitur rationibus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Oeconomo silentium duximus imponendum, cum nobis constiterit, quod populus in quasi possessione præsentandi clericum existebat.* Ibi. *Populus.*

De præscriptione juris eligendi.

Etiam laicus; & præscriptione. Joann. Andr. cap. quod alicui gratiose. de reg. jur. in 6. in mercur. Bellemer. hîc. num. 30. Philipp. Decius. infr. de except. cap. cum venerabilis. column. 17. in rubric. num. 8. & ibi Aretin. column. 2. de judic. Decius. consil. 117. C. M.

Hac decretali de parochiali disputabatur Ecclesia, quam à populo constructam præsumi docet Roch. Curt. tract. de jure patron. verb. constituxit. quæst. 20. num. 29. non tamen populum inde concludi patronum posse, nisi sit in possessione præsentandi, adde Innocentium quæstionem possessionis præsentandi terminare, salva quæstione super jure patronatus: quod vero scribit Molin. laico jus patronatus quæri possessione, temperandum est, quosque citat authores, de populi ad Ecclesiam parochialem jure loquuntur, non vero de patronatu laicorum, nisi ab argumento, quia populus, qui ad Ecclesiam parochialem præsentat, laicus est, cujus præsentationis possessio jus patronatus non infert necessariò. Quod an præscriptione quæratur, ita puto distinguendum; aut de eo jure patronatus laicorum constat, quo posito dubium non est, quin inter laicos præscriptione quæratur, aut de jure patronatus controvertitur inter laicum existentem in possessione præsentandi, & ordinarium collatorem Ecclesiæ libertatem asserentem, tunc in possessorio apud Regios Galliæ Judices vindiciæ pro possessore dicentur; aliud autem in petitorio, favore libertatis dicendum foret, ex Argentr. in consuetud. Britann. ad art. 266. tract. de titulis. cap. 21. num. 24. interea tamen præsentatus à possessore, vel etiam à quasi possessore, manu (quod aiunt) tenebitur, salva quæstione de jure patronatus, argumento ducto ab hoc cap. querelam. cæterum si beneficium quod est juris patronatus laicalis sola præscriptione quæsiti vacaret in curia, illud Papa conferret sine derogatione juris illius patronatus, illa præscriptione ordinariis tantum præjudicante, non etiam summo Pontifici, ex Alexandr. lib. 4. consil. 73. à num. 23. & consil. 74. ex cujus dictis interpretanda quæ dicunt Glossa ad cap. 2. verb. collatio. de præb. in 6. & Molin. ibidem. & hi quos citat, ut nempe locum habeant in jure patronatus laicali non contestato, & beneficiorum extra curiam vacantium præsentatione. G. D. P.

An præscriptione acquiratur jus patronatus.

De beneficiis juris patronatus laicalis vacantibus in curia, an Papa conferre possit absque derogatione juris patronatus.

Cap. 25. *Cum Vintonienſis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Licet electus in Episcopum Vintonienſem minus legitimè natus esset, per gratiam Apostolicæ Sedis legitimari promeruit.* Ibi. *Hæc fuisset bona allegatio, si eam probassent eligentes.*

Dispensatio simplex defectus natalium non extenditur ad Episcopatus.

Imo nisi specialiter ad Episcopatum dispensatus fuerit, quia simplex dispensatio ad dignitates, non extenditur ad Episcopatum. cap. cum dilectus. infr. de concess. præb. gloss. cap. 2. de præb. in 6. Oldrad. quæst. 14. column. 2. Host. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Suspensos ipso jure, propter abusum electitiæ potestatis, ad secundam electionem admiserant.* Ibi. *Suspensi modicam sustentationem debent tunc habere, ne ex toto egeant.*

De Suspenso beneficiato, an quid ex bonis Ecclesiæ interim ob victum percipere debeat.

Idem Panorm. in cap. si Apostolicæ. infr. de except. & intellige secundum Felin. ibi. in suspenso ob delictum definitive; secus si ob contumaciam. Panorm. cap. pastoralis. in fine. de appellat. item secus, si patrimonium vel aliud habeat unde vivere possit; quia tunc nihil de bono Ecclesiæ habere debet. Joann. Andr. hîc. num. 8. C. M.

Cap. 28. *Quod sicut.*

SUMMARIUM.

In Summario additionis Glossæ. verb. *Consentire.* Ibi. *Ex hac dissoluta Glossa sequ.*

Adnotatio ad ordinem glossæ & additionis ejusdem.

Istud est Summarium Vincentii. super Glossa sequenti. C. M.

Cap. 29. *Auditis.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Auditis meritis causæ de duabus electionibus, unam de G. Archidiacono, alteram de R. Subdiacono.*

Correctio ad textum, ex registro, & manuscriptis.

Innocent. dicit quod in registro sic erat, *unam de R. Archidiacono, & alteram de Magistro R. Subdiacono*, prout etiam in libris antiquis manuscriptis legitur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum electio nulla nequiverit convalescere ex post facto. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sed dicas quod electio nulla non erat ipso jure, imo poterat rata haberi.*

De electione secunda facta in

Imo nulla erat, sed ideo nec secunda tenet, quia

Source : BIU Cujas

præjudicium præcedentis, æque cassata ac prima.

facta aliis non vocatis, qui non erant privati potestate eligendi. Panorm. & Gloss. magn. infr. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Electionem irritandam.* Ibi. *Licet enim in casu hujus decretalis prima electio sit nulla, eligentes tamen non sunt ipso jure eligendi potestate privati.*

Ad confirmationem Glossæ in ratione decidendi adducta.

Vera ratio decidendi. C. M.

Cap. 30. *In causis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum res non esset integra, quia in tractatu jam processerant electores.* Ibi. *Ubi compromissarii in electione delecti, dici potest quod potestas data revocari non potest, sive res sit integra, sive non.*

Quando in processu electionis, vel postulationis, res dicuntur integræ.

Nisi de consensu compromissariorum, & tunc etiam, postulatione publicata, sed non superiori præsentata. Panorm. hîc. num. 13. C. M.

Hæc Glossa & nota Molinæana ad eandem est valde noranda ad hoc ut probetur, quando res sunt integræ vel non in electionibus & præsentationibus vel collationibus. F. P.

Cap. 33. *Cum in jure peritus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Qui de numero septem, à tribus eorum dignoscitur nominatus, debet in decanum assumi, dummodo electioni de se factæ consentiat.*

Electus de numero eligentium, electioni de se factæ consentiens, auget numerum eligentium.

Hunc textum dicunt singularem Joann. Andræas in reg. in toto. de reg. jur. & Panorm. hîc. ad hoc quod electus consentiendo electioni de se factæ, à media parte eligentium, auget numerum, & electionem perficit. Idem Joann. Andr. cap. in toto. de reg. jur. in 6. in mercur. & bene. Vide Paul. Castr. consil. 230. lib. 2. ubi limitat; *fallit etiam ubi servanda est forma. cap. quia propter. Gloss. Panorm. cap. cumana. infr. eod.* C. M.

Illud subnotatum à Molinæo ab emendatoribus Romanis est usurpatum, & margini annexum, omissa posteriori parte supra notata ab his verbis. *fallit etiam usque ad finem.* & hæc glossa & nota Molinæana ad eamdem est valde notanda. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Dummodo electioni de se factæ consentiat.* Ibi. *Hodie non connumeratur electa persona inter eligentes.*

Idem quod in superioribus & confirmatio contra glossam per notam Molinæi.

Cap. cumana. infr. eodem. cap. quia propter. supr. imo connumeratur, ut dixi super textu. C. M.

Cap. 34. *Venerabilem.*

GLOSSA.

In Glossa & in additione ad principium illius & casus. *Juncto textu. Legatus aut electoris gessit aut cognitoris personam, scilicet in electione Imperatoris, &c.*

Ad casum.

Ut hæc decretalis intelligatur, ex fide historiæ sciendum est, quod Fridericus I. valentissimus Imperator vulgo Barbarossa, in expeditione Siriæ adversùs Turcos moriens 1189. tres reliquit filios, Henricum, Fredericum, & Philippum, eodem anno, & eadem expeditione occisus est Fridericus filius Sueviæ Dux in expeditione Ptolemaidis (quam vocant Acon) Henricus hujus nomine Imperator V. Germanorum vero Rex VI. successit in Imperio, & nomine Constantiæ Rogerii Normanni utriusque Siciliæ Regis filiæ quinquagenariæ, & vetulæ Monachæ quam (Cælestino III. authore) anno 1186. ipse viginti annos natus, duxit uxorem, post obitum Guilelmi Constantiæ fratris Siciliam obtinuit, & per mortem Conradi Philippum fratrem Sueviæ Ducem fecit. Filium vero Fridericum natu trium annorum in Regem & Imperatorem eligi fecit, quem paulo post Messanæ moriens commendat Philippo fratri, cui Regnorum & Imperii administrationem committit, donec per ætatem maturus fieret; quam curam Philippus susceptit, nomine Friderici pueri. Sed cum non satis authoritatis esset in tutore, electus ab aliquibus Principibus in Regem, & coronatus est Moguntiæ, quod ægrè tulit Innocent III. cujus impulsu ab aliis Principibus in Regem Romanorum eligitur & coronatur Otho Ducis Saxoniæ filius, quem per Legatum confirmavit, & ad querelam Legatorum Philipp. respondit, ut hîc. Philippus tamen adversus crebras & duas excommunicationes & maledictiones Papæ semper prævaluit; & sæpius fudit. Tandem anno 1208. post multas Germanorum strages, pace facta, filiam (quam Innocent. III. pro nepote suo ambierat) Othoni despondet, & mox cum primum incœpisset quiescere, & curare corpus, à Palatino Comite proditoriè occiditur, dehinc Otho ab Innocent. III. Romæ coronatur, & ab eodem triennio post deponitur. C. M.

Ad historiam electionis Imperatorum Germaniæ in persona Friderici, Othonis, & postremum depositione Othonis.

Ibidem.

GLOSSA.

In additione ad Glossam. verb. *Imperium à Græcis transtulit ad Germanos.*

Hanc Glossam sequitur Jacob. Bergomensis in supplemento chronici. & Augustin. de Anchona putidus adulator. de potest. Eccles. quæst. 37. sed eum reprehendit Alvarotus in tit. Quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. column. 3. in usib. feud. sed ipse deterius erravit in designatione personarum & temporum. Vera historia est (ut Platina quoque scribit) Luit-prando Longobardorum Rege Romam obsidente, Gregorius III. non ad solitum auxilium Imperatoris Constantinopolitani (quem ob Templis ejectas imagines, communione & Imperio privaverat) confugit, sed ad Principes Galliæ, ubi Carolus Martellus, Francus è Francia Germaniæ, palatii magister erat, cujus rogatu Luitprandus obsidionem solvit. Pipinus Martelli filius (Childerico Domino suo ignavo Monasterio incluso anno 753.) curat se eligi, & ad Zachariam dicti Gregorii successorem mittit, qui accepti beneficii memor, mox annuit, & omnes Childerico juramento & fide obstrictos absolvit. cap. aliàs. 15. quæst. 6. dehinc Carolus Magnus Pipini filius, rogatus ab Hadriano I. (cap. hortatu. 23. quæst. 8.) desiderium Longobardorum Regem dejicit, Regnumque illud suppressit, anno 776. deinde post 24. annos vocatus à Leone III. Roma (quod illic dominatum usurpare vellet) expulso, Leonem absolutum restituit, à quo vicissim Imperator declaratus est, & coronatus Romæ die natalis Domini anno 801. tunc incipiente. hæc & talis fuit translatio, quam Stephanus III. moliri quidem cœperat, sed à Leone III. executa est; fuit autem Imperium hæreditarium in stirpe Caroli Magni 120. annis, usque ad Conradum inclusivè, qui moriens anno 920. ultro Imperium detulit ad Henricum Aucupem Saxonum Ducem, cum quo bellum injustè gerebat, in familia hujus Henrici I. (de quo loquitur textus in cap. constitutio. 63. distinct.) hæreditarium fuit Imperium usque ad Othonem III. pronepotem suum, qui carens filiis, in Comitiis Imperialibus Principum septem Electores instituit, utque Francordiæ electio fieret, approbante Gregor. V. Papa Saxone 1003. Henricus Bavariæ Dux juxta dictam constitutionem primus & hujus nominis II. electus fuit. C. M.

Continuatio ad historiam electionis Imperatorum.

Institutio Principum Electorum Germaniæ.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Imperium transtulit ad Germanos.* Ibi. *Quoniam extra Ecclesiam non est Imperium.*

Utrum Imperium sit in Ecclesia, vel Ecclesia in Imperio.

Tamen Ecclesia Christi non est de hoc mundo, prout Imperium mundanum est. Math. 20. Marc. 10. Luc. 22. Joann. 18. C. M.

Ibidem. §. *Sciunt autem.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Sciunt autem Principes, quod cum Lotharius & Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit.*

Ad continuationem electionis Imperatorum.

Scilicet Innocent. II. ut apud Platinam, sed Bernardo Clarevallensi conciliatore, Conradus cessit, & post obitum Lotharii electus fuit H. Mutius. lib. 17. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 36. *Bonæ memoriæ.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Corpore Epiſcopi nondum ſepulturæ tradito, habuerunt de ipſa electione tractatum.* Ibi. *Nota quod caſſatur electio, de qua eſt habitus tractatus ante ſepulturam mortui, ſed propter hoc ſolum non fuiſſet caſſata.*

Non eſt procedendum ad electionem, ante ſepulturam defuncti Prælati.

Gloſſa ſingularis. Panorm. hîc. column. 4. & ſeq. Innoc. Compoſtellan. Joann. Andr. Panorm. Textus in can. 228. quæſt. 1. & quod hîc eſt de honeſtate, idem Bald. leg. gener. dig. de his qui not. infam. Guid. Pap. quæſt. 206. Vide Franciſc. Ripam. de reſcript. reſponſ. 13. C. M.

Cap. 40. *Scriptum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sane ad hanc Eccleſiam, ſcilicet Conſtantinopolitanam, duo animalia ſunt vocata, ſcilicet Heracleenſis Archiepiſcopus, & Plebanus ſancti Pauli de Venetiis.*

Ad hiſtoriam illuſtrandam.

Tempore quo ibi regnabant Galli. ut infr. de major. & obed. cap. 8. aliàs numquam fuit ſubjecta Eccleſiæ Latinæ, & etiam Græca primitiva eſt. C. M.

Eſt hoc cap. Innoc. III. ut & cap. 8. de major. & obed. cujus tempore Balduinus Flandriæ Comes, & Henricus ſancti Pauli ex Papæ authoritate in Aſiam proficiſcentes, Iſaaci Angeli Imperatoris Alexio filio opem tulerunt, adverſus Alexium Angelum Patrinum (cui Alexius Ducas ſucceſſit) ea conditione ut Græcam Eccleſiam Romanæ ſubmitteret, ait Platina, id eſt ſchiſma tolleret, emanavit autem hæc decretalis, poſt electionem Thomæ Mauroceni Veneti, defuncto Georgio Xiphilino Patriarcha Conſtantinopolitano anno 1204. Quod ait Molin. hanc Biſantinam, ſive Conſtantinopolitanam Eccleſiam numquam fuiſſe Eccleſiæ ſubjectam Latinæ, tum etiam Græcam Eccleſiam primitivam eſſe, falſiſſimum eſt; ante Conſtantini Regnum, Parochia ſeu Eccleſia Biſantina, erat Heracleenſi Eccleſiæ ſubdita. Concedunt hæretici Epiſcopos fuiſſe Archiepiſcopis inferiores, Archiepiſcopos Metropolitanis & Primatibus, Primates Patriarchis. Ante Concilii Conſtantinopolitani primi celebrationem anno 381. quatuor erant Patriarchæ, Romanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolimitanus, quorum juriſdictioni & regimini diſtributæ fuerunt, nempe tribus aliis Orientales Eccleſiæ, ſalvo ſemper Romani Pontificis primatu, cui tanquam Patriarchæ Occidentali cæteræ ſubmiſſæ manebant Eccleſiæ, & inter eas Heracleenſis, & in conſequentiam Biſantina, quæ numquam Archiepiſcopalis fuit, ſed gravi ſaltu in Patriarchalem erecta circa tempora Concilii Calchedonenſis, non vero Conſtantinopolitani primi, quod improbarunt Leo, & Gelaſius, ſequenteſque Romani Pontifices, non tam probarunt, quam tolerarunt, ſalva ſemper primæ Sedis authoritate, quam Conſtantinopolitani Patriarchæ Catholici & Orthodoxi cognoverunt, Schiſmatici reſpuerunt, notare ſufficiat Joannem Chriſoſtomum anno 404. Innocentium II. Romanum Pontificem appellaſſe: quæ ſequuta fuit ſchiſmaticorum ſciſſura loci alterius eſt; Originem habuit à Photio intruſo anno 858. ſedente Nicolao I. Sedare tentavit Hadrianus IV. anno 1155. extinxit Innocentius III. circa hunc annum 1204. quod addit Molinæus Eccleſiam Græcam primitivam eſſe, non poteſt de Conſtantinopolitana Eccleſia intelligi, nam Biſantinæ Eccleſiæ dedit vel divus Petrus vel divus Andræas primum Epiſcopum anno Chriſti 44. Baronius ſub eumdem annum 44. num. 12. & ſub annum 314. à num. 93. quam Heracleenſis Eccleſiæ parochiam dicit Gelaſius circa annum 494. Volunt Græci Conſtantinopolitanam Eccleſiam in ſecundam patriarchalem Sedem fuiſſe in Concilio Conſtantinopolitano 1. erectam anno 381. quod Latini negant, aliudque decretum Concilii Calchedonenſis anni 451. quo Græci præcedens fulcire nituntur, impugnant. Baron. ſub hos annos. G. D. P.

Antiquitas patriarchalium Sedium, & denominatio & ſubmiſſio Romanæ.

Patriarchatus Conſtantinopolitani ortus cum ſubmiſſione Romana.

Origo ſchiſmatis Conſtantinopolitani Patriarchatus.

Cap. 41. *Ne pro defectu.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum conſilio Capituli.* Ibi. *Vel dic quod ſufficit tantum requirere conſilium Capituli in iſto caſu, ſcilicet ubi devoluta eſt eligendi poteſtas ad ſuperiorem, & de honeſtate.*

Quando conſilium Capituli requirendum in electione.

Idem Panorm. hîc. Felin. cap. irrefragabilis. in princip. column. 2. de offic. ordinarii. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ipſius Eccleſiæ ſcilicet vacantis.* Ibi. *Dico quod primo debet inquirere perſonas Eccleſiæ vacantis, & eligere de gremio ipſius Eccleſiæ.*

De gremio Eccleſiæ eligendum ut plurimum.

Feder. De Senis. repetit. 2. column. 4. infr. de judiciis. not. in leg. non plures. cod. de ſacroſ. Eccleſ. C. M.

Cap. 42. *Quia propter.* §. *Qui vero.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui vero contra præſcriptas formas eligere attentaverint, eligendi poteſtate ea vice priventur.*

Quid ſit privari eligendi poteſtate pro hac vice.

Tantum, non autem pro tota illa vacatione. Joan. Andr. Imol. Panorm. cap. cum Vintonienſis. per illum textum. ſupr. contra Vincent. ibi. C. M.

Ibidem. §. *Electiones.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Electiones quoque clandeſtinas reprobamus.*

Clandeſtinitas reprobata in electionibus.

Cap. unic. verſic. occulta. infr. ut Eccleſiaſt. beneficia ſine diminut. confer. & ibi Joann. Andræas. Panorm. idem Franciſc. Ripa. de reſcript. reſponſ. 13. column. 1. C. M.

Cap. 55. *In Geneſi.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum de toto Regno Franciæ vocentur abſentes, de conſuetudine Eccleſiæ Gallicanæ in electionibus.*

Uſus ſpecialis Eccleſiæ Gallicanæ in electionibus, ut de toto Regno vocentur abſentes.

Ubi habent intentionem fundatam, ut de toto Regno ad electionem Eccleſiæ viduatæ debeant vocari: ita quod procedentes debent contra abſentes probare conſuetudinem particularem. Panorm. column. 3. C. M.

Cap. 58. *Publicato.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Publicato ſcrutinio, variare nequeunt electores.* Ibi. *Idem credo in poſtulatione, ut poſtquam publicatum fuerit ſcrutinium, ab ea recedere non poſſint.*

Utrum publicato ſcrutinio variare poſſint eligentes vel poſtulantes.

Imo poſſint Bald. Panorm. hîc. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De Tranſlatione Epiſcopi.

Cap. 2. *Inter corporalia.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si Electus ultra ſex menſes Eccleſiam tenuerit viduatam.* Ibi. *Melius diceret ſi ultra quinque, quia de quinque menſibus dicitur in can. illo.*

De electo differente conſecrationem ultra ſex menſes.

Scilicet can. 1. diſtinct. 100. qui debet intelligi de quinque menſibus completis, & hic textus de ſex menſibus inchoatis. Anton. Butrius. Panorm. hîc. Alex. Jaſon. leg. qui ante calendas. de verb. oblig. in leg. 2. §. final. ſi certum pet. C. M.

TITULUS NONUS.

De Renunciatione.

Cap. 4. *Admonet.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nemo audeat Eccleſias te dimittere inconſulto, ſuple Epiſcopo. Juncta Inſcriptione. Alexand. 3. Epiſcopo Tornacenſi.*

De introeuntibus Eccleſias inconſultis Epiſcopis.

Etiam cauſa permutationis, ſed ſi injuſtè recuſat, poteſt adiri ſuperior, per not. infr. de jure patron. cap. nullus. hanc quæſtionem habui vacante nuper Papatu. C. M.

Cap. 5. *Super eo.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Supervacaneum non credimus, cauſam reſignationis diligenter inquiri.* Ibi. *Qui enim per metum, vel per vim renunciat beneficio, vel juri ſuo,*

Source : BIU Cujas

tenet quidem renunciatio, quia hoc voluit, licet coactus.

Resignatio vi vel metu facta nulla ipso jure, & datur regressus sine novo titulo vel nova possessione.

Idem decis. Tholos. 286. sed quod ipso jure nulla sit tenet glossa pragm. de elect. §. 4. verb. libere. Fortun. Garsi. in rubr. de justitia & jure. 22. illat. Philipp. Decius. cap. 2. num. 4. de rescript. ubi dixi. & ibi Francisc. Ripa. num. 22. Decius. consil. 219. num. 5. & ita in Gallia practicari vidi per Judices sæculares, sine novo titulo, & nova possessione. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nec interventu pecuniæ resignationem extortam.* Ibi. *Quia si interventu pecuniæ renunciasset, licet renunciatio non teneat, tamen privari debet.* Ibi. *Renunciatio non teneat.*

Resignatio simoniaca, licet nulla, privat resignantem, & locum facit vacationi, & impetrationi contra simoniace resignatem.

Hoc sequuntur communiter & ampliant etiam in præjudicium simoniacè resignantis. Innocent. cap. universorum. de rerum permut. Rota decis. 235 in antiquis. tit. de renunciat. Gemin. consil. 225. Bertrand. consil. 233. Viso. in fine. lib. 2. inferunt alii quod rursus potest alii resignare; ego vero semper tenui, quod talis resignatio, sive in favorem, sive causa permutationis fiat, operatur simplicem vacationem, & potest impetrari tanquam vacans per resignationem simoniacam. & ita bis consului & obtinui, & impetrantes, probata simonia, possessorium obtinuerunt in Senatu Parisiensi, & primus hanc praxim inveni. dixi consil. 118. Decii. C. M.

De resignatione metu, vi, & oppressione extorta, an nulla ipso jure, an retractanda.

Diversos casus Molinæus confundit, & fallitur; decretalis loquitur de vi, metu, oppressione, & simonia. Glossa verb. resignationis. agit tantum de vi & metu, & resignationem tenere dicit, in verb. pecuniæ. ubi de simoniaca resignatione scribit non tenere, & utrobique rectè. decis. Tholos. 286. loquitur de fraudulenta, dolosa, seu metu vel vi compulsiva facta renunciatione, quam dicit non esse nullam, sed annullandam, nempe restitutione petita, ut ait Aufrerius. quam restitutionem denegat nostra glossa. data actione prætoria, quod metus causa. Glossa Pragm. Sanct. erronee citatur, locus est in verbo ipso jure. ubi non de renunciatione, sed de electione simoniaca, quæ nulla est, ut & renunciatio, etiam in præjudicium tam electi, quam resignatarii, ex nostra glossa verb. pecuniæ. Decius ad cap. 12. de offic. deleg. num. 2. & 4. hoc solum docet renunciationem debere esse liberam, respectivè ad collatorem. idem ad cap. 2. num. 4. de rescript. & consil. 219. num. 3. non absolutè firmat metu factam renunciationem esse nullam, sed alternatim, aut nullam, aut retractandam, dicendum usu nostro renunciationem vi, metu, oppressione retractandam, petita in integrum restitutione, impetrato Regio diplomate, tum rescissa per Regios sæculares Judices renunciatione, cum Molinæo dicendum, nec novum impetrandum titulum, nec novam possessionem quærendam, nempe in judicio possessorio. & ita Rebuff. in praxi. tit. de caus. resignat. irritant. num. ult. & rectè Molin. ad nostram glossam. verb. pecuniæ de simoniaca resignatione. G. D. P.

Simoniaca resignatio & electio nulla etiam in præjudicium resignantis, resignatarii & electi.

Resignatione vi, metu, vel oppressione facta rescissa, non est opus novo titulo, vel nova possessione.

Correctio ad correctionem.

Addendi correctioni Dom. G. D. P. loci citati à Molinæo Pragm. Sanct. in glos. de elect. §. 4. verb. libere. quem locum dixit D. G. D. P. esse in verb. ipso jure. alia correctio cap. & §. non 4. ut dixit Molin. sed cap. sicut in constituenda. §. quod si. de elect. F. P.

Cap. 6. *In præsentia.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Tanta judicialis authoritas, ut semper debeat præsumi pro ipsa, hoc est pro re judicata, vel Judice.* Ibi. *Dig. de re judic. res judicata.*

Res judicata pro veritate habetur.

Supr. de elect. bonæ memoriæ. 1. §. porro. fallit quando non probatur id quod probandum est. cap. cum ad sedem. in fine. infr. de restit. spoliatorum. C. M.

Cap. 8. *Quod in dubiis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In manum laicam resignantes.* Ibi. *Non videtur quod talis resignatio teneat.* Ibi. *Verum est quantum ad Ecclesias, non quantum ad resignantem.*

Resignatio facta in manibus non habentis potestatem, utrum privet resignantem, & valeat quoad Ecclesiam.

Idem glossa cap. quod Dei timorem. infr. de statu Monach. sed reprobatur per Panorm. ibi. & per Hostiens. hîc. quia non valet etiam quoad renunciantem, licet causa cognita privari possit, per hunc textum, Hostiens. cap. ex ore. de his quæ fiunt à maj. parte. cap. Joann. Andr. cap. quanto. eod. tit. Steph. Bertrand. consil. 133. Viso. column. 3. lib. 2. Vide Gemin. consil. 125. Cardin. Clem. II. column. final. de pœnis. Panorm. disput. 5. collat. 8. C. M.

Cap. 10. *Nisi cum pridem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Distinguendum inter scandalum & scandalum.* Ibi. *Utrum scandalum sine peccato vitare possimus, an non.*

De peccato & scandalo viciſſim vitando.

Si vero dubitetur an sit peccatum, videtur scandalum vitandum. argum. 14. distinct. can. final. 1. quæst. ult. & si illa. 24. quæst. 1. quid culpatur, nam si dubitatur de peccato, & certum sit de scandalo, dicemus cum Augustino, tene certum, dimitte incertum. de pœnit. distinct. 7. §. 1. ad finem. Joann. Andr. C M.

Illud totum Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis est usurpatum, & margini immixtum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si de legitimo matrimonio non sit natus, licet irregularitatem hujusmodi non potuerit sustinere, si tamen culpa latet & causa.* Ibi. *Argumentum quod peccata latentia faciunt homines irregulares.*

Peccata latentia non faciunt homines irregulares.

Sed quod non faciunt Host. Anton. Butr. hîc. num. 15. Mar. Socinus. cap. ad audientiam. column. 38. & cap. final. de homicidio. Vide Richard. Petr. Palud. in 4. sententiarum distinct. 25. aut parte 3. tit. 8. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non debes deserere sponsam, cui defigendo manum copulasti.* Ibi. *Verba sunt Salomonis in Parabolis, loquentis de fidejussore.*

De manu data sponsæ & ei cui fide jubetur, custodienda.

Quæ hæc Glossa sophisticat, expone ut novè dixi in tract. usur. quæst. 22. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si non habueris charitatem, quantocumque virtutum flore refulgeas, nihil te comprobabis habere.* Ibi. *Qui habet unam virtutem in actu, habet omnes, & qui caret una, caret omnibus.*

De concatenatione virtutum omnium.

Hæc est sententia Stoica, ut Cicero in 2. Tusculan. quæst. quam Theologi crebrius sequuti sunt, & post eos Canonistæ, ut gloss. hîc. dominic. can. disciplina. 45. distinct. Panorm. cap. causam matrimonii. de probat. ubi Philipp. Decius dissentit. tamen remittit ad Thomam. 1. 2. quæst. 65. art. 1. adde Occam in 4. sentent. quæst. 10. & ibi Gabriel Biel. distinct. 36. Scot in 3. sententiarum distinct. 13. breviter puto Stoicum commentum rejiciendum. C. M.

TITULUS DECIMUS.

De supplenda negligentia Prælatorum.

Cap. 1. *Statuimus.*

* TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si Episcopus, tertiò cum humilitate & devotione requisitus Abbates benedicere renuerit, liceat Cistercienſibus proprios Abbates benedicere. Juncta Inscriptione. Alexander III. Cistercienſibus.* Ibi. *Tertiò requisitus.*

De trina vel unica requisitione ad supplendam negligentiam necessaria.

Quia erga superiorem Joann. Andr. cap. cum causa. infr. de offic. deleg. Roman. leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de oper. novi nunt. aliàs regulariter una sufficit. Roman. sing. 424. consil. 427. gloss. clement. 1. §. 1. de hæret. verb. adquisierint. Felin. cap. ex litteris. column. 4. de constit.

Source : BIU Cujas

Alex. consil. 81. lib. 4. Decius. cap. cum causa. ubi tetigi. C. M.

Cap. 2. *Sicut nobis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Regulares in suos usus convertere non possunt Ecclesias, in quibus obtinent jus patronatus, & si intra tempus Lateranensis Concilii, quando vacant non præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem.*

Monachi non debent Ecclesias sui patronatus in suos usus convertere.

Etiam exemptas. Clement. I. eod. tit. ubi limito. C. M.

Cap. 3. *Licet.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne jus nostrum negligere videamur.* Ibi. *Quia ordinata charitas incipit à seipso.*

Quid sit ordinatam charitatem incipere debere à seipso.

Expone ut dixi in tract. usur. quæst. 2. num. 72. C. M.

Junge eumdem Molinæum in not. ad can. qui vult. 19. cap. sententia. distinct. 3. F. P.

TITULUS UNDECIMUS.

De temporibus ordinationum.

Cap. 9. *Cum secundum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *In partibus Calabriæ, Latini à Græcis, & Græci à Latinis, secundum alterutrius observantiam ordinantur. Juncta Inscriptione. Cœlestinus III. Hydruntinensi Archiepiscopo.* Ibi. *in partibus Calabriæ.*

Ad historiam temporis illustrandam, & antiquioris dominationis utriusque Siciliæ.

Quam cum utraque Sicilia Carolus Magnus, qua erat modestia, tametsi Victor sponte reliquit Imperatori Constantinopolitano, unde Græci ibi imperaverunt usque ad invasionem Normannorum, qui Duce Gulielmo Ferrabrach. Afris, dein de Græcis devictis, circiter post 200. annos à Carolo Magno, ibi dominati sunt. Platina in Sergio IV. Michaël Ritius de regno Siciliæ. C. M.

Cap. 12. *Cum in distribuendis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Indultum, ut quia Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus erat ordinandus, mandaret Papa per alium Episcopum ordinari.* Ibi. *Ordinatus à Papa, vel mandante eodem, non potest nisi pluribus testibus convinci.*

In convincendis accusatis nulla differentia ordinatorum à Papa vel ab aliis.

Non servatur, etiam in Papa. Panormit. Philipp. Decius. cap. at si Clerici. in principio. de judiciis. Occam. dialog. part. 1. lib. 6. cap. 26. C. M.

TITULUS DUODECIMUS.

De scrutinio in Ordine faciendo.

Cap. *Unicum. Ex parte.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quem indignum esse non novit, dignum debeat æstimari.* Ibi. *Hoc generale est, & ubi periculum animæ vertitur, præsumitur in deteriorem partem.*

Ubi periculum animæ vertitur, in deteriorem partem præsumendum.

Socin. leg. si fuerit. §. plane. in principio. de reb. dub. Anton. Burg. cap. ad nostram. num. 10. infr. de empt. & vend. Philipp. Decius. consil. 639. columna. 1. C. M.

Junge eumdem Molinæum in not. F. P.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De ætate & qualitate & ordine præficiendorum.

Cap. 3. *Indecorum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Indecorum Ecclesias regere, qui non noverunt se ipsos gubernare.* Ibi. *Patriarchatus dignitas solvit jus patriæ potestatis, ergo multo fortius Sacerdotium, & quilibet sacer ordo.*

Utrum Sacerdotium, an solus Episcopatus solvat patriam potestatem.

Imo solus Episcopatus. Host. Anton. Butr. Joann. Andr. hîc. Imol. in rubr. de pecul. cleric. ad finem. Angelus Aretin. instit quibus modis patr. potestat. solvitur. §. filiusfamilias. num. 5. Jacob. de sancto Georgio. in tract. de oper. column. 4. C. M.

Junge ibidem Molin. in not. ad cap. 54. in gloss. verb. inferiorum. ibi sacrorum Ordinum. de sentent. excommunicat. F. P.

Cap. 4. *Eam te.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Coganturunam dimittere qui habent plures Ecclesias, quæ ex una non pendeant.* Ibi. *Item si Ecclesia parochialis in fundo suo aliam constituat, nihil impedit Vicarium in ea instituí, & Prælatum majoris Ecclesiæ Prælatum esse utriusque.*

Quando Curatus habeat præsentationem Ecclesiæ in sua parochia constructæ.

Hoc verum, quando ædificavit velut in adjutorium sui, secus esse si ut esset beneficium per se stans, quia haberet præsentationem, Episcopus autem institutionem. Panorm. cap. cum Ecclesia Vulterana column. 4. supr. de elect. C. M.

De institutione ministrorum in Ecclesiis principali subjectis.

Innoc. Host. Joann. Andr. Panorm. Cardin. Zabarella. & Petr. de Anchar. distingunt casus in quibus vel Prælatus in Ecclesia inferiori deserviat per suos Capellanos, vel per Vicarium temporalem, aut Presbyterum instituat, quem Hostiensis rectorem vocat, sed tutius est legem fundationis accipere, qua cessante, stabitur possessioni. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi ita fuerint in substantia tenues Ecclesiæ.* Ibi. *In casu isto permittitur, habere unam intitulatam, & alteram commendatam, 21. quæst. 1. qui plures.*

Abusus Commendarum perpetuarum adnotatur.

Innoc. dicebat unam intitulatam, & plures commendatas, secundum Joann. Andr. hîc. sed abusus est, & dict. cap. qui plures. numquam de hoc cogitavit; etiam si Gratianus ad hoc male induxerit, ut dixi in tract. reg. cancell. reg. de publ. num. 222. cum sequenti. C. M.

Prima pars hujus prænotati Molinæani ab emendatoribus Romanis est usurpata, omissa posteriori, quia apertius Molinæum arguebat authorem. Junge quæ adnotavit Molin. ad can. 2. clericum. in additione Gratiani è contra. in textu. & quæ Dom. G. D. P. & nos. & can. ibidem addidimus. F. P.

Cap. 27. *Ad aures.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si tua te sententia remordeat, ad majores Ordines, nostro consilio non ascendas.* Ibi. *Consilio, quale istud, si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.*

De præceptis Evangelicis, & quomodo servanda.

Non erat consilium, nec perfectio legis, sed exemplum docens quantum desit perfectioni legis. adde notat. in tract. usur. quæst. 2. num. 88. C. M.

Cap. 15. *Quamvis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Defectus scientiæ dejicit jam promotum.*

Defectus scientiæ dejicit jam promotum, quod valde notandum.

38. Distinct. per totum. & est impedimentum juris divini, contra quod non potest Papa dispensare. Felin. cap. si quando. column. penult. de rescript. & est textus Oseæ. cap. 2. Vide Ludov. Gomes. cap. 1. num. 113. cum seq. de constit. in 6. & per Arrestum antiquum Curiæ Franciæ, Clericus nesciens legere privatus fuit privilegio clericali. C. M.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De sacra unctione.

Cap. *Unicum. Cum venisset.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Apud vos Pontifices cum consecrantur, non consueverunt inungi. Juncta Inscriptione. cap. Innoc. III. Patriarchæ Constantinopolitano, ut est in Glossa.* Ibi. *Apud vos, id est Græcos, scribit enim Patriarchæ Constantinopolitano.*

De usu Ecclesiæ Græcæ in ordinatione Episcoporum.

Et sic Ecclesia Græca plus mille ducentis annis hæc nova Latinorum inventa ignorabat, ut supr. de consuetud. cap. quanto. supr. de tempor. ordin. cap. cum secundum. cap. litteras. C. M.

De sacris unctionibus usus probatur hîc. ex traditione.

Non moror unctionem Pharaonis & Pontificum relligionis Judaicæ, nec curandum quid olim Græci fecerunt schismatici, notare sufficit chrismatis ex oleo & balsamo compositi temporibus Apostolorum usum in Ecclesia pro infirmis, confirmatis, & Presbyteris, de quo chrismate Baron. tomo 1. sub

Source : BIU Cujas

annum 35. à num. 14. de Presbyterorum unctione circa annum 250. Cypr. tract. de unctione chrism. circa annum 358. Nicol. I. can. præterea. directo Patriarchæ Bituricensi. distinct. 33. & circa annum 835. Theodulphi Episcopi Aurelianensis in sua quadam epistola apud eumd. Baron. hoc chrisma servari solitum in Ecclesiis, & hæreticis odiosum, circa annum 362. videre est apud Optat. Milevit. G. D. P.

De ea materia ad authores remissio.

Junge Hubert. Morum de sacris unctionibus. lib. 2. cap. 3. pag. 102. F. P.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De filiis Presbyterorum ordinandis vel non.

Cap. 7. *Ex transmissa.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Filius præesse potest Ecclesiæ, cui Pater præfuit mediatè.*

An filius succedat patri in beneficio immediatè, an pater filio, quod notandum.

Sed contra pater potest immediatè. Alan. Tancred. Vincent. cap. quoniam. infr. eodem. Ægid. Bellem. hîc. num. 4. quia jure non prohibetur. quamvis Hostiens. contra. C. M.

Cap. 13. *Michael.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si constiterit tibi Michaelem fuisse filium Antonii.* Ibi. *Sed quomodo constare poterit? respondeo, si natus ex ea quam tenebat secum publice in domo pro concubina, præsumitur filius.*

Quando quis dicatur filius, & quomodo probetur paternitas, aut filiatio.

Gloss. sequitur. Panorm. cap. per tuas. de probat. Guilelm. Bened. repet. cap. Raynutius. parte 3. verb. quæ filium ex ea susceperat. num. 2. de testam. C. M.

Cap. 14. *Litteras.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In Sacerdotio genito permittimus ordinari in Clericum. Juncta Inscriptione. Idem scilicet Clement. III.* Ibi. *Sed numquid per hoc dispensatur tantum cum eo in minoribus Ordinibus, tutius est intelligere tantum de minoribus.*

In Sacerdotio genitus ex uxore anteducta est legitimus.

Idem Anton. Butr. hîc. Panorm. cap. si quisquam. de cohab. cler. & mul. ego vero firmiter teneo, quod intelligitur indistinctè, & quoad omnia, prout iste filius est vere legitimus, & legitime natus, ut in fortioribus terminis dixi in Consuetud. Parisiens. §. 122. C. M.

Art. 122. Consuet. Paris. agit de successionibus. cap. litteras. est Clement. III. qui sedit ab anno 1188. quare mirum est quomodo Molin. firmiter tenuerit filium Sacerdotis in sacerdotio ex uxore genitum esse legitimum quoad omnia & præsertim quoad majores Ordines, vocabantur olim & ad Episcopatum & ad Sacerdotium conjugati, apud Orientales ab uxoribus soli abstinebant Episcopi, Occidentales tam Episcopi, quam Presbyteri continere debuerunt, locum implet Baron. tom. 1. sub annum 58. à num. 17. unde sequebatur filium Sacerdotis incontinentis, licet ex uxore legitima conceptum, & natum non potuisse promoveri sine Papæ dispensatione, nec ad minores, nec ad majores Ordines: hanc indulsit dispensationem Clemens III. & quæritur an hæc verba *permittimus ipsum ordinari in Clericum*, de minoribus tantum intelligas Ordinibus, an etiam de majoribus, glossa de minoribus, cui assentiuntur Host. Joann. Andr. Cardin. Zabarel. Panorm. Petr. de Anchar. & cæteri, ea ratione quia dispensatio hujusmodi debet strictè interpretari, dummodo aliquid operetur, qui quidem non viderunt decretalis originale, quod extat apud Anton. Augustin. in 2. collect. ex quo patet Sacerdotis filium pro sacris Ordinibus supplicasse, Papam vero, ne ex toto se defraudari doleat, permisisse in Clericum ordinari, unde patet concessionem ad solos minores Ordines porrigendam. G.D.P.

De conjugio Clericorum secundum Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ usum.

Geniti ex conjugio Clericorum ad quos Ordines promoveri potuerint, vel non.

Cap. 16. *Ad abolendam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Inhibemus, ne Canonicorum filii, maxime spurii Canonici fiant in sæcularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum.* Ibi. *Maxime spurii.* Ibi. *Si istud adverbium maxime ponitur pro tantum, tunc legitimi possunt institui.*

De vi & potestate adverbii *maxime* in hac glossa.

Idem Calder. consil. 1. de filiis Presbyter. C. M.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

De servis non ordinandis.

Cap. 8. *Dilectus filius.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si tibi constiterit de præmissis, id est quod mater fuerit libera, pater fuerit servus, eumdem ab impedimento ad Ordines cessare compescas.*

An ordinandus ex matre libera genitus, quamvis ex patre servo.

Et quod Consuetudo loci non refragatur. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-TERTIUS.

De officio Archidiaconi.

Cap. 1. *Ea quæ.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *A te districte quæsituri sumus, quia vel propriæ Ecclesiæ, vel quæ de diversis Ecclesiis Cimelina sunt collecta non sub omni sollicitudine & fide servantur. Juncta Inscriptione. Gregorius Archidiacono Salonitano.*

Quid Cimelia & Cimeliarchos significent.

Barbarismus est, dicendum erat Cimelia, Græca enim vox est τὰ χειμήλια, id est thesauri, res prætiosæ sepositæ, & χειμηλιάρχος seu Cimeliarchos; similiter barbarismus infr. de verb. signific. cap. cum inter. ubi dicam. C. M.

De thesauris & thesaurariis Ecclesiæ, ad authores ea de re tractantes remissio.

Junge quæ dixit in d. cap. cum inter. infr. de verb. signific. & quæ habet Lacerda in adversariis sacris. cap. 125. num. 1. & 126. num. 6. & in tract. nostro & avitino. de beneficiis Ecclesiasticis ad verb. militia. cap. 4. §. 13. de thesaurariis. F. P.

Cap. 7. *Ad hæc.*

GLOSSA.

In Glossa. *Beneficiis Ecclesiasticis præficiendi, à suo Archidiacono prius examinentur.* Ibi. *Episcopus tenetur de facto illius Archidiaconi, qui examinat ordinandos, quia de mandato illius istud fiat.*

An Episcopus teneatur de negligentia Archidiaconi. Nota paululum liberior.

Hoc verum, quando erant administrationes, sed postquam conversæ sunt in titulos, quisque jus suum ad fastum & lucrum trahit, & administrationem negligit. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-OCTAVUS.

De officio Vicarii.

Cap. 1. *Ad audientiam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In diversis Ecclesiis personatum adeptus, Vicarium de Burnel petendo fatigare præsumit. Juncta Inscriptione. Alexander III. Episcopo Norvicensi, qui est in Anglia suffraganeus Cantuariensis Archiepiscopi.* Ibi. *Qui enim habet Vicariam perpetuam, beneficiatus intelligitur.*

Personatus & Vicaria perpetua sunt beneficia incompatibilia, & de his nominibus & aliis sinonimis in Anglia.

Oldrad. quæst. 232. in fine. Vide Anton. Butr. consil. 3. C. M.

Nota quod personatus & persona in Anglia. Plebania & Plebanus Vicaria perpetua & parochialis Ecclesia idem sonant. F. P.

Cap. 5. *Tua nobis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Jurisdictio Vicarii, quem Romanus Pontifex in urbe relinquit, non extenditur extra illam.* Ibi. *Nisi intra centesimum milliare, ad instar Præfecti urbis.*

Hic notatur potestas Vicarii Papæ in urbe relicti ad exemplum Præfecti urbis.

Idem Anton. Butr. hîc. Bald. in rubric. de offic. deleg. in fine. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-NONUS.

De officio & potestate Judicis delegati.

Cap. 2. *Sane.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Cum diversa littera sub eadem data impetrantur, & præsentantur à diversis ad eosdem Judices, supersedetur utrisque, donec consulatur Papa.*

Cum dubium emergit potioritatis diversorum

Idem ubicumque surgit dubium probabile super potioritate

Source : BIU Cujas

reſcriptorum, adeundus ſuperior qui conceſſit.

potioritate litterarum, non decidibile per Legatos, vel arbitros. Panorm. C. M.

Cap. 3. *Si pro debilitate.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Delegatus Papæ impeditus, ſubdelegare poteſt cauſam, quæ ſine ipſo commodè terminari poteſt.*

Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare, & cogere ſubdelegatum.

Quoad hoc ut poſſit cogere ſubdelegatum. cap. paſtoralis. inf. eod. aliàs. liberè poteſt. Panorm. Philipp. Decius. C. M.

Cap. 9. *In litteris.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ex quo delegatus ſententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit, ceſſat juriſdictio.* Ibi. *Cum effectu ſcilicet, nam ſi mandavit, & non eſt paritum, ipſemet poſtea exequatur.* Ibi. *Mandari præcepit.*

Delegatus juriſdictionem ſibi commiſſam ſubdelegans ſemel functus eſt officio.

Dic ſtatim ut commiſit totam executionem, vel totam juriſdictionem, functus eſt officio. cap. ſuper. quæſtionum. §. porro. infr. eod. quam revocare poteſt re integra. cap. quamvis. eod. tit. lib. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Officio ſuo functus.* Ibi. *Expirat juriſdictio delegati per mortem illius contra quem litteræ impetrantur re integra. ſupr. de reſcript. ſignificavit.* Ibi. *Contra quem.*

Litteræ expirant per mortem illius contra quē litteræ impetrantur.

Falſum, dic ut in d. cap. ſignificavit. de reſcript. C. M.

Reſcriptum ratione dignitatis obtentum non expirat per mortem obtinentis.

Imo veriſſimum in perſonalibus, ſecus in iis quæ reſpiciunt dignitatem, & in realibus, aliud eſt impetrare reſcriptum contra Balduinum, aliud contra Comitem Flandriæ, aliud petere ſummam pecuniariam, aliud jura comitatus, quod notavit Molin. ipſemet ad d. cap. ſignificavit. de reſcript. G. D. P.

In id de obligatis nomine dignitatis vel officii, vel perſonaliter, remiſſio ad Authores.

Adde & eumdem Molin. in not. ad quæſt. 370. Joann. Gall. in verb. prioris. parte 5. ſtili Parlam. ubi obligatio prioris nomine dignitatis contracta tranſit in ſucceſſorem dignitatis, contra verò obligatus nomine officii, puta procuratoris, majoris civitatis, vel actoris, functo officio, ſi non ſit perſonaliter obligatus, expirat obligatio contra obligatum, & tranſit in ſucceſſores officii, ut not. idem Molin. ad can. ſancimus. In gloſſa verb. convictus. ibi convenitur poſt. 1. quæſt. 7. niſi ſeſe nomine proprio obligaverit. Molin. ibidem. F. P.

Cap. 10. *Conſultationibus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Spoliatus non debet reſtitui, abſente detentore, niſi per contumaciam ſeſe abſentaſſet.* Ibi. *Secundum opinionem illorum qui dicebant quod lite non conteſtata, poſſunt recipi teſtes contra contumacem.*

In cauſa civili non debent recipi teſtes contra contumacem,

Et malè quia in omni poſſeſſorio ſervandus eſt ordo juris. Panorm. Felin. C. M.

Rectè Molinæus, rejecta antiquorum opinione contraria, quos refert Panorm. hîc. fallit cum timetur mors, vel abſentia teſtium longiſſima, poſſunt enim tunc examinari teſtes, lite non conteſtata. cap. quoniam frequenter. ut lite non conteſtata. etiam in poſſeſſorio. Imbert. in praxi. lib. 1. cap. 44. qui hoc teſtium examen non admittit in judicio poſſeſſorio Sacerdotiorum. G. D. P.

In id Dom. G. D. P. ſententia Molinæanæ approbatoria.

Cap. 14. *Quoniam.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Subſtitutum Judicem in locum demortui agnoſcere debemus.* Ibi. *Duobus ejuſdem nominis exiſtentibus, ſi non apparet quis heres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet. dig. de hered. inſtit. leg. in tempus. §. quotiens.*

Inſtitutio hæredis facta ſub nomine expreſſo, pluribus ejuſdem nominis exiſtentibus, ſi non apparet de quo ſenſerit, non valet.

Ut ſi teſtator plures habeat amicos ejuſdem nominis, & nomen ſolum exprimit, nec apparet de quo ſenſerit, hoc vult §. quoties. Joann. Andr. *Adde quod quoties emergit æquivocatio recurrendum eſt ad ſuperiorem. ſupr. eod. cap. ſane. Panorm. hîc. in fine.* C. M.

Illius prænotati Molinæani prima pars ab emendatoribus Romanis uſurpata, & margini annexa, omiſſa poſteriori ab his verbis. Adde quod italico caractere prænotatis. F. P.

Cap. 15. *Super eo.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Tenebit eorum appellatio, ſcilicet Epiſcopi, Archidiaconi, vel Archipresbyteri reclamantium.* Ibi. *appellatione interpoſita debet differri, ſi appellanti præjudicium generatur, niſi præſumptio ſit quod malitiosè appelletur.* Ibi. *Malitiosè.*

Quando appellatione remota procedendum.

Idem Panormit. hîc. Felin. in cap. veniens. 2. column. 4. de teſtib. inf. C. M.

Cap. 19. *Relatum.*

CASUS.

In Caſu. Ibi. *Mortuo mandante procedi poteſt per litteras ab eo impetratas ſi lis ſit conteſtata, aliàs non, hodie poteſt ſi ante citantur.*

Lite conteſtata ante mortē mandantis, perpetuatur mandati executio.

Et requiritur citatio executa, nec ſat eſt commiſſio. Philipp. Decius. hîc. num. 5. quamvis aliter Decius. in cap. ſequenti. & diſtinguat in leg. mors. num. 48. de juriſd. omn. Jud. C. M.

Huic cap. junge cap. gratum. hîc. & cap. ult. infr. de offic. leg. quæ non corrigunt cap. relatum. ſed illud interpretantur, explicant, & ampliant, Panorm. hîc. ſumma doctrinæ eſt, delegati juriſdictio, poſt delegantis mortem perpetuatur, non tantum per litis conteſtationem, ſed ſola citatione. Quærebatur an etiam commiſſione Judicis delegati pro reo citando perpetuetur, ſi moriatur delegans, commiſſione nondum executioni mandata, neque libello citationis dato, diſputant Joann. Andr. Zabarel. Panorm. & Decius. hîc. ſed præcipuè ad cap. ult. infr. de offic. delegati. quidam commiſſionem ſufficere dicunt. argum. cap. gratum. verb. propoſito citationis edicto. quibus ſignificari commiſſionem autumant, & malè citationem, namque ſignificat in leg. 68. 69. 70. & ſeqq. dig. de judic. Cujac. obſervat. lib. 20. cap 11. & eam præcipue quæ fit per proclamationem authore Judice, cum ignoratur quis ſit citandus, de qua idem Panorm. ad cap. gratum. infr. hîc. G. D. P.

Per quæ continuatur & perpetuatur delegati juriſdictio poſt mortem delegantis.

Cap. 21. *Prudentiam. §. Sexta nobis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si ob aliam juſtam cauſam fuerit excommunicatus.* Ibi. *Hodie Litteræ impetratæ ab excommunicato, bene valent, & eo abſoluto proceditur per eas. infr. de except. pia. lib. 6.* Ibi. *Hodie.*

An per excommunicationem impetrantis expirent litteræ.

Falſum eſt per cap. 1. de reſcript. in 6. & in cap. pia. eod. procedebatur coram Ordinario. Panorm. Felin. *hîc. vero coram delegato.* C. M.

Conciliatio pugnantium inter ſe Capitulorum.

Illud poſterius ſupra notatum hîc. *vero coram delegato*, additum eſt majoris elucidationis gratia. F. P.

Diſtinguenda ſunt tempora, hoc cap. eſt Cœleſtini III. quo ſtatuitur actorem excommunicatum, non eſſe audiendum à Judice delegato, niſi abſolutus fuerit. cap. 1. de reſcript. in 6. eſt Gregorii IX. quo cavetur reſcriptum ab excommunicato improbatum non valere, nec proceſſum à Judice delegato inſtructum: inter utrumque ea eſt differentia, Cœleſtinus loquitur de excommunicatione contingente poſt reſcriptum, quod valuit, ut & proceſſus inſtructio, qua pendente poteſt excommunicatus abſolvi. Gregorius IX. agit de excommunicationis reſcripto præcedente, cujus obſtaculum reſcripti vitiat impetrationem, ut & proceſſum, qui non validatur abſolutione, propter reſcripti nullitatem. cap. pia. de except. in 6. continet deciſionem generalem Innocentii IV. in Concilio Lugdunenſi, quæ emanavit pro ampliori cap. exceptionem. de exceptio. apud Gregor. (quod eſt ejuſdem Gregorii IX) interpretatione: utrumque cap. Judices reſpicit Ordinarios, apud quos excommunicati litigare poſſunt, niſi de actoris excipiatur excommunicatione, non idem in Judicibus delegatis, ſi reſcriptum impetravit excommunicatus tacita excommunicatione. G. D. P.

Conciliatio eorumdem Capitulorum inter ſe pugnantium per tempora & Authores.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Abſolvendus debet remitti excommunicatus actor ad excommunicatorem.* Ibi. *Quia iſti*

Alia conciliatio inter litigantes corā Ordinario, & coram delegatis Judicibus.

Source : BIU Cujas

Ubi excommunicatus litteras impetrat, debet remitti ad excommunicatorē absolvendus, ut procedere possit in lite.

delegati, aliàs non habent potestatem absolvendi, nisi primo excommunicatorem requirant. Ibi. *Sub conditione absolutio mandatur, & ita ante conditionem existentem absolvere non possunt.*

Concordat textus cum glossa in leg. si quis loquples. dig. de manumiss. testam. *& totam hanc glossam sequitur Panorm.* C. M.

Prima pars hujus prænotati à Molinæo ab emendatoribus Romanis est usurpata, omissa posteriori parte ab his verbis, & totam hanc glossam sequitur Panorm. F. P.

Ibidem. §. *Si vero.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si excommunicatores malitiosè distulerint absolutionem; tunc delegati eamdem jurisdictionem quam in principali, in accessorio exercebunt.* Ibi. *Procedent in negotio sibi commisso principali, sed in alio procedere non possunt; etiam si ille reus & ille actor consentirent, quia jurisdictio istorum prorogari ad istum tertium non posset, cum de illo in litteris non fiat mentio, cum talis jurisdictio sit delegata.* Ibi. *Ad istum tertium.*

Excommunicatore negligente absolvere excommunicatum impetrantem litteras, delegati procedent ad absolutionem.

Imo etiam in invitos, & respectu tertii procedent in causa, ob negligentiam excommunicatorum, quatenus tangit articulum satisfactionis, Joann. Andr. Panorm. Gemin. consil. 4. column. 1. C. M.

Cap. 22. *Cum causa.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ab illis duobus, scilicet delegatis tantum, te fratre Rheginonensi Archiepiscopo, ut est in inscriptione, pariter delegato cum duobus, inconsulta causa fuerat prius evocata.* Ibi. *Citare non possunt ut veniat, scilicet codelegatus, sed admonere possunt ut veniat & rogare, & si non venerit usque ad tertiam monitionem, tunc possunt alii procedere, scilicet codelegati.* Ibi. *Ad tertiam monitionem.*

Pluribus delegatis Judicibus, debet absens moneri ut veniat, & an trina, an unica.

Dic quod sufficit unica monitio, gloss. Clement. I. §. 1. versic. requisierunt de hæret. Cardin. Panorm. Felin. Philipp. Decius hîc. Ludovicus Roman. sing. 424. ego dixi. & consil. 427. Alexand. consil. 181. num. 2. ubi tetigi. lib. 4. Gemin. cap. si contra. eod. in 6. Felin. cap. ex litteris. column. 4. de constit. Decius cap. ex parte. column. 1. de appellat. C. M.

In pluribus delegatis Judicibus, quibusdam non se exhibentibus, debent unica tantum monitione evocari, ad conciliationem capitulorum inter se pugnantium.

Hostiens. idem cum glossa sentit contra Tancred. & Philipp. ut hîc notat Petr. de Anchar. & omnes unam sufficere monitionem dixerunt, juxta glossæ doctrinam ad Clement. I. de hæret. quæ putat unam sufficere requisitionem, inter Episcopum & Inquisitorem à Papa deputatum, cum agitur de reo carceri duro tradendo, tormentis exponendo, vel condemnando, unde generaliter definierunt unicæ monitioni standum; glossa vero nostra, tribus delegatis in civili causa, vult præsentes posse judicare, post trinam absentis monitionem. Non puto glossas pugnare, sed unicam monitionem sufficere, tres adhiberi posse, si ita præsentibus visum fuerit, vel ordinariis, vel delegatis suis in materia civili sive criminali, nec ex speciali decisione vel opinione per verbum puto regulam facilè constituendam. G. D. P.

Cap. 23. *Cum super.*

CASUS.

In Casu. Ibi. *Duobus Judicibus delegatis, sub hac formula, ut alter solus, altero nolente, aut etiam non valente, mandatum Apostolicum adimpleret, altero recusato, nec tamen recusationem admittere volente, si post appellationem interpositam à non admissa recusatione, alter pronunciaverit cum delegato, non potest amplius procedere solus in vim rescripti, quia confessus est se non posse solum procedere, nec fuisse suæ intentionis, ut procederet.* Ibi. *Nec erat suæ intentionis.*

De pugna voluntatis & potestatis in executione delegationum.

Et hoc ex conjecturis apparebat, aliàs secus, maximè si esset protestatus, quod intendebat solus procedere, in quantum solus habebat potestatem, quia tunc nulla est pugna voluntatis & potestatis. Panorm. Felin. Philipp. Decius. num. 8. Alexand. leg. si servus plurium. §. final. de leg. 3. consil. 55. num. 8. lib. 5. Francisc. Curtius. consil. 73. column. 9. C. M.

Cap. 24. *Consuluit.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ubi expirat jurisdictio, non est expectandus contumax in diem sequentem, nisi gratiam fecerit benignitas judicantis.* Ibi. *Sed videtur quod de jure mero teneatur expectare, usque in diem sequentem. dig. de verb. oblig. leg. qui hoc anno.*

Non est expectandus non veniens sub finem termini delegatæ jurisdictionis.

Illud in obligatione, hîc secus, propter Judicis contemptum. dig. de arbitris. leg. celsus. Joann. Andr. *Item in citatione semper subintelligitur hora solita & congrua.* C. M.

Illius subnotati Molinæani prima pars ab emendatoribus Romanis fuit usurpata, omissa posteriori ab his verbis, *item in citatione ad finem usque.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. *Congruam procedendi horam intelligimus, ex qua possis perficere ante noctis. tenebras.* Ibi. *Quid si Judex processit in tenebras ad lumen candelæ, numquid valet quod agitur? credo quod valeat processus.*

An valeat in judicio quod fit in hora nocturna.

Scilicet si pars comparuit, & non appellavit. Panorm. C. M.

Ad illud quod ibi dicitur an in noctem protrahenda & dicenda judicia, vide Scipionem Gentilem de jurisdictione. lib. 2. cap. 29. pag. 317. & seqq. & de electione ad candelæ lumen facta, vide cap. 52. cum in veteri. de elect. apud Gregor. & adde addictiones publicas ad extinctionem candelæ factas. apud Francisc. Raguel. in indice jur. Reg. in verb. *Chandelle.* F. P.

Cap. 26. *Quærenti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Delegata jurisdictio durat post sententiam latam, ad exequendum usque ad quadrimestre tempus.* Ibi. *Et in criminali statim mandanda est executioni sententia.* Ibi. *Statim.*

An in criminali negotio statim mādanda executioni sententia.

Imo de jure expectantur decem dies. Bartol. leg. qui ultimo. de pœnis. Panorm. Felin. hîc. & cap. 2. infr. de re jud. C. M.

Addere debuerat Molinæus id non servari de consuetudine, dixisse. Bart. Panorm. & Felin. G. D. P.

In id an sententia criminalis statim exequenda vel executio differenda, remissio ad varios locos & authores de ea re tractantes, ut pugnantes inter se sententiæ concilientur.

De pœna mortis statim exequenda, vel differenda. Vide Dom. Cujac. lib. 5. observat. cap. 9. & eumdem. lib. 20. observat. cap. 32. ubi expressè tractat non differendum, & ad conciliationem legis penultimæ. cod. de custodia reorum. quæ vult convictum & damnatum veloci pœna subducendum, cum leg. si vindicari. 20. cod. de pœnis. qua sancitum sententiam capitalem ab ipso Principe prolatam, non exequendam nisi post triginta dies. Vide Guilelm. Fornerium ad Cassiodorum. lib. 7. cap. 7. de formula Comitivæ provinciæ. fol. 763. vers. Langl. otii semestri. lib. 11. cap. 2. pag. 781. Ferrerium ad Guid. Pap. decis. 74. ubi differentiam statuunt inter sententiam à Judicibus ordinariis latam, qui frustra differant, cum mutare aut temperare non possint, & eam quæ à Principe profertur, quæ ab eo revocari, corrigi & moderari potest, & de hoc est d. lex. vindicari. de pœnis. cujus promulgandæ occasionem, suadente d. Ambrosio ipsimet Theodosio, ob cruentam ultionem de Thessalonicensibus immoderatius acceptam, explicant supra laudati authores ibidem, cum lex quinta & penultima. cod. de custodia reorum. sit de sententiis capitalibus Judicum ordinariorum statim exequendis; & rectè hîc adnotavit Dom. G. D. P. laudatos authores à Molinæo dixisse dilationem executionis sententiæ capitalis non servari de consuetudine. F. P.

Imperialium judiciorum criminalium executio differenda, & quare.

Ibidem.

In Glossa verb. *Delegatus Judex ad integrum annum ad exequendam sententiam jurisdictionem valeat*

GLOSSA.

Source : BIU Cujas

exercere. Ibi. *Quia cum effectu perveniſſe dicitur. ibi. Sed contra videtur, quia functus officio ſuo.*

An data ſententia expiret juriſdictio delegati.

Et benè. niſi ſententia non eſſet executa, vel victus non paruit executioni, vel illico turbet. Panorm. Felin. hîc. Paul. leg. ſed ſi poſſeſſori. in principio. de jurejurando. C. M.

Cap. 27. *Super quæſtionum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Subdelegatum executorem, junctis ſequentibus, ad aliquem articulum quempiam deputatum.* Ibi. *Non tam cognitorem quam executorem, puta de aliqua exceptione, utrum teſtis ſit admittendus.*

De commiſſione nudi miniſterii, vel cognitionis.

Malum exemplum, quia hîc habet interloqui, ſed exemplifica in commiſſione nudæ receptionis teſtium, vel calculandæ rationis. C. M.

Ibidem. §. *Quod ſi delegatus.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Quod ſi delegatus nobis litis exordium duxerit committendum.* Ibi. *Proprie vero exordium litis, eſt litis conteſtatio.* Ibi. *Proprie.*

Quid ſit litis exordium & ut conteſtatio quandoque dicitur.

Idem Panorm. hîc. legiſtæ in leg. cauſas. cod. de tranſact. leg. properandum. in principio. cod. de Judic. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Judex à Papa delegatus poteſt quemlibet cauſæ articulum alii delegare.* Ibi. *Niſi cauſa ſit criminalis, quæ non delegatur.*

An delegatus poſſit aliquem cauſæ articulum delegare etiam in criminali.

Imo jure canonico omnia delegantur. Panorm. Felin. in cap. quod ſedem. infr. de offic. ordin. C. M.

Ibidem. §. *Verum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Subdelegatus de partium detur vel recipiatur aſſenſu.* Ibi. *Contra 2. quæſt. 6. à Judicibus. Sed illud loquitur de arbitris compromiſſariis à quibus non appellatur.* Ibi. *Compromiſſariis.*

Ab arbitris cõpromiſſariis an appellandum.

Quod voluntate, non juris neceſſitate adeuntur. infr. eod. cap. ab arbitris. lib. 6. Joann. Andr. ſecus ſi ex neceſſitate ſtatuti. Bart. Bald. Salicet. Jaſon. d. leg. final. num. 6. Aretin. lib. 1. cod. de arbitris. C. M.

Illius ſubnotati à Molinæo prima pars à Romanis emendatoribus uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis, *ſecus ſi ex neceſſitate uſque ad finem.* F. P.

Ibidem. §. *Porro.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Cum delegatus à nobis (id eſt Papa. Juncta Inſcriptione. Idem. id eſt Innocentius III. Cantuarienſi Archiepiſcopo) juriſdictionem ſuam transfert totam.* Ibi. *Non tamen Judicis dandi licentiam committere poteſt, licet illud ſit de juriſdictione.* Ibi. *Judicis dandi licentiam.*

An delegatus Judicis dandi licentiam habeat.

Unde tenet Felin. hîc. Panorm. infr. eod. cap. & §. ſi vero. quod nullus delegatus poteſt dare poteſtatem ſubdelegandi. Idem Alex. in rubr. column. 3. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdictio. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Cum autem aliquid ſibi de juriſdictione reſervat delegatus, ſi cauſa ſit ei, appellatione remota, commiſſa.* Ibi. *Quia idem eſt ſi non ſit remota, quia utroque caſu appellatur ad eum, & non ad Papam.*

A ſubdelegato delegati à Papa, ſibi partem juriſdictionem retinentis, appellatur ad delegantẽ, non ad Papam.

Et ſpeciale eſt in delegato Papæ, qui ſubdelegat non in totum, ut non poſſit medium omitti, & recta appellari ad Papam. Panorm. cap. cum Berthold. in fine. infr. de re jud. Felin. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Si vero.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Si vero duo ſunt à Principe delegati, & unus committit vices ſuas alteri, ille nec poteſt, nec debet appell. remot. procedere.*

Habens duplicem authoritatẽ & qualitatem, non cenſetur ſe arctare ad unam tantum.

Doctores valde ſe intricant, ego vero totum hunc §. intelligo, quando iſte vult procedere ex utraque qualitate ſimul, delegata, & ſubdelegata, & hoc conſtat. Ad hoc relativum *ille*, quod implicat qualitates prædictas, ſecus ſi ex una qualitate vellet procedere, videlicet ſua propria, quia dico quod poteſt, quatenus extenditur virtus reſcripti: non poteſt jure ſuo proprio uti, ſive alius, ſive idem ſit ſubdelegatus à collega, & in dubio non præſumitur velle ſe arctare, ut dixi ſupr. eod. cap. cum ſuper. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Nec poteſt appellatione remota procedere.* Ibi. *Hodie locum non habet quod dicitur non poteſt appellatione remota procedere, quia appellatio ipſo jure remota eſt.* Ibi *Hodie.*

Quæ ſit vis & authoritas delegationis, ut appellatione remota procedatur.

Dic quod hæc clauſula operatur reſpectu cujuslibet appellationis, quæ à jure non approbatur. Panorm. ut infr. de appellat. cap. paſtoralis. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Nec cauſam alii delegare. Junctis præcedentibus in duobus immediate articulis.* Ibi. *Hoc enim non poteſt, cum ſit delegatus ab alio quam à Principe, niſi ſit delegatus ad univerſitatem cauſarum, contra infr. de re iudic. cum Bertholdus.*

An delegatus ſubdelegare poſſit, vel non, & quid & quomodo.

Ibi delegatus inferioris, ſubdelegavit articulum non juriſdictionalem, quod poteſt Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Propter rationem ſuperius aſſignatam.* Ibi. *Appellandum eſt ad delegantem primum, quia nihil remanſit de iuriſdictione penes ſubdelegantem. eodem. cap. §. porro.*

A ſubdelegato ad quem appellandum, an ad ſubdelegantem an ad ſuperiorẽ.

Imo in hoc §. quia ut cenſetur ſubdelegata tota, quoad impediendam ſubdelegationem: ita delegata tota, quoad appellationem interponendam. C. M.

Cap. 28. *Paſtoralis.*

Glossa.

In Gloſſa in additione verb. *Si perſonis ſuperioribus duxerit delegandam.* Ibi. *Et hodie delegatus Papæ non poteſt ſubdelegare, niſi iis perſonis, quibus Papa delegat.* [a]

Delegatus Papæ quibuſnam poſſit ſubdelegare partes ſuas.

Niſi ſit nudum miniſterium. deciſ. Tholoſ. 12. C. M.

[a] Juxta cap. ſtatutum. de reſcriptis. in 6. F. P.

Ibidem. §. *Quia vero.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Etſi ſciat injuſtam, exequi nihilominus tenetur eamdem.* Ibi. *Ad intelligentiam eius. quod hîc dicitur nota quod duplex executio, mera, & mixta, mera executio dicitur, quando partibus præſentibus cognitum eſt de cauſa ab aliquo.* Ibi *De cauſa.*

Quæ ſint partes meri executoris.

Et etiam de executione facienda, ut nihil reſtet niſi exequi. Panorm. Felin. C. M.

Cap. 29. *Ex litteris.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Niſi ſecundæ litteræ priorum expreſſam fecerint mentionem.*

Secundæ litteræ non valent niſi priorum faciant mentionem.

Etiam expreſſiſſimam, ut inquit Innocent. quem Panorm. & Felin. ſequuntur. C. M.

Cap. 30. *Licet.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Mandatum, re integra, morte mandantis expirat.* Ibi. *Quid ſi delegans non moritur, ſed deponitur, non procedet.* Ibi. *Deponitur.*

Mandatum, re integra, morte mandantis, vel naturali, vel civili expirat.

Scilicet re integra, aliàs procedet, & idem de excommunicato publicè. Panorm. C. M.

Cap. 32. *Cum olim Abbas.*

Textus.

In Textu. Ibi *Cum Comes Altiſſiodorenſis quoddam ſtagnum, molendinum, & domum in terra Abbatis Vergiliacenſis conſtruere niteretur in eius præjudicium, Epiſcopo & Theſaurario Nivernenſi cauſam commiſimus. Juncta Inſcriptione. Idem. id eſt Innocentius III.*

Commiſſiones cognitionum rerum temporaliũ ab Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticis, factæ, ſunt abuſivæ.

Circa annum 1200. ſed poſt 120. alios annos Philippus Valeſius Francorum Rex, orante doctiſſimo viro dom. Petro de Cugneres Advocato ſuo, temporalium juriſdictionem ab Eccleſiaſticis uſurpatam ad ſe reduxit, unde in Regno Franciæ hujuſmodi commiſſiones ex tunc fuerunt, & ſunt abuſivæ. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Et poſtquam Comes, ſcilicet Altiſſiodorenſis, publicatis atteſtationibus, cognovit ſuper articulo non commiſſo depoſitum, protinus contra-*

Source : BIU Cujas

dixit. Ibi. *Ex hoc videtur, quod si procurator fines mandati excedit, domino sciente, quod præjudicet domino, nisi statim contradicat.*

De procuratore excedente fines mandati, an domino scienti & contradicenti præjudicet vel non.

Hostiensis contra. quoad hunc casum : cum nullum esset judicium ipso jure. dig. de judic. licet. quod puto propter jurisdictionis defectum. Sit ergo vera glossa in processu habito per procuratorem, ultra formam mandati, coram ordinario, vel delegato, in eo quod Judex erat. Joann. Andr. Panorm. Felin. hîc. Limitat Philipp. Decius. consil. 337. consil. 672. dixi ad Alex. consil. 84. lib. 5. C. M.

Illud subnotatum Molinæi ab emendatoribus Romanis est usurpatum, resecta posteriori parte, quia nimium & apertius Molinæum exhibebat authorem ab his verbis. *Panorm. Felin. hic. usque ad finem.* F. P.

Cap. 33. *Cum olim magister.* §. *Sanè.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si non recepisset scripta suspecta.*

De pœna falsi. Aliàs supposita. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sigilla violavit, & scripta, quæ nobis præsentanda erant, non erubuit aperire.* Ibi. *Puniendus tanquam falsarius, & ob hoc privari debuit beneficio. supr. de rescriptis. olim. & infr. de fals. ad audientiam.* Ibi. *Puniendus ut falsarius.*

Iterum de pœna falsi in aperura scripturarum & violatione sigillorum.

Dic quod ob solam aperturam non punitur ut falsarius, secus de eo qui ostendit adversario. C. M.

Cap. olim. de rescriptis. falsarius beneficio privatur. cap. ad audientiam. de crimine falsi. à suis ordinibus degradatur ; cæterum aliud est acta & relationes judicum superiori sigillatas remissas portando sigillum violare, aliud epistolas privatorum aperire per nuntium, & adversario scribentis ostendere, de quo male versante nuncio & infideli. Panorm. hîc. post Bartol. ad leg. 1. §. is qui deposita. dig. ad leg. Corneliam de falsis. sed in nostra hypothesi notandum D. Pium, cum provinciæ Africæ præesset, edicto proposuisse, ut Irenarchæ latronibus apprehensis, & de sociis & receptatoribus interrogatis, horum interrogationes litteris inclusas & obsignatas ad magistratuum cognitionem mitterent. l. 6. de custod. & exhibit. reor. hinc usus semper in criminibus, sæpe in civilibus acta processus ad superiorem, aut alium Judicem, si casus occurrat amandare. *En un sac clos & scellé* ; id fecerat delegatus ab Innocentio III. actis sigillatis ad ea perferenda, B. litigatori commissis, qui sigilla violavit, qui tamen falsarius non est jure Romano, solus ea pœna falsi tenetur, qui alterius testamentum aperuit. leg. 1. §. 5. dig. ad leg. Corneliam. de falsis. Cæterorum subreptio instrumentorum non est criminis publici. leg. instrumentorum. dig. eod. erit ergo reus pœna puniendus arbitraria, nempe Judicis arbitrio, ex mente Panormit. hîc. Argumento sumpto ex cap. de causis. §. unico. supr. eod. nisi dicas esse hîc. depositorum instrumentorum speciem, quæ prodidisse recte depositarius dici posset ; quo sensu sigillorum violator, ex mente glossæ ut falsarius, id est quasi falsarius puniendus est, ex cod. leg. 1. §. is qui deposita. dig. ad leg. Cornel. de falsis. leg. si quis aliquid. §. instrumenta. dig. de pœnis. & ex Paulo. lib. 5. sententiarum. tit. 21. §. instrumenta. G. D. P.

De eo qui instrumenta clam ad superiorem delata aperuit & sigilla violavit.

An qui instrumenta subripuit tanquam falsarius puniendus.

Cap. 34. *Coram.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quod si ambo delegati interesse non possent, quod non intelligitur nisi personaliter interesse.* Ibi. *Imo dico, quod ille qui interesse non potest per impotentiam facti temporalis, potest committere vices suas.* Ibi. *Facti temporalis.*

Quando purificati dicitur conditio vel clausula, vel non.

Temporalis & evitabilis, secus si perpetuum impedimentum, vel inevitabile, quia esset purificata clausula. Panorm. Felin. C. M.

Cap. 35. *Cum R. Canonicus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum causam inter R. Canonicum Januensem, & Petrum Civem Januensem, à nobis obtinuerit delegari.* Ibi. *Sed quomodo Papa committit hic causam contra laicum, intelligo quod causa spectabat ad forum Ecclesiæ, puta causa usurarum.*

Causa usurarum cujus sit fori civilis, an Ecclesiastici.

Imo hæc est de foro sæculari, ut dixi in tract. usurarum. num. 155. & in annotat. ad Philipp. Decium. in leg. rogasti. §. si tibi. si certum petatur. & consil. 170. C. M.

De usuris cognoscit Judex Ecclesiasticus cõtra Clericum, & Judex laicus contra laicum.

Usurarum quæstionem nec esse mere fori Ecclesiastici exterioris, nec mere fori sæcularis, rectè docet Covarruv. var. resol. lib. 3. cap. 3. sed de ea. cognoscere Judicem Ecclesiasticum in Clericum, & Judicem sæcularem in laicum. G. D. P.

Cap. 36. *Cum contingat.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Utriusque partis probationes sunt admittendæ. infr. de testib. cum tu.* Ibi. *Et potest dici quod illa decretalis. cum tu. Loquitur, cum testes utriusque erant æquales, ut sic fiat interpretatio pro utrisque partibus, ne de periurii reatu notentur.*

In casu æqualitatis testimoniorum utriusque partis quid dicendum.

Hæc glossa reprobatur per Panorm. Felin. in d. cap. cum tu. & per Dominic. & Felin. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nihilominus esset absolutio impendenda humiliter postulanti. Junctis præcedentibus. Episcopum nolentem probare se juste excommunicasse, ante absolutionem non esse audiendum, nam etsi pro certo constaret rationabiliter excommunicatum.* Ibi. *Non debet quis admitti ad probandum illud quod probatum non prodest.*

Utrum quis debeat admitti ad probandum quod probatum non relevet.

Bald. cap. dilecti. infr. de except. & ibi Philipp. Decius. num. 4. sed solet admitti, salvo jure impertinentium. Joann. Andr. Panorm. hîc. Philipp. Decius. cap. in præsentia. num. 34. de prob. C. M.

Ibidem.

GLOSSA additionis. In Glossa verb. *Nihilominus absolutio impendenda. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Non debet admitti ad probandum, nisi sub illa protestatione, si de jure valere debeant, valeant, aliàs non.*

De eadem materia cum præcedenti.

Idem Panorm. hîc. Alexander consil. 176. num. 7. lib. 6. ubi tetigi. & ad Philipp. Decium. consil. 162. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa additionis verb. *Post absolutionem, probationibus utriusque partis admissis.* Ibi. *Et ita patet quare admittantur probationes post absolutionem, pone quod excommunicatus pro contumacia petat se absolvi à Judice.* Ibi. *Pone.*

Observatio ad additionem glossæ.

Hæc additio vetus est. C. M.

Cap. 37. *Venerabili.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cephaludensem Episcopum restitui faceret ad Episcopatum, & alia quibus fuerat spoliatus.* Ibi. *Per Fridericum Imperatorem.*

Ad historiam temporis illustrãdam.

Fridericum scilicet II. nepotem Barbarossæ, ut dixi in Consuetud. Paris. tit. 1. in rubric. num. 41. cum sequent. C. M.

Cap. 40. *Petro & G.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Mutuum promissum loco & termino non persolvit.* Ibi. *Sed in bonæ fidei judiciis, si promisisti mihi solvere certo loco, interesse venit tunc jure actionis.*

Differentiæ inter bonæ fidei judicia & stricti juris.

Imo adhuc officio judicis, tamen secundum naturam actionis. leg. qui per collusionem. §. final. de act. empt. unde sublato principali extinguitur. leg. centum Capuæ. de eo quod certo loco. leg. 4. cod. depositi. cur autem in stricti juris judiciis dicitur arbitraria, dixi in tract. usur. q. 74. n. 514. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Excommunicationis & interdicti sententiam in personam & terram promulgares.* Ibi. *Potest se obligare sub pœna beneficii sui.*

De obligatione sub pœna beneficii amittendi.

Erga superiorem, qui potest destituere. Joann. Andr. Felin. C. M.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ejus qui non continebatur in litteris, juriſdictionis prorogatio nulla.* Ibi. *De perſona in perſonam fit prorogatio iuriſdictionis, & tunc prorogatur iuriſdictio altera parte invita.*

De prorogatione juriſdictionis & quomodo facienda.

Ergo non eſt prorogatio hominis, ſed legis, imo verius non eſt prorogatio, ſed tacitè ineſt, item de perſonis eidem negotio connexis. Panorm. Felin. hîc. Cynus Bald. leg. ſi quis ex conſenſu. cod. de Epiſcop aud. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS.

De officio Legati.

Cap. 1. *Cum non ignores.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cantuarienſis Archiepiſcopus, licet jure Metropolitico cauſas de Epiſcopatibus ſuffraganeorum audire non debeat, tamen legationis ſuæ obtentu univerſas quæ per appellationem vel querimoniam ad ſuam audientiam perveniunt, audire poteſt & debet.* Ibi. *Legati Cardinales qui mittuntur de latere Domini Papæ, habent maiorem iuriſdictionem tam contra exemptos, quam contra omnes alios.* Ibi. *Exemptos.*

Legatorum de latere poteſtas exponitur.

Cap. ſi Abbatem. de elect. in 6. cap. 1. de verb. ſignific. in 6. Panorm. C. M.

Cap. 6. *Dilectus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Plus habet in conceſſione Prælatus, quam in præſentatione Patronus.* Ibi. *Si vero pertinet Patronatus ius alicui ratione Eccleſiæ, tunc Legatus poteſt conferre etiam invito illo Prælato.* Ibi. *Ratione Eccleſiæ.*

De patronatu laico vel Eccleſiaſtico cuipiam, etiam Eccleſiaſtico competenti ratione caſtri aut in feudum alterius Eccleſiæ.

Abſolutè, ſecus ſi ratione caſtri, quod Eccleſia tenet in feudum, ſive à laico, ſive ab alia Eccleſia, quia tunc reputatur laicum, nec poteſt Papa prævenire, per ea quæ dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 46. num. 20. cum ſequ. C. M.

De patronatu clerico competenti, aut ratione Eccleſiæ, aut ratione patrimonii, quid juris.

Doctrina fuerat Molinæi eo loci, primum Clericos feuda habentes, ſui ratione patrimonii cenſeri laicos, & ſubeſſe Principi temporali, ſecundò jus patronatus, quod competit Clerico ratione ſui patrimonii, vel caſtri, eſſe laicum, cui nec Papa, nec Legatus derogare poſſit, & rectè; at ſi Clericus ſui ratione beneficii, vel Eccleſiæ jus habeat patronatus, ratione caſtri vel alterius patrimonii Eccleſiaſtici, ex fundatione ab initio laica, à die quo Clerico ut Clerico, vel Eccleſiæ jus patronatus illud competit, erit Eccleſiaſticum, non laicum, ita ut patrono ſemeſtre competat ad præſentandum. Geminian. Philipp. Francus. ad cap. unic. de jure patron. verb. ipſe vel is à quo. num. 32. non obſtante contraria Molinæi opinione hîc. & ad reg. de infirmis reſign. num. 45. quod amplius agit Garc. de benef. part. 5. cap. 1. num. 553. G. D. P.

Conciliatio ſententiæ & opinionis Molinæanæ cum præcedentibus.

Non eſt contraria opinio Molinæi, neque hîc neque ad regulam de infirm. num. 45. imo ad illud cap. unicum. de jure patron. in 6. adnotavit in verb. ſemeſtre. conſentiendo deciſioni gloſſæ, ex quo res facta eſt Eccleſiaſtica, Eccleſiaſtico jure cenſeri, ubi remittit ad eumdem locum commentarii conſuet. Pariſ. §. 46. niſi quod remittat ad num. 21. quod in utroque numero 20. ad quem hîc. remittit, & 21. quem laudat in nota ad illud cap. unicum. de jure patron. eam materiam pertractaverit. F. P.

Cap. 7. *Novit ille.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nondum tamen fuerit terminos ſuæ legationis egreſſus.* Ibi. *Ad hoc dicas, quod nullus Judex poteſt excommunicare vel abſolvere, extra provinciam.*

De juriſdictione voluntaria, vel contentioſa, extra terminos exercenda, vel non.

Hoc verum, ſi velit contentioſè procedere, ſecus ſi ſine cauſæ cognitione, quia tenet, licet malè faciat; & quæ expediuntur ſine cauſæ cognitione, poſſunt exerceri extra territorium, aliàs non. C. M.

Cap. 10. *Nemini.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Legatorum Sedis Apoſtolicæ ſtatuta dic tanquam perpetua.* Ibi. *Remiſſiones factæ locis relligioſis, numquid ſunt perpetuæ? verum eſt quod valent perpetuò, ſicut ſtatuta.*

Statuta Legatorum an ſint perpetua.

Idem Panorm. dic quod ſtatuta ſemper perpetuò durant. Idem in ſententiis quæ jam injecerunt vinculum perfectum, ſecus ſi momentaneum. leg. final. dig. de pœnis. niſi adſit cauſæ cognitio. adde Panorm. cap. à nobis. infr. de ſentent. excommunic. ſpeculator. in tit. de leg. §. 4. num. 41. Math. Afflict. deciſ. Neapol. 127. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-PRIMUS.

De officio Judicis ordinarii.

Cap. 1. *Pernicioſum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Habeant Epiſcopi poteſtatem, adulteria & ſcelera inquirere.* Ibi. *Cum frequens & clamoſa eſt fama contra ſubditum, quæ vim obtinet accuſationis.* In verb. *Clamoſa.*

Ubi fama eſt de crimine, Ordinarius ſtatim inquirere poteſt.

Et ſic ſecundum jus. Bald. hîc. Aretin. cap. cum oporteat. cap. qualiter & quando. de accuſat. Andr. Alciat. hîc. num. 34. reprobans Angelum Peruſinum in leg. ſi vacantia. de bon. vacant. lib. 10. cod. ubi dicebat (licet malè) per hunc textum. quod Ordinarii inquirunt ſine fama, licet ſecus in delegatis, quia imo idem de Ordinariis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Secundum Canones. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Alii dicunt quod licet Judex aliud habeat in conſcientia ſua, quam conſtet per allegata, debet iudicare ſecundum quod facta eſt fides ſibi in iudicio.*

Judex debet ſecundum allegata & probata judicare.

Idem Cardin. Florent. Panorm. cap. paſtoralis. §. penult. ſupra. de offic. & poteſtat. Jud. delegat. C. M.

De ea quæſtione, utrum Judex debeat judicare ſecundum allegata & probata, an ex conſcientia, vide quæ notantur apud Donell. Enucl. lib. 26. cap. 3. in princip. & apud Coraſ. in miſcellaneis. lib. 4. cap. 20. ubi citat A. Gell. lib. 14. noct. attic. ubi Cujac. in nota marginali manuſcripta quæ apud me eſt, remittit ad leg. illicita. 6. §. veritas. de offic. Præſidis. & ad eamdem materiam vide Mornac. in ſuis obſervationibus. F. P.

Cap. 2. *Si Sacerdos.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Removere a communione.* Ibi. *Sed ſi Epiſcopus dicat excommunico unum de illis, qui tale factum fecerunt, videtur quod nullus ſit excommunicatus, contra quod uterque ſit excommunicatus. dig. de adim. leg. §. ſi duobus.*

Excommunicatio debet eſſe certa & de certa perſona.

Adde quod hæc lex ſi duobus. facit pro opinione gloſſæ, non pro contrario ad quod inducit. C. M.

Illud quod margini adnotatum à Molinæo, uſurpatur hîc ab emendatoribus Romanis, & margini ſuæ annectitur. F. P.

Quod ſententia excommunicationis incerta nulla ſit.

Quæſtio gloſſæ eſt, ſi Epiſcopus pronunciet excommunico unum de illis qui tale factum fecerunt; primò gloſſ. nullum videri excommunicatum dicit, ſecundò quod uterque ſit excommunicatus, & ſolvit verum eſſe quod neuter eſt excommunicatus, quia ſententia incerta eſt, quam ſolutionem Molinæus dicit fulciri authoritate d. leg. 3. §. ſi duobus. dig. de adim. legatis.

Ab incertitudine legati propter incertitudinem perſonæ concludit ad incertitudinem excommunicationis.

Hujus §. ſi duobus. hæc eſt deciſio, duobus Titiis legatis ſeparatim factis, puta Titio domum do lego, & uni ademerit, nempe legatum Titio factum adimo, nec appareat cui ademptum ſit, utrique legatum debetur, rationem reddit, quemadmodum ſi non appareat cui datum ſit, dicimus neutri legatum, ut ergo incertitudo perſonæ vitiat legatum, hæredis favore, ſic & incertitudo perſonæ vitiat ademptionem, favore legatariorum, ad cujus deci-

Source : BIU Cujas

sionis exemplum, cum non constet de excommunicantis intentione, neuter est excommunicatus, quia persona incerta non potest excommunicari, quod latè probat Ugolin. de cens. Eccles. tab. 1. cap. 17. §. 4. cæt. Molin. nota sumpta ex Panorm. hîc. num. 14. G. D. P.

Hodie nomina excommunicatorum non affiguntur valvis & foribus Ecclesiæ majoris, ut olim fiebat.

Hoc adeo verum est, ut ad innotescendam excommunicationem, olim excommunicatorum nomina publico programmati insererentur, & pro foris & valvis Ecclesiæ majoris affigerentur, ut notat Innoc. Ciron. in not. ad titul. de except. cap. 3. in 5. compil. decret. Honor. III. in verb. in sacris canonibus. quod capitulum non ponitur in Gregor. collectione, cujus tamen usus hodie abolevit propter decreta Concil. Basileensis, & pragmat. de excommunic. non vitandis. de quo te monitum volui. F. P.

Ibidem.

Glossa. In eadem Glossa. Ibi. *Sed verum est quod neuter est excommunicatus.*

De eadem materia quod excõmunicatio debeat esse certa. Idem Goffred. ex quo non constat de intentione excommunicantis. Panorm. C. M.

Cap. 3. *Cum ab Ecclesiarum.*

Glossa. In Glossa verb. *Absque Plebani conscientia non relaxes.* Ibi. *Sed pone quod Episcopus relaxet irrequisito Plebano, numquid tenet absolutio? utique, cum sit superior, & Ordinarius sua Diœcesis.*

De concursu potestatis accumulativæ, non privativæ. Et sic concurrit accumulativè, aliàs secus. Panorm. hîc. Gemin. Philipp. Franc. cap. Romana. §. sententias. de appellat. in 6. C. M.

Cap. 4. *Cum vos.*

Textus. In Textu. Ibi. *Ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere, & eos aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare. in verb. reservare.*

De abusu deportuum beneficiorum Curatorum. Hæc origo custodiarum, Galli deportus vocant, apud quos (ut Carnuti) grandis abusus est, quod Archidiaconi non reservant, sed in suum lucrum rapiunt, quod abusivum est, & omnino corrigendum, tango infra. de instit. cap. cum venissent. C. M.

Ad cap. cum venissent. nullam habemus Molin. notam. ad cap. 3. eod. tit. de instit. jus Regium Regaliorum probat, & probandum, hîc custodiam Archidiaconorum improbat. Hæ Decretales sunt Alexand. III. & Innocentii III. Archiepiscopo Cantuarienſi directæ, quæ jura & consuetudines, sive Archiepiscoporum, sive Episcoporum, & Archidiaconorum Angliæ respiciunt. Cæterum ab his non est danda custodiarum origo fructuum vacantium beneficiorum, sed à Concilio Calchedonensi, celebrato anno 451. sedente Leone I. cujus cap. 15. cautum est, ut decedentibus Episcopis, donec alii ordinarentur, reditus Ecclesiarum viduatarum integri apud œconomos earumdem reservarentur Ecclesiarum, eosque ad opus Ecclesiæ & successorum cedere definivit Innoc. II. can. illud. 45. 12. quæst. 2. idque tandem ad Ecclesias porrectum est parochiales. ut hîc. Inde Gloss. verb. futuris personis. dicit bona Ecclesiæ conservanda in tempore successoris, at in pluribus Diœcesibus Gallicanis usus invaluit, ut futuræ personæ sint Archidiaconi, vel Archipresbyteri, pendente vacatione, vel etiam litigio, donec fuerit possessio dicta fiduciaria, quia eorum studio & cura Vicarii constituuntur temporales, salario indicto, cæteraque onera & munia complentur, vocaturque illud jus deportus, quod abusivum & abolendum dixit Molin. hîc. & in 7. parte stili Parlam. §. 108. cujus non statur opinioni: imo Curiæ supremæ stant antiquis Consuetudinibus in judicando, nec abusivum dici potest, quod habet juris authoritatem & longissimo quæsitum est usu, sufficitque si fructus percipientes his non abutantur, putoque verb. hæc *futuris personis* his rectè adaptari

Origo deportuum sive custodiarum antiquior hîc aperitur.

Defenditur hîc deportuum sive custodiarum usus.

qui onera subeunt, cum nec successori in beneficium competant, nisi ab adepta possessione, atque his decessoris hæredes pro rata temporis participant. De hoc deportus jure D. Louetius & ejus commentator litt. D. num. 62. G. D. P.

De abusu deportuum ad authores remissio. De hoc jure deportus, & ejus abusu, vide eumdem Molin. in septima parte stili Parlam. Arrest. 108. in verb. *Deport.* Vide Conchil. in posthumis memorialibus reform. stat. Eccles. stat. pag. 115. Innocent. Ciron. in paratitl. decretal. fol. 201. & tandem tractatum nostrum & avitinum de benefic. Ecclesiasticis. ad verb. cum suo reditu. cap. 4. de oneribus Eccles. §. 15. de jure deportus sive annui. quod annotavi ad gloss. Pragm. Sanct. tit. de ann. §. voluit tamen. in verb. permutat. & in supplement. pag. 921. & seqq. & nota quod fallitur Dom. G. D. P. hîc dum illud inducit quod nulla sit nota Molin. ad cap. cum veniissent. de instit. cum eidem duæ sint notæ adjectæ, quarum prior est de concessione custodiarum Ecclesiarum parochialium Archidiaconis facta, & quod personæ hîc. & in Anglia, de qua sunt ista capitula, sunt rectores paroeciarum, ut alibi adnotatur, de quibus te monitum volui. F. P.

Nota in Dom. G. D. P.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Vos oportet ordinationes differre pro eo quod personæ minus idoneæ vobis præsentantur.* Ibi. *Sic patet quod patronus laicus, licet præsentet indignum, non est privatus, nec privandus potestate præsentandi, in verb. privandus.*

Patronus laicus præsentando minus idoneum, non privatur jure præsentandi pro hac vice. Panorm. hîc. reprobat hanc glossam, & tenet ipso jure privari, & devolvi, sicut in Ecclesiastico, sed glossa verior est, quia jure non cavetur, igitur per notam in cap. final. de jure patron. Imo non posset solus Papa statuere in præjudicium patronorum laicorum. per ea quæ dixi in tract. reg. cancell. reg. de infirm. resign. num. 34. cum sequent. C. M.

Probatur patronum laicum præsentando Clericum minus idoneum nec privatum nec privandum jure suo. Panormitani, & aliorum quos citat Curt. de jure patron. verb. honorificum. num. 16. sententia hæc est, ut nempe scienter indignum præsentans patronus laicus, sit pro hac vice jure præsentandi privatus, authoritate novellæ de sanctiss. Episcop. cap. 18. si quis oratorii domum. anni 541. cui quadrat. nou. ut Clerici qui recedunt. cap. 2. anni 555. sed non obstant, primò, quia tunc quadrimestre tempus, de quo in cap. unico. §. ult. de jure patron. in 6. non fuerat patronis laicis concessum, tunc nec ei facultas plures successivè præsentandi competebat, quæ hodie permittitur ex Lucii III. decretal. cap. cum autem. de jure patron. apud Gregor. summa doctrinæ glossæ hæc sit, quantumvis laicus patronus indignum sive minus idoneum præsentarit, nec privatum, nec privandum esse jure suo, nisi quadrimestri elapso, communis tamen prævaluit opinio contraria, quod aliàs dixi. G. D. P.

De eadem materia remissio ad authores & loces de eadē tractantes. In id vide Guid. Pap. quæst. 374. Brod. ad Louet. in collectione Arrestorum. litt. P. num. 25. Gloss. Pragmaticæ Sanctionis. tit. de collat. §. item circa. in verb. non valeant. & adde eumdem Molin. in not. ad cap. cum autem. in glossa verb. eum autem & alium. ibi potest & accedere. de jure patron. & in cap. pastoralis. in gloss. verb. robur. ibi. præsentet indignum. eod. nec videtur facienda differentia inter patronum laicum & Ecclesiasticum. F. P.

Cap. 5. *Ex parte.*

Glossa. In Glossa. *Absolutus à Papa ab excommunicatione, suppressa veritate, debet compelli redire cum litteris ad Sedem Apostolicam.* Ibi. *Sed quæritur quare absolutus pro falsa causa non habetur pro absoluto, sicut pro falsa causa excommunicatus habetur pro excommunicato, saltem quoad Ecclesiam.*

De excommunicatione vel ab- Dic quod non est differentia inter excommunica-

Source : BIU Cujas

solutione ex falsa causa, utrum teneant.

tionem & absolutionem : quia utraque ob causam facta, si illa causa proxima & immediata est falsa, nulla est. Cardin. Florent. in repetit. cap. perpendimus. de sentent. excommunicat. sequitur Felin. cap. quod super hoc. de fide instrument. C. M.

Junge notam ejusdem Molinæi ad cap. per tuam. 40. in glossa verb. ne toleratum errorem. de sentent. excommunicat. F. P.

Cap. 7. *Quanto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Monachos in curiis Principum discurrentes compellas ut proprium in manibus Prælatorum suorum resignent, si Prælati eorum, post trinam monitionem, id exequi negligenter omiserint. Juncta Inscriptione. Innocentius III. Auxitano Archiepiscopo.* Ibi. *Prælati.*

De Monachis in curiis Principum discurrentibus compellendis propriis renunciare.

Scilicet regulares immediati : si in Diœcesi Archiepiscopi, si vero extra Diœcesim, & in provincia, debent simul cum eis moneri Diœcesani, propter cap. Romana. de foro compet. §. 6. Panormit. C. M.

Cap. 8. *Ad reprimendam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur objectum.* Ibi. *Hoc ideo dicit, quia sententia illa secum trahit executionem.* Ibi. *Trahit.*

Excommunicationis sententia non retardatur per objectum appellationis.

Hæc ratio non valet : sed ratio est, quia sponte in sententiis censuræ Ecclesiasticæ vigent. Panorm. cap. pastoralis. de appellat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Post decem dies non potest appellare, sed per simplicem querelam posset conqueri etiam post decem dies.*

De appellatione vel querela gravatorum, intra decem dies, vel ultra proponenda.

Idem Panorm. Felin. cap. lator. infr. de re jud. & coram Judice qui possit aditi per viam querelæ. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 9. *Duo simul.*

INSCRIPTIO ET GLOSSA. In Inscriptione. *Tyrensi vel Tyronensi Archiepiscopo, & Glossa verb. Patriarchæ Hierosolimitani subire judicium.*

Ad inscriptionis correctionem.

Ergo in superscriptione bene reposui Tyronensi Archiepiscopo, ubi omnes libri impressi perperam habebant Turonensi, similem errorem correxi infr. de verb. signific. cap. dilecto. C. M.

Cap. 10. *Quod sedem.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui suffraganei alteri committere. in verb. impeditus.*

Consecratio suffraganei potest à Metropolitano alteri committi.

Imo etiam non impeditus. Host. Anton. Butr. Imol. Panorm. hîc. Glossa & Panorm. in cap. aqua. infra. de consecr. Eccles. vel alt. & ita practicant ; quamvis Alciatus hîc. num. 12. contrarium teneat, quod non possit, nisi impeditus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Utrum Archiepiscopo impedito consecrare suffraganeos aliis Coepiscoporum vices suas liceat committere.* Ibi. *Item satis potest dici secundum Canones, quod ea quæ sunt imperii meri possunt delegari. in verbo secundum Canones.*

Quæ sunt etiã imperii meri possunt delegari, secundũ Canones.

Idem Panorm. & Felin. C. M.

Cap. 11. *Pastoralis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum in suffraganeum, exceptis quibusdam articulis, nullam habeat potestatem, agit de authoritate Metropolitani in suffraganeos subditos.* Ibi. *Item quando Episcopus negligens est in eo quod facere debet in quæst. cum simus. in verb. negligens.*

De authoritate Metropolitanorum in subditos suffraganeorum.

Hoc falsum. Panorm. hîc. & in cap. cum simus. est casus specialis. Idem Panorm. in cap. nullus. infr. de jure patron. inde gloss. in pragm. tit. de concubinariis. §. 2. verb. illos. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Excommunicatus à delegato summi Pontificis, non potest sine mandato summi Pontificis absolvi, præterquam in mortis articulo.* Ibi. *Sed numquid in obsidione positum, vel transfretare volentem licet absolvere ? Vincentius dicit quod sic, quia jam imminet periculum mortis.*

Excommunicatus à delegato Papæ non potest absolvi nisi à Papa, præterquam in mortis articulo.

Atqui si frustra quæritur in creaturis ; quam vanius quæritur in casu & circunstantiis, quod in solo verbo Dei quærendum est. C. M.

De nota Molinæi præcedenti, justum Dom. G. D. P. judicium.

Venenata Molinæi notula delenda est, audaces dicunt hæretici peccatorem à solo Deo remissionem peccati quærere & habere, non à creaturis, id est hominibus, nec ab eorum ministerio, hujus opinionis hæreticæ Theologis examen relinquo. Hîc de peccatore excommunicato, & authoritate Ecclesiæ ligato disputatur à quo solvi debeat, D. Paulus incestuosum fornicatorem excommunicavit & absolvit, excommunicatio est jurisdictionis. Regulare est inferiorem non posse de iis quæ sunt jurisdictionis superioris vel majoris cognoscere ; delegatus Papæ major est Episcopo in sibi commissis, unde sequitur excommunicatum à delegato Papæ non posse ab Episcopo absolvi, sine summi Pontificis mandato, etiam post delegati mortem, excipit summus Pontifex, nisi in mortis articulo, ne excommunicatus pereat ligatus, non autem quæritur quid apud Deum, ex vi contritionis contingere possit, sed quid in Ecclesia militanti dicendum, idque fateor in Dei verbo quærendum, verbo Dei constat, quos in terris ligant Pontifices, in cælis ligatos esse, quos in terris solvunt, in cælis quoque solutos esse, requirit ergo hominis excommunicatio ab homine absolutionem, quem in solo verbo Dei quærimus, nempe Mathæi. cap. 16. & cap. 18. & Joann. cap. 20. quibus locis Dominus noster Jesus Christus Apostolis, & eorum successoribus, sed primitùs Petro. apud Math. cap. 16. ligandi potestatem dedit & solvendi, nulla, ut in Baptismi & Eucharistiæ Sacramentis forma præscripta, unde infero (salva Ecclesiæ definitione, & Theologorum pace) formam Ecclesiæ, & summi Pontificis decisioni & arbitrio relictam, sive excommunicationis, sive absolutionis, ut & pœnitentiæ Sacramenti ad contumacium & impœnitentium terrorem, pœnitentium vero & compunctorum consolationem, servatis personarum, rerum & temporum circunstantiis ; faciunt optimè quæ habes cap. 28. à nobis. de sentent. excommunicat. G. D. P.

Responsio D. G. D. P. ad Molinæi notam.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ut præscriptionem interrumpat, poterit offerre ac præstare cautionem.* Ibi. *Sicuti non sufficit offerre pecuniam, ad interrumpendum cursum usurarum, nisi deponatur in æde sacra, in verb. offerre.*

Quid sistat cursum usurarum nempe realis oblatio summæ debitæ.

Imo sufficit realiter offerre, ut novè docui in tract. usur. quæst. 39. quæst. 40. C. M.

Quando sola oblatio, & quando oblatio simul & consignatio sistant cursum usurarum.

Novè quidem, sed nimis generaliter, quia distinguere debebat inter usuras quæ ex mora debentur, & usuras quæ in stipulationem deductæ sunt, in illis sola oblatio sufficit, in istis cum oblatione consignatio requiritur, ut optimè Cujac. ad leg. qui Romæ. 122. §. Seja. dig. de verb. obligat. quæ consignatio, si brevi sequatur oblationem tempore, cursum sistit usurarum ab oblationis die, ex vero intellectu leg. si creditrici. cod. de usuris. rejectis Molinæi argumentis. G. D. P.

De eâ materiâ definienda, ad authores remissio.

Vide in id Carol. *Loiseau* in tractatu expunctionis, aliàs *deguerpissement.* lib. 5. cap. 9. num. 19. ubi opinioni Molinæanæ adhæret, quod sola oblatio sistat cursum usurarum, adde & Mornac. ad leg. si creditrici. cod. de usuris. qui ibi videtur eamdem opinionem Molinæi aversari, oblationi adjungendam consignationem. F. P.

Cap. 12. *Licet.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Papa per rescriptum, quo mandat Ordinario, ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum.*

Source : BIU Cujas

De rescripto jurisdictionis excitativo.

Sed excitat. Jason. leg. jus civile. de justit. & jur. Albert. Brunus. consil. 15. C. M.

In his quæ sunt correctionis & disciplinæ Ecclesiasticæ appellatio non suspendit executionem sed non interdicitur.

Alexand. III. cap. 26. reprehensibilis. infra. de appellat. in Concilio Lateranensi definivit, subjectos, contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpere non debere, non tamen eis appellationis remedium, si necessarium crediderint; & Innocent. III. supr. cap. quanto. mandat Auxitano Archiepiscopo, ut Monachos per Curias Principum discurrentes secundum Abbatis consilium, revocet, & eum negligentem, per suspensionem officii & beneficii, appellatione remotâ, compellat, tum & hoc nostro Capitulo licet. Episcopo Parisiensi mandat, ut tam circa viros religiosos, quam circa clericos seculares suæ jurisdictioni subjectos criminibus irretitos inquirat, & corrigat, appellatione remota. Constat tamen eos appellare posse, quæsivit Archiepiscopus Senonensis, an hoc mandatum suæ præjudicet jurisdictioni. Respondet Papa non præjudicare, si mandatum fuerit directum Episcopo ut Ordinario, ad ejus officium excitandum, ita ut ad eum devolvatur appellatio, sin ut delegato, ad Sedem devolveretur Apostolicam; an vero mandatum emanaverit excitando, an vero delegando, pluribus hîc Felinus, & post eum Jason, quem citat Molin. G. D. P.

De rescriptis jurisdictionis ordinariis excitativis, vel attributivis hîc quæstio.

In id & de hujusmodi rescriptis jurisdictionis ordinariæ excitativis à Papa emissis, vide Guid. Conchil. in posthum. tract. libert. Eccles. Gallicanæ. pag. 39. F. P.

De ea materia ad authores remissio.

Cap 13. *Irrefragabili.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Si Capitulum consuevit corrigere excessus Canonicorum, si intra terminum ab Episcopo præfigendum, non facit, ipse Episcopus hoc faciet.*

De supplenda negligentia Capituli ab Episcopo.

Adde not. infr. de judiciis. cap. cæterum. Panorm. repetit. cap. si quis contra clericum. column. 15. & quæ dixi in Consuet. Paris. §. 2. gloss. 3. num. 10. cum seq. adde Philipp. Decium d. cap. cæterum. not. 4. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Prælatorum reformationis subditorum executionem nulla consuetudo valeat impedire.* Ibi. *Contra obedientiam similiter non currit præscriptio. in verb. Obedientiam.*

Exponitur hîc quomodo intelligendum quod contra obedientiam non currit præscriptio, scilicet activam non passivam.

Scilicet activè, quod non corrigatur, vel non obediat, sed benè passivè, quod ab alio, quia tunc est potestatis translatio. Panorm. facit hîc. quod dixi in Consuet. Paris. §. 7. num. 10. C. M.

De ea materia exemptionis ad authores & locos de ea tractantes remissio.

Adde eumdem Molin. ad cap. cum non liceat. in Textu. in fine. Ibi. Obedientiam & reverentiam debitam impendatis, præscript. temporis non obstante. de præscript. apud Gregor. & in stil. Parlam. par. 5. quæst. Joann. Gall. 338. in verb. Canonici. ubi notat Molin. Canonicos Cœnomanenses quamvis exemptos, non esse tamen à jure reverentiali & obedientiali. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa. *Excessus Canonicorum consueverunt corrigi per Capitulum.* Ibi. *Cum ipsi de Capitulo habentes jus corrigendi Canonicos, sunt negligentes, jus transferunt ad Episcopum, venit exercendum de consilio Capituli, quia licet perdiderunt jus corrigendi, non perdiderunt jus commune.*

Episcopus ob negligentiam Capituli corrigens eos qui sunt de Capitulo, debet illud exequi de consilio Capituli.

Idem Panorm. Felin. quia non est propriè translatio potestatis, sed recuperatio, remoto obstaculo Consuetudinis. C. M.

Majorum criminum depositionem exigentium etiam Canonicorum inquisitio & punctio pertinet ad Episcopum; reliquorum ad Capitulum nisi præsidente Episcopo,

Distingue majora crimina depositionem inducentia, à minoribus culpis, majora enim crimina solus Episcopus etiam contra exemptos corrigit & emendat. gloss. Pragm. Sanct. tit. de concubinariis. §. quod si hi. in verb. pertinet. in principio. & Molin. in not. ad can. 17. in Textu. Ibi. ad eum pertinet Episcopum. 18. quæst. 2. & eo tendit decretum Curiæ Parisiensis de die 29. Januarii anni 1671. prolatum pro D. Episcopo Lucionensi Nicolao Colbert, mox ad Antissiodorensem Sedem translato, contra Capitulum Lucionense, quo jurisdictionis ordinariæ exercitium D. Episcopo adjudicatum in Canonicos Lucionenses, salvâ disciplinâ interiori, & correctione leviorum culparum in Canonicos, & eos qui sunt de gremio Capituli, quas Capitulum poterit exercere D. Episcopo præsidente, si libuerit, & ex eo Cancellarius dictæ Ecclesiæ reus impetitus majoris criminis remissus ad Officialem Lucionensem, adjuncto quæstore juridico & criminali Fontenæi Comitis, pro inquisitione & vindicta casus privilegiati, dictique Cancellarius & Capitulum appellantes tanquam ab abusu à decretis citatoriis Episcopi Lucionensis, dejecti ab appellationibus, & in emendam & expensas damnati. F. P.

In hoc probatorium decretum Senatus Parisiensis pro Episcopo Lucionensi contra Capitulum & Canonicos Lucionenses.

Cap. 14. *Quoniam in plerisque.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Cum in una Civitate vel Diœcesi, permixti populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus & mores, Episcopi viros idoneos præponant, qui secundum diversitates linguarum & rituum, divina illis officia celebrent.*

Qua lingua mysteria Dei peragenda coram populis diversarum linguarum.

Adde nov. 123. de Eccles. diversis capitulis. §. Ad hæc. ubi ex divi Pauli doctrina. 1. Corinth. cap. 14. jussit Justinian. omnes Episcopos & Presbyteros preces & misteria clara & vernacula voce peragere. C. M.

Referuntur loci per quos Molinæus probare intendit misteria Dei clara & vernacula lingua esse enuncianda.

Novellas constitutiones Justiniani græcas Gregor. Haloander latinè reddidit ex exemplari Scrimgeriano, quas Franciscus Duarenus Antecessor Bituricensis primicerius typis excudi curavit anno 1560. quo in codice extat novella Constitutio 123. hoc tit. de Eccles. diversis capitulis. ex qua Molin. hoc desumpsit. Ad hæc jubemus ut omnes Episcopi pariter & Presbyteri non tacito modo, sed clara voce, quæ à fideli populo exaudiatur, sacram oblationem & preces in sancto baptismate adhibitas celebrent, quo majore exinde devotione in depromendis Domini Dei laudibus audientium animi efferantur: ita enim & divus Apostolus docet, dicens in prima ad Corinthios epistola, enimvero si solummodo benedicas spiritu, quomodo is qui privati locum implet, dicet ad gratiarum actionem tuam Deo ipsum amen, quandoquidem quid dicas non videt? tu quidem pulchrè gratias agis; alter autem non ædificatur: & rursus in epistola ad Romanos. sic (inquit) corde quidem creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem; his igitur de causis convenit, ut inter cæteras preces, & ea quæ in sancta oblatione dicuntur clara voce à religiosissimis Episcop. & Presbyteris Domino nostro Jesu Christo Deo nostro cum Patre & sancto Spiritu proferantur. Hoc cap. non habet Julianus Antecessor. nov. 123. titulum habet de sanctissimis Episcopis, & Deo amabilibus & reverendissimis Clericis & Monachis. ad quam notat Contius. in editionibus Haloandri duæ hîc paginæ interfarciuntur quæ nec in Scrimgeriana editione, nec in meis manuscriptis reperiuntur. Fefellit ergo Duarenum illa Haloandri traductio quam dicebat ab exemplari Scrimgeriano sumptam. In Molin. notanda sunt hæc, primùm textum Haloandri esse suppositium, neque cap. istud ad hæc jubemus. esse in nov. 123. secundò textui Haloandri loco verborum *clara voce* Molin. falsò supposuisse *clara & vernacula voce.* Tertiò ex loco D. Pauli & Haloandri suppositio textu, constat idiotas & privatos Corinthios ad Sacerdotis benedictionem responsuros amen. Quæ non est Corinthiorum vernacula vox. Cæterum ut Molinæo satisfiat: Divus Paulus epistola ad Corinth. 1. cap. 12. de diversis donis Dei agens, inter ea de Prophetis, linguis & interpretatione loquitur. tum cap. 13. ea omnia inutilia deficiente

Observatio ad novellas Constitutiones Gregor. Haloandro collectore.

Observationes ad Molinæum referentem in hacce nota novellam Justiniani & textum divi Pauli.

Expositio textus divi Pauli.

Source : BIU Cujas

ciente charitate, qua supposita. cap. 14. differentiam constituit inter linguis loquentem, & Prophetam, quem quia instruit, præfert, nec quicquam loqui lingua proficere, nisi loquenti datum sit, ut interpretetur, tum addit, *nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, quid ergo est, orabo & spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente: Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicis nescit: nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur*, hinc sequitur secundum Haloandrum, *clara voce*, sed non secundum Molinæum *vernacula* benedicendum esse: Theologis relinquo examen differentiæ inter officium publicum, quod canonicum vocamus, & orationem privatorum, prædicationes & instructiones, officium publicum fit clara voce, in Orientali Ecclesia græcè, in Ecclesia Occidentali latinè, prædicationes, instructiones clara & vernacula voce, orant privati quomodo libuerit, & eos Sacerdotes privatim instruunt vernaculè, in nostro cap. quoniam. de officio ordinarii. Hæc verba *secundum diversitatem rituum & linguarum.* respiciunt diversitatem Ecclesiæ Orientalis & Ecclesiæ Occidentalis, quod notant Panorm. & Zabarell. Quoad ritus, quælibet Ecclesia suos habere potest, quoad linguam, nulla Ecclesia publicè vernacula utitur, orat officio publico aut benedicit. G. D. P.

Infidelis Molinæi additio ad Haloandrum vernacula lingua orandum, cum insit tantum vox clara.

In publicis & canonicis officiis clara voce & lingua utendum, non vernacula.

In officiis vero privatis & orationibus, clara & vernacula uti possunt precantes & instruentes.

Huc referri possit regula cancellariæ 19. quæ dicitur de idiomate, quam & Carol. Molin. ait se quorumdam Doctorum etiam insignium Theologorum rogatu suis commentariis regularum cancellariæ addidisse, qua decernitur nemini Episcopatum, parochialem Ecclesiam, vel aliud beneficium, curam animarum vel jurisdictionem habentem conferri posse, nisi idioma loci calleat, ut populos sua lingua instruere possit, adeo ut si Diœcesis vel parochiæ indigenas habeat vario idiomate loqui solitos, Vicarios instruere debeat, qui populos suo idiomate instruere possint, ut docet Joann. Bordenavius Officialis Lescarienſis iu suo tractatu protribunalium Ecclesiasticorum. cap. 3. num. 9. Cæterum utrum sacra misteria vel officia latinâ linguâ, an vernacula peragi debeant, rectè distinguit Dom. G. D. P. inter publica & privata; quamvis Molin. in id perpetuò tendat ut vulgari lingua quælibet peragantur, & sacræ Scripturæ legantur, & inde notat in stilo Parlam. parte 4. tit. 2. sive privilegio. in verb. signavit. Carolum V. Regem Franciæ ex eo sapientem dictum & cordatissimum Principem, quod totam Bibliam in gallicum transferri jussit, & variis provinciarum suarum idiomatibus reddiderit. Cæterum utrum clara & alta vel submissa voce Officium divinum sit recitandum, maximè Canon Missæ, tractatur in gloss. Pragm. Sanct. tit. qui in Missa non complent credo. in verb. secretas. ubi in margine adnotatum versionem Missalis gallicam censura sacræ Facultatis Theologiæ notatam, quod Canonem Missæ gallico sermone vulgaverit, quod tamen ab omnibus probatum non fuit. F. P.

An misteria divina, officia publica, & preces vernacula lingua recitanda.

Ad censuram sacræ Facultatis Theologiæ de Missali gallicè reddito.

Cap. 15. *Inter cætera.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Inter cætera quæ ad salutem populi Christiani, pabulum verbi Dei per maxime sibi noscitur necessarium.*

De frequenti prædicatione verbi Dei ad populum habenda.

Ad hoc pulchra constitutio Caroli Magni, quam nuper edidi sub stilo Parlam. parte 3. tit. 50. §. 2. C. M.

Ubi adnotavit teneri Principem curare ut id sedulò fiat. F. P.

Cap. 18. *Dilectus.*

Glossa.

In Glossa verb. *Citatio causarum, examinatio & decisio, & emenda de lege jurisdictionis existunt.* Ibi. *Ad legem Diœcesanam spectat vocatio ad Sinodum, & ad sepulturas mortuorum, & cathedraticum, tertia vel quarta pars mortuariorum, quarta decimarum.*

In his duobus ultimis glossa falsa est, quia sunt de lege jurisdictionis, & tenentur monasteria, per cap. requisisti. infr. de testib. cap. ex parte. infr. de decimis. Panorm. C. M.

Quæ sunt de lege Diœcesana, quæ de lege jurisdictionis.

Hi textus à Molinæo producti, tertiæ vel quartæ mortuariorum, aut decimarum, nullam faciunt mentionem, sed appositè. cap. conquærente. supr. hîc. glossa citatur. G. D. P.

Ibidem.

Glossa.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Dicas ergo, quod omnia monasteria ipso jure, in favorem relligionis, exempta sunt à lege Diœcesana.*

Dic quod ea à quibus monasteria sunt de jure communi exempta, sunt de lege Diœcesana, reliqua omnia sunt de lege jurisdictionis, & propriè una est hîc Diœcesana, sub qua comprehenditur lex jurisdictionis. Panorm. vide Anton. Butr. consil. 19. C. M.

Legis Diœcesanæ & jurisdictionis definitio hîc traditur.

Inquiritur hîc in legem Diœcesanam, & legem jurisdictionis.

Glossa hîc notat differentiam inter legem Diœcesanam & legem jurisdictionis, in quibus legibus consistit totum jus & potestas Episcoporum, hanc distinctionem sequuntur omnes, fatetur Panorm. eam non esse in jure fundatam, neque ea infertur distinctio, ex nostro cap. dilectus. cum enim Episcopus Venetensis alleget, & sententiam super lege Diœcesana promulgatam, monasterium verò exciperet citationem, causarum examinationem & decisionem, & emendationem fructus esse jurisdictionis, non tamen sua sanctitas legem Diœcesanam jurisdictioni oppositi, sed partium dicta & allegationes exponit, dicendum cum Gerſone & Navatro, ad cap. novit. de judiciis. notab. 3. num. 3. non obstante Joann. Paris. & Petro Alliacensi & Jacobo Alcmaino, qui sextuplicem faciunt Ecclesiasticam potestatem, eam vero esse duplicem, quam potestatem legem Diœcesanam appellare licet, quæ dividitur in ordinem & jurisdictionem, de quibus distinctè Joann. Francisc. Leo. in suo foro Ecclesiastico, ab ordine monasteria non sunt exempta, à jurisdictione sunt exempta, vel juris expressa dispositione, vel privilegiis, vel possessione, quæ tractatio est alterius loci. G. D. P.

Dividitur hîc lex Diœcesana in ea quæ sunt ordinis, & quæ sunt jurisdictionis.

Verum de his quæ sunt legis Diœcesanæ, vel jurisdictionis, vide Innocentium Cironium in paratitlis decretalium. ad titulum de officio Judicis ordinarii. & ea quæ diffusiùs tractavimus in tractatu nostro & avitino de beneficiis Ecclesiasticis. ad verb. cum suo reditu. cap. 3. parte 2. in quibus subjiciantur Ecclesiæ Episcopis, sive de censibus sacris. §. 1. & seqq. usque ad 15. inclusivè. F. P.

Tractatio eorū quæ sunt legis Diœcesanæ vel jurisdictionis, remittitur ad authores & locos de ea tractantes.

Cap. 19. *Grave.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Per rescriptum, quo Papa Ordinario, ut corrigat Clericos suæ Diœcesis, non datur ei jurisdictio super exemptos.*

Quæ delegatæ potestatis authoritas, & ordinariæ executio.

Hîc tanquam Ordinario rescriptum erat, secus si tanquam delegato. Panorm. Felin. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Cum in sancta Maria de Orbitello, & quasdam alias Ecclesias, in tua Diœcesi existentes, ad monasterium sancti Anastasii de urbe spectantes, nullam habeas jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, in verb. in tua Diœcesi. Juncta Inscriptione. Gregor. IX. Episcopo Suanensi.*

Aliud esset in Diœcesi, vel de Diœcesi. Felin. hîc. Philipp. Franc. cap. unico. de statu regul. in 6. Bonifac. de Vitalin. Clement. II. collat. 5. de privileg. dic ut gloss. Pragm. Sanct. tit. de annat. vers. in Diœcesi. C. M.

Quid sit esse in Diœcesi, vel de Diœcesi, quoad exemptos & subditos Diœcesi.

Ad ejus quod hîc dicitur intelligentiam, aliud esse in Diœcesi, aliud de Diœcesi, vide aliam notam Molinæi ad cap. Archiepiscopo. 2. de privileg. in Clem. & in Textu. Ibi. per quævis loca exempta.

Ad materiam hîc tractatam, de his qui sunt in Diœcesi, vel de Diœcesi, ad authores & locos de ea tractantes remissio.

Source : BIU Cujas

ubi exemplum præfert Molinæus hujuſmodi exemptorum, Capituli ſancti Martini Turonenſis exempti à juriſdictione Archiepiſcopi Turonenſis, & inſimul populum & territorium habentis, quod ita eſt in Diœceſi Turonenſi, ut non ſit de eadem Diœceſi. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quamquam eos Abbas corrigere ſit paratus, id eſt Monachos ſuos.* Ibi. *Quoniam ille ſi non corrigeret illos, propter negligentiam Abbatis, non transfertur poteſtas corrigendi ad Epiſcopum, cum non ſit Ordinarius illorum.*

De juriſdictione in exemptos hîc agitur. Imo indiſtinctè. ut ſupr. eod. cap. irrefragabili. niſi eſſent exempti. Panorm. C. M.

In Gloſſa dictionem *ille* interpretare de Abbate; Molin. autem vult Clericos qui ſunt in monaſteriorum Capellis, indiſtinctè corrigendos ab Epiſcopo, ſicut alios ſuæ Diœceſis Clericos, niſi Abbates eſſent exempti, & nititur Panorm. auctoritate. hîc. locus eſt num. 7. verſ. ſed poteſt dubitari. at Panorm. non diſputat in eo dubio de exemptis, quærit ſi Papa dedit juriſdictionem alicui Prælato inferiori circa aliquas Eccleſias, & Clericos eorumdem, numquid data negligentia iſtius delegati, poſſit Ordinarius procedere? & putat poſſe. argum. cap. cæterum. infr. de judiciis. Contrarium docet Andr. Barbatius in ſua Apoſt. quia ex quo Papa contulit juriſdictionem, videtur quod Papa debet ſupplere negligentiam Prælati: quod addit Panorm. data negligentia Prælati immediati, ſuccedere Ordinarium, ſecus tamen eſſe in exemptis verum eſt. Quare idem cum gloſſa docet Panorm. ſumma doctrinæ hæc eſt, data negligentia inferioris, ſive exempti, ſive delegati à Papa, in corrigendis Clericis ſuarum Eccleſiarum, ſi non ſit exemptus, nec delegatus, ſuccedere Ordinarium, imo illorum Judex eſt Epiſcopus. cap. 1. infra. de Capell. Monach. G. D. P.

Quis corrigere habeat exemptos, vel delegatos negligentes tam circa ſe, quam circa ſubditos.

De juriſdictione in exemptos, vide uberrimum tractatum Eraſmi *Achochier* Juriſconſulti Leodienſis, qui inſcribitur de juriſdictione in exemptos, & de illorum exemptione à juriſdictione ordinaria, qui publici juris factus à fratre illius Eraſmi Joanne *Achochier* Canonico ac Vicario generali Leodienſi. F. P.

De juriſdictione in exemptos, remiſſio ad authores & locos.

Cap. 20. *His quibus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Is cui in certis caſibus competit abſolvere.* Ibi. *Idem intelligo quod illi qui ordinario jure, vel delegato à Principe poſſunt abſolvere, poſſunt committere vices ſuas, cum viderint expedire, dummodo delegatus habeat juriſdictionem, & ſic non contradicit ſupr. de offic. deleg. cap. ult. in fine.*

Ordinarius vel delegatus à Principe poteſt committere vices ſuas. Quia cui nudum miniſterium ſine juriſdictione committitur, non poteſt ſubdelegare. Panorm. hîc. Vide Anton. Corſet. in repetit. verb. delegati. C. M.

De delegationibus & ſubdelegationibus, ad authores remiſſio. De ea materia delegationis, & de quibus fieri poſſit, vide amplè & doctè diſſerentem Didacum Covarruviam lib. 3. var. reſolut. cap. 20. num. 5. item doctiſſimam obſervationem Anton. Mornac. ad leg. à Judice. cod. de judiciis. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

De officio Judicis.

Cap. 2. *Judicis officium.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ubicumque officium Judicis pro actione proponitur.* Ibi. *Veluti in reſtitutione ut minor abſtineat hæreditate, ſi creditores præſentes eſſent, non fieret conteſtatio cum eis, quia contra eos non petitur reſtitutio.*

Quando litis conteſtatio neceſſaria, vel non. Imo ſi contraverteretur, eſſet facienda. Baldus ibi. Panorm. hîc. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS TERTIUS.

De majoritate & obedientia.

Cap. 6. *Solita.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione Ibi. *Innocentius III. illuſtriſſimo Conſtantino Imperatori.*

Ad correctionem inſcriptionis. Non poteſt eſſe magnus ille & œcumenicus, qui Innocentium III. nongentis annis præceſſit, nec ultimus, Conſtantinus Ducas, qui ferè centum quinquaginta annis prædeceſſit Innocentium III. & ſic error eſt, & legendum Balduino, vel Henrico ejus fratri. ut per Volater. lib. 23. & Baptiſt. Egnat. de Cæſ. & alios. C. M.

Ad confirmandam correctionem Molinæam, nam ad inſcriptionem. Ex hac correctione emendatores Romani legunt Conſtantinopolitano Imperatori, non adjecto nomine, de quo notat Contius. F. P.

Idem notat Anaſtaſius Germonius Taurinenſis Archidiaconus in paratitlis ad titulum de major. & obed. ubi & adnotat errorem eſſe Librarii, qui cum Conſtantinopolitano Imperatori inſcriptum invenisset, nomen proprium Imperatoris, quamvis tempori non conveniens adjecit, cum ſæpius Imperatores nuncupentur ſuppreſſo nomine, ut & Franciæ Reges in inſcriptionibus, quod in dies occurrit, vide & in notitiam ejus inſcriptionis, theſaur. var. lect. lib. 2. cap. 288. Guidonis Pancirol. F. P.

Et alia hîc adnotanda extra Molinæi notam, quæ ſolam inſcriptionem capituli reſpicit, de materia hujus capitis, & comparatione ſolis & lunæ, juriſdictioni ſæculari & Eccleſiaſticæ inconvenientius appoſita, ut comparationem ſolis Eccleſiaſticæ applicaret, lunæ vero temporali ſive Regiæ & ſæculari, quod improbatum eſt, cum altera, ab altera non dependeat, ſicut luna lumen ſuum mutuatur à ſole, in id vide not. Molin. ad extravag. unum ſanctum. de major. & obedient. in extravag. commun. in addit. gloſſ. Guid. Conchil in poſthum. memorial. reformat. Eccleſiaſt. pag. 51. vol. poſteriori probat. libert. Eccleſ. Gall. c. 137. art. 13. Dom. de Marca de concord. Sacerd. & Imperii. lib. 2. cap. 1. art. 8. atque etiam præfationem noſtram hiſtoricam ad Pragm. Sanct. Ludov. in princip. pag. 16. art. 45. 46. & 47. F. P.

Comparatio ſolis & lunæ male hîc appoſita ad juriſdictionem Eccleſiaſticam & ſæcularem & Regiam, improbatur per authores ad quos remiſſio.

Cap. 7. *Per tuas.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Subdiaconatus Ordo à Romano Pontifice ſuſceptus.* Ibi. *Sed numquid Epiſcopus poteſt talem Subdiaconum deponere propter crimen, argumentum eſt quod ſic.*

Promotio ad Ordines facta à Papa, promotum non eximit ab ordinaria poteſtate. Et hoc verius. Panorm. Felin. hîc. deciſ. Tholoſ. 295. & ita obſervatur. Dixi poſt tractatum meum in reg. cancell. §. 2. in verb. interdictum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa eorumd. verb. Ibi. *Et iſte etiam (ſuple Subdiaconus promotus à Papa) non convincitur niſi ſeptem teſtibus.*

Promotus ad Ordines, Romæ, ſubeſt legibus ordinariis. Id procedebat illis temporibus, quando Clericis ſtruebantur multæ inſidiæ, hodie ſecus, quia etiam Papa duobus teſtibus convincitur. Panorm. hîc. Philipp. Decius. cap. at ſi Clerici. in princip. col. 1. infr. de judiciis. C. M.

Cap. 8. *Inter quatuor.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Priuſquam Conſtantinopolis Civitas caperetur.* Ibi. *A Venetis. Juncta Inſcriptione. Innocentius III. Patriarchæ Conſtantinopolitano.* Ibi. *Caperetur à Venetis.*

Ad illuſtrandam hiſtoriam temporis. Imo à Francis, Balduino Comite Flandrenſi, Cum auxilio ex navigio Venetorum ad hoc conducto, anno 1202. Balduino vero in Conſtantinopolitanum Imperatorem electo & coronato, Veneti laboris participes inſulas Ægei maris obtinuerant, & Thomas Maurocenus patricius Venetus, ad quem hæc decretalis dirigitur, in Patriarcham Conſtantinopolitanum electus eſt: quam electionem Innocentius III. ob meram formulam, more

Source : BIU Cujas

ſuo, eo quod laici interfuiſſent caſſavit, & tamen eumdem elegit & confirmavit, & tamdiu eam Eccleſiam ſibi ſubjectam habuit, quamdiu Franci ibi regnaverunt, qui partim ob id à Græcis fuerunt expulſi. Vide Platin. Anton. Florent. tit. 18. cap. 2. §. 3. Sabell. Venet. Ennead. ad 9. lib. 5. C. M.

Cap. 9. *Quod ſuper his.*

GLOSSA. In Gloſſa. *Abbates & Sacerdotes tibi Diœceſana lege ſubditos.* Ibi. *Abbates habentes populum tenentur venire ad Sinodum.* Ibi. *Habentes populum.*

Quando Abbates venire debeant ad Sinodum. Scilicet non exemptum, & adhuc ſi ejus curam per Capellanum exercent, ſufficit per Capellanum venire. C. M.

Abbates ad Sinodum convocati venire debent. Jure communi Abbates ſunt in Epiſcoporum poteſtate. can. Abbatibus. can. cognovimus. 18. quæſt. 2. & ad Sinodum vocabantur. Concil. Carthag. 4. celebrato 398. can. Epiſcopus. diſtinct. 18. Sinodorum convocatio duplici de cauſa ſtatuitur, ob morum reformationem, & pro animarum populi regimine & cura, primo caſu Galliæ antiquo uſu vocabantur Abbates ad Sinodum. Concil. Aurelian. 1. cap. 19. anni 511. can. Abbates. 18. quæſt. 1. Concil. Altiſſiod. cap. 7. anni 578. Grat. ead. diſtinct. 8. can. Epiſcopus. Secundo ex Concilio Turonenſi refert Epiſcopum non debere Abbatem cogere ad Sinodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat, ſed rectè palea inſcribitur. Burchard. lib. 8. cap. 73. Ivo decret. parte 7. cap. 91. & Gratian. hunc canonem dicunt eſſe 2. Concilii Turonenſis. ex Sirmundi collectione quatuor habemus Concilia Turonenſia, primum anni 461. ſecundum 567. tertium anni 813. quartum anni 849. Secundum can. 2. agit de Sinodo Archiepiſcopi, & ſolos vocat Epiſcopos, in cæteris nulla Sinodorum mentio: quod verò Molin. notat Abbates ad Sinodum non vocandos, ſi Eccleſiarum curam exercent Capellani (nempe Rectores & Vicarii perpetui) veriſſimum eſt in ſecundo Sinodorum congregationis caſu, cum de animarum regimine & cura agitur, aliàs enim vocari poſſunt. cap. conquerente. ſupr. de offic. ordinarii. gloſſ. ad cap. dilectus. verb. de lege juriſdictionis. eod. latè Henricus Botteus de Sinodo Epiſcop. parte 2. num. 4. G. D. P.

Conciliatio Capitulorum quæ dicunt Abbates ad Sinodum vocatos venire non compellendos, & eorum quæ dicunt protinus compellendos.

De eadem materia ad authores remiſſio.

In id utrum Abbates teneantur venire ad Sinodum vel non, vide gloſſam Pragm. Sanct. in titulo de auctoritate gener. Concil. cap. frequens. ſtatim in principio. in verb. Conciliorum. & in addit. 2. Philipp. Probi Biturici. F. P.

Cap. 10. *Cum in Eccleſiis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Per ſcripturas authenticas ex multorum teſtimonio Prælatorum effecti de contumacia certiores.* Ibi. *Argumentum quod litteris Prælatorum creditur in præjudicium aliorum, in verb. creditur.*

Quæ fides adhibenda litteris Epiſcoporum. Non eſt verum niſi ut in cap. poſt ceſſionem. infr. de probat. Panormit. hîc. & ibi. C. M.

Molin. in not. ad hoc cap. poſt ceſſionem. vult ſubſcriptionem duorum teſtium, ſed manum propriam adhibet, & apud Decium in commentario ad idem cap. poſt ceſſionem. notat Arreſto Senatus Pariſienſis anni 1527. orante Pojeto. pro Capitulo Andenſi, juſſum Epiſcopum Andegavenſem teſtes adhibere in ſuis collationibus, ſi fidem habere vellet, quod & generaliter ſtatutum ab eodem Senatu ad Edictum Henrici II. contra parvas dat. anni 1550. dum ſcriniis inſcribendum decerneret, quod & poſterioribus Edictis contrarotulationis actorum beneficiorum. art. 24. & inſinuationum. art. 9. ſtatutum, ut & idem Molin. notaverat. ad cap. 4. de præb. in gloſſ. in verb. publico teſtimonio. in extravag. commun. F. P.

Probatur hic & alibi quod collationes Ordinariorum debent inſcribi duobus teſtibus ſub pœna nulliratis.

Cap. 14. *Cum olim*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Electionem confirmandam vel infirmandam præſentent Capitulo Meſſanenſi.* Ibi. *Dicas quod Capitulum, vacante Sede, non poteſt conferre beneficia quæ pertinent ad Epiſcopum, quia omnes fructus debent reſervari futuro ſucceſſori, ſed collatio beneficiorum inter fructus computatur. in verb. fructus, & cat.*

Fructus reſervandi futuro ſucceſſori, unde Capitulum, Sede vacante, non poteſt conferre beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia.

Panorm. hîc. & cap. cum olim. column. 1. de jure patron. gloſſ. final. in cap. cum Bertholdus. de re jud. Vides ut ſenſim ratio quæſtus irrepſit, Eccleſia enim primitiva non minus hoc quam Simonem Magum execrata fuiſſet. Hos autem fructus Panorm. in cap. conſultationibus. de jure patronatus. cenſet eſſe induſtriales. Id Franciſc. Ripa. in cap. cum Eccleſia ſutrina. num. 93. de cauſa poſſeſſ. & propriet. de hoc dubitat. C. M.

In hac quæſtione an Capitulum, vel Conventus, Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, conferre poſſint beneficia, ad Epiſcopi vel Abbatis defunctorum diſpoſitionem pertinentia, primùm diſtinguendum inter ea quæ ad liberam Epiſcopi vel Abbatis diſpoſitionem pertinent, vel ad diſpoſitionem neceſſariam, puta ſi ad præſentationem patroni habeat inſtitutionem, ſi indultario, graduato, vel alteri expectanti approbato & recepto, debeatur beneficium, Sede vacante, ſive Capitulum ſive Conventus ſuccedit in diſpenſatione beneficiorum neceſſariò facienda. argum. cap. 1. de inſtitutionibus. in 6. cum nota Molin. in notab. Heliæ ibi inſtituere. & in cap. 1. beneficium. in gloſſ. verb. beneficium. ibi inſtituere poſſet de reg. jur. in 6. ubi idem dicit inter neceſſarias collationes numerans parochialium Eccleſiarum diſpoſitiones, & Prioratuum Curatorum quos intereſt citius replere, ne ſalus animarum depereat; in voluntariis verò & liberis collationibus neque Capitulum, neque Conventus ſuccedit. argum. cap. illa devotionis. ne Sede vacante aliquid innovetur. ſed reſervandæ futuro ſucceſſori.

In neceſſariis collationibus exequendis ſuccedit Capitulum vacante Sede non in voluntariis & liberis.

At in Gallia aliud obtinet in voluntariis & liberis collationibus ad Epiſcopum pertinentibus: ea enim beneficia ad liberam defuncti Epiſcopi collationem pertinentia, Rex confert jure Regaliæ, at ea quæ ad liberam Abbatis collationem pertinent, dum Sede Abbatiali vacante, vacare contingit, nondum deciſum quis conferre poſſit, an Conventus, an Epiſcopus in cujus Diœceſi conſiſtunt beneficia, quamquam Conventus in liberis collationibus omnino excludatur, argument. dicti cap. illa devotionis. ne Sede vacante aliquid innovetur. in decretal. Aliis tum Senatus Pariſienſis, tum Magni Conſilii Patrum decretis fiduciariam poſſeſſionem proviſo Apoſtol. addicentibus, aliis Epiſcoporum collatariis, de quo æquum foret ultimum deciſionis calculum addere, & æquius Diœceſanis Epiſcopis diſpoſitionem adjudicare, ne detur tempus, in quo in partibus non detur collator, & etiam ex mente & intellectu can. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. interim donec definiatur de ea quæſtione, vide eumdem Molin. ad tractat. de beneficiis. Joann. de Selva. parte 2. quæſt. 11. Melch. paſtorem in tract. de beneficiis Eccleſiaſticis. lib. 1. tit. 12. de poteſt. cap. Sede vacante. Dom. Louet. in not. & cenſur. ad comment. Molin. de infirm. num. 271. Carol. *Fevret.* in tract. abuſuum. lib. 3. cap. 4. num. 32. & ſeqq. & præcipuè gloſſ. Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. ſicut. §. facta autem. in verb. pertinet. & in cap. licet. in verb. cauſa. & in tit. de collat. §. cui rei. in verb. juriſdictio. & adde quæ dixi in tractatu noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. in verb. inſtitutione. §. 17. de collator. extraordin. F. P.

Sede Epiſcopali vacante in Gallia Rex jure Regaliæ confert beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia.

Quæſtio nondum deciſa quis conferre debeat Prioratus ab Abbatia dependentes, Sede Abbatiali vacante.

Æquum foret Prioratuum collationem, Sede Abbatiali vacante, vacantium, addicere Epiſcopo Diœceſano propter rationes hic allatas.

Cap. 17. *Humilis.*

* TEXTUS. In Textu. Ibi. *Super proviſione, inter Bituricenſem & Burdegalenſem Archiepiſcopos, in cauſa primatiæ faciendam.*

De ea quæſtione reſolvenda, remiſſio ad authores.

De primatia Bituricenſi in utra-

Infr. de dilat. cap. ult. infr. de dolo & contumac.

Source : BIU Cujas

que Aquitania, & prærogativa Bituricenſi Archiepiſcopo deferenda, etiam Lugdunenſi ſecundum Molin.

cap. ult. & ſecundum Alber. in rubr. de ſtatu hominum. column. ult. Archiepiſcopus Bituricenſis eſt Primas in Burdegalenſi Provincia. & Cardin. Alexand. in can. definimus. 22. diſtinct. ponit Bituricenſem primum poſt quatuor antiquos Patriarchas. Nicol. Boerius latè in addit. ad tractat. de auth. & præemin. magni Conſilii. ubi dicit in conſeſſu Turonenſi, tempore Ludovici XII. factam injuriam Bituricenſi, poſt magnam contentionem, in ſeſſione poſtpoſito Lugdunenſi, qui etiam exinde eſt in poſſeſſione Primatiæ. C. M.

De hac Primatia & prærogativa Bituricenſis Archiepiſcopi in utraque Aquitania, vide quæ dixi in tractatu noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verba militia. cap. 4. §. 4. de Primatibus. & in ſupplementis ad Pragmat. Sanct. Carol. VII. pag. 1016. & ſeqqu. contra modernum tractatum Dom. Paſchalis Franciſci *de la Brouſſe*, ſupremæ Burdegalenſis Curiæ Senatoris. de Primatu Aquitanico. F. P.

De hac controverſia, ad authores remiſſio, & confutatio tractatus contrarii.

Ibidem.

GLOSSA. In determinando negotio communi alicujus Provinciæ, Prælatorum præſentium licet paucorum requiritur aſſenſus.

In Gloſſa verb. *Prælatorum præſentium, ſcilicet Burdegalenſis Provinciæ, requiratis aſſenſum.* Ibi. *Numquid ſufficit conſenſum paucorum præſentium, videtur quod ſic.*

Idem Panormit. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-QUARTUS.

De Treuga & pace.

Cap. 1. *Treugas.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Frangere treugas.* Ibi. *Conſtitutionis treugas legales inducentis non dicuntur transgreſſores, quia non fuit moribus utentium approbata.*

Quæ dicuntur treugæ legales approbatæ, nempe quæ moribus utentium.

Idem Panorm. Felin. hîc. Angel. Claval. in verb. conſuetudo. §. 10. Jaſon. leg. ſi filius qui in poteſtate. column. 4. de lib. & poſthum. præpoſit. can. leges. 4. diſtinct. Joann. Gerſon. in reg. mor. collat. 4. Alexandr. conſil. 137. lib. 1. ubi tetigi. C. M.

Cap. 2. *Innovamus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant, congrua ſecuritate latentur. in verb. euntes & redeuntes.*

Favor & ſecuritas agriculturæ in mobilibus & animalibus terræ culturæ inſervientibus.

Infero quod ſecuritas data ad eundum intelligitur etiam data ad redeundum. leg. ſi cui. ex quibus cauſis. mai. & in leg. utimur. & ibi Bartol. dig. de ſepulch. viol. Philipp. Franc. cap. cum non deceat. de elect. in 6. Philipp. Dec. conſil. 48. column. 2. ubi tetigi. Hieron. Gratus. conſil. 92. num. 13. cum ſequ. lib. 2. C. M.

In id remiſſio ad noviſſimam conſtitutionem Regiam.

Idem ſtatutum noviſſima declaratione menſis Aprilis anni 1667. tit. *des ſaiſies & executions.* art. 16. ſecuritate data agricultoribus, mobilium, & animalium terræ cultui conducentium. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-QUINTUS.

De pactis.

Cap. 1. *Antigonus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Pax ſervetur, & pacta cuſtodiantur.* Ibi. *Item habes hîc quod ex nudo pacto oritur actio.*

Quæ pactorum nudorum authoritas in jure canonico, ut in civili.

Falſum, quia hîc debet intelligi, ut ſerventur pacta ſecundum eorum vim. ut in leg. juris gentium. §. prætor ait. dig. eod. C. M.

Probatur quod in jure canonico pacta nuda producant actionem.

Appoſitè dici poteſt ſervari pacta, vel exceptione, vel actione, ad exemplum adjudicationum, de quibus in leg. inter cohæredes. §. 1. dig. famil. erciſc. jure civili pariunt exceptionem, jure canonico ex iis datur actio. Eſtque ea differentia juris civilis & canonici in pactis nudis, de qua Covarruv. ad cap. quamvis pactum. de pact. in 6. ſecunda part. relect. §. 4. à num. 12. Alexand. lib. 2. conſil. 16. num. 3. ubi Molin. notat. ſervari in toto Regno ut ſufficiat conſtare de pacto ſerio, ſponte & bona fide facto. [a] Ludovic. Roman. conſil. 30. & quos ibi citat Mandoſ. Alciat. ad leg. ſive apud acta. cod. de tranſact. G. D. P.

Conciliatio ipſiuſmet Molinæi.

[a] Hîc tamen videtur ſibi contrarius, vel ibi melius conſuluiſſe & reſpondiſſe, in id vide Ludov. Carond. lib. 1. memor. cap. 19. fol. 71. & Fortun. Garſ. in tractatu de ultim. fine juris civilis & canonici. num. 164. F. P.

Cap. 4. *Cum pridem.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Petr. ac frater ejus cujus vicem gerere dicebat.* Ibi. *Ille enim cum eſſet conjuncta perſona, etiam ſine mandato audiretur. in verb. conjuncta perſona. Juncto tex. Cauſa ſuper Eccleſ. & Capella vertebatur.*

Spirituale negotium ab extraneo tractandum requirit ſpeciale mandatum.

Hoc eſſet falſum hîc. quia ſpiritualis eſt requirens ſpeciale mandatum. Panorm. hîc. & benè. quamvis gloſſam ſequatur Felin. in cap. coram. column. 2. de offic. deleg. C. M.

Conjuncta perſona in re communi poteſt agere ſine mandato, ſi caveat de rato.

Panormit. Hoc docet poſt ſpeculatorem. & ita Caſſadorus. ut lite pendente. deciſ. rot. tit. de procur. in novis deciſ. 6. ſed addit contrarium deciſum in noſtro cap. cum pridem. & ſane Felin. ex Author. Cardin. Zabarell. ad Clem. I. de procur. numero 11. verſ. ſexto quæro. recedit à communi Doctorum opinione, & cum Gloſſa ſentit, quia nullo jure cautum in materia Beneficiali conjunctam perſonam ſine mandato non admittendam, etiam data cautione de rato. Imo hoc cap. cum pridem. frater egit pro ſe & fratre ſuo, cujus vicem gerebat, tum erat conſors litis, quare ſine mandato agere potuit data cautione de rato. Bart. ſingul. 115. videndi Romanus ſingul. 619. & Duenas reg. 123. conjunctus. pluribus agit Felin. ad cap. nonnulli. §. unico. de reſcript. qui num. 55. verſic. limita. 3. diſputat an conjunctio ſpiritualis ſufficiat. G. D. P.

Tamen concluditur hîc in ſpiritualibus & beneficialibus ſpeciale mandatum requiri, nec ſufficere ratihabitionem ex variis ejuſdem Molinæi locis.

In id quod in ſpiritualibus & beneficialibus ſpeciale mandatum requiratur, nec ratihabitio domini ſufficiat, vide eumdem Molin. in not. ad cap. nonnulli. 28. §. ſunt & alii. de reſcript. in Gloſſa verb. ſine ſpeciali mandato. ibi ſed nonne ratihabitio ſufficit. & in cap. ex parte. 33. §. quia vero. in textu. ibi. litteræ quas quis ſine mandato domini impetrat valere non debent. eod. & ad reg. de infirmis. num. 397. & 399. & D. Loüetum in notis ibidem. & ad num. 268. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Illicitæ pactionis ſpeciem continere videbatur.* Ibi. *Poteſt dici quod in iis quæ ex ſui natura ſimoniaca ſunt, in veteri Teſtamento, ut vendere Sacramenta, non excuſat authoritas Papæ, in verbo ſimoniacæ.*

In ſimoniacis ſui natura, non excuſat authoritas Papæ.

Panorm. hîc & interpret. §. qui vero. cap. extirpandæ. col. penult. & fin. de præb. Henr. Boich. in cap. 1. ne Prælati vices ſuas. Conrad. de Summenhart. tract. de contract. quæſt. 49. oppoſ. 3. Philipp. Decius. cap. ſignificaſti. num. 15. de elect. ubi in annot. ad Decium dixi. C. M.

De duplici ſimoniacorum ſpecie, prohibitorum quia ſimoniaca, jure divino & naturali, ſimoniacorum quia prohibita jure humano & poſitivo.

De Simoniacorum duabus ſpeciebus, de quibus hîc agitur, aliorum quæ ex ſui natura, quæ & dicuntur realiter & formaliter ſimoniaca, ſive prohibita quia ſimoniaca, jure divino, veteris vel novi Teſtamenti ſanctionibus: illud idem prohibentibus, alia vero ſimoniaca præſumptive tantum, jure poſitivo & humano, ſive decretis patrum prohibentibus, quæ dicuntur ſimoniaca quia prohibita vide quod ſufficientius diſſeruimus in noſtro tractatu & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis ad verb. militia. cap. 2. beneficia eſſe quid ſpirituale, & in eis ſimoniam committi num. 14. & ſequ. F. P.

Cap. 6. *Cum Clerici.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Majores ſolito ſolvere penſiones.* Ibi. *Si facultates Eccleſiæ ſunt augmentatæ, numquid penſio debet augmentari.*

An penſio, auctis facultatibus Eccleſiæ augenda, vel non,

Dic quod ſi ab initio fuit conſtituta penſio habito reſpectu ad facultates Eccleſiæ, tunc auctis faculta-

Source : BIU Cujas

tibus, potest augeri, sicut è contra minime, si vero ob aliam causam, ut recognitionis vel protectionis, non debet augeri. Panorm. C. M.

De quibus pensionibus intelligendum quod hîc dicitur.

Nota hîc nomine pensionis non venire pensionem Ecclesiasticam, quæ constitui solet super beneficiis Ecclesiasticis, ex tribus causis jure Gallico receptis, in favorem Beneficiatorum resignantium, ne dispendium nimium patiatur resignans, vel permutantium, ad æquandam permutationem, vel pro bono pacis, ad sedandas lites, sed de subventionibus realibus beneficio impositis; namque pensiones Ecclesiasticæ, cum ex conventione à Summo Pontifice approbata pendeant, augeri non possunt. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS SEXTUS.

De Transactionibus.

Cap. 2. *Statuimus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.*

An compositio super decim's absque authoritate superioris servanda sit necne.

Vel etiam sine eo, quando jus antiquum recuperatur. cap. 1. de pactis: in 6. Panorm. cap. veniens de præscript. C. M.

In id vide Arrestum curiæ Parisiensis mensis Aprilis anni 1577. laudatum à Ludovico Caronda *le Caron* lib. 1. respons. juris. respons. 49. & lib. 2. Pand. cap. 9. pag. 103. F. P. Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Inter vos & personam Ecclesiasticam facta compositio.* Ibi. *Compositio facta ab Ecclesiastica persona cum laïco, ut minus solvatur; sine authoritate Papæ, propter utilitatem Ecclesiæ, valet, saltem de authoritate Episcopi.*

De eadem materia disseritur, & quod valet compositio ut supra.

Hanc Glossam sequitur Hostiens. Joann. Andr. hîc Anton. in 2. parte summæ. titul. 4. cap. 3. §. fin. Philipp. Decius. cap. penult. col. 2. num 5. de confirm. util. vel inut. C. M.

Cap. 3. *Contingit.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si Abbas de ratihabitione litteras habuerit.* Ibi. *Abbas simpliciter constitutus ad agendum, non potest transigere.*

An Prælatus agere vel transigere possit sine consensu Capituli.

Dic quod potest Prælatus sine consensu Capituli agere, sed non transigere, nisi eo modo quo potest alienare. Panorm. facit Francisc. Ripa de rescript. respons. 7. col. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. Ibi. *Ut sic notentur differentiæ inter litteras procuratorias, & litteras de rato.*

An differant litteræ procuratoriæ, & de rato.

Imo non est differentia. Barthol. l. 1. de offic. procur. Cæs. Panormit. hîc. C. M.

Cap. 4. *Constitutus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Revocata transactione in irritum, causam audiatis* Ibi. *Sed cum transactio sit simoniaca, quare non deponitur? dicas quod de gratia tantum auditur ad pristinam causam.*

Transactio circa beneficium, an simoniaca, vel non.

Secundùm Panorm. hîc. ob transactionem super beneficio factam non debet Clericus deponi, quia non est simonia, sed species simoniæ. C. M.

Species est simoniæ transigere de re spirituali, nulla submissione habita Papæ & ejus beneplacito.

Non erat simoniaca illa transactio, si nihil temporale datum pro spirituali fuisset, sed simoniæ labem redolebat, quia non fuit inita sub conditione consensus & approbationis obtinendæ, imo absolutè facta, & firmata fuerat, antequam ad Summi Pontificis notitiam perveniisset, ut patet legentibus textum, ait Bonacina de simonia. quæst. 4. §. 15. propos. 2. versic. tertia sententia. Cum vero non sit simonia, sed tantum simoniæ species, ideo non fuit depositus Orator in nostro cap. constitutus. ait Hugolin. tract. de simon. cap. 29. de transact. §. 2. num. 3. tab. 1. G. D. P.

Cap. 5. *De cætero.*

CASUS, sive THEMA. In casu sive themate. Thema secundùm intellectum Glossæ. hîc in fine. qui est verus & necessarius, rejectis aliis, secundùm Ægid. Bellamer. hîc quæst. 1. col. 3. Prior vel Rector Ecclesiæ prætendebat decimas vel aliud intra fines, vel super prædiis alterius Ecclesiæ, cujus Parrochiam traxit in jus coram delegato Papæ, pendente lite componit reus cum actore, pro certo annuo censu, ei ratione ejus Ecclesiæ solvendo, cumque aliquot annos solutum fuisset, cœpit cessari, & dubitari, quia non authoritas Episcopi; & Papa respondit ut hîc. Et sic superfluunt Gloss. Innoc. & Hostiens. C. M. Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Compositio non est juri contraria.* Ibi. *Dic hoc cap. locum habet cum una Ecclesia agit contra aliam, de subjectione, vel pro aliis juribus, coram delegato. in verbo subjectionis.*

Compositio de subjectione feudali vel censuali valet, non vero facta de spirituali.

Scilicet feudali, censuali, vel aliàs temporali prædiorum, non autem de subjectione spirituali, quia falsus esset intellectus, & contra cap. præterea. infr. eod. C. M.

Quæstio capituli præcedentis exponitur.

Patet hîc agi de censu temporali dato pro jure à Rectore unius Ecclesiæ in aliam Ecclesiam prætenso, nec constat an jus illud esset temporale, vel spirituale, quamvis temporale fuisse Molinæus in suo velit Themate, Interpretes multa hîc notant, opponunt, quærunt; sed ni fallor non bene. Textus capto sensu, quæritur an transactio judiciaria apud Delegatum facta pro jure in Ecclesiam prætenso & censu, sine Episcopi authoritate impositio valeat? Hanc non reprobandam Alexander respondet, si juri contraria non sit, censu tamen ad vitam sive Prælati, sive Rectoris, qui illi consensit, reducto, unde sequitur Delegati Judicis authoritatem simoniæ labem eluere, sed absque Ordinarii authoritate censum non potuisse constitui vel imponi. Casus hîc planus est, disputant super horum verborum. *Cui præest Ecclesiæ* sensu & interpretatione, non animadvertentes histerologiam esse, & verborum transpositionem, ut sensus sit, censum absque Episcopali authoritate, Ecclesiæ cui præest, sub prætextu transactionis apud extraordinarium Judicem initæ, solutum, vitam ejus qui solverit non posse excedere. Quod vero addit Molinæus non fuisse disputatum super subjectione spirituali, quia falsus esset intellectus, & contra cap. præterea. infr. eod. si intelligat cap. præterea. à Lucio 3. editum. Constat transactione Patronatum Ecclesiæ non posse laïco quæri, licet census Ecclesiæ debitus augeatur, si intelligat cap. præterea. Cælestini 3. super spirituali subjectione, non licet transigere aliquo temporali dato; sed utrumque capitulum sic interpretandum est: Si transactiones initæ fuerint propria transigentium authoritate, aliud si ex Summi Pontificis beneplacito, & confirmatione transegerint; adde inter Ecclesiasticos non posse super subjectione, spirituali transigi, etiamsi aliud spirituale daretur, sine superioris authoritate, quamvis hoc casu simoniæ vitium abesset; ex Ugolino tract. de simonia. tab. 1. cap. 29. §. 1. in fine. Porro non omittendum est *in cap.* præterea. 2. legi in fine *nostris* in omnibus codicibus *iniquitatem simoniacam*, hancque dictionem simoniacam deesse apud Antonium Augustin. in 2. decretalium collectione. G. D. P.

Census impositus Ecclesiæ transactione habita & confirmata à delegato Papæ absque authoritate Episcopi. non excedit vitam promittentis.

Examinatio notæ Molineanæ, de quo capitulo præterea. hujus tituli intelligëda.

De subjectione spirituali Ecclesiæ non potest transigi absque authoritate superioris.

Cap. 7. *Super eo.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ut possideantur res sacræ aliquo dato.* Ibi. *Alioquin si evidens est calumnia, non tenet transactio, in verb. calumnia.*

An transactio facta super lite beneficiaria sit simoniaca necne? tum ex parte rei, tum ex parte actoris.

Et quidquid dicat Joannes Andr. hîc. non est differentia inter actorem & reum, ut tenet Barth. in d. leg. in summa. Jason. Alciat. Philipp. Decius. in leg. 2. ubi in annotat. dixi. cod. de transact. C. M.

Idem dicunt cum Joann. Andr. Panormit. & Cardin. Zabarell. & licet differentiam non constituerit Barth. inter actorem & reum ad d. leg. in summa. dig. de condict. indebiti. Aliter tamen sentit ad leg. sive apud acta. cod. de transact. nec absolutè Jason ad leg. 2. cod. eod. dicit non esse differentiam. Sed hanc admittit, si identitas rationis patiatur, Decius personam inspiciendam putat, Alciatus verbo transegisse, nihil referre sentit actor an reus fuerit,

Examinatur nota Molinæana, differentiam inter actorem & reum in transactione beneficiaria expungens.

Source : BIU Cujas

ſed contra gloſſæ mentem verb. nulla. ſed differentia inter actorem & reum omiſſa verborum ſubtilitate, verſatur tantum circa actiones aut exceptiones, quando diſputatur de executione vel reſolutione tranſactionis, non vero circa tranſigendi facultatem. G. D. P.

Cap. 8. *Veniens.*

SUMMARIUM. An tranſactio habita de rebus Eccleſiæ obliget ſuccеſſorem, cum facta ſit ſine authoritate ſuperioris.

In Summario. Ibi. *Tranſactio facta de rebus Eccleſiæ per Prælatum, ſine ſuperioris conſenſu, non obligat ſucceſſorem.*

Felin. cap. præſentata. in principio. de teſtib. gloſſ. cap. cum veniſſent. verſ. probatum. de teſtib. Conrad. de Summenhart. tract. de contract. qu. 18. concluſ. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Tranſactio Prælati ſuper rebus Eccleſiæ, quamvis ſine ſuperioris authoritate habita, quandiu vivit Prælatus, non poteſt revocari.

In Gloſſa verb. *Nec pacta inter alios acta aliis obeſſe patimur.* Ibi. *Credo quod licet ſit perſonalis tranſactio, ipſe tamen quandiu vixerit non poterit revocare.*

Hoc cap. & præcedens loquitur de alienatione quæ non tenet. Iſta vero temporalis pactio tenebat ad tempus. Joann. Andr. & gloſſ. ſequitur Panorm. hîc. C. M.

Illud Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum fuit, & margini ſuæ annexum. F. P.

Cap. 11. *Ex parte.*

INSCRIPTIO. Ad illuſtrandam Hiſtoriam, & pacificandas diſcordias modus ſequendus.

In Inſcriptione. Ibi. Honorius 3. *Joanni tit. ſanctæ Praxedis Presbytero Cardinali.* juncto Textu. Ibi. *Statu Eccleſiæ Græcæ adhuc debili, & pertinacia Græcorum penſata procedas.*

Eo tempore Galli tenebant Imperium Conſtantinopolitanum, ut dixi ſup. de major. & obed. cap. inter quatuor. C. M.

Jungenda ad intelligentiam pleniorem capituli.

Ad intelligentiam hujus decretalis, & notæ Molineanæ ad eamdem; recurre ad integriorem decretalem, in quinta compilatione, Innocentii Cironii opera & ſtudio edita. hoc tit. de tranſact. & ad notam ejuſdem Cironii huic decretali ſubjectam, unde lux plenior tibi effulgebit. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS SEPTIMUS.
De poſtulando.

Cap. 3. & ultimum. *Cum Sacerdotis.*

GLOSSA. Quænam dici debeant conjunctæ perſonæ, ut liceat Sacerdori pro eiſdem poſtulare.

In Gloſſa verb. *Pro ſeipſo. juncto Textu.* Ibi. *Pro Eccleſia, vel pro perſonis coniunctis, Sacerdoti licitum eſt poſtulare.* Ibi. *Inter quas perſonas ſatis credo intelligendos confratres ſuos ejuſdem Eccleſiæ.*

Hoc falſum, quia debet intelligi de conjunctis conjunctione carnali. Panorm. C. M.

Diſcutitur quis poſſit pro alio poſtulare, & quæ cautiones dandæ?

In hac quæſtione dicendum aliud eſſe poſtulare pro actore, aliud reum defendere; pro reo, non ſolum conjuncta perſona, ſive conjunctione ſanguinis, ſive conjunctione ſpirituali, non ſolum amicus, non ſolum Procurator generalis, ſed quilibet intercedere poteſt, ſaltem data cautione, vel de rato habendo, vel judicatum ſolvi, pro actore conjuncta perſona conjunctione carnali non ſolum poſtulare poteſt, ſed etiam agere ſine mandato ſpeciali cautione data; excipiunt negotia in quibus ſpeciale requiritur mandatum, & ampliant ad cauſas ſpirituales; addunt nec conjunctæ perſonæ nomine venire conjunctum conjunctione ſpirituali. De his Panorm. hîc. & ad cap. nonnulli. ſupr. de reſcriptis. ubi latè Felin. Roman. ſingul. 619. impreſſorum anno 157. Cin. Jaſon. ad leg. qui exigendi. cod. de procur. Cotta. in memorial. verb. conjunct. Duenas reg. 123. conjunctus & quos citant: Cæterùm cum poſtulare ſit deſiderium ſuum vel amici ſui in jure apud eum qui juriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Si Clericus noſter pro reo poſtulabat, rectè gloſſator noſter reſpondit; imo & idem ſi pro actore, quia longe aliud eſt poſtulare, aliud procuratorem eſſe; nec enim mandato indiget Advocatus, nec ab eo petitur cautio, ſive de rato, ſive judicatum ſolvi; quare ſuppoſita capacitate poſtulandi in noſtro Clerico, de qua in d. l. 1. de poſtul. male Panorm. & Molin. hîc diſputant, ea quæ ſub titulo de procuratore dicenda fuerunt. G. D. P.

Quid ſit poſtulare diſcutitur, & an Clerici illud poſſint.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Contra Eccleſiam. Juncto Textu Clericus, qui contra Eccleſiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis advocatus, vel procurator eſſe præſumit, tanquam ingratus poteſt beneficio ſpoliari.* Ibi. *Sed ſi Eccleſia eſſet ei ingrata, tunc contra ipſam advocare poſſet, id eſt poſtulare.*

An Clericus contra Eccleſiam in qua beneficium obtinet, poſtulare poſſit.

Joann. Imola reprobat; ſed vide Anton. Corſet. in ſingul. verb. ingratitudo. Franciſc. Ripa. in leg. finali. quæſt. 47. cod. de revoc. donat. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS OCTAVUS.
De Procuratoribus.

Cap. 1. *Alia quidem.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Portitoribus non credendum, quia ut dicitur in gloſſa, non habebant mandatum.* Ibi. *Item Clerici inter conjunctas perſonas numerantur, ſuple eorum à quibus exigitur mandatum.*

An conjunctæ perſonæ ſine mandato agere poſſint.

Falſum eſt Panor. hîc & ſupra tit. 1. cap. ult. C. M.

An Clericus in rebus Conclerici agere poſſit ſine mandato.

Appoſitè ſub titulum de procuratoribus. Diſputatur an Clericus ſit conjuncta perſona alterius Clerici, ita ut procuratoris officio fungi poſſit ſine mandato in cauſis ſpeciale mandatum requirentibus, etiam oblata cautione, & negative reſpondendum eſt. Felin. ad cap. nonnulli. §. unico. num. 55. verſ. limita. tertio. de reſcrip. nec obſtat can. non liceat. 12. quæſt. 1. alienatis quippe Eccleſiæ bonis, ad actionis popularis exemplum, in emptorem actio cuilibet Clerico competit. cap. ſi quis. de reb. Eccleſ. non alien. G. D. P.

Cap. 2. *Querelam.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Abſentem infirmitatis cauſa abſolvere non differatis à condemnatione expenſarum.* Ibi. *Juſtam cauſam habuit abſentiæ, qua probata abſolvitur, in verb. abſentia.*

Probata abſentia propter infirmitatem, condemnatus in expenſas, debet abſolvi.

Quod procedit quando Judex non fuit certificatus de impedimento; ſed quando fuit certificatus, ipſo jure non tenetur. Panorm. hîc gloſſ. Bartol. Paul. & omnes. in leg. quæſitum. de re jud. Bartol. in l. 2. in fine. & ibi Jaſon. num. 10. de in jus vocan. in leg. 2. §. qui in judicio. ubi Paul. Angel. Roman. Alex. ſi quis caution. Bartol. Bald. Salicet. Paul. leg. penult. cod. quomodo & quando Judex. Mathæus afflict. deciſ. 182. Neapol. num. 7. C. M.

Cap. 4. *In noſtra præſentia.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Falſi procuratoris exceptio.* Ibi. *Talis exceptio non poteſt opponi poſt ſententiam.*

Falſi procuratoris exceptio quando opponenda.

Imo quia falſus eſt procurator, Panorm. C. M.

Cap. 5. *Tua.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si vir accuſet uxorem de crimine adulterii, ad pœnam legitimam infligendam.* Ibi. *Et poteſt vir uxorem convictam de adulterio & condemnatam retinere.*

An vir uxorem condemnatam adulterii retinere poſſit nec ne?

Niſi ipſe nolit meliorem vitam ducere, quia tunc incideret in crimen lenocinii. Textus in leg. caſtitati. leg. ſive metus. cod. de adulter. Auguſtin. de Arimino. in addit. ad Auguſtin. Aretin. tract. malef. verſ. *che mi hai adulterato.* collat. 21. C. M.

Cap. 8. *Auditis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Antequam ad illum pervenirent revocationis litteræ.* Ibi. *Cum jam eſſet ſuper proceſſibus concluſum, nonobſtante tali revocatione, potuit ſuper ſententia fieri.*

An revocatio procuratoris poſt concluſionem in lite admittenda, & annullet actus poſtea factos.

Unde revocatio procuratoris ſuperveniens poſt concluſum in cauſa, non annullat actus qui tunc fient cum eo. Lancellot. Decius. leg. liberto. §. largius. in fine. de annuis legatis. C. M.

Cap. 9. *Petitio.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Mutinenſis Epiſcopus profecturus in Livoniam, nos Vicarios & Procuratores conſtituit*

Source : BIU Cujas

generales. Ibi. *Dicunt illæ leges decreto. & Lucius. de adminiſt. tut. & lex creditor. §. duobus. mandati. intelligitur in eo caſu cum utrique in ſolidum mandavit.*

Mandatum univerſale & in ſolidum intelligitur,

Sed ibi ideò, quia mandatum erat univerſale ſecundum Bart. & doct. Ibi. C. M.

In illo §. duobus. non quæritur an mandatariorum unus ſine altero poſſit agere, ſed an in ſolidum teneantur, quod explicat Bart. At Baldus in antiqua lectura dicit plures habentes mandatum univerſale videri habere mandatum quilibet in ſolidum, Paulus in leg. Lucius. §. 1. de adminiſtr. tut. vocat Curatorum individuum officium, quare recte in l. decreto. §. unico. eod. benigne permiſſum eſt unum ex tutoribus agere poſſe, quia, ut idem Paul. inquit, duo ſimul agere non poſſunt, ratio petenda eſt ex Ulpiano. in leg. 3. §. apparet. dig. eod. mandatariorum non eſt individuum officium, ſed in ſolidum dari poſſunt, ad exemplum procuratorum, quibus in ſolidum ſimul datis, occupantis melior erit conditio, ut poſterior non ſit, in eo quod prior petit procurator. leg. pluribus. dig. de procurat. quod dici poteſt de mandatariis. qui & in ſolidum conſtitui poſſunt. G. D. P.

Procuratorum & mandatariorum munus datur in ſolidum, & melior conditio præ-venientis.

Cap. 13. *Mandato.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Mandato procuratoris poſt litem conteſtatam revocato.* Ibi. *Si procurator nollet conſentire revocationi, debet hoc fieri cauſa cognita, id eſt revocatio declarari.* In verbo *procurator nollet.* Vel etiam adverſarius. C. M.

De revocatione procuratoris poſt litem conteſtatam, quando & quomodo locum habere debeat.

Cap. 14. *Non injuſta.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Potuit & debuit procurator à ſententia contra ipſum, id eſt, dominum lata appellare.* Ibi. *Vel poteſt dici quod appellare tenetur procurator, vel domino denunciare.*

Procurator debet appellare à ſententia contra dominum lata, vel ei judicatum denunciare.

Idem Panorm. hîc. vide Jaſon. leg. unica. §. ſi procurator. col. 4. ſi quis Jud. non obtemperan. Anton. Rub. repetit. §. morte. in leg. non ſolum. num. 703. de oper. novi nunciat. C. M.

Cap. 15. *Conſulti.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Procurator conſtitutus à communitate, non ex eo debet repelli, quod tempore conſtitutionis, majores & jurati eſſent excommunicati.* Ibi. *Impetrator excommunicatus impetravit litteras pro non excommunicato, numquid valent litteræ, ut per eas procedatur? Videtur quod ſic, quia non refert per quemcumque preces oblatæ ſint.*

Litteræ impetratæ per excommunicatum nomine non excommunicati, valent & earum oblatio.

Et bene Archid. Lap. Philipp. Franc. cap. 1. de reſcript. in 6. Petr. Anchar. cap. acceſſorium. col. 12. de reg. jur. in 6. quamvis aliter dicat Rota de procurat. in antiquis. & Panormit. hîc. & Felin. cap. finali. de except. & male. quia actus impetrationis fundatur in domino. C. M.

TITULUS QUADRAGESIMUS.

De his quæ vi metuſve cauſa.

Cap. 1. *Perlatum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Epiſcopus uxori à viro mortem metuenti velum imponere ſimulavit.* Ibi. *Nota quod utilis ſimulatio permittitur.*

Utilis ſimulatio quandoque permittitur.

Thom. 2. 2. quæſt. 3. art. 1. ſect. & Gabriel Biel. lib. 3. ſentent. diſtinct. 38. quæſt. unic. art. 3. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Mulierem quod fecit poſt modum ratum habuiſſe, junctis præcedentibus. de muliere habitum relligionis metu mortis ſuſcipiente.* Ibi. *Et dic poſt modum, id eſt, poſt mortem viri, & ita planum eſt, quia vivente viro metus mortis durare intelligitur in verbo durare.*

Muliere metum à viro patiente, durâte matrimonio, metus durate intelligitur.

Alexand. conſil. 1. col. 4. conſil. 98. cum ſequenti. ubi tetigi. lib. 3. Philip. Corn. conſil. 44. l. 2. Philip. Decius. leg. pacta noviſſima. num. 22. cod. de pactis. conſil. 219. col. 2. C. M.

Cap. 2. *Abbas.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Rogerius militibus immiſſis ab Abbate Eccleſiam abjurare tali modo coactus.* Ibi. *Et eſt quod ſubvenitur metum paſſo, niſi culpa ſua inciderit in metum.*

Metum paſſo, ſi culpa ſua inciderit in metum, non ſubveniens.

Etiam hoc ſi alter juſte, & per modum licitum metum inferat, aliàs ſubvenitur. leg. nec minorem. in fine. dig. eod. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa Ibi. *Ab iſta doctrina, ſive generalitate excipiuntur caſus in quibus fallit etiam ſi culpa ſua incidiſſet in metum, & primo in cauſa matrimonii.*

Fallentiæ à præcedenti regula hîc exponuntur.

Idem in omnibus ſpiritualibus tenet Fortun. Garc. in rubr. de juſtit. & jure. in 21. illatione. dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. 2. num. 4. de reſcript. & conſil. 219. num. 5. C. M. Ibidem.

Glossa.

In eadem Gloſſa. Ibi. *In omnibus aliis tenent quæ per metum fiunt.*

Aliæ fallentiæ contra gloſſam.

Imo etiam alii excipiuntur. ut hîc per Panorm. C. M.

Cap. 3. *Ad aures.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Ad terrorem laicorum renunciavit.* Ibi. *Tamen ſi ſponte in manu laici renunciaſſet, quoad ſe bene teneret renunciatio. Sed quoad ſuperiorem, non.*

Renunciatio in manu laici facta, antequam à ſuperiore probata fuerit, non valet etiam ex parte renunciantis.

Imo nec quoad renunciantem tenet, donec ſuperior re integra approbaverit, & admiſerit, Panorm. hîc. num. 7. & dixi in tract. reg. cancell. de infirmis reſign. num. 2. cum ſequenti. C. M.

Cap. 4. *Ad audientiam.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Si conſtiterit ad reſignationem coactum.* Ibi. *Nota quod licet metus interveniſſet in præſtatione juramenti quod reſignaret; ſi poſtea in reſignatione non interceſſit metus, & ſponte reſignavit, non poteſt. Juncta inſcriptione Innocent. 3. Epiſcopo Linconenſi.*

Jurare per metum coacto quod reſignaret, ſubvenitur etiam ſi poſtea voluntarie reſignaverit.

Imo poteſt per hunc Textum, quia durat metus juramenti. Joann. Andr. Panorm. hîc. C. M.

Non dicunt Joann. Andr. & Panorm. durare metum juramenti, ſed perjurii, ut Anchar. & ita gloſſa ad leg. iſti. §. 2. verb. ſeu mulier. dig. eod. & ad leg. 2. verb. poteſt. cod. eod. dicitque Panorm. eum metuiſſe, ne opinione vulgi perjurus haberetur; at eorum opinionem non probat Zabarella, ſed rectius ni fallor dicit eam eſſe gloſſæ mentem, ut Regis metus tempore juramenti duraret adhuc reſignationis tempore, cum autem decretalis Epiſcopo Linconenſi directa ſit, Regem qui illud exegerat juramentum, puto fuiſſe Joannem Angliæ Regem, Eccleſiaſticos mirè vexantem. Vide Alciat. ad leg. interpoſitas. verb. contineat. cod. de tranſact. G. D. P.

Qui per metum coactus reſignare promiſit, ſi poſtea reſignaverit non valet reſignatio, ſi tempore reſignationis adhuc metus ſuberat.

Cap. 5. *Sacris.*

Textus.

In Textu in fine. Ibi. *Cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere.*

Pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere.

Vide Guillelm. Occam. in dialog. lib. 7. part. 1. cap. 61. Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 18. Jacob. Alcmai. in moral. cap. 3. Hieron. Dehangeſt. in moral. cap. 6. Ang. Clav. in verb. excommunicatio. 8. §. 18. & ſic repro. Alber. in rubr. cod. eod. C. M.

Cap. 6. *Cum dilectus.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Non obſtante violentia.* Ibi. *Vel forte minabatur excommunicationem. Sed ille timor non excuſat, cum excommunicatio ſit medicinalis.*

Metus excommunicationis incurrendæ non excuſat.

Idem Goffred. quia vel eſt juſta, & imputandum eſt excommunicato, aut injuſta, & non eſt timenda, quia non ligat apud Deum. Idem Alciat. in leg. interpoſitas. verb. contineat. cod. de tranſact. Panorm. hîc. col. 2. ſequitur quoad actionem quod metus cauſa, ſed officium Judicis admittit cauſa cognita, ſi ſuberat periculum perdendæ promotionis. C. M. Ibidem.

Textus.

In Textu in fine. *Non reſtituendi Canonici Regulares adverſus votum & juramentum præſtitum, quod Ciſtercienſem Regulam profiterentur, quamvis ſe dolo ſeductos proponerent.* Ibi. *Cum talis dolus non tam ad circunventionem, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri.*

Concurrentibus dolo ex parte unius, & fatuitate ex parte alterius, fatuitas præponderat dolo.

Ægid. Bellamer. hîc. num. 3. not. 3. notat ex Textu, quod ubi dolus ex parte unius, & fatuitas ex parte alterius ſimul concurrunt, fatuitas præponderat dolo. C. M. Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Ad fatuitatem. Junctis præcedentibus.*

Source : BIU Cujas

Ibi. *Sic patet quod licet dolus interveniat in hujusmodi spiritualibus, non tamen subvenitur dolum passo. Idem in matrimonio.*

De dolo in spiritualibus, & an locum præstet restitutioni necne.

Imo si tollit consensum. Panormit. hîc. Jason. institut. de act. §. omnium. col. 5. Idem dico, si facit consensum minus liberum, quia requiritur spontaneus & liber. cap. cum locum. de sponsal. C. M.

Cap. 7. *Super eo.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum constiterit de violentia per testes, & de amissis rebus per sacramentum.* Ibi. *Et sic interesse quod surgit ex maleficio, probatur per jusiurandum, secus si surgit ex contractu, quia tunc per testes probandum est, & quod hic dicit non propriè pertinet ad actionem quod metus causa, sed ad interdictum unde vi.*

De in litem jurejurando, & quando locus sit.

Imo generaliter locus est huic capitulo, ubi concurrit difficultas probationis, cum dolo conventi. Innoc. Panorm. hîc. Bartol. leg. in actionibus. de in litem jurando. secus si agat contra tertium. Alber. 2. part. statut. quæst. 64. & part. 1. quæst. 52. C. M.

TITULUS QUADRAGESIMUS PRIMUS.

De in integrum restitutione.

Cap. 1. *Requisivit.*

Glossa.

In Glossa verb. *Coloni sumptibus, quos bona fide fecerunt, non debent defraudari.* Ibi. *Ex utraque parte fieri debet restitutio, & ex parte coloni, & ex parte Ecclesiæ.*

Ubi ex utraque parte restitutio facienda.

Adde leg. cum autem. §. Julianus ait. de ædilit. edict. Bartol. leg. finali. col. 4. cod. de sentent. passis. Philipp. Decius. leg. in condemnatione. §. cum verbum. de reg. Jur. C. M.

Cap. 2. *Cum venissent.*

Glossa.

In Glossa verb. *Districtè inhibentes, ne eligerent in Abbatem.* Ibi. *Non videtur quod ipsi potuerint inhibere, cum Monachi essent in quasi possessione eligendi: Argument. contra. de petit. hæred. in leg. divus. sed hoc solvitur in fine notulæ quæ incipit, sed nonne.*

Inhibitio sine causæ cognitione facta partem non astringit.

Hîc enim præceptum seu inhibitio facta, sine causæ cognitione quæ non transit in rem judicatam, nec partem astringit. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Electionem pendente controversia, nec confirmandam duximus, nec infirmandam.* Ibi. *Et ideo quandiu pendet quæstio juris, seu possessionis, electio confirmari vel infirmari non debet.*

De electione, vel præsentatione pendente lite facta.

De hoc latè Roch. Curtius in tract. de jure patron. in verb. competens alicui. quæst. 3. dic quod obtinet illius electio vel præsentatio, qui reperitur fuisse in possessione bona fide; si autem non constat uter fuerit in possessione, valet facta per eum qui reperitur verus proprietarius; si autem apparet eum, qui non erat proprietarius, fuisse in possessione; sed mala fide, neutra valet. Henricus Bohic. hîc. Panorm. Francisc. Ripa. cap. cum Ecclesia Sutrina. in fine. de caus. possess. & propriet. C. M.

Præsentatio ejus patroni qui est in possessione, prævalet cæteris.

Cap. 3. *Auditis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum Ecclesia fungatur vice minoris.* Ibi. *Sed ad similitudinem minoris facti majoris, restituitur Ecclesia, usque ad quadriennium, sicut minor.*

Ecclesia fungitur vice minoris ut restituatur.

Hæc vera. Anton. Butr. Panorm. hîc Roman. consil. 123. C. M.

Cap. 5. *Tum ex litteris.*

Glossa.

In Glossa verb. *Ab Eugenio III. prolata sententia nonobstante. juncta inscriptione Innocent. III. Episcopo & Capitulo Oscensi.* Ibi. *Et ita videtur quod restitutio danda sit post quadriennium.*

Sententia executioni mandanda nonobstante exceptione proposita.

Et est verum impedito facto partis vel judicis. Panor. hîc. Bald. leg. 1. cod. in integr. restit. postul. ne quid novi fiat. leg. si causa cognita. cod. de transact. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nos æquitate pensata duximus providendum.* Ibi. *Hîc præfertur æquitas juri, propter præsumptionem, cum alias de iure communi, postulata restitutione in integrum, omnia in statu suo esse debeant, donec restitutio finita sit. cod. de in integ. restit. postul. leg. unica.* integr. restit. ne quid novi fiat.

Exceptio regulæ quod postulata in

Panorm. hîc. Bartol. leg. unica. & leg. si prætor. in fine de judiciis. leg. de author. tut. C. M.

Cap. 7. *Coram.*

Glossa.

In Glossa verb. *Auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc speciale mandatum.* Ibi. *In hoc casu scilicet petendæ dilationis, per auxilium restitutionis in integrum, non videtur generale sufficere mandatum.*

Ad petendam restitutionem nomine alterius, an generale, an speciale mandatum requiratur.

Imo sufficit, ex quo petitur incidenter Panorm hîc. Felin. cap. nonnulli. §. 1. col. 2. de rescript. adde Cassad. de procur. decis. 1. & quæ dixi in annot. ad Philipp. Decium. cap. cum Martin. num. 13. de constit. C. M.

Cap. 8. *Constitutus.*

Textus.

In Textu ibi. *Cum adhuc existant intra annum & diem à tempore contractus, & ipsis tanquam proximioribus competeret super illa portione jus offerendi emptoribus pretium, juxta municipii Parosinensis consuetudinem, juncta glossa. in verbo consuetudinem.*

De retractu lineari probato in Jure Canonico.

Vide pleniſſime per Dominum Andr. Tiraquell. Curiæ Parisiensis Senatorem amplissimum, in suo tractatu de retractu proximitatis. C. M.

Quidam legunt Peronensem, quæ est Civitas regionis Picardiæ, in Diœcesi Noviomensi, in Comitatu Viromandensi, quæ & Collegiata Ecclesia decoratur, & dicitur *Peronne*, quæ est conjectura patris mei in repetitione ejusdem capituli in Commentariis ad cap. Gregorii IX. quæ in sua collectione numeratur. Quod in Schola Bituricensi juridica scholaribus evulgavit anno 1629. F. P.

Conjectura legendi in hoc cap. consuetudinem Peronensem loco Parosinensis.

Cap. 10. *Beneficia.*

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi novis defensionibus ad hujusmodi restitutionis in integrum beneficium sit admittenda.* Ibi. *Novæ defensiones dicuntur, sive quæ tunc erant, sed allegatæ non fuerunt, quia occultæ erant, sive quæ postea erunt. secus in verbo novæ.*

Dic ex mente Panorm. hîc. quod dicuntur novæ quæ tunc erant; sed omissæ, vel supervenerunt, sed ex consequenti læsionis antiquæ. C. M.

Quæ sunt novæ defensiones in Gallia dicuntur *Faits nouveaux*.

Ad intellectum hujus capituli, & ut in aperto sit quid sint novæ defensiones, seu ut vulgo in tritura forensi dicitur *faits nouveaux*; & ut proponi debeant, sive in causa principali, sive in causa appellationis. Vide in stilo Parlam. part. 1. cap. 24. §. 1. & notam Molinæi ibidem. in verbo dependentia. aliàs, ut potestas esset proponendi & probandi facta nova, opus erat impetrare litteras in Cancellaria regia, quæ appellabantur *pour articuler faits nouveaux*. Sed illud immutatum declaratione noviſſima de mense Aprili anni 1667. titulo qui inscribitur *des delais & procedures*. articulo 2. quo cavetur ne amplius hujusmodi litteræ impetrentur & exhibeantur, sed solummodo libellus suplex judicibus porrigatur, narrationem novorum factorum, sive defensionem continens, processui adjungendus, ut ei jus dicatur, si æquum visum fuerit. F. P.

Usus articulandi & probandi facta nova, ex nova constitutione mensis Aprilis anni 1667.

TITULUS QUADRAGESIMUS TERTIUS.

De Arbitris.

Cap. 5. *Cum tempore.*

Textus.

In Textu ibi. *Promisisti arbitrium Magdeburgensis Archiepiscopi servaturum.* Ibi. *Magdeburgensis.*

Ad Historiam Magdeburgensem illustrandam & libertatem eorumdem astruendam.

In Saxonia ad Albim Fluvium; Factus est Episcopatus anno 780. per Carolum Magnum, deinde totius Saxoniæ Metropolis, dicta est etiam Parthenopolis, ut per Franc. Irenicum. German. Exegesis lib. 3. cap. 38. & lib. 2. litt. M. Hanc Carol. V. arte magis quam armis subacta Germania, captivosque tenens Fredericum Saxoniæ Ducem (à cujus patre electus fuerat) & Philipp. Landgravium Hessium, summos totius Germaniæ Principes, nec arte, nec armis, etiam S. Mauritio Duce fere quatuor annis obsessam

Source : BIU Cujas

obsessam nec subigere potuit, nec ad fœdus sacrum ineundum pellicere. In ea stetit & *hoc anno* 1551. Stat vetus libertas & statutum Imperii totiusque Germaniæ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Arbitrium Magdeburgensis Archiepiscopi.* Ibi. *Ex hoc videtur quod ordinarius potest esse arbiter.*

An Judex ordinarius possit esse arbiter, nec ne.

Hoc verum Jure Canonico, secus Jure Civili. Henr. Boich. hîc. Barthol. leg. sed si in servum. dig. eod. C. M.

GLOSSA. Et ad cap. litteras in glossa in verb. *Arbiter & infra de præsumpt.* Ibi. *Sic etiam ordinarius potest esse arbiter.*

Jure canonico Judex ordinarius potest esse arbiter

Jure Canonico, non Civili, ut supr. de arbitris. cum tempore. Sed in hoc Jus Canonicum observatur, & bene. ut novè dixi in annot. ad Philipp. Decium. leg. & si prætor. num. 5. dig. de jurisd. omn. Jud. C. M.

Quæ differentia juris canonici & civilis, in eo quod de primo judex ordinarius potest esse arbiter, de secundo non potest.

Imo Jure Civili Judices ordinarii poterant esse arbitri. At nullus antiquorum Doctorum ab Accursio verum sensum legis sed si in servum. §. si quis Judex. dig. de arbitris. perceperunt. Unde glossa ad nov. 86. cap. 2. verb. conventum. differentiam constituit inter arbitrum & arbitratorem: alius Judex ordinarius, alius Judex datus, de ordinario Judice leg. in contractibus. §. 4. dig. de non num. pecun. leg. unica. cod. si quacumque præd. potest. leg. quoniam Judicis ordinarii. cod. de appellat. l. ult. cod. de collat. fund. patrimonial. lib. 11. leg. 1. leg. 2. cod. de collat. fund. fiscal. eod. lib. hîc Judex ordinarius erat Magistratus. unde Livius Prætorem appellat Judicem, notavit Cujac. lib. 10. observat. cap. 10. Magistratus poterat esse arbiter. l. 3. §. ult. l. 4. dig. de arbitris. Judex datus à Magistratu arbiter in ea causa in qua datus fuerat, esse non poterat, quæ est mens Ulpiani d. §. si Judex. de qua etiam Argent. in consuet. Britann. art. 18. not. 4. præter Judicem ordinarium & Judicem datum erat Judex selectus, de quo Cujacius observat. lib. 21. cap. 31. Nulla sane dari potest differentia inter Jus Civile & Canonicum, an Judex ordinarius arbiter esse possit; at Jure Civili Judex datus arbiter esse nequit, Jure vero Canonico Judicem delegatum sibi litigantes arbitrum statuunt. d. cap. litteras. infr. de præsumpt. ubi glossa. G. D. P.

Quis sit judex selectus secundum Cujacium.

Adde & Laurent. Bochel. tom. 1. Bibliothecæ juris. pag. 242. & 243. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegiis vel indulgentiis libertatis à Romano Pontifice concessa.*

Qui non potest alienare, non potest compromittere.

Quia qui non potest alienare, non potest compromittere. Joann. Andr. Anton. Butr. Panorm. hîc. Cardin. consil. 75. col. penult. Philipp. Decius. consil. 39. num. 4. ubi. tetigi. & latè Domi. Andr. Tiraquell. de leg. connub. gloss. 3. quæst. 19. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Indulgentiis libertatis sine licentia Romani Pontificis renunciare.* Ibi. *Sed quantum ad se potuit renunciare, & non quantum ad Papam.*

An renunciare liceat exemptionis privilegio absque Romani Pontificis venia.

Imo ibi non agebatur de jure Papæ, quia non erat immediate subjecta Papæ. Henr. Boich. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 8. Contingit.

GLOSSA. In Glossa verb. *Generaliter prohibemus, ne de rebus spiritualibus compromittatur.* Ibi. *Sed in laicum tantum compromitti, etiam authoritate Episcopi non potest, sicut credo, nisi authoritate Papæ.*

An de rebus spiritualibus in laicum tantũ compromitti possit.

Sed bene in arbitratorem. Hostiens. Joann. Andr. cap. finali. de rerum permutat. Roman. consil. 290. Petr. Ancharan. consil. 23. consil. 91. Alexand. in leg. quotiens. cod. de judic. consil. 111. col. 2. lib. 3. & est communis. Philipp. Decius. cap. 2. col. 2. de judic. Hieron. Gratus. consil. 87. numero. 10. lib. 11. C. M.

Cap. 9. *Per tuas.*

TEXTUS. In Textu ibi. *Quia juramento suo seipsum personaliter plebanus compromittens, non Ecclesiam poterat obligare.*

Juramentum nihil addit, quia intelligitur secundum materiam subjectam. leg. diem proferre. §. finali. dig. eod. secundum Innoc. hîc. & bene. Quamvis hîc. eum reprobet, per textum in cap. 2. cap. cum tempore. juncta glossa. infr. eod. quem latè sequitur Roman. in leg. stipulationes non dividuntur. num. 69. de verb. oblig. & male. C. M.

Juramentum secundum materiam subjectam debet intelligi, nec plus addit stipulationi.

Cap. 11. *Exposita.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Compromisit.* Ibi. *Sed cum res hîc certæ erant per sententiam à qua non fuit appellatum; nec supplicatum; ideo transigi sive compromitti non potuit.*

Hostiensis stabat huic objectioni, dicens propter hoc compromissum non valuisse. Joann. Andr. quod Panorm. col. 2. admittit. si in arbitratorem: secus dicens Si ut in arbitrum, quia arbitria judiciis æquiparantur, & valet sententia contra sententiam, si non opponatur; sed hæc ratio frigida est, quia prius oportet paciscí de compromisso, quod pactum non æquiparatur judiciis. C. M.

De sententia à qua non provocatur, compromitti non potest.

Prima pars hujus prænotati Molinæani ab emendatoribus Romanis usurpatur, & margini additur, omissa posteriori ab his verbis *quod Panormitanus column. 2. admittit ad finem.* F P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quod per arbitrium Ducis Venetorum contra Legati sententiam factum fuerit, in irritum revocetis.* Ibi. *Dicas ergo quod sive quis fuerit arbitrator, sive amicabilis compositor, non est standum iniquo arbitrio.*

An arbitrio contra sententiam latam standum sit, necne.

Imo nisi sit evidens, seu notoria iniquitas. Panorm. hîc. & cap. 2. supra eod. Lanfranc. de Oriano. tract. de arbitr. col. 1. cum sequ. vide Alex. consil. 139. lib. 7. Philipp. Dec. consil. 11. num. 6. ubi in annotat. dixi. C. M.

Cap. 13. *Cum à nobis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Arbitrio Cardinalis Legati, & duorum mediatorum.* Ibi. *Sed dicas quod Cardinalis non fuit assumptus ut verus arbiter, nec illi mediatores, sed potius fuerunt amicabiles compositores.*

Quæ differentia inter arbitros & amicabiles compositores.

Hæc vera in se allegat Romanus singulari 163. C. M.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

De Judiciis.

Cap. 1. *De quo vult Deo.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Interrogatus an cum eo vellet experiri, respondit non placere.* Ibi. *Sed nonne locus fuit pœnitentiæ.*

Ubi de non declinanda jurisdictione agitur, non est locus pœnitentiæ.

Dic quod non, quia hîc non de jurisdictione danda, sed de non declinanda agitur. Panorm. Felin. Philipp. Decius. C. M.

Cap. 2. *Decernimus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Laici negotia Ecclesiastica tractare non præsumant.* Ibi. *Papa vero civiles & criminales & spirituales causas potest laico delegare.*

Papa quaslibet causas potest laico delegare.

Idem Panor. hîc. Jas. rubrica dig. de offic. ejus cui

Source : BIU Cujas

mand. est jurisd. num. 8. & ita vidi servari. C. M.

Cap. 3. *Quanta.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Causa patronatus connexa spiritualibus causis.* Ibi. *Jus vero patronatus non dicitur spirituale, sed spirituali annexum.*

Jus patronatus non est spirituale, sed spirituali annexum.

Idem Panorm. Decius hîc. Roch. de Curte in rubr. de jure patron. versic. jus. C. M.

Cap. 4. *At si Clerici.*

GLOSSA. In Glossa verb. *A non suo judice data sententia non tenet, nec facta confessio coram ipso.* Ibi. *Ex eo enim quod isti ex tali confessione non puniuntur, seu sententia contra ipsos lata non tenet, colligitur quod isti tracti fuerunt inviti ad judicium seculare.*

Confessio coram non suo judice facta, valet ut extrajudicialis.

Et sic confessio non valet, sed si sponte facta fuisset, valeret ut extrajudicialis. Imola. Panorm. hîc. & est communis. Decius. hic. num. 17. idem Jason. leg. servus. de jurejur. Francisc. Ripa. leg. 1. § si quis ita. num. 20. de verb. oblig. Nicol. Boer. decis. Burdeg. 90. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa eadem. Ibi. *Sed pone Clericum condemnatum civiliter de furto, vel de alio crimine quod infamet à judice seculari per reconventionem, numquid Episcopus declarabit infamem. in verbo per reconventionem.*

Clericus etiam per reconventionem, non tenetur coram judice seculari respondere.

Dic quod clericus non potest de crimine reconveniri coram laico, etiam civiliter. Sed etiam civiliter damnatus à suo judice, vel confessus, cum sit infamis infamia juris, potest deponi. Panorm. Decius. C. M.

Cap. 5. *Caterum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quamdiu parati fuerunt, scilicet dominus feudi, & vasallus de feudo jus dicere.* Ibi. *Si negligens fuerit dominus, scilicet feudi in jure exhibendo, transfertur jurisdictio ad alium.*

Ubi Dominus feudi negligens est de feudo jus dicere, transfertur ab eo jurisdictio.

Scilicet judicem rei, seu ordinarium. Panorm. Felin. hic. adde quæ dixi in consuetud. Paris. §. 2. gloss. 3. num. 8. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Et ipsi tenentur litigare de feudo sub domino feudi, sed in judicio possessorio potest agere vasallus coram ordinario.*

Coram domino feudi, tam in petitorio, quam in possessorio debet litigari.

Imo adhuc coram domino feudi. Panorm. hîc. Curt. junior eod. tract. part. 7. quæst. 6. sed in Gallia feudum non tribuit jurisdictionem. C. M.

Probatur hic quod vulgò dicitur *Ie fi fn argue ja ſtice, ny j ſtice le fief.*

Jacobus ex variis Doctorum distinctionibus distinguit, non immoror. At verum est jure Gallico nihil communionis habere jurisdictionem cum feudo, & esse separata, concedendum tamen est omnibus dignitatem, feudis jurisdictionem esse connexam, imo eam jurisdictionem quam vocamus altam, sive mediam justitiam, nulli competere nisi feudum habenti, contingere vero potest ut feudum ab uno domino, jurisdictio ab alio moveatur, vel saltem jus appellationis ad alium spectet, quod notavit Molinæus in consuet. Borbon. art. 1. quem vide in consuetud. Parisienſ. art. 5. gloss. 5. quæst. 1. num. 44. Cæterum in Gallia domini feudales & censuales omnes habent eam justitiam, quam alii fundiariam, alii bassam pro suorum jurium feudalium exercitio & conservatione, & eas quas vocamus assisias, non vero jurisdictionem ordinariam inter clientes. G. D. P.

Quid sit jurisdictio fundiaria competens ratione jurium feudalium vel censualium.

Cap. 7. *Intelleximus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Excommunicatus conveniri potest, & debet per alium respondere in judicio.* Ibi. *Sed si non vult constituere procuratorem, credo non compellendum.*

Excommunicatus tenetur coram judice respondere

Idem Panorm. & est verius, licet Calderinus. Imol. Felin. Decius. & communis contra. opinio glossæ verior est propter abusum frequentium excommunicationum; sed si est excommunicatio solemnis, vel ex causa notoria scandalum inducente, tunc vera est communis opinio. C. M.

Cap. 10. *Cum non ab homine.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successivè anathematisandus, & is si non resipuerit, per judicem secularem comprimendus est.*

Clericus in crimine enormi, etiam non expectata incorrigibilitate, debet degradari & comprimi.

Sed secundum Joann. Andr. hîc. in crimine valde enormi, potest etiam Sacerdos, non expectata incorrigibilitate, degradari. Idem Petr. de Ancharan. repetit. cap. ea quæ. quæst. 19. coll. 27. de reg. jur. in 6. consil. 154. aliàs 158. Gemin. cap. 1. in fine. de homicid. in 6. Hippol. de Marsil. consil. 9. num. 17 & pluries vidi practicari Parisiis, tetigi super stilo Parlam. part. 5. C. M.

Clericus in crimine enormi, potest, & debet absque degradatione morti addici.

Summa doctrinæ est, ut clericus de enormi crimine reus convictus degradetur, judici seculari tradatur, & ab eo condemnetur pœna mortis, incorrigibilis vero absque degradatione actuali condemnetur. Quid ex usu Gallico dicendum, etiam Episcopo degradare recusante, aut aliàs, vide Imb. in praxi. lib. 3. cap. 9. ubi eum commentat Domin. Louet. cum Brodelli nota. litr. D. num. 8. & quos citat. adde auctorem. Pontif. jurisd. lib. 4. cap. 3. à num. 10. G. D. P.

Cap. 11. *Quia G.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Inter R. successorem G. & P. superstitem, de dejectione P. prætensa per litteras super negotio G. & P. obtentas, sicut inter eumdem P. & præfatum G. si viveret negotium terminetur.* Ibi. *Successor enim qui scienter occupavit rem alterius, quam sciebat ad se non pertinere, quasi in vitium successit, sicut ille qui scienter recipit rem à dejectore.* in verbo *scienter.*

Successor dejicientis debet respondere de dejectione coram judicibus litis contra defunctum motæ.

Divinatio est & occasio fraudum; ideo textus procedit indistincte contra successorem bonæ fidei, & ita servant judices seculares in Gallia in omni possessorio, sive recuperandæ, sive retinendæ. & bene. C. M.

Successor dejicientis debet respondere coram iisdem judicibus in vim prioris rescripti, si scienter successerit in jus dejicientis.

Et bene quidem judices ordinarii in Gallia, qui sunt judices tam successoris, quam defuncti, at aliud dicendum in judice delegato foret, nisi successor in vitium defuncti scienter succederet, quo casu apud eumdem judicem delegatum in vim primi rescripti contra prædecessorem impetrati convenitur ex mente glossæ quam sequitur & tuetur Panorm. adversus communem. G. D. P.

Cap. 13. *Novit ille.*

CASUS. In Casu. Ibi. *Thema ex fide historiæ. Juncta inscriptione. Idem Innocent. III. Prælatis per Franciam constitutis.*

Ad Historiam temporis illustrandam, & speciem & casum hujusce capituli retinendum.

Anno 1200. pax icta & solemni juramento firmata inter Philippum Augustum Francorum, & Joann. Angliæ Reges, deinde post biennium morte Leonoræ matris successit Joannes in Ducatu Guiennæ & Comitatu Pictavensi & Andegavensi, cumque requisitus non faceret homagium, Rex Philippus jure feudi manum injecit, hinc bellum redintegratur. Joann. prætextu dictæ pacis juratæ recurrit ad Papam, qui partes suas interponit, & visus est cognoscere, ut in hac decretali, quæ effectum non habuit, quia Philippus à Legato appellavit, & tandem dictus Joannes, cognomento sine terra, ultimus filiorum Henrici, qui Thomam Cantuariensem occidi fecerat, de quo infra. de homicidio. sicut dignum. regnandi cupidus, Arturium nepotem ex Goffredo primogenito fratre, Ducem Britanniæ, verumque Regem occidit; de fratricidio & crimine læsæ Majestatis accusatus coram Philippo, per Arrestum Curiæ Parium Franciæ, anno 1203. per contumaciam convictus & damnatus, terris quas tenebat in Regno Franciæ, confiscatis, & Coronæ unitis, Rex ipse eas occupavit, nec quicquam reclamante Legato Papæ, Joannes autem sese ulturus concitavit Othonem Imperatorem, Ferrandum Flandriæ Comitem, & alios contra Philippum, qui eos vicit: desperatus Joann. &, suis odio habitus, Innocentium III. adiit, eique

Source : BIU Cujas

pro satisfactione criminum in feudum subjecit Angliam & Hiberniam, homagiumque præstitit, tributumque annuum mille marcarum argenti imposuit, videlicet 760. Regno Angliæ, & 300. Iberniæ; male tamen periit extorris, Regno quoque, nec quicquam reclamante legato Papæ, privatus, per Ludovicum Philippi filium, anno 1216. in Regem Angliæ coronatum, qui tamen mortuo Joanne, filio Henrico Regnum restituit. C. M.

Vindicata species & casus hujus capituli, de Joanne sine terra, contra Guidonem Pancirollum ad Ricardum, Henrici III. Norman. filium defle-ctentem.

Male & perperam detorquet speciem sive thema hujus capituli Guido Pancirollus Regiensis in suo thesauro variarum lectionum, lib. 2. cap. 269. ad Richardum Henrici III. Norman. filium, quem vult privatum & spoliatum à Philippo Augusto Regnis suis, dum in Syriam ad sacrum bellum properasset, cum verior sit, secundum temporis historiam, & convenientia de Joanne illo sine terra dicto rebelle & contumace, fidem clientelarem Philippo Augusto domino suo recusante, quam & nativæ suæ sedi restituit Antonius Dadinus ab Altaserra Antecessor Tholosanus, in suo commentario ad decretales Epistolas Innocentii III. ad hocce cap. novit. de judiciis. F. P.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Non putet aliquis, quod jurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus. Juncto themate præcedenti, & Textu hujusce capituli per totum.*

Protestatio contraria facto ex fide Historiæ.

Hostiensis hîc. & veteres scientes historiam illius temporis, scribunt hanc protestationem esse contrariam facto. C. M.

Ibidem. §. *Non enim intendimus.*

Textus.

In Textu. Ibi. *De Valentiniano Imperatore, suffraganeis Mediolanensis Ecclesiæ de electione Archiepiscopi Mediolanensis rescribente in hæc verba. Talem in Pontificali Sede constituere procuretis, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere capita nostra submittamus, & cujus, cum tanquam homines deliquerimus, monita suscipiamus necessariò, velut medicamenta curantis.*

Ut Princeps submittatur Ecclesiæ, in foro pœnitentiali tantum.

Sed in foro pœnitentiali dumtaxat, ideo nec Theologi quidem scholastici hanc decretalem probant, ut Gabriel Biel. super canone Missæ. lectione 75. C. M.

Ibidem in fine.

Textus.

In Textu. Ibi. *Prædicto legato dedimus in mandatis, ut juxta formam sibi præscriptam à nobis, procedere non omittat.*

Episcopis autem & Prælatis Franciæ mandat, ut sententiam quam ferre contigerit, observent. Aliàs comminatur, quod illos de inobedientia privet, ut patet in antiqua seu decisa. Joann. Andr. sed frustra. C. M.

Ad Historiæ temporis illustrandæ commentationem.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Ad officium nostrum spectat, de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Christianum.* Ibi. *Quandoque tamen aliquis malum facit, non tamen punitur, imo remuneratur, ut ille qui colligit olivam maturam animo non dandi damnum, in verbo olivam maturam.*

Quandoque malum fit licet impunite.

Et utiliter & notificando domino, cui non damnum sed officium impendit, secus si immaturam, vel aliàs non tuto, sed dat occasionem damni. C. M.

Cap. 19. *Exhibita.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum autem electus impetitus excommunicationem in modum exceptionis objiceret.* Ibi. *Exceptio excommunicationis repellit ab agendo, quia excommunicati non sunt audiendi.*

Quis effectus propositæ exceptionis excommunicationis.

Et notat Abbas ex hoc quod excommunicatus non potest prosequi populares actiones. Joann. Andr. & totam hanc glossam sequitur Panorm. hîc, Felin. hîc. C. M.

Cap. 20. *Venerabilis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Mandamus, quatenus litis peremptionis exceptione non obstante procedas.* Ibi. *Poterant tamen dicere non tenemur respondere, nisi novus libellus detur de novo, & omnia iterum procedant ab initio, per leg. prædictam properandum. cod. de judiciis. juncto Textu. de controversia inter Archiepiscopum Ravennatem, & Communitatem Cerviæ, super jurisdictione civitatis Cervienſis, &c.*

Utrum exceptio peremptæ litis locum habeat in jure canonico.

Et hoc tenet Philipp. dicens. leg. non correctam, vel secundum eum.. Ideo non periit hîc instantia, ne Cervienses quorum subterfugio fuerat causa prorogata, de suo dolo reportent commodum: quod esse non debet. supr. de rescript. sedes. de dolo. contingit. Joann. Andr. Romanus consil. 220. column. finali. & hoc verius, quamvis absolute quod d. lex corrigatur in foro Ecclesiastico, teneant Panorm. Felin. hîc. Alexander. consil. 23. in principio. lib. 3. C. M.

Ratio propter quam lis non fuerit peremptа per silentium triennale, alia ab usu contrario juris canonici.

Inde colligunt Canonistæ, peremptionem instantiæ non habere locum in jure canonico. Hujus tamen cap. ratio specialis est, ne Cervienses impetiti commodum ex suo subterfugio reportarent, unde non credo hanc propositionem esse usquequaque veram; cum in utroque foro par sit ratio: verius in instantiis in consistorio Regio motis, non habere locum hanc exceptionem, quia non potest Rex in id adigi, ut consilium suum quandoque congreget, ut partibus jus dicat, & quod plerumque in illis instantiis id agatur, ut judices partibus committantur, nec locum habere possit hæc exceptio, nisi ubi datur copia rei actoris & judicis & procuratorum invicem procedentium. F. P.

Peremptio instantiæ locum non habet in instantiis coram ipso Rege motis.

Cap. 21. *Significaverunt.*

Glossa.

In Glossa verb. *Litigatum inter Abbatem & Conventum sanctæ Mariæ de Florentia, & communitatem castri de Signa, super proprietate, vel quasi juris eligendi Rectorem. Ibidem. Hoc est castri de Signa.* Ibi. *Quod dicitur causam possessionis & proprietatis discuti debere coram eodem judice, locum habet cum actor & reus sunt ejusdem fori; unde Monachi qui prius egerunt de possessione, sequi debebant forum rei.*

Ubi litigandum de jure proprietatis & possessionis electionis.

Sed objicitur illud castrum esse de feudo communitatis Florentiæ, ergo in hoc communitas castri & Monachi erant ejusdem fori. inf. tit. 1. ex transmissa. & cap. verum. solve licet. ponamus quod sit castrum feudale, electio tamen non est feudalis, vel dic, ut dixi super verb. respondere. Joann. Andr. & glos. sequ. Panorm. Felin. & omnes hîc. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Cum tempus propter vindemias existeret feriatum.* Ibi. *Sed ex causa tali tempore aliquis compellitur litigare, ut hic dicit in fine, ne tempus illius electi ad regimen illius loci elabatur, vel si jurisdictio judicis finiretur illo tempore, ne judicialis instantia evanescat.*

Utrum negotia extemporanea tempore feriato discuti debeant.

Nisi essent feriæ in honorem Dei. Panorm. Felin. hîc. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De foro competenti.

Cap. 4. *Si quis contra.*

Glossa.

In Glossa verb. *Si recusetur Episcopus ut suspectus in causa clerici, detur executor.* Ibi. *Sed satis posset dici, appellari ab executore dato ab Episcopo, si recusetur, ad ipsum Episcopum, non ut cognoscat, sed ut alii committat. in verb appellari ad Episcopum.*

De varia multiplicatione gradum jurisdictionis.

Idem Panorm. sed falsum est, quia non potest inferior sibi multiplicare gradus jurisdictionis, ut dixi in consuet. Paris. §. 10. num. 25. ideo ad superiorem Episcopi appellandum est: nisi non causæ cognitionem, sed nudum ministerium commisisset, & ita practicatur, ut etiam dixi in cap. finali. super textu. ne cler. vel Monachi. in 6. C. M.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. Et ad Gloſſam cap. *Finalis. ne Cler. vel Monachi. in 6. in verb. Epiſcopus, vel quicumque alius Prælatus, & clericus juriſdictionem obtinens temporalem.* Ibi. *Nam dicunt quod ſi appellatur in tali cauſa, debet appellari ad ipſum Prælatum, & ipſe alii delegabit.*

De eadem materia multiplicationis graduum juriſdictionis. Stulta dubitatio, quia domini temporales, ſive Eccleſiaſtici, ſive ſeculares & laici non poſſunt ſibi multiplicare gradus juriſdictionis, ut dixi in conſuet. Pariſ. §. 10. num. 25. & ad Philipp. Dec. cap. prudentiam. in princip. de off. delegati. C. M.

Utrum juriſdictio pluribus hæredibus competens, poſſit pluribus committi exercentibus ſeparatim. Ut Gloſſæ & Molinæi dicta clariùs explicentur; tria ſunt examinanda dubia: Primùm, an juriſdictio temporalis patrimonialis alicui competens, poſſit inter ejus hæredes dividi, unoquoque eorum juriſdictionem ſuam per ſe & ſuum judicem ſeparatim exercente, tribunalibus multiplicatis, quod non probat Molin. in conſuet. Pariſ. art. 10. num. 25. Cui non aſſentior, ſive omnes ſuperiorem recognoſcant, ſive alter alteri reſſortu retento ſubordinatus ſit, quæ eſt alterius loci tractatio, nec noſtræ competit quæſtioni ad gloſſæ opinionem.

Utrum Caſtellanus poſſit ſibi plura ſtatuere tribunalia, unum inferius, alterum ſuperius. Secundùm, utrum Caſtellanus ſibi duo tribunalia conſtituere, unum inferiùs, & aliud ſuperiùs, cujus judex cognoſcat de appellationibus judicis inferioris, quod reprobat id. Molin. in eadem conſuet. Pariſ. art. 1. gloſſ. 5. num. 50. uſu tamen receptum fatetur, nec ad noſtram conducit quæſtionem.

An Epiſcopus poſſit delegare judices, quorum appellationes ad ſe devolvantur. Tertium dubium eſt, an Epiſcopus juriſdictionem habens, poſſit litigantibus judices delegatos dare, quorum appellationes ad eum devolvantur. Bonifac. VIII. cap. Romana. de appellat. in. 6. decrevit appellationes Epiſcoporum & eorum Officialium, qui de cauſis generaliter cognoſcunt, unum & idem eſſe tribunal, & appellationes ab Officialium ſententiis interpoſitas, non ad Epiſcopos, ſed ad Archiepiſcopos devolvi, alioquin ab ipſis Epiſcopis ad ſeipſos viderentur appellationes interponi. Quod de Officialibus ſtatuit Pontifex, de delegatis dicendum; ut Epiſcopi nequeant certam ſpeciali Vicario cauſam & delegare, & de ejus appellatione cognoſcere; imo poſſe Archiepiſcopum huic obviare fraudi, ſcribit Molin. in conſuet. Pariſ. ad art. 1. gloſſ. 5. num. 52. ex authoritate ſpeculatoris, & doctorum. ad d. cap. Romana. quos citat cum Joanne Fabro. Unde mirandum quomodo defendi poſſet opinio gloſſæ, & Panorm. in Epiſcopo recuſato, & delegante, quam à multis improbatam concedit Panorm. Addendum noſtro uſu Epiſcopos non poſſe delegare juriſdictionis Eccleſiaſticæ exercitium, ſed Officiales in titulum inſtituere, licet jure canonico id eis liceat, & ab hujuſmodi delegatis ad eos appelletur. gloſſ. ad Clement. 2. verb. foraneo. de reſcript. Philipp. Franc. Gemin. ad cap. Romana. de officio ordinarii. in 6. unde patet quàm parum ſibi conſtent Canoniſtæ. G. D. P.

Epiſcopus debet officiales conſtituere, qui judicent de cauſis Eccleſiaſticis.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Judicis delegati judicium Epiſcopi ipſius ſollicitudine compleatur, ſcilicet delegantis.* Ibi. *ſed non puto illam ſubtilitatem ſervandam, quin poſſit delegatus exequi ſuam ſententiam. in verbo exequi.*

An delegatus poſſit exequi ſententiam ſuam. Ipſe delegatus, & hoc verum de jure canonico, & eo modo quo delegans poteſt exequi; ſecus de jure civili in inferiori à Principe. Panorm. C. M.

Cap. 5. *Si Clericus in laicum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum actor forum rei ſequi debeat, licet aliter de conſuetudine habeatur.* Ibi. *Talis conſuetudo, ut clericus agens contra laicum coram judice ſuo procedat, eſt contra omnia prædicta jura, ſed introducta propter negligentiam laicorum in exhibenda clericis juſtitia.*

De clerico litigante contrà laicum, an ſuum, an laici forum ſequi debeat. Imo per aſtutiam & cupiditatem Prælatorum, quæ ſua ſunt, imo aliena quærentium; unde ea conſuetudo abuſiva eſt, licet Joann. Andr. hîc dicat eam favorabilem, id eſt quæſtuoſam Prælatis, qui adminiſtrationem ſanctam convertunt in cauponationem. C. M.

Illud generaliter ſumptum nimis audax, & ſpiritum illius temporis novatorum ſapit. F. P.

Cap. 6. *Ex tranſmiſſa.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si quæſtio feudalis eſt inter clericum & laicum, cognoſcet dominus feudi, ſed eo negligente, cognoſcet delegatus Papæ.*

Ubi quæſtio feudalis agitari debeat. Sed hoc ante ducentos annos deſiit tolerari in Regno Franciæ, ut tetigi. ſupr. de offic. & poteſt. jud. delegati. cap. cum olim. C. M.

Cap. 8. *Cum ſit generale.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Malefactores Eccleſiarum in utroque foro conveniri poſſunt.*

Judices ſeculares habent primam apprehenſionem, etiam in clericos. In Regno Franciæ forum rei adhuc ad judicem ſecularem ſpectat. Ibi. Prima cognita prahenſio, interrogatio, & proviſionis neceſſariæ adjudicatio, etiam in clericos, ut deinde, niſi in caſibus exceptis, remittat ad forum Eccleſiæ. C. M.

Vide infra quæ adnotata fuerunt ad cap. ut famæ. 35. de ſentent. excommunicat. apud Greg. F.P.

Cap. 9. *Quod Clerici.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod Clerici Pariſiùs commorantes, contra aliquos, vel aliqui contra eos, pecuniarias cauſas habuerint, iure canonico decidatis.* Ibi. *Etiam contra laicos, & ſpeciale eſt Pariſiùs, ubi Epiſcopus habet juriſdictionem.*

De juriſdictione temporali Epiſcopi Pariſienſis, Pariſiis exiſtentis, quæ forum Epiſcopi appellatur, aliàs *le Fort l'Eveſque*. Imo ibi non habet Epiſcopus juriſdictionem temporalem, niſi in certo limitato loco, quod forum Epiſcopi vocant, ubi duos habet gradus juriſdictionis, deinde ad Parlamentum Regium appellatur. C. M.

Unde Pariſiis jus civile legi non debet. Vide integram decretalem in 2. collectione decretalium. hocce titulo. cap. 3. ubi illud additur in fine, *nec permittatis iuri ſcripto conſuetudinem prævalere*, ubi jus ſcriptum appellat jus canonicum, non civile, & nota quod additur in gloſſa, id ſpeciale eſſe Pariſiùs, & favore Univerſitatis introductum, cui applicari poſſit, quod dicitur infra. tit. de privileg. cap. ſuper ſpecula. ubi interdicitur ſub pœna excommunicationis, ne leges & jus civile Pariſiis legatur, aut audiatur, ubi plura adnotabimus: Cæterùm quod dicitur in gloſſa, Epiſcopum Pariſienſem in Civitate habere juriſdictionem, innovatum hocce anno noviſſimo 1674. Edicto Regio ſuppreſſionis juriſdictionum patrimonialium dominorum, tum Eccleſiaſticorum, tum laicorum & ſecularium, & unionis juriſdictioni Regiæ, & novæ creationis alterius Sedis Regiæ ordinariæ & Præſidialis Caſtelleti dictæ, quo inter alias juriſdictiones ſuppreſſas & unitas, Archiepiſcopalis in foro quod dicebatur Epiſcopi ſuppreſſa, & Regiæ addicta, reſervata juriſdictione patrimoniali temporalitatis Archiepiſcopatus, intra Palatium Archiepiſcopale exercenda, quæ Ducatus Parium Franciæ titulo Archiepiſcopali Sedi & Eccleſiæ affixa, decorata eſt diplomate Regio menſis Aprilis anni 1674. quod habetur tranſcriptum in Sinodico Eccleſiæ Pariſienſis appendicis quarta parte. F. P.

Suppreſſio juriſdictionis fori Epiſcopi, & ejuſdem unio Regiæ juriſdictioni Caſtelleti Pariſienſis, & novi Caſtelleti erectio Sedis Archiepiſcopalis Pariſienſis titulo Ducis & Paris Franciæ decorata.

Cap. 10. *Licet ex ſuſcepto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ad tuam vel ad noſtram audientiam appellare, hoc præſertim tempore, quo vacante Imperio, ad judicium ſeculare recurrere nequeunt. Juncta inſcriptione Innocent. III. Vercellenſi Epiſcopo.*

Ad hiſtoriam temporis & hujus cap. illuſtrandam, & ſchiſmatis Avenionenſis di-

Imo quia nedum habent juriſdictionem, ſed etiam Regalia, per pacem Conſtantiæ, quæ quidquid ibi Baldus, & poſt eum omnes Italici feudiſtæ in cap. unico. de natura feudi, erroribus fautorum Papæ, omnia perturbantium, imbuti ſcripſerunt, eam temporalem eſſe, perpetua eſt; ut primus novè verèque in conſuetud. Pariſ. tit. 1. num. 38. vulgavi; & inter Urbes Lombardiæ in dicta pace compre-

Source : BIU Cujas

Vi, & de varia sorte Urbis Vercellarum in Lombardia.

hensas, Vercellæ præ cæteris omnibus primò nominantur, ut est Textus dictæ pacis. §. nomina vero civitatum. Sed post modum contra tam salutaris pacis & libertatis patriæ fœdera, milites Gregorii XI. hanc urbem cum 40. castris à Galeatio, qui postea Dux primus Mediolani factus est, & Barnabone, qui tunc Mediolano dominabantur, vi eripuerunt, deinde Robertus Gregorii XI. legatus (qui postea in Papatu successit, vocatus Clemens VII. quem Romani. Urbano suo faventes Antipapam vocant) eandem urbem dictis Galeatio & Barnaboni vendidit, qui è civium spoliis prætium solverunt, ut refert Theodor. Anienſ. de schismate. lib. 2. cap. 3. C. M.

Cap. 11. *Ex tenore.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ex tenore litterarum Comitis Britanniæ. Juncta inscriptione. Idem Innocent. III. Archidiac. & thesaurario Turonensi.*

Idem infr. ut lite non contest. cap. accedens. 2. quod mirum est, cum ab invasione Normannorum & Danorum anno 900. semper fuerunt Duces, cum prius fuerunt Reges in hac Britannia minore, seu Aremorica, ut Alan. Bochard. annal. Britan. lib. 3. scripsit. C. M.

Ad historiam Regum, Ducum & Comitum minoris Britanniæ illustrandam.

Cap. 12. *Si diligenti.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne clerici clericos, relicto suo Pontifice, ad iudicia publica protrahant, alioquin causam perdant.* Ibi. *Sed videtur quod ante litis contestationem possit pœnitere, nec incidit in pœnam, in verbo pœnitere possit. cod. de iurisd. omn. iud. in criminali.*

Clericus conveniens clericum coram judice seculari, cadit causa sua, sed pœnitere licet.

Idem Bald. Salicet. Joann. Faber. in d. leg. in criminali. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In civili vero perdant quod evicerint, si locum suum maluerint obtinere. Juncto Textu & glossa præcedenti.* Ibi. *Ecce reus habet electionem, ut vel perdat causam, vel amittat locum, si potius vult perdere locum, numquid habebit quod evicit, sed si actor fuit in culpa, aliàs non.*

Optio datur clerico in hoc & præcedenti casu perdendi causam aut locum.

Imo indistinctè locum habet hæc optio. Panorm. C. M.

Cap. 14. *Postulasti.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Deliquit. Juncto Textu.* Ibi. *Per Episcopum in cuius Diœcesi deliquit, sententia promulgari poterit in eumdem, redeundo ad glossam, in verb. deliquit.* Ibi. *Et ita delictum dat iurisdictionem, & Episcopus iste debet ferre sententiam contra ipsum, super crimine, & non super Ecclesia.*

Episcopus decernens contra clericum in causa criminali, non tantum jus dicit de crimine, sed etiam de Ecclesia & beneficio.

Imo & super Ecclesia vel beneficio. Panorm. hîc. & Petr. Ancharan. in repetit. hujus cap. glossa. pragm. in tit. de concubinar. §. 1. verb. omnibus. C. M.

Quamvis beneficia sint extra Diœcesim & territorium, extra quod jus dici non potest, nec paretur. leg. ult. dig. de jurisd. omni. jud. cap. finali. de constit. in 6. quia judex personæ judex est omnium bonorum, quæ veniunt in executionem judicati. F. P.

Quamvis Ecclesia & beneficium sint extra Diœcesim de eisdem decernit.

Cap. 20. *Licet ratione.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Licet ratione delicti, seu contractus, aut domicilii quis forum sortiatur.* Ibi. *Quidam dicunt illum esse conveniendum; si ibi inveniatur ubi contraxit. in verb. inveniatur.*

De sorte fori ratione delicti, contractus, vel domicilii.

Aliàs non nisi quoad missionem faciendam in bonis loci contractus. cap. 1. §. contrahentes. eod. in 6. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sive ratione rei, de qua contra possessorem causa movetur.* Ibi. *Ratione possessionis de qua quis convenitur, sortitur forum, & coram illo judice conveniri debet, in cuius iurisdictione res est, etiam si sit res mobilis.*

Ubi in rem actio exerceri debeat.

Si sit remansura in loco, aliàs secus. Panorm. hîc. dixi in consuet. Paris. §. 77. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De libelli oblatione.

Cap. 1. *Ignarus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Habetis libellum reclamationis.* Ibi. *Alii contra quod non valet quidquid factum est omissa libelli oblatione, quod melius videtur jure canonico.*

Idem hîc Innocent. & Hostiens. allegat. Host. authent. de exhibendis & introducendis reis. §. illud. col. 5. per quam dicit quod nec expressè, nec tacitè remitti potest: Erant enim quidam, qui adversarios simplices vocabant ad judicium, & eis negantibus dicebant litem contestatam, quod ibi reprobat Imperator. in §. utrum. in specul. de libelli conceptione. statuens quod libellus offeratur, & quod litis contestatio hac oblatione omissa habeatur pro nulla. Tamen Vincent. & Philipp. dicebant, quod secundum leges erat de substantia, secundum canones non inducebant. cap. si quis cum clerico. & decretal. prout. quibus responsum est in glossa, & hoc dicebant per authent. oneratur. quæ est canonisata. Joann. Andr. dic quod necessarius in scriptis, si petatur, aliàs sufficit petitio. Anton. hîc. Petrus. Bald. authent. offerantur. de litis contestat. C. M.

In quo consistat litis contestatio, & quod in ea necessaria sit libelli oblatio, & ad eam responsio.

TITULUS QUARTUS.

De mutuis petitionibus.

Cap. 1. *Ex litteris.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Debeat in præsentia vestra respondere, & vicissim lite pulsare.* Ibi. *Et sic videtur quod statim debeat ipsum reconvenire.*

Et sic ut sit vera reconventio ad effectum simultanei processus, vel jurisdictionis prorogationem, debet fieri ante litem contestatam, vel statim post. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Reconventio debet fieri ante litem contestatam, vel statim post, ut fiat prorogatio jurisdictionis.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Compellatis eosdem super quæstionibus respondere.* Ibi. *Judex laicus ordinarius habet jurisdictionem per reconventionem, puta cum clericus convenit laicum coram laico judice, tunc clericus tenetur respondere laico coram eodem judice. In verb. tenetur respondere.*

Utrum reconventio servetur in Gallia in foro seculari.

Idem Guid. Pap. consil. 183. Math. afflict. decis. Neapolit. 173. Stephan. Aufrerius repet. Clem. I. de offic. ordin. limit. 2. fall. 3. sed hujusmodi reconventiones non servantur in Gallia in foro seculari, ut dixi in consuet. Paris. §. 75. & in annot. ad Philipp. Decium. cap. at si clerici. in princip. num. 25. supr. de judic. C. M.

Quomodo, & quando, & ubi locum habeat reconventio in Gallia.

Verissimum in consuet. antiqua Parisiensi. art. 75. sed non ubique in Gallia: Imo Boerius contrarium esse juri communi dixit in consuet. Bituricensi. tit. de jurisd. art. 8. quare etiam apud Parisienses, reconventioni locus datus est, si petitio incidens sit adversus primam actionem exceptio. art. 106. novæ consuetud. Paris. quod dixerunt Aymon. & Bass. in consuet. Alverniæ. tit. 8. art. ult. Papo. in consuet. Borbonienſ. art. 88. Mingon. in consuet. Andeg. art. 66. num. 8. 9. Bacquet. de jurib. justit. cap. 8. num. 10. 11. eamque probat idem Molin. ad art. 88. ejusdem consuetudinis Borboniæ. G. D. P.

Cap. 2. *Prudentiam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Eodem modo debet reconvenienti in sua justitia respondere.* Ibi. *Quod hic dicitur, intelligitur quando aliquis impetravit illud ius, & Papa ad instantiam partis concessit. in verbo impetravit.*

Argumentum de correlativis ad reconventionem.

Imo non est necesse, quia ratio æqualitatis & natura correlationum hoc operatur. Panorm. Felin. C. M.

Source : BIU Cujas

TITULUS QUINTUS.

De litis conteſtatione.

Cap. *Unicum olim.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quamvis poſitiones & reſponſiones hinc inde factæ fuerunt.* Ibi. *Litis conteſtatio fieri debet interrogante iudice, actore proponente ſuam actionem, & reo reſpondente ad interrogationem Judicis, ut mos eſt fieri, prout hic patet quod non facta fuerat litis conteſtatio, iuncto Textu & præcedentibus.*

Quid ſit litis conteſtatio, hîc definitur.

Idem Panorm. Vide Philipp. Corſet. conſil. 322. lib. 1. C. M.

TITULUS SEXTUS.

Ut lite non conteſtata, non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad definitivam ſententiam.

Cap. 2. *Accedens.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nihil ad objecta reſpondit, ſed ad noſtram audientiam appellavit.* Ibi. *Vel dic quod cauſa ſuſpicionis fuit allegata, nec admiſſa, unde tenuit appellatio, vel quia ſuſpicionis cauſa erat notoria.*

An liceat à facie judicis appellare, ut interroganti non reſpondeatur

Hæc ſolutio falſa eſt, tene præcedentes. Panorm. Gemin. Marian. Socin. hîc. col. 2. Cardin. Flor. Clement. quia contingit. de rellig. dom. nota in Clem. appellanti. de appellat. C. M.

Cap. 3. *Tuæ fraternitatis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod ſi cauſa talis fuerit, quod in poſſeſſionem nequeat intromitti.* Ibi. *Puta ſi cauſa eſſet criminalis, ſive civiliter, ſive criminaliter agatur. in verb. civiliter.*

De miſſione in poſſeſſionem in cauſa criminali, ubi de ea civiliter agitur.

Imo tunc poteſt fieri miſſio. Anton. Butr. Panorm. C. M.

Cap. 4. *Accedens. 2.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cui vices commiſſæ alterius partis, erat de terra uxoris oriundus, & nimis favens* Ibi. *Sed quod dicitur nimis favens, ſolvit quod dictum eſt, ſcilicet de terra uxoris oriundus.*

Suſpicio judicis non admittitur niſi cauſa ſuſpicionis probetur, allegata.

Id eſt non ſufficit ſi dicatur nimis favens, niſi favoris cauſa exprimatur. Joann. Andr. Panorm. col. 2. num. 9. C. M.

Cap. 5. *Quoniam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Regulariter verum eſt, quod lite non conteſtata, non eſt ad receptionem teſtium procedendum.* Ibi. *Hæc regula fallit in caſibus hîc poſitis, & infr. Item ubi actor non poteſt agere, propter iuramentum quo iuravit non repetere uſuras.*

Caſus in quibus lite non conteſtata, recipiuntur teſtes, & audiuntur.

Hoc fallum, nec practicatur, quia ſaltem poteſt agere ut relaxetur juramentum, imo etiam non obſtante, ſtatim habilitatur à ſuperiore, etiam parte non vocata. Anton. Butr. cap. debitores. de jurejur. Oleric. quæſt. 20. Alber. in rubr. in fine. cod. deuſur. Petr. Ancharan. conſil. 8. col. fin. conſil. 392. Alex. conſil. 222. col. 3. ubi in annot. dixi. lib. 2. & ita practicatur. Stephan. Aufr. in addit. quæſt. Tholoſ. 62. C. M.

Contra Molinæum ad gloſſæ doctrinam comprobandam.

Longe diverſa ſunt, vel gloſſæ falſam objicere citationem, vel contrariam ejus doctrinæ praxim opponere, neutrum hîc contigit. Innoc. III. enim author. cap. quoniam. hîc. & cap. ad audientiam. 2. de jurejur. decrevit. eod. cap. ad audientiam. non obſtante juramento à debitoribus præſtito, de non repetendis uſuris, poſſe (ex teſtamento creditoris, qui ſuis hæredibus injunxit reſtitutionem earum, debitoribus ſolutionem probantibus reſtituere) debitores eam probare teſtibus ſolutionem, quæ probatio admittitur, non ſolum lite non conteſtata, ſed etiam nulla lite mota. Unde ſequitur juramento non obſtante, nec abſolutione petita dari caſus, in quibus admittitur probatio, teſtiumque examinatio. Quod vero dicit Molin. jurantem, non obſtante ſuo juramento, habilitari per ſuperiorem, etiam parte non vocata, verum eſt ſi modo non petatur relaxatio eo fine, ut tollatur obligatio, & cancelletur, ex Aufrerio dict. deciſ. 62. Petr. de Anchar. ad cap. debitores. de jurejur. ſed hæc gloſſæ doctrinam non impugnant. G. D. P.

Ibidem. §. *Porro.*

GLOSSA. In gloſſa verb. *Quia non impedit ne citatio ad eum perveniat.* Ibi. *Talis habetur pro citato denunciatione facta ad domum publicè.*

De citatione rei publice facta ad domum, ut moris eſt.

Idem Panorm. adde Clement. I. de judic. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod ſuper expectatione abſentium eſt ſacris Canonibus definitum.* Ibi. *Dico tamen, quod ſive clericus ſit abſens de licentia Epiſcopi ad certum tempus, ſive præter licentiam, Epiſcopus ſemper ipſum primò monere debet, ut redeat.*

Clericus beneficiatus ſi abſit, quomodo citandus & monendus ut redeat.

Et ſufficit una monitio extrajudicialis, vel etiam Sinodalis. Panorm. adde Jaſ. leg. virum. col. 5. ſi certum petatur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Alter coniugum expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur.* Ibi. *Expectandum forte per annum, vel etiam quinque annis, ut præd. Auth. hodie.*

Quomodo alter conjugum abſens expectari debeat, quoad diverſos actus & negotia.

Dic quod ad effectum hujus cap. videlicet ut poſſit procedi parte abſente lite non conteſtata, ſufficiunt prædicta. Sed ſi agitur ad hoc, ut poſſit contrahi coram alio, tunc certa & vera mortis probatio requiritur. Panorm. C. M.

Ibidem. §. *In aliis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cautione præſtita, & exhibita ſatisfactione congrua expenſarum, poſſeſſionem recuperet.* Ibi. *Ergo videtur quod eam amiſerit, & ſic alter erat verus poſſeſſor, id eſt qui miſſus in poſſeſſionem ratione contumaciæ.*

De effectu miſſionis in poſſeſſionem, ratione contumaciæ.

Hæc vera in reali, ſed in perſonali procedit quod ſequitur. per leg. ſi quis emptionis. §. penult. cod. de præſcript. 30. vel 40. ann. & ibi Bartol. Bald. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De juramento calumniæ.

Cap. 1. *Inhærentes.*

CASUS. In Caſu. *Juncta inſcriptione Honorius II. aut III.*

Diſcrepantes leges & conſtitutiones de juramento clericorũ in judicio faciendo, vel non.

Tempore Honorii III. magna quæſtio fuit, an clerici tenerentur juramentum præſtare calumniæ in judiciis? videbatur quod non, quia per legem Martiani Imperatoris, quæ habetur in leg. cum clericus. cod. de Epiſcop. & cler. §. quod ſi lis. clerici ſpecialiter eximuntur ab onere jurandi in judicio, in contrarium videbatur. per leg. Juſtiniani quæ habetur in leg. 2. cod. de jurejur. propter calumniam dando. Ubi Juſtinianus jubet ipſas principales perſonas prius jurare de calumnia, & in novell. conſtitut. 124. addit ut jurent nihil penitus dediſſe vel promiſiſſe, nec daturos eſſe judicibus, vel alii cuicumque pro ea cauſa, niſi propriis Advocatis, & aliis legibus permiſſis. Quamquam aliqui cauſarentur legem Martiani de Conſtantinopolitanis tantum clericis promulgatam eſſe, prout ad illos tantum verba dictæ legis diriguntur & referuntur; tamen hoc non tollebat antinomiam, nec ambiguum juris. Tum quia lex cum clericis, videtur inſerta codici pro jure communi, & non pro clericis certi loci tantum: tum quia ratio in qua d. l. d. §. quod ſi lis fundatur. generalis eſt ad omnes quoſvis Epiſcopos & clericos, quia, inquit Textus, Eccleſiaſticis regulis & canone antiquo clerici jurare prohibentur. Dubitabatur ergo an lex Marciani eſſet generalis; & ſi ſic utra ſervanda eſſet à clericis, an prior Marciani, an poſterior Juſtiniani, cum utraque in eodem codice de integro ſimul

De juramento calumniæ à clericis præſtando, necne ad hiſtoriã temporis.

Source : BIU Cujas

promulgata esset. Hæc quæstio tanquam de gravioribus, & inter clericos tantum ad Honor. II. delata est, qui perpendens eam quæstionem in utroque membro pulchrè & sincerè decisam fuisse per Henricum Imperatorem Germanum, noluit aliter decidere, nec sibi legem alienam & forsan recentem attribuere, sed eam rectè sequutus est, & districtè custodiri jussit. Henricus autem, quoad primum, legem Marciani generalem esse, & ad omnium Ecclesiarum clericos generaliter pertinere definivit; quoad secundum vero, divinæ & humanæ legis intentione servata, dd. II. pulchrè conciliavit, statuendo quod clerici non compellantur per se jurare, sed à litigando & jurando defungantur hoc officium aliis idoneis actoribus vel defensoribus committendo, si tamen Ecclesiæ suæ commoda patiantur: Et sic duo facit: Primò admonet Ecclesiasticos sui officii ne litigent, ne hujusmodi secularibus negotiis se immiscеant. 1. Thimoth. 3. 2. Thimoth. 2. Secundò limitat, seu interpretatur legem Justiniani, ut hoc casu non clericus, sed actor vel defensor censeatur principalis persona quæ jurare debeat, quod si per seipsos agant vel defendant, vult ipsosmet jurare. Hæc autem decisio Henrici pulchrè divinam & humanam legem conciliat, & utriusque intentionem servat, divinæ quidem, quæ Math. 5. legitimum & relligiosum usum juramenti tollere, præsertim in judiciis, & quando à superiore exigatur, sed levitatem & frequentiam minus reverenter & relligiosè jurandi. Sophistæ enim veteris Sinagogæ præceptum Decalogi restringebant ad perjurium tantum, & interpretabantur non esse prohibitum passim nomen Dei jurando usurpare citra perjurium; Christus autem nominis & gloriæ patris vindex, eam à sensu humano profectam interpretationem damnat, & docet eo mandato etiam juramentum esse prohibitum, scilicet quatenus nomen Dei vilificatur, & irreligiosè prophanatur; non autem prohibet reverenter & relligiosè jurare, cum res postulat, & si ad gloriam Dei; ut etiam scripsi in tract. usur. Latino num. 88. & in Gallico à me inito. num. 39. conformiter ad antiquos canones. 22. quæst. 1. can. 1. & per totum. Cum autem lex Justiniani juramentum exigat ex causa justa, & ad calumnias arcendas, non est contra legem divinam, & dictos antiquos canones, ad quos lex Marciana collimat, & se refert; & sic lex Justiniani, & lex Henrici, quæ eam interpretatur, stant in viridi observantia, & omnes etiam Episcopos ligant, ut Honor. II. vel III. hîc respondit & recognovit. C. M.

Quomodo nomen Dei in jurando assumendum.

Conciliatio discrepantium legũ & constitutionum circa juramentum clericorum.

Ibidem. §. *Alibi.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Plerisque venit in dubium, ut cum clericus jusjurandum præstare debeat, propter legem Marciani de Constantinopolitanis clericis tantum loquentem.*

Probatur inde clericos legibus servandis astrictos, etiam Imperialibus.

Ergo adhuc tempore Honorii III. non erat dubium, quin clerici legibus Imperialibus, etiam de spiritali in genere loquentibus, ligarentur, hîc enim non fuisset dubitatum, nisi propter aliam specialem Imperatoris legem in clericos promulgassetq; dixi in præfatione Edicti Regii post tractatum meum in reg. Cancell. C. M.

Molinæus, Vir scientissimus, nisi novatorum errore traductus, ignorare non potuit Imperatores & alios Principes Orthodoxos leges de rebus Ecclesiasticis & spiritualibus tulisse, politicas, pro legum & canonum Ecclesiasticorum observatione & executione, nec ulla lex sæcularis dari potest quam Ecclesiastica sanctio non præcesserit: hîc de jurejurando agitur, Marcianus anno 450. Imperator in leg. clericis. cod. de Episcop. & cler. dicit Ecclesiasticis regulis & canone antiquitus à beatissimis Episcopis instituto clerici jurare prohibentur. Id statutum fuerat à Cornelio Papa, qui sedit anno 250. non solum Episcoporum respectu, sed reliquorum clericorum. can. 1. 2. quæst. 4. quod ab Apostolis & eorum successoribus manasse dicit. can. ibidem. hinc anno 444. Episcopi in quodam Constantinopolitano concilio ad Eutichetis postulationem congregato responderunt, ut præceptum est nobis à Domino Christo non est jurandum. Baron. num. 12. addit Honorius Canones Patrum vim legum habere, ex Imperatoris Justiniani authoritate, quod probat glossa ex cod. Theod. de Eccles. titul. & ex cod. Theod. ut cleric. apud propr. Episcop. Tres sunt ea de re Justiniani constitutiones: Prima in leg. sacris. cod. de Episcop. & cler. lata anno 530. sacros inquit canones non minus quam leges valere, volunt etiam arctas leges: Secunda nov. 83. ut cler. apud propr. Episcop. cap. unico. anno 539. qua statuitur de Ecclesiasticis delictis clericorum Episcopos cognoscere debere, secundum sacras divinas regulas, quas leges Imperiales sequi non dedignantur: Tertia est nov. 131. de Ecclesiast. tit. anno 541. cujus cap. 1. sancitum est vicem legis obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas sanctorum quatuor conciliorum: Notat Molin. Imperatorem de quatuor generalibus conciliis tantum loqui, nec mirum, cætera namque posteriora sunt & tantum eo imperante anno 553. ab ea novella duodecim annis, nec etiam authoritatem dare potuit novis canonibus qui non extabant. Sufficit Justinianum nov. ut cler. apud propr. Episcop. generaliter definisse leges Imperiales non dedignari sacras divinas leges sequi. Addit Molin. illam novellam esse de crimine Ecclesiastico, quod secundum leges non est crimen, glossa tamen exempla dat de articulis fidei & simoniæ. G. D. P.

De mutuo auxilio, & relatione conformi legum Ecclesiasticarum & politicarum, & Imperialium.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *A Martiano Augusto de clericis Constantinopolitanis promulgatum videtur.*

Ad historiam hujus capituli illustrandam de Martiano Augusto Imperatore, non Marco ut male habet Textus.

Omnes libri hactenus habent Marco, sed fœdo Librariorum errore, quia Marcus ferè 300. annis hunc præcessit, & nunquam Constantinopoli, sed Romæ regnavit, Ethnicus licet Philosophus Imperator & Ecclesiæ persecutor, quartam enim persecutionem exercuit, unde necessario hic. & in codice legendum, ut reposui, Marciano, qui anno 453. Constantinopoli, & ferè in solo Oriente imperabat; ut pote Francis dudum Galliam, & Vandalis Africam, & Gothis Italiam occupantibus. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum.

Hunc errorem hîc correctum à Contio adnotant emendatores Romani, ne id referant Molinæo, quod tamen Contius notat hîc ab alio antea annotatum tacito nomine Molinæi, qui centum aliquot annis præcessit. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Principales personæ, in primo litis exordio, subeant calumniæ juramentum.* Ibi. *Cod. eod. tit. authentica. principalis.*

Correctio ad citationē glossæ.

Imo leg. 2. quia novellæ novum juramentum addunt. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Secundum decisionem Henrici, cujus verba hæc.* Ibi. *Ab illo loco legibus itaque usque ad illum locum verum cum.*

Correctio ad glossam.

Hæc glossa totum Textum pervertit; imo verba Henrici quæ hîc omittuntur, seu decisa resumuntur, saltem tenor dispositionis. Ibi nos itaque. usque ad versiculum verum. exclusive. ubi Honor. III. de suo aliquid addit, quod non fuit moribus utentium receptum, sed abrogatum, teste gloss. ult. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum Imperator Justinianus decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat.*

Source : BIU Cujas

Observatio correctiva ad glossã.

Ibi. *In authent. de Eccleſiaſt. titul. in principio. coll. 9. & in authent. ut clerici apud proprios Epiſcopos. §. illud. coll. 6.*

Sed prior Textus loquitur de quatuor generalibus conciliis tantum, poſterior de crimine verè Eccleſiaſtico, quod ſecundum leges non eſt crimen, aliàs non dat eis vim legum, & multò minus novis his canonibus. C. M.

Ad eamdem correctionem remiſſio ad alios locos.

Adde & hîc præcedentem cenſuram D. G. P. ad Textum §. alibi. hujuſce capituli. prout in ſuo originali manuſcripto junguntur cum in fine ejuſdem notæ & cenſuræ, ubi appoſitè tractat de materia hujus gloſſæ quam tamen à præcedenti disjunxi ordinis ſervandi cauſa. F. P.

Cap. 5. *Caterum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Præſtari faciatis ab utraque parte calumniæ juramentum.* Ibi. *Utraque pars principalis dominus, ſed illud ſi quis litigat per procuratorem, & dominus litis remotus eſt, cum iſte procurator de calumnia jurare non poſsit, debet dari curator bonis, & ille iurabit.*

Procurator jurare poteſt de calumnia pro domino abſente.

Imo tunc ſufficit procuratori jurare. Panorm. hîc. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De dilationibus.

Cap. 4. *Expoſuit.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Exponente Bituricenſi Archiepiſcopo, Burdegalenſi dedimus in mandatis, ut ſuper jure primatiæ, quam in eo, & in Provincia ſua dictus Bituricenſis Archiepiſcopus ſe habere propoſuit, ſe conſpectui noſtro præſentaret.* Ibi. *Super jure primatiæ.*

De lite mota inter Bituricenſem & Burdegalenſem Archiepiſcopos, de jure Primatiæ Aquitaniæ, ut ſupra. de major. & obedient. cap. humilis.

Dixi ſupra de major. & obed. cap. finali. C. M. Junge in id notam Molinæi præcedentem ad cap. humilis. ſupra de major. & obedient. & quod ſuperaddidimus notæ Molineanæ extract. noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. militia. cap. 4. §. 4. de Primatibus. & in ſupplementis ad Pragmaticam Sanct. Caroli VII. à nobis editam. pag. 1010. Item adde & quod diffuſivus habet de ea diſceptatione D. Cujacius in ſuis recitationibus ad cap. ult. decretalium. de dilationibus. F. P.

De Primatus Aquitanici diſceptatione, remiſſio ad locos de ea materia tractantur.

TITULUS NONUS.

De feriis.

Cap. 3. *Licet.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Propter neceſsitatem alimentorum licet diebus feriatis, in honorem Dei operi ſervili intendere, maximè circa rem tempore perituram. Hoc dicit.*

Licet propter neceſſitatem diebus feriatis operi ſervili intendere.

Severior erat lex vetus, quæ Exodi 34. ait ſeptimo die feriatur; idque ſeu aratio, ſeu meſſis erit. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Liceat Parochianis veſtris, diebus Dominicis & Feſtis, ſi haleces terræ ſe inclinaverint, eorum captioni intendere, ita quod ex captura Eccleſiis circum poſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.* Ibi. *Captio halecum, quaſi decimæ prædiales eſſe cenſentur.*

De decima halecum ratione eleemoſinæ præſtãda.

Imo cenſentur decimæ perſonales, ſicut venatio, & hîc Textus loquitur de eleemoſina. Panorm. C. M.

Cap. 4. *Capellanus.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, ut quocumque tempore matrimonium contrahatur.* Ibi. *Et ita quolibet tempore poteſt matrimonium contrahi, ſed nuptiarum ſolemnitas tantum certis diebus differtur, ne coniungantur carnaliter, in verbo contrahi poteſt.*

De temporibus nuptiarum celebrandarum.

Idem Panormit. & Angel. Clavaſ. verb. matrimonium impeditum. num. 2. C. M.

TITULUS DECIMUS.

De ordine cognitionum.

Cap. 1. *Intelleximus.*

Glossa.

In Gloſſa. *Ante eſt cognoſcendum de conſanguinitatis exceptione, quam ad definitionem articuli matrimonii procedatur.* Ibi. *Quia eo ipſo quod pronunciatur ſuper principali quæſtione, ſatis intelligitur pronunciatum ſuper incidente.*

De incidente & emergente quæſtione in principali.

Incidens quæſtio eſt concernens factum principale, ſeu merita cauſæ, emergens ex ipſo proceſſu. Panorm. hîc. Paul. leg. 1. cod. eod. C. M.

Cap. 2. *Cum dilectus.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Inter infames non habentur teſtes, quorum teſtimonium reprobatur.* Ibi. *Quia de iure non cenſetur infamis, ſed infamiam facti forte non evitat.*

De infamia juris & facti.

Si apud bonos & graves ſit gravatus. C. M.

Cap. 3. *Tuam.*

Casus.

In Caſu. *Mortuo Comite Campaniæ ſine prole, Regina Cypri dicebat, quod illi ſuccedere debebat in Comitatu, tanquam proximior, mortuo ipſo Rege, cui Papa mandaverat differre cognitionem ſucceſsionis, donec quæſtio natalium terminaretur, ſucceſsit ei Ludovicus filius eius. in verb. Ludovicus.*

Quæſtio feudi moventis à Rege commota, tum principaliter, tum incidenter, ſpectat ad Regem.

Scilicet Octavus, ſed cum ex hypotheſi ageretur de ſucceſſione Comitatus ſiti in Regno Franciæ, & in feudum à Rege moventis, hîc Papa contra proteſtationem prædeceſſoris ſui in cap. novit. ſupr. de judic. Uſurpabat juriſdictionem Regis Franciæ, ad quem omnino etiam incidentis quæſtio, cum eſſet quæſtio facti, etiam ſecundum Panorm. hîc. & in cap. lator. infr. qui filii ſint legitimi & alios canoniſtas. Ego vero dico, quod etiamſi eſſet quæſtio juris, tamen cognitio ſpectabat ad Regem, ad finem vindicationis Comitatus, & poterit tanquam ab abuſu appellari. C. M.

TITULUS DUODECIMUS.

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

Cap. 1. *Suſceptis.*

Inscriptio.

In Inſcriptione. Ibi. *Gregorius Fœlici de Sicilia.* Exemplaria impreſſa habebant Duci Siciliæ, ſed exemplaria manuſcripta, & caſus Bernardi oſtendunt errorem, & corrigendum, ut repoſui. C. M.

Correctio ad inſcriptionem.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Contra inauditam partem non poſſumus definire, quia non liquet de cauſa.* Ibi. *Vel dic etiam lite conteſtata non poſſumus definire contra inauditam partem.*

Contra inauditam partem non definiendum.

Hieronim. de Tortis in conſil. impreſſis poſt conſil. Antonii Butrii. num. 21. Alexander ab Exea. cap. 1. num. 46. de conſtit. limitat. Alexand. conſil. 87. col. 7. lib. 2. vide infra. de re jud. cap. cum olim. C. M.

Cap. 3. *Cum Eccleſia Sutrina.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Intentionem ſufficienter probatam per actores, quod ad Canonicos tantum ſpectaret electio.* Ibi. *Petitorium ſimul cum poſſeſſorio intentarunt, & in hoc minus cautè fecerunt.*

De veteri Prælatorum eligendorum forma à clero, præſente populo antiquata.

Et incautius coram Papa, cupiente ad paucos redigere, ut jam contra antiquos canones, & normam primitivæ Eccleſiæ, & conſtitutiones Imperiales. can. ſacrorum. 63. diſtinct. populo excluſo: deinde reliquo clero ut hîc facilius (re ad paucos reducta) ſibi reſervaret, & quos vellet ſuis affectibus addictos præficere poſſet, ut eventus docuit. C. M.

Hoc eſt Molinæi intentum, Epiſcoporum electiones à clero ſimul & populo fieri debere. Nullos producit canones antiquos Eccleſiæ primitivæ, quibus id ſtatutum fuerit: conſuetudinem non nego

Source : BIU Cujas

nego, canones nego, consuetudinis probationem habemus ex D. Cypriano, Carthaginensi Episcopo, anno 250. Nemo, inquit, epistol. 55. num. 67. adversus Sacerdotum Collegium quicquam moverit, nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post Coepiscoporum consensum, &c.& infr. quando Episcpous in locum defuncti substitutus, quando populi universi suffragio in pace deligitur. Idem hoc populi suffragium explicat epist. 68. num. 4. Quando, inquit, plebs ipsa maxime habeat potestatem, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, quod & ipsum videmus de digna authoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligatur, & dignus & idoneus publico judicio atque testimonio comprobetur. Notat Pamelius tunc electiones fieri solitas plebe præsente, vel ut detegerentur malorum crimina, vel ut bonorum merita prædicarentur: nec mirum D. Cyprianum dixisse plebem maxime potestatem habuisse dignos eligendi, vel indignos recusandi, illius enim dat vel crimina detegere, vel virtutes & merita proferre; populo ergo præsente & teste, vel etiam si voles accusante fiebant electiones, sed per Sacerdotes, quod non diffitetur Goulartius assiduus insectator Pamelii; atque ex iis verus patet intellectus epist. 52. ejusd. D. Cypriani de electione Cornelii Papæ scribentis, è qua sumptus est can. factus. 7. quæst. 1. ut. suffragium. hîc non sit ad exemplum populi Romani suffragiorum in legibus ferendis, aut Magistratibus creandis, sed interc essionem aut favorem significet, ut in leg. unica. cod. de suffrag. hæc de usu. At canones antiquæ & primitivæ Ecclesiæ habemus, nempe Nicænæ Sinodi. can. 4. Carthagin. can. 13. Antiochen. 19. quos omnes canones interpretatus est Balsamon non de ordinatione, quæ sequebatur electionem, sed de ipsa electione, quæ per Episcopos œcumenicos fiebat. Si vero can. 5. Laodicenæ Sinodi cum Balsamone de electione intelligas, eo vetitum fuit, ne amplius electio fieret in eorum qui audiebant præsentia; unde sequitur populi suffragium fuisse, vel probationem vel reprobationem electi. Notavi supr. can. 39. hinc est. 16. quæst. 1. Episcopos in Gallia fuisse de cleri populi & ordinis electos consensu usque ad Caroli Magni tempora, cujus ex capitularibus sumptus est can. sacrorum. distinct. 63. qui fuit abrogatus desuetudine; nam ad evitandos tumultus, seditiones, emendicata & simoniaca suffragia, res ad Cathedralium Ecclesiarum clericos devoluta est, quod patet ex divi Ludovici constitutione anni 1228. supr. citata, ex sanctione Pragmatica anni 1437. tit. de elect. §. quanta. Inde anno 1439. Ecclesiæ Cathedralis Andegavensis Canonici, Joannem Michaelem Concanonicum in Episcopum elegerunt, quem decanus Capituli circa decimam horam matutinam electionem populo, qui Ecclesiam convenerat, publicè denunciavit. Summa hæc est, in Prælatorum electione consuetudinem, quæ viget, servandam esse, quod hîc dixit Innocent.III vel Ecclesiæ decisionibus parendum. G. D. P.

Probatur præsentiam populi & cleri necessariam in electionibus faciendis, ex authoritate antiquorum Ecclesiæ Patrum.

Probatur & sacris Ecclesiæ & conciliorum canonibus.

Unde electio Prælatorum reducta ad eos solos qui sunt de gremio Capituli vel Conventus.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Per testes autem adversæ partis sufficienter ostensum, quod in trium Episcoporum electionibus adfuissent clerici.* Ibi. *Ex hoc videtur quod si aliquis ter utitur aliquo iure, per hoc est in quasi possessione; sed quid si semel eligit in 40. annis, quia Episcopus ille tanto tempore vixit, dico quod per hoc non est in quasi possessione.*

De quasi possessione eligendi probanda, per iterationem actuum electionis.

Idem Panorm. Francisc. Ripa. hîc. num. 52. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa eorumdem verbb. Ibi. *Nec obstat quod dicitur de 30. diebus, quibus ad minus uti debet in anno, ad hoc ut habeat interdictum de itinere actuque privato.*

De præscriptione servitutis non continuæ.

Ibi de actu qui solet sæpe gratia familiaritatis permitti. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Propter brevitatem temporis usque ad præscriptionem legitimam non producti.* Ibi. *Sed hîc nulla causa, sive titulus fuit allegatus, & tamen præscripsissent, si pervenissent ad legitimum tempus.*

Panorm hîc.dicit hoc verum,si etiam alia requisita interveniissent, quia ex quo secundum eum, deficit titulus, & resistit jus commune, requiritur tempus immemoriale, cap. 1. de præscript. in 6. Sed Panorm. multum errat, quia, ut inquit Joann. And. col. finali. præscribere contra Canonicos ipsius Ecclesiæ vacantis, ne eligant, hoc bene est contra jus commune, & ibi necessarius est titulus, sed præscribere ut cum ipsis eligant, istud est præter jus, ideo sufficiunt 40. anni sine titulo; & ita sentit Francisc. Ripa. hîc. num. 122. Ego vero dico, quod ut relligiosi viri, & reliquus clerus admittatur, non est contra jus, sed secundum jus, saltem reditus ad jura antiqua, etiam conciliaria. can. obeuntibus. 63. distinct. can. ordinationes. 1. quæst. 1. can. factus. 7. quæst. 1. & hujusmodi reditus favorabilis est. can. statutum. de præbend. in 6. unde cum hîc. non esset præscriptio, sed consuetudo & tres insignes actus interveniissent, videtur male & ambitiose contra clericos judicatum. C. M.

De possessione vel præscriptione contra jus, vel præter jus facta, probanda.

Quæ notat hîc Molin. de differentibus Joann. Andr. & Panorm. à num. 43. vers. secundo oppono. cum ea glossa opinionibus, sumpta sunt & transcripta ex Balbo tract. de præscript. parte 1. parte 5. principal. §. 8. quæro. Concedo Joann. Andr. potiorem esse in eo opinionem, nempe contra jus commune non esse, ut aliqui jus eligendi cum veris electoribus acquirant præscriptione, sufficereque pro illo concursu tempus quadraginta annorum, etiam absque titulo, sed addo verum id esse, modo præscriptionem allegantes, sint illius juris præscribendi capaces: Certum est Diœcesis clericos antiquitus fuisse capaces electionis Episcopi; at sive usu, sive consuetudine, sive statuto, tandem eos fuisse exclusos: Cum ergo, ut ait Molin. reditus sit ad jus commune facilis, nemo dubitat clericos Diœcesis olim exclusos, posse, si ad electionem admittantur, hoc jus eligendi præscribere; nullum vero Doctorum, nec ipsemet Molin. animadvertit quæstiones, quæ apud Innocentium agitabantur de electione Sutrinensis Episcopi hypothesim: nodus est in his verbis: Clerici Conventualium Ecclesiarum civitatis, non jus eligendi disputabant clerici Diœcesis, sed relligiosi civitatis ex possessione volebant electioni interesse. Nullo unquam jure cautum fuit, ut Episcoporum electioni adessent relligiosi Conventuales, sique cum Ecclesiæ Cathedralis clericis elegissent, id erat contra jus commune. Non obstat can. obeuntibus distinct. 63. sumptus ex concilio Romano anni 1139. sedente Innocentio II. glossa nempe interpretatur relligiosos viros Prælatos aliarum Ecclesiarum, alias dant interpretationes, alii apud Archidiaconum & Præpositum: Tum Innocentius eorum tantum requirit consilium; sed & interpretes Monachos & Canonicos excludunt solis Prælatis admissis; addit glossa. hunc canonem non servari, dicit Præpositus in desuetudinem abiisse exemplum de Abbatibus in Ecclesia Cumana tempore Gregorii IX. extat in cap. Cumana. supr. de elect. idque vel privilegio vel consuetudine contigisse dicit glossa; quare quod addit Molin. relligiosis viris & reliquo clero admissis, id esse secundum jus, saltem reditum ad antiqua concilia. can. factus. 7. quæst. 1. Fallitur, si relligiosorum appellatione virorum Mo-

Interpretatio varia can. obeuntibus. & aliorum can. & Capitulorum de admissis clericis à Diœcesis cum canonum Cathedralis Ecclesiæ.

Source : BIU Cujas

nachos intelligit, tum quia can. factus. non eſt alicujus antiqui concilii definitio, ſed ſumptus ex epiſtola 52. D. Cypriani; tum quia non poteſt Monachis adaptari; ſcripta fuit namque hæc epiſtola anno 254. poſt Cornelii Papæ electionem, imperante Decio, quo ſæculo nondum erant Monachi congregati, quos primus ex ſolitariis Eremitis collegit Antonius anno 318. imperante Conſtantino. Quod autem ſubjungit Molin. præſcriptionem non fuiſſe, ſed conſuetudinem, contra Doctorum omnium mentem, convincitur expreſſo Textu. verb. uſque ad præſcriptionem legitimam: Non repeto differentias conſuetudinis & præſcriptionis, quas videre eſt apud Rebuffum in conſtit. regiis. in præfat. tract. de conſuet. à num. 14. ex cujus dictis notandum illud, nempe cum quid acquiritur collegio, cenſeri privato acquiſitum, eſſeque præſcriptionem. num. 20. hinc. Panorm. num. 45. hîc dicit in hujus capitis caſu non eſſe conſuetudinem, ſed potius præſcriptionem, cum per eam detrahatur juri perſonarum certarum, ſeu certi loci, & tendat in commodum certarum perſonarum, ſeu certi collegii, & addit ſi conſuetudo inducatur ut præſcriptio, neceſſarium eſſe titulum. G. D. P.

Differentia inter præſcriptionem & conſuetudinem.

Cap. 4. *Cum ſuper.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum præfatus Subdiaconus electus Bethleemitanæ Eccleſiæ à Patriarcha Hieroſolimitano fuerit confirmatus. Juncta inſcriptione Innocent. III. Canonicis de Bethleem.*

Ad hiſtoriam temporis illuſtrandam. Quamquam enim nuper Saladinus anno 1187. Hieroſolymas occupaſſet, ut dixi in conſuet. Pariſ. tit. 1. num. 37. non tamen Chriſtianos, regno contentus expulerat, ut ex Platina in Urbano III. C.M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. Ibi. *Per ſæcularem potentiam ſpoliatum reſtituendum.* Ibi. *Et ita licet obtineat in proprietate, tamen quia ſibi jus dixit quantum ad poſſeſſionem reſtituere debet fructus.*

De fructibus cũ proprietate ſpoliato reſtituendis, vel non. Idem Panorm. hîc. deciſ. Tholoſ. quæſt. 493. Alex. conſil. 45. num. 1. ubi tetigi. lib. 3. C. M.

Cap. 5. *Paſtoralis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſſeſſorium judicium, quod de recuperanda, vel adipiſcenda poſſeſſione proponitur.* Ibi. *Non poteſt redire ad judicium proprietatis, poſtquam cœpit agere uti poſſidetis, quia ſibimet ipſi eſſet contrarius; qui enim proponit rei vindicationem, dicit alium poſſidere, in verbo ſibi contrarius.*

De cumulatione petitorii & poſſeſſorii vetita. Imo etiam in interdicto retinendæ poſſeſſionis, poteſt eodem modo ſuſpendere, vel accumulare ab initio, vel ante concluſionem in cauſa, dummodo non reſultet contrarietas, ut eſt univerſaliter in corporalibus, & in incorporalibus, reſpectu diverſarum ſpecierum poſſeſſionis. Panorm. C. M.

Cap. 8. *In cauſa.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum ad ſubjectionis judicium à Patriarcha Gradenſi contra Abbatem & Conventum S. Georgii de Venetiis ſit actum.* Ibi. *In his actum fuit à Patriarcha poſſeſſorio & petitorio.*

* Agens petitorio repellitur, ſi ſolam poſſeſſionem probet, non jus proprietatis. Dic quod hîc fuit actum petitorio ſolo, ratione ſubjectionis, & ſuccubuit, quia non probavit niſi poſſeſſionem, ad quam non fuit reſtitutus, quia ad hoc non erat actum. C. M.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

De reſtitutione ſpoliatorum.

Cap. 1. *Licet.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quamquam poſſeſſio violenter ablata ante omnia debeat reſtitui, tamen quia ſpoliatus Diaconus ipſius Eccleſiæ, conſentiente ſpoliato, conſtituit ſe legitime probaturum, rem ad Eccleſiam pertinere. in verbo conſentiente.*

Exceptio regulæ ſpoliatum ante omnia reſtituendum. Idem ſi tacente. Math. de Afflictis. deciſ. Neapolitan. 173. C. M

Aliud eſt conſentire, aliud eſt tacere, quia tacens ſolum patitur, de qua patientia loquitur Afflict. quam Abbas ad cap. ult. de ead. cognit. num 7. interpretatur de eo qui obmuteſcit. Afflict. citat Bald. hîc. qui de conſenſu loquitur: Cæterùm in hypotheſi Afflict. lis fuerat conteſtata ſuper proprietate, de qua reus in poſſeſſorio recuperandæ exceperat, tacente actore, unde infert actor ea patientia ſpoliatum ſuo privilegio renunciaſſe: At hîc conſenſus ab actore præſtitus fuit ante litis conteſtationem, unde accidit cumulatio petitorii cum poſſeſſorio. G. D. P.

Differentia inter conſentientem, tacentem, & patientem.

Cap. 2. *Sollicite.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Veriſimile non eſt quod ſponte juri ſuo renunciaverit, qui renunciat ſpoliatus.*

Sponte non renunciat, qui renunciat ſpoliatus. Can. ecce. 7. quæſt. 1. deciſ. Tholoſ. 492. ſecus in non beneficialibus. Alex. conſil. 208. in fine. lib. 1. conſil. 93. lib. 3. C. M.

Hanc addidi notam, ut Librariorum errores reformarem. lege Aufrer. ad deciſ. Tholoſ. 493. Alex. conſil. 118. lib. 1. & conſil. 93. lib. 5. adde citationem can. ecce. 7. quæſt. 1. erroneam eſſe, duoque notanda: primum in decreto ſolos eſſe ſex canones incipientes à verbo ecce. can. 6. diſtinct 95. can. ult. diſtinct. 99. can. 10. 22. quæſt. 5. can. 4. 13. quæſt. 4. can. 20. 24. quæſt. 3. can. 39. de pœnitentia. diſtinct. 1. quorum nullus de reſtitutione ſpoliatorum agit, ſecundum tota cauſa 7. quæſt. 1. & 2. Gratianum de eadem ſpoliatorum reſtitutione non agere niſi leviſſimè. can. 3. præſentium. ead. quæſt. 1. ubi gloſſa verb. in alium. His elucidatis, ſumma doctrinæ eſt, in beneficialibus. cap. 2. & 3. de reſtit. ſpoliat. tunc habere locum, aut renunciatio ſpoliationem præcedit, aut ſequitur, ſi præcedat, non datur reſtitutio, quæ nullius eſſet effectus, cum ſpoliatus careat & poſſeſſione & proprietate, ſi ſequatur, reſtitutioni locus eſt, qua executa de vi & effectu renunciationis in petitorio diſputabitur, fallit niſi fuiſſet renunciatio facta in ſuperioris manibus. ex Panorm. hîc. num. 10. in cæteris ſtatur renunciationi pendente lite. G. D. P.

Quando locus ſit reſtitutionis, ubi ſpoliatus renunciavit.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non eſt veriſimile, quod ſponte juri ſuo renunciavit qui renunciat ſpoliatus.* Ibi. *Adde quod in gloſſa anteriori ſecundum canones videtur, quod etiam ad damnum, ſive ad pœnam perpetuo agi poſſit, reſpondeo prætoriæ actiones temporales ſunt quoad pœnam, perpetuæ quoad proſecutionem rei ipſius.*

De perpetuitate vel temporalitate interdictoriarum actionum quoad agendum vel excipiendum. Anton. Butr. & Panorm. hîc. col. penult. ſalvant. gloſſ. quando agitur ex cauſa redintegranda. Cæterum tenent anno præſcribi eo prætextu quod non ſit conſtituenda differentia inter jus canonicum & civile; & ſequitur Socinus in leg. rem. quæ nobis. col. 15. de adquir. vel amit. poſſeſſ. ſed quod jure canonico perpetua ſit actio ad reparationem damni ex delicto, etiam contra hæredes, idem quod hæc gloſſa tenet in cap. final. infr. de ſepult. cap. in litteris. infr. de rapt. gloſſa Joann. Andr. in cap. peccatum. de reg. jur. in 6. & ibi. Petr. Ancharan. idem Bald. Salic. in leg. 1. cod. ne ex delict. de funct. Aretin. in rubrica. de acquirenda hered. Roman. in leg. Prætor. §. hoc interdictum. de novi. oper. nunciat. Jaſon. in l. 5. in principio. col. fin. de verb. oblig. in leg. ſi enim. §. qui injuriarum. col. 1. in fine. ſi quis caution. Philipp. Decius in leg. pupillum. §. finali. de reg. jur. ubi in annot. dixi. & hæc veritas etiam de jure civili. ut novè dixi in tract. dividui & individui. quamvis Panorm. in cap. finali. de ſepult. & in repet. cap. Eccleſ. col. 8. de conſtit. & ubique contrarium teneat & male. C. M.

Cap. 4. *Audita.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ante litterarum receptionem.* Ibi. *Nota tempus receptionis litterarum conſiderandum, & non datæ.*

Source : BIU Cujas

Tempus receptionis litterarum & non datæ conſiderandum in exequendis reſcriptis apoſtolicis.

Calderin. concil. 4. de offic. deleg. Bald. leg. eum qui. in princip. de juriſd. omn. jud. Textus. in cap. ſuper eo. 2. in fine. & ibi. Philipp. Decius. num. 12. ubi dixi. de appell. C. M.

Cap. 7. *Conquærente.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermiſſo, ante omnia reſtituatur.*

Spoliatus à Judice non ſervato judiciario ordine reſtituendus.

Joann. de Platea. leg. ſi coloni. de agricol. & cenſitis. lib. 11. cod. Philipp. Decius. cap. cauſam matrimonii. in fine. de offic. delegat. cap. referente. in 2. notabi. de præb. conſil. 200. conſil. 449. num. 16. C. M.

Cap. 11. *Gravis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ut non tantum fructus à novo & violento poſſeſſore perceptos, ſed quos (ſi eis poſſidere licitum fuiſſet) poſſeſſores percepiſſent, reddi faciatis eiſdem.* Ibi. *Nota quod fructus dicuntur qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ ſunt gratia quærendorum, colligendorum, & conſervandorum fructuum, quod locum habet tam in bonæ fidei poſſeſſoribus, quam in malæ fidei, etiam prædonibus. in verb. fructus.*

De reſtitutione fructuum à bonæ vel malæ fidei poſſeſſore facienda, ſecundum diſtinctiones hîc expoſitas.

Dic novè. quod omnis bonæ fidei poſſeſſor facit omnes fructus ſuos. leg. bonæ fidei. de acquir. rerum domin. leg. ſic. §. porro. de uſur. ſed non lucratur niſi induſtriales conſumptos, quia naturales quilibet reſtituit. leg. fructus. dig. de uſur. verius autem malæ fidei poſſeſſor indiſtinctè de percipiendis tenetur. leg. generaliter. de reg. Jur. C. M.

Extra rem hîc. Inſiſtitur, in eo quod dicitur in nota Molinæi, novè dicendum bonæ fidei poſſeſſorem omnes fructus lucrari.

Nihil novè dixit Molin. gloſſa namque ad leg. qui ſcit. §. porro. & ad leg. fructus. dig. de uſur. & ad leg. bonæ fidei. dig. de acquir. rerum domin. & Doctores omnes conſentiunt bonæ fidei poſſeſſorem ad fructuum naturalium reſtitutionem teneri, non ergo facit omnes fructus ſuos, ſcilicet tam naturales, quam induſtriales, cum ad naturalium reſtitutionem teneatur: nec capio hanc Molinæi novitatem, ſcribentis bonæ fidei poſſeſſorem facere omnes fructus ſuos, ſed induſtriales tantum, conſumptos lucraturum, naturales reſtituturum: Qui quis id ſuum feciſſe dicatur, quod reſtiturus eſt? vel quod ab eo poteſt auferri?

Nec novum eſt tentamen hîc factum in lucro fructuum à poſſeſſore inter titulum lucrativum, vel oneroſum.

Si quid novè tentandum eſt, auſim dicere poſſeſſionis cauſas diſtinguendas eſſe, bonæ fidei emptorem, & quemcumque alium bonæ fidei poſſeſſorem ex oneroſo titulo fructus omnes ſuos facere, ſive naturales, ſive induſtriales aut artificiales. leg. bonæ fidei. dig. de acquir. rerum domin. bonæ fidei vero donatarium, & alium quemvis bonæ fidei poſſeſſorem, titulo lucrativo fructus induſtriales ſolos lucrari, quod notat Pacius. G. D. P.

Cap. 12. *Olim.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Poſſeſſiones ſub ea conditione conceſſit.* Ibi. *In traditione terræ poteſt apponi conditio, & iſta conditio non eſt ſimoniaca.*

Conditiones traditionibus rerum appoſitæ non ſunt ſimoniacæ.

Supr. de elect. cap. ſignificaſti. gloſſ. 2. & ibi Philipp. Decius. num. 37. ubi tetigi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quod nullum juri veſtro præjudicium fuerit cauſatum.* Ibi. *Sed ſi alius eſt in poſſeſſione nomine meo, tunc ſi ille expellitur, vel alii tradat poſſeſſionem, perdam eam.*

An per dejectionem locatarii, dominus perdat necne poſſeſſionem.

Secus ſi animo deſerendi redderet, vel alii proderet. leg. finali. cod. de acquir. poſſeſſ. & ibi Bartol. Joann. Faber. Ægid. Bellamera. deciſ. 104. Claud. de Seiſellio. in leg. peregrè. d acquir. poſſeſſ. C. M.

Cap. 13. *Litteras.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Vir autem ſibi uxorem poſtulabat reſtitui, quæ ab eo ſua temeritate divertit.* Ibi. *Alias ſi eam à ſe repuliſſet, non poſſet petere reſtitutionem; cum ſeipſum exſpoliaſſet, ſed contra credo quod hoc non obſtaret, ſi vellet eam rehabere, qui eam expulit.*

De recuperanda uxore amiſſa vel divertente.

Idem Panorm. hîc. Gemin. conſil. 28. C. M.

Ibidem. §. *Opinioni.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *In gradibus conſanguinitatis divina lege prohibitis, reſtitutioni aditus præcludatur, ſed in conſtitutione interdictis humana reſtitutio locum habeat cum effectu, cum in illis diſpenſari non poſsit, & in iſtis valeat diſpenſari.*

De diſpenſatione matrimoniali in gradibus conſanguinitatis.

Idem Richard. & Scot. in 4. ſententiarum. diſtinct. 40. ubi tenent quod ſunt de jure divino morali; quamvis tamen Aquinas. 12. quæſt. art. 95. reponat inter cæremonialia, unde Toſtad. in reg. 8. quæſt. 149. cum ſequ. uſque ad quæſt. 158. tenet non poſſe diſpenſari per honeſtatem, ſed bene (ſola linea directa accepta) per poteſtatem; quod eſt nimis audax & temerarium dictum: quamvis Papa de facto diſpenſet, ut vidi, non ſolum inter Principes, ut in filio Joannis Regis Portugalliæ, qui duxit uxorem conſanguineam ſororem ex alia matre, ſed etiam inter ſimplices nobiles, vidi apud Sorbonam anno 1530. menſe Junio. in quæſt. Regis Angliæ ſcindi Theologos, videlicet 42. pro affirmativa, ſed 53. pro negativa; quinque vero cenſentes remittendum eſſe Eccleſiæ, & ſic tacite pro negativa concludebant, quàm priùs tenuit Ægid. Bellamer. conſil. 28. Conrad. de Summenhart. de contract. quæſt. 83. Joan. Lup. de matrimonio & legitim. column. 19. & in ſpecie d. quæſt. 1. Ludov. de Goſadinis. conſil. 1. quamvis Pariſ. conſil. 98. lib. 4. poſt effuſam diſputationem dubitet. C. M.

Sententia Sorbonæ in diſpenſatione Regis Angliæ, circa matrimonium Catharinæ Aragonicæ Hiſpaniarum Regis filiæ, viduæ fratris ipſius Regis Angliæ.

Cætera deſume in eamdem materiam ex not. ad conſil. Decii. 602. ubi idem Molin. paulò diffuſiùs explicat. F. P.

De differentia præceptorum moralium, cæremonialium, & judicialium, quoad diſpenſandum, & alios actus.

Veteris præcepta teſtamenti ſunt alia moralia, alia cæremonialia, alia judicialia: Moralia tempore gratiæ manent, cæremonialia ſunt evacuata, judicialia vim obligandi non habent, licet de novo ſtatui, & ſtatuta ſervari debeant: Præceptum de non contrahendo matrimonio inter tranſverſales conſanguineos, non bene forſan inter cæremonialia conſtituit, nec rectius Scotus inter moralia, quia præcepta moralia juris naturalis ſunt, tempuſque legis ſcriptæ præceſſerunt: Hoc autem præceptum non nubendi inter collaterales, ab Adamo ad Moyſen non ligavit patres antiquos, dici poteſt ergo judiciale, quod à tempore gratiæ non obligavit, niſi quatenus aut expreſsè ſtatutum, aut caſu & conſuetudine receptum, & ſervatum fuit, & licet à jure divino authoritatem habeat, utroque caſu ſtatuti, vel conſuetudinis, aut temperare potuit (ut hodie in quarto gradu nubere licet. cap. non debet. de conſang. & affin.) aut cauſa cognita diſpenſari poteſt, cujus diſpenſationis exempla recitant Bellam. conſil. 28. & Molin. hîc. & ita tandem definitum à Concilio Tridentino. ſeſſ. 24. can. 3. qua de re videndi Covarruvias in lib. 4. decretal. part. 2. cap. 6. num. 16. & Paulus Layman. Theolog. moralis lib. 4. cap. 6. qui verba Innocentii *divina lege*, in noſtro cap. litteras. interpretatur, non de divina lege morali ſcripta, ſed divina lege naturali, tutior eſt ſententia ſeſe deciſionibus Eccleſiaſticis ſubmittere, diſpenſationeſque piè interpretari. G. D. P.

In diſpenſationibus deciſio Concilii Tridentini.

In id vide de diverſitate præceptorum naturalium, moralium, judicialium, & cæremonialium, & ut utralibet ſervata, & ſervanda fuit. gloſſam in cap. 1. diſcretioni. in verbo decimarum. de decimis. in 6. F. P.

De differentia horum præceptorum, remiſſio ad alium Molinæi locum.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Præſertim in gradibus divina lege prohibitis.* Ibi. *Dicas quod in levitico prohibetur ſecundus gradus in deſcendentibus, non in collateralibus, unde in collateralibus diſpenſare poteſt Eccleſia.*

Iterum de diſpenſatione matrimoniali in gradibus conſanguinitatis.

Dic quod etiam in collateralibus prohibetur in ſecundo gradu lineæ inæqualis de jure divino, excepto avunculo & filia ſororis. C. M.

Cap. 14. *Ex parte.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Mulier poteſt cauſam matrimonii*

Source : BIU Cujas

per procuratorem tractare, quamvis minor. Ibi. *Sed si minor renunciavit beneficio, & illud sit alii collatum, non subvenitur ei.*

De restitutione minorum in beneficialibus, permissa vel non, ut & in matrimonialibus causis.

Imo etiam quandoque, postquam alii collatum est, subvenitur, ut per Nicol. Boer. decis. Burdegal. 350. ubi refert arrestum; & habeo aliud arrestum latum in consilio Regis, quo resignatarius, vel mediator condemnatus fuit dare cum effectu mandatum validum ad retrocedendum. Panorm. hîc. num. 5. pulchrè distinguit, quem sequitur glossa pragm. de Pacif. possess. in verb. impedimenti. in fine. Ludov. Gomes. in reg. de triennal. possess. quæst. 15. dixi in tract. reg. cancell. de publ. quæst. 10. num. 185. cum sequ. C. M.

De præcedenti materia remissio ad alios Molinæi locos, & ad Arresta praxis confirmativa in eadem materia.

Adde eumdem Molin. in not. ad cap. 3. in casu. ibi. absque curatore. de jud. in 6. & eumdem in comment. ad reg. de publ. num. 240. & 372. & seqq. & ibi Dom. Louet. fol. 502. & nota hîc citationem in num. 185. & seqq. regulæ de public. esse prioris editionis anni 1552. habeo etiam in adversariis meis Arrestum Senatus Parisiensis de die Junii anni 1625. confirmativum sententiæ proprætoris Parisiensis sive juridici criminalis, qua resignatarius, & mediator condemnati fuere, etiam per detentionem corporalem dare mandatum retrocedendi validum & efficax. In his tamen omnibus casibus distinguendum, an solius minoris ætatis prætextu restitutio resignationis petatur, an de dolo & subornatione personæ resignatarii quæratur; restituitur enim resignans non tanquam minor, sed ex capite doli & subornationis captiosæ, quia in toto jure canonico non subest titulus vel rubrica de minoribus, sed subest titulus de dolo, & de his quæ vi metusve causa fiunt: Itaque qui restitutionem resignationis prætendunt, vel eorum parentes illud imprimis servent, ut de dolo & subornatione admissa primum conquerantur via criminali & extraordinaria, & de circumscriptionibus adhibitis extraordinariè quæri faciant per informationes juridicas, & decreta in reos & mediatores, de quo monitum volui Lectorem F. P.

Monitum salutare in iis materiis pertractandis de restitutione minorum in beneficialibus.

Cap. 15. *Cum ad sedem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ad hospitalia spectare prædicta, quod ipsa diutius possedisset.* Ibi. *Numquid sufficit probare quod aliquando possedit, ad hoc ut possit restitui, non nisi probet quod tunc possidebat.*

Quæ allegatio possessionis requiratur, ut detur restitutio spoliato, sive redintegratio.

Tamen probans antiquam possessionem, & allegans se possidere, præsumitur possessor. Panorm. hîc. coll. 7. Bart. d. leg. sive. Francisc. Ripa. cap. sæpe. infr. eod. C. M.

Cap. 16. *Olim.*

TEXTUS.

*

Spoliatus redintegrandæ possessionis actione impetitus ab alio quem spoliavit, non debet condemnari, nisi in culpa spoliationis violentæ.

In Themate Episcopus Ovetensis & Zamorensis in Hispania, in Archiepiscopatu Compostellano, sed exempti, secundùm Alber. in rubrica. col. 3. de statu homin. Episcopus Ovetensis cum occupasset partem Diœcesis Zamorensis, spoliatus est à Rege Legionis & Castellæ Episcopatu suo; tandem conventus fuit à Zamorensi Episcopo ad restituendum occupata cum fructibus? respondit Papa quod nihil habens frustra convenitur; ideo supersedendum, donec reus sit restitutus, non agebatur de violenta spoliatione per eum facta, nec de ejus dolo, alioquin nihilominus puniri potuisset. C. M.

TITULUS DECIMUSQUARTUS.

De dolo & contumacia.

Cap. 2. *Ex litteris.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Mitius agentes cum reis, possessionem sequestrari fecistis.* Ibi. *Hoc de iure fieri non debet, nisi in casibus infra. de sequestr. possessionis. cap. 1. §. Papa. & cap. ult.*

De sequestratione ob contumaciam rei non comparentis, vel de ea quæ fit pendente lite, & donec definiatur, duratura.

Dic quod hîc. loquitur in sequestratione loco missionis relaxandæ reo veniente & cavente, quæ non est prohibita. ibi vero de vera sequestratione totaliter mansura, vel non sic resolubili. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *In posterioribus litteris non fuit mentio facta priorum, nec continebantur nomina Ecclesiarum quæ in prioribus posita fuerant, sed indefinite dicebatur super quibusdam Ecclesiis.* Ibi. *Propter talem mentionem generalem seu indefinitam priores litteræ non revocantur per posteriores, sed expressam debent facere mentionem de prioribus.*

An in posterioribus litteris priorum generali facta mentione, priores revocentur, & an specialis mentio sit facienda.

Dic quod sufficit de prioribus litteris facere mentionem generalem, nisi esset aliquid in primis, quo expresso non sic fuissent concessæ secundæ. Panorm. C. M.

Cap. 3. *Causam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum pars adversa abest contumaciter, debet evocari denunciationibus ad domum.* Ibi. *Absente reo citandum procuratorem, si talem dimiserit, alioquin ut contumax citandus est denunciationibus ad domum, vel ad Ecclesiam absentis factis, & amici requirendi.*

De denunciationibus, & citationibus ad domum, & in Ecclesiis factis.

Hoc verum, si de jure speciali contra aliquem procedatur, secus, si de jure communi. Panorm. & est communis. Alexand. in leg. si finita. §. Julianus. col. 17. de damno infect. Marian. Socinus. de citat. art. 5. num. 18. Nicol. Boerius. in repetitione legis consentaneum. cod. quomodo & quando judex. tamen hanc glossam sequitur indistinctè Cardin. Flor. in Clement. 1. quæst. 6. de judic. C. M.

Cap. 5. *finem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Actore proponente actionem, postquam fundaverit, si altera pars opponat exceptionem.* Ibi. *Hîc patet quod exceptio peremptoria potest obiici publicatis attestationibus, ex eo quod dicitur fundata intentione alterius partis.*

Publicatis attestationibus, an exceptio peremptoria possit opponi, necne.

Hoc verum quando est compatibilis cum facto principali, aliàs secus. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ad solvendum moderatas expensas.* Ibi. *Sed numquid habet locum quod dicitur in expensis, in exceptionibus dilatoriis, & quæ proponuntur ante litem contestatam.*

De expensis præjudicialibus ante, vel post litis contestationem factis, reparandis, vel non.

Dic quod in omnibus dilatoriis, & aliis separatis à meritis causæ in quibus pronunciatur, deficiens in probando in expensis damnetur; sed in peremptoriis propriè, seu negotium principale tangentibus, in quibus non pronunciatur, reservantur expensæ in definitiva, fallit, ut hoc cap. quando proponitur post publicatas attestationes, nec prompta probatio offertur. Panorm. C. M.

Ibidem. *Paulo post.*

GLOSSA.

In Glossa eadem. *Ad solvendas moderatas expensas.* Ibi. *Item illud regulare consuevit esse, ut in fine litis victus victori in expensis litis condemnetur, in verbo victus victori.*

De condemnatione expensarum indistinctè, & ubique in casu victoriæ.

Et hoc indistinctè, quia præsumitur victus calumniari, nisi documentis manifestis appareat de contrario, vel de justa causa. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *In expensis litis condemnetur.*

Differentia inter expensas definitivas, & præjudiciales.

Quod intellige deductis his quæ solvit propter contumaciam, vel quia non probavit exceptionem, ut hîc. illas enim solvit ex culpa sua, unde sibi imputet. de reg. jur. damnum. lib. 6. Joann. Andr. Math. afflict. decis. Neapolitan. 177. C. M.

Ibidem, paulò post medium.

GLOSSA.

In Glossa eadem. Ibi. *In expensarum adiudicatione in causa appellationis, nulla distinctio facienda, an iustam habuerit causam appellandi, an non.*

Condemnatio expensarum debet fieri indefinite, & in quacumque causa principali, & ap-

Dico tam in causa principali quam appellationis, condemnationem expensarum faciendam, nisi probabilis causa excuset. Panorm. vide decis. Tholo-

Source : BIU Cujas

pellationis in casum victoriæ.

san. 223. & dixi in annotat. ad Alexandr. consil. 188. num. 16. lib. 7. consil. 179. in fine. lib. 7. C.M.

Cap. 6. *Cum dilecti.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Absens & contumax, sicut direxerat excusatorem, sic dirigere potuerat responsalem.* Ibi. *Ex hoc videtur, quod licet aliquis iusto impedimento sit detentus ut venire non possit, quod teneatur mittere procuratorem.*

Qui non potest comparere, debet mittere procuratorem responsalem.

Quod est verum, nisi impedimentum sit necessarium, & probabile, & verisimiliter breve. Panorm. aliàs tenetur mittere. Francisc. Ripa. leg. quod te. num. 47. si certum pet. C. M.

Cap. 8. *Veritatis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Curiensis Episcopus Ecclesiam suam, non solum dilapidando depressit, sed etiam homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit. Juncto Textu in fine.* Ibi. *Quemlibet articulum criminum prædictorum constat esse probatum.*

Nota. hîc revocati ea tantum quæ post inhibitionem Ecclesiæ alienata sunt.

Nil dicit de articulo dilapidationis; unde cum non constet eum fuisse notoriè prodigum, non est mirum, si alienata per eum ante inhibitionem teneant. C. M.

Principio decretalis Curiensis Episcopus accusabatur Ecclesiam dilapidando oppressisse, tum de homicidio, incestu, & aliis criminibus, tum dicitur quemlibet criminum articulum probatum fuisse, tandem summus Pontifex in irritum revocat quæcumque post inhibitionem Sedis Apostolicæ, seu factam suspensionem & excommunicationem de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit. Unde Molin. infert Episcopum fuisse prodigum non constare, nec mirum si per eum ante inhibitionem alienata teneant. Summus Pontifex non addit alienationes præcedentes tenere, sed distinguendum inter mobilia & immobilia, immobilibus alienatis solemnitate præscripta. can. sine exceptione. 12. quæst. 2. non servata, nulli sunt contractus, de mobilibus sacris idem dicendum, nisi veneant pro captivorum redemptione, & pauperum alimonia. can. aurum. ead. 12. quæst. 2. leg. sancimus. 21. cod. de sacro-sanct. Ecclesiis. & quæ ibi notat. Rebuffus 1. tract. de alienat. rerum Ecclesiast. G. D. P.

Tractatur hîc de alienationibus post inhibitionem & depositionem factis, an teneant, vel non.

De revocandis his quæ post inhibitionem facta sunt ut & ordinationem post depositionem ordinantis. vide Flodoardum. lib. 3. hist. Rhem. cap. 11. fol. 174. & seq. F. P. Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quemlibet articulum fuisse probatum.* Ibi. *Sic patet quod lite non contestata recipiuntur testes, & ita non solum recipiuntur ubi de electione Prælati, sed etiam ubi agitur de destitutione.*

In materia destitutionis Prælati, testes recipiuntur lite non cõtestata.

Et hoc verum ubi principaliter agitur ad destitutionem, quia accusatio intentatur civiliter. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. *Secundum leges de crimine nunquam proceditur contra absentem.*

De crimine nunquam procedendum contra absentem non contumacem.

Idem Panorm. contra Bartol. vide Cæpol. caus. criminal. consil. 41. consil. 46. cum seq. Hieron. Grat. consil. 98. lib. 1. consil. 71. lib. 2. dixi ad Alex. consil. 4. lib. 6. C. M.

Ibidem. *Paulo post medium.*

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Quod prædicta cap. decernimus. 3. quæst. 9. 11. quæst. 3. rursus. & quicunque loquuntur ubi directe agitur de crimine in modum actionis.*

De accusatione in modum actionis intentata.

Hæc vera in se, & communis. Panorm. C. M.

Cap. 9. *Contingit.*

In Glossa verb. *Ubi actor mittitur in possessionem rei servandæ causa ob contumaciam rei, verus constituatur elapso anno possessor.* Ibi. *Non tamen præscribit ius Prælaturæ vel Præbendæ, sed præscribit contra agentem tantum.*

An qui mittitur in possessionem rei servandæ causa præscribat, nec ne, & quomodo intelligendũ.

Decem annis, licet beneficium non adquirat. Panorm. hîc. Philipp. Decius. consil. 121. ad finem. ubi dixi. C. M.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

De eo qui mittitur in possessionem rei servandæ causa.

Cap. 3. *Cum venissent.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cautionem standi iuri obtulit.* Ibi. *Per oblationem cautionis intra annum purgatur contumacia, & dicas à quo adversarius noluit recipere cautionem, statim licuit prosequi appellationem.*

Oblatione cautionis standi in judicio, purgatur contumacia, & statim appellans potest prosequi.

Idem Panorm. hîc. Roman. sing. 150. Felin. cap. capitulum. col. 13. de rescript. Philipp. Decius. cap. gratum. col. 3. ut lite pend. nihil innov. C.M.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.

Ut lite pendente nihil innovetur.

Cap. 1. *A memoria.*

TEXTUS. In Textu. *Juncta Inscriptione Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.* Ibi. *Litteras prohibitionis nostræ, scilicet de deferenda Cruce ante vos per totam Angliam quæ ad petitionem Cantuariensis Archiepiscopi decernimus.*

Rescriptum de deferenda cruce ante Eboracensem Archiepiscopum per totam Angliam.

Id est Thomæ illius qui gratissimus erat Alexand. III. quia contra principem suum sollicitabat abolitionem regaliorum. ut tetigi. infr. de instit. cap. ex frequentibus. C. M.

De hac materia tractatum edidit Andræas *du Saussay*, tunc Ecclesiæ S S. Lupi Ægidii pastor, ac demum Episcopus Tullensis, inscriptum de sacro ritu præferendi crucem majoribus Prælatis Ecclesiæ, quem consule. F.P.

Cap. 2. *Laudabilem.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Accusatus de adulterio ad separationem thori, non debet lite pendente privari possessione coniugali.*

Accusatus adulterii ad separationem thori, non debet privari possessione conjugali.

Joann. Faber. leg. appellationem. col. 1. cod. de appel. Florian. leg. alienationis. num. 4. familiæ erciscundæ. Philipp. Francus. cap. Romana. de appellat. in 6. §. quod si objiciatur. Alex. consil. 99. num. 5. ubi dixi. lib. 5. limitat Alex. consil. 150. col. finali. lib. 3. C. M.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

De sequestratione possessionis & fructuum.

Cap. 1. *Ad hoc.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Causa indistincte commissa.* Ibi. *Sed si causa tantum possessionis commissa fuerit, non possunt cognoscere de proprietate.*

Causa possessionis commissa, non potest de proprietate cognoscere.

Vel contra, etiam sine dictione taxativa. Panorm. C. M.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

De confessis.

Cap. 1. *Cum Monasterium.*

GLOSSA. In Glossa verb. *De se confessi super aliorum conscientiis interrogari non debent.* Ibi. *Istis qui de se confitentur creditur, non quantum ad convincendum, sed quantum ad præsumptionem.*

Ad quid prosit vel noceat confessio de se facta in judicio.

Etiam in casibus non exceptis, sed in exceptis faciunt sufficientem ad torturam. Panorm. hîc. Bald. consil. 95. lib. 1. Alexand. 128. in fine. lib. 4. consil. 89. num. 3. lib. 7. ubi tetigi. C. M.

Cap. 2. *Cum super electione.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Fuit in iure confessus, quod pro præstando consensu electioni, quingentorum Saracenorum obligationem receperat, & mediator extiterat simoniacæ pravitatis.* Ibi. *Sed nonne iste fuit testis, qualiter ergo punitur pœna ordinaria, ideo punitur, quia crimen istud contingit principale negotium, & hoc verius, quia dicebatur ab adversario facta simoniace electio.*

Testis de simoniaca pravitate per se admissa, confessus, punitur ut simoniacus.

Sed etiam præsupponendum esset, quod de delicto hîc principaliter ageretur. Panorm. C. M.

Cap. 3. *Ex parte.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quædam per errorem facti fuit in iure confessus.* Ibi. *Nota quod titulus iste de confessi locum habet post litis contestationem, sed edictum*

Source : BIU Cujas

Differentia confessionis & responsionis super interrogatione factis, quod primū ad definitionem, alterum ad ordinationem.

de interrogatoriis actionibus locum habet & ante litis contestationem.

Iste ad decisoria, articulus de interrogatoriis ad ordinatoria. Panorm. C. M.

TITULUS DECIMUS NONUS.

De probationibus.

Cap. 1. *Ex epistola verbis.*

Glossa. In Glossa in principio. Ibi. *In prima parte ponitur petitio, in secunda repulsio, quæ erat, quod contra se nemo tenetur edere, in verbo unde repulsio.*

Quando reus contra se edere teneatur. Sed mala, unde Doctores omnes, isto textu dissimulato, tenent in simili edendum actori, in negotio communi, vel cum prædecessoribus gesto. ut hîc. dixi ad Philipp. Dec. in principio. C. M.

Cap. 2. *Sicut.*

Summarium. In Summario. Ibi. *Actor qui plene probavit, non compellitur jurare.*

Qui plene probavit etiam contractu edito, non tenetur jurare. Facit lex in contractibus. §. de illo videlicet. cod. de non num. pecun. Math. Afflict. decis. Neapolit. 91. col. 4. sed certe non est justum, ut patet supr. & cod. de juram. calumniæ. C. M.

An præstatio juramenti sit sufficiens probatio rei contestatæ. Glossa ad §. de illo. dicit esse contra Jacobi opinionem, quia præstatio juramenti probatio est, videnda nov. 136. cap. 6. adde hanc decisionem apud nos abrogatam esse. Rebuff. in constit. reg. tract. de litt. obligat. art. 1. glossa 11. & tract. de chirogr. art. 2. gloss. un. num. 49. lege Buignon. legum abrog. lib. 1. cap. 125. & cap. 143. facit constitutio Regia, anni 1539. art. 37. cæterum Afflictus. decis. 91. de jurejurando. non loquitur. Id decidit mandatarium repetentem usuras à debitore, si probare non teneatur usurarum solutionem, nec debere creditores quibus solvit nominare. num. 6. at num. 1. dicit mandantem servare debere indemnem etiam non juratum, quia si jurasset, dubium non esset. G. D. P.

Quod debitum intercartatum sit in instrumentum authenticum redactum. Adde & aliam Molinæi Notam ad stil. parlam. part. 3. tit. 20. de libelli oblat. §. 1. ubi cum dictum fuerit de debito intercartato, nec dari libellum, nec diem ad respondendum, explicat Molin. in marginali nota debitum intercartatum esse de quo constat per publicum instrumentum; diversa tamen decreta curiæ Parisiensis circa hanc materiam jurandi in contractibus, aliis statuentibus jurandum, aliis absolventibus à juramento creditores, hæc Arresta referuntur in diario publicarum sessionum, parlam. lib. 1. cap. 32. & in adversariis meis juridicis in verbo *serment.* F. P.

An qui fundatur in contractu authentico jurare debeat necne, de eo quod continetur in instrumēto.

Cap. 7. *Post cessionem.*

Glossa. In Glossa verb. *Per litteras judicis ordinarii quibus standum est.* Ibi. *Ex hoc videtur quod litteris Episcopi creditur tanquam publico instrumento.*

Litteris Episcopi non creditur absque testium susceptione. Hoc verum de spectantibus ad officium suum, & cum subscriptione testium manu propria. Panorm. Felin. hîc. vide Alex. consil. 59. lib. 7. Jason. repetit. leg. admonendi. col. 38. de jurejurand. C. M.

Cap. 8. *In præsentia.*

Summarium. In Summario. Ibi. *Substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, evanescit, per ingressum monasterii.*

An per professionem Monachalem locus fiat substitutioni, si sine liberis decesserit. Nisi constet de mente testatoris quod voluit monasterium excludere. Philipp. Dec. hîc. num. 58. & consil. 259. Laurent. Calcan. consil. 20. col. 3. consil. 69. col. 1. cum sequ. Corn. consil. 18. consil. 254. lib. 4. vide quæ dixi ad Alexandr. consil. 121. lib. 2. C. M.

De ea quæstione resolvenda remissio ad decreta curiæ hîc relata. Sic judicatum in majori Senatus Parisiensis auditorio die 25. Maii anni 1660. nec expectatur eventus mortis, ut in casu ejusdem substitutionis si sine liberis, instituto ad Sacerdotium promoto, in quo casus mortis expectandus, in id recitat Papo Arresta in sua collectione lib. 20. tit. 3. art. 1. F. P.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Si absque liberis decederet.* Ibi. *Unde not. quod cum talis conditio apponitur, si sine liberis decedat, volo ut hæreditas perveniat ad talem, etiamsi naturales habeat filios, evanescit substitutio.*

Soli legitimi filii conditionem substitutionis, si sine liberis decesserit implent, & faciunt deficere substitutionem. Sed in Regno Franciæ soli naturales & legitimi faciunt deficere conditionem, quia naturales pro spuriis habentur. ut dixi in consuet. Paris. §. 122. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Secundæ oblationis in monasterio tempore. junctis quæ præcedunt & quæ sequuntur. cum etsi tempore primæ oblationis fuerit minor annis, tempore secundæ oblationis major potuit extitisse.* Ibi. *Nota quod præsumitur major nisi probetur minor.*

Nec minor nec major ætas præsumitur, nisi probetur ab eo qui allegat. Imo allegans ætatem majorem vel minorem, debet probare quod est fundamentum suæ intentionis. Panorm. Felin. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Non est intelligendus sine hærede decedere, qui monasterium sibi hæredem instituit.* Ibi. *Si autem rogatus est restituere loco relligioso, vel Ecclesiæ, vel expendere in pias causas, non evanescit substitutio per ingressum monasterii.*

Monasterium hîc habetur loco hæredis, quod vix hodie servaretur, Idem Panorm. Felin. quia concurrit hinc inde eadem causa & ratio favoris, & hîc privilegia tanquam concurrentia confunduntur. Alex. consil. 55. num. 8. lib. 5. Idem dico si erat restituendum filio testatoris. Bald. auth. nisi rogati. col. 2. cod. ad trebell. consil. 195. lib. 1. Socin. leg. 1. col. 3. de reb. dubiis. & in repetitione leg. cum avus. col. 21. de cond. & demonstrat. dixi ad Philipp. Dec. in rubr. col. 2. cod. de secundis nuptiis. C. M.

Cap. 9. *Licet.*

Glossa. In Glossa verb. *Unde quia talis exceptio, scilicet quod testes corrupti falsa dixissent, non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi.* Ibi. *Sicut sufficit probare instrumentum esse falsum, sic & testes, cum habeant hinc inde parem vim.*

Differentia opositæ falsitatis testium, & instrumentorum, ad revocandum judicatū super falsis, Non est simile, ob suspicionem subornationis, ideo dic quod nunquam prodest probare solam falsitatem directam, nisi in illis casibus ubi post didicita testificata, super eisdem, vel contrariis admittuntur testes. Panorm. Felin. C. M.

Ibidem. paulo inferius.

Glossa. In eadem Glossa. Ibi. *Sed numquid sufficit probare testes esse corruptos? argum. quod sic.*

Retractandi sententia super falsis attestationibus lata. Et bene. Panorm. hîc. col. 19. & sic dabitur restitutio contra sententiam prætextu eorum latam, aliter non probato de falsitate, quamvis Philipp. Dec. hîc. col. 12. contra teneat, & male. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Testes repelluntur qui non probant illud ad quod probandum se astrinxit producens, videlicet quod corrupti testes falsa dixerunt.* Ibi. *Crimina tamen undecumque claruerint, punienda sunt.*

In causa publica non debet quis se astringere in præjudicium publicum. Unde in causa publica non potest quis se astringere in præjudicium publicum. Panorm. hîc. col. 14. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Non esse locum interdicto uti possidetis.* Ibi. *Si nullus ostendit titulum, vel uterque, & omnino sunt æquales probationes, nec appareat quis ad judicium provocavit, sorte dirimatur.*

Ubi jura sunt æqualia, dividenda res litigiosa, nec vero sorte adjudicanda, Communiter reprobant, & tenent utrique mediam assignandam, post Bartol. in leg. si duo. uti possid. & in leg. unica in fine. cod. eod. Panorm. hîc. & Philipp. Dec. col. 18. & in leg. precibus. col. 11. ubi in annot. dixi. cod. de impub. & aliis substit. C. M.

Cap. 11. *Quoniam.*

Glossa. In Glossa verb. *Adhibeat duos viros idoneos, qui fideliter universa judicii acta conscribant, videlicet citationes.* Ibi. *Sed forte hodie non creditur soli nuncio, nisi publicus esset nuncius & juratus.*

Source : BIU Cujas

Non creditur nuncio nisi jurato & attestato, id est apparitori sine testibus.

Hoc dicebat Joann. sub dubio forte, vel secundum eum, saltem quoad hoc creditur nuncio, ut negans cogatur jurare non citatum. supr. de restit. in integr. ex litteris. Joann. Andr. dic ut dixi. ad Alexandr. consil. 75. num. 18. lib. 5. & ad Philipp. Dec. hîc. num. 21. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. *

In Glossa verb. *Recusationes. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Et si Judex non admittat justam recusationem; cassabitur quidquid postea fecerit, si appellatum fuerit.*

Quæcumque post recusationem propositam, nec admissam, vel rejectam, cassanda veniunt.

Idem si non fuit appellatum; sed recusans amplius non comparuit. Panorm. cap. cum speciale. de appellat. & ibi Philipp. Decius. ubi in annotat. dixi. C. M.

GLOSSA. *

Ibidem.

An liceat post conclusionem in causa producere, id est post renunciationem omnibus probationibus.

In Glossa verb. *Instrumentorum productiones. Junctis proxime præcedentibus.* Ibi. *Nam postquam conclusum fuerit in causa, produci non poterit.*

Nisi parte præsente nec contradicente, vel ex justa causa & cognita. Panorm. Felin. hîc & ita intelligitur Rota in novis decis. 5. C. M.

Cap. 13. *Cum causam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Secundum divisionem Diœceseon, quæ per libros antiquos probabuntur.* Ibi. *Nota ergo quod scriptura antiquorum librorum facit fidem.*

Antiquæ scripturæ in quibus faciunt fidem.

Ubi agitur de modico præjudicio. Panorm. Felin. hîc. dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 17. cum seq. C.M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *Item si reperiatur scriptura in aliqua columna, vel lapide, aut statua.*

Antiquæ inscriptiones adminiculantur tantum publicæ fidei, nec plene faciunt fidem.

Bald. cons. 310. an Patronus. lib. 5. & verum est in non tendentibus ad alicujus præjudicium, aliàs solum adminiculatur. Panorm. Felin. C. M.

TITULUS VIGESIMUS.

De testibus & attestationibus.

Cap. 2. *In nomine.*

INSCRIPTIO.

In Epigraphe. sive Inscriptione. Ibi. *Gregorius Joanni defensori eunti in Hispaniam. juncta inscriptione. cap. 4. infra hoc titulo. Paschalis Papa.*

Correctio ad inscriptionem.

Iste est Gregorius magnus, aut saltem III. & per errorem in libris impressis dicebatur Gregorius IX. qui plus 400. annis secutus est Paschalem. 1. authorem. cap. 4. infra eod. & debuisset aliàs locari infra cap. 54. quare numerum erroneum expunxi. C. M.

Cap. 6. *Insuper.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Prælatus, & clerici, qui causam Ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.*

An Prælatus & clerici Ecclesiæ testificari possint in causa Ecclesiæ, & quando.

Limitat Philipp. Corn. consil. 261. lib. 1. Stephan. Aufrer. tract. de reprobat. testium. versic. Abbas. verb. administrator. C. M.

Cap. 7. *Ex parte.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quosdam laicos infames & notabiles ad testimonium dicitur produxisse.* Ibi. *Hujusmodi exceptiones in tempus disputationis debent reservari, sed hoc non servavit iste Sacerdos. Juncto textu & casu cap.*

Testes examinandi ante reprobationem eorumdem.

Panorm. Felin. & Doct. hîc. dicunt esse in arbitrio judicis, an priùs admittat testes, an vero probationes reprobationum, sed non est ita, quia stilus est assuetus, ut testes priùs examinentur, quem stilum judex tenetur sequi. Bald. leg. de quibus. col. 8. de leg. illud usitatissimum. de excus. tut. Philipp. Decius. cap. litteris. num. 6. de constit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si vobis constiterit quod prædictus Presbyter non fuerit per testes idoneos Ecclesia spoliatus.* Ibi. *Sufficit probare quod appellatus proposuit probabilem exceptionem coram judice à quo appellavit, illam se offerens probaturum, & quod non fuisset admissus, ut probatur infr. de appellat. interposita.*

Causa appellationis probanda coram judice superiori.

Contrarium procedit, nisi quis vellet consequi finalem effectum exceptionis. ut hîc. Panorm. Felin. C M. Cap. 9. *Sicut nobis. in fine.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Non enim testimonium prædictorum (cum perjuri sint) est in hoc casu aliquatenus admittendum.*

Et sic nec præsumptionem quidem faciunt ad inquirendum. Carol. Ruin. consil. 146. num. 5. lib. 6. facit Philipp. Decius. in cap. 2. notab. 4. de fide instrumentorum. C. M.

Perjuri non admittendi ad testimonium.

Cap. 11. *Causam quæ.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Attestationes in uno judicio receptæ, fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio judice.*

Attestationes coram uno judice receptæ, fidem faciunt corâ alio in eadem materia inter easdem personas disceptanda.

Etiam si ad alium finem. Panorm. hîc. col. 4. & infr. eod. cap. veniens. 2. num. 6. & bene. ut dixi. in annotat. ad Alexand. consil. 212. num. 5. lib. 6. C. M.

Cap. 13. *Super eo.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Testes ante productionem non confessi vel convicti de criminibus, si postea convincantur, non debent admitti.* Ibi. *Secundum leges damnatus tantum repellitur à testimonio, sed secundum canones repellatur, sive jam condemnatus sit, sive ei probari possit & probetur.*

A testimonio repellitur qui statim de crimine convincitur.

Idem Panorm. Felin. & intellige dummodo statim probetur, ne sit occasio causæ principalis retardandæ. C. M.

Cap. 14. *De cætero.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Laicos in accusationem vel testimonium contra clericum in criminali causa non esse admittendos, sacrorum canonum censura manifestius edocet.*

Canones repellentes laicos ab accusatione vel testimonio adversus clericos, non admittuntur.

Panorm. limitat. nisi in defectum clericorum, sed iste textus ut ambitiosus prorsus abrogatus est, sicut & illi canones, etiamsi Episcopus vel Papa accusetur. ut dixi. supr. de major. & obed. cap. per tuas. gloss. 1. in fine. C. M.

Cap. 15. *In causis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Testes ultra tertiam productionem non debent produci. in verb. productionem.* Ibi. *id est dilationem.*

Testes ultra tertiam dilationem non debent admitti.

Ita etiam docet & servat praxis. C. M.

Cap. 16. *Cum tu fili.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Dicta testium benigne interpretari volentes.* Ibi. *Nota quod testes, si fieri potest, ad concordiam sunt reducendi.*

An testes ad concordiam reducendi antequâ eorumdem qualitas examinetur.

Quod priùs faciendum est, quam ad qualitates testium recurratur. secundùm Panorm. & Felin. hîc. sed ego puto hoc arbitrarium. vide decis. Tholosan. 11. Alexand. consil. 177. in fine. lib. 7. C. M.

Quid sit *recoller les temoins?* hîc exponitur.

Nota ibi illud quod dicitur. testes ad concordiam reducendos secundum praxim gallicam dici *recoller.* F. P.

Cap. 20. *Personas.*

SUMMARIUM.

In Summario. *A testimonio repellitur simili morbo laborans.*

An simili morbo laborans, à testimonio repellendus in simili causa & actione.

Contra facit Joann. Andr. in mercur. sine possessione. de reg. jur. in 6. quem sequitur. Alexander. consil. 78. col. 1. lib. 1. consil. 172. col. 2. ubi dixi lib. 2. facit Aretinus. consil. 82. num. 1. sed pro regul. Alexand. consil. 107. num. 3. lib. 1. consil. 45. num. 2. lib. 2. C. M.

Cap. 24. *In litteris.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Nobilis sibi quandam legitime copulans, consobrinam patris ejus, antequam eam duceret, se asseruit cognovisse, ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondi pro illorum testimonio, ipsum ab uxore nulla ratione dividi.*

Utrum post consummatum matrimonium, probatio impedimenti dirimentis admittenda.

Quia erant inhonestæ personæ, & dicebant se interfuisse illicito actui; secus si fuissent personæ honestæ. Innoc. Felin. Ego vero dico, quod in istis humana tantum lege prohibitis, non debent hujusmodi accusationes admitti, ad dissolvendum vel conturbandum matrimonium consummatum, & bona fide saltem ab altera parte contractum. C. M.

Cap. 25. *Cum venissent.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si vero fuerint quæstiones, super quibus testes non fuere producti, vel eisdem producendis renunciatum.* Ibi. *Licet nullos testes produxerit pars illa renunciavit, non est ulterius ad hoc admittenda, quia licitum est cuilibet renunciare juri suo.*

Source : BIU Cujas

Qui renunciavit testibus producendis, non debet amplius admitti, nisi in causa appellationis.

Nisi esset talis cui competeret restitutionis beneficium, ut minor, vel Ecclesia, supra de restit. in integr. cap. auditis. secundum Tancred. Joann. Andr. adhuc in causa appellationis semper admittatur, nisi obstet timor subornationis. Panorm. Felin. C. M.

Prima pars hujus prænotati à Molinæo usurpatur ab emendatoribus Romanis omissa posteriori. F. P.

Cap. 28. *Cum à nobis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Salva in omnibus Sedis Apostolicæ authoritate. Juncto præcedenti ne unius judicis, quantacumque fuerit authoritatis, verbo credatur.*

Dicto unius, quantæcumque fuerit authoritatis, non est standum si solus sit.

Quia ejus velle statur. Idem de summo principe, sed si tanquam testis produceretur Papa, vel Imperator, non magis crederetur eis, quam uni testi. Angel. leg. jurisjurandi. cod. de testib. & quod assertio ejus non faciat plenam fidem in præjudicium partis adversæ. tenet Francisc. Aretinus. hîc. col. 2. Andr. Isanr. qui successores teneantur. col. 6. in usib. feud. Carol. Ruin. consil. 3. lib. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne verbo unius credatur.* Ibi. *Si super iis quæ gesta sunt coram eis inducerentur tanquam testes.*

Nemo testis in propria causa admittendus, nec in facto proprio.

Non autem de his quæ ipsimet gesserunt. Panorm. Philipp. Felin. hîc. decis. Tholos. quæst. 142. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Scriptum eorum, id est, judicium, nisi testium adminiculo fulciatur, non obtineat firmitatem.* Ibi. *Secus esse de instrumento per manum publicam facto, ubi ad minus quatuor.*

In instrumento per manum publicam confecto, sufficiunt duo testes.

Imo sufficiunt duo. Panorm. C. M.

Cap. 29. *De testibus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Testes inducti ad exceptionem dilatoriam probandam, super principali non debent audiri, ut pote super quo deponerent non jurati.*

Testes producti ad exceptionem dilatoriam probandam, non sunt idonei ad testificandum in causa principali. nec audiendi cum non fuerint in eo jurati.

Sed in connexis censentur jurati. Francisc. Aretin. hîc. & consil. 140. Joann. Faber. leg. finali. cod. qui legit. person. stand. in judicio habeant. Bald. consil. 457. lib. 4. Bonifac. de Vitalinis. Clement. II. col. 5. de test. Jason. leg. 2 col. 2. de jurisd. omn. jud. leg. 1. col. 6. & ibi Philipp. Dec. col. 3. si certum petat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi depositiones publicatæ.* Ibi. *Idem est, & si volo probare testes falsum dixisse, quia hoc possum post aperturam testium.*

Post publicationem attestationum, possunt reprobari testes, ex falso, vel corruptione probatis.

Indirecte, vel adjuncta corruptione. Panorm. d. cap. licet. de probat. C. M.

Cap. 30. *Constitutis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Is qui producit testes coram certis judicibus, non potest ad eumdem effectum coram aliis producere, sed illorum attestationibus debet esse contentus.*

Producti testes non possunt reproduci super iisdem articulis, licet coram diversis judicibus.

Si testimonia habuit penes se. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Attestationibus apud seipsum depositis sit contentus.* Ibi. *Ex ipso quod attestationes apud ipsum fuerant depositæ, non potest ulterius alios producere, quia præsumitur didicisse testificata.*

Qui attestationes habuit penes se, non potest alias producere, nisi clausas & integras exhibeat.

Quod est verum, nisi attestationes clausæ, & sigillatæ apud ipsum fuissent depositæ, & ipse sic eas restitueret. secundum Hostiens. Joann. Andr. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Hoc totum Molinæi prænotatum ab emendatorinibus Romanis est usurpatum. F. P.

Cap. 31. *Præsentium.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Post depositionem testium publicatam, non licet objicere aliquid in personas eorum, nisi ante publicationem id fuerit protestatum.*

Post publicationem attestationū, non licet reprobare testes.

Dummodo protestatio sit specifica. Bald. sing. cap. pastoralis. col. 2. infr. de except. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Nisi id fuerit protestatus.* Ibi. *Per hanc protestationem videtur quod noluit adhibere fidem dictis illorum testium contra se, non ergo debet habere pro se.*

Dic rejectis intricationibus & distinctionibus glossæ. Anton. Butr. Panorm. & aliorum hîc indistinctè, quod æquè profuit reprobanti, sicut producenti, quia producens eo ipso satis approbat etiam contra se: nec curandum de reprobatione non verificata nec acceptata. juxta notam in cap. cum venissent. supr. de eo qui mittitur in possess. rei servand. causa. in glossa obtulit. nec curandum de cauda hujus cap. perfunctoria, & quæ contrarium potius infert, & ita practicatur. C. M.

Standum testimonio producto contra producentem.

Cap. 34. *Cum autem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi per exceptionem legitimam Archidiaconum agentem pro Ecclesia repellat.* Ibi. *Sed hîc non est ita quilibet agere tenetur pro Ecclesia.*

Qui est de Ecclesia Prælato & Capitulo defensionem Ecclesiæ negligente, pro Ecclesia agere potest.

Data negligentia Prælati vel Capituli, quilibet de Ecclesia potest agere, sine mandato nomine Ecclesiæ. Panorm. Felin. Lap. alleg. 51. C. M.

Cap. 35. *Ex tenore.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Super absentia viri testes admittendos.* Ibi. *Sed certe licitum est mulieri probare absentiam viri, ergo & eodem modo viro probare præsentiam.*

Pars adversa admittenda ad probandum oppositum testificationi factæ ab altera parte.

Quia articulus per adversarii testes probatus non fuerat debitè specificatus, unde non potest alii imputari, cur antea super eodem testes non produxit, & ideo tunc potest producere. Joann. Andr. addit. ad specul. eod. §. sæpe. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Cap. 36. *Significaverunt.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi adeo in petitorio processum, ut plene possit de proprietate liquere.* Ibi. *Non videtur quod plene liqueat, nisi postquam fuerit renunciatum, id est testium productioni & concluso.*

Testes de novo produci possunt usque ad renunciationem & conclusionem.

Idem Imola. hîc. Anton. Burgos. cap. ad nostram. collat. 7. num. 31. de empt. & vend. Bald. in leg. properandum. §. 1. circa principium. cod. de judiciis. Math. Afflict. decis. Neapolit. 176. num. 3. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ad causam possessionis habuere recursum.* Ibi. *Imputent sibi Moniales quod primo intentarunt judicium proprietatis, quia litis contestatio exæquat omnes possessores.*

Ubi concurrit petitorium & possessorium, prius ad possessorium recurrendum.

Idem decis. Tholos. quæst. 494. Panorm. Felin. hîc. Panorm. cap. cum super. cap. pastoralis. supr. de caus. possess. & propr. C. M.

Cap. 37. *Cum causam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Prudenter inquirens de causis, &c.* Ibi. *Sed numquid testis tenetur respondere an sit criminosus, perjurus &c.*

Testis non tenetur respondere de his quæ tendunt ad turpitudinem suam.

Dic quod non tenetur respondere de tangentibus turpitudinem suam, de aliis sic. Panorm. Felin. hîc. decis. Tholos. quæst. 69. quæst. 372. tetigi ad Philipp. Decium. leg. finali. num. 6. cod. de edend. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ab impediendis testibus testimonium perhibere veritati impedientes cessare compellas.* Ibi. *Videtur quod debet haberi pro producto ac si depositset contra illum qui facit impediri.*

Testis in testificatione impeditus; habetur pro producto contra impedientem.

Idem Panorm. Felin. in causa civili. C. M.

Cap. 38. *Veniens. 2.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Utrum attestationes exhibitas in altero articulo, in hoc judicio admittere vellet.* Ibi. *Quia ad hoc cogi non poterat., cum ad aliud probandum fuissent inducti.*

An attestationes habitæ in uno articulo, possint admitti in altero.

Imo quia non fuerant plene examinati, nec pleno ordine, aliàs secus. per not. Panorm. supr. eod. cap. causam quæ. C. M.

Cap. 40. *Dilecto.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Vos petitionem, ut unus delegatorum admitteretur in testem, recusastis.* Ibi. *Sed si uni delegatorum revelavi secreta causæ meæ, non sufficit ad removendum eum, quia non debet judicare secundum conscientiam*

Judex non recusandus ex secretis causæ revelatis ab

altera parte, quia ex conscientia judicare non debet, sed secundum allegata & probata.

scientiam, sed secundum allegata & probata.

Idem Panorm. hîc. Stephan. Aufrer. tract. de recusat. num. 68. C. M.

In id vide. Donell. enucl. lib. 26. cap. 3. pag. 395. Coras. lib. 4. Miscellan. cap 29. & tractatum novissime editum à Dom. *Voisin.* Andegavensi Antecessore Primario. F. P.

Cap. 45. *Constitutis.* 1.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si qui de consanguineis Archiepiscopi Surrentini, aliquem de testibus præsumpserit impedire, verisimile non est, ut eo invito talia fiant.* Ibi. *Licet præsumatur quod fiat de voluntate Archiepiscopi, tamen potest elidere hanc præsumptionem. 1. quæst. 4. quia Præsulatus & infr. de homicidio. Petrus.*

Non admittenda exceptio glossæ in totum.

Dic quod hîc. erat actus successivus & favorabilis. ibi. momentaneus. Panorm. C. M.

Cap. 47. *Licet ex quadam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Testes ab utroque latere designent gradus, & clara computatione distinguant.* Ibi. *Qui vult improbare consanguinitatem, sufficit quod interrumpat primum gradum, sed hoc non credo, & alibi. Joann. dicit quod sufficit quod aliqui testium probent de uno latere, alii de alio.*

Conciliatur hîc opinio glossæ & Joannis.

Opinio glossæ procedit quando deponunt de auditu, opinio Joannis, quando deponunt de scientia. Joann. And. Panorm. Felin. C. M.

Cap. 48. *Per tuas.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Super hoc de cætero non esse audiendum postulantem tribus post attestationum publicationem mensibus suos testes iterato interrogari.* Ibi. *Ante aperturam testium bene potest testis iterum dicere, & etiam corrigere dictum suum, dum tamen in continenti.*

Ante aperturam & publicationem attestationum, potest testis corrigere depositionem suam.

Imo etiam ex intervallo ante aperturam, tamen minuitur fides, si potuit loqui cum parte. Anton. Butr. Panorm. Felin. C. M.

Cap. 49. *Licet dilectus.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Testes probatorios & reprobatorios probationum reprobare licet, ad reprobatorios reprobationum non licet.*

Non licet testes probatorios vel reprobatorios testibus vel instrumentis reprobare.

Scilicet per novos testes, sed bene per instrumenta. C. M.

Cap. 50. *Præsentata.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Attestationes receptæ per arbitrum, fidem faciunt in judicio, si testes mortui sunt, si vivunt in optione est illius contra quem producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de novo deponere.*

Testibus mortuis statur eorumdem depositioni, absque ulla repetitione prius facta.

Scilicet superstites, alioquin depositionibus defunctorum statur. Idem servatur in Gallia, etiam quando testes sunt authoritate judicis examinati [a] ad futuram memoriam ante litem contestatam, sed error est, quia ex quo pars vocata est, & solemniter facta omnia sunt, articulis etiam communicatis, debet valere depositio sine repetitione, quamvis aliud in arbitro qui privatus est, ut suo loco dixi. C. M.

[a] Vulgo dicimus *examen à futur.*

Cap. 53. *Cum clamor.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Iterum examinandus testis, qui obscure deposuit; supple ex officio judicis.*

Post publicationem attestationum, testes possunt iterum examinari ex officio judicis, ubi deposuere confuse.

Quando sunt attestationes publicatæ, aliàs mero jure licitum est, tam antiquos, quam novos testes, super antiquis, vel novis factis producere, ante conclusionem in causa. C. M. Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. *Apertis attestationibus patet testes deposuisse confuse.* Ibi. *Dicas quod judex ex officio suo hoc facere debet, id est examinare iterum testes, dum ita deposuere confuse.*

Idem Panorm. Felin. hîc. Alexander. consil. 238. ubi in annot. dixi. lib. 6. Jason. Francisc. Purpur. leg. 2. §. finali. si certum petatur. C. M.

TITULUS VIGESIMUS PRIMUS

De testibus cogendis, vel non.

Cap. 1. *Causam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Moneas testes ne veritatem occultent.* Ibi. *Qui veritatem occultat, peccatum committit mortale, quare testes compelluntur, ne veritas occultetur, & ne malus ut bonus æstimetur.*

Nullo prætextu testis debet occultare veritatem.

Contra quidam sunt privilegiati ne cogantur. 4. quæst. 3. can. si testes. vers. item lex Julia. sed nec Princeps, nec jus aliquod, nec privilegium excusat à peccato, ut patet supr. de consuet. cap. finali. nec prætextu pietatis. de usuris. cap. super eo. C. M.

Nihil excusat à peccato.

Cap. 2. *Cum super.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Etsi nec sic veneritis, excommunicationis sententiam, & depositionis poteritis formidare.* Ibi. *In casu impedimenti excommunicationis sententia tenet, sed probato impedimento debet absolvi.*

De pœnis non comparentium testium.

Imo non egent absolutione. Host. Bald. Panorm. adde quæ tetigi supra de offic. ordinarii. cap. ex parte. C. M.

Cap. 10. *Dilectorum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Præterquam super criminibus cogatis testes testimonium perhibere veritati.* Ibi. *Nota quod in causa civili, ubi aliter veritas haberi non potest, indistincte sunt compellendi tam clerici quam laici, ne veritas occultetur, in criminalibus secus.*

De hoc. 2. quæst. 6. statuendum. in fine. Joann. Andr. & dic secundum Panorm. hîc. & supr. cap. 1. quod in causa civili primò sunt admonendi, & si noluerint, sunt cogendi, nisi sint personæ privilegiatæ, tamen deficientibus aliis probationibus, indistincte omnes coguntur. Idem in criminalibus, ubi aliter veritas haberi nequit, vel si constat quod malitiose reus se subtrahit, vel quod se subtrahunt timore partis. ad istud cap. respondet. quod hîc non constabat deficere alias probationes. Idem Panorm. consil. 348. in fine. lib. 1. Francisc. Aretin. consil. 142. num. 18. C. M.

Testes cogendi testimonium, perhibere veritati in quacumque causa, sive civili, sive criminali.

TITULUS VIGESIMUS SECUNDUS.

De fide instrumentorum.

Cap. 1. *Si scripturam,*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si Scripturam authenticam non videmus; ad exemplaria, nihil facere possumus.*

Quæ sit fides danda exemplaribus ex archivis extractis.

Nisi facta sint à præfectis Achivi Principis Supremi, etiam parte non vocata, inter subditos dicti Principis. ut Bald. hîc. in fine. dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 28. adde Felin. cap. ad audientiam. col. 5. de probat. C. M.

Cap. 2. *Scripta.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi *Scripta authentica, si testes inscripti decesserint, nisi per manum publicam facta fuerint, aut authenticum sigillum habuerint, non videntur habere alicujus robur firmitatis.*

Scripta minus solemnia, quæ non valent ad probationem, nec etiam ad præsumptionem.

Et sic nec simplicem præsumptionem. Philipp. Decius. hîc. num. 4. dixi in consuetud. Paris. §. 5. num. 11. C. M.

Cap. 4. *Accepimus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Privilegia non inspecta falsitatis argui non valeant, & periculosum ea apud sedem Apostolicam exhibere.* Ibi. *Qui privilegium vel instrumentum vult arguere falsitatis, jurabit quod calumniose hoc non dicat, aliàs non audiretur. cod. de fide instrument. leg. ult.*

Qui falsitatis instrumentum vult arguere, debet jurare quod non calumniosè id faciat.

Quæ limitatur per hoc cap. ut dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 6. in tract. usur. quæst. 16. in fine. C. M.

Hujus cap. exemplo. & forte ad instar sanctionis illius sancitum nova constitutione regia criminali mensis Augusti anni 1670. tituloque de crimine falsi inscripto. & art. 5. falsi inscriptores non aliàs admitti ad inscriptionem falsi, quam prius summam centum librarum in supremis curiis, sexaginta librarum in inferioribus, ad superiores immediate moventibus, & viginti in infimis consignaverint & apud receptores vel actuarios deposuerint, quæ consignatio & depositio locum præstat juramenti de calumnia præstandi. de quo in hocce cap. F. P.

Consignatio summæ ab inscribentibus falsi facienda ex nova constitutione anni 1670. vim juramenti de calumnia obtinet.

Cap. 5. *Contingit.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Instrumentum quo quis utitur co-*

Source : BIU Cujas

ram judice integraliter legi non debet, sed solum cap. de quo agitur, edi debet.

Quomodo edi debeant instrumenta in judicio.

Cyn. Bald. Bartol. l. finali. cod. de precibus Imperator. offerendis. Bartol. in rubr. de oper. novi. nunt. facit lex maritus. §. ult. ad leg. falcid. limita. quando per aliud capitulum debet declarari. Bartol. Lancellot. Decius. leg. qui filiabus. in princip. de leg. 1. C. M.

Cap. 6. *Inter dilectos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Salvo in omnibus jure addendi vel diminuendi.* Ibi. *Dicunt quidam quod verba ista semper ponenda in libellis.*

Cujus effectus sit clausula, salvo jure addendi vel diminuendi.

Nihil operantur. Panorm. Felin. hîc. Felin. cap. 2. in fine. de libell. oblat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Apparebat consumptum in annotatione indictionis instrumentum.* Ibi. *Indictio enim consuevit poni in privilegiis & instrumentis.*

Indictio in instrumentis apponi solebat.

Vide Joann. Andr. in fine. lib. 6. in novell. Bartol. leg. si librarius. de reg. jur. Imol. Panorm. cap. 1. supr. eod. Carol. Ruin. consil. 23. lib. 4. C. M.

Præter locos à Molinæo citatos in nota præcedenti de indictione, de eadem & de ejus origine & usu. Vide quæ habet Senatus Parisiensis Præses Barnabas Brissonius. de verb. signif. lib. 9. in verb. indictio. Raguell. ad constit. de Justiniano codice. Covarruvias. lib. 1. var. resolut. cap. 12. num. 4. Alciatus. lib. 8. parerg. cap. 1. Onufrius Panuinus. in commentariis in 2. fastorum. pag. 389. Baron. ad ann. 312. num. 101. & seqq. num. 106. & seqq. Vignier. Biblioth. tom. 1. pag. 849. Gordon. tom. 2. chronolog. anno 312. F. P.

Quid sit indictio ad authores ea de re tractantes remissio.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum cartha vetutissima videretur, recentior apparebat scriptura.* Ibi. *Ut scripturæ falsitas deprehendatur, fit comparatio cartha ad litteram, sicut aliæ scripturæ ad scripturam.*

Comparatio scripturæ ad cartham & scripturæ ad scripturam, ut falsitas detegatur.

De hac comparatione, ex quibus instrumentis fiat, per quem, & qualiter, & de ipsius effectu. Nota plene per Hostiensem in summa hujus tituli. §. 3. 4. & 5. Joann. Andr. Alexand. consil. 76. lib. 3. cons. 239. lib. 6. ubi dixi. Philipp. Decius. supra. eod. cap. 2. C. M.

Quomodo detegenda & probanda falsitas instrumenti.

Hujus prænotati à Molinæo prima pars usurpata ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori, ab his verbis. *Alexander. consil. 76. lib. 3. ad finem.* quia manifestius Molinæum arguebat authorem.

De ea vero forma inquirendi & investigandi falsitates, habetur in eadem constitutione regia mensis Augusti anni 1670. in d. tit. 9. de crimine falsi. art. 13. F. P.

Ibidem. §. *Quod cum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quod sub vetusto sigillo cartha fuerat perforata. Juncto casu qui est de controversia inter Abbatem sancti Donati de Scorvia & Archiepiscopum Mediolanensem.*

Modus deprehendendæ falsitatis in veteribus instrumentis à Molinæo tradita.

En artes Monachorum ad confingendum sibi titulos vetustos, quibus nunquam fere carent; ego sæpe tales impostoras & falsitates ex fide historiæ detexi. C. M.

De hoc usu inducendi falsa instrumenta, & privilegia per Monachos. vide epistolam 68. Petri Blesensis. in fine. inscriptam sub nomine Richardi. Cantuariensis Archiepiscopi ad Alexandr. III. summum Pontificem. pag. 101. & sequenti. postremæ editionis Parisiensis. F. P.

Querela Petri Blesensis de Monachis falsatoribus.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Res inter alios acta, aliis non præjudicat.* Ibi. *Sed nonne quia sciebat causam suam agi, imo quia ipse judex fuerat, juncto casu hujusce capituli in quo Aspertus quondam Mediolanensis Archiepiscopus, judex delegatus à Ludovico Imperatore pro Monasterio jus dixerat.*

Officium necessarium authori non præjudicat.

Dic quod officium necessarium (ut judicandi) non debet nocere. C. M.

Cap. 7. *Quod super his.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quid circa cruce signatos, qui super absolutione, sigilla Cardinalium ignota reportant.* Ibi. *Cum vero sigilla ignota sunt, tunc eis non est standum.*

*

Si Sigilla, & hi quorum nomine sigillantur, sunt penitus ignoti, nunquam creditur, si autem aliqua lis est cognitio, tunc si non agitur de alterius præjudicio, statur, si sunt quinque, alias non. secundum Panorm. Felin. hîc. dicendum ut plenius scripsi in consuet. Paris. §. 5. num. 12. cum seq. C. M.

Quomodo sigillis instrumento appositis credendum.

Cap. 10. *Cum Joannes.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Condemnarunt ut vacuam possessionem traderes.* Ibi. *Quod fieri debuit, si pura fuit venditio. dig. de usur. leg. si ita stipulatus.*

Si stipulatus sum rem dari, & vacuam possessionem tradi, per actionem incerti ex stipulatu veniunt postea fructus percepti, ut verba (*& vacuam &c.*) aliquid addant Joann. Andr. dic ut nove scripsi in extricat. labirinthi de eo quod interest. num. 200. cum sequ. C. M.

Quid importet obligatio vacuam possessionem tradendi.

Hujus Molinæani subnotati prima pars ab emendatoribus Romanis est usurpata, omissa posteriori, quia Molinæum arguebat authorem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ad nostram audientiam appellandum à sententia Viterbiensium judicum.* Ibi. *Hic ideo appellatur ad Papam, quod civitas Viterbiæ subest dominio Papæ, etiam quoad temporalem jurisdictionem, alias non appellatur ad ipsum.*

Ab ordinario non appellatur ad Papam, sed ad immediatum superiorem.

Et bene, sive judex à quo alium superiorem recognoscat, sive non, quidquid delirent Hostiens. Joann. Andr. hîc. & alii adulatores Papæ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod & si novum esset capitulum, pendebat tamen ex veteri.* Ibi. *In causa appellationis novæ probationes possunt induci super nova exceptione. cod. sentent. rescindi non posse. leg. 2. aliam causam possunt prosequi in causa appellationis quam expresserunt coram judice à quo appellavit.*

De novis defensionibus in causa appellationis proponendis.

Nisi in appellatione ab interlocutoria. cap. ut debitus. infr. de appellat. cap. 1. eod in 6. Clement. appellanti. eod. dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. consuluit. 2. num. 3. de appellat. C. M.

Uti novæ defensiones, sive nova facta olim proponerentur.

Novæ defensiones vel facta quæ dicebantur nova, quod emergentia ex ipsa lite & controversia, omissa in priori instantia in causa appellationis proponerentur, aliàs secundum stilum & judiciarium ordinem proponebantur beneficio impetrato litterarum regiarum in cancellaria regia obtinendarum, quæ dicebantur, & inscribebantur, *pour articuler faits nouveaux*, quod noviissima constitutione regia mensis Aprilis anni 1667. abrogatum, & de novo sancitum, ut omissa hacce litterarum impetratione, novæ defensiones, seu facta per simplicem libellum in formam supplicationis judicibus porrectæ exponantur, quæ supplicatio, sive libellus liti jungendus, salvis defensori suis defensionibus per alium supplicem libellum proponendis. tit. 11. dictæ constitutionis. qui inscribitur *des delais & procedures.* art. 26. F. P.

Ut hodie abrogato stilo litterarum cancellariæ in id obtinendarū per simplicem libellum judicibus porrectum proponenda sunt.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium vel quatuor testium depositionibus præferatur.* Ibi. *Si quæris quot testes præjudicent instrumento.*

Quot testes præjudicent instrumento in hoc cap.

Dic quod duo. Panorm. Felin. hîc. Corn. consil. 216. in fine. lib. 4. Carol. Ruin. consil. 35. cum duobus seqq. lib. 4. Joann. Amicus. consil. 44. num. 4. Philipp. Decius. cap. tertio loco. num. 17. de probat. ubi dixi. adde Nicol. Boer. decis. Burdegal. 116. & 118. C. M.

Cap. 12. *G. Perpetuus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vicarius perpetuus de Recham. per Prio-*

Source : BIU Cujas

rem & Conventum de Ledis, ſuper decimis impetitus. Ibi. *Sed nonne Vicarius iſte, ſi conveniebatur pro decimis Vicariæ ſuæ, debebat dominum in judicium nominare.*

De Vicario perpetuo, & Curato primitivo, quoad utriuſque jura in Parochia, & uti agere & conveniri poſſint.

Dic quod Vicarius perpetuus, in ſpectantibus ad ſuam Vicariam perpetuam, poteſt ſine mandato nomine Vicariæ agere & conveniri, & præjudicat Eccleſiæ, ſed non pro reſervatis rectori, niſi habeat mandatum, temporalis autem non agit ſine mandato. Panorm. C. M.

De Curatis primitivis & Vicariis perpetuis, remiſſio ad authores & locos ea de re tractantes.

Junge in id aliam notam Molinæi titul. de officio Vicarii. in 6. & in Summario ejuſd. cap. & Bonifac. de Vitalinis in Clement. I. de jure patronat. num. 70. & 71. ad quam remittit Molin. in ead. nota. F. P.

Cap. 14. *Si cautio.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Sed ſi in cautione cauſam expreſſeris.* Ibi. *Alioquin ſi cauſa non fuerit inſerta, non poterit conveniri ex illa cautione.*

Inſtrumentum indeterminate loquens, & abſque cauſa expreſſa, non obligat.

Et potius præſumitur error, quam donatio. Alexand. conſil. 13. lib. 1. conſil. 3. lib. 2. Corn. conſil. 135. litt. n. num. 2. C. M.

Junge in id leg. 2. §. circa. dig. de doli mali exceptione. Reb. in tract. de litteris obligatoriis. art. 1. gloſſ. 9. num. 25. niſi cauſa ex natura rei præſumatur, ut ſcholaris erga magiſtrum, penſionarii ſive alimentarii erga eum qui ipſi miniſtravit alimenta, hoſpitalarii ſive magiſtri diverſorii erga inhabitantem in diverſorio, & aliis ejuſdem ſpeciei cauſis, de quibus abunde Carondas in conſuetud. Pariſ. §. 107. fol. mihi 184. collat. conſtitut. reg. lib. 4. tit. 2. §. 1. fol. 368. Imbert. in praxi. lib. 1. cap. 29. fol. 181. Conchil. in conſuet. Nivern. fol. 761. Papo. in collectione Arreſt. lib. 10. tit. 2. art. 2. *L'hommeau.* axiomatum ſive regularum. forenſ. aliàs *Maximes* lib. 3. cap. 10. & pleroſque alios. F. P.

De cautionibus, ſive obligationibus & repromiſſionibus indiſcrete loquentibus, remiſſio ad authores de iis tractantes.

TITULUS VIGESIMUS TERTIUS.

De præſumptionibus.

Cap. 2. *Afferte.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Ex violenta præſumptione fertur ſententia definitiva.*

In civilibus, non in criminalibus. Felin. hîc. Angel. Peruſius. leg. fur eſt. de furtis. Panorm. leg. finali. cod. de probat. Philipp. Decius. cap. tertio loco. de probat. Hypol. Marſil. in rubr. de probat. leg. repet. col. 10. de quæſt. Angel. Aretin. tract. Malefic. verſ. fama publica. verb. comparuerint dicti inquiſit. Alexand. conſil. 138. num. 5. ubi dixi. lib. 6. C. M.

Ex præſumptione quacumque non fertur judicium in criminalibus, ſecus in civilibus.

Cap. 4. *Nullus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Confitetur de criminibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat.* Ibi. *Confitetur interpretative* 11. *quæſt.* 3. *rurſus.*

Subterfugiens confitetur de omnibus interpretative.

Et can. Chriſtianus. 11. quæſt. 1. can. decrevimus. 3. quæſt. 9. can. Honorius. 74. diſtinct. textus. gloſſa. Albericus. leg. impuberibus. §. præterea. de ſuſpectis. tutoribus. Bald. leg. ſi ea. in princip. cod. qui accuſ. non poſſ. Mar. Socinus. tract. de citat. act. 37. C. M.

Cap. 5. *Nonne.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Alterum tacendo conceſſit.* Ibi. *Dicas quod qui tacet non conſentit ubi agitur de dominio rerum amittendo.*

An tacens conſentire videatur.

Dic indiſtincte, quod in præjudiciali tacens, non videtur conſentire, etiam ſi aliàs poterat impedire, modo non taceat fraudulenter. Panorm. & in dubio non videtur tacere fraudulenter. Felin. C. M.

An taciturnitas habeatur pro cõſenſu ad authores remiſſio.

Adde in id notam ejuſdem Molin. ad Philipp. Decium. in rubr. cod. de pactis. num. 2. ibi tacens præſumitur conſentire. F. P.

Cap. 6. *Mandata.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Mandata cœleſtia efficacius geri-*

mus, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur. Ibi. *Scilicet alter alterius onera portare, & ſic legem Dei adimplere.*

Quid ſit alterum alterius onera portare.

Et bene. quamvis Panorm. hîc. gloſſam male reprehendat. & ſic not. quod multo minus Papa debet ordinariorum juriſdictionem turbare. C. M.

Cap. 7. *Quoſdam.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quanto vicinieres eſtis, credo quod tanto ſubtilius cognoviſtis.* Ibi. *Ubi quis interrogatur an credat vel non, non eſt dandum tempus ad deliberandum, quia ex præſumptione informat ſuam credulitatem.*

Interrogato an credat; an dandum tempus ut reſpondeat.

Contrarium ſervatur, & bene. C. M.

Cap. 11. *Illud.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Publicum oſtendit inſtrumentum, per quod ſe conjuges nominant.* Ibi. *Nominatio præſumptionem inducit, non tamen ſufficientem præſumptionem inducit.*

An enunciativa probent ſufficienter, & quomodo & ad quem effectum.

Quia verba enunciativa inſtrumenti non probant enunciatum, niſi ad effectum ejus quod principaliter agitur, ſecus ſi de ipſo enunciato ad alium effectum, de jure deliberandi. & per hunc textum: quia tunc ſolum ſemiplene, vel præſumptive; probat. Ludov. Roman. ſing. 446. Hoſtienſ. Anton. Panorm. Felin. hîc. Alexand. conſil. 21. vol. 1. ubi in annot. dixi. C. M.

An enunciativa probent ad authores & locos remiſſio.

Adde eumdem Molin. in not. ad cap. ea noſcitur. in textu. ibi de collegiorum aſſenſu. de iis quæ ſunt à Prælat. ſine conſenſu capit. maxime cum enunciatio refertur principaliter ad id quod inſtrumento geritur. ut ibidem notat Molin. F. P.

Cap. 12. *Litteris.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Viderunt ſolum cum ſola, nudum cum nuda jacentem in lecto.*

Violenta præſumptio adulterii hic exponitur.

Hujus cap. præſumptio ſufficit ad condemnationem criminalem de adulterio, quia indubitata & violenta. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ex tali ſuſpicione fornicationis violenta, divortii ſententia promulgari.* Ibi. *Quoad mutuam ſervitutem, ita ut non poſſint alter altero vivente nubere.*

An ſeparati conjuges ex cauſa adulterii, poſſint alterutro vivente nubere.

Sed ſecundum Theologos antiquos & Eraſmum in annot. in Mathæum. in totum. C. M.

Molinæus ſibi videtur contrarius in quæſtione, an ſeparatione conjugum facta ex cauſa fornicationis liceat nubere.

Hîc Molin. in ſententiam ſuam non tranſit, nec ſatis clare vel minus ſe explicans, concludit, aliàs mentem ſuam ſecundum citatos Doctores aperuit & firmavit, in caſu fornicationis & adulterii, ſeparatis conjugibus licere parti innocenti tranſire ad aliud matrimonium, parte rea & convicta innupta tamen vivente & remanente, altera ſemper libera remanente, quod tamen non admittitur, nec in foro ſeculari, nec in foro Eccleſiaſtico, ut notavi ſupra ad præfationem ſive principium cauſ. 32. quæſt. 7. in decreto Gratiani. ad textum. ubi & notavi alios locos juris canonici, in quibus Molinæus idem tenuit. ut in cap. ex parte. 9. in gloſſa ibi nemini licet dimittere uxorem ſine manifeſta cauſa fornicationis. de ſponſalib. & matrim. apud Gregor. infr. & in conſult. ſuperConcil. Tridentino. art. 45. vide etiam in id. Greg. Thol. in repet. ad cap. 1. de ſponſal. & matrimon. num. 2. F. P.

Probatur hac ſeparatione facta, non licere nubere alterutro conjugum vivente.

Cap. 13. *Tertio loco.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Producti teſtes dixerunt ſe pro certo credere, quod illa dicti juvenis extiterat concubina, quod illos inſimul viderant per plana & nemora, vias & invia, pluries convagantes.*

Quæ non proſunt ut ſingula valent ut plura ad probandum.

In hoc Textu ſingula ad probandum per ſe non ſufficiunt, ſed omnia ſimul juncta. ſic Panorm. Felin. C. M.

In id probandum ad authores remiſſio.

Adde in id Guid. Pap. quæſt. & deciſ. Delphinal. 38. & ibi annotationes, & maximè Jacobi Ferrerii, juris & praxis forenſis callentiſſimi. F. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Neptis ſe à juvene præcognitam proponebat.* Ibi. *Auditur allegans turpitudinem ſuam, & tamen illud verum eſt, quod allegans turpitudinem ſuam non eſt audiendus.*

An audiendus turpitudinem ſuã allegans.

Bartol. Alexand. leg. jusjurandum quod ex conventione. de jurejur. Bald. leg. ſi creditoribus. cod. de ſervo pign. dat. manumiſſo. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Gloſſa verb. *Tamen propter periculum animæ ſuæ audiendus. Junctis præcedentibus in gloſſa.*

Quandoque allegans turpitudinẽ ſuam audiendus.

Alexand. conſil. 63. num. 23. ubi dixi. lib. 4. C. M.

Cap. 14. *Litteras.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vos duos ſibi ſtatuerunt arbitros. Juncta inſcriptione. Innoc. III. Nivernenſi Epiſcopo, & Archidiacono Bituricenſi. & Textu. cum cauſa vobis à Sede Apoſtolica delegata fuiſſet.* Ibi. *Ordinarius poteſt eſſe arbiter.*

An judex ordinarius poſſit eſſe arbiter.

Jure canonico, non civili, ut ſupra. de arbitr. cap. cum tempore. Sed in hoc jus canonicum obſervatur, & bene. ut novè dixi in annot. ad Philipp. Decium. in leg. & ſi prætor. num. 5. de juriſd. omn. jud. C. M.

De ea quæſtione ad ſuperiores locos & authores remiſſio.

Vide quæ ſupra addidimus in not. ad illud. cap. cum tempore ſupr. de arbit. ex cenſura G. D. P. & ex ſubnotatis noſtris ibidem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sibi arbitros ſtatuerunt.* Ibi. *Cum agitur de crimine, aut illud infamat, tunc ſi agitur criminoſe, non poteſt compromitti.*

An in criminalibus poſſit compromitti.

Dic indiſtinctè quod ſic, ſi civiliter agatur, ſecus ſi criminaliter. C. M.

Quando in criminalibus compromitti poſſit in arbitros.

Hæc fuit ſententia Goffredi. ex Panorm. hîc. num. 7. qui addit partes, ubi de earum ſolo intereſſe agitur, poſſe compromittere, non tamen in præjudicium fiſci vel reipublicæ. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Unde præſumitur, quod cum poſtea purgavit fratrem ſuum, quem dixerat hæreticum, de hæreſi turpiter deieravit.* Ibi. *Purgavit. hoc eſt notabile quod ſemper ſtandum primo dicto.*

Standum eſt ſemper primo dicto,

jurato. ut not. ſupr. de probat. de probat. cap. per tuas, Bartol. leg. eos. de falſis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Tantam ſecuritatem recipiatis de hæreſi impetito, præter juratoriam cautionem.* Ibi. *Poſtquam quis ſemel perjurus eſt, amplius ad juramentum non debet admitti. In verbo præter juratoriam cautionem.*

De vi & ſignificatione dictionis, *præter*, an ſeparet.

Dic tamen quod dictio *præter* hîc ſtat incluſive, & tenetur jurare, licet aliàs pejeraverit, quia ex hoc oneratur. Panorm. C. M.

De vi & ſignificatione dictionis præter ad authores & authoritates eorumdem hîc citatorum remiſſio.

De hac dictione *præter*, quod quandoque ſumatur incluſivè, ut hîc, quandoque excluſivè, ſecundum ſubjectam materiam & elocutionem. vide in addit. ad Barnabam Briſſonium de verborum ſignificatione. à Patre adjectis. in verbo *præter*. ubi remittit ad leg. Titia. 3. d. de leg. 1. & ad Stephan. Forcatul. Necyom. dialog. 93. num. 1. quibus addidi remiſſionem ad eumdem Molin. ad Decium. in leg. actione. cod. de tranſact. num. 8. illa dictio *præter* ſtat excluſivè in diſpenſatione ut poſſit habere beneficium curatum præter obtenta .F. P.

Cap. 15. *Cum in juventute.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nolumus aures noſtras quaſi malignis delationibus inclinare.* Ibi. *Argumentum quod propter infamiam à malevolis ortam, non eſt inquiſitio facienda, vel purgatio indicenda.*

Differentia inter inquiſitionem ſolemnem, & occultam indagationem credulitatis & famæ.

Imo videtur hîc probari contrarium. Dic quod hîc commiſſa fuit non ſolemnis inquiſitio veritatis, ſed occulta indagatio credulitatis & famæ. Joann. Andr. Panorm. Felin. C. M.

Hoc totum Molinæi prænotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatur. F. P.

Cap. 16. *Dudum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum prima facie præſumatur idoneus.* Ibi. *Niſi contrarium probetur. in verbo idoneus.*

Quomodo quis idoneus probandus, & de idoneitate intrinſeca vel extrinſeca præſumenda, vel non.

Idoneitate intrinſeca, non extrinſeca. Panorm. hîc. gloſſa. cap. ſi forte. de elect. in 6. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 3. C. M.

TITULUS VIGESIMUS QUARTUS.

De jurejurando.

Cap. 1. *Ex adminiſtratione.*

GLOSSA. In Gloſſa in principio. verb. *Creditores ad juramenta ſuper ſolvendis ſibi uſuris relaxanda Eccleſiaſtica diſtrictione cogatis.* Ibi. *Creditores compelluntur relaxare iuramentum de uſuris ſibi ſolvendis.*

De juramento ſolvendarum uſurarum relaxando à debitoribus per creditores, relaxando.

Non tamen directè relaxant, ſed indirectè, faciendo deficere tantum conditionem juramenti. C. M.

Non relaxatur per viam diſpenſationis, vel abſolutionis, ſed remittere compelluntur vim & effectum juramenti, ut eo non obſtante debitores ab uſurarum ſolutione liberentur. Covarruvias. ad cap. quamvis. de pactis. in 6. part. 1. relect. §. 3. hæc vox *relaxatio* in jure videbatur diſpenſationem importare, datam à magiſtratu ad id poteſtatem habente. leg. ſi non ſpeciali. juncta gloſſa. cod. de teſtam. in quo ſolo textu vocem hanc notavi, nec appoſitè hîc. gloſſa. Joann. Andr. verb. relaxanda. notat juramentum hujuſmodi præſtitum ab homine relaxari. ex cap. infra. de ſponſal. ubi Innocentius III. non relaxare, ſed remittere dicit, quam remiſſionem ibi Joann. Andr. interpretatur pro abſolutione, diſtinguendo, an juramentum dirigatur ad Deum, an ad hominem, ſi ad Deum, ut nullus abſolvere poſſit (Eccleſiæ poteſtatem excipias) ſi ad hominem, ut is in cujus favorem juratur, abſolvere poſſit. Rectiùs, ni fallor, Panorm. & Felin. hîc. quod licet juramentum principaliter obliget Deo, tamen illo, in cujus favorem juratur, obligationem remittente, non alia jurans indiget abſolutione. Unde licet jure gallico jusjurandum dicat acceſſorium negotio principali, & data reſtitutione adverſus contractum, quotidie ſecundum impetrantes reſtitutoria diplomata judicetur renitentibus eis, recte dicimus non amplius juramentum nocet, quia tamen illud pars adverſa non remittit, abſolutionem puto neceſſariam. videant litigantes. G. D. P.

Quid ſit relaxatio vel remiſſio juramenti ſolvendarum uſurarum, & an fieri poſſit per creditores debitoribus.

Ubicumque fit per creditores obligatio ſolvendarum uſurarum tollitur.

Ad illud accedere poſſit, quod uſu & praxi curiæ Romanæ invehitur, de ſolvendis penſionibus beneficiariis, ſignaturis penſionum in curia Romana approbatis, ut quamvis creditores privatis pactionibus ſolutionem remittere poſſint favore libertatis Eccleſiaſticæ, tamen ſecuritatis conſcientiarum timidarum fovendæ gratia, plerique recurrunt ad eamdem curiam Romanam, ut reſcriptis ſuis ſolvendi obligationem remittat, quod reſcriptum redemptionis penſionis appellant vulgo *rachapt ou caſſation de penſion.* F. P.

Hîc exponitur & materiæ accommodatur reſcriptum redemptionis penſionum, quod vulgò *rachapt. & caſſation* appellatur.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ad relaxanda iuramenta cogatis. Junctis præcedentibus de iuramento ſolvendarum uſurarum. in verbo cogatis.* Ibi. *Tanquam delegati authoritate huius canonis. ſupr. de offic. ordinarii. cap. irrefragabili. §. cæterum. & infr. de hæreticis. ad abolendam. in fine.*

De poteſtate remittendorum juramentorum, vel ordinaria vel delegata.

Et de ſtatu regular. cap. unico. in 6. §. penult. Joann. Andr. imo tanquam ordinarii. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 2. *Pervenit.* 1.

INSCRIPTIO. In Inſcriptione, ſive Epigraphe. Ibi. *Ex regiſtro Gregorii. III. Juncta inſcriptione & textu cap. 3. ſubſequentis. Idem Regi Francorum.*

Elucidatio &

Suſpicor errorem eſſe in ſuperſcriptione, quia ſi

Source : BIU Cujas

correctio inscriptionis.

hîc est Gregorius magnus, debebat præcedere (*id est debebat esse huius tituli cap.* 1.) adhuc ipse Gregor. III. & alii Papæ non solebant imponere, nec exigere juramenta. cap. Ego. quare hoc cap. nulli magis congruit quam Gregorio VII. C. M.

Molinæi notam librariorum vitio male scriptam restitui. Verum est Greg. VII. post multa horrenda schismata, juramentum ab Episcopis debitum sub certa forma renovasse, non vero innovasse, quale præstitit Archiepiscopus Aquilegiensis in Sinodo Romæ habita anno 1079. apud Baron. & quod extat. infr. cap. 4. per omnia conforme, de quo non apposite Molin. hîc. non enim quæstio vertitur de juramento Papæ præstando; imo Papa Laodicensem Episcopum absolvit à jurejurando, quod coactione nefandissima cuidam Arnulpho Comiti præstiterat; cæterum quod extat infr. cap. 4. juramentum, non primus introduxit Gregor. VII. imo jurisjurandi Episcoporum usus est antiquissimus: Bonifacius enim Moguntinensis illud præstitit Gregorio II. anno 723. apud Surium. tomo 3. ad diem 5. Junii, cujus hæc non sunt omittenda verba: *Fidem & puritatem atque concursum tibi (nempe B. Petro) & utilitatibus Ecclesiæ tuæ, cui à Domino potestas ligandi, solvendique data, & prædicto Vicario, atque successoribus eius per omnia exhibere.* G. D. P.

Juramenti Episcopi Sedi Apostolicæ præstiti in persona SS. PP. antiquissimus usus aperitur.

Vestigium ejus apud Surium in Bonifacio Moguntinensi.

Recte correxit & emendavit Dom. G. D. P. notam Molinæi quæ aliàs non sibi bene constabat, & clarior fit. F. P.

Cap. 4. *Ego N. Episcopus.*

Glossa.

In Glossa verb. *Singulis annis. Junctis quæ sequuntur in textu, limina Apostolorum, aut per me, aut per nuncium visitabo.* Ibi *hoc intellige de Episcopis & Archiepiscopis, qui subsunt Domino Papæ nullo medio.*

De juramento ab Episcopis præstari solito SS. PP.

Idem servatur in aliis, si confirmationem, consecrationem, uel pallium à Papa recipiunt. joann. Andr. sed ea superstitio & servitus jam exolevit. C. M.

Hujus Molinæani subnotati prima pars à Romanis emendatoribus usurpatur, omissa posteriori, quæ & hîc omissa à Dom. G. D. P. in suo manuscripto, quamvis esset in editione codicis Molinæani anni 1553. à quibus & idem Dom. G. D. P. notas transcripsit, ut eis suas censuras adderet, quod eo animo fecit, quod esset liberior nota. Cui censuræ accedo. F. P.

Superstitio dici nequit ire Romam, si Archiepiscopus aut Episcopus vellet ab ipsomet Papa personaliter confirmari, consecrari, vel pallium accipere, confirmatio per procuratores impetratur, consecrant cum suis suffraganeis & Archiepiscopis, pallium transmittit summus Pontifex, Archiepiscopo Ostiensi, primus Marcus ut pallio uteretur concessit anno 336. ait liber de Romano Pontifice. Pelagius qui sedit anno 555. pallium Archiepiscopis mittendum duxit. can. 1. distinct. 100. illud misit Gregorius magnus Andreæ Metropolitano Epiri. epist. 56. lib. 4. anno 595. tum Leandro Hispalensi Episcopo. epist. 125. lib 7. anno 599. sic Augustino Anglorum (ut ita dicam) Apostolo. anno 601. Beda. lib. 2. cap. 8. Honorius item Paulino & Honorio Episcopis Anglis. anno 633. idem Beda lib. 2. cap 17 & 18 misit Gregorius III. pallium Bonifacio Germaniæ Apostolo. anno 731. Surius. tomo 3. die 5. Junii. sic & Zachariæ, Guinoni, & Alberto Germaniæ Metropolitanis. sua epistola 9. anno 743. Stephanus IX. pallium Hugoni Archiepiscopo Remensi misit. anno 942. apud Flodoard. Fateor Ivonem Carnotensem epist. 212. scribere nec confirmationem, nec pallium absentibus dari, nisi ex dispensatione, sed eam fuisse frequentissimam usus convincit. Quoad Apostolorum limina visitanda per Episcopos, jam Anacleti tempore receptum vides. eod. can. juxta. distinct. 93. deque huju devotionis observantia Zacharii constitutio in Sinodo secunda Romana extat anno 741. quam nec superstitionem nec servitutem dixeris, Metropolitanis namque debetur etiam suis suffraganeis Episcopis. can. cum longe. distinct. 63. can. si quis. dist. 65. Adde Paschalem qui sedit anno 817. jusjurandum à Panormitano Archiepiscopo, cui pallium miserat, exegisse. cap. 4. significasti. de elect. G. D. P.

Varia exempla & testimonia antiquissima hîc exponuntur pallii ad Archiepiscopos & Episcopos missi.

Quod pallium olim non concederetur nisi præsentibus, declaratur ex Ivone Carnotensi.

Antiquissimus usus visitandi limina Apostolorum.

De jurejurando ab Episcopis SS. PP. præstando, remissio ad authores.

De hoc jurejurando à novis Episcopis & Archiepiscopis summo Pontifici præstito. vide Conchilium in memorialibus posthumis reformationis Ecclesiasticæ. pag. 94. F. P.

Cap. 5. *Nullus.*

Inscriptio.

In Epigraphe, sive Inscriptione. Ibi. *Urbanus Papa II. Juncto textu eiusdem capituli, nullus Episcopus clericos suos iurare compellat.*

Correctio ad Inscriptionem, sed ingenio paululum liberiori, nec probando.

Addidi II. ut est necesse, quia Urbanus III. secundus est post Alexandrum III. sequentem. Urbanus autem I. sanctus Martir fuit anno 226. sub Alexandro Severo, quo tempore ambitio nondum invaserat Ecclesiam, cruci assidue subjectam, nec Episcopi in clerum, nec Papa in Episcopos dominationem usurpaverant, tum si Gregorius III. esset author præcedentis capit. is plus 500. annis post Urbani I. martyrium secutus est. C. M.

Abusus verbi dominationis hîc exponitur.

Dominationis verbo utitur invidiosè. Hoc ab Apostolorum temporibus usurpatum perpetuo, ut inferiores superioribus submittantur, ordinis & jurisdictionis respectu, non dominationis; non enim Pontifices juxta D. Petri sententiam dominantur in clero, quoad jusjurandum, sive Episcoporum, sive clericorum, & quibus casibus jurare debeant, loci textus & glossæ. can. 1. 2. 3. caus. 2. quæst. 4. & hîc. ubi latè Doctores. G. D. P.

De jurejurando clericorum inferiorum superioribus præstando.

Cap. 6. *Debitores.*

Glossa.

In Glossa verb. *Debitores cogendi sunt. Juncto textu. Si juraverint de solutione usuræ.* Ibi. *Cum non petunt absolvi à juramento.*

De juramento solvendarum usurarum relaxando.

Sat est quod petant relaxari. Feder. consil. 272. quamvis. Panorm. Felin. hîc. distinguant. nec istis opus est aliqua dispensatione juramenti. ut dixi in tract. usur. quæst. 10. ad finem. C. M.

Censura Molinæi à Dom. G. D. P. hîc facta.

Decisio Federici Senensis consil. 272. extra aleam citatur, nec congruit; disputat enim de juramento filiofamilias præstito contra statuti dispositionem, quo cavetur, promissionem à filiofamilias factam sine patris consensu, etiam juratam non valere, tum quidquid dixerit, faretur esse argumentum contra ex cap. debitores. de jurejurando. At in materia usurarum idem Feder. consil. 300. diserte respondit absolutionem à juramento esse petendam. nullum apud Molin. tract. de usuris. quæst. 17. de juramento verbum. sed dicendum est aliud esse juramentum assertorium, aliud promissorium, de promissorio nos agimus, quod est licitum, aut illicitum, de licito solus Papa dispensat, de illicito etiam Episcopus: qua de re Franciſc. Leo. part. 2. thesauri Ecclesiastici. cap. 10. addo secundum materiam subjectam dispensationem sive absolutionem à juramento petendam, aut in foro exteriori, aut in foro interiori ad tribunal pœnitentiæ; cum in foro petitur interiori, ante perjurium. Rector pœnitentis absolvere potest. At perjurio perpetrato, casibus quibusdam absolutio reservatur Episcopis, quæ omnia cessant adversario juramentum remittente, ad authoritatem redeundo publicam, summa doctrinæ hæc est, directa relaxatio vinculi juramenti, quæ fit per modum dispensationis vel absolutionis, ad solam pertinet Ecclesiam: Indirecta relaxatio, quæ fit ratione materiæ, vel supplendo vicem ejus cui juratum est, quisque juramentum remittere debuerat, ad civilem potestatem pertinet Paul. Layman. Theolog. moral. tract. 3. lib. 4. cap. 11. num. 9. ne jusjurandum sit iniquitatis vinculum. vide Louet. collect. & authores à colle-

Quis remittere vel relaxare possit juramentum, sive in foro interiori, sive exteriori.

Glossa.

Quando ad Ecclesiasticam, vel civilem potestatem pertineat hæc juramenti relaxatio.

Source : BIU Cujas

ctore citatos. litt. D. num. 12. G.D.P.

Cap. 7. *Ad noſtram.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sufficienti cautione præſtita.* Ibi. *Si autem idonea dicatur vel ſufficiens, intelligitur de pigneratitia, vel de fide juſſoria.*

Quæ ſit cautio ſufficiens, hîc exponitur. Oldrad. quæſt. 68. Joann. Andr. in addit. ſpeculi. rubr. de pign. Panorm. conſil. 359. lib. 1. ſed quod imo ſecundum materiam ſubjectam. Alex. conſil. 57. col. ult. lib. 3. conſil. 35. num. 11. ubi tetigi. lib. 4. Philipp. Decius. lect. 1. col. 5. col. 8. de jud. cap. qua fronte. in fine. de appellat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nec ſibi moleſtias inferant, donec ei pecunia perſolvatur.* Ibi. *Sed in iſto caſu propterea quod juraverint, nullum ſuper poſſeſſionibus gravamen inferre tenentur, donec creditori fuerit ſatisfactum, & tenentur timore juramenti pecuniam reſtituere creditori.*

An cum eo qui tenetur ſolvere per juramentum poſſit compenſari, hic diſputatur. Dicebat Tancred. quod potuiſſent compenſationem fructuum facere, ſi de ipſorum quantitate liquerit; ſed quia non poterat liquere de facili, non fuit locus compenſationi. cod. de compenſat. leg. ult. Joan. Andr. & quod juramentum impediat compenſari. tenent Bart. Ang. Cuman. Panorm. leg. amplius. rem ratam habit. Bald. hîc. Joann. Faber. §. in bonæ fidei. inſtit. de act. vide Bald. in repetit. Floren. l. 2. column. 54. de jurejur. dixi in conſuet. Pariſ. §. 62. quæſt. 5. C. M.

Cap. 8. *Si vero.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod vergat in interitum ſalutis æternæ.* Ibi. *Juramentum ſervandum niſi vergat in interitum ſalutis æternæ.* Ibi. *Etiam ſi temporalis, puta, vitæ.*

Juramentum ſervandum, niſi vergat in interitum ſalutis æternæ, vel etiam temporalis vitæ. Joann. Andr. Panorm. Felin. hîc. Gemin. conſil. 54. C. M.

Cap. 9. *Ex reſcripto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Vſque ad ſatisfactionem inhibeatis divina officia celebrari.*

De abuſu exercitii gladii ſpiritualis. Sed hæc applicatio gladii ſpiritualis, ad defenſionem temporalium, maximam confuſionem, illaqueationem, & vilipendium indixit, ut teſtatur Joann. Gerſon. in tract. de poteſt. Eccleſiaſt. conſider. 4. & in tract. de vita ſpirit. animæ. lectur. 4. in fine. C. M.

Decreta de interdictis leviter & indifferenter non ponendis hîc expoſita, & decretis curiæ confirmata. Junge cap. Odoardus. infra. de ſolutionibus. & ibi. idem Molin. in notis ibidem. item. ſtilum Parlamenti. parte 5. quæſt. 393. ubi per arreſtum curiæ Pariſienſis de die 11. Septemb. anni 1316. dictum fuit. officialem Auxitanum male appellaſſe ab injectione manus regiæ in ejus temporalitatem, ex eo quod ceſſum vim interdicti importantem appoſuerat communitati & conſulibus loci *de Marcheſio*, ubi exponitur in margine in verb. ceſſum. id eſt ceſſationem à divino ſervitio, quod & decreto concilii Baſilienſis, recepto in pragmatica ſanctione, & concordatis, condemnatum eſt, in titulo de pignorantibus cultum divinum. & ibi gloſſator. in verbo abolentes. & in decreto de interdictis leviter vel indifferenter non ponendis. de quorum interdictorum abuſu habes Guidonem Conchil. in memorialib. reformationis Eccleſiaſticæ. poſthumis. pag. 160. & ſpecialem tractatum Puteanorum fratrum de interdictis Eccleſiaſticis. annexum commentario eorumdem ad collectionem libertatum Gallicanæ Eccleſiæ Petri Pithœi. Cramoiſianæ editionis. anni 1652. F.P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quoſdam ex Monachis dedit obſides.* Ibi. *Sed qualiter liberi homines obſides erunt contra iura naturalia.*

Solius eſt Principis dare vel accipere obſides, id eſt *Oſtages.* Dic quod dare obſidem, ut jus retentionis competat, ſalva etiam libertate, ſpectat ad ſolum Principem. C. M.

Olim curia dabat obſides, ſed hodie ſolus rex, Idem de litteris Marchæ, vel clari-gationis gallice *repreſſailles*, quas ſtil. parlam. part. 3. quæſt. 192. Dicit alias curiam Pariſienſem dediſſe quibuſdam mercatoribus de Montepeſſulano & Carcaſſone contra Januenſes per arreſtum anni 1388. verum ibidem notat Molin. in margine. in verb. Marcham. ſolum Regem hodie hæc & alia etiam inconſulta curia concedere. F. P.

etiam inconſulta curia.

Cap. 10. *Quærelam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Non merentur Eccleſias regere qui ſunt periurii crimine irretiti.*

Perjuri arcendi ab Eccleſiis. Deciſ. Tholoſ. 17. Petrus Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſor. num. 218. vide Joann. Selva. tract. de benef. parte 3. quæſt. 2. C. M.

Adde Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 3. num. 12. lib. 5. quæſt. 6. num. 65. Quæſtio an perjurus ſit beneficio privatus vel privandus, non cadit ſub hujuſce decretalis deciſionem, quia cum non dicatur Eccleſiam perjuri vacare, vel ei amovendam, vel collationem ei factam nullam eſſe, ſed propter ceſſationem à ſolutione penſionis cum juramento promiſſæ, Eccleſiam actori reſtituendam eſſe puto, vel de temporali Vicario quæſitum fuiſſe, vel de conceſſione precaria, aut alio ejuſmodi beneficio, aliàs ſi de titulo beneficii vel Eccleſiæ diſputaſſent litigantes, nova requirebatur proviſio; cæterum ex perjurio non vacat beneficium ipſo jure; at ſi perjurus criminaliter ex perjurio conveniatur & convincatur, venit beneficio privandus, ait Clarus. lib. 5. §. perjurum. verſ. item clericus. ubi tunc demum perjurum beneficio privandum docet, ſi reddatur infamis, nec omne perjurium infamare. Ego vero idem dicendum puto, ſi modo ſententia notet, an vero hæc privatio intelligenda ſit de beneficio ante ſententiam, vel poſt ſententiam collato, dicam alias poſt Rebuff. dicto tract. de pacif. poſſeſſ. num. 221. G. D. P.

An perjurium vacationem beneficii ipſo jure inferat, vel non.

Cap. 14. *Veritatis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Vaſallus qui juravit Prælato, non cogitur jurare ſucceſſoribus.*

An ſacramentū fidelitatis iterandum ab eodem vaſallo novo domino. Quia juramentum ex perſona jurantis perſonale eſt, ſed ex perſona ejus cui juratur, poteſt eſſe reale, ſi hoc actum ſit, ut hîc. ideo non iterandum ab eodem, niſi per aliud obligetur. ut dixi in conſuet. Pariſ. §. 2. gloſſ. 4. quæſt. 7. C. M.

Novo domino ſive titulo particulari ſive univerſali accedente, iterandum à vaſallo fidelitatis juramentum. Dicit Molin. juramentum à vaſallo non eſſe iterandum, mutatione domini ex parte contingente, ſi ita pactum ſit prima inveſtituræ conceſſione, vel alio titulo, qua lege ceſſante, ad omnem ſive domini, ſive vaſalli mutationem titulo particulari, vel univerſali, fidelitatis juramentum præſtari debet. quo jure perpetuo & ubique omnes utuntur. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui iuraverunt fidelitatem homagii & fidelitatis, puritatem tenentur obſervare, ac ſi iuraſſent.* Ibi. *Juramentum non eſt de ſubſtantia fidelitatis.*

An juramentum fidelitatis ſit de ſubſtantia vel non. Dixi in conſuetud. Pariſ. §. 2. gloſſa 4. num. 1. C. M.

Pacta conceſſioni feudali, ſive inveſtituræ appoſita, ſunt omnino ſervanda. Ubi recte docet juramentum eſſe de natura feudi; quod autem jurando, vel Evangelii tactum, vel aliam non requiri formulam, limita niſi conceſſionis pacto vel conſuetudine fuerit aliter diſpoſitum. G. D. P.

Nota deſervata hîc nota Molinæi integra in editione anni 1554. Nota ad hanc gloſſam additionem notæ Molinæi hîc expunctam eſſe ab emendatoribus Romanis, quamvis in editione codicis Molinæani anni 1554. non expunxerint, nec implaſmaverint nec gipſo perfuderint, ut in pleriſque aliis locis. F. P.

Cap. 15. *Verum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *An abſolvantur à ſacramenti vinculo, qui illud fecerunt inviti.* Ibi. *Aliàs ſi ſponte iuraſſent, vel per vanum metum, non abſolverentur à iuramento.*

Qui jurat per quemcumque metum, abſolvendus à juramento. Imo etiam ſi per vanum metum adhuc poterunt abſolvi, quia alius ſatis turpiter recipit. Hoſtienſ. Joann. And. Panorm C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 16. *Veniens.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sub juramento præcepisti ut nunquam curiam Ducis intrares. Juncta inscriptione Innoc. III. H. & L. & M. civibus Venetis.* Ibi. *curiam Ducis.*

De Duce Venetorum. Qui verè Dux est politicus. vide Contarenum de rebus Venetis. C. M.

Ibidem in glossa.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si juramentum posterius priori repugnet.* Ibi. *Si juramentum enormem læsionem in temporalibus inferret, obtinere relaxationem juramenti.*

Relaxatur juramentum ubi enormè læsionem infert. Imo non opus esset, quia generale juramentum ad hoc non extenditur. C. M.

Cap. 17. *Brevi.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Perjurus est qui non servat juramentum, nisi difficultas existat in servando.* Ibi. *Et ita difficultas excusat à periurio.*

Difficultas exequendi juramenti excusat à perjurio, si non servetur. Francisc. Ripa. tract. de peste. carth. 4. & in leg. quod te. num. 40. cum sequenti. si certum petatur. Alexand. consil. 92. num. 13. lib. 1. ubi dixi. C. M.

Cap. 18. *Quanto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Consiliarii tui animum induxerunt, ut urares, irrequisito populi assensu, usque ad certum tempus patris tui conservare monetam, quæ tamen, circa mortem eius, fuerat legitimo pondere defraudata.* Ibi. *Irrequisito assensu populi.*

De diminutione monetæ non servanda à successore. Quo irrequisito non potest diminuere. Guido Pap hic. num. 2. quidquid dicat. Nicol. Boer. decis. Burdeg. 327. num 6. vide quæ dixi in tract. usur. & monet. num. 695. & num. 797. C. M.

Emanavit decretalis hæc ad postulationem (ni fallor) Petri. 2. dicti catholici filii Alphonsi 2. Arragoniæ Regis, ad notam Molinæi animadvertendum Guidonem Papæ in ea esse sententia, Principem nulla posse condere statuta in sui populi damnum, populo irrequisito; quod generaliter defendi non potest, in regnis præsertim jure sanguinis successivis, aliud est autem populi assensum requirere (quod vult Guido Papæ num. 2.) & ita quovis pro edicto vel statuto, regni ordines magno convocare sumptu, importunasque longas & implicitas eorum expectare deliberationes & resolutiones, quibus legem imponant Principi: aliud edicto proposito populi submissum assensum expectare, qui potest intervenire tacitus vel expressus, sufficitque si sequatur, Boerius expresè agit, citat in utramque partem opinionem communiorem dicit esse Joannis Fabri, nempe solius esse Principis de mutatione monetæ statuere, quo jure utimur edictis apud suprema tribunalia ex more competentia lectis & publicatis; ab inde namque populus non assentire tantum, sed & obedire debet, qua forma servata post Molinæi querelam justam in perditissimos Regum consiliarios à num. 695. nihil ex eo colliges doctrinæ Boerii contrarium, dicit enim num. 792. publicam æstimationem currentem valorem & expositionem monetæ, non à solo Principe in Monarchia, vel optimatum in republica statuto vel edicto pendere, sed etiam à consensu & usu populi, & consuetudine commerciorum: quod verissimum est, supplendo consuetudinem hanc, commerciorum hunc usum edictis & statutis non conformem tamdiu valere, quamdiu toleratur, nec revocatur. G. D. P.

Inconveniens congregandi ordines generales pro quolibet negotio exponitur.

Usus Galliæ probandi vel improbandi à Parlamentorum Curiis & aliis superioribus edicta, constitutiones, & declarationes Regias.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Moneta legitimo pondere defraudata.* Ibi. *Qui enim falsat monetam civitatis, punitur capite.*

Refert Gofred. & Joann. defendisse quemdam qui falsaverat monetam civitatis Bononiensis, cum pœna capitalis fiat multipliciter. dig. de publ. jud. l. 2. de quibus dicam infr. de accusat. cap. qualiter 2. super verbo diminutionem capitis & pœnæ sunt molliendæ. de pœnit. distinct. 1. §. pœnæ. Joann. Andr. sed pessime consuluerunt, & crudelitas est istis parcere. C. M.

De pœna falsariorum monetæ non molienda vel temperanda.

Cap. 19. *Venientes ad sedem.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Non valet juramentum præstitum in præjudicium juris superioris.*

De juramento in præjudicium superioris præstito. Alber. parte. 2. statutorum. quæst. 194. Ludovicus Romanus leg. is cujus fundi. num. 6. de aqua pluv. arcend. & consil. penult. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Super mutuis & plagiariis.* Ibi. *Vulgare est nomen illius terræ. Juncta inscriptione Innocentius III. consulibus & populo Tudertino.* Ibi. *Plagiariis.*

Quid sit *pleige*, & *appleigement* in Gallia. A Gallis profectum, quod dicunt *pleige*, *appleigement*. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Deferatis appellationibus interpositis. Juncta eadem inscriptione, consulibus & populo Tudertino.* Ibi. *Tudertina civitas subest dominio Papæ.*

De Tudertina civitate dicitur hic. Tuder civitas, est civitas Umbriæ in monte sita, quam Volateranus Geographiæ. lib. 6. dicit continuè seditionibus ad nihilum pene redactam; sed quod imo non subsit Ecclesiæ Romanæ late probat Lapus de Castiglione. alleg. 85. incip. visis omnibus. Sed Lapum, seditione populi, diremta domo, combustum fuisse scribit Antoninus. parte 3. tit. 22. cap. 2. § 3. C. M.

De eadem civitate Tudertina. apud Aubert. Miræum. Tuder civitas est Episcopalis, vulgò *Todi*, Umbriæ ad Tyberim. de ea vide Aubertum Miræum in Geographia Ecclesiastica. Litt. T. in verbo Tudertum. & applicatione facta ad statum ejusdem civitatis seditionibus ad nihilum fere redactam, quod confusionem denotat natum auguramur, quod vulgariter dicitur de confusione rerum, quæ populari sermone *Todi* appellatur, & de eo vocabulo *pleige*, *appleigement*, quod est gallicum & consuetudinarium. vide Franciscum Raguellum, Antecessorem Bituricensem, Magduni Biturigum Præsidem vicarium in indice jurium regiorum & dominicalium in verbo *pleige*. F. P.

Unde verbum *Tody* auguratio.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In juramento jus superioris intelligitur exceptum.* Ibi. *Nota in juramento excipitur authoritas majoris.*

In juramento excipienda semper authoritas superioris & majoris. Oldradus. quæst. 97. Felin. cap. constitutus. col. 5. de rescriptis. Joann. Firmian. tract. de Gabellis. col. 38. Alexand. consil. 35. num. 9. lib. 4. ubi tetigi. C. M.

Cap. 21. *Ad nostram.*

GLOSSA. In Glossa verb. *In notoriis & manifestis, judiciarii ordinis subtilitatem non servari juris ratio postulat & requirit.* Ibi. *Nullæ sunt validiores probationes quam per evidentiam facti.*

In notoriis & manifestis juris ordo omitti potest. Philipp. Decius. infra. de appellat. cap. cum speciali. §. porro. num. 2. eod. tit. Alex. consil. 35. num. 9. lib. 4. ubi dixi. C. M.

Cap. 23. *Quintavallis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Mandatum sub juramento, ut ob contumeliam aliis factam, pater filios vel filias exhæredaret.* Ibi. *Causæ ingratitudinis, propter quas pater potest exhæredare filium, sunt hæ, &c.*

Causæ exhæredationis non sunt omnino definitæ. Idem ex gravioribus causis. Philipp Decius. cap. cum speciali. num. 5. de appell. ubi dixi. & ad Alexandrum. consil. 203. lib. 12. Francisc. Ripa. in rubrica. num. 20. supr. de judic. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Si filia luxuriosam vitam egerit. Junctis præcedentibus de exhæredationis causis.*

Ob quam causam pater potest exhæredare, potest & alimenta liberis negare. Et tunc si pater potest exhæredare, fortius potest alimenta negare, de hoc in speculo qui filii sint legitimi. vers. quod si filia. & vers. sequenti. Joann. Andr. Petrus Girard. singul. 1. sed contra tenet Curtius. authent. non licet co. l. de liber. præter. Viglius instit. de inofficioso testam. in fine. C. M.

Speculator dicit videri quod possit. Petr. Girard.

Source : BIU Cujas

de solo filio loquitur, nec ullum verbum de filia luxurioſe vivente, id expreſsè dicit Petrus Ravennas. ſingul. 198. citatque ſpeculat. ibidem. & Bald. ad leg. ult. cod. de dotis promiſſione. ſed falſo, hanc tamen opinionem amplectitur Campeg. tract. de dote. part. 1. quæſt. 13. & Bald. novell. eod. tract. de dote. part. 6. privileg. 16. num. 6. & poſt eos Petr. Surd. tract. de alimentis. tit. 7. quæſt. 4. num. 1. G. D. P.

An pater filiam luxurioſe viventem exhæredare poſſit, necne.

Cap. 25. *Quemadmodum.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi *Qui iuravit cum muliere contrahere, propter ſupervenientem fornicationem, vel deformitatem eam repellere poteſt, propter præcedentem, non.*

Juramentum nubendi cum muliere, ſolvitur ob fornicationem, vel deformitatem præcedentem, occultam, & de novo manifeſtatam.

Niſi occultam, quæ de novo ad notitiam pervenit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Subintelligenda conditio. Junctis præcedentibus in ſummario eiuſdem capituli.* Ibi. *Nota quod plerumque in iuramentis ſubintelliguntur conditiones, ut hæc ſi placet Papæ.*

Conditiones ſubintellectæ in juramentis, ut ea ſi placet Papæ.

Scilicet in materia ſpectante ad Papam, aliàs ſecus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si naſum amitteret vel oculos, Juncto ſummario.* Ibi. *Secus ſi laberetur facultatibus.*

Item aliæ conditiones hîc ſubintellectæ.

Hoc verum ſi modicum, ita quod promiſſum ab ea in dotem datur, alias ſecus, ex mente Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa eadem. Ibi *Si per violentiam opprimatur ſponſa de futuro, videtur quod nihilominus teneatur cum ea contrahere, ſed non eſt verum, & ita punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa.*

Aliquando quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa.

Idem Panorm. C. M.

Ibidem. §. *Illud autem.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Propter iuramentum non accuſaturum, vir uxorem accuſare deſiſtat.* Ibi. *Pactum & iuramentum valet, quatenus tangit rem familiarem.*

Pactum vel juramentum de non accuſando, ob crimen præteritum valet, non ob futurum.

Hoc verum, ſi de crimine præterito agatur, ſecus ſi agatur de futuro, quia nullomodo poteſt immitti, nec in criminali, nec in civili, nec juramentum valet. C. M.

Cap. 26. *Et ſi Chriſtus.*

SUMMARIUM.

In Summario. *Licite ex cauſa neceſſaria, etiam per relligioſos iuratur.*

Ex cauſa neceſſaria licite juratur, etiam per relligioſos.

Et bene quamvis aliter ſentire videatur Alciatus. pareg. lib. 8. cap. 2. plenius dixi in tract. uſur. latino. num. 88. & gallico. num. 39. C. M.

Quando liceat religioſis perſonis jurare.

Alciat. loco citato refert D. Baſilium ſenſiſſe non eſſe jurandum. Molinæus vero explicatis Evangelii verbis, dicit jurandum eſſe, at neuter de relligioſis loquitur, dicendum relligioſos poſſe in judicio, ſive teſtes, ſive partes jurare, in cæteris juxta idem Evangelii præceptum, & divi Baſilii ſententiam non jurare. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Nuſquam iurare prohibuit dominus per creatorem, ſed per creaturam, ne ad creaturam transferatur honorificentia creatoris.* Ibi. *Jurare licet per altare, iunctis præcedentibus in gloſſa per ſalutem Principis. dig. de iureiurando. qui per ſalutem. l. 3. §. ult. per altare. 22. quæſt. 1. habemus. &c.*

Quomodo juramentum hic præſcribitur.

Iſtæ leges dicunt quod tunc alicui licet jurare per ſalutem ſuam, vel filiorum, quando juramentum ſic defertur, & intelligitur reſpectu divini numinis ſic jurari. Joann. Andr. hîc. Gabriel Biel. in 3. ſent. diſtinct. 39. quæſt. 1. ſed imo dicendum quod dictæ leges ſunt reliquiæ veteris paganiſmi, quia ubi jurare licet, non licet per creaturam, ſed per Deum tantum. exod. 23. cap. deuteronomii. 6. & 10. d. can. clericum. 22. quæſt. 1. vel relligioſe & aperte referendo ad Deum. Math. 23. 6. can. ſi aliquo. 22. quæſt. 1. C. M.

Non licet jurare per creaturam, ſed per creatorē.

Prima pars hujus prænotati Molinæani uſurpata ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, quod nimium ſtilum Molinæi ſaperet. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quamvis non ſit per creaturam iurandum, tamen ſervandum iusiurandum ſi per creaturam iuretur.* Ibi. *Sicut iudex ultima die ſuæ iuriſdictionis iudicare non debet, ſi tamen ſententiam dixerit tenet. dig de offic. proconſulis. §. meminiſſe. in fine.*

An liceat tempore anteo judici ultima die judicare, cum nondum ſucceſſor advenerit.

Imo non tenet. per leg. pridie. dig. de feriis. Felin. in cap. conſuluit. ſupr. de offic. delegati. Alexand. in d. leg. cum qui. & leg. meminiſſe. loquitur quando ſucceſſor nondum advenerat. idem Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Jurabunt vivit Dominus, in veritate & iudicio & iuſtitia.* Ibi. *Ne quod iuratur ſit iuſtum & licitum, & ſi iſta defuerint, non iuramentum, ſed periurium dicendum eſt.*

Quomodo jurandum ut ſit juſtum juramentum.

Idem Panorm. conſil. 8. Franciſc. Ripa. de revoc. donat. reſp. 15. col. 3. Thom. Aquin. 2. 2. quæſt. 89. art. 4. & in 3. ſentent. diſtinct. 39. quæſt. 2. & ibi fuſius Gabriel Biel. quæſt. 1. C. M.

Ibidem. §. *Chriſtus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.*

Nemo Propheta in patria, & unde id dicatur vulgo.

Quia major eſt fama à remotis, quam à propinquis, ſicut venti ſucceſſivis aeris motibus augentur. Bald. hîc. tum quia invidia & ingratitudo major eſt in propinquis, gratitudo vero major & honor major ab externis, ut expertus ſum. C. M.

Cap. 27. *Sicut.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi *Juramentum præſtitum contra utilitatem Eccleſiaſticam non tenet. Juncto themate inſequenti.*

Juramentum contra utilitatem Eccleſiæ præſtitum non tenet, ſed contra privatam Eccleſiaſticā.

Imo hîc erat contra particularem utilitatem jurium Epiſcopi, pro immunitate Eccleſiæ. C. M.

Quando utilitas Epiſcopi & Eccleſiæ concurrūt.

A tempore quo Epiſcopalis menſa fuit capituli menſa, utilitas Epiſcopi eſt utilitas Eccleſiæ, & immunitas vel exemptio à juribus Epiſcopalibus capitulo quæſita vergit aliquatenus in Eccleſiæ diſpendium, fuitque pactum illicitum, quo jura Epiſcopi pereunt, & capituli jura augentur. facit cap. locupletari. de reg. jur. in 6. leg. jure naturæ. dig. eod. ubi Decius notat Eccleſiam obligari ſi facta ſit locupletior. G. D. P. Ibidem.

CASUS.

In Caſu. Canonici Eccleſiæ Tudertinæ vacantis, priuſquam tractarent de electione, tractaverunt de commodis ſui capituli, ne videlicet Epiſcopus, qui amplos habebat reditus, quicquam exigeret ab eis jucundi adventus nomine, neve quicquam etiam nomine ſigilli caperet de collationibus Præbendarum, & omnes juraverint ita ſervare, quiſquis eorum electus eſſet Epiſcopus, & ſic elegerunt unum ex eis, qui poſtea videns ſe confirmatum, pœnitet, reſpondit Papa juramentum minime ſervandum eſſe, ſed ut omnia in priſtinum ſtatum appellatione remota reducantur. C. M.

Exemplum juramenti contra utilitatem Eccleſiæ præſtiti, & non ſervati ab Epiſcopo electo, cōtra conditiones tractatui electionis appoſitas.

Cap. 28. *Cum contingat.* §. *Nos autem.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *In alienationibus rei dotalis. iuſiurandum & conſenſum mulieres ipſæ ſervare debent.*

Pondera verbum *ipſæ*, & ſic hoc impedimentum perſonale eſt, ſicut & juramentum perſonale eſt. cap. veritatis. ſupr. eod. nec ligat hæredem, vel cauſam habentes, contractus enim nullus eſt, nec juramento firmatur. Vincent. Joann. Andr. Joan. de Lignano. Anton Butrius. Imola. & Panorm. hîc. & con. 8. lib. 2. Feder. de Senis. conſil. 222. Alciat. hîc. num. 120. cum ſequ. & bene addo quod hoc juramentum reſcindendum eſt, quia contra legem & rempublicam; ideo ſine cauſæ cognitione ſtatim relaxatur, & ita practicatur. C. M.

Juramentum perſonale, nec hæredes complectitur, nec cauſam habentes.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu in fine. Ibi. *Cum nec obſervata, ſupple juramenta vergant in diſpendium ſalutis æternæ.*

Sed

Source : BIU Cujas

Juramenta vergentia in dispendium salutis æternæ non servanda.

Sed hanc rationem sprevit idem Papa. in cap. præcedenti. & aliàs. C. M.

Imo pro jurejurando incauto pœnitentiam imposuit, tum adversus pactum illicitum restituit, in juribus Ecclesiasticis. hîc. de rebus agitur prophanis: adde quia statutum Canonicorum Ecclesiæ Tudertinæ sede vacante, quod in jurium Episcopalium diminutionem fecerant, fraudulentum erat & vergebat in dispendium salutis æternæ. G. D. P.

Ibidem.

Juramentum à Canonicis de rebus ad Episcopatum pertinentibus Sede vacante factum omnino non servandum.

Glossa.

In Glossa verb. *Cum in præjudicium alterius non dent juramenta, scilicet à mulieribus præstita de non revocandis alienationibus fundi dotalis. Juncto casu, & præcedentibus.* Ibi. *Scilicet creditorum, vel filiorum.*

Utrum alienatio rei dotalis vergat in dispendium publicum, nec ne, & inde juramentum in id factum valeat.

Imo generaliter hæc ratio nugatoria est, quia semper est præjudicium reipublicæ. leg. 1. solut. matrimon. ut ait Joann. Faber institut. quibus alien. licet vel non. in princip. Joann. Ignæus. leg. 1. §. si vir aut uxor. num. 145. leg. 3. §. eleganter. num 172. ad Sillanian. C. M.

Aliud est dicere dotem habere privilegium, esse favorabilem, & reipublicæ interesse, ut dotatæ sint mulieres, aliud sentire dotis alienationem in reipublicæ præjudicium vergere: Concedo dotem esse juris publici, sed aliud est jus publicum, tam authoritatis, quam utilitatis publicæ respectu, aliud jus publicum dici quoad singulorum utilitatem, & hac inspectione dotes sunt juris publici: Antiquis temporibus lege Julia fundus Italicus alienari non poterat à marito, nisi muliere consentiente. Paul. lib. 2. sentent. tit. 21. de dotibus. §. unico. Novo jure nec consentiente quidem uxore fundus dotalis, sive Italicus, sive Provincialis alienari potuit. leg. unica. §. cum lex Julia. cod. de rei uxor. act. addit Accursius nec contractum firmari conjugum jurejurando; quæ Accursii doctrina (qui florebat circa annum 1226. ut ait Fichardus) conformis non est decisioni hujus cap. qua Innoc. III. (qui sedit ab anno 1198. ad annum 1216. & Accursium præcessit) mulierem ad juramenti sine vi & dolo præstiti observantiam teneri decrevit, cum in alterius non redundet præjudicium, nec observatum vergat in salutis æternæ dispendium: sententiam Pontificis, opinioni glossatoris præferre: At si mulier læsa sit, restitutionem damus, & à juramento relaxationem. G. D. P.

Quomodo dotes mulierum dicantur publici juris.

Quomodo mulieri rei dotalis alienationi consentienti succurrendum.

Cap. 31. *Petitio.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Juramentum præstitum Principi, non obest rebus & honoribus Ecclesiæ defendendis.*

Non melius summandũ quam sit in notato.

Id est tam communiter, quam divisim, etiam singulorum Canonicorum. C. M.

Cap. 32. *Ex litteris.*

Glossa.

In Glossa verb. *Ne ex defectu juramenti, justitia succumbat occultata veritate* Ibi. *Æque præjudicat confessio de credulitate, sicut de veritate.*

Æquiparatur confessio de credulitate, & de veritate.

Scilicet per verbum credit, & est glossa singularis. secundum Panorm. hîc. Alexand. leg. qui bona fide. §. si aliena. cap. 6. de damn. infecto. Curtius senior. leg. 2. §. quod observari. cod. de jurejur. propter calumn. dando. Philipp. Franc. cap. 1. col. finali. de judiciis. in 6. Philipp. Decius. cap. cum venerabilis. col. 2. infr. de exception. C. M.

Cap. 33. *Intellecto.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Rex Hungariæ alienationes, non obstante juramento studeat revocare, cum in coronatione sua juraverit, jura regni sui & honorem illibata servare.*

Rex non obstante juramento, de alienatis non revocandis, tenetur alienationes à se factas revocare, ob religionem sacramenti in sua inauguratione facti.

Bald. Authent. omnes peregrini. colomn. finali. cod. commu. de succes. Paul. consil. 70. col. 3. lib. 1. Felin. cap. ad audientiam. col. 2. de præscript. Uldar. Zazius in epitome. feud. carth. 7. limitat. in modico, quod non multum diminuit. Andr. de Isern. de prohibit. feud. alienat. per Feder. col. 18. in usib. feud. Alber. in. 1. constitut. D Martini Laudensis de princip. §. 82. Alexand. consil. 1. num. 19. lib. 5. ubi tetigi. C. M.

Cap. 35. *Clericus.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Clericus qui juravit se Ecclesiæ statuta servaturum, promittens per idem iuramentum statutum quod postea factum est observare, non tenetur ad illam observantiam, ex debito præstiti iuramenti.*

Juramentum de servandis statutis Ecclesiæ non extenditur ad ea quæ postea facta sunt.

Quia hoc non est de novo jurare, nec juramentum exceptionem recipit. Jas. leg. scire debemus. column. 2. de verb. obligat. Hypolit. Marsil. singul. 415. Math. Afflict. decis. Neapolitan. 64. Philip. Decius. leg. semper in stipulatione. num. 16. de reg. jur. Alciat. leg. certum. in fine. si certum petat. C. M.

Cap. 36. *Juramentum.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Nec liceat convento famosa actione referre huiusmodi iuramentum.*

In accusationibus non licet accusatori referre jusjurandum.

Nisi accusator vel actor æque veritatem sciret. Bartol. leg. jusjurandum. 34. & ad pecunias. dig. eod. de jurejur. Anton. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Juramentum à te parti delatum, nisi iusta causa non potuit recusari, & procedetur quasi iurasset reus. cod. de iureiurando. generaliter. §. sin autem* Ibi. *Juramentum olim non poterat recusari.*

Recusans juramentum habetur ut suspectus.

Dic quod imo poterat, ut nunc: sed poterit Judex non habentem justam causam recusandi condemnare. leg. generaliter. §. 1. cod. eod. & sic per d. leg. manifestè cogitur, causativè, non præcisè, ut hîc. adde Hypol. Marsil. singul. 82. Guid. Pap. hîc. Aretin. cap. 2. sup. de probat. & ibi Philipp. Decius. num. 4. ubi dixi. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-QUINTUS.

De exceptionibus.

Series.

Series.

In Serie. Ibi. *Quia fundata intentione actoris, reus opponit peremptoriam, vel alias exceptiones contra probationem actoris congruè subiicitur titulus de exceptionibus.*

Ad stilum Canonistarum & Officialium corrigendum.

Stulta praxis Canonistarum, non intelligentium quid sit *status causæ*, & tamen Officiales Episcoporum ita servant, ut etiam Panorm. in suo processu judiciali, sed corrigendus est ineptus iste stilus. C. M.

Cap. 1. *Denique.*

Textus.

Textus in fine. Ibi. *Sufficit ergo si convictus testis crimine à perhibendo testimonio repellitur, præsertim ubi crimen causam non contingit.* Ibi. *Præsertim.*

Dictio *præsertim* diversimode exponitur.

Hæc dictio *præsertim* in quantum refertur ad probationem confessionis, stat pro *tantum*, in quantum vero refertur ad probationem quæ fit aliter, stat pro *maxime.*

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Vbi crimen quod obiicitur causam contingere non videtur.* Ibi. *Si enim crimen quod obiicitur testi, contingit causam de qua agitur, non solum repellitur, sed etiam punitur.*

Testis accusatus criminis quod causam contingit rejiciendus, imo & puniendus.

Pœna ordinaria, si instantia est criminalis, & sic confessus, vel aliter probatione facta convictus. Panorm. cap. cum dilectus. col. 16. supr. de ordin. cognit. cap. 2. de confessis. C. M.

Cap. 2. *A nobis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Prius excommunicatus ab accusatione removeri potest.* Ibi. *Sed dic quod nonnullos sustinemus, quia inviti toleramus.*

Excommunicatus ab accusatione repellendus.

Dic quod hic approbatio non dependet à voluntate approbantis. Panorm. C. M.

Cap. 3. *Cum Ecclesiastica.*

Glossa.

In Glossa verb. *Exceptionem pluralitatis beneficiorum non possit opponere.* Ibi. *Qui plura habebant beneficia, exceptionem pluralitatis beneficiorum nomine Ecclesiæ poterant opponere, & illi qui non habebant nomine suo & Ecclesiæ, sed hoc non profuit, quia Papa scienter contulerat.*

Q

Source : BIU Cujas

Plura habens beneficia non potest alteri opponere eamdem pluralitatem.

Dic quod hîc. si plurales, nec proprio nec Ecclesiæ nomine possunt hæc opponere quæ personam, quia non videntur moveri bono zelo. Panorm. hîc. & sub hac ratione procedit opinio sequens. C. M.

Cap. 4. *Pastoralis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Post tempus præfixum opponentes dilatorias exceptiones, nullatenus audiantur.* Ibi. *Verum est quod plures exceptiones quæ non sunt contrariæ proponi possunt, secus in contrariis.*

Licet plures opponere exceptiones etiam contrarias subordinate tamen.

Imo idem; quia potuit proponere subordinatè. Panorm. Felin. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi fidem faciat, postmodum illas exceptionis dilatoriæ causas ad suam notitiam pervenisse.* Ibi. *In dilatoriis exceptionibus proponendis post litem contestatam, si reus dicat se ignorasse, numquid audiri debet, dicunt quidam quod sic.*

Post litem contestatam reus repellitur ab exceptionibus dilatoriis proponendis.

Nisi possit reo negligentia imputari. Panorm. C. M.

Cap. 5. *Cum inter.*

Glossa.

In Glossa verb. *Etiam excommunicato reservatur Judicis suspecti recusatio, cum suspectis Judicibus. Sedes Apostolica de certa scientia causam non committat.* Ibi. *Litteræ suspectæ Judici inscriptæ nullam videntur conferre jurisdictionem, unde sententia lata retractari potest.*

Sola suspicio Judicis non facit locum retractandi judicii.

Imo nec hîc. sola est causa sufficiens retractandi. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Non sic in reconventione sentimus, ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.* Ibi. *Sed numquid potest excommunicatus compensare? dic quod non, quia qui compensat agit, dig. de compensat. quæcumque.*

An excommunicatus possit compensare.

Ibi dicitur quæcumque per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt, sed lex in peremptoria. loquitur, ista vero differt. Joann. Andr. hîc. & sic si compensatio solum per viam exceptionis opponitur ad repellendum actorem, potest excommunicatus compensare. Panorm. hîc. & bene. quamvis Guid. Pap. consil. 107. contra. adde decis. Tholos. quæst. 1. C. M.

Cap. 6. *Cum venerabilis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Permutatio inter contractus bonæ fidei computatur.* Ibi. *Item in actionibus stricti juris non venit interesse, si rem dari mihi sit in obligatione, secus in rem tradi.*

Exposa differentia inter bonæ fidei contractus & stricti juris qui ad interesse veniens in utroque.

Hæc differentia falsa est. Dicendum ut novè scripsi in extricat. labirinthi de eo quod interest. num. 194. & 198. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Exceptionem objiciens non videtur confessus.* Ibi. *Sed dicas quod non fatetur de præscriptione, qui excipit de interruptione.*

Qui excipit de interruptione, non fatetur de præscriptione.

Idem Innocent. Anton. Panorm. & sic in nullo relevatur actor, nisi in eo quod explicite continetur vel necessario absolute. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Veritate comperta, falsorum instrumentorum prætextu lata sententia valeat retractari, usque ad 20. annorum spatium.* Ibi. *Sed si nulla est ipso jure, qualiter incipit valere etiam post 20. annos.*

Sententia lata super falsis retractatur intra 20. annos.

Dic quod lata ex falsis instrumentis contra præsentem, tenet mero jure, sed datur restitui. leg. dives. dig. de re judicata. Panorm. hîc. sed contra minorem, vel Ecclesiam, est nulla. Panorm. cap. licet. sup. de probat. C. M.

Cap. 7. *Olim.*

Glossa.

In Glossa verb. *Non ultra duas dietas trahebatur reus, cum Judex delegatus terminum in tali loco statuerit.* Ibi. *Et hoc idem dicit constitutio illa supra de rescript. nonnulli.*

Non debent committi Judices ultra duas dietas domicilii partium.

Hæc vera secundum illa tempora, hodie vero non solum inspicimus locum conventionis, sed etiam commissionis. supra. de rescript. statutum. §. cum vero. & §. seq. lib. 6. Joan. Andr. quia nec locus commissionis excedi debet. Panorm. C. M.

Hoc totum prænotatum Molinæi à Romanis emendatoribus hîc. ex magna parte margini inscribitur omissa posteriori clausula ab his verbis *quia nec locus commissionis ad finem.* F. P.

Cap. 8. *Dilecti.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Pro defensione suæ Ecclesiæ potest quis opponere exceptionem excommunicationis, perjurii, vel aliam legitimam exceptionem, nec per replicationem excommunicationis vel periurii repelli potest. Juncto quod est in textu coram delegatis Judicibus traxisset in causam.*

Per excommunicationis exceptionem vel replicationem non potest reus repelli, vel defendens causam Ecclesiæ.

Quia erat reus necessarius quod patet ex verbo *traxisset*, denotante specialem citationem. Innoc. Felin. tamen Decius hîc sequitur Hostiens. & Abbatis opinionem, etiamsi non sit reus necessarius, & sit speciale, quia interesse Ecclesiæ. C. M

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Si res ita se habet. Junctis præcedentibus in Summario.* Ibi. *Quis unus est finis & effectus, sive replicatio doli detur, sive negetur, scilicet ne alter de dolo suo commodum habeat.*

Ubi agitur de crimine de quo lucrum scrutatur replicatio criminis admittitur.

Et sic quando excipiens de crimine tractat de lucro, auditur replicans de crimine, & generaliter quando replicatis elidit exceptionem, alias non. C. M.

Cap. 9. *Apostolicæ.*

Glossa.

In Glossa verb. *Ne Pragensis Ecclesiæ ordinationem contingeret retardari; sententias suspensionis relaxavimus ad cautelam.* Ibi. *An suspensus ab officio vel beneficio posset agere vel non? solve ubi agitur de suspensione Judicis, vel canonis, & canon mitius agit quam minister juris.*

De absolutione ad cautelam.

Et suspensione minorum tantum. Panorm. quæ solum privat participatione sacramentorum, & electione passiva. C. M.

Cap. 11. *Significavit.*

Glossa.

In Glossa verb. *Partem adversam, ab ipsorum scilicet Capituli impetitione absolvit. Junctis præcedentibus. pronuncians jus eligendi ad Capitulum pertinere.* Ibi. *Super quo fuit hæc absolutio non dicitur, potuit esse quod Capitulum petebat à parte adversa expensas.*

An appellare liceat victori ob id solum quod non adjudicatæ expensæ eadem sententia.

An victor propter hoc solum appellet quod victus non est sibi condemnatus in expensas, ipso victo appellante super principali, & quid etiam si victus non appellavit, vide in speculo. de appellat. §. in quibus. versic. 24. & vers. sequenti. Petrus & A. hîc. dicunt quod propter hoc appellare non potuit Capitulum, per leg. omnem honorem. cod. quando provocare non est necesse. Joann. Andr. dic quod hîc absolutio erat super uno Capitulo separato non dependente, aliàs sufficiebat appellatio victi in principali. d. leg. omnem. quod servatur etiam in Gallia in foro Ecclesiastico. & bene. sed non servatur ibi in foro sæculari ob stilum quæstuarium. & male. C. M.

Prima pars hujus Molinæani subnotati usurpatur ab emendatoribus Romanis omissa posteriori, quia liberioris stili erat ab his verbis *Petrus & A. ad finem.* F. P.

Discutitur quod prius an liceat appellare à sententia quod in ipsa expensæ non sint adjudicatæ.

Imo bene, tum quia tit. 64. cod. quando provocare non est necesse. abrogatus est in Francia, Bugn. leg. abrogatarum. lib. 1. cap. 15. tum quia dictæ legis omnem. impertinens est decisio, ut victo appellante à definitiva sententia qua condemnatur, non liceat victori appellare, si victus ab expensarum fuerit absolutus petitione, possit tamen eas victore non appellante Judex superior adjudicare. Quare non servari hanc legem dicit Rebuffus in constitution. regiis præfatis. glossa 5. num. 94. qui citat Aufrer. ad decis. Tholos. 358. locus est in decis. 359. ubi disputat si à definitiva sententia plura

Source : BIU Cujas

concernente Capitula appelletur ab una parte, non ab alia, nûm Judex appellationis poſſit ad inſtantiam partis appellatæ ſuper omiſſis pronunciare & ſupplere? ac quamvis poſſit de jure, contrarium tamen ſervari dicit à Senatu, quia niſi quis appellet, numquam mutatur aut reformatur ſententia, ad ejus utilitatem, non omittendum illic erronee citatum. cap. ſignificaverunt. de teſtam. & legendum de exceptionibus. G. D. P.

Correctio malæ citationis.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum omnis legitima defenſio excommunicato in judicio reſervetur.* Ibi. *Secus videtur ſi eſſet excommunicatus actor, quia tunc non videtur valere ſententia.*

Lata ſententia in favorem excommunicati, non poteſt executioni mandari, donec ſit abſolutus.

Imo valet, ſed petenti executionem obſtat exceptio excommunicationis, donec ſit abſolutus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa ibi. *Sententia quæ præceſſit, ſupple cognitam excommunicationem, non minus robur obtinet firmitatis, & executio ſola impeditur, ſi poſt rem judicatam excommunicatio probetur.*

De eadem materia quæ ſupra in articulo proximo.

Idem Panorm. Felin. hîc. C. M.

Cap. 12. *Exceptionem.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem objiciens auditur, & ſi malitioſe diſtulerit, in expenſis condemnatur.*

De expenſis retardatæ defenſionis quas præjudiciales & voluntarias vocant.

Sic Clericus coram Judice ſæculari differens declinare condemnatur à Judice ſæculari in expenſas, quas Practici vocant voluntarias, & ita obſervatur in Regno Franciæ. & bene. quidquid dicat Philip. Decius. conſil. 241. ubi dixi. idem è converſo. C. M.

Expenſarum præjudicialium & voluntariarum explicatio ab authoribus eruitur.

Illæ expenſæ quas Molinæus voluntarias vocat, dicuntur & præjudiciales, de quibus videndus Argentr. Redonenſis Parlamenti præſes ad articulos Conſuetud. Britanniæ 181. & 182. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod ſi eam exceptionem, ſcilicet excommunicationis, obmiſerit, ut actor ſumptibus fatigetur, in expenſis eſt legitimis condemnandus.*

Differens opponere exceptionem excommunicationis actori, condemnatur in expenſas retardationis.

Niſi actor ſciviſſet excommunicatum, quia ſe decepit. Hoſt. Panorm. Felin. hîc. Philipp. Decius. conſil. 241. in fine. ubi dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Excommunicatus publice officio Judicis repellendus.* Ibi. *Et dico publice latam, ſi Judex tulerit ſententiam in illo loco ubi publice judicare conſuevit.*

In quibus publicitas juris vel facti differant, & de utriuſque neceſſitate quoad diverſos effectus.

Hoc verum de notorietate, ſeu publicitate juris, quæ ſufficit, quoad excommunicatum, ſed quoad alios, intelligitur & requiritur publicitas & notorietas facti, videlicet quod ſit multitudini notum, Gloſſ. Clement. 1. de ſepult. Panorm. Felin. hîc adde quod dixi infr. de appellat. cap. paſtoralis. C. M.

Cap. 13. *Adverſario.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Exceptio abſolutionis rei judicatæ in gratiam rei quod ſine dolo deſierat poſſidere, non obſtat petenti denuô, ſi rem modo poſſideat reus*; Ibi. *Item ſi quis non poſſideat, ſi offert ſe liti, actore ignorante, condemnatur ac ſi poſſideret.*

Non citatus, ſecus ſi citatus, non interrogatus. ut in ſpeculo de interrogatoriis. §. 2. verſ. pone ergo. Joann. Andr. Idem ſi in judicio, vel extra dicat ſe poſſidere, condemnabitur, ſecus ſi citatus ſimpliciter ſe deffendit. C. M.

De eo qui non poſſidet, condemnando, vel non & quando.

Prima pars hujus ſubnotati à Molinæo ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis *idem ſi in iudicio uſque ad finem.* F. P.

TITULUS VIGESIMUS SEXTUS.

De præſcriptionibus.

Cap. 2. *Nihil prodeſt.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *In rebus invaſis non currit præſcriptio.*

Intelligo præſuppoſita mala fide, vel durante impedimento violentiæ, alias idem quod de aliis rebus, reſpectu Eccleſiæ quæ habet præſcriptionem uniformem. C. M.

Violenta poſſeſſio excludit & impedit præſcriptionem.

Hîc deſunt importantia verba quæ habet Antonius Auguſtinus in antiqua collectione. capite 3. *Rapinam bonorum noſtrorum cum gaudio ſuſtinere*, quibus quadrat hoc ſummarium Joann. Andr. non autem dubitare potuit Molinæus de mala fide rapientis & invadentis, quid de ſucceſſoribus? Panormitanus diſtinguit inter ſucceſſorem particularem, qui præſcribit, & ſucceſſorem univerſalem, qui non præſcribit, cum ejus reſpectu rapina ſit vitium reale, & hæc de jure civili & canonico. omiſſa ſcrupuloſa vitiorum realium & perſonalium diſtinctione, quam æquitas Gallica ſpernit; in præſcriptionibus temporis longiſſimi triginta vel quadraginta annorum, non ſolum titulum non curamus, ſed eluitur mala fides. Locum implet Argentr. in conſuetud. Britann. art. 265. cap. 3. de vitiis poſſeſſionis in auctoribus. num. 6. & artic. 269. verbo *s'il n'y avoit dol ni fraude.* præſcribit ergo raptor vel invaſor ipſemet apud nos quadraginta adverſus eccleſiam, & adverſus pauperes, deducto tempore præfati vel adminiſtratoris patientis. quod dicit hîc Gregorius verſ. ſed illud. G. D. P.

Praxis fori Gallicani in præſcriptionibus longiſſimi temporis etiam adverſus eccleſiam.

Cap. 4. *de quarta.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quadragenaria poſſeſſione ſe poſſe tueri videtur.* Ibi. *vel potuit habere titulum, licet minus juſtum, unde præſcripſit.* Ibi. *iterum.*

De præſcriptione quadragenaria ſine titulo etiam contra eccleſiam in commodum parochi.

Cum juſto errore facti, alias requiritur tempus immemoriale. hodie. Joan. Andr. Panorm. Felin. hîc. ſed verius puto hoc caſu ad commodum parochi ſufficere 40. annos cum bona fide, etiam ſine titulo, ut ſenſit Joann. Imola. cap. apoſtolic. col. 3. num. 8. cum ſeq. infra de donat. C. M.

Cap. 5. *Vigilanti.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſtquam ſe aliena poſſidere noverit.* Ibi. *qui præſcripſit, iuſte poſſidet, ſicut qui auctore prætore poſſidet*; *Alanus dixit. ſi ex cauſa lucrativa rem habuerit, ſemper reſtituere tenetur*; *ſi vero ex cauſa non lucrativa, puta quod emit ab eo quem credebat eſſe dominum, non tenetur.* Ibi. *Alanus dixit.*

Qui præſcripſit juſte poſſidet, ut qui auctore prætore poſſidet.

Cujus diſtinctio reprobatur ſecundum Hoſtienſ. Cod. de præſcript. longi temporis. leg. penult. & infra de donat. cap. apoſtolicæ. ideo tenenda eſt prior negativa. per textum. & gloſſ. leg. 1. §. final. cum leg. ſeq. de itin. actuque privato. Joann. Andr. hîc. & in cap. peccatum. de reg. jur. in 6. in mercur. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Hujus ſubnotati à Molinæo prima pars uſurpatur ab emendatoribus Romanis omiſſa poſteriori ab his verbis *ideo tenenda eſt prior negativa ad finem.* F. P.

Cap. 6. *Ad aures.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludit. Juncto textu. Una eccleſia in parochia alterius decimas annis 40. poſſedit.* Ibi. *Sic patet quod una eccleſia poteſt præſcribere decimas in parochia alterius, licet titulum non oſtendat.*

Præſcriptio parochi decimarum in aliena parochia jure communi reſiſtit & adverſatur cõtra verum parochũ.

Hodie per cap. 1. eod. tit. lib. 6. titulus eſt neceſſarius, vel tantum tempus de cujus initio non ſit memoria, cum ſit contra jus commune, quod una eccleſia poſſideat decimas in aliena parochia. cap. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. lib. 6. Panorm. & omnes. C. M.

Quamvis Vidus Conchilius in poſthumis ſive memorialibus reformationis eccleſiaſticæ. pag. 110. æſtimaverit duorum ſupra laudatorum capp. ad decimas. de reſtitut. ſpol. & epiſcopus. 1. de præſcript. lib. 6. obſervationem utiliſſimam eſſe eccleſiæ Gallicanæ, & maxime neceſſariam ſtatui eccleſiarum parochialium conſervando, quarum præcipua dos eſt in decimis; tamen Franciſcus

Source : BIU Cujas

Capitulorum ad decimas. de restitut. spol. & cap. 1. de præscript. in 6. usus improbatus in Gallia, secundum authores hîc laudatos.

Grimaudæus materiam expresse discutiens in tract. decimarum. lib. 3. cap. 8. num. 15. & seqq. concludit harum decretalium usum non admitti in Gallia, quoad beneficium recuperandæ vel retinendæ possessionis, prætensum à c ratis, contra quoslibet possessores decimarum in suis parochiis, ubi alieni possessores aliquandiu decimas in aliena parochia possederunt; quod definitur ab eodem Grimaudæo ibidem spatio decem annorum, n squam tamen dari privatæ restitutionis auxilium parocho, contra possessorem decimarum in sua parochia, contra mentem & intellectum harum decretalium, quas dicit non servari in Gallia. F. P.

Cap. 7. *Ad causam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum non possint laici decimas detinere.* Ibi. *Ergo laici non possunt nobis objicere præscriptionem in spiritualibus.*

Titulo infeudationis decimarum allegato, sufficit immemorialis possessionis probatio, ut & ad firmandam cognitionem judicis sæcularis de decimis, etiam circa petitorium.

Felin. hîc tenet sufficere famam infeudationis ante Concilium Lateranense, quod verum erat ante centum annos, ut in quæst. Tholosana 440. hodie vero nec fama requiritur, sed sufficit probare tempus immemoriale, & allegare titulum, & ita practicari etiam in petitorio, de quo in regno Franciæ solus judex sæcularis titulo allegato cognoscit. C. M.

Cap. 9. *Quia indicante.*

TEXTUS.

Quæstio finium regendorum deficientibus titulis 40. annorum præscriptione decidenda.

In Textu. Ibi. *Quæstio de finibus agrimensoris definitione finienda quadraginta tantum annorum præscriptione utrique parti servata.*

Respectu proprietatis, vel etiam respectu finium, ubi aliter de eorum veritate non constat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quadraginta tantum annorum præscriptione utrique parti servata.* Ibi. *An fines præscribi possint, super hoc dicas, ubi fines diœceseon vel parochiarum constat esse distinctos, & probari potest per libros antiquos, testes, vel alia adminicula, non possunt præscribi, ubi vero non constat, nec potest probari de divisione, limes, & ea quæ sibi adhærent bene possunt præscribi.*

An fines diœceseon vel parochiarum præscribi possint, necne.

Hanc glossam sequitur Henricus Boich. cap. super eo. de parochiis. & dic quod licet aliquo casu non possint fines præscribi (hoc est verum respectu limitationis, & nominis territorii) tamen ipsa proprietas, & jus omne potest præscribi. glossa verb. limites. in proem. pragm. vide Guid. Pap. consil. 88. in fine. Alciat. repet. leg. quinque pedum. col. 4. cod. finium regund. C. M.

Cap. 12. *Cum non liceat.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Bracharensi Archiepiscopo & ecclesiæ obedientiam & reverentiam debitam, sicut alii clerici diœcesis faciunt, impendatis, præscriptione temporis nonobstante.*

Jus superioritatis nullo superiore reclamante præscribi non potest ab inferiore.

Quia cum alius super eos superioritatem contra eorum superiorem non præscripserit, ipsi per se non potuerunt præscribere. Panorm. facit Bald. consil. 135. lib. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Præscriptione temporis nonobstante. Junctis præcedentibus & glossa per totum, quæ tractat de iis quæ præscribi non possunt.* Ibi. *nec creditor præscribit pignus, & hoc intellige de longa præscriptione, secundum leges, non de longissima.*

Nullo tempore res pignorata præscribi potest à creditore tenente eam tanquam pignoratâ.

Imo nec mille annis pignus præscribitur. Joann. Faber. Barthol. leg. cum notissimi. §. eo tempore. cod. de præscript. 30. vel 40. annorum. dixi in tract. usur. quæst. 8. C. M.

Cap. 13. *Ad audientiam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Proponebatur papam concessisse actori quas habebat in Castro commestiones.* Ibi. *id est albergarias seu procurationes quas à singulis seu certis percipere poterat.*

Jus commestionum & albergariarum servitus est patrimonialis,

Servitus est patrimonialis, ut dixi ad stil. Parlam. Paris. tit. 5. §. 4. C. M.

Quid sint comestiones, pastiones,

Part. 3. stili ubi hanc servitutem exponit ut hîc. quæ idem sunt cum albergariis quas explicat glossa cap. præterea. 23. in verb. albergarias. de jure patron. pro pastionibus, sic eum legendum non pactionibus, ut est erronee impressum, quæ debentur pro commestionibus & procurationibus quæ dantur visitantibus. F. P.

albergariæ, procurationes, hîc exponitur per alios locos.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Considerantes librum censualem.* Ibi. *instrumento producto de archivo publico creditur.*

Instrumentis de archivo publico productis credendum.

Paul. Cons. 334. lib. 1. Roman. consil. 165. consil. 319. Gemin. consil. 82. num. 16. plene dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 26. cum sequent. adde Alex. consil. 16. lib. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Negotium ipsum tangere principaliter Romanam ecclesiam, contra quam nonnisi centenaria præscriptio currit.* Ibi *Secus si secundariô.*

Quid statuendum ubi negotium tangit principaliter, vel tantum secundariô ecclesiam Romanam quoad præscriptionem.

Idem Panor. Felin. C. M.

In id vide commentarium Francisci Raguelli antecessoris Bituricensis in leg. 23. cod. de sacros. ecclesiis. & fus. cap. seq. F. P.

De ea materia ad authores remissio.

Cap. 14. *Cum nobis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Contra Romanam ecclesiam nonnisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vindicare.* Ibi. *An possit probari possessio centum annorum, & quomodo.* Ibi. *Sed non est recedendum à verbis istis.*

Possessio centum annorum probanda præsumptive, & per famam.

Et sufficeret probare præsumptive, vel per famam. Bald. authent. quas actiones. cod. de sacros. ecclesiis. Felin. hîc. C. M.

Cap. 15. *Auditis.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Jus pontificale adiudicetis episcopo, super his quæ ab ipso petebantur.* Ibi. *Si tamen circa suspensionem & interdictum hujusmodi, intra 40. annos interruptio facta fuerit, in cæteris silentium imponentes, quæ abbas præscripsisse probatur.*

*

Præscriptio cõpleta non impeditur per actus contrarios.

Et sic præscriptio completa non tollitur, licet aliquid contra fiat. Panorm. hîc Felin. cap. illud. col. penult. conclus. 5. supra. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Abbas autem asserit ab episcopi iurisdictione prorsus exemptas ecclesias.* Ibi. *Sic ergo. cum agitur de subjectione aliquorum, non illi, sed ille qui dicit illos sibi subjectos, convenire debet.*

In causa subjectionis, & is qui prætendit subjectionem, & is super quo, conveniendus.

Dic quod uterque potest conveniri, & ad utrumque æque principaliter spectat, ideo sententia contra unum etiam scientem, alii nocet. Innoc. Panorm. hîc. Panorm. Felin. cap. cum super. de re jud. Panorm. consil. 89. col. finali. lib. 1. consil. 3. col. 8. cum seq. lib. 2. dixi in consuet. Paris. §. 31. num. 28. C. M.

Cap. 17. *Si diligenti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In præscriptione rerum ecclesiasticarum exigitur bona fides & justus titulus.* Ibi. *Bona fides intelligitur, cum aliquis credit tradentem esse dominum, & hæc bona fides semper præsumitur nisi probetur contrarium.*

Bona fides hîc definitur, & quod præsumitur nisi probetur contrarium.

Vide quod notavi 16. quæst. 3. dilectio. in gloss. finali. ubi not. Joann. super bona fide & titulo stari juramento. Joann. Andr. Sed dic quod non præsumitur in non habente titulum. Innoc. in cap. finali. infra. eod. Felin. hîc. textus in leg. finali. cod. unde vi. nisi post 30. annos. ut ibi Barthol. C. M.

Hujus Molinæi prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur omissa posteriori ab his verbis, *sed dic quod non præsumetur ad finem usque.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *Item bona fides dicitur, si quis errat in iure, sed intelligitur aliter.*

In lucro fructuum quæ bona fides requiratur.

Scilicet ad lucrandum fructus. C. M.

Disputatur an errans in jure, cum titulo, lucretur fructus, si rem restituat, & distingunt inter naturales & industriales, qua de re Felin. ad cap. de quarta. hîc. Cæterum errans in jure, sive adsit,

Source : BIU Cujas

Explicatio amplior de lucro fructuum per poſſeſſorem hîc habetur.

ſive deſit titulus, fundum cum fructibus præſcribit longiſſimo tempore. Felin. ibidem. num. 34. 35. Argentr. conſuet. Britann. art. 266. cap. 1. de qualitat. titul. num. 6. poſt Aymon. Cravett. At reſtituta re, puto de fructibus judicandum, cum poſſeſſor errans in jure habet titulum, quod de bonæ fidei poſſeſſ. G. D. P.

Ibidem §. *Nos igitur. in fine.*

Textus. In Textu. Ibi. *Non credimus centenariam præſcriptionem poſſe probari.*

Intellectus datus hîc textui in facti contingētia, an probari poſſit vel non centenaria poſſeſſio.

Hoc refertur ad factum contingens, quia tamdiu non poſſederat, non ad jus, quia de jure poteſt centenaria probari. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Gloſſa verb. *In præſcriptione rerum eccleſiaſticarum exigitur juſtus titulus.* Ibi. *& generaliter obtinet hoc in his, & in aliis omnibus, quæ jure communi poſſideri non poſſunt ab his qui ea detinent.*

In præſcriptione rerum eccleſiaſticarum quæ poſſeſſio requiratur cum titulo, vel ſine titulo.

Alias ſi jus non reſiſtit poſſeſſioni, ſed titulo, ſufficiet tempus immemoriale ſine titulo. C. M.

Cap. 19. *Veniens.*

Glossa. In Gloſſa verb. *Sicut in privilegio paſchalis continetur.* Ibi. *Item videtur de jure communi, quod ab alio poſſet petere oleum & chriſma, etiamſi clauſula non eſſet appoſita, alioquin ab alio quem maluerint præſule catholico ſuſcipiendi.*

De privilegio ſuſcipiendi chriſma à quocunque præſule requiſito.

Idem hîc Gotfred. ſed Hoſtienſis contra. per decretal. Romana. de ſuppl. neglig. præl. lib. 6. & hoc credo & facit quod not. eod. lib. de tempor. ordin. vinc. reſpondet quod videtur contra hoc quod probat hæc decretalis, in qua fuit hoc conceſſum per privilegium. Joann. Andr. nec obſtat cap. ſignificavit. ſupr. de offic. ordin. quia ibi caſus ſpecialis. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Gloſſa verb. *Per privilegii impetrationem videtur juri præſcriptionis renunciaſſe.* Ibi *Nec renunciat qui's juri militari, licet utatur jure communi. Dig. de milit. teſtam. lib. 3. & 23. diſtinct. quanquam. in principio.*

Jus privilegii opponitur juri præſcriptioni, vel juri communi in hoc capitulo.

Ubi de hoc. Dicut plene not. de reg. jur. cap. nullus pluribus. lib. 6. ſcilicet quod hîc tenores privilegii & præſcriptionis erant contrarii. & ibi. Videre poteris quaſdam opiniones. & lib. 6. ſuper gloſſ. & hîc Joann. Andr. Idem Panorm hîc. C. M.

Hoc totum Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatur, quanquam manum ejus expreſſius redoleat F P.

Cap. 20. *Quoniam.*

Glossa. In Gloſſa verb. *Tam canonica quam civilis, id eſt abſque bona fide præſcriptio excluditur.* Ibi. *Conſtitutio iſta tantum reſpicit futura.*

Nulla præſcriptio currit nec jure canonico nec jure civili abſque bona fide.

Idem Joann. Vincent. Goffred. & Philipp. His enim qui ante iſtam conſtitutionem præſcripſerant conſuletur, ſi agant pœnitentiam, & propoſitum habeant deinceps taliter non præſcribendi, ſed præſcripta reſtituere non tenentur, circa præſcriptiones tamen inchoatas, ſed non conſummatas tempore hujus conſtitutionis tenet Joann. illas non interrumpi. Goffred. contra Joann. Andr. & quod quantum ad hoc trahitur ad præterita, tenent Joann. Andr. Panorm. hîc. quia declaratoria. C. M.

Ibidem.

Glossa. In eadem Gloſſa. Ibi. *Quid dices ubi eccleſia habet utramque juriſdictionem; nunquid judicabit ſuper laicos ſecundum canones de hujuſmodi præſcriptione; certe contrarium credo, cum habeat juriſdictionem ab Imperatore.*

Eccleſia habet juriſdictionem temporalem à Principe.

Et bene. ut per Guilel. Occham. lib. 1. tract. 1. part. 3. & de poteſt. ſummi Pontif. per totum. Joann. Gerſon. in tract. de vita ſpirit. animæ. & tract. de poteſt. eccleſ. ad hoc ſpecul. in tit. de appellat. §. 3. in fine. §. 4. in fine lib. 2. nullam enim habet juriſdictionem temporalem niſi ab hominibus. Bald. in addit. ſpecul. tit. de depoſito. in fine. C. M.

Nota hîc bonam fidem emēdatorum Romanorum in monito marginali quod delevere gloſſam & notam ibidem.

Hanc totam gloſſam delevere emendatores Romani, quia nimium hanc aſſerebat veritatem juriſdictionem non eſſe penes eccleſiam, ſed eam habere ab Imperatore, de cujus expunctione lectorem monuerant in margine, ex propriæ conſcientiæ motu ſpontaneo. F. P.

Ibidem.

Glossa. In Gloſſa verb. *Qui præſcribit, in nulla temporis parte, rei habeat conſcientiam alienæ.* Ibi. *Sed quid ſi tempore præſcriptionis habuerit conſcientiam læſam, poſtea incipiat habere non læſam, nunquid propter hoc eſt interrupta præſcriptio.*

Nulla præſcriptio canonica currit cum mala fide.

Scilicet quod tempus malæ fidei debet deduci; Panorm. hîc. & bene. ſcilicet de longiſſima præſcriptione, quia præſcriptio longi temporis ob vitioſum initium impeditur. C. M.

Ibidem.

Glossa. In eadem Gloſſa Ibi. *Item quid ſi dubitat an res ſit ſua, & habet juſtam cauſam dubitationis, adhuc dicitur bonæ fidei poſſeſſor.*

Dubium non ſemper inducit malam fidem præſcribentis.

Idem Panorm. ſcilicet, quod præſcribit Jaſ. leg. 3. ex pluribus. colum. 2. de adquir. poſſeſſ. C. M.

TITULUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

De ſententia & re judicata.

Cap. 1. *Sententia.*

Textus. In Textu. in fine. Ibi. *Sententia contra leges canoneſve prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo jure.*

De propoſitione erroris adverſus judicatum.

Scilicet ſi contra jus aliam juſtitiam concernens quam merita cauſæ, tunc debet error expreſſus eſſe. Panorm. C. M.

Hoc non ſervatur in Gallia, ubi vulgo dicitur vias nullitatis non habere locum. F. P.

& quod non ſervetur in Gallia.

Ibidem.

Glossa. In Gloſſa verb. *Sententia contra leges.* Ibi. *Argumentum contra quod ſententia nulla efficitur aliqua per appellationem. dig. rem ratam habiturum. l. 3. §. falſus.*

De appellatione vivificante ſententiam nullam.

Ibi ſolum erat nulla ob defectum conſenſus partis. C. M.

Cap. 3. *Non poteſt.*

Glossa. In Gloſſa verb. *Concors ſententia ſacerdotum. Juncto textu. Non poteſt quemquam à ſacerdotali gradu, niſi juſtis ex cauſis. Concors ſacerdotum ſententia ſubmovere.* Ibi. *Id eſt trium epiſcoporum in cauſa diaconi.*

De degradatione ſacerdotali & deſuetudine ejus inducta.

Vel ſubdiaconi, ſed hodie non ſervatur, niſi in ſacerdote, & judice ordinario, laterunculatores autem extraordinarii non curant, nec morantur has formas degradationum, quod etiam didicerunt ab Italis. C. M.

Ibidem.

Glossa. In Gloſſa eadem Ibi. *Sed nunquid debent omnes concordare, ut teneat ſententia, videtur quod ſic, ex eo quod dicit concors ſententia, ſed ſufficit quod major pars concordet in unam ſententiam, & ſatis dicetur tunc concors.*

Quid ſit concors ſententia ſacerdotum.

Idem ſpeculator in tit. de accuſat. §. 4. lib. 2. & bene. quamvis contrarium teneat. Panorm.. Felin. hîc. Roman. 512. poſt gloſſam in cap. cupientes. §. ad hæc. de elect. in 6. ſed ea gloſſa loquitur in caſu diverſo, & hîc verior opinio hujus gloſſæ, quæ etiam de facto ſervatur, ut vidi. C. M.

Ibidem.

Glossa. In eadem Gloſſa Ibi. *Sed in cauſa epiſcopi non tenet ſententia, niſi omnes concordaverint.*

De judicio epiſcoporum.

Hoc non poteſt procedere nunc, ex quo in epiſcopo tota deciſio reſervatur papæ. cap. accuſatus. 3. quæſt. 6. & in delegatis papæ ſufficit major pars. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 7. *Lator.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sicut virum & uxorem inſimul permanere.* Ibi. *Non obſtante ſententia prius lata, quia contra matrimonium non currit præſcriptio.*

Contra matrimonium non currit præſcriptio. Totam hanc gloſſam ſequitur. Panorm. Felin. C. M.

Cap. 9. *Inter cæteras.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Sententia iniqua retractatur per ſuperiorem, licet cauſa fuerit appellatione remota commiſſa, ſi autem continet manifeſtam iniquitatem, eſt nulla.*

Sententia nulla per remedium appellationis à ſuperiore retractanda. Ut ſit nulla intelligas quod ſit notorietas iniquitatis, vel falſæ cauſæ, quia manifeſtum non ſufficit, niſi eliciatur ex actis, ad quæ refertur expreſſe, vel neceſſario. Panorm. Felin. hîc. Felin. cap. quia contra falſam. col. 12. de probat. adde Jaſon. leg. ſi is ad quem. coll. 4. de adquir. hæred. Franciſc. Curtius. ſenior. conſil. 59. col. 6. Joann. Amic. conſil. 124. ubi ampliat etiamſi in rem judicatam tranſiiſſet, ex quo non liquet. C. M.

Cap. 10. *Tenor.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod eam deſponſationis annulo ſubarraſſet.* Ibi. *Et ſtabitur huic ſubarrationi, quamvis nihil dicat, quandiu contrarium non probabitur.*

Subarratio per annulum non facit matrimonium, ſed ſola ſponſalia de futuro per eâ efficiuntur. Idem Panorm. hîc. num. 5. facit Philipp. Decius conſil. 163. ſed eſt falſum, niſi quantum ad ſponſalia de futuro duntaxat, vel niſi concurrentibus certis & indubitatis ſignis, ut apud Lap. de Caſtiglione alleg. 56. incipiente. punctus quæſtionis. C. M.

Cap. 12. *Cum olim.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Duplici voce conceſſa.* Ibi. *Sed non videtur quod propter pluralitatem ſtipendiorum, plures habeat voces.*

De duplici voce & diſtributionibus in plurali in beneficiis an ſervanda. Etiam plures diſtributiones. Joann. Andr. hîc. Bald. conſil. 344. lib. 5. & ita crebrius obſervatur, licet contrarium, quantum ad diſtributiones, teneat Anton. Butriu. hîc. Philipp. Franc. cap. unico. in fine. de cler. non reſid. in 6. C. M.

De materia præcedenti tractanda ad authores remiſſio. In id vide gloſſam pragmat. ſanct. cap. ſicut. §. quanta. tit. de elect. in verb. collegium. in fine. & ibi. Philipp. prob. addit. 6. & in tit. quo tempore quiſque debet eſſe in choro. §. tollens. in verb. decani. Junge Alphonſ. Hoied. part. 1. de incompat. benefic. cap. 12. num. 15. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Archidiaconatum contulit ſicut credimus circumventus.* Ibi. *Item videtur quod ſi aliquis impetrat occulte litteras, cum adverſarius eſt præſens, quod non valeant, tanquam tacita veritate impetratæ.*

De litteris præſente parte ſubreptitie impetratis. Idem hîc Innocent. qui notat illas ſubreptitias. Joann. Andr. & bene. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *In eluſionem donationis Apoſtolicæ.* Ibi. *Hæc forte potuit eſſe, quia fecit ſibi concedi ipſe G. Archidiaconatum ab epiſcopo, poſt conceſſionem ſibi factam à papa, & ideo dicitur in eluſionem domini Papæ.*

An nobiliori titulo inferior addi poſſit & cumulari. Et ſic ſecundum Panorm. hîc. num. 18. eſt juſta cauſa privationis, ratione cujuſdam ingratitudinis, niſi faceret ad cautelam, ut aſſolet. C. M.

Hoc exemplo concludunt regaliſtæ, collationibus regiis auguſtiori titulo. regaliæ conceſſis, non poſſe addi vel cumulari quoſlibet alios titulos ex quocunque collatore & cauſa provenientes, & argumento hujus capituli. Idem Molin. de infirm. num. 160. & ad reg. de public. num. 315. & ibi Louet. in notis & cenſuris fol. 547. & ſequ. & in ſtil. Parlam. part. 5. quæſt. 22. pag. 257. Ruſeus in privileg. regal. privileg. 19. Ægid. magiſtr. in tract. regal. cap. 9. D. Petrus Pith. in collectione lib. eccleſ. Gall. art. 66. F. P.

De cumulatione vetita alienorum titulorum in regalia.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Super archidiaconatu imponentes perpetuum ſilentium, licet abſenti.* Ibi. *Lite non contestata non proceditur contra abſentem, ſolve poteſt dici quod lis erat conteſtata, vel hic fuit citatus & expectatus.* Ibi. *Solve dici poteſt.*

Quod hîc quatuor ſimul concurrunt, Primo odium præventionis papalis, qua papa etiam utraque proviſione caſſata ſemel in curia noluit uti. Secundo, vitium ſubreptionis ut hîc. Tertio, quod de his liquido conſtabat. Quarto, natura materiæ ſubjectæ, quæ momentanea eſt, utpote perſonalis, & hîc præſtabat abſenti ſilentium imponere, quam cum ſumptu ad litem vocare, ergo hîc caſus non eſt in conſequentiam producendus. C. M.

Quando expedit abſentem condemnare, & expellere.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Plena omnium veſtrum, qui præſentes fuerint in eccleſia, interveniente concordia ordinare curetis.* Ibi. *Supple majoris partis, quia quod major pars & ſanior facit, valet & canonicum reputatur.*

Concors dicitur ſententia quando à majori & ſaniori parte procedit. Et verba hîc impropriantur, ex quo non appareret aliter quod papa voluerit jus mutare. Panorm. adde gloſſ. & quæ dixi in cap. non poteſt. ſup. eod. & quæ dixi ad Alexandr. Conſil. 124. num 2. lib. 2. C. M.

Cap. 13. *Cum inter vos.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Veritate geſtorum ſermonibus prævalente.* Ibi. *Et ita papa ſententiat ſecundum primam ſententiam tantum, in duobus articulis, qui continebantur in ſententia.*

De ſententia partim confirmata partim infirmata. In aliis expreſſe abſolvit ſecundum abbatem, vel melius videtur in reliquis abſolviſſe, quia ex verbis narrativis ſententiæ apparet judicem non ſentire quod actor non fovebat jus in illis. Felin. hîc. poſt Franciſc. Aretin. C. M.

Cap. 14. *Cauſam quæ.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Contra mandati formam ſententiam promulgaſſet.* Ibi. *Aliud eſſet ſi præter formam mandati.*

Dictiones præter vel contra formam mandati notantur in ſententiis delegatorum & arbitrorum. Ita tamen quod ſit de conjunctis, nec vitietur forma ſecundum Hoſtienſ. & hoc probant Concord. quas allegat gloſſa, aliter autem idem eſſet, præter quod contra remittit. de offic. deleg. prudentiam. 1. reſponſ. & facit ad hoc de elect. cap. ad hoc. cap. ſicut. lib. 6. Unde judex etiam ordinem formæ ſequi debet, de reſcript. cauſam quæ. & etiam mentem, ut ibi & ſupr. de reſcript. ſuper literis. in fine. Joann. Andr. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Hoc totum à Molinæo prænotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatur. F. P.

Cap. 15. *Quoad conſultationem.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Appellat à purgatione ſibi indicta quam receperat, cauſam non exprimens appellandi.* Ibi. *Sed in caſu præſenti non valebat appellatio, ſive expreſsiſſet cauſam, ſive non, cum terminus appellationis eſſet elapſus.*

Quibus in caſibus non ſit recipienda appellatio. Et quia etiam ſponte ſuſceperat. ſcilicet purgationem. C. M.

Cap. 17. *Cum ſuper.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si conſtiterit appellationem rationabiliter interpoſitam.* Ibi. *Sed non videbatur quod à ſententia lata inter alios poſſet appellari. dig. de appellat. à ſententia. Imo poteſt ut hîc patet.*

An liceat appellare à ſententia inter alios lata. Et ſufficit quale quale intereſſe. Gloſſa in d. leg. à ſententia. Panorm. Felin. hîc Alexandr. conſil. 90. num. 16. lib. 2. conſil. 185. num. 8. lib. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Res inter alios acta non noceat.* Ibi. *Litera iſta contradicit ſuperiori, ubi dicit ne circa poſſeſſionem, verum quantum ad proprietatem, ſed ibi loquitur de præjudicio quoad poſſeſſionem, & ita non contradicit. Juncto textu cap. & querela Ovetenſis Epiſcopi.*

Res inter alios acta an aliis noceat, & in quibus. Imo etiam quoad poſſeſſionem, non præjudicat ſententia domino poſſidenti; hîc autem epiſcopus Ovetenſis non poſſidebat, ideo executio non ſibi

Source : BIU Cujas

præjudicat, nisi in hoc quod facilius obtinuisset in vacante; Cardin. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Cap. 18. *Cum Bertholdus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *T. præsentatus à patrono, nec admissus, adversus institutum ab episcopo in ecclesia patronata deposuit quæstionem.* Ibi. *Respondeo bene adquiritur jus præsentato à vero patrono, licet episcopus eum non admittat, dummodo suam voluntatem patronus non mutet & sic potest agere.* Ibi. *Jus acquiritur præsentato.*

Ab eo jus ad rem, nec in re explicandum in beneficialibus.

Jus ad rem, non in re. Panorm. Sic Roch. Curt. tract. de jure patron. verb. jus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Absens condemnatus, justam causam absentiæ allegavit.* Ibi. *Nec dicitur juste judicatum, ubi iusta causa detentus præsens esse non potuit.*

A sententia contra absentem lata appellandum in cumbit absenti.

Et judex scivit, alias appellandum est. leg. quæsitum. de re jud. leg. penul. & ibi Barthol. Paul. cod. quomod. & quando Jud. Ludov. Roman. consil. 15. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Verum ipsis delegatis, supple à Remensi episcopo, S. A. legato committentibus vices suas.* Ibi. *Sed qualiter delegatus ab alio quàm à principe, committit alii vices suas.*

Legatus papæ subdelegare potest sicut legatus principis.

Dic quod hîc est delegatus legati papæ, qui subdelegat, sicut legatus proconsulis. Panorm. hîc. Alex. & Jason. Francisc. Purpur. in leg. 1. de off. ejus cui mandi est jurisd. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Minus sufficienter causam absentiæ probavisse.* Ibi. *Et tamen admissus fuit per talem probationem, ne veritati opinio prævaleret.*

Quandoque absens auditur contra sententiam in se prolatam.

Dic quod ex quo minus sufficienter probata fuit justa causa absentiæ, eligitur media via, ut non totaliter excludatur, nec illico sententia retractetur; sed ut contra sententiam audiatur. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum constiterit T. à vero patrono præsentatum, id est à Bertholdo. Domino feudi pignori obligati.* Ibi. *Per hoc patet quod patronus de obligatione quam fecit excepit jus patronatus, alioquin transisset cum universitate, alia ratio in emptore vel feudatario, qui directum & utile dominium habet in re.*

Jus patronatus rei pignoratæ inhærens non transit in ipsum creditorem. hypothecarum rei pignoratæ & patronali.

Idem Philipp. Innocent. & Hostiens. sed Damasus in quæst. sua prima. de jure patron. dicit quod præsentare potest creditor nomine debitoris. Joann. Andr. sed ordinarius non tenetur admittere, nisi constet de potestate, & alias si admiserit dominus & vere patronus, potest intra tempus conquæri, & ita intelligenda communis & negativa opinio, & quæ dixi in consuet. Paris. §. 6. gloss. 3. num. 5. & §. 37. & glossa 10. quæst. 3. C. M.

Cap. 19. *In causis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *In judiciis pontificiis ordo juris, & vigor æquitatis est servandus; cum in similibus casibus cæteri teneantur similiter judicare.*

In pontificiis judiciis ordo juris servandus & plærunque vigor æquitatis.

Leg. apud Aufidium in fine. ad Trebell. limitat Francischin. tractatu feudorum. Carth. 26. Math. Afflict. in constit. Neapol. lib. 3. constit. de adjutor. pro milit. frat. num. 5. Alexand. leg. 1. col. 5. de feriis consil. 160. in fine lib. 7. C. M.

Cap. 20. *Inter monasterium.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Subeundo judicium, dilatoriis exceptionibus renunciasse videtur.* Ibi. *Tamen credo standum opinioni Tancredi.*

Utrum subeundo judicium dilatoriis exceptionibus renuncietur.

Idem Innocent. Bald. Cardin. Panorm. Felin. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Posteriorem sententiam confirmantes.* Ibi. *quod dicitur sententia contra res prius judicatas non tenet, locum habet quando in judicio allegatur, & ostenditur.*

Dicebat Innocentius contrarium loqui, ubi non fuit opposita, nec probata exceptio rei judicatæ, & istud ubi fuit opposita, sed non probata. Joann. Andr. possunt tamen opiniones concordari, dicendo quod regulariter non valet sententia contra aliam, etiam in alia instantia, nisi ex actitatis in alia instantia sit sublata præsumptio notoriæ primæ, & tamen valet & procedit opinio Barthol. & Panorm. & alias non valet, & procedit opinio Felini, & communis. C. M.

Exceptio rei judicatæ perpetua & peremptoria, sed debet opponi.

Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata, omissa posteriori ab his verbis *possunt tamen opiniones concordari, ad finem usque.* F. P.

Cap. 21. *Suborta.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Procuratoribus partium litigantibus, constitit per confessionem partis adversæ* Ibi. *Nota confessionem procuratoris domino præjudicare.*

An confessio procuratoris noceat ecclesiæ domino.

Intellige quod habeat mandatum à prælato & capitulo. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Prætextu privilegii de novo reperti, non debet sententia retractari.*

An sententia lata propter instrumenta de novo reperta retractari debeat, & quomodo.

Dicit Gofred. & nisi per in integrum restitutionem. supr. de restitut. in integrum cap. suscitata. dig. de minor. leg. si ex causa Joann. Andr. & sic non jure communi. Panorm. hîc. quamvis hoc velit Alciatus. leg. sub prætextu. col. 3. cod. de transact. C. M.

Hujus Molinæanæ adnotationis prima pars à Romanis emendatoribus usurpata, omissa posteriori ab his verbis *& sic non jure communi.* F. P.

TEXTUS. Cap. 22. *cum I. & A. §. A qua sententia.*

In textu. Ibi. *Depositionibus coram partibus minime publicatis, nec ostensis, eisdem ad sententiam procedere præsumpserunt.*

Publicatio attestationum est de justitia licet non fit de substantia.

Hunc textum dicit singularem hîc Innocent. ad hoc quod attestationum publicatio de justitia est, non autem de substantia. Petr. Anchar. consil. 53. decis. Tholos. quæst. 396. Alexand. consil. 120. num. 7. lib. 7. ubi tetigi; & ad stilum Parlam. Paris. [a] cap. 27. §. 42. C. M.

De antiqua publicatione attestationum & de abrogatione vide quod hîc notatur.

[a] Addi debet part. 1. ejusdem stili Parlam. ubi dixit generaliter sancitum ordinatione regia anni 1539. §. 86. attestationum publicationem fieri debere, nec laudat exceptionem usus contrarii in Parlamento & Requestis palatii, sed videtur generaliter abrogatus usus publicationis & receptionis inquisitionum judiciariæ nova constitutione mensis Aprilis anni 1667. tit. 22. de inquisitione. art. 3. vide & in veterem stilum publicationes attestationum Guid. pap. quæst. 586. & not. C. M.

Hujus adnotationis Molinæanæ primam partem ab emendatoribus Romanis usurpatam, omissa posteriori quia nimis Molinæum arguebat authorem, illudque quod resectum est incipere ab his verbis *Petrus Ancharanus ad finem usque.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Depositionibus non ostensis. Junctis præcedentibus. Depositionibus coram partibus minime publicatis.* Ibi. *Et ita tam ex hac causa, quam ex præcedenti tenuit appellatio.*

Ab omissa publicatione attestationum non appellatur.

Dic quod non appellavit à non publicatione, sed à definitiva. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Conspiratorum juramenta recepta. Juratis præcedentibus quod illi conspiratores fuerunt, quorum juramenta recepta.* Ibi. *Non videtur hoc sufficere, nisi ad hoc fuisset objectum.*

An in causa appellationis possint reprobari testes, in causa principali producti.

Imo etiam in causa appellationis possunt testes reprobari, servato cap. præsentium. de testib. Panor. C. M. Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Et ita non cassatur sententia, nisi probetur causa, sed contra. infr. titul. proximo. interposita.*

Source : BIU Cujas

Non cassanda sententia, nisi probetur causa cassationis.

Sed ibi loquitur tantum ad effectum justificandæ appellationis à certo gravamine. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Licet de hoc constaret quod conspiratores essent.* Ibi. *Ex hoc patet quod per appellationem non revocantur nisi ea quæ minus juste facta sunt.*

In appellationis judicio an revocentur omnia post facta.

Imo in appellatione judiciali justa, revocantur omnia post facta. Dic ergo quod hîc non fuit appellatum à gravamine, quod conspiratores admittebantur, sed solum à definitiva, qua abbas erat remotus. C. M.

Cap. 23. *Cum te.*

SERIES. In serie vel principio Glossæ. Ibi. *Damnatus pro nulla vel modica injuria, infamis non efficitur.*

Unde infamia irrogetur in judiciis.

Idem Innocent. hîc. Bald. scilicet. leg. decuriones. cod. ex quibus caus. infam. irrogetur. Bald. de pace juram. firm. §. injuria. in principio. in usib. feud. C. M.

Cap. *Quamvis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum aliis non noceat res inter alios acta vel iudicata.* Ibi. *Verbum agere, potest poni proprie in persona uxoris & aliorum, quia etsi agere non potuerant, tamen sententia lata contra eos, nihil nocet.*

Quando res inter alios acta aliis noceat.

Idem Panorm. adde quæ dixi in consuetud. Paris. §. 31. num. 25. C. M.

Vide ad explanationem hujus capituli. Covarruv. practic. quæst. cap. 13. num. 7. in fine. & 8. per totum. F. P.

Cap. 26. *Duobus.*

TEXTUS. In textu ibi. *Duobus iudicibus diversas sententias proferentibus, si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore sententia. Iuncta secunda parte textus de iudicibus ordinariis vel delegatis.*

Quomodo diversæ sententiæ diversorum judicum de eadem materia ad concordiam revocandæ.

Nisi in causa favorabili; puta matrimonio, libertate, dote, seu testamento, pro ipso fuerit promulgata. Illud capit. loquitur quando pluribus competit jurisdictio ut singulis, & tunc si cuilibet competit, in solidum, procedat prima pars: si vero cuilibet, solum pro parte procedat secunda. Ibi. si vero. nec puto faciendam differentiam inter ordinarios & delegatos; Sic enim differentia respicit contingentiam; quia ordinarii solent habere jurisdictionem seorsim. sed delegati simul, ut plenius dixi in novis intellectibus. C. M.

Imo ordinarii ejusdem tribunalis jurisdictionem simul habent; Dicit pontifex *duobus iudicibus diversas sententias proferentibus*, non intelligas si diversas separatas dent sententias, sed cum Felino, si in deliberanda futura sententia sint discordes. Elegantius dixerat Paulus dissonas sententias, leg. inter pares. dig. de re jud. dicimus vernacule *s'ils sont de divers avis.* Si ergo dissentiant judices ordinarii, non vult eos pontifex re infecta discedere, *il ne veut pas que le procés demeure parti*, sed eam prævalere opinionem ejus qui pro reo dixit, exceptis quibusdam causis favorabilibus, in quibus superat pro actore sententia; Inter delegatos aliter statuit, vult enim iis dissentientibus, litem delegantis arbitrio componi, arbitros vero re discedere infecta: nostro usu in civilibus *Le procés est parti*, nulla judicum distinctione delegatorum vel ordinariorum attenta. Loetiana collectio litt. P. 45. in criminalibus mitior sententia prævalet, favore rei, quamvis una voce severior excedat, & ita sumus interpretati dictam leg. inter pares. vers. Quod & in publicis judiciis obtineri oportet. Ei vero quod hîc dicitur de delegatis judicibus, & optime quadrat Modestin. responsum in leg. duo judices dati. dig. eod. tit. G. D. P.

Quid definiendum ubi paria & æqualia judicum suffragia sive in civili sive in criminali causa.

Quid sentiendum de æqualibus judicum suffragiis ad authore. remissio.

De æqualibus judicum suffragiis in judiciis, & quæ prævalere debeant, vide in commentariis Petri Fabri ad leg. 125. de reg. juris Francisc. Pollet. in historia fori Romani lib. 5. cap. 15. & ibi Philipp. Broidæum. Cujac. ad leg. inter pares. de re jud. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si iudex procedat ex delegata potestate.* Ibi. *Sententia ordinarii diversa prolata tenet, delegati pendet à delegante, arbitri nulla, sed quæ ratio differentiæ? dicas quod in ordinaria non est superior nisi lex mortua, delegatus habet superiorem qui interpretetur, arbiter nullum, nec à lege.* Ibi. *Superiorem ad quem recurratur.*

Diversæ sententiæ ordinariorum in eadem materia valent, secus de delegatis vel arbitris & unde

Imo semper est reperire superiorem: nisi in papa, supr. de elect. cap. licet. Est ergo secundum Hostiensem. ut magis deferatur jurisdictioni ordinariæ, quæ naturalis est favorabilis. Joann. Andr. Dic melius, quia ordinarii habent jurisdictionem quilibet in solidum, ideo potest alterius sententia valere, sed delegati regulariter habent tantum pro parte. C. M.

Hoc Molinæi adnotatum quoad primam partem ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori quæ manum ipsius Molinæi redolebat ab his verbis *dic melius ad finem usque.* F. P.

TITULUS VIGESIMUS-OCTAVUS.

De appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Cap. *Ad nostram.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si aliqui subditorum ad remedium appellationis convolaverint, non ideo minus eos corrigas & castiges.* Ibi. *A correctione enim non appellatur, nisi excedat modum in corrigendo.*

In correctoriis & emendatoriis sententiis non datur locus appellationi, nisi sit excessus in corrigendo: & ubi datur causa excessus in libello, exprimenda est.

Et tunc in appellatione & impetratione rescripti super ea debet exprimi causa excessus. Panorm. Felin. Decius hîc. C. M.

Adde quæ notavit Molin. ad cap. de priore. 21. in gloss. verbi reducendas. infr. hocce titulo de appellat. Chop. lib. 1. monast. tit 3. F. P.

Cap. 5. *Cum sit Romana.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Appellanti datur annus vel biennium ad prosequendum, nisi iudex à quo recisius tempus fuerit moderatus.* Ibi. *Solve inducias, quæ dantur à lege, vel canone, servandæ sunt.*

An inducias legales possint mutari vel coarctari à judice ex causa cognitione.

Dic indistincte, quod judex ex causa cognita potest mutare omnem dilationem legalem. Barthol. leg. 2. dig. de re jud. Panorm. Felin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si verò appellatum fuerit.* Ibi. *Si ante litem contestatam à gravamine quis appellat, tunc si statuto termino non prosequatur appellationem, iterum potest appellare.*

De appellante extra judiciali audiendo per viam querelæ, sed non per viam appellationis.

Hæc glossa male loquitur, dic quod textus in hoc articulo loquitur de appellante extra judicium, & si non prosequitur, non auditur via appellationis, sed bene per viam querelæ vel actionis. cap. concertationem. infr. eod. in 6. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa Verb. *Si ante litis ingressum. Junctis præcedentibus, appellatum fuerit.* Ibi. *Hoc potest intelligi, cum appellatur super aliqua exceptione dilatoria, coram iudice.*

De appellationibus extrajudicialibus.

Imo cum appellatur extra jus. ut dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sacri canones extra iudicium passim appellare permittunt.* Ibi. *Hodie necesse est allegare causam probabilem.*

De eadem materia appellationum extrajudicialium.

Scilicet ut quis arctetur ad prosequendum, & ut revocari possit attentatum. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si autem ante sententiam quis appellaverit.* Ibi. *Post litis ingressum, ut differat à præcedenti versiculo.*

Quandocunque in judicio potest appellari.

Imo quandocunque in judicio. C. M.

Cap. 6. *Ad hæc.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Tanquam suspectum vitare. Juncto textu. Si in una causa quis appellaverit, & aliam causam perferri contingat ad audientiam iudicis à quo*

Source : BIU Cujas

quo in alio negotio appellatum eſt, eum poteſt ſi voluerit tanquam ſuſpectum vitare. Ibi. *infr. eod. propoſuit.*

De exemptione ratione appellationis quæ vocatur in perſcriptis moribus Gallicis *exemption par appel.*

Adde quod ibi notabo, quod hîc etiam tenet Tancred. & Hoſtienſ. & vide quod notabo infr. eod. tit. cap. paſtoralis. Gloſſa in verb. qui enim Joann. Andr. & ſecundum Panorm. Felin. hîc. ex ſola pendentia appellationis non recuſatur, ſed itur ad arbitros, & probandum erit gravamen tale, quod judex præſumatur malo animo eſſe. C. M.

De exemptione judicium propter pendentiam appellationum ad authores remiſſio.

De exemptione à juriſdictione propter ſolam pendentiam inſtantiæ appellationis ab eodem judice, & an ſit recipienda & admittenda, vide eundem Molinæum in notis ad ſtil. parlam. par. 5. quæſt. 323. Joan. Galli. in verb. receptibile. & Franciſc Raguell. anteceſſorem Bituricenſem in indice jurium regiorum in verb. *exemption par appel.* F. P.

Cap. 7. *Si duobus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Tenebit excommunicationis ſententia, in eum propter contumaciam lata.* Ibi. *Solve hîc. tenet excommunicationis ſententia propter contumaciam, non comparente appellato ad immediatum ſuperiorem, quia coram Papa appellavit, debuit enim ire, & allegare privilegium ſuum.*

Appellatio debet procedere ad immediatum ſuperiorem ex concordatis.

Et bene. Felin. Philipp. Decius hîc, quia ipſo jure non competebat juriſdictio inferiori, ideo valet punitio contumaciæ ratione dubii; ſed apud Gallos, per concilia Baſileenſia, & concordata, ſoli immediato competit juriſdictio, & appellatur tanquam ab abuſu, ſi mediatus, etiam papa ſeſe interponeret. C. M.

Ibidem. §. *Denique.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Appellationem credimus non tenere. Junctis præcedentibus in textu. Appellationem ad audientiam noſtram interpoſitam in iis qui juriſdictioni noſtræ temporali ſubjecti non ſunt.* Ibi. *Niſi cum vacat imperium.*

Non poteſt appellatio procedere ad Papam immediate, etiam vacante imperio, quia imperium non dependet à Papa.

Non ſervatur extra Italiam, quia imperium non dependet à Papa. C. M.

Cap. 8. *Ex ratione.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si proſecutionem appellationis, per impotentiam partis vos conſtiterit omiſiſſe.* Ibi. *Dicunt tamen quidam quod adjuti fuerunt beneficio reſtitutionis, quia biennium cuilibet currit.*

Tempora proſequendæ appellationis cuilibet currunt.

Dic quod tempus ſemper currit ipſo jure, licet detur reſtitutio, fallit quando impedimentum venit ex parte principis. authent. ſed & ſi quis. cod. de temp. appellat. ex compromiſſo. clem. quandiu. de appellat. C. M.

Cap. 10. *Super eo.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Superſedetur propter articulum in quo appellatum eſt, etiam ſuper principali cauſa, ſi ſine articulo expediri non poteſt.*

Et non aliàs; quidquid dicat Joann. Andr. Panorm. & alii communiter. & ita ſentit Philipp. Decius hîc in principio. & conſil. 33. & bene. unde appellatio ab articulo ſeparato, puta expenſarum contumaciæ, non impedit principale. Amplio etiamſi judex à quo detuletit iſti appellationi, vel judex ad quem inhibuerit, quia hoc debeat intelligi in quantum jus exigit, quod ut novum & in praxi utiliſſimum nota. C. M.

Appellatio ab articulo incidenti ſeparato, non impedit proſecutionem cauſæ principalis.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si principalis cauſa ſine illa terminari non poterit.* Ibi. *Satis crederem quod vacat hîc argumentum à contrario ſenſu; crederem legendum quod vacet, ſed verbum vacat ſuo ſenſu potitur.*

Appellatio ab articulo incidenti, non impedit proſecutionem cauſæ principalis.

Idem Hoſtienſ. Innoc. Panorm. & ſic appellatio ante definitionem à certo articulo, vel in, nihil ſuſpendit, niſi aliàs judex à quo deferat, vel in tota illa cauſa ſuſpendit indiſtincte, videliçet, ſi legitima eſt, quod exitus docebit, juſtius eſt jus civile, quod non ſuſpendit, vel devolvit, niſi non ſit in definitiva reparabilis, id eſt ante ſententiam. de appellat. recipiendis. Stilus Franciæ longius degeneravit, quia omni appellationi defertur, niſi in caſibus conſtitutionum regiarum. Adde quæ dixi ad Philipp. Decium. hîc. & conſil. 33. num. 3. cum ſequ. C. M.

Cap. 12. *Super eo.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cum intra certum tempus lis decidenda committitur, extunc terminus incipit currere, cum judices litteras contigerit recepiſſe.* Ibi. *Terminus incipit currere.*

Tempus terminandæ litis non currit niſi à die receptionis litterarum in delegatis.

Scilicet temporis in genere, non ad certum diem limitati. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Litteras recepiſſe.* Ibi. *Die receptionis non numerata. dig. ſi quis cautionibus. leg. 1.*

Quomodo induciæ legales curſant. & utrum dies termini computentur in termino.

Dies in quo cautum promittitur, & dies quo ſiſti oportet non connumerantur in cautione judicio ſiſti. Joann. Andr. ſed aliàs tempus ſemper incipit & currit de momento ad momentum; niſi ubi aliud jure cavetur. Joann. Andr. Panorm. Philipp. Decius. hîc. dixi in conſuetud. Pariſ. §. 14. num. 4. adde D. Andr. Tiraquell. de retract. proximit. §. 1. gloſſ. 2. num. 20. C. M.

In ſuperiorem quæſtionem decidendam remiſſio ad authores & locos ea de re tractantes.

In id utrum dies termini computentur in termino, vide eundem Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 10. gloſſ. 1. num. 2. Guid. Pap. quæſt. 270. Anton. Mornac. ad leg. 1. ſi quis cautionibus. in judic. ſiſt. cauſ. fact. non obtemp. & ad leg. 8. ejuſd. tit. & ad leg. 3. §. minorem. dig. de minoribus. Illudque ſervatum vidimus, tum in materia profana & mere temporali retractus linearis & Gentilitii, quod dies termini non computentur in termino, decreto in publicis cauſarum actionibus prolato, de die 23. Martii anni 1656. & in materia eccleſiaſtica & beneficiaria collationis regiæ in regalia, cui addita fuerat conditio, quod reſignans extra viginti dies viveret, reſignante enim ultima die termini mortuo, locus datur collationi regiæ ex eodem titulo regaliæ propter mortem contingentem, decreto in publicis ſeſſionibus pronunciato die 13. Martii anni 1653. ex ſuffragio Hieronymi Bignonii advocati regii regaliſtæ ex cauſa mortis proviſo adhærenti. F. P.

In id arreſtum in materia retractus linearis.

Cap. 17. *Cum teneamur.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *An liceat reformare attentatum, eo de quo appellatum eſt prætermiſſo.* Ibi. *Et ſic videtur quod in eo tantum articulo ſuper quo appellatur exemptus eſt à juriſdictione ſui ordinarii.*

Aliud arreſtum in materia collationis ex cauſa regaliæ.

Imo quoad totam cauſam, ſi legitima eſt appellatio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Gloſſa. Ibi. *Unde poteſt ordinarius poſſeſſionem reformare, nec per hoc cenſetur renunciare appellationi, in delegato ſecus, ex quo appellatur ab ipſo nulla remanet ei juriſdictio.*

Iterum de exceptione ex cauſa appellationis, quæ dicitur *exemption par appel.*

Judex ſive ordinarius ſive delegatus pendente appellatione poteſt poſſeſſionem reformare.

Imo idem, quia ſolum ſuſpenditur. Panorm. hîc. Vide Philipp. Franc. in diſputat. petit. & poſſeſſ. dub. 2. in fine. C. M.

Cap. 19. *Cum parati.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quod in legatione regis eſſet.* Ibi. *Quod ſi papa vocat eum poſtea, exemplo Petri, relictis omnibus, etiam regalibus, ſequatur Papam.*

Epiſcopus à papa vocatus tenetur primum regi obedire in exhibenda fidelitate.

Hoc verum cæteris paribus, aliàs ſecus, ut ſi epiſcopus vocatur à rege, ex cauſa ex qua tenetur ei ob fidelitatis juramentum. Panorm. Anton. Corſet. de poteſt. regia. quæſt. 92. adde Ægid. Bellam. deciſ. 237. C. M.

De mutuis officiis prælati regi & eccleſiæ præſtandis.

De mutuis hujuſmodi officiis regi & eccleſiæ reddendis vide gloſſ. pragmat. ſanct. tit. de collat. §. cui rei. in verb. publico. ſub finem. Molin. in not. ad ſtilum parlam. part. 7. arreſt. 16. ſub finem. ubi caudam ejuſdem arreſti, in qua venenum irrepſe-

Source : BIU Cujas

rat, abscidit, in eo quod additum fuerat quæstionem confirmationis vel infirmationis electionis Archiepiscopi Lugdunensis remissam fuisse ad Papam per illud arrestum curiæ Parisiensis de die 8. Julii anni 1472. quod Archiepiscopus Lugdunensis non recognosceret superiorem nisi Papam, quem regi non minus subesse dicit Molinæus, quam Episcopum Aurelianensem. F. P.

Notatur Molinæana correctio ad arrestum in part. 7 stili parlam. art. 16.

Cap. 21. *Quæstioni.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Propter juramentum statim in eandem sententiam reducendus.* Ibi. *Sed numquid iterum recipietur juramentum ab eo standi mandato ecclesiæ, cum jam semel dejeravit. Laurentius dicit quod sic.*

De præstanda cautione satisfactionis, ubi causa non est liquidata. Et aggravatur ut teneatur præstare cautionem sufficientem, ut fidejussores & pignora, & adhuc ubi causa excommunicationis non est liquidata, si autem sit liquidata taliter, quod incipit esse excommunicatus pro manifesta, tunc debet etiam prius integre satisfacere. cap. ex parte. infr. de verb. signif. nisi non posset impleri satisfactio de proximo, quia sufficiet incipere, prout potest, & cavere de perficiendo. Panorm. C. M.

Cap. 29. *Consuluit.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Vtrum sit appellationibus deferendum à rege Francorum interpositis pro Judæis, ne mancipia detinerent Christiana.* Ibi. *A rege Francorum.*

Rege edicente pro Judæis defendendis, non est ut appellet ab episcopo aliter decernente. Scilicet Philippo Augusto, qui tandem omnes Judæos regno suo expulit. Melius dixisset Papa, quod à rege supremo principe nullo modo poterat appellari: sed minus desipiunt quidam canonistæ, qui putant quod rex ipse defendendo Judæos, appellaret ab episcopo suo subdito cogente eos dimittere mancipia Christiana, quod tam ineptum & falsum, quam præposterum. C. M.

Legit hîc Contius Ludovico rege, forte 7. patre Philippi Augusti. F. P.

De edicto Philippi Augusti regis Francorum de Judæis à regno suo expellendis. Hanc decretalem directam esse Parisiensi episcopo dicit Joann. Andr. cujus author est Alexand. III. qui obiit anno Dom. 1181. quo anno decessit quoque Ludovicus VII. Francorum rex Philippi Augusti pater, qui vivo & regnante patre in regem unctus & coronatus est anno 1139. Judæosque expulit edicto lato mense Aprili 1182. post Alexandri III. obitum sedente jam Lucio III. Constat autem ex Rigordo mentionem illius edicti faciente, Judæos Parisienses, in suis domibus Christianos & Christianas servos & ancillas habuisse, quod non licebat; apud Sirmundum namque novella Theod. & Valentin. ad præfect. prætorio Galliarum. anni 425. prohibetur ne Christianæ legis personæ Judæis serviant. Cum vero Ludovici VII. tempore Christiana haberent Judæi mancipia, ut notavi ex Rigordo, episcopusque forte Parisiensis ea statueret ableganda, deque ejus decretis ac statutis appellarent Judæi, quæsitum fuit an appellationibus hujuscemodi pro Judæis interpositis (id est nomine Judæorum, ut notatur ad leg. fideicommissa. §. interdum. dig. de leg. 3.) sit à rege deferendum, & negative respondetur. Sanè Innoc. Hostiens. & Joann. Andr. verum decisionis sensum non capiebant. Hic est an à rege deferendum esset appellationibus pro Judæis interpositis; Ratio dubitandi erat, quia licet Honorii & Theod. jun. constit. Judæi Christianum mancipium habere non possent. leg. 1. cod. de Christian. mancip. anni 417. nec in Gallia, novell. ejusdem Theod. jun. & Valentin. 3. anno 425. supr. citata: idque Gregorius Magnus Libertino præfecto Siciliæ scripsisset. can. mancipia. distinct. 54. circa annum 593. imperante Mauritio. licet eos Dagobertus Francorum rex expulisset anno ni fallor 631. redierant tamen nec eos absolute concilia Gallicana Christiana habere mancipia vetuerant, ut patet ex can. 30. concil. Aurel. 4. anno 541. can. 16. concil. Matiscon. 1. anno 581. can. 11. concil. Remens. anno 630. eodem regnante Dagoberto. Cum igitur regnante Ludovico VII. Christianæ legis servos & ancillas manumittere cogerentur ecclesiæ judicio, appellarentque, non esse hujusmodi appellationibus à rege deferendum, nec appellantes audiendos consultus Papa respondit tanquam interpositus contra canones & decreta ecclesiæ. G. D. P.

Non licuit Judæis Christiana habere mancipia etiam jure vetustissimo.

Summa quæstionis hujusce capituli an deferendū appellationibus Judæorum à decretis præcipientibus mancipia abiegare Christiana.

Respōsum summi pontificis non deferendum eorumdem appellationibus.

Adde de eisdem statutis & decretis contra Judæos factis glossam cod. leg. antiquarum. pag. 1418. ibi Judæis ne mancipia serviant Christiana & pag. 1419. in eadem rubr. F. P.

Ad eandem materiam additamētum inhibitoriarum constitutionum.

Cap. 31. *De priore.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Et ipse tali deferre appellationi contempsit.* Ibi. *Ex hoc patet, quod si prælatus modum excedat in correctione, quod bene admittitur appellatio à tali correctione.*

Appellare licet à correctionis excessu ut supr. cap. 1. hoc titulo de appellat. Quia Monachum carceratum, & usque ad camisiam nudatum suæ appellationi renunciare fecit. Joann. Andr. hîc. C. M.

Cap. 36. *Postremo.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Impetrantis in judicem qui sit consanguineus poterit recusari.* Ibi. *Sed ad quem usque gradum intelligimus istam consanguinitatem? videtur quod usque ad septimum, quia ad illum gradum succederet illi.*

Intra quem gradum consanguinitatis alterutrius partis judex potest recusari. Imo usque ad decimum succedunt. instit. de de succes. cognat. in fine. sed recusatio admittitur quatenus durat affectio, in quo inspicitur consuetudo. Panorm. Steph. Aufr. in tract. recus. coll. 3. & Philipp. Franc. hîc ponit quadraginta causas recusationis. C. M.

Cap. 37. *Ad hæc.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Appellans interdictum ante appellationem latum non potest declinare.* Ibi. *Sed quid si aliqua ecclesia interdicta est, & episcopus ad tempus suspendat interdictum, ut in ea celebretur, si quis tunc appellat, numquid valet appellatio; videtur quod non.*

An ab interdicto ante appellationem lato valeat appellatio. Dic quod valet ut teneat eam in suspenso. Joan. Andr. Panorm. hîc. per cap. dilectus. infr. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa eadem. Ibi. *Si ecclesia interdicatur, potest ad tempus suspendi, sed si homo interdicatur, tale interdictum non potest suspendi, quin tollatur in totum quia homo non potest esse in ecclesia, & extra eodem tempore.*

Interdictum vel excommunicatio temporis conditionem non recepit. Sicut nec excommunicatio, nisi persona esset interdicta ob delictum alterius. Panorm. hîc. Innoc. cap. ut privilegia. de privilegiis. C. M.

Cap. 40. *Præterea.*

GLOSSA. In Glossa Verb. *Sententiam excommunicationis sub conditione pronunciatam appellationis remedium videtur impedire. Juncto textu & casu.* Ibi. *Et ita suspenditur sententia quæ nondum tenet; non enim tenebit nisi extante conditione.*

Ab excommunicatione sub cōditione lata ante conditionis eventum appellare licet. Id est nondum ligat, nondum traxit secum executionem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Vbicumque conditio extiterit, perinde habetur ac si ab initio pure contrahatur, dig. qui pot. in pign. hab. leg. potior. Junctis præcedentibus. de excommunicatione sub conditione lata.*

Excommunicatio sub conditione lata non valet eveniente condi- Panorm. solvit quod ibi extrema habilia sunt, hîc non; quod non valet; quia ibi etiam si debitor alii hypothecet, puta, vel vendat, vel decedat,

Source : BIU Cujas

tione, nisi ut exnunc, non extunc,

idem est, solve quod ibi in contractibus in quibus retrotrahitur; extunc, quia ita agitur. Sed hîc incensuris, quæ potius testamento æquiparantur, in quibus non fit retroactio, ut extunc, sed ut exnunc, & sic sive interim appellet, sive decedat, evanescit. C. M.

GLOSSA.

Mutatio domicilii ante eventū conditionis sub qua lata est excommunicatio, non impedit quominus adveniente conditione, excommunicatus ubique ligetur, si ante conditionis eventum non appellaverit.

Ibidem.

In eadem Glossa. Ibi. *Nota quod si pendente conditione efficiatur de alieno foro is in quem lata est sententia excommunicationis, puta quia transtulit domicilium alio loco, nihilominus ligatus erit existente conditione, nisi ante conditionem appellaverit.*

Idem Panorm. hîc. vide Petr. Anchar. consil. 158. col. finali. Philipp. Decium consil. 214. num. 5. C. M.

Cap. 41. *Secundo requiris.*

TEXTUS.

In textu. Ibi. *Ea quæ in principio, ad medium & ad finem, illa vero quæ in medio, ad finem atque principium sæpe referri contingit.*

De clausulis cōtractus ad antefiora & posteriora reducendis.

Adde Felin. cap. causam quæ. col. 4. de rescript. Guid. Pap. decision. Delphinat. 455. Jason. leg. 1. cod. de lib. præt. Philipp. Decium consil. 212. consil. 539. col. 1. C. M.

De hac materia decidenda remissio ad aliū locum.

Adde in id quod dicitur in glossa can. apostolus. 32. quæst. 7. in verbo similem. F. P.

Cap. 42. *An sit.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Non tenetur judex, vel adversarius deferre appellationi, cui non detulit appellans.*

Appellans non deferens appellationi renunciare videtur.

Qui per hoc videtur renunciare appellationi. Mathesil. singul. 28. Felin. cap. ex tenore. col. 2. cum sequ. de rescript. Philipp. Dec. cap. ex parte. 5. col. 2. de rescript. & consil. 103. ubi tetigi. C. M.

Cap. 43. *Novit ille.*

EPIGRAPHE.

In Epigraphe. ibi. *Innoc. 3. illustri regi Francorum.*

Ad historiam temporis & inscriptionem hujusce cap.

Scilicet Philippo Augusto, ob repudiatam uxorem, & aliam superinductam, ut dixi supr. de postulat. prælat. cap. 1. & cap. novit. est pars hujus cap. multum autem deliravit Panorm. & alii qui putant regnum interdictum ob bellum inter regem Franciæ & Angliæ, quod est falsum. C. M.

Cap. 44. *Sæpe contingit.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non prosequentibus appellationem intra terminum præfixum, rata manet sententia.* Ibi. *Ubi appellatio deserta,* Ibi. *Retro notatur infamia, sed hoc non est verum in sententia excommunicationis.*

Deserta appellatione, sententiæ retrotrahitur executio ad tempus judicati.

Nec etiam in quacumque sententia, vel actu facto jurisdictione suspensa, post appellationem legitimam, & quia quod nullum est non convalescit per desertionem. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Cap. 46. *Constitutis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Impotentiam contra te duntaxat allegans in electione impedienda.* Ibi. *Sed numquid habenda est ratio potentiæ in electionibus, sive divitiarum, sive nobilitatis, sicut habetur ratio dignitatis, argum. quod sic.*

An habenda ratio potentiæ eligendi in electionibus.

Et est verum, si ecclesia talibus indigeat, aliàs secus. Host. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si quid tamen non contra te in modum exceptionis, sed denunciationis duxerit proponendum.* Ibi. *Sed quare iste etiam post confirmationem non potest objicere crimen etiam in modum exceptionis respondi ratione præsumptionis oneratur duriori modo agendi.*

Contra electum an aliquid opponi possit in modum exceptionis vel denunciationis.

Dic quod iste agens pro possessione adipiscenda intentat possessorium, unde non admittitur exceptio concernens defectum proprietatis, nisi in casibus expressis qui non fuerunt hîc expressi. C. M.

Cap. 48. *Significavit.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *An actor ad defensionem capituli sit admittendus, cujus litteræ procuratorii sunt sigillatæ sigillo continente illud sigillum capituli quod est ad citationes.* Ibi. *Scilicet citabat aliquos, sigillabat literas suas illo sigillo, vel cum citabantur, mittebant nuncium cum illo sigillo.*

De diversis capituli sigillis, citatoriis, & defensoriis, & aliis.

Hanc glossam dicit hîc Abbas esse singularem, ad hoc quod judex potest quem citare per nuncium privatum sine litteris, dato sibi aliquo signo. Joan. Andr. adde gloss. 2. leg. 5. & ibi Barth. quomod. & quand. judex. Felin. cap. de cætero. col. 5. cum sequ. de re jud. Bald. in cap. prout supr. de dolo & contumac. leg. ut perfectius. cod. de ann. except. C. M.

Hujus Molinæani subnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur omissa posteriori ab his verbis *adde glossam 2. usque ad finem notæ.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Capitulum quemdam constituebat actorem. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Si capitulum conveniat aliquem, vel conveniatur, authoritas prælati debet intervenire, & similiter si prælatus agat, vel conveniatur, debet habere consensum capituli.*

An capitulum vel prælatus independenter agere vel conveniri possint.

Nisi administratione divisa, ut supr. de rescript. edoceri. C. M.

De eadem materia ad superiora remissio.

Vide ad hujusce capituli intelligentiam pleniorem quod supra adjecimus ad cap. edoceri. 21. supra de rescriptis. ex notis & censuris D. G. D. P. ad illud capitulum. F. P.

Cap. 50. *Ex insinuatione.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quidam commensalis judicis advocatus fuerat partis.* Ibi *Ex hoc sumebatur argumentum quod judex possit recusari, si advocatus alterius partis est commensalis ipsius, sed non est sufficiens causa recusandi.*

Commensalitas advocati alterutrius partis cum judice non est justa causa recusandi.

Idem Innoc. Anton. Butr. Panorm. hîc. nisi ex qualitate personarum. Stephan. Aufrer. de recus. vers. 15. C. M.

Cap. 51. *Bonæ.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Appellantes decrevimus reducendos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ, fuisse noscuntur.* Ibi. *Unde omnes restituuntur in pristinum statum tempore appellationis factæ.*

Appellatione interposita nihil innovandum & innovata rescinduntur per viam attentatorum.

Et sic contra tertium, qui contra appellationem, non per se solum, sed simul cum appellato innovavit, proceditur per viam attestati, non jure ordinario, sic in cap. cum M. de constit. aliàs contra tertium jure ordinario actionis procederetur. Panorm. hîc. num. 16. C. M.

Cap. 52. *Dilecti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum plus sit ad Sedem apostolicam facto, quam verbo provocare. Junctis præcedentibus in textu, nuncii prioris & monachorum Cantuariensium ad Sedem apostolicam missi.* Ibi. *Non tenet excommunicatio post iter arreptum ad papam, sed non est ita in archiepiscopo. Joann. rationem dicit, quia non itur ad archiepiscopum per viam querimoniæ, sed hoc est falsum.*

Arreptio itineris ad superiorem pro appellatione habetur, maxime ad papam.

Non potest appellari extra judicium, nisi ad eum qui potest adiri per viam querelæ, & arreptio itineris habet vim appellationis, servatis servandis in appellatione, licet non dicatur appello, sicut in submissione protectionis, ut supr. eod. cap. ad audientiam. C. M.

Cap. 53. *Pastoralis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Per clausulam appellatione remota inhibetur omnis appellatio, quæ à jure non indulgetur expresse.*

Quis sit effectus clausulæ commissionis appellatione remota.

Et hæc etiam quando tollitur lege. Alexand. consil. 225. num. 13. & 14. lib. 6. cons. 139. num. 1. lib. 7. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In textu sub finem. Ibi. *Gravamen per superiorem poterit emendari.*

Et sic hæc appellatio devolvit, sed non suspendit. C. M.

Appellatio devolutoria non suspensiva.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Appellatio quæ à jure non indul-*

Source : BIU Cujas

getur expreſſe. Ibi. *Argument. quod omnia intelliguntur prohibita, quæ non inveniuntur in jure conceſſa.*

Omnia intelliguntur prohibita quæ in jure non inveniuntur conceſſa.

Dic generaliter omnem appellationem in jure expreſſe approbatam permiſſam eſſe. Panorm. aliàs non hoc caſu, quantumvis probabilis, niſi ad effectum nudæ devolutionis. idem ſpecul. de appellat. §. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Expreſſe. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Secundum hanc decretalem non valebat appellatio.*

De eadem materia quæ præcedit.

Nec etiam hodie valet. C. M.

Ibidem. §. *Verum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari poteſt, ſupple excommunicatus, & beneficii reditibus ſpoliari.*

Limitationes ad effectum excommunicationis inhibendum.

Stephan. Aufrer. quæſt. Tholoſ. 300. dat quatuor limitationes. ego addo quintam, generalem in regno Franciæ, propter decretum concilii Baſileenſis de excommunicatis non vitandis. & ubicunque ſimile eſt decretum, ut dixi in annot. ad Philipp. Decium. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Excommunicato proventus eccleſiaſtici ſubtrahuntur.* Ibi. *Item illud poteſt intelligi in caſu quando ſententia illud exprimitur.*

An excommunicato fructus beneficii ſubtrahi debeant necne.

Imo etiam ſi non exprimitur, quia hæc ſubtractio omnino ſequitur excommunicationem, ſicut denunciatio, ideo non ſuſpenditur. Panorm. C. M.

Cap. 54. *ſollicitudinem.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si Archiepiſcopus à quo appellatur, ad cognoſcendum ſe interponeret poſt appellationem, gravatus epiſcopus poſſet iterum appellare.* Ibi. *Sed quare judex non poteſt cognoſcere de appellatione ab ipſo facta, ſicut cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*

Judex à quo non poteſt cognoſcere de appellatione à ſe interpoſita, licet cognoſcere poſſit an ſua ſit juriſdictio.

Dic quia primo caſu agitur de ſua iniquitate, merito eſt ſuſpectus; ſecus in ſecundo caſu. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Archiepiſcopus poſt appellationem ad Sedem apoſtolicam interpoſitam poteſt declarare ſubditum rationabili excommunicatione fuiſſe percuſſum.* Ibi. *Sed nunquid archiepiſcopus poteſt pronunciare ſententiam epiſcopi iniuſtam, videtur quod ſic, ſed credo quod non, quia ſic pronunciaret appellationem fuiſſe iniuſtam, & ſic uſurparet officium ſuperioris.*

Archiepiſcopus poſt appellationem à ſuo ſuffraganeo interpoſitam ad S. apoſtolicam, licet non poſſit cognoſcere de attentatis, poteſt tamen declarare ſubditum injuſte excommunicatum.

Quod non poteſt, ſed data notorietate, poteſt ſolum illam denunciationem facere, tanquam ſimplex denunciator extra judicium. C. M.

Cap. 55. *Dilectis filiis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ut epiſcopus reſtitueret, vel ſaltem recrederet presbyterum.*

Verbum recredentiæ vere Gallicum exponitur. hîc.

Id eſt relaxando ſub certa cautione fidei ſuæ crederet, hæc eſt vera littera, & non redderet; ſic enim Galli loquuntur, qui recredentiam fiduciariam reſtitutionem vocant, & ſic diſceptatio Gallorum recitatur ſecundum Hoſtienſem. hîc. & tetigi in ſtilo Parlam. cap. 13. §. 13. part. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sententiam tulerat, cuius effectum duxerat ſuſpendendum.* Ibi. *Potius tamen dic quod quantumcumque purum ſit interdictum, poteſt ſuſpendi, & in hoc differt ab excommunicatione.*

Notatur differentia interdicti localis & perſonalis ut & excõmunicationis.

Hæc vera. Joann. Andr. in cap. ad hæc quoniam. 38. ſupr. eod. & intellige de interdicto lato in locum, quia ſi in perſonam ob delictum ſuum, non poſſet ſuſpendi, ſicut nec excommunicatio. vide Philipp. Decium cap. 1. notab. 6. de judiciis. & cap. apoſtol. num. 3. de exceptio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Gloſſa. Ibi. *Littera ſequens cum interim &c. contradicit expreſſe.*

Appellatio judicatum tenet in eo ſtatu in quo erat tempore appellationis interpoſitæ.

Quia ſi ſit ſuſpenſum, poteſt appellatio ſequens illud tenere in ſuſpenſo, & hoc verum. Joann. Andr. Panorm. in d. cap. ad hæc quoniam. & hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cui appellationi officialis duxerat deferendum concedendo apoſtolos.* Ibi. *Primo non detulit, ſed denunciavit interdictum nullum.*

Correctio Molinæi ad gloſſam hîc.

Imo potius detulit, ſed poſtea pronunciavit interdictum nullum, quod non amplius poterat. Panorm. hîc. col. final. num. 23. Felin. cap. qualiter & quando. infr. col. 7. verſ. fallit. 4. de accuſat. Philipp. Decius hîc. notab. 9. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Licet poſt appellationem denunciaverit evitandum.* Ibi. *Huiuſmodi appellationem dicit legitimam, & tamen factum decani fuit minus legitimum.*

Delatio appellationis ligat manus deferentis.

Tamen ideo quia officialis detulerat, non poterat amplius procedere ſecundum Joann. Andr. commun. doct. ſed Panorm. hîc in fine hoc reprobat, quia licet delatio judicis minus legitima liget manus ipſius deferentis, tamen non ligat manus epiſcopi, qui non detulit, & ſic tenet quod appellatio decani fuit aliàs legitima, ut in fine gloſſæ. C. M.

Cap. 56. *Ut noſtrum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum plus ſit Romanum pontificem ad ſe revocare negotium, quam ad eum provocare.* Ibi. *Et plus eſt revocare negotium ad ſe, quam ſit appellare.*

Differentia notatur inter revocationem quam evocationem dicimus & appellationem.

Nam appellatio non ſemper eſt juſta, nec ſemper per eam revocantur innovata, infr. eod. cap. non ſolum. lib. 6. nam virtus ejus in jure conſiſtit potius quam in facto, ſed revocatio ſemper cenſetur juſta ex quo facta eſt; & ſemper advocat inferioris juriſdictionem, & virtus ejus in facto potius quam in jure eſt; & ſic majoris virtutis eſt iſta quàm illa, ſecundum quam eſt ſimile de offic. leg. cap. dilectus. Joann. Andr. Late Stephan. Aufrer. in quæſt. Tholoſan. 480. diſtinguit. Petr. Rebuff. decreti Pariſienſis academiæ doctor ordinarius. in repetitione leg. quod juſſit. num 61. cum ſequ. de re jud. C. M.

Cap. 58. *Per tuas.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum eis de meritis cauſæ liquebit, poterunt commiſſum ſibi negotium definire.* Ibi. *Sed ſi non liquet ei de cauſa, abſolvet eum ab obſervatione iudicii, & in expenſis condemnabit actorem. cod. de iudiciis. properandum. §. ſi quidam. nec obſtat quod dicitur actore non probante, reus, etſi nihil præſtiterit, obtinebit.*

Explicatio regulæ actore non probante reus, etiam ſi nihil præſtiterit venit abſolvendus.

Quia tunc habet locum quando actor lite conteſtata accepit omnes dilationes legitimas, & nihil probat. Panorm. hîc. num. 7. & in cap. prout. de dolo & contum. C. M.

Cap. 59. *Ut debitus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ante ſententiam, abſque rationabili cauſa non provocet.* Ibi. *Poſſet appellare ad delegatum qui ſubdelegavit, & nihilominus ad papam.*

A ſubdelegato non poteſt appellare ad papam omiſſo medio delegati.

Imo hoc caſu non poteſt omitti medium, ut not. in d. §. porro. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non obſtante ſi dicat ſe ad ſuperiorem nuncium deſtinaſſe.* Ibi. *Sed ſi ordinaria iuriſdictio non eſt cœpta per citationem, prævenitur bene per reſcriptum, ut quotidie fit.*

⁂ Prævenitur juriſdictio per ſolam reſcripti oblationem.

Per reſcriptum ſcilicet præſentatum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si minus rationabiliter appellaſſe conſtiterit, remittat ad inferiorem.* Ibi. *Sed qualiter remittitur ad eum à quo appellavit, cum habeat ſuſpectum, ſed non poteſt dicere ſuſpectum, cum ex propria cauſa proceſſerit illa ſuſpicio.*

Appellatione ſubmota remittitur appellans ad judicem à quo, nec poteſt dici ſuſpectus.

Ne ex improbitate ſua &c. dig. de furtis. Itaque fullo. §. 7. Joann. Andr. Hypolit. Marſil. leg. 1. §. cum quis latrones. num. 6. C. M.

Prima pars hujus prænotati à Molinæo uſurpatur

Source : BIU Cujas

ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis *Hypolitus Marsilius ad finem.* F. P.

Cap. 60. *Cum cessante.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si judex aliquid comminando, vel interloquendo protulerit.* Ibi. *Videtur quod si judex comminatus fuerit parti, quod ex hoc possit appellari, nisi de hoc satisfaciat judex, quod tamen non est verum.*

Ab injusta comminatione appellari potest. Imo verum. nisi injuste comminatur. Host. Henr. Boich. Panorm. Philipp. Decius. hîc. num. 10. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Potest dici quod licet interlocutoria transeat in rem judicatam, ad hoc quod post decem dies non possit appellari, non tamen quoad judicem, quia posset revocare suam interlocutoriam.*

Iudex interlocutoriam quandocunque potest revocare. Felin. late cap. qualiter & quando. infr. col. 3. cum sequ. de appellat. Philipp. Decius hîc. num. 11. cum sequ. Alexand. leg. quod jussit. col. 2. de re jud. & ibi Dom. Petrus Rebuff. in repetit. d. legis. C. M.

Cap. 61. *Cum speciali.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Causa suspicionis intra competentem terminum non probata.* Ibi. *Arbitri suspicionis negotium intra terminum finire procurent. infr. eod. tit. legitima. in concilio Lugdunensi. in 6. quæ corrigit decretalem suspicionis. de officio delegat. in fine.*

Causa suspicionis non probata negotium terminetur. Imo quia cap. suspicionis. loquitur in termino præfigendo recusatori ad probandam recusationem. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De recusatoris assensu.* Ibi. *Nota ergo quod hæc constitutio loquitur in ordinario, quod ex eo probatur, quod probata recusatione, judex recusatus committit alii negotium illud, quod non potest facere delegatus.*

Recusatione propositâ, sive ordinarius, sive delegatus judex potest alteri remittere. Dic quod delegatus potest omnino committere antequam accusetur, post non, nisi de consensu recusantis, & non secuta sententia recusationis, cap. judex. de offic. de. legati. lib. 6. & idem dicendum de ordinario. secundum Aretin. in cap. si quis contra. de foro compet. & Philipp. Decius. num. 8. contra Panorm. in d. cap. si quis contra. de foro compet. & in hanc sententiam inclinat Panorm. hîc. col. 3. vers. sed si vis. & est communis & tenenda. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. Ibi. *De recusatoris assensu committat negotium, vel ad superiorem remittat, vel determinet totalem distinctionem, vel primam partem tantum, si totalem distinctionem, in optione est recusatoris, ut committat, vel dimittat, si primam partem tantum, litera vult quod secundum voluntatem recusatoris, eligenda sit persona cui committat negotium, modo non sit suspecta.*

An in remissione post recusationem facienda requiri debeat consensus recusantis vel non. Imo vult requiri consensum recusatoris in committendo, sed non in cui committatur, & sic cessat absurdum sequens. C. M.

Ibidem. §. *Porro.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si excessus appellantis evidentia rei, vel ipsius confessione fuerit manifestus.* Ibi. *Consuevit dici quod sola confessio non impedit in criminali quod possit appellari.*

An confessio in criminalibus impediat appellationem. Imo si est confessio inexcusata. Panorm. Philipp. Decius. num. 5. C. M.

Cap. 62. *Cum causam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Advocati responsione revocata non fuit lis contestata.* Ibi. *Per indirectam advocati confessionem fit litis contestatio. supra. de dolo & contum. prout. argum. contra. supr. de elect. dudum.*

An per confessionem advocati inducatur litis contestatio. Supple hîc dictum. petita fieri non debere. vel æquipollens. Panorm. num. 9. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Non nisi delegatus principis causam valet delegare.* Ibi. *Et sic volunt intelligere illam decretalem supr. tit. proximo. cum Bertholdus. quæ expresse contradicit huic. sed illa non continet jus quantum ad hoc.*

An delegatus ab alio quam à principe possit alii delegare. Dic quod ibi loquitur de articulo non jurisdictionali. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Dummodo hæc expressa fuerint.* Ibi. *In appellationibus à gravamine ante sententiam, judex cognoscere debet tantum super eo, pro quo appellavit, & papa semper ita rescribit in appellationibus ante sententiam, si est ita.*

In appellationibus dirimendis, non debet pronunciari nisi super articulo appellationis. Hæc opinio postea approbata fuit per Clement. appellanti. eod. tit. C. M.

Cap. 66. *Dilecti filii.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Post hujusmodi appellationem omisso medio interpositam.* Ibi. *Gradatim est appellandum, & tamen si omittatur medius, & non opponatur exceptio coram superiore, bene valet quod per ipsum fit.*

Appellatione omissô medio facta, nisi excipiatur de omissione coram judice appellationis, valebit quod fiet coram eo. Archid. in decretali si delegatus. de officio jud. delegati. lib. 6. dicit Innoc. & Host. tenere contrarium in decretali referente. sed ego non video quod ibi teneant. & ipse Host. hîc tenet cum glossa, secundum Host. ergo dicetur quod id quod hîc potest tacitus consensus introducens consuetudinem, ut sequitur, idem poterit consensus tacitus exceptionem omittens. Sed fallit hîc. ut 2. quæst. 6. can. anteriorum. §. illa videlicet. & cap. placuit. 2. de excep. Joann. Andr. in nov. dic quod jure pontificio glossa hæc vera est. facit gloss. pragm. tit. de causis. §. 1. verb. mediis. vers. octavo fallit. sed non procedit in terminis concilii Basileensis & concord. quia non potest prorogari, & posset appellari tanquam ab abusu. C. M.

Non appellatur ab officiali sed à promotore. Locus glossæ pragmaticæ est in §. nec ad quemcumque. verb. medio. Rebuff. ad concord. de frivol. appell. vers. secunda regula. porro potest ab abusu interponi vel ab appellato (intimatum vocamus) vel à prælato omisso, vel ab ejus promotore, non tamen ab officiali, & nemine appellante, vel conquærente, papæ rescripto stabitur, & delegatus cognoscet. G. D. P.

Cap. 67. *Ex parte.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Exceptione neglecta compellebant. Juncto prolixiori textu. Quod mater tutrix nomine tutorio filiorum procedens excipiebat quod tutelam amisisset, quod ad secunda vota convolasset.*

Mater coacta respondere tanquam tutrix filiorũ, post exceptionem propositam quod secundis nuptiis contractis desierat esse tutrix, potest appellare. Hoc ipso gravatur. Philipp. Decius. hîc. num. 3. & cap. cum super. col. 2. de offic. delegati. Aretin. consil. 118. Alex. consil. 100. num. 2. lib. 5. ubi dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sub tutela & potestate minime permanerent. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Mater præfertur in tutela filiorum omnibus aliis tutoribus, præterquam testamentariis, & quam cito ad secundum matrimonium convolaverit, soluta est tutela, quasi mortua esset.*

An mater, quæ per secunda vota tutelam filiorum amiserat, recuperat facta vidua. Et tamen mortuo marito secundo, recuperat illam re integra, quod dic. ut in speculatore. §. prædict. versic. quid sit juris. Joann. Andr. Joann. Faber. dicta auth. sacramentum. dixi in consuet. Paris. tit 8. C. M.

Jure nostro mater ad secunda vota transiens amittit tutelam, nec vidua facta eandē recuperat, sed ex suffragiis parentium potest denuo eligi. Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata, omissa posteriori, quia nimium Molinæum arguebat authorem ab his verbis, *Joan. Faber ad finem.* F. P.

Alio jure utimur in tutela vel custodia matris naturali, qua perdita secundo matrimonio consummato, non recuperatur in ea prima qualitate, nec amplius res potest dici integra. sed vidua poterit apud judicem tutrix eligi vocatis & auditis minorum parentibus. G. D. P.

Cap. 69. *Significante.*

GLOSSA. In Glossa additionis verb. *Quia super his, scili-*

Source : BIU Cujas

cet quod Aurelianenſis Epiſcopus, poſt litem incœptam contravenichat petitis, non audiebant eundem, appellavit capitulum Magdunenſe. Ibi. *Vel dic quod hîc imploratur judicis officium eo die quo ſolutum erat judicium elapſo termino.*

Nota ad additionem gloſſæ.

Hæc eſt vetus additio. C. M.

Cap. 70. *Interpoſita.*

GLOSSA. ✱

In Gloſſa verb. *Niſi hoc ſe offerens probaturum, videlicet ſe ex cauſa probabili appellaſſe.* Ibi. *Ex hoc enim apparet apertum gravamen, quod appono cauſam probabilem, & offero me probaturum, ſi non admittor, & ideo ſufficit hoc probare in cauſa appellationis.*

Cauſa probabilis appellandi non juſtificat appellationem.

Quoad juſtificandam appellationem; ſed non quoad conſequendum effectum exceptionis, ſive ſit dilatoria, ſive peremptoria, ut ſatis dixi in præallegata decretali ex parte A. ſuper gloſſa. de teſtibus. ad hanc Joann. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. ✱

In eadem Gloſſa. Ibi. *Secus eſt cum ſimpliciter cauſam allegat,*

Satis eſt allegare cauſam probabilem appellandi ut appellatio admittatur.

Imo ex quo erat pertinens, videtur tacite ſe offerre, tempore congruo probaturum, quod ſufficit, & ita in Gallia obſervatur, rejecto veteri ſtilo ſuper hac gloſſa fundato, quo expreſſa oblatio requirebatur. C. M.

Cap. 72. *Una ſententia.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Una ſententia pluribus condemnatis.* Ibi. *Nota quod ſi res communis ſit pluribus & corporalis, nec diverſitas ſeparationem recipit, & in duobus correis debendi, ſi omnes condemnati ſint, unus appellavit, victoria unius omnibus prodeſt.* Ibi. *Si res corporalis ſit.*

In rebus communibus & criminalibus victoria unius prodeſt omnibus.

Idem fortius de incorporali. Panor. hîc. idem in cauſa criminaliter mota, ut hodie 1549. conſului. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS.

De confirmatione utili vel inutili.

Cap. *Si quis.*

GLOSSA. ✱

In Gloſſa verb. *Si quis rei litigioſæ confirmationem impetravit.* Ibi. *Et ſic controverſia ſuper poſſeſſione orta non facit rem litigioſam.*

Controverſia de poſſeſſione facit poſſeſſionem litigioſam, controverſia de proprietate facit rem litigioſam.

Facit tamen poſſeſſionem litigioſam. Panorm. hîc. Joann. Faber. Bald. Angel. in authent. & leg. 2. cod. de litigioſis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. ✱

In Gloſſa verb. *De quæſtione poſtea exorta.* Ibi. *Si moveatur quæſtio, an confirmatio Papæ valeat T. diſtinguit, & melius an cum cauſæ cognitione facta, an vero ſine cauſæ cognitione.*

Idem Panorm. hîc. late dixi in conſuetud. Pariſ. §. 5. num 69. cum ſequenti. C. M.

Confirmatio debet fieri cum cauſæ cognitione.

Cap. 6. *Porrecta.*

In Gloſſa verb. *Litteræ quibus prioratus relligioſis confirmantur.* Ibi. *Sed ſi adminiſtratio ex certa ſcientia & cum cauſæ cognitione eſſet alicui confirmata, non poſſet inde removeri ſine mandato papæ.*

GLOSSA.

Et propter hoc non debet concedi, quod etiam in perpetuis valeant hujuſmodi tales confirmationes, per quas de cætero privandi non eſſent ſine papæ licentia; & ſic diſciplinam eis contingeret impediri, contra jura. de appellat. cap. reprehenſibilis. cap. cum ſpeciali. cap. ad noſtram. de priore ſecundum Hoſtienſem. Joann. Andr. dic quod oportet confirmationem eſſe factam ad hoc ex certa ſcientia, ſecus ſi ſimpliciter. Cardinal. Clem. 1. de ſuppl. neglig. præl. Panorm. cap. niſi eſſent. in fine. de præb. Petr. Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 279. adde Philipp. Corn. conſil. 225. lib. 4. C. M.

Simplices obedientiæ non debent confirmari à papa ut ſint perpetuæ.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Gloſſa. Ibi. *Sed ſi in litteris confirmatoriis fiat mentio prioratuum, non valent niſi appareat quod ex certa ſcientia Dom. Papæ hoc proceſſerit.*

Prioratuum manualium non fit confirmatio à papa in perpetuitatem, niſi ex certa ſcientia.

Ut ſi fit mentio de hac decretali. Joann. Andr. quia hæc decretalis ſpecialiter derogat, & ſola certa ſcientia habent vim clauſulæ derogatoriæ ſpecialis, adde Alber. de Roſate tract. de legitim. col. 58. C. M.

Cap. 8. *Venerabilis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Tenor. compoſitionis inſertus.* Ibi. *Imo ſi compoſitio alias non valeret, ex quo papa eam ex certa ſcientia confirmaret, valet.*

Quia certa ſcientia habet vim clauſulæ generalis non obſtante &c. videlicet ubi jus non habet clauſulam derogatoriam, quia tunc requireretur derogatio ſpecialis, quam non operatur certa ſcientia & cap. porrecta. ſupr. eod. Panorm. Felin. cap. nonnulli. col. 18. de reſcriptis. adde Alexand. conſil. III. lib. 6. Ludov. Gomes. cap. 1. de conſtit. in 6. fol. 120. in parvis. C. M.

Certa ſcientia papæ habet vim clauſulæ derogatoriæ & non obſtante.

Cap. 9. *Sua nobis.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Monachos ex donatione legati apoſtolici eccleſius habentes Patriarchæ Conſtantinopolitano de juſtitiis ſuis integre reſpondere.*

Et ſic valet hæc conceſſio in ſpiritualibus & temporalibus, ſeu in proprietate tantum, ſine præjudicio diœceſanorum. cap. 2. infra de relligioſ. domibus. C. M.

Donatio apoſtolica non minuit ſubjectionem ordinariam rerum donatarum.

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De vita & honeſtate Clericorum.

Cap. 2. *Clerici.*

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Uſurarii excommunicentur.* Ibi. *Hoc intellige de laicis, qui ſunt excommunicandi, niſi reſtituant uſuras.*

Uſurarii ſive clerici ſive laici excommunicâdi.

Secundum Tancred. Joann. Andr. Imol. etiam de clericis, qui primò ſuſpenduntur, ſecundò excommunicantur, tertiò deponuntur. Panorm. C. M.

Hujus ſubnotati prima pars licet à Molinæo conſcripta ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis *Imola etiam de clericis ad finem uſque.* F. P.

Cap. 5. *Clericus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Clericus neque comam nutriat, neque barbam. Juncta inſcriptione ex Concilio Carthaginenſi.*

Mutilus eſt textus, quia in dicto concilio Carthaginenſi, quod eſt concilium IV. ubi cap. 44. hîc. can. habetur, legitur neque barbam radat; & ſic verbum *radat* falſò expungitur; ut quidam libello in id edito latius contendit, & Plutarch. de ſera numinis vindicta. pag. 2. inter ridiculas ponit legem ne quis barbam nutriat.

De modo comæ & barbæ clericalis.

Ego vero ridiculum puto legem de alterutro fieri cauſa relligionis, in qua hoc impertinens eſt, ego quidem Rado, nec ullis amicorum flagitationibus adduci potui ut eam nutrirem, ſed ob id tantum facio, ut in opere meo ſim expeditior, nec tantillum temporis in ea pexenda mihi depereat. C. M.

De ſeipſo hîc loquitur Molinæus.

Hoc concilium celebratum fuit anno 398. codex Antonii Auguſtini habet, clericus nec comam nu-

Variæ lecturæ hujus canonis.

Source : BIU Cujas

Varii ritus sacerdotum radendi vel alendi barbam.

triat nec barbam; codex Baronii addit, sed radat vel tondeat; alium contrarium profert Molinæus ex authore quodam innominato. relligionis causa sacerdotes Babylonii radebant barbam. apud Baruch. cap. 1. ut & deæ Syriæ sacerdotes apud Lucian. relligionis causa sacerdotibus Judæis prohibitum fuit barbam radere, Levit. 21. Levit. 29. nempe ne facerent ea quæ proximæ regionis sacerdotes idolorum faciebant. At clerici occidentales barbam non radunt relligionis causa, sed ex honestate, ut vultum accommodent moribus regionum: plura vide apud Baron. sub annum 58. à num. 136. ad num. 143. Locum Plutarchi contra mentem tanti authoris aliô adducit. apud eundem de Lacedemoniorum argute dictis. Nicander quidam aiebat Spartanos comam & barbam alere tanquam pretii ornamentum minimi, tractatu vero de sera numinis vindicta. ubi de providentia & justitiæ divinæ progressu ratiocinatur, ejusque motivum homines non posse capere, docere volens, exemplum à legibus proponit humanis, quæ licet optimo rationis promulgentur ductu, quibusdam impertinentes & risu dignæ videntur. Inter eas Ephororum allegat edictum, qui, quoniam Spartani comam & barbam impense nutriebant, magistratum induentes, simul eodemque contextu radere barbam & parere legibus injungebant & magistratui, prudenter à leviоribus incipiebant, in quibus parem atque in gravioribus volebant submissionem. Hæc fuit sæculi prudentia: Molinæus ipsemet radit, & rationem reddit, in clericis rasuram improbat, ex eadem fortassis eis injunctam ratione, non tamen relligionis ergo magis quam cætera, quæ de victu, vestitu, incessu, & aliis frugalem vitam concernentibus statuta sunt: attendere debuerat hîc agi de vita & honestate clericorum. G. D. P.

Varii loci tum à Molinæo tum ab aliis citati hîc investigati.

Censura Molinæi in re leviori.

De lectione & emendatione hujus capituli ad authores remissio.

Adde notas doctissimi Monspellienſis episcopi ad Innocentii III. registrum lib. 2. regest. 14. epistol. 97. pag. 131. & 132. Savaronem in notis ad Sidonium Apollin. epistol. lib. 4. epist. 24. pag. 293. vide Valerianum Pierium in libello primùm Romæ edito deinde Parisiis apud Vechelium anno 1533. cui titulus est de sacerdotum verbis, cujus impressioni annexæ sunt orationes Gentiani Herveti Aurelianensis de eadem materia. Vide & notas Stephani Baluzii Tutellensis ad Gratianum. distinct. 23. can. 21. pag. 453. & sequ. habeo in id litteras Henrici 2. de die 4. Maii 1556. canonicis cathedralis ecclesiæ Aurelianensis inscriptas, ut dominum Joannem Morvillerium Episcopum Aurelianensem reciperent, quamvis prolixa barba esset, insuper habito ejusdem ecclesiæ statuto, quo canonici barbam radere jubebantur. F. P.

Præclarum hîc refertur exemplum & testimonium litterarum Henrici II. ad canonicos Aurelianenses ut D. Joannem Morvillerium episcopum suum reciperent, quamvis prolixa barba esset, non obstantibus contrariis statutis ecclesiæ.

Cap. 10. *Cum ab omni.*

GLOSSA. In Glossa verb. *More sæcularium de parte litis pro salario convenire.* Ibi. *Ordinarius autem non debet habere nisi sportulas.*

De vetitis sportularum receptionibus à judicibus ecclesiasticis ordinariis & delegatis.

In jure canonico ordinarius & delegatus nihil omnino exigit, potest tamen esculentum capere. Panorm. hîc. & hinc emanavit cap. statutum. de rescript. in 6. quia constituti in dignitate tum majores reditus habere solent, tum plus verecundiæ, ut abstineant. Ego vero vidi quod non faciunt, sed ut sæculares sportulas taxant & exigunt, ut à triginta annis vidi. C. M.

De ea materia remissio ad Petrum Blæsensem.

Vide in id epistolam Petri Blæsensis 25^m ad officialem episcopi Carnotensis. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nonobstante quod in fraudem à quibusdam proponitur, quod exigatur nomine assessorum. Junctis præcedentibus. de sportulis.* Ibi. *Spe præmiorum invitandus assessor.*

Licet aliquid accipere pro assessore.

Ordinarius nil potest capere pro assessore; sed bene delegatus, modo sine fraude, secundum Panorm. hîc. sed hinc ostium fraudum, ut dixi. C. M.

Cap. 11. *Deus qui.*

TEXTUS. In textu. Ibi. *Ne fuerit in vobis dissimilis habitus. Juncta inscriptione Livonensi episcopo, & eis qui cum eo sunt fratribus.*

De variis militum equestrium ordinibus.

Alii ensiferi, alii cruciferi, quibus ad Livoniam armis quoque subigendam accesserunt Deiparini seu Mariani milites. Ennead. 10. lib. 4. Munster. in Cosmograph. fol. 323. & hujus decretalis partem habes infr. de divortiis. cap. finali. & de pœnit. & remiss. cap. Deus qui. C. M.

De eadem materia ad authores remissio.

De variis militum equestrium ordinibus vide Aubertum Miræum Bruxellensem in libro de originibus equestrium ordinum. & Francisc. Mennenium Antuerpiensem in lib. qui inscribitur deliciæ equestrium sive militarium ordinum. F. P.

Cap. 12. *Cum decorem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *In festivitatibus ludi fiunt theatrales in ecclesiis.* Ibi. *In festivitatibus scilicet sancti Stephani, sancti Joannis & Innocentium.*

De spectaculis vitandis & in ecclesiis non exhibendis.

Ut turpiter fieri vidi Aureliis in templo majori, deinde per vicos anno 1517. & 1518. sed postea correctum & omissum fuit, ut vidi. C. M.

De ea materia ad alios locos remissio.

Vide in id decretum Basileensis synodi, & pragmaticæ sanctionis de spectaculis in ecclesia non faciendis. & quæ addidi in supplementis pragmaticæ. pag. 1152. F. P.

Cap. 14. *A crapula.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nec ad bibendum quisquam incitetur. Juncta inscriptione. Innoc. III. in concil. generali.*

Nemo cogendus ad bibendum in conviviis ut in convivio.

Idem plus trecentis ante hunc annis statuerant Carol. Magn. cap. 138. & Ludovicus Pius ejus filius cap. 72. ut posui in stilo curiæ parlam. Paris. par. 3. tit. 50. nec hac laude caruit convivium Assueri. Esther. 1. C. M.

De eadem materia ad aliam Molinæi notam remissio.

Vide & notam Molin. ad dictum locum stili parlam. Paris. F. P.

Cap. 16. *Ex litteris.*

EPIGRAPHE, sive INSCRIPTIO. In Epigraphe sive Inscriptione. Ibi. *Honorius III. Ambianensi episcopo. Juncto summario. Clericus, qui tertiò monitus negotiationibus sæcularibus non abstinet, interim perdit quoad bona privilegium clericale.*

Clericus negotiator decidit omni privilegio clericali.

Idem fere scripsit reginæ Angliæ. infr. de cler. conjug. cap. ex parte. & de privileg. ex parte. 3. Idem Gregorius scripsit regi & prælatis Franciæ. ut patet in stilo parlam. Paris. par. 3. tit. 44. §. 4. & ita observatur quod perdit etiam quoad mobilia. C. M.

De eadem materia ad alios locos & authores remissio.

Vide quæ dixi in tractatu meo & avitino de beneficiis ecclesiasticis. ad verbum Cœlestis. cap. 1. de vita & honestate clericorum. §§. 1. 2. 3. de clerico mercatore. conductore. procuratore. & aliis sequentibus. Qui clerici privilegio clericali gaudeant. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Clerici de suis facultatibus, statutis & consuetudinibus patriæ subjaceant. Junctis præcedentibus. de clericis negotiatoribus.* Ibi. *Notandum quod res clericorum & ecclesiarum eodem privilegio gaudent.*

Clerici quoad patrimonialia legibus politicis subjacent.

In rebus expressis, alias non. Panorm. hîc. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De cohabitatione clericorum & mulierum.

Cap. 1. *Inhibendum.*

EPIGRAPHE, seu INSCRIPTIO. In Epigraphe seu Inscriptione. Ibi. *Ex concilio Moguntinensi.*

Per Ludovicum Pium celebrato. C. M.

Ad illustrationem inscriptionis.

Cap. 4. *Sicut.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Fornicatores ab ecclesiasticis beneficiis suspendatis.* Ibi. *Aliàs quantumcumque sit aliquis criminosus, non est vitandus.*

Source : BIU Cujas

Clericus fornicator ſuſpendendus.

Vincentius dicit notorium fornicatorem ipſo jure ſuſpenſum; ut tamen augeatur pœna ab homine, neceſſaria eſt admonitio; ut hîc. & infr. cap. 2. Item ſecundum Hoſtienſ. hîc. non loquitur de ſuſpenſione officii, ſeu beneficii, & ſic diverſitas eſt, non contrarietas. Joann. Andr. vid. Anton. Corſet. in ſingulari. verſ. fornicatio. Oldrad. quæſt. 286. tract. de bono. part. 3. quæſt. 3. Philipp. Franc. cap. 1. col. 10. de ſentent. excomm. in 6. C. M.

Hoc Molinæi ſubnotatum, quoad primam partem, & ampliorem ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſis quibuſdam poſterioribus terminis. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De Clericis conjugatis.

Cap. 1. *Si qui clericorum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Clericos in ſubdiaconatu & aliis ſuperioribus ordinibus uxores dimittere procuretis.* Ibi. *Quia non tenuit matrimonium, & privandi ſunt beneficiis ſuis.*

An clerici in majoribus ordinibus conſtituti amittant beneficia ſi nupſerint, & ipſo jure.

Sed quod ipſo jure privati ſint, tenet Panorm. hîc. Aufrer. ad quæſt. Tholoſ. 240. & male. Ego vero dico ſatis eſſe quod uxores dimittere coguntur: nec debent duplici pœna affici, ut nove dixi in annot. ad Philipp. Decium conſil. 166. C. M.

De ea materia ſententia Dom. G. D. P.

Si Molinæus deffendere velit, clerico in majoribus ordinibus conſtituto matrimonium contrahente, beneficium non auferendum; cum uxorem dimittere compellatur, nove quidem dicit, & male: Si vero Panormitani & aliorum improbata doctrina, Gloſſæ aſſentitur, nec beneficium ipſo facto vacare, ſed clericum privandum, nihil novum dicit, docuerant Butrius & Imola inter antiquos, & alii recentiores. Gar. de benef. parte 2. cap. 8. num. 17. & 18. G. D. P.

Vide ad eam quæſtionem eundem Molinæum infra ad cap. diverſis. 5. in textu. ibi beneficiis eccleſiaſticis prives. ubi vult matrimonio contracto beneficia ipſo jure vacare. Vide & gloſſam pragm. ſanctionis. tit. de concubinariis. §. & nihilominus. in verbo diſpenſatum. Gregor. Tholoſ. in inſtit. rei benefic. cap. 25. num. 4. & ſequentib. tractat. avitinum & noſtrum de beneficiis eccleſ. ad verb. Cœleſtis. cap. 1. §. 20. de clericis conjugatis. per totum. & ad verb. conceſſa. §. 3. de vacatione ex quaſi delicto. num. 19. & ſequent. uſque ad num. 29. Langechruc. de vita & hon. cler. lib. 3. cap. 5. F. P.

De eadem materia ad alios authores & locos de eadem tractantes remiſſio.

Cap. 2. *Sane.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Non ordinetur niſi qui virginem unicam habuiſſet uxorem.* Ibi. *Quidam dicunt, quod iſte qui corrupit uxorem ante matrimonium, non poteſt promoveri, ſed verius quod poteſt promoveri.*

Non eſt bigamus qui ante matrimonium corrupit eam quam duxit uxorem.

Et bene Panorm. hîc. & in d. cap. debitum. deciſ. cap. Tholoſ. 209. Angel. Claval. in verbo bigamia. §. 5. C. M.

Cap. 3. *Quod à te.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Clerici infra ſubdiaconatum beneficiis intitulati, ſi de bonis ſuis quid eccleſiæ ſuæ dederint, & poſtea uxores duxerint, beneficiis ſpoliatis, donata ad ipſos recta via debent abſque contradictione redire.* Ibi. *Sed huic ſolutioni opponitur, iſte culpa ſua ad hunc caſum pervenit, ergo debet ſibi imputare, quod cum eſſet in ordinibus eccleſiaſticis, beneficiis præpoſitus, duxit uxorem.*

Clericus infra ſubdiaconatum uxoratus perdit beneficium, ſed non ea quæ tunc contulit eccleſiæ.

Hæc objectio non procedit, quia utitur licentia ſibi data ab apoſtolo. 38. diſtinct. de his. unde puniri non debet. ad leg. Jul. de adulteriis. leg. Gracchus. præterea ſi eccleſia poſſet retinere illius bona, jam indirecte cogeret illum continere, quod eſſe non debet, ut 32. quæſt. 1. can. integritas. & facit optime de condition. inſtit. leg. quæ ſub conditione. §. qui ſub jurisjurandi. ſecundum Goffred. & Philipp. Joann. Andr. hîc. & in addit. ad ſpecul. de ſtatu monach. verſ. 43. Bald. authent. ingreſſi. col. 4. cod. de epiſcop. & cler. & ibi Philipp. Decius. num 24. ubi in annot. dixi. C. M.

Hoc Molinæi ſubnotatum ab emendatoribus Romanis hîc. uſurpatur, & margini annectitur, omiſſa poſteriori parte, quia Molinæum arguebat authorem ab his verbis *hîc & in addit ſpecul. ad finem.* & illud idem Mol. adjicit ad legem ſi umquam. cod. de revocand. donat. & can. quicumque. 17. quæſt. 4. ubi ſola ſupervenientia liberorum revocationem parit, & etiam gloſſæ ejuſdem can. in verbo habebat epiſcopus poteſtatem non reddere. ibi. ſed tantum legitimam portionem. 17. quæſt. 4. F. P.

De eadem materia ad alios locos & authores remiſſio.

Cap. 5. *Diverſis.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Mandamus quatenus hujuſmodi clericos, qui uxores duxerunt, beneficiis eccleſiaſticis, quæ in tua diœceſi adepti ſunt, prives.*

Matrimonio à clericis contracto vacant ipſo jure beneficia.

Hodie vero ſervatur quod beneficia ipſo jure vacant, & conferuntur, & in fine hujus capituli quod collatio ipſo jure non valet. Panorm. ſupr. eod. cap. 1. deciſ. Tholoſ. 240. C. M.

Cap. 9. *Ex parte.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Reddenda quæ ſunt Cæſaris Ceſari, & quæ ſunt Dei Deo. Juncta inſcriptione Honorius III. H. quondam reginæ Anglorum.*

Expoſitio hujus dicti reddenda quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, de juriſdictione têporali regi ſervanda.

Id eſt juriſdictictio temporalis relinquenda regi, ſcilicet Henrico III. tunc juveni regi Angliæ; hæc eſt eadem decretalis. cum cap. ex parte. 27. infr. de privilegiis. C. M.

Sed adverte quod nota Molinæi cum inſcriptione d. cap. non convenit, quæ habet H. in vulgatis, in manuſcriptis codicibus V. quondam reginæ Anglorum. ut animadvertit Innoc. Cironius in notis ad quintam compilationem decretalium. quæ eſt Honorii III. ad cap. ex parte. de clericis conjugatis. & ad cap. ex parte. de privilegiis. in eadem compilatione. hæc Barengaria Richardi I. regis Anglorum vidua, ut & ante Cironii editionem annotaverat pater meus ad cap. ex parte. de cler. conjugatis. in commentar. ad Honorii III. papæ conſtitutiones, quæ habeo apud me aliquando typis mandandas. F. P.

Variæ lectiones inſcriptionis hujus capituli.

TITULUS QUARTUS.

De Clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda.

Cap. 1. *Non liceat.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Nullus inventus qui ad minorem de majori civitate tranſiret.* Ibi. *Facilius enim diſpenſatur, ut quis tranſeat ad majorem, quam ad parem vel minorem, propter majorem utilitatem.*

De tranſlatione epiſcoporum & permutatione minorum eccleſiarum.

Reſpectu animarum, non reſpectu redituum. Panorm. & de præſumptione fraudis. Vide Philipp. Decium 210. & quæ ibi dixi. C. M.

Cap. 4. *Relatum.*

Glossa.

In Gloſſa verb. *Abſentibus beneficiatis, quominus redeant, non debet patrocinari appellationis diffugium.* Ibi. *Argumentum contra. ſupr. de appellat. pervenit. 2. Solve hîc loquitur de eo qui habet curam animarum, & promiſit expreſſe redire.*

Abſens clericus redire cogatur.

Ibi allegabat juſtam cauſam, puta diſpenſationis, vel conſuetudinis. hîc frivolam. Panorm. C. M.

Cap. 8. *Ex parte.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Privandus eſt non reſidens, qui citatus non revertitur in termino, niſi habeat juſtum impedimentum.*

Abſens clericus poſt citationes non rediens privandus.

Anton. Corſet. in repert. verb. beneficium. Alexand. conſil. 1. lib. 1. ubi tetigi. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Gloſſa verb. *Per decem annorum ſpatium ſui præſentiam facere nequivit.* Ibi. *Tamen ſi alibi ſe intitulari permiſit, primum beneficium ipſo jure vacare videtur.*

Falſum

Source : BIU Cujas

Per non residẽtiam non vacat ipſo jure beneficium, maxime in ſimplicibus.

Falſum eſt in ſimplicibus beneficiis, etiam ſi requirant reſidentiam, etiam ſi conſtet de intentione utrumque retinendi, ſed opus eſt ſententia. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 11. *Ex tua.*

TEXTUS.

In textu ibi. *Poſt trinæ citationis edictum, eccleſiis merito debent ſpoliari.*

Poſt trinã monitionem vacant ipſo jure abſentium beneficia.

Ipſo jure, abſque ſententia, ſecundum Panorm. in repetit. §. qui vero. in cap. extirpandæ. de præbend. cap. novit. in fine. de his quæ fiunt à præl. Oldrad. quæſt. 194. Joann. Andr. ad ſpeculum. de cler. non reſident. C. M.

Cap. 12. *Tua.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Studiorum gratia indultum, ut in abſentia fructus percipiant prebendarum,* Ibi. *Ab epiſcopo ſuo.*

Studiorum gratia abſens clericus ex indulto epiſcopi ſui percipit fructus beneficiorum.

Idem Panorm. & bene. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Studiorum cauſa abſens. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sufficit ſi ſit ſtudium conveniens, ſive mediocre in loco ubi ſe transfert diſpenſatus.*

Abſentes ſtudiorum cauſa & ſenatores percipiunt fructus beneficiorum.

Etiam ſi non ſit generale. Panorm. hîc. & quid de conſiliariis regis. Vide Nicol. Boerium. deciſ. Burdegal. 17. C. M.

Cap. 13. *Ex parte.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si iura præpoſituræ tuæ fideliter proſequaris, cum ex hoc cenſeri debeas reſidens, perjurium non incurris.* Ibi. *Item habes hîc quod juramentum extenditur ad ea de quibus dictum non fuit vel cogitatum.*

Juramentum ſecundum materiã ſubjectam intelligendum.

Juramentum intelligitur ſecundum ſubjectam materiam & ſecundum omnes modificationes juris. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 14. *Cum dilectus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Conſtitutione non obſtante quæ contra canonicos abſentes dicitur emanaſſe.* Ibi. *Niſi dictum fuiſſet, non valuiſſet reſcriptum.*

In indulgentia percipiendorum fructuum in abſentia, non eſt mentio facienda ſtatuti ſolum jus commune concernentis.

Idem Hoſtienſ. dic contra. ſi conſtitutio ſimpliciter contineat jus commune per decret. 1. de reſcrip. & per ea quæ not. de conſtit. cap. 1. lib. 6. Joann. Andr. Idem ſi ſtatutum eſt in materia juris, quia eo ipſo ſecundum jus commune intelligitur & recipit omnes modificationes juris. C. M.

Hujus Molinæani ſubnotati prima pars ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis *idem ſi ſtatutum eſt uſque ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In ſervitio Papæ exiſtenti prebendæ ſuæ fructus aſſignetis.* Ibi. *Sed nunquid victualia, quæ tantum præſentibus dantur? non, nam ſi de illis Papa intellexiſſet, mandaſſet ut tanquam uni ex reſidentibus provideret.*

Privilegium habens non reſidendi non percipit diſtributiones quotidianas ſolis intereſſentibus debitas, non vero reſidentibus & præſentibus.

Hoc non ſufficeret, quia diſtributiones quotidianæ non dantur reſidentibus, ſed intereſſentibus. cap. 1. infr. eod. in 6. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 15. *Ad audientiam.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Duo ex canonicis eccleſiæ memoratæ in tuo ſervitio exiſtentes ſuarum fructus integre percipiant prebendarum.* Ibi. *Memoratæ eccleſiæ.*

Privilegium aſſidentiũ epiſcopi miniſterio in lucro fructuũ quomodo definiendum.

Non autem alterius, etiam Cardinalis, item ſecus de canonicis alterius collegii diœceſis, ut de facto reſpondi pro canonicis eccleſiæ collegiatæ ſancti Bartholomæi Bellovacenſis. C. M.

Privilegium iis qui ſunt in comitatu epiſcopi indultum, ut fructus beneficiorum ſuorum integros percipiant, ſolos canonicos cathedralis eccleſiæ includit, ex jure & arreſtis.

Cap. de cætero. cap. cum dilectus. & cap. ad audientiam. hoc titulo. de ſolis eccleſiarum cathedralium canonicis loquitur, ut & ſenatusconſultum quod recitat Chenutius latum menſe Junio 1587. pro canonico cathedralis eccleſiæ Noviodunenſis, licet eod. anno 1587. menſe Decembri amplius deliberandum cenſuerit in cauſa canonici cathedralis Cathalaunenſis eccleſiæ curia, ſed communi juri ſtandum, quid autem de inferioribus ejuſdem eccleſiæ cathedralis clericis vel canonicis aliorum collegiorum dicendum foret, nec ulla decretali vel ſenatuſconſulto Gallico deciſum video. jure antiquo ſacerdotes actionum ſuarum teſtes habere debuerunt epiſcopi. Lucius can. jubemus. de conſecrat. diſt. 1. etiam in cubiculi miniſterio, Greg. Magn. c. cum paſtor. 2. quæſt. 7. at eis nulla fuit indulta de reſidentia excuſatio, quam conceſſerat Alex. III. cap. de cætero. & Honor. III. cap. ad audientiam. cum lucro fructuum. Joann. Andr. ex antiquorum quorumdam opinione. cap. ad audientiam. canonicos eccleſiæ cathedralis excuſari de jure, cæteros clericos ex epiſcopi prævia diſpenſatione. Selva de benefic. part. 4. quæſt. 6. num. 7. vigeſimo caſu. credit idem dicendum in aliis clericis qui ſunt in epiſcopi ſervitio, quamvis doctores teneant contrarium, pro Molinæo ſtat communis opinio. Panorm. hîc. Garcias de beneficiis. par. 5. cap. 2. num. 350. G. D. P.

Olim illud privilegium comitatus epiſcopalis non competebat nec aſſidentes à reſidentia excuſabat.

Cap. 16. *Cum ad hoc.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Non obſtantibus apoſtolicis indulgentiis abſentes canonicos & aſſiſios revoces ad reſidendum.* Ibi. *Niſi hoc dixiſſet, non poſſet hoc prætextu illos revocare.*

Epiſcopus poteſt revocare abſentes clericos non obſtantibus indulgentiis apoſtolicis.

Imo hoc omiſſo poſſet, ſi de cauſa revocandi conſtaret, ut Panorm. in cap. ſuggeſtum. de decimis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Et prædeceſſorum tuorum licentia. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Quia licentia non extendebatur poſt mortem illorum, unde ſtatim expiravit.*

Licentia non reſidendi data ab epiſcopo morte illius expirat.

Hoc verum, ſi ſine cauſæ cognitione data eſt. Panorm. hîc. cap. finali. de offic. legati. Math. afflict. deciſ. Neapolit. 128. C. M.

Cap. 17. *Clericos.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si moniti non redierint, liceat beneficiis ſpoliare.*

Per non reſidẽtiam non vacat ipſo jure beneficium.

Non ipſo jure, ſed per ſententiam. Panorm. hîc. Oldrad. quæſt. 165. gloſſ. pragm. de collat. §. ſequuntur. verſic. reſidentia. quamvis Innocent. & Honor. hîc contra. C. M.

De materia hîc tractata privilegii epiſcopalis comitatus ad authores & alios locos remiſſio.

Vide in id gloſſam pragmat. ſanct. tit. de collat. §. primo cum. in verbo reſidentiæ. & ibi Probum addit. 1. & habeo plura in id arreſta in adverſariis meis collecta. in verb. vacatio beneficiorum. & in verbo reſidentia. F. P.

TITULUS QUINTUS.

De Præbendis & Dignitatibus.

Cap. 2. *Non liceat.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Epiſcopus ordinans clericos det illis unde vivere poſſint.* Ibi. *Argument. contra. 70. diſtinct. cap. 1. & 2. infr. eodem. cum ſecundum apoſtolum. illud corrigitur in odium epiſcoporum.*

In ordinatione debet aſſignari ordinato unde vivat.

Jura antiqua adhuc procedunt, quando ordinarius ſolus fuit in culpa. Anton. Butr. Philipp. Decius: hîc. & opinio gloſſæ communis eſt ſecundum Joan. de Imola. hîc. C. M.

Cap. 4. *Epiſcopus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Niſi ordinatus de ſua vel paterna hæreditate habere poſſit vitæ ſubſidium. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Quia intelligitur ordinari hîc ad titulum ſui patrimonii.*

De ordinato ad titulum patrimonialem.

Scilicet quoad hoc ut ceſſet obligatio epiſcopi. Joann. Imola. hîc. Felin. cap. poſtulaſti. num. 5. de reſcript. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Gloſſa. *Ad titulum ſui patrimonii ordinari.* Ibi. *Et talis cenſetur in perſona & rebus gaudere privilegio clericali.*

Ordinatus ad titulum patrimonii non gaudet privilegio clericali. etiam quoad titulum.

Falſum; ut leg. 3. cod. de epiſcop. & cler. C. M.

Conſtantinus hac leg. 3. cod. de epiſcop. & cler. loquitur de tributo non perſonali, ſed reali, quod prædiorum ratione fiſco pendebatur. Summa hujus tractatus eſt, tributa fuiſſe Romæ alia perſonalia,

Source : BIU Cujas

alia realia. l: inter debitorem. dig. de pactis. leg. uſufructu. 7. §. quoniam. dig. de uſufructu. leg. neque ſtipendium. dig. de impenſis in res dotales factis. l. ætatem. l. ult. §. D. Veſpaſianus. dig. de cenſibus. leg. generali. §. ult. dig. de uſufr. legat. Feſt. in dictione tributorum aliud tributum erat publicum, vel rebus vel perſonis impoſitum, aliud fiſcale, hac noſtra leg. 3. cod. de epiſcop. & cler. quod principi, ſui ratione patrimonii debebatur, res enim fiſcales quaſi propriæ & privatæ principis ſunt. leg. 2. §. 4. hoc interdictum. dig. ne quid in loco publico. hoc tributum quod pro prædiis provincialibus (non etiam Italicis ut arbitror) pendebatur, hac leg. 3. verb. poſſeſſores provinciales. vectigal dicitur. leg. in honoribus. §. 1. de vacat. & excuſat. mun. l. 2. cod. quibus muneribus excuſentur. lib. 10. ab eo tributo prædiali ſimul & fiſcali, ſuorum ratione prædiorum patrimonialium non erant immunes clerici, imo nec eccleſia, quæ prædia tributaria emiſſet. leg. ſi divina domus. cod. de exactor. tribut. excepta forte Theſſalonicenſi eccleſia. leg. ſacroſancta. cod. de ſacroſanct. eccleſ. leg. penult. cod. de ann. & tribut. lib. 10. quibus legibus Molin. in conſuet. Pariſ. rubr. de cenſ. num. 9. 10. 11. & capitationem interpretatur non pro tributo perſonarum, vel animalium, ſed pro portione ſeu contributione propria tributi, quam dicta eccleſia ſolvebat, nondum exemptione conceſſa. pro ſuis ſolvere prædiis, & in hoc citat leg. ſi minor. cod. de act. empti. Cujacius tamen in ea interpretatur capitationem pro tributo, quod domini pendent reſpectu colonorum & animalium ſuorum prædiorum; cujus explicationem amplectitur ni fallor Briſſonius in ſuo de verb. ſignificatione tractatu. verb. capitatio. G. D. P.

Clerici non ſunt exempti à tributis nec realibus nec à fiſcalibus ſed à perſonalibus tantum.

Nec etiam eccleſia quæ emit prædia tributaria à tributis prædandis.

Quid capitatio & an ſit tributum perſonale, & quod aliquando reale & prædiale a quo clerici nec eccleſia eximuntur.

Cap. 5. *Quia in tantum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Plures eccleſias prohibentur habere.* Ibi. *ſed quid ſi plura habeat beneficia per diſpenſationem, numquid vocabitur pro negotiis utriuſque in electionibus, quia ex quo cum eo diſpenſatur. in eccleſia, per conſequens in omnibus diſpenſatur.*

Diſpenſatus in principali diſpenſatur in acceſſoriis.

Idem Imola. Panorm. hîc. Panorm. in cap. cum in cunctis. §. ſi vero. ſupr. de elect. Philip. Franc. cap. non poteſt. §. illud. col. 2. eod. in 6. Felin. cap. poſtulaſti. col. 12. de reſcript. Philipp. Decius. cap. quanto. de judiciis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Gloſſa. Ibi. *Et ſic qui habet duas eccleſias in duobus epiſcopatibus, utrobique intelligitur habere domicilium.*

Clericus cenſetur habere domicilium ratione beneficii in quo reſidere tenetur.

Hoc verum ſi utrumque requirat reſidentiam, & in utroque tenetur reſidere. Panorm. hîc ſed certe non practicatur, quoad ea quæ non ſpectant ad eccleſiam illam. C. M.

Panormitan. dicit eum cum quo diſpenſatum fuerit de reſidentia, non habere domicilium in beneficio ad cujus reſidentiam non tenetur, niſi ratione eorum quæ beneficium illud concernunt, & recte, quia tale domicilium, cujus limitata cauſa eſt, limitatum habet effectum dixit Argentr. in conſuetud. Britann. art. 9. de domicilio clerici ratione beneficii. Ludov. Roman. conſil. 361. ubi Mandoſ. late Felin. ad cap. dilectus. 2. de reſcript. apud Greg. G. D. P.

De domicilio clerici ratione beneficii.

Cap. 7. *Referente.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Remenſem Archiepiſcopum appellavit.* Ibi. *Quia omiſit medium, non tenuit appellatio.*

Appellatio omiſſo medio tenet, ſi non objiciatur contemptus medii.

Dic quod tenuit, quia non fuit objectum. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 8. *Majoribus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Præbendæ & dignitates non debent dividi, nec etiam permutari.* Ibi. *dividi.*

Præbendæ nec uniri, nec dividi debent, abſque cauſæ cognitione.

Niſi ex juſta cauſa & cognita prius, de una faciendo duas. cap. vacante. infr. eod. late Franciſc. Ripa. cap. cum M. Ferrarienſis. num. 66. de conſtit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. ſub finem. *Præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.*

Permutatio præbendarum inhibetur quoad proprietatem, non quoad titulum.

Scilicet in proprietatem, ita loquitur hîc textus, non autem de permutatione titulorum: & ita obſervatur, quamvis Urbanus III. ita, nempe de permutatione titulorum videatur intelleXiſſe cap. quæſitum. infr. de rerum permutat. quod canoniſtas errare fecit. C. M.

Leo imperator. leg. jubemus. cod. de ſacroſ. eccleſiis. immobilia eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vetuerat alienari, dividere permiſerat; id eſt, ut ait Cujacius, aliis eccleſiis diſtribuere; multa deinde Juſtinianus de alienatione rerum & eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & aliarum eccleſiarum inferiorum, ſanxit, ac de earum permutatione, ſuis novellis, hæ conſtitutiones reſpiciebant vel ſolas urbis Conſtantinopolitanæ eccleſias, aut ſaltem patriarchatus illius eccleſias. leg. privilegia. cod. de ſacroſ. eccleſ. Leo I. ſummus pontifex quibus ex cauſis, & qua forma donationes, commutationes, & venditiones rerum eccleſiæ fieri poſſent, edixit. can. ſine exceptione 12. quæſt. 6. Tandem Alexander III. in concilio Turonenſi anno 1163. diviſionem præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibuit, id eſt patrimonii præbendarum & dignitatum diviſionem vel permutationem fieri per clericos & eccleſiaſticos ſua authoritate vetuit, quia conventionibus illis, cum partium conſenſu debet authoritas epiſcopi concurrere. De diviſione. cap. vacante. infr. hîc de permutatione. cap. 1. de reb. eccleſ. alien. Molinæus tamen notat Urban. III. cap. quæſitum. infr. de rerum permutat. de titulorum, non de patrimonio beneficiorum loqui; cui non aſſentior, agit enim Pontifex de præbendis quæ ſunt canonicatuum patrimonia, non vero de canonicatibus & præbendis conjunctim: tum puto textui decretalis Urbani errorem irrepſiſſe, terminis concilii mutatis, nam hoc noſtro cap. majoribus. ſectiones & diviſiones præbendarum, & dignitatum permutationes prohibentur, quodque de commutationibus dignitatum concilio deciſum fuerat, Urbanus ad præbendarum commutationes transfert; non improbo permutationes fieri poſſe præbendarum inter canonicos, utroque in ſui canonicatus titulo manente, ut in cap. cum univerſorum. infr. de rer. permutat. in iis præſertim eccleſiis, ut in eccleſia Lugdunenſi, in quibus præbendæ reditus inæquales habent, & diviſa patrimonia, ſin vero menſa fuit communis, & reditus æquales, ut in eccleſia cathedrali Andegavenſi, præbendæ appellatione venit canonia, cujus titulus permutari poteſt epiſcopo authore, d. cap. quæſitum. de rerum permutat. G. D. P.

De eccleſiis canonialibus æquales reditus interſe dividētibus & tenentibus vel inæquales, quoad permutationem.

Adde in id Vidum Conchilium in poſthumis memorialibus eccleſ. Gallicanæ. pag. 13. & in poſthumo libert. eccleſ. Gallic. tractatu pag. 35. & 75. Item diſſertationem Gallicam penſionum eccleſiaſticarum ſecundum uſum libertatum eccleſiaſt. pag. 89. & Boet. Eponem. in tractatu de ſaturnino permutationum genere, ſive triangulari. F. P.

De permutatione præbendarum & canonicatuum ad authores ea de re tractantes remiſſio.

Cap. 9. *Relatum.*

In Gloſſa verb. *De conferenda ſibi prima præbenda à te habuit in promiſſis.* Ibi. *Sed promiſſio videtur illicita beneficii nondum vacantis; Solve quod receptus fuerat in canonicum & in fratrem.*

GLOSSA.

Beneficium nondum vacans non poteſt obtineri in vim promiſſionis ante actæ ſed in vim canonicatus delati.

Dic quod promiſſio non valet, nec poteſt conſequi præbendam vi promiſſionis, ſed vi canonicatus ſolum, nec ex eo habet jus effectum. Panorm. C. M.

Cap. 12. *De monachis.*

In Gloſſa verb. *Deponentibus eccleſiæ ſuſtentationem*

GLOSSA.

Molinæi ſententia & correctio in cap. quæſitum de rerum permutat. de præbendis non permutandis quoad patrimonium, non quoad titulū.

Juſtiniani imperatoris noveliæ conſtitutiones de rebus eccleſiæ non permutandis vel dividendis & aliorum principū & SS. pontificum.

Quomodo intelligendum concilium Turonenſe de præbendis non dividendis & majoribus dignitatibus non permutandis.

Source : BIU Cujas

congruam habere. *Juncto principio ejusdem cap. de monachis. qui vicarios ecclesiarum parochialium gravant.* Ibi. *Si habeat ecclesiam ex concessione laici, & confirmatione episcopi, idem est, quia temporalia tunc habent.*

Ubi monachi constituuntur primarii rectores vel non.

Imo tunc solum jus patronatus habent. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In eadem Glossa. Ibi. *Si non accedit consensus episcopi, nihil valet concessio laici. Juncto quod sequitur. si vero ex fundatione monachi ecclesias obtinent, habent eas tantum quoad temporalia.*

De eadem materia iterum disceptatur.

Imo solum jure patronatus. Panorm. C. M.

Cap. 13. *Ad hæc.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Plures dignitates vel personatus in una ecclesia, vel diversis quis habere non potest.*

De incompatibilitate plurium dignitatum vel personatuum, in eisdem vel diversis ecclesiis.

Vide late Joann. Staphil. in tract. de litter. Gratiæ. cap. 2. C. M.

Cap. 17. *Inter cætera.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa evicta, aliam quam potest conferre tenetur.*

In donatione beneficii, ut & rei profanæ non est locus evictioni.

Decis. Tholos. 71. Jas. leg. si domus. §. de evictione. col. 2. de leg. 1. sed de facto non servatur. C. M.

Nota ibi ubi citatur decisio Tholosana 71. non esse in textu, sed ex Aufrerio eodem adnotatore. G. D. P.

Ibidem.

Textus.

In textu. Ibi. *Supradicto episcopo dedimus in præceptis, ut donec idem magister in eadem ecclesia fuerit præbendale beneficium assecutus, nulli alii præbendam assignare præsumat.*

Mandata extra formam concordatorum non admittuntur in Gallia.

Hujusmodi mandata non reciperentur in Gallia, quia non sunt in forma concordati, & sic istud capitulum ibi non servatur. C. M.

Extra textum addiderunt doctores, provisum ab ordinario, permutationem in manibus Papæ factam ignorasse, ordinarium sciviſse: puta ex his verbis *supradicto episcopo dedimus in præceptis*, hanc sic posse summari decretalem, si episcopus clerico præbendam contulerit, quam conferre non poterat, illa evicta, de aliis providere tenetur, id Papa mandante, quia notant iidem doctores hîc esse singularem dispositionem: & recte Molin hujusmodi mandatum locum in Gallia non habiturum, obstante forma mandati, qua cessante parendum esset, tum quia æquissimum, tum quia summus Pontifex omnia habet beneficia manualia, nisi quatenus sibi legem dixit. G. D. P.

Summa hujus cap. hîc notatur à Dom. G. D. P.

Ibidem.

Casus.

In Casu sive themate. *G. Canonicus.* Laudunensis, & H. Canonicus Siclunensis præbendas suas permutationis causa resignarunt in manibus Cælestini Papæ III. qui decano Remensi mandavit, ut præbendam Laudunensem conferret. H. sed Episcopus præveniens contulit Petro, unde lis orta inter P. & H. Cælestinus III. revocavit præfatas renunciationes, & utrique restituit beneficium suum, mox Cælestino defuncto, Petrus conquestus est, apud Innocent. III. qui, ne Petrus videretur per Episcopum delusus, eidem Episcopo, cum decreto irritante mandavit, ne cui præbendam ullam conferret, donec eidem Petro beneficium præbendale in eadem ecclesia conferret. Juncta inscriptione idem Innocent. III. Archiepiscopo Senonensi. Nota quod consuetudo, de qua in cap. 2. de præb. in 6. non erat antiqua nec ab omnibus recepta, quia collatio Episcopi fuisset ipso jure nulla, nec iste successor authoris. d. cap. 2. dictam permutationem sibi timens revocasset. C. M.

Nota ad vacationem in curia, ejusque ortum & progressum.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Præbendam, quæ per commutationem assignari debebat.* Ibi. *Ex quo Guillelmus resignavit tali modo ut daretur H. & non fuit data, sed magistro P. non videtur renunciasse, videtur enim sub conditione tradidisse.*

Et bene. tetigi ad Philip. Decium. in cap. cum venerabilis. num. 18. supr. de except. tamen proprie conditio non est suspensiva, sed resolutiva, nec opus est nova collatione, ut nove dixi in regul. cancell. de publ. num. 117. num. 141. num. 146. C. M.

In regressu, deficiente conditione resignationis, non est opus nova provisione.

Has citationes refer ad editionem anni 1552. ab ipsomet Molinæo procuratam. F. P.

Cap. 19. *Dilectus filius.*

Glossa.

In Glossa verb. *Fructus præbendæ percipere non deberet.* Ibi. *Istud fuit contra concilium inf. de concess præbendæ. nulla. sed contrarium videtur supra eod. relatum. ubi tenet promissio vacaturæ. Solve hic nihil percipiebat, sed ibi sic.*

Conciliatio diversorum capitulorum ad promissionem ecclesiæ vacaturæ.

Ibi non vi promissionis. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 21. *Nisi essent.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Si duo electi ad aliquam dignitatem, compromittant in judicem, poterit judex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis, de proventibus provisionem facere.*

De pensione pro bono pacis constituta, & ut in ea debeat esse titulus saltem probabilis, non puturatus.

Petr. Ancharan. consil. 279. Philipp. Decius consil. 436. intellige dummodo constet de titulo probabili litigantis, secus si esset titulus procuratus. cap. audivimus. de colluſ. deteg. C. M.

Id id vide quod habetur infra. ad d. cap. audivimus. de collusione detegenda. & quod ibi notavit Molinæus. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi essent honesti viri & providi.* Ibi. *Ex qualitate personæ præsumitur licitum, quod aliàs esset illicitum.*

Ex qualitate personæ fit licitum quod aliàs fuisset illicitum.

Jason leg. 2. col. 7. si quis in jus vocatus non ierit. sed vide in leg. qui jurisdictioni. col. fin. de jurisd. omnium jud. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Non ex pactione partium, sed ex jussione judicum de proventibus beneficii provisionem exhibere.* Ibi. *Si Papa compositionem non toleraſſet, authoritas judicis non sufficiebat.*

Imo sufficiebat. C. M.

An arbitri ex propria authoritate possint constituere pensionē.

Sufficiebat quidem authoritas judicis, quoad litigium terminandum, super electionis confirmatione, non vero super pensionis creatione, quare Summus Pontifex pensionem adhibito moderamine tolerat. Hostiens. autem & Joann. Andr. dicunt eam judicis ordinationem non confirmari, sed tantum tolerari. Panormitanus addit hanc tolerantiam importare dispensationem. facit quod notat Hostiensis ad cap. proposuit. supr. de filiis presb. hoc cap. nisi essent. esse de gratia. G. D. P.

Summus Pontifex confirmare habet pensiones judicio arbitrorū constitutas.

Cap. 22. *Pro illorum.*

Glossa.

In Glossa verb. *Burdegalensi Archiepiscopo mandavimus, ut in aliqua ecclesiarum suarum competens faceret beneficium assignari, contradictores ecclesiastica districtione compescens.* Ibi. *Sub hoc termino comprehenduntur omnes ecclesiæ Provinciæ, sive Archiepiscopus Burdegalensis habeat jus conferendi, sive non.*

Mandatum inscriptum Archiepiscopo, ut in aliqua ecclesiarum suarum providеat, contradictores compescendo, comprehendit omnia beneficia provinciæ, sive ecclesias.

Quia hic apponitur clausula, contradictores compescendo, aliàs non posset, nisi de spectantibus ad suam collationem. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Quod de memorato magistro authoritate nostra provide factum.* Ibi. *Si mandetur facias provideri, vel beneficium assignari, in primo casu delegatus non potest investire, quia provisio non est sibi demandata, in secundo potest investire, & faciet beneficium assignari.*

Executor m an dati non potest investire, sed cōpellere ad investiendum.

Dic quod neutro casu poterit providere, sed solum compellere. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Si constiterit canonicos ultra numerum aliquem authoritate propria in canonicum recepisse.*

Canonici, qui ultra numerum

Source : BIU Cujas

aliquem in canonicum receperint, non excusantur ab executione mandati apostolici, aliquem ultra dictũ numerum recipere injungentis.

Ibi. *Sed quid si venissent contra indulgentiam Legati Sedis Apostolicæ, numquid excusarentur? non credo, quia non potest illos compellere, ut contra indulgentiam Papæ aliquem reciperent.*

Idem Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Latam excommunicationis sententiam tamdiu denuncietis servandam, donec recipiant in canonicum prædictum Magistrum.* Ibi. *Vel expone donec recipiant dictum Magistrum, id est donec cautionem præstent quod juri parebunt.*

An excommunicatus pro non parendo, absolvatur ante satisfactionem præstita cautione de parendo,

Etsi dicatur quod manifesta erat offensa, ita quod absolutionem præcedere debeat satisfactio, nec sufficiat cautio. infr. de verb. signif. ex parte. respondetur secundum Innocentium, illud verum non esse in spiritualibus? numquid enim excommunicatus, quia se non faciebat ordinari, ordinabitur antequam absolvatur. absit: supra de ordinato ab episcopo qui renunc. episcopatui. cap. 2. infr. de sentent. excommun. cum illorum. & facit. infr. de conversi. conjug. ex publico. ipse tamen tenet per decretalem capitulum quod receptio præcedit absolutionem. sed dic ut dixi in fine. gloss. Joann. & gloss. sequitur Panorm. C. M.

Cap. 23. *Tuis quæstionibus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Clericos in minoribus constitutos, de patrimonialibus habentes, ad superiores poteris ordines promovere.* Ibi. *Si patrimonium pereat cæsmate, numquid providere tenebitur episcopus? satis videtur quod in beneficio ecclesiastico debeat providere.*

Si titulus in patrimonio constitutus perierit, an Episcopus supplere tenebitur.

Non obligatione præcisa. ut supr. cap. cum secundum. sed generali; quia tenetur providere clericis indigentibus. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De patrimonialibus unde possent congrue sustentari.* Ibi. *Sed numquid potest vendere patrimonium tale quod assignatur in titulum, Tancredus dixit quod potest, quia potest beneficio renunciare, quod credo verius.*

Titulo ordinationis potest renunciari sive in patrimonio sive in ecclesia constitat.

Idem Panorm. C. M.

Cap. 24. *Accedens.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Absenti conferri potest beneficium alio mediante.*

Ut absenti quæratur beneficium, debet acceptari, vel per se, vel per procuratorẽ speciale mandatum habentem.

Sed non quæritur nisi acceptet, vel recipiens habeat mandatum ad acceptanda beneficia. Panorm. hîc. gloss. Gemin Philipp. Franc. cap. si tibi absenti. eod. in 6. C. M.

Cap. 25. *Dilecto filio.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si ad unum canonicatum & præbendam duo sint recepti simpliciter, receptio non tenet, etiam interveniente apostolica authoritate.*

An valeat duorum receptio ad eandem præbendam.

Imo animo communicandi idem jus præbendæ & canoniæ pluribus; ut hîc. quia si simpliciter, tenet receptio omnino, & creantur jura canoniæ de novo, & præbenda datur primo recepto, & si simul sunt recepti, locus erit gratificationi. Panorm. C. M.

Cap. 27. *Dilectus filius.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Tempore quo nostras litteras receperunt.* Ibi. *Si judex tempore dati rescripti fuerit excommunicatus, & tempore receptionis absolutus, an litteræ valeant; credo quod non.*

Non valent litteræ excommunicato inscriptæ ut eas exequatur, si non fuerit absolutus tempore receptionis.

Et bene, si erat notorie excommunicatus. Panorm. C. M.

Cap. 28. *De multa.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Habeas personatum, vel beneficium curatum, si secundò tale receperit, vacat primum.*

Beneficia non vacant per incõpatibilitatem, nisi à die pacificæ possessionis adepta.

Pacifica possessione, vel per eum stet. cap. licet episcopus. infr. eod. in 6. Panorm. hîc. Bellam. decis. 597. non est locus. Bertrand. consil. 142. lib. 2. & extravagans execrabilis. addit, quod nisi primum in manus ordinarii, sub publico testimonio dimittat infra mensem, & sic utrumque retinendo per unum mensem, privatur etiam secundo ipso jure, & fit inhabilis ad omnia, etiam minima. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Hoc idem in personatibus esse decernimus. Junctis præcedentibus in textu. de dignitatibus & ecclesiis parochialibus.*

Plura beneficia simplicia, quamvis residentiam requirant, non vacant ipso jure, nisi in monacho.

Idem in dignitatibus. Textus in extravag. execrabilis. secus in aliis. etiam si residentiam requirant. Oldrad. quæst. 165. nisi in monachis, quibus omnis pluralitas est incompatibilis, & ita hîc observatur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Per Sedem Apostolicam poterit dispensari.* Ibi. *Not. quia hic. prohibetur tantum dispensare episcopus in personatibus, & curam animarum habentibus. & ita circa alia beneficia possunt dispensare episcopi, sicut prius.*

An in simplicibus residentiam requirentibus dispensare possit Episcopus, necne,

Idem Innoc. hîc. & bene. C. M.

Cap. 29. *Grave nimis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis. Juncta inscriptione. Idem Innocent. in concilio generali.*

Contra prævẽtiones Papæ & ut odiosæ sint.

Ergo Papa in præventionibus, quia celerius currenti confert, non sequitur judicium rationis, sed carnis, imo mammonæ. & hîc. per hoc concilium damnatur. vide quæ dixi in regul. cancell. reg. 18. de infirmis. resignant. num. 19. cum sequent. C. M.

Præsertim num. 37. & num. 40. sed hæc omnia petulanter, injuriosè, æstu nimio, stilo acriori, nec rationis judicium ipse sequitur Molinæus, ordinariorum abusus hîc damnantur, qui rationis judicium non sequentes favorabiles sunt, quis negat? at Summus Pontifex ordinarius ordinariorum est, cum quibus suo jure concurrit, eosque vi præventionis excludit, late Gonsales ad regul. de mens. & alternat. in proœmio. in qua præventione nemo carnalitatis judicium fingere potest, nec ipsam cæcam fortunam, de quo Molinæus insolenter, non celerius currentibus Papa confert, sed primis petentibus, an dignis vel indignis disquirendum est, beneficia sunt aut electiva, vel collativa: in electivis quæ præcedant, quæ sequantur de informatione vitæ morum & idoneitatis omnibus nota sunt. Adde in Gallia Regem ad electiva capaces nominare, ex concordatorum præscripto, in collativis duo sunt provisionum genera, vel in forma gratiosa, vel in forma dignum novissima. Primo signaturam præcedit in partibus inquisitio de vita, moribus & idoneitate, secundo casu mandatur ordinario de iis omnibus, inquirere tum sequitur provisio, si quid abusivum fiat aut sequatur, ordinariis imputandum est, non Papæ, cujus ex præventione nullum resultat inconveniens, rationisque judicium adest, nec ulla sive cæcitas, sive carnalitas; imo nec ullus favor imputari potest, quoquo modo beneficia collativa vacare contingat; Quoad jura pecuniaria, de beneficiis electivis id dicendum ea percipi quæ de consensu principum Christianorum conventa sunt ad onera majestatis ecclesiasticæ sustinenda; de collativis verò sumptus curiæ Romanæ non excedere taxas cancellariæ cujuslibet Archiepiscopi vel Episcopi. G. D. P.

Quid in electivis beneficiis servandum.

Quid in collativis beneficiis servetur ut canonice procedatur,

Defenduntur hîc quæ pro dispensatione beneficiorum, sive electivorum sive collativorum præstantur.

[a] De præventionibus apostolicis vide glossam pragmaticæ. tit. de collat. §. neque etiam. in verbo præventionem. & §. item circa. in verb. instare. Molin. de infirmis. num. 40. 102. & sequ. de veri simil. notit. num. 39. & seq. & ad Decium in repetit. cap. canonum. de constit. num. 40. in sign. C. Vid. Conchil. in posthumis memorialibus reformat. eccles. pag. 58. & seqq. pag. 115. &

Defenduntur hîc prævẽtiones apostolicæ.

De præventionibus apostolicis ad authores remissio.

Source : BIU Cujas

seqq. & in tract. lib. eccles. Gall. pag. 24. & sequ. Duaren. de sacris eccles. minister. lib. 2. cap. 1. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio, id est de his qui promovent indignos ad beneficia eccleſiastica fiat inquisitio.* Ibi. *Ex officio suo potest inquirere superior.*

Inquisitio faciēda de his qui promovent indignos.

Quia hîc generalis inquisitio, non contra certam personam. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si post primam & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis.* Ibi. *Cum ergo episcopus male conferens possit se corrigere, non videtur quod male conferendo perdat jus conferendi, & sic est contra. supr. de elect. nihil est. & cap. cum in cunctis.*

Indigne conferens post trinam monitionem privatur jure conferendi.

Solve ibi respectu ipsius beneficii indigno collati, hîc respectu omnium beneficiorum. C. M.

Cap. 30. *Extirpandæ. §. qui vero.*

GLOSSA. In Glossa in additione. verb. *In illa parochiali ecclesia, si non resideat, vel vicarium perpetuum instituat, hujus decreti sciat se authoritate privatum.* Ibi. *Et ex his potest dicere quod illa capp. inter. & tua. de cler. non resident. non obstant, quia ibi erant absentes, & forte habebant justam causam absentiæ, unde merito sunt monendi. hic autem secus.*

Idem Joann. de Selva. tract. de benefic. part. 4. quæst. 3. cum sequent. sed secundum Panorm. hîc. ipso jure, sine alia monitione privatus est, adeo quod si probari possit lapsum tempus quo potuit vicarium constituere, & non fecit, vel habuit facultatem residendi, potest beneficium conferre. C. M.

Cōcilliatio capp. vacationem in parochialibus ex non residentia ipso jure inducentium, vel non.

Cap. inter. Cap. ex tuæ. supra. de clericis non resident. sunt ejusdem Innocentii III. in his decretalibus absens ab ecclesia vel præbenda monendus est. hîc quærunt doctores an non residens in ecclesia parochiali, vel non instituens vicarium in ecclesia parochiali suæ annexa præbendæ, sit ipso jure privatus, nulla prævia monitione; omnium doctorum pace salva dico, appellatione ecclesiarum in cap. inter. & cap. ex tuæ. non venire parochiales ecclesias, nec in cap. in illis. de præb. in 6. imo nomine ecclesiæ beneficium intelligi, ut in cap. cum non ignores. supr. hoc nostro tit. Rebuff. in praxi. tit. quare instituta sunt beneficia. num. 9. atque Innocent. cap. inter. cap. ex tuæ. de beneficiis & præbendis loqui residentiam causativam & respectivam requirentibus, quibus, ob non residentiam, clerici non possunt quantumvis absentes, nisi moniti privari; concilio vero generali Innocentium. cap. extirpandæ. §. qui vero. de parochialibus ecclesiis agere residentiam directam & præcisam requirentibus, & disponere tam de rectoribus parochialium ecclesiarum, qui per se deservire debent, tam de iis qui per vicarios perpetuos canonice institutos, ut si illi non resideant; isti vicarios non instituant, illis authoritate conciliaris decreti priventur ecclesiis. Glossa addit ipso jure; tum varias proponit explicationes. Innocent. hîc. num. 2. interpretatur ut sit privatus ipso facto, dummodo ea interveniant quæ intervenire debent, nempe monitio præcedens tempore congruo & loco ut resideat, assignato ei tempore certo; & ita Hostiens. & Joann. Andr. quod non improbat Panormitan. tam respectu residentiæ, quam respectu institutionis vicarii; imo num. 23. cum nullum Innocentius III. tempus statuerit in utroque, & pœna imponatur, censet monitionem fieri debere, licet monitio non sit pars ipsius privationis substantifica, ad hoc ut superiori pateat, & innotescat privatum incurrisse

In beneficiis residentiam requirentibus absens non debet privari nisi monitus.

Ut in parochialibus ecclesiis absens curatus privetur quæ requirantur.

Semper privationem beneficiorum in non residentibus præcedere debet monitio.

privationis pœnam. Cæterum monitionem præcedere voluit Selva, ac quidquid doctores pro nostræ decretalis intellectu scripserunt hinc inde. concilio Tridentino. sess. 24. tit. de reformat. cap. 1. moneri debent & edictis citari non residentes, antequam ad privationem deveniatur. Late Garcias de beneficiis. part. 3. cap. 2. à num. 126. ad num. 139. quo jure Gallia utitur. edicto Blæsensi. art. 14. pœna fructuum amissionis ab ecclesia & à principe imposita. G. D. P.

Quid concilio Tridentino quid constitutione Blæsensi servatum ut absentes priventur beneficiis.

Cap. 32. *Licet vobis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Per rescriptum apostolicum, ut studenti in sacra pagina faceretis proventus suos ecclesiasticos integre ministrari, distributiones quotidianas nequaquam tribui faciatis.* Ibi. *Credo quod integre debeant habere beneficia in theologia studentes, habita ratione victus quotidiani.*

Idem Hostiens. supra tit. proximo. de cætero dicebat Innocent. quod providebitur studentibus detracto eo quod communi mensæ debetur, de communibus proventibus. Joann. Andr. Panorm. nec valeret statutum capituli in præjudicium studentium Anton. Butr. consil. 42. C. M.

Studentes in theologia grossos fructus percipiunt, nec vero distributiones quotidianas.

Hujus subnotati à Molinæo prima pars ab emendatoribus Romanis est usurpata, omissa posteriori ab his verbis *Ioannes Andræas ad finem.* F. P.

Cap. 34. *Dilectus filius.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Exequi mandatum procuretis. Junctis præcedentibus in textu.* Ibi. *Sed qualiter exequantur, numquid dabunt aliquam de istis quæ medio tempore vacantes aliis collocatæ sunt; non credo, sed expectabit primam vacaturam.*

Qui habet mandatum ad vacaturam, debet expectare primam præbendam.

Nisi priores præbendæ fuissent affectæ ex aliquo de modis in cap. si soli. de concess. præb. in 6. C. M.

Hanc glossam in hac parte resecuerunt emendatores Romani, ut non daretur locus retinendæ annotationis Molinæanæ. F. P.

Cap. 36. *Cum causam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Mandatum pro integratione præbendæ.* Ibi. *Et ita præbenda dividi non debet, sed integra conferri.*

De integratione præbendæ.

Nisi ad se, & etiam integrandam sufficeret. ut supr. eod. cap. vacante. Panorm. C. M.

Cap. 37. *Venerabilis.*

TEXTUS. In textu. in principio. Ibi. *In Argentinensi ecclesia* vulgo *Strasbourg.*

Ad notitiam textus de Argentinensi ecclesia vulgo *Strasbourg.*

Celeberrima urbs Galliæ ad Rhenum. C. M

Cap. 38. *Cum olim.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si mandatur provideri in ecclesia, non potest de ecclesia provideri.*

Mandatum ut in ecclesia provideatur non est exequendum de ecclesia.

Oldrad. quæst. 84. quæst. 214. Philipp. Decius consil. 355. num. 5. Staphil. de litter. gratiæ. fol. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Mandatum ad talia non extendat. Junctis quæ in summario, & in textu integro, de mandato ut in ecclesia provideatur.* Ibi. *Quia non omnis qui dignus est ad beneficium, dignus est ad dignitatem, vel personatum, vel rectoricam.*

Non quilibet dignus est de ecclesia provideri, qui valet in ecclesia provideri.

Nec ad præbendam ecclesiæ cathedralis, quæ non venit nisi dicatur. Panorm. hîc. & in cap. postulasti. de rescript. Domin. cap. 1. de filiis presb. in 6. Felin. cap. nostræ. collorario 39. de rescript. rot. decis. 133. not. quod in antiquis decis. 136. voluerunt. decis. 247. habens gratiam. in novis. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

Cap. 13. *De Rectoribus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Leprosis rectoribus dandus est coad-*

Source : BIU Cujas

Coadjutores prælatorum non sunt ipsimet veri prælati, sed ant: qui prælati remanent.

jutor, qui curam habeat animarum. Ibi. *Ergo ille coadjutor videtur esse prælatus.*

Imo infirmus remanet verus prælatus. Panorm. hîc. Gabriel Biel. in can. missæ. fol. 131. colum. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *De facultatibus ecclesiæ ad sustentationem congruam recipiat portionem. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sed pone quod ecclesia non sufficiat utrique. Respondeo ille qui servit ecclesiæ habebit reditus & illi infirmo providebit episcopus.*

Quis subvenire habeat Coadjutori parochi infirmi.

Imo potius infirmo providendum, & parochiani compelluntur subvenire coadjutori, secundum Panorm. hîc. sed verius est episcopum, qui est generalis parochus, debere subvenire. cap. 1. 82. distinct. can. videntur. 12. quæst. 1. C. M.

Idem cum gloss. sentit Hostiens. nempe ut episcopus providere debeat; sed gloss. Hostiens. & Molin. in suis falluntur citationibus. can. videntur. 12. quæst. 1. est Urbani 1. qui sedit ab anno 226. ad annum 232. imperante Alexand. Severo, quo tempore Christiani communem vitam adhuc ducebant. can. 1. distinct. 82. sumptus est ex concil. Aurelian. 1. celebrato ann. 511. quo tempore cessabat illa antiqua communio, & episcopo injungitur ut pauperibus & infirmis victum & vestitum largiatur, quia suis manibus laborare non possunt, quæ charitas & eleemosyna non porrigitur ad ecclesiarum rectores & eorum coadjutores, qui de altari vivere debent, & parochianorum oblationibus. G. D. P.

De eadem materia quæ supra hîc tractatur.

Adde hîc quæ adnotavit D. G. D. P. ad d. can. videntes. 12. quæst. 1. F. P.

Cap. 4. *Tua nos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ab administrationis officio removeri.* Ibi. *Ex hoc videtur quod propter morbum lepræ sit removendus prælatus, sed contra videtur quia sine culpa punitur, quod esse non debet, super hoc diversitas inter doctores. Hug.*

An propter lepram removendus sit prælatus.

Hanc sequitur Panorm. & est communis. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De Institutionibus.

Cap. 2. *In ecclesia.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Tales ad supplendum numerum invenire curetis, per quos Deo in divinis officiis per ecclesiasticos ordines serviatur.* Ibi. *Si conversus alicujus ecclesiæ incedat tonsuratus, cum jam destinatione animi sit clericus, tale jus cadat in eum.*

Proxime tonsurandus certis casibus habetur pro tonsurato.

Idem sentit Joann. Staphil. de litt. gratiæ fol. 59. licet Panorm. hîc contra. C. M.

Cap. 3. *Ex frequentibus.*

CASUS.

In casu. Ibi. Thema. *Juncta inscriptione. Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo, & ejus suffraganeis.*

Vetus erat consuetudo juris Regaliorum, & beneficia conferendi in Anglia sicut in Gallia, ut refert Specul. tit. de Legato. §. nunc tractemus. vers. sed numquid Legatus. & tit. de præb. §. restat. vers. item nota. & Joann. Andr. ibi in annotat. & in cap. 2. de præb. in 6. Quam consuetudinem Thomas Cantuariensis Archiepiscopus (qui prius fuerat Cancellarius Henrici II. Regis Angliæ) cum cæteris Episcopis approbavit, sed mox illam abrogare voluit, ut hîc. soluisque Regi obstitit, & Alexand. III. appellavit, qui licet in Francia ageret profugus à facie Frederici Oenobardi Imperatoris, tamen causam dict. Thomæ suscepit, & factum ejus contra Regem Angliæ confirmavit, ut hîc. tandem collo præfati Frederici Venetiis presso victor, Romæ regnans (cum interim dict. Thomas, ab Henrico II. Rege, ob contumacem Regaliorum impugnationem manifestam, occisus esset) in homicidas decretalem edidit, quæ habetur infr. de homicidio. cap. sicut dignum. & occisos in divos retulit, & etiam ab inimicis coli & invocari fecit, ut refert Anton. tit. 17. cap. 1. §. 9. cap. 3. §. 1. donec Henricus VIII. novissimus Angliæ Rex eum damnavit, ut notum est. Sed in regno Franciæ tam fideles sunt subditi, ut nullus unquam regalia impugnaverit, nec ex exteris [a] quidem, nisi solus Bonifacius VIII. qui ob id Philippum Pulchrum excommunicavit, regnumque interdictum primo occupanti dedit; sed omnia frustra, nisi malo suo exitio, ut Antoninus & omnes Chronographi testantur, & Canon. in cap. generali. de elect. in 6. C. M.

Not. ad historiam temporis & juris Regaliorum in Anglia & in Francia.

Usus Regaliorū in Francia semper approbatus.

[a] Nondum Boetius Epo professor juris canonici apud Duacenos suum tractatum ediderat de Regalibus sive de jure principum in beneficiis, impressum Duaci annó 1588. post Molinæi decessum, qui incidit sub annum 1566. ut patet ex vita ipsius edita à domino Juliano Brodæo Parisiensi advocato. F. P.

Tractatus Boetii Eponis Professoris juris Duaceni de Regalibus & jure principum in beneficiis hîc refertur.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Excommunicationis sententiam confirmantes.* Ibi. *Postquam confirmationem, Archiepiscopus sententiam relaxare non posset, nisi illud quod sequitur fuisset appositum, scilicet in textu de congrua satisfactione.*

Idem Joann. Andr. ad specul. de sententia. & quæ eam sequuntur. §. ut autem. Panorm. hîc. Roman. consil. 587. Felin. cap. pastoralis. §. 1. col. 11. supr. de offic. delegati. cap. ad eminentiam. 1. de sentent. excommunic. C. M.

Non potest relaxari excommunicatio absque prævia satisfactione.

Cap. 5. *Ad decorem.*

TEXTUS.

In Textu. *Patriarcha Constantinopolitanus Venetos tantum in Constantinopolitana ecclesia satagit collocare.*

Ad historiam temporis, & cōdemnationem Patriarchæ Constantinopolitani solos Venetos instituentis, quia Venetus erat.

Quoniam Venetus erat, & ab eis electus, Constantinopoli ab eis & Francis capta, duce Balduino, quem Franci in Imperatorem Constantinopolitanum elegerunt, & Græcam ecclesiam Papæ Romano, pro tempore suo subjecerunt. ut dixi supra de major. & obed. cap. inter quatuor. C. M.

Cap. 6. *Cum venissent.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Libertates Archidiaconis ab Archiepiscopis fuisse personaliter concessas, id est custodias ecclesiarum vacantium.* Ibi. *Si concessio personæ facta fuit, præsumi debet personalis, si dignitati, realis.*

De concessionibus realibus vel personalibus, prout personæ, vel dignitati concedantur.

Concordat textus in leg. donationes. §. species. & ibi Barthol. dig. de donat. Idem in leg. 1. cod. de petit. bon. subl. & in leg. pater filiæ. dig. de servit. leg. dixi in annot. ad Alexand. consil. 86. num. 1. lib. 1. consil. 193. lib. 2. ad Philipp. Dec. consil. 51. num. 2. C. M.

Hujus Molinæani subnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata omissa, posteriori, quia apertius Molinæum exhibebat authorem, ab his verbis *dixi in annotat. ad Alexand. ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Archidiaconum libertates abjurasse.* Ibi. *Laurentius dicit quatenus juramentum tangit rem familiarem, observandum esse, ut nihil utilitatis vel honoris ad eum perveniat ratione dignitatum, si eas abjuraverit.*

Ubi & quando juramentum prælati est servandum in præjudicium ecclesiæ factum vel dignitatis.

Scilicet quando præjudicium prælati separabile est à præjudicio ecclesiæ. Panorm. C. M.

Cap. 7. *Cum ad nostram.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Inter dantem & recipientem debet esse distinctio personalis.* Ibi. *Sed quid si ipse collator conferret alii potestatem conferendi, nunquid posset ab illo recipere? non.*

Collator non potest jus conferendi alteri transferre, ut sibi conferatur beneficiū.

Et bene indistincte; nec valet distinctio. Panorm. & doctor. hîc. an omnem potestatem transferat, an vero tantum committat, quia ex quo superiorem velut matrem retinet, inhabilis est, ut dixi in consuet. Paris. §. 1. gloss. 1. num. 68. C. M.

Source : BIU Cujas

Indistincte collator non potest alteri transferre quoquo modo conferendi potestatem, retinendo titulum dignitatis, cujus ratione sibi competit cõferendi potestas ut sibi conferatur.

Hanc distinctionem proponit Panorm. post Host. Joann. Andr. Petr. de Anchar. & Cardin. Zabar. an collator potestatem conferendi transferat in alium tanquam commissarium [a] (rectius dixerit vicarium) an vero potestatem omnem transferat in alium, sed eam reprobat, & utroque casu non valere collationem, quod verum est, titulo remanente penes transferentem; [b] addit aliud esse, si ordinarius, qui potestatem conferendi habet, recipiat beneficium à Papa vel Legato, quia jure proprio conferunt. Exceperat Hostiensis illum qui super omnes est; hæc de institutione & collatione; quid vero de præsentatione? si patronus alicui concessit jus præsentandi pro hac vice, patronum præsentare non potest, ac si ex toto simpliciter jus patronatus ei concessit, tunc quia verus est patronus, antiquum potest præsentare patronum, cujus vices tunc non gerit. Specul. de jure patron. num. 16. Joann. Andr. ad cap. ex insinuatione. eod. tit. Paul. de Citadinis. tract. de jure patron part. 6. art. 3. num. 94. Cæterum quod dicitur de institutione Papæ vel Legati, intellige cum dispensatione, qua mediante potest Episcopus esse cathedralis ecclesiæ canonicus. cap. à collatione. ubi glossa de appell. in 6. gloss. ad cap. unicum. §. 1. verb. assensu. ne sede vacante eod. G. D. P.

Idem de patrono si alteri præsentandi potestatem contulerit, vel pro hac vice, vel in perpetuum.

[a] Adde in eam quæstionem decidendam, utrum vicarius conferre possit ei qui vicarium eundem constituit, quod habet Joann. Dayma in proœm. concord. fol. 113. col. 3. Carol. Feuret. in tract. abusus. lib. 4. cap. 3. num. 26. non idem in vicario generali erga covicarium, cui conferre potest, & in id habemus exemplum vicariorum generalium abbatis Richelæi, prioris sancti Martini Campestris, DD. Abbatum d'Estampes, & Gobillon doctorum theologorum necnon domus Sorbonicæ, qui sibi invicem vacantia beneficia per mortem parochi sancti Laurentii extra muros Parisienses, & ejusdem nepotis contulerunt, nempe parochialem ecclesiam sancti Laurentii dict. Gobillon à D. d'Estampes, & capellam in eadem ecclesia à D. Gobillon dicto Abbati d'Estampes, de quo conferendi modo vide eunnem Joann. Dayma. ibidem in proœmio concord. fol. 114. & Joann. de Selva tract. de benefic. parte 3 quæst. 10. num. 2. in id an episcopus conferre possit beneficium juris patronatus ipsimet patrono, in cujus affirmativam transit, modo libere & absolute & independenter à præsentatione, de quo tamen dubitari possit. F. P.

Exemplum vicariorum generalium domini Prioris sancti Martini Campestris Parisiensis sibi invicem beneficia ab eo dependentia conferentium.

An episcopus vel alius collator possit conferre libere beneficium juris patronatus ipsimet patrono, dubitatur.

[b] Et in id quod hîc dicitur Papam vel Legatum posse conferre beneficium ipsimet collatori, quod jure proprio conferant, addi possit quod & proprio motu, licet aliàs condemnetur, & in exemplum habemus memorandum domini Caroli le Tellier vicarii generalis eminentissimi Cardinalis d'Est Abbatis Cluniacensis, qui dum Romæ degeret prioratum sancti Arnulphi Orespeiensis ab eadem Abbatia Cluniacensi dependentis, collationem à domino Papa sibi impertiendam meruit. F. P.

Papa potest cõferre beneficium collationis ordinariæ ipsimet collatori vel ejus vicario generali.

TITULUS OCTAVUS.

De concessione præbendæ, & ecclesiæ nondum vacantis.

Cap. 1. *Qui in vivorum.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Institutus scienter in beneficio viventis, deponendus est.*

Institutus scienter in beneficio viventis deponẽdus est & etiam ex ignorantia, quia ambitiosus.

Vel ex ignorantia culpabili, secus si ex justa ignorantia, ut tenet Panorm. in cap. post electionem. not. 4. infr. eodem. cap. quamvis Philipp. Dec. in leg. finali. num. 17. cod. de pactis. consil. 398. & Ludov. Gomesius in reg. cancell. 20. de impet. benef. vivent. quæst. 3. adhuc idem tenent, & male ut dixi super eod. reg. quæst. 3. ubi quæst. 6. num. 49. ampliavi hoc cap. ad omnem speciem vacationis. C. M.

Idem cum Molinæo dicit Rebuff. in praxi tit. de reprob benef. vivent. impetr. num. 51. 52. si fama publica fuerit illum mortuum, & in tract. nom. quæst. penult. num. 22. & ad proœm. concord. verb. fati. Guid. Papæ. consil. 107. non id asseveranter, sed videri dicendum respondit, Decius & Gomes. ex decisione reg. 20. De impetr. benef. vivent. contra sentiunt, Regula namque non amplius quærit de scientia, vel ignorantia, supina, vel probabili, numquam enim ignorantia quævis in lucro captando excusat, sed tantum in damno vitando, quod pluribus agit Quintilian. Mandos. ad d. reg. 20. quæst. 4. Panorm. ad d. cap. post electionem. notab. 4. infr. eod. dicit secus si probabiliter hoc ignorabat. gloss. cap. 1. supr. eod. at glossa loquitur non de eo qui reputatur mortuus, sed de remoto. G. D. P.

De eadem quæstione ad diversos alios authores de ea tractantes remissio.

Adde in id notam Molinæi ad d. consil. 398. Decii in verbo. ignoranter. num. 2. sub finem. & ad d. leg. finalem. num. 17. cod. de pactis. in commentariis Decii ad eamdem leg. nota quod dicit ibidem Decius judicatum se præsente & assidente inter dominos in parlamento Delphinali; unde colligere est, ut notavi in margine, allectum fuisse à Francisco I. rege ad Academiam Valentinensem in Delphinatibus, & ad senatum Delphinalem, ut persecutionem Julii II. S. P. ob defensionem concilii Pisani evitaret, quod patet ex monumentis publicis vitæ ipsius Decii ejusdem commentariis in digesta & codicem submissis à Francisco Boeza Hispano ejus discipulo. Adde & ad quæstionis decisionem utrum fama mortis probabilis excuset. Joann. Dayma in proœm. concord. fol. 104. col. 4. gloss. pragm. sanct. tit. de pacificis possessor. §. quod si talem. in verb. violentus. F. P.

De eadem quæstione ad alios locos & authores remissio, & ad id quod Dom. Philipp. Decius fuerit evocatus à Francisco I. rege ad Academiam Valentinensem & senatum Delphinalem.

An probabilis fama mortis excuset à pœna impetrationis viventis beneficiato.

Cap. 2. *Nulla.*

Glossa.

In Glossa. verb. *Futuræ successionis expectationem, quam Gentiles condemnare curarunt.* Ibi. *Non tamen tenet promissio de præbenda non vacante, etiam de consensu ejus qui eam tenet.*

Non tenet promissio beneficii non vacantis, etiam de consensu obtinentis.

Idem Joann. Andr. Anton. Butr. per textum in cap. detestanda. eod. in 6. ubi decretum irritans. C. M.

Ibidem. §. *Cum vero.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Beneficia intra sex menses, personis idoneis, quæ digne administrare valeant, conferantur.*

Beneficia intra sex menses conferenda & in eis intra idem tẽpus instituendum.

Idem de jure in institutione, quidquid dicat Panorm. hîc. ut latius supr. hoc cap. dixi. C. M.

Glossa.

Cap. 5. *Quia diversitatem.*

In Glossa verb. *Confirmatione obtenta sub forma communi.* Ibi. *Verumtamen tria operatur confirmatio.*

De confirmatione in forma communi, vel ex certa scientia, & ut fortior secunda.

Hæc de confirmatione ex certa scientia tantum. Panorm. hîc. plene dixi in consuet. Paris. §. 5. num. 69. cum sequenti. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Etsi fuerat collator sua culpa suspensus.* Ibi. *Non imputatur ei, quod ex illa culpa processerit.*

Impedimentum conferendi ultra sex menses non procedit à culpa, sed à pœna culpæ.

Quia illud impedimentum non procedit immediate ex culpa, sed à pœna culpæ. Panorm. hîc. Gemin. consil. 42. in fine. C. M.

Summarium.

Cap. 6. *Cum nostris.*

In Summario. Ibi. *Non valent litteræ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem.*

Impetrationes beneficiorum viventium debent facere mentionẽ possessionis obtinentis.

Secus si non colorata. gloss. doctor. cap. 2. in principio de decimis. lib. 6. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Thesaurario, ex mandato apostolico præpositurum assignarunt, supple executores deputati.* Ibi. *Sed si mandetur ut mittant in possessionem*

Source : BIU Cujas

Executor mandati apostolici nō potest contradictores excommunicare, nisi insit clausula contradictores compescendo.

præbendæ, nunquid possunt excommunicare contradictores; Joann. dicit quod non, quia executio tantum non coercitio demandata est.

Et bene, nisi sit clausula contradictores compescendo. Panorm. hîc. & d. cap. ex litteris. C. M

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Obtentu litterarum per suggestionem falsi, & veri suppressionem impetratarum* Ibi. *Ex hoc videtur quod si judex tulerit sententiam ex commissione subreptitia, quod non teneat sententia.*

An valeat processus super litteris subreptitiis instruct.

Hoc verum in rescriptis ad beneficia, secus in rescriptis ad lites. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi ex justa causa doceat præposituram sibi concessam.* Ibi. *An litteræ valeant impetratæ ab eo, qui primum beneficium curatum habens aliud obtinuit, & retinens primum mandatum delegato ut primum beneficium ipsi conferat, nulla mentione habita de tali possessione, credo quod valeant.*

Non dicitur colorata possessio ubi evidens est nullitas in titulo.

Et bene, quia non potest dici possessio seu titulus coloratus, ex quo evidens est nullitas, & ita servatur. C. M.

Cap. 9. *Litteras.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si non vacat de facto, de jure tamen præbendam vacare noscatur. Juncto casu. De eo qui habens præbendam in una ecclesia, eligitur in præpositum ejusdem, an vacet præbenda.* Ibi. *Sed ut in eadem ecclesia habeat quis plura beneficia, episcopus dispensare non potest.*

An Episcopus dispensare possit, ad plura beneficia in eadem ecclesia obtinenda.

Vniformia. Panorm. hîc. Gemini. cap. 1. de consuetud. in 6. C. M.

Cap. 11. *Constitutus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Contra formam concessionis conferre non præsumas.* Ibi. *Episcopus potest ex causa delegare tam institutionem, quam administrationem rerum suarum in genere. supr. de institutionibus. ex frequentibus. sed non in specie.*

Et de offic. vicari. cap. ultimo. lib. 6. & de præb. cap. statutum. in fine. eod. lib. per quæ jura & per hanc glossam dictavi cuidam meo scholari nobili, requisitus per patrem, cui parenti dicebat quod daret vicario suo potestatem conferendi primum beneficium quod vacaret secundum hanc formam: quod dabat vicario generalem potestatem conferendi beneficia ad ipsius collationem spectantia, quando vacare contingeret; tamen per aliam litteram inhibuit, quod ex quo unum beneficium contulisset, secundum conferre non posset, nisi prius notificato sibi, cui personæ dictum beneficium contulisset, & responso ab ipso recepto per ipsius litteras, quod collationem illam gratam haberet. Joan. Andr. Ego vero dico quod est fraus, & vidi hujusmodi vicariatus in senatu Parisiensi reprobari, debent esse generales, sine limitatione præsertim occulta. C. M.

Forma vicariatus generalis ad conferenda beneficia hîc exponitur.

Judicium Molinæi de vicariatu continente reservationem occultam.

Cap. 13. *Ex tenore.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Contra statuta Lateranensis concilii.* Ibi. *Auditi Monachi turpitudinem suam allegantes, in odium recipientis turpem promissionem: sic auditur quis, scilicet turpitudinem suam allegans, ubi vertitur periculum animæ.*

Quando allegans turpitudinē suam audiendus.

Adde qualiter & quando audiatur allegans turpitudinem suam. in leg. jusjurandum. quod ex conventione. §. finali. dig. de jurejurando. & ibi per doctor. Alex. consil. 59. in fine. lib. 1.

Hanc adnotationem Molinæi in totum usurparunt emendatores Romani, quia nomen ipsius non exhibebat quamvis in utraque ipsius editione edita sit. F. P.

TITULUS NONUS.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Cap. 1. *Novit ille.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ecclesiam vestram Glastoniensem scilicet erexit in cathedralem, Bathonienſi ecclesiæ uniendo.* Ibi. *Nota quod tribus modis fit unio &c.*

Quibus modis fiat unio ecclesiarum.

Glossa Clement. per litteras. de præb. Petr. de Perusio. tract. de union. in principio. Angel. consil. 247. Petr. Ancharan. consil. 114. Alex. consil. 140. num. 8. lib. 5. C. M.

De his pluribus egimus in tractatu nostro & avitino de beneficiis ecclesiasticis ad verba definitionis beneficiariæ. *Quædam.* cap. 3. de licita vel illicita beneficiorum unione. §. 1. de variis unionum speciebus. F. P.

TITULUS DECIMUS.

De his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.

Cap. 2. *Continebatur.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Conventu sciente & non contradicente. in medio.* Ibi. *Taciturnitas pro consensu habetur. argumentum contra. Solve hîc. ad tempus facta concessio, in contrariis in perpetuum.*

Quando taciturnitas habeatur pro consensu.

Idem simpliciter. Panorm. hîc. Gemin. consilio 10. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non post multum tempus de assensu conventus eidem dedit.* Ibi. *Argumentum quod si multum tempus elapsum esset, & conventus semper tacuisset, videretur consensisse.*

Ex longi temporis taciturnitate præsumitur cōsensus.

Quod per longum tempus præsumatur. late Ludov. Gonsadin. consil. 73. dixi ad Alexand. consil. 45. lib. 3. Vide Felin. cap. Albericus. de test. cap. sicut. de re jud. Hieron. Grat. consil. 121. num. 19. lib. 2. Socin. consil. 15. lib. 5. C. M.

Cap. 6. *Ea noscitur. §. respondemus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *In præsentationibus prælatorum intelligi debet quod fiant de collegiorum suorum assensu.*

Intellige quod consensus collegii, seu aliàs capituli fuit expressus instrumento, nec obstat lex. quæcumque in publicis. & sic per hunc textum patet quod solemnitas extrinseca, quæ potuit adesse tempore confecti instrumenti, præsumitur, si exprimatur, nisi aliàs de contrario probetur. infra in textu. in verb. si constiterit. Felin. cap. sicut nobis. col. 13. supr. de re jud. adde Gemin. consil. 87. C. M.

Solemnitas extrinseca, quæ actui adesse debet, cujus mentio fit in actu, præsumitur adfuisse.

Summa quæstionis est an extrinseca solemnitas præsumatur. solvit Felin. eam non præsumi, sed fallere, si in instrumento fiat enunciative mentio de solemnitate quæ debuit intervenire; tum fallere, quando defectus solemnitatis non fuit allegatus in actus celebratione; & ita Gemin. d. consil. 87. Matheſillan. notab. 12. ubi late Sarayma in annotat. plura videre est apud Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 75. & lib. 3. præsumpt. 132. G. D. P.

An solemnitas extrinseca necessaria in actu præsumatur, & quando.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Præsentatis ab ipsis abbatibus receptis, aliquando ante, aliquando post, monachi contradicunt.* Ibi. *Cum ab initio nesciverunt, aliàs non videtur quod postea contradicere possint. supr. eod. cap. 2.*

Quomodo monachi contradicere possint præsentationi abbatum.

Host. remittit ad ea quæ ibi notavit, & dicit quod contradicere possunt intra sex menses post notitiam. Joann. Andr. sed Panorm. simpliciter tenet glossam. & bene. & adhuc etiam si semper ignoraverunt, non possunt contradicere post semestre, sed remanebit præsentatio valida: possunt tamen juris sui recognitionem prosequi, ne præscribatur per ea quæ dixi in consuetud. Paris. §. 37. gloss. 10. quæst. 3. C. M.

Cap. *Cum apostolica.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In alienationibus rerum ecclesiæ faciendis, episcopus eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum.* Ibi. *Quantum ad opinionem ipsorum, & sic tenebit alienatio, quamvis contrarium eveniat.*

Alienatio rerum ecclesiæ valet de consensu capituli quamvis nociva ex eventu appareat.

Secus si non esset casus apparenter licitus, quia ipso jure esset nulla. Anton. hîc. & Innocent. & Felin. cap. quæ in ecclesiam. col. 1. de constit. Anton. Corset. singul. verb. alienatio. C. M.

Cap.

Source : BIU Cujas

Cap. 8. *Tua nuper.*

GLOSSA. In Gloſſa Verb. *Cum totius cleri tractatu.* Ibi. *Et hoc de immobilibus, vel mobilibus pretioſis, quia ſi ſunt pretioſa, neceſſaria eſt ſolemnitas.*

In mobilibus pretioſis, ut & in immobilibus alienandis ſolemnitas requiritur quoad eccleſiam.

Andr. Tiraquell. de retract. proximit. §. 1. gloſſ. 7. num. 94. C. M.

Cap. 10. *Etſi membra.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Maxime ſuper illis quæ ipſa capitula noſcuntur contingere.* Ibi. *Quod omnes tangit ab omnibus probari debet.*

Quod omnes tãgit, ab omnibus probari debet, maxime in alienationibus rerum eccleſiæ.

De reg. jur. cap. quod omnes. lib. 6. Joan. Andr. ſic in conciliis primitivæ eccleſiæ. act. 15. congregaverunt Apoſtoli totam eccleſiam, quicumque vero certant de excludenda parte eccleſiæ, certant de monopolio. C. M.

Hujus ſubnotati à Molinæo prima pars ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori, quia erat nimium liberioris ſtili ab his verbis *ſic in conciliis primitivæ eccleſiæ uſque ad finem.* F. P.

TITULUS UNDECIMUS.

De his quæ fiunt à majori parte capituli.

Cap. 1. *Cum in cunctis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *In univerſitatibus eccleſiaſticis, prævalet regulariter quod fit à majori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat.*

In deliberationibus communibus id probandũ, quod à majori parte procedit.

Etiam non obſtante conſuetudine, vel ſtatuto. Alexand. conſil. 24. num. 5. lib. 6. Panor. in diſputat. 1. & in tract. de concil. Baſileenſi. incip. quoniam veritas. in 1. dubi. Philipp. Decius. cap. cum omnes. lectura. 2. col. 3. de conſtit. Nicol. Boer. deciſ. Burdegal. 111. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod rationabiliter à paucioribus objectum fuerit.* Ibi. *Argumentum quod ſtatur ſemper majori parti, ſeu pluralitati.*

Standum ſemper majori parti ſeu pluralitati, in rebus communibus tractandis.

Can. multi. in fine. 40. diſtinct. can. Nicænæ. 31. diſtinct. can. ſive. 60. diſtinct. ubi Archid. & Gemin. C. M.

TITULUS DUODECIMUS.

Ut eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

Cap. 1. *Ut noſtrum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Actore non probante &c.* Ibi. *Fallit regula. Item cum reus ſponte aſſumit onus probandi. dig. de probat. circa.*

Exponitur regula, quod actore non probante reus abſolvendus, & ejuſdem fallẽtiæ referuntur.

Hoc falſum. C. M.

Hic approbatur opinio gloſſæ ibidem. contra Molinæum, & bene.

Imo veriſſimum. Barth. ad leg. circa. reus, inquit, aſſumere poteſt in ſe onus probationis, quod gloſſa intelligit generaliter in quacumque cauſa. Dyn. ad cap. non licet. num. ult. de reg. jur. in 6. Cyn. ad leg. actor. cod. de procurat. G. D. P.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De rebus eccleſiæ alienandis vel non.

Cap. 6. *Si quis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui ſubſcripſerit alienanti res eccleſiæ, anathemate feriatur: niſi forte alienator, & qui acceperit (melius receperit, ut eſt in Molinæo) celeri reſtitutione ſibi proſpexerit.* Ibi. *Qui alienat in præjudicium eccleſiæ, etiamſi juraverit ſe non repetiturum, revocare debet, non obſtante juramento, cum ſit illicitum. ſupr. de jurejur. intellecto. argum. contra. ſupr. de inſtit. cum veniſſent. ſed ibi alias poterat conſuli eccleſiæ per capitulum.*

Prælatus alienans res eccleſiæ revocare debet non obſtante juramento, quia agitur de præjudicio eccleſiæ.

Imo adhuc idem, ſed ibi quatenus tangit honorem & commodum prælati, non poteſt revocare. Panorm. hîc. Franciſc. Aretin. conſil. 114. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Licet quibuſcumque perſonis cum fructibus repoſcere alienata.* Ibi. *Præterea alienator poteſt repetere.*

An res eccleſiæ alienata reperatur cum fructibus etiam ab alienãte.

Gloſſ. in leg. Jubemus. §. ſane. cod. de ſacroſanct. eccleſ. leg. ſi procurator. in principio. de excep. doli mali. & ſequuntur omnes Canoniſtæ. hîc Innocent. Hoſtienſ. & alii. in cap. noſtri. de elect. Archid. cap. at ſi illi. 12. quæſt. 2. tamen contrarium late tenet Joann. Igneus in leg. 1. §. ſi vir & uxor. num. 129. per 5. column. ſequ. ad Sillan. C. M.

Cap. 11. *Ad noſtram.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore. feudum dimittat monaſterio alienanti laicus pecunia recepta.*

Emptor rei eccleſiaſticæ lucratur fructus perceptos ante litem conteſtatam, cum reſtituit rem, quamvis nullus ſit contractus.

Nota ſingulariter quod licet contractus ſit nullus, & eccleſia læſa ultra dimidiam ut hîc. adhuc reus lucratur fructus perceptos ante litem conteſtatam, nec compenſantur cum ſorte principali: & ita ſæpe vidi judicari in ſenatu Pariſienſi, quia contractus non eſt nullus, niſi eccleſia vel minor velit, ſeu quando volet. C. M.

Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus rei poſſeſſæ etiam ex contractu nullo.

Ex hypotheſi patet infeudationis contractum cum Abbate & conventu initum, nec fuiſſe nullum, neque monaſterium ultra dimidiam fuiſſe læſum, quare neque de contractu nullo, neque de contractu ex ſolemnitatis agebatur defectu, ſed de contractu reſcindendo ex capite læſionis adverſus bonæ fidei poſſeſſorem, videndus idem Molin. in conſuet. Pariſ. art. 22. quæſt. 10. à num. 48. Dom. Bourdin. ad conſtit. anni 1539. art. 94. G. D. P.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De Depoſito.

Cap. 1. *Gravis illa.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ut iniquum, id eſt furem ſub quæſtionibus ponant.* Ibi. *Nota quod ſuſpecti ſunt torquendi.*

An clerici ſuſpecti de crimine quamvis non infames torquendi ſunt ut laici.

Etiam ſi ſint clerici, nec aliàs infames, nec in hoc differunt à laicis, ut tenet Panorm. hîc. quem ſequitur Felin. in cap. olim. de reſcript. Philipp. Decius in cap. dilectis. in principio. de appellat. cap. at ſi clerici. col. 9. de judic. Alciat. cap. 1. num. 44. de offic. ordin. & ita practicatur. quamvis aliter velit Hypolit. de Marſil. ſingul. 55. & in leg. edictum. num. 14. de quæſt. & in ſua practica. C. M.

Communior eſt opinio clericum torqueri poſſe criminis reum, etiam cum incidenter civili quæſtioni contingat perſecutio criminalis, non quia infamis, juris vel facti infamia crimen antecedente, mirorque virum doctiſſimum Molinæum, non cœpiſſe doctores proprietate verbi abuſos, ſcribentes clericos torqueri non poſſe, niſi infames: ſenſus enim horum textus noſtri verborum, eo quod ut audivimus loculos habet, & ea quæ tibi ſubrepta ſunt, aſportavit, hic eſt, nempe reum furti, diffamatum eſſe de eo crimine; & inde diſputatur an fama ſit indicium ad torturam ſufficiens, Felin. ad cap. veniens. num. 15. de teſt. dicit famam vehementem ſufficere ad torquendum. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. quæſt. 64. num. 24. quærit. an clerici poſſint torqueri de jure, & ſolvit poſſe, quando ſunt de crimine diffamati & ſuſpecti, poſt eumd. Felin. cap. de hoc. de ſimonia. & cap. univerſitates. de ſentent. excomm. & ita ſunt intelligenda quæ dicunt. Panorm. cap. cum in contemplatione. de reg. jur. apud Greg. & Decius & Alciatus locis à Molinæo citatis. Duenaz. Reg. 190. verſic. tertio fallit. nam licet clerici. contra Jaſon ad leg. magiſtratibus. verſiculo tertio limita. dig. de juriſd. omn. jud. Joan. Galli. quæſt. 294. G. D. P.

Sententia Dom. G. D. P. de torquendis clericis ex ſuſpicione criminis.

Source : BIU Cujas

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De Emptione & Venditione.

Cap. 5. *Ad nostram.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re post certum tempus, modico constituto pretio; præsumitur pignus & non venditio.*

Tres conjecturæ concurrentes faciunt transire contractum venditionis in pignus

Et sic tres conjecturæ concurrunt simul. Cæpol. de simulat. contract. in 6. casu. in principio. Hieron. Cagnol. repetit. leg. 2. num. 19. eod. de pact. inter empt. & vend. compos. Philipp. Decius consil. 167. ubi retigi. & plene dixi in tract. usur. quæst. 56. C. M.

Cap. 6. *Cum causa.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Monasterium ultra dimidiam fuisse deceptum.* Ibi. *Istud sic est intelligendum; res valet decem, vendidisti illam pro quatuor, patet quod tu deceptus es in sex, sed sex sunt plusquam dimidia, & sic in emptore deceptio ultra dimidiam, alii dicunt quod necessarium est ut duplum justi pretii dederit emptor.*

Quando læsio dicatur ultra dimidiam justi pretii partem, hic exponitur.

Hoc verissimum, quemadmodum oportet quod venditor det plus duplo justi pretii, ut sit deceptus ultra dimidiam, & ita practicatur in Senatu Parisiensi, quamvis in hoc omnes fere glossæ & Canonistæ & Legistæ & Theologi Scholastici erraverint, ut nove dixi in tract. usurarum. quæst. 14. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Præfati emptores recepto pretio possessiones restituent.* Ibi *Secus est in transactionibus, secundum quosdam transactio, licet quis decipiatur ultra dimidiam justi pretii, & est ratio in transactione, quia eo ipso quod à lite receditur magnum commodum est, unde indebitum solutum ob transactionem non repetitur.*

Utrum transactio rescindatur ob læsionem ultra dimidiam.

Alexand. cons. 222. num. 12. lib. 2. & latius in leg. si quis cum aliter. de verb. oblig. tamen rescinditur propter læsionem multum excedentem dimidiam. Philip. Corn. cons. 27. col. 2. lib. 4. Philipp. Decius leg. cum te. cod. de transact. consil. 349. col. 4. Hieron. Gratus consil. 88. lib. 1. dixi ad Alexand. consil. 42. num. 11. lib. 1. C. M.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

De Locato & Conducto.

Cap. 1. *Ex rescripto.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum Legatus Bononiensibus magistris & scholaribus conducentibus aliena hospitia inhibuerit sub excommunicatione, ne ante tempus conductionis elapsum id faciant.* Ibi. *Sed quare legem non imposuit locatoribus; respondeo quia non habebat jurisdictionem in eis.*

Not. quod Papa non erat dominus temporalis Bononiæ secundum Molinæum & an verum.

Et sic Papa non erat Dominus temporalis Bononiæ. Hostiensis autem & Joann. Andr. male reprehendunt glossam, per ea quæ dixi super edictis regiis post regulas Cancellariæ. C. M.

Male argumentatur Molinæus, nec Legati nec Papæ legem imposuerunt locatoribus, quia, secundum glossam, Legati non habebant jurisdictionem in eis, ergo Papa non erat temporalis Bononiæ Dominus. Hostiens. Joann. Andr. nec cæteri Doctores in dubium revocarunt, an locatores essent de Legatorum jurisdictione, sed dubitarunt an statutum Episcopi Portuensis Legati, & à Tusculanensi episcopo etiam Legato comprehenderet locatores, & in eo variarunt. Constat Ravennatensi ecclesia in Archiepiscopalem erecta, sive à Summo Pontifice, sive à Valentiniano III. circa annum 432. inter episcopatus ei submissos Æmiliæ sive Flaminiæ vel Romandiolæ fuisse Bononiensem. Nemo verò dubitat victo Astulpho Longobardorum Rege, Pipinum Regem Francorum anno 755. Stephano Papæ, & ecclesiæ Romanæ Exarchatum Ravennatensem, omnesque Provincias, Regiones & Urbes à Longobardis occupatas donasse & cessisse, & inter eas Bononiam, jungens quæ scribit Baronius sub annum 755. num. 26. 27. & sub annum 756. num. 12. Clemens III. sedit ab anno 1186. ad annum 1191. quo tempore neque Glossator, neque Molinæus ullum dabunt Principem temporalem vel Tyrannum Bononiæ imperantem. G. D. P.

Donatio Pipini urbium à Longobardis ereptarum, inter quas erat Bononia.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Bononiensibus scholaribus, qui clerici sunt pro majori parte.*

Academia Parisiensis est laica, & etiam jus patronatus eidem competens.

Vulgo judicant ecclesiasticam vel laicam à majori parte, sed Galli indistincte reputant laicam, & est de jurisdictione potestatis sæcularis. Academia verò Parisiensis commissas habet causas in prima instantia in Senatu Parisiensi: singuli verò coram suis conservatoribus. C. M.

Ad quæstionem an Academia Parisiensis sit laica vel ecclesiastica, vel potius mixta, sicut & jus patronatus illi competens. remittitur hic ad varios authores & locos ea de re tractantes.

Vide in id an Academia Parisiensis sit laica vel ecclesiastica, & quod sit mixta & jus patronatus eidem competens. Panorm. in cap. cum ab ecclesiarum. num. 6. glossam. pragm. tit. de collat. §. item quod dictas. in verbo nominare; & notam ibi adjectam in margine. Molin. in notis ad cap. ex litteris. de constit. in decretal. num. 4. in signo b. in commentariis Philippi Decii. ibidem. & quod diffusius exposui in tractatu avitino & meo. de beneficiis ecclesiasticis. in verb. reditu. cap. 4. de oneribus ecclesiarum. §. 7. de divisione patronorum & variis eorumdem differentiis. F. P.

Cap. 3. *Propter sterilitatem. §. verum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Inquilinus rationabiliter amovetur, si perverse conversatus fuerit.* Ibi. *Quidam dicunt in isto casu nihil esse remittendum, quasi compensando.* Ibi. *Dicunt quidam.*

Expulso conductori intra tempus locationis semper remittendum quid pro residuo temporis.

Scilicet Azo, Joann. Andr. hîc. distinguit ut hæc glossa. procedit quando perverse moratur damnum dando, ut si tenet porcos in solario, secus si non dando damnum, ut quia fecit ibi. prostibulum, vel ludum, ut tunc in pœnam nihil remittatur. Idem Hostiensis. sed nos practicamus semper deduci vel compensari inquilino nomine interesse vel mulctæ damnato. C. M.

Confirmatur expulso conductori & inquilino semper remittendum quid pro residuo temporis locationis, sive male versatus fuerit, sive non.

Fit inquilino remissio, si expostulatur, pro rata temporis quod supereſt, à die quo expellitur, quæcumque fuerit expulsionis causa, non semper interesse nomine, non etiam mulctæ compensationem, sed quia non amplius fruetur, nec domum habitabit. Vide Speculat. tit. de locato. §. postquam. num. 10. ubi Joann. Andr. disputat, an residui temporis pensio sit remittenda, si contingat locatorem non posse locare. G. D. P.

Cap. 4. *Potuit.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Emphiteuta potest meliorationes & jus sibi competens, denunciatione prius habita, ecclesiæ vendere.* Ibi. *Videtur quod emphiteusi: sit locatio, ex eo quod ponitur sub titulo de locato, sed non est verum, locatio enim potest fieri tam de rebus mobilibus, quam de immobilibus, emphiteusi vero tantum de immobilibus.*

Differentiæ inter emphiteusim & locationem.

Item in emphiteusi requiritur scriptura. cod. eod. leg. 1. in locatione, non item, conductor nec vendit nec vendicat, emphiteuta sic, cod. eod. leg. 2. dig. si ager vectigalis. leg. 2. Joann. Andr. sed dic quod imo non requirit scripturam, ut dixi in Consuetud. Parisiensi. tit. 2. in rubrica. C. M.

Et illam notam usurparunt emendatores Romani.

Hujus prænotati à Molinæo prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissis ultimis verbis, quia nominabant authorem, ab his verbis, *sed dic quod imo usque ad finem.* F. P.

Ibidem §. *Emphiteuta.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Emphiteuta cessando in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactione consulere studuisset, juste expelli potuisset.*

Source : BIU Cujas

De expulsione emphiteutæ non solventis per biennium aut triennium, ut hic habetur.

Hæc moderatio de rigore non habet locum in emphiteuta privati, qui habet triennium. Imola hîc. & in leg. si insulam. ubi Ang. Alex. & Jason. col. 14. de verb. oblig. Cæpola causa civili. consil. 25. num. 7. Baldus d. leg. magnam. col. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Juste potuisset expelli. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Si prælatus de consensu capituli recipiat pensionem, expellere non poterit emphiteutam, sed si solus prælatus sine consensu capituli recipit pensionem, non credo quod obsit ecclesiæ.*

An in alienatione rei ad ecclesiam pertinentis factum prælati noceat ecclesiæ.

Imo, quia agitur de non acquirendo. Panorm. hîc. Alexand. consil. 14. col. finali. lib. 2. Francisc. Aretin. cons. 89. Philipp. Corn. cons. 187. col. fin. lib. 1. faciunt quæ dixi in Consuet. Paris. §. 14. num. 9. cum sequ. adde Hieron Grat. cons. 2. col. finali. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Sed si unus sit sacerdos, sive rector solus in ecclesia, & recipit pensionem, idem credo quod non possit expellere emphiteutam.*

Rector ecclesiæ solus tantum potest quantum prælatus cum conventu. Panorm. hîc & cap. finali. de præscript. cap. 1. column. finali. de dolo & contumacia. Ludov. Romanus cons. 36. Philipp. Decius cap. reprehensibilis. col. finali. de appell. & cons. 141. col. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Item quid si dicat Dominus recipio pensionem salvo jure meo, credo quod valeat protestatio.* Ibi. *recipio pensionem.*

An prælatus recipiendo pensionem protestari possit de non præjudicando juri suo.

Temporis præteriti, secund. Joann. Andr. Host. Laurent. ut not. in Speculatore. de act. §. 11. licet quidam idem dixerint de futuro. ut ibi. not. Joann. Andr. C. M.

Hæc annotatio Molinæi ab emendatoribus Romanis usurpatur. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Quando alienatur domino requisito, emptor non potest expellere sine authoritate judicis sui.*

Successor emphiteutæ alienantis de consensu prælati, expelli non potest.

Facit lex in singulis. dig. de reg. ju. & in leg. colonus. de vi & vi armata. dixi ad Alexand. cons. 115. num. 18. lib. 3. & ad Philipp. Decium. authent. qui rem. num. 18. & consil. 146. num. 5. C. M.

TITULUS DECIMUS NONUS.

De rerum Permutatione.

Cap. 1. *Si principes.*

INSCRIPTIO. In Epigraphe vel Inscriptione. Ibi. *Ex concilio apud Silvanectum. Juncto textu.*

Ad illustrationem Inscriptionis.

Habetur ad verbum apud Ansegisum. in constit. Ludovici Pii & Clotharii. lib. 20. cap. 30. nisi quod hîc quædam adduntur. C. M.

Notatum ad eamdem inscriptionem & textum illustrandū.

Extat lib. 2. capitularium. cap. 30. in Sirmundi collectione. non extat hoc concilium, sed hæc decisio immutata est ex nov. Justiniani. 7. cap. 2. unde sumpta est authent. sed ut permutare. cod. de sacros. eccles. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Licet Principi permutare cum ecclesia, si causa rationabilis id exposcat.* Ibi. *Puta quod utilitas ecclesiæ in hac permutatione procuratur, aliàs non debet fieri.*

De permutationibus principum cum ecclesia ineundis & quomodo, contra glossam hic.

Imo & si non procuratur, & hoc est privilegium Principis, secundum Hostiens. per litteram æqualis. & hoc est æquum dicere, cum ecclesia infinitis privilegiis sit dotata per Principes, ut patet ex nota. de reb. eccles. non alien. cap. finali. non videt Hostiens. quare Glossatores tam amare interpretati sunt hunc textum. ad id dig. de donat. inter vir. & uxor. leg. si id quod. §. si quas servi operas. & hoc placet Joan. Andr. idem Panorm. hîc. Math. Afflict. decis. Neapol. 17. C. M.

De eadem materia ad alias sedes & locos de ea tractantes remissio.

Vide in id quod diffusius exposui in tractatu nostro & avitino de beneficiis ecclesiasticis. ad verba definitionis beneficiariæ reditu. cap. 3. de jure quod in bonis ecclesiasticis ecclesiæ vel personis ecclesiasticis competit sive de rebus ecclesiæ alienandis vel non. §. 15. de rerum permutatione. F. P.

Cap. 5. *Quæsitum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Prabendæ pacto præcedente permutari non possunt: episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.*

Permutatio præbendarum pacto præcedente inhibetur, cum tamen liceat Episcopo de loco ad locum permutare personas.

Philipp. Decius cons. 141. dixi late in tract. regul. cancell. C. M.

De eadem materia ad authores & locos ibidem remissio.

Vide in id Guid. Conchil. in posthumis memorialibus reformationis ecclesiasticæ. pag. 121. & in tract. posthum. lib. ecclesiæ Gallicanæ. pag. 75. & dissertationem Gallicam nuper impressam de pensionibus ecclesiasticis secundum libertates eccles. Gall. pag. 89. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si Episcopus causam inspexerit necessariam. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Si beneficia sint in eadem ecclesia, & sine onere, tunc possunt permutari, authoritate propria.*

Permutatio vel minimi beneficii non potest fieri absque authoritate Episcopi, sed bene absque consensu patroni saltem ecclesiastici.

Imo requiritur authoritas Episcopi. Panorm. & ita servatur, nisi quando collatio spectat ad inferiorem, quia illîc expedit etiam spreto patrono ecclesiastico, qui perdit tunc jus suum in Gallia, ne detur occasio currendi Romam. ut dixi. in reg. cancell. 17. de infirm. resign. num. 79. C. M.

De eadem materia ad authores & authoritates eorumdem remissio.

Vide eumdem Molin. in not. ad cap. unicum. in glossa verb. conferantur. ibi. concilium Tutonense. de rerum permutat. in clementi. & ad cap. nullus. 17. in textu. ibi. Romano Pontifici nuncietur. de jure patron. apud Greg. & in cap. quoniam. 47. in glossa verb. electione. ibi. idem puto in præsentatione. de elect. in 6. & ad eamd. reg. de infirm. num. 40. & 41. & ibi. Dom. *Louet* in not. & cens. & ad reg. de publ. num. 184. F. P.

Cap. 6. *Ad quæstiones.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si altera ecclesia, ratione possessionum, alteri præponderet, pecuniam posse refundi.*

Propter inæqualitatem redituum potest in permutatione beneficiorum pecunia refundi, absque simonia.

Etiam si respectu tituli. Petr. Anchar. consil. 279. facit quod scripsi in Consuet. Paris. §. 37. gloss. 10. quæst. 1. in fine. C. M.

De eadem materia ad authores remissio.

Vide ad idem capit. Didac. Covarruv. lib. 1. var. cap. 5. num. 9. & Boet. Epo in tract. de saturn. permut. genere sive triangulari. pag. 63. F. P.

Cap. 7. *Cum olim.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum nobis constiterit quod ipse B. suum præstiterit permutationi consensum.*

Quando non dicantur partes stetisse in terminis simplicis placiti, sed ultra transisse

Et sic non mansit in terminis simplicis tractatus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Definitivam sententiam proferentes.* Ibi. *Cum quasi Usuario comparantur clerici.*

Clerici an simplicibus usuariis, an usufructuariis comparandi & quod de consuetudine potius usufructuariis quam usuariis.

Hæc veritas juris. ut per Gemin. cap. præsenti. de offic. leg. in 6. sed de consuetudine sunt Usufructuarii. ut dixi in Consuet Paris. §. 151. C. M.

Vide eumdem Molin. in not. ad cap. 9. in Glossa verb. reservari. ibi. Usufructuario comparatur de off. ordin. in 6. & in stilo Parlam. part. 5. quæst. 16. in verb. consuetudo. & in verb. hæredum. & gloss. pragmat. sanct. tit. de ann. §. item quod si ecclesia. in verb. acquisitos. F. P.

De eadem materia ad alios locos & authores remissio.

Cap. 9. *Exhibita.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur. Juncto textu. ubi agitur de decimis pecuniarum exsolutione redimendis & compensandis.*

An decimæ inter spiritualia, an inter temporalia & carnalia sint

Atqui decimæ non sunt spirituales, nec substantialiter, nec formaliter, nec materialiter, sed tantum applicative, quia ministerio spirituali deputatæ,

Source : BIU Cujas

deputandæ & quod potius inter temporalia & carnalia.

ut tenent Theologi in 4. Sentent. & ibi. Thomas Aquinas. Joan. Gerſon de Vit. ſpirit. animæ. lect. 3. ubi lect. 2. coroll. 3. reprehendit Canoniſtas, qui crebro falluntur & fallunt, dum ſpiritualia judicant illa, quæ carnalia & materialia eſſe nullus neſcit, puta decimas, prædia, & quoſvis reditus. C. M.

Præceptum ſolvendarum decimarum partim judiciale & cæremoniale, partim morale & naturale ut hîc exponitur.

Dicendum eſt illud de decimis ſolvendis præceptum Exod. 22. Leviti. cap. 27. & Num. cap. 18. eſſe judiciale, primò & directè quoad quotam, ſecundum Thom. Aquin. quæſt. 87. art. 1. & reſpectu congruæ ſuſtentationis, quæ Levitis Deo dicatis & divino cultui mancipatis debebatur, fuiſſe naturale & morale præceptum, ex illa generali lege deſumptum, dignus eſt operarius mercede ſua. Lucæ 10. D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 4. Navarr. in Manuali. cap. 21. num. 28. Quo ſenſu recte dixeris inter Chriſtianos divini juris eſſe decimas, quatenus rectores parochiarum, & cæteri eccleſiaſtici illas percipiunt. Covarruv. var. lib. 1. cap. 17. Rebuff. tract. de decimis. quæſt. 13. hinc Selva de benefic. part. 1. quæſt. 7. jus percipiendi decimas eſſe ſpirituale vel ſpirituali annexum. D. Cypr. epiſt. 66. ubi de ſportulis, quæ dabantur clericis eccleſiæ naſcentis pro eorum ſuſtentatione, in honore, inquit, ſportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus percipientes; alios Patrum & Conciliorum locos citat Pamelius. Hæreticus & novator *Goulart* in additione ſua fatetur, quod in decimis cæremoniale fuit abrogatum eſſe, quod vero naturali jure & eccleſiaſtico receptum fuit, abrogatum non eſſe. Sane præceptum illud per ſe primo & directe fuit judiciale, licet indirecte & remote cum cæremonialibus convenire videatur, quia talis præſtatio, propter ſacram ſignificationem, ad Dei cultum pertineat, ob numeri denarii perfectionem, quia cum populus Judaïcus ex denario demebat unitatem quam Deo in miniſtris ſuis offerebat, & propriam ex culpa contractam imperfectionem, & expectandam à Deo per Chriſtum venturum inſtaurationem profitebatur, ait D. Thomas præcepta cæremonialia mortua ſunt & mortifera, judicialia quidem mortua ſunt, non vero mortifera, ita ut authoritate publica eccleſiæ reſtitui potuerunt, quod in decimis contigit, quibus reſtitutis, initio inſpecto divini juris eſſe nemo negabit, & Gregorius IX. hîc ſpirituales vocat, D. Hieron. juris eſſe divini profitetur. 16. quæſt. 1. can. ult. Alexand. III. à Domino inſtitutas, cap. parochianos. de decimis. jus eccleſiaſticum. Innoc. III. cap. tua nobis. eod. quare licet fructus & reditus decimarum non ſint ſpirituales, jus tamen eas percipiendi divinum eſt, eccleſiaſticum, ſacrum, ſpirituale, vel ſpirituali annexum. G. D. P.

Sententia divi Thomæ de præceptis veteris legis hîc exponitur.

Sententia Dom. G. D. P. cujus juris ſunt decimæ.

Huic capitulo ſubjecerat Dom. G. D. P. cap. parochianos de decimis. & notam ſuam ibidem adjecerat quam ſuo loco. & ad d. cap. parochianos. infr. melius rejiciendam credidi, cum aliud ſit decimas quærere an ſint ſpirituales, an temporales, quæ eſt materia hujus cap. aliud decimas eſſe divini juris vel eccleſiaſtici, quæ eſt materia. d. cap. parochianos. infra. de decimis. licet hîc utrumque confundat Dom. G. D. P. F. P.

Aliud quærere an decimæ ſint ſpirituales & temporales, aliud an ſint divini juris, unde melius reducitur poſterior quæſtio infra.

An divini juris cenſendæ decimæ apud Chriſtianos & hodierno jure.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quidquid ſecutum irritum dixerimus. Junctis præcedentibus, de commutationibus decimarum cum temporalibus.* Ibi. *Sic patet quod temporale non poteſt dari loco decimarum. argum. contra. ſupr. de reb. eccleſ. non alien. ut ſuper. ex hac decretali ſolvitur quæſtio de liberatione poſſeſſionis ab onere decimarum per traditionem aliarum in proprietatem eccleſiæ factam.* Ibi. *Ex hac decretali.*

De uſu decimarum apud Judæos & myſterio denarii numeri apud eoſdem.

Et ex hoc can. 16. quæſt. 7. omnes decimæ. & de hoc per Barthol. Brixienſ. in quæſt. cum quædam eccleſiæ. & eſt dominicalis. 49. ubi tenet Barthol. quod tale pactum factum ad decennium eccleſia ſervare tenetur, etiam ſi res pro decimis permutatæ chaſmate pereat. Joann. Andr. idem Panorm. hîc. dicens quod pactum ad tempus videtur fieri ſuper fructibus, & non ſuper ipſo jure decimandi. C. M.

De conventione facta ut res propriæ liberentur à præſtatione decimarum, tradendo alias in proprietatem eccleſiæ an valeat & hic videtur approbari.

Hujus ſubnotati à Molinæo prima pars ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſis poſterioribus verbis, *ab hoc loco idem Panor. hîc dicens uſque ad finem.* quod notandum ut in pleriſque aliis locis; & præterea ad eas conventiones & ad mediationes ſive reductiones decimarum, & quod ſervandæ ſint, cum ſunt generales & generaliter conventæ, inter rectorem parœciæ & parochianos, & longa poſſeſſione & conſuetudine inductæ. Vide Lud. Carond. 1. reſp. cap. 40. & lib. 2. pandect. pag. 103. & in id conſulendum in adverſariis & collectaneis meis. Unum Senatus Pariſienſis in majori Camera decretum & arreſtum, ex relatione D. *Benoiſe*, pro communitate parochianorum & inhabitantium Preliaci captivi in Bituricenſi provincia, Gallice *Preli le chetif*, contra Priorem Curatum, & Vicarium perpetuum ejuſdem loci & parochiæ, pro decimis lanarum & carnium, quo arreſto compoſitio ſuper perceptione facta earumdem decimarum confirmata eſt, de die 26. Januarii anni 1658. & alterum Magni Conſilii de die 27. Septembris anni 1673. pro parochianis & commorantibus. Argentolii in hacce diœceſi Pariſienſi, vulgo *Argenteuil* contra firmarios & receptores abbatiæ ſancti Dionyſii in Francia, nec non Abbatem eorum partes ſuſcipientem, quo antiqua reductione decimarum ſuper fructibus vinearum territorii Argentolienſis confirmata, in recitationibus publicis cauſarum, in publico auditorio. F. P.

De compoſitionibus ſuper decimis factis ad authores de his tractantes remiſſio.

In id decretum Senatus Pariſienſis ex relatione litis.

Alterum Magni Conſilii in publicis cauſarum actionibus.

TITULUS VIGESIMUS.

De Feudis.

Cap. 1. *Ex inſinuatione.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Quamdiu fructus illos cœperis in ſortem minime computandos, idem M. à ſervitio, in quo pro feudo eccleſiæ tenetur, interim ſit immunis.*

An valeat conventio habita ut dominus rerum in feudum datarum fructus percipiat, ut interim feudatarius à ſervitio abeat immunis.

Dicunt eſſe textum ſingularem, alii favore eccleſiæ, alii favore domini directi, ſed utrique errant, utque nove dixi in Conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 9. quæſt. 3. debet hic textus intelligi, quatenus ſervitium interim ſubſtractum commenſuratur fructibus, aliàs uſura eſt. C. M.

Improbatur hîc pactio poſſeſſionis delatæ creditori rei ſub onere & ſervitio datæ ad exonerationem oneris & ſervitii.

In hoc cap. 1. & in cap. conqueſtus. infr. de uſuris. non eſt antichriſis illa quâ convenitur ut pignore creditor utatur fruatur, in vicem uſurarum, de qua in leg. ſcio. 11. §. 1. dig. de pig. leg. ſi ea pactione. leg. ſi ea lege. dig. de uſuris. ſed eſt mutuum dato pignore, cujus regulariter fructus in ſortem implicari debent. leg. ſi dominum. cod. de pign. cap. 1. cap. 2. de uſur. unde hîc non cum uſura pecuniæ mutuô ſub gagerio (id eſt pignore) datæ, ſed cum ſervitio, quod præſtandum erat annuatim à debitore eccleſiæ creditrici ratione feudi compenſatis, & ita cum Molinæo [a] Covarruv. lib. 3. var. cap. 1. num. 4. ſentit. G. D. P.

[a] Quem quidem Molinæum citat ibidem Covarruv. cum elogio, ut in pleriſque aliis locis, & ibidem ſcribit Carolum Molinæum eleganter interpretatum fuiſſe hoc cap. 1. de feudis. in commentariis ad Conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 11. & 3. quæſt. quem omnino legendum eſſe ibidem dicit, nec minimum eſt à viro laudatiſſimo Hiſpano & catholico Segobienſis eccleſiæ Præſule laudatum fuiſſe, non inverſo vel immutato nomine, ſed proprio, ut fecere Romani & Itali, qui tractatum ejuſdem Molinæi de uſuris, cujus doctrina indigebant, imprimi curarunt, tum Latine, tum Italice, ſub ementito nomine Caballini, ut nomen ipſius tacerent, de quo te monitum volui. F. P.

Molinæus in tractatu de uſuris honorifice laudatus à Didaco Covarruvia Hiſpano authore celeberrimo.

Contra Itali & Romani ejuſdem doctrina utentes nomen ejus inverterunt.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *A ſervitio ſit immunis. Junctis quæ*

GLOSSA.

Source : BIU Cujas

Præcedenti cõventione addi potest ut interim serviat feudatarius computatis servitiis ut fructibus in sortem.

præcedunt. Ibi. *Sed quid si vellet servire ecclesiæ, ad hoc ut computaret fructus in sortem, dico quod in hoc casu non est audiendus.*

Et male, ut nuper dixi in textu. C. M.

Cap. 2. *Ex parte.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Ponit tres casus, in quibus non obstante juramento de non infeudando, potest Episcopus antiquum feudum ad ecclesiam reversam novo vassallo concedere.*

De licita renovatione veteris infeudationis ab Episcopo absque alia solemnitate.

Bald. conf. 432. lib. 2. Calder. conf. 1. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. Paul. conf. 139. lib. 2. Philipp Corn. conf. 181. lib. 2. consil. 150. lib. 3. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si vassallum feudum alienare contingat.* Ibi. *Si minorem partem feudi dat in libello, vel obligat pignori, dummodo remaneat in servitio domini, propter hoc non perdit feudum.*

An vassallus alienando minorẽ partem feudi, manendo in servitio feudi pro majori, feudum amittat.

Hoc videtur correctum, quia etsi pauca vendat sine consensu domini, feudum amittit. in lib. feud. de prohib. feudi alienat. per leg. imperialem. § habito. secundum Hostiens. sed glossa ibi. & communiter domini legum contra; quod si partem vendidit, illam solam perdat. Joann. Andr. Panorm. hîc. & late dixi in Consuetud. Paris. §. 13. glossa. 5. num. 7. C. M.

Præmonitio frequenter hic usurpata.

Hujus subnotati à Molinæo major pars ab emendatoribus Romanis usurpata est, omissis paucis quæ prænotabant authorem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Filium alienantis investire.* Ibi. *Videtur quod ob delictum patris non debet filius feudum amittere.*

An ob delictum patris filius amittat feudum.

Dixi in Consuet. Paris. §. 13. gloss. 36. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-PRIMUS.

De Pignoribus.

Cap. 2. *Lator.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Lex habet, ut homo liber pro debito non teneatur.* Ibi. *Item libera persona obligari potest, scilicet in ostagio.*

Libera persona non potest obligari nisi in ostagio per Principes & Respublicas.

Sed per Principes tantum vel rempublicam fieri potest. C. M.

De obsidibus vide authores ad quos fit remissio.

Contrarium glossa probavit authoritate Alexand. III. cap. ex scripto. supr. de jurejur. & in Consuet. Britann. tit. 5. extat tit. *Des Arrests & Ostages*, de obsidibus datis à Republicis & communitatibus multa petes exempla ex Cæsare lib. 7. de bello Gallico. de obsidibus belli causa datis. Albericus Gentilis de jure belli. lib. 2. cap. 19. & Joann. Cotereus eod. tractatu (sive potius de jure militum) lib. 2. cap. 30. de his Gregorius can. suppliciter. 23. quæst. 8. ubi glossa an Episcopus clericum, Abbas monachum dare possint obsidem. Vide Roman. sing. 505. Anton. Corset. Siculum. sing. 195. G. D. P.

De eadem materia ad alios Molinæi locos remissio.

Vide in id eundem Molin. ad cap. 9. in glossa verb. obsides eorum. de jurejur. apud Greg. Vide & Franciscum Raguell. in indice jurium Regiorum. in verbo *Ostages.* F. P.

Cap. 3. *Ex præsentium.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Sacerdos ecclesiæ calicem pro sua necessitate pignori obligavit.* Ibi. *Et dic pro sua necessitate patrimoniali, non personali.*

An successor in beneficio debiti prædecessoris exsolvere teneatur & quæ.

Quia pro necessitate personæ potest debita contrahere, quæ tenetur successor beneficii, non autem hæres solvere. Cardin. Florent. col. 1. oppos. 1. Panorm. hîc. & in cap. 1. de solut. & repetit. cap. cum esses. col. 11. in 4. quæst. principali. de testib. Oldrad. quæst. 24. Calder. conf. 1. de solut. Francisc. Ripa. in leg. 1. obligationum. col. 11. num. 46. de pign. C. M.

Oldradus consil. 249. respondit successorem ad debita propter ecclesiæ necessitatem vel utilitatem teneri, tum eodem successore capiente paramenta, vasa, libros prædecessoris, ejus æs alienum luere debere, quatenus mobilia debitis commensurantur, Panormitani mens in locis à Molinæo citatis hæc est, ut non sola prædecessoris debita pro utilitate ecclesiæ contracta successor luere teneatur, sed etiam ea quæ tempore infirmitatis pro sua necessitate contraxit. hîc. num. 5. idque super fructibus beneficii. ad cap. cum esses. de testam. num. 27. quæst. 4. vers. mihi autem in hac materia. &c. Calder. consil. 1. de solut. proponit hypothesim in monacho, & solvit à monasterio deberi post ejus obitum pecunias ad ejus necessarium victum mutuatas. glossa. hîc. dicit hæredem sacerdotis teneri ad luitionem pignoris pro necessitate reali contracti, non vero pro personali, inde concludunt Hostiens. Joann. Andr. Anchar. & Zabarella. successorem in beneficio teneri; Concedo in his locis & provinciis in quibus peculium sive spolium clericorum ecclesiæ quæritur, & ejusdem rectori, quia quantumvis id tenaciter proponant doctores, nullo tamen jure cavetur, successorem ad solvenda debita per suum prædecessorem contracta ratione sui tantum personæ obligatum esse, imo contrarium ubique practicatur; quod optime concludit tract. de spoliis clericorum. §. 10. quo jure utimur, neque conducunt quæ habes in Loet. collect. litt. S. num. 15. litt. V. num. 11. G. D. P.

Quæ debita prædecessoris teneatur exsolvere successor in beneficio.

Successor in beneficio tenetur luere debita realia, nõ personalia.

Quæ debita realia, quæ personalia hic explicatur.

Debuerat Dom. G. D. P. pro sua qua sæpius utitur diligentia in supplendis citationibus Molinæi, hîc laudare authorem tractatus quem citat ipsemet de spoliis clericorum, qui est Dom. Guillelmi Rodoani, & animadverte non citandum per §§. sed per quæstiones, & hanc materiam debitorum exsolvendorum per successores tractatam esse in quæstione 10. per totum. quod animadvertendum credidi, ne in perquisitione citationis fatigeris. F. P.

De eadem materia definienda remissio ad authores de eadem tractantes.

Suppletio citationum in superiori nota exhibitarum.

Cap. 4. *Illo vos.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si usurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, contractus judicatur fœneratitius.*

Unde contractus fœneratitius judicatur, hic exponitur.

Etiam justo pretio. Anton. Burgos. cap. ad nostram. col. 11. de empt. & vend. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu ibi. *Ex duobus quæ in pacto fuerunt expressa. Juncto quod in præcedenti summario habetur.*

Notæ indices contractus pigneratitii.

Nota quod hæ duæ præsumptiones includunt tertiam, scilicet quod erat pactum de retrovendendo. Adde Philipp. Corneum. consil. 214. conclus. 241. lib. 1. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. *Præsertim cum usuras consueverit exercere. Junctis præcedentibus.*

Hic coadunantur omnes notæ & conjecturæ contractus pigneratitii.

Hoc ultimum non requiritur hîc. quia præcedunt quatuor: primum, pactum de redimendo: secundum, limitatio pacti post tempus & usque ad tempus: tertium, quod minore pretio redimatur: quartum, fructibus eo casu imputatis, ad hoc Conrad. *de Sumenhart.* de contract. quæst. 84. conclus. 4. tum sola libertas sese liberandi oblata inducit usuram, ut plene dixi in tract. usur. num. 35. C. M.

Cap. 5. *Ex litteris.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Pro dote bona viri tacite obligata.* Ibi. *Et sic omnia bona prælati sunt obligata ecclesiæ, si male administraverit.*

Ad exemplum securitatis dotis uxoris, ut bona mariti, ita omnia bona prælati in casum segnioris administrationis sint obligata ecclesiæ, ut uxori.

Idem Joann. Imola. hîc. col. 4. num. 21. cum sequent. & Panorm. C. M.

Cap. 6. *Cum contra.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si creditor tot fructus percipit ex pignore, quod satisfactum est sorti, debet pignus debitori restitui.*

Rei pignori datæ fructibus perceptis sortem æquantibus resti-

Et sic actio pigneratitia est in rem scripta, & ita in Gallia observatur, & bene, omisso circuitu. Host. hîc. hoc admittit, data mixtura fœnoris, & sequitur

Source : BIU Cujas

tutio datur pignoris indiſtincte.

Imol. leg. 1. de pignerat. actione. Romanus leg. 4. §. cato num. 27. de verb. oblig. ſed non eſt opus hac reſtitutione, & etiam in hoc textu nullum verbum de uſura. C. M.

Cap. 7. *Significante.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *In captione detentus ſatisfacere non potuit creditori.*

Detentio in carcere, vel alia captione, eſt legitimum impedimentum non faciendi.

Joann. Imola. hîc. col. 1. in fine. num. 5. nota quod eo ipſo quod quis detinetur in carcere, dicitur legitime impeditus ad ſolvendum in terminis, & refert ad emphiteutas poſt Anton. Butr. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatum.* Ibi. *Sic pactum legis commiſſoriæ ſit hoc modo; vendo tibi fundum decem, tali pacto adjecto, quod ſi uſque ad menſem non ſolveris decem, fundus ſit inemptus.*

Pactum legis commiſſoriæ hic exponitur, & reprobatur in pignoribus, quod uſuram inducat.

Imo idem in omnibus pactis, habentibus vim reſolutivam principii. Panorm. Raphael Cuman. leg. 1. col. finali. de donat. Paul. & alii in leg. ab emptione. de pactis. dixi late in Conſuet. Pariſ. §. 23. num. 11. & judicium meum, de quo ibi, confirmatum fuit arreſto Senatus Pariſienſis anno 1539. Id. Dom. Andr. Tiraquell. in tract. retract. convent. §. 1. gloſſa 7. num. 15. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-SECUNDUS.

De Fidejuſſoribus.

Cap. 1. *Clericus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Clericus fidejuſſionibus inſerviens.* Ibi. *Inſerviens frequentiam denotat.*

Verbum inſerviens notatur ad frequentiam inducendam actus cui conjungitur.

Dixi in tract. uſur. quæſt. 32. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-TERTIUS.

De Solutionibus.

Cap. 1. *Ad hoc.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Filius debita patris ſolvere tenetur, ita prælatus ſui prædeceſſoris, pro eccleſiæ neceſſitatibus contracta.*

Ut filius patris tenetur debita exſolvere, ſic & ſucceſſor prælati pro neceſſitate eccleſiæ contracta.

Bertach. tract de epiſc. lib. 4. part. 2. quæſt. 54. in fine. Jaſon. conſil. 222. lib. 2. ſupr. de pign. cap. 3. C. M.

Cap. 3. *Odoardus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si clericus non habeat ut ſatisfaciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari..*

Non debet excommunicari qui non habet unde exſolvat debita.

Deciſ. Tholoſ. 246. Philipp. Decius. cap. reprehenſibilis. num. 9. de appell. cap. epiſcopus. col. 1. de præbend. ubi dixi. C. M.

Vide eumdem Molinæum in not. ad cap. ex reſcripto. 9. in textu. ibi. inhibeatis. divina officia celebrari. de procur. in decretal. & Brodæum ad Louetii collectanea. litt. C. art. 31. F. P

Ibidem.

De ea materia definienda ad authores remiſſio.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sententiam ipſam ſine difficultate relaxetis. Junctis præcedentibus, in textu. Contra Odoardum clericum, propter rerum inopiam debita ſolvere non valentem, ſententiam excommunicationis promulgavit.*

An clerici ceſſioni bonorum ſubjaceant, necne

Hoc non ſolet ſervari in Gallia niſi bonis cedant. C. M.

Duobus hodie fruuntur privilegiis clerici jure Gallico; primum, ut debitores ad debita ſolvenda non poſſint excommunicatione compelli; ſecundum, ut carcerari nequeant Brod. ad collectan. Loetii. litt. O. num. 31. verſ. *mais ſi les Preſtres.* Unde ſequitur nec eos bonis cedere, quod propugnat. Panorm. hîc. num. 8. Aufrer. deciſ. Tholoſ. 246. G. D. P.

Probatur clericos ceſſionibus bonorum non ſubeſſe.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Recepta prius idonea cautione, ſi ad pinguiorem fortunam devenerit. &c.* Ibi. *Et ita patet, quod licet quis cedat bonis, non ideo liberatus eſt, ſed obligatio remanet.*

Etiam poſt bonorum ceſſionem remanet naturalis obligatio.

Jacob Alcmain. in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 2. C. M.

Et ex eo eſt, quod duobus publicis decoctoribus, quorum parco nomini, ob fraudulentas bonorum & facultatum inverſiones, publico judicio damnatis ad triremes regias in novennium continuum, poſt publicam & triduanam numellæ publicæ, cruciariæ machinæ collo & pedibus immiſſis, in patenti Pariſiorum emporio expoſitionem & tranſverſionem, quam paſſi ſunt, eodem judicio pronunciatum, poſt exactum tempus condemnationis triremium veteribus obligationibus & debitis ſubjacere, adeo ut liceret creditoribus adhuc eos publico carceri mancipare, uſque ad ultimi quadrantis exſolutionem, ſolemni curiæ Pariſienſis decreto de die 30. Maii anni 1673. F. P.

Probatur ea ſententia poſt ceſſionem bonorum remanere obligationem naturalē, celebri decreto Curiæ Pariſienſis contra duos publicos decoctores pronunciato.

Junge & in id quod adnotatum eſt in regula peccatum. in 1. gloſſa verb. reſtituatur. de reg. jur. in 6.

TITULUS VIGESIMUS-QUARTUS.

De Donationibus.

Cap. 5. *Per tuas.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Verum cum ipſi terram ſibi aſſignatam menſurari feciſſent, non niſi duos modios invenerunt.* Ibi. *Nota quod ubi quis decipitur in quantitate rei, agitur ad ſupplementum. Juncta inſcriptione. Innocent. III. Epiſcopo Florentino, & caſu de quatuor modiis terræ, nobilibus Florentinis ab Epiſcopo aſſignandis in recompenſationem ſecuritatis datæ tempore ſchiſmatis.*

Correctio Molinæi ad gloſſam & caſum capituli.

Imo hîc non fuit deceptio in contractu & obligatione, ſed defectus in ſolutione. Panorm. C. M.

Illuſtratio & manifeſtatio ejuſdem caſus capituli.

Hoc non dicit Panorm. nec agitur de ſolutione debiti, ſed de rei traditione; Florentinus Epiſcopus in beneficii recepti compenſationem, authoritate Summi Pontificis, quibuſdam Nobilibus quatuor modios terræ infeudavit, non aſſignatos in certo loco, & traditos, ut aiunt Hoſtienſ. & Joann. Andr. ſed per inveſtituram ſolemnem, non tamen realem, ſucceſſor in epiſcopatu Nobiles illos inveſtivit realiter tradita certa terræ quantitate, pro quatuor modiis, at ex modo per menſorem deſcripto, duo tantum erant modii terræ: ſupplemento petito per Nobiles, Papa reſpondit modiorum numerum eſſe integrandum, & recte, non ſolum quia eccleſia nullam in actibus ſuis fraudem adhibere debet, ſed quia initio inſpecto, partes à numero & quantitate incœperant, non à corpore. G. D. P.

De eadem quæſtione definienda, refundendæ quantitatis deficientis in venditione, dum à quantitate incœptum non à corpore, habes remiſſionem ad alios authores & locos.

De menſura rei venditæ, vel donatæ in remunerationem accepti beneficii, quæ venditioni comparatur, & ut exhibenda & præſtanda, quando in contractu & conventione à menſura incœpere contrahentes, ſecus quando à corpore. Vide Argentr. ad Conſuet. Britann. §. 267. col. 1194. Ludov. Carond. 8. reſponſ. cap. 54. Maynard. lib. 4. cap. 28. Didac. Covarruv. pract. quæſt. cap. 3. num. 8. F. P.

Cap. 17. *Paſtoralis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ubi Epiſcopus de conſenſu patroni concedit eccleſiam, patronus quod ſuum eſt conferre videtur, videlicet jus patronatus, Epiſcopus temporale.* Ibi. *Qui ergo concedit eccleſiam, quod ſuum eſt videtur conceſſiſſe.*

Epiſcopus concedendo eccleſiam, quid concedere dicatur, an temporale an ſpirituale, an utrumque ſimul.

Imo videtur concedere jus ſingulare tantum quod habet. Panorm. niſi nullum jus ſingulare haberet. C. M.

Cap. 8. *Inter dilectos.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Hoſpitalaribus ſancti Sepulchri hoſpitale adjudicari curavimus.* Ibi. *Sed qualiter iſti ſe ſupponere, & eximere poterant à juriſdictione ſui prælati? reſpondeo licet iſti non potuerint ſe ſubjicere, tamen per talem ſubjectionem ſibi poterat præjudicium fieri.*

Hoſpitale privatum non ſubjicitur juriſdictioni Epiſcopi.

Dic melius quod erat hoſpitale privatum profanum, quod poterat ſine licentia epiſcopi alteri ſubjici. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 9. *Apostolicæ.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Episcopus non amplius quam centesimam partem ecclesiæ debeat elargiri.* Ibi. *Et hoc potest facere sine consensu capituli.*

Utrum Episcopus possit aliquid agere sine consensu capituli in traditione ecclesiæ.

In mobilibus tantum. Philipp. Decius consil. 174. num. 2. C. M.

Cap. 10. *Propter.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successorem.* Ibi. *Hoc jus revocandi donationem personale est, quia non competit primordium hujus causæ hæredibus. Juncto ampliori textu. Propter ingratitudinem in quem liberalitas collata est, revocatur donatio.*

Jus revocandi donationem propter ingratitudinem non competit hæredibus donatoris si tacuerit.

Nisi offensus non habuit facultatem conquerendi. Alexand. leg. rei judicatæ. in principio. col. 1. fol. matrim. Joann. Andr. Imola. hîc. Andr. Tiraquell. repetit. leg. si umquam. verb. susceperit liberos. num. 174. cod. de revoc. don. Joann. Igneus. leg. divus ad Sillanian. C. M.

Ad ejus quæstionis definitionem habes hic remissionem ad authores.

De ea materia juris revocandi donationem propter ingratitudinem, an transeat in hæredes, necne, vide Imbert. in Enchirid. fol. 106. b. Ludov. Charond. 5. resp. cap. 27. & 9. respons. cap. 19. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Et sic est argumentum, quod feudum non est auferendum filio propter feloniam patris.*

Feudum non auferendum filio propter feloniam patris.

Dixi in Consuetud. Paris. §. 30. quæst. 33. quæst. 34. C. M.

Sed an propter feloniam filii vivente patre contractam in dominum directum post mortem patris auferendum sit feudum à filio, & quod non sit auferendum, sed quod adigendus sit filius novus vassallus ad satisfactionem domino suo præstandam, vide eumd. Molin. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 43. gloss. 1. num. 147. & de felonia mariti in dominum directum uxoris, an noceat uxori, vide ibidem Molin. num. 83. F. P.

Variæ hic deciduntur quæstiones priori congruentes per authores hic remissos.

TITULUS VIGESIMUS-SEXTUS.

De testamentis & ultimis voluntatibus.

Cap. 1. *Quorumdam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quidquid ante consecrationem ecclesiæ fuisse cognoveris, vel Episcopum in ordine Episcopatus acquisivisse, in ecclesiæ dominio conservetur.* Ibi. *Intuitu ecclesiæ, vel de rebus ecclesiæ, secus de aliis.*

Quidquid adquirit clericus præsumitur nomine ecclesiæ adquisisse, tamen aliud hodie servatur ut hæredibus quæratur.

Idem Gofred. & Innocent. qui dicebat intuitu Episcopatus, vel intuitu officii. infra eod. requisisti. & de hoc dicam infr. eod. quia nos. sed Hostiens. dicit præsumendum pro ecclesia, qualitercumque evenerit, nisi aliud probetur. Joann. Andr. Imola. fructus suos & quæsita facit, nec solum potest testari, sed etiam intestatus hæredibus sanguinis relinquit, & sic si textus & similes ubique fere exoleverunt. ut dixi in Consuetud. Paris. §. 151. C. M.

Summa quæstionum hic excutiendarum, & modi definiendarum.

Non offert sese hîc disquisitio, quid religiosi monachi donare, legare possunt, quid clerici beneficiati possunt inter vivos donare, Quæritur quinam episcopis, prælatis, rectoribus, & quibusvis clericis bonorum ecclesiasticorum administrationem habentibus succedere possint, ab intestato, vel ex testamento; Doctorum lucubrationibus omissis, quibus omnia quoquo versum ordine temporum turbato magna confusione miscent, pro hujus explanatione, dubii, concilia, decreta Pontificum, Imperatorias Constitutiones, & Galliæ Consuetudines, ab ipsis fontibus breviter & chronologice, quantum fieri poterit, exponam. Duo tamen præmittenda sunt, primùm Bonifacii VIII. decretales cap. quia sæpe. de elect. in 6. cap. ult. de offic. ordinarii. eod. de jure quodam speciali per usum introducto, disponere, quo Archiepiscopi, Episcopi, Prælative alii, bona decedentium ecclesiasticorum quædam sibi vindicant, quæ consuetudo vel in hæredum vel in successoris in beneficio dispendium vergit; secundum, nempe cap. 1. cap. 2. de pecul. clericorum. quæ Raymundus decretalium authoritate Gregorii IX. compilator, ex Arelatensi concilio citat, in nullo sex Arelatensium conciliorum, quæ collegit Sirmundus, extare; tum illud cap. 1. de peculio clericorum. Burchard. ex lib. 1. decretor. cap. 118. & Ivo decret. part. 3. cap. 94. ex Remensi concilio colligunt, sic & cap. 4. eod. tit. de pecul. cler. Raymund. producit ex eod. concilio Remensi; quod non extat in duobus conciliis Remensibus, quæ publicavit idem Sirmundus, nec etiam in septem Remensibus conciliis, quorum meminit Baronius annal. tomo 9. 11. & 12. nec asseri potest quo in concilio, sive Arelatensi, sive Remensi ista selegerit capita Sirmundus? licet hæc omnia præcedant annum 1227. quo sedit Gregorius IX. sed & præcedunt ann. 1020. quo Burchard. scribebat, videbit lector quanta sit Raymundi citationibus fides adhibenda: hoc unum sufficit, quæ illis tribus capitibus decisa sunt, esse conformia dispositionibus concilii 7. Carthaginensis. cap. 9. & 12. de testam. apud Gregor. de quibus infra.

Inquisitio veritatis in aliquot Decretales Gregorii IX. & Bonifacii VIII. in hac quæstione successionis quæsitorum ab ecclesiasticis sæcularibus.

Totius nostri tractatus fundamentum petendum est ex cap. 40. canonum Apostolorum. 12. quæst. 1. can. 21. quo cautum, ut Episcopi res, & ecclesiæ res, eo defuncto manifestentur, id est distinguantur, ne præjudicium fiat vel ecclesiæ, vel Episcopi propinquis. Divus Hieronym. lib. 2. epist. 2. ad Rufin. Quæritur se nuper vidisse & planxisse Crœsi opes unius (nempe ecclesiastici) deprehensas, urbisque stipes, quasi in usus pauperum congregatas, stirpi & posteris derelictas; cujus planctus causam inde credendum est emersisse, quia de rebus ecclesiæ fuerant illæ opes immensæ congregatæ; Constat enim eodem divi Hieronymi sæculo, concilio Carthaginensi 2. anni 397. fuisse decisum, Episcopo, presbytero, vel alio clerico, nihil in bonis habente, ordinato, quidquid acquisierit, ecclesiæ quæri, aliudque esse bonorum respectu, quæ donatione, vel successione competerent ei. 12. quæst. 3. can. 1. tum Agathensi concilio anni 506. can. 33. cautum fuit, Episcopum filios vel nepotes non habentem, alium quam ecclesiam hæredem instituere non posse. ead. 12. quæst. can. Episcopus. quod tamen est cum temperamento quodam intelligendum, quia de rebus propriis vel adquisitis quidquid voluit hæredibus suis relinquere potuit. can. 48. ejusdem concilii, vel (secundum alios) concilii Epaonensis, unde sumptus est canon Episcopus. ead. 12. quæst. 1. Sic Gregorius Magnus in Pontificem assumptus anno 590. scribit Episcopos, de his rebus quas ante episcopatum habuerunt, quidquid judicare voluerint, non vetari, nulla eis alienandi rerum in episcopatu quæsitarum licentia relicta, ead. 12. quæst. 5. can. 1. idque non solis episcopis licuit, sed & cæteris sacerdotibus & aliis quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est. concilio 9. Toletano anni 566. ead. 12. quæst. 4. can. 1. adde de suis propriis rebus, non tantum clericis testari licuisse, sed his intestato decedentibus hæredes successisse, concilio Triburiensi anni 895. ead. 12. quæst. 5. can. ult. etiam parentes servorum in clerum assertorum, ex aliqua parte peculii, cæteris Episcopo, ecclesiæ & pauperibus quæsitis, ex eod. concilio, cap. 2. de succes. ab intestato. apud Greg. quamvis, si clerici obirent intestati, eorum bona quærerentur ecclesiæ; concilio ad Altensem celebrato. cap. 1. eod. tit. de succes. ab intestato. quod concilium aliquanto post annum 912. tempore celebratum puto, cum Burchard. qui scribebat anno 1020. lib. 1. cap. 227. notet in margine Conradum Germaniæ Regem huic interfuisse concilio, juxta cujus decisionem Alexand. III. qui sedit ab anno 1168. de iis quæ

Totum hoc Dō. G. D. P. adnotatum in eo est, ut bona propria clericorum vel hæreditaria, jure ante vel post ordinationem quæsita, hæredibus sanguinis conservet, adquisita post ordinationem ex rebus & fructibus ecclesiæ, ipsimet ecclesiæ deferat, ex jure canonico & ecclesiastico.

Source : BIU Cujas

paternæ ſucceſſionis, aut donationis intuitu, aut artificio, vel doctrina clerici ſunt adepti, teſtari permiſit. cap. 9. cap. 12. de teſtam. apud Greg. quaſi vellet, ſi inteſtati decederent, parentes, liberos, cognatos, agnatos, excludere, quod nuſquam uſu receptum eſt, quoad res ante ordinationem quæſitas, & eas quæ ante vel poſt ordinationem jure habuerunt hæreditario.

Refertur hic jus Imperialibus Cõſtitutionibus inductum, ut eccleſia haberet quæſita poſt conſecrationem prælati, de aliis quæ ante habebat prælatus, vel quæ jure ſanguinis obvenerãt, libere diſponeret, vel propinquis relinqueret, eccleſia ſuccedente ſi deficientibus hæredibus decederet.

Sequuntur Conſtitutiones Imperatoriæ, Regiæ, Ducales. Theod. II. & Valentin. III. anno 434. leg. ſi quis preſbyter. cod. de epiſcop. & cler. decernunt bona preſbyterorum & clericorum, qui nullo condito teſtamento decedebant, nec eis parentes utriuſque ſexus, liberi, cognati, agnati extarent, aut uxores, ſacroſanctæ eccleſiæ bonis ſociari: unde ſequebatur, hæredibus ab inteſtato ea quæri bona; Imperator vero Leo poſt annum 457. leg. ſacroſanctæ. cod. eod. ſtatuit Epiſcopos, preſbyteros, diaconos, ita clericatus ordine patriæ poteſtatis nexu ſolutos eſſe, ut quæcumque à ſua ordinatione quærerent, ſpreto avi vel patris jure, ad eorum filios, poſteros, vel extraneos hæredes pervenirent; Juſtiniani anno 541. nov. 131. cap. 13. unde ſumpta eſt authent. licentiam. cod. eod. epiſcopis permiſit bona quæ ante epiſcopatum habuerunt, vel quæ poſt epiſcopatum jure cognationis ad quartum uſque gradum pervenerunt, ad quos voluerint ultima voluntate tranſmittere; Cæteris rebus alio modo quæſitis eccleſiæ dominio reſervatis, niſi vel in eccleſiæ utilitatem, vel in opera pia conſumptæ fuiſſent; addit Epiſcopis, vel aliis eccleſiæ miniſtris, ſine teſtamento, aut ſucceſſore legitimo morientibus, eorum ſucceſſionem eccleſiæ, in qua conſtituti ſunt, competere, Carlomannus Dux & Princeps Francorum anno 472. capit. lib. 5. cap. 175. decrevit, ut Epiſcopus de iis quæ ante epiſcopatum habuerat rebus, aut in epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione quæſierat, quidquid vellet faceret, & cui vellet conferret, poſtquam autem Epiſcopus factus eſſet, quaſcumque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine qualibet conditione comparaſſet, non in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſſet jura devenirent; Similiterque de preſbyteris, qui de eccleſiarum rebus prædia emiſſent, idem dicendum. Sic & Carolus Magnus poſt annum 769. capitul. lib. 1. cap. 156. ſtatuit ut unuſquiſque preſbyter res quas poſt diem conſecrationis acquiſiviſſet, propriæ relinqueret eccleſiæ.

Primis eccleſiæ temporibus clerici ſimplicibus uſuariis comparati, ut uſuariorum ſolo jure gauderent.

His conſtitutionibus tam eccleſiæ, quam Principum, ab apoſtolis ad Alexand. ſedentem anno domini 1168. clericorum omnium rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem habentium, bona ante ordinationem & conſecrationem, quocumque titulo univerſali vel particulari comparata, tum & ſucceſſione, ante, vel poſt ordinationem & conſecrationem quæſita, diſtincta fuere ab acquiſitis mobilibus vel immobilibus, poſt eaſdem ordinationes & conſecrationes, quæ fuerunt eccleſiis relinquenda, Epiſcopis, preſbyteris, diaconis, ſubdiaconis, & aliis clericis, beneficia habentibus tanquam Uſuariis ſimplicibus conſideratis: At ab iis temporibus certum eſt conſuetudinem aliam ubique, ſed præſertim apud Francos invaluiſſe, qua clerici omnes beneficia poſſidentes uſufructuariis ſunt æquati, & iis exceptis, quæ diſerte nomine comparata ſunt eccleſiæ, bona quorumcumque omnia eccleſiaſticorum ſuis cedant hæredibus, teſtamentorum executione completa, quatenus defunctis per leges municipales donare legare licuit, cujus conſuetudinis obſervantia deſcendit ab illa præſumptione qua ducimur ad credendum, quoſlibet viventes, oneribus illis impoſitis probe ſatisfeciſſe, & beneficiorum ſuorum fructibus ex legum eccleſiaſticarum uſos fuiſſe præcepto.

Tandem clerici uſufructuariis ex generali eccleſiæ Gallicanæ uſu & cõſuetudine collati fuere, ut uſufructuariorum jure fruerentur & hæred bus ſuis propria & adquiſita relinquerent.

Hujus noſtræ conſuetudinis antiquitatem aggredior. Joann. Faber Philippi VI Francorum Regis Cancellarius, qui florebat circa annum 1328. ad authent. licentiam. cod. de epiſc. & cler. diſputat quatenus clericus vel inter vivos, vel in ultima voluntate poſſit de bonis immobilibus eccleſiæ, fructibus diſponere, & mobilibus, & eo ultimo caſu quærit, quid ſi ſit alia conſuetudo, quam tenendam dicit, dum tamen non ſit gravis eccleſiæ. Idem inſtitut. de rerum diviſ. §. is vero. dicit rectores eccleſiarum & prælatos facere fructus ſuos, ex quo levaverant eos, ad inſtar fructuarii, non quidem de jure, ſed de conſuetudine, expreſſus eſt illius conſuetudinis textus, in Caroli VI. Conſtitutione anni 1385. part. 3. ſtili Parlam. tit. 37. gloſſa pragm. ſanct. tit. de annatis. §. item quod ſi eccleſia. verb. acquiſitos. Guido Pap. circa annum 1456. deciſ. 110. Joan. Galli. deciſ. 16. ubi Molin. & deciſ. 290. Benedict. ad cap. Raynutius. verb. & uxorem. num. 264. de teſtam. Tiraquell. tract. *le mort ſaiſit le vif.* part. 3. declarat. 8. Covarruv. ad cap. cum in officiis. eod. tit. de teſtam. late collectio Loetiana litt. E. num. 4. ex quorum authoritate manet inconcuſſum, Joan. Galli theorema deciſ. 290. de conſuetudine notoria, & notorie obſervata in regno Franciæ in patria Conſuetudinaria, Epiſcopi, Preſbyteri, Curati, & alii Clerici beneficiati, in acquiſitis per illos antequam eſſent beneficiati, vel poſt, ſive ſint mobilia vel immobilia, habent hæredem vel ſucceſſorem propinquiorem, ſcilicet de eorum genere. Qui uſus antiquus multis Galliæ Conſuetudinibus receptus eſt, de ordinis eccleſiaſtici conſenſu, quas numero duodetriginta refert Guenoſ. ad art. 336. Conſuet. Pariſ. cui Fortinus addit practicorum Francorum locos. G. D. P.

Jus Galliæ univerſale hic expoñitur per remiſſionem ad authores Gallicos, quo utitur eccleſia Gallicana, in ſucceſſionibus, & quibuſlibet diſpoſitionibus eccleſiaſticorum beneficiorum Galliæ.

Cap. 4. *Indicante.*

GLOSSA * In Gloſſa verb. *Cum ſcutellam argenteam cuidam monaſterio reliquiſſet.* Ibi. *Pone quod reliquit monaſterio ſanctæ Mariæ decem, ſed non determinavit expreſſe cui, cum ſint plura, dabitur pauperiori.*

Ubi duabus ejuſdem nominis eccleſiis quid relinquitur, pauperiori dandum.

Adde Paul. Socin. leg. quæ conditio. §. 1. de condit. & demonſtrat. Alexand. conſ. 214. num. 2. ubi dixi lib. 6. C. M.

Cap. 5. *Filius.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Non debetur legatum, cum teſtator rem non ſuam, ſed eccleſiæ legavit; hoc dicit ſimpliciter, inhærendo litteræ.*

An rei alienæ valeat legatum, vel non.

Sed falſum eſt, quia hîc textus debet intelligi ſecundum gloſſam 2. ut non contradicat juri civili, ut tenet Philippus Corneus. conſil. 32. lib. 2. Fortu. Garc. in rubr. de Juſtit. & Jure. num. 47. C. M.

Gloſſa 2. cum quis ſcienter legat rem alienam, tunc hæredem dicit teneri rem redimere, vel legatario pretium dare, ſed addit quod Molinæus animadvertere debuerat, ſi res ſit talis quæ vendi poſſit. Corneus vero pro legatario nepote teſtatoris cui apothecam legavit, reſpondit, licet prius eccleſiæ legata fuiſſet; ſed in ſuo caſu in quo eccleſia nondum acceptaverat legatum, & ſic dominium rei legatæ non erat incommutabiliter quæſitum eccleſiæ. Gloſſ. ult. hîc dicit diſpoſitionem hujus capit. procedere de æquitate canonica. Opponitur lex. cum rem alienam. cod. de legatis. ubi gloſſæ videtur ſecus eſſe de jure canonico: illa lege deciditur re aliena ſcienter legata, eam legatarium petere poſſe, nempe ut hæres redimat, & præſtet vel æſtimationem, quærunt doctores, an re unius eccleſiæ alteri eccleſiæ legata, vel rem præſtare debeat hæres, vel æſtimationem, an vero legatum nullum ſit, & incidenter an hoc cap. Jus canonicum Juri civili deroget exerte pugnarunt, ita ut ſex intellectus diverſos colligat hîc Panorm. primæ aſſentitur, ut quoad æſtmationem differentia ſit inter Jus canonicum & civile, & re eccleſiæ legata, nec rem ab hærede, nec æſtimationem

Pluribus hic agitur, ex diverſis authoribus, qui conſulendi ſunt an legatum rei alienæ, etiam eccleſiæ factum, valeat, necne.

Source : BIU Cujas

mationem ex æquitate canonica, atque hujus capituli disposítione distingui omnes quos jus canonicum adstringit, & pluribus agit in repetitione cap. cum esses. infr. eod. num. 18. & num. 20. in fine. hanc elicit conclusionem; legatum rei alienæ ignoranter sive scienter factum, de jure canonico deberi, nec ejus æstimationem. Ego vero malim concludere, ecclesiasticæ rei legatum alteri ecclesiæ factum non deberi, nec ejus æstimationem. G. D. P.

Sententia Dom. G. D. P. exponitur, pro negativa.

Cap. 6. *Si hæredes.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non adimplenti voluntatem defuncti, omnis res quæ ei relicta est, canonice interdicatur.* Ibi. *Sed filius non adimplens voluntatem defuncti patris, privatur successione, relicta sibi tantum legitima.*

Non adimpleti voluntatem defuncti patris auferetur successio filio, legitima tantum relicta.

Dixi in Consuet. Paris. §. 18. gloss. 3. num. 11. C.M.

Cap. 10. *Cum esses.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Valet testamentum, quod parochianus facit coram presbytero parochiali, & duobus testibus, nec valet contraria consuetudo. Juncta inscriptione. Idem Alexand. Hostiensi Episcopo.*

Testamentum valet factum coram parocho & duobus testibus etiam jure canonico, quod pluribus authoritatibus confirmatur per Molinæum in id adductis cum distinctionibus.

Idem Bald. consil. 93. lib. 2. in novis. Philipp. Decius. consil. 284. col. 3. alii restringunt ad pias causas, quæ est crebrior opinio. Alciat. in leg. licet. in fine. cod. de pactis. & latius in cap. novit. in fine. de jud. tenet hoc capit. intelligendum in foro conscientiæ tantum, quod non placet, quia regulariter non est facienda differentia inter forum conscientiæ, & contentiosum, ut dixi in Consuet. Paris. §. 95. Papa vero. non potuit hanc consuetudinem abrogare, nisi supremam jurisdictionem habuerit in eo loco, ut etiam sentit glossa penult. & Joan. Andr. hîc. C. M.

Opinio Alciati de hac materia hîc defenditur, in qua consuetudinum authoritas varia inquiritur.

Opinionem Alciati, quæ Molinæo non placet, justiori ratione fundari dicit, ne locus detur captionibus & fraudibus, nota sua in Decii consil. 284. verb. ad pias causas. cum autem hoc cap. cum esses. directum sit Hostiensi Episcopo, non dubitandum fuit de temporali suprema jurisdictione Papæ; at eam quam improbat consuetudinem Alexander, intelligere debuit Molinæus de consuetudine vel usu privatim introducto, licet à judicibus recepto & probato, ut in leg. de consuetudine. leg. nam Imperator. dig. de leg. quam consuetudinem potuit abrogare princeps lege data: neque hîc agitur de consuetudine ab authoritate publica manante, vimque legis habente, quales sunt in Gallia consuetudines, regis authoritate, ordinibus provinciæ congregatis, de eorum scriptæ sunt consensu, quibus nec derogari potest, nec abrogari possunt, nisi ea qua receptæ sunt solemnitate. G. D. P.

Cap. 11. *Relatum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum causa super relictis ecclesiæ deducitur, septem vel quinque testes requiritur.* Ibi. *Favore ecclesiæ sufficiunt duo vel tres testes.*

Testes in testamentis adhibiti debent esse rogati.

Debent tamen esse rogati, ut tenet Socin. & Alciat. in leg. 1. §. si quis ita. dig. de verb. obligat. C. M.

At si adsint & subscribant, rogati præsumuntur. Bened. ad cap. Raynutius. verb. testamentum. num. 90. Argentr. in Consuet. Britann. art. 570. gloss. 1. num. 3. sufficitque quomodocumque appareat præsentes eos fuisse. Corn. consil. 7. lib. 4. Adde nullis Galliæ consuetudinibus hanc de testamentis ordinandis scriptam formulam, quod notavit Mornac. ad authent. rogati. cod. de testibus. G. D. P.

Rogati præsumuntur testes, si præsentes subscripserint.

Cap. 13. *Cum tibi.*

SUMMARIUM. *

In Summario. Ibi. *Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, & dicitur ad pias causas.*

Testamentum ad pias causas alterius voluntati & dispositioni committi potest jure canonico.

Et sequitur Alexand. consil. 14. col. fin. lib. 1. Philipp. Corneus. cons. 156. lib. 2. Jason. in leg. captatorias. col. finali. cod. de testam. milit. Guillelm. Benedict. repetitione cap. Raynutius. verb. condidit. num. 8. de testament. sed contrarium vult Socinus in leg. utrum. §. 1. num. 4. de reb. dubiis. Jason leg. more. col. 1. de adquir. hæred. C. M.

Vide in id Dom. *Louet* in collectione arrestorum & ejus scholiast. litt. L. num. 5. Ludov. Charond. observat. litt. L. pag. 651. Ann. Robert. lib. 1. rerum judicatarum. cap. 3. collectionem diariam arrestorum secundum sessionum ordinem. lib. 1. cap. 18. stil. Parlam. part. 5. quæst. Joan. Galli. 65. & ibi Molin. in verb. tollendam. pag. 270. Item Ant. Mornac. in posthum. observat. à me recognitis, & publico usui commissis. ad leg. Theopompus. de dote prælegata. F.P.

De ea quæstione ex jure Gallico decidenda ad authores remissio.

Cap. 15. *Requisisti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nec est contrarium quod in can. legitur.* Ibi. *Licet relinquatur Episcopo sub proprio nomine, præsumitur tamen intuitu ecclesiæ relictum, quod intelligendum circa relicta ab extraneo in ultima voluntate: secus si aliquid detur Episcopo inter vivos, quia tunc præsumitur intuitu amicitiæ.*

Quod relinquitur Episcopo, præsumitur relictum intuitu ecclesiæ suæ, si in ultima voluntate, secus si inter vivos.

Quod Hostiens. hîc dicit de consuetudine servari, & transit. Joan. Andr. Cardin. col 8. Panor. C. M.

Ibidem. §. *Illud autem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In relicto clerico, prælationem vel administrationem non habenti, ecclesia, vel Episcopus non potest in vita ejus aliquid vindicare.* Ibi. *Si intestatus decedat. argum. infra. de succeff. ab intestato. cum dilectus. ita tamen quod non habeat propinquos. 12. quæst. ult. can. ult. & in authent. de ecclesiast. titulis. §. si quis autem. col. 5.*

Episcopo vel alio beneficiato, sine hæredibus vel testamentariis, vel legitimis decedenti succedit ecclesia, ex jure canonico, sed ex jure Gallico succedit fiscus.

Si Episcopus, clericus quis, vel diaconissa moritur sine testamento, & legitimis successoribus, succedit ecclesia in qua instituti fuerunt. Joann. Andr. sed in toto regno Franciæ succedit fiscus Regis, vel domini temporalis loci, ut dixi in Cons. Paris. §. 16. C. M.

Hujus subnotati Molinæani prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis *sed in toto regno Franciæ usque ad finem.* quæ Molinæum apertius arguebat authorem. F. P.

Usus juris Romani, ut decedentium absque hærede vel testamentario vel legitimo bona fisco cederent.

Hanc adjeci Molinæi notam, ut aperiam jure Romano bona vacantia fisco fuisse applicata, si quis intestatus nullum reliquisset ex qualibet sanguinis linea vel juris titulo legitimum hæredem, non solum ex Dioclet. & Maxim. constitutione. leg. 1. cod. de bon. vacant. lib. 10. anno 242. Annibaliano & Asclepiodoro Coss. sed & constitutione Honorii & Theodosii Junioris. leg. vacantia. cod. eod. tit. anno 423. Eustachio & Agricola Coss. Tum presbytero, diacono, diaconissa, subdiacono, vel alio clerico, nullo testamento condito, nullo hærede relicto decedente, eumdem Theodosium juniorem & Valentin. III. ecclesiam fisco prætulisse. leg. si quis presbyter. cod. de Episcop. & cler. Arcovendo & Aspere Coss. anno, secundum Haloand. 436. secundum Contium, 434. quod privilegium Gallicæ non concessit ecclesiæ. G. D. P.

Ecclesiasticis tamen ita decedentibus, Theod. & Valent. Imperatores ecclesiam fisco prætulerunt.

Cap. 16. *Raynutius.*

CASUS.

In Casu. in principio. Ibi. *Pone quod tota hæreditas R. valuit. 54. omnibus computatis.*

Scilicet tam R. quam patris ejus, supposito etiam quod tanti erant bona patris, & quod R. filius ejus nihil auxit nec minuit: adhuc multa plura supplenda; ut vitetur iniquitas hujus cap. quia ut jacet male appellaverant actores. dixi in novis intellectibus, prout etiam glossa hîc. in vers. ad ducendas supplet. C. M.

Nota ad textum & casum hujus capituli.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Testamento relinquens.* Ibi. *Et quod dicitur relinquens intellige quod instituit hæredem in illis rebus; aliàs non valuisset testamentum.*

Jure canonico filii instituendi hæredes, ut & cæteri.

Et bene secundum omnes hîc. & Alexand. consil. 70. num. 6. lib. 3. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si absque liberis moreretur. circa medium.* Ibi. *Adverte quod ultra illas species substitutionum, est una quæ vocatur breviloqua.*

Hoc usque ad finem gloss. hîc est additio, quia Bernardus Glossator decretalium excessit ante Bernardum unde sumpta est hæc additio. C. M.

Nota ad textum & glossam hujus capituli.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Fructus à tempore litis conteſtatæ computentur.* Ibi. *Et hic dicitur quod fructus debent computari in quartam. leg. jubemus. cod. ad Trebellian.*

Conciliatio leg. jubemus. cod. ad Trebellianum, & hujuſce capituli, de imputatione fructuum in quartam.

Dicit Joan. Andr. poſt Vincent. ſolvat qui poterit, ſed ſolutio facilis eſt, quod lex. jubemus. loquitur de fructibus pendente die vel conditione fideicommiſſi perceptis, qui alias imputantur. leg. mulier. §. ſi hæres. ad trebell. niſi in filiis. d. leg. jubemus. quæ non loquitur de perceptis poſtquam dies ceſſit, qui manent in jure communi, de quo in leg. in fideicommiſſoria. ad trebell. & ſic nedum à lite conteſtata, ſed à tempore morę debuerant imputari. C.M.

Cap. 18. *Raynaldus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Raynaldus.* Ibi. *Pro intellectu litterę, accipe caſum Abbatis Panorm. adjecto caſu quem confert Molinæus.* Ibi. *Accipe caſum.*

Correctio caſus hujuſce capà Molinæo hic. & ſubrogatio Molinæani.

Quem à me correctum & brevem & facilem hîc poſui remoto prolixiore & confuſo caſu. C. M.

Ibidem. §. *Porro.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Vni ex patruis ſuis & ejus filiis legavit.*

Quid intelligendum cum legatur patri & filiis ejus, an ſimul, an ordine ſucceſſivo veniant.

Simpliciter & ſic ſimul veniunt, pater in dimidiam, filii in aliam dimidiam. leg. interdum. de hæred. inſtituendis. cum ſit primitiva inſtitutio, unde non cenſentur vocati ordine ſucceſſivo: quamvis aliàs patruus veniret ab inteſtato. ſecus ſi dixiſſet filiis & heredibus; quia tunc patruus in ſolidum ſuccederet. Barth. leg. Gall. §. quidam recte. num. 5. de lib. & poſthum. C.M. Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ad tertiam & quartam præfatas, licet ipſas non expreſſerit.* Ibi. *Dixit de dimidia, unde ſi recta fuit comparatio, tantum facit tertia & quarta, quantum dimidia, & è converſo.* Ibi. *dimidia.*

De amputatione legitimæ & trebellianicæ ſecundum jus canonicum.

Et hoc ſi ſunt quatuor filii, & infra: ſed ſi ſunt quinque vel ſupra, habent hoc caſu ſeptunciam cum ſemiuncia, quia tunc legitima eſt ſemis, & trebellianica ſequiuncia. C. M.

Ibidem. §. *Verum in portione.*

TEXTUS. In Textu. *Ratione tertiæ vel quartæ prædictarum, quas R. habuit in bonis.*

De conſuetudine duæ quartæ deducendæ ſecundum jus canonicum, quod æquũ hic dicitur.

Præter jus civile quo filius unam tantum habeat. Oldrad. quæſt. 204. Bald. leg. filium quem. cod. familiæ erciſcund. de conſuetudine, quæ ubique obſervatur, hoc introductum eſt, & eſt æquum, ut dixi ad Alexand. conſil. 165. in fine. lib. 5. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-SEPTIMUS.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

Cap. 3. *Cum dilectus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi probaverit non fuiſſe ſuæ mentis compotem.* Ibi. *Archiepiſcopus tenebatur probare epiſcopum fuiſſe ſanæ mentis, quia conſtabat illum prius fuiſſe furioſum.*

Quis probare debeat ſanam mentem teſtatoris.

Idem Alexand. conſil. 141. col. 2. ubi dixi. Philipp. Decius. leg. in negotia. de reg. jur. Panorm. hîc. Marian. Socin. cap. ad audientiam. col. 6. de homicidio. C. M.

De eadem materia ad authores remiſſio.

Junge in id eumdem Molin. ad reg. de infirmis. num. 347. & Anton. Mornac. ad leg. 14. dig. de offic. præſid. F. P.

TITULUS VIGESIMUS-OCTAVUS.

De ſepulturis.

Cap. 3. *Fraternitatem.*

TEXTUS. In Textu. in principio. *Junctæ inſcriptione. Archiepiſcopo Genuenſi.* Ibi. *Fraternitatem tuam non credimus ignorare. & ſequela textus.*

Epiſcopi debent noſſe canones ut & presbyteri juxta interrogationem in conſecratione faciendam.

Debent enim Epiſcopi ſcire canones, unde conſecrans quærit à conſecrando, noſti canones? & eſt ſcripta reſponſio, *Doce nos Domine*, melius eſſet quod prius didiciſſet. 1. quæſt. 7. convenientibus. Joann. Andr. in nov. in principio. ut etiam de ſimplicibus ſacerdotibus ſtatuerunt Carolus Magn. & Ludov. Pius, ut apud Anſegiſum. C. M.

Cap. 4. *De his.*

In Gloſſa verb. *De bonis ſuis debet canonica portio exhiberi eccleſiis à quibus aſſumpti.* Ibi. *Si in una eccleſia perceperit ſacramenta, in alia eligat ſepulturam, cujus ratione aliquid relinquat, parochialis eccleſia retinebit canonicam portionem; alii dicunt contrarium, quod parochialis eccleſia in qua ſepulturam eligit, nihil habere debet, ſed parochialis eccleſia in qua conſuevit audire omnia.* Ibi. *alii.*

GLOSSA. *

De diviſione legatorum ratione ſepulturæ inter parochialem eccleſiã defuncti & eam in qua eligit ſepulturam.

Hanc tenet Panorm. hîc. C. M.

Cap. 13. *Abolendæ.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Mandamus, quatenus, cum loci diœceſanus exiſtas, inhibeas clericis, ne quicquam pro effoſſione terræ præſumant exigere.*

Contra abuſum exigentium quid pro effoſſione terræ.

Hodie videntur diœceſani eorumve officiales colludere, vel pretium participare, cum multis parochis, præſertim ubi ſunt canonici ſubjecti matrici eccleſiæ, qui etiam palam quæſtum faciunt, quare per ſæcularem poteſtatem coerceri deberent. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non prius permittatur effodi ſepultura, quam pro terra pretium perſolvatur.* Ibi. *Si clerici non teneantur ſepelire ratione beneficii, poſſunt inde accipere pretium.*

Contra eumdem abuſum accipiendi pretium pro effoſſione terræ ſepulturæ cauſa.

Non ex pacto, ſecundum Hoſtienſ. aliàs eſſet ſimonia. ſecundum eum. infr. de ſimonia. in tantum. & cap. non ſatis. Joann. Andr. ſed hodie etiam cum ipſis parochis, vel conductitiis vicariis palam paciſcuntur, adeo invaluit abuſus. C. M.

Male hic arrepta occaſio invehendi in Molinæum quod preces pro defunctis damnaverit, cum ne verbum quidem de hac precum improbatione in præcedentibus.

Acri ſtilo ſed injurioſo Molinæus ſemper in rectores, eorum vicarios, cæteroſque ſacerdotes (quos contemptim ſacrificulos alibi vocat) invehitur: occaſionem hîc à precibus pro defunctis arripit. At tota de ſepulturis & defunctis Chriſtianis ſepeliendis tractatio, ab anno 380. quo divus Hieronymus ſcribebat. can. poſtquam. 13. quæſt. 2. concilio Aurelianenſi 2. anni 533. authoritate Gregorii Magni poſt annum 590. can. quæſta eſt. ead. 13. quæſt. 2. concil. Meldenſi anni 845. can. 62. can. 72. capit. Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi anni 852. cap. 2. capitul. Herardi Turonenſis Archiepiſcopi anni 858. cap. 77. concil. Metenſi anni 888. cap. 4. concil. Triburienſi. anno 895. can. in eccleſiaſtico. ead. 13. quæſt. 2. concil. Varenſi, vel Vaſenſi, apud Gratianum (ex Burchardo Haverenſi, ex Ivone & Sirmundo Nannetenſi) circa annum 900. can. præcipiendum. ead. 13. quæſt. 2. Tum ex decretalibus Innocentii III. qui ſedit ab anno 1198. cap. abolendæ. de ſepult. cap. ad apoſtolicam. de ſimonia. tota inquam illa tractatio huc recidit, ne terra pro ſepultura vendatur (quod etiam jure divino naturali improbatum, ab Ephrom exemplo probant Div. Hieron. & Gregorius Magnus) ut Epiſcopi advenientes nihil præter expenſam neceſſariam expoſcant, nihil ſacerdotes exigant pro defunctis ſepeliendis, quidquid voluntarie offertur recipiant; libros hiſtoriæ Machabæorum eccleſia recepit ut canonicos, objectiones Hæreticorum fidem illorum hiſtoricam ſaltem non deſtruunt, ab ea diſcimus apud Judæos ſalutare fuiſſe pro defunctis orare, ut à peccatis ſolvantur; quæ fuit naſcentis eccleſiæ non opinio, ſed fides, manetque inconcuſſa; & ne Hæretici cavillentur, in liturgiæ & miſſæ celebratione, aliud eſt commemorare mortuos, etiam martyres, aliud ſacrificium pro defunctis offerre, & pro his preces effundere, qui fuit perpetuus eccleſiæ uſus, à Dionyſio (quiſquis ille fuerit antiquiſſimus ſcriptor in Hierarch. eccleſiaſt.) Tertul. div. Cypriano, Hieron. Joann. Chryſoſt. Auguſt. Ambroſ. & cæteris ad hoc uſque ſæculum. Loci extant apud Durant. de ritibus eccleſ. Baron. in annal. paſſim. curioſiſſimum æque ac doctiſſimum Cardin. Perronium, hanc conſtantem doctrinam & veritatem, præter diurnum & ordinarium unius cujuſque ſacerdotis & clerici, ſive ſacrificium, ſive officium, concurrente pro defunctis precum fundendarum extraordinaria occaſione,

In id non recidit quod improbatur de pretio convento & exacto pro terræ effoſſione pro ſepulturis defunctorum quod & hic improbatur.

Nemo diſputat orandum pro defunctis, & probantur hic adductæ authoritates comprobatoriæ obligationis precum effundendarum pro defunctis.

Nec etiam dãnatur merces vel retributio eccleſiaſticis exhibita, ut ſacrificia ſacra & preces offerant pro defunctis,

Source : BIU Cujas

charitas à parte sacerdotis exigere videtur ut adsit, cui non salarium, non merces, pro operarum, ut vulgo vocant, sed stipendium & honorarium debetur, non exigendum avare, sed moderate præstandum, quia nemo suis stipendiis militat, ait Lucius placitorum lib. 1. tit. 1. §. 1. quod nec à viris probis denegandum censet Chopin. de sacr. polit. lib. 2. tit. 2. num. Sponte præstabatur altis sæculis, sensim denegatum fuit, & extraordinaria cognitio judicis officio adjudicatum senatusconsulto anni 1532. quod recitant. Innocent. III. decretalibus standum, nostro cap. abolendæ. consuetudinem improbat, quia non prius permittebatur effodi sepultura, quam pro terra ecclesiæ certum solveretur pretium, & cap. ad apostolicam. de simonia. pro exequiis defunctorum pravas exactiones fieri prohibet, sed pias & laudabiles consuetudines observari statuit, nec immutandas decernit: quas cum rigide nimis Aurelianensis constitutio art. 15. sustulisset, pie Blesensis art. 51. restituit. Summa est, moderatas catholicorum piorum pro defunctorum exequiis oblationes, non augendas fuisse clericorum aliquorum exactionibus avaris, sed voluntarie introductas ad cleri sustentationem & consuetudinibus definitas esse imposterum præstandas, esseque laudabiles eas consuetudines, ut alias plerasque, de quibus generaliter Argentræus in Molinæum & novatores malevolos comment. ad Consuet. Britann. art. 266. cap. 21. de spiritual. præscript. multa fraudulenter (inquit) & avare induxere, quæ prætextu laudabilium consuetudinum præscripta dicuntur, fatendumque multorum avaritia, & intempestiva pietate bonorum irrepsisse; complura magna ratione abroganda, & falsa pietatis imagine adumbrata, ferendumque fuerat ista deprehendi, nisi improbi cives occasionem inde sumpsissent ad ipsa dogmata & fixa de lege pronunciata convellenda & infamanda, traducta censura de hominum vita ad relligionis æstimationem. Recte quidem, sed tanti & tam cordati viri querela, consuetudines pro honorario & stipendio in defunctorum exequiis non concernit, si namque calculum subducere voluisset Molinæus, & quidquid clerico, cuique in splendidiori funere cadat, suppurare, non avaritiam clericorum, imo plebis renuentis ingratitudinem fassus fuisset, non enim (quod ait) parochi vel eorum vicarii, quibus jura curialia definita sunt ab antiquo, paciscuntur, sed pro eorum diminutione hæredes defunctorum: Unde nullus ecclesiasticorum potest notari abusus. G. D. P.

Improbantur in sepulturis defunctorum illicitæ exactiones sed piæ & laudabiles consuetudines offerendi laudantur

Probantur hîc variis authoritatibus laudabiles cõsuetudines offerendi, quas nec Molinæus in superioribus notis probavit.

Nihil hîc ad Molinæum, qui honoraria & retributiones ecclesiasticis illata pro sacrificiorum oblatione & precũ effusione non improbat.

Male hîc accusatur Molinæus de calculi supputatione vel computatione expensarum ecclesiasticis illatarum in sepulturis defunctorum.

TITULUS VIGESIMUS-NONUS.

De Parochiis & alienis Parochianis.

Cap. 1. *Si Episcopus.*

TEXTUS. In textu. in principio. Ibi. *Major dividat, minor eligat.*

De consuetudine major dividat, minor eligat, probata hic in textu & in nota Molinæi.

Pro hac consuetudine. Guid. Pap. decis. Delphinal. 289. late Stephanus Bertrand. consil. 117. viso casu. lib. 2. sed aliud de jure. Jason in leg. 1. & ibi Francisc. Purpur. num. 48. Francisc. Ripa. num. 70. si certum petat. Mart. Laud. tract. de primogenitura. col. 2. C. M.

Cap. 5. *Significabit.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non administrant.*

Ergo parochiani possunt oblationes & decimas subtrahere parocho non seminanti verbum Dei, & multo magis seminanti fabulas quæstuarias; secundum Panorm. hîc. & in cap. cum inter. col. 10. de except. Paul. de Castr. consil. 38. lib. 1. Anton. Corset. de potest. reg. quæst. 72. Felin. cap. veniens. col. 2. de test. Lap. alleg. 67. quoddam. C. M.

Male accepta hîc occasio non solvendi decimas parochis.

Male & injuriose Molinæus hîc arguit contra parochos, vel non prædicantes, sive non seminantes verbum Dei, vel non secundum ejus mentem prædicantes, & seminantes, ut ait, fabulas quæstuarias, quod si intelligit de indulgentiis à Sede Apostolica concessis, male & perperam dictum corrigi debet & emendari, per notam & censuram Dom. G. D. P. supra. ad cap. abolendæ. de sepulturis. quæ convenientius hîc apposita fuisset, cum nulla vel minima ibi esset occasio objurgandi Molinæo quod improbasset exactiones pro terræ effossione sepeliendorum & humandorum cadaverum defunctorum causa factas, quæ ubique improbantur. F. P.

Improbatur hîc præcedens Molinæi nota de denegata præstatione decimarum propter prædicationes contra ejusdem mentem factas.

TITULUS TRIGESIMUS.

De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

Cap. 8. *Dilecti filii.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Privilegiati super decimis non solvendis, de his prædiis quæ ab aliis conducunt decimas tenentur exsolvere.*

Privilegiati de alienis decimis solvere tenentur.

Aliud enim suum restituere, aliud de alieno quæstum facere. C. M.

Cap. 9. *Suggestum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Revocatur privilegium, si ex post facto incipit enormiter nocivum esse.*

Privilegium nocivum revocandum.

Oldradus consil. 254. Francisc. Ripa. respons. 7. col. 5. C. M.

Cap. 12. *Ad audientiam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Privilegium Cistercienſe de non decimandis laboribus, de quibuscumque debet intelligi? nam si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus.*

Indultum quo labores non decimandi, de quibuscumque laboratis debet intelligi.

Alexander consil. 86. lib. 1. consil. 46. lib. 3. Philipp. Decius. consil. 543. 499. num. 4. C. M.

Cap. 14. *Parochianos.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint institutæ.*

An decimæ sint de jure divino necne.

In quantum vult quod decimæ sint hodie de jure divino, falsum & Judaicum. Alphons. Tostad. late 1. regul. cap. 8. quæst. 202. & secundum Theologos in 4. sentent. Thomas in 2ª 2æ quæst. 82. sustentatio quidem ministrorum de jure divino est; Cæterum sive quota, sive decimatio ipsa cæremoniale aut ad summum judiciale quoddam fuit. C. M.

Cap. 17. *Quamvis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si quis decimam laico concesserit.* Ibi. *Fructus vero decimarum bene possent concedi laico ad tempus vitæ suæ, sed non in feudum.*

Decimæ laico nec ad tempus vitæ suæ concedi possunt, nisi solemnitate servata.

Idem Henricus Boich. sed Angelus. Clavas. in verb. decimæ. §. 13. contra tenet & verius, nisi solemnitate servata. C. M.

Cum Henrico sentit Hostiens. cui accedunt Joan. Andr. Anchar. & Cardin. Zabarella. qui distinguunt inter concessionem fructus percipiendi, & concessionem juris percipiendi, Ancharan. autem opinioni glossæ, quia mera facultas perceptionis fructuum, quæ est facti, transit in laicum. Panorm. addit fructus decimarum ad tempus non posse laico concedi sine superioris authoritate. Clem. 1. de reb. eccles. non alien. at ea Clementina loquitur de relligiosis qui proprium non habent & peculio carent: quidquid vero dicant Angel. de Clavas. & Andræas Hispanus in sua regula decimarum. §. decimo-tertio. jure Gallico Rector parochianus. potest decimas fructuum pro tempore suæ administrationis laico concedere: atque ita judicatum arresto Parisiensi lato mense Aprili anno 1577. refert Charond. respons. lib. 1. cap. 49. G. D. P.

De concessione juris percipiendi decimas vel fructus decimarum ad vitam.

Cap. 18. *Cum sint.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ad consuetudinem duximus recurrendum.* Ibi. *Nota quod in decimis persolvendis consuetudo attenditur, & intelligo quod ista consuetudo sit præscripta. Juncto textu & casu capituli.*

Source : BIU Cujas

In decimarum perceptione consuetudo attendenda.

In casu hujus cap. non est contra jus commune, & sufficit tempus decem annorum. C. M.

Cap. 19. *Prohibemus.*

INSCRIPTIO.

In Epigraphe seu Inscriptione. *Ex concilio Lateranensi.*

Ad illustrationem inscriptionis & historiam hujusce capituli.

Quod fuit ab Alexand. III. ann. 1179. ut per Joan. Andr. Anton. Butr. Cardin. Flor. in cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. sine consens. capit. dixi in Consuet. Paris. §. 36. num. 18. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ne laici in laicos decimas transferre possint.* Ibi. *Sed numquid de consensu Episcopi possint in alios laicos transferri, si laici isti habent decimas in feudum, satis videtur quod illas possunt dare.*

Gloss. sequitur Hostiens. in summa. eod. §. 3. quæritur. vers. porro aliud in decimis. Jason consil. 155. lib. 1. sed Panorm. & alii crebrius reprobant. & verius Zazius in 4. parte. feud. in fine. sed fortius dico quod Papa cum suo præfato concilio primo, non potuit ullo modo diminuere jus laicorum. Ideo in feudationes quæ tunc erant factæ stant, & possunt illæ decimæ, sicut quodlibet prædium vendi libere, & ita practicatur, & hodie sufficit probare possessionem temporis immemorialis, etiam non probato titulo, nec fama, ut præsumatur infeudatio ante illud concilium: & hæc de decimis per se, si enim competant ratione certi castri, vel loci, tunc indistincte cum universo transeunt. cap. ex litteris. de jure patronat. dixi in consuet. Paris. §. 46. quæst. 4. C. M.

Decimæ infeudatæ sunt mere temporales & alienationibus ordinariis subjacēt.

De eadem materia alienationis decimarum infeudatæ non remissæ ad alios locos Molinæi de eadem materia tractantes.

De decimis infeudatis, & ut ordinariis alienationibus subjacent, vide eumdem Molin. in not. ad cap. statuto. §. sane quamvis. de decimis. in 6. & ad Decium in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. num. 31. in signo. E. 2. & in verbo decimarum. Idem Molin. in consuet. Pictavien. art. 105. F. P.

Cap. 20. *Ad Apostolicæ.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Personales decimæ illi ecclesiæ reddantur, ab eis in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta.* Ibi. *Sed quid si per medietatem anni animalia in territorio unius ecclesiæ, & per aliam medietatem in territorio alterius pascantur, æquum est ut dividantur.*

De divisione decimarum personalium dupliei parochiæ per medietatem quandoque persolvendarum, sive curatis utriusque.

Thom. 2ª 2æ quæst. 87. art. 3. Albericus in Dictionario. verb. decima. Hostiens. hîc. Stephan. Bertrand. consil. 25. si animalia. lib. 3. ubi limitat si alia sit consuetudo. C. M.

De jure insequendæ decimæ aliàs *droit de suite*, in Bituria & aliis vicinis provinciis.

De his decimis personalibus inter parochos, sive curiones inhabitantium parochianorum in una parochia, in altera suis animalibus arantium, sive de animalibus in utraque parochia decumbentibus, dividendis, vide Provinciale ecclesiæ Anglicanæ Guillelmi *Lyndevode.* tit. de decimis. cap. quoniam ut audivimus. quod jus dividendæ decimæ, sive insequendæ, quod vulgo appellatur *dixmes de suitte*, crebrius observatur, & in nostra Bituria, & vicinis provinciis, puta Nivernensi & Marchiana, de quo vide Raguellum Antecessorem Biturigum, & Proprætorem Magdunensem in indice Regalium sive jurium Regiorum. in verbo *suite de dixmes.* illudque etiam confirmatum in Provincia Burgundiæ arresto. de die 13. Februarii 1664. in majori Parlamenti decuria sive camera, relatore D. *Hebert*, inter Abbatissam sancti Andochii Augustodunensis, decimas percipientem in parochia *de Viserni*, & Curatum ejusdem parochiæ, quo parocho sive curioni jus insequendæ decimæ confirmatum est. F. P.

Arrestum confirmativum hujusce juris.

Cap. 23. *Ex transmissa.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *De reditibus molendini ad ventum solvendæ sunt decimæ.*

De decimis insolitis & non consuetis non solvendis.

Non servatur nisi forte in locis ubi Papa dominus est temporalis, hæc enim & personales sunt de inventione Papæ, & in Gallia non debentur nisi consuetæ tantum, unde de stagnis, silvis cæduis, pratis, & aliis, de quibus non est solitum, nequeunt exigi, ut etiam statuit Philip. Pulcher, & habetur in stil. Parlam. part. 3. tit. de decimis. C. M.

De decimis insolitis jus Gallicum constitutionibus regiis inductum, & quod vini decimæ sunt insolitæ in Francia ex Conchil.

De decimis insolitis & non consuetis vide eumdem Molin. in not. ad cap. parochianos. 14. supra. de decimis. in textu. & ad cap. 1. in glossa verbi decimarum. Ibi. ratione consuetudinis. de decimis. in 6. Guid. Conchilium in tractatu posthumo libert. eccles. Gallican. pag. 63. ubi concludit non esse decimas consuetas, nisi solius frumenti, ipsiusque vini decimam non esse consuetam, nec deberi nisi ex consuetudine, & ex more regionis decimandi, quod & diffusius exposui in tract. de beneficiis ecclesiasticis. ad verba. cum suo reditu. in secunda parte. de dote ecclesiis constituenda. §. 4. de dote ecclesiarum parochialium, sive de decimis, primitiis & oblationibus. quod duobus Senatus Parisiensis decretis judicatum in regione Autissiodorensi, & in territorio quod vulgo appellatur *Coulange la vineuse*; priori, de die 5. Augusti anni 1662. referente litem D. *Hebert*, Senatore majoris cameræ, quo interlocutorie decisum, quo ad modum decimandi vites illarum regionum, partes minorem possessionem decimandi probare debere, & interim manus regia elevanda; altero quod definitivum fuit de die 6. Maii 1671. referente D. *Besnard.* Visis hinc inde & productis attestationibus conclusum, vites regionis decimandas, sed taxatione & moderatione affecta decem solidorum in singula jugera, seu arpenna vinearum. F. P.

In id arrestū Senatus Parisiensis de vitibus territorii *de Coulange la Vineuse* in Autissiodorensi territorio decimandis secundum certam taxationem.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *De omnibus quæ licite potest adquirere, decimas erogare tenetur.* Ibi. *Decimæ quæ dantur ratione prædiorum juste accipiuntur ab ecclesia, ex quo non dantur ratione personæ, ecclesia enim suum recipit.*

De decimis prædialibus & unde dictæ & quod propriæ clericorum.

Idem Hostiens. Panorm. hîc. Petr. Ancharan. repetit. cap. peccatum. col. 22. quæst. 5. de reg. jur. in 6. C. M.

Cap. 26. *Tua nobis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Decimas, quæ tributa sunt egentium animarum, præsumerent detinere.* Ibi. *Decima nisi ab aliis sit segregata, non desinit esse in bonis prioris domini, sed aliud est cum decima debetur ex voto, & cum debetur de jure, ut hîc. vel petuntur ex canone 16. quæst. 1. decimæ.*

Decimarum arreragia peti non debent, sed singulis annis persolvi.

Idem Roman. leg. Imperatores. num. 3. de public. ubi tenet quod etiam novus possessor tenetur ad decimas præteritas non solutas per antiquum dominum. Idem Feder. de Senis. consil. 93. & quod ecclesia habet electionem contra antiquum dominum, vel novum possessorem, sed hoc non servatur, sive personali, sive hypothecaria, vel quovis judicio agatur, quia debent singulis annis exigi. C. M.

De veteribus decimarum arreragiis persolvēdis vel non hic remittitur ad authores.

Vide in id de decimarum præteritarum exsolutione. Francisc. Grimaud. in tract. de decimis. lib. 4. cap. 1. pag. 201. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Sic & dominus decimam de portione quam percipit reddere tenetur.* Ibi. *Si colonus tres corbes reddat domino, tunc de illa domino tenetur solvere decimas, quia pars illa non est decimata, neque diminuta.*

Solus conductor decimis oneratur non dominus, scilicet annuatim persolvendis.

Adde quod possidens debet solvere decimas. leg. 1. cod. de exact. tribut. lib. 10. dixi in Consuet. Paris. §. 22. quæst. 46. cum sequenti. dictum tamen glossæ reprobatur per Panorm. hîc. & bene. quia dominus ob decimas minoris locavit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Prætextu vero nequitiæ clericorum decimas nequeunt erogare.* Ibi. *Sed numquid teneor dare decimas personales ei quem scio esse simoniacum.*

An decimæ personales debeantur simoniaco, aut alteri notorie irregulari.

Dic quod non in notorio, quia talis suspensus est ipso jure. Henric. Bohic. hîc. C. M.

Cap. 27. *Ex parte.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cum sit concessum ut decimas de*

Source : BIU Cujas

laboribus parochiarum tuarum cum integritate percipias, de novalibus satis potes. Juncta inscriptione. Idem Abbati sanctæ Columbæ Senonensi.

Privilegium de non solvendis decimis, non potest ad terras postea acquisitas extendi.

Sed in eisdem terris in privilegio inclusis duntaxat; nec etiam debet ad terras postea quæsitas extendi. cap. cum capella Ducis Burgundiæ. infra de privilegiis. C. M.

De ea quæstione decidenda remissio ad locos & authores ea de re tractantes & in id arrestum Magni Consilii patrum.

De hac quæstione, quod in privilegio de non solvendis decimis, quibusdam monachis concessis, non veniunt prædia post concessionem privilegii adquisita, vide Chop. lib. 2. monast. tit. 2. pag. 241. Guid. Conchil. in memorialibus posthumis reformationis ecclesiæ. pag. 109. & in tract. posthumo libertatum eccles. Gall. pag. 67. Vide & eumdem Molin. in notis ad cap 22. in summario. de privilegiis. apud Greg. quod adeo verum est, ut apud Prætorianos judices definitum sit, decreto ex relatione litis.

De hoc privilegio non solvendarum decimarū Cistercienſibus concesso vide epistol. Petri Blesensis 82.

Moniales de Aqua Cistercienſis ordinis, in diœcesi Carnotensi, non posse frui & gaudere privilegio non exsolvendarum decimarum, contra Episcopum Carnotensem dicti territorii de Aqua decimatorem ordinarium, ex eo quod ejusdem monasterii fundatio cum sit annorum 1226. 1248. & 1256. posterior sit concessioni privilegii Cistercienſi ordini habitæ, ut de terris propriis suo labore excultis decimas non solverent, quod terminari debet & restringi ad monasteria tempore privilegii existentia. argumento. cap. suggestum. 9. supra de decimis. & de querela ecclesiæ Anglicanæ, & fere universalis ecclesiæ contra illud privilegium, in necem Curionum & parochialium rectorum concessum, vide epistolam 82. Petri Blesensis, & notas veteres & recentiores. ibidem. F. P.

Cap. 29. *Cum contingat.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum ad parochiales ecclesias, de jure communi pertineat perceptio decimarum novalium, decimæ ad eas procul dubio pertinere noscuntur, nisi ab his ecclesiis, quæ decimas percipiunt, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat decimas novalium ad eas pertinere.* Ibi. *Puta privilegium, aliud non posset ostendere, cum de jure communi pertineat ad ecclesias parochiales perceptio decimarum, ut supra. eodem. ex parte. & præscriptio allegari non potest.*

Præscriptio decimæ est realis, adeo ut qui præscripsit decimam vel ad modiorum de certa terra, omnem præscripsisse intelligitur.

Posset tamen allegare præscriptionem prædiorum novalium, hoc modo, quia de pascuis, vel piscariis vallium, vel canneto aliquid prius percipiebatur, licet forte modicum; & de illo præscribens antiquas decimas, etiam percipiat decimam. Joann. Andr. ex quo enim modicum quid nomine decimæ solus percepit de certa terra, censetur omnem decimam ejusdem terræ præscripsisse. C. M.

Huic congruit Molinæana annotatio.

Hujus marginalis annotationis Molinæanæ prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori ab his verbis *ex quo enim modicum ad finem.* F. P.

Cap. 30. *Cum in tuo.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis.*

Decimæ præstatio & præscriptio realis est, terram concernens, non speciem fructuum.

Not. hîc Petr. Anchar. quod in dubio præscriptio decimæ realis censenda est, id est terram concernens, & non certam speciem fructuum. Idem Hostiensis. Joann. Andr. hîc. Cardin. Florent. Clement. 1. in princip. col. 6. de suppl. neglig. præl. prout etiam natura est decimæ; Unde si paterfamilias vineam, vel terram frumentariam, ex qua solvebat decimam, converterit in silvam, vel stagnum, non tenetur decimam solvere, ut sæpe judicatum est in Senatu Parisiensi. C. M.

De hac quæstione ad locos & authores remissio.

Ad hanc quæstionem decidendam vide Charondam lib. 7. resp. cap. 18. & ad Butillerium lib. 2. tit. 10. fol. 749. Papon. in sua farragine arrest. lib. 1. tit. 12. §. 5. Francisc. Grimaudæum. in tract. de decimis. lib. 3. tit. 3. pag. 157. & cap. 4. ejusd. tract. & lib. pag. 161. Dom. Simonem Olivæum Tholosanum Senatorem. lib. 1. decisionum. cap. 14. pag. 95. & sequu. & in additionibus ibidem. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Cum non debeat una eademque ecclesia diverso jure censeri.* Ibi. *Peculium quandoque duplici jure censetur.*

Non debet una eademque ecclesia diverso jure censeri, & quomodo illud intelligendum.

Ad idem infra de rellig. domib. cap. 2. sed isti casus sunt speciales, secundum Joan. qui hæc notat in cap. cognovimus. Item contra. supr. eod. ex multiplici. ubi decimæ ejusdem agri diverso jure censentur, solve illud per speciale pactum. Item contra supr. cap. proximo. & cap. tua. infr. solve ibi diversa sunt, quæ diverso jure censentur, & concordat hæc decretalis in fine. Innoc. Joann. Andr. Aretin. consil. 154. col. 3. Bald. leg. finali. in fine. cod. de inoff. testam. C. M.

Cap. 31. *Dudum. §. Prior autem.*

Textus.

In textu. Ibi. *Regis & Reginæ Hungariæ privilegium exhibuit, qui ecclesiam cum decimis concesserunt.*

Decimæ quam originem habeāt, an à Principibus, an à Pontificibus, & maxime de infeudatis.

Albert. Crantzius Hamburgensis in ecclesiastica historia. lib. 1. cap. 2. testatur decimas primum impositas non à Pontifice, sed à Regibus, ut inde stipendia militibus & sumptus facerent? Saxones enim tributorum nomen horrebant, sed decimas non recusabant, deinde Pontifices partem decimarum dedisse laicis per speciem feudi, ut partem retinerent. facit Joann. Andr. cap. in aliquibus. in fine. infr. eod. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Cum ecclesias de manu receperit laicali.* Ibi. *Unde titulus habetur pro non titulo. Junctis præcedentibus, de privilegio Regis Hungariæ de decimis ab eo concessis.*

Præstat non exhibere titulum quam exhibere vitiosum.

Notat hic Innocent. quod præstat non exhibere titulum, quam exhibere, sed vitiosum. C. M.

Probatur illud axioma alia Molinæi authoritate.

Adde in illud axioma evincendum eumdem Molin. in Consuet. Paris. §. 8. in verb. *denombrement.* num. 109. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Sententialiter prohibemus, ne decimas percipiendas impediant.* Ibi. *Standum est sententiæ, talia enim sunt subjecta qualia permittunt prædicata.*

Talia sunt subjecta qualia permittunt prædicata.

Similis glossa est cap. inter dilectos. supr. de fide instrum. Jason leg. stipulatio ista. §. sicut autem. C. M.

Cap. 32. *In quibusdam.*

Glossa.

In Glossa verb. *Illæ quippe decimæ solvendæ sunt, quæ debentur loci consuetudine præscripta.* Ibi. *Si vero talis sit consuetudo, ut detur duodecima, vel minor, talis consuetudo non sufficit, nisi sit approbata à Papa.*

Consuetudo quælibet in decimis percipiendis servanda.

Imo valet consuetudo in omni foro, etiam conscientiæ, per ea quæ dixi in cap. parochianos. supr. eod. & ita practicatur. C. M.

De decimis cōsuetis vel insuetis remissio ad superiora.

Adde quod diximus supra de decimis consuetis vel insuetis ad cap. ex transmissa. 23. supra. de decimis. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-PRIMUS.

De Regularibus & transeuntibus ad religionem.

Cap. 1. *Nullus.*

Inscriptio.

In Epigraphe sive Inscriptione. Ibi. *Ex concilio Moguntinensi. Juncta inscriptione. sequentis cap. ex eodem, & textu utriusque capituli.*

Not. ad inscriptionem hujusce cap. & sequentis.

Istud cap. cum sequenti videntur sumpta ex capitularibus Caroli Magni; ut in effectu habentur apud Ansegisum. lib. 1. cap. 95. C. M.

Cap. 2. *Si quis ante.*

Glossa.

In Glossa Verb. *Tonsuratus ante annos sine consensu parentum, si intra annum non reclamaverint parentes, in clericatu permaneat.* Ibi. *Ipse vero puer quan-*

Source : BIU Cujas

documque usque ad finem 14. *anni posset resilire, postea vero non poterit exire.*

De improbatis regularium congregationibus & de illis reformandis agitur in consilio delectorum Præsulum.

Imo poterit usque ad finem anni decimi quarti. quod dic. ut infr. eod. cap. 1. lib. 6. Joann. Andr. sed delecti præsules & doctores apud Nicæam provinciæ, dirisque ex sacramentis adjurati censuerunt anno 1538. conventuales omnes Ordines abolendos; idque tum privata sigillorum suorum, tum publica editionis fide testati sunt. C. M.

De consilio delectorum Præsulum apud Nicæam de ecclesia reformanda hic vide & remissionem ad alios locos.

Illud posterius de consilio delectorum præsulum, desumptum ex editione Corporis Canonici Molinæana anni 1553. cum in editione anni 1559. quamvis posteriori abesset, & ideo hîc restituendum curavi, ne quid ineditum supereset, illud autem consilium delectorum præsulum integrum inseri curavi in supplementis pragmaticæ sanctionis Caroli VII. pag. 1009. & sequentibus, ubi in margine inscriptionis & tituli ibi anno 1538. notam addidi, qua designarem tempus habiti consilii, ubi habitum, qua occasione, cujus jussu, & de qua materia, scilicet ecclesia reformanda ubinam agatur de eo consilio, quod diutius delituerat, & quod extunc publicum feci, quod ibidem perlegendum tibi consulo. F. P.

Cap. 3. *Ut clerici.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ut clerici qui se fingunt monachos.* Ibi. *Argumentum est ad quæstionem illius qui se finxit mulierem, & suscepit habitum in monasterio monialium, ut posset corrumpere monacham.*

Qui se finxit mulierem ut monasterium ingressus, ex eo monialem corrumperet, non debet inde monachari invitus.

Barthol. Brixiensis quæst. dominic. 81. tenet eum cogi posse ut fiat monachus, quod non minus stultum est, quam superstitiosum, constat enim quod aliô tendebat. Igitur ut in leg. verum. de furt. facit gloss. in cap. tuarum. de verb. signif. Ita etiam sentit Henr. Bohic. C. M.

Cap. 4. *Vidua.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Licet sacramento firmare velit, sibi velamen ita imposuisse ut deponere posset, velit nolit sanctimoniæ habitum ulterius debet habere.* Ibi. *Scilicet sacramento juvetur; sed si adjuvetur aliis bonis præsumptionibus, & persona sit honesta, posset sibi deferre sacramentum.*

Honestæ personæ quandoque deferendum juramentum.

Hæc glossa verissima est, quamvis præpostera quadam superstitione reprobetur, per Cardinalem. in cap. is qui sedem. de sponsal. & Alciat. in tract. de præsumpt. parte 2. in fine. C. M.

Cap. 12. *Cum virum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum ea quæ intra discretionis annos à parentibus in monasterio tradita est.* Ibi. *Et dic judicio, id est discretione.*

Juramentum nisi judicio & discretione habitum non obligat sicut nec voti monachalis emissio.

Quod si juramentum, quod habet vinculum à lege Dei, tamen deficiente judicio & discretione non obligat. cap. etsi Christus. de jurejur. quantominus professio, cum dicat Christus Mathæi. 15. 6. omnis plantatio quam non plantaverit pater meus, eradicabitur. C. M.

Cujus juris sit voti monastici emissi obligatio an divini, an positivi.

Christus apud Mathæum de Pharisæis loquitur, quos cæcos & cæcorum duces vocat, Molinæus autem votum, id est, promissionem de libertate Deo factum de meliore bono, confundit cum solemni voti monastici professione, votum est juris divini. Deuteron. cap. 23. Levit. cap. 7. Ecclesiastes. cap. 5. Isaias cap. 9. D. Gregorius ad Bonifacium. si inter homines bonæ fidei contractus nulla solent ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio quam cum Deo pepigit (nempe homo) sine vindicta solvi non poterit, at professio solemnis pro voti observatione emissa, juris est positivi, vere quidem ab hominibus inventa, sed ex ecclesiæ probatione & authoritate. G. D. P.

Cap. 14 *Cum simus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Filio intra discretionis annos, monasterium cum patre intrante, & ibidem patre remanente, liberum erit habitum dimittere, & bona paterna postulare.* Ibi. *In quibus privari non poterit legitima jure naturæ.*

Patre religionem solemniter profitente, statim filius ipsius bona repetit, saltem quoad legitimam.

Quam statim debet habere, non expectato obitu naturali patris. ut tenet Philipp. Franc. in rubr. de testament. col. 35. in 6. Anton. Corset. in singul. verb. legitima. & bene. quamvis contra teneat Philipp. Decius. cap. in præsentia. num. 62. de probat. C. M.

Cap. 18. *Licet.* §. *Si vero.*

TEXTUS.

In textu. Ibi. *Si quis velit ad arctiorem vel laxiorem ordinem transire, superioris est judicium requirendum, ne forte angelus satanæ in lucis angelum se transformet.*

Ut monachus ad arctiorem vel laxiorem regulam transeat, superioris authoritas expectanda.

2. Corinth. 11. cap. ut in his sæpe contigisse liquet ex narratis per Vincent. in specul. historia. & Antonin. in summa historiali. tametsi præstigia illa mirentur, quia opera sua suo sensu inventa divinis præceptis anteponunt, ideo in efficaciam erroris inciderunt. C. M.

Cap. 23. *Statuimus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Novitios ante susceptum religionis habitum, ad priorem statum libere posse redire.*

Novitius ante professionem etiâ non petita venia exire potest.

Et sic nulla licentia petita, nec ob id dicitur fugitivus. Panorm. hîc. num. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi evidenter appareat, quod novitii voluerint absolute vitam mutare. Junctis præcedentibus in textu.* Ibi. *Ex quo vult ante annum exire, præsumitur quod conditionaliter habitum susceperit.*

Qui exit ante professionem exactam, præsumitur habitum conditionaliter suscepisse.

Cum hac glossa transeunt doctores & bene. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-SECUNDUS.

De Conversione Conjugatorum.

Cap. 1. *Præterea.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Laicus uxoratus professionem fecit uxore in sæculari habitu remanente.*

Conjuges altero non convertente, non possunt se invicem absolvere.

Potest invitum virum repetere, nec possunt se invicem absolvere, quidquid dicat Philipp. Decius consil. 140. ubi male consuluit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vir potest & debet de monasterio revocari. Junctis præcedentibus in textu.* Ibi. *Sola licentia uxoris non sufficit, nisi & ipsa simul convertatur.*

Ubi vult cõverti maritus, & professionem emittere regularem, debet & uxor converti, nec sufficit ipsius licentia manentis in sæculo.

Dixit Innocent. quod si uxor juvenis licentiam dedit, & continentiam vovit, cogitur intrare monasterium, non quod fiat monacha, & vivat monachaliter, sed refrænabitur à vagationibus, & custodietur, ne possit luxuriari. Vide quod dicam infra cap. significavit. super 1. glossa. Joan. Andr. adde Jacob. Alcmain. in 4. sentent. distinct. 32. C. M.

De eadem materia vide remissiones ad Molinæum & alios authores.

Vide ad eamdem materiam Petrum Blesensem. epist. 19. & notas antiquas & recentiores ibidem. Vide & not. Molin. ad citatum consil. 140. Philippi Decii. ubi malæ consultationis quam eidem Molinæus imputat, rationes reddit, adde & Probum in addit. ad glossam Pragm. tit. de concubinariis. in principio. ad verb. religionis. ubi vulgatum id adducit, mulierem aut virum aut nurum pati oportere, & tandem Molinæum, quantumvis se reducat ad id quod dicturus erat infra. ad cap. significavit. super 1. glossa hoc titulo attamen nihil ad illud adnotasse. F. P.

Cap. 17. *Ex publico.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Matrimonium carnali copula consummatum.* Ibi. *Notavit hîc Alanus quod matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, ideo circa illud latissime patet potestas Papæ.* Ibi. *ex constitutione ecclesiæ.*

An matrimonium contractum non consummatum possit dissolvi

Imo semper adeo. Panorm. hîc. & quod contractum licet non consummatum nequeat Papa dissolvere, nec in eo dispensare, sentit Panorm. hîc. in

Source : BIU Cujas

per converſionem alterutrius conjugum.

fine. & bene. & expreſſe firmat Joann. Lupus in tract. de matrimon. & legitim. col. 8. Jacobus Alcmain in 4. ſentent. diſtinct. 31. & hanc differentiam conſummati & non conſummati reprobat Eraſmus in ſuis annot. in 1. Corinth. cap. 7. ſentiens quod ante congreſſum eſt legitimum perfectumque matrimonium, & indiſſolubile, ab homine, etiam per profeſſionem monaſticam. dixi in annot. ad Philipp. Dec. in leg. nuptias. num. 6. de reg. jur. & cap. quæ in eccleſiarum. num. 13. de conſtit. C. M.

Non poſſe tenet hic Molinæus.

De ea materia definienda ad authores remiſſio.

Vide eumdem Molinæum in not. ad can. ſunt qui dicunt. in gloſſ. verb. divina. 27. quæſt. 3. tractatum Domini Joann. *Davezan* Profeſſoris juris Aurelianenſis & Pariſienſis de ſponſal. & matrimon. cap. penult. & in id ego ſubſcripſi ſententiæ à domino Nicolao *Porcher* Officiali Pariſienſi Doctore Sorbonico ex litis recitatione pronunciatæ, ſub finem elabentis anni 1661. qua decrevit, licere domicellæ *Marin* matrimonio in facie eccleſiæ celebrato conjunctæ domino *Lhuillier d'Interville*, non tamen conſummato, licet per duos aut tres menſes in una domo ut conjuges permanſiſſent, viſitatæ per matronas ab Officiali deputatas, & integræ repertæ & probatæ, ut conſtabat ex publico viſitationis inſtrumento & proceſſu verbali, ingredi monaſterium Monialium ſanctæ Urſulæ in urbe Sandionyſiana, nec etiam annuente dicto Domino *Lhuillier* ibi habitum monachalem ſuſcipere, & poſt novitiatus tempus expletum, profeſſionem monaſticam emittere; licentia data dicto Domino *Lhuillier* eamdem domicellam viſitandi, & alloquendi ad periſtelia & cancellos ipſius conventus, prohibitione interim facta eidem Domino *Lhuillier*, ne cuiquam per id tempus nuberet, quod pleniori executioni demandatum eſt, ejuſdem Domicellæ *Marin*, in dicto conventu profeſſione inſecuta, quod notandum.

Id' id ſententia Officialis Pariſienſis à me ſubſcripta,

F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa circa medium. Ibi. *Vincentius dixit quod Papa per diſpenſationem poſſet diſſolvere tale matrimonium, poſſet etiam ſtatuere, quod per ſecundum recuperetur primum. Junctis quæ præcedunt in ſuperiori gloſſa.*

Idem quod in præcedenti & de eadem materia.

Falſum eſt, quamvis gloſſam ſequantur Petr. Ancharan. conſil. 239. Philipp. Decius conſil. 63. col. 2. Cardin Alexand. latiſſime in cap. fin. num. 4. cum ſequenti. de ſponſ. duorum. Joann. Neviſan. in ſua confuſanea ſilva nuptiali. fol. 20. C. M.

Cap. 20. *Dudum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nondum calore iracundiæ quieſcente.* Ibi. *Inconſultus calor calumniæ vitio caret.*

Inconſultus calor iracundiæ calumniæ vitio caret.

Hoc veriſſimum, quamvis Joann. Andr. Panorm. hîc exigunt quaſi mentis alienationem. C. M.

Ibidem §. *Sed ad iſta.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *An tabellio in tertia perſona inſtrumentum conficiat vel in prima, dummodo non mutetur ſubſtantia veritatis, nihil intereſt.*

An in prima an in tertia perſona inſtrumentum conficiatur, nihil intereſt.

Bald. conſil. 409. lib. 3. Jaſon leg. 2. §. 1. num. 26. de verb. oblig. Ruger. de mota. repetit. leg. 1. num. 51. de teſtam. C. M.

Cap. 21. *Mulier.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Mulier propter infidelitatem viri judicio eccleſiæ ſeparata.* Ibi. *Ergo à contrario ſenſu videtur, quod ſi non fuit judicio eccleſiæ ſeparata, eo invito relligionem intrare non poteſt.*

Uxor propter infidelitatem viri judicio eccleſiæ ſeparata poteſt intrare relligionem.

Et adhuc re integra. Panorm. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-QUARTUS.

De Voto & Voti redemptione.

Cap. 5. *Non eſt.*

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Non eſt dicendus voti tranſgreſſor, qui authoritate Sedis Apoſtolicæ votum deſtitit adimplere.* Ibi. *Niſi ſubeſt cauſa, non eſt ſecurus quoad Deum; cum quo Papa diſpenſat.*

Diſpenſatio Papæ abſque cauſâ non liberat diſpẽſatum.

GLOSS. ſingul. idem quandocumque Papa contra jus divinum diſpenſat. Panorm. hîc. & in cap. cum adeo. de reſcript. Felin. in cap. ad audientiam. 31. column. 5. de reſcript. Philipp. Francus in cap. licet canon. col. 3. de elect. in 6. cap. cum ſingula. §. prohibemus. de præb. & in rubr. de teſtam. column. fin. in 6. Angel. Clavaſ. in verb. diſpenſatio. §. 3. Richard. in 5. ſentent. diſtinct. 27. art. 4. quæſt. 4. Petr. Palud. diſtinct. 38. quæſt. 4. eod. lib. Adrian. de Trajecto. in quodlib. quæſt. 6. art. 2. C. M.

Nota Molinæana hujus ſententiæ comprobatoria.

Utrum valeat diſpenſatio Papæ ſine cauſa facta, vide eumdem Molinæum in not. ad extrav. execrabilis. in gloſſa verb. execrabilis. ibi etiam abſque omni cauſa. de præb. in extravag. Joan. XXII. & ad Decium. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. num. 24. in verb. nulla cauſa. in ſign. T. & ad conſilium Decii 142. in verb. diſpenſare. gloſſ. pragm. ſanct. tit. de auct. general. concilii. cap. ſacroſancta. §. item declarat. in verb. pertinentibus. ſub finem. & in tit. de collat. §. cui rei. in verbo pluralitatis. in medio. aſteriſco 7. & ſeqq. Louetium notis & cenſuris ad Molin. de infirmis. num. 437. F. P.

De eadem materia ad plures alios locos Molinæi & aliorum authorum remiſſio.

Cap. 6. *Licet.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Jure, quod tibi, ſi dictus Rex ſine prole decederet, in regno Hungariæ competebat, ordine genituræ privandum, ſi votum paternum tanquam hæres non impleas.*

Hæres filius debet adimplere votum patris.

Anton. Corſetus de excellent. & poteſt. regia. quæſt. 7. Philipp. Decius conſil. 39. dixi in Conſuet. Pariſ. §. 8. gloſſ. 3. num. 1. cum ſequenti. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Jure quod in regno competebat privandum.* Ibi. *Sed hic unus tantum debet eſſe Rex, & ideo dicitur quod totum regnum devolvetur ad alium fratrem.*

Regnum non dividitur nec minuitur legitima fratribus debita.

Dicit Hoſtienſ. quod hic in regno non competebat legitima, quia ſolus frater primogenitus regnum habet, loquitur ergo de ducatu, ſecundum eum, quem habebat ex ſucceſſione paterna, vel ſecundum eum, licet legitima reſervetur filio, ex poſt facto, tamen ei propter nimiam contumaciam aufertur, de hoc in præcedenti decretali ſi hæredes. Joann. Andr. & quod non dividitur. Alexander in diſputat. Sigiſmundus. column. 37. Math. Laudenſ. tract. de primogenitura. column. 4. & in tract. de principali. §. 20. Guid. Pap. deciſ. Delphinal. quæſt. 476. quæſt. 487. Curt. ſenior. conſil. 66. col. 10. C. M.

De ſpecie & materia hujus cap. ad authores remiſſio & correctio Hiſpanorum authorum in eo quod dicant quãdoque jus eſſe Papæ ut regna auferat.

De ſpecie vel caſu hujus capit. vide theſaurum variarum lectionum Panciroli. lib. 2. cap. 290. & de materia vide Didacum Covarruviam. in repetit. tituli de teſtament. in decretal. in cap. ſi hæredes. ubi corrigendus in eo quod dicit ſub finem, Summo Pontifici jus quandoque competere ut reges privet regnis ſuis, & citat alterum Hiſpanum authorem Joannem Lupum de retentione regni Navarræ, ut Regi ſuo hujus regni uſurpatori titulum vindicarent: Cæterum in eo quod regnum ut nec aliud feudum majoris dignitatis præcellentis dividi non poſſit, nec etiam propter retentionem legitimæ & deductionem, vel alio modo, vide eumdem Molin. in Conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. quæſt. 3. & Joann. *le Cirier* Senatorem Pariſienſem in tract. juris primigeniorum lib. 3. quæſt. 6. quod & duobus Senatus Pariſienſis decretis confirmatum eſt in publico majoris decuriæ Auditorio; priori de die 18. Julii 1654. perorantibus Claudio *Pucelle* pro Domino *Phelippeaux de Pontchartrain* Præſide Cameræ Computorum, Montolonio pro Domino *du Tremblay* Magiſtro Libellorum Supplicum, Claudio *Martinet* pro Duce Caproſiæ annuente Concluſionibus Hieronymi Bignonii Advocati Regii, quo decreto deciſum

In id quod regnum nec aliud feudum præcellentis dignitatis dividi non poſſit ex quacumque cauſa, vide hic duo arreſta Curiæ Pariſienſis citata.

Source : BIU Cujas

alienationem & distractionem factam à Duce Caprosiæ Baroniæ *de Maurepas* Ducatui Caprosiæ unitæ & incorporatæ, ut num Caprosiæ Ducatum cum aliis feudis componeret, nullam & invalidam esse, utpote in necem & interitum ejusdem Ducatus & vassallorum ab eo moventium, inter quos dictus Dominus *du Tremblay*: nec non altero decreto de die Jovis 28. Februarii anni 1664. perorantibus advocatis pro appellante & intimato partibus, Dionysio Talæo partes regias obeunte, quo & judicatum, donationem factam à Duce Espernonio & Valettæ, cujusdam jurisdictionis Ducatui Valettæ annexæ, & distractionem habitam ab ipso Ducatu, nullam & invalidam, & injunctum officiariis Ducatus Valettæ, jurisdictionem distractam exercere, ut eis competebat ante distractionem. F. P.

Aliud arrestum in eadem materia.

Cap. 9. *Ex multa.*

Textus.

In Textu. Ibi. *In consultatione nostra jus editur.*

Per constitutionem pontificiam jus novum editur.

Id est jus novum constituitur, ex quo determinatio non fit per jus commune, sed per id quod non est jure cautum. Anton. Corset. in verbo consultatio. dixi ad Philipp. Decium. in cap. 1. lect. 1. column. 3. de constitut. C. M.

Ibidem. §. *In tanta.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Viri, sine consensu uxorum, emittere possunt votum ultramarinum. Juncta inscriptione Innocentii III. Cantuariensi Episcopo.*

An vir invita uxore emittere possit votum ultramarinum in utramque partem disputatur.

Idem Thom. Aquinas. in 4. sentent. distinct. 3. part. 4. quia in traditione sua sequitur, ut solet, opinionem Papæ; sed ubi de veritate inquirit contrarium sentit, ut in quodlib. 4. art. 2. Idem Hieronym. de Hangest. in moral. & bene. quia Christus & apostoli vetant discedere, seu relinquere. ad Ephes. 5. C. M.

Hic disputatur an liceat marito cujuscumque peregrinationis occasione ab uxore discedere.

Cavillatur hîc Molin. Christi loci sunt Math. 19. Marci 10. non directe vel absolute, sed relative, quicumque dimiserit uxorem, & aliam duxerit. Div. Paulus dixit relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: nulli prohibetur viro discedere, & ad tempus uxorem relinquere, manente conjugio, at solvere conjugium, solo fornicationis excepto casu, vetamur: molestè non ferret Molinæus, militem aut mercatorem discedentem, non aliquem ratione officii, non etiam peregrinationis voluntariæ causa, sed peregrinatio relligiosa votive concepta Molinæo displicet. G. D. P.

TITULUS TRIGESIMUS-QUINTUS.

De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

Cap. 5. *Quod Dei timorem.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Canonicus Regularis potest præfici ecclesiæ parochiali, etiam sæculari, sed debet habere socium secum sui Ordinis, si commode fieri potest.*

Canonicus regularis potest præfici ecclesiæ parochiali etiam sæculari.

Sed quod Alexand. consil. 70. num. 13. & ita hodie observatur, postquam hi relicta scripturæ sacræ regula & doctrina, sese formulis addixerunt; juxta id Osee. 4. quia tu repulisti scientiam. &c. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Monachi possunt ordinari in presbyteros ad ecclesiarum parochialium regimen.* Ibi. *sed in hoc est differentia inter monachos, & canonicos regulares, quod monachus tenetur habere socios secum sui Ordinis, sed regulares ad hoc non tenentur, nisi commode possint.*

Monachus præpositus ecclesiæ parochiali debet habere socium sui ordinis, non vero canonicus regularis.

Ægid. Bellam. decis. 714. rota in nov. decis. 252. & sub titul. de jure patron. Francisc. Aretin. consil. 7. column. 1. C. M.

Cap. 6. *Cum ad monasterium.*

Glossa.

In Glossa verb. *Abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis annexa regulæ monachali.* Ibi. *Quia in his duobus Papa licentiam indulgere non potest.*

An papa possit dispensare cum monacho ut proprium habeat.

Imo quod hæc ex instituto humano per hominem solvi possunt. cap. 1. infr. de reg. jur. C. M.

Panormit. hîc dicit monachatum esse quoddam votum tacitum vel expressum, nihil aliud habere de jure divino, quia monachorum Ordinem constituit Papa, ut ait Innocent. ad cap. presbyter. supra. de sacram. non iterandis. Verumtamen votum monachi Deo factum esse juris divini quoad obligationem quandiu stat, supr. de vot. & voti redempt. cap. magnæ. quare de substantialibus in monachorum votis regulariter Papa non dispensat, licet Div. Thomas Aquinas. in ea quæstione diversa senserit, ut notat Panorm. hîc. Felin. ad cap. si quando. de rescript. num. 5. & quos citat authores, ex quorum dictis hæc ni fallor, stare debet sententia quantumcumque sit causa favorabilis, Papam monachum non posse dispensare, illo stante monacho, posse de monacho non monachum facere, tum non tam super voto dispensare, quam illud commutare. G. D. P.

Quomodo Papa possit dispensare circa monachos.

Quando & ex qua causa possit Papa dispensare cum monacho ut contrahat matrimonium.

Iisdem omnino verbis loquitur Carolus VII. in sua constitutione ne mendicantes beneficia obtineant. relata in stilo Parlam. part. 3. tit. 32. §. 2. quibus hîc decidit Innocent. III. abdicatio proprietatis sicut custodia castitatis adeo annexa regulæ monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere: & in id confirmandum vide Præsidem Durantum. in quæstion. 7. pag. 51. & 54. & quæst. 13. pag. 70. Covarruv. ad cap. 2. de testam. num. 11. Decius tamen in comment. ad capit. quæ in ecclesiarum. num. 3. in sign. F. & ibi Molin. tractat quæstionem an possit dispensare monachum publicæ utilitatis causa & pacificatione regnorum, ut contrahat matrimonium, & concludit posse. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-SEXTUS.

De relligiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

Cap. 3. *De Xenodochiis.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad ejus sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.*

Omnia loca pia & relligiosa subsunt jurisdictioni episcopali, dummodo ea probaverit Episcopus, aliàs subsunt dispositioni & cognitioni regiorum judicum, & magni Franciæ Eleemosynarii.

Imo relligiosa, id est authoritate Episcopi constituta, & quæ prius talia esse constat, ut in cap. sequenti. aliàs non habet Episcopus intentionem fundatam. ut dixi in annotationibus ad Alexand. consil. 120. col. 2. lib. 1. & ad Philipp. Decium. consil. 121. column. 1. adhuc in regno Franciæ cognitio est Judicis Regii, vel magni Eleemosynarii Regis. C. M.

Regimen & administratio piorum locorum spectat ad Episcopum.

Nemo non Episcopos laudabit, qui brephotrophia, orphanotrophia, ptocotrophia, gerontocomia, & xenodochia visitarint, assiduitate pia, tum infantes à partu rubentes expositos, orphanos, pauperes, languidos, & advenas, indigentes sollicite curaverint; hæc autem cura & sollicitudo longe distat à jurisdictione in ea loca, & rerum administratione, quæ confundere non debuerat Molinæus. A Christo passo, persecutionum in Christianos temporibus, nulla fuerant loca pia, sed ad exemplum divi Pauli, Prælati, sacerdotes eleemosynas colligebant, quarum partitio curæ diaconorum fuerat commissa, notumque est quod de Divo Laurentio Diacono celebratur imperante Decio anno 244. ecclesiæ data pace, Constantino Magno fœliciter imperium moderante, primi inter laicos hujusce modi pietatis officium inveniisse memorantur, Zoticus Constantinopoli, & Pammachius in Romano portu, Tum Fabiola, Romæ imperantibus Arcadio & Honorio, fuit aliud cujusdam Niconis juxta Cujacii animadversionem observat. lib. 1. cap. 12. aliud Samsonis

Quid primis temporibus servatum fuerit in dispensatione eleemosynarum.

Quæ administratio locorum piorum fuerit imperantibus Christianis Principibus.

nov. 59.

Source : BIU Cujas

nov. 59. cap. 3. horum administratio locorum quandoque clericis commissa (ut parabolanis Alexandriæ , quos eligebat antistes. l. parabolani. cod. de episcop. & cler. erantque clerici, ait Cujac. ad nov. 3.) quandoque laici. l. omnia privilegia. cod. eod. de quorum gestione cognoscebant ordinarii judices. nov. 131. cap. ult. ut & de ministerio clericorum episcopi. nov. 123. cap. 23. prima , ni fallor , imperialia duo constituxit Justinianus pia loca, pro advenis & ægrotis in Hierusalem anno. 530. quo sæculo & aliud extruxit regium Childebertus primus, probante concil. Aurelian. 5. anno 549. Loca hæc omnia nuncupamus una voce Gallica hospitalia, vel ecclesiastica, vel laicalia , dicta à fundatorum qualitate. quorum sollicitudinem cum Eugen. III. post annum 1145. hoc nostro textu commisit Episcopo, non id intelligendum de omnibus hospitalibus notat Panorm. sed de iis quæ sunt Episcoporum authoritate fundata, quod Urban. III. dixit cap. ad hæc. hoc tit. Clemens vero V. in concilio Viennensi anno 1311. Clement. 2. de relligios. domibus. hospitalium reformationem illis committit ad quos de jure, vel statuto in ipsorum fundatione appositio, vel ex consuetudine præscripta, vel Sedis Apostolicæ privilegio pertinet; cui dispositioni Galliæ Regum sunt edicta conformia Francisci I. anno 1545. Francisci II. anno 1560. Caroli IX. anno 1569. quibus cognitio est Regiorum judicum. Henrici III. edicto Melodun. art. 10. anno 1579. quo ecclesiasticorum cognitio juris est episcopalis. Aliorum. administratores titulum habent à magno Regis Eleemosynario , quorumdam à prælatis : Plurium annales vel triennales eliguntur administratores , convocatis civitatum, urbium, pagorum ordinibus. At in dubio laicalia præsumuntur hospitalia. Gonzal. ad reg. de mens. & alternat. gloss. 5. §. 4. num. ult. quæ quidem pia dicuntur loca , non proprie relligiosa , secundum Alexand. lib. 1. consil. 120. ubi Molinæus quidem de capellis non fundatis Episcopi authoritate notat ad consil. 121. Decii. quod dixerat Guid. Pap. decis. 187. Videndus Tiraq. de privilegiis piæ causæ. in præfat. pag. 1, G. D. P.

Quomodo intelligendum hocce capitulum & alia hujusmod. usque ad concilii Viennensis sanctionem.

In eorum administrationem & dispositionem præscripta edicta regia, quæ hîc referuntur.

Hospitalia præsumuntur laicalia & laicæ & sæcularis administrationis.

Videndus & Guido Conchilius in tractatu posthumo. libert. eccles. Gallicanæ pag. 81. sed hodie hæc omnia immutata ; namque Rex Christianissimus Ludovicus XIV. Maximus & hodie feliciter regnans, insequendo & inhærendo vestigiis gloriosissimæ & triumphantis memoriæ Henrici IV. qui à Paulo V. Summo Pont. horum omnium locorum administrationem habuerat commissam militibus sancti Lazari Hierosolymitani & montis Carmeli, bullis Pontificiis, hanc eandem curam militibus Lazarinis & Carmelitanis, quos denuo suscitavit & cæteris Galliæ ordinibus in hunc unum compositis commisit, & litibus ea de re diu durandis judices constituit Cameræ Regiæ dictos in ædibus Armamamentarii Regii Parisiis residentes, ex edictis suis ea de re confectis & apud Prætorianorum Patrum & Judicum tribunal & in eadem Camera probatis, & in actuariis earumdem inscriptis jus dicturos, hæc edicta sunt. de mense Decemb. 1672. F. P.

Remissio ad Conchilium de ea materia tractanda.

Innovatio, vel potius juris antiquioris revocatio , circa locorum piorum administrationem & dispositionem, per renovationem militum ordinis Lazarini & Carmelitani, & sedem fixam judicum Cameræ Regiæ dictorum in palatio Armamentarii Parisiensis.

Cap. 6. *Constitutus.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Ecclesias in emphiteusim sub annua pensione monasterio vestro concessit.*

Et sic dicit Joann. Ignæus in leg. 1. §. si cum omnes. num. 196. [a] jura spiritualia hîc concessa & in pactum deducta esse , & confirmationem Papæ utcumque maculam simoniæ velasse. dig. ad Sillan. & ibi num. 199. dicit Papam in his dispensare non potuisse ; sed non advertit Papam esse horum dominum & authorem , imo creatorem, nisi patronus laicus aut dominus loci impediat. C. M.

Papa cum sit dominus juris positivi , & ejus conditor & ejus est dispensator.

Hoc notandum quod in his quæ sunt juris positivi Papa habet omnem dispensandi potestatem,

& illud singulare est. [a] Hîc etiam supplendum ad citationem Joannis Ignæi de senatusconsulto Syllaniano. ut inferius addit Molinæus. F. P.

Ibidem.

In Glossa verb. *Juxta ratam pensionis condemnamus.* Ibi. *Sed revera hic non fuit contractus emphiteuticus. Junctis præcedentibus in textu.*

Glossa.

An concessio ecclesiæ facta ab Episcopo sub annua pensione sit contractus emphiteuticus.

Idem Panorm. & alii hîc. Alexand. consil. 14. num. 8. lib. 2. C. M.

Cap. 7. *Cum Venerabilis.*

In Glossa verb. *Instrumentum propter prædicta suspectum.* Ibi. *Scilicet propter rasuram in loco suspecto, & interlinearem scripturam , ad hoc enim ut credatur instrumento , debet esse sine omni suspicione.*

Glossa.

Rasura & interlinearis scriptura suspectum reddit instrumentum.

Textus in leg. finali. cod. ad leg. Corneliam de falsis. Alexand. consil. 114. consil. 175. num. 2. ubi tetigi. lib. 7. C. M.

Ibidem.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Item quid si rasura sit in uno loco, & tamen per alia quæ sunt in instrumento, probetur bene propositum.*

Glossa.

De eadem materia quæ supra in eod. cap.

Idem Alex. consil. 14. num. 14. ubi dixi. lib. 6. Jason consil. 114. in fine. lib. 1. Albert. Brunus. consil. 95. C. M.

Cap. 8. *Cum dilectus.*

In Glossa verb. *Cum nuncius super procuratione vel ratihabitione litteras non haberet.* Ibi. *Si adiiciatur clausula quidquid super hoc fecerit ratum habebit.*

Glossa.

Generalis clausula ratum habendi non sufficit.

Imo non sufficit. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

In eadem Glossa. Ibi. *Vel dic quod non est differentia inter mandatum procuratorium & litteras de rato.*

Glossa.

Non differunt mandatum procuratorium , & litteræ de rato.

Idem Guillelm. in speculo. de procurat. §. 1. verb. in præmissis. Joann. Andr. Panorm. hîc. C. M.

Hoc Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatur. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-SEPTIMUS.

De Capellis Monachorum, & aliorum Relligiosorum.

Cap. 2. *Dilectus filius.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Si ecclesia non cathedralis vindicat sibi jus in alia ecclesia , obtinebit solum quæ ad ea quæ probabit sibi deberi præscriptione , vel alio legitimo modo.*

Ecclesia non cathedralis nil cõsequitur etiam in sua parochia , nisi quod præscriptione, vel alio jure adquisitum.

Etiam infra parochiam suam sita. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu. *Cum ecclesia sancti Laurentii sit in parochia vestra sita , debet de jure communi ecclesiæ vestræ in prædictis subjacere.*

Non est bona illatio quod ecclesia sita in parochia alterius , eidem parochiæ subjaceat.

Hæc allegatio partis non vera. Panorm. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Se vocatum ad capitulum iviisse confessus est,* Ibi. *Per hoc igitur probatur possessio obedientiæ.*

Per actum submissionis probatur possessio obedientiæ, non proprietas.

Sed non proprietas. Joann. Andr. Cæterum glossam sequitur Panorm. & doctores. C. M.

Hujus Molinæani subnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur , omissa posteriori ab his verbis *Cæterum glossam sequitur ad finem.* F. P.

Cap. 3. *Ex parte.*

Textus.

In textu. in fine. Ibi. *Nolumus per hoc derogari concilio supradicto , id est Lateranensi.*

Per generalem clausulam nonobstantibus constitutionibus , numquam censetur derogatum conciliaribus, nisi specialiter exprimatur. Bald. per hunc textum in leg. humanam. cod. de leg. Oldrad. quæst. 336. Socin. in l. in jus vocati. §. patronum. in fine. de in jus vocand. Felin. cap. nonnulli. col. 4. de rescript. cap. 1. col. 9. eod. Lancell. Galiaula in repetit. leg. centurio. num. 116. de vulg. &

Per clausulam non obstantibus non derogatur sanctionibus conciliaribus.

Source : BIU Cujas

pup. Alexand. consil. 122. num. 9. ubi dixi. lib. 4. C. M.

Adde & eumdem Molin. in not. ad cap. ei cui. 29. in gloss. verbi simpliciter. ibi. hic sane. de præb. in 6. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-OCTAVUS.

De Jure Patronatus.

Cap. 3. *Quoniam.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si patroni in præsentando discordant, præfertur præsentatus à majori parte, si est idoneus.*

Dummodo alii sint præsentes, vel vocati, juxta leg. majorem. de pactis. & tunc etiam per minorem partem remanet potestas, ut sæpe judicari vidi in Senatu Parisiensi; Idem, si vel unus præsentaverit aliis non vocatis, si tamen infra tempus non sint conquesti, ut nove dixi in Consuetud. Parisiens. §. 38. gloss. 10. quæst. 3. C. M.

In præsentatione pluribus competenti, præfertur quod à majori parte gestum est, sicut in jurisdictione.

Adde eumdem Molin. in not. ad consil. Decii. 249. in verbo erigere. ubi arguit à jurisdictione communi. inter plures, ad jus patronatus commune. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Fundatores ecclesiarum.* Ibi. *Si funditus destructum sit monasterium, & de consensu Episcopi aliquis reædificaret, credo quod acquirat jus patronatus.*

Reædificatione quæritur jus patronatus.

Idem Roch. Curt. in tract. jur. patron. verbo jus. Gemin. consil. 117. num. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Quid si reædificata est ecclesia ex eadem materia; numquid prior patronus remanet patronus? Videtur quod sic.*

Idem Panorm. & bene. quidquid glossa dicat. C. M.

Reædificatione ecclesiæ patronatæ ex veteri materia primus ædificator & reædificator remanent patroni.

Debet hîc posteriori adnotationi adjungi, quod est in præcedenti, ut uterque remaneat patronus, & primus constructor, & ædificator, & reparator, & reædificator: & in id probandum, vide glossam pragm. sanctionis. in proœmio. §. quibus ad plenum. in verbo dotavit. & ibi Philipp. Probum in additione vinc. sub finem. Item vide Joann. de Selva. in tract. de beneficiis. part. 1. quæst. 5. num. 181. & num. 185. sub finem. F. P.

Cap. 6. *Quia clerici.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quia clerici quidam advocationes ecclesiarum comparant.*

Quid sint advocati & advocatiæ. Advocati erant certi magistratus velut defensores civitatis ad causas decidendas sub politia veterum Francorum Regum & Imperatorum, ut apud Ansegisum. de constit. Carol. Magni, Ludovici Pii, & Clotharii. lib. 3. cap. 11. C. M.

De advocatis & defensoribus ecclesiarum ad authores remissio. De advocatis & defensoribus ecclesiarum vide Filesacum de sacra authoritate episcoporum. pag. 147. not. ad Donellum enucleatum. lib. 18. cap. 3. pag. 73. gloss. ad cap. Caroli Magni. Guid. Conchil. in memor. reformat. eccles. pag. 171. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Advocationes ecclesiarum comparant, ut postmodum filii præsententur.* Ibi. *Si aliquis sit patronus, se præsentare non potest, filios autem satis credo quod possit præsentare.*

Pater patronus filium præsentare potest, non seipsum. Sed non intrudere, & sic loquitur contrarium. Joann. Andr. potest enim habiles. Panorm. hîc & consil. 96. lib. 2. Philipp. Decius cap. cum M. Ferrariensis. de constit. num. 4. & consil. 129. C. M.

Hujus adnotationis Molinæanæ primam partem usurparunt Romani emendatores, omissa posteriori ab his verbis *potest enim habiles ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Comparatis per simoniam advocatiis spoliando.* Ibi. *Sed cui applicabitur, potest dici ecclesiæ cui facta est simoniaca injuria, & sic ecclesia erit patrona sui ipsius.*

In patronatus acquisitione si monialis contractâ, ecclesia remanet libera. Imo manebit libera. Innocent. Joann. Andr. Panorm. hîc. Cardin. Florent. Clement. unica. de suppl. neglig. præl. C. M.

Cap. 7. *Ex litteris.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Miles qui villam, in qua ecclesia sita est, à monasterio Vintonienſe tenebat.* Ibi. *Dicunt quidam quod talem contractum celebrarunt inter se, quod utile dominium transiret in conductorem, & sic jus patronatus.*

Jus patronatus non transit in conductorē fundi cui inest, nisi ad longum tempus conduxerit. Transit eo ipso quod ad longum tempus, secus si ad modicum, quamvis aliter dicat Joan. Ignæus. leg. 1. §. Si vir aut uxor. num. 55. cum sequenti. ad Sillan. & male, ut dixi ad Philipp. Decium auth. qui rem. de sacrosanct. eccles. C. M.

Ibidem. §. *Mandamus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Excepto jure patronatus prædicta villa ad firmam concessit.*

Jus patronatus inhærens castro est reale, & transit cum universitate castri, & præsumitur reale. Alias transisset cum universo, & præsumitur reale, ratione castri. Philipp. Decius. consil. 149. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Non excepto jure patronatus.* Ibi. *Argumentum concessum videri quod non est nominatim exceptum, de hoc tractatur supr. de transl. episc. inter corporalia.*

Jus patronatus non exceptum transit cum universitate fundi. Not. quædam ex generalitate transire, quæ specialiter transire non possunt. sed contra. dig. de pign. leg. obligatione. & supr. de offic. leg. quod translationem. ibi solvitur secundum Hostiens. Joan. Andr. dixi in Consuet. Patis. §. 37. gloss. 10. num. 8. cum seq. C. M.

De hac materia ad authores remissio. Hanc Molinæi adnotationem Romani emendatores usurparunt, omissa posteriori quod Molinæum arguebat authorem in his verbis *Dixi in Consuet. Paris.* Verum in id an jus patronatus transeat in conductorem & firmarium, vide Francisc. de Roye in prolegom. juris patron. cap. 36. Maynard. decis. Tholosan. lib. 2. cap. 41. Molin. in Consuet. Paris. §. 55. gloss. 10. num. 38. eumdem ad cap. cum Bertholdus. in gloss. verb. patrono. Ibi sed alia est ratio. de sentent. & re jud. & ad Selvam in tract. de benef. part. 2. quæst. 10. in principio. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa Verb. *Vel antequam de jure patronatus controversia esset suborta.* Ibi. *Lite mota, non debet patronus præsentare, vel si præsentat, suspenditur præsentatio in eventum sententiæ.*

Lite mota de jure patronatus suspenditur præsentatio ab utroque patrono litigante facienda. Idem Panorm. hîc. dic ut tetigi supra. de in integr. restitut. cap. 3. vide Roch. Curt. tract. de jure patron. in verbo competens alicui. quæst. 23. Joann. Selva. tract. de benefic. parte 2. quæst. 7. C. M.

De sequestratione juris patronatus Regia, pendente lite secundum consuetudinem Normanniæ. In Normannia lite mota de jure patronatus, suspenditur exercitium juris patronatus, & tunc Rex tanquam supremus sequester utitur jure patronatus. vide Consuetudinem Norm. in titulo de jure patron. F. P.

Cap. 8. *Illud.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si laicus inconsulto Episcopo ecclesiam non vacantem concedat relligiosæ domui.* Ibi. *Quidam dicunt, quod per hanc concessionem laicus intendebat dare ecclesiam quoad proprietatem, vel in proprios usus, quod facere non poterat.*

Laicus non potest concedere ecclesiam relligiosæ domui inconsulto Episcopo, maxime quoad proprietatem. Ita constabat secundum Philipp. Decium. cap. de monachis. in fine. supra. de præbendis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si vacante ecclesia, jus patronatus relligioso loco contulerit. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sed numquid laico possit dari jus patronatus. Vincent. dixit quod sic. argum. infr. eod. ex insinuatione. sed ibi non fuit donatio, sed frater cessit fratri suo jus suum, seu renunciavit ei quantum ad se juri præsentandi, & ita non fuit donatio, cum ipse in solidum fuerit patronus.*

Source : BIU Cujas

Et sic potest libere donari compatrono. Jason. leg. qui Romæ. §. duo fratres. col. penult. de verb. oblig. & ibi Francisc. Ripa. col. 19. gloss. 1. & ibi Anton. in cap. ex insinuatione. infr. eod. C. M.

Laicus patronus potest cedere jus patronatus etiam inconsulto Episcopo compatrono suo.

Quidquid dixerit glossa 1. ad cap. ex insinuatione. O. clericus non erat compatronus, ut aiunt Host. Joann. Andr. Anchar. & Panorm. licet glossæ accedant Anton. & Cardinal. Zabarella. & Jason. (non ad leg. qui Romæ. dig. de verb. obligat.) sed ad leg. voluntas. cod. de fideicommiss. Felin. ad cap. quæ in ecclesiarum. supr. de constit. num. 56. qui non id affirmative docet, sed refert procedere secundum intellectum unum illius cap. ex insinuatione. ut Panorm. refert id. Anton. videri æquius. Ex textu patet O. clericum non fuisse compatronum vers. cum ei frater ejus jus patronatus. quod in quibusdam ecclesiis habebat, liberaliter contulisset; Doctorum alii dicunt jus patronatus fuisse fratri clerico concessum, ecclesiæ favore, alii subintelligendum episcopi consensum: sic sentio, cum Summus Pontifex huic clerico tanquam patrono restituendas ecclesias per eam libere & pacifice ordinandas decreverit, non dubitandum sive donationem, sive cessionem fuisse clerico legitime factam; Quare dicendum jus illud patronatus fuisse gentilitium & familiare aut hæreditarium, quod frater in fratrem sive clericum sive laicum transmittere potuit, cum in familia remanserit, ad exemplum vassalli, cui licet irrequisito domino feudum agnato proximiori cedere, ut ait Felin. ad d. cap. quæ in eccles. num. 55. G. D. P.

Plenior expositio & intellectus cap. ex insinuatione. de jure patronatus. infra. de cessione juris patronatus à patrono facta in eod. cap.

Cap. 10. *Cum laici.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Laici, qui ecclesias concedunt, nescientibus episcopis, & postea alios præsentant pœnitentia ducti.* Ibi. *Et ita licitum est pœnitere, & contra factum suum venire.*

Ubi factum nullum est lege prohibente, licet pœnitere, & contravenire.

Quia nullum est lege prohibente. C. M.

Cap. 15. *Consuluit.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Non decet ut clerici ecclesias propria authoritate detineant.* Ibi. *Secus si ad præsentationem parentum, unde non videtur hic prohiberi præsentatio filii, unde permitti intelligitur.*

Pater patronus filium suum præsentare potest.

Idem Panorm. hîc. Roch. Curt. tract. de jure patron. verb. vel is qui. supr. eod. cap. 6. Archid. cap. non omnino. in fine. 10. quæst. 2. C. M.

In eam materiam ad Anton. Mornac. remissio.

Vide in id observationem Antonii Mornacii. ad leg. 5. dig. quod cujusque universitatis nomine. pag. 164. in posteriori editione. studio meo prælo nuper commissa. F. P. Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. *Aut laici filiis aut aliquibus aliis concedant, scilicet authoritate propria, ut subjungit glossa, id est inconsulto Episcopo.* Ibi. *Sed si plures sunt patroni, numquid possunt unum de se præsentare, credo quod sic.*

Compatroni unum ex compatronis præsentare possunt.

Idem Vincent. Goffred. & Host. sicut decuriones unum ex se dant tutorem. dig. de tut. & cur. datis. ab his ubi absunt. Idem Guillelm. in speculo. eod. tit. ad finem. Joan. Andr. Panorm. hîc. C. M.

Superioris annotationis Molin. comprobatio Romanorum.

Hanc annotationem Molinæi usurparunt Romani emendatores, & margini suæ annexuerunt. F. P.

Cap. 17. *Nullus laicus.*

TEXTUS.

In Textu. *Si Episcopus consentire noluerit concessioni ecclesiarum aut decimarum, Romano Pontif. nuncietur.*

In permutatione, ubi Episcopus consentire noluit præsentationi, adeundus superior, vel etiam patronus ecclesiasticus spernitur in permutatione, non laicus qui nunquam sperni potest.

Vel Archiepiscopo. Philipp. Decius. cap. avaritiæ. in fine. de præb. & in regno Franciæ, propter concil. Basileense, & concordata. non potest adiri nisi superior immediatus, & adhuc in istis non aditur, quia aut patronus laicus est, & non cogitur ullo casu, aut est ecclesiasticus, & in permutatione spernitur; sed ubi aliàs agitur de perpetuo præjudicio, vocandus est coram superiore immediato authoritate ordinaria. C. M.

Cap. 19. *Consultationibus.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Institutus ad præsentationem, ejus, qui tunc jus patronatus ecclesiæ possidebat, removeri non debet, licet illud jus postmodum ab eodem evincatur, secus si non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus.*

Præsentatio à bonæ fidei possessore facta, prævaler, licet postea evincatur.

Alexander consil. 75. col. 6. lib. 4. Guid. Pap. cons. 92. Roch. Curt. de jure patron. verb. competens alicui. col. 3. & illud de bona fide limitant Gemin. Philipp. Franc. cap. eum qui. colum. 1. de præb. in 6. C. M.

De hac materia possessionis juris patronatus ad alios Molinæi locos remissio.

Adde hîc glossam ejusdem cap. in verb. credebatur. ibi. sed hoc facit bona fides. & in verb. possidebat. ibi bona fide. & ad illa refertur quod addit Molin. in sua nota *& illud de bona fide.* scilicet quod dicebatur in glossa *limitat.* & vide eumd. Molin. in not. ad cap. querelam. de electione. in textu. ibi quod populus in quasi possessione præsentandi existebat. & in glossa cap. 2. de restit. in integrum. adde & Brod. super *Louet.* litt. P. num. 20. F. P.

Cap. 22. *Eam te.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si intra sex menses terminata non fuerit controversia.* Ibi. *Quidam tamen dicunt, quod hic computantur sex menses à tempore vacationis.*

Terminus datus patrono ad præsentandum non currit nisi à die notitiæ in loco beneficii.

Petrus Hispanus. & Abbas. & adde notitiæ in loco beneficii. Clement. unica. in fine. de concess. præbendæ. dixi in Consuetud. Paris. §. 37. gloss. 10. num. 20. & in tract. reg. Cancell. reg. 18. de infirmis resignant. C. M.

De eadem materia ad alios authores & locos remissio,

Adde in id Dom. *Louet.* in not. & cens. ad Carol. Molin. in reg. de infirmis. num. 53. fol. 50. & ad reg. de publ. resignat. num. 149. fol. 417. & sequ. F. P.

Cap. 24. *Cum autem.*

GLOSSA.

In principio Glossæ. Ibi. *Laicus patronus, uno præsentato, potest alium præsentare, secus in patrono ecclesiastico.*

Patronus laicus variare potest, ecclesiasticus non potest.

Limita ut per Geminianum. Philipp. Franc. cap. 1. column. 1. ut lite pendente. in 6. Francisc. Ripa. in rubr. de judic. num. 68. C. M.

De eadem materia ad alios locos remissio.

Circa variationem patronorum vel laicorum vel ecclesiasticorum. vide glos. pragm. sanct. tit. de collat. §. item circ. in verb. non valeant. sub finem. F. P. Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Priori non refutato, alium admitti postulaverat.* Ibi. *Videtur recedere à priori.*

Quibus ex causis patroni variare possint, sive laici, sive ecclesiastici; potest enim ecclesiasticus ex causis hic expressis variare.

Imo quia accumulat. Panorm. limita, nisi patronus ex justa causa, puta quia re integra, id est ante institutionem præsentatus moritur, vel fit inhabilis quoquo modo, vel venit ad notitiam quod erat malæ vitæ, vel aliàs indignus, item generaliter ex omni causa ex qua patronus ecclesiasticus possit variare. C. M.

Cap. 25. *Nobis. §. Cæterum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cæterum in conventuali ecclesia, non electioni faciendæ, sed jam factæ, honestius patroni postulatur assensus, nisi aliter de jurisdictione sua obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandæ.*

Quomodo provisio abbatiarum facta fuerit primitus, & quomodo sub sequentibus temporibus.

Atqui non solum tempore Caroli Magni, sed etiam dudum ante, & post, Reges & domini locorum laici, suo & pleno jure conferebant Abbatias, ut testatur Greg. Turonens. Aimoin. Bened. Paul. Diaconus. Deinde cœpit electio esse monachorum, & domini loci. textus. cap. Abbatum. 18. quæst. 2. Primus autem Gregorius VII. seditionibus attrito imperio. hoc jus extorsit. cap. si quis deinceps. 16. quæst. 7. & ob id ab Henrico IV. Roma pulsus exul obiit. Late dixi post tract. reg. Cancell. C. M.

Hîc tantum agitur de Gregorii VII. forte, post expugnatam ab Henrico IV. Imperatore Romam, & liberatam obsidione arcem sancti Angeli.

Quod de exilio Gregorii VII. subjungit Molinæus, injuriosum est, & ex historiæ veritate calumniosum: anno Domini 1084. Henricus IV. Roma potitus Summum Pontificem, qui in arcem sancti Angeli se contulerat, variis bellicis machinationibus oppugnare cœpit, donec accedente Roberto Guisardo Northmanico, tandem obsidione liberatus, Imperatoreque discedente celebrato Romæ concilio, Cassinum cum Roberto tendit, tum Salernum anno 1085. ad S. Mathæi Apostoli conservandam ecclesiam, illicque die 24. Maii mensis ex hac vita migravit.

Source : BIU Cujas

Quis fuerit eligendorum Abbatum modus primis ecclesiæ temporibus ad ipsum Gregorium VII. extra Galliam.

Monachi primùm congregati sunt imperante Constantino Magno anno 318. nec ullas de Abbatum electionibus antiquas ecclesiæ constitutiones habemus, quia primis sæculis extra clerum erant, ad usque tempora Leonis I. ut patet ex can. 4. conc. Calched. licet Episcopis essent submissi, sed & Abbatis nomen erat potius officii, quam dignitatis, ut ait glossa. ad can. accedens. distinct. 50. ex can. 1. 18. quæst. 2. sumpto ex concil. Toletano. 4. anni 633. At Impp. Arcad. & Honor. lib. 16. cod. Theod. tit. 2. de episcop. & cler. leg. 32. decreverunt Episcopos, deficientibus clericis, alios ex monachorum ordinare numero, circa annum 398. quo primùm sæculo D. Augustinus suos canonicos regulares in ecclesiis apud Africanos introduxit. Justinia. vero novell. de monachis. lata mense Martio, anno 535. electionem Abbatis Episcopo dedit, quam eodem anno mense Augusto. nov. de sanctiss. Episcop. monachis concessit, quod tandem statuerunt Pelagius (ni fallor II.) qui sedit anno 578. & Greg. Magn. qui sedit anno 590. accedente tamen, si quis fuerit, patroni consensu. can. 2. 3. 4. 18. quæst. 2. non ergo quicquam innovavit Greg. VII. can. si quis deinceps. 16. quæst. 7. sed antiquum jus restituit.

Quæ fuerit forma eligendorum Abbatum in nostra Gallia primis temporibus.

Quoad Gallias; observandum primò monachos nec apud nos fuisse de clero, ut patet ex articulo 13. epistolæ Zachariæ Papæ ad Pipinum majorem domus. anni 747. & ex cap. 27. capitularis Aquisgranensis. ann. 789. apud Sirmundum. secundò quemadmodum non poterant ordinari liberi homines, sine regio præcepto, apud Marculph. lib. 1. formul. cap. 19. ita nec monachi fieri. cap. lib. 1. cap. 120. Abbates vero, juxta leges in Abbatiarum fundationibus dictas eligebantur à Clodovæi tempore ad Caroli Magni regnum, vel laici, vel clerici, vel etiam monachi, aut à solo Rege, aut ab Episcopo Regis jussu, credoque Abbates monachos eos esse, quos concil. Suession. cap. 3. regnante Childerico III. anno 744. vocat Abbates *legitimos*, qui hostem non faciunt, sed homines suos transmittunt; meæ conjecturæ ratio hæc est, quia monachi militare non poterant. ex cap. 14. epistol. Leonis I. ad Rusticum Episcopum Narbonensem. anni 452. de aliis Abbatibus, laicis & clericis, ad usus antiqui probationem exempla quædam selegi potiora: Cum Abbatiam successu temporis sancti Germani dictam fundasset Childebertus & dotasset, Autharium magnæ nobilitatis virum Abbatem constituit, ait Aimon. lib. 2. cap. 20. in fine, quo Authario defuncto, venerabilem virum Droctoreum ex discipulis suis beatus Germanus elegit Abbatem, annuente Rege Clothario, ex eod. Aimonio d. lib. 2. cap. 36. Princeps, ut vides, laicum constituit, Episcopus ex Regis assensu clericum elegit; Cum vero cap. lib. 1. cap. 86. legis Carolum Magnum licentiam monachis, ex seipsis Abbatem eligendi dedisse, subaudiendus est Regis assensus, neque sibi fibulam imposuit, quominus sive clerico, sive laico, concederet Abbatiam: ipse namque Carolus Magnus anno 778. per totam Aquitaniam Comites Abbatesque, necnon alios plurimos, quos vassos vulgo vocant, ex gente Francorum ordinavit, apud incertum authorem vitæ Ludovici Pii, apud quem idem Ludovicus Pius, Hugoni cuidam cœnobialia dedit monasteria. Sic anno 856. regnante Ludovico Balbo, cum decessisset Hatto Fuldensis Abbas cœnobii per electionem fratrum, & authoritatem regiam, ordinatus Thiotto unus ex monachis. At Ludovicus Balbi filius illegitimus Hugoni Lotharii filio comitatus & abbatias in beneficium dedit, ut ei fidem servaret, anno 881. ait author innominatus annal. ut est apud Flodoard. anno 922. Carolus Simplex Huganoni Rhotildis avitæ suæ dedit abbatiam. anno 928. Heribertus Comes Rhemensis concessit Oldarico Aquensi Episcopo, sancti Timothæi abbatiam, & anno 951. Ludovicus Transmarinus abbatiam sanctæ Mariæ à matre recepit, & uxori suæ dedit. Adde, cum Clotharius III. monasterium Corbeiense fundasset, privilegiumque libertatis Episcopus Ambianensis concessisset, anno 664. inter cætera cautum fuisse, ut Abbate defuncto, successorem eligerent Monachi, data authoritate à Principe. Et hic fuit varius Francorum usus, ex quo constat abbatias extitisse sæculares. gloss. ad cap. ex transmissa. verb. Abbatis. de renunciat. Hostiens. & Panorm. ad cap. ult. de instit. Hoieda de incompatib. benef. part. 7. cap. 7. At tandem de Ecclesiæ, Imperatorum & Regum consensu obtinuit, ut monachi sint de clero, & regulares clerici dicantur, abbatiæque sint beneficia regularia, & ut Abbates eligantur à monachis, decreto Gregorii VII. circa annum 1077. can. si quis deinceps. ibi. quæst. 7 quod probavit D. Ludovicus anno 1228. parte 3. stili Parlam. tit. 3. de elect. §. 1. & definitum fuit regnante Carolo VII. per pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. quanta. verb. conventus. §. quibus. verb. monasteriis. anno 1426. Alio jure nunc utimur, in vim concordati celebris anni 1516. nominatione ad prælaturas Regi ad ecclesias, à capitulis, & conventibus translata, tumultum seditiose in electionibus olim occurrentium evitandorum causa. Non ergo jus hoc Pontifices à Principibus extorserunt, quidquid Molinæus dicat. G. D. P.

Tunc erant Abbates & monachi sæculares sicut & Abbatiæ sæcularia beneficia.

Tandem & monachi fuere regulares, & quodammodo de clero, & abbatiæ regularia beneficia.

Electio restituta per D. Ludovicum & Carolum VII. suis pragmaticis.

Jure concordatorum electio in nominationem Regiam translatum in ecclesiis, tum in abbatiis & prioratibus conventualibus.

Cap. 26. *Per nostras.*

In Glos. verb. *Nullus potest se ad personatum alicujus ecclesiæ præsentare.* Ibi. *Et hæc est ratio, quare persona electa non videatur computanda inter eligentes, ut augeat numerum eligentium, quia à seipso oriri non debet.*

Glossa.

Joan. Andr. ad specul. tit. de instrument. edit. §. nunc aliqua. Alber. part. 1. statut. quæst. 174. & 2. statut. quæst. 35. Calder. consil. 31. de testam. Roch. Curt. de jure patron. verb. jus. limita. si electio fiat palam, & se coeligit. Panorm. cap. cum in jure. de elect. & hîc. adde Anchar. consil. 84. Philipp. Dec. cap. 1. num. 9. de elect. C. M.

An patronus clericus seipsum possit præsentare.

Videtur hic textus & glossa ibidem. in verb. præsentare. obstare dispositioni cap. cum in jure. 33. de elect. & electi. potest. ubi electus de numero eligentium existens consentiendo electioni de se factæ intelligentes numeratur, & auget numerum. Verum solutio esse possit, quod in electione electus sortitur jus non tantum à seipso sed ab aliis coeligentibus, & electio fortius jus tribuit quam præsentatio, cum sit ecclesiasticus disponendi modus; in præsentatione vero, qui titulus mere est temporalis & profanus, seipsum præsentans jus sortitur à seipso, debilius quam electus, qui habet ab aliis ecclesiasticis personis, quæ jus fortius tribuit, & mere ecclesiasticum. F. P.

Concilliatio hujus textus, & glossæ ad eumdem. in verb. præsentare. cum cap. cum in jure. in textu. & glossa. de elect. supr.

Cap. 28. *Cum dilectus.*

In Textu. Ibi. *Etsi præfatus Archidiaconus memoratum G. tanquam laicus ad illam ecclesiam præsentasset.*

Textus.

Infero quod clericus in patrimonialibus censetur ut laicus, not. Albericus de Rosate. in leg. finali. cod. si contra jus vel utilitat. publ. & dixi in Consuetud. Paris. §. 46. num. 20. cum sequ. C. M.

Ecclesiasticus præsentans ratione patrimonii sui, habetur pro patrono laico. quod notatu dignum.

Hujus Molinæi prænotati primam partem usurparunt hîc emendatores Romani, omissa posteriori, quia Molinæum arguebat authorem ab his verbis *& dixi in consuet.* Item nota in id quod jus patronatæ ecclesiæ competens ratione temporalis dominii, puta castri, est mere laicale, eumdem Molinæum in not. ad cap. 6. de off. legat. in glossa. verb. in concessione. ibi ratione ecclesiæ. & ad reg. de infirmis. num. 45. & ibi. Dom. *Louet.* in not. & censuris. & in contrarium, quod jus patronatus laicum, non inhærens rei temporali, concessum ecclesiæ incipiat esse ecclesiasticum & in eo ecclesia utatur semestri tempore. Vide eumdem Molinæum in not. ad cap. unicum. de jure patronatus. §. verum.

Quod jus patronatus ecclesiæ competens ratione temporalis dominii sit temporale & laicum, & quod laicum ecclesiæ cessum efficiatur ecclesiasticum.

Exempla electorum vel præfectorum Abbatum, tum à Monachis, Regis assensu, tum ab Episcopis, tum ab ipsis Principibus, sua authoritate sub prima Regum Francorum stirpe.

Exempla præfectorum Abbatum sub secunda Regum Francorum stirpe.

Source : BIU Cujas

in gloſſa. verb. ſemeſtre. & textum ibidem. F.P.

Hoc verum ſubauditis privilegiis, & aptius ad textum dixiſſet clericum in patrimoniali patronatu eſſe patronum laicum: quæ vero ſcripſit ad art. 46. Conſuet. Pariſ. gloſſ. unica. num. 20. ſumpta ſunt ex dictis. Panorm. hîc. G. D. P.

Cenſura Dom. G. D. P. Molinæanæ tamen notæ confirmativa.

Cap. 29. *Paſtoralis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Inſtitutio præſentati ſecundo loco à patrono robur obtinet firmitatis.* Ibi. *Unde videtur quod ſi laicus præſentat indignum, non perdit jus eligendi. argum. ſupr. de offic. ordin. cum vos.*

An patronus laicus præſentando indignum cadat jure præſentandi.

Imo perdit in caſu quo eligens, vel collator perderet. cap. cum in cunctis. de elect. Panorm. hic. & in cap. cum vos. C. M.

Cap. 38. *Poſtulaſti.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Utrum electio rectorum parochialium, quorumdam clericorum, ad titulos ſuarum eccleſiarum ordinandorum valeat abſque patronorum aſſenſu.* Ibi. *Sed ſi conſentiret patronus intitulationi eccleſiæ nondum vacantis, à rectore parochiali factæ, tunc fieret ei præjudicium, quia tenetur poſtea illum præſentare.*

Præſentatio patroni ad eccleſiam nondum vacantem, non obligat ad eamdem confirmandam vacatione poſtea occurrente. niſi de honeſtate.

Imo non tenetur, niſi de honeſtate, vel ſi talis ſit conſuetudo præſtituta. Panorm. C. M.

Cap 31. *Tranſmiſſæ.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ex vi juris patronatus, non conceſſio, ſed præſentatio.* Ibi. *Quia patronus, in eo quod patronus, eccleſiam donare non poteſt.*

Quid vi juris patronatus agere poſſit & quibus verbis uti patronus.

Non poteſt uti patronus his verbis, concedo, do, trado, dono eccleſiam, poteſt tamen dicere, concedo ut habeas eccleſiam, & tunc ponatur concedere pro conſentire; ponitur tamen eccleſia quandoque pro jure patronatus. 16. quæſt. ult. can. memini. & can. ſi plures. & dominium ponitur pro cura. cap. monaſterium. ſecundum Vincent. & Goffred. Joan. Andr. ſic enim Pontifices poſt Gregor. VII. interpretati ſunt. ut dixi in cap. nobis. ſupr. eod. C. M.

Hujus prænotati Molinæani majorem partem uſurparunt hîc emendatores Romani, omiſſis ultimis verbis quia his de ſeipſo teſtabatur Molinæus ab his verbis *ſic enim Pontifices poſt Gregorium VII.* F. P.

Variæ ſententiæ doctorum canon. ad can. monaſterium. 16. quæſt. 7. & quibus temporibus habitum concilium Romanum ex quo deſumptum illud cap.

Hæc omnia tranſcripſit Molinæus ex Joann. Andr. qui non bene dominium interpretatur pro cura: rectius Archidiaconus ad d. can. monaſterium. interpretatur pro jure patronatus, quod improprie dicitur dominium, cum magis ſit ſollicitudo ſervitii. Cæterum quare Molinæus dicat ſic interpretatos fuiſſe Pontifices hæc verba, *poſt Greg. VII.* non video. Etenim can. monaſterium. ſumptus eſt ex ſynodo Romana. ſub Eugenio II. ſecundum quoſdam, & ſecundum alios ſub Leone IV. can. ſi plures. ex concil. Triburienſi. ſub Bonifacio VI. annis antequam Gregorius VII. ſederet fere ducentis. ſed & Gelaſius, qui ſexcentis pene præceſſerat annis eccleſiam dixit pro jure patronatus. can. frequens. diſtinct. 54. Dominium dicimus Gallice *Seigneurie*, Dominum *Seigneur*, nec inconveniens eſt, patronum ratione glebæ vocari dominum. Sic Pelagius II. can. 4. 18. quæſt. 2. patronum vocavit dominum poſſeſſionis, quo ſenſu puto capitulariorum lib. 1. cap. 148. ſeniorem apud nos eſſe patronum. & ad cap. 1. infr. de cenſ. ſumptum ex concil. apud Vormatiam. Caroli Magni tempore gloſſa ſeniores interpretatur dominos, nempe loci vel feudi, ut notat Molin. ſenior vox eſt Gallica dominum ſignificans. Hotomann. de verbis feudalibus. G. D. P.

Interpretatio vocis dominii & domini quæ Gallice redditur *ſeigneur & ſeigneurie.*

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Nec iſte caſus in quo privetur quis poteſtate eligendi, quia cum ſit pœna, non debet imponi niſi exprimatur. Junctis præcedentibus de verbis donandi non conſuetis in patronis.*

Non eſt pœna privationis imponenda niſi exprimatur, nec patrono, nec collatori.

Idem Panorm. & omnes hîc. Philip. Decius. cap. 1. num. 6. de offic. deleg. & conſil. 90. Alexand. conſil. 103. num. 15. lib. 7. ubi dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Secundo vero præſentatum inſtituere poteris, utpote potiorem. Junctis præcedentibus. De patrono utente verbis conceſſionis.* Ibi. *Et vere potior eſt, quia nullum jus habuit alter.* Ibi. *Potiorem.*

Dum patronus in prima præſentatione verbis conceſſionis uſus eſt, ſecundo præſentatus potior eſt, ſi verbis ordinariis & communibus.

Et ſic ſtat elective, non comparative. Hoſtienſ. Joan. Andr. Panorm. C. M.

Illud totum Molinæi prænotatum uſurparunt Romani emendatores, & ſibi adſcripſerunt. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-NONUS.

De Cenſibus, Exactionibus, & Procurationibus.

Cap. 1. *Sancitum.*

INSCRIPTIO.

In Inſcriptione ſive Epigraphe. Ibi. *Ex concilio apud Guarmaciam.*

Ad illuſtrationem inſcriptionis hujuſce cap.

Imo legendum apud Vormatiam. ubi anno 770. Carolus Magnus hoc ſtatutum edidit, prout ad verbum habetur in ſuis capitularibus, & nuper excudi feci in ſtilo Parlam. part. 3. tit. 50. §. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Unicuique eccleſiæ unus manſus tribuatur.* Ibi. *Manſum vocat hic. agrum unde percipitur frumentum & vinum ad Euchariſtiam faciendam.*

Quid ſit manſus dotandæ eccleſiæ tradendus, & ad illuſtrationem cap. & gloſſæ reſtitutionem & inſcriptionis.

Imo etiam manſionem Itali vocant *un mas.* Bald. leg. ſi plures. column. 2. cod. de condict. incerti. Albert. Crantzius. in eccleſ. hiſtor. lib. 1. cap. 7. refert Carolum Magnum eccleſiam Brenoenſem in Saxonia fundantem poſuiſſe hæc verba, *manſos cum ſuis colonis offerentes.* C. M.

Quid ſit manſus eccleſiæ dotandus ad authores remiſſio.

Hanc gloſſam omiſerunt ex ſtudio emendatores Romani & deleverunt notam Molinæi, quæ Carolo Magno illud reſtituebat, & in pleriſque aliis locis. Quid ſit vero manſus dotandæ eccleſiæ tradendus. vide Lindembrogium in gloſ. leg. antiquarum. pag. 1431. Cujacium in commentar. ad lib. feud. lib. 7. pag. 1800. editionis Lugdunenſis. Anaſtaſ. Germon. in paratitlis ad titulum de cenſib. in decretal. Fileſacum in tractat. de ſacra author. epiſcop. pag. 13. Lacerd. in adverſariis ſacris. cap. 77. num. 12. Jacob. Sirmund. ad capitul. Caroli Calvi. pag. 23. Falcetium antiquit. Gall. lib. 4. num. 242. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Neque de prædicto manſo aliquod ſervitium faciant præter eccleſiaſticum.* Ibi. *Ecce quod eccleſia poteſt ſolvere tributum eccleſiaſticum, argum. 18. quæſt. 2. ſervitium.*

Servitium eccleſiaſticum patronis præſtandum an pro tributo accipi debeat in hoc cap.

Imo hîc non loquitur de tributo, ſed miniſterio eccleſiaſtico verbi Dei & ſacramentorum, ut habetur in d. conſtitutione Caroli Magni, ſub titulo. de pabulo verbi Dei. Poſui ad ſtil. Parlam. part. 3. tit. 50. unde gloſſa. & doctores hîc male ſomniant de cathedratico, vel alio aucupio poſtea male invento. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Inde ſenioribus debitum ſervitium impendant.* Ibi. *Id eſt dominus.*

Qui ſint ſeniores in cap. & in pluribus aliis locis.

Scilicet feudi vel laici, qui ſeniores vocantur in conſtitut. Caroli Magni, Ludovici Pii, & Clotharii; unde Joan. Andr. & alii ignorantia hiſtoriæ male pervertunt. C. M.

Quid ſint ſeniores nîc & ſupra. ad authores novos remiſſio.

Qui ſint ſeniores & ut vulgo verbum illud uſurpatur pro patronis & dominis feudi. vide apud Aimon. lib. 5. hiſtor. cap. 24. Helmod. in Chronicis Sclavorum cap. 92. pag. 204. Falcet. lib. 2. antiq. Gall. cap. 16. pag. 110. & lib. 3. cap. 4. pag. 155. Lacerd. in adverſar. ſacr. cap. 106. num. 6. Favin. de officiis Franciæ pag. 110. gloſ. ad cod. leg. antiqu. pag. 476. Oiſellium aliàs *Loiſeau des Seigneuries.* cap. 1. num. 21. & additionem Dom. G. D. P. ad cap. tranſmiſſæ. 31. ſupra de jure patron. F. P.

Cap. 2. *Omnis anima.*

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Et vos ſubditi eſſe debetis. Junctо principio. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.* Ibi. *Hoc dictum fuit laicis.*

Quod dicitur omnis anima ſu-

Imo omnibus, ut patet 1. Petri. cap. 2. & tradit Joann. Chryſoſtom. & omnes Theologi veteres &

Source : BIU Cujas

blimioribus potestatibus subdita sit, & de laicis, & de clericis intelligendum.

sancti ad Romanos cap. 13. dixi post reg. cancell. C. M.

In id vide tract. Dom. Ant. Oiselii advocati Paris. in tract. cui titulus est *nulle terre sans seigneur*. in opusc. pag. 128. & 129. F. P.

Cap. 6. *Cum Apostolus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Duobus equis contenti existant decani visitantes.* Ibi. *Procuratio potest denegari in superfluis, sed si propterea subditi excommunicentur, tenet forte sententia.*

Excommunicatio ex notorio excessu non valet. Nisi esset expressum vel notorium sententiam ferri, quia noluit recipere ultra numerum. Panor. C. M.

Ab ea tamen est appellandum. Ita sentit Panor. Host. diversas allegat opiniones, nec solvit dubium. Petr. Anchar. dicit tutius esse ab excommunicationis appellare sententia. G. D. P.

Cap. 7. *Prohibemus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne novi census imponantur ecclesiis.* Ibi. *Non credo quod possit augeri ab Episcopo, vel Abbate semel impositus census, etiamsi augeantur possessiones.*

Census correctus non debet augeri, quamvis augeantur possessiones. Et bene Panorm. C. M.

Cap. 16. *Quanto.*

TEXTUS. In Textu. circa medium. Juncto principio textus. *De fundatoris voluntate processit, ut fratribus sancti Renati procurationem unam liberaliter exhiberetis.* Ibi. *Sed nunc in tantum excrevit numerus eorumdem, id est fratrum, ut vix quatuor marchæ argenti sufficerent.*

Census præstatio restringi debet, excrescente nimium familia cui debetur. Cæpola de servitut. Urban. præd. leg. de furno. Gemin. cons. 70. in fine. Hypolit. Marcil. singul. 134 Jason. repetit. leg. quominus. col. 22. de flumin. in leg. finali. col. 1. de leg. Philip. cons. 335. Nicol. Boer. decis. Burdeg. 213. num. 9. cum sequ. Alber. Bald. in leg. non modis. cod. de servit. & aqua. C. M.

Cap. 20. *Olim.*

TEXTUS. In Textu. *Tres lucenses pro singulis denariis Papiensibus persolvebant, cum tamen denarius Papiensis valeat sex lucenses.*

An aliud pro alio solvi possit. Et sic nulla hîc alteratio monetæ facta est in bonitate intrinseca, vel extrinseca, sed per errorem una vilis moneta diversæ speciei soluta erat pro alia, canonistæ vero textum clarum obscurant, trahentes ad differentiam bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ, tam falsò quàm impertinenter. ut nove dixi in tract. usur. num. 78. C. M.

Cap. 22. *Super eo.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Diœcesi de novo aucta, circa procurationem illud observare tenetur quod in vicinis provinciis observatur.* Ibi. *Nota quod in procurationibus faciendis, si quid certum statutum non sit, consuetudo vicinarum ecclesiarum est attendenda.*

In procurationibus persolvendis modus vicinarum regionum attendendus. Et sic loquitur, quando non queritur de jure ipso, quod præsupponitur debitum, sed solum de ejus quantitate vel modo, ut dixi in Consuet. Paris. §. 2. glos. ult. quæst. ult. Idem expresse Andr. de Isernia. de capit. Conradi. col. 5. & de prohib. feudi alienat. per Feder. col. 15. in usib. feud. Paul. cons. 372. lib. 1. cons. 337. lib. 2. Jason. leg. de quibus. col. penult. de leg. Math. Afflict. decis. Neapol. 248. col. 4. C. M.

Cap. 26. *Cum canonicis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Ad antiquam monetam, vel si non est in usu, ad ejus æstimationem solvendæ sunt pensiones antiquæ. Juncto textu cap.*

Quomodo solvendæ sunt pensiones antiquæ, & ad quem modum, & monetã. Non intelligas de æstimatione intrinseca, seu materiæ, prout omnes glossæ, & doctores male intellexerunt, & judices ad multa judicia iniqua induxerunt, donec in tract. usurar. quæst. 700. errore confutato, docuimus semper inspiciendum valorem impositicium, tempore solutionis currentem, & ita viso libro meo Latino nec non Gallico, judicatum fuit pro Duce Nivernensi, contra canonicos Belvacenses, & in hoc textu moneta nova erat aucta, non solum intrinsecus, sed etiam extrinsecus, ut clare demonstravi in d. tract. num. 759. quò remitto. C. M.

De eadem materia decidenda ad authores & dem adnotavimus, & quod adhuc adnotavit idem Molin. ad quæst. Joann. Gall. 203. in summario. in verb. *monnoie.* in 5. parte stil. Parl. & ad ampliorem hujus quæstionis decisionem. vide decis. lib. 3. cap. 30. & 31. Robertum rerum judic. lib. 1. cap. ult. Ludov. Charond. pandect. lib. 2. cap. 39. & lib. 9. respons. cap. 2. Francisc. Grimaudæum in tractatu monetarum. cap. 12. 13. 14. & 15. F. P.

locos alios remissio.

TITULUS XLI.

De Celebratione Missarum, sacramento Eucharistiæ, & aliis divinis Officiis.

RUBRICA. In Rubrica. Ibi. *De Sacramento Eucharistiæ.*

Error Molinæi circa sacramentum Eucharistiæ damnandus. Anno 1551. 5. Octobris. in Senatu Parisiensi Illustres Domini Nicolaus *Brustard* Procurator Generalis Regis, & Jacobus *Aubry*, Regis in ea causa patronus, & Parisiorum Prætor palam restiterunt Advocato dicenti Valdenses negare Christum, eo quod negant Eucharistiam: nec falsam illationem tolerare noluerunt, toto amplissimo cœtu (in quo eram) probante, quia etiam si hanc (quæ temporaria est) negarent, non ideo tamen negant Christum, qui æternus est, postea inventum est eos quoque cœnam Domini probare. C. M.

Quod olim advocati Regii non erant perpetui, sed deligebantur in singulas causas. Ex eo quod refertur ex hac nota, Dom. Lud. *Aubry* fuisse in ea causa Advocatum Regis, & Prætr. Paris. constat ad hæc usque tempora Advocatos Regios non fuisse perpetuos, nec ex officio causas Regias dixisse, sed electos ad id exequendum qualibet occasione occurrente, & etiam delectos Prætores Paris. quemadmodum temporibus Caroli VI. Dom. Joann. Galli. Regias partes in plerisque causis Parlamenti Paris. obibat, & in Camera Computorum, & advocabantur in consilium à Prætore Paris. ut videre est in quæst. 128. D. Joann. Galli. in part. 5. stili Parlam. quæst. 328. ejusdem Joann. Galli. Cæterum miror, quod Dom. G. D. P. hanc occasionem obmiserit invehendi in Car. Molinæum, quod Eucharistiam temporariam diceret, cum Christus de seipso dixerit *Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, referendo verba sua ad sacrum altaris Sacramentum à se institutum. F. P.

Damnandus Molinæus in eo quod Eucharistiã dixit esse temporariam.

Cap. 5. *Ex parte.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne si forte vinum perfusionis acciperet, aliam missam impediret.* Ibi. *Antequam cibus digestus sit, corpus Christi sumi non debet. de consecrat. distinct. 2. tribus.*

A jejunis sumendum corpus Domini. & confiendum. Sufficit forte secundum Host. tantum quievisse, quantum est de prima ad sextam, vel à tertia usque ad vesperam, ut innuit canon quem statim allegat. de hoc remittit Host. ad summam. eod. tit. §. qualiter. per decretal. consuluit. sup. de offic. legati. Quidam dicunt quod abstinuisse debet per mediam noctem, cum tunc incipiat dies. Joann. Andr. & quod non requiratur digest. tenet Gabriel Biel. reprobans hanc glossam. super can. missæ. lectione 10. C. M.

Cap. 6. *Cum Marthæ.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Beatius est dare quam accipere.* Ibi. *Quia dando placet homo, accipiendo displicet.*

De se loquitur Molinæus ut in plerisque locis & de ingratitudine fratris donatarii. Hoc regulare est, contrarium tamen expertus sum, qui studiis immersus, postquam bona omnia juniori fratri discipuloque & alumno dedi & tradidi, ab illo despectus, irrisus, & pro hoste habitus fui. C. M.

Refertur hîc historia Molinæi revocantis donationem fratri juniori factam ob supervenientiam liberorum. Notum est quod Molinæus, post donationem bonorum suorum Federico fratri juniori factam & confirmatam, in contractu matrimonii fratris, postquam ipsemet Molin. matrimonium contraxisset cum Anna Beldona, & ex ea liberos suscepisset, egerit revocatoria actione donationis, Litteris in id in Cancellaria obtentis, quibus obsequens Senatus, donationem nullam & invalidam declaravit, de qua hîc agit in hacce nota, & conqueritur de ingratitudine fratris, & in id vide ejusdem Molinæi vitam à Dom. Brodæo antiquiori Advocato publice factam. lib. 1. cap. 7. & 21. F. P.

Source : BIU Cujas

TITULUS XLII.

De Baptiſmo & ejus effectu.

Cap. 3. *Majores.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Sacramentum baptiſmi utiliter confertur parvulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur peccatum originale.*

Sacramentum baptiſmi recte confertur parvulis & peccatum originale remittit, licet non intelligant,

Etiam Chriſtianorum filiis, quamvis hi etiam ante baptiſmum ſint de eccleſia, quemadmodum ſub lege etiam ante octavum diem erant de populo Dei. Igitur multo magis poſt adventum Chriſti, ut dixi in addit. ad Philipp. Decium. cap. 1. lect. 2. num. 8. de conſtit. C. M.

Contrarium mihi deciſum videtur concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. his verbis, cum eccleſia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi januam fuerit ingreſſus. hinc Paul. Laymann. in ſua Theologia morali. tract. 8 de baptiſmo. cap. 6. quæſt. 1. dicit baptiſmum eſſe ſacramentum fidei, & introitum ad eccleſiam Chriſti, ſiquidem in baptiſmo fidem Chriſti ſolemniter profitemur, & corpori ejus myſtico, id eſt eccleſiæ, inſerimur. G. D. P.

Quod per baptiſmum fides profitetur, & eccleſiæ baptizatus inſeritur.

Ibidem. §. *Item quæritur.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui coacte ſuſcipit ſacramentum baptiſmi (ſicut is qui ficte ad baptiſmum accedit) characterem Chriſtianitatis ſuſcipit impreſſum.*

An coactus ſuſcipiat per baptiſmum Chriſtianitatem, an vero rebaptizandus.

Contra tenent omnes Theologi, quod qui mente diſſentit, utcumque conſenſum fingat, non recipit ſacramentum, nec rem ſacramenti, ſed quod omnino rebaptizandus ſit. Durandus. in 4. ſent. diſtinct. 4. & ibi Gabriel Biel. quæſt. 1. & quæſt. 2. & Jacobus Alemain. Idem Gerſon. part. 1. in compend. de Sacram. Ang. Clavaſ. verb. baptiſm. 6. §. 6. & alii. C. M.

TITULUS XLVIII.

De Eccleſiis ædificandis vel reparandis.

Cap. 3. *Ad audientiam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ut miniſter eccleſiæ convenienter valeat ſuſtentationem habere.* Ibi. *Aliàs non permitteretur, ſcilicet conſtructio novæ & ſuccurſalis eccleſiæ.*

Niſi ex magna neceſſitate, non eſt nova eccleſia exſtruenda.

Niſi ex magna neceſſitate. Panorm. hîc. Lap. alleg. 67. Joann. Selva tract. de benefic. part. 1. quæſt. 5. num. 110. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum villæ dominus velit ad uſus ſacerdotis conferre viginti acras terræ.* Ibi. *Menſura eſt terræ, & eſt vulgare Anglorum. Juncta inſcriptione. Alexander III. Eboracenſi Archiepiſcopo.*

Quid acra terræ & ut menſura vulgaris in Anglia.

Ut dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 2. num. 7. C. M.

De hac menſura ad authores remiſſio.

De acra terræ, & quæ ſit hæc menſura, vide Franciſc. Raguell. in indice jurium regiorum in verbo *acre.* F. P.

Cap. 5. *Ad audientiam.* 2.

TEXTUS. ✳ In Textu. Ibi. *In eccleſia clericos regulares deſideras ordinare.*

De ſolito more regulares eccleſias ad ſæculares reducendi.

Sed ab anno 1510. contra deſiderant, & nedum cathedrales eccleſias, ſed etiam multa cœnobia ad ſtatum ſæcularem reduxerunt, & conſilium delectorum præſulum anno 1538. cenſuit omnes regulares ordines abolendos. C. M.

De reductione eccleſiarum regularium in ſtatū ſæculatem.

De hac regularium eccleſiarum ad ſæculares reducendarum more uſitato, vide Guid. Conchil. in poſthumo tract. lib. eccleſ. Gall. pag. 70. ſed hîc miror Dom. G. D. P. more ſuo non inclamaſſe in Molinæum, quod regulares ordines omnes abolendos per conſilium delectorum præſulum, palam & ſine ulla modificatione dixerit, videndum & conſulendum illud conſilium. in abuſu 12. quod inſeri curavi in ſupplem. pragm. ſanct. Caroli VII. à pag. 1009. ad pagin. 1015. & notam marginalem à me additam ad principium hujus conſilii, ſive titulum. in verb. 1538. & ad articulum, ſive abuſum 12. Et notandum Dom. G. D. P. nihil hîc adnotaſſe, quia ſoli editioni Molinæanæ anni 1553. notas ſuas affixit: hæc autem deſumpta ex editione anni 1559. F. P.

TITULUS XLIX.

De immunitate Eccleſiarum, Cœmeterii, & rerum ad Eccleſias pertinentium.

Cap. 4. *Non minus.* §. *Quocirca.*

TEXTUS. In textu. *Poſt enumerationem onerum quibus conqueritur Alexander III. in concilio Lateranenſi, eccleſiam à laicis poteſtatibus gravari, de cætero talia fieri prohibet, niſi propter neceſſitatem.*

Propter neceſſitatem ſubeunda ab eccleſia onera tributorum, & quæ neceſſitas id exigat.

Iſtud cap. & cap. adverſus. infr. eod. debent intelligi de neceſſitate vel utilitate laicos tantum concernente, ſecus ſi æque principaliter reſpicit eccleſiam, vel clericos. leg. ad inſtructiones. cod. de ſacroſ. eccleſ. leg. 2. de quibus mun. vel præſt. nemini ſe excuſ. liceat. lib. 10. cod. in auth. de eccleſ. tit. §. ad hæc Lucas de Penna. in d. leg. 2. & leg. ſi divina. cod. de exact. trib. lib. 10. Philip. Decius. cap. eccleſia. in fine. ſupr. de conſtit. Anchar. conſil. 96. Philipp. Corn. conſil. 72. col. 1. lib. 4. C. M.

De ea materia ad authores remiſſio.

Vide in id Guid. Conchil. in memorialibus reformat. eccleſiaſtici ſtatus poſthumis. pag. 113. F. P.

Cap. 6. *Inter alia.*

TEXTUS. In textu. Ibi. *Inter alia. & infra. de reis confugientibus ad eccleſiam extrahendis, vel non,*

An rei ad eccleſiam confugientes extrahi poſſint puniendi.

Vide Cardin. Clement. 1. de pœnit. & remiſſ. Nicol. Boer. deciſ. Burdegal. 109. cum ſequ. nove dixi in annot. ad Alexand. conſil. 145. lib. 7. C. M.

De ea materia ad authores remiſſio.

Vide in eam rem & aſilorum privilegia, quod amplius diſſerui in tract. de beneficiis eccleſiaſticis avitino & meo. ad verba definitionis *cum ſuo reditu.* cap. 4. de oner. & immunitatibus eccleſiarum. part. 2. §. 3. de jure aſili & refugii eccleſiæ & cœmeteriis debito. per totum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si liber ab eccleſia non extrahendus.* Ibi. *Etiam Judæus, dummodo abſit ſimulatio.*

Etiam Judæis confugientibus ad eccleſiam danda ſecuritas, non etiam ſepulchris ipſorum.

Non etiam ipſorum ſepulchra gaudent immunitate. infra. de Judæis. ſicut. ſecundum Joann. Andr. ſed ille textus non probat, & contrarium tenet Panorm. hîc. C. M.

Cap. 10. *Immunitatem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nonnulli immunitatem obtinere ſperantes, homicidia in ipſis eccleſiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur.*

Non danda ſecuritas aſili peccantibus propter ſecuritatem.

Idem ſi extra. ſub eadem ſpecie, ut pulchre decidit Alciat. tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 36. C. M.

De eadem materia ad authores remiſſio.

Vide in id Didacum Covarruviam. lib. 2. var. reſol. cap. 20. num. 15. F. P.

TITULUS QUINQUAGESIMUS.

Ne clerici, vel monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

Cap. 8. *Sicut.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis tabellionatus officium exercere interdicas.* Ibi. *Sed numquid in cauſa eccleſiaſtica, coram eccleſiaſtico judice poſſunt eſſe tabelliones, videtur quod non, quia ſimpliciter prohibetur.*

An clerici tabellionatus officium exercere poſſint in negotio eccleſiaſtico, & coram judice eccleſiaſtico.

Idem Innocent. Hoſtienſ. Panorm. hîc. niſi careant beneficio, ſed contrarium obſervatur. C. M.

De ea materia ad authores remiſſio.

Adde hîc quod tractavimus in tractatu noſtro & avitino de benefic. eccleſ. ad verb. cœleſtis. cap. 1. de vita & honeſt. cler. §. 13. de clerico tabellione. F. P.

Source : BIU Cujas

LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Sponſalibus & Matrimoniis.

Cap. 1. *De Francia.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *De Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in uxorem.*

Francia ſive Franconia & Francia orientalis dicitur. Lupold. in lib. de juribus Imperii. Cenſet intelligendum de Franconia, ſive Francia Orientali, non de Gallia. C. M.

Cap. 2. *Præterea.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui pure fidem dederunt, ad contrahendum matrimonium modis omnibus inducendi.* Ibi. *& etiam compellendi, ſi juraſſent.*

Nemo cogendus ad matrimonium tantum promiſſum, licet juraverit. Falſum eſt, ut etiam Hoſtienſ. Joan. Andr. in cap. 5. infr. eod. C. M.

Hoc innuit idem cap. in fine. ibi. ne deterius forte inde contingat, ut talem ſcilicet ducat quam odio habet. F. P.

Cap. 5. *De illis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Liberum erit mulieribus, ad alia vota ſe transferre, ſi non amplius in facto eſt proceſſum, qui promiſerant ducturas, terram dimittentibus, ſe ad alias transferentes.* Ibi. *Poſt tres annos, ſecundum leges de repudiis.*

Qui promiſerat ducere uxorem, ſi terram dimittat, nec ſpes ſit de reditu, ſtatim mulier ad alia vota tranſire poteſt. Dic quod ſtatim & ſine mulcta (credo legendum ſine mora) quando non eſt ſpes de proximo reditu. Panorm. C. M.

Romanis præcipua de liberis procreandis cura fuit: hinc in cœlibes pœnæ, hinc patribus præmia, & quanta erat in cœlibes ſeveritas, tanta ad matrimonium evitandum ab eis aſtutia, cumque impuberibus ſponſalia contrahebant: quod cum animadverteſſet Auguſtus, & immaturitate ſponſarum vim legis Juliæ de maritandis ordinibus eludi perſpexiſſet, tempus ſponſas habendi coarctavit. Suetonius in Auguſto cap. 34. nempe intra biennium. ex Dione lib. 54. ſi ſponſarum immaturitas Auguſti conſtitutioni cauſam dedit, cavit ergo ne quis minorem decennio deſponderet, quia duodennio ſunt anno virgines maturæ viro. Legis rigore laxato, uſus obtinuit, ne ſive ſponſus, ſive ſponſa citra biennium expectare cogeretur. l. 2 cod. de ſponſal. niſi cauſa ſubeſſet legitima. l. penultima. cod. eod. qua etiam ultra quadriennium induciæ dari poſſunt, quod correctum puto leg. 2. cod. de repudiis. qua Valer. & Galien. ſponſum peregrinantem ultra tres annos expectari noluerunt. Leges hæ omnes jure ſunt abrogatæ canonico: nam ſive ſponſalia ſint juramento firmata, ſive ſola ſimplici promiſſione, judicis eccleſiaſtici authoritate ſponſalia diſſolvuntur. Covarruv. in lib. 4. decretal. cap. 5. num. 7. G. D. P.

Variæ conſtitutiones hîc recenſentur de ſponſis intra certa tempora expectandis ad contrahenda matrimonia.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Recepta de perjurio pœnitentia, ſi per eas ſteterit. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sed ſi per eas ſtetit, quare dat eccleſia licentiam contrahendi, ne deterius contingat, ſcilicet propter periculum fornicationis.*

Matrimonii cõtrahendi obligatio non debet ſtare contra invitos & diſſentientes. Certe multo magis hoc debet concedi, ubi ambo præſentes ſunt, & unanimiter diſſentiunt, ſecundum Hoſtienſ. qui ex hoc textu reprehendit quod ipſe Bernardus. not. ſup. cap. 2. Joan. Andr. ubi etiam. d. gloſſam reprobavi. C. M.

Cap. 9. *Ex parte.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Juramentum præſtiit, quod eam ab eo tempore pro conjuge teneret.* Ibi. *Sed numquid per iſta verba tantum contrahitur matrimonium, habebo te pro legitima uxore, non videtur, & dicit Joan. quod eſt matrimonium.*

Non quæcumque verba ſed ſeria obligationem inducunt matrimonii contrahendi & deliberate prolata. Alan. Vincent. & Goffred. hîc. in ſumma. de clandeſtin. deſponſat. §. ſed quæritur. & Innocent. & Hoſtienſ. & Petr. ad hoc. de reg. jur. l. in omnibus. Joann. Andr. idem Panorm. hîc. & in cap. juravit. ſupr. de probat. & ibi Philipp. Decius col. 1. Felin. cap. Rodolphus. col. 18. de reſcript. Alexand. conſ. 153. num. 3. lib. 5. ſed falſum eſt, quia ſubeſt conditio caſu quo in futurum velint nubere. non obſtat hîc lex. quia propter verba ab eo tempore verba ſunt de præſenti, & ſic non obſtat. argum. Philippi Cornæi conſ. 91. lib. 3. & adhuc in hoc textu dico requiri conſtare verba eſſe ſerio, & deliberate, non defunctorie prolata. ut dixi in annotat. ad Philipp. Decium in d. cap. juravit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nemini licet uxorem ſuam dimittere, ſine manifeſta cauſa fornicationis.* Ibi. *Probata ſcilicet & ſententia ſubſecuta.*

Ob cauſam fornicationis licet viro dimittere uxorem etiam abſque ſententia condemnationis. Imo poteſt ſua authoritate. Panorm. hîc. & in cap. gaudemus. de converſ. conjug. gloſſa cap. ult. & ibi Hoſtienſ. Calderin. Panorm. de adult. Andr. Tiraq. repetit. leg. ſi umquam. verb. revertatur. num 113. cod. de revocand. donat. C. M.

De ea materia ad alios locos authores de eadem tractantes remiſſio. Vide in id, & quod ita eo caſu ſeparantur, ut tamen maneant innupti, etiam quod ad eum qui divortio & ſeparationi cauſam non dederit, nec ea ſeparatione ſive divortio ſolutam maritalem poteſtatem, ut dimiſſa abſque illius authoritate poſſit contrahere. & conſule quod notavi ad principium. cauſa 32. quæſt. 7. & ad cap. ex litteris. 12. ſupra de præſumptio. in decretalibus. F. P.

Cap. 10 *Ex litteris.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Patres ad invicem filios & filias impubeſcentes matrimonio copulare ſub juramento promiſere.* Ibi. *Aliquis juravit accipere uxorem unam de filiabus Petri & poſtmodum dormivit cum una, quæritur præciſe an teneatur eam ducere, argum. quod ſic. quidam dixerunt eum non compellendum, quia invita nuptia.*

Promiſſio denubendo, etiam per carnalem copulam non tranſit in matrimonii neceſſitatem, vel ejus obligationẽ. Hoc tenet Philipp. & Vincentius. qui dixerunt eum præciſe non compellendum, & pœnitentiam ſibi præciſe debere imponi de perjurio, quia per eum ſtat. argum. ſupr. eod. de illis. Joann Andr. idem Innoc. Amplio etiam ſi de certa. puta Bertha juravit. cap. requiſivit. infr. eod. facit Alexand. conſil. 112. num. 8. lib. 2. C. M.

Hujus Molinæani ſubnotati prima pars ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis *Idem Innocentius ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Compellendum, niſi cauſa rationabilis obſtiterit.* Ibi. *Puta conſanguinitas, vel affinitas, vel aliquod aliud perpetuum impedimentum.*

Impedimenta matrimonio contrahendo obſtantia hîc exponuntur, etiam non obſtante promiſſione. Puta latens vitium ad notitiam pervenit. textus. cap. quemadmodum. & ibi gloſſa. verb. conditio. & verſ. oculos. de jurejurando. C. M.

Cap 14. *Cum locum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum locum non habeat conſenſus, ubi metus vel coactio intercedunt.* Ibi. *Metus qui poſſit cadere in conſtantem virum, minor tamen metus magis excuſat fœminam quam virum.*

Iſtam gloſſam dicit ſingularem. Joann. Andr. in cap.

Source : BIU Cujas

Minor metus attenditur in fœmina quam in viro, in matrimonio contrahendo.

cap. consultationibus. infr. eod. ad hoc quod metus debet attendi in fœmina. Idem Anton. Butr. Panorm. Cardin. Alexand. hîc. D. Andr. Tiraquell. de leg. connub. leg. 9. num. 121. C. M.

Cap. 15. *Veniens.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Pater puellæ quemdam cum puella simul in uno lecto inveniens, ipsam desponsare coegit.*

Justa occasio cogendi matrimonii hic exponitur.

Alexand. consil. 99. lib. 3. consil. lib. 5. C. M.

Cap. 20. *Inter opera.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Qui publicas mulieres de lupanari extraxerunt, & duxerunt in uxores, quod agunt in remissionem peccatorum.*

Opera charitatis novæ hic deducuntur, sed dubitatur de exitu.

Atqui non potuit statuere nec efficere, ut fœlix esset exitus, nec experientia docuit. C. M.

Cap. 24. *Dilectus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Continuo furore laborans.* Ibi. *Sed pone quod mulier contrahat cum furioso, si consentiat in eum postquam reversus est in sanam mentem, numquid est matrimonium, videtur quod sic, quod intellige non extunc, ut referas primum sed ut ex novo consensu.*

An cum furioso possit contrahi matrimonium, & ex quo tempore valeat.

Muliere semper perseverante. C. M.

Cap. 25. *Tuæ fraternitati.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In matrimonio, quantum ad ecclesiam, necessaria sunt verba consensum exprimentia de præsenti.* Ibi. *Si tamen parentes contrahant pro filiis præsentibus & scientibus, sufficit nutu eorum taciturnitas.*

Parentibus filios & filias despondentibus, quoad eos sufficit quod non dissentiant, quoad ecclesiam, debet consensus verbis exprimi.

Et sic non præcise verba. Francisc. Purpur. leg. cum quid. num. 90. si certum. pet. Idem Panorm. hîc. reprobans. gloss. per hoc. cap. Idem Richard. Bonaventura. & alii Theologi. in 4. sentent. dist. 28. C. M.

Cap. 27. *Cum in tua.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Si persona gravis tibi denunciet quod copulandi propinquitate se contingunt.* Ibi. *Imo & turpis persona videtur admitti ad impediendum, sed illud obtinet cum impedimentum oritur à persona denunciante consanguinitatem.*

Utrum ad denunciandum consanguinitatem turpes vel honestæ personæ admittendæ ad impediendum matrimonium contrahendum.

Ideo utique minus admittenda esset. de confessis. cap. 1. de testibus. veniens. dixit igitur Hostiens. hoc arbitrarium, ut Episcopus possit etiam admittere turpes personas hoc denunciantes, & si sibi videbitur repellere, & facit quod dixi secundum eum in contrario. & supra. super vers. arbitrum. Joann. Andr. Panorm. autem solvit quod in d. cap. præterea. tam clandestinum erat quod non poterat aliter probari, ideo ibi admittitur vilis. C. M.

Cap. 29. *Gemma.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Gemma mulier matrimonium contraxit cum C. cujus intra septennium constitutæ sponsalia fuerant contracta.*

Ad elucidationem quæstionis ibidem tractandæ est casus.

Id est fuerant ante illud matrimonium, postea cum C. contractum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Stipulatio propter pœnæ interpositionem improbanda.* Ibi. *Stipulatio pœnæ in sponsalibus apposita non tenet.*

An sponsalia metu pœnæ adstringi possint.

Limitat. Bald. leg. finali. column. penult. cod. de constit. Philipp. Corn. consil. 294. lib. 4. C. M.

Cap. 30. *Is qui fidem.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium, per copulam carnalem subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tantum.*

An sponsalia per carnalem copulam transeant in matrimonium, an per solum nisum ipsius.

Limita quando de copula non constat, nisi per confessionem viri, qui dicit quod non animo contrahendi. Alexand. consil. 80. num. 5. lib. 7. & de materia. vide Geminian. consil. 61. Anton. Rub. consil. 60. Alciat. tract. de præsumpt. part. 2. num. 20. ubi Joann. Imol. in addit. male reprobat limitationem Alciati. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De Desponsatione Impuberum.

Cap. 3. *Puberes.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Eum esse puberem, qui quatuordecim annos implevit, quamvis tardissime pubescat.* Ibi. *Quid si iste qui complevit quatuordecim annos, talis appareat, quod generare non possit, & contrahat matrimonium, numquid tenet, dicunt quidam quod tenet; contrarium credo.*

Pubertas ab habitu corporis non ab ætate sola æstimanda, & non pubescentium sive impotentum matrimonia non valent.

Idem Panorm. hîc. Gemin. consil. 24. col. 1. & bene. quamvis Angelus Clavas. vers. matrimonii impediment. 16. §. 6. Joann. Lupus. tract. de matrimonio. & legit. col. 18. Cardin. Alexand. hîc. & communiter. Doctores contra glossam teneant. quod valeat, quod non solum est contra rationem textus, sed & periculosum, quia hujusmodi matrimonia non solent bonos exitus habere. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa Verb. *Certum est eum esse puberem, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & potest generare.* Ibi. *Sed quoad matrimonium bene inspicitur mulier, & etiam vir, an sint apti ad matrimonium.*

Aptitudo contrahentium matrimonium ex quibus probanda, an ex habitu corporis, an ex directione mentis.

Ego vero dico, quod aptitudo illa non est consideranda respectu potentiæ copulæ duntaxat more brutorum, sed etiam respectu judicii & consilii, quia matrimonium non est actus coeuntium, sed prudentium, & politica seu œconomica capacium, non minus quam testamentum. leg. finali. cod. de militar. testam. Ideo fatuum est, & explodendum quod hîc scripsit Hostiens. infantem, qui tres annos excessit, & possit discernere habitationem cum viro, & coitum pati; eo ipso posse matrimonium contrahere, licet cum eo transeat. Præpositus hîc. C. M.

Cap. 7. *De Illis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si majores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resilire potest, & ille qui primo fit pubes, alterum expectabit.*

Standi sponsalibus ante pubertatem contractis nulla est obligatio.

Imo non tenetur. Panorm. & bene. C. M.

Cap. 13. *Ad dissolvendum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Propter sponsalia ab alterutra parte intra septennium contracta, propter consanguinitatem dissolvenda, accusatio locum non habebat, cum non esset quod posset legitime accusari.* Ibi. *Rei quæ nondum est non potest servitus constitui, potest tamen de ea constituenda obligatio acquiri.*

Rei non existentis nulla est obligatio vel servitus, sicut & sponsalium ante septennium contractorum nulla obligatio.

Idem Panorm. cap. finali. de rescript. Philipp. Franc. cap. abbate sane. column. 3. de re jud. in 6. Ludov. Rom. consil. 200. Francisc. Aretin. consil. 154. col. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod contra interdictum nostrum fuerit attentatum id decernimus esse irritum.* Ibi. *Sed quid si contraherent matrimonium contra interdictum Papæ, numquid irritabitur matrimonium? dico quod non, sed separabuntur ad tempus.*

An matrimonium contractum contra interdictum teneat necne.

Innocent. dicit hanc glossam singularem, quod matrimonium contractum contra interdictum Papæ, etiam cum clausula decreti irritantis, tenet, Idem Goffred. Joann. Monach. Gemin. cap. unico. colum. 2. de vot. & vot. redempt. in 6. & bene. quamvis contrarium teneant Hostiens. & Præpos. hîc. Petr. Anchar. cap. 1. col. 6. in 2. oppos. de constit. & Panorm. hîc. dubitat. & quamvis Henr. in d. cap. quanto. distinct. 2. de consuetud. & Cardin. Flor. Clem. 1. in fine. de rerum permutat. distinguant. C. M.

Cap. 14. *Tuæ nobis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui subarravit eamdem.* Ibi. *Dummodo constet de subarratione, præsumitur matrimonium.*

An ex subarrhatione præsumatur matrimonium necne.

Hoc sentit Præpositus hîc. col. 2. sed contrarium sentit Lap. alleg. 57. & verius. C. M.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum dicatur quod circiter 12. annos habebat.* Ibi. *Ad modicam quantitatem refertur hæc dictio circiter, & conſimiles.*

Verbum circiter hic exponitur, & quod de modico intelligendum.

Trium ſcilicet dierum, ſecundum Hoſtienſ. Joan. Andr. vid. Alexand. conſil. 29. lib. 7. C. M.

De ſignificatione verb. circa. circiter ad authores remiſſio.

Hanc Molinæi annotationem margini ſuæ attexuerunt Romani emendatores, omiſſis poſtremis verbis quæ notata ſunt. vide Alexand. & quid importet verbum circiter. vel circa. vide apud Guid. Papæ. deciſ. 290. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De clandeſtina deſponſatione.

Cap. 1. *Si quis clam.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Pro clandeſtino matrimonio non præſumitur, ſed illud alleganti incumbit onus probandi.*

An clandeſtina matrimonia approbanda, & eis competat jus hypothecæ conſuetudinariæ.

Nec his competit beneficium hypothecæ conſuetudinariæ, ut dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 135. C. M.

Ex clandeſtino matrimonio nec doarium nec conjugalis ſocietas nec hypotheca naſcitur.

Nec mulieribus quæ clandeſtine contraxerunt hypothecæ competunt pro doario conſuetudinario; addo nec conventionali, ex tabulis nuptialibus, ſi extent, nec utrique conjugum jus communionis bonorum, præſertim poſt concilii Tridentini deciſionem, qua clandeſtine contrahentes ad ſacramentum inhabiles redduntur, nec inter eos matrimonium eſſe dici poteſt. Junctis pœnis Regiis Henrici II. Henrici III. & Ludovici Juſti, conſtitutionibus impoſitis, quas ipſius Eccleſiæ decreto potuerunt addere, quod docet Covarruv. ad lib. 4. decret. part. 2. cap. 6. à num. 17. G. D. P.

Cap. 3. *Cum inhibitio.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Clandeſtina conjugia inhibentur.* Ibi. *Scilicet non præmiſſa denunciatione.*

Quæ ſint matrimonia clandeſtina, & quomodo publicentur.

Tamen quod ſufficiat coram teſtibus. tenet Innoc. Panorm. hîc. Joann. Lupus. in tract. de matrim. & legit. col. 22. ſumma. Silveſtr. in verb. matrimonium. 2. in fine. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si ambo parentes impedimentum ſcientes contrahere præſumpſerint, illegitima proles cenſeatur.* Ibi. *Sed quid ſi unus ſcit & alter neſcit; dixit B. & Laurent. quod quantum ad ſcientem ſunt illegitimi, quantum ad ignorantem legitimi.*

Proles legitima habenda, ſi alter conjugum eſt in bona fide nec conſcius ſit impedimenti ditimentis matrimonium.

Idem gloſſa. leg. qui contra. & ibi ſcilicet cod. de inceſtis nuptiis. Petr. Ancharan. conſil. 401. Barthol. in authent. de inceſt. nupt. in fine. principii. Angel. Aretin. inſtit. de nupt. §. 1. & quidam alii, quos omitto, quia non placent. C. M.

In id quod bona fides alterutrius parentum contrahentium liberos legitimos reddat, quamvis impedimentum obſtet, quod ab altero ignoretur, vide Chopin. de privilegiis ruſt. part. 3. cap. 8. fol. mihi. 122. *Louet.* litt. L. num. 14. Charond. lib. 2. pand. cap. 4. pag. 24. & 8. reſponſ. cap. 12. & 17. & de ea materia vide memorialia publice edita ad celebrem litem & controverſiam Joannis *Maillard*, quo vivente uxor ſciens ſuperſtitem contraxerat matrimonium cum Domino *Thibault de la Boiſſiere*, cum uterque, ut publicam fidem fallerent, falſa teſtimonia de morte ejuſdem *Maillard* id confici curaſſent, ut contubernium illegitimum & diutius inter eos continuatum matrimonii velamento prætexerent, ex quo cum filius prodiiſſet, revertente dicto *Maillard*, & adulteræ conjugi oppoſito, ex eoque convicta, tandem celebri Arreſto, in tertia Inqueſtarum Decuria ſeu Camera pronunciato, ſuper lite publice, & in pluribus ſeſſionibus perorata, proles illegitima declarata, eique inhibitum ne arma vel nomen familiæ *de Thibault* ſibi uſurparet vel vindicaret, & ſuppoſititiæ conjugi, ne viduæ dicti *de la Boiſſiere Thibault* nomen aſſumeret, utrique tamen & matri & filio adjudicata majori parte

In id quod proles illegitima habenda, ex contubernio, ubi alteruter conjugum eſt in mala fide, & conſcientia præcedentis matrimonii, profertur arreſtum celebre Joannis *Maillard*, & Mariæ *de la Tour*, & filii *Thibault de la Boiſſiere*.

bonorum, in reſtitutionem dotis confeſſæ, & alimentorum nomine illegitimo filio exhibendorum. Arreſtum & memorialia litis publice edita fidem faciunt præjudicatorum, illudque Arreſtum eſt de die 15. Martii 1674. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Junctis præcedentibus quantum ad ſcientem ſunt illegitimi, quantum ad ignorantem legitimi, quod non credo, imo legitimi ſunt. infr. qui filii ſunt legitimi ex tenore monſtrum enim eſſet ſi aliquis eſſet partim legitimus partim illegitimus.*

De eadem materia quæ ſupra hic deciditur.

Idem Cardin. Florentin. Panorm. Præpoſitus. hîc. column. 4. C. M.

Adde in id ultra ea quæ præcedunt in ſuperiori nota, Annæum Robert. lib. 2. rerum jud. cap. 18. pag. 522. & quæ notavit infra Molin. ad cap. ex tenore. 14. in gloſſa. verb. legitimum. ibi. ſufficit bona fides alterutrius parentis, qui filii ſint legitimi. Item Ludov. Charond. in obſerv. litt. E. pag. 322. & lib. 6. reſp. cap. 50. F. P.

De eadem materia ad authores alios remiſſio.

TITULUS QUARTUS.

De Sponſa duorum.

Cap. 5. *Tuas dudum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Qui duas per verba de præſenti deſponſat, primam deſponſatam habebit in uxorem, etiam ſi prius ſecundam cognoverit, nec valet contraria conſuetudo.*

Primum matrimonium clandeſtinum, non impedit ſecundum publice factum, & conſummatum.

Idem Conrad. de Sumenhart. tract. de contractu matrimonii. quæſt. 33. concluſ. 9. ſed certe tolerari poteſt conſuetudo, quando primum matrimonium eſſet clandeſtinum, ut pravo more ſolent in Italia, dando cum ſecunda ignorante contractum & conſummatum, tum quia ſecunda amiſſa pudicitia certat de majore damno, tum quia prætenſum matrimonium præcedens, ex quo clandeſtinum, eſt ſuſpectum, nec præſumitur ſerium, ut vix debeat admitti allegatio & probatio contra ſecundum conſummatum, ſaltem quando fuit publicum. C. M.

Contra clandeſtina matrimonia vide edictum ſive declarationem anni 1639. art. 5.

Contra matrimonia clandeſtina, & ſilentio perpetuo à viventibus obtecta, vide declarationem Regiam anni 1639. art. 5. quo talia matrimonia damnantur, & liberi ex iis provenientes jurium & conventionum civilium fructu privantur, ut & ſuperſtites viduæ, quamvis utrique & legitimorum filiorum & viduarum titulis cohoneſtati remaneant, in pœnam clandeſtinitatis perpetuæ, quæ redolet potius fœtorem concubinatus, quam honeſtatem matrimonii mereatur, ſic edicente Regis ordinatione d. art. 5. F. P.

TITULUS QUINTUS.

De Conditionibus appoſitis in deſponſatione, vel aliis contractibus.

Cap. 4. *Verum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non revocatur donum Eccleſiæ collatum, niſi ſub tali conditione, quod ea ceſſante debeat revocari.* Ibi. *Et ex hoc videtur quod res tali modo donata, ſcilicet ut non alienetur, alienari non poteſt, quod ſi fiat revocabitur.*

Res donata ea conditione ut alienari non poſſit, neceſſitate urgente alienari poteſt.

Idem Math. Afflict. deciſ. Neapolitanarum. quod verum non eſt, ſaltem in eminente neceſſitate alienari poteſt. Panorm. C. M.

Cap. 5. *Super eo.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Contrahens matrimonium ſub conditione non improbata, non compellitur matrimonium conſummare, ante conditionis eventum.*

Ubi matrimonium ſub conditione approbata contrahitur, adveniente condi-

Source : BIU Cujas

tione, valet ut exnunc, non ut extunc.

nent Panorm. & communiter doctores in cap. sequenti. & in hoc est communis opinio Theologorum, & Canonistarum, ut dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. ult. de confirmat. utili vel inutil. quamvis Præpositus hîc. post Calder. & Anton. Butr. contrarium sentiat, & cogitandum relinquat, sed non est cogitandum, cum constet, sic contrahentes habere animum suspendendi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Consensus non dicitur liber, qui alieno arbitrio reservatur.* Ibi. *Non est tamen matrimonium inter illos, unde si contrahat cum alia, tenebit, quia non dicitur consensus nisi tempore quo pater consensit.*

De eadem materia conditionis suspensivæ in matrimonio, decidendum & summandum ut supra.

Idem Ang. Clavas. in verbo matrimonium. impedimento. 3. Præposit. hîc. num. 4. C. M.

Cap. 6. *Per tuas.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ubi sub conditione matrimonium promissum, carnali copula subsecuta pro matrimonio est præsumendum.* Ibi. *Per carnalem copulam videtur consensum exprimere de præsenti, & à conditione recedere, sed si protestetur se nolle propter hoc à conditione recedere, nec illud prodest.*

An valeat protestatio, quominus matrimonium sub conditione contractum, per carnalem copulam transeat in matrimonium purum. si protestetur ante coitum.

Dic ut dixi supra de sponsi. & matrim. cap. is qui fidem. valet enim protestatio, si eam præcessisse, vel interfuisse constet, & toties repetitam, quoties actus repetitus, ut tenent Anton. Butr. & Præpos. in d. cap. is qui fidem. Præpositus. hîc. colum. 2. Alciatus. tractat. de præsumpt. part. 2. num. 20. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Item quid si dicam, contraho tecum, si te virginem invenero, videtur quod sit matrimonium, quia talis error non dirimit matrimonium.*

An matrimonium sub hac conditione contractum, si te virginem invenero, suspendatur in eventum probatæ conditionis.

Valet conditio, dummodo non referatur per copulam, sed alia licita probatione. Cardin. & Præpos. hîc. num. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Item quid si contrahitur matrimonium sub conditione, quæ omnino extitura est, videtur idem ac si pure, & secundum hoc, est matrimonium antequam existat conditio, sed dic quod ibi non est matrimonium, sed expectatur eventus conditionis, & tunc primò erit, & si medio tempore contraheret cum alia, teneret matrimonium.*

Defensio glossæ, dicentis matrimonium etiam sub conditione, quæ omnino extitura est contractum, nihilominus suspendi in conditionis eventum.

Idem Joan. Andr. hîc. sed omnes fere reprobant, & tenent statim valere matrimonium, ut Hostiens. Panorm. Henr. Bohic. Cardin. Florent. hîc. cum quibus transit Præpositus. hîc. in fine. idem Jason. in leg. impossibilis. in fine. de verbor. obligat. Idem etiam Theologi Scholastici. Bonav. in 4. sent. distinct. 28. quæst. 3. Thom. Aquinas. in 4. distinct. 27. sed quidquid dicant, teneo glossam, quia inest alia conditio, *si tunc vivam*, quæ conditio est, & sic totum suspendit, & caducitati subjicit, & sic vera est glossa. C. M.

De natura conditionum quæ omnino extituræ sunt an suspendant actus quibus adjiciuntur, vel non.

Animo contradicendi Molinæus, propter conditiones appositas & conventas, de quibus agitur hoc titulo, addit conditionem, *si vivam*, sed inepte, nam inest omnibus actibus, contractibus, & conventionibus, dandi vel faciendi; at illa conditio subintellecta, non suspendit actum simpliciter, suspendit vero dato termino, puta si vivam per octo dies, contingens vero destruit actum, nisi transmittatur ad hæredem, de conditione quæ omnino extitura est, sive naturaliter, sive contingenter, & an matrimonium valeat ea exposa, an vero conditionis eventus sit expectandus, videndus Covarruvias. ad lib. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 10.

De natura conditionis quæ omnino extitura est, sed contingenter an suspendat vel

Disputant Doctores, *si Antichristus nascatur* an sit conditio quæ matrimonium suspendat, at quamvis ex sacræ Scripturæ authoritate extitura sit in futurum, quia tamen contingenter eveniet, & tempus quo nascetur Antichristus contrahentium forte vitam excedat, hanc conditionem & similes puto consensum tollere, nec matrimonium effici posse, nisi copula secuta, per novum consensum, pure & simpliciter datum. G. D. P.

tollat consensum veluti si Antichristus nascatur.

Cap. 7. *Si conditione.*

TEXTUS.

In Textu. in fine. *Conditiones turpes, impossibiles appositæ matrimonio, propter eius favorem debent pro non adjectis haberi.*

Turpes & impossibiles conditiones ad actæ contrahendo matrimonio, rejiciendæ sunt & pro non adjectis habendæ.

Limitat. Jacob Alcmain. in 4. sentent. distinct. 31. ubi vide, ne marginem onerem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Conditiones contra substantiam conjugii.* Ibi. *Est alia conditio honesta, quæ est de substantia matrimonii, ut si Christianus dicat Judææ, aut hæreticæ, contraho tecum si vis fieri Christiana.*

Conditio honesta in matrimonio fidelis cum Judæa vel hæretica, si vis fieri Christiana, vel Catholica.

Imo teneret cum hæretica, & contra Panorm. hîc. Angel. Clavas. in verb. matrim. 3. impedimento. 10. §. octavo. & Theologi in 4. sentent. ut Scotus. Richard. Thomas Argentin. & alii. distinct. 130. C. M.

De matrimonio fidelis cum Judæa vel catholici cum hæretica, an valeat ad authores remissio.

Hîc notare debuerat Dom. G. D. P. contra Molin. matrimonium quidem Christiani & Catholici cum hæretica, vel hæreticæ cum Christiano & Catholico, subesse & jure contrahi, sed evitandum esse, cum Judæa vel Judæo à Christiana vel Christiano nequaquam. de his matrimoniis contractis vel contrahendis, vide caus. 28. quæst. 1. apud Gratianum. per totum. vide & Melchiorem Junium Vitebergensem in Argentinensi Academia eloquentiæ Professorem. in quæst. politicis. part. 2. quæst. 36. utrum religionis diversitas possit aut debeat matrimonium impedire. ubi in utramque partem disputat. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. verb. *Conditiones contra substantiam.* Ibi. *Item quid si dicat profiteor talem religionem, ita quod possim proprium habere, & uti matrimonio, videtur quod tenet monachatus, non credo quod teneat.*

Non valet monachatus cum proprio vel matrimonio quia contra substantiam voti.

Idem Cardin. Florent. Panorm. Præpositus. hîc. C. M.

TITULUS SEXTUS.

Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possint.

Cap. 1. *De Diacono.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *De diacono qui in Sabatho sancto alium diaconum vulneravit uxorem accepit, post pœnitentiam peractam dispensative poteris ei diaconatus officium reddere. Junta inscriptione. Alexander III. Rhemensi Archiepiscopo.* Ibi. *Et ita Episcopi possunt dispensare cum clericis in sacris ordinibus constitutis, si contrahant de facto, sed illud intelligitur de illo qui in sæculari habitu unam habuit de jure uxorem, sed si in facto contraxit, cum illo, tanquam cum bigamo non potest dispensari.*

Episcopus non potest dispensare cum bigamo vero, an possit cum interpretativo.

Scilicet vero, aliàs Episcopus bene dispensat. Præpos. hîc. num. 8. C. M.

Cap. 6. *Rursus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cum simplex votum non minus obliget quam solemne.*

Simplex votum coram Deo factum non minus obligat, quam solemne.

Ergo quidquid prætextu cujusvis solemnitatis superadditur, humanum institutum est, ergo dispensabile, ut tenet Joan. Andr. in mercur. cap. actus legitimi. de reg. jur. in 6. & ibi. & in cap. semel Deo. de reg. jur. in 6. Jason. leg. finali. de transact. Philip. Decius. consil. 112. num. 4. dixi ad Philipp. Decium. cap. quæ in ecclesiarum. num. 10. de constit. C. M.

Cap. 7. *Insinuante.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non tam metu Regio, quam parentum, in habitu sancti Augustini, biennio, in propria domo permansit.* Ibi. *Argumentum quod imperium Re-*

Source: BIU Cujas

gium non sufficit ad justum metum, sicut nec imperium parentum. argum. quod metus causa ad invidiam. argum. contra. eod. leg. ult.

An jussus Principis inducat justum metum, vel non.

Melius penult. dic. quod nisi aliter probetur oppressio, dignitas adversarii non sufficit ad metum probandum. sic loquuntur ista jura. Credo tamen quod imperium Principis, qui aliàs consuevit tyrannice & oppressive tractare eos, qui precibus vel præceptis suis non obediunt, induceret justum metum, Joann. Andr. Præpos. hîc. C. M.

An præsentia Principis actui inito impediat vel confirmet ad authores de materia tractantes remissio.

Utrum præsentia Regis, jussus ejus, vel præceptum justum metum vel sufficientem inducat, vel è contrario facta coram eo confirmet, & ratificet. Vide quod habetur apud Carolum Fevretium. in tract. abusus. lib. 5. cap. 1. num. 2. & Molin. in not. ad Philipp. Dec. cons. 219. in verb. præceptum. F. P.

TITULUS SEPTIMUS.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Cap. 4. *Ex litterarum.*

Glossa. * In Glossa verb. *Uxorem in adulterio deprehensam abjecit.* Ibi. *Id est convictam: sola enim deprehensio non sufficeret, ad hoc ut separarentur.*

Ob fornicationem conjuges separantur, si constet & factum probetur.

Idem Præpos. hîc. sed imo sufficit, & ita practicatur, modo probetur. C. M.

Cap. 5. *Cum haberet.*

Glossa. In Glossa verb. *Liberis necessaria subministret, secundum facultates.* Ibi. *Tamen recusare potest pater alere filium justa de causa.*

Ex qua causa pater potest exhæredare, & ex ea potest alimenta denegare.

Ex qua potest exhæredare. Petr. Gerard. singul. 1. Hypolith. Marsil. singul. 78. C. M.

De eadem materia ad alios locos Molinæi remissio.

Ad le eumdem Molin. in not. ad cap. quintavallis. 16. in glos. verb. exhæredaret. ibi si vitam luxuriosam egerit. de jurejur. supr. sed contrarius videtur quoad filiam nubentem sine consensu patris, ex qua posset exhæredare, ut non saltem debeat eidem alimenta præstare, in not. ad can. 16. 32. quæst. 2. in glos. verb. extra voluntatem parentum. F. P.

Ibidem.

Glossa. Et in eadem Glossa. Ibi. *Nam educatio liberorum est de jure naturali, unde jus istud præfertur civili. Junctis quæ præcedunt in glossa de differentiis juris civilis & canonici in eo quod jure civili denegentur alimenta.*

Educatio liberorum est juris naturalis, quod in eo præfertur juri civili.

Idem Anton. Butr. Cardin. Panorm. hîc. solus fere Joann. Imola. hîc. & in leg. Lucius. §. 1. de leg, 1. tenet jus civile in terris Imperii servari, sed nihilominus communis opinio invaluit ubique secundum glossam. ut dixi in annot. ad Philip. Decium. in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. num. 30. de constit. & in cap. clerici. num. 2. de judic. consil. 476. col. 1. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De Conjugio Leprosorum.

Cap. 1. *Pervenit.*

Glossa. In Glossa verb. *Uxores viros, & viri uxores, quæ lepræ morbum incurrunt, sequantur.* Ibi. *Et mulier semper tenetur sequi virum ex quacumque causa.*

An uxor ubique teneatur sequi virum exulem vel leprosum ex legibus matrimonii.

Decis. Tholosanæ. quæst. 86. Angel. Clavas. vers. uxor. §. finali. fallit, si ob delictum exulat. Imol. in rubr. column. 2. soluto matrim. licet sequendo non cadat in pœnam. Alciat. leg. bona fides. glos. 2. depositi. C. M.

Cap. 2. *Quoniam.*

Summarium. In Summario. Ibi. *Conjuges propter lepram separandi non sunt à conjugio, & contrahere possunt matrimonium, & invicem sibi reddere debitum tenentur.*

Leprosi invicem conjungi possunt matrimonio, & conjuncti non separantur.

Tamen tenet hîc Panorm. quæst. 2. quod non tenetur reddere cum personæ periculo. Idem tenet Petrus Aureolus. in 4. sentent. distinct. 32. Angel. Clavas. verb. leprosus. §. 2. C. M.

De materia hîc discutienda ad authores remissio.

An lepra supervenies alterutri partium dirimat sponsalia de futuro, & matrimonium initum nec dum consummatum, necne, & an propter lepram separandi sint conjuges, necne, vide Cujacium in commentariis ad cap. 1. penult. & ult. de conjugio leprosorum in decretalibus. F. P.

TITULUS NONUS.

De Conjugio servorum.

Cap. 1. *Dignum est.*

Glossa. In Glossa verb. *Servi conjuges, non minus dominis debent servitia debita exhibere.* Ibi. *Ergo si dominus servitium exigit, & uxor debitum à viro petit eodem tempore, domino est potius obediendum, dicunt quidam, nisi periculum fornicationis timeatur.*

Servus matrimonio conjunctus cui prius debitum persolvere debeat, an domino, an uxori, & utriusque debiti & servitii causa quæ præcipua.

Quia servus prius domino obligatus, cum eodem onere transivit ad uxorem. de pign. ex litteris. & ad hoc facit textus. ibi. non minus. & facit pro domino prioritas temporis. infr. de reg. juris. qui prior est. sed pro uxore facit, quia magis privilegiata est sua causa, quia scilicet ejus obligatio spiritualis est & sacramentalis, prima vero temporalis & dominicalis, quo casu sæpe posteriorem præferimus. infra. de præbend. is cui. lib. 6. Joan Andr. sed Theologi tenent, quod si contraxit sine consensu domini, tenetur prius obedire domino, qui potest eum vendere, nec prohiberi debet. Thom. Aquin. in 4. sentent. distinct. 36. quæst. 2. & ibi Scot. Jacob. Alemain. quæst. 1. Clavas. verb. matrimon. impedimi 4. §. 15. C. M.

TITULUS UNDECIMUS.

De Cognatione spirituali.

Cap 1. *Utrum autem.*

Glossa. * In Glossa. verb. *Filii aut filiæ compatrum, ante, vel post compaternitatem geniti, matrimonio conjungi possunt, nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur. sed Alexander aliter intelligit,* Ibi. *Hugo dixit quod Alexand. male dixit hîc.* Ibi. *Consuetudo Ecclesiæ.*

Cognatio spiritualis hîc explodituir & condemnatur.

Et bene. quia istæ consuetudines debent tanquam superstitiosa deludia per Episcopos & parochos eradicari: imo hæc ficta cognatio tanquam abusiva prorsus spernenda est, prout multis in locis jam desuevit, tanquam ridicula, & quæstus causa inventa. C. M. Cap. 22 *Si vir.*

Glossa. * In Glossa verb. *Si vir vel mulier filium è sacro fonte susceperit, sive ignoranter, sive scienter, non sunt separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere.* Ibi. *Sed numquid potest exigere? potest dici quod ille qui hoc fecit ignoranter, potest reddere & exigere, secus de eo qui peccavit.*

De eadem materia cognationis spiritualis spernendæ hîc agitur, ut & supertius.

Argum 30. quæst. 1. de eod. & hoc tenent Goffred. & Hostiens. nisi ambo fuissent in dolo, qui tunc ambo exigerent, & fieret compensatio. argum. infr. de divortiis. cap. significasti. & dig. de compens. leg. si ambo secundum Goffred. Vincent. alleg. de pœnis constituendis. Hostiens. dicit quod neuter debet exigere, & neuter subtrahere, & hoc sonat littera superior & infr. cap. contracto. in fine. sed melius facerent continendo. Joan. Andr. sed ego dico quod uterque debet hoc superstitiosum delirium spernere. C. M.

Observatio ad tempus præcedentis notæ.

Nunc observandum, quod hæ duæ notæ, noviter additæ à Molinæo in editione sua H. à Porta & Vincentii anni 1559. quam non viderat Dom. G. D. P. cum suas notas & censuras Molinæanis tantum adjunxerit, quæ erant in sola editione anni 1553. eorumdem Hugonis à Porta & Vincentii, ut in principio hujus collectionis admonuimus: nec enim, si in

Source : BIU Cujas

ejuſdem cenſoris notitiam deveniſſent, correctionem ejuſdem effugere minime potuiſſent, ob liberiorem ſtilum invehendi in obices & impedimenta injecta matrimoniis contrahendis, propter cognationes ſpirituales, de quibus hîc agitur, quæ ſuperſtitioſa deludia, & ſpernenda deliria vocat, quæ utique majoris ſunt ponderis & momenti in curia Romana, quam ea quæ ex conſanguinitate & affinitate proveniunt, cum Philipp. Decius obſervaverit, in conſilio 461. in principio. num. 3. nuſquam legi quod Eccleſia Romana diſpenſaverit in cognatione ſpirituali: ibi tamen Molinæus notavit in margine ſe vidiſſe exemplum ſimilis diſpenſationis, inter duos Nobiles in Belſia ante annum 1517. cujus oratores poſtea pœnituerunt. F. P.

Cenſura præcedentis notæ, quod ſit liberioris ſtili.

Cap. 7. *Tua nos.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Qui matrimonium, obſtante cognatione ſpirituali, contractum ſciverunt, debent illud Eccleſiæ nunciare.* Ibi. *Qui ſciverunt matrimonium contrahi obſtante impedimento, non admittuntur ad accuſationem, non tamen repelluntur à denunciatione.*

An conſcius impedimenti matrimonio obſtantis admittatur ad accuſationem vel denunciationem illius.

Niſi etiam edicta interveniſſent. Panorm. C. M.

Quod hîc dicitur de edictis, & à Panormitano, in hocce capitulo ſunt banna matrimonii publice in Eccleſia proclamata, quorum publicandorum mos & conſuetudo ab Eccleſia Gallicana ortum habuit, ut habetur in integra decretali tua de ſponſal. & matrimonio. & in cap. finali. qui matrimonium accuſare poſſunt. in quarta compilatione decretalium Antonii Auguſtini. ubi hæc verba habentur. bannis, ſecundum Conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ editis, quæ in Gregoriana compilatione Raymundi à Pennaforti abſceſſerunt, ut monuit Molinæus in notis ad vitam Gregorii IX. his annotationibus præfixam, ut Eccleſiæ Gallicanæ gloriam obſcuraret, ut in pleriſque aliis locis. F. P.

De bannorum in matrimonio publicandorum ortu & conſuetudine.

TITULUS DUODECIMUS.

De Cognatione legali.

Cap. 1. *Si quis per adoptionem.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Inter adoptatum & filium adoptantis, non poteſt durante adoptione, conſiſtere matrimonium.*

Cognatio per adoptionem contracta, non obeſt matrimonio contrahendo, etiam ſtante adoptione.

Iſtud impedimentum non eſt Eccleſiaſticum, ſed civile, ideo poteſt Princeps diſpenſare libere in ſua ditione, imo generaliter dico, quod impedimentum hodie ceſſat, prout ceſſat politia Romanorum, quorum illa patria poteſtas erat peculiaris, inſtit. de patria poteſt. §. 1. & notum eſt quod in Gallia hoc impedimentum ſpernitur: & merito, etiam ſtante adoptione, prout etiam adoptati non tranſeunt in poteſtatem, nec fiunt ſucceſſibiles, ut dixi in Conſuet. Pariſ. §. 122. C. M.

De præcedenti materia ad alios authores remiſſio.

Adde in id quod jura adoptionum non ſerventur in Gallia. Joann. Bacquet. in tractatu albinagii. cap 23. num. 8. Imbertum in enchiridio. fol. 606. F. P.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

De eo qui cognovit Conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.

Cap. 5. *Super hoc.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Separari non debent propter eorum confeſſionem.* Ibi. *Si confiteatur pro matrimonio contrahendo, bene ſtatur confeſſioni.*

Confeſſio pro matrimonio probatur, non vero quæ contra matrimonium.

Idem Panorm. & alii. hîc. Bald. & Alexand. in leg. finali. cod. de tranſact. Franciſc. Curtius. Innoc. conſil. 27. C. M.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS

De Conſanguinitate & Affinitate.

Cap. 1. *Ex litteris.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cauſæ matrimonii tractandæ per judices diſcretos.*

Soli diœceſani cognoſcunt de cauſis matrimonialibus non alii inferiores ordinarii.

Unde in Gallia conſervatores Papæ non cognoſcunt, ſed ſoli diœceſani, non autem inferiores etiam ordinarii. C. M.

Rectores exempti non poſſunt extraneis benedictionem impertiri nuptialem.

Quamvis exempti etiam territorium habentes, & in eo juriſdictionem quaſi epiſcopalem, nec etiam rectores paræciarum exemptarum alienigenis & extra territorium ſuum & paræcias degentibus benedictionem impertiri nuptialem; ut habetur in edicto de clandeſtinis matrimoniis anni 1631. art. 1. F. P.

Cap. 2. *Super eo.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Fama tamen loci hoc habet.* Ibi. *Et plus facit fama hic, quam dictum unius, ubi juramentum intervenit. ſupr. de ſponſalibus. præterea.*

Fama plus facit quam dictum unius etiam juramentum.

Panorm. reprobat. & bene. & ind cap. præterea. teſtis non erat integer, quia prodebat turpitudinem ſuam. C. M.

Cap. 4. *De infidelibus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *De infidelibus ante baptiſmum in gradu prohibito conjunctis, ſecundum veteris legis inſtituta, reſponſio Chriſti minus eſſe matrimonium inter eos.* Ibi. *Reſpondeo ſi hoc pactum, ut quandocumque ſeparentur, exprimatur in contractu, nec inter eos, nec inter Chriſtianos eſſet matrimonium.*

Matrimonium contrahi non potest ut quandocumque conjuges separentur.

Hanc gloſſam reprehendit Panorm. hîc. C. M.

Cap. 8. *Non debet.*

INSCRIPTIO.

In Epigraphe ſive Inſcriptione. Ibi. *Idem. id eſt Innocentius III. in concilio generali.*

De computatione gradium civili & canonica, & ut civilis præferenda canonicæ.

Quod celebravit Innocent. III. anno 1215. cum autem prædeceſſorum conſtitutiones in hac materia revocaverit, videtur etiam quædam ſophiſtica graduum computatio revocata, & ſic rem reductam ad terminos juris civilis: ſunt enim filii fratrum vere in quarto conſanguinitatis gradu. Vera enim definitio graduum, & naturalis ſignificatio non potuit jure pontificio immutari. ut Jacob. Butrigar. Bald. & alii tenent in leg. aviæ. cod. de ſucceſſ. edicto. & quatenus potuit revocata eſt per hoc cap. ut vir [a] doctiſſimus noſtri ordinis, multis graviſſimis rationibus contendebat quod non confirmo propter modum loquendi etiam abuſivum patrisfamilias. leg. labeo. de ſupell. legata. C. M.

[a] Forte loquitur de Mathæo Quadrigario alias Charrier quem ubique totius togati ordinis conſultiſſimum & doctiſſimum coryphæum vocat.

De computatione graduum ad authores remiſſio.

De veteri computatione graduum conſanguinitatis. Vide Guid. Conchil. in poſthumis memorialibus reformationis Eccleſiaſtici ſtatus. pag. 131. & 132. Vide & epiſtolam Petri Bleſenſis 115. & ad eam notas Buſæi, & recentiores. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Conſtitutiones ſuper hoc editas revocantes, præſenti Conſtitutione decernimus.* Ibi. *Gregorius tamen dicit, qui diſſolvit hæc genera affinitatis, negat verba Dei in æternum manere. 35. quæſt. 10. fraternitatis, qualiter ergo Innocent. diſſolvit; ſine cauſa, & ab alio quam ſucceſſore Gregorii. Junctis præcedentibus & inſcriptione.*

De gradibus affinitatis & conſanguinitatis prohibitis lege Dei.

Dic quod ibi loquitur de gradibus eodem verbo Dei prohibitis tantum, vel eorum reſpectu, & quando pertinaciter negaretur, aliàs eſſet hyperbola. C. M.

De eadem materia ad alias ejuſdem Molinæi notam remiſſio.

Adde notam ejuſdem Molin. ad d. can. fraternitatis. 35. quæſt. 10. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ut ſic contrahentes de cætero libere copulentur.* Ibi. *Sed pone poſt iſtam Conſtitutionem publicatam, qui erant in gradu prohibito ſimul ſteterunt ſcienter, dic quod hoc ipſo intelligantur ratum*

Source : BIU Cujas

habere matrimonium, sed videtur quod verba necessaria sint, & novus consensus requiritur.

An post novam constitutionem de gradibus, matrimonium contractum antea redintegrandum ex novo consensu,

Et hoc tenet hîc Goffred. quod novus consensus & nova verba requirantur. Joann. Andr. sed opinio glossæ & Joann. verior est, & est communis quam Panorm. sequitur. C. M.

Arboris consanguinitatis declaratio.

Consanguinitas per tres regulas declaratur.

Prima regula magistralis pro linea recta ascendentium & descendentium.

Computatio graduum consanguinitatis in linea directa ascendenti, & descendenti.

Quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eos.

Si igitur vis scire quantum distat abavus à petrucio (petrucium esse fingimus in cellula ubi est facies) utroque computato, & intermediis, quinque sunt personæ, deme unam quatuor sunt gradus, & sic de aliis.

Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

Computatio graduum in linea collaterali æquali.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis dicat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent.

Exemplum pone faciendo abavum stipitem inter petrucium & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali) quilibet distat à stipite quarto gradu.

Computatio graduum in linea collaterali inæquali.

Collateralium in linea inæquali, quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se.

Exemplum pone faciendo abavum stipitem inter petrucium & filium propatrui, sunt in linea inæquali: Computemus igitur à remotiore, scilicet à petrucio, sed petrucius distat à communi stipite quarto gradu, ergo à filio patrui quarto, semper intellige secundum Canones.

Definitur hic consanguinitas, & ejus ethimon traditur.

Pro arbore consanguinitatis, secundum computationem civilem.

Quid est consanguinitas? est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum: & dicitur, Consanguinitas quasi sanguinis unitas.

Regula computationis graduum in collaterali ascendentium vel descendentium,

Pro illius cognitione dantur tales regulæ.

Prima in linea recta ascendentium & descendentium.

Quot sunt personæ de quibus quæritur, Computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eos.

Pro linea collaterali.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quia distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent.

Regula computandorum graduum in collateralibus juris civilis & canonici.

Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus, computatio enim Legistarum ob aliud fit quam Decretistarum computatio.

Collateralium in linea æquali, quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus, si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Joann Andr. declarationem.

Collaterales unius lateralis non sunt consanguinei vel affines eorum qui sunt alterius lateris.

Nota quod collaterales unius lateris non sunt consanguinei, nec affines aliis constitutis in altero latere, demptis iis qui in duabus ultimis cellulis sunt, ut frater & soror, & qui ex iisdem descendunt. Unde inepta est quæstio, quoto gradu distet patruus ab avunculo, quia nullo modo sibi attinent, aliàs sequeretur quod pater contraxisset cum consanguinea.

Responsio ad instantiam sibimet factam.

Nec obstat quod patruus & avunculus descendunt ab avo & avia, sicut frater & soror à patre & matre, quia imo non descendunt ab eodem avo & avia, sed prorsus à diversis personis, & sic non ab eodem stipite, quia quilibet habet duos avum paternum & maternum, & duas avias, & semper ascendendo, multiplicantur parentes, quia quisque habet quatuor proavos & quatuor proavias, & sic de aliis. Dixi legens Aureliis. 1521. C. M.

Prodit hic Carolus Molinæus opus suum & se legisse Aureliis.

Arboris affinitatis declaratio.

Affinitas definitur hic, & traditur ethimon,

Affinitas secundum canones est personarum proximitas, ex coitu proveniens, omni carens parentela, & dicitur affinitas quasi duorum ad unum finem unitas, & quod duæ cognationes diversæ, per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit. ut dig. de grad. affinit. leg. non facili. §. affines.

Affinitas est perpetua, & durat post mortem affinis,

Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. quæst. 10. can. fraternitatis.

Quomodo contrahatur affinitas,

Per carnalem copulam viri & mulieris, inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, ejusdem gradus cujus est consanguinitas.

Exemplum cõputandæ affinitatis.

Si ergo consanguineus tuus cognoscit mulierem, si vis scire quoto gradu attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto illi est mulier affinis & semper in primo genere.

Per coitum extra matrimonium contrahitur affinitas.

Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & uxoris, quia etiam secundum canones per coitum fornicarium & incæstuosum contrahitur affinitas. patet, de eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ. cap. discretionem. & cap. penult. inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem; ideo dicitur, quia inter virum & mulierem contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa.

Consanguinei unius lateris non sunt affines consanguinis alterius lateris.

Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consanguin. & affin. quod super his.

Exemplum idoneum ad cognoscendam affinitatem.

Regula infaillibilis & clarissima ad cognoscendum affinitatem.

Quotiescumque inter unam personam de qua quæritur, & conjugem alterius, non est, vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusive, nulla est prohibitio, ut inter me & conjugem nepotis mei non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

Aliud exemplum ejusdem rei explicandæ causa.

Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua, maritus ejus aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum ejus relicta, quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas, & sic de aliis omnibus.

Errores juris pontificii in computatione graduũ hic notantur.

Jus pontificium in hac materia quadrupliciter peccavit.

Primus error in nuptiis filii familias sine consensu parentum approbatis.

Primò concedendo filiis & filiabus familias contrahere primum & indissolubile matrimonium sine consensu parentis, contra naturalem & civilem rationem, ut inquit textus instit. de nuptiis. in principio. & contra bonos mores, ut inquit Baldus in leg. omnem ad finem. cod. ad Tertill.

Secundus & tertius in confusione graduum per matrimonium, vel illegitimum coitum.

Secundo confundendo gradus & generationem, & nimis prohibitionem matrimonii extendendo.

Quartus in ficto impedimento publicæ honestatis.

Tertio inducendo affinitatem ex quovis furtivo & illicito coitu, contra jus divinum & civile.

Quarto inducendo seu fingendo publicam honestatem ex simplicibus sponsalibus de futuro in linea collaterali, contra jus divinum & civile.

Probatur hic juris canonici definitio, etiam in his posterioribus articulis.

Et hæc tria ultima facta videntur ut etiam prostant.

In quantum tamen extendit prohibitionem ad filios fratrum & sororum, mihi videtur hactenus

Source : BIU Cujas

habuisse rationem : quia sunt fratres vel sorores patrueles vel avitinæ, vel consobrini vel consobrinæ, & pariter in quantum extendit affinitatem primi ordinis usque ad gradus consanguinitatis prohibitos, quoniam vir & uxor sunt una caro. C. M.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De Frigidis, & Maleficiatis, & impotentia coeundi.

Cap. 2. *Quod sedem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur impotentes.* Ibi. *Hac ratione videntur quod senes, quia naturali calore defecerunt, contrahere non possunt, sed contrarium verum est.*

Inter senes legitimum contrahitur matrimonium, nec sororia tantum societas.

Et bene; si uterque senex, & extra periculum fornicationis. Idem de alia perpetua utriusque impotentia, & valebunt pacta matrimonialia, & ita observatur, ut dixi in Consuetudine Paris. §. 104. ubi §. 122. dixi an per tale matrimonium proles præcedens legitimetur, & sic tales uxores non erunt simpliciter sorores. quidquid dicatur infra. eod. cap. 4. & cap. 5. C. M.

Illud probatur decretis Curiæ Parisiensis.

Vide collectionem decretorum Curiæ in purpuris pronunciatorum. arrest. 138. F. P.

Cap. 3. *Ex litteris.*

GLOSSA. In Glossa. *Si mulier vitium à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adjuvari.* Ibi. *Si talis fuit, non habuit propositum reddendi matrimonii debitum exacta, vel exigendi, & sic nullum matrimonium.*

In matrimonio contracto non sufficit propositum non exequendi, ut dissolvatur, sed effectualis impotentia.

Non sufficit quoad ecclesiam propositum, & facit quod not. supr. tit. proximo. de infidelibus. in fine. ult. gloss. Joan. Andr. dico quod hoc verum est de solo proposito, secus si etiam concurrit longa & gravis impotentia, & sic glossa non meruit reprehendi. C. M.

De eadem materia dissolvendi matrimonii ob impotentiam ad authores remissio.

De hac materia dissolvendi matrimonii propter impotentiam, videndus tractatus in hanc materiam editus Vincentii *Tagereau.* & quod Arresto celebri de die 18. Februarii anni 1677. in publicis causarum actionibus prolato, in matrimoniis ex causa impotentiæ resolvendis damnata sit inveterata consuetudo probandæ potentiæ coitus per congressum, requirente Domino Lamonio Advocato Regio Generali, & pronunciante Proto-Præside Lamonio, in causa Marchionis *de Langés*, reclamantis à condemnatione præcedentis Arresti de die 8. Februarii anni 1659. quod singularum jurisdictionum Regiarum Bailliviatus & Senechalliæ titulo insignitarum ressortus Parlamentaris & jurisdictionum Ecclesiasticarum scriniis inscribi mandatum est, & Procuratoribus Regiis earumdem jurisdictionum, ut de ea curiam certiorem redderent infra mensem. F. P.

Celebre Arrestum damnatorium probationis impotentiæ per congressum.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

Qui filii sint legitimi.

Cap. 5. *Lator.*

SUMMARIUM. In Summario. *Quæstio nativitatis opposita petenti hæreditatem coram judice sæculari, est ad ecclesiasticum judicem transmittenda.*

Quæstio nativitatis incidens quæstioni bonorum est fori sæcularis.

Ex invaliditate matrimonii, ita quod est quæstio juris. Panorm. hîc. sed hodie in hoc regno indistincte judex sæcularis cognoscit, nec fit remissio ad Ecclesiam. C. M.

De quæstionibus mere temporalibus incidentibus quæstionibus spiritualibus, ubi tractanda ad authores remissio.

De hac materia jurisdictionis sæcularis & Ecclesiasticæ in incidentibus quæstionibus remittendis vel non; vide eumdem Molin. in stilo Parl. part. 7. Arrest. 4. in verbo. petitorio. & in not. ad cap. tuam. 3. in casu. de ordin. cognit. Vide & in id appositè. epist. 89. Joann. Saresberiensis Episcopi. J. Papon. in farragine Arrest. lib. 1. tit. 4. §. 5. Lud. Charond. lib. 12. respons. cap. 14. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si non potuerit intra duos menses probare legitime quod obierit, scilicet quod R. avus non esset de legitimo matrimonio natus.* Ibi. *Hic pater sive avus ipsius R. erat in possessione filiationis.*

Ut proles dicatur legitima, sufficit patrem esse in possessione filiationis.

Quæ sufficit ut proles præsumatur legitima. Panorm. hîc. Gemin. consil. 27. Jason. consil. 158. col. 1. lib. 4. Guillelm. Benedicti. repetit. cap. Raynutius. part. 3. verb. quæ filium ex ea suscipiens. C. M.

Cap. 6. *Tanta.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Antea nati, post contractum matrimonium legitimi habeantur.* Ibi. *Sed credo quod legitimi sunt quoad omnia, quia matrimonium omnia præcedentia purgat.*

De legitimatione per subsequens matrimonium, & ut in Anglia non servatur.

Glossa singularis. Panorm. hîc. Limitat. Bald. consil. 367. lib. 5. sed in Anglia nullo modo legitimantur, nec ibi servant æquitatem hujus canonis. C. M.

De eadem materia quæ præcedit ad alios Molinæi locos & authores remissio.

Vide eumdem Molinæum in not. ad cap. innotuit. 20. in glossa verb. ex non conjugata. de elect. & elect. potest. in decretal. & de eadem materia legitimationis per subsequens matrimonium, vide Sarmientum. lib. 1. select. lect. cap. 6. & 7. & Chopin. lib. 1. de doman. tit. 10. num. 6. F. P.

Cap. 8. *Per latum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Diutius absente marito, & ad propria non redeunte, Episcopus sententiam divortii promulgavit.* Ibi. *Probato impedimento perpetuo.*

An divortii sententia valeat ab Episcopo proferri, diutius se absentante marito.

Hoc divinatorium est. sufficit authoritas Episcopi, ut mox subjicit glossa & bene. C. M.

Cap. 13. *Per venerabilem. §. Videbatur autem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum Rex Francorum. I. Reginam dimiserit.*

Ad historiam cap. hujusce illustrandam.

Scilicet Ingerbergam, sororem Regis Hungariæ, ducta filia Ducis Bohemiæ, ut dixi in annot. ad Philipp. Decium. cap. 1. supra. de postulat. præl. C. M.

Ad assertionem veritatis hujus textus de Philip. Augusto. & non de Ludovico VII. vide Rob. in Gallia Christiana. in Archiepiscop. Rhemensi. pag. 122. col. 2. item Anton. Mornac. in observat. suis prioribus. ad leg. 78. dig. de jure dotium. F. P.

Ad assertionem veri casus & speciei hujus capituli.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cassata sententia, solummodo propter judiciarium ordinem non servatum.* Ibi. *Sed ubi utraque pars est præsens, nec altera per contumaciam se subtrahit, debet ordo juris servari, aliàs non valet sententia, ut hîc.*

An sententia omissa juris ordine prolata valeat, necne.

Hodie dic ut in concil. Viennensi. de judiciis. dispendiosam. Joann. Andr. Si in clement. cum glossa. Panorm. Felin. cap. 2. supr. de offic. jud. C. M.

Hujus subnotati Molinæani prima pars ab emendatoribus Romanis hîc usurpatur, omissa posteriori, ab his verbis *Joann. Andr. ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Pendente quæstione affinitatis objecta, utrum filii ex subsequenti matrimonio progeniti sint legitimi, merito potest dubitari.* Ibi. *Et sic ex futuro eventu pendet an sint legitimi judicandi, sed certe contrarium videtur.*

An legitimitas possit vel debeat pendere ex eventu, & utrum legitimatus possit succedere in regno Franciæ.

Hæc vera opinio Bernardi ut infr. eod. verb. regi. quamvis palliando & excusando textum in glossa sequenti aliter dicat propter judiciarium ordinem non servatum; quod est frivolum, ex quo sententia non erat nulla ex defectu jurisdictionis, sed lata à judice competente, & cum magna disceptatione, & sic quidquid dicat Innocent. III. nullam fecit gratiam Regi, sed erant mero jure legitimi, per casum in fortioribus terminis in cap. per latum. supr. eod. aliàs Papa non potuisset legitimare ad succedendum in hoc regno sibi non subdito, sed potius alii transversales successissent, in regno, non obstante ejus legitimatione, si ea opus

Source : BIU Cujas

fuiſſet, quia regnum iſtud non eſt hæreditarium. C. M.

De ea materia legitimationis prolis Regiæ per ſubſequens matrimonium, utrum ſuccedat regno, necne, tractat gloſſ. pragm. ſanctionis. in proœmio. in verb. primogenito. F. P.

De ea materia ad authores de eodem tractantes remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum Rex ſuperiorem in temporalibus minime recognoſcat.* Ibi. *De facto, de jure tamen ſubeſt Romano imperio. 7. quæſt. 1. in apibus. de hoc dicitur ſupra. de elect. venerabilem.*

Regnum Franciæ non ſubeſt nec unquam ſubjectum fuit imperio Romano.

Male citantur jura poſitiva, quæ nihil probant; Deus autem propter injuſtitias transfert regna de gente in gentem, Eccleſiaſt. 10. Franci vero numquam ſubditi fuerunt imperio Romano, cui Gallias eripuerunt; Occidentis quoque imperium aſſecuti ſunt, nec ei tamen regnum Franciæ ſubjecerunt, ut dixi in Conſuet. Pariſienſ. tit. 1. in rubr. num. 19. C. M.

De eadem materia quæ in præcedenti nota ad authores remiſſio.

Adde eumdem Molin. in not. ad cap. ſuper ſpecul. in ſummario. de privilegiis apud Greg. & in primo volumine probationum ad libertates Eccleſ. Gallicanæ cap. 7. per totum. tract. ſingularem Vincentii Cicadæ ſuper bello Italico. pag. 88. pag. 113. col. 2. & ſeqq. paſſim. vide & pragm. ſanct. D. Ludovici à me editam. in proœmio. & in præfatione hiſtorica ad eamdem pragmaticam. & commentarium ad proœmium ejuſdem. & alibi. paſſim de Guid. Pap. quæſt. 239. Carol. de Graſſal. lib. 1. Reg. Franciæ. cap. 6. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Regi gratiam fecimus.* Ibi. *Quia Rex non poſſit legitimare filium ſuum, ſcilicet ut ſuccederet ſibi.*

Rex Franciæ an poſſit legitimare proprium filium, ut ſibi ſuccedat in regno.

Quod certum eſt de regno Franciæ, quia non eſt hæreditarium. ut dixi in Conſuet. Pariſ. §. 18. gloſſ. 3. num. 8. de aliis. vide Præpoſitum. hîc. num. 121. Ludov. Sardum de legitim. lib. 4. quæſt 5. Martin. Laud. de legitim. carth. penult. Alex. conſil. 168. lib. 5. ubi tetigi. C. M.

Ibidem. verſ. *Qui autem ſuperbierit.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio.*

An Papa dici debeat Imperator, ut in palea ſuppoſititia Conſtantinus.

Hinc Joann. Andr. in nov. notat Papam eſſe Imperatorem. 96. diſtinct. can. Conſtantinus. ſed palea eſt ſuppoſititia. ut dixi in annotat. ad Alexand. conſil. 24. in fine. lib. 5. & poſt. tract. reg. Cancell. C. M.

De eadem materia ad alios Molinæi locos remiſſio.

Vide eumdem Molin. in not. ad inſcriptionem extravag. Bonifacii VIII. de pœnit. & remiſſ. in extravag. communibus. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sane cum Deuteronomium.* Ibi. *Incipit hîc Papa exponere authoritatem Deuteronomii.*

Ordo & ſequela cap. à gloſſa præmittitur.

Sed hoc reprehendit Guillelm. Occam. dialogo. 9. & in tractatu de poteſt. Summi Pontificis. quæſt. 1. cap. 8. cum ſequenti. C. M.

Cap. 14. *Ex tenore.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod pater prædicti R. matrem ipſius, ignaram, quod ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in uxorem, in favorem prolis potius declinamus memoratum R. legitimum reputantes.* Ibi. *Ex hoc patet quod ſufficit bona fides alterius parentis, ut filii dicantur legitimi.*

Ut legitima dicatur proles, ſufficit alterius conjugum bona fides, ſaltem ut dicatur legitimata, reſpectu filiorum primi matrimonii illius qui eſt in mala fide.

Paul. de Caſtro. conſil. 154. in fine. lib. 1. Jaſon conſil. 156. conſil. 168. lib. 4. Philipp. Decius. conſil. 154. cum ſequ. ſed reſpectu filiorum primi matrimonii illius qui eſt in mala fide, cenſentur ut legitimati per reſcriptum. ut dixi in Conſuet. Pariſ. §. 122. C. M.

De eadem materia ad authores de eadem tractantes remiſſio.

Vide in id quæ adnotata ſunt ſupra ad cap. cum inhibitio. §. ſi quis vero. in gloſſa verb. ſi ambo de clandeſtina deſponſatione, Item Scipion. Gentil. de juriſd. lib. 2. cap. 19. F. P.

Cap. 15. *Gaudemus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Infidelium prolem, in tertio vel ulteriore gradu natam, utilitate ſuadente legitimam volumus reputari.*

Infidelium proles, in gradibus jure pontificio prohibitis nata poſt converſionem legitima permanet.

Imo ipſo jure vere legitima eſt, & manet, cum illi numquam fuerint ſubditi Papæ. ut dixi in annotat. ad Philipp. Decium. in cap. 1. de conſtitut. C. M.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.

Cap. 6. *Cum in tua.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Accuſator non prodiens tempore publicationis bannorum, ab accuſatione matrimonii poſt contractum, eſt merito repellendus.* Ibi. *Sed numquid admittantur ad denunciandum? videtur quod ſic. argum. ſupra. de cognat. ſpirituali tua. dicas quod non eſt admittendus, cum ſit ſuſpectus.*

Qui removetur ab accuſatione tanquam ſuſpectus, nec ad denunciationem admitti debet.

Et ibi hoc tenent Bernard. & Hoſtienſ. præciſe, quando fit denunciatio ad peccatum corrigendum. Joann. Andr. ſed contrarium cum hac gloſſa tenent Panorm. hîc. C. M.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De Divortiis.

Cap. 1. *Si qua.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ipſa autem inſidiatrix vitæ mariti, pœnitentiæ, abſque ſpe conjugii ſit ſubjecta.* Ibi. *Licet iſta mulier non ſit conſecuta effectum, nihilominus punitur. argument. contra. ſupra. de ſponſal. cap. ult. cum ſuis concordant. ibi poſitis, ubi de hoc tamen, ſi contraheret, teneret.*

Conatus punitur ut effectus quandoque.

Idem Panorm. & omnes. hîc. C. M.

Cap. 5. *Ex litteris.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Uxor accuſata à marito, crimen adulterii confitebatur, quamvis à judice admonita, ne ad ſuggeſtionem alicujus illud contra ſe proponeret.* Ibi. *numquid poterit revocare confeſſionem. Laurentius dicit quod poteſt revocari, ſed ſi fiat ex deliberatione, & non ex calore iracundiæ, non videtur quod revocare poſſit.*

Numquid confeſſio ſuper crimine revocari poſſit ab ipſomet confitente.

Idem Bald. in addit. ſpecul. de poſſeſſ. col. 4. Lancellot. Decius. leg. ſervi electione. in princip. col. 3. de leg. 1. Curt. ſenior. conſil. 55. num. 13. ſed communiter reprobatur per cap. 1. col. 1. de accuſat. in 6. Felin. cap. finali. in princip. de offic. leg. Philipp. Decius. cap. cum venerabilis. col. 14. de except. cap. cum cauſam. de appell. in leg. unica. num. 7. ubi dixi. cod. de errore calculi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Virum, qui contra præceptum continendi, cum alia nuptias contraxit, ad legitimam uxorem redire compellas, poſt medium.* Ibi. *Dicas quod vir bene poteſt illam ſibi reconciliare invitam.*

Maritus adulteram uxorem ſibi poteſt reconciliare invitam.

Idem Panorm. ex doctor. C. M.

Cap. 7. *Quanto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Altero ex conjugibus ad hæreſim tranſeunte, contumelia Creatoris ſolvit jus matrimonii.*

Contumelia Creatoris ſolvit jus matrimonii.

Id eſt facit illud diſſolubile, ſi converſus velit ad alia vota tranſire, Alphonſ. Toſtad. 1. reg. 8. quæſt. 120. repeti poſſet per 4. quæſt. C. M.

Cap. 8. *Gaudemus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Infideles qui in matrimoniis, conſtitutionibus Apoſtolicis non arctantur.*

Infideles in matrimonii conſtitutionibus canonicis non arctantur.

Alphonſ. Toſtad. 1. reg. 8. quæſt. 37. cum ſequ. Jacob. Alemain. in 4. ſentent. diſtinct. 17. quæſt. 1. gloſ. penult. & ibi Cardin. Florent. in 3. oppoſit. in Clement. unica. de Judæis. Petr. Anchar. in repetit. cap. ea quæ. col. 17. de reg. jur. lib. 6. Alexand. conſil. 6. num. 5. lib. 6. ubi dixi. & ad Philippum Decium.

Source : BIU Cujas

Decium. cap. 1. lect. 1. num. 17. de constitut. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Conversus ad fidem conversam uxorem eumdem sequentem ante iteratas post conversionem nuptias, recipere compelletur.* Ibi. *Ex hoc videtur, quod contumelia Creatoris non solvit jus matrimonii ipso jure. Juncto summario & textu cap.*

Responsio & conciliatio ad illud, contumelia creatoris solvit jus matrimonii. Dic quod non solvitur matrimonium ipso jure per aliquem horum trium casuum, & tamen statim ipso jure, in quolibet horum trium casuum habet fidelis licentiam dissolvendi illud, transeundo ad aliud matrimonium, si voluerit. Alphons. Tostad. 1. reg. 8. quæst. 115. C. M.

Cap. 9. *Deus qui.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *In conversis Livonien sibus concedimus, ut matrimoniis cum relictis fratris utantur.*

Infideles conversi retinent matrimonium contractum in casu licito secundum jus veteris testamenti licet esset prohibitum inter fideles. Et sic matrimonium erat contractum inter infideles, & antequam converterentur ad fidem: & toleratur, quando est contractum in casu licito de veteri testamento. Alphons. Tostad. 1. reg. 8. quæst. 145. secundum consuetudinem & ritum contrahentium, quod sufficit ut valeat matrimonium inter eos, ita quod hîc valet, & sic manet mero jure, etiam de rigore, & in conversis, & absque ulla dispensatione, licet videatur hîc dispensatio. Alphons. Tostad. 1. reg. 8. quæst. 166. cum sequ. C. M.

De pluribus indultis novis conversis quæ fidem non læderent, ut aut conversi firmarentur aut ad convertendum invitarentur, de quibus hîc agitur. Non est novum, ut quandoque conversis quædam concedantur contra prohibitiva juris positivi, quorum usus fidem non lædit, ut Anglis matrimonium in quarto gradu contractum, & sic de aliis, vide & de ea materia matrimonii contracti ab infideli secundum jus naturale, post conversionem retinendi. Covarruv. in epitome. lib. 4. decretal. part. 2. §. 10. num. 2. F. P.

TITULUS VIGESIMUS.

De donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda.

Cap. 3. *De prudentia.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum vobis causam matrimonii commiserimus terminandam.* Ibi. *Melius est dicere, quod authoritate istarum litterarum procedant, quia functi sunt officio suo super principali.*

An judex ecclesiasticus de matrimonio cognoscere possit & de dote accessorie cognoscere, & aliis accessoriis quæ temporalitatem respiciant. Contrarium tenent Anton. Butr. Cardin. Florent. Panorm. hîc. in fine. Felin. cap. in litteris. col. 2. de offic. delegati. cap. qualiter & quando. infr. col. finali. de accusat. quia dos venit jure actionis, & sic vi primi rescripti de novo peti potest, sed in Gallia nullo modo possunt, etiam accessorie cognoscere. C. M.

De præcedenti materia ad authores hic relatos remissio. Vide ad eam quæstionem decidendam, utrum judex Ecclesiasticus cognoscens de causa matrimoniali, cognoscere possit & debeat de causa dotis, & alia simili mere personali & temporali incidenti, quæ adnotavimus ad cap. lator. 5. qui filii sint legitimi. & quæ subjecimus ad notam Molinæi. ibidem. subnexam. item quæ habentur in cap. causam. 7. eod. qui filii sunt legitimi. & quæ plenius habentur. in commentariis Adami Thevenelli. ad ordinationes regias. lib. 1. tit. 14. de jurisdictione Ecclesiast. pag. 243. & sequ. Ann. Robert. lib. 3. rerum judicatarum. cap. 5. pag. 611. Vid. Conchil. in tract. posthumo. libert. Ecclesiæ Gallic. pag. 58. & tractatum nostrum & avitinum. de beneficiis Ecclesiasticis. ad verba cœlestis. cap. 1. §. 5. de jurisd. ecclesiastica. F. P.

Cap. 4. *Plærumque.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Mulier ob causam fornicationis separata, dotalitium repetere non valebit.* Ibi. *Id est donationem propter nuptias, sed hæc expositio non videtur bona, quia donatio propter nuptias debet redire ad virum, sicut dos ad mulierem.*

Galli in Patria Juris Scripti vocant augmentum dotis, & in Patria Consuetudinaria, doarium: & hæc perdit. leg. consensu. cod. de repud. non autem parafernalia, & hæc glossa in fine falsa est, ut sentit Panorm. hîc. & expresse reprobat Philipp. Decius. in cap. pastoralis. num. 7. de jud. in leg. penult. num. 13. de jurisd. omn. jud. & utrobique in annot. dixi. C. M.

Quod dotalitium, donatio propter nuptias; & doarium confundantur, & quod mulier condemnata ob fornicationem quodlibet amittat, & redeat ad maritum.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Mulier ob causam fornicationis separata, dotalitium repetere non valebit.* Ibi. *Eo ipso quod uxor condemnata est de adulterio, vir debet habere ante nuptias donationem, & dotem, & istud verius credo.*

Condemnata muliere propter adulterium, vir lucratur dotalitium, sive donationem propter nuptias, & etiam dotem. Idem Hostiens. Goffred. Joann. Andr. Panorm. hîc. C. M.

In præcedentem materiam explicandam ad authores remissio. In id vide Guid. Conchil. in institutionibus consuetudinariis. pag. 228. & in commentar. ad Consuetud. Nivernensem. fol. 607. Butill. lib. 1. observat. tit. 98. pag. 562. & ad eum Lud. Charond. & fol. 400. *Louet.* litt. A. cap. 18. & Brod. in eumdem. litt. I. cap. 4. Coral. var. resolut. jur. cap. 69. F. P.

Cap. 5. *Etsi necesse sit.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Castra quædam, quæ Rex Legionensis filiæ Regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur.* Ibi. *Legionensis.*

Ad historiam regni Legionensis & Castellæ, in Hispania. Primum in Hispania regnum Christianum, cui suberat Castella, quæ circa annum Domini 1000. in Regnum erecta, deinde regno Legionis unita, ut scribit Michael Ritius. de regno Hispaniæ. lib. 1. Raphael Volaterran. Geographiæ. lib. 2. dixi in Consuet. Paris. §. 29. num. 3. C. M.

Cap. 7. *Per vestras.*

TEXTUS. In Textu. in fine. Ibi. *Viro ad inopiam redacto, dotem mercatori committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonii sustinere.*

De usuris dotis marito ad inopiam redacto persolvendis, ad onera matrimonii persolvenda, & quis sit modus usurarum, secundum variorum doctorum sententias, & præcipue Molinæi. Dando eam partem lucri & damni, ut sentit Panorm. hîc. Paul. consil. 55. lib. 2. Calder. repetit. cap. naviganti. de usuris. Petr. Ancharan. repet. cap. peccatum. col. 2. de reg. jur. in 6. Ludov. Roman. consil. 238. consil. 500. & in hoc omnes conveniunt, ut dixi ad Alexand. consil. 80. lib. 3. sed capitali. in totum salvo, communiter reprobant, ut Laurent. de Rodulph. cap. consuluit. part. 2. quæst. 19. de usur. Anton. part. 2. tit. 1. cap. 7. §. 34. §. 37. Philipp. Decius. consil. 116. num. 5. Conrad. de Sumenhart. de contract. quæst. 94. Bernard. de Evangelio æterno. serm. 39. cap. 2. tamen Hostiens. in summa. de usur. §. an aliqua vers. quid si periculum. & Joann. de Lignano. in cap. finali. de usuris. Volunt defendere etiam toto capitali salvo, quod est verum, sub moderatione quam tradidi in tract. usurar. num. 500. num. 527. quæst. 84. C. M.

Ad intellectum pleniorem hujus capituli remissio ad Greg. Tholos. Ad illius cap. pleniorem interpretationem, adde Greg. Tholosan. in tract. de usur. lib. 2. cap. 12. num. 1. F. P.

TITULUS VIGESIMUS-PRIMUS.

De secundis Nuptiis.

Cap. 4. *Super illa.*

In Summario. Ibi. *Mulier nubens intra annum lugubrem, infamiam non incurrit.*

SUMMARIUM. An mulier intra annum luctus nubens infamiam incurrat de eadem materia ad authores remissio. Nisi quod notatur apud bonos & probos. dixi in annotat. ad Alex. consil. 3. num. 12. lib. 7. & apud Philipp. Decium. leg. 1. col. 1. cod de secundis nupt. consil. 130. C. M.

Adde in id Dom. Expilli. forens. exercit. 38. Diarium forens. exercitat. lib. 2. cap. 41. Anton. Morn. ad leg. 1. §. & si talis. dig. de his qui not. infamia. pag. 147. F. P.

Source : BIU Cujas

LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denunciationibus.

Cap. 1. *Si legitimus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si legitimus non fuerit accusator.* Ibi. *Item non debent esse inimici accusatores. infra. eod. cum oporteat. &c.*

Accusatores non debent esse inimici de jure canonico, non de civili.

In hoc, id est jure canonico, secus de jure civili. Panorm. hîc. C. M.

Cap. 5. *Nulli.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Episcopus ab accusatione nequeat repellere, quos à sua familiaritate neglexerit separare.* Ibi. *Vel forte superior ex officio suo posset tales repellere.*

Utrum familiaris admittendus ad accusationem ejus cujus est familiaris.

Idem Panorm. cap. dilecti filii. col. 5. supr. de except. & hîc. tamen contra sentit Ludovicus Gomes. in reg. cancell. 30. de impetrant. benef. per obitum familiar. quæst. 7. ubi censet in pœnam tolerantis cautum, ut familiaris criminosus accusare possit; puto judicem ex causis & personis arbitrari debere. C. M.

Cap. 11. *Ex parte.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Monachus accusare potest Abbatem, & de bonis monasterii expensas litis necessarias habebit.*

Monachus quandoque potest accusare Abbatem, etiam impensis Abbatiæ.

Cap. penult. infr. eod. Gemin. consil. 55. Guid. Papæ. decis. Delphinal. quæst. 561. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Licet alios accusare non possint. Juncto præcedenti summario. de monachis.* Ibi. *Monachus in scholis degens de licentia Abbatis, non debet intercedere pro alienis debitis, nisi quantum pertinet ad propriam necessitatem.*

Monachus in scholis degens de licentia Abbatis, potest se obligare pro propriis necessitatibus.

Quantum ad eum sat est quod est in scholis de licentia Abbatis, qui expensas promisit. Panorm. C. M.

Cap. 15. *Veniens.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nec contumacis procuratores in causa recipere criminali.* Ibi. *Habes ergo hic expressum, quod in causa criminali non intervenit procurator, nec ad agendum, nec ad defendendum.*

In criminali judicio procurator non admittitur, nec in agendo, nec in defendendo.

Si tamen intervenerit, & non fuerit objectum, valet quod fit cum eo, ut not. infr. de judiciis. cap. 1. lib. 6. & facit quod not. cod. de adulter. leg. quamvis indubitati. Joann. Andr. dixi ad Alexand. lib. 6. consil. 4. Hieron. Gratus. consil. 98. lib. 1. Cæpola. consil. 41. consil. 46. cum seqq. C. M.

Hujus Molinæani subnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori, quod Molinæum prænotaret, ab his verbis *dixi ad Alexandr. ad finem.* F. P.

Cap. 8. *Qualiter & quando.*

TEXTUS. In Textu. *Non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis ut aliorum corrigatis errores.*

Non pudeat quemquam errorem suum corrigere, ut alios mereatur corrigere.

Honor est, non ignominia, quod quis se corrigat potius quam ab alio corrigatur. 35. quæst. 9. quod quis & cap. veniam. & cap. seq. de elect. cap. nosti. de restit. in integrum. cap. ex litteris. Cardin. in cap. ab excommunicato. col. 1. num. 8. supr. de rescript. C. M.

Cap. 21. *Inquisitionis. §. in quo quidem.*

TEXTUS. In Textu. *In accusationis judicio, pœnam poterit judicantis discretio moderari.*

In criminalibus pœnæ plærumque sunt arbitrariæ.

Poterit etiam pœnam ordinariam imponere. Panorm. cap. 2. de confess. col. 3. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In inquisitionis negotio, sicut in accusationis judicio procedendum.* Ibi. *Videtur quod in casibus istis denuncians debeat se obligare ad pœnam talionis, sed non credo, sed ad pœnam extraordinariam, item nec videtur hic habere locum admonitio.*

Ad quid se obliget accusator vel denunciator.

Imol. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Si in modum accusationis convincitur quis de simonia, deponitur; si in modum inquisitionis convincitur, removetur ab illis Ecclesiis.*

Convictus de simonia deponitur & removetur à beneficiis.

Dic quod similitudo est quando crimen impedit tantum retentionem beneficii. C. M.

Cap. 22. *Ad petitionem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Legatus S. A. Generalis, præsente nec reclamante legato de causa particulari commisso inquisivit.* Ibi. *Legatus generalis non potest se intromittere de causa specialiter commissa, unde non valuit quod fecit iste legatus.*

Legatus S. A. generalis non potest se intromittere de causa specialiter commissa.

Dic melius, quod non valuit, non ex defectu potestatis, sed ex defectu solemnitatis & ordinis judiciarii. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum de talibus facta fides coram legato S. A.* Ibi. *Nota quod probationes factæ coram eo qui non est judex, faciunt fidem in alio judicio.*

Probationes factæ coram judice incompetenti, plærumque valet coram competenti.

Dic melius probationes factas coram judice suo inde valent, licet sententia privationis, ob defectum ordinis post probationes commissum, sit nulla. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Etsi restituendus foret propter judiciarium ordinem non servatum.* Ibi. *Hic enim de jure fuerat restituendus, propter judiciarium ordinem non servatum, sed Papa de officio suæ potestatis voluit eum manere privatum.*

Non servanda forma judiciarii ordinis, ubi notoria privatio beneficii.

Imo jure ordinario, quia notorie constabat de crimine requirente privationem. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Propter judiciarium ordinem non servatum.* Ibi. *Sed hîc peccatum fuit in alio ordine, scilicet in judice, qui cognoscere non debuit.*

Restituendus propter judiciarium ordinem non servatum.

Imo in ordine judicii. Hostiens. Panormit. hîc. C. M.

Cap. 23. *Accedens.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus. Juncto textu & casu capituli. de H. canonico Cremonensi apud Sedem Apostolicam decedente & præbenda collata à Papa Innocentio III. nepoti variis criminibus impetito.* Ibi. *Agenti possessorio adipiscendæ.*

Agenti interdicto recuperandæ possessionis, non obstat exceptio criminis, licet opponi possit agenti interdicto adipiscendæ.

Sed si recuperandæ, tunc, quia aliàs habuit possessionem, non admitteretur exceptio criminis, etiam cum infamia. Petr. Ancharan. in cap. 1. de reg. jur. in 6. Panorm. in disputat. 4. incipiente Titius. & in cap. si constiterit. supr. eod. & hîc. nisi esset infamia notoria, non solum notorietate facti, sed etiam notorietate juris, & propterquam nunc deberet suspendi. Adde Nicol. Boer. decis. Burdeg. 117. C. M.

Referuntur vestigia quædam vacationis in curia, in hacce decretali, sed propterea non sunt antiquiora iis quæ in sexto statim sunt exhibitæ.

Ex hoc cap. ut refertur supra. quidam arguunt & in decretalibus vestigia patere vacationis beneficiorum in curia, sed ex eo non esset antiquior consuetudo, hoc enim capitulum sibi authorem vindicat Innocentium III. qui subsequitur Clementem III. & Cælestinum item III. quorum primus est author cap. licet. de præbend. in 6. ubi vacationis beneficiorum in curia dicitur antiqua consuetudo, nec enim ex eo antiquior esset, quod illius vestigia paterent in hoc capitulo hîc inscripto in decretalibus

Source : BIU Cujas

cum Innocentius III. subsequatur Clementem III. authorem. cap. licet. de præbend. in 6. ut supra diximus, nisi dicas authorem. cap. licet. de præbendis. in 6. esse Clementem IV. ut notatur in margine. cap. præcedentis. sed & ex eodem capitulo patet differentia inter interdicta adipiscendæ, vel retinendæ possessionis, dicimus in foro *complainte ou maintemë* & reintegrandæ, ut in interdicto adipiscendæ possessionis, quod est de adipiscenda possessione, nondum quæsita, obstet exceptio criminis agenti, ut colligitur ex cap. omnipotens Deus. supr. de accusat. non vero agenti recuperandæ vel retinendæ possessionis interdicti, quia aliàs possessionem habuit, ut notat Molinæus, in quærendis enim beneficiis omnis macula abesse debet, non in retinendis, quod valde notandum. F. P.

In quærend's beneficiis omnis macula abesse debet, non vero in retinendis.

Cap. 24. *Qualiter & quando.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ex authoritatibus veteris & novi testamenti, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones.*

Unde jus canonicum emanaverit, & ut à sacra scriptura in multis, & à jure civili in aliis.

Non intelligas de toto jure canonico, quia in multis habet dependentiam à jure civili, secundum Panorm. hic. not. 2. sed tantum quoad quædam, ut etiam probat Joann. Gerson. in tract. de vita spirit. animæ. lect. 2. coroll. 3. in 3. parte operum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Qualiter & quando prælatus procedere debeat ad inquirendum.* Ibi. *Item si ille contra quem fit inquisitio, habet judicem suspectum, potest illum recusare, non ex odii fomite, vel quod judex sit criminosus.*

Judex non repellitur quamvis criminosus, nec recusatur ex eo.

Dic quod judex ordinarius non repellitur ob crimen, secundum Panorm. hîc. nisi crimen contigerit causam. Anton. Panorm. cap. super litteris. de rescript. Stephan. Aufrer. tract. de recusat. vers. 81. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Si infamia contra aliquem ad prælatum pervenit, non comparente accusatore, melius est quod inquirat, quia periculosum est accusare.*

Non comparente accusatore, contra infamatũ debet inquiri.

Idem specul. de inquisit. §. viso. & ibi Joann. Andr. in addit. Panorm. hîc. num. 24. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem glossa. Ibi. *Quid si aliquis alterius diœcesis, vel de aliena parochia, hoc tacito impetret inquisitionem, vel denunciet, numquid debet audiri? cum illius non interfit, credo illum repellendum.*

Cujus non interest, non admittendus ad inquisitionem, vel denunciationem.

Nisi sit clericus. Panorm. hîc. num. 24. quod hodie non procedit, quia ob numerum, & licentiam morum, vilescunt clerici & suspectiores sunt. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Regulares personæ facilius ab administrationibus suis, & liberius possunt amoveri.* Ibi. *Vocari potest hîc argumentum quod dignior est cœtus clericorum, quam cœtus monachorum.*

Nobilior cœtus clericorum quam monachorum.

Idem Joann. Andr. in mercur. cap. delictum. de reg. jur. in 6. Gemin. can. Episcopus. 17. distinct. Felin. in rubr. de major. & obed. Philipp. Decius. cons. 162. C. M.

Arrestum Magni Consilii Patrum, quo præcedentia Canonicis Regularibus addicta contra monachos Ordinis Benedictini hic refertur.

Et ex eo judicatum quod inter Regulares, cœtus Canonicorum Regularium sancti Augustini præcedere debeat cœtum Benedictinorum, arresto Prætorianorum Judicum, sive Magni Consilii, de die 17. Januarii 1645. perorantibus Olivario *Patru* pro Benedictinis, Ægidio *le Laudier de Grois* pro Canonicis Regularibus divi Augustini, quod & in Curia Romana aliàs decisum fuerat à Papa Pio IV. ex sententia & decreto trium S. R. E. Cardinalium ab eodem Pontifice in eam controversiam dirimendam præcedentiæ Canonicorum Regularium divi Augustini Lateranensium, contra Benedictinos Cassinenses, in cujus decisionem, cum Cardinales delegati sententiam suam dixissent, brevi Apostolico ejusdem Pontificis confirmata est, de die 18. Januarii 1564. quæ quidem sententia & breve Apostolicum

Sententia delegatorum Cardinalium brevi Apostolico confirmata, qua præcedentia Canonicis Regularibus Lateranensibus adjudicata, contra monachos Cassinenses.

referuntur ab Auberto Miræo, in tractatu originum & progressuum Canonicorum Regularium divi Augustini. cap. 6. & 7. F. P.

Cap. 25. *Sicut.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Delegati à Metropolitanis juxta concilium Lateranense, sollicite investigent quæ correctione & reformatione digna sunt, simpliciter & de plano, absque ulla jurisdictione.* Ibi. *Hodie non possunt Metropolitani inquirere de negligentia Suffraganeorum, nisi primo per alios referatur.*

An metropolitanus inquirere possit de negligentia Suffraganeorum.

Imo possunt. Panorm. C. M.

Cap. 26. *Olim.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Prædictis monachis, expensas factas in negotio inquisitionis contra Abbatem, in prosecutione negotii reformationis monasterii Tironensis, ministrari faciatis.*

Monachis in causa reformationis denunciatibus Abbatem expensæ debent refundi.

Supr. eod. cap. ex parte. & ita anno 1515. per arrestum Senatus Parisiens. quod posui in stilo Parlam. part. 7. num. 98. C. M.

In eamdem materiam decidendam ad alios Molinæi locos remissio.

Vide ad illud arrestum in nota margin. ejusdem Molin. ubi ad hoc cap. penult. remittit. Vide etiam eumdem Molin. in not. marginali. ad cap. ex parte. supr. eod. ubi & ad hoc cap. penult. remittit. F. P.

TITULUS SECUNDUS.

De Calumniatoribus.

Cap. 1. *Cum fortius.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Subdiaconum publice castigatum verberibus in exilium deportari.* Ibi. *Quam pœnam ecclesia imponit.*

An Judex Ecclesiasticus possit pœnam exilii pronunciare.

Imo nedum potest imponere, sed nec requirere, nisi velit personam accusatoris subire, quia Judex sæcularis debet de causa cognoscere, facit quod dixi in annot. ad Alexand. consil. 130. lib. 4. & ad Philipp. Decium. cap. at si clerici. de judiciis. C. M.

In eam materiam ad authores de eadem tractantes exilii remissio & arresta.

Adde Molin. in stilo Parlam. part. 5. quæst. 82. & ibi in margine in verbo bannire. Guenosium ad Imberti practicam. lib. 3. cap. 21. fol. 782. & quod refertur in priori volum. probat. ad libert. eccles. Gall. cap. 7. num. 69. ubi inscribitur arrestum Senat. Aquensis, de die 28. Januarii anni 1633. quo dictum fuit male & abusive pronunciatum à Vicario generali Ordinis Dominicanorum, in eo quod exilio damnaverat relligiosum: potest tamen Officialis & quilibet Judex Ecclesiasticus in reum criminis convictum clericum vel alium sacris ordinibus addictum pronunciare decreto suo, quod à diœcesi exeat, & propriæ sese restituat, non utendo verbis exulandi, quod decreto Curiæ Parisiensis confirmatum est, in publicis sessionibus causarum ex catalogo Lugdunensi recitatarum die 15. Julii anni 1631. perorantibus Perrerio alias *Perrier*, & Audemaro Talæo, tunc Patrono privato, postea generali effecto, ex suffragiis Hieronymi Bignonii advocati Catholici, Proto-Præside *le Jay* pronunciante. F. P.

Probatur arresto Senatus Parisiensis Judicem Ecclesiasticum posse clericum de crimine convictum condemnare in id quod ex diœcesi exeat & suæ se addicat.

Cap. 2. *Cum dilectus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quod non calumniandi animo processit.* Ibi. *Sed quomodo probabitur quod non calumniose denunciavit? Videtur quod per juramentum probari posset.*

Quomodo probandum denunciantem non calumniandi animo processisse.

Falsum est. Felin. hîc. & bene. ut notat glossa. & Doctores. in leg. 1. eod. de advocat. divers. jud. Francisc. Ripa. cap. cum. M. Ferrariensis. 9. supr. de constit. vid. Aymon. consil. 178. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.

Cap. 6. *Sicut.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Simoniaca pestis alios morbos vincit.*

Infectatur simoniam textus & Molinæus hic citatus.

Dixi in regul. cancell. reg. 18. C. M.

Et fortius in commentariis ad regulam 34. de publicand. resignat. num. 30. & 31. De qua & divus Lu-

Source : BIU Cujas

Ad alios locos Molinæi in eam dem simoniæ cõdemnationem remissio.

dovicus in pragmat. sanct. art. 2. ad quem dixi in commentario ad eamdem à me edito. F. P.

Cap. 11. *De hoc.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod receptum, ut electioni Oxonienſis Epiſcopi præſtarent aſſenſum, Eccleſiæ Oxonienſi reſtituant.* Ibi. *Quod ille qui pecuniam receperit, debet illam reſtituere Eccleſiæ, in cujus ignominiam data fuit.*

Receptum simoniace debet restitui Ecclesiæ propter quã exactum est.

Panorm. hîc. Guid. Pap. decis. Delphin. 581. C. M.

Cap. 12. *Cum eſſent.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si quoddam negotium Eccleſiæ promoviſſent, promiſerat dare Eccleſiam.* Ibi. *Promiſſio erat ſimoniaca; ſi vero ſine pactione negotium promoviſſet, bene poterat eum remunerare, ſive præſentando ad beneficium, ſive alio modo.* Ibi. *Remunerare.*

Simonia est in dato ex promissione propter officium exhibitum, non in dato absque promissione, ob remunerationem exhibiti.

Secundariò. Conrad. de Sumenhart. tract. de contract. quæst. 21. quæst. 36. Thom. in 4. sentent. dist. 25 quæst. 4. Joann. Gerson. in reg. moral. col. 11. not. doct. in leg. sed si lege. §. consuluit. de petit. hæred. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Licite poteſt ſervire Epiſcopo, ſpe futuræ remunerationis, nec committitur ſimonia in tali ſpe, dummodo principaliter hac intentione non ſerviat.*

Spes remunerationis abstracta ab intentione remunerationis cõsequendæ, non est simoniaca.

Panorm. Felin. hîc. C. M.

Cap. 22. *De ſimoniace ordinatis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Cum ſimoniace ordinato, qui ſimoniacus non eſt, diſpenſari poteſt.*

Dispensari potest cum simoniace ordinato, nesciente simoniam commissa.

Glossa pragm. sanct. de elect. §. deinde. verb. perpetuo. Philip. Decius. consil. 118. ubi dixi C. M.

Cap. 27. *Nobis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Electio ſimoniaca eſt caſſanda, ſi propter hoc electoribus promiſſa fuit pecunia, quamvis electus ignoret, niſi hoc factum fuerit in fraudem electi.* Ibi. *Caſſanda.*

Electio est cassa ob id quod datum vel promissum ad obtinenda suffragia, quamvis electus ignoraverit, nisi factum sit in fraudem.

Imo cassa. 1. quæst. 1. can. penult. cap. sicut. de elect. cap. Mathæus. supra. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Promiſſione interveniente poſtmodum eſt electus.* Ibi. *Innuitur ſi pecunia promiſſa vel data interveniat, ſi propter hoc ad eligendum non fuerint moti, aliàs electuri, non propter hoc, electio eſt vitioſa, ſed verius eſt quod ſimonia eſt commiſſa.*

Quod datur ab amico electori, ut procuretur suffragium electorum, qui aliàs elegissent, caret simonia.

Verum est, si fuit datum vel promissum electoribus, secus si ab amico fuit datum, vel promissum tertiò, quia tunc distinguitur, utrum erant electores aliàs electuri. C. M.

De ea materia decidenda ad alios authores remissio.

Adde eumdem Molin. in not. ad cap. sicut. 33. in glossa verb. nisi postea consenseris. infr. hoc tit. ubi per ratihabitionem dati vel promissi, inscio electo, contrahitur simonia, adde & gloss. pragm. sanct. tit. de electio. cap. sicut. §. si. vero. in verbo. simoniacam. F. P.

Cap. 28. *Dilectus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Contra promiſſionem venientem compellatis reſtituere quod accepit.* Ibi. *Sed Epiſcopus non committeret ſimoniam, ſi quandoque redimeret decimas, idem dicendum de beneficio, vel officio injuſte interdicto, quod non committit ſimoniam qui dat pro reſtitutione officii vel beneficii.*

Quod datur ut beneficium vel officium restituatur, caret simonia.

Intellige quando aliàs imminet magnum detrimentum, ut not. Hostiens. supr. eod. cap. ad aures. C. M.

De eadem materia ad authores remissio.

Adde Guid. Pap. quæst. 581. eumdem Mol. in not. & glossam cap. quamvis. 10. de elect. in 6. in verb. pravitate. & ad Selv. de benef. part. 1. quæst. 7. in verb. cap. non satis. de simonia. F. P.

Cap. 29. *Suam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, minus licite pecuniam exigit.* Ibi. *Si tamen conſuetudo eſt quod aliquid detur in exequiis mortuorum, licet ſacerdoti non detur actio ad petendum, tamen poteſt cogi populus ad obſervandam honeſtam conſuetudinem.*

Laudabiles cõsuetudines sunt observandæ velu-

Si quod nota 1. quæst. 7. can. exigunt. in 1. glos. Host. dicit quod etiam actio competit. ibi de facto. Joann. Andr. si ex devotione orta est consuetudo. Panorm. sed est velamentum nequitiæ. C. M.

ti dandi pro exequiis defunctorũ & benedictionibus nubentium.

De laudabilibus consuetudinibus servandis, circa oblationes & alia jura parochis & curionibus ex more præstanda, vide art. 51. ordinationis Blesensis, ordinationis Aurelianensis art. 15. moderantis, ex cujus temperamento laudabiles consuetudines oblationum inferendarum comprobatæ sunt. Vidé & tractatum nostrum & avitinum de beneficiis ecclesiasticis. ad verba cum suo reditu. part. 3. in quibus subjiciantur Ecclesiæ Episcopis, sive de censibus. §. 2. de tertia vel quarta parte oblationum. sub finem. Vide & diarium sessionum publicarum in Senatu Paris. habitarum. Joann. *du Freſne.* lib. 2. cap. 92. F. P.

De laudabilibus consuetudinibus servandis in oblationibus & aliis præstationibus parochis inferendis vide constitutionem Blesensem art. 51. & locos hic citatos.

Cap. 31. *Licet heli.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *De dilapidatione ſuſpectum.* Ibi. *Ex eo quod alia crimina non probarentur contra iſtum Abbatem, numquid ſi velit reddere Eccleſiam indemnem, remaneret in adminiſtratione Abbatiæ. videtur quod ſic. ſupr. de reb. Eccleſ. non alienandis. ſi quis presbyterorum. & ſupr. de electione quod ſicut.*

De dilapidatione accusatus, tendente accusatione removeri debet, nec admittitur ad cautionem indemnitatis præstandam, quia satisdatio malevolum animum non mutat.

Et hoc tenet Vincentius præstita cautione in futurum. 28. distinct. de Syracusanæ. quod mihi placet, decretal. quod sicut. non obstat, quia ibi facta fuit gratia. can. de Syracusanæ. non loquitur de dilapidatore, sed de eo in quo propter filios timebatur dilapidatio, & satisdatio. non mutat. &c. instit. de suspect. tut. §. penult. Goffred. Idem Joann. & Ægid. Host. dicit hoc verum, etiamsi esset Episcopus, tum propter dilapidationem, tum propter perjurium, cum sacramento teneatur non alienare, de reb. Eccles. non alienand. cap. ut super. de feud. cap. 2. Joann. Andr. sed contra tenet Panorm hîc. num. 20. dicens quod satisdatio non mutat malevolum animum. instit. de suspect. tut. in fine. C. M.

Cap. 32. *Per tuas.*

TEXTUS.

In Textu. in fine. Ibi. *Abbas, non expectata ſententia, quaſi male conſcius ſibi ceſſit.*

Not. ad textum de prosecutione civili ab administratione suspectum removendi.

Hîc civiliter tantum agebatur ut ab administratione removeretur. ut dixi in reg. cancell. num. 18. C. M.

Cap. 33. *Sicut.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod inſcio promiſſum eſt, nihil debet ad pœnam vel ad culpam imputari, niſi poſtea conſenſeris pecuniam promiſſam ſolvendo.* Ibi. *Et in quod dicit pecuniam ſolvendo, poteſt eſſe argumentum, quod non eſt ſimoniacus per ſolam ratihabitionem.*

Quod datur inscio electo. ad confirmationem consequendam non onerat simonia confirmatum.

Ex quo non est factum nomine suo, tamen ex hoc potest privari. ut hîc. C. M.

Cap. 34. *Tua nos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui bona temporalia recipiunt, ut quem admittant in Canonicum, non aliàs recepturi, apud diſtrictum Judicem culpabiles judicantur.* Ibi. *Unde iſti Simoniaci non dicuntur quantum ad Eccleſiam, niſi velis dicere, quod ſola intentio facit hominem ſimoniacum.*

Ut refert Innocent. & Host. qui dicunt quod sola intentio inducit simoniam in prohibitis quia simoniaca; in simoniacis vero quia prohibita requiritur pactio, de his. de offic. deleg. supr. ex parte. tenendum tamen est quod numquam sola intentio inducit nisi mentalem. Quid autem de descriptione simoniæ dixerit hîc Hostiens. dixi supr. eod. nemo. super gloss. 2. Joan. Andr. dic quod sola intentio facit Simoniacum quoad peccatum, sola vero pactio quoad pœnam juris positivi. Panorm. C. M.

Sola intentio facit simoniacum quoad peccatum, sola pactio quoad pœnam, quod notandũ ut quotidie occurrens.

Cap. 41. *Audivimus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quidam Epiſcopi decedentibus parochis Eccleſias interdicto ſubjiciunt, nec patiuntur alios inſtitui, donec ipſis certa pecunia perſolvatur.* Ibi. *Numquid talis dicitur Simoniacus qui ſic ſolvit pecuniam? videtur quod non, quia redimit jus ſuum.*

An qui donat aliquid ad amovendum obstaculum promotionis, sit simoniacus, vel non.

Dic contra. Panorm. Felin. quia certat de promovendo. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 44. *Jacobus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Recepto in Canonicum debetur præbenda & reditus, non obstante quod non servaverit consuetudinem de aliquo temporali dando Canonicis.*

Consuetudo exigendi introitus nomine, an simoniaca. Decis. Tholosan. 312. dixi ad Philip. Decium. cap. cum in. num. 33. de constitut. C. M.

De ea materia decidenda ad authores remissio. De his quæ præstantur à novis Canonicis introitus nomine an simoniaca sunt necne, vide Langhecruc. de vit. & honest. cler. lib. 4. cap. 4. pag. 529. gloss. pragm. sanct. tit. de annat. in verb. consuetudine. in medio. F. P.

Cap. 46. *Mandato. §. consulimus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Mandatum, ut cum monachis, qui locum in monasteriis per simoniam sunt adepti, dispensaretur, etiam ad Abbates extendi.*

Abbas quandoque venit sub nomine monasterii, & monachorum, sicut decanus nomine capituli, & Canonicorum. Abbas venit appellatione monachorum, sicut & capituli decanus. gloss. Joann. Imola. clement. ut hi qui. de ætat. & qual. Alciat. leg. 1. in princip. num. 45. de verb. obligat. Philipp. Decius. cap. significatum. num. 2. de præbend. fallit ut per Roman. cons. 259. Philipp. Franc. in proœm. Gregorii. col. 10. Philipp. Decius. cap. 1. num. 17. de elect. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nullo pacto, sed affectu animi præcedente.* Ibi. *Ergo sola voluntas, seu affectus animi non facit aliquem simoniacum, licet aliter peccet, sed secus videtur in usura.*

De mentali simonia & usura idem judicium. Non est differentia inter mentalem simoniam, vel usuram, sed obligant tantum ad pœnitentiam, ut dixi in tract. usur. num. 7. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De Judæis & Saracenis, & eorum servis.

Cap. 5. *Judæi.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Principes sæculares excommunicari debent, qui Judæos baptizatos bonis suis spoliare præsumunt.*

Judæi baptizati retineant bona sua quæ habebant ante baptismum, Quod bona retineant volunt etiam statuta Sabaudiæ, & arresta Senatus Parisiensis, ut in stilo Parlam. part. 5. quæst. 283. & concil. Basileense. sess. 19. tamen oppositum servat Papa Avenioni cum magno scandalo. C. M.

De eadem materia ad alios Molinæi locos remissio. Videnda ejusdem Molinæi nota. ad quæst. 283. Joann. Galli. in verb. bona. & ibi addenda ut & alia nota, quam idem Molinæus annexuit margini extravag. Joann. XXII. dignum arbitramur. de Judæis. in extravag. commun. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Judæi in domibus suis Christiana mancipia habere non permittantur.* Ibi. *Item ne Judæi ex testamento Christiani aliquid capiant.*

Judæi collegialiter non sunt capaces Legatorum Christianorum, singulariter sunt capaces. Falsum est, quia nullo jure cavetur de singulis Judæis, sed tantum de ipso collegio, lib. 1. & ibi gloss. cod. de Judæis. Bart. & alii. in leg. 1. cod. de sacros. Ecclesiis. & in leg. cum senatus. de rebus dubiis. C. M.

Ad firmandam prohibitionem legandi collegiis Heterodoxorum duo hic referuntur arresta Senatus Parisiensis. Idem servatur de collegio Heterodoxorum cui legari non potest, & legata collegialiter iisdem relicta debent hospitalibus locorum addici, quod duobus arrestis Senatus Paris. confirmatum; altero Edictalis Cameræ de die 27. Januarii anni 1626. quod refertur in diario sessionum publicarum Parlam. Paris. lib. 1. cap. 78. altero ejusdem Cameræ de die 1. Februarii anni 1646. in cujus controversia publice dixeram, pro hospitali sancti Bartholomæi Rupellensis, & in lite scripseram. F. P.

Cap. 8. *Ad hæc.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne infantes, in eorumdem Judæorum scilicet domibus, Christianæ nutrices nutrire præsumant.* Ibi. *Et ita videtur quod extra domum Judæorum possint, eadem tamen prohibitio est.*

Nutrices Christianæ infantes Judæorum nec extra, nec intra domum eorumdem nutrire præsumant. Supple etiam extra domum. Joan. Andr. Joan. de Anania. Marian. Socin. Felin. hîc. sed necessitas non excluditur. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De Hæreticis.

Cap. 9. *Ad abolendam.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Ad abolendam. & infr. & paulo post. Vinculo perpetui anathematis innodamus. & infra. Juncto medio. de damnatis hæreticis, & complicibus, & ibidem denominatis. Juncta inscriptione. Lucius III.* Ibi. *& infra.*

Not. ad hanc decretalem oppositam integriori, ut est in antiqua compilat. de damnatione & absolutione Humiliatorum. Compilator rursus textum resecat, quia sequebatur in integra damnatio quorumdam Humiliatorum, quorum opiniones hæreticas Lucius III. declaraverat, eosque præcisos gladio sæculari subjecerat, sed Clemens III. re melius discussa, eos absolvit & restituit, nec fuisse hæreticos declaravit, ut testatur Bernardus. supr. de restit. spoliat. cap. olim. gloss. 1. nec est ulla decretalis quæ tot pariat scissuras, ut ista. C. M.

Cap. 13. *Ex injuncto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod in aure auditus, prædicate supra tecta. & infra.*

Nihil summandum appositius & ad rem melius quam notatum. Primùm ergo regnum Dei, & justitia ejus, per verbum ejusdem purum quæratur, & omnia recta. Math. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Tam institutio, quam destitutio ad Episcopum noscitur pertinere.* Ibi. *Ad quem pertinet institutio, & destitutio.*

In rebus extraordinariis, non est arguendum de uno ad aliud, nec de majori ad minus, sicut in connexis, quando partes sunt dissimiles, Ordinario jure, ex speciali enim jure vel commissione posset competere alterum sine altero. Idem in præscriptione; qui enim præscripsit institutionem, non intelligitur præscripsisse destitutionem, vel renunciationis receptionem, aliàs diceretur præscriptum quod non fuit possessum, contra reg. sine possessione. cum concord. infra. de reg. jur. lib. 6. & dig. de usucap. leg. penult. §. finali. non obstat connexio, per ea quæ not. eod. tit. odia. de visitatione quoad procurationem, & de novalibus quoad decimas, ad idem quod not. de major. & obed. cum inferior. in 1. gloss. cum sua remissione, & quod not. dig. de procur. qui procurator. & cod. de annal. except. leg. finali. in 1. glossa. post princip. facit de rescriptis. cap. susceptum. lib. 6. Joann. Andr. idem Cardin. Clement. quæst. 7. de renunciat. Gemin. cap. nemo. in fine. de elect. in 6. Philipp. cap. dilectis. num. 2. de appell. cap. referente. in princip. de præbend. C. M.

Nota ad ea quæ extraordinario jure introducta sunt, Hæc glossa, & nota Molinæi eidem addita, singularis est in id quod in rebus extraordinariis, non est argumentandum de uno ordinario ad aliud extraordinarium, nec de majori ad minus, nec in similibus, quorum quædam exempla hîc proponuntur, plura alia hîc supple, & adde ad similia. F. P.

Cap. 15. *Excommunicamus. §. si qui autem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si qui de prædictis deprehensi. Juncto textu præcedenti de hæreticis ibidem denominatis.* Ibi. *Si vero postea redire voluerint, recipiendi sunt.*

Hæretici ad fidem Catholicam revertentes recipiendi, & in id plures authores citati. Idem Joann. Andr. supr. eod. cap. excommunicamus. col. 3. Andr. Isarn. de stat. contra lib. Eccles. post usus feud. Philipp. Decius. cap. at si clerici. col. 21. de jud. & cons. 137. num. 3. Uldar. Zazius late consil. 23. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De Schismaticis, & ordinatis ab eisdem.

Cap. 1. *Quod à prædecessore.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ordinationes ab Octaviano & Guidone hæresiarchis irritas esse censemus.* Ibi. *Octavianus & Guido in schismate electi, hic vocatus fuit Victor, ille Paschalis, quorum facta hîc damnantur, & Alexander restitutus est post mortem eorum.* Ibi. *Alexander.*

Ad historiam temporis illustrandam. Scilicet III. qui cum diu in Gallia profugisset, tan-

Source : BIU Cujas

dam, vel falsitatem ejus detegendam.

dem Friderici Oenobardi Venetorum auxilio capti collum Venetiis pressit. C. M.

Confutatio fabulæ supposititiæ de Alexandro III. Frederici Oenobardi collum Venetiis premente.

Hoc commentitium plures dicunt, nec de eo quicquam habetur in priscis & probatis authoribus, ut nec apud Platinam, de eo editus est tractatus singularis hujusce fabulæ confutandæ causa, ad quod censuram & notam addere debuerat Dom. G. D. P. forte convenientius, quam ad plæraque alia Molinæi loca, quamquam ipsius conatus in pluribus laudandus sit. F. P.

TITULUS NONUS.

De Apostatis, & iterantibus baptisma.

Cap. 2. *Ex litterarum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ut relligionis favore dispensari valeat circa ea, id est iterationem baptismi.* Ibi. *Ingressus relligionis tollit omnem irregularitatem. solve, irregularitas illa quæ consurgit ex proprio delicto, non tollitur per ingressum relligionis, sed favore relligionis cum eo dispensatur.*

Quæ irregularitas tollatur per ingressum relligionis, & quod ex proprio delicto exsurgens non tollitur.

Idem Panorm. cap. cum deputat. supr. de judiciis. & hîc. C. M.

Cap. 3. *Tua.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Clerici de apostasiæ crimine infamati, qui abiecerunt habitum clericalem, non sunt in sæculari habitu tolerandi.* Ibi. *De aliis in inferioribus ordinibus constitutis intelligi non posset, quia possunt renunciare in totum ordini clericali.*

Quomodo amittatur privilegium clericale, & quibus actibus.

Scilicet facto exercendo actum contrarium, non autem simplici verbo. Panorm. C. M.

Qui clerici nostro jure Gallico clericali privilegio frui debeant.

Ita Panorm. qui dat cautelam ut Episcopus clericos in minoribus constitutos trino moneat edicto, de habitus clericalis derelicti sumptione, aliàs clericali privilegio fore privatos; jure Gallico novo constitutione Ruscillionensi. art. 21. & Molin. art. 40. nullus in minoribus constitutus clericali fruitur privilegio, vel pro clerico reputatur, nisi beneficio potiatur, vel divinis in habitu deserviat, alicui mancipatus Ecclesiæ, Gallice *s'il ne porte les draps*, juxta concilii Tridentini decisionem. sess. 23. tit. de reformat. cap. 6. G. D. P.

De quæstione quinam clerici privilegio clericatus gaudeant decidenda ad varios Molinæi locos & authorum aliorum remissio.

Quoniam hîc disputatio incidit, quinam clericali privilegio gaudeant, addenda hîc notæ ejusdem Caroli Molin. ad cap. 16. de vita & honest. cler. in summario. & epigraphe. item ad cap. 23. in summario. de sentent. excommun. ad cap. 1. de clericis conjug. in 6. & ad cap. 1. de vit. & honest. cler in summario. in clementinis. Idem in stili Parlam. part. 3. tit. 44. §. 4. in verbo negotiationibus. & tit. 45. §. 12. in verb. clericaliter viventium. Idem part. 5. stili Parlam. quæst. 74. in verbo pendente. & in quæst. 112. in verb. fraus. Adde & tractatum nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis. ad verb. cœlestis. cap. 1. de vit. & honest. cler. §. 6. quibus casibus privilegium clericatus amittitur. in postremo casu. qui clerici privilegio gaudeant clericali. F. P.

TITULUS DUODECIMUS.

De Homicidio voluntario & casuali.

Cap. 1. *Veniens.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.*

Homicida debet puniri capite, nec ulla asili securitate gaudere debet.

Etiam clericus, ut nec immunitate ecclesiæ, nec privilegio clericali gaudeat, prout etiam textus sacræ scripturæ non distinguit. Exodi. 21. Deuteronomii. 19. & ita judicatur arrestis Senatus Parisiensis & Tholosan. ut habetur in stilo Parlam. part. 5. quæst. 351. & part. 6. num. 67. sequitur. & plura alia arresta citat Nicol. Boerius. decis. Burdegal. 69. num. 16. cum sequ. C. M.

De præcedenti materia decidenda ad authores remissio.

Adde & notas Molin. ad locos citatos in stilo Parl. & Dom. Didacum Covarruv. Hispanum. lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 7. F. P.

Cap. 6. *Sicut.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. in principio. Ibi. *Papa, id est Alexander III. mandavit Episcopo Exoniensi, quatenus omnes occisores Thomæ absolveret.*

Ad historiam martyrii sancti Thomæ Cantuariensis illustrandam.

Quem Henr. II. Rex Angliæ Cancellarium suum, deinde Cantuariensem Archiepiscopum fecerat; Sedis deficiens, & jura Regaliorum abolere volens, & appellationibus ad Papam principem suum veniens, ab eo in templo occisus est. Anton. tit. 17. cap. 3. & nuper Henr. VIII. Anglorum Rex eum perduellionis damnavit. C. M.

Ibidem. §. *Clericus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Et illos qui consilium dederunt. Junctis præcedentibus de occisione sancti Thomæ Cantuariensis.* Ibi. *Qui committit homicidium, non solum non debet promoveri, sed in perpetuum deponi, & cum isto nunquam dispensatur.*

An Papa cum reo homicidii vel fautore dispensare possit vel Episcopus.

Imo potest semper Papa dispensare. Host. Panor. Felin. hîc. per cap proposuit de concess. præb. C. M.

Papa dispensare potest circa homicidam, non vero Episcopus vel alius inferior.

Hanc tradit regulam Innocentius III. cap. proposuit de concess. præb. Papam secundum plenitudinem potestatis, de jure posse supra jus dispensare. glos. vero ad can. miror. 50. distinct. habet quod Episcopus non potest dispensare cum homicida; unde colligendum glossam nostram ex citatione can. miror. loqui de dispensatione Episcopi, non Papæ. G. D. P.

Cap. 16. *Significasti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Inquiri fecimus, utrum equi vitium prius scivisset, qui cursu abreptus mulierem occiderat.* Ibi. *Sic enim levissima culpa facit hominem irregularem.*

Ex leviori culpa non oritur irregularitas, puta ex ignorantia vitii equi sese abripientis.

Secundum Joann. unde dicebat G. quod si ab instructo & perito in equitando potuisset hoc prævideri, imputaretur ei. infr. cap. ult. Joan. Andr. sed quod ex levissima culpa non fit irregularis. tenet Ang. Clavas. verb. irregularitas. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori ab his verbis, *sed quod ex levissima culpa. ad finem usque.* F. P.. Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si est ita, id est quod vitium equi ignoravit.* Ibi. *Sed qualiter constabit de hoc? ob defectum probationum, per juramentum proprium faciet fidem.*

Quomodo probatur levior culpa damnum dantis.

Idem Panorm. hîc. Gemin. consil. 110. C. M.

Cap. 19. *Tua nos.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Relligiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiam si peritus & diligens.*

An clericus exercens chirurgiã conservet privilegium clericale, vel decidat ab eo.

Sed quid de clerico sæculari. Panorm. hîc. idem tenet, sed Felinus. contra, ut etiam sentit August. de Anchona. tract. de potest. Eccles. quæst. 109. art. 9. sed Joann. Gerson in lib. de vit. spirit. anim. lect. 4. corollar. 9. valde miratur, cur presbyteri & relligiosi prohibentur à scientia Medicinæ, & non removentur de facto à studio traditionis humanæ. C. M.

Quæ medicina vel chirurgia interdicta sit clericis, vel relligiosis.

Dissidium inter Panorm. & Felin. inde manat, quia Medicum cum Chirurgo confundunt, quorum hodie professiones distinctæ sunt, nec verum est sacerdotibus & relligiosis studio medicinæ prohibitum esse vacare. Imo nec chirurgiæ; ea vero sola illis chirurgia interdicitur, quæ vel adustionem, vel incisionem requirit. cap. sententiam sanguinis. ne cler. vel monach. debuerunt itaque Gerson & Molin. confusas improbare Doctorum opiniones, non etiam justis & æquis Pontificum insultare constitutionibus, summa doctrinæ hæc est, sive ante, sive post ordinationem, vel professionem, clericis & relligiosis licet in omnibus scientiis non expresse prohibitis, etiam in Medicina, & omnibus ejus partibus studere, non autem Chirurgiam exercere, ita ut vel adustio vel incisio sequatur, atque in Medicina caute versari debent, ne sua irregularitatem

Studium non interdictum, sed solum exercitium, quod adustione, vel incisione fiat.

Source : BIU Cujas

Verus sensus datus canonicis cõstitutionibus exercitium Medicinæ vel Chirurgiæ clericis vel religiosis interdicentibus & ad eas remissio ad authores.

culpa, vel facto incurrant; estque hic verus sensus cap. ad aures. de ætat. & qual. & ordin. cap. sententiam. ne cler. vel monach. cap. tua nos. de homicid. volunt. videndus Covarruv. §. 4. 2ª relectio. clement. si furiosus. de homicid. & notandum ex Joann. Gallo. quæst. 336. Chirurgum, licet clericum, non declinare forum sæcularem, in concernentibus exercitium Chirurgiæ. G. D. P.

Adde notam Molinæi ibidem. F. P.

Cap. 22. *Exhibita.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Puer ludens lapidem projecit in puerum, qui incidens, metu projectionis, in alium lapidem, incuria medicantis mortuus est.* Ibi. *Videtur quod opus potius spectetur, non exitus.*

In maleficiis opus potius spectatur, quam exitus.

Nisi nulla culpa præcesserit. Panorm. hîc. num. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Postulavit à nobis ille clericus, scilicet ab Honorio III. authore hujus cap. ut cum de consodalis obitu læsam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer cum eodem. Præmissis præcedentibus, & casu ejusdem cap.* Ibi. *Per hoc videtur culpabilis, sed non est verum, quia hoc fecit ex benignitate & humilitate.*

Qui fatetur, ut absolvatur ad cautelam non est præsumendus culpabilis, quod valde notandum.

Ibi ut not. supr. de elect. cap. per venerabilem. vers. servis quoque. dicit Hostiens. quod in judicio vel quasi solemniter & publice absolutio petebatur, ut aliàs extra judicium sententiæ observatio non obesset, ut patet supr. de restitut. spoliat. cap. olim. 3. nec etiam in judicio, si talis petitio fieret ad cautelam. sicut infra. de sentent. excommunicat. venerabilis. hîc autem petita fuit venia extra judicium ad cautelam, ex benignitate, compassione, & humili liberalitate, ut mitigaretur dolor, &c. ut dicit textus, & ideo non nocuit secundum eum. Joan. Andr. idem Felin. hîc. & in cap. litteras. col. 4. de præsumpt. Bald. in leg. 2. cod. de ingenuis manumissis. Philipp. Decius. in leg. non videtur esse. in fine. de reg. jur. Anton. Corset. in repert. verb. absolutio. C. M.

Et hoc congruit absolutionis ad cautelam usui quotidiano.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De Torneamentis.

Cap. 1. *Fœlicis.*

INSCRIPTIO. In Epigraphe sive Inscriptione. Ibi. *Ex concilio Lateranensi, de vetitis torneamentis.*

Not. in epigraphem & constitutionem in concilio Lateranensi editam de torneamentis vetitis.

Bona constitutio, sed non fuit in usum recepta, & sic non valet. per not. in cap. 1. supr. de treug. & pace. C. M.

Ad expositionem torneamentorum ad authores remissio.

De torneamentis licitis vel illicitis vide Ludovicum Lacerdam in adversariis sacris. cap. 57. num. 1. Francisc. Raguell. in indice jurium Regalium. in verb. *tournois*. Vide & tractatum nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis. ad verb. cœlestis. cap. 1. de vita & honest. cler. §. 16. de torneamentis & clericis pugn. in duello. F. P.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De Sagittariis.

Cap. unicum. *Artem illam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Artem mortiferam adversus Christianos exerceri.* Ibi. *Secus de Saracenis à contrario sensu, & intellige de bello injusto.*

An in morte illata differentia sit facienda belli justi vel injusti, Christianorum vel Saracenorum.

Item Conrad. de Sumenhart. de contract. quæst. 4. conclus. 3. & doctor. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sub anathemate prohibemus. Junctis præcedentibus, Artem mortiferam Balistariorum & Sagittariorum. &c.* Ibi. *Dicas quod si judex dicat, præcipio sub pœna excommunicationis, non est excommunicatus, contrarium faciens, sed excommunicandus.*

Cæpola causarum criminal. consil. 13. col. 5. & latissime Durand. Tiraquell. reper. leg. si umquam. verb. revertatur. num. 210. cum sequ. ubi limitat. cod. de revoc. donat. C. M.

Inhibitione sub pœna facta non infertur pœna ipso jure, sed eget condemnatione.

Unde vulgo dicitur pœnas esse comminatorias, in id vide not. Mol. ad cap. pastoralis. §. verum. in summario. de appellat. & in commentariis Decii. ad d. cap. pastoralis. eod. §. verum. in verbo denunciatio. ubi idem Molin. notam adjicit. Vide & glossam pragm. sanct. tit. de concubinariis. §. necnon. in verbo movere. F. P.

De pœnis comminatoriis ad authores & locos hic citatos remissio.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De Adulteriis, & Stupro.

Cap. 6. *Intelleximus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quod ab ipso non expulsa recessisset, sed spontanea.* Ibi. *Licet mulier de domo viri sponte recedat, si tamen volens redire non fuerit admissa, intelligitur spoliata.*

Uxor spontanee divertens redire volens non admissa, videtur spoliata, & idem in viro.

Idem Joann. Andr. Panorm. hîc. & supr. de offic. deleg. cap. causam matrimonii. & idem in viro. C. M.

Cap. 7. *Tua fraternitas.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Obtentu mutuæ fornicationis nequit uxoris suæ consortium declinare.* Ibi. *Videtur eo ipso quod alter conjugum fornicatur, reliquus possit ei debitum denegare, quod si post modum alter fornicetur publice, alter recuperat servitutem amissam.*

Mutua fornicatio conjugum conservat utrumque in mutuo debito conjugali exigendo.

Idem si occulte, secundum Hostiens. Joan. Andr. Panorm. hîc. num. 6.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum.

Cap. 27. *Cum causa.*

TEXTUS. In Textu. Ibi *Raptor dici non debet, cum mulieris habuerit assensum, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuisse.*

Raptus in parentes gladio puniendus in Gallia, contra jus canonicum.

Imo est verus raptus in parentes. leg. unica. cod. de raptor. unde in Gallia, spreto jure canonico, raptores capite puniuntur. & bene.

De pœna raptoris, & an matrimonium inter raptorem & raptam valeat, necne.

Pontifex non negat filiam parentibus fuisse raptam, nec usus Galliæ de pœna raptoris raptæ consensu non obstante inducit canonici juris contemptum, quia hîc non agitur de pœna raptoris, sed matrimonii raptoris & raptæ validitate, inspecto tempore, quo Lucius III. author hujus capituli, sedebat, hodie, quia clandestinum non subsisteret matrimonium, ex concilio Tridentino, nec ex Regis constitutione Blesensi. art. 40. 41. 42. minusque ex novo Ludovici Justi edicto. G. D. P.

De eadem materia definienda ad authores remissio.

Adde Molin. in not. ad principium can. 36. quæst. 1. in præfatione. in verb. quæritur utrum raptum commiserit. Vide Adrian. Pulvæum de nuptiis sine consensu parent. non contrah. pag. 17. F. P.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De Usuris.

Cap. 1. *Plures clericorum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui detestandis usurarum lucris insistit, & Ecclesiastici officii periculum patiatur, nisi forte Ecclesiæ beneficium, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.* Ibi. *Idem si fuerit feudum Ecclesiasticum, computabit in sortem.*

De usuris damnatis, res ecclesiæ de manu laicorum redimatur.

Hoc est quod textus intendit, sed dicendum ut scripsi in Consuetud. Paris. §. 1. gloss. 9. num. 24. cum sequ. C. M.

Cap. 6. *Cum tu.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Usurarii coguntur per pœnas Lateranensis concilii usuras restituere, & possessiones emptæ ex pecunia fœnebri, vendi debent, & ex eis satisfieri.*

Source : BIU Cujas

Res empta ex pecunia fœnebri redhiberi debet, & ex pretio satisfieri, nec ad id tamen cogendus.

Non tamen sunt hypothecatæ. Panorm. hîc. num. 12. nisi ut officio judicis avocentur ab habente causam lucrativam. leg. si me & Titium. si certum petatur. vel nisi sit res ipsa pro usura data. Angel. Clavas. verb. usura. 2. §. 18. in fine. Lap. allegat. 74. Ambros. de Vignate. repetit. cap. salubriter. num. 231. infr. eod. Hypol. Marsil. singul. 67. summa Silvestrina. verb. usura. 8. quæst. 4. & ita restringi debet quod ait Francisc. Ripa. lect. 1. num. 9. in quibus caus. pign. vel hypotheca tacite contrah. adde Petr. Ancharan. repetit. cap. peccatum. col. 30. de reg. jur. in 6. Jason. Alciat. in leg. si eum servum. si certum petatur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Sive post, sive ante interdictum Apostolicum, usuras extorserint.* Ibi. *Quando constitutio retrotrahitur dictum fuit supr. de constit. cap. ult.*

Quando constitutio nova retrotrahatur vel non, & ut illud intelligendum quod respiciat futura & præterita.

Dic quod illud cap. ultimum proprie non respicit præterita ut præterita, sed ut futura. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non debent ulla pœna multari, qui non habent in facultatibus.* Ibi. *Si tamen redierint ad pinguiorem fortunam, tenentur ut prius, & in solidum, nec habetur ratio ne egeat,*

De pœna residui adversus fraudulosos debitores bonis cedentes.

Transeat in foro pœnitentiali, sed debet haberi in foro contentioso. Panorm. num. 10. ego puto quod idem in foro conscientiæ, dolo cessante. C. M.

Cum quis bonis cesserit, usu nostro, cessio tam pro futuris, quam pro præsentibus operatur bonis, complectiturque futura, sive profectitia, sive adventitia, quæ curator datus administrat, non cessionarius, nisi fuerit à cessione restitutus diplomate regio, sub æris alieni solvendi onere, nec eo casu quidquam invitis deducitur creditoribus, opinio tamen Molinæi de jure civili procedit. leg. 4. dig. de cess. bon. porro licet contingere possit, ut quis facultatibus sine dolo labatur, vix tamen usurarius dolo caret, nec ullo favore dignus est. G. D. P.

Cessio bonorum est tam de præteritis, præsentibus quam de futuris bonis.

Vide pro suplemento hîc quod habetur. supra. ad cap. Odoardus. de solution. & quod ibi à me adnotatum est. F. P.

De effectu cessionis bonorum ad authores remissio.

Cap. 6. *In civitate.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Vendens rem plus quam valeat, quia solutionem differt supple pretii, peccat, nisi tempore solutionis valor rei variatus sit, & qui vendidit non erat venditurus nisi eo tempore.*

Qui vendit rem pretio rei æstimationem superante differens solutionem, peccat, nisi augeatur tempore solutionis, & non erat venditurus alio tempore.

Vide si vacat Alexand. consil. 121. lib. 5. Cæpola causs. civil. consil. 10. Anton. Burgos. cap. ad nostram. col. 4. de empt. & vend. Philipp. Decium. cons. 111. consil. 119. sed nullus umquam verum sensum attigit, quem dedi in tractatu usur. num. 516. ubi etiam nove docui jus canonicum non discordare à civili in materia usurarum. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. *Venditores plus vendentes rem quàm valeat tempore venditionis, peccatum incurrunt.*

De eadem materia quæ supra & recurre ad Molin. loco citato.

Hæc generalitas nimis est indiscreta, attentis loco & personis, quæ sunt januæ, ubi fere semper dilatio habet notabile interesse, per se, etiam si certum sit pretium non auctum iri in termino, sed servari debet, ut dixi in d. tract. de usuris. C. M.

Cap. 8. *Conquæstus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *De fructibus terræ sorte recepta, terram ipsam debitori reddatis, nisi terra sit de fendo monasterii.* Ibi. *In hoc casu fructus non computentur in sortem, non debet tamen interim Ecclesia recipere servitium à vassallo.*

De fructibus sorte exsoluta, res debet restitui libera debitori, etiam servitio.

Non sufficit, nisi servitium æquipolleat fructibus, & sic proprie non valet hæc exceptio, ut dixi in Consuet. Paris. §. 1. glossa 9. num. 24. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. paulo post. Ibi. *Et hoc favore Ecclesia.*

Hoc non valet. Conrad. de Sumenhart. de contract. quæst. 32. C. M.

Ibidem.

Et in eadem Glossa. circa medium. Ibi. *Maxime in bonæ fidei contractibus.* Ibi. *Usuræ veniunt ex mora. Junctis præcedentibus. de fructibus in sortem imputandis. dig. de usuris. leg. mora. §. in bona. sequitur fidei contractibus ex mora usuræ debentur.*

Joann. Andr. dicendum ut nove & plene dixi. in tract. usur. quæst. 40. & quæst. 74. C. M.

Ibidem.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Item ubi aliquid apponitur nomine pœnæ, dum tamen non in fraudem usurarum.*

Sed præsumitur secundum Alexandr. late. cons. 49. lib. 4. Ludov. Roman. cons. 510. sed dicendum ut nove dixi in tract. usur. quæst. 80. quæst. 82. C. M.

Cap. 10. *Consuluit.*

TEXTUS.

In Textu. in fine. Ibi. *Date mutuum nihil inde sperantes.*

Quid sit *date mutuum nihil inde sperantes* videndum ubi remittit nota Molin.

Quæ verba clare & nitide exposui. in tract. usur. Latino. quæst. 2. num. 72. & in Gallico num. 46. quo nomine multi insignes viri etiam Theologi è Schola Sorbonica mihi gratulati sunt. C. M.

Unde tractatus de usuris Molineanus placuerit Romanis, suppresso tamen nomine ipsius authoris.

Ex eo tractatu multum gratulari debuit Carolo Molinæo, cujus persona, & alia omnia scripta & documenta, cum Romæ, & apud Ultramontanos extremo odio haberentur, quia forte liberius suam doctrinam exposuerit, ut aliquo modo cohiberet laxiorem Curiæ Romanæ conferendi beneficia modum, ut sua scripta censuræ perpetuæ addixerint, tamen ipsiusmet doctrina usurarum apud eos ita placuit, ut hunc tractatum apud ipsosmet edi curaverint, immutato tamen authoris nomine in Gasparem Caballinum, quasi quemdam artis Caballisticæ authorem. F. P.

Cap. 16. *Salubriter.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Salubriter, & infra. Generum ad fructus possessionum pro dote obligatarum computandos in sortem non credimus compellendum.*

Fructus possessionum pro dote obligatarum non debent imputari in sortem.

Circa hunc textum multum errarunt non solum Canonistæ, sed etiam quidam Theologi. ut Jacobus Alcmain. in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 5. dicendum hîc nihil speciale esse in dote, ut etiam primus dixi. Bald. novell. in tract. de dote. part. 7. privileg. 3. nec refert an pignus fructiferum datum sit vel non, data dilatio vel non, sed idem generaliter pro ratione justi interesse, etiam in cessionario, vel vidua, ut plene dixi in tract. usur. num. 523. cum sequ. C. M.

De præmissis ad authores hîc citatos remissio.

Pro hujus capituli & sententiæ illius majori intellectu, vide Fortunium Garciam Hispanum in tractatu de ultimo fine juris civilis & canonici. num. 103. & alterum Hispanum Dominum Didacum Covarruviam lib. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 3. ubi illud cap. suo. naturali & vero. sensui reddiderunt, nec forte erraverunt, ut Canonistas & Theologos sui temporis ad illud cap. exponendum erravisse dicit hîc Molinæus. F. P.

Cap. 18. *Quanto.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Prospicientes ne Judæi immoderatas usuras à Christianis extorqueant.* Ibi. *Ergo moderatas videtur permittere, à contrario sensu, quod non est verum.*

An Judæis permittatur exigere usuras à Christianis.

Imo in se verum est. ut dixi in tract. usur. num. 515. num. 528. cum sequ. C. M.

Cap. 19. *Naviganti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Pro eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus.* Ibi. *Quia iste recipiebat in se periculum, videbatur quadam compensatione licite ultra sortem aliquid recipere posse.*

Necesse est intelligere de periculo probabili, aliàs secus,

Nec attenditur an res sit originaliter ecclesiæ, vel non, cujus in eo nullius est favor.

GLOSSA.

Maxime in bonæ fidei contractibus ubi usuræ veniunt ex mora.

GLOSSA.

Utrum id quod apponitur nomine pœnæ, degeneret in usuram, de quo Molin. loco citato.

TEXTUS.

TEXTUS.

Source : BIU Cujas

secus, leg. periculi pretium. de nautic. fœnor. & plene dixi in tract. usur. quæst. 3. ubi dictam leg. periculi pretium. suæ luci & in usum restitui. C. M.

De ea materia plenius exponenda ad authores & locos remissio.

Ad hujus capituli pleniorem intellectum vide Dom. Didacum Covarruviam lib. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 6 & lib. 3. cap. 2. num. 5. Andr. Fachin. Forolivienſem. lib. 2. controverſ. cap. 47. & Zamzerlingum in comment. ad leg. periculi pretium. digeſt. de nautico fœnore. F. P.

TITULUS VIGESIMUS.

De crimine falſi.

Cap. 1. *Falſidicus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Falſidicus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius; primùm Deo, cujus præſentiam contemnit; deinde Judici, quem mentiendo fallit; poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio ladit.* Ibi. *Judici, qui eum extraordinarie punire poteſt.*

Quæ pœna ſit Falſidicorum teſtium, & quomodo & quibus noceant.

Dicit Abbas facit injuriam Judici, dando alapam. Vide in ſpeculo. de teſte. §. 1. verſ. quid igitur. & tribus ſequ. Joann. Andr. Imo ſecundum legem Dei [a] debet mori, quæ in hoc renovata eſt in Francia. C. M.

De pœna falſariorum & exempli, ad authores remiſſio.

[a] Exodi. 20. Deuteronomii. cap. 5. & de pœna falſariorum & falſidicorum vide tractatum inſcriptum Juſtitia criminalis Laurentii Bochelli Advocati Pariſienſis. cap. 28. de crimine falſi. per totum. vol poſterius probationum ad libertates Eccleſiæ Gall. cap. 27. art. 4. ubi Dom. Claudius *de Chauvreux* Senatus Curiæ Pariſienſis clericus falſi reus dictus, privilegio clericali exuitur, & Epiſcopo Pariſienſi denegatur, tanquam falſarius plectitur pœnis quas ibi videre potes, & alia plura exempla apud dictum Laurentium Bochellum. juſtitiæ criminalis. tit. 28 de crimine falſi. F. P.

Cap. 6. *Quam gravi.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Falſæ ſunt litteræ Papales, in quibus Epiſcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel uni ſcribitur in plurali.*

Obſervatio ad bullas legatorum ut earum detegatur falſitas quod tamen hodie ſpernitur.

Sed hodie paſſim vocat filios Cardinales, & Epiſcopos, etiam de latere legatos, ut vidi in bullis directis Antonio *du Prat*, & aliis. C. M.

Cap. 7. *Ad falſariorum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Falſarii ſecundum legitimas conſtitutiones puniendi.* Ibi. *Qui falſant reſcriptum Principis, ultimo ſupplicio puniantur, qui vero litteras aliorum puniantur, ſed levius. ſupr. eod. ad audientiam.*

In qua ſcriptura pœna falſi habeat locum.

Adde in qua ſcriptura pœna falſi locum habeat. not. Bartol. in leg. 1. §. ex illa. dig. de falſis. in leg. penult. cod. eod. Alexand. conſ. 145. ubi dixi. lib. 6. Hieron. Gratus. conſ. 99. num. 6. lib. 1. C. M.

Monitum ſalutare de producendis inſtrumentis beneficialibus, poſt diligens examen in beneficiariis inſtantiis, ne producens pœnas caducitatis incurrat.

Adde & ſupplementi gratia, quod materiæ Eccleſiaſticæ & beneficiariæ conveniat, & quod habetur in noviſſima conſtitutione Regia criminali menſis Auguſti anni 1670. tit. 9. de crimine falſi. articulum 8. de falſi accuſatione incidenti in controverſiam beneficiariam, & ut caducitatem cujuſlibet juris poſſeſſorii beneficialis inferat in eum qui falſo inſtrumento beneficiali quolibet utitur, unde advertant litigantes ut producenda inſtrumenta in beneficialibus inſtantiis, diligenter examinent, ne incauti in pœnas caducitatis incidant, de quo & monitos voluit hîc Innoc. III. autor hujus capituli. F. P.

TITULUS VIGESIMUS-PRIMUS.

De Sortilegiis.

Ad Rubricam.

RUBRICA. In Rubrica. Ibi. *De ſortilegiis.*

De pœna ſortilegiorum & maleficarum.

Vide malleum maleficarum. & Guillelm. Rouill. in Conſuetud. Cœnomanenſi. §. 51. non enim eſt res diſſimulanda, ſed comperta graviter punienda, nec aliàs dixiſſet Dominus, *maleficas ne ſinas vivere.* Exod. 22. Deuteronom. 18. b.

De eadem materia diſcutienda remiſſio ad tract. ſingularem Laurentii Bochelli.

Vide ſupradictum Laurent. Bochellum in juſtitia criminali à ſe edita. tit. 15. & ſequenti. F. P.

Cap. 3. *Eccleſia veſtra*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnantur.* Ibi. *Per hoc quod dicit in electionibus, videtur quod in aliis ſortis uſum non reprobet.*

Condemnatio ſortium electionibus, & in plærisque aliis approbatio.

Imo regulariter permittitur, ut contra ſuperſtitioſos quoſdam tam late dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 8. gloſſ. 1. num. 13. cum ſequ. ut jam nullus dubitet. C. M.

Condemnatio ſortis in judiciis & controverſiis dirimendis.

Hunc uſum in dirimendis litibus condemnavit Senatus Pariſ. in jurid. Mellenſi aliàs *Melles* in provincia Pictonum, qui aliquando judicium litis coram ipſo motæ, ſorti majoris & minoris feſtucæ à partibus extrahendæ, commiſerat, litis victoriam ei parti addicens, qui majorem extraxiſſet, quod appellatum fuit *le Jugement des buchettes.* F. P.

TITULUS VIGESIMUS-SECUNDUS.

De Colluſione detegenda.

Cap. 3. *Audivimus.*

TEXTUS. In Textu. ante finem *Tuæ Juriſdictionis clericos, quos per colluſionem fraudem tibi conſtiterit commiſiſſe in beneficiis, ſuper quibus colluſum fuerit, non differas perpetuo ſpoliare. Juncto quod præcedit in textu quaſi nomine tranſactionis ſolvunt aliis annuam penſionem de beneficiis.*

De penſionibus beneficialibus creatis propter compoſitionem litium, an admittenda.

Secus ſi eſſet vera lis, ab habente titulum coloratum, quia tunc ordinarius poſſet authorari conſtitutioni penſionis, ut in cap. niſi eſſent. de præb. unde propter dubium ſolent ad Papam recurrere, adhuc ſi ſucceſſor reſignatarii doceat reſignantem nullum jus habuiſſe; irrita erit creatio penſionis facta per Papam, & poterit tanquam ab abuſu appellari in regno Franciæ. ut dixi in reg. Cancellariæ. in reg. de public. C. M.

De his penſionibus ſententia Dom. G. D. P. & ad cap. niſi eſſent. de præb. & dignit. quod non poſſit ordinarius authorare penſionem etiam in caſu. d. cap.

Recurritur ſemper ad Papam pro valida & legitima penſionis creatione, cum ex pacto deſcendat, nec de ordinarii poteſtate diſputatur in cap. niſi eſſent. de præb. fuit enim per arbitrum adjudicata penſio, quam non omnino Papa probavit, at quodam temperamento, non realem ſuper prioratus fructibus, ſed perſonalem in priorem creavit, nec fuerat per ordinarium conſtituta, quidquid ſcripſerit Molinæus hîc. & ad reg. de publicand. num. 277. imo ordinario penſionem imponente, non eam confirmat Papa, ſed de novo concedit. Rebuff. in praxi. tit. de reſervat. num. 17. G. D. P.

Quod etiam Rex in collationibus beneficiorum ſuæ collationis ubi penſio reſervanda aut conſtituenda remittere ſolet partes ad Papam.

Adde quod ſcripſit ſupra idem Dom. G. D. P. ad d. cap. niſi eſſent. de præb. in gloſſa ultima & ſecundum jus noſtrum conſtitutio penſionis & ejus authoratio ſoli Papæ reſervatur, atque etiam Rex noſter in collationibus jure fundationis ſuæ prodeuntibus ſi qua penſio conſtituatur aut reſervetur, pro ea conſtituenda & authoranda, remittit partes ad Summum Pontificem, ut quotidie ſervatur ab his qui præficiuntur conſilio conſcientiæ Regis quod vocant puta Confeſſore Regis de cujus authoritate, meritis & dignitate, vide quod eſt apud Guillelm. Monſerratum in commento ſuper pragmatica ſanctione, quam inſerui in ſupplementis pragm. ſanct. Caroli VII. pag. 675. ad pag. 682. F. P.

TITULUS VIGESIMUS-SEPTIMUS.

De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.

Cap. 2. *Si quis presbyter.*

TEXTUS. In Textu. in fine. *Presbyter depoſitus & degradatus propter crimina, per contumaciam & ſuperbiam mi-*

Source : BIU Cujas

Inde patet quod pœna exilii non sit potestatis Ecclesiasticæ, sed Regiæ.

ministrans, Regis judicio, ad requisitionem Ecclesiæ, exilio damnetur.

Felin. cap. cum non ab homine. supr. de judiciis. & ibi in annot. ad Philip. Decium. dixi num. 13. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Presbyter degradatus.* Ibi. *Degradatus conficit sacramentum, nec Papa potuit auferre illam virtutem, & hoc verum credo.*

An per degradationem carácter & potestas conficiendi corporis Christi deleri possit.

Concordat. Innoc. Hostiens. & Theologi præcise, & dixi de hoc de schismat. cap. 1. in gloss. magn. ante finem. verb. & hoc etiam. Joann. Andr. imo multi Theologi tenent deleri posse, & glossa cap. accedens. 50. distinct. & verius est. C. M.

Cap. 3. *Clerici.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Clerici interdicti, ante absolutionem, divina officia celebrantes, nisi moniti redierint, depositionis sententiam incurrant.* Ibi. *Si vero depositus est ab omnibus ordinibus, solus Papa ipsum restituit.*

Depositus ab omnibus ordinibus, a quo restitui debeat.

Imo etiam Episcopus. Panorm. Felin. cap. at si clerici. §. 1. de judiciis. C. M.

Cap. 7. *Postulastis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Collatio beneficii excommunicato facta, non tenet, & scienter talibus conferens, à beneficiorum collatione suspenditur.*

An excommunicato collatio facta, sit invalida, necne.

Fallit, si causa falsa vel injusta, per ea quæ dixi supr. de offic. jud. ordin. cap. ex parte. fallit 2. si est absolutus ad cautelam, hoc enim sufficit. C. M.

De absolutionibus ad cautelam, & quando necessariæ.

Loquitur Molinæus ad cap. ex parte. de falsa causa, & recte, quia tunc excommunicatio nulla dici potest, aliud si injusta sit, ligat namque quoad homines, & contempta etiam apud Deum. Est ergo, cum justa est causa, necessaria ad cautelam absolutio, de qua Molin. hîc. & Rebuff. in praxi. in forma & declarat. novæ provisionis. verb. teque absolventes. G. D. P.

De ea absolutionum ad cautelam materia ad authores remissio.

De absolutione ad cautelam tractatum edidit Joann. Tournetius Parisiensis Advocatus, Francisco *de Harlay* antiquiori Archiepiscopo Rotomagensi & Normanniæ Primati inscriptum, & nos etiam de

De eadem materia dissertatio nostra canonica ad controversiam decani Alectensis appellantis contra Dom. Episcopum Alectensem.

ea disseruimus, in facto litis & controversiæ Decani Alectensis, appellantis tanquam ab abusu excommunicationis contra ipsum decretæ ab eodem Episcopo, contradictum Episcopum appellatum, sive intimatum, & ejusdem Promotorem, cui postea dirimendæ, Judex delegatus fui à Rege cum dominis *le Nain, & d'Argenson*, Consistorianis Comitibus, dominis Abbatibus *le Camus*, nunc Gratianopolitano Episcopo, *de Benjamin* tunc Decano Senonensi, moderno Officiali Ordinario & Metropolitano Parisiensi, & domino *Cheron*, tunc magno Cantore & Canonico Patriarchalis Ecclesiæ Bituricensis, nunc vero Decano ejusdem Ecclesiæ, præsidente domino Nicolao *Colbert*, tunc Episcopo Lucionensi, nunc vero Autissiodorensi; cujus & assidentium decreto à Rege confirmato, Decanus absolvendus remissus fuit, ad dominum Hypolitum *Ferret* dignissimum Curatum sancti Nicolai à Cardineto, domini Alectensis Episcopi Vicarium constituendum. F. P.

De eadem controversia decretum delectorum à Rege Judicum.

Cap. 9. *Apostolicæ.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ignorantia probabilis nos reddit excusatos.* Ibi. *Si quis se ignorat excommunicatum, potest interim impetrare litteras pro beneficio, vel alio negotio.*

An ignorans se excommunicatum possit interim impetrare litteras vel non.

Imo non valent indistincte. per cap. 1. de rescript. in 6. Hostiens. hîc. Joann. Andr. Imol. Petrus Ancharan. Gemin. Philipp. Franc. in d. cap. 1. quamvis Dom. de Rota in antiqu. sub titul. de rescript. hanc gloss. sequantur. & Felin. in cap. sicut. de simon. C. M.

Cap. 10. *Si celebrat.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si scienter electus fuerit ab excommunicato, electio est irritanda.* Ibi. *Sed quid si electores eligant aliquem excommunicatum minori excommunicatione ignorantes, numquid valet electio? argumentum est quod sic, sed non credo.*

An electio facta ignoranter de eo qui minori excommunicatione ligatus est, sit nulla.

Contrarium tenet Panorm. quia non est locus pœnæ. d. cap. cum in cunctis. nisi quando eligunt patientem unum ex quatuor defectibus ibi numeratis. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-OCTAVUS.

De Clerico non ordinato ministrante.

Cap. 2. *Ex litteris.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ut de beneficio, cum clerico non ordinato ministrante, securius possis facere misericordiam.* Ibi. *Ministrans in ordine ad quem non meruit promoveri, sed numquid Episcopus posset dispensare, non credo; quia Papa hoc ei videtur hic prohibere.*

Solus Papa dispensat cum non ordinato ministrante quod probatur in nota variis juris canonici authoritatibus.

Idem Hostiens. & Guillelm. in specul. de legat. §. nunc de Episcoporum. vers. 18. quia sic cum ordinato qui suspensus celebrat, ipse solus dispensat, ergo & cum non ordinato, qui magis peccare videtur, & hoc in suscipiendo, in suscepto & in beneficio secus, ut hîc Innoc. in decretal. dilectus. de temp. ordin. simpliciter dixit Episcopum dispensare non posse cum non ordinato ministrante, per hoc cap. Joann. Andr. Panorm. hîc. tenet quod solus Papa dispensat in suscipiendis. Idem Angel. Clavas. in verb. irregularitas. §. 36. C. M.

De dispensandi & absolvendi potestate ordinario competenti diversimode exercenda ut hic habetur, & restringenda vel extendenda.

De Ordinarii & Episcopi dispensandi vel absolvendi potestate, & quod latius se extendat absolvendi potestas, quæ est ordinis, quam dispensandi, quæ est jurisdictionis, & quod absolvendi potestas ordinaria ad omnes omnino casus extendatur, quos sibi Papa specialiter non reservavit: dispensandi vero potestas ut extraordinaria ad eos solos casus producatur, qui à jure concessi habentur, vide additionem Philippi Probi ad glossam pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. quod si aliter. in verb. excommunicationes addit. unica. F. P.

TITULUS VIGESIMUS-NONUS.

De Clerico per saltum promoto.

Cap. 1. *Tua litteræ.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Tempore quo ordines inferiores susceperat infra annos discretionis fuerat constitutus.* Ibi. *Ordinatus post discretionis annos, ante ætatem legitimam, continere debet, maxime si dicatur quod ordo habeat votum continentiæ annexum, sed æquius videtur quod possit contrahere matrimonium, si contradicat ante decimum quartum annum.*

Qui ante discretionis annos ordinatur, pœnitere potest, & interim nullo privilegio fori fruitur.

Imo etiam si post, sed non gaudebit privilegio ordinis. secundum Panorm. hîc. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-PRIMUS.

De excessibus Prælatorum & subditorum.

Cap. 11. *Inter dilectos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ludos voluptuosos improbamus.* Ibi. *Convivii tamen causa ludere licet. dig. de aleatoribus. quod in convivio.*

An clerico liceat ludere pro convivio.

Adhuc modicum. Angel. Clavas. verb. ludens §. 5. C. M.

De ea materia ludi vetiti clericis ad alios locos remissio.

De ludi usu clericis vetito, vide quod scripsi in tractatu meo & avitino de beneficiis Ecclesiasticis. ad verb. cœlestis. cap. 1. de vita & honestate clericorum. §. 10. de cleric. aleatore. F. P.

Cap. 16. *Nimis iniqua.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Ponit quindecim gravamina illata religiosis, à quibus præcipit Prælatos abstinere.*

De gravaminibus Prælatorum contra Regulares à Papa coercitis per exemptiones, ut suam augeret potestatem.

Et hæc omnia quæstus causa, sed interim Papa, dum Prælatorum ordinariam authoritatem minuit, per hujusmodi monachorum agmina suam auxit. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 18. *Tanta.*

TEXTUS. In Textu. in principio. *Qui non tantum claves Petri despexerit, cum interdicti sententiam temere violavit.* Ibi. *Interdicti.*

Qua occasione exemptiones cōcessæ regularibus à SS. PP. In regnum Portugalliæ. simile supr. de postul. prælat. cap. 1. Hinc timentes Papæ suas censuras sperni Ordinariorum authoritate, vel exemplo, multiplicarunt exemptiones, & privilegia monachorum, qui statim dicto parerent, & alios ad parendum, velut agmine facto impellerent. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-SECUNDUS.

De operis novi Nunciatione.

Cap. 1. *Intelleximus.*

TEXTUS. In Textu. in fine. Ibi. *Negotium ipsum secundum legum & canonum statuta non differas terminare. Junctis præcedentibus in textu. Sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adjuvantur.*

Conformitas & auxilium mutuum juris civilis & canonici ibi exponitur. Et sic non est facienda differentia inter jus civile & canonicum, nisi ubi expresse apparet, secundum Innoc. Panorm. & omnes. hîc. Philipp. Franc. col. 18. de testam. in 6. Marian. Socin. cap. 2. colum. 3. de juram. calum. Angel. de Perigl. repetit. §. cato. in leg. 4. num. 39. de verb. oblig. Jason. leg. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. in fine. de oper. novi nunciat. & in rubr. col. 5. solut. matrim. C. M.

De eadem materia ad alios locos remissio. Junge hîc quæ notavit Molinæus ad can. de capitulis. 9. in glossa verb. mendacem. & quæ addidit ibidem pro censura & nota Dom. G. D. P.

Et quæ ibidem annotavimus latius & strictius. F. P.

Cap. 2. *Cum ex injuncto.*

GLOSSA. * In Glossa verb. *Cui opus novum fuerat nunciatum.* Ibi. *Opus autem novum facit, qui ædificando, vel detrahendo, primam operis faciem immutat, non autem si quis reficit antiquam.*

Quid novum opus sit facere, ut denunciationi locus sit, vel non. Imo; sed bene cessat nunciatio, si quis tantum fulciat. Bartol. Alber. in d. §. si quis ædificium. sed tamen si reficit non omnino diruptum, idem est, ut cesset nunciatio. refert Cuman. Paul. Alex. & Jason. in d. §. si quis ædificium. & bene. C. M.

Cap. 3. *Significantibus.* & Cap. 4. *Is cui.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod interim ab opere quiescendum non decrevit Parisiensis Episcopi Officialis, ad Senonensem Ecclesiam vel Curiam provocavit.*

GLOSSA. Et in Glossa. Cap. Is cui. 4. in verb. *Non obstante cautione de destruendo præstita. cod. de ædific. privatis. l. ult.*

De appellationibus tanquam ab abusu interpositis ab Officialibus Episcoporum, quod sæcularibus litibus decidendis se immiscerent. Sed à tempore Philippi Valesii tanquam ab abusu & ab his Officialibus, & à bullis Papæ appellaretur in Gallia, quia hæc sunt de jurisdictione sæculari, etiam inter clericos, non obstante quavis consuetudine, vel præscriptione, quæ non admitteretur. C. M.

De eadem materia originis appellationum tanquam ab abusu ad alios locos remissio. De annotatione originis appellationum tanquam ab abusu ad tempora Philippi Valesii Regis, jungenda altera ejusdem Molinæi nota ad summarium. cap. ex parte. 23. de verb. signif. infra. adde & Francisc. Raguell. in indice jurium Regiorum. in verb. *appellation comme d'abus.* F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-TERTIUS.

De Privilegiis & excessibus Privilegiatorum

Cap. 2. *Sicut.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Non obstante privilegio fori, potest laicus Ecclesiæ malefactor per Ecclesiam puniri.*

Laicus offendens Ecclesiam debet à sæculari judice puniri, ne Ecclesia sibi sit judex. Sed hoc nullo modo servatur in regno Franciæ. C. M.

Cap. 3. *Cum & plantare.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod Fratres Templi & Hospitalis, & alii Religiosi indulta sibi Apostolica Sede privilegia excedentes, contra Episcopalem authoritatem multa præsumunt.* Ibi. *Fratres Templi & Hospitalis.*

Ad historiam destructionis Ordinis Templariorum per Clementem V. instante Philippo Pulchro Francorum Rege. Qui per Philippum Pulchrum & Clementem V. damnati sunt; sed refert Anton. tit. 21. cap. 1. §. 3. conficta in eos crimina propter avaritiam, ut eorum bona, quibus abundabant, confiscarentur, & Papam, ut Regi complaceret, absque alia discussione materiæ, eos damnasse. Scribit etiam Albericus. in dictionario verbo Templarii. se audivisse ab uno judicum, injustitiam fuisse, & ipsum Clementem hoc protulisse, & si per viam justitiæ non potest destrui ordo iste, destruatur tamen per viam expedientiæ, ne scandalizetur charus filius noster Rex Franciæ. C. M.

Ad eandem materiam destructionis Templariorum plenius discutiendam ad alios authores remissio. Adde eumdem Molinæum in stilo Parlam. part. 3. tit. 34. de feudis. §. 2. in verb. Templarii & ad illud notam marginalem: tractatum Putæanorum fratrum de condemnatione Templariorum. per totum. eumdem Molin. in not. ad clementinam. exivi de paradiso. in textu. ibi. Professores regulæ. de verb. signif. & ad clementinam. 1. in glossa verb. quoniam. ibi. activa causa revocationis. de immunitatibus. Philipp. Camerar. oper. sive medit. subcesivar. centur. 3. cap. 90. Adde & sententiam condemnatoriam eorumdem in concilio generali Viennensi à Clemente V. Pontifice Maximo editam, quæ refertur in collectione Conciliorum Binianæ editionis anni 1618. tomo mihi 3. parte secunda. fol. 777. F. P.

Ibidem. §. *In Ecclesiis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Religiosi etiam exempti, in Ecclesiis pertinentibus ad eos pleno jure, non instituant vel destituant inconsultis Episcopis, sed rationem exigant in temporalibus ab institutis.*

Quid sit Ecclesiam pleno jure possidere in temporalibus & spiritualibus, quid institutio tituli collativa, & authorisabilis. Et sic hîc §. loquitur quando in temporalibus tantum ad eos spectant, quia temporalia spectant ad jus & proprietatem eorum, aliàs non possent exigere rationem; sed si spectarent etiam in spiritualibus, possent dare institutionem tituli collativam, non tamen authorisabilem, nisi haberent populum exemptum, & in eo jurisdictionem Episcopalem, ut not. doctor. in cap. unico. de capellis monach. Philipp. Decius. cap. de monachis. col 3. de præbend. Francisc. Aretin. consil. 63. C. M.

Cap. 11. *Tuarum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si quos clericos vel laicos, pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos inveneris.* Ibi. *Et per hoc videtur solvi quæstio, de eo qui simulando se monachum, corrupit monialem, quia non est compellendus ad monachatum, aliàs tamen puniendus.*

Falso cruce signati privandi sed non compellendi ut cruce signentur de facto. Et bene, ut dixi supr. de regular. cap. ut clerici. quamvis Panorm. hîc. distinguat forum pœnitentiale ab externo. C. M.

Cap. 12. *Cum olim.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Contenta in instrumento perdito, probari possunt per testes qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, & quod erat sine vitio.*

Contenta in instrumento perdito quomodo probentur per testes qui viderunt, legerunt & detinuerunt. Philipp. Decius. cap. quoniam contra falsam. in fine. de probat. & in authent. si quis in aliquo documento. num. 28. cod. de edendo. Francisc. Purpur. lib. 1. num. 177. & ibi Francisc. Ripa. num. 81. cum sequ. si certum petatur. C. M.

An probatio admittenda per testes visum, lectum & detentum instrumentum ex arrestis curiæ inquiritur. Illud est quod vulgo dicitur probationem admittendam instrumentum deperditum visum, lectum, & detentum, Gallice *veu, leu, & tenu*, quandoque rejecta est hæc probatio decretis Curiæ Parisiensis, ut altero in pomeridianis sessionibus prolato, die Veneris 21. Februarii anni 1650. perorantibus Joanne *Martinet*, & Guillelmo *Bluet*, pro appellantibus; Michaele *Langlois* pro intimato, quod testamentum olographum, visum, lectum, & detentum fuerat, quod tamen quandoque admittatur, in id vide art. 14. ordinationis Regiæ mensis Aprilis anni 1667. tit. 20. de factis probationi subjacentibus, aliàs *des faits qui gisent en preuve.* F. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Privilegium quod ſine reprehenſione bullæ, chartæ vel litteræ.* Ibi. *Si quæras quomodo probatur perditio inſtrumenti, dic quod per juramentum ejus qui perdidit.*

De eadem materia probationis de perditi inſtrument. de qua ſupra.

Junctis conjecturis. Panorm. Henric Boich. C. M.

Cap. 13. *Ex parte.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Innovatio privilegiorum novum jus non tribuit, ſed jus antiquum conſervat.* Ibi *Innovatio privilegiorum.*

Innovatio privilegiorum jus novum non tribuit, ſed antiquum conſervat, & quomodo facienda.

In qua debent partes vocari, ſaltem per proclamationem. Alex. conſil. 1. 112. num. lib. 4. conſil. 150. col. 1. lib. 6. & ſpecialiter quando certi ſunt. Alexand. conſil. 106. num. 14. cum ſeqq. lib. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Iotrenſem Eccleſiam, ad Romanam Eccleſiam ſpecialiter pertinere.* Ibi. *Et ita ſententiæ excommunicationis & interdicti, in Iotrenſem Abbatiſſam, clerum, & populum pronunciatæ non tenuerant, tum quia poſt appellationem.*

Excommunicatio poſt appellationem interpoſitam lata non tenet, quæ eſt prima cauſa & ratio appellationis.

Hæc ratio bona, ſi appellatio bona non fuit frivola. Panorm. C. M.

Adde hîc notam ejuſdem Molinæi ad cap. paſtoralis. §. verum. in ſummario. de appellat. apud Greg. & in cap. ſæpe. 44. in gloſſa verb. ſententia. eod. ubi etiam ſi interpoſita appellatione ante ſententiam excommunicationis latam deſerta fuerit, nec proſecuta, non tenet excommunicatio, ut extunc, nec retrotrahitur. quod eſt notandum. F. P.

De eadem materia ad authores & locos remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem gloſſa. Ibi. *Tum quia Sedi Apoſtolicæ ſunt ſubjectæ, id eſt Abbatiſſa, clerus & populus Iotrenſis.*

Altera ratio appellationis, quod contra exceptionem ſit pronunciatum.

Id non relevaret à ſententia delegatorum Papæ, unde primùm teneas, ſecundum Hoſt. Joann. Andr. Panorm. C. M.

Hæc annotatio marginalis Molinæi ab emendatoribus Romanis uſurpata & hîc annexa. F. P.

Cap. 15. *Accedentibus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſtquam Templarii adquiſiere terras de Sarcole, monachi earumdem decimas per 40. annos & amplius pacifice poſſediſſent.* Ibi. *Et ita perditur privilegium eodem tempore quo præſcribitur contra ius commune, unde continue debent iſti probare perceptionem decimarum quolibet anno, ut dicit littera.*

Per 40. annorum poſſeſſionem præſcribitur contra privilegium, ut certa jus commune; probando initium & finem poſſeſſionis.

Idem Vincent. hoc non eſt verum, ſecundum Joann. qui hoc not. 16. quæſt. 4. nolumus. cui concordat Ægid. ſupra. de præſcript. illud. Joan. Andr. ſufficit enim probare initium & finem. Panormit. Bartol. Imol. leg. Celſus. de uſucap. Anton. Corſet. in ſingul. verb. poſſeſſio. Alex. conſil. 133. num. 3. ubi dixi lib. 1. conſil. 83. num. 10. lib. 6. C. M.

Cap. 16. *Cum capella.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quod in perſonas Canonicorum ejuſdem capellæ (ſcilicet Ducis Burgundiæ) ſuſpenſionis, excommunicationis aut interdicti ſententias nullas audeat promulgare.* Ibi. *Ejuſdem capellæ Ducis Burgundiæ.*

Genitivus ejuſdem capellæ Ducis Burgundiæ ſtat reſtrictive ad locum, non demonſtrative, ut privilegium reſtringat, non ut demonſtret.

Hic genitivus ſtat reſtrictive, non demonſtrative. Anton. Butr. hîc. Alex. in rubrica. col. 9. de oper. novi nunciatione. C. M.

De ea materia reſtringendæ exceptionis ad authores remiſſio.

Vide concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. & monialibus. cap. 11. & in remiſſionibus ad concilium. d. cap. cum capella Ducis Burgundiæ. ubi editum, & in margine. d. cap. 11. d. ſeſſionis 25. remittit ad Canon. qui relligioſis. 18. quæſt. 2. qui ſumitur. ex concilio Carthaginenſi. 4. cap. 97. ubi dicitur qui relligioſis fœminis præponendus eſt, ab Epiſcopo comprobetur. ut inde pateat reſtrictio ordinaria & communis exemptionis cuilibet loco conceſſæ, ut non valeat in iis quæ ſpectant ad curam animarum, cujus ratione etiam exempti Epiſcopo ſunt ſubmiſſi, eique ejuſdem curæ rationem reddere tenentur, quod & judicatum decreto Curiæ Pariſienſis in publicis ſeſſionibus pronunciato, me perorante pro relligioſis & conventu Abbatiæ beatæ Mariæ de Silleio vel Sillaco, aliàs *de Silly*, appellantibus à citatione Officialis Sagienſis; Jacobo *Bataille*, pro Epiſcopo Sagienſi intimato, Dom. Audemaro Talæo Regias partes obeunte: relligioſus enim d. Abbatiæ Parochus ſive Prior Curatus parochiæ *de Repos* accuſatus negligentiæ vel alterius defectus circa curam animarum, ad Epiſcopum Sagienſem remiſſus eſt, quod & addidi in ſupplem. pragm. ſanctionis. fol. 1080. & ſequentibus, ubi videbis ſi vacat. F. P.

Probatur arreſto Curiæ parochum exemptũ perſonaliter ſubjacere inquiſitioni Epiſcopalis juriſdictionis in iis quæ ſpectant ad exercitium curæ animarum.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *In quantum exempti ſunt ratione ejuſdem capellæ, privilegiis deferas reverenter.* Ibi. *De capellis poſt privilegium adquiſitis, diſtinguendum, an Prioribus acceſſoriæ, an quæ habeant ſe principaliter.*

Secundum Tancred. ut dicit Barthol. in quæſt. Dominicali. 58. ſubdit quod quidam contra. per decretal. infra. eod. quia circa. Joann. Andr. Alexand. conſil. 178. lib. 2. Alberic. 1. ſtatut. quæſt. 116. Jaſon. leg. qui filiabus. col. 2. de leg. 1. Philipp. Decius. conſil. 523. Alb. Brunus. conſ. 30. conſ. 37. C. M.

Privilegium nõ extenditur ad ea quæ poſtea ſunt quæſita niſi ſint acceſſoria.

Cap. 22. *Quia circa.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Epiſcopus remittens alicui Eccleſiæ decimas Epiſcopales indefinite, remiſiſſe videtur non ſolum præteritas, ſed & futuras. Juncto textu. Et caſu cap. remiſſionis decimarum Epiſcopalium factæ monaſterio omnium Sanctorum ab Epiſcopo Londonenſi.*

Privilegium immunitatis decimarum Epiſcopalium ab Epiſcopo monaſterio conceſſum non limitatur ad poſſeſſas, at privilegium Apoſtolicum reſtringitur ad eaſdem.

Sed nota quod iſte Epiſcopus potuit legem dicere apertius; tum nullo modo ſe referebat ad poſſeſſiones quas tunc habebat monaſterium, ſecus ergo in privilegio Papæ, quod cenſetur limitatum ad poſſeſſiones exiſtentes tempore privilegii, & ita ſæpe cum peritis conſului. facit Jaſon in leg. qui filiabus. colum. 2. de leg. 1. C. M.

Hæc ſumpta ſunt ex gloſſ. & Joann. Andr. ratio diverſitatis eſt, quia Epiſcopus de ſuo, Papa in alterius præjudicium, & eo non audito, qui tamen poteſt, vel motu proprio, vel ex plenitudine poteſtatis, & præſentes & futuras dare, ſed & ab eis immunitatem concedere, videnda quæ notantur ad leg. beneficium. dig. de conſtitut. Principum G. D. P.

Ratio differentiæ conceſſionis Apoſtolicæ & Epiſcopalis immunitatis decimarum Epiſcopalium hic traditur.

Quæ notantur à Dionyſio Godefredo ad hanc leg. in margine, non ad reſtringenda beneficia Principum, cum vergunt in alterius injuriam & detrimentum, vel in diminutionem jurium, & recte. Adde in id quæ habet Anton. Mornacius ad leg. beneficium Imperatoris. 3. dig. de conſtitut. Principum. Junge & quod notat idem Molinæus. ad cap. ex parte. in textu. ibi. de novalibus. ſupr. de decimis. & ad cap. 53. in gloſſa. verb. conceſſis decimis laborum. de reg. jur. in 6. Guidon. Conchil. in poſthum. tract. memorial. reformat. ſtatus Eccleſiaſtici. pag. 109. & in lib. Eccleſ. Gall. poſthum. fol. 67. & quod adnotavimus ad d. cap. ex parte. ſupr. de decimis. F. P.

Ad eam materiam reſtrictionis privilegiorum & immunitatum vide quæ hic remittuntur.

Cap. 23. *Antiqua.*

TEXTUS. In Textu. circa medium. *Patriarchæ recipientes pro ſe profeſſionem canonicam à Suffraganeis, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.*

An juramentum fidelitatis poſſit præſtari per procuratorem.

Adde an poterit præſtare juramentum fidelitatis per procuratorem. not. Bald. in leg. 1. §. ne autem. cod. de cad. toll. ad hoc quæ dixi in Conſuet. Pariſ. §. 49. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum.* Ibi.

Source : BIU Cujas

Paupertas, odium, vitium, favor, & ſcelus, ordo, Perſonas ſpoliant & loca jure ſuo.

Carmen appoſitiſſimum, primum enim (ſi quod fuit caput) Hieroſolyma, deinde Antiochia, ſed in primitiva Eccleſia primatus iſte ſcelus erat, poſtquam Roma judicio Phocæ prima ſedes fuit, Alexandrina prima poſt eam fuit, odio Conſtantinopolitanæ non parentis, poſtquam autem per Balduinum capta Conſtantinopoli, ea ex fœdere ſubdita fuit Romanæ, quandiu Galli ibi dominati ſunt. Innoc. III. ſub quo contigit, ut Græcos pelliceret, poſtpoſita Alexandrina primum locum dedit Conſtantinopolitanæ, ut hîc. Hieroſolymitana vero, quæ prima fuerat, quia pauper facta eſt ultima. C. M.

Not. ad antiquas Patriarchales ſedes, & ordinem earumdem immutatum, ex diverſis & ſucceſſivis rationibus, quæ hîc exponuntur.

Verum eſt Hieroſolymam primam fuiſſe Sedem Epiſcopalem: Jacobus enim, qui dicebatur Juſtus, ſtatim à Domini paſſione ordinatus eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus, à Petro, alio Jacobo, & Joanne, antequam inde diſcederent Apoſtoli. Baronius annal. tom. 1. ſub annum 34. num. 291. at illi ſedi nulla fuit in alias tunc data prærogativa; hujus notæ cætera pene falſa ſunt omnia, non prima ſedes fuit Romana Phocæ judicio; fuit ante concilium Nicænum prima recognita, ſed ſuo Phocas judicio repreſſit ambitionem ſchiſmaticam Patriarchæ Conſtantinopolitani. Non fuit Alexandrina prima poſt Romanam, odio Conſtantinopolitanæ non parentis; erat nempe ſecunda tempore concilii Nicæni longis temporibus antequam eſſet Conſtantinopolitana Patriarchalis. Non primum locum dedit Innocent. III. Conſtantinopolitanæ ſedi; fuit enim ſecunda dicta concilio Conſtantinopolitano, tolerantibus id potius quam probantibus Summis Pontificibus, donec id Innocent. III. expreſſerit hîc. Non fuit ultima Hieroſolymitana, quia pauper, ſed quia Petrus in ea non ſedit, nec alius pro eo, ſed poſt Alexandrinam & Antiochenam in Nicæno concilio nominatur. G. D. P.

Confutatio perpetuæ notæ Molinæanæ præcedentis à principio ad finem, prout concilio Nicæno deciſum: & erectio Patriarchalium ſedium aſſeritur prorſus ex aliis rationibus quos hic notat Molinæus.

Cap. 24. *Ut privilegia.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Privilegia Regularibus conceſſa, ut quibuſdam eorum fratribus miſſis ad fraternitates & collectas recipiendas, advenientibus in locum interdictum in eorum jucundo adventu ſemel in anno aperiantur interdicta Eccleſia.* Ibi. *Sed ſi per centum annos non veniſſent ad Eccleſiam interdictam, numquid præſcribitur contra illos; videtur quod ſic: ſed contra credo in caſu iſto, quia non nocet eis.*

Quod dicit Hoſtienſ. verum, ſi in aliquibus, vel ſaltem in aliquo loco privilegio uſi ſunt. dig. de ſervit. ruſt. præd. leg. certo generi. dig. de ſervit. leg. jus cloacæ. aliàs ut pomum. ad finem. aliàs ſecus, per jura in contrarium inducta. Vincentius tenet idem quod gloſſa, ea ratione quia privilegium eſt mere ad uſum voluntarium. Opinio iſta fortior vera videtur, quando nec veniunt, nec utuntur. Joann. Andr. Anton. Panorm. hîc. Felin. cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut. & ibi Philipp. Decius. col. 9. Calder. conſ. 3. in fine. de conſuetud. dixi in Conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 4. num. 12. C. M.

Quæ ſunt meræ & voluntariæ facultatis, non præſcribuntur, nec per non uſum amittuntur, quod probatur variis authoritatibus Doctorum & Interpretum Canoniſtarum.

Cap. 27. *Ex Parte.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Ex parte tua fuit propoſitum cum ſequentibus. In textu de clericis abjecto habitu clericali delinquentibus, & poſtea reaſſumentibus ut evitent ultionem.*

An clerici, qui abjecto habitu clericali delinquunt, gaudeant privilegio clericali.

Eſt pars cap ex parte. ſupr. de cler. conjugatis. & de materia vide Petr. Anchar. repetit. cap. ea quæ. col. 22. de reg. jur. in 6. Stephan. Aufrer. repetit. clem. 1. col. 2. de offic. ordin. & quod dixi ad Alexand. conſ. 8. lib. 1. C. M.

Adde eumdem Molinæum in not. ad ſummarium cap. perpendimus. 23. de ſentent. excommunicationis. Adde & tractatum meum & avitinum de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. cœleſtis. cap. 1. de vita & honeſtate clericorum. §. 6. quibus caſibus clerici privilegia clericatus amittant. ſecundo caſu de clerico extra habitum delinquente. F. P.

Ad pleniorem ejuſdem propoſitionis intelligentiam ad authores remiſſio.

Cap. 28. *Super ſpecula.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Super ſpecula. & infra. Junctis ſequentibus & ſummario. Pariſiis & in locis vicinis jus civile legi non debet.*

Eſt pars cap. ſuper ſpecula. ſupr. ne clerici vel monach. nonnulli inſcitiæ arguunt Honorium III. alii aliter inſultant, quos miſſos facio. Domin. Petrus Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 5. num. 15. cum ſequente. late contendit non eſſe prohibitum legi & audiri leges Pariſiis, niſi ſolis ſacerdotibus & monachis. Ego vero dico quod non habuit poteſtatem ſtatuendi, nec prohibendi in regno Franciæ, ſive laicis, ſive clericis, aut aliis, quia regnum Franciæ nullo modo dependet à Papa. C. M.

Ad cap. ſuper ſpecula. de jure civili Pariſiis non legendo.

Nihil ſtatuere poteſt Papa de regno Franciæ in temporalibus.

Vera eſt opinio Molinæi in temporalibus: at cum Univerſitates corpora ſint uſu certiſſimo mixta, quaſdam in Francia Papæ inſtituerunt, aliàs confirmarunt, aliis privilegia dederunt, & hodie quibuſdam ſuperſunt conſervatores Apoſtolici; unde quidquid ſcripſerunt Rebuff. & Molinæus, decretalem hanc Gallia recipit & probat, eſtque in viridi obſervantia. Chaſſan. in catalogo gloriæ mundi. part. 10. conſider. 32. dicit Univerſitates Tholoſanam & Caturcenſem fuiſſe à Joanne XXII. erectas & inſtitutas. Gloſſa pragmat. ſanctionis ad procem. §. quibus. verb. ſtudiorum. dicit Univerſitatem generalem erigere ad ſolum Papam aut Principem ſpectare, quod repetit. tit. de collat. §. item quod ad dictas. verb. Univerſitates. de Summi Pontificis in Academiam Pariſienſem authoritate. Charond. lib. 7. reſponſ. cap. 195. Chopin. lib. 3. de domanio. tit. 27. dicit num. 1. Academiarum inſtitutionem eſſe quidem juris Regii, quod ſi in Chriſtianam Philoſophiam intueamur, hanc Pontificii juris eſſe diſciplinam. Addit num. 7. quia ex omnibus hodie ſolidæ diſciplinæ partibus Univerſitas conflatur litteris, ſolere eam privilegiario diplomate Pontificis Maximi ſimul ac Regis aut Cæſaris confirmari. Hinc in Conſuetudine Andegavenſi. lib. 1. art. 35. num. 2. reſcripta Pontificia & Regia in favorem Univerſitatis Andegavenſis emiſſa refert G. D. P.

Univerſitatum & Academiarum ſtudii generalis inſtitutio eſt Pontificiæ & Regiæ poteſtatis ſimul & ab utraque poteſtate privilegiis donantur.

Verum quod hîc dicit Molinæus in ſua nota marginali, Honorium III. Summum Pontificem non habuiſſe poteſtatem ſtatuendi nec prohibendi doceri, legi, vel audiri Pariſiis, ſive laicis, ſive clericis, aut aliis, quia regnum Franciæ nullo modo dependet à Papa; quidquid dominus G. D. P. hîc dicere tentaverit, illud ſpeciale eſſe in academiis regendis, cum jus Univerſitatum creandarum & erigendarum ſit partim poteſtatis Apoſtolicæ, partim Regiæ, quidquid enim illius juris ſit, conſtat non poſſe novam academiam inſtitui in hoc regno, Rege non applaudente aut annuente, quemadmodum ſervatur in novorum Epiſcopatuum creatione in regno facienda, quæ licet videatur eſſe juris Pontificii, & inter cauſas majores annumeretur: nequaquam tamen illud poſſet Summus Pontifex, niſi petitio Regia creationem præceſſiſſet, & inſtitutioni adeſſet Regis conſenſus & approbatio; ſed enim in facto ipſius decretalis noſtræ Honorius III. jus civile legi vel audiri Pariſiis, ſui ipſius authoritate non prohibuit, ſed ad petitionem Regis Philippi Pulchri Francorum & Navarræ, ut prohibitioni pœnam excommunicationis, quæ eſt juriſdictionis Eccleſiæ cenſura, addi curaret, ut patet ex Regia conſtitutione Philippi Pulchri anni 1312. pro

Nova Academia vel Univerſitas ubilibet in regno non poteſt inſtitui niſi Regia peritio præceſſerit & approbatio.

Verus intellectus hujuſce decretalis, in eo quod Honorius non ſtatuerit in ea jus civile legi & audiri Pariſiis, niſi id petente Rege, ut ſub pœna excommunicationis interdiceret.

Source : BIU Cujas

erigenda & instituenda Academia Aurelianensi sive Universitate, quasi in subsidium & defectum Parisiensis facultate ipsius juris civilis carentis, ut in ea Aurelianensi universitate solam juris civilis & canonici facultatem institueret, ea sola ratione quam exponit Rex in suis litteris, quæ habentur in altero volumine probationum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ. cap. 37. num. 5. *progenitores nostri non permiserunt legum sæcularium, seu juris civilis studium ibidem institui, quinimo id etiam interdici sub excommunicationis pœna, per Sedem Apostolicam procurarunt*; quod refertur lubentius ad prohibitionem in hoc capitulo ab Honorio Papa factam sub eadem pœna excommunicationis, quæ promulgata fuerat ad petitionem Regis Ludovici VIII. progenitoris sancti Ludovici, aut ipsiusmet sancti Ludovici, ut animadvertit Innocentius Cironius in quinta compilatione decretalium Honorii III. à se primum edita. ad dictam decretalem super specula. de privilegiis. lib. 5. dictæ compilationis tit. 12. in notis ejusdem Cironii ibidem additis in verb. *docere vel audire jus Civile.* ejusdem decretalis. De ea autem prohibitione docendi vel legendi jus civile Parisiis confirmata constitutione Blesensi. art. 69. & renovata articulo 44. constitutionis Regiæ Ludovici XIII. anni 1629. pluribus egit Franciscus *de Roye* Antecessor Andegavensis. ad cap. super specula. de privilegiis. & nos ipsimet in conquæstione apologetica academiarum regni Franciæ contra innovationem Decretistarum Scholæ & Universitatis Parisiensis, quas publici juris fecimus. Verumtamen novissimo edicto Regio mensis Aprilis anni 1679. de ordinatione juris civilis & canonici, in Senatu Paris. probata decreto ipsiusmet Curiæ de die 8. Maii ejusdem anni 1679. articulo 1. Ordinatum est lectiones publicas juris Romani restituendas esse in Universitate Paris. conjunctim cum prælectionibus Juris canonici habendas. F. P.

Verba hic litterarum Regiarum in id probandum referuntur.

Citatur in id authoritas Innocentii Cironii in 5. compilatione decretalium Honorii à se primum edita.

In id convincendum citatur & Francisc. *de Roye* Antecessor Andegavensis ad hoc cap. super specula. & nostrum testimonium in conquæstionibus apologeticis omnium Academiarum Regni contra innovationem Decretistarum Parisiensium.

Constitutio Regia de renovandis prælectionibus Juris civilis in Academia Parisiensi.

Cap. 30. *In iis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ita quod fratres, scilicet prædicatores & minores, ex indulgentia nostra, celebrando super altari viatico, gratiam videantur consecuti.* Ibi. *Indulgentia enim debet semper aliquid conferre, ut hîc patet.*

Idem Philipp. Decius in cap. cum ordinem. colum. 2. de rescript. in leg. 1. in fine cod. de secundis nuptiis. Francisc. Ripa. in cap. 1. num. 67. de rescript. C. M.

Indulgentia Principis debet semper aliquid conferre.

Cap. 31. *Dudum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Privilegium de decimis novalium non solvendis, non comprehendit decimas tempore privilegii impetrati ab aliis possessas, nisi de possessione alterius in privilegio fiat mentio.*

Privilegium de decimis novalium non solvendis intelligitur de terris post concessionem privilegii ad culturam redactis, & decimis ab aliis tempore privilegii non possessis.

Oldrad. quæst. 268. esset etiam impossibile, quia privilegium istud intelligitur de nondum redactis ad culturam, secundum Panorm. hîc. C. M.

Junge hîc quæ adnotavimus ad cap. ex parte. 27. supra. de decimis. & ad cap. quia circa. 22. supr. hoc titulo. in id quod privilegium de non solvendis decimis concessum non extenditur. ad prædia quæ post privilegii concessionem adquisita fuere, quoad majores & ordinarias decimas non solvendas, quanto magis in privilegio de non solvendis decimis novalium. quæ non intelliguntur, ut hîc notat Molinæus, nisi de terris de novo excultis, & post privilegii concessionem, secundum rei de qua agitur naturam & communem intellectum. F. P.

Probatur quod supra aliis Molinæi authoritatibus.

Cap. 32. *Quidam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Recepti in privilegiatorum fraternitate, nolunt de juribus Episcopalibus respondere, quamdiu moram in domibus eorum fecerint.* Ibi. *Non sufficit sola receptio nisi sequatur translatio & mora. argum. contra. quod privilegium militis habet qui non-*

Ut quis non privilegiatus privilegiatorum privilegio gaudeat, debent transferri in domos privilegiatorum, & ibi moram facere.

dum pervenit ad milites. dig. de bon. possess. ex testamento. militis. leg. unica. in fine.

Ibi de eo qui transfertur ad alium numerum. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-QUARTUS.

De Purgatione canonica.

Cap. 1. *Nobilis homo,*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ingenuus in crimine deprehensus, sicut qui ingenuus non est.* Ibi. *Argument. quod propter crimen perditur nomen dignitatis, sicut per monachatum amittit quis nobilitatem.*

Monachali professione non amittitur nobilitas.

Philipp. Decius. cap. cum adeo. col. 2. ubi dixi de rescript. tamen contrarium tenet Ludovic. Roman. singul. 37. utrum nobilis. Bald. cap. cum in magistrum. de elect. Petr. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 12. num. 11. Dom. Andr. Tiraquell. tract. de nobilitate. cap. 26. & ita practicatur. C. M.

Probatur per professionem monachalem obscurari quidem nobilitatem per humilitatem regularem non vero extingui.

Quasi vero per monachatum amitteretur nobilitas, cum per monachalem professionem omnis natalium macula, & illegitimæ originis vitium, atque etiam irregularitatis cujuslibet nota abstergatur. cap. 1. de filiis presbyteri non ordinandis. can. presbyterorum. distinct. 56. Chopin. monast. lib. 1. tit. 3. pag. mihi 99. quid igitur nobilitatis splendor extingueretur per professionem monasticam. Obscuratur quidem per humilitatis monasticæ tenebras; sed quando professionis regularis favor id exigit, revivisc. Albert. Trotius de perfect. clericor. cap. 2. quod & Divus Gregorius satis testatur. lib. 7. epistol. epist. 1. unde sumptus est can. si in morte. 23. quæst. 8. ubi quamvis monachus, tamen vir magnus & potentissimus ait, si in mortem Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec Regem nec Ducem haberet; & ipse vidi in lite mota apud Prætorem & Juridicum Parisiensem, à nobili fratre *de Francieres*, monacho Abbatiæ sancti Dionysii in Francia expresse professo, & Hospitali Dionysiano Præfecto, cum judicio Prætoris Parisiensis victoriam obtinuisset, cum expensarum condemnatione, & à declaratione expensarum relatum fuisset ad eumdem Prætorem Parisiensem, ab eo articulo, quo taxata diaria tanquam nobili, cum condemnatus opposuisset Professionem monachalem, non obstante tali oppositione, taxatio confirmata est, eodem *de Francieres* nobilitatem suam eleganti versificatione tuente ac defendente, quam vidi. F. P.

Probatur sententia Prætoris & Juridici civilis Parisiensis non amitti nobilitatem per professionem monachalem ubi regularis nobilis interest tueri nobilitatem.

Cap. 6. *Nos inter.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Utrum Episcopus cogere possit parochianum suum ad purgationem accusatore & testibus deficientibus, ibi compellendus est ad purgationem, sed numquid Episcopus potest de quolibet crimine contra parochianum taliter procedere, non credo; & hoc intelligo in criminibus quæ specialiter pertinent ad Ecclesiam, puta de hæresi; sed non credo.*

De quolibet crimine non potest Episcopus cogere parochianum suum ad purgandum.

Imo si tendat ad pœnitentiam. Host. Panorm. sed opinio glossæ practicatur, & bene. propter quæstuarios Episcopos. C. M.

Miror quod Dom. G. D. P. hîc notæ Molinæanæ in cujus cauda venenum inhærebat, censuram suam non addiderit propter liberiorem stilum quem non probo. F. P.

Cap. 15. *Cum dilectis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Apud bonos & graves infamatum, compellendum se purgare.* Ibi. *Quod si infamia sit à vilibus & amulis, non compellitur ad purgationem. Junctis præcedentibus. quæ in textu. Apud bonos & graves.*

Quando infamatus compellendus se purgare.

Hæc vera. Panorm. hîc. Cardin. Florent. clement. 1. quæst. 5. de offic. ordin. ubi hoc expresse tenet. C. M.

Source : BIU Cujas

TITULUS TRIGESIMUS-SEXTUS.

De injuriis & damno dato.

Cap 8. *In noſtra. §. cum igitur.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum igitur aliud ſit damnorum inſtauratio, quam ſatisfactio expenſarum.*

Aliud damnorum inſtauratio, aliud expenſarum exſolutio.

Jaſon leg. unica. §. finali. col. 2. ſi quis jud. non obtemperav. Alexand. leg. ſi tibi decem. §. 1. de pactis. conſil. 168. lib. 2. ubi dixi. Alexand. ab Exea. cap. 2. num. 13. de conſtit. pariter aliud damnum, aliud furtum. Philipp. Decius. conſil. 82. col. Hypolit. Marſil. leg. de minore. §. tormenta. num. 4. de quæſt. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-SEPTIMUS.

De pœnis.

Cap. 3. *Licet juxta.*

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Archidiaconi Conventrenſes pro corrigendis exceſſibus pœnam pecuniariam exigunt.* Ibi. *Ex hoc videtur quod pro criminibus pœna pecuniaria exigi non debet, cum Papa hîc prohibeat.*

Mulcta vel pœna pecuniaria nō debet exigi in judiciis Eccleſiaſticis multo minus Officialibus applicari.

Et multo minus poſſunt ſibi applicare. Joann. Andr. lib. 2. cod. de Epiſcop. audient. dixi ad Philipp. Decium. in rubr. de jud. lect. 2. in fine. C. M.

De mulcta indicenda à judicibus in pœnam quod fiſco Regis adjudicetur, conſtat judicem Eccleſiaſticum non poſſe eam indicere, cum fiſcum non habeat, nec ſit diſpenſator aut cuſtos fiſci Regii, cujus cuſtodia vel accretio ad judicem Regium tantum pertineat, & de prohibita mulctæ condemnatione judicibus Eccleſiaſticis, habemus art. 33. collectionis libertatum Eccleſiæ Gallicanæ Pithœanæ, & ad illius articuli probationem habemus in altero volumine probationum earumdem libertatum cap. 28. num. vel art. 18. & ſequ. & cap. 38. art. 9. & ſequ. quod eo proceſſit, ut judex Eccleſiaſticus non poſſit condemnare in eleemoſynam in pios uſus conſumendam, generaliter & indefinite, niſi exprimat individualiter & ſpecifice in quos uſus inſumi habeat, ut notavit idem Molin. in rubrica decretal. de judiciis. lect. 2. num. 10. in ſigno E. in commentariis Philipp. Decii ibidem. & inde patet quod nec condemnati bona fiſco Regio addicere poteſt, ut habet idem Molin. part. 5. ſtili. quæſt. 75. in verb. confiſcata. F. P.

Judex Eccleſiaſticus non poteſt mulctam dicere judicando nec in pios uſus niſi individualiter & ſpecifice addicat.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. in fine. Ibi. *Cum judex diſpenſare poteſt ſuper crimine, bene poteſt infligere pœnam pecuniariam, vel aliam.* Ibi. *Sed hoc intellige cum judex talis eſt ut poſſit diſpenſare, & commutare pœnas, ſed iſti Archidiaconi non poſſunt. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Archidiaconi non poſſunt.*

Solus Epiſcopus, non ab eo commiſſi vel vicarii pœnas commutare poteſt.

Sed ſolus Epiſcopus poteſt diſpenſare in pœnis. Felin. cap. irrefragabili. §. 1. de offic. Ordinarii. C. M.

Epiſcopus non poteſt mulctam addicere & in probandam ad authores remiſſio.

Nec tamen Epiſcopus, quamvis pœnam Eccleſiaſticam & canonicam poſſet indicere, & commutare in aliam æque Eccleſiaſticam & canonicam, poſſet pœnam pecuniariam vel mulctam indicere, ut patet ex ſupradictis, quibus adde Jacobum Corbinum in placitatione publica. 77. F. P.

Cap. 9. *Suam.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Obligatus ad certam quantitatem, certa die ſub pœna ſolvendam, ſi partem intra terminum ſolvit, ad pœnam integram non tenetur.*

Non ſatisfaciente condemnato niſi pro parte, non committitur pœna niſi pro rata.

Hîc quinque concurrebant per quæ procedit hic textus. Jaſon in leg. 4. §. cato. column. 16. in 2. oppoſit. de verb. oblig. & ibi Lancellot. Galiaula. col. 24 & quod jure canonico pœna exigi poſſit, tenet Philipp. Corn. conſil. 28. in fine. conſil. 69. in fine. lib. 2 conſil. 2. litt. 23. lib. 3. tamen quod indiſtincte jure canonico non committatur pœna, niſi pro rata, tenet Joann. Crot. in d. §. cato. lect. 1. num. 75. dixi in tract. dividui & individui. quo remitto. C. M.

TITULUS TRIGESIMUS-OCTAVUS.

De Pœnitentiis & Remiſſionibus.

RUBRICA. In Rubrica. Ibi. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

* De fructibus & meritis paſſionis Chriſti pœnitentiæ & remiſſioni peccatorum applicandis.

Deus autem non remittit peccatum, niſi per paſſionem & meritum Chriſti, quo non aliud nec condignum nec congruum; fatentur tamen Theologi Scholaſtici quod quælibet paſſio Chriſti fuit condigna, vel ſufficiens, ſed quod ſola mors fuit deputata à Deo, quod verum eſt, & ſic aliunde petendum non eſt. C. M.

De hac materia remiſſio ad Theologos.

Forte hîc eſſet aliquid cenſura dignum, ſed quia materia ſpectat Theologos, & Juriſconſultorum fines excedit, ad eos remitto. F. P.

TITULUS TRIGESIMUS-NONUS.

De Sententia excommunicationis.

Cap. 6. *Mulieres. §. Illi vero.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum is committat vere, cujus mandato delictum committi probatur.*

Cujus mandato delictum eom mittere cenſetur.

Bald. leg. ſingularis. col. 2. ſi certum petat. Jaſon. leg. ſi is qui. pro emptore. col. 66. de uſucap. dixi ad Alexand. conſil. 65. lib. 4. & ad Philipp. Decium. leg. ſi quis id quo. num. 40. de juriſd. omn. jud. C. M.

Cap. 14. *Cum non ab homine.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Cum non ab homine. & infra. de excommunicatione ejus, qui in clericum violentas manus injecit.*

Quid ſit excommunicatio, & unde inventa, late Dom. Andr. Tiraquell. tract. de retract. proxim. §. 1. gloſ. 9. num. 27. C. M.

Quid ſit excommunicatio, & unde ortum habeat, vide in remiſſionibus.

Cap. 18. *Significavit.*

TEXTUS. In Textu. circa medium. *Eadem excommunicationis ſententia non dubitamus involvi, qui excommunicatis à nobis communicaverunt. Juncta inſcriptione. Clemens III.* Ibi. *Excommunicatus à nobis.*

Communicantes ſcienter excommunicatis à Papa, eadem excommunicatione involvuntur.

Ab ipſomet Papa, aliàs ſecus. Panorm hîc. Angel. Clavaſ. excommunicatio. 5. §. 4. C. M.

Ad eam materiam remiſſio ad alios authores.

Vide ad illius cap. pleniorem expoſitionem, quod habet Doctor Hiſpanus Didacus Covarruv. in relect. cap. alma mater. de ſentent. excommunicat. part. 1. §. 3. num. 4. F. P.

Cap. 21. *A nobis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Generalis excommunicatio non ligat, niſi ſubditos proferentis.*

Excommunicatio non ligat niſi ſubditos proferentis.

Scilicet per ſententiam hominis vel judicis, quod ſi per ſtatutum, diſtingue ut Panorm. hîc. & latius Henr. de Bottis. in tract. de ſynodo. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non niſi ſubditi proferentis obligantur.* Ibi. *An ſententia excommunicationis liget poſt mortem, aut receſſum proferentis, videtur quod ſic. argum. contra. dicit lex. quod interdictum non durat ultra juriſdictionem interdicentis. dig. de pœnis. l. ult.*

An condemnatio judicis valeat poſt mortem, aut receſſum judicantis.

Et hoc verum, ſi ſine debita cauſæ cognitione lata ſit, & nondum vinculum injecit. Panorm. Felin. hîc. Panorm. in cap. finali. de offic. C. M.

Cap. 23. *Perpendimus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Percutiens, vel etiam interficiens clericum, ſe dimiſſo clericali habitu ſævis enormitatibus immiſcentem, non tenetur ire pro abſolutione ad Sedem Apoſtolicam.* Ibi. *Sævis ſe immiſcentem.*

Cleticus, dimiſſo clericali habitu ſævis ſe immiſcens, perdit eo ipſo omne privilegium clericale.

Ex hoc omne privilegium clericale perdit, abſque monitione, C. M.

De ea materia ad alios locos remiſſio.

Junge & hîc quæ ſupra adnotata ſunt à Molinæo. ad cap. ex parte. 27. in textu. in principio. de privilegiis. & quod ibidem notæ Molinæanæ ſubjecimus. F. P.

Source : BIU Cujas

Cap. 24. *Universitatis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Laici, qui de mandato Abbatis manus injiciunt in monachos, excommunicationis sententiam nequaquam evadunt.* Ibi. *Etiam si monachus consentiret. infra. eod. contingit. argum. contra. infra. eod. ut famæ. ubi clerici per laicos capiuntur. cap. ut famæ.*

Capiens clericum & detinens eum, quamvis non verberaverit. excommunicationi nihilominus subest.

Ibi de captione & detentione absque verberatione. Panormit. hîc. & ibi dixi. C. M.

Cap. 28. *A nobis. §. Nos igitur.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Judicium autem Ecclesiæ, nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli.*

Opinio non sequenda in fide, sed ipsa infaillibilis veritas.

In his ergo quæ sunt fidei, non opinio sequenda est, sed ipsa infaillibilis veritas, quo est purum verbum Dei, alioquin Ecclesia fallet & falletur: solus enim Christus est Veritas, & ipsa quoque Ecclesia quotidie indiget, ut à mendacio (cui subditus est omnis homo) per Christum liberetur. Joann. 8. & sic mediante ejus verbo. Joann. 17. C. M.

De infaillibilitate Papæ & Ecclesiæ ad authores & locos ab eis desumptos remissio.

De Papæ infaillibilitate vel Ecclesiæ, vide quæ habentur in glossa pragmat. sanctionis. tit. de auth. gener. concil. cap. sacrosancta. §. & primo. in verbo militantem. & §. cui quilibet. in verb. obedire. & tit. de elect. cap. licet. in verb. impediri. Probi addit 5. & in tit. de sublat. clement. litteris. in verb. non præjudicent. & quæ in supplementis ejusdem pragmaticæ adjeci. à pag. 1042. ad pag. 1048. & à pag. 1142. ad pag. 1143. F. P.

Cap. 32. *Cum illorum.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *In Episcopum vel Abbatem violenta manu injecta.* Ibi. *Abbatem proprium.*

Abbas commendatarius est proprius Abbas, ut & ipse verus titularius.

Etiam Commendatarium. Philipp. Decius. cap. edoceri. in fine. de rescript. & bene. quia Commendatarius verus est Prælatus, secundum abusum hujus sæculi, & Commenda non est aliud quam titulus dispensatorius, ut nove dixi in reg. cancell. de public. resign. quæst. 15. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Quid si non habet Abbatem, sed Priorem aut Prælatum alio nomine designatum; respondeo beneficium illud ad omnes monachos etiam Canonicos Regulares extenditur.*

Omni regulari congregationi præsidens, quoquo nomine appelletur, habetur pro Abbate.

Qui non habent Abbates, sed Priores: & sic non potest dici quod benedictio hæc operetur. sic supr. de ætate & qualit. cap. cum contingat. cum Priores non benedicantur. de elect. indemnitatibus. lib. 6. Joan. Andr. & sic ille Prior, puta clausstralis, si non habet supra se alium superiorem in clausstro, tantum potest, quantum ad hoc, quantum Abbas, & ita hodie practicatur, quæ est magna extensio, quia glossa. Panorm. hîc. intelligunt de Priore in titulum, de quo frivola est disputatio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Et ad hospitalarios Hierosolymitanos, qui per suum Priorem absolvi possunt. Idem credendum de Templariis, dummodo consimilem Priorem habeant.*

Item ad Priores Hospitalarios & Templarios extenditur hoc cap.

Glossa est vera, per ea quæ nuper dixi, quamvis Hostiens. hîc. & Panorm. num. 13. reprobent. C. M.

Cap. 35. *Ut famæ.*

TEXTUS. In Textu. Ibi *Laici, citra excommunicationem, clericos capere, & ad judicium trahere possunt, si id faciant de mandato Prælatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti. Juncta inscriptione. Innocentius III. Londonensi Episcopo.* Ibi. *Prælatorum jurisdictioni subjecti.*

Laici de mandato judicum Ecclesiasticorum vel sæcularium non possunt injicere manus in clericos criminosos.

Imo judicis sæcularis, ad quem in suo territorio. prima cognitio & prehensio personæ spectat, ut etiam in regno Franciæ notorie practicatur, nec in consequentiam trahendus est hic textus, qui localis est, imo temporalis, pro tempore Joann. parricidæ & impii Angliæ Regis, & in eo regno damnatus parricidii, & feudis privatus, deinde à Ludovico Philippi filio armis victus, desperatus subjecit, & tributarium fecit Innocent. III. Papæ, ut cui Platina, & in feudum ab eo recognovit, ut ait Anton. tit. 19 cap. 1. §. 5. qui more suo ea tantum narravit, quæ sunt in favorem Papæ, qui pretio illectus, quantum potuit favit Impio contra justitiam, Philippo nihilominus arrestum exequente, & à censuris Papæ ad futurum concilium appellante; itaque Papa non potuit Joannem liberare à justitia, & armis Regis Franciæ, nec à judicio Dei, quia dictus Joannes male periit, ut scribit Alanus *Bouchard* rerum Armoricarum lib. 4. C. M.

Ad historiam temporis Joann. parricidæ Angliæ Regis judicio Parium Franciæ damnati & feudis exuti.

Obmissis historiæ circumstantiis decretalis hujus decisio generalis est & justa, ut Episcopus nempe, vel ejus Officialis, adversus clericos delinquentes, ubique locorum, carcerationis & capionis mandata decernant, quæ apud nos executioni mandantur, in territorio judicum Regiorum, ex eorum præcepto, implorata authoritate, quam impartiri tenentur, nulla causæ cognitione adhibita, ex edicto Melodunensi. art. 24. qua de re videndum concilium Carthaginense. cap. 70. apud Phot. novell. de sanctiss. Episcop. cap. 21. cap. 1. vers. & cum opus fuerit. de off. ordinar. apud Greg. Aufrer. de potest. sæcul. super Ecclesiast. person. reg. 4. num. 8. Argentr. in Consuet. Britann. art. 5. not. 2. num. 2. Mornac. ad leg. Episcopo. cod. de Episcop. audient. G. D. P.

Judices Ecclesiastici apud nos in reos suæ jurisdictionis subjectos decernunt mandati capionis personalis exequenda in territorio sæcularium judicum ex eorum præcepto.

Junge in id quod dixit Molinæus in nota, quod prima apprehensio, etiam clerici pertineat ad judicem sæcularem; item interrogatio, & provisionis necessariæ adjudicatio: remittendi tamen ad forum Ecclesiasticum, cum ex reclamatione clerici, ad suum judicem cognoverit esse Ecclesiasticum: & vide quod idem Molinæus notavit. ad cap. 8. cum sit generale. in summario. de foro competenti. in decretal. & quod adnotavit ad cap. si clericos. 15. in textu. ibi. propter commissos excessus. de sentent. excommun. in 9. & ad stil. Parlam. part. 5. quæst. 43. in verb. vestis. F. P.

In præcedentem materiam de cognitione rei Ecclesiastici definiendam remissio ad alios Molinæi locos.

Cap. 36. *Contingit.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Voluntaria fustibus subjectio clerici ob reparationem offensæ, injuriosa videtur.* Ibi. *Sed nunquid Episcopus potest remittere injuriam factam Ecclesiæ; non videtur, cum Episcopus sit procurator & non dominus. 12. quæst. 1. cap. ult. & supr. de donatio. fraternitatem. quia conditionem facere deteriorem non potest, ut ibi dicitur.*

Voluntaria clerici subjectio pœnæ, ob reparationem offensæ, injuriosa est, & Ecclesiæ faciendam remittere non potest Episcopus, quia non dominus Ecclesiæ sed procurator ipsius.

Idem not. 23. quæst. 4. can. si is qui. hoc tenet hîc. Innocent. & Hostiens. & supr. eodem. cum desideret. in fine. Joan. Andr. Idem expresse tenet Jacob. de sancto Georgio. in tract. feud. verb. utique vasalli promiserunt. col. 14. verb. quidam Episcopus. C. M.

Illius Molinæani marginalis adnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori, quia Molinæum exhibebat authorem ab his verbis *idem expresse. ad finem usque.* F. P.

Cap. 39. *Sicut nobis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Excommunicatos à te, id est Episcopo, pro excommunicatis habeas, & facias evitari, nisi per litteras nostras, aut alio modo de illorum absolutione constiterit.* Ibi. *Sed non sufficit honestas personæ, ut ei credi debeat. argum. contra. 97. distinct. nobilissimus. sed illud, cum nulli sit præjudicium.*

Excommunicati remanent, nisi doceant de absolutione.

Idem Philipp. Decius. cap. novit. col. 10. de judic. Ludov. Gozadin. consil. 41. num. 15. Jason. repetit. leg. admonendi. col. 70. de jurejur. Lap. alleg. 33. Philipp. Decius. consil. 228. in fine. decis. Tholos. quæst. 463. C. M.

Cap. 40. *Per tuas.*

GLOSSA. In Glossa verb. *In forma excommunicationis intolerabilem*

Source : BIU Cujas

rabilem errorem fuisse patenter expressum. Ibi. *Sed si error est in facto, nisi hoc modo dicatur, excommunico te, quia exspoliasti talem, licet manifeste sit falsum, tenet sententia, quia talis causa probabilis est, licet sit falsa.*

Excommunicatio ex causa notorie falsa est nulla, secus si non sit notorie falsa & dubitetur.

Idem Panorm. Felin. hîc. sed contrarium dicas, quod quandocumque certum est vel notorium de injustitia, vel iniquitate sententiæ excommunicationis, est ipso jure nulla, ut tenet Panorm. Felin. cap. inter cæteras. de re jud. Panormit. cap. cum Apostolus. de cens. Ang. Clavas. verb excommunicatio. 3. §. 12. secus si non esset notorium. C. M.

De eadem materia discutienda ad eumdem Molinæum remissio.

Junge not. ejusdem Molin. ad cap. ex parte 5. de off. jud. ordin. in glossa verb. redire. F. P.

Cap. 51. *Super eo.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cum interdum consideratis locorum & temporum qualitatibus severitati sit aliquid detrahendum. Juncto textu. & casu. De Monachis Græcis & Eremitis propter inobedientiam excommunicatione ligatis.* Ibi. *Circumstantiis locorum & temporum.*

Ad historiam temporis illustrandam, & sensim pelliciendam Ecclesiam Græcam ad Romanam.

Id est Imperii Constantinopolitani nuper occupati, nec sine periculo retenti, & sic interim Papa non valens Ecclesiam Græcam omnino subigere, conabatur sensim pellicere; sed hæc studia paulo post fecit irrita Michael Palæologus Gallis expulsis. C. M.

Cap. 54. *Cum voluntate. §. Qui vero.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Excommunicationem non incurrerunt, qui corrigunt propinquos inferiorum graduum, ut cohibeantur ab insolentiis, & bonis moribus informentur.* Ibi. *Et ita habes hîc. quod clericus quandiu est in minoribus ordinibus, est in patris potestate, nisi expresse emancipetur, & ita not. dignitatem sacrorum ordinum.*

Ordines Ecclesiastici saltem inferiores non solvunt à patria potestate, & patris manus correctoria clerico imposita non est injuriosa.

De hoc supr. de ætate & qualitate indecorum. ibi vide & not. super. 1. gloss. Barthol. Brixiens. in fine quæst. quæ incipit quæritur utrum pater. dicit de patre percutiente clericum in factis, causa correctionis, quod non est excommunicatus, secund. Damas. & Tancred. quia licet non sit in ejus potestate, tamen manus illa non est injuriosa. Dicit demum Laurent. & Legistas tenere, quod talis sit in potestate patris, in authent. de sacros. Eccles. §. presbyteros. coll. 9. & cod. de Episcop. & cler. sacrosanctæ. Dicit autem ipse Barthol. quod sibi videtur quæstio soluta per hunc finem. Joann. Andr. dic quod non est exemptus à patria potestate. C. M.

De eadem materia definienda ad authores remissio.

Junge notam ejusdem Molin. ad cap. indecorum. 3. in glossa. verb. qui seipsos. ibi. sacer ordo. de ætate & qual. præficiend. & quod dicitur instit. tit. quibus modis patria potestas solvitur. §. 4. ubi sola dignitas Patriciatus solvebat filium familias à patria potestate, nec quælibet alia, quamvis senatoria: & in id vide Guillelm. Forner. ad Cassio. dori epistol. lib. 6. epist. 44. & sequ. F. P.

TITULUS QUADRAGESIMUS.

De Verborum Significatione.

Cap. 1. *Innovare.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Novale est ager nunc præcisus.*

Quis dicitur novalis ager.

Leg. silva. §. novale, dig. eod. sed ut Budæus primum ibi annotavit legendum est prosciissus, quod Haloander & Alciat. ibi. Joann. Quintinus hîc. & omnes docti sequuntur. C. M.

Cap. 4. *Quod dicitur.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod dicitur scilicet Mathæi cap. 1. antequam convenirent.* Ibi. *Est quidam modus loquendi, sicut ibi, sede à dextris meis, donec ponam. non sequitur quod postea posuerit.*

Expositio loci Mathæi cap. 1. & psalmi 109.

Imo sequitur quod ponet in die judicii, quô & non prius veniet corporaliter, & hoc præcipue intendit ille psalmus loquens de regno & gloria Christi. C. M.

Cap. 5. *Joseph.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Donec peperit filium suum primogenitum.*

Christus primogenitus universæ carnis.

Dic quod emphasis est in verbo; quia Christus primogenitus est universæ creaturæ. Roman. 8. Colossen. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum mos divinarum Scripturarum sit, ut primogenitum non vocent quem fratres sequuntur, sed qui primo natus fuit.* Ibi. *Idem dicit lex quod proximus est quem nemo antecedit, ergo & primogenitus, ante quem nemo nascitur, quidquid sequatur, dig. eod. tit. proximus. & leg. proximum.*

Quid sit proximus & primogenitus exponitur hic.

Supremus est quem nemo sequitur, sic jacet lex proximi. Joann. Andr. qui hunc abusum aversatur, at in lege Dei, proximus non stat in gradu superlativo, sed positivo ejus qui indiget. Luc. 10. sic Luc. 6. male vulgo vertunt quod superest, pro his quæ adsunt, ut dixi in tract. usur. num. 71. C. M.

Hujus prænotati à Molinæo antecedens usurpatur ab emendatoribus Romanis, omisso consequenti, quia manum Molinæi redolebat ab his verbis *qui hunc abusum aversatur. ad finem usque.* F. P.

Cap. 10. *Forus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Lis autem à contentione limitis nomen sumpsit.*

Lis hic definitur, & ejusdem ethimon traditur.

Sed non placet Alciato, qui dicit veteres stilitem, non litem dixisse, in leg. causas. col. 2. cod. de transact. C. M.

Cap. 14. *Quæsivit. §. Festum vero.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Qui duo dies, scilicet bissextiles, quasi pro uno reputantur.* Ibi. *Nota quod annus habet 365. dies, & horas sex: & sic in quatuor annis faciunt unum diem.* Ibi. *Sex horas.*

De die intercalari, & ut in anno bissextili duo dies pro uno reputantur.

Imo quinque horas, minuta 49. secunda. 16. & sic dies intercalaris quadrinus paulo excedit, & anticipat, ut tandem dies æquinoctii, qui tempore Octavii Augusti fuit 25. Martii, sit 11. hodie 1550. ut omnes Astronomi testantur, & noviſſime Philipp. Melancton. lib. 1. Physices. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed pone aliquem suspensum per annum, & tunc annus bissextilis, numquid in ultima die posset celebrare, videtur quod non; quia hi duo dies pro uno reputantur. Laurent. dig. eod. leg. bissextus. dixit contra de statu. lib. cum hæres. §. stichus.*

An ultimus dies anni bissextilis sit de anno, in suspenso per annum.

Idem Panorm. hîc. sed cum in d. §. stichus. specialis casus sit. verior videtur opinio negativa ex regula. C. M.

Videndus Fornerius ad d. leg. bissextus. Tiraquell. de retract. lineari. §. 1. gloss. 10. num. 123. qui cum Molinæo sentit. d. §. stichus. intelligendum in casu favorabili. Locus hujus quæstionis ad l. 2. de divers. & tempor. præscript. amplectenda mihi videtur opinio Gothofredi, distinguentis inter tempus conventionale, & legitimum, ut in tempore legitimo, nempe in his casibus in quibus anni tempus à lege definitur, annus bissextilis ita computetur, ut duo dies pro uno habeantur, quamvis annus 365. diebus constet, in conventionibus vero 365. solis diebus annus constet, uno rejecto die, quod admittendum puto in favorem rei & oppressi, non solum in conventionibus, sed in testamentis & sententiis. G. D. P.

An in anno bissextili duo dies reputandi pro uno aut divisim accipiendi, & ut in actibus in quibus tempus annuum lege definitur duo dies pro uno reputentur, in conventionibus secus.

Sed & illud observandum, quod in anno bissextili, quamvis duo dies in 6. ante Calendas Martii incidentes pro uno die reputentur, secundum hujus capituli & legis cum bissextus. de verborum significatione. sententia tamen illi dies, sive divisim, sive conjunctim accepti annumerantur & adscribuntur anno qui præcessit hos duos dies, nec toto anno cui incidunt adscribuntur, & ea ratione retrahens linearis exclusus fuit à retractu lineari domus propriæ, per adjudicationem publicam in Juridi-

Judicatum in retractu lineari, submovendum retrahentem, quod in anno intercalari ultra ultimum diem bissexti actionem suam protraxisset.

Source : BIU Cujas

cina Calvimontensi in Bassigneio plus offerenti addictæ, quod extra annum & diem de ea redhibenda movisset actionem, quamvis in eum annum dies intercalaris incidisset, puta anno 1648. adjudicatione prolata die 27. Aprilis ejusdem anni qui bissextilis erat bissexto incidente in mensem Februarii præcedentem, actio linearis retractus mota tantum fuerat, & libellus tantum intimatus fuerat adjudicatario die 9. Aprilis anni relabentis 1649. & sic ultra annum & diem ab adjudicatione numerandum, sed & cum lis à præfecturæ Calvimontensis sententia retractus linearis adjudicativa provocatum fuisset ad Judices Præsidiales Calvimontis, qui litis decisionem super appellatione in consilium miserant, provocatione habita à sententia Præsidiali Calvimontis ad Senatum Parisiensem, lite perorata à Gabriele *le Mazier* pro appellante, & à Thoma *Coignet* pro intimato, Dom. Hieronymo Bignonio partes regias tuente, sententia infirmata, intimatus linearis retrahens à redhibitione lineari submotus, ex eo quod extra annum ad actionem devenisset, & ex requisitione Regii Advocati inhibitum Judicibus Præsidialibus Calvimontis, ne appellationes ad se emissas in consilium mitterent, sed continuo judicarent, secundum constitutiones Regias, an bene vel male judicatum esset, arresto in publicis sessionibus prolato, in dijudicandis causis Rotuli Campani, die 31 Maii anni 1650. Protopræside Molæo pronunciante. F. P.

In id arrestum Senatus Parisiensis sententiã Præsidialatus Calvimontensis in Bassigneio infirmantis quod actorem ultra secundam bissextus diem agentem non submovisset.

Eodem arresto inhibitum Præsidialibus judicibus Calvimontensis, ne tales appellationis lites in consilium mitterent, sed extempore judicarent, an bene vel male judicatum.

Cap. 17. *Cum in partibus.*

Textus. In Textu. Ibi. *Nomine terræ non solum regnum & provincia, sed & villa & castrum intelligi volumus.*

Quid nomine terræ veniat.

Alexand. consil. 14. num. 11. ubi tetigi. lib. 4. Guid. Pap. consil. 77. col. 4. Jason. consil. 224. lib. 2. C. M.

Adde in id quod nomine terræ universitas agrorum veniat. Philipp. Decium. consil. 577. & ibi. Molin. in not. ad verbum intra fines. ubi idem dicit de Comitatu, Baronia & Castellania, ut ea nomina contineant quidquid intra limites continetur, quibus authoritatibus concludo in consultatione de limitibus ditionum regionum in Belgio, in cessione facta Regi Castellaniæ & territorii Athensis, Condæanam civitatem, cum suis appendicibus contineri, cum ab eadem Castellania & territorio Athensi dependeat, sitque ejusdem pars, non excepta, sed generali expressione comprehensa, ut habetur in tractatu pacis Aquileiensis inter Regem nostrum Christianissimum & Carolum II. Hispaniarum Regem initæ, art. 3. & 4. quam quidem consultationem misi ad Dom. Gothofredum Cameræ Computorum Insulensis Præsidem & directorem, eamque inserui in secundo volumine Indultorum Belgii à pagina 623. ad pag. 631. cujus deliberationis dies fuit 18. Decembris anni 1668. à me subsignatæ. F. P.

Quid nomine Baroniæ Castellaniæ, Baillivatus item veniat.

Probatur quod hoc nomine Castellaniæ Athensis in Flandria veniat civitas Condæana intra limites Athensis Castellaniæ inclusa.

In id refertur consultatio habita in secundo volumine Indultorum Regiorum Belgii inserta & concluſa ex art. 3. & 4. tractatus pacis Aquileiensis.

Cap. 18. *Cum tibi.*

Textus. In Textu. Ibi. *Cum quæritur de indulto Sedis Apostolicæ, quo Episcopo rerum clericorum suorum ab intestato decedentium ordinatio relicta est, vocabulum clericorum, tam ad Canonicos, quam ad non Canonicos extenditur.*

Qui veniant in indulto Apostolico sub nomine clericorum, quorum decedentium successio ex indulto Apostolico defertur.

Non intelligas de regularibus, qui non habent proprium, sed de Canonicis sæcularibus, qui solent bene nummati decedere; sed Papa non potuit istud concedere, & non obstante hoc cap. quod nunquam fuit in usu receptum, clericis, sive canonicis, sive Episcopis, ut cæteris laicis cognati succedunt, non Ecclesia vel Episcopus dixi in Consuetud. Paris. §. 151. C. M.

In Gallia non obstante hoc cap. cognati succedunt clericis sæcularibus decedentibus, non Ecclesia, vel Episcopus.

Quæ in ea successione clericorum, sive sæcularium, sive regularium, servanda sunt jure nostro Gallico, & antiquiori Canonico, latius differui in tractatu nostro & avitino de beneficiis Ecclesiasticis. ad verba *cum suo reditu.* cap. 3. de jure quod in bonis Ecclesiast. Eccles. vel personis Eccles. competet. §. 17. an clerici usuariis vel fructuariis similes, seu de peculio clericorum. §. 18. de peculio monach. vel regul. §. 19. quid servetur in Gallia & aliis regionibus in clericorum & regularium successionibus. Vide supra quæ adnotata sunt ad cap. 1. quorumdam in glossa de testam. F. P.

De peculio clericorum & sæculatium capiendo ad usum Galliæ remissio ad tractatum nostrum & avitinum de beneficiis.

Cap. 23. *Ex parte.*

Casus. In Themate, sive Casu. *Thema. Juncto Textu hujusce Capituli.*

Baillivus Comitissæ Blesensis comprehensum latronem, crimine probato, punivit, quo facto, capitulum Carnotense petiit dictum latronem ad se, seu Baillivum suum remitti, eo quod diceret captum fuisse in terra capituli. Cum autem remissio non fieret, quia res non erat integra, & si esset integra, non constabat latronem captum in terra capituli, vel subjecta capitulo, Comitissa super hoc obtulit cautionem de parendo juri, scilicet coram judice competenti; tamen Canonici terram Comitissæ fecerunt interdicto supponi, quod relaxare nolebant, nisi prius mulcta solveretur, allegantes privilegium Papale, de quo in textu. Quare Comitissa recurrit ad Innoc. III. qui ad interpretationem privilegii respondet. ut hîc. & certos judices delegat: dumque coram illis canonici cavillarentur responsum Papæ, novo rescripto opus fuit, ut in cap. sequent. Verum hæc erat manifesta usurpatio jurisdictionis sæcularis hujus regni, contra verbalem protestationem ejusdem Papæ. supr. de jud. cap. novit. eodem Philippo Augusto regnante, cum enim non esset quæstio nisi de temporali jurisdictione, abusus erat, censuram Ecclesiasticam ante cognitionem & discussionem judicis sæcularis vibrare, & alter abusus, trahere ob id Comitissam ad judicium Ecclesiasticum. Unde tempore Philippi Valesii d. Augusti atnepotis. anno 1229. authore Dom. Petro Cugnerio Regio Advocato, cœptum est ab his & similibus tanquam ab abusu appellare, ad Regem, & sua Parlamenta. C. M.

Expositio casus hujusce capituli.

Usurpatio sæcularis jurisdictionis hîc notata à Molinæo.

Hinc petas ortum appellationum tanquam ab abusu, à disputatione domini de Cugneriis Advocati Regii, & jurisdictionem temporalem defendente, contra dom. Bertrandum Episcopum Æduensem, ac demum S. R. E. Cardinalem, jura Ecclesiasticorum tuentem, coram Philippo Valesio Rege, quæ habetur in calce tractatus de Regaliis, à Galeoto à Prato Bibliopola Parisiensi editi. anno 1551. & cujus mentionem habui in præfatione historica ad pragmaticam sanctionem sancti Ludovici in articulis ad Philippum Valesium spectantibus à num. 84. ad num. 96. qui incipit tractatus de his quæ habita sunt coram Rege Carolo V. Sapiente dicto; cujus temporibus & alia habita disputatio de jurisdictione sæculari & Regia & de Ecclesiastica sub titulo Somnii Viridarii, cujus authorem dicunt fuisse Dominum Dormantium Cancellarium Franciæ, cujus historiam ibidem tractavi à num. 96. ad num. 100. F. P.

Ortus appellationum tanquam ab abusu notatus temporibus Philippi Valesii, Petro Cugnerio Advocato Regio adhortante.

Hic exponitur disputatio Dom. Petri de Cugneriis jurisdictionem regiam defendentis contra Dom. Bertrandum Episcopum Æduensem Ecclesiasticum tuentem sub Philippo Valesio.

Exponitur altera disputatio jurisdictionis Regiæ & Ecclesiasticæ invicem concertãtium sub nomine Somnii Viridarii, sub Carolo V. Rege Sapiente dicto, & notatur author.

Ibidem.

Textus. In principio Textus. Ibi. *Quod cum ipsius præpositus, id est Comitissæ Blesensis, quemdam latronem ceperit.*

Id est Baillivus, quia tunc, & inde usque ad edictum Regis Francisci, causa carius vendendi hujusmodi officia factum anno 1539. præpositi, qui sunt inferiores, non cognoscebant, nisi de parvis causis aliquot solidorum, ut vidi per vetera monumenta. C. M.

De Præpositis & Baillivis, & eorum jurisdictione, & acceretione earumdem.

Ibidem.

Glossa. In Glossa verb. *Si vero dubia est offensa, sufficere credimus, si parendi mandato Ecclesiæ, competens [a] satisfactio præbeatur.* Ibi. *Et adhuc potest reus allegare errorem suum. dig. de confess. lib. 2.*

Source : BIU Cujas

Quid faciendum ubi dubia eſt offenſa, ut de ea ſufficienter caveatur.

Idem Barth. in d. leg. 2. Anton. Corſ. in ſing. verb. confeſſio. Philipp. Franc. cap. 2. in fine. de in integr. reſtit. in 6. quamvis Bald. l. error. col. 3. cod. de jur. & fact. ignorantia. leg. 1. in fine, cod. de litis conteſt. contrarium teneat & male. C. M.

Conjectura corrigendi textus hujuſce capituli.

[a] Credo ibi legendum & reponendum verbum ſatisdatio, in locum verbi ſatisfactio, quod credo melius convenire textui, & caſui, ejuſdem capituli. F. P.

Cap. 25. *Abbate.*

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Nec de more præteriti temporis fiat fides per privilegium & ſimilia.* Ibi. *Alii dicunt, quod ſi in privilegio inſeritur totus tenor alterius, non eſt neceſſe illud exhibere, ſed certe illud non ſufficit.*

Cum in poſteriori reſcripto inſeritur tenor prioris, nulla facienda fides antiquioris reſcripti.

Idem Jaſon conſil. 168. conſil. 8. lib. 4. dixi late in Conſuet. Pariſ. §. 5. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Monaſterium ſancti Bertini tandiu hac honoris prærogativa gaudeat, ut de monacho illius monaſterii Alciatenſi monaſterio Abbas præficiatur, donec ibidem viguerit obſervantia regularis.* Ibi. *Sed pone quod electus de alio monaſterio contra privilegium, vixit 40. annis, numquid præſcriptum eſt privilegium; videtur quod ſic: nec adhuc credo quod perdat privilegium, quia non poteſt uti illo tempore.*

Non præſcribitur contra privilegium, ubi non datur locus poſſeſſioni privilegii vel uſui ejuſdem.

Idem Hoſtienſ. & facit quæſtio Goffredi, de qua dicam de Conſuetud. cap. ult. lib. 6. in princip. Joann. Andr. Idem Panorm. hîc. Jaſon. leg. finali. col. 9. de conſtit. Principum. C. M.

Cap. 26. *Super quibuſdam.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Manifeſtos eſſe Hæreticos, qui contra fidem Catholicam publice prædicant.*

Qui dicantur hæretici, probatur variis authoritatibus.

Concordat textus in authent. Gazaros. & ibi Albert. de Roſat. & ſuper rubr. cod. de hæret. & de eorum pœnis. vide in leg. Arriani. & in authent. credentes. eod. tit. Guillelm. Occam. in dialog. fol. 21. C. M.

Ibidem. §. *Præterea.*

TEXTUS.

In Textu. *Cum pedagia, guidagia, ſalinaria tibi Legatus interdixerit memoratus. Juncta inſcriptione Innocent. III. Comiti Tholoſano.*

Ad hiſtoriam temporis & caſum cap. illuſtrandos.

Scilicet Gualo Cardinalis, cum 12. Abbatibus Ciſtercienſibus ab Innoc. III. miſſus ad prædicandum Cruciatam, & bellum contra Albigenſes, qui ut partem plebis ad ſe traheret, vetuerat comitem hæc exigere. Anton. tit. 19. cap. 1. §. 3. juncto hoc textu. C. M.

Cap. 27. *Novimus.*

GLOSSA.

* In Gloſſa verb. *Degradatus ſæculari curiæ tradatur puniendus.* Ibi. *Hoc intellige de illo qui penitus eſt incorrigibilis.*

Quando clericus ſæculari curiæ tradendus, ut puniatur.

Imo hîc ſpeciale. Panorm. C. M.

De degradatione preſbyterorum ad authores remiſſio.

De degradatione preſbyterorum & de pœnis degradatorum vide Brod. ad *Louet.* litt. d. cap. 59. Radulph. Forn. rerum quotid. cap. 9. num. 30. Innoc. Ciron. in notis ad compilationem 5. decretalium Honorii III. ad cap. venerabili. 4. de ſentent. excommun. in verb. Cœnomanenſi Epiſcopo. eumd. Molin. in not. ad cap. cum non ab homine. 10. de jud. in ſummario. & ibi not. Dom. G. D. P. & in cap. non poteſt. 3. in gloſſa verb. concors ſententia. de ſentent. & re jud. vide & tract. noſtrum & avitinum de benefic. Eccleſiaſt. ad verb. *cœleſtis.* cap. 1. de vit. & honeſt. cler. §. 5. de juriſd. Eccleſ. §. 36. & ſequ. F. P.

Cap. 28. *Dilecto filio.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Dilecto. in principio. Juncta inſcriptione. Archiepiſcopo Tyronenſi.* Ibi. *Archiepiſcopus Tyronenſis controverſiam habebat cum Venetis, & procuratore eorum ſuper Eccleſia ſancti Marci de Tyro.*

Ad emendationem inſcriptionis hujus cap. & illuſtrandam hiſtoriam & caſum ejuſdem cap.

Hîc Canoniſtæ etiam veteres, ut Hoſtienſ. Joan. Andr. hiſtoriam negligentes, & ignorantes, intelligunt de Eccleſia ſancti Marci de Venetiis. ut ſupr. ut lite non conteſt. cap. accedant. 4. & male. quia agitur de Eccleſia ſita in Tyro urbe Syriæ, quæ Archiepiſcopalis eſt, ſub Patriarcha Hieroſolymitano. ut etiam apud Sabell. Ennead. 9. lib. 4. centum fere annis ante hoc cap. videlicet anno Domini 1119. durante captivitate Balduini Regis Hieroſolymitani, Veneti, cum Michaele Græcorum Imperatore Tyrum quinque menſibus obſeſſum cæperunt, & Veneti fœdere mediam urbis partem obtinuerunt; & ita ſuperſcriptionem textus & gloſſam hanc emendavi, ubi perperam legebatur Turonenſi. C. M.

Cap. 29. *Cum inter vos.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Oblationum nomine minime contineri quæ in Cimilini ponuntur.*

Quid Cimelio, aut theſaurus Eccleſiæ.

Barbara vox, quæ eſt ſupra. de offic. archid. cap. 3. dicendum erat Cimelio, id eſt in theſauro, & χειμειάρκιον Græce, locus ubi res pretioſæ reconduntur. Vide Bud. leg aut fracta. de pœnis. C. M.

Ad illud explicandum ad alios locos remiſſio.

Junge not. Molinæi ſupra. ad cap. 3. ea quæ. de offic. archid. in textu. & inſcriptione. & noſtram item notam ibi ſuperadditam. F. P.

Cap. 31. *Ex parte.*

CASUS.

In Caſu. in principio. Ibi. *Epiſcopus Albinenſis Apoſtol. ſedis leg. in partibus Romaniæ fecit quandam conſtitutionem.* Ibi. *In partibus Romaniæ.*

Quid ſit Romania Imperii Conſtantinopolitani.

Id eſt Thraciæ, quam ſic nuncupaverunt, Imperatores Conſtantinopolitani, poſtquam exarchatu Romaque amiſſis, Imperium cum Carolo Magno diviſerunt. Sabell. Ennead. 10. lib. 6. C. M.

Ibidem.

CASUS.

In eodem Caſu. Ibi. *Patriarcha occaſione hujus conſtitutionis, à Prælatis univerſitatis Francigenarum. Juncto integro caſu, & textu.* Ibi. *Francigenarum.*

Ad hiſtoriam temporis & caſus cap. illuſtrandam.

Quorum multi ibi manſerunt, poſtquam Galli anno 1202. duce Balduino Comite Flandrenſi, cum auxilio Venetorum Imperium Conſtantinopolitanum occuparunt, eamque Eccleſiam Papæ ſubjecerunt, quamdiu ibi regnaverunt, ut dixi ſupra. de major, & obed. cap. inter quatuor. C. M.

Cap. 33. *Tranſmiſſæ.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Facultates Eccleſiæ adeo excreviſſe poſt diminutum numerum Canonicorum.* Ibi. *Ex hac decretali colligitur, quod Epiſcopus cum capitulo ſtatutum numerum præbendarum & dignitatum non poſſunt diminuere, ſine authoritate Papæ, etiam ex juſta cauſa.*

An Epiſcopus cum capitulo poſſit numerum præbendarum diminuere, ſine authoritate Papæ.

Imo tunc poſſunt. Felin. cap. cum acceſſiſſent. de conſtit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In utilitatem Eccleſiæ convertentes augmentum.* Ibi. *Hoc poſſet intelligi, quando præter diligentiam canonicam hoc contingit, ſecus videretur ſi diligentia ipſorum ſit procuratum. de hoc not. ſupr. de conſtitut. ex parte. cum acceſſiſſent. & cum M. Ferrarienſis.*

Augmentum redituum Eccleſiæ quandoque in utilitatem Eccleſiæ, quandoque in utilitatem canonicorum convertendum.

Adhuc idem tenet Panorm. hîc. & d. cap. cum M. dic quod gloſſa eſt vera, in vita ipſius canonici qui auxit. C. M.

Monitum ad lectorem de commentario perpetuo Quintini Hedui Anteceſſoris Decretiſtæ in Academia Pariſ. ad hunc titul. de verb. ſignif.

Hic ad calcem hujus tituli de verbor. ſignificat. te monitum volo, Joannem Quintinum Æduum Ordinis Hieroſolymitani militem & in Schola Decretorum Academiæ Pariſienſis Anteceſſorem celeberrimum, commentarium edidiſſe ad ſingula hujus tituli capitula, quem Carol. Molin. laudavit in not. ad cap. innovare. hujuſce tituli. Itaque ad pleniorem expoſitionem ſingulorum capitulorum ejuſdem tituli recurrere poteris ad ejuſdem commentarium, ad quem pater meus in notis marginalibus manuſcriptis ad eadem capitula remiſit. F. P.

Source : BIU Cujas

TITULUS XLI.

De Regulis Juris.

Cap. 3. *Qui ſcandalizaverit.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Utilius naſci ſcandalum permittitur, quam veritas relinquatur.* Ibi. *Quæ triplex eſt, bona vitæ, quæ ad quemlibet pertinet, & numquam omittenda, juſtitia, quæ ad judicem, alia diſciplinæ, quæ ad Prælatum, & hæ duæ quandoque omittuntur, & iſtæ tres his verſibus exprimuntur.*

Eſt verum vitæ, doctrinæ, juſtitiaque,
Primum ſemper habe, duo propter ſcandala linque.

De triplici veritate hîc ſubditur expoſitio. Gloſſ. ſupr. de renunciat. cap. niſi cum pridem. verſ. diſtinguendum. Alex. conſ. 56. in princip. lib. 4. C. M.

Cap. 10. *Quamvis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non eſt paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit & paſtor neſcit.* Ibi. *Si dicatur quod dolo paſtoris periit, & ipſe neget, ipſi incumbit probatio, cum ratione officii debeat cuſtodiam habere.* Vincent. Joann. Andr. Panorm. hîc. Jaſon. Philipp. Decius. leg. quod te. ſi certum petatur. Albert. 2. ſtatut. quæſt. 150. num. 3. lib. 2. ubi dixi. aliàs allegans dolum probare debet. leg. quoties. de probat. C. M.

Non debet excuſari paſtor, ſi eo ignorante oves perierint.

Cap. 11. *Indignum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Pro ſpiritualibus homagium non præſtatur.*

Abbatiæ quædam moventes in feudum ab Eccleſiaſticis prælatis, Sunt tamen plures Abbatiæ, quæ moventur in fidem & homagium, ut *de Marbec* ab Achiepiſcopo Turonenſi, & *de Cormeri* à capitulo ſancti Martini Turonenſis, & hæc in locis ſuis notoria ſunt. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Homagium facere.* Ibi. *Et in aliquibus caſibus debet ſacramentum facere de obedientia, ſive etiam de fidelitate poſt receptam adminiſtrationem.* Ut dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 2. gloſſ. 3. num. 13. C. M.

Sacramentum fidelitatis à minoribus clericis ratione beneficiorum quandoque præſtandum.

FINIS.



Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI
ANNOTATIONES
AD SEXTUM DECRETALIUM,
Per Bonifacium VIII. P. P. editum.
ET PRIMÙM IN VITAM EJUSDEM BONIFACII ipsis præfixam.

RUBRICA. IN Rubrica. in verb. *Vita Bonifacii VIII.*

Ad historiam. Ex Platina, Bergomensi ad verbum, qui Papis quantum potuit favit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu vitæ. Ibi. *Gibellinos uno odio persequebatur, propter Columnenses Gibellinos.*

Observatio ad historiam. Sed privato odio ob dictas causas, sed post obitum cap. 1. de Schismaticis. in 6. & alia ejus gesta revocata. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. *Alberto Duci Austriæ Imperii confirmationem bis terque petenti negavit.*

Observatio ad historiam. Sed post ultro obtulit, modo se Germaniæ & Franciæ Regem diceret, quo spreto, Albertus filiam Philippi Pulchri duxit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ob hanc rem (scilicet jubilæi celebrationem) eo anno tanta undique hominum multitudo Romam venit, ut vix incedere per urbem amplam & vastam liceret.*

Nota ad historiam temporis paulo liberior. Sed omittit quod se Pontificio, deinde Imperiali habitu populis ostentavit, velut Deo authore, omnium, tam in spiritualibus, quam in temporalibus Dominus. C. M.

Alia similis nota damnanda ut liberior. Junge notam ejusdem Molinæi ad inscriptionem. cap. 1. antiquorum. de pœnit. & remiss. in extravag. commun. sed utraque damnanda, ut liberior. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Apameensem Episcopum ad Philippum Regem Francorum mittit, qui precibus minas addidit; hanc itaque ob rem Rex iratus hominem subito in carcerem conjicit.*

Nota similiter ad historiam. Imo quia palam edixerat, se Regi, nec in temporalibus, nec in spiritualibus subesse, sed soli Papæ, ut omnes Franciæ annales testantur. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sarra Columnensis cum Nogaretio captum Bonifacium Anagniæ Romam perduxit, ubi quinto & trigesimo die post dolore animi confectus periit.*

Liberior & extemporanea adnotatio. Utque scribunt, intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut canis. Bald. in usib. feud. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sunt qui scribunt hunc quoque discordias inter Italos aluisse.*

Adnotatio ejusdem mentis & ingenii. Historici Itali hæc fere de omnibus Papis temporale regnum sitientibus testantur, eosque alios & alios Barbaros ad Italiam opprimendam subinde evocasse. C. M.

Quod pax in Italia vix esse possit; & de pace his temporibus Pisis sancita. De eo quod Italia vix possit esse in pace, vide quod refertur in glossa pragm. sanct. in proœmio. §. qualiter. præterea. in verb. excoluerunt. addit 2. Probi. ubi venerabili Bedæ pro pace Italiæ oranti dicitur Angelum respondisse, *Beda, Beda tace, quia Italia nunquam erit in pace*; ubi tamen notavi in margine Rege nostro Christianissimo procurante, mox concordiam Pisis sancitam, in cujus expositione desinit Historica præfatio ad pragmaticam sanctionem sancti Ludovici, à me editam. F. P.

AD PROOEMIUM
Libri sexti Decretalium.

RUBRICA. In Rubrica. Ibi. *Sexti libri decretalium per Bonifacium VIII. editi compilatio.*

Emendatio Rubricæ proœmii. Hîc in omnibus libris tria verba hæc *in concilio Lugdunensi* sequebantur, quam putidam impostoram resecui, Bonifacius enim VIII. nunquam fuit Lugduni, nec hunc librum edidit in aliquo concilio, sed privatim à tribus compilatum, ut testatur Platina, & Romæ, ut ipse Bonifacius testatur in fine libri. C. M.

Observatio ad hanc emendationem. Hæc tamen resectio fuit servata ab emendatoribus Romanis, tacito nomine Molinæi, quam tamen retinuit editio Contiana. Quod autem hîc dicitur à Molinæo in fine libri, testatum fuisse Bonifacium in fine libri, intelligendum est in data Romæ, quæ claudit librum, & sub finem hujus proœmii testatur quinam fuerint illi tres quorum opere usus est ad suum Sextum componendum, quos omnes S. R. E. Cardinales creavit, scilicet Guillelmum Mandagotium Archidiaconum Nemausensem, & postmodum Ebredunensem Archiepiscopum, ac demum S. R. E. Cardinalem, qui librum composuit

Exponuntur quorum opera Bonifacius VIII. Sextum compilavit, quos tandem Cardinales creavit.

Source : BIU Cujas

de jure electionum Prælatorum, ac eidem commentarium addidit, quo exponeret varia instrumenta electionibus rite peragendis necessaria, quem inscripsit sequenti, scilicet alteri compositorum Berengario, Ecclesiæ Bitterensis Succentori, ac demum S. R. E. Cardinali, & Richardum Senonensem Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, ac demum Cardinalem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa in principio. Ibi. *Guidoni de Baisio Archidiacono Bononiensi, cujus scripta & dicta non in glossas recipio, sed in textum, supple Joannes Andreas author hujus glossæ.*

Correctio ad glossam Joann. Andreæ. Inepta tapinosis, & quæ fidem detraheret toti huic glossæ, nisi ipse Joann. Andr. in novellis dixisset, se hæc hyperbolice, & honoris causa, non serio dixisse, sed quia à dicto Archidiacono gratis doctoratus fuit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nos, scilicet Bonifacius, à multis requisiti.* Ibi. *Ab Universitate Bononiensi, per nuncium suum Jacobum de Castello, qui erat homuncio, hoc est parvus corpore; unde cum proponeret stans coram Bonifacio, Bonifacius credens genuflexum, monebat ut surgeret: sed tunc fertur quemdam Mathæum de Aqua spreta dixisse ad Papam; Zachæus est.*

Annotatio ad glossam. Imo quia non faciebat opera Zachæi. C. M.

Lucæ 19. sed non video quid faceret iste contrarium operibus Zachæi in arborem sycomorum ascendentis ut videret Dominum, cum proponeret stans, ob brevitatem corporis, coram Papa Bonifacio VIII. de novis Decretalibus Sexti recipiendis. F. P.

Observatio ad glossam.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Librum suum Sextum appellavit, quod quinque libris Decretalium adjectum sextum faceret, tum quod senarius numerus perfectus est.* Ibi. *Sex enim ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, quarum ultima senium est, aliarum ætatum terminus. cod. de sacros. Eccles. ut inter divinum.*

Observatio ad succedentes hominis & mundi ætates. De his hominis ætatibus Archid. infr. de cler. ægrot. cap. unic. Accurs. dig. ad leg. falcid. hæreditatem. distinguit quatuor ætates tantum, scilicet pubertatem, adolescentiam, juventutem, & senium. Inde Andr. Alciat. in leg. pueri dig. de verb. signif. Joann. Coras. in leg. precibus. num. 19. de impub. & aliis substit. C. M.

Ad succedentes hominis & mundi ætates exponendas ad alios authores remissio. Sed & varias ætatis humanæ gradus & partitiones dabunt tibi sufficientius Censorin. de divin. natur. pag. 24. Item Lælius Bisciol. horar. subseciv. lib. 2. cap. 2. Radulph. Fornerius lib. 1. Philosoph. Christianæ cap. 5. Item modernum Authorem in tractatu de ætate ad beneficia. cap. 2. de variis ætatis in homine divisionibus, ubi abunde de hac materia divisionis ætatis discurrit. F. P.

LIBER PRIMUS SEXTI DECRETALIUM.

TITULUS PRIMUS.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

Cap. unicum. *Fideli.*

INSCRIPTIO. In Inscriptione. Ibi. *Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi.*

Not. ad histor. Concilii Lugdunensis temporibus Gregorii X. habiti & Philipp. Audacis Regis Franciæ. Habito circa annum 1274. tempore Philippi III. cognomine Audacis Gallorum Regis, ubi electionem Rodolphi Imperatoris confirmavit, quosdam Mendicantium Ordines abolevit, & cum Palæologo Constantinopolitano Imperatore Græcam Ecclesiam in Fide consentientem habuit, ut hîc Platin. Anton. & alii Historici. & ibi de electione Papæ statuit, ut infr. de elect. cap. 3. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Hoc habet Patrum incommutabilis & vera sententia.*

Annotatio ad textum. Ita legit Archidiac. hîc. sed Francisc. Curtius senior consil. 45. in principio. legit communis, & sentiunt Gemin. Philipp. Franc. hîc. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De Constitutionibus.

Cap. 1. *Licet Romanus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Nova constitutio Principis tollit primam contrariam, quamvis id non exprimat, speciales consuetudines, & statuta rationabilia non tollit, nisi id exprimat, Joann. Andr.*

Quando posterior constitutio tollat præcedentem. Secus si sint contra publicam utilitatem, quia non facta mentione tolluntur. per leg. seq. Barthol. in extravag. ad reprimendum. gloss. non obstante. Panorm. cap. nonnulli. col. fin. de rescript. Bald. leg. de quibus. de consuetud. Ludov. Gomes. hîc. num. 72. & bene. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Priorem revocare noscatur. Junctis præcedentibus in summario.* Ibi. *In rescripto etiam dicimus, quod si constaret de certa scientia Principis, valeret etiam contra jus elicitum.*

Vis & authoritas clausulæ de certa scientia & quod habeat vim clausulæ non obstante. Quia certa scientia habet vim clausulæ non obstante, de secunda jussione. Panorm. Felin. cap. nonnulli. supr. de rescript. Alex. cons. 134. num. 7. lib. 1. limito si lex haberet clausulam derogatoriam. C. M.

Ad eamdem materiam remissio ad alios Molinæi locos. De clausula ex certa scientia, & ut habet vim clausulæ non obstante, & quæ ejus authoritas, vide eumdem Molin. in stilo Parlam. part. 3. tit. 39. de accusat. §. 7. in verb. de nostra expressa scientia. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Etsi rescriptum concedit aliquid contra jus, jam in eo mutat nomen rescripti, & dicendum est privilegium.*

Notatur differentia rescripti & privilegii. Francisc. Curtius senior cons. 16. col. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Consuetudines & statuta locorum cum sint facti, & in facto consistant.* Ibi. *Dicat autem quod sicut sublatum est jus commune, ita & statutum, quod simpliciter continebat jus commune, cum illud non sit facti, nec consistat in facto, imo sit juris, & in jure consistat.*

Statutum jus commune concernens, non est facti sed juris. Idem Joan. Andr. ad speculum in rubr. de testam. in princip. Petr. Anchar. Geminian. Philipp. Franc. hîc. Alb. 1. parte statut. quæst. 9. Felin. cap. 1. in fine. de constit. Henr. de Bottis tract. de synodo. part. 3. art. 1. conclus. 10. Anchar. cons. 182. col. 2. C. M.

Cap. 2. *Ut animarum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Statuto Episcopi in omnes furtum committentes excommunicationem promulgante, subdi-*

Source : BIU Cujas

ti extra territorium furtum committentes non ligantur.

Statuta an ligent habitantes extra territorium.

Vide Auguſtin. in diſputatione Bononienſis. col. 3. Anchar. repetit. cap. poſtulaſti. col. 8. de foro compet. Henr. de Bottis tract. de ſynodo. part 3. art. 2. num. 21. Alex. conſil. 111. lib. 1. an ligent forenſes. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De Reſcriptis.

Cap. 1. *Ipſo jure.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Reſcriptum ab excommunicato impetratum eſt ipſo jure nullum, & inde ſecutum, niſi in cauſa excommunicationis vel appellationis.* Ibi. *Ab excommunicato.*

Quando exceptio excommunicationis locum habeat necne.

Actore, ſed à reo indiſtincte valet. Domin. Philipp. Franc. hîc. col. 2. & in cap. utile. & ibi Joan. Andr. in mercur. de reg. jur. C. M.

Ad eamdem materiam exponendam ad alios locos remiſſio.

Vide eumdem Molin. in not. ad cap. dilecti. in ſummario. ibi nec per replicationem excommunicationis repelli poteſt. de except. apud Gregor. & ad cap. 1. in textu. ibi. malitia. de except. in 6. & in commentar. Decii ad cap. cum inter. num. 1. de except. apud Gregor. in verb. excommunicatum. in ſign. A. gloſſ. pragm. ſanct. tit. de cauſis. §. ſtatuit. 2. in verb. offenſus. in addit. Probi 1. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Reſcriptum vel proceſſus per ipſum habitus non valet. Juncto præcedenti ab excommunicato ſcilicet.* Ibi. *Satis mirandum, quod ſi ago coram ordinario, valet proceſſus, ſi coram delegato, nihil valet, quia juriſdictio ordinaria favorabilis, extraordinaria odioſa.*

Differentia inter juriſdictionem ordinariam & delegatam ut ſupr. & quod prior ſit favorabilis, ſecunda odioſa.

Philipp. Decius. cap. ad hæc. 1. num. 3. de appellat. conſil. 224. Idem gloſſ. clement. 2. de foro compet. Joann. Staphil. de litter. Grat. in præjud. num. 16. C. M.

Cap. 2. *Cum in multis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Per clauſulam generalem. Quidam alii.* Ibi. *Item ſi dicatur homines talis loci: nam aut conveniet eos ut univerſitatem, & tunc omnes habentur loco unius, aut ut ſingulos, & tunc ſolos quatuor, præter expreſſos poterit convenire.*

Quænam eſſe debeat executio hujus clauſulæ *conveniantur homines talis loci, & quidam alii.*

Hoc verum, ubi hoc verbum *homines* talis loci ponitur in clauſula in conſequentiam ut hîc. ſecus ſi principaliter concederetur contra homines in genere, quia hîc loquitur, quando multitudo venit in conſequentiam. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *In litteris noſtris, id eſt Apoſtolicis. Juncta præcedenti clauſula quidam alii, quæ frequenter inſeritur in eiſdem.* Ibi. *Quid de litteris Epiſcopi? dic ſecundum Hoſtienſ. quod non extenditur ad illas.*

Differentia inter juriſdictionem ordinariam, & delegatam, ut ſupr.

Et bene. quia hic textus, propter odium delegationum, & turbationem juriſdictionis ordinariæ, reſtringitur, quamvis contrarium teneat, hîc Gemin. & male. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quorum nomina in primo citatorio exprimat Imperator. Juncta præcedenti clauſula quidam alii ultra tres vel quatuor.* Ibi. *Sed pone quatuor expreſſit, poſtea mutat unam ex perſonis, vel neminem expreſſit; poſtea alterum convenit; quæritur an valeat judicium, & videtur quod ſic; contrarium dico &c.*

Quomodo exequenda præcedens clauſula *quidam alii*, ut ſupr.

Idem Joann. Monach. Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ne locus fraudi relinquatur, ſi circa ea poſſit libere variare.* Ibi. *Per litteras generales ad obtinenda beneficia, ex quo aliquid ſpecificavit Imperator ſive proteſtatione, ſi ſuccumbat, ad aliud tranſire non poteſt.*

Tene menti gloſſam, ſed fallit tamen ſi acceptans probabiliter ignoravit. Gemin. Philipp. Franc. & cap. ſi beneficia. de præb. in 6. Gemin. conſil. 103. Roman. conſil. 329. Joann. de Selva tract. de benef. part. 3. quæſt. 28. C. M.

An variare liceat in executione clauſulæ *& quidam alii* ſive in reſcriptis juſtitiæ, ſive in litteris gratiæ.

Hujus Molinæani prænotati priorem partem uſurparunt hîc Romani Imperatores, omiſſa poſteriori, ab his verbis *Gemin. Philipp. Franc. &c. ad finem uſque.* F. P.

Cap. 3. *Diſpendia.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si plures perſonales movere voluerit quæſtiones,* Ibi. *Quaſi ſecus de realibus. 25. diſtinct. qualis.*

Ubi eadem ratio, ibi idem jus ſtatui debet.

Dic quod ubi eadem eſt omnino ratio, hoc cap. habet locum in realibus, etiam quoad pœnam. Panorm. in cap. finali. extra. eodem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Super omnibus hujuſmodi quæſtionibus litteras ſtudeat impetrare.* Ibi. *Sic ad eoſdem Judices debet impetrare, etiam una lite finita, licet quidam contra, dicentes quod hæc conſtitutio intelligitur, quando eodem tempore actor trahit reum ad diverſos Judices, vel una pendente coram uno.*

De pluribus actionibus ſimul cohærentibus apud eundem judicem agi debet.

Et hæc verius. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Litteras ſtudeat impetrare. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Quod ſi coram delegato conveniet ſuper una, & coram ordinario ſuper alia; de hoc ſupra eod. cap. ult.*

De eadem materia quæ ſupra agitur hic.

Ubi tenet Panorm. quod non poteſt niſi ſuper actione in reſcripto contenta, quando prius actum eſt coram delegato. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Actor reo in expenſis legitimis condemnandus.* Ibi. *Et hoc generale eſt, ut fatigans adverſarium in expenſis puniatur. ſupr. de pœnis. calumniam. de reſcript. cæterum. cum ſimilibus.*

Victus in expenſis victori condemnari debet.

Cap. finali. ſupr. eod. cap. 2. cap. finali. de dol. & contumac. cap. finali. de major. & obed. cap. ut debitus. de appellat. Hoſtienſ. Joan. Andr. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Reus quoque, eodem durante judicio, reconventionis beneficio debet experiri, vel conventionis.* Ibi. *An coram ordinario reconvenire poſſit eundem, eodem durante judicio, dubitatur, & videtur quod ſic; ſed quia utrobique eſt eadem ratio. Idem jus videtur eſſe debere, vel forte non eadem ratio, quia juriſdictio ordinaria favorabilis, extraordinaria odioſa, & ideo in ordinario dici poſſet, ad hoc facit quod tenet Innocent. ſupr. eod. ult.*

Eodem durante judicio reus poteſt apud eundem judicem ſive ordinarium, ſive delegatum reconvenire actorem.

Idem Archidiac. nec valet proceſſus, etiam parte non opponente, quidquid Joann. Andr. hîc. C. M.

[a] Addendum videtur hîc poſt verba juriſdictio ordinaria favorabilis quod ſequi debet delegata vero extraordinaria & odioſa, ut nunc dictum eſt cap. 1. hoc tit. in gloſſ. verb. proceſſus. F. P.

Conjectura ad corrigendum & addendum huic gloſſæ ad majorem intelligentiam.

Cap. 4. *Cum in aliquibus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum in aliquibus in canonicum recipiendi per noſtras litteras concedimus facultatem.* Ibi. *Nota verbum quia ſi præciperet omni caſu, diceretur authoritate Apoſtolica receptus.*

Receptus in canonicum & in fratrem an dicatur authoritate Apoſtolica receptus.

Idem Gemin. & alii. hîc. ſed eſt falſum, niſi alias alteretur poteſtas ordinarii. Felin. in d. cap. licet. de offic. ordin. cap. eam te. ſupr. eod.

Cap. 6. *Suſceptum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diverſa, & ideo in litteris ad beneficia impetratis, uno expreſſo non venit reliquum.*

An expreſſa vacatione per reſignationem, veniat vacatio per mortem vel e contra.

Fallit in acceptationibus & collationibus executorum. Rota. deciſ. 97. de præb. in antiquis. Gemin. hîc. col. 2. Philipp. Franc. & omnes hîc. Joan. Monach. in cap. ſi tibi abſenti. infr. de præb. C. M.

Junge notam ejuſdem Molin. ad clement. ne Romani. §. eo tamen. in textu. ibi. per mortem vel

Source : BIU Cujas

Monitum ad citationes Molin. ad commentarios in regulas cancellar.

alias. de elect. in clement. ubi remittit ad num. 145. commentarii ad regul. de infirmis. Sed nota quod cum reducit in eo loco & aliis ad commentarios suos ad regul. Cancellariæ recurrendum ad priorem editionem, quæ est anni 1552. ab ipsomet Molinæo procuratam, ut in plærisque aliis: nova enim editio non convenit citationi, & nota regulariter una vacatione expressa, puta resignationis, non venire vacationem per mortem, maxime in patria obedientiæ, in beneficiis indulto Cardinalium submissis, propter mensium sectionem in prima specie, & in altera propter compactum Cardinalium, ut collationibus eisdem competentibus liberior locus detur; adeo ut in posteriori specie, ne Papa in resignationibus à se admissis derogare possit regulæ de viginti diebus, ex dicto compacto, & Regia constitutione Henrici II. Prætorianorum Judicum scriniis demandata, illud compactum approbante & admittente, de diebus 13. Aprilis anni 1556. 29. Maii 1555. 6. Januarii & 13. Februarii 1558. quæ omnia in primo volumine Indultorum Regiorum à nobis editorum inseruimus à pag. 234. ad pag. 273. sed extra regionem obedientiæ, & beneficia indultis Cardinalium affecta, in Gallia id servatur, ut vacatione per resignationem in Curia Romana, & in favorem delectæ personæ expressa, venit regulariter vacatio per mortem contingens, & omissa suppletur, sicut & derogatio regulæ de infirmis, eo quod ultra montes degat resignans, quod apud nos usu certo & constanti servatur. F. P.

In patria obedientiæ & in indultis Cardinalium exequendis expressa vacatione per resignationem, non venit vacatio per mortem propter sectionem mensium, & compactum.

Extra hos casus vacatione per resignationem expressa venit & vacatio per mortē, & derogatio regulæ de viginti diebus etiam non expressa.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Secundus (cum beneficium cessione, non morte vacaverit) debet primo (scilicet qui obtinuit per mortem) in assecutione beneficii præferri.*

Hic exponitur tenor regulæ de publicand. & de 20. diebus, ut locus detur vacationi per obitum, si non fuerit regulæ satisfactum, decedente resignante ultra terminum regulæ.

Nisi cessio non fuerit vivo cedente publicata infra mensem, vel semestre, juxta reg. de publ. vel nisi cedens infirmus obierit infra viginti dies. C. M.

Vide in id textum regulæ & glossema textuale ipsius regulæ Molinæi.

Addendum quoad priorem partem, scilicet regulam de publicandis, si resignans vel cedens ultra tempus regulæ, id est ultra mensem, vel semestre decesserit: si enim intra legales inducias decesserit, non datur locus regulæ, & tempora non currunt non publicanti, ut patet ex textu ipsius regulæ, & glossematibus Molinæi ad eamdem regulam, quoad vero secundam partem notæ, sive regulam de 20. diebus, hodie ejusdem rigor non servatur, extra regionem sive patriam obedientiæ, & in beneficiis indultis Cardinalium submissis, & derogatio ipsius ubique locum habet, & suppletur si omissa fuerit, & hæc est hodierna praxis in favorem resignantium, & resignatariorum. F. P.

Extra patriam obedientiæ & indulta Cardinalium non servatur regula de viginti diebus.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi de intentione mandantis aliud appareat expresse. Junctis præcedentibus in summario.* Ibi. *Quia expressit se velle beneficium tali conferre resignatione, vel quocumque modo vacaverit.*

De clausula quovis modo, & quod ea uti possit in collationibus suis.

Dom. Petrus Rebuff. tract. nominat. quæst. 18. & hac clausula quovis modo potest uti Ordinarius. Philipp. Franc. hic. & in cap. 2. infr. de elect. C. M.

Hic agitur de vi & effectu hujus clausulæ, & quos comprehendat omnes vacandi modos, & quod ea uti possit ordinarius, vide eumdem Molin. ad reg. de publicandis num 200. & num. 330. & 360. & ad dictum num. 200. reg. de public. adde Dom. *Louet* in suis notis & censuris ad Molin. ibidem. & ad numer. 299. & 328. reg. de infirmis. Adde & gloss. pragm. sanct. tit. de cauf. §. item quod monasterio. in verb. aliàs quovis modo. & vide ibidem notas marginales à me additas. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum beneficium cessione, non morte vacaverit.* Ibi. *In litteris beneficialibus, quæ ambitiosæ reputantur, fit stricta interpretatio, ut infra. de præb. quamvis. Idem intelligimus stricte de morte naturali, prout verbum sonat.* Ibi. *Naturali.*

Mentione habita ætatis, vel mortis, de naturali intelligendum non de civili, aut Imperiali.

Sic cum de ætate fit mentio, de naturali intelligendum est, non de ea quæ imperiali beneficio suppletur. cod. de his qui veniam ætatis impetrav leg. finali. Archidiacon. nisi cum eadem est ratio, late Joann. Crot. in leg. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3. cum sequent. de liber. & posthum. C. M.

Ad eandem materiam latius exponendam ad authores & locos Molinæi & aliorum remissio.

Hujus Molinæani prænotati priorem partem hîc margini suæ apposuerunt Romani emendatores, omissa posteriori ab his verbis *nisi eum eadem est ratio ad finem.* & de eo quod verba prolata in lege vel statuto de ætate legitima, debeant intelligi de ætate naturali, non de ea que beneficio Principis acceleratur, & quod eadem verba prolata de morte, naturali, non de civili debeant intelligi. Vide eumdem Molin. ad regul. de infirm. num. 351. & 366. & quod in eo differentia sit inter regulam de infirmis resignantibus, quæ de sola morte naturali intelligitur, & regulam de publicandis, quæ & ad mortem civilem quandoque extenditur, vide eundem Molin. ad regulam de publicandis. num. 436. Adde Antonium Mornacium ad legem ultimam. cod. de his qui veniam ætatis impetraverunt. in ea verba legitima ætas intelligitur, qui viginti quinque annorum curriculis completur, non quæ ab imperiali beneficio suppletur, ubi abunde illud tractat. F. P.

Differentia inter regulam de viginti diebus & de publicandis quoad verba mortis naturalis vel civilis producenda & in id Antonius Mornacius hic citatus.

Cap. 7. *Gratia.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quamvis de collato beneficio non feceris mentionem, si tibi absenti & ignoranti collatum sit.* Ibi. *Vel dic in beneficiis, vel litteris ad beneficia impetrandis, nihil taceri debet, quod possit movere animum concedentis.*

Taciturnitas vel omissio obtentorum officit rescriptis quibuslibet, præsertim ad beneficia.

Idem Joann. Andr. Philip. Franc. Rota. decis. 220. si autem habens in bonis. Ægid. Bellam. decis. 167. idem Francisc. Ripa. in rubrica de judiciis. num. 71. C. M.

De eadem materia quæ supra ad alios Molinæi locos & aliorum authorum remissio.

Adde eumdem Molin. in not. ad cap. postulasti. 27. in glossa verb. providentibus. ibi. tenetur. de rescript. apud Greg. & in not. ad cap. 2. in gloss. verb. specialis. ibi beneficii. de offic. ordin. in clementinis. & in not. ad cap. 1. in gloss. verb. vel alteri. ibi. quod habet impetrans. ibid. in clementin. Dom. *Louet* ad Molin. in reg. de infirmis. num. 364. in medio & in fine. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Eligas quod ex eis retinere malueris. Junctis præcedentibus de impetratione gratiæ ad beneficia, ab eo qui alia possidet, non expressa.* Ibi. *Sed nunquid electo uno, poterit re integra mutare consilium & aliud eligere, argument. quod sic; contrarium tene per prædictam regulam quod semel de reg. jur.*

An consumpta electione incompatibilium, detur pœnitentiæ locus.

Idem Archidiac. Gemin. C. M.

De optione vel electione semel habita non reiteranda vide Duarenum in leg. servi electione 5. de leg. 1. Anton. Mornac. in observat posthumis à nobis recognitis & publice editis ad leg. apud Ausidium 20. dig. de optione legata. C. M.

Ad eam materiam latius exponendam ad authores remissio.

Cap. 8. *Quamvis.*

GLOSSA vel NOTAB. HELIÆ.

In Glossa vel notab. Heliæ in principio. Ibi. *Aliquis vassallus commisit feloniam contra Regem, propter quod sua bona sunt confiscata: pendente illo tempore Princeps dat feuda aliis; postea restituitur: utrum restituatur ad bona confiscata, textus iste facit quod non.*

De effectu restitutionis per viam gratiæ, vel justitiæ, ad effectum retroactionis.

Scilicet per viam gratiæ, secus in restituto per viam justitiæ. C. M.

Adde eumdem Molin. ad reg. de verisim. notit. obit. num. 85. & ibi Dom. *Louet* in not. & censur. ibidem. Renat. *Chopin* lib. 1. doman. Franc. tit. 8. num. 13. F. P.

De eadem materia ad alios locos & authores remissio.

Ibidem.

Source : BIU Cujas

GLOSSA.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Valent ſecundæ litteræ impetratæ, poſt revocationem, & ante reſtitutionem priorum.* Ibi. *Idem & multo magis ſi ante revocationem.*

Clauſula *non obſtante quod pro aliis ſcripſerimus*, in reſcriptis, & quis effectus.

Idem Gemin. Joann. Andr. & intellige quando hæc ſecunda habet clauſulam *non obſtante quod pro aliis ſcripſerimus*; ſecus ſi fuiſſet ab initio ſubreptitia. cap. mandatum. infr. eod. quia non convaleſceret. Philipp. Franc. C. M.

GLOSSA.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Cum talis reſtitutio intelligatur fieri ſine præjudicio juris alieni.* Ibi. *An Epiſcopus invito patrono reſtituere poſſit presbyterum per ſe depoſitum; Goffredus dicebat quod non; Hoſtienſis opinionem Goffredi eſſe veram, ſi reſtituatur ab inferiore: ſecus ſi à Principe. Barthol. Brixienſis in quæſt. Dominical.*

An reſtitutio fieri poſſit cum præjudicio juris alieni.

Scilicet 53. & ſolutio ejus communiter approbatur per can. decernimus. 16. quæſt. 22. Joann. Andr. Gemin. Philip. hîc. Henr. Boich. cap. ex tranſmiſſa. de renunciat. C. M.

Ad eamdem materiam plenius definiendam ad alios locos Molinæi & aliorum authorum remiſſio.

Hujus Molinæani prænotati marginalis prima pars ab emendatoribus Romanis hîc uſurpatur, & margini adjicitur, omiſſa poſteriori ab his verbis *Gemin. Philipp. hic. uſque ad finem.* & ad deciſionem gloſſæ & notæ Molinæanæ confirmandam. Adde quod habet idem Molin. ad regul. de veriſim. notit. num. 85. & ibi Dom. *Louet* in notis & cenſuris ſuis ibidem. & eundem Molin. ad reg. de infirm. num. 398. & 399. F. P.

Cap. 9. *Si eo tempore.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ad obtinendum beneficium curatum non habebat idoneam ætatem.* Ibi. *Scilicet 25. annorum. cap. cum in cunctis. ſupra. de elect.*

De ætate in beneficiis curatis competente.

Incœptorum. infra. de elect. cap. licet canon. C. M.

Adde ejuſdem Molinæi notam ad cap. 2. in textu. ibi. dummodo aliàs ſit idoneus, & intra tempus promoveri valeat. infr. de inſtitut. & ſic expunge errorem quorumdam, qui putant ſufficere, ut quis poſſit inſtitui in beneficio curato, ut talem habeat ætatem, in qua intra annum poſſit ad ſacerdotium promoveri; differtur quidem ex jure promotio ad ſacerdotium uſque ad annum, ſed non ſuppletur ætas canonica 25. annorum incœptorum, quæ tempore inſtitutionis adeſſe debet. F. P.

Ad eamdem materiam definiendam, & quod dilata promotione ſacerdotii, ætas 25. annorum in cœptorum adeſſe debeat tempore inſtitutionis, recurſus ad locos & authores hic citatos.

Cap. 10. *Si eo tempore.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Fabricæ, cui debentur fructus primi anni, per indultum poſterius fructuum primi anni debitis Epiſcopalibus perſolvendis inſumendorum nequaquam præjudicium aliquod generetur.* Ibi. *Fabricæ, vel aliæ perſonæ ſic privilegiatæ habeant reditus ſecundi anni: iſte autem privilegiatus habeat reditus primi anni.*

De fructibus primi vel ſecundi anni per privilegiatos percipiendis & ſucceſſive dividendis inter eos, ut privilegiatus ſpecialis habeat fructus primi anni, generalis habeat fructus ſecundi anni.

Joan. Andr. in novell. Paul. Caſtr. conſil. 116. in fine. lib. 2. C. M.

Iſta omnia indulta, quæ ſpoliant inſtitutos in beneficiis fructibus primi anni, niſi fabricæ Eccleſiæ oneribus ſuſtinendis, & aliis utilitatibus Eccleſiæ impendantur, ſunt abuſiva, cum ſeparent beneficium ab officio, propter quod datur. cap. ult. de reſcript. in 6. & ita quæcumque à novis beneficiariis dantur, vel amittuntur propter novam in beneficiis inaugurationem, & introitum paſſim damnantur, in jure, quanto magis quæ debitis collatorum & ordinariorum exſolvendis, vel aliis canonicorum antiquorum propriis utilitatibus & commodis expenduntur, in necem recentium & novitiorum, quæ paſſim appellantur *des années ſteriles & de carence*, de quibus omnibus fuſius tractavimus in tractatu noſtro de beneficiis Eccleſiaſt. & avitino. ad verb. *cum ſuo reditu.* cap. 4. de oneribus & immunitatibus Eccleſiarum. part. 1. de oneribus. §. 17. de præſtationibus introitus nomine faciendis. per totum. F. P.

Indulta, quibus fructus primi anni cedunt in utilitatem privatam ſunt abuſiva, ſecus de his quæ cedant in utilitatem ipſius Eccleſiæ.

Tom. IV.

Cap. 11. *Statutum.*

GLOSSA.

In Gloſſa in principio. verb. *Statutum quod circa judices à Sede Apoſtolica deputandos nuper edidimus.* Ibi. *Licet hæc decretalis.*

Quæ corrigit extravag. Bonifacii VIII. quæ incipiebat ſtatuimus. & extravag. Innocentii IV. eod. tit. præſenti. quas non habemus, & decretal. nonnulli. extra. eod. Loquitur autem de Judicialibus, non autem de executor. gratiarum. Panorm. cum in veteri. not. 2. de elect. Felin. cap. poſtulaſti. ſupr. eod. Rota. 369. in novis. Gemin. infr. eod. §. in nullo. col. 1. C. M.

Not. ad hiſtoriam hujus decretalis & materiam de judicibus à Sede Apoſtolica deputatis non de executoribus gratiarum.

Ibidem. §. *Sancimus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Nullis niſi dignitate præditis, cauſæ litterarum Apoſtolicarum authoritate committantur.* Ibi. *Niſi dignitate præditis.*

Quid ſit dignitas in hoc capit. & quomodo accipienda.

Quæ ſumitur hîc large. Franciſc. Aretin. conſil. 240. col. 1. Barbat. conſil. 40. lib. 1. Ludov. Gomeſ. in reg. Cancell. reg. de trienn. poſſeſſ. quæſt. 5. col. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Seu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis. cum additione præcedentium.* Ibi. *Etſi tempore datæ quis eſſet canonicus, tempore præſentationis non, puto quod procedere poſſit, & ſic è converſo.*

In executione litterarum Apoſtolicarum directis dignitatem habentibus, ſufficit quod delegatus habeat dignitatem vel tempore datæ, vel præſentationis, & executionis.

Gloſſ. ſequitur Domin. hîc. Idem Panormit. cap. quoniam Abbas. col. 6. de offic. delegati. Paul. conſil. 288. num. 3. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Cauſæ committantur. Junctis præcedentibus in dignitate conſtitutis.* Ibi. *Hæ, ſine juriſdictione non committantur: non ergo prohibet quin audientia alicujus articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi poſſit.*

De commiſſione ſimplicis articuli commiſſorii, cui facienda.

Idem Hoſt. Archid. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Nec audiantur alibi quam in civitatibus.* Ibi. *Civitas murorum ambitu terminatur, regulariter tamen etſi in ſuburbiis audiret, idem credo.*

An ſuburbia veniant nomine civitatis in exequendis reſcriptis commiſſoriis.

Dic contra. ob finem hujus cap. annullantis contra factum. Zenzelin. Gemin. C. M.

Aliud tamen ſervatur in decreto pragmaticæ ſanctionis & concordatorum exequendo, de Eccleſiis parochialibus urbium graduatis conferendis, in tit. de collat. §. in Eccleſiis: namque gloſſator pragmaticæ ſanctionis Præſes Guimierius. ibidem. in verb. exiſtunt. concludit decretum locum habere in parochialibus Eccleſiis in ſuburbiis exiſtentibus, cum omnes parochiani, vel major pars moratur intra civitatem, quia eadem ratio, cum illud ratione parochianorum in civitatibus exiſtentium introductum ſit, & exemplum adducit in Eccleſia parochiali beati Laurentii extra muros Pariſienſes exiſtentis, quam includi credit hac conſtitutione, & de hoc interveniſſe dicit Arreſtum Parlamenti. Junge in id additionem Philippi Probi 1. ibidem. ſed in hoc ſtatuto non eſt eadem ratio, cum decretum fuerit in civitatibus reſcripta Apoſtolica exequenda, ibique audientiam executorum conſtituendam, ut major honor deferatur à loco ſeſſionis. F. P.

Decretum de parochiis civitatum muratarum graduatis concedendis locum habet & in ſuburbiis earumdem.

Probatur decreto Senatus Pariſienſis in parochia beati Laurentii in ſuburbiis ſita.

Ibidem. §. *Cum vero.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Actore & reo ejuſdem diœceſis exiſtentibus, cauſæ committi non debent extra illam, niſi in ſex caſibus, in quibus tamen non trahetur ultra unam diætam.*

De juriſdictione conſervatarum Univerſitatum, & quibus terminis includatur.

Hoc verum in delegato particulari; ſecus in conſervatoribus univerſitatum Galliæ; quia trahunt uſque ad quatuor diætas, ſed conſervatores Regii per totum Parlamentum. C. M.

Intra quos fines conſervatores Regis Univerſitatum lites avocent ſcholarium & Regentium.

In id & de finibus juriſdictionis conſervatorum privilegiorum univerſitatum Galliæ, & de privilegio & foro ſcholarium, vide articulum 30. Regiæ conſtitutionis de menſe Auguſti anni 1669. in titulo, *Des Lettres de Committimus & de gardes gar-*

C c

Source : BIU Cujas

diennes, ubi dicitur ſcholaſticos actu ſtudentes gaudere privilegio ſcholarium, nec poſſe diſtrahi à juriſdictione ſuorum judicum privilegiatorum, tam in agendo, quam in deffendendo, nec certis aut præſcriptis terminis includitur hæc juriſdictio, & per conſequens generaliter patet, ſola hac exceptione admiſſa, ſi contra ſcholares aut privilegiatos agatur, ex conventione per eos habita cum habituatis in locis extra ſexaginta leucas diſtantibus à civitatibus Academicis, quod per eam ſpecialem ſubmiſſionem privilegio ſuo aliàs generali & univerſali renunciaverint, & derogaverint: namque, academiæ regni ſolis regni finibus terminantur, & ſuos ſcholares licentiatos & dimiſſos, ubique terrarum legendi & docendi cauſa amandant, quanto magis in ſingulas regni partes & regiones, & ex ea judicatum decreto Conſilii Regii Status de die 3. Martii anni 1626. pro Petro *Patriau*, Profeſſore Univerſitatis Pariſienſis actu regente, contra ſyndicum Statuum Britanniæ intercedentem, & reum, virtute litterarum ſcholarium Pariſienſis Academiæ, ad conſervatorem Academiæ Pariſienſis privilegiorum conventum, virtute privilegiorum Provinciæ conceſſorum avocantem, ad patrios judices nequaquam id poſſe, ſubmota interventione, ſed forte propter alterum privilegium profeſſoribus actu regentibus conceſſum, ut ex cauſa mercedum & penſionum ipſis debitarum, ſcholares ex toto regno avocent, quod aliud eſt à privilegio ſcholarium, & forte latius extenſum, de quo agitur in eadem conſtitutione Regia menſis Auguſti anni 1669. eodem titulo *Des Committimus & gardes gardiennes*, articul. 28. quos vide & ea ratione in concordiam adducendos credo. F. P.

Explicatus articulus 30. conſtitutionis Regiæ menſis Auguſti anni 1669 tit. *des Lettres de Committimus & gardes gardiennes*.

Arreſtum Conſilii Regii in favorem regentis Univerſitatis Pariſienſis quo reum incolam Ducatus Britanniæ avocavit non obſtante interventione ſyndici Statuum Britanniæ.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi ab Epiſcopo, contra aliquem de ſua diœceſi. Junctо præcedenti.* Ibi. *Idem ſi de aliena, quia tunc non impetrat in ſua.*

Quid ſit diœceſis & unde ſic dicta ut ſignificet diviſionem territorii.

Idem Archidiac. Gemin. hîc. & diœceſis dicitur disjunctio, ſive diviſio vel gubernatio, quia diviſa eſt ab Eccleſia alterius Epiſcopatus, ut ſatis patet. 7. quæſt. 3. quicunque. can. licet. & communiter. & commiſſa gubernationi unius. 10. quæſt. 1. unio. in fine. 21. quæſt. 2. ſicut Archidiac. hîc. C. M.

De hujus dictionis intellectu & extenſione ad authores varios remiſſio hic facta.

De hac dictione diœceſis & ejus varia ſignificatione vide Præſidem Briſſonium in libr. de verb. ſignificatione. in verb. diœceſes & authores à patre meo remiſſos in margine manuſcriptos qui ſunt Juſtelli in not. ad cod can. pag. 219. theſaur. Eccleſiæ univerſæ. Panciroll. diverſ. lect. libr. 1. cap. 73. J. Bullanger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 1. Morin. diſſertat. Eccleſiaſt. cap 11. notis Archiepiſcop. & Epiſcop. pag. 2. Lacerd. in adverſariis ſacris. cap. 26. art. 12. Alex. Chaſſ. in paratitlis decret. ad tit. de offic. jud. ordin. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vel contra ejus capitulum.* Ibi. *Scilicet Eccleſiæ ſuæ cathedralis, & cum de tali loquatur, ad alia non eſt extendendum, quod hîc dicit, & ſic ſervat curia de facto, Archidiac.*

Not. ad gloſſam additam & quod idem in Eccleſiæ cathedralis capitulo quod de Epiſcopo ut extra diœceſim uterque litigare debeat.

Tota hæc gloſſa non eſt Joann. Andr. ſed poſtea addita. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vel niſi actor intrare non audens civitatem.* Ibi. *Forte Gibellinus, & ibi regunt Guelphi, vel è converſo, vel relegatus.*

De impedimento acceſſus ex culpa proveniente.

Etiam culpa ſua. Archidiac. Geminian. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Nullus tamen eorum ultra unam diætam.* Ibi. *Satis videtur de mente conditoris eſſe, quod habeatur reſpectus loci domicilii, non rei, vel originis.*

Idem Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Panorm. cap. ult. ſupr. eod. C. M.

Ibidem.

Ratio habenda præcipue domicilii in juriſdictione fundanda.

In Gloſſa eadem paulo inferius. Ibi. *Diœceſanus alicujus, ubi aliud non additur, intelligi debet diœceſanus domicilii.*

GLOSSA.

Idem doct. hîc. Anton. Butr. conſil. 21. in fine. Mar. Socin. cap. 1. col. 2. de foro compet. Socin. 252. & in cap. ad noſtram. 1. num. 3. de appell. ad de Joann. de Canibus. repetit. cap. 1. infr. eod. de injuriis. C. M.

Diœceſanus quis ſit, & qui dicatur, & quod communiter ſit domicilii in juriſdictione contentioſa fundanda.

Recte quando agitur de foro competenti, ſecus enim de ordinatione, & maxime prius tonſuræ initiatione, quamvis enim cap. cum nullus. infr. de temporibus ordinationum. triplici reſpectu diœceſanum in ordinibus conferendis attendat, ratione originis, domicilii, & beneficii, tamen apud nos ſolam originis aſſignationem ſpectamus, rejecta ea quæ eſt domicilii, & beneficii, quamvis in aliis ſpectari poſſit non ordinibus conferendis, maxime in tonſura, quæ omni beneficio vacuo confertur. F. P.

Quis diœceſanus dici debeat in ordinibus conferendis.

Ibidem. §. *Cum autem.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Actor, ſi ex cauſa judicem rei recuſet, ad alium trahere poteſt extra ſuam diœceſim, dummodo non ultra unam diætam.* Ibi. *An diæta iſta computanda ſit legaliter, ut viginti milliaria computentur pro una diæta; an vulgariter, ſecundum regionis conſuetudinem, & quod de vulgaribus intelligi debeat, probatur infr. de præb. præſenti. §. loca.*

De diætis legalibus & vulgaribus, & ut vulgares paſſim ſervent tur.

Idem Archidiac. Geminian. hîc. Panorm. d. cap. nonnulli. & ita ſemper practicari vidi. C. M.

De hac dictione *diæta* ſuo nativo intellectui reddenda ad authores remiſſio.

De hac dictione *dieta*, vide pragm. ſanct. tit. de cauſis. §. ſtatuit. 1. in verbo diætas. cod. leg. antiquarum. in gloſſario pag. 1388. Lacerdam in adverſ. ſacris. cap. 68. art. 14. & cap. 156. art. 9. F. P.

Ibidem. §. *In nullo.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nec alibi, id eſt extra civitatem ſuam, committat vires ſuas.*

Quando conſenſus partium proroget juriſdictionem vel mutationem ſedis faciat.

Etiam de partium conſenſu, qui non operatur, niſi in caſibus expreſſis. Joan. Andr. Gemin. hîc. Felin. cap. olim. de exceptio. C. M.

Ibidem. §. *Inſuper.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum propter cauſam ſibi commiſſam contigerit extra domicilium ſuum proficiſci.* Ibi. *Et per hoc videtur terminari quæſtio, an ſi ſcholari exiſtenti in ſtudio Papa deleget cauſam, ille poſſit petere expenſas, quia licet ſit extra domicilium, non eſt tamen propter cauſam, ſed propter ſtudium, unde expenſas non habebit per hanc litteram.*

De expenſis delegati judicis propter commiſſionem extra domicilium proficiſcentis, vel exiſtentis propter ſtudium non propter cauſam delegatam.

Idem Gemin. Philipp. Francus. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Moderatas expenſas recipere.* Ibi. *Nec credo compenſandas, vel deducendas in hoc caſu expenſas, quas domi facturus eſſet.*

In taxandis impenſis an deducendæ quæ domui habendæ eſſent & faciendæ expenſæ.

Idem Zenzelinus. Geminian. Philipp. Franc. hîc. Panorm. cap. cum ab omni. col. 4. de vit. & honeſtat. cler. & omnes. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. Ibi. *Quid dicemus de delegato ordinarii, dic ſi eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, idem eſt quod in ordinario, ſcilicet quod nihil habebit, ſi ſit delegatus ad ſpecialem cauſam, & ordinarius malitioſe committit; idem ſi non malitioſe, videtur idem quod in delegato Papæ.*

De expenſis delegati judicis taxandis vel non taxandis.

Idem. Geminian. Philipp. Franc. hîc. Panorm. cap. cum ab omni. column. penult. de vit. & honeſt. cler. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nec plus ab una parte quam ab alia exigat.* Ibi. *Hoc non habet locum in variis caſibus à gloſſa explicatis.* Ibi. *Item ubi una pars abundat, alia nihil habet.*

Expenſæ ſunt perſonales, & vi-

Quia dives ſubminiſtrabit partem ſuam, pauper

r'tim perſolvendæ, vel condonandæ.

nihil, ſed judex pro illa parte nihil habebit. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem. §. *Si quid autem.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nullatenus remiſſione partis profutura. Junctis præcedentibus, ad reſtitutionem ejus quod contra conſtitutionem receperit judex.* Ibi. *Sed quid ſi poſtquam reſtituerit judex, pars donet, numquid hoc facere poteſt; credo quod ſic, modo contractus in fraudem non fiat, quod notat Guillelm. olim. in decretal. de poſtul. properandum. Gregor. X. quam hodie non habemus.*

An pars donare poſſit expenſas reſtituendas à judice.

Gloſſ. ſequitur Gemin. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Pro ſecundo.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vocato pro teſtimonio, veniendo, ſtando, & redeundo faciat miniſtrari expenſas.* Ibi. *Ad teſtes ultramarinos, extra Provinciam producendos, poteſt providere judex in expenſis, pro eundo, veniendo, & ſtando, à parte producente deponendis, quod ſi facere nolit, cauſam non differet.*

De expenſis teſtium producendorum pro adventu, mora & reditu.

Idem Thom. Ferretus. cauſ. 46. Jaſon conſil. 34. lib. 1. C. M.

Cap. 12. *Tibi.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Sola præventa præſentatio, & receptio in Canonicum ſecundi impetrantis in eadem Eccleſia, non excludit primum impetrantem à præbenda vacante tempore ſuæ receptionis.*

De præventione per præſentationem litterarum juſtitiæ, non idem in litteris gratiæ & ad beneficia.

Secus in litteris ad lites, ubi inſpicitur præſentatio, non data. Paul. Caſtrenſ. leg. 1. ut lite pend. Philipp. Decius. cap. ut debitus. num. 15. de appell. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. in principio. *Tibi, qui gratiam in Bituricenſi Eccleſia impetraſti, alius ſimilem gratiam, poſt tuam impetrationem obtinens, licet prius litteras præſentaverit, anteferri non debet.*

De ſecundarum litterarum obtentione reſtringenda, ut ambitioſa ex parte impetrantis, quamvis ex parte concedentis amplianda ut gratia, quod notandum.

Archidiac. hîc dicit, quod eſt gratia ex parte concedentis. ut infr. eod. lib. de præbend. ſi motu. & cap. ſequ. & not. ſupr. de præbend. relatum. in gloſſ. imo videtur. &c. & ſic accipitur hîc. & ex parte impetrantis eſt ambitio. infr. eod. de præb. quamvis in principio. Ideo reſtringenda, ut eod. tit. ſi pluribus. §. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Certo executore conceſſo. Juncto quod præceſſit.* Ibi. *Executor enim debet eſſe certus, ut not. hæc littera,*

Executor litterarum Apoſtolicarum debet eſſe certus.

Gemin. Philipp. Franc. hîc. & cap. Apoſtolicæ. col. 1. infr. eod. de præbend. Gemin. conſil. 75. col. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ex quo præbenda collata non extitit.* Ibi. *Ergo ſi prius alteri collata, ſecus: ſed hoc locum non haberet, ſi canonicatus primò collatus fuiſſet. ut infr. de præb. eum qui. & cap. ſi poſtquam.*

Ei qui prius canonicatus ſub expectatione præbendæ collatus eſt, & præbenda prius conferri debet.

Niſi data notabili negligentia, late Math. Pacus. tract. de mand. parte 6. Joann. Selva tract. de benefic. part. 3. quæſt. 34. C. M.

Cap. 13. *Si pro te.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si primo ſub conditione provideri mandatur, & ſecundus pure impetrans, antequam conditio veniat, à Papa vel executore ſuo canonicatum obtineat, in aſſecutione præbendæ primò præfertur.*

De duobus impetrantibus, quis præferri debeat.

Limita ut procedat quando ambo impetrant in genere, ſecus ſi ambo impetraſſent certum corpus beneficii, quia tunc primus indiſtincte præfertur. Gemin. conſil. 107. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si ad id accederet Epiſcopi & capituli conſenſus.* Ibi. *Conditio fuit quæ non retrotrahitur, quia in poteſtate fuit Papæ concedentis, gratiam conditionalem facere, & etiam in totum ſi voluiſſet tollere. infr. de conceſſ. præb. cap. penult. & ultimo.*

Ubi conceſſio eſt conditionalis, non retrotrahitur conditione exiſtente ad datam conceſſionis.

Idem Archidiac. hîc. divus. in cap. qui prior infr. de reg. jur.

Cap. 14. *Duobus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si vero neutri, vel utrique eorum canonicatum contulimus, tunc ex quo in gratia ſunt æquales, is qui primò præſentaverit litteras, erit potior in præbenda.* Ibi. *Præſentaverit.*

Præſentatio litterarum debet fieri collatori, non executori, ut liget collatorem.

Ordinario collatori, nec habetur ratio, ſi alter prius ſuo executori præſentaverit. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Petr. Ancharan. conſil. 55. Gemin. conſ. 34. Petr. Rebuff. ſuper concordata. in form. mandat. verbo præſentatæ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Si non appareat quis primò impetraverit litteras.* Ibi. *Poteſt apparere per ipſas litteras in data, ante tertiam, vel poſt veſperas, ſed non eſt in uſu; poteſt etiam apparere per teſtes, vel per confeſſionem partis alterius.*

Quomodo probanda prioritas litterarum, vel præſentationis earumdem, & quod additio hæc non ſit in uſu.

Vult quod confeſſio adverſarii adjuvet dubiam probationem ſuper beneficiali titulo, quamvis ſola, cum plene non probet. Similiter ubi quæritur de prioritate matrimonii, carnaliter; adverſarii confeſſio multum facit. quod not. ſimilis forſan gloſſa alibi non reperitur. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Gemin. conſil. 38. num. 3. C. M.

Obſervatio levior ad emendatores Romanos hîc.

Hoc totum Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum eſt, niſi quod ibi matrimonii carnaliter reponunt carnalis; quod credo melius, & quod poſt verba non reperitur gloſſ. finalis. alibi addiderunt Philipp. Franc. hîc. & reſecuerunt quod eſt hîc in fine. Gemin. &c. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si in præſentando concurrunt.* Ibi. *Not. quia primò inſpicitur data, demum præſentatio, ſi omnia paria ſunt, tunc demum locus eſt gratificationi, quando quis ſit in jure potior dubitatur.*

Ubinam gratificationi locus ſit.

Leg. fin. de rellig. & ſumpt. funer. cap. Eccleſia. 2. ſupr. de elect. & aliis caſibus jure expreſſis duntaxat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. * In Gloſſa verb. *Ex eis alterum eligere teneantur. Junctis præcedentibus. Si in præſentando concurrant.* Ibi. *Nota quod tenentur alterum eligere de neceſſitate, ſed pone nolunt eligere, vel pari numero diſcordant, quid erit, credo agendum coram ſuperiore, ut eos ad eligendum compellat.*

A quibus compellendi diſcordantes in eligendo vel conferendo, ad electores vel collatores.

Dicit Archidiac. compellentur officio executorum. Joann. Monach. dicit quod compelluntur à judice, uterque allegat leg. hujuſmodi & decretal. nullus. inferius. alleg. Joann. Andr. dic quod ab ordinario. Geminian. C. M.

De eadem materia definienda ad alios authores & locos remiſſio.

Hoc totum Molinæi annotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, & ſuæ margini adjectum, præterea nota in concurſu diverſorum impetrantium, quis præferri debeat, quod habetur in collectaneis Dom. *Louet*, & ad eum annotatoris littera M. num. 10. & apud Dom. Thevenellum ad conſtitut. Regias. lib. 1. tit. 21. *des proviſions & collations de benefices.* art. 2. ſub finem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. * In Gloſſa verb. *Niſi appareat expreſſe quod utrique voluerimus providere.* Ibi. *Quia erat appoſita clauſula non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus. &c. vel non obſtante ſi Eccleſia veſtra fuerit per nos gravata, vel ſimilis clauſula.*

Quæ ſit vis & authoritas clauſulæ *non obſtante & quod veſtra Eccleſia ſit prius gravata.*

Puta non obſtante ſi aliqui authoritate noſtra in canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quæ eſt in uſu. Joann. Andr. & ſufficit hæc clauſula generalis ſine ſpecificatione perſonæ. Gemin. hîc. Joann. Andr. in nov. & bene. licet Oldrad. contra. quæſt. 92. & male. C. M.

De intellectu ejuſdem clauſulæ ad authores & locos alios remiſſio.

Hoc totum Molinæi ſubnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatum, paucis obmiſſis, & de ea clauſula *ſi pro alio non ſcripſerimus*, & ſimilibus, vide eumdem Molin. in not. ad cap. mandatum. 38. de reſcriptis. F. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Eccleſia gravata non tenetur alium recipere, niſi in litteris contineatur clauſula niſi pro alio, &c. & hanc opinionem Bernardi approbat ſtilus curiæ, & finis hujus decretalis.*

De clauſula *niſi pro alio ſcripſerimus.* De hoc ſecundæ litteræ non valent, niſi meminerint primarum. Petr. de Ancharan. Philipp. Franc. Joann. Andr. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod utrique ipſorum voluerimus providere.* Ibi. *Utrique electorum, & non electo.*

De clauſula *quod utrique ipſorum voluerimus providere.* Quia per hanc clauſulam apparet, quod voluerit gravare de duobus. Joann. Andr. C. M.

Cap 15. *Quia per ambitionem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Indulgentias de percipiendis fructibus, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis.*

An nomine fructuum veniant diſtributiones quotidianæ, & manuales, an non veniant. Cum exceptio ſit de regula, notant Doctores, quod appellatione fructuum veniunt manualia, imo debent computari in expreſſione valoris fructuum, Domin. Fontan. Ego vero dico hoc eſſe falſum, ut tenet Alber. in leg. uſufructu legato. de uſufructu. Petr. Anchar. in repetit. cap. ſi propter. in 3. quæſt. principali. ſupr. eod. Oldrad. quæſt. 118. Ancharan. clement. unic. quæſt. 5. de conceſſ. præbendæ. Ægid. Bellamera. conſil. 34. Felin. Philipp. Decius. in cap. ad aures. de reſcript. gloſſ. pragm. in tit. de annat. in verb. fructibus. C. M.

Ad materias in præcedenti textu & notato contentas ad plures alios locos Molinæi & aliorum authorum remiſſio facta. Adde de diſtributionibus quotidianis, & quod ita ſint de fructibus beneficii, ut in repletionem graduatorum computentur. Vide gloſſam pragm. ſanct. tit. de collat. §. quod ſi quis. in verb. intereſſendo. & in addit. Prob. unica. ibidem. & in concord. ibid. §. volumus. & quod tamen quandoque in valore beneficiorum non computentur, conſule deciſ. Rotæ. 8. in nov. de præb. Felin. in cap. ad aures. num. 14. de reſcript. Oldrad. d. conſil. 118. & de indulgentiis percipiendorum fructuum in abſentia & de non reſidendo & de earumdem abuſu, vide Guid. Conchil. in poſthum. memorialibus reformat. ſtatus Eccleſiaſt. pag. 137. F. P.

TITULUS QUARTUS.

De Conſuetudine.

Cap. 1. *Conſuetudinem.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vt nullis de cætero, niſi unicum perſonatum vel dignitatem &c. cum præbenda habere liceat.* Ibi. *Ergo videtur quod de diſpenſatione inferioris à Papa, unicum perſonatum, vel officium, cum canonicatu & præbenda poſſit habere, & ſic poſſet approbari opinio Bernardi de conceſſ. præb. litter. in fine. ult. gloſſ.*

De pluribus beneficiis ſub eodem tecto copulandis vel non, ſive de pluralitate beneficiorum hic agitur. Secus autem in duabus canoniis ejuſdem Eccleſiæ, & quæ ſit diverſitatis ratio, ibi plene ſcripſi. Joan. Andr. & gloſſ. ſequens. Gemin. Philip. Franc. C. M.

De compatibilitate vel incompatibilitate pluriurn beneficiorum conformium vel difformium ſub eodem tecto ad plures Molinæi locos remiſſio. Adde ad eam materiam de incompatibilitate beneficiorum ſub eodem tecto, vel conformium, vel difformium eumdem Molin. in not. ad d. cap. litteras. in gloſſ. verb. noſcatur. ibi. ut habeat quis plura beneficia de conceſſ. præb. in decretal. & quod illud intelligendum, ut de diſpenſatione ordinarii quis poſſit habere plura beneficia difformia ſub eodem tecto; ſecus vero de conformibus, in quibus jungendis ſub eodem tecto, neceſſaria eſſet diſpenſatio Papæ. ibidem. Et quod regulariter duo beneficia ſive conformia, ſive difformia ſub eodem tecto, poſſideri non poſſint conſtantiſſimi juris eſt. F. P.

Cap. 2. *Non putamus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ab officiali Epiſcopi, ad eumdem Epiſcopum non valeat appellatio.* Ibi. *Officiali generali ſcilicet, ſecus enim eſſet, ſi delegatus eſſet ad cauſam ſpecialem ab Epiſcopo.*

Vel etiam generaliter, & eſſet Officialis foraneus. gloſſ. clement. 2. de reſcript. & in cap. Romana. infr. de offic. ordin. Henr. Bohic. cap. ut debitus. de appellat. ſed tranſeat ſi habeat ab antiquo, alias non poteſt ſibi multiplicare gradus juriſdictionis. C. M.

An ab Officiali Epiſcopi appellandum ad Epiſcopum, & an à foraneo ad principalem & diœceſanum. An ab Officiali generali Epiſcopi appellandum ſit ad Epiſcopum, & an Epiſcopus poſſit ſibi multiplicare gradus juriſdictionis, & quando, vide eumdem Molin. in notis ad gloſſam. cap. 3. in verb. Epiſcopus in principio. ibi. appellari ad ipſum ut clerici vel monachi ſæcular. negot. ſe immiſceant. in 6. idem in ſtil. Parlam. parte 7. arreſt. 79. in verb. officiales. ubi interdicitur Archiepiſcopo noſtro Bituricenſi, ne novos Officiales creet, quos vocat currentes, poſſet tamen & cogeretur ſi ipſius Epiſcopi vel Archiepiſcopi juriſdictio in provincias à diverſis Parlamentis dependentes ſeſe extenderet, ne confundantur juriſdictiones vel reſſortus ut dicunt, de hac conſtituendi Vicarios vel Officiales neceſſitate. Vide Chopin. lib. 1. monaſt. tit. 3. pag. 136. Vid. Conchil. in inſtitut. conſuetudin. pag. 14. & in tract. poſthumo. lib. Eccleſ. Gall. pag. 56. adde & eumdem Molin. in not. ad gloſſ. cap. 4. ſi quis contra. in verb. appellari ad Epiſcopum. de foro comp. F. P.

Ad præcedentem materiam decidendam & an liceat Epiſcopo vel archiepiſcopo ſibi multiplicare gradus juriſdictionum ad alios Molinæi locos remiſſio.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Cum ſit idem auditorium utriuſque. Junctis præcedentibus, de Epiſcopo & ejus Officiali, & à quo & ad quem appellandum.* Ibi. *infr. de appellat. Romana. 1. reſponſo.*

Per hæc jura dixit Archidiac. quod à delegato Officialis appellari poteſt ad Epiſcopum, vel ipſum Officialem, & tu idem dicas etiam de ſubdito Epiſcopo. eadem ratione. Joann. Andr. Gemin. C. M.

Junge in id Anaſtaſ. Germon. lib. 1. animadverſ. cap. 7. F. P.

Dum diœceſis Epiſcopalis in diverſa Parlamenta ſcinditur, debet & cogi poteſt Epiſcopus Officiales conſtituere in ſingulis Parlamenti ſedibus, ut cuique ſua juriſdictio ſervetur.

Cap. 4. *Cum in tua.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Si præbendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit.* Ibi. *Non obſtante mandato Apoſtolico, quod de præbenda proxime vacatura provideri mandabatur, in Eccleſia ubi eſt conſuetudo ut antiquiores Canonici optare poſſint præbendam vacantem, & alii ſucceſſive, adeo ut mandatario provideatur de non optata.* Ibi. *Præbendam in curia vacantem antiquior optare non poterit.*

Optio canonica locum habet non obſtantibus mandatis Apoſtolicis, non vero vacatione in curia, quæ ab optione canonica eximitur nec habetur locus in permutatione. Idem multo magis ſi permutetur, ut tenet Panorm. de treug. & pace. Feder. de Senis. tract. de rerum permut. quæſt. 28. gloſſ. pragm. ſanct. de annat. verb. permutationis. & eſt communis ſententia, & vera, quia non cenſetur vacare niſi ad commodum compermutantium, quamvis contrarium teneat Joan. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de rerum permutat. & Petrus Rebuff. tract. nominat. quæſt. 15. num. 36. C. M.

De fraudulentis permutationibus, & quod non valeant in fraudem expectantium & antiquiorum Canonicorum pinguiores præbendas optantium. Summa hæc eſt optionem locum habere, ſi præbenda vacat per obitum in partibus, non ſi vacat per reſignationem in favorem, aut aliàs in curia, aut permutatione. Locus Rebuffi eſt num 29. qui communem amplectitur ſententiam, quidquid dicat Molin. num. 38. quoad vacationem in curia, fraudulentam excipit. Joann. Andr. ad rubr. apud Specul. de rerum permutat. non aperte contra communem deflectitur: ſed ſi pingue beneficium cum tenui permutetur in fraudem expectantis, dicit ex circumſtantiis judicandum, qua de re Molin. ad reg. cancell. de infirm. reſign. num. 110. cujus tamen opinio graduatis favens exploſa fuit, reſignationum ſimplicium in ordinariorum manibus reſpectu, ſi tempeſtive fuerint admiſſæ, ut multæ dari poſſent differentiæ inter Canonicos antiquiores præbendas expectantes pinguiores, mandatarios Papæ ad vacatura beneficia, & graduatos ab univerſitatibus nominatos, quæ ſunt alterius loci. G. D. P.

Adde tamen ad eam materiam optionum canoni-

Ad eamdem materiam quæ ſupra. & quod à delegato vel ſubdito Epiſcopi poſſit appellari ad Epiſcopum.

Source : BIU Cujas

Ad præcedentem materiam diluidandam remissio ad authores hîc citatos.

carum, & an locum habeat in reservatis beneficiis, & maxime in permutatione, quæ locum superiori discussioni fecit, tractatum singul. Joann. Acochier cathedral. Eccles. Leodiensis Canonici & Vicarii generalis. de commutatione benefic. part. 2. cap. 20. & alium tractatum Joann. Petri Monetæ Mediolanensis. de optione canonica. per totum. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Cum in tua Ecclesia. Junctis præcedentibus, de optione præbendarum.* Ibi. *In Bononiensi est talis consuetudo, & in multis aliis Ecclesiis.*

De consuetudine optandi præbendas in pluribus Ecclesiis.

Hostiens. in summa. de major. & obed. post princip. Petr. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 15. num. 36. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa. verb. *Consuetudo. Junctis præcedentibus, de optandis præbendis.* Ibi. *Nota simpliciter dixit consuetudo, non dixit præscripta, sufficit ergo quod sit longæva, licet 40. annis præscripta non sit, unde dixit. Joann. tunc sufficere spatium 10. annorum. hoc not. 12. distinct. consuetudo.*

Quo tempore inducitur consuetudo optandi præbendas.

Calderin. consil. 2. de constitut. Philipp. Decius. at si clerici. num. 25. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Antiquiores Canonici possunt vacantes optare præbendas.* Ibi. *Antiquiores, non ætate, sed tempore quo in Ecclesia ipsa militaverunt.*

Quis dicatur Canonicus antiquior in optando.

Idem Anchar. & alii. hîc. Andr. de Bar. Joann. de Platea. leg. 1. de consul. lib. 12. cod Carol. Ruin. cons. 19. num. 9. lib. 1. Jason. consil. 192 col. 3. lib. 2. C. M.

De ea materia optandi ad alios authores hic relatos remissio.

De ea materia vide authores supra laudatos passim; quibus adde Simon. Olivæum Senatorem Tholosanum in decis. juris lib. 1. cap. 21. per totum. & ad rem judicatum in publicis causarum actionibus ex catalogo Parisiensi recitatis die 4. Maii 1665. perorante Michaele *Gueherri*, pro juniori Canonico existente in turno optandi præbendas, quamvis absente, & in Scholis Parisiensibus studente in Philosophicis, appellante tanquam ab abusu ab adjudicatione facta Domus Canonialis antiquiori Canonico & presbytero, sed qui jam repletus erat simili domo optata, appellatione fundata super statuto capitulari, quo repletis, non dabatur facultas optandi, Jacobo *de Lomeau* tuente partes antiquioris Canonici, sed repleti, & adjudicatarii, domus adjudicationum abusu gravari, & illa non obstante, locus optandi relictus juniori scholari Canonico in turno optandi existenti, secundum Ecclesiæ statutum, quamvis Dionysius Talæus Advocatus Regius generalis, partibus intimati antiquioris Canonici adhæsisset. F. P.

In eam materiam optionum comprobandarum arrestum Senatus Parisiensis hîc relatum.

Ibidem. §. *in præbendis.*

Textus.

In Textu. Ibi. *In præbendis vero apud Sedem Romanam vacantibus, ubi de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, locus prædicta consuetudini non existit.*

Optio canonica locum non habet in beneficiis vacantibus in curia, vel apud sedem.

Calderin. consil. 3. eod. tit. Gemin. consil. 37. lib. 1. consil. 39. consil. 104. C. M.

Quod & acccommodari possit vacantibus in Regalia. F. P.

TITULUS SEXTUS.

De Electione & electi potestate.

Cap. 1. *Statuimus. §. Sed si pars.*

Glossa.

In Glossa verb. *Si pars alia non venerit per 20. dies. post adventum alterius.* Ibi. *Æquior temporis computatio est illa, quam habes infr. eod. cupientes. §. quod si per.*

De computatione temporis ad comparendum electioni discutiendæ in curia.

Contra Ægid. Bellam. decis. 723. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *In electionis negotio, non obstante cujusquam absentia procedatur.* Ibi. *Item si procuratori postmodum objiciatur quod non sit procurator, non est cogendus probare mandatum ratione prædicta.*

Dic contra quod hæc exceptio, tu non es procurator, potest quandoque opponi Bart. leg. licet. cod. de procur. Innoc. Anton. Butr. Panorm. cap. quoniam contra. in fine. de probat. licet Felin. ibi. contra. & quandoque opponatur, tenetur procurator mandatum probare, nisi prius fuisset pronunciatus procurator, vel admissus cum cautione, quia tunc opponens debet negativam probare. Late Hypolit. Marsil. leg. si quis jure est quomodo. num. 101. de quæst. C. M.

De exceptione quod non es procurator, an obliget contra quem opponitur probare mandatum.

Junge in id notam ejusdem Molin. ad can. sanctimus. in gloss. ibi convenitur post. 1. quæst. 7. F. P.

De eadem materia remissio.

Cap. 2. *In electionibus.*

Glossa.

In Glossa verb. *In electionibus vota conditionalia reprobamus.* Ibi. *Sub conditione prolata, veluti consentio in A. etsi noluerit, consentio in B. &c.*

Verbosi repetentes multa effutiunt. dic triplicem esse conditionem. ut nove declaravi in regul. cancell. de publ. num. 142. cum sequ. num. 180. C. M.

Vota conditionalia reprobantur in electionibus.

Molin. illo loco dicit conditionem in genere sumptam esse triplicem, primam de præsenti, vel de præterito, quam non putat proprie esse conditionem. leg. cum ad præsens. 37. leg. 38. leg. 39. dig. de reb. credit. aliam de futuro, suspensivam, tertiam de futuro resolventem, addit conditionem de præsenti, vel de præterito non admitti in electionibus, dubitabatur an conditio de futuro posset admitti. Sed ex Archidiac. patet electionem puram esse debere, nec ullam in ea conditionem admittendam, quia sit actus legitimus. Gloss. & Dinus. ad cap. actus legitimi. infr. de reg. jur. Molin. vero conditionem de futuro resolutivam admitti vult in beneficialibus, quod concedo in collationibus, vix admittendum putarem in electionibus. G. D. P.

Variæ conditionum species hic referuntur non admittendæ in electionibus.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *In electionibus vota incerta reprobamus.* Ibi. *Eligo quem Archidiaconus eliget, omnia talia vota non valent, sed numquid quod dicitur de postulatione & electione, habeat locum in collatione seu provisione, dic quod sic. secundum Compostell. propter eandem rationem.*

In electionibus, postulationibus, & collationibus vota incerta reprobantur, item in præsentationibus & nominationibus.

Et bene. idem in præsentatione. Ludov. Gomes. in reg. cancell. de trien. possess. quæst. 5. col. penult. C. M.

Unde patronus laicus alternative præsentare possit. non vero clericus.

Non absolute dixit Gomes. incertam præsentationem seu alternativam non valere, loquitur enim de solis præsentationibus clericorum, quoad conditionem, nec loquitur de alternativa, aut incertitudine, de qua Felin. ad cap. inter cætera. num. 5. de appellat. Gloss. vero ad clement. plures. verb. præsentare. de jure patron. docet patronum laicum alternative præsentare posse, non etiam clericum: cujus dicti ratio hæc est, quia præsentatio clerici vim habet electionis. Roch. Curt. de jure patron. verb. honorificum. num. 34. & verb. competens. num. 22. G. D. P.

Ibidem.

Glossa.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Non ergo debet eligere, priusquam sciat vacare.*

Electio non valet ante scientiam & certitudinem vacationis.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Cap. 3. *Vbi periculum. §. Hoc sacro.*

Glossa.

In Glossa. verb. *In electione Summi Pontificis Cardinales.* Ibi. *Cardinales isti fuerunt tempore Pontiani Papæ, qui non ponitur in catalogo Pontificum.*

Nota ad hanc glossam, & de tempore primæ institutionis Cardinalium sub Pontiano S. P.

Hæc glossa nova additio est. C. M.

Et ex eo emendatores Romani ex consilio Molinæi, quod expressit in hacce nota, eamdem glossam omiserunt, & resecuerunt. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Expectare decem diebus absentes. in eadem materia electionis S. P.* Ibi. *Sed pone aliquis Cardinalis non debito tempore expectatus, vult agere de contemptu, quæritur utrum possit? dic quod si electio facta fuit ab omnibus reliquis, vel à duabus partibus eo non computato, nulla obstat exceptio, & sic nec actio.*

An debeat contemptus unius electorum nocere electioni S. P. ubi duæ partes

Source : BIU Cujas

vocalium concurrunt in electionem, & de absentibus per decendium expectandis.

supr. eod. cap. licet. id est apud Gregorium. Ibi. *Eo non computato.*

Imo eo computato, aliàs non esset electio à duabus præsentium, & eorum qui debent expectari. C. M.

An electio facta S. P. à duabus partibus contemptis & non expectatis absentibus intra decem dies valeat necne.

Decendio exacto duæ sufficiunt partes eorum qui adsunt, nondum exacto decendio videbatur electionem fieri debere à duabus partibus Cardinalium computatis præsentibus & absentibus, quod vult Philip. Franc. qui non appositè citat Archidiac. hîc. namque contrarium docet vers. extunc. Quid si præsentes, inquit, qui faciunt duas partes collegii Cardinalium, eligant infra hoc tempus decem dierum, absentibus minime expectatis; videtur quod hoc non possunt, cum hîc dicat teneantur, ut sic eorum potestas usque ad illud tempus sit ligata. Contra credo. ad istius nodi solutionem notandum ex gloss. ad cap. licet. de elect. apud Greg. verb. à duabus partibus. quod dicitur de duabus partibus aliquando non observare Cardinales, aliquando servare. Addit Joan. Andr. posse Cardinales in electum à majori parte consentire, licet ad duas partes non ascendat, tum Pontifice electo & salutato, si ex contemptu aliqua competeret actio, vel exceptio, foret apud generale concilium proponenda, nec alibi. G. D. P.

Ubi & apud quos agendum foret de contemptu absentium.

Cap. 4. *Vt circa.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vt circa electiones, postulationes, & provisiones Ecclesiasticas, viam malitiis præcludamus.* Ibi. *Nota hîc tres modos quibus provideitur Ecclesiis, electiones, postulationes, provisiones; primi duo pertinent ad subditos, alius ad prælatos, qui eo ipso quod provident, confirmant, quod est verum, si eodem jure spectat ad illos eligere, & confirmare.*

Quando eligendo conferatur, & à quibus, inquiritur per authores hîc relatos.

Felin. cap. inter dilectos. col. 8. de fide instrum. cap. super his. col. 1. de accusat. contra facit Andr. Isarn. cap. 1. col. 3. qui succeff. tenent in usib. feud. C. M.

De eadem materia electionis & confirmationis simul, sive de electivis confirmationis remissio ad alios locos Molinæi.

Adde in hanc materiam de confirmatione simultanea cum electione, & eadem actione consumpta à prælato, notam ejusdem Molin. ad cap. cum inter. 21. in glossa verb. confirmavit. Ibi. tanquam Archiepiscopus. de elect. apud Greg. F. P.

Cap. 5. *Avaritiæ.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Electus ante confirmationem administrare non debet per se, vel per alium, in totum, vel in partem sub quocunque colore, qui contra fecerint, ipso jure privandi sunt jure ex electione quæsito.*

Electus ante confirmationem administrans privatur jure electionis & fallentiæ hujusce regulæ.

Fallit in benedictione non solemni. Oldrad. quæst. 246. Gemin. hîc. 6. col. 3. sed ad præsentatum ampliat Lap. alleg. 8. Archidiac. Gemin. Philip. Franc. Roch. Curt. in tract. de jure patron. in verb. honorificum. quæst. 39. & ita observari dicit Lapus & Lud. Gomes. in reg. cancell. de triennal. possess. quæst. 5. col. penult. C. M.

De præcedenti materia ad alios Molinæi locos facta remissio.

Namque ante confirmationem electus jus habet magis debile, quod confirmatione firmandum est. gloss. pragm. sanct. tit. de electio. cap. sicut in construend. §. comparentibus. in verb. confirmetur. quæ est additio Probi. quibus adde ejusdem Molin. notam ad stili Parlam. part. 6. arrest. 16. in fine. in verb. & ideo. ubi nota marginalis maxime adnotanda; quod tamen dicitur de administratione ante confirmationem, quæ intrusionem inducat, illud intelligendum de perceptione fructuum temporalium, non de administratione vel celebratione divini officii, & ideo solemni decreto Senatus Paris. in publicis causarum sessionibus, ex catalogo Veromanduensi recitatis, pronunciato, de die 17. Decembris anni 1668. judicatum fuit, electum in præpositum collegiatæ Ecclesiæ S. Germani Montis-Falconis in Argona, diœcesis Remensis, electum necdum confirmatum, non utique privandum jure sibi quæsito per electionem, quod ante confirmationem, quam ab Archiepiscopo Remensi, ob grassantem tunc pestiferam luem, & non tutum ad Remensem civitatem accessum obtinere non potuerat, capitulo tamen præfuisset, perorantibus Bonaventura *Fourcroy*, Jacobo *Lange*, Jacobo *Abraham*, Jacobo *Pousset de Montauban*, & partium defensioni utique assistentibus, Hieronymo Bignonio partes regias defendente, quo decreto & plures aliæ quæstiones decisæ circa materiam electionum, dignitatum minorum, & præfecturarum Ecclesiarum cathedralium post Pontificales majorum & minorum & principalium collegiatarum Ecclesiarum, in quibus non utique omnia electionum solemnia servantur, sed nova forma inducitur, quia tales electiones non sunt nisi quædam adumbratæ electiones, in quibus scrupulosior forma electionum non est servanda, ut habet Molin. ad reg. de infirm. num. 6. & ibi *Louet* in notis & censuris ad eundem locum. F. P.

In id solemne Senatus Parisiensis decretum de electione præposituræ Ecclesiæ collegiatæ S. Germani Montis-Falconis in Argona diœcesis Remensis.

Quod in electionibus minorum dignitatum sive in cathedralibus sive in collegialibus Ecclesiis non sit scrupulosior electionum solemnitas servanda.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Nullus dignitatis administrationem recipere præsumat, priusquam electio confirmetur.* Ibi. *Quid dices de electo confirmato, à cujus confirmatione est appellatum, numquid si administraverit pendente appellatione, incurrat pœnam, & fuit olim terminatum Bononiæ, per Archidiac. quod talis administrator incurrat pœnam.*

Confirmatus, ante appellationem decisam, administrans, incurrit pœnam intrusionis.

Calder. cons. 9. eod tit. glossa penult. in fine. cap. si postquam. infr. eod. & ibi. Philipp. Franc. sed hodie in Gallia hæc omnia cessant. C. M.

An pœnæ administrantis electi ante confirmationem locum habeant in dignitatibus electivis post Pontificalem majoribus in cathedralibus & principalibus in collegiatis.

Cessant hodie, sed quia loco capitularis electionis, quam superioris confirmatio sequebatur, regia successit nominatio, & Papæ provisio, per concordat. tit. de Regia ad prælat. nominatione. §. 1. §. 2. at non cessant in cæteris electivis beneficiis, qualia sunt Ecclesiarum cathedralium decanatus. G. D. P.

Ad præcedentem quæstionem decidendam remissio ad subnotata ad summarium hujus cap. *avaritiæ.*

Quamvis autem in his dignitatibus inferioribus electio servetur, non tamen ita scrupulosè solemnitates electionum servantur, ut in præcedenti annotatione tractavimus, auctoritate ejusdem Molinæi, subnixi ad reg. de infirmis. d. num. 6. & Dom. Louet. ibidem. F. P.

GLOSSA.

Cap. 6. *Quam sit.*

In Glossa verb. *Electus intra mensem electioni de se facta consensum adhibere teneatur.* Ibi. *Et dic quod tot dies habebit ille mensis, quot habuerit ille in quo præsentata fuit electio, & si aliquod lapsi fuerint, supplentur de mense sequenti.*

Quomodo cõputandus mensis electo datus ad consentiendum electioni de se factæ.

Idem Barth. in leg. cum bissextus. de verb. signif. leg. 2. de diverf. & temporal. præscript. Angel. leg. tempora. cod. de tempor. appellat. Bald. l. 1. si quis cautio. Alex. cons. 113. num. 11. lib. 5. Philip. Decius. leg. ubi lex. de reg. jur. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori, ab his verbis *Angel. leg. tempora. ad finem.* quia Molinæum arguebant authorem. F. P.

Cap. 10. *Quamvis.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *In causis electionum, liceat partibus ab appellationibus recedere.* Ibi. *Ex quo tamen appellatio præsentata est Papæ, ulterius recedere non possunt, maxime quando objiciuntur crimina vel defectus.*

Quando appellationi renunciare liceat vel non.

Et sic speciale in his majoribus, supple causis, secundum Joann. Monach. qui distinguit hîc. post Gart. causas majores, quas plenius prosequitur Hostiens. de crimine falsi. cap. finali. C. M.

An causæ electionum tanquã majores Romæ sint evocandæ.

De his causis majoribus electionum Romæ evocatis, vide Guid. Conchil. in posthum. tract. memorial. reformat. Ecclesiast. pag. 125. & in posthumo tractat. lib. Eccles. Gallic. pag. 132. quas tamen non probat ibidem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Liceat partibus, nulla pravitate interveniente, ab appellationibus recedere.* Ibi. *Pravitate. ut simoniaca pactione, si autem electus jus habeat, an liceat vexationem redimere. dic ut not. de simon. dilectis infr.*

An liceat quid dare ad redimendam vexationem, & quando.

Si plene & juste habeat & possideat, potest dare pecuniam ne turbetur, Dom. Philip. Franc. C. M.

Source : BIU Cujas

De eadem quæstione ad alios Molinæi locos & ad alios authores remissio.

Hanc Molinæi annotationem non tantum usurparunt Romani emendatores, sed & glossæ inseruerunt, quamvis margini tantum adjecta fuisset, & ad confirmationem ejusdem notæ, vide eumdem Molin. ad d. cap. dilectis. de simonia. in gloss. verb. accepit. ibi idem dicendum de beneficio. & ad Selvam. in tract. de benef. part. 7. quæst. 7. num. 36. fere sub finem. ibi. de simonia. non satis. Adde glossam pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. ego. 12. in verb. datione. & verb. temporalis. & tandem Guidon. Pap. quæst. 581. F. P.

Cap. 11. *Si forte.*

Glossa.

In Glossa verb. *Si forte scientiæ defectum opponi contingat electo.* Ibi. *Sed nota quod aliqua intrinseca qualitas, cum qua homo nascitur, scilicet quod sit castus, pacificus, sobrius, & hanc præsumitur habere, donec contrarium probetur, de præsumpt. dudum quædam extrinseca, ut litteratura, & talis non præsumitur, nisi probetur.*

Quæ qualitates præsumendæ in electo, quæ non præsumendæ.

Idem ibi Panorm. Vide Philipp. Decium cap. prudentiam. col. 7. de offic. deleg. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. C. M.

De eadem materia ad alios authores remissio.

Cap. 12. *Sciant cuncti.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Qui electores eo pragravare præsumpserint, quia eum pro quo rogabantur, vel eorum qui rogabant consanguineos, eligere noluerint, sciant se ipso facto excommunicationis sententia innodatos.*

Jason. leg. 1. in jus vocati ut eant. Bald. Jason. leg. 1. cod. de indict. viduit. toll. Philipp. Dec. cap. Ecclesia. col. 9. de constit. Hypolit. de Marsil. sing. 204. sing. 331. secus si ex justa causa, præsertim publica, ut in stilo Parlam. part. 5. quæst. 252. C. M.

Vis electoribus facta in ipsa electione condemnatur.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Electores per se, vel per alios spoliando, seipso facto excommunicationis sententia innodatos noverint.* Ibi. *Sed numquid hujusmodi decretalis pœna locum habebit in præsentante patrono? & videtur quod non, quia de electione cavit, & non de præsentatione, & est pœnalis, & restringenda, dic quod si patronus est clericus, vel persona Ecclesiastica, locum habebit constitutio.*

Patroni Ecclesiastici eadem pœna plectuntur, qua & collatores, non vero laici.

Glossa sequitur Domin. hîc. & consil. 106. col. 1. C. M.

Cap. 13. *Generali.*

Glossa.

In Glossa verb. *Vniversos & singulos Regalia de novo usurpare conantes.* Ibi. *Vniversos & universas, nam appellatione si quis & si qua continetur, communiter tamen dici solet quod in favorabilibus masculinum accipit fœmininum, in odiosis non sic.*

Ubinam masculinum comprehendit fœminin. num, sive in favorabilibus, sive in odiosis.

Nisi odium sit rationabile. Bartol. leg. 1. de verb. signif. C. M.

Ex his patet quam vanum sit, quod Curiales Romani, atque etiam è nostris Dom. Petrus Rebuffus, Curialium assiduus sectator, nobis opponere tentaverint, verbum monasteriis. in concordatis usurpatum. in titulo de Regia ad prælaturas nominatione. §. monasteriis. sola monasteria virorum & relligiosorum comprehendere, non vero monasteria monialium, ut posteriora nominationi Regiæ subducant: cum tamen in favorabilibus masculinum, ut dicitur in nostra glossa, concipiat fœmininum, qualis est nominatio Regia, quæ pristinæ electioni, per concordata abrogatæ successit, & Regibus Franciæ concessa, ut quodammodo repleret jura quæ Reges nostri primitus in electionibus habebant, quæ communia erant & æqualia, tum in electionibus Abbatum, tum in electionibus Abbatissarum, & Priorissarum conventualium, utriusque sexus, quod tandem Henricus III. declaratione sua, Prætorianis Patribus ad se convocatis præsentialiter & verbaliter facta die 21. Martii anni 1583. palam edixit, quæ ipsorum & Prætorianorum Patrum actis & secretis demandata est, ut patet ex decreto ejus-

Confutatio curialium dicentium verbum monasteriis in concordatis sola monasteria virorum comprehendere, non vero monasteria monialium.

Rationes hic exponuntur ex quibus Rex noster Christianissimus nominationem habeat in monasteriis monialium æque ac monachorum.

In id declaratio verbalis Henrici III. Prætorianis Patribus convocatis facta & scriniis & actis eorumdem inscripta.

dem diei, quod publici juris fecimus in altero volumine Indultorum Regiorum à pagina 656. ad paginam revolutam 660. F. P.

Ibidem. §. *Illos vero clericos.*

Textus.

In Textu. ibi. *Illos vero clericos, qui se talia facientibus, non opponunt, id est Regalia de novo usurpantibus, de proventibus Ecclesiasticis, pro tempore quo præmissa permiserunt, aliquid percipere prohibemus.*

Agitur hic de pœna contraventionis pro parte temporis dividenda.

Id est pro qualibet parte temporis. Alciatus leg. 1. §. qui præsens. num. 17. de verb. obligat. C. M.

Regalia confirmata concilio generali Lugdunensi sub Gregorio X.

Cæterum hîc adnotandum jura Regaliorum Regibus nostris & Angliæ competentia, per hanc glossam in verbo Regalia. in concilio generali Lugdunensi comprobata fuisse, sub Gregorio X. Pontifice Maximo, si glossa integra, prout in commentariis Archidiaconi & Joannis Andreæ, à quibus hæc glossa desumitur, hic inscriberetur, ut admonuit vir eruditus Franciscus Florens Antecessor juris Aurelianensis & Parisiensis in tractatu ad titulum de electione & electi potestate. pag. 230. & sequenti. ubi integram Archidiaconi & Joannis Andreæ glossam adscribit, quam ibidem videris vel integrandam ab ipsismet desumpseris, & à Dom. Milletotio in tractatu delicti communis & casus privilegiati. pag. 460. & sequent. in compilatione tractatuum libert. Eccles. Gallic. edit. Rothomagensis, ubi hic tractatus inscribitur. Adde & in eamdem Regaliorum materiam, hoc generali concilio confirmatam. Guid. Conchil. in posthum. tractatu reformat. stat. Eccles. pag. 174. & sequ. F. P.

Glossa hîc integranda in verbo *regalia* ex commentariis Archidiac. & Joann. Andr. hic.

Cap. 14. *Licet canon.*

Glossa.

In Glossa verb. *Vt nullus ad regimen parrochialis Ecclesiæ assumatur, nisi moribus, scientia, & ætate idoneus.* Ibi. *Quid si Ecclesia olim habuit parochianos, sed nunc habere desiit? dic secundum Bart. quod locum non habet constitutio.*

Idem gloss. extravag. execrabilis. in verb. habentia. Panorm. Philipp. Dec. cap. pastoralis. §. ult. de rescript. Bonifac. de Vitalinis. clement. 1. col. 3. de offic. vicarii. Petr. Rebuff. tract. nomin. quæst. 16. num. 23. C. M.

De Ecclesia parochiali habitu & non actu, & quid in his servandum, circa idoneitatem obtinendi.

De Ecclesiis parochialibus habitu, & non actu, & quid in his servandum; item de collegiatis habitu non actu, item conventualibus habitu & non actu, vide gloss. pragmat. sanct. in proœm. in verb. universis. in asterisco 2. & addit. Probi. ibidem. Item Molin. ad Alexand. lib. 4. consil. 73. & ibidem restrictionem circa collegiatas & conventuales habitu non actu. F. P.

De Ecclesiis parochialibus, conventualibus, & collegiatis habitu & non actu ad plures alios locos & authores remissio.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa eadem. Ibi. *Si autem reinciperet habere parochianos, extunc incipiet locum habere constitutio, quia facta est parochialis, quemadmodum si de novo fieret aliqua Ecclesia parochialis, constitutio locum haberet.*

De eadem materia & utrum locum habeat constitutio in restituta vel nova parochia.

Idem Joann. Selva. tract. de benef. part. 3. quæst. 42. Math. Pacus. tract. de mand. part. 5. quamvis aliter sentiat Alexander. consil. 74. col. 1. lib. 4. C. M.

De eadem materia ad alios authores remissio.

Ibidem. §. *Is etiam.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Quid si intra tempus promotus non fuerit, Ecclesia sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, sit præsentis constitutionis authoritate privatus.*

Pœna parochi intra annum non promoti ad sacerdotium, privatio ipso jure absque ulla monitione.

Oldrad. quæst. 67. Petr. Anchar. consil. 294. quamvis dubitaverit Panorm. cap. quia in tantum. de præb. C. M.

Vide Molin. in not. ad cap. commissa. 35. infr. de elect. hoc titul. eumdem. ad reg. de infirm. num. 382. & seqq. Guid. Conchil. in memor. reform. stat. Ecclesiast. pag. 68. 105. 116. & 137. F. P.

De eadem materia ad alios locos & authores remissio.

Cap. 15. *Nemo.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Commendam ultra semestris temporis spatium non durare.*

Scilicet quando commenda fit de vacante, & ita

Source : BIU Cujas

De commenda temporali & de illius usu hic agitur.

debet intelli hic textus, ratio est quia lapso semestri, devolutio fit ad superiorem, cap. nulla. de concess. præb. non tamen ipso facto finietur commenda lapso semestri, sed demum successore Canonico adveniente, sed si opus sit commenda propter furorem, absentiam, vel aliam causam, potest Episcopus commendare, quandiu causa illa durabit. C. M.

De eadem materia commendarum perpetuarum & temporalium ad alios authores & locos remissio.

De commendis temporalibus, & earumdem usu recepto, vide Guidonem Conchilium in memorialibus reformationis status Ecclesiastici. pag. 68. & 69. 105. 116. 130. & in posthumo tractatu libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, pag. 38. tractatum de abusu commendarum, pag. 4. & dissertationem canonicat. de origine Prioratuum simplicium & conventualium, in simplicem obedientiam & administrationem, in titulum, ac demum in commendam concessorum, responsivam ad eumdem tractatum de abusu commendarum. F. P.

Cap. 16. *Cupientes.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cupientes malignantium subterfugiis obviare.* Ibi. *Qui habet jus in principali, cavillationes & malitias adversarii potest per alias repellere.*

Quando liceat cavillationes & tergiversationes adversarii per alios repellere.

Etiam in foro conscientiæ. Philipp. & gloss. sequitur. Bavearia. in tract. de virtute juramenti. 60. effectu. & Ancharan. hîc. & consil. 145. in fine. Alexand. leg. qui totam. ad Trebell. Philipp. Decius. cap. sedes. in princip. extr. de rescript. Dom. Andr. Tiraquell. in tract. de retract. proxim. in præfat. num. 70. de mutuo vero secreto. Vide Anchar. repetit. cap. possessor. col. 16. infr. de reg. jur. Jason. leg. finali. §. penult. de eo per quem factum erit. leg. cum proponas. 2. cod. de pactis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Electi, post obtentam de ipsorum electione notitiam, ad Sedem Apostolicam iter arripiant, confirmationis obtinendæ causa.* Ibi. *Notitiam certam & indubitatam, puta quia ibi præsens fuit, erat forte Canonicus, vel homines fide digni referunt pro certo.*

Quando dicatur certa notitia electionis factæ vel obitus in loco.

Gloss. sequitur Gemin. Philipp. Franc. hîc. & allegat. gloss. in clement. causam. eod. tit. quære eam super verb. authenticam. & gloss. legis Titio usufructus. tamen est lex Titio fundus. dig. de condit. & demonstrat. & leg. pater decedens. est quidam decedens. §. finali. de administr. tut. liber Philippi mendosus est, vide Felin. cap. cum contingat. col. 3. de rescript. C. M.

Observatio ad emendationem Romanorum retinentium notam Molinæi textum corrigentem suppresso nomine.

Hanc Molinæi annotationem usurparunt Romani emendatores, & margini suæ adjecerunt, cum nota quod corruptissima esset lectura, quam Molinæus emendaverat, ut jacet, & nihilominus eam Fontanoni suo adscripserunt. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. *Quam cito commode poterunt iter arripiant electi.* Ibi. *Sed quæro an judex arbitrando dare debeat aliquos dies ad quiescendum, pone unum in septimana? videtur hic, quod non; sed dic contra.*

Quomodo computandum tempus datum electo ad consentiendum, & petendâ confirmationem.

Idem doctor. hîc. Angel. Aretin. instit. de justit. & jure, §. his itaque. num. 4. Jason. leg. 1. col. 2. si quis caut. Philipp. Decius. cap. cum sit Romana. num. 7. de appell. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Proposita causa intra viginti dies.* Ibi. *Si intra illos dies Papam vel auditorem habere non potest, protestetur super hoc.*

Superveniente impedimento notorio an protestandum & quomodo.

Quod tamen necesse non est. Jason. leg. 2. §. quod diximus. si quis caution. Philipp. Decius cap. ult. de appell. & consil. 356. quamvis aliter velit Alexand. consil. 69. num. 7. & Ant. Rub. repet. §. morte. num. 415. num. 737. vide Math. de Afflict. decis. Neapol. 50. Decium. leg. in omnibus causis. de reg. jur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Proposita causa intra viginti dies si admittenda videbitur.* Ibi. *Quid si dum judex deliberat an sit admittenda causa, vel non, labitur tempus, numquid nocet electo, credo quod non.*

Pendente examinatione causæ dilationis, non currit tempus dilationis.

Idem Domin. & Philipp. vide Baldum in leg. 1. in princip. cod. de juram. calumn. Idem tenet Felin. cap. ex ratione. de appellat. C. M.

Hujus Molinæani prænotati primam partem usurparunt Romani emendatores, omissa posteriori ab his verbis *idem tenet Felin. ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Electos omni jure decernimus esse privatos. Junctis superioribus si non comparuerint, si responsales & procuratores non miserunt.* Ibi. *Si constat incidisse in constitutionem hanc, non admittetur appellatio, quia ab ipsa pœna legis vel canonis non appellatur.*

A pœna legis vel canonis non appellandum.

Gloss. notat Panorm. cap. pervenit. de appellat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quando concordem electionem cognoverit.* Ibi. *Licet quidam dicant electionem concordem quæ à majori parte capituli facta est, tu dic concordem, quando omnes consentiunt nemine discrepante.*

Quando concors dicenda electio vel non.

Idem Alexand. leg. & suum. §. hodie. col. 1. de pactis. consil. 124. num. 2. lib. 2. consil. 48. lib. 7. Jason. leg. rescriptum. de pactis. leg. de fideicommisso. de transact. Roman. consil. 522. colum. 5. sed veritas est in contrarium, ut tenet verior glossa in cap. cum olim. de re jud. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si electiones distulerint intra octo dies electis præsentare electores.* Ibi. *Si exiverint competenti tempore, excusabuntur propter supervenientem casum, si vero exiverunt eo tempore quo venire non poterant, impedimentum superveniens non excusat eos.*

Quando impedimentum superveniens excuset, vel non.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Beneficiis fore suspensos. Junctis præcedentibus, si negligentes fuerint in eundo, vel denunciando.* Ibi. *Et si quæratur an Episcopus taliter suspensos possit absolvere, dicendum est quod non.*

Quando inferior possit absolvere suspensum vel excommunicatum à Papa.

Quid autem si suspensio juris non habet tempus determinatum, an possit inferior relaxare? dic quod non, si sit inflicta in pœnam delicti, sed si ob contumaciam, sic, licet indistincte absolvat ab excommunicatione juris non reservata, & intellige nisi vellet inferior in casu concesso dispensare. Panorm. Felin. cap. tam litteris. de testam. cap. nuper. de sentent. excommun. Philipp. Franc. hîc. & in cap. 1. column. 3. de re jud. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In prosecutione juris electis nullum præjudicium generetur, ob negligentiam electorum.* Ibi. *Sed numquid processus eligentium habitus contra ipsos, nocebit electo; dic quod scienti electo præjudicabit, ignoranti non.*

Quando culpa electorum noceat electo, vel non.

Idem Angel. Joann. Imol. in leg. sæpe. & ibi. Alexand. column. 9. de re jud. Panorm. cap. quamvis. colum. 13. & ibi. Felin. colum. 5. de re jud. Felin. ad cap. ad petitionem. col. 4. de appell. Franciscus. Aretin. consil. 62. Vide tamen Panorm. Felin. cap. constitutus. de testam. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In recuperandis expensis illud servari decernimus, quod æquitas canonum judicabit.* Ibi. *Sed quid judicat æquitas canonum in expensis recuperandis? si electio vel postulatio factæ sint in concordia, possunt eligentes vel postulantes expensas facere de bonis spectantibus ad prælatum, & si de suo fecerint, recuperare possunt fructus.*

De expensis factis ab electis recuperandis.

Hanc gloss. sequitur Panorm. cap. ut præteritæ. supr. eod. & in disput. 3. adde Joann. Andr. in addit.

Source : BIU Cujas

dit. Specul. de expens. §. 1. in fine. Oldrad. quæst. 27. Calderin. cons. 2. de solut. Gemin. cons. 48. columna final. cons. 55. Jason. leg. scimus. §. in computatione. cod. de jur. deliber. C. M.

Cap. 17. *Fundamenta.*

GLOSSA. In Glossa in principio. Ibi. *Ipsam Ecclesiam temporalibus adjutam auxiliis, dum Constantinus Imperator ipsi Ecclesiæ in persona beati Silvestri IV. die sui baptismatis donavit civitatem Romanam.*

De donatione Constantini falsa & ementita. Imo textus non dicit donavit, sed declaravit, quia Papa non se fundat in ficta & ementita donatione hominis, sed prætendit concessionem ipsius. C. M.

De prætensa donatione Constantini remissio ad authores. Vide ad confutationem hujusce donationis prætensæ, eumdem Molin. in not. ad can. ego Ludovicus. in textu in principio. 63. distinct. & ad can. Constantinus. 1. 96. distinct. & ad Decii consil. 146. in verb. fama. & in stil. Parlam. part. 3. tit. 44. §. 1. in verb. devotio. Vid. Conchil. in memor. reformat. stat. Ecclesiast. pag. 42. & sequ. Anton. Mornac. in observat. ad leg. penult. de off. præsid. in principio. F. P.

Cap. 21. *Sicut.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Per unum pronuncianda electio.* Ibi. *Si unus præsentibus aliis vice capituli facta collatione, eligat, satis est, quia ratihabitio & taciturnitas mandato comparatur, saltem in re appetibili & meritoria.*

Quando ratihabitio vel acceptatio retrotrahatur. Idem Philipp. Dec. in rubr. num. 2. cod. de pactis. qui tamen contra tenet ibi. num. 4. & in leg. semper. qui non prohibet. de reg. jur. & consil. 245. hodie invaluit acceptationem requiri. C. M.

Cap. 22. *Statutum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Decretalis supr. eod. licet canon. in collegiatis parochialibus Ecclesiis locum non habet, & in assumptis ad earum regimen.*

Cap. licet canon de elect. supr. de promovendis ad sacerdotium locum non habet in conventualibus parochialibus & collegiatis. Gemin. cons. 131. cum sequenti. & sic appellatione simplicis non venit simplex qualificatum. leg. vim passam. §. præscriptione. de adult. Felin. cap. grave. de offic. ordin. C. M.

Cap. 24. *Quorumdam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quorumdam qui proprium arbitrium subjugarunt alterius ditioni, suæ professionis immemores ruunt in litigiorum anfractus.*

Mora hi ex jure non debent litigare. Nota prohibitum relligiosis, ut se involvant anfractibus litigiorum. Domin. sed in Gallia vix sunt obstinatiores litigatores. C. M.

De monachis frequentius litigantibus ad alios authores remissio. De iisdem monachis plerumque litigantibus, & pro rebus spiritualibus, vide eumdem Molin. in stilo Parlament. part. 5. arresto 135. in verb. debato. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Relligiosis interdicitur, ut electionibus de se factis ad prælationes quaslibet à minori parte, etiam de licentia superiorum suum audeant præstare consensum.* Ibi. *Sive proprii ordinis, sive alterius, sive sæcularium Ecclesiarum; & sic generalis est hæc propositio quoad prælaturas.*

Relligiosis quibuslibet ad prælaturas à minore parte electis, non licet suum accomodare consensū. Idem Oldrad. quæst. 13. Gemin. Philip. Franc. hîc. C. M.

Relligiosi reformati & mendicantes non debent etiam de licentia suorum superiorum Episcopi in partibus consecrari. Illud interdicitur propter rationem supra allatam in hocce capitulo, ut à litigando avertantur, & ne vagandi licentia ipsis præbeatur, qua de re eisdem interdicitur in concilio generali Viennensi, in clementina in plærisque. de electione & electi potest. ne ad cathedrales Ecclesias in partibus existentes, clero & populo carentes, assumantur sine licentia speciali Papæ; aliud tamen servatur in cathedralibus Ecclesiis regni clerum habentibus, ad quas relligiosi mendicantes assumuntur. ex concordatis, ex ipsius Regis nominatione, & Summi Pontificis institutione, etiam si ad gradus Theologiæ, aut juris Canonici promoti non fuerint, maxime in reformatis, qui propter strictiorem regulæ observantiam ad ordines promoveri non possunt, ut habetur

Possunt tamen ex concordatis ad cathedrales Ecclesias nominari à Rege etiam si non sint graduati in Theologia aut jure canonico. in ipsis concordatis. tit. de reg. ad præl. nominat. §. monasteriis. vers. consanguineus tamen. F. P.

Cap. 25. *Ut quis duas.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Non nisi ex una jus habere, supple electione.* Ibi. *Sed hîc duas vel plures electiones diversas prosequi prohibitum est.*

Pluribus electionibus suum non licet accommodare consensum. Quia consensus electi non debet esse incertus, sed iste est incertus; item incertum non confirmatur. Domin. Philipp. Franc. hîc. unde secus in reo. Philipp. Decius leg. nemo ex his. §. quoties. de reg. jur. C. M.

Hujus subnotati Molinæani prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis & suæ margini inseritur, omissa posteriori ab his verbis *Philipp. Franc. hîc ad finem.* F. P.

Cap. 26. *Si electio.*

GLOSSA. In Glossa verb. *A dissensu electi, renunciatione, & morte, tanquam à nova vacatione tempus integrum habebunt eligentes.* Ibi. *Et idem intelligo repetitum in mense qui datur Papæ ad electionem, vel collationem beneficiorum in curia vacantium. infr. de præb. statutum.*

Tempus ad conferendum vel eligendum competens currit à die cujuslibet vacationis etiam renovatæ. Ut fiat renovatio mensis, quando collatio fuit valida, sed non fuit repleta, quia mors ante acceptationem contigit. Vide Joann. Andr. in addit. Specul. de act. seu petit. ad finem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Dummodo in præmissis nihil egerint fraudulenter.* Ibi. *Junctis præcedentibus.* Ibi. *Nota quod si una die quis fuerit impeditus in anno appellationis prosequendæ, habebit integrum annum per prædictam decretalem ex ratione. de appellat. apud Greg.* Ibi. *Habebit integrum annum.*

Impedito in prosequendo intra tempus legale, etiam & minore parte, debet redintegrari totum tempus. Scilicet secundum. sed dic melius, ut per Panor. Ibi. quod tempus impedimenti debet esse tantum, quod importet vel auferat facultatem finiendæ primo anno appellationis. C. M.

Cap. 30. *Cum non deceat.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nonobstante consuetudine, vel aliis, per quæ præmissorum effectus posset impediri, id est quominus venientes ad Ecclesiam Romanam prosecuturi electiones fructus suarum præbendarum consequantur.* Ibi. *Quia est statutum, consuetudo, vel privilegium in Ecclesia, quod quacumque de causa quis absit, etiam si utilitatem Ecclesiæ prosequatur, nihil percipiat, quid si talem consuetudinem vel statutum juraverit, non credo quod tunc locum habeat hoc privilegium, scilicet percipiendi fructus in absentia. Juncto casu. De prosequentibus electionis negotium in Curia Romana.*

De clausula *non obstante quælibet consuetudine, vel aliis per quæ præmissorum effectus possit impedi.* i. Glossæ. Gloss. singul. sequitur Ludovicus Roman. singul. 7. Panorm. cap. 7. de his quæ fiunt à majori parte cap. Alexand. cons. 38. lib. 3. cons. 27. num. 8. lib. 1. Philipp. Decius cap. constitutus. cons. 3. de rescript. late Hieronymus Gratus. consil. 12. tamen Gemin. consil. 83. limitat, & contra sentit Alciatus cap. cum contingat. num. 157. du jurejurando. C. M.

De vi & authoritate juramenti appositi statuto vel contractui. Alciatus videndus est à num. 137. Quærit an statutum valeat quod contractum annullat, & juramentum super eo interpositum? nec loquitur de statuto jurato, sed à num. 154. de statuto nihil super jurejurando definiente, contractum vero sine certa solemnitate factum annullante, tanquam dolo initum; an hujusmodi contractus juratus valeat, & solvit ex fraudis præsumptione contractum non valere, neque suæ decisioni nostram obstare glossam: & recte, longe namque differunt statutum juratum, & contractus juratus, quia in contractibus juramentum accessorie tantum consideratur, neque plus virium habet quam contractus cui accedit, sive formaliter, sive materialiter, nec facit de invalido validum, at in statuto jurato, jusjurandum esse de forma substantifica, dici potest. G. D. P.

Digressio hic Miror Dom. G. D. P. ex tot authoritatibus hîc

Source : BIU Cujas

facta à Domin. G. D. P. hic notatur.

deductis, ſolam Alciati authoritatem ſelegiſſe, ut diſcuteret & examinaret ſolam hanc quæſtionem, an contractus juramento firmatus, an ſtatutum valeret nec ne, quæ non eſt materia hujus notæ Molinæanæ, ſed an contra ſtatutum juramento firmatum, liceret abſenti pro rebus Eccleſiæ proſequendis, lucrari fructus præbendarum, quod juſtam dubitandi rationem præbere non debuerit, cum abſens reipublicæ vel utilitatis Eccleſiaſticæ procurandę cauſa, præſens cenſeatur; ſed quod verius & juſtius quæri poſſit, an & abſens hiſce de cauſis quotidianas diſtributiones lucrari poſſit, vel non: de quo vide Didacum Covarruviam, lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 8. de quo & ſub his temporibus prodiit tractatus D. *le Maire*, Dom. Epiſcopi Carnotenſis Vicarii generalis, & Commenſalis, de privilegio Canonicis Epiſcopo aſſidentibus conceſſo, lucrandorum fructuum beneficiorum ſuorum in abſentia, quotidianis diſtributionibus non exceptis, de quo tamen dubitari ſinam. F. P.

An abſens procurandorum negotiorum Eccleſiæ cauſa lucrari poſſit etiam quotidianas diſtributiones de quo ad authores hic citatos remiſſio facta.

Cap. 32. *Ex eo.*

ADDITIO HELIÆ.

In Additionibus Heliæ. Ibi. *Communis tamen opinio eſt, quod in beneficio requirente diſcretionem animi, requiritur quod quis ſit pubes, & quod perfecerit annum* 14. *& attigerit* 15.

De ætate competenti ad canonicatus Eccleſiarum cathedralium ex regula cancellariæ Romanæ uſu forenſi ſervata.

Et ita hodie eſt deciſum in canonicatu Eccleſiæ cathedralis, in regula Cancellariæ Innocentii VIII. num. 17. quæ fuit primum Urbani IV. confirmata per Greg. XI. Ægid. Bellam. deciſ. 727. & deciſ. 754. C. M.

In quibuſdam cathedralibus Eccleſiis ut in metropolitana Rothomagenſi aliud ſervatur & decretis Prætorianorum Judicum confirmatur.

Hoc notandum, quod in quotidiano uſu verſetur, & tamen ex eodem uſu in quibuſdam Eccleſiis aliud obſervatur, ut in Eccleſia metropolitana Rothomagenſi, ubi & impuberibus adjudicantur canoniales præbendæ ex uſu ibidem obſervato, & confirmato decreto Prætorianorum Judicum, in publico auditorio prolato, de die 18. Maii anni 1600. in favorem cognominati Godard, quamvis undecim tantum annis natus eſſet; quod & notavit Vid. Conchil. in lib. Eccleſ. Gallicanæ tractatu. pag. 41. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Laici vel converſi cum clerici regularibus non debent electionibus intereſſe.* Ibi. *Quid dices in aliqua Eccleſia præſcripſerunt laici converſi, quod debeant admitti ad electionem, præſcriptæ illi conſuetudini ſtari debet.*

Præſcriptione adquiri poteſt jus eligendi.

Idem Dom. Philipp. Franc. hîc. Panorm. Felin. cap. cauſam. de præſcript. Joann. Selva tract. de benefic. part. 2. quæſt. 9. C. M.

Explicatur hic cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet de admiſſis relligioſis cum canonicis Eccleſiæ cathedralis ad electionem Epiſcopi.

Vide eumdem Molinæum in not. ad cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in gloſſa verb. propter brevitatem temporis, ubi talis præſcriptio admittitur, ut cum canonicis cathedralis Eccleſiæ monachi eligant, quia illud non eſt contra jus, ſed ſaltem præter jus, imo ſecundum jus, quo relligioſi & clerus, imo plebs ipſa ad electionem admittebatur, & ita præſcriptio locum habet, ut ibi notat Molin. imo in regularibus Ordinis divi Franciſci converſi vocem habent activam in electione, quia divus Franciſcus hujus Ordinis Patriarcha in Levitico gradu permanſit, nec umquam ad ſacerdotium promotus fuit, ita judicatum ſolemni decreto Senatus Pariſienſis in publico auditorio pronunciato die 13. Martii anni 1643. in electione Abbatiſſæ Monialium ſanctæ Claræ in ſuburbio divi Marcelli, Converſas Sorores & extra chorum admittendas ut vocis ſuffragio cum aliis Monialibus & Sororibus chori gauderent voce activa non paſſiva, perorantibus Claudio *Pucelle* pro Sororibus & Monialibus chori, Guidone *de Maſſac* pro Sororibus Converſis, ex ſuffragio domini Bricquetii Advocati Catholici qui Sororibus Converſis adhæſit. F. P.

Notatur jus ſpeciale converſarũ Sororum S. Fr. ciſci, in electione Abbatiſſæ jure ſuffragii ſive vocis activæ utentiũ & in id arreſtum Senatus Pariſienſ. refertur.

Cap. 33. *Si poſtquam.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Cum autem à proviſione, vel electionis confirmatione jure devoluto facta appellatum fuerit ad Sedem Apoſtolicam.* Ibi. *Sed cum quotidie jura parificent electionem, poſtulationem, & proviſionem, ſtatuimus, quod idem juris de uno & de alio, & de dilationibus in eundo, veniendo, & mittendo.*

Idem jus in regendis electionibus, poſtulationibus, & proviſionibus.

Jaſon. §. ex maleficiis. col. 7. inſtit. de act. in leg. ſi conſtante. in principio. column. 4. Sol. Matrim. leg. 1. colum. 5. lib. 2. in fine de leg. 1. leg. finali. colum. 6. cod. de edict. divi Hadriani toll. Alexand. 171. num. 3. lib. 7. C. M.

Cap. 34. *Cum ex eo.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Diſpenſare poſſunt Epiſcopi cum habentibus parochiales Eccleſias, quod uſque ad ſeptennium ſtudendo non teneantur ad ſtudium promoveri, ad ſubdiaconatum tamen debent promoveri intra annum, aliàs ſunt privati.*

Diſpenſationis Pontificiæ & ordinariæ differentia, cum proviſo parochialis Eccleſiæ ante ætatem, in promotione ad ordines.

Et ſic limitata poteſtas, ſecus ſi Papa diſpenſet pura (ut vidi) cum habente 20. annos cui confert parochiam, ut non obſtante defectu ætatis eam teneat, non tenetur promoveri, nec ad ſubdiaconatum quidem, donec attigerit vigeſimum quintum annum, adhuc non incidit in aliquam pœnam niſi eo elapſo: & ita hoc anno 1551. conſului, male judicatum per conſervatorem privilegiorum Regiorum, qui judicaverat contra diſpenſatum à Papa, & ſubſcripſerunt peritiores Togati noſtri ordinis. C. M.

Inde collige quo anno ſcripſerit Carolus Molinæus has notas ad jus canonicum.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Epiſcopi, quod proviſi parochialium, uſque ad ſeptennium, litterarum ſtudio inſiſtentes promoveri non teneantur, diſpenſare poſſunt, quoad ſubjectas ſibi Eccleſias.* Ibi. *Nota quod licet in dandis dimiſſoriis æquiparamus Epiſcopum originis, domicilii, & beneficii, ut infra de temporibus ordinat. nullus: quoad caſum iſtum ſecus.*

Qui diſpenſare poſſint cum habentibus parochialem Eccleſiam ut ſtudiis inſiſtentes non teneantur promoveri ad ordines.

Idem Geminian. Philipp. Franc. hîc. Vide Felin. cap. dilectus. de reſcript. C. M.

Cap. 35. *Commiſſa.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Parochialis Eccleſia nondum promoto ad ſacrum presbyteratus ordinem commiſſa, non eſt niſi tunc demum, cum ex toto fuerit annus elapſus cenſenda vacare. Juncto textu integro. De Rectore parochialis Eccleſiæ promovendo intra annum ad ſacerdotium.*

Pœna non facti intra tempus non committitur, niſi toto tempore elapſo.

Nota quod ubi imponitur pœna ex non facto intra certum tempus, pœna non committitur, niſi ex toto labatur tempus. Doctor. hîc. Bald. Jaſon. Philipp. Dec. leg. non omnis. ſi certum petatur. Bartol. & alii. in leg. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. de verb. oblig. C. M.

De hac materia ad alios locos & authores remiſſio.

Hujus ſubnotati à Molinæo prima pars uſurpata eſt ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, ab his verbis *Doctores hîc ad finem.* Vide in id de vacatione ob non promotionem intra annum ſuſpendenda vel non per totum annum, eumdem Molin. ad regul. de infirmis. num. 382. & ſeqq. Gregor. Tholoſ. in inſtit. benefic. cap. 25. num. 8. & 9. Vid. Conchil. in poſthum. tract. reform. ſtat. Eccleſ. pag. 122. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Et beneficii pacificam poſſeſſionem habuiſti. Junctis præcedentibus de vacatione ob non promotionem intra annum.* Ibi. *Dic quod ſi liberum habet exercitium animarum tenetur hac conſtitutione.*

Item poſſeſſione pacifica tantum adepta pœna committitur.

Idem Geminian. conſil. 78. conſil. 82. column. 1. conſil. 125. Philipp. Dec. cap. 1. column. 2. de confirm. util. vel inutil. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Non currit annus promotionis, ſi juſto impedimento detentus.* Ibi. *Pone quod toto eo anno ægrotavit, vel abſens erat Epiſcopus, &c.*

Quando detur excuſatio promo-

Idem ſi pater, vel alius eo ignorante impetravit.

Source : BIU Cujas

tionis omissæ intra annum provisionis.

Gemin. Petr. Rebuff. in concord. de collat. §. statuimus quoque. gloss. 1. C. M.

Cap. 37. *Si compromissarius.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Idem fit cum compromissarius elegit idoneum, sed electus renuit consentire, tunc potestas eligendi libere revertitur ad compromittentes.* Ibi. *Distinxerunt quidam an detur potestas providendi, an eligendi, ut in primo casu iterum possit eligere (quia adhuc non est provisum) in secundo non, quod satis æquum videtur.*

An electo per comprom issum renuente consentire electioni, compromittentes iterum eligere possint.

Tancred. & Petr. de Sam. supr. eod. causam. & Abbas ad hoc recitat supr. eod. quia propter. Joan. Andr. & idem Geminian. hîc. Bartol. leg. 2. §. 1. de opt. leg. Felin. cap. in litteris. colum. 3. de offic. leg. C. M.

De eadem materia ad authores & locos remissio.

Hujus prænotati à Molinæo prima pars ab emendatoribus Romanis usurpata, omissa posteriori, ab his verbis *Joann. Andr. ad finem usque.* quamvis Molinæum minime laudaret authorem, sed alios non magis suspectos quam priores. Vide eumdem Molin. in not. ad cap. si electio. 26. in gloss. verb. integrum. supr. de elect. de renovatione temporis in collationibus æque ac in electionibus facienda, etiam in Papa vacans beneficium in curia conferente valide, sed collatione ex aliquo accidentium ibi relatorum non repleta. F. P.

Cap. 43. *Indemnitatibus.* §. *Supradicta.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Juxta quarumdam Provinciarum consuetudinem, mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec professionem faciunt regularem.* Ibi. *Ut in Theutonia.*

De Canonicis mulieribus Theutoniæ & Flandriæ.

Nicolaus Boerius decis. Burdegal. 38. sunt etiam in Flandria, & multum laudabile est. C. M.

De ea materia ad authores, remissio.

De Canonicis mulieribus vide eumdem Molin. in notis ad glossam can. quicumque. in verb. de sanctimonialibus ibi talium vita condemnatur 12. quæst. 2. Vide & tractatum nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis in verb. *militia.* cap. 4. de divisione beneficiorum. §. 26. de beneficiis simplicibus ac primum de præbendis. num. 62. & sequ. F. P.

Cap. 46. *Si quis justo.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Pluribus procuratoribus nominatis ad eligendum in eodem instrumento, admittatur qui primò nominatus.* Ibi. *Quid si non apparet, puta quia duo sunt instrumenta, nec apparet quod prius, puto quod mutuò sese impediunt. leg. quotiens. dig. de usufruct. & imputet sibi qui sic eos constituit.*

Ubi non apparet de quo sensit, neuter remanet procurator.

Glossa sing. Roman. singulari. 251. C. M.

Est singul. 254. in impressis anno 1570. hæc fuit Oldradi decisio consil. 1. num. 8. 9. Vide fallentias apud Boer. decis. 311. nec etiam fallaris in citatione. leg. quotiens. dig. de usufruct. in illa enim ex incertitudine non extinguitur usufructus, sed usufructuarii sese impediunt, quoad prælationem, & fruitionis principium, hîc vero per concursum nullus manet procurator: Idem in litteris Gratiæ ad beneficia, ut mutuo sese impediant provisi, non idem in contractibus ex annotat. ad Mathesil. singular. 71. non idem puto in litteris Justitiæ. G. D. P.

De concursu duarum collationum ejusdem diei cum aliis concurrentiis hic expressis.

Junge in hanc materiam concurrentium collationum sese invicem impedientium, glossam pragm. sanct. tit. de collat. §. ita tamen quod ipse. in verb. nominatorum. & Prob. addit. 3. nec refert an valeant illæ duæ collationes, & efficaces sint, an altera invalida & inefficax, puta obtenta per cursum præmature factum, & adhuc vivente provisо, per cujus mortem obtinebatur: nam nullitas concurrentium collationum non procedit ex jure, sed ex facto, quod eodem tempore collator duobus conferre non possit, nec appareat cui prius collatum voluerit, in qua specie habes Arrestum in majori Senatus Decuria & in auditorio prolatum, perorantibus Guidone *de Massac*, pro fratre Ludov. *Bignon*,

In materia concurrentium collationum ejusdem diei non refert an altera invalida & inefficax sit necne, ut mutuo concursu sese elidant.

In id Arrestum celebre Senatus Parisiensis cujus

Relligioso professo Ordinis Benedictini, provisо in curia Romana de Prioratu *de Champigné* ejusdem Ordinis, diœcesis Andegavensis, tanquam vacante per mortem cognominati *Allard*, ultimi ejusdem possessoris pacifici, Jacobo *Lescacher* pro Hieronymo *de Chantepie*, qui vivente adhuc dicto *Allard* impetrari mandaverat, & obtinuerat tanquam morte vacantem antedictum Bignonium, me vero pro Francisco *Allard*, dicti ultimi possessoris nepote & resignatario, qui tamen ex capite resignationis obtinere non potuerat, resignante in medio cursu morte prærepto, sed ex mandato obtinendi etiam per obitum, ex ea causa & vacandi modo obtinuerat, eadem die quo dictus *de Chantepie* ex damnato & præcipiti cursu, vita ultimi possessoris durante, de facto etiam obtinuerat, quamvis reclamantibus omnibus regulis, & juris Canonici sanctionibus, dicto *Bignon* ex eadem causa obitus & vacatione impetrante longo post alios duos impetrantes intervallo, cui tamen, dictorum *Allard* & *Chantepie* provisionibus per concursum ad nihilum redactis, ex suffragio Dionysii Talæi Advocati generalis, cui eidem Bignonio adhæsit, dicti Prioratus plenum possessorium adjudicatum fuit, absque ulla restitutione fructuum, aut expensarum condemnatione, pronunciante Proto-Præside Lamonio die Sabbati 26. Martii anni 1661.

Species hîc recitatur & dispositio.

Ex eodem Arresto elicitur, nec provisionem concurrentem invalidam, ex eo quod vivente provisо obtenta, locum facere alterius validitati ejusdem diei, quæ ex causa resignationis & obitus obtenta fuerat.

Adverte tamen in hac materia concurrentium collationum, proferri solere Arrestum in prima Inquisitionum classe pronunciatum die 8. Augusti anni 1626. ex relatione Domini *le Camus*, in causa & disceptatione possessorii Prioratus Curati Montis-Argivi alias *Montargis*, inter duos resignatarios ultimi possessoris eadem die in curia Romana provisos, altero per signaturam provisionis signatam *per fiat*, cui eidem dispensatio circa ætatem concessо, altero per aliam signaturam de eodem die signatam *per concessum*, quia nulla dispensatione sustinebatur collatio, & ex eo hanc regulam & ex dicto Arresto vulgo elici, signaturam concurrentem signatam *per fiat*, præferendam signaturæ per vulgarem & ordinariam signandi formulam *per concessum* signatæ quam vocant: namque dicto Arresto producto & examinato patet, quæstionem concursus non fuisse nec agitatam nec decisam, sed eam solam quæstionem in eo fuisse, dispensationem defectus ætatis resignatario concessam nullo abusu notari, nec in ea facti specie fuisse concurrentes resignatarios, quorum alterum fingunt nomine *Chevalier* concurrentem cum fratre Ludovico *des Hais* ultimi possessoris solo resignatario existente, & provisо ex causa resignationis, cum clausula *dispensationis propter defectum ætatis*, cui ab altero per mortem provisо sola hæc quæstio fiebat, an dispensatio circa defectum ætatis abusiva foret necne, quæ & valida pronunciata fuit eodem Arresto, quod tibi observatu dignum credidi, quia plures in eam sententiam illud Arrestum adducunt, quamvis ab ea longè differat, ut ex ejusdem Arresti exhibitione mihi facta detexi. F. P.

Observatio ad aliud Arrestum Senatus Parisiensis, quod vulgo profertur in hac materia concurrentium collationum, cum ab ea specie longe absit.

Ibidem. §. *Porro.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Procurator ex numero eligentium designatus, qui duos nominat, nihil agit, si unum nomine suo, alium nomine Domini nominandum duxerit.* Ibi. *Quia quâ conscientia tenetur meliorem suo nomine eligere, eadem ratione ad idem tenetur nomine Domini.*

Inquiritur vera species præcedentis Arresti, in qua nulla quæstio concursus; sed an dispensatio de defectu ætatis valeret nec-ne.

Ludov. Roman. leg. 2. in princip. col. 2. de verb. oblig. Joann. Berthac. tract. de Episc. lib. 1. part. 3. quæst. 3. Paul. de Citadin. tract. de jure patron. part. 6. quæst. 12. Roch. Curt. eod. tract. in verb. honorificum. quæst. 21. Felin. cap. cum olim. colum. 3. de re jud. Philipp. Decius. cap. quamvis. num. 2. extra. de offic. jud. delegati. C. M.

An quis eligens nomine proprio & procuratorio possit duos diversos nominate valide.

Source : BIU Cujas

Cap. 47. *Quoniam. & ultimum.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Electione non in concordia celebrata.* Ibi. *Idem dicam de poſtulatione, cum eadem ſit ratio; idem puto in præſentatione, ut etiam ille cui ſit præſentatio, teneatur ſervare hanc decretalem. Juncta integra, qua confirmationem citiorem damnat, & ſic ſervatur.*

Confirmatio in electione, poſtulatione, & præſentatione facta ex improviſo damnatur.

Idem Gemin. Philip. Franc. hîc. Lap. allegat. & Panormit. in cap. poſtquam. & ibi. Philip. Decius. ubi in annotat. dixi. ſupr. eod. Roch. Curt. tract. de jure patronat. in verb. honorificum. quæſt. 2. quæſt. 38. Alexand. ab Exea. cap. cum omnes. num. 231. de conſtit. ſed non ſervatur, ut tradit Ægid. Bellamer. deciſ. 620. & Aymo Cravetta conſ. 177. dicit non ſervari Avenioni, propter præventionem & reſervationem Legati, nec etiam ſervatur in regno Franciæ, niſi in Neuſtria. C. M.

Quod præcipiti actu confirmationis præſentationum & celeri inſtitutione ad eaſdem fiat metu præventionum Apoſtolicarum, niſi in Neuſtria ubi ſpernuntur præventiones.

Ratio Cravettæ eſt, quia hoc cap. ult. locum tantum habet in ordinariis, & Legatus Avenionenſis non ſolum habet ordinarii jura, ſed & amplas facultates & poteſtates Legatorum à latere; uſu noſtro collatoribus non data eſt cauſæ cognitio, quare in beneficiis juris patronatus, ſi diverſi fuerint clerici, ſive ab eodem, ſive à diverſis præſentati, non diſputatur apud collatorem de validitate præſentationum, inſtituit quos vult, vel omnes, vel diligentiores, & alios reſpicit, qui ſuperiorem adeunt, tum proviſi, vel in petitorio, vel ſæpius in poſſeſſorio, litigant apud Regium judicem, & ſæpius intercedunt patroni prætenſi. G. D. P.

Quod in præſentatorum à patronis inſtitutione nec in ipſa præſentatione non datur cauſæ cognitio propter præventionum metum.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Peremptorio termino aſſignato.* Ibi. *Numquid poſt hunc terminum veniens audiretur? ſuper hoc dic ut ſupra.*

Veniens poſt terminum aſſignatum non audiendus.

Quod non Oldrad. quæſt. 3 C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De Renunciatione.

Cap. 1. *Quoniam aliqui.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Romanus Pontifex poteſt Papatui renunciare.*

Papa renunciare poteſt Papatui.

Tamen Joann. Andr. hîc. in novell. utrimque diſputans adhuc ſub dubio relinquit. & male, quia non eſt dubitandum etiam citra hoc cap. ut per Joann. Pariſ. tractat. de poteſtate Regia & Papali. ad finem. Joann. Gerſon in tract. de auferibil. Papæ ab Eccleſia. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Minus provide in dubitationem deducere videbantur Junctis præcedentibus in ſummario, & in textu. An Summus Pontifex renunciare poſſit Papatui.* Ibi. *Marcellinus renunciavit Papatui, cui ſucceſſit Marcellus; item Clemens renunciavit Papatui, cui ſucceſſit Linus, & eo mortuo Cletus, & illo mortuo iterum ſucceſſit Clemens.*

Exempla Summorum Pontificum Papatui renunciantium.

Sic plures alii renunciaverunt, Ludovic. Gomeſ. in regul. Cancellar. de infirmis reſign. columnn. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cæleſtinus Papa Quintus authoritate Apoſtolica ſtatuit.* Ibi. *Credendum eſt Papæ hoc referenti. ſupra. de teſtibus. cum à nobis. in fine. Juncta inſcriptione. Bonifacius Octavus. & textu. Habita deliberatione cum ſuis fratribus Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus.*

An Pontifici dicenti de ſe omnino credendum.

Sed contrarium melius ſentit. Idem Joann. Andr. clement. unica. verb. Bonifacio. de jurejurando. C. M.

Nota quod hîc notæ Molinæanæ addidimus verbum *tenuit.* quod non erat, ſed ſolum verbum *ſentit.* ut reſponderet notæ & cenſuræ ſubſequenti Domini G. D. P. qui præmittens notam Molinæanam, ut ſuam ſubjiceret, ſolum verbum *tenuit.* de ſuo affigit, & ſupprimit verbum *ſentit.* quod ſolum eſt Molinæanum. F. P.

Obſervatio ad notam Molinæanam & cenſuram Dom. G. D. P.

Contrarium non tenuit, ſed diverſum dixit. Gloſſæ dictum limitationes habet, quas vide apud Authores qui citantur in addit. ad Roman. ſingul. 127. hîc. Bonifacius teſtimonium perhibet de eo quod vidit. Clemens V. in clement. unica. de jurejurando. refert id quod à Bonifacio factum fuerat, quam Joann. Andr. dicit eſſe familiarem probationem, quia Papa alium inducit Papam in teſtem: hæc valde diverſa ſunt. G. D. P.

Nota diverſitatem allegatam à Dom. G. D. P. deflectere in contrarietatem.

De hac familiari probatione, nota gloſſam ad can. pater. 9. quæſt. 3. ubi notat Molin. in verb. Innocentius. ut hîc. non credendum Papæ ſecundum Joann. Andr. in gloſſ. d. clement. unica. de jurejurando. Vide & in id gloſſam pragm. ſanct. tit. de ſublat. clement. litteris. in verb. non præjudicent. & ibi notam à nobis additam: & demum hîc animadverte hanc notam Molinæanam unam eſſe ex his quæ in ſola editione Corporis juris Canonici Molinæana anni 1559. inſcribuntur, ad quam Dom. G. D. P. notas ſuas & cenſuras non adjecerat, ut monui in principio hujuſce compilationis, quaſdam tamen poſterioris editionis vel paucas notis ſuis aſperſiſſe. F. P.

De probatione familiari Paparum, alias Papas in teſtes adducendo ad alios Molinæi locos & authores remiſſio.

Cap. 2. *Si te præbendam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quia dicta renunciationis tempore, qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate gravi detinebatur. Juncto textu. Si te præbendam in aliqua Eccleſia expectante, qui tenuiorem habebat, eidem fraudulenter remanet, ut præcludatur via ad obtinendam pinguiorem proxime vacaturam, ſi de fraude appareat, nullum tibi volumus præjudicium generari.*

Alia obſervatio ad not. Dom. G. D. P. hîc.

Alber. leg. dolo. dig. de dolo malo. Imol. conſil. 78. Thomas Falſtodi. in deciſ. Rotæ. cauſ. 6. dubio 22. incipiente tertium dubium eſt. Cæterum materia hujus capituli nihil habet commune cum regula Cancell. 18. de infirmis reſig. C. M.

De renunciatione in fraudem expectantis facta & ut alia præcautio reg. de infirmis. alia præcautio hujus cap.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Ut præcludatur via ad obtinendam præbendam per mortem alicujus proxime vacaturam.* Ibi. *Quia valde ſenex eſt, vel infirmus valde. Juncto textu præcedenti.*

Idem gloſſa pragmat. de collat. §. item omnia verbo permutationis. & latius Joann. Ignæus. leg. 3. ſubvenitur. num. 3. cum ſequenti. dig. ad Sillan. & intellige in valde ſene, ut gloſſa hîc. & Gomeſ. in reg. Cancell. 18. quæſt. 7. C. M.

De eadem materia renunciationis in fraudem expectantium factæ à ſene & morti proximo.

TITULUS OCTAVUS.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

Cap. 2. *Grandi.*

INSCRIPTIO. In Inſcriptione. Ibi. *Idem. id eſt Innocentius IV. Baronibus & Comitibus regni Portugalliæ. Juncto textu. Qui eſt de adminiſtratione regni pendente mala, & ſuſpecta adminiſtratione Regis.*

De injectione manus Pontificiæ in regnum Portugalliæ male adminiſtratum.

Poſtquam Reges Portugalliæ, ſemel ſub Gregorio IX. permiſerunt Epiſcopum regni ſui, propter omiſſum interdictum Papæ latum in regnum, à Papa dejici. cap. ult. de exceſſ. præl. jam ſerpunt, & manus injiciunt in regnum ipſum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Comitem Bolonienſem præfati Portugalliæ Regis fratrem Coadjutorem regni inſtituit.* Ibi. *Propter delictum autem bene privatur Rex regno per ſuperiorem ſuum, vel per Eccleſiam, cum ſuperiorem non habeat.*

Iſte habebat Imperatorem. leg. relegatorum. §. interdicere. dig. de interd. & releg. leg. in Luſitania. dig de cenſ. ergo Papa non debebat ſe intro-

De uſurpatione Pontificia in temporalia Regum.

Source : BIU Cujas

mittere. de Ancharan. nescit solvere, nec est solutio, nisi hæresis illa qua Papa dicit se à Deo constitutum Vicarium super Reges & regna mundi. C. M.

Observatio in hanc Molinæi notam erutam ex implasmatione Inquisitionis Romanæ.

Hæc addita ex editione Molinæana anni 1553. sed eruta ex gipso & plasmate huic additioni aspersо ab Inquisitoribus Romanis Lugduni officium suum hoc anno exercentibus, ut in plærisque aliis locis ubi irrepserat Inquisitio. Cæterum de hac materia utrum Papa habeat, vel habere debeat aliquam potestatem in temporalia Regum & Principum, & utrum possit transferre regna & ditiones, vel subditos à sacramento fidelitatis absolvere, vide eumdem Molinæum in not. ad cap. 34. in textu. ibi. transtulit ad Germanos. & gloss. ibidem. in verb. quoniam extra Ecclesiam non est imperium. & ad can. 3. caus. 15. quæst. 6. in textu. & ad can. 4. ead. caus. & quæst. in glossa. ibidem. in verb. constricti sunt. & ad cap. novit. in textu. ibi. suscipiamus necessario medicamenta curantis. de jud. in decretal. & ad cap. per venerabilem. in glossa. verb. dubitari. & in verb minus recognoscat. qui filii sint legitimi. & ad Decium. in commentariis ad cap. 1. de probat. num. 8. in sign. H. Vide & declarationes sacræ Facultatis Theologiæ, Regi Christianissimo exhibitas mense Maio anni 1663. & actis Senatus Parisiensis & aliorum Parlamentorum inscriptas, prout extant in supplementis pragmat. Carol. VII. à nobis editis. pag. 1046. & pag. 1142. & ex iis declarationibus tres priores, & notas ibidem additas, adde & notas ejusdem Molin. ad extravagantem Bonifacii VIII. unam sanctam. de major. & obed. in extravag. commun. in textu. & in glossa. F. P.

De materia præcedenti usurpationis Pontificiæ in temporalia Regum & Principum ad alios Molinæi locos & authores remissio.

Item ad declarationes Regi Christianissimo à sacra Facultate Theologiæ exhibitas mense Maio 1663.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In vita ipsius Regis regni destructioni consulere.* Ibi. *Mortuo autem Rege aut reliquit filium, qui ex successione Rex erit, & sic cessat istius Coadjutoris, id est Comitis Bolonienſis officium, aut non, & sic iste Rex erit, id est Comes Bolonienſis frater Regis, & deficiet esse Coadjutor, & ideo dicit in vita ipsius.*

Non datur Coadjutor Regi male administranti, cum futura successione, ut in Episcopatibus.

Non tamen quia Coadjutor, sed quia frater & proximus hæres. C. M.

TITULUS NONUS.

De temporibus Ordinationum & qualitate Ordinandorum.

Cap. 1. *Sæpe contingit.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem Vltramontanum ordinare præsumat sub pœna suspensionis.* Ibi. *Quid si Episcopus Vltramontanus ordinet Italicum? non videtur hæc decretalis locum habere, cum sit pœnalis, in contrarium videtur, cum per omnia sit eadem ratio utrobique.*

Nullus Episcopus non diœcesanum ordinare potest, maxime Italici Ultramontanum.

Cardin. clement. 1. colum. penult. quæst. 2. de rerum permutat. Alex. cons. 5. lib. 5. Philipp. Decius consil. 284. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. *Istud autem suum scriptum casum non excedat. Junctis præcedentibus. in glossa præcedenti.*

Pœnalis constitutio non extenditur ultra suum casum scriptum & expressum.

Idem Archidiac. Joan. Monach. Gemin. Philip. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nullus Episcoporum Italiæ clericum Vltramontanum ordinare præsumat.* Ibi. *Quid dices si laicum ordinet in clericum, eadem ratio utrobique, ergo idem jus erit.*

De eadem materia constitutionis pœnalis an extendatur etiam in prima tonsura.

Idem Gemin. Philip. Franc. C. M.

TITULUS DECIMUS.

De Ætate & Qualitate & Ordine Præficiendorum.

Cap. unicum. *Permittimus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum his qui vigesimum annum compleverint, ut dignitates, quibus cura non imminet animarum, obtinere valeant, Episcopis libere dispensare permittimus.* Ibi. *Quod dixit Papa dixit de 20. annis, poterat dicere de citeriori tempore, quia ista talia sunt de quibus dicit lex quod non omnium quæ à majoribus tradita sunt ratio reddi potest leg. non omnium de legibus.*

De dispensatione circa ætatem quibus casibus Episcopis permissa.

Quia scilicet sunt de positiva justitia. sic glossa. leg. 1. §. pueritiam. de postulando. Philip. Franc. C. M. Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Libere dispensare. Junctis præcedentibus. in textu. & glossa. de permissa certis casibus Episcopis circa ætatem dispensatione.* Ibi *Sed numquid conferendo dispensat? & satis evidens est quod promovendo non dispensat, quia punitur promovens. supr. de elect. nihil est.*

An quis inhabili conferendo, dispenset cum eo circa defectus.

Idem Joann. Andr. in cap. fraternitatis Gemin. Philipp. Franc. hîc. Anton. Butr. Henr. Bohic. cap. veniens. extr. de filiis presbyter. Panorm. cap. cum in cunctis. §. inferiora. colum. 3. de elect. cap. diversis. colum. 2. de cler. conjug. Philipp. Decius. cap. si quando colum. 2. de rescript. & d. §. inferiora. & in consil. 557. num. 5. consil. 579. C. M.

TITULUS UNDECIMUS.

De filiis Presbyterorum, & aliis illegitime natis.

Cap. 1. *Is qui defectum.*

CASUS. vel addit. Heliæ. In Casu vel Additione Heliæ. Ibi. *Sed quid si Papa dispensat cum illegitimo, ut possit acceptare quodcumque beneficium, etiam cum cura, & unum est collatum quod acceptavit, postea confertur pinguius, numquid dispensatio prodest, dicit Romanus, quod non, quia verificata in primo, licet glossa aliter intelligat, sed Domin. de sancto Geminian. & alii moderni reprehendunt glossam.*

Dispensatio non addenda, dispensationi nec multiplicanda.

Bene, quamvis Petr. Ancharan. consil. 404. teneat cum glossa. C. M.

De eadem materia remissio ad inferiora.

Junge quæ notantur infra ad hoc. cap. 2. hoc titulo. à Molin. in gloss. in princip. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui defectum patitur natalium, ex dispensatione Episcopi, licite potest ad minores ordines promoveri, & obtinere beneficium.* Ibi. *Intelligo simplex, etiam si sit canonia cathedralis Ecclesiæ, quia in personatu vel dignitate, etiam sine cura non credo quod dispensare possit.*

De dispensatione ordinarii cum illegitimo, in beneficiis simplicibus obtinendis.

Idem Geminian. Philipp. Franc. & bene. quod autem Archidiac. & Joan. Andr. ampliant ad canoniam cathedralem. Idem Lapus. Ancharan. Philipp. Franc. hîc. Oldrad. quæst. 213. Calderin. consil. 1. eod. tit. sed contrarium verius est, ex quo non habet curam. Joann. Monach. not. hîc. in antiqu. de offic. ordin. Felin. cap. postulasti. colum. 1. de rescript. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Dummodo sit tale super quo per Episcopum possit dispensari. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Quia non paternum immediate super quo non potest Episcopus etiam cum legitimo dispensare secundum Vincent.*

Ordinarius non potest dispensare ut quis paternum beneficiū immediate obtineat.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ad ordines quoque majores, & ad beneficia curam animarum habentia, sine dispensatione Sedis Apostolicæ promoveri non potest.* Ibi. *Nec sufficit dispensatio Legati, scilicet in casu hujus ca-*

Source : BIU Cujas

Non valet dispensare alius à Papa in majoribus ordinibus, & beneficiis curatis.

pituli, quod est de majoribus ordinibus, & beneficiis curatis.

Et bene, nisi speciale mandatum habeat. Vide Feder. de Senis. consil. 80. C. M.

De eadem materia quæ præcedit ad alios authores remissio.

Vide in id quis dispensare possit circa defectum natalium ad majores ordines, & beneficia curata. Joann. Daym. in proœm. concordat. fol. 13. colum. 2. Vid. Conchil. in memorial. reformat. status Ecclesiast. pag. 123. & in posthumo tract. lib. Eccles. Gall. pag. 78. F. P.

Cap. 2. *Si is cum quo.*

Glossa.

In Glossa. in principio. Ibi. *Dispensatio addita dispensationi non valet, nisi in dispensatione secunda fiat mentio de prima.*

Quando dispensatio addita dispensationi valeat necne.

Philipp. Decius. leg. liberos. cod. de collat. consil. 541. cum sequent. Jason. leg. de pupillo. §. si in pluribus. col. 2. de nov. oper. nunciat. nov. in cap. Apostolicæ. infr. de præbend. C. M.

De eadem materia dispensationis ad superiora remissio.

Junge quæ notantur supr. in casu. cap. 1. hoc tit. à Molin. ibidem. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Dispensatio secundæ, cum patiente defectum natalium, prius dispensato ut ad ordines promoveretur, & beneficium obtinere valeat, ut plura obtinere possit, si de priori mentionem non faciat, nullius est momenti.* Ibi. *Nota litteras subreptitias ipso jure non valere.*

Differentia subreptionis objiciendæ in litteris gratiæ vel justitiæ, ut in prioribus nullitatem importet, in aliis non.

Litteras scilicet gratiæ. cap. si motu. infr. de præbend. secus de litteris justitiæ, quia valet processus in his, si non excipietur de subreptione, quæ non semper impedit. leg. præscriptione. cod. sed si contra jus vel utilitatem publicam. C. M.

De eadem materia dispensationis ad alios locos & authores remissio.

De his dispensationibus ad plura beneficia etiam curata obtinenda, & de earum usu in Ecclesia, vide Guid. Conchilium in posthumis memorialibus reformationis status Ecclesiastici, pag. 135. F. P.

TITULUS DUODECIMUS.

De Bigamis.

Cap. 1. *Altercationis.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Altercationis antiquæ dubium præsentis declarationis oraculo decidentes, bigamos omni privilegio clericali declaramus esse nudatos.*

De diversis bigamiæ speciebus, & utrum quolibet privilegio clericali in his bigami denudentur, sive veris, sive interpretative sumptis.

Nota quod istud cap. loquitur de vere bigamis tantum, unde illi omnes privilegium perdunt virtute hujus cap. Adde quod etiam bigami juris interpretatione in primo casu, videlicet quando contraxit verum matrimonium & consummavit cum corrupta, similiter perdit omne privilegium, dispositione cap. quisquis. 84. distinct. sed cæteri, videlicet bigami interpretative, in secundo casu, & omnes similitudinarii non perdunt omne privilegium clericale, sed solum quatenus est jure expressum, ideo retinent privilegium fori, quia ista materia pœnalis & positiva non debet extendi. Vide in decis. Tholos. quæst. 63. quæst. 235. summa Angelica. verb. bigamia. C. M.

De materia bigamiæ, & pœnis illius ad authores & locos remissio.

In id de bigamis privilegio clericali denudandis, vide tractatum nostrum & avitinum de beneficiis Ecclesiasticis. ad verba *Cœlestis.* cap. 1. §. 6. quibus casibus clerici privilegia clericatus amittunt. casu 9. de bigamis. & ad verb. *idoneo.* §. 8. de bigamis non ordinandis, vel beneficiandis. Jacob. Letchasserium in tractatu de bigamia. Francisc. Cardin. Rupifucald. de perfect. stat. Ecclesiast, cap. 8. pag. 146. F. P.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De officio Vicarii.

Cap. 1. *Romana Ecclesia.*

Glossa.

In Glossa verb. *Excommunicatio lata in Officialem, non extenditur ad eos qui vices ipsius gerunt.* Ibi. *Quæri solet si quis delegavit causam, postea excommunicatur, numquid expiravit delegati potestas? quod non expiret bene facit. infr. tit. proxim. si is cui.*

An excommunicato delegante, expiret potestas delegati.

Sed bene suspenditur re integra. Philipp. Franc. hîc. Panorm. cap. licet. de offic. ordin. C. M.

Cap. 2. *Licet.*

Glossa.

In Glossa verb. *In Officialem Episcopi quæ transeant.* Ibi. *Officialis iste habet ordinariam jurisdictionem.*

Quæ sit authoritas Officialis ordinarii Episcopi.

Jason. in rubr. num. 2. de offic. ejus cui mand. est jurisdict. & ibi Francisc. Purpur. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Non transit potestas inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus amovendi, nisi specialiter hæc committantur.* Ibi. *Sed pone Episcopus dedit Vicarium generalem, & in mandato expressit aliquod de istis, quod requirit speciale mandatum, secuta generali clausula, nec non omnia quæ per nos possumus, etiamsi mandatum exigant speciale, quæritur an talis omnia possit? & dicit Hostiensis quod omnia poterit, quod satis videtur ad instar procuratoris.*

Quæ sit potestas Procuratoris generalis & delegati cum clausula *nec omnia quæ speciale mandatum requirerent.*

Dic similia, vel minora expressis, non majora clement. non potest. de procurat. Gemin. Philipp. Francus. C. M.

Observatio in illam annotationem Molinæi.

Hujus prænotati major pars, quæ prima est & Molinæi, usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori quæ minor est & ejusdem Molinæi, ab his verbis *non majora. ad finem.* F. P.

Cap. 3. *Cum in generali.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Ex generali commissione, Officialis beneficia conferre non potest.*

An generali commissione transeat conferendi potestas, necne.

Sed bene (instituere. Ægid. Bellam. decis. 93. Philipp. Decius consil. 131. num. 1. Adde Andr. de Isarnia. de prohib. feud. alienat. per Feder. colum. 4. in usib. feudor. C. M.

De eadem materia ad alios locos & authores remissio.

Adde eumdem Molinæum ad Joann. de Selva in tract. de benefic. part. 2. quæst. 14. num. 5. in verb. conferre. gloss. pragmat. sanct. tit. de collat. §. ita tamen. in verb. Ecclesiasticus patronus. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi beneficiorum collatio ipsis sit specialiter commissa.* Ibi. *Dixerunt quod Episcopus non potest specialiter conferre collationem præbendæ quæ nondum vacat, sed generaliter committere collationem beneficiorum ad se spectantium, bene potest.*

Traditur hîc forma vicariatus generalis, quomodo conficiēda.

Joann. de Selva tract. de benefic. part. 2. Oldrad. quæst. 77. Socin. consil. 260. column. penult. lib. 2. C. M.

De materia quæ supra plenius explicanda ad alios Molinæi locos & authores remissio.

Adde eumdem Molinæum in not. ad cap. constitutus. 11. in gloss. verb. concessionis. Ibi. supr. de institut. cap. ex frequentibus. de concess. præbendæ. & ad Decium in cap. pastoralis. §. quoniam. in verb. vacabit. de rescript. in decretal. gloss. pragmat. sanct. tit. de coll. §. reservationes. in verb. vacaturorum & ibi Prob. in addit. 2. Adde & Anton. Mornac. ad tit. de offic. ejus cui mand. jurisd. §. 1. F. P.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De officio & potestate Judicis delegati.

Cap. 1. *Statuimus.*

In Textu. Ibi. *Conservatores quos committimus à*

Source : BIU Cujas

Quod sit conservatorum Apostolicorum officium, & ut in Gallia ipsorum usus admissus non fuit.

manifestis injuriis debent deffendere sibi commissos. Petr. Anchar. consil. 132. Philipp. Corn. consil. 15. lib. 4. Carol. Ruinus consil 3. lib. 4. sed horum nullus umquam fuit usus admissus in Gallia. C. M.

Conservatoris Apostolici privilegiorum Universitatis Parisiensis ubi mentio.

Fallitur hîc Molinæus. Joann. Galli. quæst. 52. circa annum 1385. meminit conservatoris privilegiorum Universitatis Parisiensis, quem idem Molinæus notat esse conservatorem Ecclesiasticum. Hunc conservatorem Apostolicum vocant Rebuff. tract. de congrua port. num. 58. & Chop. lib. 2. de sacr. polit. tit. 4. de appellat num 5. 9. & 10. & tit. 5. num. 3. & 8. hujus meminit constit. Blesens. art. 85. G. D. P.

De his conservatoribus ad alios authores & locos remissio.

Præter locos hîc citatos de conservatoribus privilegiorum Universitatum vel Regiorum, vel Apostolicorum, vide eumdem Molin. in eod. stil. Parl. part. 5. quæst. 41. in verb. *Chrestien.* & quæst. 388. in verb. fuit. & ad cap. 1. in verb. sub excommunicatione. de locato & conduct. in decretal. librum qui inscribitur *Instruction pour l'Université de Cahors.* pag. 38. Guid. Pap. in decis. Gratianopolit. 18. & ibi. Ferrerium. Francisc. Raguell. Antecess. Bituricens. in indice jurium Regiorum. in verb *conservateur.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Conservatores, scilicet Apostolici, de quibus glossa hîc. & textus.* Ibi. *Dicebat olim Bernardus, quod sicut delegatus recusari poterat, sic & conservator; postea mutavit sententiam, quia in notoriis non admittitur recusatio vel appellatio, conservator autem non cognoscit nisi de notoriis.* Ibi. *Recusatio in notoriis.*

In notoriis non admittitur recusatio vel appellatio.

Scilicet pœna certa à jure statuta est, ita quod non potest gravare, scilicet arbitrando, aliàs secus. Gemin. Philipp. Franc. sed hoc rarissime potest contingere. C. M.

Cap. 4. *Si contra unum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Recusatio contra unum ex Judicibus proposita, coram cojudice probari debet.* Ibi. *Bene dicit coram quo probari debeat recusatio, sed non dicit coram quo proponi debeat, an coram ambobus, an coram altero, satis videtur quod coram omnibus.*

Apud quos proponi & probari habeat recusatio.

Idem. Geminian. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa Ibi. *Sed numquid medio tempore, pendente probatione recusationis collegæ poterit in principali procedere, videtur quod sic, sed dic contra: quia primò constare debet de impotentia, antequam solus cognoscere possit.*

An recusatione proposita coram cojudice, suspendatur alterius judicis cognitio.

Sequuntur. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Cap. 5. *Judex.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Post recusationem contra delegantem propositam potest delegatus cognoscere de recusantis assensu, dummodo super recusatione non fuerit pronunciatum.*

An proposita recusatione contra delegantem, delegatus nullas partes sumere possit.

Idem si pronunciatum, sed appellatum. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *A Sede Apostolica delegatus judex, etiam post subdelegationem, potest recusari, si sibi aliquid de jurisdictione reservasset.* Ibi. *Quodcumque sit illud.*

An delegatus post subdelegationem possit recusari.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Cap. 6. *Quamvis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *A Sede Apostolica delegatus judex reassumere potest partes suas, si revocet subdelegationem, antequam subdelegatus jurisdictione usus fuerit.* Ibi. *Qualitercumque.*

Quando revocari possit, vel non subdelegata potestas, & quàdo partes integræ.

Etiam per solum actum commissæ vel decretæ citationis. Gemin. Philipp. Franc. hîc Panorm. d. cap. licet. supr. eod. C. M.

Cap. 7. *Si delegatus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Subdelegati jurisdictio nequaquam morte committentis expirat.* Ibi. *Quid si delegatus ad beneplacitum delegaverat? videtur quod illo mortuo expiret jurisdictio; contrarium videtur per hanc decretalem, & licet hoc videatur æquum, primum videtur verius.*

An morte subdelegantis expiret subdelegati jurisdictio.

Idem Geminian. Philipp. Franc. hîc. Vide Bald. consil. 449. lib. 1. C. M.

Cap. 8. *Cum plures.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Perpetuatâ jurisdictione eo casu quo potest.* Ibi. *Et patet quod si judex processerat, cum non posset, non sit per illum actum perpetuata jurisdictio.*

Quando perpetuari dicatur jurisdictio.

Idem Roman. consil. 412. Jason. leg. mors. col. 11. de jurisdict. omn. jud. Sed idem Roman. contrarium sentit in leg. 2. §. sed si quis. colum. fin. num. 9. de donat. post. Anton. Butr. cap. venerabilis. per illum textum. supr. eod. C. M.

Cap. 10. *Si is cui.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Tali impedimento durante, scilicet excommunicationis, vel mortis.* Ibi. *Ad quem appelletur de delegato Episcopi recusati; dicebat quod appellari potest ad Archiepiscopum.*

A delegato judice ab Episcopo recusato ad quem appelletur.

Et bene. quamvis Panorm. d. cap. si quis contra teneat. quod ad delegantem. & male. per ea quæ dixi supr. de consuetud. cap. 2. & infr. ne cler. vel monach. cap. ult. C. M.

Cap. 12. *Is cui.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi commissionis forma habeat, ut per se vel per alium.* Ibi. *Dicam quod si delegatus ab alio quam à Principe, non habeat hoc à lege, ut subdeleget: tamen si hoc habet ab homine, subdelegare poterit.*

An delegatus subdelegare possit necne.

Secus esset in subdelegato delegati. Gemin. hîc. & cum glossa ista. Jason. leg. 1. column. de offic. ejus cui mand. est jurisd. C. M.

Cap. 13. *Statuimus.*

GLOSSA.

In Glossa in principio. *Juncto textu. Cum certo loco inquisitio fieri mandatur.* Ibi. *Ante hanc decretalem expediendum in loco, extra locum expediri non poterit.*

Expediendum in loco, an extra locum expediri possit.

Nisi de expresso utriusque partis consensu. cap. statutum. §. in nullo. extr. de rescript. C. M.

Cap. 14. *Si à subdelegato.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Quando à subdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatam jurisdictionem habere, ad primum delegantem appellatur,*

A subdelegato in quæstione denegatæ jurisdictionis delegantis, ad quem appellandum.

Et sic male fuit decisum in quæst. Joann. Galli. in stilo Parlament. part. 5. quæst. 250. C. M.

Imo bene, non obstante Molinæi nota. Ibidem. Agitur enim apud Gallum non de judicibus delegatis, & subdelegatis jurisdictione carentibus ordinaria: sed de judicibus ordinariis & patrimonialibus sibi invicem submissis jure ressortus, inter quos jure Gallico non auditur ad superiorem appellans omisso medio. part. 1. stili. cap. 23. G. D. P.

Conciliatio Molinæi ad duos locos stili Parlamenti hîc relatos.

Hîc subdere debuerat Dom. G. D. P. notam Molinæi ad cap. 23. 1. part. stili Parlam. adjectam in verb. judicantes. maxime quod mentionem haberet magnorum dierum Andensium Provinciæ suæ suppressorum, & quod etiam ageretur de commodis vel incommodis hujusmodi sessionum, de quibus vide eumdem Joann. Galli. in 5. part. stili Parlam. quæst. 15. & ibi Molin. in verb. dies. & Francisc. Raguell. Antecess. Bituricens. in indice jurium Regiorum. in verb. *Grands-Jours.*

De magnis quos vocant diebus privatorum dominorum, & de eorum suppressione propter vexationem.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De officio Legati.

Cap. 1. *Officii.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ecclesiæ Romanæ Legati.* Ibi. *Tria genera Legatorum distinguit hæc Decretalis.*

Scilicet nati; ut gloss. vers. Ecclesiarum. missi

Source : BIU Cujas

Tres ſpecies legatorum exponuntur hic.

ſimpliciter, qui non ſunt Cardinales, & miſſi à latere, quando ſunt Cardinales, qui compendio ſermonis dicuntur à latere. Gloſſ. & Doctores. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Fratres noſtros legatione fungentes, authoritate fungi volumus ampliori.* Ibi. *Poteſt-ne Legatus Cardinalis conferre beneficia, quorum collatio devoluta eſt ad Papam, videtur quod ſic.*

An Legatus à latere conferre poſſit beneficia ad Papam devoluta.

Idem cum gloſſa. Gemin. & intellige ſane, ſcilicet cum devolutio cæpit ab ordinario ſuæ Provinciæ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Certum eſt quod Legatus non poteſt conferre beneficia vacantia in curia, ſine ſpeciali mandato, quod intelligo intra menſem.*

Quomodo conferre poſſit Legatus à latere vacantia in curia beneficia.

Quia tunc poteſt eo modo quo prælatus ſuæ Provinciæ. Gemin. hîc. Math. Pac. tract. de mandat. ad finem. verſ. jure præventionis. C. M.

Cap. 2. *Legatos.*

CASUS. vel Additio.

In Caſu vel Additione. Ibi. *Legati, in iis quæ competunt jure legationis, habent juriſdictionem ordinariam, in iis quæ ſpeciali facultate habent tantummodo delegatam, ideo expirat per mortem Papæ.*

Idem Gemin. Philipp Franc. poſt Lapum. Petr. Ancharan. in cap. 2. ſupr. eod. de offic. vicarii. tamen Joann. Andr. in addit. Specul. de offic. vicarii. in rubr. aliter diſtinguit, quem ſequitur Cardin. Florent. clement. 1. colum. 5. de hæret. Adde Felin. cap. cum in jure peritus. colum. 5. de offic. deleg. C. M.

Poteſtas Legati an morte Papæ expiret, & quomodo.

Cap. 3. *Præſenti.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Reſervationes à Legato factæ durante legatione, eo tempore expirant quo finitur legatio. In additione marginali. incipiente & revocatus. poſt verba. Hoſtienſ. Joann. Andr.*

Legati poteſtas quando expirat, & reſervationes ab eo factæ durante legatione.

Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Sed poteſtas executorum datorum à Papa, etiam re integra durat poſt mortem Papæ.*

Executorum Apoſtolicorum poteſtas an morte Papæ expiret, quod & quæritur in Legato.

Et ſic notificatio, inhibitio, & decretum, ſive fulminatio proceſſus executorum Papæ, perpetuat mandatum Papæ, ſecus in mandato Legati. Specul. de Legato. §. 5. num. 14. Feder. de Senis. conſ. 297. Idem ſentit Gemin. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Cæterum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ne reſervationem aliam, pendente priori, faciat.* Ibi. *Sed illa ſublata bene poteſt, in eadem Eccleſia facere aliam.*

An Papa vel Legatus, pendente priori reſervatione, poſſit aliam facere, & quod non poſſint in regno Franciæ omnino.

Et hoc dummodo de alia faciat mentionem, videlicet non obſtante quod pro alio ſcripſerit. Domin. Philipp. Franc. hîc. gloſſ. pragm. ſanct. tit. de collat. §. 12. verb. formam. ut dicitur de Papa, in cap. mandatum. extr. de reſcript. ſed in regno Franciæ nullo modo poteſt. C. M.

Cap. 4. *Deliberatione.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Cathedrales Eccleſias, vel regulares vel collegiatas Legati reſervare, vel conferre non poſſunt: idem de dignitatibus cathedralium, quæ ſunt majores poſt Epiſcopos, quorum Prælati per electionem aſſumuntur, debent, & contra hoc factum eſt irritum.*

Legatus primas dignitates cathedralium poſt Pontificalē majores, & principales collegiatorum conferre non poteſt.

Limitat Calder. conſil. 4. de præb. C. M.

De eadem materia remiſſio.

Adde in id Gerardum Maynardum Senatorem Tholoſanum lib. 1. deciſ. cap. 47. & ſequ. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Vbi habent per viam electionis aſſumi. Junctis præcedentibus. De dignitatibus Eccleſiarum cathedralium & collegiatarum.* Ibi. *Legatus contulit plebaniam, quæ ad collationem Epiſcopi ſpectabat, quærebatur an collatio teneret, & dicebant quidam quod ſic, per hanc litteram.*

Legatus an conferre poſſit ſpe-

Guillelm. de Monte Lauduno. Gemin. Philip. Franc. hîc. Feder. de Senis. conſil. 195. C. M.

ſtantia ad collationem Epiſcopi & de eo variæ ſententiæ.

Hujus Molinæani ſubnotati prima pars uſurpatur ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, ab his verbis *& bene. poſt verba Joann. Andr. ad finem uſque.* F. P.

Ibidem. §. *Prohibemus.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Legatus non poteſt alicui committere, quod recipiat reſignationem beneficii, & poſtea illud conferat, & contra factum vel faciendum decernit irritum.*

Iſte §. loquitur quando ad certum genus vacationis, ſed in Gallia multo magis præſtringitur, quia per ſenatuſconſulta prohibetur plures quantumcumque generales vicarios ponere, nec toleratum fuit, niſi ut unicum tantum Cancellariæ Regentem ponat, quo videlicet minus prævenire, & turbare queat ordinarios C. M.

Legatis non toleratur multiplicatio Officialium ut minus turbetur ordinaria poteſtas.

Vide in id de non multiplicandis officiariis legationis articul. 58. Collectionis Pithœanæ libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, & in eum articulum commentarium Puteanorum fratrum, & locos in margine remiſſos, ubi abunde de hac materia tractatur. F. P.

De vetita multiplicatione Officiariorum Cancellariæ Legatorum & aliorum hic ad plures alios authores fit remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Prohibemus ne cuicumque concedat. Junctis præcedentibus in ſummario. Delegato partes ſuas pluribus committente.* Ibi. *Puto quod Legatus poſſit committere alicui, quod recipiat reſignationem alicujus beneficii, & recepta reſignatione, cum vacat, bene poſſet committere eidem, quod beneficium illud conferat, per hanc decretalem.*

Ita tenet Philip. & allegat Rotam. deciſ. 397. tenere hîc. cum gloſſa. Idem Gemin. Oldrad. quæſt. 77. Philipp. Franc. cap. finali. ſupr. eod. de offic. vicarii. gloſſ. pragm. de collat. §. ſtatuit. verb. vicariis. C. M.

Legatus poteſt committere reſignationem alicujus beneficii ſpecialis admittendam, & ea admiſſa ut conferat.

Hujus Molinæani prænotati prima pars uſurpatur ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, ab his verbis *idem Gemin. Oldrad. ad finem.* F. P.

Cap. 5. *Collatio.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Collatio Legati nullius momenti exiſtit, ſi in ea non fuerit habita mentio de alio beneficio quod obtinebat impetrans.* Ibi. *Quid dices ſi Legatus motu proprio confert habenti aliud, non facta illius mentione, numquid valebit collatio; videtur quod non, ſed contrarium credo.*

In Legatum, ſicut in Papam cadit ſubreptio, & ejus juriſdictio reſtringenda, cum non ſit ordinarius ſecundum authores hic remiſſos.

Idem Anchar. Gemin. Philipp. Franc. hîc. gloſſ. clement. 2. verb. facta. & ibi. Anchar. Cardin. Imola. Panorm. Bonifac. de Vital. colum. 2. de offic. ordin. Doctor. in cap. ſi motu. infr. de præb. & eſt communis; ſed contrarium verius eſt, ut tenet Joann. Monach. Lap. Archidiac. hîc. & in d. cap. ſi motu. gloſſ. pragm. tit. de collat. §. 9. verſ. qualitates. in fine. Math. Pacus. tract. de mandat. part. 1. num. 71. Legatus enim non eſt Ordinarius, nec minus exorbitans & reſtringendus quam Papa. C. M.

De eadem materia ad alios locos Molinæi remiſſio.

Junge eumdem Molin. in not. ad clementin. 2. de offic. jud. ordin. in verb. nolumus. ubi mire agitur & in gloſſa. & in nota Molin. de collatione Legati reſtringenda. F. P.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De officio Ordinarii.

Cap. 1. *Romana Eccleſia.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Metropolitanis, ne ſuffraganeorum diœceſes ingrediantur, ut propria authoritate judicent, canonica prohibent inſtituta.*

Metropolitanus in ſuffraganeorū diœceſi non poteſt ſedere judicando.

Franciſc. Curtius. conſil. 2. col. 1. C. M.

Cap. 2. *Si Canonici.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *A divinis ceſſare. In additione marginali.* Ibi. *Reſpondeo quod irregularitas contrahitur, ſi ceſſatio*

Source : BIU Cujas

Celebrans poſt interdictum Legati, Epiſcopi vel judicis delegati, fit irregularis.

ſi ceſſatio facta erat authoritate Legati, Epiſcopi, vel judicis delegati, poſt verba Joann. Andr.

Imo ſi erat generalis in loco, quia illa æquipollent interdicto. Gemin. C. M.

Cap. 3. *Ordinarii.*

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Plura beneficia, quibus animarum cura incumbit obtinentes, compellantur diſpenſationes exhibere. In additione marginali.* Ibi. *Quoad id quod ſequitur in hac gloſſa; non quoad alia dicta illius cap. poſt verb. Joann. Andr.*

De incompatibilibus beneficiis, & quomodo cc illis ſimul tenendis diſpenſatio exhibenda.

Scilicet de tali incompatibili. adde Anchar. conſil. 60. C. M.

Ibidem. §. *In conferendis.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Non ante conferre præſumant ordinarii beneficia curata, plura alia beneficia ſimilia obtinentibus, quam eis ſuper obtentis diſpenſatio ſufficiens oſtendatur.*

De diſpenſatione ad incompatibilia & clauſula *& loco dimiſſi, & pro expreſſis habentes.*

Hæc oſtenſio non practicatur in Gallia, quia burſalis eſſet, cum ordinarii non quærunt niſi quæ ſua ſunt: ideo ſatis eſt quod non excedatur diſpenſatio; & ita tenet gloſſa, quia verbaliter refertur ad ultimum tantum: ſed quid ſi Papa confert tertium habenti duo, cum clauſula *pro expreſſis habentes*: reſpondeo, poterit eligere, dummodo præcedens diſpenſatio habeat clauſulam ſolitam, *& loco dimiſſi*, &c. C. M.

De eadem materia ad prag. remiſſio.

In eamdem deciſionem recidit quod dicitur in gloſſ. pragm. ſanct. §. ordinarii. de pacif. poſſeſſor. F. P.

GLOSSA.

Cap. 5. *Vt litigantes.*

An de conſenſu ordinarii, vel partium poſſit juriſdictio extra provinciam exerceri.

In Gloſſa verb. *Vt litigantes releventur expenſis.* Ibi. *Si Bononiæ cauſa deferatur, æquum non eſt quod propter illam poſſit Mutinæ ſedere, ſi autem Mutinenſis Epiſcopus conſentit, & ipſa partes, ſatis credo.* Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

CASUS.

Cap. 7. *Cum Epiſcopus.*

An judices Eccleſiaſtici poſſint extra prætoria malefactorum capturam facere, & an habeant territorium.

In Caſu. Ibi. *Sed utrum Epiſcopus in qualibet parte diœceſis ſedere poſſit, pro tribunali, reſpondet quod ſic, & in quæſtione an habeat capturam malefactorum in qualibet parte diœceſis, ſed iſtud non eſt receptum in hoc Regno, nam extra ſepta domorum Epiſcopalium non poteſt Epiſcopus facere captionem, imo cenſetur capere extra territorium, quia Epiſcopus non dicitur habere proprium territorium.* Ibi. *Non eſt receptum in hoc Regno.*

Quod Officiales Epiſcoporum non habeant territorium.

Eſt etiam contra textum expreſſum in §. ſi quis contra aliquem clericum. in authent de ſanctiſſim. Epiſcopis. colum. 9. ubi dicitur, quod debet fieri per judicem ſæcularem de hoc requiſitum, & diſcuſſione præmiſſa, & ita ſervamus: & quod hæc jura & ſimilia in præjudicium temporalis juriſdictionis facta non obligant curiam temporalem, tenet Dom. Joann. Brixienſ. illa ſua ſolemni repetitione. §. contrahentes. cap. 1. infra. de foro compet. colum. 19. tetigi ad ſtilum Parlam. part. 5. quæſt. 276. adhuc non eſt verum quod iſte dicit intra ſepta, ſed duntaxat intra prætorium ipſum capere poſſunt, & adhuc ex privilegio Regis. C. M.

Obſervatio ad hunc caſum hujus capituli.

Illa pars Caſus domini Heliæ, *ſed iſtud non eſt receptum in hoc Regno, uſque ad verba quia Epiſcopus non dicitur habere proprium territorium*, ad quam Molinæus notam ſuam adjecit, & Dom. G. D. P. Molinæanæ notæ ſuam cenſuram ſubmiſit, expuncta eſt in expreſſione caſus ab emendatoribus Romanis, quia mentio erat de hoc Regno Gallicano, de quo erat dominus Helias *Regnier*, & Anteceſſor Pictavienſis Academiæ, qui vivebat ſub Maximiliano Imperatore anno 1494. ut habet Joann. Trithem. in libr. de Scriptoribus Eccleſiaſtic. ſecundum ordinem temporum; unde omnes caſus ut ſæpiſſime de diœceſi Pictavienſi confecit, de quo te monitum volui, & reſectam illam partem caſus ab emendatoribus, quia erat de uſu regni Gallici, quod ſæpius expunxerunt emendatores, quod erat in textu, vel in gloſſis ad gloriam regni Gallici, cui ſemper inviderunt, ut nos monuit Molin. in not. ad vitam Gregorii IX. decretalibus ſuis præfixam. in verb. Raymundi. de quo & alii conquæſti ſunt in emendatione Gratiani, ut & in caſu cap. 1. §. contrahentes. de foro compet. exciderunt ſequentia, *qua ratione moti dicunt Domini temporales hujus Regni quod cum territorium ſit ſolius Principis ſæcularis, & non Epiſcopi, vel aliorum Prælatorum Eccleſiaſticorum quod Dominus ſæcularis eſt Dominus territorii, in quo habet juriſdictionem, & quia duo non poſſunt eſſe Domini ejuſdem territorii ſoli, & in ſolidum, ipſe Dominus temporalis debet dici nude & pure appellari Dominus illius loci; & ſic Epiſcopi non debent appellari nude & pure Domini tales loci, ſed debet addi Dominus Epiſcopus talis loci*, quod animadvertit hîc. Dom. G. D. P. cujus notam & cenſuram in caſibus ſupradictis Dom. Heliæ utrobique adjectam, hîc addidimus prout ſequitur. F. P.

cidendi quod erat notatu dignum.

De exciſo notabili quod hic refertur in caſu cap. 1. § contrahentes. de foro compet.

Extra rem Molin. citat auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. non enim Juſtinianus agit de clerico reo capiendo, ſed de eodem ab Eccleſiæ judice condemnato, degradato, & judici ſæculari tradito, ut puniatur: nec puto domum Epiſcopalem, ſive Epiſcopale palatium à prætorio differre, cum prætorii vox diverſas habeat acceptiones, tam privatorum, quam publici reſpectu. leg. 2. dig. de ſervit. ruſt. præd. leg. omnes qui. 32. dig. de Epiſcop. & cler. leg. nulli. cod. de offic. rect. provinc. leg. prætorio. cod. de oper. publ. illud notat Dom. G. D. P. ad ſummarium hujus cap. & ad cap. 1. §. contrahentes. infr. de foro compet. in caſu & notabili Dom. Heliæ integro, quod eſt de eadem materia territorii addit ſequentia.

Domus Epiſcopalis & palatii variæ acceptiones hic traditæ.

De hoc territorio Molin. ad Gallum. quæſt. 109. de captura vero clericorum. Gall. quæſt. 246. & quæſt. 279. quibus locis notat Molin. Papo in conſuet. Borbon. art. 1. verſ. quintus caſus. Dom. Magiſt. tract. de appellat. tanquam ab abuſu. cap. 5. Cocquill. in inſtit. jur. Gall. pag. 42. & pag. 359. author. leg. abrogat. lib. 2. cap. 210. Argentr. in Conſuet. Britann. art. 5. not. 1. ſolus Pontanus in Conſuet. Bleſenſ. art. 19. ex Gallis dixit Epiſcopum habere territorium noſtro uſu habere juriſdictionem intra territorium potius diœceſis, ſed nullas executiones, ſive in rem, ſive in perſonas, niſi implorato ſæculari auxilio. G. D. P.

De territorio Epiſcopali & diœceſi, & quam habeat intra illius fines authoritatem & capionem

Adde ad notas Molin. in ſtilo Parlam. à Dom. G. D. P. hîc exſcriptas, & aliàs in eamdem materiam territorii, eumdem Molin. ad ſtil. Parl. part. 3. tit. 38. §. 2. in verb. ſine armis. part. 5. quæſt. 172. in verb. palatii. ead. part. 5. ſtili quæſt. 276. in ſummario. in verb. quod non. part. 7. ſtili. arreſt. 2. in verb. clericos. Adde eumd. Cocquill. in poſthumo tractatu libertatum Eccleſ. Gallic. pag. 59. & 60. F. P.

De eadem materia territorii ſive diœceſis Epiſcopalis ad alios Molinæi locos remiſſio hic facta.

Cap. 9. *Præſenti.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ne Epiſcopi vel alii ſuperiores præſumant, morientibus beneficiariis, occupare bona quæ debent futuris ſucceſſoribus reſervari, & per hoc videtur quod non poſſint decedentes teſtari.* Ibi. *Diſtinguendum inter clericum habentem adminiſtrationem & non habentem, habens adminiſtrationem in vita comparatur uſufructuario, in morte uſuario, non habens adminiſtrationem, & in vita, & in morte comparatur uſuario.*

Quis fuerit Helias *Regnier* Caſuum Sexti & Clementinarum compactor.

Idem Goffred. Hoſtienſ. Henr. cap. ſi quis ſane. de pecul. cler. ſed invaluit opinio, ut indiſtincte comparentur uſufructuariis, ut tenet Card. Florent. in clement. gratiæ. de reſcript. in clement. 2. de præb. gloſſ. pragm. de annatis. in verb. adquiſitos. & ſequuntur Theologi, ut Gabriel Biel in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 8. col. 6. Philippus Melanct. de Philoſophia Morali ad finem. Vide Alexandrum

Cuinam comparandi beneficiatii, an uſufructuariis, an uſuariis ſimplicibus, & quod communiter uſufructuariis.

Source : BIU Cujas

consil. 101. num. 1. lib. 7. consil. 75. lib. 3. C. M.

De eadem materia & collatione clericorum usufructuariis vel usuariis simplicibus ad alios Molinæi locos & authores remissio.

Adde ad decisionem hujus quæstionis, an beneficiarii usufructuariis an usuariis comparandi, eumdem Molin. in stil. Parlam. part. 5. quæst. 16. in verb. consuetudo. & in verb. hæredum & in not. ad cap. 1. in gloss. verb. adquisivisse. ibi. vel de rebus ejus. de testam. & in not. ad cap. cum tibi. 18. in textu. ibi. ad canonicos & non canonicos. de verb. signif. in hac collectione. & notas utrobique additas. Vide & tract. nostrum & avitinum de benefic. Eccles. ad verb. *cum suo reditu.* cap. 3. de jure quod in bonis Ecclesiast. Eccles. vel person. Ecclesiast. competit. §. 17. an clerici usuariis an usufructuariis similes, seu de peculio cleric. & seqq. F. P.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De Majoritate & Obedientia.

Cap. unicum. *Episcopali.*

Glossa in addit. margin.

In Glossa verb. *Potest capitulum Sede vacante, in iis casibus in quibus posset Episcopus ipse absolutionis beneficium impertiri. In additione marginali.* Ibi. *In jurisdictione succedit capitulum. Vide quæ dixi in prædict. decretal. ad abolendam. supr. de hæret. post verb. gloss ult.*

De authoritate capituli sede vacante in iis quæ sunt jurisdictionis Episcopalis.

Sed Panorm. in cap. cum olim. colum. 3. supr. eod. tenet quod in his tantum quæ sunt jurisdictionis Episcopalis. Ego puto Joann. Monach. verum dicere in delegato à jure, ut in clement. unica. de suppl. neglig. præl. secus si ab homine. C. M.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

De Pactis.

Cap. 2. *Quamvis pactum.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Pactum factum patri à filia, dum tradebatur nuptui, quod dote contenta, nullum ad bona paterna habebit regressum: si juraverit id ipsa filia, omnino servare tenebitur.*

De vi & effectu renunciationis futuræ successioni in contractu matrimonii.

Vide decis. Tholos. 456. Curt. sen. consil. ult. Philipp. Decium. cap. causam matrimonii col. 2. de offic. deleg. in cap. at si clerici. §. 1. num. 8. supr. de judic. & tenent omnes filium restitui propter læsionem ultra dimidiam; sed in Gallia contrarium practicamus, ut in successione futura non possit dici læsa. C. M.

In præcedentem materiam renunciationis ad authores remissio. & ad præjudicia.

In id junge eumdem Molin. in comment. Decii. ad cap. in præsentia. de probat. in verb. audiatur. in sign. §. 1. & ad eumdem Decium. consil. 180. in verb. enormi. & ad consil. 276. in num. 14. in vers. territorium. & ad Alexandr. lib. 3. consil. 29. in verb. excrevissent. *Bacquet* tract. *du droit d'Aubaine* cap. 21. Ludov. Carondam in observat. litt. E. pag. 340. & in Butillerium. de summa rurali. lib. 1. tit. 75. fol. 444. & lib. 4. respons. 98. lib. 7. resp. 19. lib. 8. cap. 16. lib. 9. cap. 39 *Maynard.* decis. Tholosan. lib. 4. cap. 19. Ann. Rob. lib. 2 rer. jud. cap. 4. Argentr. ad Consuet. Britann. §. 225. colum. 772. & 775. *Louet*, & ad eumd. Brod. litt. R. num. 17. in collectione Arrestorum. Monthol. arrest. 35. Vall. de reb. dubiis. tit. 19. Fortun. Gars. de ult. fine juris. num. 296. Hotom. consil. 8. Anast. Germon. lib. 1. animadv. cap. 4. F. P.

De eadem materia sententia Dom. G. D. P. & ad alios authores remissio cum distinctionibus hic tractatis.

Cæterum locos alios, si quos requisieris, eosdem vide in collectione Louetiana litt. R. num. 17. ex quibus duo notabis; primùm nihil firmitatis addere jusjurandum renunciationibus istis; secundùm non absolute in Gallia renunciationes effectum sortiri, sed varia judicari, tam in patria Juris Scripti, quam in patria Consuetudinaria, atque quibusdam consuetudinibus, aliud inter Nobiles, aliud inter plebeios receptum. G. D. P.

An juramentum contractui additum aliquid inferat firmitatis.

De vi & effectu juramenti in his renunciationibus, & quod nullam majorem firmitatem addat, quodque reprobatum & prohibitum apponi in contractibus, vide eumdem Molinæum in not. ad cap. cum contingat. in textu ibi. mulieres ipsæ servare debent juramentum. de jurejurand. in decretalib. & in stilo Parlamenti part. 7 arrest. 8. in verb. ponerent. Guid. Pap. quæst. 190. Guid. Conchil. in posthum. tract. memorial. reformationis Ecclesiæ Gallicanæ. pag. 173. & in tractatu libert. Eccles. Gall. pag. 62. & ex eo, maxime Molinæus censuræ inquisitionis submittitur in notis ad consil. Alexandri & Decii, quod dixerit juramentum contractibus insertum nihil addere firmitatis. F. P.

Nota rationem propter quam Molinæus censuræ Inquisitionis submissus fuerit, quod dixerit juramentum nihil addere firmitatis contractui.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De Procuratoribus.

Textus. & in addit. margin.

Cap. 1. *Non indiscrete.*

In Textu. Ibi. *Procuratorem laicum in spiritualibus admittendo. In additione marginali. post verba. Petr. Barth. in leg. posses quoque. dig. de adquir poss. Font.*

An laicus possit esse procurator in re spirituali, & ad resignandum in favorem personæ per eum nominandæ.

Imo etiam potest esse procurator in favorem cujusque personæ per eum nominandæ. C. M.

Ibidem. §. *Licet.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum potestas concessa substituendi alium* Ibi. *Tunc enim substitutus videtur vel datus ab ipso Domino.*

An procurator & quando possit alium procuratorem substituere.

Et ejus periculo, sed quando procurator substituit jure suo post litem contestatam, periculum est substituentis. Innoc. cap. 1. supr. ut lite non contest. Philip. Franc. C. M.

Cap. 2. *Quamvis.*

Glossa.

In Glossa *Procurator ante litem contestatam potest libere à Domino revocari.* Ibi. *Sed numquid in hoc casu revocatio pervenire debeat ad judicem, vel adversarium, & videtur quod non, si autem de mandato non fuit facta fides, & sine satisdatione fuit admissus, tenet revocatio.*

Revocatio procuratoris debet notificari parti, & quando fieri debeat.

Dic quod etiam tunc debet notificari, ex quo cæpit agere. Panorm. in d. cap. mandato. Felin. cap. ex parte decani. colum. 10. de rescript. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi enim injuriam Domino fieri contingat. Junctis præcedentibus. de revocatione procuratoria post litem contestatam interdicta.* Ibi. *Quæ inimicitiæ hic. veniant, arbitrabitur judex, non tamen dico quod requirantur capitales.*

Quæ inimicitiæ supervenientes sint causa revocandi procuratoris.

Idem Philipp. Franc. hîc. num. 19.

Cap. 3. *Is qui à procuratore.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Procurator habens mandatum substituendi, substitutum à se, post mandatum susceptum, etiam si eo non sit usus, revocare non potest, nisi & potestatem habuit revocandi.*

An habens mandatum substituendi habeat & potestatem revocandi substitutum

Unde nec moriendo revocat. C. M.

Cap. 4. *Qui ad agendum.*

Glossa.

In Glossa verb. *Procurator generaliter constitutus, absque mandato speciali, non potest transigere, vel pacisci.* Ibi. *Item in absolutione petenda ab excommunicatione.*

Mandatum speciale continet ea quæ accessorie veniunt, & sine quibus mandatum expediri non potest.

Et sat est exprimere ad absolutionem petendam, licet non dicatur & ad jurandum de parendo mandatis Ecclesiæ, quia accessorie venit. Philipp. Franc. hîc. adde Lapum allegat. 70. Francisc. Ripa in repetit. cap. cum M. Ferrarienſis. de constit. C. M.

Cap. *Si duo procuratores.*

Glossa. in addit. margin.

In Glossa verb. *Duo procuratores simul, non adjecto in solidum.* Ibi. *Secus si diversis temporibus, quia dando secundum, videtur primum revocare. & in addit. marginali. post verba Joann. Andr.*

De duobus procuratoribus simul vel successive datis.

Ægid. Bellam. decis. 530 C. M.

Cap. 9. *Procurator.*

Glossa.

In Glossa verb. *Si procurator à domino fuerit revocatus.* Ibi. *Quid si dominus juraverit non revocare, vel pœnitere? Idem licet perjurus sit.*

Non valet promissio de non revocando mandato.

Philipp. Decius. consil. 521. num. 12. C. M.

Source : BIU Cujas

TITULUS VIGESIMUS.

De his quæ vi metusve causa.

Cap. unicum. *Absolutionis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quodcumque vi extortum viribus vacuamus.* Ibi. *Quid vero in excommunicatione per vim vel metum extorta, videtur quod ipso jure non valeat: sed dic contra, secundum Guillelmum.*

An excommunicatio vi vel metu extorta valeat necne.

Idem Gemin. hîc. Panorm. cap. secundo. supr. eod. sed verius est esse ipso jure nullam, ut tenet Philipp. Franc. hîc. Roman. sing. 91. C. M.

De absolutione excommunicationis vel aliis sententiis vi vel metu extortis omni effectu vacuandis.

Aliorum non repeto dicta. Panorm. ad cap. 2. eod. tit. apud Greg. num. 15. de absolutione loquitur, non de excommunicatione, de qua num. 17. can. quatuor. can. injustum. 11. quæst. 3 loquitur de omnibus sententiis, eamque Roman. sing. 92. & Corset. sing. 346. intelligunt de sententiis pecuniariis, & aliis sæcularibus. Lanfranc. de Oriano ad cap. quoniam contra. de prob. tract. de interloc. colum. mihi 5. dicit sententiam excommunicationis, vel interdicti metu latam esse ipso jure nullam, & ita Ugolin. de censur. tabul. 1. cap. 2. §. 4. num. 2. G. D. P.

TITULUS VIGESIMUS-PRIMUS.

De Restitutione in integrum.

Cap. 1. *Ecclesia.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Ecclesia post quadriennii lapsum non admittatur ad restitutionem, nisi rationabilis causa subsit ad beneficium restitutionis concedendum.* Ibi. *Ut vixit ille Prælatus male contrahens tanto tempore, unde tunc non currit præscriptio.*

In præscriptione judicanda deducitur tempus dissipatoris, non successorum utique.

Idem Ancharan. Gemin. hîc. & est communis, & practicatur, tempus tamen successorum dissipatoris non deducitur, ut Arresto Senatus Parisiensis judicari vidi. C. M.

De eadem materia ad alios locos Molinæi remissio.

Junge in eandem materiam eundem Molin. in not. ad can. 9. in textu. 16. quæst. 3. & ad can. si sacerdotes, ibidem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Vel multas novas mutationes Prælatorum habuit Ecclesia.*

An iterata successio Prælatorum & vacationum loco.

Idem Gemin. hîc. Roman. consil. 369. 407. Socin. consil. 266. colum. 9. lib. 2. decis. Tholos. 239. Felin. cap. 1. colum. 6. de præscript. sed vix obtineret. C. M.

cum præstet restitutioni vel excludat.

Cap. 2. *Si adversus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Læsa Ecclesia adversus confessionem.* Ibi. *Ergo contra confessionem datur restitutio. In addit. marginali. Post verba Joann. Andr. cap. fin. de confess.*

in addit. margin.

An contra confessionem detur restitutio.

Sed contra gloss. Speculator. eod. tit. §. 2. num. 6. decis. Tholos. 99. Mathes. sing. 166. C. M.

TITULUS VIGESIMUS-SECUNDUS.

De Arbitris.

Cap. 1. *Si ex tribus.*

GLOSSA. In Glossa in princip. verb. *Duorum sententia, contra tertium singulariter sentientem prævalere. In addit. marginali. Idem de testibus. post verba Archidiaconus. in l. 1. §. si stipulanti. dig. de verb. obligat.*

Duorum sententia ut & testimonium contra tertium singularem prævalet.

Imo testes probant de minori, ut etiam tenet Alex. consil. 64. lib. 2. Albert. Brunus. consil. 37. quia actor saltem in minori consentit. Vide Anton. Butr. consil. 52. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Illius qui dixit de summa minori sententia efficax censeatur.* Ibi. *Et est ratio, plus enim semper in se continet minus; sed quid si ille qui condemnavit in quindecim, protestatur quod non consentit in minorem summam? licet quidam contrarium dicant, satis credo sententiam valere in quinque.*

In condemnatione majoris summæ, & minor continetur, & ideo prævalet sententia in minori.

Idem Gemin. hîc. Lanfranc de Oriano. tract. de arbitr. quæst. 12. Alciat. leg. de testatis. colum. 3. de verb. signif. l. 1. §. si stipulanti. num. 22. de verb. oblig. & pareg. lib. 9. cap. 14. sed contra tenent Barth. leg. diem proferre. §. si plures. eod. tit. Bald. uterque Imola. §. si stipulanti. Philipp. Franc. hîc. & est vera & communis sententia, & hoc nisi velit contentari minori summa, quo casu debet intelligi hîc. textus aliàs iniquus est, & contra judicarem, etiam cessante dicta protestatione. C. M.

Cap. 2. *Ut quæstionibus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Duo ex tribus arbitris, altero absente, libere definire.* Ibi. *Sed si unus arbitrorum nolit interesse examinationi negotii, dic eum ad omnia citandum.*

Duo arbitri ex tribus, altero absente, etiam non citato ultima die pronunciare possunt ultima die satis interpellante.

Nisi semel expresserit quod non vult aliqualiter sese intromittere. Gemin. vel nisi esset ultima dies termini quæ se interpellat. Philip. Franc. C. M.

LIBER SECUNDUS

TITULUS PRIMUS.

De Judiciis.

Cap. 1. *Juris esse ambiguum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Judicem delegatum non posse jubere alterutram partem coram se personaliter comparere, nisi causa fuerit personalis.* Ibi. *A contrario sensu videtur secus in ordinario, sed idem in ordinario, secundum Bernard.*

In causa civili non potest judex jubere alterutram partem coram se personaliter comparere.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa *Nisi causa fuerit criminalis juncto præcedenti articulo de comparutione personali.* Ibi. *Sed quid si in causa criminali admittatur procurator, an valeat cum eo facta? valet quod cum eo gestum est, ex quo non fuit objectum.*

Etiam in causa criminali valent cum procuratore gesta, si non fuerit objectum.

Idem tenet Domin. alleg. cap. quia frustra. de usuris. Juncto fine cum principio. & clement. constitutionem. in fine de elect. tamen de Anchar. allegat Barthold. in d. §. ad crimen. tenet contrarium, sed verior est opinio gloss. ex Gemin. quam etiam tenet Ægid. Bellam. decis. 317. late Hypolit. Marsil. in pract. §. sequitur num. 8. cum sequenti. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi pro juramento calumniæ. Juncto pariter præcedenti articulo de comparutione personali in causa civili temere non jubenda.* Ibi. *Nisi procurator ad hoc habeat speciale mandatum; nisi forte principalis persona justior sit quam procurator, & natura causæ id requirat.*

Quandonam in causa civili judex possit cogere partem comparere personaliter.

Et sic judex potest cogere ut personaliter compareat ad jurandum de calumnia, vel de veritate, quando expedit, etiam si procurator habeat speciale mandatum ad hoc. Philip. Franc. hîc. Bald. tract. statut. vers. citato. Philip. Franc. cap. ut circa. colum. 3. de elect. aliàs non. Panorm. cap. licet ex quadam. colum. 3. de testam. Alexand. leg. finali. de procur. C. M.

Cap. 3. *Si annum.*

CASUS. In Casu. Ibi. *Sed ponamus quod minor erat 25. annis; an in causa matrimonii poterit comparere absque curatore?*

Source : BIU Cujas

respondet Pontifex cum distinctione, vel habet decimum quartum annum completum, & potest agere & constituere procuratorem absque curatore.

De resignatione beneficiorum à minoribus habita absque authoritate curatorum, vel parentum, an valeat.

Sic in decis. Rot. in nov. decis. 46. & in antiqu. decis. 498. Adde Anton. Butr. cons. 29. Alexandr. cons. 149. num. 4. lib. 5. Vides hîc. æquitatem juris civilis, & absurditatem canonici, utque Papæ studuerunt ad politiam evertendam, ut merito eorum jura spernantur, etiam in foro Ecclesiastico, ubi hoc cap. non servatur, etiam in Gallia. Habeo etiam Arresta Consilii Regii, quibus resignationes minorum licet puberum, sine authoritate parentum, vel curatorum reprobantur & prohibentur. C. M.

In eamdem materiam amplius definiendam ad diversos authores & eorum locos remissio.

Vide in id eumdem Molinæum in not. ad cap. ex parte. in gloss. verb. quamvis minor. Ibi. non subvenitur ei. de restit. spoliat. apud. Gregor. & notam à me ibidem additam. Adam. Thevenellum. ad constit. regias. lib. 1. tit. 25 Ludo Carond. lib. 1. resp. 32. & lib. 13. cap. 78. Anton. Mornac. in observat. ad leg. 7. dig. de minoribus. Adde & in contrarium, quod minores ex sola minori ætate non restituantur, & quod ratione beneficiorum, legitimam in judice standi personam habeant constitutionem Regiam mensis Aprilis anni 1667. tit. 25. art. 14. F. P.

TITULUS SECUNDUS.

De Foro competenti.

Cap. 1. *Romana.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Appellationis articulo prætermisso, Remensis Archiepiscopus non cognoscat.* Ibi. *Satis tamen videtur quod in quolibet inferiori à Papa locum habeat ista decretalis, qui per simplicem querelam adiri possit.*

Judex superior non potest cognoscere de principali omisso appellationis articulo.

Ægid. Bellam. decis. 64. Philipp. Franc. cap cordi. colum. 6. infr. de appellat. Guid Pap. consil. 38. colum. 4. sed quod non habet locum in inferiori à Papa & Legato, quia causa est præventa. tenet hîc. Gemin. & verius. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De causis clericorum, licet consentiant. Juncto quod dicitur prius de Archiepiscopo Remensi, quod non cognoscat de principali omisso appellationis articulo.* Ibi. *In aliis secus, quia privatorum consensus judicem non facit.*

Consensus partium non potest prorogare jurisdictionem.

Quia in his nec diœcesanorum quidem consensus, nisi in spiritualibus, & tunc expresso diœcesani consensu, vel in causa appellationis tantum. Gemin. hîc. Panorm. Felin. cap. significasti. supr. eod. C. M.

Ibidem. §. *Suffraganeorum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Neque compellere subditos Suffraganeorum delegationem suscipere.* Ibi. *Nec potest Archiepiscopus compellere subditos Suffraganeorum suorum, ad testimonium ferendum in causis ad ipsum per appellationem devolutis, quid ergo fiet? mandabit Suffraganeo, ut subditos compellat ad ferendum testimonium in causa illa.*

Superior subditos Suffraganeorum cogere non potest ad ferendum testimonium in causa sibi per appellationem devoluta.

Quid si intra terminum ad hoc assignatum id non fecerit? Archiepiscopus id faciet secundum Host. alleg. quod non. not. supr. eod. de suppl. neglig. præl. Roman. hoc non placet Archidiacono, dicenti quod licet tunc Suffraganeum cogere possit, subditum ipsius non. Joann. Andr. hîc. cap. pastoralis. de offic. ordin. C. M.

Hoc totum Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa citatione finali, quamvis non sit Molinæi. F. P.

Ibidem. §. *Contrahentes.*

CASUS. In Casu hujus §. nota restituendum hîc. quod emendatores Romani expunxerunt, quia erat de usu regni Gallicani, quod plærisque aliis in locis effecerunt, invidioso animo in gloriam regni nostri, illud itaque repetendum ex censura Dom. G. D. P.

Territorium non est Prælatorum Ecclesiasticorum, sed Domini temporalis.

ad notam Molinæi supra in cap. cum Episcopus. 7. de offic. ordin. in casu quod convenientius hîc adnotare debuerat, & quod hîc restituimus secundum convenientiam materiæ, in hæc verba, *Qua ratione dicunt Domini temporales huius Regni, quod cum territorium sit solius Principis sæcularis, & non Episcopi, vel aliorum Prælatorum Ecclesiasticorum, quod Dominus sæcularis est Dominus territorii, in quo habet iurisdictionem, & quia duo non possunt esse Domini eiusdem territorii, soli & in solidum, ipse Dominus temporalis debet dici nude & pure appellari Dominus illius loci, & sic Episcopi non debent appellari nude & pure Domini talis loci, sed debet addi Dominus Episcopus talis loci,* ad quem locum Dom. G. D. P. notam & censuram subjecit in hæc verba.

Restitutio hic eorum quæ emendatores Romani expunxerunt ex usu Galliæ.

De hac materia territorii dominis Ecclesiasticis denegati ad plures Molinæi locos & aliorum authorum remissio.

De hoc territorio Molinæus ad Gallum quæst. 109. de captura vero clericorum Gallus quæst. 246. & quæst. 276. quibus locis notat Molin. Papo in Consuetud. Borbon. art. 1. vers. quintus casus. Dom. Magister tract. de appellat. ab abusu. cap. 5 Cocquill. in instit. jur. Gall. pag. 42. & pag. 359. author. leg. abrog. lib. 2. cap. 210. Argentr. in Consuet. Britann. art. 5. not. 1. solus Pontanus in Consuetud. Blesens. art. 19. ex Gallis dixit Episcopum habere territorium, nostro usu habet jurisdictionem intra territorium totius diœcesis, sed nullius executionem sive in rem, sive in personas, nisi implorato sæculari auxilio. G. D. P.

De eadem territorii materia ad alios Molinæi locos remissio.

Et hic addam quod subjeci ad hanc censuram Dupineanam supra ad cap. cum Episcopus. in casu de offic. ordin. scilicet alias notas Molin. in eamdem materiam territorii, scilicet ad stil. Parlam. part. 3. tit. 38. §. 2. in verb. sine armis. part. 5. quæst. 172. in verb palatii. ead part. 5. stil. quæst. 276. in summario. in verb. quod non. part. 7. stili. arr. 2. in verb. clericos. Adde eumdem Cocquill. in posthum. tract. lib. Eccles. Gall. pag. 5. & 6. F. P.

Cap. 2. *Sæculares.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sæculares judices, qui personas Ecclesiasticas, ad solvendum debita, damnabili præsumptione compellunt, decernimus compescendos. Juncto sequenti cap. quod est ejusdem materiæ.*

Capp. inhibentia coactionem clericorum ad solvenda debita, non servantur in Gallia.

Istud cap. cum sequenti non servantur in regno Franciæ. C. M.

De eadem materia ad alios locos remissio.

Junge in id quod habet Vid. Conchil. in posthum. tract. memor. reform. status Ecclesiast. pag. 52. & in tract. posthum. lib. Eccles. Gall. pag. 61. F. P.

Quomodo servandum hoc cap.

Non servatur cap. 2. quatenus datur potestas excommunicandi judices, nec sequens omnino; at cap. 2. viget ne personæ Ecclesiasticæ conveniantur apud judicem sæcularem pro personalibus debitis, neve compellantur debita solvere carceris rigore. G. D. P.

TITULUS TERTIUS.

De Litis Contestatione.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Exceptionis seu defensionis objectus litis contestationem non retardet, nisi de re judicata, transacta, seu finita excipiat litigator.*

Exceptionis vel defensionis objectus in principio litis nisi sint peremptoriæ cõtestationem litis non retardant.

Philipp. Franc. hîc. tradit 43. fallentias, sed parum valent; melius est stare textui. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi de re finita excipiat litigator.* Ibi. *Per consensum, vel longo silentio, non intelligas de præscriptione. Vide in Specul. ubi dicit Guillel. quod curia Romana hoc non recipit, quod præscriptio possit opponi ante litem contestatam.*

Sola præscriptionis probata exceptio litis cõtestationem retardat.

Per textum. & ibi. Barth. leg. finali. pro suo. dig. & leg. omnes. cod. de præscript. 30. ann. si tamen dicta exceptio præscriptionis non posset probari in continenti, procedit dictum Guillel. hîc de Anchar. decis. Tholos. 67. sed verius est in meritis causæ observandum, & ita practicatur. C. M.

Source : BIU Cujas

TITULUS QUINTUS.

De Reſtitutione ſpoliatorum.

Cap. 1. *Frequens.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *In civilibus non admittitur exceptio ſpoliationis niſi facta ab actore, in criminalibus etiam facta à tertio, modo ſit de tota ſubſtantia, vel de majori parte.*

Quandonam in civilibus & in criminalibus opponi poſſit exceptio ſpoliationis.

Cæpola conſil. 100. civilium. conſil. 19. vide Mathæum de Afflictis. deciſ. Neapolitan. 19. colum. 1. & deciſ. 182. num. 5. C. M.

Cap. 2. *Ad decimas.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Eccleſia quæ petit reſtitutionem decimarum (quas dicit intra parochiam alterius poſſedisſe) non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam.*

Petenti decimas intra fines parochiæ, contra parochum, neceſſarius eſt titulus.

Vide Anton. Corſet. de poteſt. reg. colum. 87. gloſſa pragm. ſanct. tit. de pacificis poſſeſſ. verb. inquirant. Ægid. Bellam. deciſ. 455. C. M.

De eadem materia remiſſio.

Vide in id Franciſcum Grimaudæum in tract. de decimis. lib. 3. cap. 8. Guid. Conchil. in poſthum. tract. memorial. reformat. ſtatus Eccleſ. pag. 100. gloſſ. pragm. ſanct. tit. de pacif. poſſeſſ. §. ordinarii. in verb. inquirant. aſteriſco. 21. in medio. F. P.

TITULUS SEXTUS.

De Dolo & Contumacia.

Cap. 2. *Eum qui.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Appellantem ab interlocutoria, niſi appellationi renunciet, ad audiendam ſententiam citare non teneris.* Ibi. *Renunciet expreſſe.*

Quando appellans citandus ad audiendam ſententiam vel non.

Secus ſi ſolum pateretur appellationem eſſe deſertam. Joan. Andr. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Additione Gloſſæ. Ibi. *Nota ſi citatus eſſet ad totam cauſam, placet quod ad ulteriora, etiam ad ſententiam procedi poſſet.*

Citato comparente etiam ad ſententiam definitivam procedi poteſt.

Deciſ. Tholoſ. quæſt. 27. Marian. Socin. tract. de citat. art. 20. num. 30. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſæ rei ſervandæ.

Cap. unicum. *Eum qui.*

GLOSSA. In Gloſſa *Qui litigat ſuper beneficiis obtinendis, non mittendus in poſſeſſionem ob contumaciam partis.* Ibi. *Quid dicemus de obtentis, numquid in cauſa redintegranda mittetur actor ob contumaciam rei in poſſeſſionem; videtur quod ſic, cum ſolum loquatur de obtinendis, ſed dic quod non fiet hæc miſſio*

Miſſio in poſſeſſionem ob contumaciam non debet fieri in beneficialibus.

Idem Geminian. Philipp. Franc. & bene. Vide Joann. de Selva. tract. de benefic. part. 1. quæſt. 7. num. 18. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

Ut lite pendente nihil innovetur.

Cap. ſecundum. *Si ii contra quos.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si ii contra quos ſuper beneficiis quæ poſſident litigatur, pendente lite cedant vel decedant, ſtatuimus ut donec contra ſuperſtites lis finita fuerit, aliis nullatenus conferatur.*

De litteris ſubrogationis in cauſis beneficialibus ſucceſſori alterutrius litigantis dandis.

Iſtud cap. non ſervatur niſi in foro Eccleſiaſtico, nec in ſæculari, nec Romæ quidem, ut teſtatur Bonifacius de Vitalinis. in clement. 1. num. 42. infr. eod. ſed indiſtincte & in cancellaria juſtitiæ dantur litteræ ſubrogationis, C. M.

De litteris ſubrogatoriis in beneficialibus ad authores & novam conſtitutionem Regiam remiſſio.

De his litteris ſubrogationis in materiis beneficialibus vide Guid. Conchilium in tractatu poſthumo reformat. ſtatus Eccleſiaſtici pag. 122. tractatum noſtrum & avitinum de beneficiis Eccleſiaſticis ad verb. *conceſſa.* §. 3. de ſubrogationibus judiciariis. per totum. & ut non ſit amplius opus litteris ſubrogatoriis in Cancellaria obtinendis ut antea, ſed ſimplici libello judicibus offerendo. Vide novam conſtitutionem Regiam menſis Aprilis anni 1667. tit. 15. *des procedures ſur le poſſeſſoire.* art. 16. F. P.

TITULUS NONUS.

De Confeſſis.

Cap. 2. *Si poſt.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si poſitionibus interrogatus, iuſſuſque à iudice recuſet.* Ibi. *Si citatus reſpondere poſitionibus venire non vult, an poſitiones habeantur pro confeſſatis, licet quidam dixerint quod ſic, dico quod non.*

An interrogato à iudice non reſpondente poſitionibus habeantur poſitiones pro confeſſatis.

Idem Barthol. lib. 2. cod. eod. Panormitan. cap. cum cauſam. de jurament. calumn. Guido Pap. conſil. 7. Philipp. Dec. cap. 1. lect. 1. num. 13. de jud. C. M.

De ea materia interrogationis ſuper poſſeſſione ad alios authores & noviſſimam conſtitutionem Regiam menſis Aprilis 1667. remiſſio.

Hoc totum Molinæi ſubnotatum ab emendatoribus Romanis uſurpatur. Et in id vide eumdem Molinæum in gloſſa inferiori hujuſce cap. in verb. pro confeſſo haberi, ubi dicitur quod requiratur ſententia declaratoria: ſed illud immutatum ex nova conſtitutione Regia menſis Aprilis anni 1667. tit. decimo *des Interrogatoires ſur faits & articles,* art. 4. ubi ſtatuitur, quod citato recuſante comparere vel reſpondere poſitionibus, id eſt *à faits & articles,* pro confeſſatis habentur, ſuper proceſſu verbali conferto à judice delegato. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Abſque rationabili cauſa. Junctis ſuperioribus in additione marginali.* Ibi. *Tutius eſt admitti poſitionem ſalvo iure impertinentium.*

Poſitiones quãdoque habentur pro confeſſatis, ſalvo iure impertinentium.

Jaſon. leg. 1. colum. 6. de reb. cred. Philip. Decius. cap. dilecti. num. 4. de except. conſil. 162. per Joann. Andr. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Idem ſi ſit poſitio multiplex, non tenetur reſpondere, nulli enim iniciendus laqueus.*

Quid ſit multiplicem eſſe poſitionem.

Multiplex ratione qualitatis, non quantitatis. Petr. Ancharan. hîc. Alciat. leg. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 53. de verb. oblig. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Haberi debet pro confeſſo.* Ibi. *Si contumaciter venire cenſet, numquid ipſo iure, an per ſententiam, ſed hodie pro confeſſo haberi debet, ſcilicet ipſo iure.*

Ut poſitiones habeantur pro confeſſatis requiritur ſententia declaratoria.

Idem Gemin. hîc Felin. cap. Rodolphus. colum. 24. de reſcript. ſed practicatur quod ſententia requiritur, ſaltem declaratoria, Socin. tract. de citatione. Carth. 14. C. M.

Ad alios locos de eadem materia remiſſio.

Vide ſupr. in prima gloſſa hujus capituli, & notam ſupra additam. F. P.

TITULUS DECIMUS.

De Teſtibus & Atteſtationibus.

Cap. 1. *Mediatores.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Mediatores, per quos ſimoniæ crimen committitur, ad teſtimonium contra ſceleris authores admittuntur, ſi civiliter agatur, & emolumentum exinde non fuerint aſſecuti.*

Mediatores ſimoniæ admittuntur in teſtes eiuſdem probandæ ſi civiliter agatur.

Etiam ſi eis tantum promiſſum fuit. Joan. Andr. Gemin. hîc. Philipp. Decius. conſil. 28. num. 5. Ad de Hypolit. de Marſil. leg. 1. §. finali. de quæſt. Philipp. Decius. conſ. 189. conſ. 234. C. M.

Quod in ſimoniæ convictione, quilibet teſtes etiã aliàs excepti admittantur, hic vide.

Quod in teſtimonium ſimoniæ probandæ admittantur ſocii, participes, mediatores, & etiam criminoſi & meretrices, vide gloſſ. pragm. ſanct. tit. de elect. cap. ſicut. §. quod ſi aliter. in verb. in horrorem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Et emolumentum exinde non fuerint*

Source : BIU Cujas

assecuti. Junctis præcedentibus, de admissione mediatorum in testes simoniæ comprobandæ, & utrum reus talem exceptionem possit obiicere absque metu convictionis. Ibi. *Vel dic præcise quod exceptionem objiciens non fatetur.*

An exceptionem obiiciens participationis, confessus videatur, & fallentias.

Hæc falsa, & potest solvi in leg. filium. cod. de liberali causa. quod excipiatur conditionaliter: sed tamen puto quod non possit practicari, nisi quando de exceptione constaret per confessionem actoris, vel depositionem testis, aliàs si excipiens vellet hoc probare, sua probatio omnino faceret fidem contra se. C. M.

Cap. 2. *Præsentium.*

Textus.

In Textu. *Juncta inscriptione. Archiepiscopo Rothomagensi, ut est in casu & in glossa. infra. in verb. Abbate.* Ibi. *Causa inter Abbatem S. Nicolai Andegavensis ex una parte, & Priorem & conventum de Paldingen diœcesis Lycolnensis ex altera, super possessione subjectionis ejusdem Prioratus quo dicunt se spoliatos.*

Cognitio possessorii beneficialis & rei spiritualis, & rescissio contractus spectant ad iudicem Regium & sæcularem.

Iste processus erat abusivus, quia in regno Franciæ concessio omnis possessorii, vel quasi, etiam inter Ecclesiasticos, & de rebus quas spirituales vocant, spectat ad judicem sæcularem, non ex privilegio Papæ, sed jure proprio; similiter rescissio contractus; de quo hîc, non spectat ad Papam, nec ad ordinarium Ecclesiasticum, sed ad Regem, & ita servatur in Gallia. C. M.

De materiis possessoriis sive rei prophanæ, sive spiritualis cognoscunt iudices sæculares.

De causis & materiis possessoriis dicendum, cognitionem possessorii in prophanis esse judicis sæcularis, non tamen solius Regii. *Loyseau des Seigneuries chap. 14. nombre 27. 28.* in spiritualibus & Ecclesiasticis, solius esse judicis Regii apud Gallos, non consuetudine, aut privilegio, ut dicunt Guid. Pap. decis. 1. & decis. 552. & Ferald. de jurib. & privileg. Franc. regni. privileg. 11. sed jure proprio, ut recte Ranchin, ad illas Guid. Pap. decis. & Bugn. leg. abrog. lib. 3. cap. 70. rationes vide apud Ranchinum & Ferrer. collect. Loet. litt. B. num. 11. At dubium fuit an concurrenter cum judicibus Ecclesiasticis, an vero privative ad eos. In Italia, tempore Innoc. III. cap. quærelam. de elect. & elect. potest. cap. inter dilectos. de fide instrument. Et in Anglia, tempore Gregorii IX. hoc cap. 2 de test. in 6. Papa & ejus delegati cognoscebant: Et in Francia ad annum usque 1329. sedente Joann. XXII. & regnante Philippo Valesio; à quo tempore post celebrem disputationem inter Dom. Petrum de Cugneriis Advocatum Regium, & Galliæ Prælatos, verba faciente eminentissimo Cardinale Petro Bertrandi, Episcopo Eduensi, soli cognoscunt judices Regii. Quare processus, qui pendebat inter Abbatem & conventum sancti Nicolai Andegavensis, & Priorem & conventum de Paldingensi diœcesis Linconiensis in Anglia, sedente Gregorio IX. in quo Abbas & conventus sancti Nicolai agebant, non erat circa annum 1227. abusive: de contractuum rescissione hæc stat resolutio; solum Franciæ Regem concedere diplomata rescissoria, sive restitutoria, etiam in causis beneficialibus, etiam in causis & materiis personalibus inter clericum, at de iis cognoscere judices quoscumque Regios, non Regios, Ecclesiasticos, sive iis dirigantur, sive Regiis nunciis, ut ea judicibus denuncient. G. D. P.

A tempore Philippi Valesii post disputationem Petri de Cugneriis & Petri Bertrandi Cardinalis & Episcopi Eduensis soli cognoscunt iudices Regii.

De rescissione contractuum sive ex litteris Regiis sive absque eorum auxilio soli cognoscunt judices Regii.

Quæritur hic an concurrenter cum iudicibus Ecclesiasticis an privative ad illos.

Junge eumdem Molin. in stil. Parlam. parte 4. tit. 45. § 15. in verb. possessorio. Gerardus *Maynard* lib. 1. decis. Tholos. cap. 28. Argentr. ad Consuet. Britann. §. 44. col. 185. Vid. Conchil. in tractatu posthum. libert. Eccles. Gall. passim. Guid. Pap. decis. Delfinal. decis. 1. F. P.

De eadem materia cognitionis possessorii & rescissionis contractuũ ad alios authores remissio.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *De veritate dicenda in animas conventuum recepto iuramento.* Ibi. *Nota quod confessio solius Prælati non nocet Ecclesiæ.*

Scilicet non habentis mandatum à capitulo, tunc enim præjudicaret, ut notatur 17. distinct. de Constantinopoli. nisi probaretur error. supra. de confessis. cap. finali. Joann. Andr. Adde hoc verum in bonis communibus; sed in discretis à capitulo, solius Prælati confessio præjudicat. Gemin. Philip. Franc. C. M.

In negotio capituli non nocet confessio solius Prælati in rebus communibus, secus in discretis & separatis.

Hujus subnotati Molinæani prima pars à Romanis emendatoribus hîc usurpatur omissa posteriori, ab his verbis *adde hoc verum in bonis communibus ad finem usque:* & nota ad illud quod dicitur in animas conventuum recepto juramento, quod vulgariter profertur *jurer en l'ame du constituant*, & de judicio, & quod deputari debeat unus de capitulo vel conventu, qui respondeat vel juret super positionibus. Junge art. 9. tit. decimo *des Interrogatoires sur faits*, Constit. Regiæ anni 1667. mense Aprili. F. P.

De iuramento in animas conventuum & quod unus deputari debeat qui iuret ad alios authores remissio.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa. *In animas ipsorum recepto juramento.* Ibi. *Speciale videtur in electionibus & receptionibus, & in casu. decretal. quamvis. de offic. ordin. quod debent vocari absentes, aliàs non.*

In quibus conventibus capitularibus vocari debeant absentes, vel non.

Albert. 1. statut. quæst. 143. Albert. quæst. 259. Cald. consil. 3. de constit. consil 4. de his quæ fiunt à præl. sine consens. cap. Idem dicas in omnibus arduis, secus in levibus. Panorm. cap. cum omnes. de constit. & ibi. Felin. column. 4. Jason. leg. placet. lect. 1. col. 3. cod. de sacros. Eccles. consil. 54. col. 1. lib. 1. adde Francisc. Ripam de rescript. resp. 21. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Sigillatim super quolibet articulo facias responderi.* Ibi. *Quia positio habens plura membra, in uno falsa, in alio vera posset esse, & sic copulative posset hic negari.*

Quomodo respondendum super positione plura membra habente, & quod sigillatim non confuse.

Imo non potest ratione partis tota negari, & ita tenendum, licet glossa cap. 2. supr. eod. de confess. velit contrarium, & idem Speculator titulo de positione. §. 3. Bald. leg. 2. §. quod observari. cod. de juram. calumn. & Canonistæ in d. cap. 2. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Testes.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Facta sigillatim specificatione criminum & obiectorum.*

Responsiones sigillatim faciendæ.

Jason. column. 3. cod. de testam. leg. Titiæ textores. colum. 2. de leg. 2. Philipp. Decius cap. 1. col. 1. de excep. Roman. consil. 290. C. M.

De eadem materia remissio ad constit. Regiam mens. April. anni 1667 tit. 10. art. 7. & 8.

Idem Constitutio Regia mensis Aprilis anni 1667. tit. 10. *des Interrogatoires sur faits.* artic. 7. & 8. F. P.

Ibidem. §. *Si vero dicti.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Si vero Abbas testes produxerit contra testes partis adversæ. & in addit. margin.* Ibi. *Judex potest præfigere terminum ad reprobandas personas testium ante publicationem attestationum, quas iudex tenebatur clausas remittere. de Ancharano.*

Quando testes reprobatorii producendi.

Imo hoc est necessarium jure civili, per authent. & qui senat. cod de test. licet Accursius ibi. & cap. cum olim. de privileg. aliter dicant, & ita observatur in Gallia. C. M.

TITULUS UNDECIMUS.

De Jurejurando.

Cap. 1. *Contingit.*

Summarium.

In Summario. *Prælati, Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui iurant statuta & consuetudines loci vel Ecclesiæ servare, prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita.*

Juramentum non obligat ad illicita, & confirmatio privilegiorum intelligitur de licitis.

Sic generalis confirmatio privilegiorum intelligitur tantum de justis, textus. & ibi. Bald. cap. 1. in principio. per quos fiat investitura. Speculat. de

Source : BIU Cujas

instrum. edit. §. nunc aliqua. versic. quæso videamus. Cyn. Bald. leg. cum oportet in princip. cod. de bon. quæ lib. Bald. leg. 1. in princip. leg. omnes populi. & ibi Jason. colum. 5. de justit. & jure. Alexandr. consil. 59. lib. 1. consil. 125. lib. 2. C. M.

Cap. 2. *Licet mulieres.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quia sæculares judices mulieres contra alienationes dotium, vel donationum propter nuptias audiunt, quamvis eis constet de juramento ab eis præstito, quod non venient contra easdem alienationes.*

Judex laicus, & de veritate juramenti, & de validitate cognoscere potest, Nota quod judex laicus cognoscit an sit juratum, vel ne, licet de validitate juramenti non discernat, ita hunc textum aliàs allegavit Joann. Andr. in cap. cum laicus. de foro compet. de Anchar. Fontan. sed imo etiam de validitate juramenti judicare potest etiam de jure divino. C. M.

Judex laicus & sæcularis in spiritualibus cognoscit de facto, an sit vel non matrimonium & de illa materia ad locos & authores remissio. Duo hîc notanda sunt, unum quod judex laicus & sæcularis cognoscit in causis de se spiritualibus, ut in causa matrimonii, de quæstione facti an sit matrimonium, vel in facto existat, ut observavit Joann. Galli. in 3. parte stili Parlam. art. seu arrest. 11. & ibi Molin. in verb. petitorio. ut in hoc cap. an sit juratum vel non, etiam secundum Canonistas, quamvis Molin. censeat etiam de validitate juramenti cognoscere, quia juramentum est utriusque fori, & laici & Ecclesiastici. F. P.

Necessitas imposita judicibus decernendi sub pœna excommunicationis reprobatur, Alterum adnotandum est ibi, quia sæculares non admitti nec servari in Gallia ea omnia capitula, quia necessitatem imponunt judicibus Regiis & sæcularibus judicandi, & aliquid decernendi sub pœna excommunicationis. ut hîc. & in cap. ult. supr. de foro compet. & in cap. novit. extra. de judiciis. de quibus vide Guid. Conchilium in posthum. tract. reformatio. stat. Ecclesiast. pag. 52. & in posthum. tract. libert. Eccles. Gall. pag. 61. & 62. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa Ibi. *Quia sæculares judices ad servandum jus canonicum, per locorum ordinarios decernimus compellendos.* Ibi. *Quid dices si mulier juraverit non alienare dotem, nec alienationi consentire, nisi authorisante judice, & ex rationabili causa, etsi consenserit, se revocaturum pro posse, & postea non authorisante judice consensit, & juravit se non contravenire, quid erit? dic secundum Hostiens. quod primum iuramentum servabitur.*

Ubi juratum est primò & secundò, quodnam sit servandum juramentum.

Ubi actus dependet à mera facultate jurantis factum contra primum juramentum non valet. Joann. Monach. Archidiac. Joann. Andr. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Specul. de empt. & vend. §. tertio loco. versic. & nota general, quia actus non dependet à mera facultate jurantis, secus si dependeret, quia tunc valeret actus contra primum juramentum Idem Jason. authent. sacramenta puberum. colum. 13. cod. si adversus venditionem. leg. non solum. §. finali. colum. 7. de oper. novi nunciat. Philipp. Decius. leg. pactum. num. 10. cod. de pact. Alciat. in leg. detestatio. colum. 7. de verb. signif. & in cap. cum contingat. not. 6. supr. de jurejur. C. M.

Cap. 3. *Cum in positionibus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi iusta causa excuset, tanquam periuro super electione silentium imponatur ei, qui super positionibus contraria respondit.* Ibi. *Satis videtur quod sic testis à periurio excusetur, si in continenti se corrigat, sic & respondens super positionibus.*

Licet super positionibus interrogato respondere, & confessio etiam cum iuramento se retractare in instanti, absque periurio, Idem Romanus. singul. 391. Alexandr. cons. 34. col. 1. lib. 1. Anton. Corset. de potest. reg. col. 37. C. M.

TITULUS DUODECIMUS.

De Exceptionibus.

Cap. 1. *Pia consideratione.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Excommunicationis maioris exceptio opposita in quacumque parte iudiciorum lites differat, ait Innocentius IV. in concilio Lugdunensi, sed hominum succrescente malitia, quod provisum erat ad remedium, tendebat ad noxam.*

Exceptio excommunicationis locum non habet in Gallia in foro sæculari. Sed quia Ecclesiastici abutebantur, hæc exceptio non est recepta in foro sæculari in Gallia. C. M.

Exceptio excommunicationis non habet locum nisi in foro Ecclesiastico. Et ita Faber instit. de curat. §. quod si tutor. num. 4. in fine. qui claruit tempore Gregorii IX. authoris. cap. exceptionem. de except. apud Greg. quod cap. hîc. interpretatur Innoc. IV. & ex his tempera doctrinam Selvæ. tract. de benefic. part. 3. quæst. 4. num. 22. versic. nono facit. & Rebuff. ad concordata. tit. de excommun. vitandis. glos. unica. versic. vigesima quinta ut scilicet hæc exceptio locum non habeat nisi in Ecclesiastico foro. Adde Bugno. leg. abrog. lib. 4. cap. 68. G. D. P.

De Joann. Fabro authore commentar. instit. & quis fuerit, & quibus temporibus vixerit. Fallitur Dom. G. D. P. primò in citatione Joann. Fabr. de curat. §. quod si tutor. num. 4. in fine. est enim num. 8. secundò in eo quod dixit Joann. Fabrum claruisse tempore Gregorii IX. vixit enim temporibus Philippi VI. Valesii Francorum Regis & Ludovici IV. Bavari Imperatoris & bene dicti 12. circiter annum 1340. ut scribit idem Molin. ad 1. part. Consuet. Paris. §. 1. glos. 5. num. 63. ubi plura de eo, & quod fuerit Cancellarius Franciæ. vide & ibid. summorum Franciæ Officiariorum. à Dom. Dionysio Gothofredo Historiographo Regio editum in collectione Cancellariorum, & in probationibus ad eamdem pag. 82. & in supplementis. in princip. pag. 163. vide & Dom. Francisc. Quercetanum in Cancellariis Franciæ in addit.

De exceptione excommunicationis non admittenda ad plures alios locos & authores remissio. Et de exceptione excommunicationis in foro sæculari non admittenda, vide eumd. Molin. not. ad summarium. cap. ipso jure. 1. de rescript. in 6. & in not. ad summarium. cap. dilecti. de except. apud Greg. & ad Decium. in cap. cum inter num. 1. de except. ibidem. glos. pragm. sanct. tit. de causis. §. statuit in verb. offensus. & in addit. Philipp. Probi. 1. unde & emanarunt decreta concilii Basileensis, & pragmat. sanctionis de excommunicatis non vitandis, & de interdictis leviter non ponendis, quæ & in concordata Bononiensia transcripta sunt, sub eisdem titulis & rubricis. Vide & quæ in eandem materiam edi curavi in supplementis pragm. sanct. Car. VII. pag. 1090. col. 2. in fine. & pag. 1140. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Qui excommunicationem opponit, speciem illius, & nomen excommunicatoris exprimat.* Ibi. *Et per hanc litteram videtur quod non sufficit opponenti probare quod actor sit denunciatus excommunicatus.*

Exceptio excommunicationis opposita debet esse specifica, & non vaga. Hoc verum, si opponitur in vim peremptoriæ, si autem in vim dilatoriæ, tunc si ex denunciatione constet de specie excommunicationis, & nomine excommunicantis, sufficit probare denunciationem, aliàs secus. Gemin. hîc. glos. cap. licet. verb. nunciari. infr. eod. de sentent. excommunic. Roman. consil. 349. Ægidius Bellamera decis. 86. decis. Tholosan. 301. Philipp. Decius. cap. prudentiam. §. 6. num. 10. de offic. delegat. cap. pastoralis. §. verum. num. 4. ubi dixi de appellat. C. M.

De exceptione excommunicationis oppositæ, vel in vim peremptoriæ, vel dilatoriæ, & differentia,

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Intra octo dierum spatium in publicam notionem deferre debeat excommunicationem propositam. Et in additione marginali ad hæc verba glossæ. Sed primùm verius videtur scilicet quod non possit dari longius tempus.* Ibi. *Imol. in leg. 2. de re judicata.*

Proposita excommunicationis exceptio statim probari debet, Et idem Philipp. Decius. cap. cum sit Romana. col. 16. num. 6. de appellat. C. M.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De Præscriptionibus.

Cap. 1. *Episcopum.*

In Glossa verb. *Allegare oportet præscriptionis ti-* GLOSSA.

Source : BIU Cujas

tulum. Ibi. *Vbi jus commune vel præscriptio non est contra præscribentem, sufficit bona fides veluti contra possidentem privato jure privilegiatum, vel eum qui præscripserat, & idem in similibus.*

Quando in præscriptione opus sit titulo nec ne, ubi præscribens facit contra jus commune vel non.

Dicebat ergo Joannes Monach. quod quandoque duo contendentes sunt capaces uniformiter, ut in possessione fundi, quandoque difformiter, & tunc aut habens jus speciale tuetur contra habentem jus commune, aut è contra, de omnibus his membris quid juris in glossa. Joann. Andr. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa Ibi. *Vnde possemus dicere, quod quando una Ecclesia petit decimas ab alia Ecclesia, quas possidet in tertia parochia, quod ibi sufficiat præscribenti bonam fidem probare, quia licet ius commune faciat contra præscribentem, non tamen facit pro petente.*

Quando præscribenti decimas titulus sit necessarius.

Idem Domin. & in fine. voluit glossa in cap. ad decimas. de restitut. spoliat. facit textus. in princip. sed Philipp. tenet contra gloss. per text. hîc. in medio & fine. dicentem generaliter, quod titulus requiritur ubicumque jus commune resistit præscribenti, quia tunc est præsumptio malæ fidei. ut in regul. qui contra. infr. eod. Idem Panormit. in cap. si diligenti. colum. 2. supr. eod. sed pro glossa facit Barbat. consil. 35. colum. 5. lib. 2. Philipp. consil. 85. Roch. Curtius de jure patron. in fine. C. M.

Quando præscribenti resistit jus commune vel non, procedit vel non, præscriptio cum bona fide, vel sine bona fide.

De eadem materia ad authores & locos plures remissio.

Hoc totum Molinæi adnotatum marginale usurparunt emendatores Romani, & in id adde notam supr. ad cap. ad decimas. de restitut. spol. ibidem in 6. & in summario. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarii memoria non extet.* Ibi. *Sed quomodo probatur tanti temporis præscriptio.*

Quomodo probanda immemorialis possessio.

Specul. de probat. §. 1. vers. ultimo quæritur. Philipp. cons. 222. lib. 1. Francisc. Balbus. de præscript. 2. part. part. 3. quæst. 6. num. 24. dic quod testes debent esse ætatis 50. annorum ad minus, ut possint deponere de proprio visu & auditu 49. novissimorum annorum, deinde de auditu talium & talium antiquorum, qui obierunt ante triginta, quadringinta, vel quinquaginta annos, in ætate 50. 60. vel 80. annorum, qui dicebant se ita vidisse, aut audivisse, & ita recte practicatur in utroque foro, ubi sæpe à 25. annis causis tam sæcularibus quam Ecclesiasticis judicandis interfui. C. M.

Quales & cujus ætatis debeant esse testes & de quo deponere, auditu vel visu & cujus temporis.

De eadē materia ad authores. remissio.

Adde in id quomodo probanda sit immemorialis possessio. Guid Pap. quæst. 357. Francisc. Grimaud. in tractat. de decimis lib. 3. cap. 8. num. 15. & 16. F. P.

Cap. 2. *Si qui.*

Glossa.

In Glossa verb. *Hæredes catholicos super bonis non esse molestandos, quamquam illi quorum bona fuerant, nunc detegantur hæretici.* Ibi. *Sed nonne tales damnantur, & eorum memoria, speciale est in hoc casu propter bonam fidem ipsorum catholicorum hæredum.*

Hæredes, propter suspicionem hæresis illorum quibus successerunt, non debent bonis spoliari.

Idem Joann. Monach. & Archidiac. vide Felin. cap. si diligenti. col. 5. supr. eod C. M.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De Sententia & re judicata.

Cap. 1. *Cum æterni.*

Casus.

In Casu. Ibi. *Plura requiruntur, ut judex male judicantis pœnas incurrat, quæ in casu explicantur, & aliis omissis, sexto requiritur, quod ipse gravet partem in faciendo, secus in negligendo.*

Vbinam judex male judicantis pœnas incurrat.

Imo idem Joann. Andr. Petr. Ancharan. Gemin. Philip. Franc. hîc. C. M.

Cap. 3. *Abbate.*

Glossa.

In Glossa. verb. *Proponens locum de Rosellis esse prædicti monasterii, jure dominii, vel quasi.* Ibi. *Ad hoc ut publiciana competat, & actor obtineat, oportet probare titulum, & bonam fidem tempore emptionis & traditionis, & quod credat venditorem vel donantem dominum fuisse, tempore contractus; aliàs publiciana non competeret.*

Quid requiratur ut publiciana in rem actio competat vel non.

Similiter tempore traditionis. leg. 1. dig. de public. in rem actione. Domin. Philipp. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In eadem Glossa. paulo inferius. Ibi. *Et formatur libellus, peto talem rem mihi restitui, iure dominii, vel quasi, & de sola consuetudine admittitur talis libellus sub distinctione.*

Hîc proponitur forma libelli agentis publiciana in rem actione.

Idem Anchar. hîc. sed veritas est quod etiam de jure. Jason. §. sed iste. instit. de action. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In eadem Glossa. Ibi. *Contra Dominum non currit præscriptio, licet tradens habeat bonam fidem, distinguitur tamen utrum Dominus sciverit rem suam taliter alienatam.*

Quando contra dominum currat præscriptio non obstante mala fide.

Authent. malæ fidei. non habet ergo locum in Domino alienante rem hypothecatam. Doctor. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Nec pro eo.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Præsertim quia monasterio quod nondum erat fieri donatio non valebat.*

Nota ad textus elucidationem & quod Ecclesiæ nondum existenti donatio fieri non possit.

Hæc erat allegatio partis, ut per Philipp. hîc. colum. 3. Panorm. cap. final. de rescript. Roman. consil. 200. Francisc. Aretin. consil. 154. colum. 2. C. M.

Quandoque sola destinatio addicit rem Ecclesiæ.

Imo sola destinatio usui publico addicit incœptum necdum consummatum ædificium, quamvis nullum donantis aliud superfit testimonium, prout decrevit Senatus Parisiensis de collegio Autissiodorensi, à Jacobo Amioto Autissiodorensi Episcopo ædificari cœpto, sed propter bella intermisso, quamvis in testamento de eo ne verbum quidem fecisset, reclamantibus nec quicquam hæredibus arresto de die 20. Januarii anni 1607. quod in Purpuris pronunciatum extitit 10. Aprilis subsequentis, quod refertur in collectione arrestorum Dom. Joann. Bugueri Senatoris Parisiensis litt. D. num. 5. F. P.

Ibidem. §. *Præfatus.*

Glossa.

In Glossa verb. *Locus & tempus, & aliæ circumstantiæ, quæ causam specialem comitantur, sollicite attendenda.* Ibi. *Si peto rem ex causa donationis, cum donationem necessario comitantur tempus & locus, non prodest si post litem contestatam mihi donetur eadem res.*

In libello actionis speciales circumstantiæ causæ sunt exprimendæ, ut forma detur libello, quod dicitur *libeller l exploit.*

Idem Geminian. hîc. Barb. in leg. non potest. de judiciis. leg. cum eadem. de except. rei jud. ratio quia quamvis certa causa omnino supervenit de novo, non potest dici ea quæ fuit expressa prius, imo necesse est quod alia diversa, & sic in hac instantia non prodest: secus si non causa, sed jus de novo supervenit, sed ex certa causa de antiquo prius expressa, quia prodest. C. M.

Cap. 4. *Cum ab uno.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum ab uno ex judicibus, aliis præsentibus & mandantibus scripta sententia recitatur.* Ibi. *Ergo si præsentes, sed non mandantes, secus.*

Ab uno ex judicibus, aliis præsentibus & mandantibus sententiæ facta pronunciatio valet, ac si ab omnibus facta.

Idem Alexandr. in rubrica. colum. finali. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio. C. M.

Cap. 5. *Etsi sententia.*

Glossa.

In Glossa verb. *Sententia descripti recitatione proferri.* Ibi. *Quid si judex noviter excæcatus nescit legere.*

De sententiis ex libello rectandis.

De hoc per Compostellan. de consuetud. ad nostram. & in Specul. de sentent. prolat. §. sequitur. in princip. Joan. Andr. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In eadem Glossa. paulo inferiori. Ibi. *Per seipsum ab alio instructus deferat definitionis verba causæ.*

Pronunciatio sententiæ debet fieri de integro.

Imo de jure totum deberet recitare. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Episcopo licebit per alium recitare ad instar personarum illustrium.* Ibi. *Fatetur tamen ibi Host.*

Source : BIU Cujas

Sententiæ pronunciatio per aliũ à judice potest fieri.

ibi Hostiensis, quod partes bene possent judiciario ordini renunciare.

Ut valeat vi pacti. Petr. Ancharan. hîc. cap. de causis. col. 1. de offic. deleg. C. M.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De Appellationibus.

Cap. 1. *Cordi nobis est.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Sancimus, ut si quis in judicio duxerit appellandum.*

A quo appellatio interponenda.

Vel cujus interfit. Gemin. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. paulo infra. Ibi. *A gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum.*

Appellari potest à quocumque gravamine illato vel inferendo,

Illato, vel inferendo, cap. cum cessante. supr. eod. Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *In judicio, vel extra, causam appellationis in scriptis assignetis.* Ibi. *Cum appellatur extra judicium, etiam si non à judice, servari debet, nempe ut causa in scriptis assignetur.*

In libello appellationis causa exprimenda maxime in appellationibus causa abusus.

Et sic sentit quod etiam si appelletur extra judicium, à parte debet causa exprimi. Idem Gemin. Philipp. Franc. hîc. quod dic esse verum ubi per hoc necessitatur de jure appellatus ad comparendum, & prosequendum ut cap. 1. cap. ut circa. supr. eod. de elect. aliàs secus, nisi quo ad effectum consequendæ revocationis attentatorum in contrarium, quia tunc semper exprimatur causa. Panorm. cap. cum sit. colum. 6. supr. eod. C. M.

In libellis appellatoriis causæ abusus & incompetentiæ causa gravaminis exprimenda.

Indistincte apud nos in omnibus litibus civilibus & criminalibus appellatur à sententia interlocutoria, vel definitiva, sive in judicio, sive extra judicium (etiam usque ad triginta annos) nulla appellationis causa expressa edita, vel assignata, sed generaliter appellatur ob injurias & gravamina tempore & loco deducenda; fallit in appellationibus tanquam ab abusu ex Regia constitutione, tum si à non suo judice appelletur, incompetentiæ causa exprimitur. G. D. P.

GLOSSA.

Ibidem.

In Glossa verb. *Ad nos duxerit appellandum.* Ibi. *Idem in quolibet alio judice ordinario.*

In ordinario non est causa appellationis exprimenda.

Et male. C. M.

ADDIT. GLOSSÆ.

Ibidem.

In additione ad Glossam. verb. *Appellandum.* Ibi. *Appellans viva voce, tenetur omnia gravamina coram testibus exprimere, quare non quando facto.*

Dum appellatur viva voce, debet & causa appellationis coram testibus exprimi.

Quia omnia reliqua debent servari. not. cap. ad audientiam. cap. dilecti filii. supra eod. C. M.

Ibidem. *Versic. post hoc.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omisso, procedatur in negotio principali.* Ibi. *Vel de partium voluntate omisso.*

Quando in negotio principali procedendum.

Etiam solius appellati, juncto appellante. Compostell. hîc. Panorm. cap. ut debitus. colum. penult. supr. eod. limita ut apud Ægid. Bellam. decis. 37. C. M.

Cap. 2. *Legitima.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Legitima suspicionis causa contra judicem assignata, arbitris electis qui de ea cognoscant.* Ibi. *Sed quis cognoscet an causa sit legitima? dic quod idem arbiter.*

Arbitri compromissarii cognoscent de veritate & validitate causæ suspicionis adversus judicem.

Sed si sint notorie injustæ, tunc judex illas repellere potest. Lap. alleg. 1. Phlipp. Franc. hîc. C. M.

Hoc totum Molinæi adnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatur. F. P.

Cap. 3. *Romana.* §. *Cum autem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Appellationis legitima causa non expressa.* Ibi. *In citatione vel commissione exprimet probabilem causam, propter quam sit appellatum, sed contra supr. eod. cap. si duobus.*

Non meretur signari, quia ibi dicitur quod sit legitime citatus, & non negatur expressio causæ, imo debet præsupponi, si esset requisita. C. M.

In libello appellationis debet exprimi causa.

Ibidem. §. *Si vero.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Judicibus à quibus appellatur, judices appellationis, nisi constiterit causam totaliter delatam, ne procedant prohibere non præsumant.*

Judex appellationis non potest inhibere judici à quo appellatur, ne proceda: pendente appellatione, sed partibus.

Sed partibus ipsis inhibere possunt. Lap. Gemin. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Si autem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *A sententia super manifesto crimine, vel de quo quis in iudice confessus extitit, vel consimilibus.* Ibi. *Nota alternativam, nam videtur quod tria concurrere debeant ad hoc quod in crimine non debeat appellari, scilicet quod sit confessus, testibus convictus, & argumentis superatus.*

Quando in criminali causa appellatio non recipienda.

Dic quod illa tria requiruntur, ut non possit appellari, addo quod nec judex ad quem debet appellationem admittere, sed si est solum sponte confessus, similiter non potest appellare, nec judex à quo tenetur deferre, nisi causa rationabilis exprimatur, poterit tamen superior appellationem admittere, & cognoscere. Panorm. cap. cum speciali. §. porro. col. 2. de appellat. C. M.

In criminalibus semper & ubique appellandum & appellationum querelæ admittendæ, nisi à judicibus qui ultimo calculo decidunt.

Erronea nota delenda est ex usu Gallico; condemnatus namque quantumvis convictus sive confessus appellare potest, juxta leg. non tantum. dig. de appellat. ubi & alius pro eo, rejecta dispositione. leg. 2. cod. quorum appellat. non recip. Bugno. leg. abrogat. lib. 1. cap. 148. post Rebuff. in procem. ad constit. Reg. gloss. 5. num. 100. qui notat eum tit. quor. appell. non recip. abrogatum esse in Francia, qui addit appellantem condemnatum, si appellationi renunciaverit, intra octiduum, non audiendum, aliud est condemnatum non appellare, (quod apud nos dici non potest) aliud superiorem pronunciare *non recevable, appellant.* Summa usus nostri est, omnes criminum reos condemnatos appellare ab omnibus judicibus qui non ultimo judicio, vernacule dicimus *qui ne jugent pas souverainement ou en dernier ressort.* G. D. P.

Cap. 5. *Cum appellationibus.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nec est ulterius illi, id est judici à quo qui detulit appellationi causa remittenda.* Ibi. *Si appellator non prosequitur intra terminum, judex reassumet jurisdictionem.*

Quando judex à quo appellatur, reassumere potest partes suas.

Quia remansit semper judex in habitu, & perdidit solum exercitium, quod non potest reassumere ex suo facto, revocando delationem vel gravamen, sed tantum ex facto appellantis renunciantis, vel deferentis, vel superioris remittentis. Archidiac. Joann. Andr. Gemin. C. M.

QUs usus in praxi renunciationis desertionis & remissionis appellationis.

Hæc tria renunciatio, desertio, & per superiorem remissio, aliter apud judices Ecclesiasticos, aliter usu Gallico practicantur, in foro sæculari Gallico renunciatio fieri debet intra octiduum apud judicem à quo, superiore nondum saisito, stil. Parlam. part. 2. cap. 8. ubi Molin. Joann. Galli. part. 5. quæst. 71. ubi idem Molin. Imbert. in praxi. lib. 2. cap. 13. num. 6. Desertio vero non impedit devolutionis effectum apud superiorem: at olim Senatus mandabat judici à quo suæ executionem sententiæ, quod abrogatum est. Idem Molin. ad quæst. 17. Joann. Galli. Hodie ex rescripto Regio citatur appellatus apud curiam ut appellatio deserta judicetur, & apud inferiorem, ut sententia executioni mandetur; quid de remissione à superiore ad judicem à quo? raro fit & causa cognita, sed vix apud eumdem judicem. G. D. P.

Cap. 6. *Ab eo.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ab eo qui appellat intra triginta dies, Apostoli peti debent.* Ibi. *Et currunt isti dies à die sententiæ.*

Intra quod tempus appellans apostolos petere habeat.

Vide Guid. Pap. cons. 107. C. M.

Source : BIU Cujas

Cap. 7. *Non ſolum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi *Innovata debent ante omnia per Judicem appellationis penitus revocari.*

Et ſic non proceditur ultra, & attentans non auditur, priuſquam reſtituerit. Idem de attentante lite pendente, & hoc quan locumque ante concluſionem in cauſa peti poteſt. Joann. Amicus conſil. 83. C. M.

Attentata pendente lite vel appellatione ante omnia reparanda

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quæ vero poſt appellationem interpoſitam, ante definitivam innovantur.*

Quæ attentata pendente appellatione reparanda

Non dicit de medio tempore, quia illud non attenditur in interlocutoria. Gemin. C. M.

De eadem materia remiſſio.

Ad hujus capituli interpretationem vide Adamum Thevenellum in commentar. ad conſtitutiones Regias. lib. 6. tit. 6. art. 1. ad verba *nonobſtant l'appel.* F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Poſt inhibitionem quod fuerit innovatum (licet cauſa appellationis non ſit vera, in priſtinum ſtatum reducendum.*

Attentata poſt appellationem ſunt reſtituenda.

Intellige proprie ut ſtat, etiam ſi appellatio in ſe ſit frivola. Gemin. C. M

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Poſt appellationem interpoſitam attentatum à tertio, per ſuum judicem, id eſt a quo, in ſtatum priſtinum reducendum.* Ibi. *Niſi attentatum à tertio juriſdictionem judicis impediret, tunc enim per modum attentati revocatur.*

Quando attentatum à tertio ſit reparandum

Et ſic eſt ratio, quia iſte tertius innovavit contra appellationem, non per ſe, ſed cum appellato. Panorm. ibi. ergo, ut dicitur ſtatim. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa eadem Ibi. *Cum igitur talis appellatio non pendeat ab eventu appellationis, ſed ſola pendentia appellationis ad revocationem ſufficiat, quidquid de appellatione contingat factum, ipſa pendente fuit legitime revocatum.*

De attentatis pendente appellatione ab interlocutoria non ſuffieit pendentia, ſed pendent ex eventu, niſi facta inhibitione. C. M.

Cap. 8. *Concertationi.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Intra decem dies, poſtquam ſciverit, appellet, ſcilicet in electionibus, poſtulationibus, & quibuſlibet extra judicialibus actibus.* Ibi. *Sciverit, & intelligo ſciverit non ſolum actum illum factum, ſed per illum ſe gravatum.*

Intra quod tempus ſit appellandum.

Idem Geminian. hic. Felin. cap. quoad conſultationem. in fine. de re jud. Philipp. Decius cap. nam concupiſcentiam. lect. 2. in fine. de conſtit. & conſil. 222. num 5. C. M.

Cap. 12. *Licet ab interlocutoria.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi *Per appellationem interpoſitam à definitiva revocari poteſt interlocutoria principali negotio præjudicans, aliàs non.*

Quando per appellationem à principali revocetur interlocutoria.

Amplio primo etiam ſi à dicta interlocutoria fuerit appellatum, & per judicem ad quem confirmata fuerit. Idem ſi appellatio deſerta fuerit, vel appellans acquieverit. Amplio ſecundò ut etiam per eumdem judicem principalis cauſæ; fallit, ſi illa interlocutoria conſenſu ſpontaneo partis lata fuerit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *In cauſa appellationis à definitiva, poteſt gravamen per interlocutoriam illatum, licite per judicem appellationis emendari.*

An in cauſa appellationis à definitiva emendari poſſit gravamen interlocutoriæ.

Et hoc eſt juſtum & æquum, quamvis in foro Gallico non ſervetur, & male. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *A definitiva quæ ultra decennium promulgatur.* Ibi. *Interlocutoria non tranſit in rem judicatam, quoad judicem principalis cauſæ; ergo nec quoad judicem appellationis, quin poſſit dare licentiam exceptionem repetendi.*

Ubi appellatur à definitiva interlocutoria in rem judicatam tranſire non poteſt.

Quia etiam ſi pars non petat, poteſt revocari, & debet. Philipp. Corn. conſil. 274. colum. finali. lib. 3. conſil 117. col. 2. lib. 4. Aymo conſil. 23. ad finem. C. M.

LIBER TERTIUS

TITULUS SECUNDUS.

De Clericis conjugatis.

Cap. unicum. *Clerici.*

TEXTUS. In Textu. in fine. *Clericos coniugatos in cæteris gaudere volumus privilegio clericali. Junctis præcedentibus in textu.*

Clerici conjugati nullo privilegio clericali gaudere debent.

In regno Franciæ, ſi exerceant mercantias & ſæculares ſtatus, nullo fori privilegio gaudent, ut conſtitutio Regia anni 1539. §. 4. C. M.

De clericis conjugatis exercentibus ſtatus ſæculares, & mercantias ad a[illegible] Molinæi locos & aliorum authorum remiſſio.

Et nota verbum in cæteris, propter ſequentia, de privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo. & de clericis mercantias exercentibus. Vide eumdem Molin. in ſtili Parlam. part. 3. tit. 44. §. 4. in verb. negotiationibus. & in 7. parte ejuſdem ſtili Parlam. arreſt. 6. in verb. vicarius. & in inſcript. cap. ex litteris. de vita & honeſt. cler. gloſſam pragmat. tit. de ſpectac. in Eccleſ. non faciendis in verb. mercantias negotiationes. & de denegato privilegio fori clerico exercenti officium Regium & ſæculare. vide eumdem Molin. part. 5. ſtili Parlam. quæſt. 235. in verb. non poteſt. Vide volumen ſecundum probationum ad libertates Eccleſ. Gallicanæ. cap. 27. art. 4. pag. 1084. & ſequ. F. P.

Jure Gallico quinam clerici privilegio clericali gaudeant.

Hic art. de cœlibum & conjugatorum privilegio ſtatuit fori reſpectu, ſed ut abuſibus obviaretur, novo jure Gallico Tonſura cæterique minores Ordines nullum fori privilegium dant clericis niſi beneficiatis, vel iis qui officiis aut miniſteriis deſerviunt Eccleſiaſticis in veſtitu clericali, edicto Ruſſilionenſi art. 21. & Molin. art. 40. faciunt quæ ſcribit Hoſtienſis ad cap. 1. de celebrat. Miſſ. apud Gregor. & expreſſit Conſuetudo Britanniæ recens. art. 4. ubi Argentr. ſed & uſu certiſſimo non obſtantibus iis quæ Molin. addit ad Alexandr. lib. 1. conſil. 8. nullis apud nos fruuntur privilegiis uxorati clerici. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Privilegium canonis ab Innocentio II editi in favorem totius Ordinis clericalis.* Ibi. *Numquid qui habebat reſcriptum ad vacatura antequam contraheret, mortua uxore, ſi poſtea vacat illa præbenda, poteſt petere, dic quod non, quia contrahendo matrimonium renunciavit per ipſum factum, & animum depoſuit.*

Uxoratione deficit expectativa, nec mortua uxore reviviſcit in viduis.

Et facto renunciat quis juri, de his quæ fiunt à majore parte capituli. ex ore. cod. de jure dominii impetrando. leg. 2. & ita tenet Paul. in leg. ſi à primo. de liber. & poſthum. C. M.

Quælibet expectativa vel leviori irregularitate extinguitur.

Quia quælibet expectativa eſt tantum diſpoſitio ad quærenda beneficia nec jus in illis adquirit, ſive ad rem: ea autem diſpoſitio vel præparatio vel minima & leviori irregularitate extinguitur, ut docet Molin. ad regul. de infirmis. num. 397. & ibi *Louet* in notis & cenſur. ibidem. gloſſa. pragm. ſanct. tit.

Source : BIU Cujas

In id arreſtum Senatus Pariſienſis.

de collat. §. illi vero. in verb. relligioſis. in addit. Probi. 4. in nota marginali, ibi. dicendum quod nominatio per regularem profeſſionem non fuerit extincta conſilium dedi expungendi negativam ſecundum ſententiam hîc propoſitam, quod variis decretis Curiæ Pariſienſis confirmatum eſt altero de die Jovis 6. anni 1646. perorantibus Guidone *de Maſſac*, & Ludovico *du Bois*, ex ſuffragio Hieronymi Bignonii Advocati Catholici in publicis cauſarum actionibus. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel præbenda.

Cap. unicum. *Conſuetudinem.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Diſtributiones quotidianæ ſolum præſentibus qui interſunt divinis, dari debent, conſuetudine non obſtante.*

Quænam dicantur diſtributiones quotidianæ & manuales.

Tales non ſunt niſi quotidie diſtribuantur. Philipp. Decius conſil. 280. C. M.

Diſtributiones quotidianæ hic recenſentur per plures authores ad quos remiſſio.

Decius poſt Geminianum dicit quotidianas eas eſſe diſtributiones, quæ re & actu diſtribuuntur, quare hîc locus intelligendus eſt de diſtributionibus quæ ejus naturæ ſunt ut quotidie diſtribui poſſint, & debeant, quia de modo, loco, & tempore diſtribuendi uſus locales, conſuetudines, & capitulorum ſtatuta non improbantur, hîc de his diſtributionibus Rebuff. ad concord. tit. de collat. §. 1. verbo diſtributionum. Chopinus de ſacra polit. lib. 3. tit. 3. G. D. P.

De ea materia diſtributionum quotidianarum ad authores remiſſio.

Vide in id gloſſam pragm. ſanct. tit. quo tempore quiſque debet eſſe in choro. §. jubet etiam. in verb. diſtributiones. Ivo Carnot. epiſt. 219. F. P.

TITULUS QUARTUS.

De Præbendis & Dignitatibus.

Cap. 2. *Licet Eccleſiarum.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Beneficiorum apud Sedem Apoſtolicam vacantium, ſpecialius cæteris, antiqua conſuetudo Romanis Pontificibus reſervavit. Juncto cap. inter cætera. de præbend. apud Gregor. & inſcriptione hujus capituli Clemens III. alias IV.* Ibi. *Antiqua conſuetudo.*

Origo vacationum in Curia traditur, & ut locum non habeat per reſignationem in manibus ordinarii Romæ exiſtentis.

Imo ſatis recens uſurpatio patet, quia etiam poſt obitum Clementis III. authoris hujus cap. non erat pro jure recepta; alioquin Cæleſtinus III. ſucceſſor dicti Clementis declaraſſet nullam collationem ordinarii, de qua in cap. inter cætera. ſupr. eod. & ſic nunquam fuit pro jure recepta, niſi poſt editionem libri ſexti, ſi tamen reſignetur in manibus ordinarii in curia exiſtentis, non vacat in Curia. C. M.

Reprehenſio Molinæi in hac nota, ſed an juſta in junctione cap. inter cætera. de præbendis. cum hoc cap.

Pluribus in reſervationes beneficiorum vacantium in Curia Molin. inclamat ad reg. de infirmis. reſign. num. 171. 172. 173. ſed in pluribus fallitur; primò jungens hoc cap. 2. de præb. in 6. cum cap. inter cætera. de præbend. eod. tum quia in cap. inter cætera. non agitur de beneficiis in Curia vacantibus, tum quia licet in Curia ex cauſa permutationis fuiſſent reſignata, tamen permutatione non ſortita effectum, non vacaſſent in Curia. Rota in antiquis. tit. de rerum permutat. deciſ. 4. ſecundò male Molin. aſſerit primùm Bonifacium VIII. ſtatutum de beneficiis in Curia vacantibus in formam & neceſſitatem juris communis reduxiſſe, idque Gregorio IX. in decretalibus omiſſum: refert enim Gregorius IX. decretalem III. præbendam Eccleſiæ Cremonenſis vacantem per obitum H. in Curia G. illius nepoti contulit, vultque ſuam executioni mandari conceſſionem, niſi proviſus eſſet de criminibus publice diffamatus. Cum ergo Cæleſtino III. qui Clementi III. ſucceſſerat, Innocentius III. ſuc-

Inquiritur an in veſtigia & exempla vacationis in Curia antiquiore hocce cap. & in cap. accedens. de accuſat. in decretalibus.

ceſſerit: vides enim præbendam in Curia vacantem contuliſſe, neque audiendum eſſe Molinæum differentia in hoc caſu inter præventionem & reſervationem conſtituentem ad reg. de infirmis reſignant. num. 172. At ſi in cap. ſtatutum. 7. hoc noſtro titulo, quo Gregorius X. cap. 2. interpretatur, & limitat verba hæc *Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri*, de Clemente hujus nominis proximiore, intelligas, cap. 2. erit Clementis IV. cui idem Gregorius X. immediate ſucceſſit, juxta antiquos ut notatur ad cap. 1. hoc tit. unde ſequitur primum de beneficiis apud Sedem Apoſtolicam vel in Curia vacantibus collationem ab Innocentio III. d. cap. accedens. de accuſat. emanaſſe. G. D. P.

Inquiritur in ſi quis fuerit author. cap. licet. 2 de præb in 6. an Clemens III. an IV.

Prima origo vacationum in Curia & praxis tribuitur Innoc. III. in cap. accedens. de accuſat.

De vacatione in Curia, vel apud Sedem, quæ tamen ſunt diverſa, vide eumdem Molin. in not. ad cap. inter cætera. 17. in caſu. de præbend. apud Greg. & ad cap. ſi electio. 26. in gloſſ. verb. integrum. ibi curia. de elect. in 6. & ad reg. de infirmis. num. 176. & num. 406. Adde & Gregor. Tholoſ. inſtit. benef. cap. 24. & Guid. Conchil. in memorialibus poſthumis reformat. ſtatus Eccleſ. pag. 66. & in tractat. poſthumo lib. Eccleſ. Gall. pag. 26. & 27. ubi de utraque vacatione in Curia, & apud ſedem abunde tractaverunt; ex quibus collige vacationem apud Sedem latius patere quam vacationem in Curia: vacatio enim in Curia eſt eorum qui in Curia Romana vel extra eam, intra duas diætas decedunt, vacatio autem apud Sedem eſt omnium beneficiorum Summo Pontifici reſervatorum per regulas Cancellariæ, vel reſervationes Apoſtolicas, quæ tamen hodie locum non habent, vel propter decreta de reſervationibus ſublatis, tum in concilio Baſileenſi, tum in pragmatica ſanctione edita, tum in concordatis Bononienſibus repetita, in eod. tit. de reſervat. ſublat. vel etiam propter decretum ſacri concilii Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 19. unde hodie ſola vacatio in Curia, tanquam in corpore juris clauſa permanſit, omnibus aliis apud nos oblitteratis, de quo te monitum volui ne aliàs requiras. F. P.

De vacatione beneficiorum in Curia remiſſio ad alios Molinæi locos & authores.

Differentia notatur inter vacationem in Curia & apud Sedem.

Reſervatio vacationis apud Sedem hodie non ſervatur.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Nec aliquis eadem conferat præter Romanum Pontificem, ſive jure ordinariæ poteſtatis ad eum collatio pertineat.* Ibi. *Unde receptum per hoc, Papam non conferre in curia beneficia quæ pertinent ad præſentationem laicorum, ſed eadem ratione non conferet quæ pertinent ad præſentationem Eccleſiarum, vel monaſteriorum, vel monachorum.*

Decreta de reſervationibus ſublatis.

Sola vacatio in Curia hodie ſervatur.

Glossa.

Beneficia juris patronatus laicorum non vacant in Curia, nec etiam juris patronatus Eccleſiaſtici per hanc gloſſam, quæ valde notanda.

Hoc eſt indubitatum. Gemin. hîc. Felin. in tract. quando litteræ Apoſtolicæ præjudicent patron. in principio. quomodocumque, etiam ſi ex privilegio competat illud jus, quidquid dicat Roch. Curt. in tract. de jure patron. verſ. competens num. 56. tetigi in reg. Cancell. de infirmis. num. 34. ſed in patronis clericis, communiter tenent contrarium, & ita de facto obſervatur, ut vacent in Curia: tamen de jure contrarium verius eſt, tum per hanc gloſſam, tum per gloſſam in cap. ultimo. ſupr de elect. nec veriſimile eſt per hoc cap. ſolemnia d. cap. 1. [a] ſublata. C. M.

Uſus & praxis vacationis in Curia beneficiorum juris patronatus tum laici, tum Eccleſiaſtici.

[a] Credo legendum ultimi de quo proxime locutum in nota Molinæi, quod & magis congruit notæ Molinæanæ, ut & alteri ab eodem Molinæo adſcriptæ ad conſtitutionem Divi Ludovici IX. anni 1228. relatam in tertia parte ſtili Parlamenti. tit. 3. de elect. §. 1. in verb. patroni. ubi addidit in margine. *Intelligit etiam de Eccleſiaſticis, quorum curam poſteriores Reges male abjecerunt*: & in fine ejuſdem notæ addit, *ſic Carolus Sextus infr. titul. 37. patronos inferiores ſua conſtitutione munivit*, & inde forte emanavit quod obſervatur in Ducatu Britanniæ, quem patriam obedientiæ vocant, in qua viget regula Papæ Clementis VIII. de menſibus &

Emendatio citationis cap. 1. vel ultimi de elect. in nota Molinæi.

Confirmatur beneficia juris patronatus ſive laici ſive Eccleſiaſtici non ſubeſſe reſervationibus.

Source : BIU Cujas

Probatur variis decretis Magni Consilii beneficia juris patronatus sive etiam Ecclesiastici non subesse reservationi regulæ de mens. & alternativis.

alternativis, ut beneficia juris patronatus etiam Ecclesiastici reservationi ejusdem regulæ mensium non subjaceant, quod variis præjudiciis Magni Consilii confirmatum est, & maxime uno de die 20. Julii anni 1627. litigantibus Capitulo Nannetensi ex una parte, & cognominatis *Yvert*, *Ponceau* & *Baudouin* ex altera, non obstante altero decreto ejusdem Consilii in contrarium prolato, quod & hodie constantis juris & usus quotidiani esse dignoscitur. F. P.

Cap. 3. *Statutum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Beneficia in curia vacantia, post mensem, à die quo vacaverint, numerandum, conferre valeant ordinarii.*

Papa intra mensem conferre debet beneficia in Curia vacantia, & à quo tempore mensis numerandus, & quod non repetenda ea collatio.

Hoc tempus currit indistincte, etiam vacante Sede, quidquid dicat glossa. Idem si Papa interim contulerit, sed nulliter. Idem si valide, sed collatarius repudiavit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Post mensem, à die quo vacaverint, numerandum.* Ibi. *Per hanc decretalem reditur ad jus commune, extendenda est igitur, ut de facili ad suam naturam redeat.*

Reditus ad jus commune favorabilis, & ideo restringenda vacatio in Curia.

Idem Gemin. Philipp. hîc. & omnes. Felin. cap. cum accessissent. column. 2. de constit. Alex. consil. 75. num. 5. Ludov. Gomes. cap. 1. num. 71. supr. eod. de constit. C. M.

Cap. 4. *Quamvis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Usque ad certam summam providerí dum mandamus, non in pensione.* Ibi. *Quia forma mandati est servanda.*

Inde concludo pensionem non venire nomine beneficii, in executione mandatorum.

Hæc glosa in primo dicto est vera, sed in secundo non; quia si non valet provisio in minori, fortius nec valet in majori, saltem eadem ratione taxationis & limitationis gratiæ sic qualificatæ. Archidiac. Gemin. hîc. Cardin. Florent. clement. 1. quæst. 7. de concess. præbendæ. Adde Felin. cap. ad aures. de rescript. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Mandatum ut provideatur in aliqua Ecclesiarum civitatis, cathedralem Ecclesiam sub hac generalitate Ecclesiarum civitatis volumus includi.* Ibi. *Vnde in hoc casu per communem formam in cathedrali vel aliàs providere tenebitur.*

An generali expressione Ecclesiarum civitatis, Ecclesia cathedralis veniat, necne.

Transit Domin. cum glossa; adde gloss. pragm. de collat. §. item censuit. verb. cathedralibus. Math. Pacus tractatu de mandat. parte 5. conclus. 12. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ad cathedralem Ecclesiam mandatum hujusmodi se non extendit.* Ibi. *Et videtur Papa solum Canonicos & ipsorum excepisse præbendas, satis credo.*

De eadem materia quæ supra.

Vide gloss. pragm. sanct. de collat. §. non tamen. vers. præbendas. & Joann. Selva in tract. de benefic. part. 3. quæst. 11. num. 47. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Sed pone impetravi provideri mihi in Ecclesia sancti Petri Bononiensis, non est alia sancti Petri quam cathedralis, numquid in ea providebitur; videtur propter stilum Curiæ gratia subreptitia, quia in cathedralibus non solet exprimi nomen sancti, redeundo ad stilum Curiæ.*

In cathedralibus Ecclesiis non exprimitur nomen sancti secundum stilum Curiæ Romanæ.

Qui patet de elect. in antiquis. dudum. 1. & 2. & cap. Cumana. & cap. sacrosancta. cum simil. Joann. Andr. Gemin. Philipp. hîc. gloss. pragmat. de sublat. clement. litteris. vers. Basileensi. Felin. cap. cum accessissent. colum. 1. de constit. Aymo. consil. 114. num. 13. C. M.

Cap. 5. *Cum de beneficio.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Saculare dicitur beneficium, quod tanto tempore, ab uno, vel pluribus sæcularibus clericis, in eodem institutis, pacifice extitit gubernatum ut præscriptio legitima sit completa, quamvis religiosi ante, vel post quandoque ministraverint in eodem. Et in additione ad hunc textum post verba de Ancharano. Fontan.*

Quænam dicantur beneficia regularia vel sæcularia ex præscriptione & cujus temporis.

Adde Calderin. consil. 1. de consuet. Cardinalis clement. 1. in fine principii. de suppl. neglig. præl. C. M. Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quando scribitur, ut provideatur de aliquo prioratu alicui clerico sæculari, provideri non potest de prioratu, qui per religiosos juxta modum præmissum est solitus gubernari.*

De eadem materia quæ supra.

Cum observantia regulari. Gemin. C. M.

Sed in dubio, quis status Ecclesiæ præsumi debeat, an sæcularis, an regularis, vide Lapum in hocce cap. cum de beneficio. 5. de præb. in 6. num. 6. ubi concludit quod præsumi debeat sæcularis, propter rationes ibi expositas de primævo statu Ecclesiæ qui fuit sæcularis. Philipp. Probum ad glossam Joann. Monach. Cardinal. ibidem. num. 5. Vid. Conchil. in posthum. memorial. reformat. status Ecclesiastici pag. 138. editionis anni 1650. apud viduam Joan. *Guillemot*, & quod præscriptione quadraginta annorum status beneficii immutatur, & renovatur de regulari in sæcularem. Vide eumdem Probum in addit ad hocce cap. & glossam Joannis Monachi, num. 4. Dom. *Louet* in not. & censur. ad commentar. Molin. ad regul. de publicandis. num. 440. & eumdem Probum in addit. ad gloss. pragmat. sanct. tit. de collat. §. statuit. in verb. curatorum. ubi idem dicitur de præscriptione conventualitatis. F. P.

Quis præsumatur status in beneficiis an sæcularis an regularis.

Longa possessione potest immutari status beneficii.

Cap. 6. *Super eo.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Habere personatum cum cura, & prædendam cui annexa est parochialis Ecclesia, non est contra concilium generale.*

De curatis primitivis hic dicitur, & quinam dicendi.

Vide Anchar. consil. 94. Felin. cap. in nostra. corollar. 33. de rescript. secus dico si ipsum principale beneficium est originaliter curatum, ut quando Prior habens vicarium perpetuum, potest, vel debet aliquot festis curam exercere. C. M.

Aliud est debere curam exercere, aliud posse, quæ confundere non debuit Molin. cui concedo Priorem habentem vicarium perpetuum esse curatum actu, si debet festis aliquibus curam exercere, cum ad illud sit obligatus exercitium: at cum verbum potest affirmative prolatum nullam importet necessitatem, sed meram facultatem ex eod. Molin. in Consuet. Parisiens. art. 1. gloss. 3. num. 2. dico Priorem qui potest aliquibus festis diebus curam exercere, non esse curatum actu, sed habitu tantum, quare appellatione beneficii curati non venit dictus prioratus, quoad pœnam & dispositionem cap. de multa. de præb. apud Greg. & extravag. execrabilis Joann. XXII. ait Hoieda de incompatibilitate benefic. part. 1. quæst. 16. num. 16. G. D. P.

Distinctio inter verbum *potest* vel *debet* aliquot festis diebus curam exercere levior videtur in determinatione faciēda curati actu vel habitu.

Bene hîc. Dom. G. D. P. distinguit verbum *potest* à verbo *debet*, posterius est obligativum, secus de priori, cujus sententiæ facilius] accedo, quamvis conjunctio utriusque verbi non sit improbanda. F. P.

Nihilominus probatur hic distinctio Dom. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum hoc generali concilio non obviet, dispensatio necessaria non existit.* Ibi. *In præbenda & dignitate requiritur dispensatio Episcopi, nisi consuetudo Ecclesiæ aliud induceret, ut illa sine dispensatione de jure simul teneri possint.*

In dignitate cū præbenda in eadem Ecclesia obtinenda, solius Episcopi dispensatio est necessaria.

Placet doctrina Fontan. imo talis consuetudo non valet. Panorm. repetit. cap. si vero. cap. extirpandæ. column. 17. supr. eod. C. M.

Imo non est necessaria dispensatio, cum ex generali consuetudine regni Galliæ sit inductum, ut dignitates vel personatus Ecclesiarum cathedralium, vel collegiatarum Regni, non possint conferri nisi alicui Canonico de gremio existenti, vel saltem canonicatum ad effectum habenti, unde & ipsis concordatis Bononiensibus tit. de reservationibus sublatis remansit facultas & potestas Summo Pon-

Dignitates Ecclesiarum cathedral. vel colleg. de usu regni Franciæ non possunt teneri absque canonicatu vel reali vel ad effectum & quod talis creatio concordatis reservetur S. P.

Source : BIU Cujas

tifici conceſſa creandi canonicos ad effectum conſequendarum dignitatum: & de hac conſuetudine regni Gallicani, vide gloſſam pragmat. ſanct. tit. de collat. §. ſi quis. in verb. ſimiliter. & §. item cenſuit. in verb. requireret. & addit. Probi 1. Rebuff. in concordat. tit. de reſervat. ſublatis. in principio. & in tit. de collat. §. præfatique ordinarii. in verb. dignitates. & in tract. nomin. quæſt. 15. num. 38. F.P.

De uſu & praxi regni Gallicani circa hanc neceſſitatem conferendi dignitates canonicis vel realibus vel ad effectum, ad locos & authores remiſſio.

Cap. 11. *Si clericus.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si clericus cui mandabatur provideri de prebenda primò vacante, negligit petere præbendam debitam, extincta eſt gratia.*

Mandatum expirat negligente eo qui obtinuit proſecutionem.

Ampl. Calderin. conſil. 17. eod. tit. Geminian. conſil. 108. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa. verb. *Si præbendam ſibi debitam petere omittat, aliam poſtmodum nequibit, prætextu talis mandati petere.* Ibi. *Sed ſi neglexi petere debitam, & adhuc alii collata non eſt, dico quod adhuc illam petere poſſum.*

Qui mandatum obtinuit, quanquam neglexerit proſecutionem gratiæ, nondum tamen repletam præbendam petere poteſt.

Idem Ægid. Bellam. deciſ. 728. C. M.

Cap. 12. *Hi qui authoritate.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Eum qui ad mandatum Legati, authoritate Apoſtolica ad id ſpecialiter conceſſa, receptus eſt, authoritate Apoſtolica receptum dubium non eſt.* Ibi. *Cum prima & ſecunda conceſſio ſint ejuſdem naturæ & formæ.*

Admiſſus authoritate Legati, admiſſus dicitur authoritate Apoſtolica.

Et ſic ubi ponitur nova qualitas, non dicitur prorogatio ejuſdem. Felin. Philipp. Decius cap. de cauſis. cap. 2. de offic. deleg. Philipp. Decius leg. lecta. colum. 3. ſi certum petat. Bald. conſil. 436. lib. 1. Alex. conſil. 151. num. 2. lib. 6. C. M.

Cap. 14. *Dudum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Fratri noſtro S. Præneſtino Epiſcopo, quem ad partes Gallicanas deſtinavimus, conceſſa poteſtate recipiendi reſignationes beneficiorum.*

Legatus à Latere poteſt de ſpeciali mandato admittere reſignationes.

Et ſic ſi erat miſſus ſed à Latere, poſſet ſpeciali mandato. cap. 1. ſupr. eod. de officio Legati. C. M.

Legatus regulariter non poteſt admittere reſignationes,

Aliàs non poſſet, quamvis crederetur habere jus & poteſtatem admittendi, ſi in facultatibus ipſi demandatis id ſpecialiter non fuerit expreſſum, ut probatur in ſtilo Parlam. parte 7. arreſt. 85. & ibi Molin. in verb. collatio per Legatum facta canonica eſſet. F. P.

Cap. 16. *Cum in illis. §. Illis vero.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *In beneficii proviſione modus electivus non includitur, ſi alii modi providendi exprimantur.*

Generali providendi modo expreſſo, non venit electivus,

Aliàs ſecus. Geminian. hîc. Calder. conſil. 12. C. M.

Ibidem. §. *Si vero.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si de beneficio ad aliquorum collationem & præſentationem ſpectante proviſio injungitur facienda, non adjecto communiter vel diviſim in beneficio quoad collationem vel præſentationem alterius ipſorum tantum pertinet, adimpleri non poteſt.*

In mandato ad beneficia ad collationem quorumdam ſpectantia, omiſſa clauſula *coniunctim* vel *diviſim*; veniunt tamen ſpectantia ad collationem Epiſcopi, vel capituli diviſim, juxta formam concordatorum.

Tamen quamvis hæc clauſula non ſit in mandatis, de quibus in concordatis inter Leonem X. & Franciſcum I. tamen veniunt beneficia ad ſolum Epiſcopum ſpectantia, ſicut & ad ſolum Capitulum, quia conſtat eſſe duos diſtinctos collatores, & ita conſului per octo rationes, quæ ſunt in conſilio meo, quamvis plures dubitarint. C. M.

De clauſula *tam coniunctim quam diviſim* ad locos & authores remiſſio.

Illud conſilium non eſt inter impreſſa, & de hujus clauſulæ *tam conjunctim quam diviſim* uſu in nominationibus, & inſinuationibus graduatorum, vide gloſſ. pragmat. ſanctio. tit de collat. §. ſtatuit. in verb. ſpectat. & ut neceſſaria & non omittenda in nominationibus graduatorum, & aliorum expectantium. Adde Matth. Pacum in interpretat. ad tit. de mandat. apoſt. part. 5. num. 99. & 103. Vide & eumdem Molin. in not. infra. ad cap. finale hujus tituli. F. P.

Cap. 17. *Si tibi abſenti.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Licet tibi abſenti collato beneficio, donec ratum habueris, ut tuum dici valeat, jus in ipſo beneficio non adquiris.*

Collato beneficio abſenti, ſi in Curia exiſtens repudiat non vacabit in Curia.

Unde non vacabit in Curia, ſi collatarius ibi exiſtens repudiat, ſed antiqua vacatio manebit. Gemin. Philipp. Franc. cap. præſenti. ad finem. eod. quod ſi reſignans interim moriatur. C. M.

Additio ad finem notæ ut ſenſus compleatur quæſtionis.

Videretur addendum ad finem hujus notæ quod ſi reſignans interim moriatur ante admiſſionem reſignationis, vel acceptationem reſignatarii, morte antiqui poſſeſſoris diceretur vacare beneficium. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ipſe tamen Epiſcopus, vel quicumque alius, niſi conſentire recuſes, ordinare nequibit.* Ibi. *Vel quicumque alius, puta Legatus de Latere.*

Collatione beneficii facta abſenti, collator pendente acceptatione collatarii, alteri conferre non poteſt.

Nec etiam Papa, ut dixi in reg. Cancellar. de infirmis reſign. num. 57. num. 68. quamvis contrarium dicat Guid. Pap. conſil. 48. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In perſonam alterius ordinare nequibit Junctis præcedentibus.* Ibi. *Numquid alteri poterit conferre ſub conditione ſi ille non acceptaverit.*

In collatione abſenti facta eadē pendente alteri ſub conditione ſi non acceptaverit conferri poſſit.

Gloſſ. ſequ. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Ibidem. verſiculo. *Sed ſi Epiſcopus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Aſſignato termino, ſi collatarius non conſenſerit, libere conferre cui voluerit poterit Epiſcopus.*

Collator non poteſt ſibi prorogare tempora cō, ferendi.

Infra reſiduum ſemeſtris, aliàs poſſet ſibi prorogare tempora. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Poteris tamen, antequam contulerit, etiam poſt terminum, tuum præſtare conſenſum.*

Etiam poſt terminum beneficium non collatum poteſt acceptari.

Scilicet re integra notificando, & ſic etiam ante devolutionem ad ſuperiorem, ut dixi in novis intellectibus in jus canonicum. C. M.

De acceptationibus beneficiorum abſentibus collatorum, tacitis, vel expreſſis,

De hujuſmodi acceptationibus beneficiorum abſentibus collatorum, tacitis, vel expreſſis, vide Didacum Covarruviam lib. 3. var. reſolut. cap. 16. num. 1. & Dom. *Louet* in not. & cenſur. ad Carol. Molin. de public. num. 199. ubi ample uterque tractat de vero intellectu hujus capituli ſi tibi abſenti. & adverte in nota Molin. citari novos intellectus in jus canonicum, qui ſunt inter libros ejus deperditos & eidem ſubreptos & ſubfuratos à perfidis Mont-bellicarſenſibus, de quo ſæpius conqueritur, & de quibus querelis ejuſdem refert Dom. Julianus Brod. in ipſius Molinæi vita ab eodem compoſita & edita. lib. 2 cap. 15. ubi refert de hiſce novis intellectibus in jus canonicum deperditis, ut plæriſque aliis ejuſdem operibus. F. P.

Nota de operibus Molinæi deperditis & eidem ſubreptis & ſuffuratis.

Cap. 18. *Eum qui.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Eum, qui beneficium, cui cura imminet animarum, vi occupat, decernimus ipſo jure privatum ſimili, quod cum cura primitus obtinebat.* Ibi. *Injuſte detinens beneficium, ſi alius impetrat, non facta mentione prioris, litteræ non valent, ne ſit melioris conditionis &c.*

Injuſta & violenta beneficii occupatio occupantem privat ipſo jure beneficio incompatibili quod juſte poſſidebat.

Gemin. hîc. & conſil. 141. Joann. Selva tract. de benefic. part. 3. quæſt. 11. num. 6. Petr. Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 256. C. M.

Hæc pœna privationis ipſo jure, & Conſtitutionibus Regiis eſt indicta, in id vide Adamum Thevenellum in commentariis ad Conſtitutiones Regias lib. 4. art. 6. ubi citat hoc capitulum, ſed non in verum & genuinum ſenſum: citat enim in eum ſolum ſenſum, quod vi occupans beneficium, ipſo jure ſit privatus beneficio, in cujus poſſeſſione & detentione vim admiſit, ſed non in eum, ut vis commiſſa in detentione beneficii, non tantum

Privatio poſſeſſorii beneficiorum vi occupatorum conſtitutionibus confirmata.

Source : BIU Cujas

Verus sensus hujus capituli & glossæ ejusdem traditur.

privet eo beneficio in quo vis admissa est, sed & juste obtento & possesso, si incompatibile erat vi possessum cum eo quod juste obtentum fuerat, ut utroque careat, altero per incompatibilitatem, altero propter vim commissam, quod utique verum est secundum hujusce cap. sententiam & glossæ ejusdem. F. P.

Cap. 20. *Si beneficia.*

SUMMARIUM. In Summario. *Si quis ignorans recipiat beneficium reservatum, vel à Papa alteri collatum, ex quo scivit illud dimiserit, recuperat priora beneficia propter illud dimissa, aliàs non.*

Dimittens beneficium nove adquisitum, propter quod vetera dimiserat, eadem recuperat post dimissionem.

Idem de jure ad rem. Gemin. consil. 78. colum. 1. C. M.

Illud probatur aliis authoritatibus ad quas remissio.

Inest enim in hoc negotio conditio resolutoria. de qua & de hujus cap. interpretatione vide Dom. *Louet* in notis & censuris ad Molinæum in regul. de publicand. resignat. num. 182. & 196. nec enim æquum esset ut careret utroque. F. P.

Ibidem.

CASUS. In Casu. Ibi. *Cum obtinerem beneficium incompatibile, Episcopus Pictavienſis mihi contulit aliud simile, cum non essem dispensatus per Papam, qui tamen prævenerat Episcopum in collatione ejusdem beneficii.*

De vacatione beneficiorum incompatibilium varie exequenda.

Secus si præventus fuisset ab ordinario, quia collatarius eligeret, juxta cap. de multa. extra. eod. & collatio Papæ nullo modo valeret, tamquam de beneficio repleto, nec convalesceret etiam priori beneficio elato, & isto secundo repudiato, per ea quæ dixi in regul. Cancellariæ de infirmis resignant. num. 37. num. 54. nisi collatarius jam habebat plura talia ex dispensatione repleta, ita quod collatio ordinarii ab initio ipso jure non valuerit. cap. ordinarii. supr. eod. de offic. ordin. C. M.

Cap. 21. *Non potest.* versiculo. *Illud autem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Indultum retinendi duo beneficia curam animarum habentia, intelligitur de duobus primis.*

De indulto retinendi duo incompatibilia & quomodo interpretandum.

Limitat Petr. Ancharan. consil. 404. C. M.

GLOSSA. Ibidem.

In Glossa verb. *Indultum ut quis duo beneficia curam animarum habentia, licite retinere possit.* Ibi. *Numquid per talem indulgentiam videtur concessum, ut in neutro resideat, dic quod in altero residere tenetur, resideat igitur in eo quod voluerit.*

Qui habet indultum duo curam animarum habentia retinendi eligere potest in quo resideat.

Gloss. singul. Panormit. in repetit. §. qui vero. cap. extirpandæ. de præb. colum. 25. & si una sit dignior, debet in ea residere, in alia vicarium ponere. Anchar. Gemin. hîc. C. M.

Sed ea omnia indulta & dispensationes retinendi plura beneficia curam animarum habentia condemnavit Constitutio Regia Blesensis art. 11. referente Domino Louetio ad Molin. de infirmis. num. 437. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. verb. *Quæ supra licite retinere possit.* Ibi. *Sed quid dices si in indulgentia cavetur dummodo in beneficio in quo non residet faciat canonice deserviri; numquid si hunc modum non servaverit, numquid dispensatio valet, & dic quod tenet dispensatio, quia hæc clausula non habet vim conditionis, sed potius admonitionis.*

Quæ vis & authoritas clausulæ *dummodo in altero in quo non residet faciat deserviri.*

Quia jungitur rei perfectæ. Geminian. Philipp. Franc. hîc. Cardin. Florent. clement. 1. in fine principii eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De duobus intelligitur quæ primum post dictum indultum contigit obtinere.* Ibi. *Per receptionem ergo tertii vacant duo prima.* Ibi. *Receptionem.*

Ut receptione alterius incompatibilis vacet primum debet receptioni juris accedere etiam receptio facti.

Scilicet facti, ut glossa clement. si plures. infr. eod. quia per solam collationem, quæ nulla est, non vacarent, cap. ordinarii supr. de offic. ordin. C. M.

GLOSSA. Cap. 22. *Si Apostolicæ Sedis.*

In Glossa verb. *Provisio Legati authoritate Apostolica confirmata debet aliis posterioribus etiam Apostolicis præferri.* Ibi. *Et per hoc patet quod per talem confirmationem acquiratur & augmentetur jus, quod talem confirmationem impetrans tenetur de prioribus beneficiis facere mentionem.*

Ubi provisio Apostolica confirmans addit novũ effectu, vel dispensationẽ, priorum beneficiorum mentio facienda.

Secus si novus effectus non induceretur. Gemin. Philip. Franc. hîc. Joan. Andr. ad Specul. de filiis presbyt. Oldrad. quæst. 214. Gemin. consil. 128. col. ult. Felin. cap. in nostra colum. 14. de rescript. Joan. Selva tract. de benefic. part. 3. quæst. 12. num. 19. Idem secus si non additur dispensatio dispensationi. Philipp. Decius leg. liberos. ubi dixi cod. de collat. limitat. Gemin. consil. 82. colum. 1. Anchar. consil. 131. C. M.

Cap. 23. *Si motu.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si ad petitionem alicujus gratiam faciamus, si beneficium quantumcumque modicum teneatur in ea, ipsam veluti subreptitiam vires nolumus obtinere.*

Ubi ad petitionem partis fit gratia, si beneficium vel modicũ taceatur, fit subreptitia.

Philipp. Corn. consil. 12. lib. 2. C. M.

Junge eumdem Molin. in not. ad cap. 27. postulasti. de rescriptis in gloss. verb. proventibus. de rescript. apud Greg. F. P.

Ibidem.

ADDIT. GLOSSÆ. In Addit. ad Glossam. Ibi. *Si Papa exprimit quod motu proprio gratiam largitus est, quamvis adversarius velit probare quod ad instantiam partis concessit, non audietur, quia esset Papam arguere de mendacio.*

Not. ad abrogationem clemẽt. litteris de probat.

Hæc ratio non valet. C. M.

Cap. 24. *Si pluribus.*

TEXTUS. In Textu Ibi. *Si pluribus in aliqua Ecclesia vacantibus beneficiis, Papa motu proprio præbendam contulerit, ad eam referri volumus, quam is cui contulerit, intra decendium duxerit eligendam.*

In mandatis Apostolicis executioni mandandis electio est collatoris sese mandato exsolventis.

Hoc non habet locum in regno Franciæ, quia mandata sunt ibi limitata ad formam cap. mandatum. de rescript. ultra quam formam ordinarii nequeunt gravari, & sic electionem habent. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si vero ad petitionem alterius gratia fuerit facta, ad eam volumus extendi, quam is ad quem spectat collatio, elegerit.* Ibi. *Quando est inæqualitas, in primo casu non potest conferri major, aut in secundo minor.*

Quis sit effectus motus proprii.

Non est verum, quia motus proprius facit ut non debeat restringi vel taxari, ut per Stephanum Bertrand. consil. 25. lib. 1. ergo non retorqueri contra impetrantem, quamvis Doctores transeant simpliciter cum glossa & male. C. M.

Cap. 26. *Si tibi concesso.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si Episcopo conceditur ut fructus beneficiorum vacantium percipiat, & postea beneficium curam animarum habens alicui simile habenti contulerit, quandiu fructus secundi perceperit, primum non debet reputari vacare.* Ibi. in addit. marginali. *Ergo istud secundum beneficium à se rejicere non poterit.*

In incompatibilibus obtentis electio est provisi intra primum obventionis annum.

Joann. Andr. Joann. de Lignano. Geminian. Philipp. Franc. hîc. sed quod toto illo anno habebit electionem, tenet Panorm. d. cap. de multa. colum. 5. Petr. Ancharan. consil. 328. col. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa principii Ibi. *Emanavit hæc decretalis ad declarationem decretalis de multa. supra eod. tit.*

Limitatio cap. de multa. de incompatibilibus ubi major pars fructuum percipitur.

Quam limitat Gemin. consil. 125. si quis percipiat majorem partem fructuum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Non debeat reputari vacare. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Sed quæro numquid iste teneatur ultra annum promoveri: & videtur quod non; quia non est adeptus possessionem integre, & hoc quidam tenent assertius.*

Supradictæ limitationis cap. de multa. infectio.

Joann. Monach. hîc. & ibi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa paulò inferius. Ibi. *Sed contra-*

Source : BIU Cujas

rium credo, & dico ex quo habet exercitium curæ animarum liberum, & pacificum, ad hoc ſupr. eod. lib. de elect. commiſſa. §. 1.

Limitatio ad ſuperiora.

Idem ibi Archid. & Gemin. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Cap. 27. *Cui non de Sacerdotali.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si mandetur de integra præbenda provideri, quamquam is pro quo ſcriptum, dimidia velit eſſe contentus, & de ipſa non poterit provideri.*

Limita ſi non cauſa taxationis. Gemin. conſ. 3. dixi in annotat. ad Philipp. Decium cap. cum in cunctis. in princip. num. 21. de elect. in cap. quia in tantum. num. 5. de præb. C. M.

De effectu clauſulæ taxativæ.

Cap. 28. *Licet Epiſcopus.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Illum tamen, cui contulerit te non vocato, non debebit in poſſeſſionem inducere corporalem ibi hinc eſt quod uſufructuarius uſufructu finito, non poteſt à quaſi poſſeſſione expelli.*

De devolutariis in poſſeſſionem non inducendis, niſi authoritate judicis.

Imo & interdictis etiam poſſeſſoriis conveniri ut plene dixi in Conſuetud. Pariſienſ. §. 30. num. 74. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Gloſſa. Ibi. *Et idem intelligo in omni caſu quo privatus eſt quis ipſo jure. Junctis præcedentibus.*

Etiam in vacationibus ipſo jure inductis.

Oldrad. quæſt. 226. Bald. conſil. 135. lib. 4. Lap. alleg. 101. allegat. 112. Roman. conſil. 212. Mar. Socinus. de citat. art. 5. num. 11. Curtius junior leg. finali. num. 22. cod. de pactis. Limitat Gemin. conſ. 86. in fine. C. M.

Uſus Galliæ circa devolutarios in poſſeſſionem non inducendos niſi ex ſententia pleni poſſeſſorii vel vindiciarum.

Huc aptari poſſit Regia Conſtitutio Bleſenſis art. 46. de non inducendis in poſſeſſionem beneficiorum ipſiſmet devolutariis, niſi ex ſententia adjudicatoria plenioris poſſeſſorii, vel vindiciarum aliàs recredentiæ. Adde & Ludov. Carond. lib. 1. reſponſ. juris cap. 48. & lib. 8. cap. 10. Dom. *Louet* in not. & cenſuris ad Molin. ad reg. de infirmis. num. 388. F. P.

Cap. 29. *Ei cui provideri.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Cui provideri mandatur ſimpliciter de præbenda proxime vacatura, ſacerdotalis conferri non poteſt.* Ibi. *Simpliciter non fuit dictum ſine myſterio: ſi enim diceretur non obſtantibus aliquibus, per quæ effectus gratiæ impediri valeat, hîc ſecus.*

Quis ſit effectus clauſulæ *non obſtantibus.*

Imo idem Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. hîc. quia per clauſulam *non obſtantibus ſtatutis non derogatur juri communi.* Felin. cap. nonnulli. colum. 30. late Albertus 1. ſtatutorum. quæſt. 147. Math. Pacus tract. de mand. part. 3. concluſ. 7. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si nondum in ætate tali exiſtat, quod poſſit ad ſacerdotium promoveri.* Ibi. *Non inſpiciens tempus datæ, ſed tempus vacationis; præterea hîc loquitur generaliter quod genus civiliter eſt intelligendum.*

De capacitate vacationis vel collationis tempore neceſſaria.

Idem videtur ſentire Domin. examinans gloſſ. & Panorm. cap. cum dilectus. ſupr. eod. quia hic non fuit ſubreptio ſecus in d. cap. ſi eo tempore. & ſic ſufficit hîc capacitas tempore collationis. C. M.

De eadem materia ad tractat. noſtrum de beneficiis Eccleſiaſticis remiſſio.

Hujus Molinæanæ prænotationis prima pars uſurpatur ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, ab his verbis *& hic ſufficiet capacitas tempore collationis.* & in id quando capacitas & idoneitas proviſi adeſſe debeat, an vacationis tempore, an collationis, an tempore datæ reſcripti & gratiæ conceſſæ, & de his plures authores citatos ad conciliationem capituli ſi eo tempore. de reſcript. in 6. cum hocce cap. ei cui provideri. Vide quod abundantius de ea materia expoſui in tractatu noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verba definitionis *idoneo.* cap. 1. de qualitatibus ordinandis vel beneficiandis neceſſariis. num. 7. & ſeqqu. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa ſequ. *Si nondum in tali ætate exiſtat.* Ibi. *Sed quid dices jam erat ſacerdos, licet nondum in ætate legitima numquid debeatur ſibi præbenda, videtur quod non.*

De pœna falſi ad privandum jure adquiſito in beneficiis, & idem de ordine ante ætatem ariepto.

Philipp. Franc. cap. licet canon. colum. 1. ſupr. eod. de elect. Idem Archidiac. Joann. Andr. hîc. citantes leg. eos. §. fin. ad leg. Cornel. de falſis. ubi falſo diplomate utens puniendus eſt. C. M.

Cap. 30. *Si pauper.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Ex mandato Apoſtolico expectans ex certa cauſa, ea deficiente, beneficium petere impeditur.*

Mandatum conditionale expirat deficiente conditione.

Staphil. de litter. Grat. forma 9. Math. Pacus de mandat. Apoſt. part. 2. C. M.

Illud quotidie refertur ad excluſionem Graduatorum ex cauſa repletionis. F. P.

Cap. 31. *Si à ſede.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non conſtat, primò poſſeſſio, deinde major prærogativa præfertur.*

De præventione Apoſtolica in graduatis admittenda, & alia prærogativa.

Fallit in graduatis & nominatis in regno Franciæ, quia Papa meram præventionem tantum ſibi reſervavit, ergo de ea prius conſtare oportet, quam eis præjudicet. C. M.

De eadem materia ad alios locos & authores remiſſio.

Ad elucidationem materiæ hîc & in ſummario & in nota expoſitæ, vide Dom. *Louet* & ejuſdem adnotatorem litt. M. num. 9. & authores ibi citatos. F. P.

Cap. 32. *Cum ſingula.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Prohibemus ne monachi pluribus prioratibus præeſſe præſumant.* Ibi. *Poteſt dici etiam non curatis.*

De ſingularitate beneficiorum in monachis ſervanda.

Idem Doct. hîc. Socin. leg. finali. in fine. de rebus dubiis. C. M.

De eadē materia ad authores remiſſio.

De incompatibilitate quorumcumque beneficiorum in monachis, vide eumdem Molin. in not. ad cap. de multa. in textu. ibi. hoc idem in perſonatibus. de præb. apud Greg. Dom. *Louet* ad Molin. in not. & cenſur. ad regul. de public. num. 62. Alph. Hoiedum Hiſpanum in tract. de compatibilitate & incompatibilitate beneficiorum. part. 1. cap. 22. de incompatibilitate duorum beneficiorum cujuſvis qualitatis in monacho ſeu relligioſo. per totum. F. P.

Ibidem. §. *Prohibemus.*

SUMMARIUM.

In Summario. *Prioratus Eccleſiæ, vel adminiſtrationes unius monaſterii, ſolitæ per ipſius monachos gubernari, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia alterius monaſterii monachis non committantur.*

Prioratus regulares debent potiſſimum conferri monachis ejuſdem monaſterii.

Gloſſa pragmat. ſanct. tit. de collat. §. ſtatuit. verb. relligioſis idoneis. C. M.

Mala citatio arguitur hîc.

Imo legendum §. illi vero. de quo in additione ad ſequentem notam Molinæi in qua plura de tranſlationibus monachorum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Non committantur niſi canonice transferantur. Junctis præcedentibus. Monachis alterius monaſterii vel ordinis.* Ibi. *Ad parem relligionem ex cauſa transferri poſſit.*

De tranſlationibus monachorum hîc agitur.

Idem gloſſa ſequ. leg. qui ſub prætextu. cod. de ſacroſanctis Eccleſiis. Lap. alleg. 128. Panorm. cap. non eſt. ſupr. de regul. Adde Roman. ſingul. 452. C. M.

De materia tranſlationum monachalium ad authores & locos ampliùs remiſſio.

De tranſlationibus monachorum vide eumd. Molinæum in comment. ad reg. de infirmis. num. 435. & ibi *Louet* à num. 32. ad num. 36. gloſſam pragm. ſanct. tit. de coll. §. cui rei. in verb. cui rei. aſteriſco 15. & §. illi vero. in verb. relligioſis idoneis. Guid. Conchil. in poſthum. tract. memor. reformat. ſtat. Eccleſ. pag. 95. F. P.

Cap. 33. *Cum in Eccleſiis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In receptione Canonicorum, & beneficiorum collatione, abſentes Canonici, ſi commode fieri valeat, ſunt vocandi.* Ibi. *Sed de quam remoto*

Source : BIU Cujas

loco vocentur, ſtatur conſuetudini: & dicebant quidam quod an vocentur vel non, ſtabitur conſuetudini. Ibi. *Dicebant quidam.*

An in receptione Canonicorum vocandi ſunt abſentes & quomodo, ut in collatione communi.

Scilicet Petrus de Senis. extra. de elect. Cumana. & Ægid. ut refert Joan. Andr. extra. de elect. venerabilem. in novell. ubi eos refellit gloſſa ſuam. de qua hîc. C. M.

Cap. 34. *Præſenti.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Loca vicina curiæ intelliguntur, quæ non exiſtunt ultra duas diætas legales (quas hoc caſu ſpecialiter volumus computari.* Ibi. *Si hoc ſpeciale eſt: ergo ipſius contrarium eſt generale.*

De diætis legalibus & vulgaribus ſervandis, & ubinam.

Scilicet diætas legales attendi. Gemin. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Cap. 35. *Si Apoſtolica Sede.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si Apoſtolica Sede vacante, parochiales Eccleſias vacare contigerit, per eos ad quos pertinet, poſſit libere ordinari.* Ibi. *Speciale ſit in eis, propter curam, in aliis ergo jus antiquum remanet.*

De parochialibus Eccleſiis jure ordinario diſpenſandis in Curia tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ.

Idem Archidiac. Joann. Andr. Geminian. & alii. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Gloſſa. Ibi. *Et per hac ſatis patet quod in aliis non currit menſis ſede vacante: currit tamen ignoranti, ut ſupr. eodem titul. & lib. cap. Statutum.*

De menſe collationi vacante in Curia præfigendo, currente etiam tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ.

Canoniſtæ Papæ ſuo faventes ſequuntur, ſed falſum eſt, & indiſtincte etiam vacante ſede currit menſis, quia d. cap. ſtatutum. ſupr. eod. non diſtinguit, & favorabile eſt, nec reſtringendum, ſed potius extendendum, ut nove dixi in reg. Cancell. de veriſim. notit. num. 54. num. 72. C. M.

De eadem materia vacationis in Curia reſtringendæ ad alios Molinæi locos remiſſio.

Idem Mol. ad cap. ſtatutum. ſupr. eod. hoc tempus currit indiſtincte, etiam ſede vacante, quidquid gloſſa dicat. Idem ſi Papa interim contulerit, ſed nulliter. Idem ſi valide, ſed collatarius repudiat, quod & hîc junge & quod habet idem Molin. ad reg. de infirmis. num. 21. & num. 168. & ad regul. de veriſim notit. num. 69. F. P.

Plura hic de reſervationibus obſervatis & admiſſis vel non, & de earumdem duratione.

Præmittendum eſt primò reſervationum alias eſſe in corpore juris expreſſas, alias per cancellariæ regulas, has revocatas eſſe in Francia, illas ſtare Rebuff. ad concord. tit. de reſervat. §. volumus. Molin. ad reg. de infirmis. num. 21. num. 337. ad reg. de veriſim. notit. num. 66. à quo juris corpore ſanctio pragm. tit. de reſery. extravagantum reſervationes excludebat. Secundùm aliud reſervare ad Sedem Apoſtolicam vel curiam, aliud reſervare Papæ. Primo caſu morte Papæ reſervationes non expirant; ſecundo expirant. Simonetta de reſervat. quæſt. 47. Doctor. ad cap. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. quod intelligendum eſt de jure. Reſtituuntur enim extravagante Pauli II. ad Romani Pontificis. de præbend. & reg. 9. Cancell. ſed hæc reſtitutio nihil ad Galliam. His adnotatis conſtat reſervationem beneficiorum in curia vacantium eſſe in juris corpore clauſam. cap. 2. hoc tit. relatione facta ad Sedem Apoſtolicam & curiam, non reſpective ad Papam, tum cap. 3. ſtatutum. cap. 34. præſenti. hoc cap. 35. ſi apoſtolica. eod. tit. ad illius capituli ſtatutum. emanaſſe interpretationem, ampliationem, vel limitationem: cum igitur ſive reſervatio, ſive affectatio per manus appoſitionem eſſet indefinita, ut perpetuo ſtaret, etiam omnium reſpectu beneficiorum, ad menſem à die vacationis limitata eſt cap. ſtatutum. ut eo elapſo menſe poſſent ordinarii beneficia qualiacumque reſervata conferre, licet vacationem ignoraſſet Papa; & quia morientium in curia, vel in locis curiæ vicinis reſervata ſunt, vicinitas intra duas diætas determinata fuit cap. præſenti. atque cum non expediat parochiales Eccleſias diu paſtoribus eſſe viduatas, ſi infra menſem vacationis Eccleſiæ parochialis reſervatæ per vacationem in curia moriatur Papa, definitum eſt Sede vacante hanc non amplius eſſe reſervatam, ſed poſſe ab ordinario conferri d. cap. ſi apoſtolica. quod ſive ratione ſive authoritate Molinæus ampliat ad omnia beneficia, quoniam inquit cap. ſtatutum. favorabile eſt, quod verum eſt in ſua diſpoſitione de omnibus beneficiis poſt menſem. At quemadmodum Gregorius X. cap. ſtatutum. temperavit, & limitavit deciſionem Clementis III. in cap. 2. quoad tempus vacationis ad menſem. Ita Bonifacius VIII. in cap. ſi apoſtolica. deciſionem Gregorii X. in cap. ſtatutum. nova limitatione potuit interpretari, ne menſis Sede vacante parochialium Eccleſiarum expectaretur reſpectu, quod uterque potuit, & quidquid dicat Molinæus favorem Bonifacii VIII. ampliavit; ac quamvis diſpoſitio cap. ſtatutum. locum ſibi vindicet, ſive Papa vacationem ignoravit ex gloſſa, ſive ſciens nulliter contulerit, ſive valide, & collatarius repudiarit ex Molinæo, non tamen idem idcirco dicendum caſu quo Sedes vacavit ex eadem gloſſa ad cap. ſtatutum. ad cap. ſi apoſtolica. cum qua Doctores omnes tranſeunt, excepto ſpeciali caſu vacationis Eccleſiarum parochialium, quarum proviſio dilationem non patitur: regulariter namque mors non eſt obligationis tollendæ cauſa, ſive ex parte ſtipulatoris. §. ex conditionali. inſtit. de verb. obligat. ſive ex parte promiſſoris. leg. 57. dig. eod. quo argumento dici poteſt mortem ſuperioris non tollere jura, nec abrogare conſuetudines quibus ligantur ſubditi, hincque dicendum vacante Sede non potuiſſe collatores ordinarios intra menſem Eccleſias parochiales contuliſſe obſtante dicto cap. ſtatutum. niſi id Bonifacius VIII. ſtatuiſſet cap. ſi apoſtolica. G. D. P.

Reſtrictio vacationis Reſtrictio vacationis in Curia intra menſem & in morientibus Romæ vel intra duas diætas.

An diſpoſitio cap. ſtatutum de præbend. in 6. reſtringentis vacationem in curia ad quælibet beneficia ſit extendenda.

Cap. 38. *Quamvis.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quamvis tali poteſtatem dederimus conferendi beneficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium.* Ibi. *Sed numquid conferre poterit beneficia quæ vacant per uxorationem clerici, vel per adeptionem epiſcopatus, credo quod talia conferre non poterit, cum potius privatione juris, quam renunciatione vacent.*

Collatione beneficiorum cedentium vel decedentium conceſſa, non venit niſi vacatio naturalis per mortem vel reſignationem, extraordinaria quælibet.

Idem Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. & omnes, & tamen adde quæ dixi in reg. Cancell. de infirmis. reſign. num. 114. C. M.

Cap. 39. *Si is cui.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si is qui gratiam de canonicatu obtinuerat, conſtitutionis Bonifacianæ revocatoriæ tempore, canonicatum dignitati non annexum fuerat adeptus, propter expectationem dignitatis privatus non intelligitur obtentis canonicatu & præbenda, vi ejuſdem expectationis.*

Quis effectus revocatoriæ conſtitutionis in expectantibus.

Secus ſi ſolum canonicatum, ut probatur in ratione ſequenti, quia licet habeat jus in canonicatu, tamen reſpectu hujus revocationis non dicitur habere niſi jus ad rem: & ſic conſideratur præbenda, aliàs nihil operaretur revocatio, quia ſi res eſſet omnino integra, frueretur ipſa morte. cap. ſi cui nulla. ſupr. eod. Adde Philipp. Decium conſil. 168. C. M.

Cap. 40. *Quodam.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Obeſt revocatio gratiæ præbendam expectanti, & decreti interpoſitio etiam ignoranti.*

Differentia decreti Apoſtolici vel Legati, in ligando ignorantes.

Secus in decreto Legati, quod non ligat ignorantes. Alexandr. conſil. 90. lib. 7. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Priori gratia facta à Nicolao Papa, Cæleſtinus ſucceſſor ſecundam gratiam fecit, quam voluit anteferri, cum interpoſitione decreti.*

De clauſula Apoſtolica quæ dicitur *anteferri*.

Nec ſubauditur clauſula *ſi ille ſecundus uti velit aut poſſit*, & de clauſula *anteferri*, vide Felin. cap. cauſam quæ. colum. 15. de reſcript. C. M.

De hac clauſula *anteferri* condemnata in Gallia, vide Dom. Pithœum in collectione libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, art. 53. & in eum commentarium DD. Putheanorum fratrum, & remiſſiones in margine

De clauſula *anteferri*, & de ejuſdem uſu ad authores remiſſio.

Source : BIU Cujas

gine ejuſdem articuli & commentarii ad probationes earumdem libertatum Eccleſiæ Gallicanæ. & quis ſit hujuſce clauſulæ uſus ſecundum ſtilum Curiæ vide eumdem Molin. in not. ad caſum cap. authoritate. infr. de conceſſ. præb. F. P.

Cap. 41. *Mandatum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Mandatum de providendo de beneficio ad collationem Capituli pertinente, non tangit jus ſingulare canonici.*

Mandatum Capitulo inſcriptum non extenditur ad ſingulares perſonas Capituli. jure ſpeciali non communi cõferentes.

Gloſſa pragm. de collat. Petrus Rebuff. tract. de nominat. quæſt. 8. num. 31. Math. Pac. tract. de mandat. part. 5. concluſ. 10. C. M.

In id Arreſtum Senatus Pariſienſis laudatum. In id judicatum in majori auditorio Senatus Pariſienſis die 3. Auguſti 1654. perorantibus Carolo *Sevin*, & Joanne *Iſſalis*, & altero Advocato Aurelianenſi, hujuſce cauſæ perorandæ occaſione Pariſiis appulſo, ex ſuffragio Dionyſii Talæi, inſinuationem habitam à graduato nominato ſuper Capitulo Aurelianenſi, ſingulaſque perſonas ejuſdem, tam conjunctim, quam diviſim non valere in cauſa vacationis beneficii ad Archidiaconum Aurelianenſem pertinentis, proprio & peculiari jure ſui Archidiaconatus, & nota locum gloſſæ pragmat. ſanct. hîc non preciſiùs citatum eſſe. in d. tit. de collat. §. ſtatuit. in verb. ſpectat. ubi plura. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. De eadem materia quæ in articulo præcedenti collatione Capitulo, cæteriſque perſonis ejuſdem competentis tam conjunctim quam diviſim. In Textu. Ibi. *Idem eſſe cenſemus, ſi ratione præbendarum ſuarum ad ipſos canonicos collatio dictorum beneficiorum ſingulariter pertinere noſcatur.*

Puta per ſingulas hebdomadas. Idem ſi capitulum ſtatuit quod quilibet canonicus, dum vivit, conferat certa beneficia. Gemin. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Niſi contineatur in mandato, quod provideas de beneficio ad collationem capituli pertinente communiter vel diviſim.*

De clauſula *cõmuniter* vel *diviſim*, & de ea *Capitulo ſingulisque perſonis.* Idem ſi dicatur capitulo ſingulisque Canonicis, quia æquipollent, ut in Concord. Leon. X. & Franciſci I. C. M.

De ea clauſula præcedenti exponenda ad authores & locos alios remiſſio. Junge in hujus clauſulæ *tam communiter quam diviſim* intelligentiam notam ejuſdem Molin. ad cap. cum in illis. §. ſi vero. de præb. in 6. & gloſſ. pragm. ſanct. tit. de collat. §. ſtatuit. in verb. ſpectat. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ratione præbendarum ſuarum. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Vel dignitatum vel officiorum ipſius in Eccleſia.* Ibi. *Vel dignitatum.*

De varia lectione hujus gloſſæ ad clauſulam *tam conjunctim quam diviſim*, & ſimilia, & excluſionem vel incluſionem dignitatum. Alias legitur *non dignitatum*; priorem alternativam litteram ſequitur Archid. Joann. de Lignæ. Lap. Petr. Ancharan. Joann. Imol. ſed litteram negativam tenent Joann. Andr. Dominic. Philipp. Franc. hîc. & eſt verior. Idem Rota in antiquis de conceſſ. præb. & de Biſignero. eod. tit. C. M.

TITULUS QUINTUS.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

Cap. unicum. *Paſtoralis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Coadjutorum Epiſcoporum dationem à Sede Apoſtolica tantum poſtulandam.*

Creatio Coadjutorum Epiſcoporum non fit niſi de conſenſu Regis in Francia, nec in Flandria. Sed hoc nullo modo ſervatur nec admittitur in regno Franciæ, nec etiam in terris quæ nuper fuerunt Regni, & nunc ſunt in manu Caroli V. Imperatoris Comitis Flandriæ; ut anno 1531. publico programmate declaravit Imperator, cujus copiam habeo. C. M.

De diverſa dandorum Coadjutorum conſuetudine in Francia vel alibi. Rebuffus ad concord. tit. de Regia ad prælat. nominatione. §. 1. verb. vacantibus. in fine. contradicit Epiſcopo valetudine perpetua, vel morbo detento, vel alio modo Papam ſine Regia nominatione Coadjutorem daturum ex hoc cap. unico. concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 7. Coadjutorem cum futura ſucceſſione à ſummo Pontifice dari definit, ante conſtitutionem Bonifacii VIII. Coadjutores ſibi eligebant Pontifices. apud Chopin. de ſacr. polit. lib. 1. cap. 2. num. 18. & monaſt. lib. 2. tit. 3. num. 7. cui antiquo uſui conformis eſt Aurelian. conſtit. Gall. art. 7. at ſi addatur futuræ ſucceſſions gratia, tunc in vim concordati Rex Coadjutorem nominat. G. D. P.

De creatione Coadjutorum ad varios authores & locos tractatuum remiſſio. De creatione & officio Coadjutorum, & eorum varia appellatione & munere, vide Dadin. ab Altaſerra Anteceſſorem Tholoſanum in præcipuo tractatu de adjutoribus Epiſcoporum. Et adde in hanc materiam Coadjutorum Vid. Conchil. in poſthum. memorialibus reformat. ſtat. Eccleſ. pag. 119. & in tract. libert. Eccleſ. Gallic. noviſſimo pag. 75. & 84. F. P.

TITULUS SEXTUS.

De Inſtitutionibus.

Cap. 1. *Etſi Capitulum.*

GLOSSA. In Gloſſa & primo notabili. Ibi. *Differunt admittere & inſtituere, & admittendo perſonam præſentati, non videtur illum inſtituere.*

Differunt admittere præſentatum, & eumdem inſtituere. Archidiac hîc. Roch. Curt. de jure patron. in principio. quæſt. 3. & verſ. jus. quæſt. 4. dixi in Conſuet. Pariſ. §. 37. gloſſ. 10. num. 25. cum ſequ. C. M.

Monitum ad citationem Molin. ad conſuetud. Pariſ. commentarium. In editione nova commentarii Molinæi ad Conſuet. Pariſienſem ad articulos novæ reformationis accommodatæ eſt articulus 55. gloſſa 10. num. 25. & 26. ne alibi requiras & ne fallaris, ut in plærisque aliis locis citatis de quo te monitum volui. F. P.

Cap. 2. *Si is ad quem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ipſum, ſcilicet præſentatum ad parochialem Eccleſiam dummodo alias ſit idoneus, & intra tempus promoveri valeat, decernimus admittendum.* Ibi. *Idoneus & intra tempus promoveri valeat.*

Non poteſt quis inſtitui in beneficio curato, quin habeat vigeſimũ quintum annum inchoatum, licet promoveri poſſit intra annum ad ſacerdotium. Nota idoneitatem hîc & tempus per copulam poni, unde non ſat eſt, quod intra tempus juris poſſit promoveri; ſed debent etiam aliæ idoneitates concurrere. Dominic. de Ancharano. ſcilicet vigeſimum quintum annum inchoatum. cap. licet canon. de elect. C. M.

Plenior expoſitio notæ præcedentis in conditione neceſſaria ætatis 25. annorum promovendorum ad parochiales Eccleſias. Hæc nota Molinæi valde adnotanda, ſcilicet in id quod ut quis promoveri poſſit ad parochialem Eccleſiam, non ſatis eſt quod ſit in ea ætate ut ad ſacerdotium intra annum poſſit promoveri, ſed debet habere ætatem legitimam & canonicam 25. annorum, ſaltem incœptorum, non completorum, quæ præ cæteris conditionibus neceſſaria eſt: promotio enim ad ſacerdotium poteſt differri propter ſtudia, & alias canonicas rationes & cauſas, non autem ætas 25. annorum remiſſa diſpenſative, de quo te monitum volui, fretus authoritate tanti viri & capit. licet canon ſuffultus. ne in vulgarem errorem Provincialium impingas. F. P.

TITULUS SEPTIMUS.

De conceſſione Præbendæ & Eccleſiæ nondum vacantis.

Cap. 1. *Quia cunctis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem; ſi contra Prælatum depoſitionis ſententia proferatur, contractus quos iniit ignoranter poſtea ut Prælatus, nullum robur obtinent firmitatis.*

Sententia depoſitionis ligat etiã ignorantem. Textus ſingularis. Roman. ſingulari. 58. C. M.

De alienatione ab interdictis habita poſt prolatam interdictionis ſententiam. Hîc aptari poſſit de interdictis ignorantibus ſententiam interdictionis contra eoſdem contumaces latam & alienantibus, quorum alienationes & contractus habiti poſt interdictionem non valent, de quo vide Imbertum in Enchiridio juris Gallici fol. 76. recto. editionis Pariſienſis apud Nicolaum *Buon* 1603. F. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *De illis privilegiis intelligendum, quæ ſtatim vim ſuam habent, cum ad illos quibus conceduntur perveniſſent.* Ibi. *Privilegium enim datum alicui ſtatim vim ſuam habet, cum pervenit ad illum cui conceditur.*

Quando privilegia conceſſa vim ſuam habent, & ex quo tempore.

Hoc verum in privilegiis motu proprio conceſſis, ſeu ad inſtantiam alterius quam privilegiati, vel niſi aliàs de concedentis intentione appareat, ut hîc. ſecus ſi quis per ſe, vel per procuratorem, aut nuncium impetrat, & ſtatim valet. Hoſtienſis cap. 1. ſupr. de privilegiis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non poterat Epiſcopi collatio impediri, per mandatum de prima vacatura conceſſum, niſi eam, ſcilicet prębendam priuſquam conferret Epiſcopus, mandatarius acceptaret.* Ibi. *Quod verum eſt, ſi eſt ibi clauſula decernentes &c.*

Decretum mãdato appoſitum ſtatim poſt inſinuationem mandati ligat.

Aliàs ſola acceptatio non impedit, ſed proviſio vel inhibitio executoris (ſic Philipp.) ſufficiet tamen ſola inſinuatio vel denunciatio executoris, licet aliàs non inhibeat, ſeu decretum apponat. textus hîc. Philipp. in fine. C. M.

Nota ad inſinuationes ſive notificationes expectativarum ordinariis ipſis habendas

Hoc notandum ad inſinuationes expectativarum ad beneficia in hoc Regno admiſſarum, an ligent vel non, manus ordinariorum collatorum quod ſæpius occurrit. F. P.

Cap. 3. *Ne captanda.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Primum, ſecundum, & ulterius (ſi rationabilis cauſa ſubſit) valeat acceptare.* Ibi. *Nota ergo, quod ille pro quo ſcribitur de prębenda acceptanda, poteſt primam acceptare, ſed non ulteriorem, niſi ex cauſa.* Ibi. *Pro quo ſcribitur de prębenda acceptanda.*

In mandato exequendo regulariter debet acceptari primũ vacans, ſed ex cauſa dimiſſo primo, poteſt acceptari ſecundum.

Videtur modicum operari beneficium acceptandi, nam ſicut ſine eo debetur prima prębenda, & de prima intelligitur. cap. ſi clericus. de præb. ſupr. eod. ita & cum dicto beneficio acceptandi, ſed operatur hoc, quod poteſt, ſubſiſtente cauſa, acceptari ſecundum & ulterius, ut hîc dicitur, niſi eſſet terminus appoſitus, ut clement. 1. de conceſſ. præb. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Cap. 5. *Si Capitulo.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Capitulo, cui collatio prębendarum pertinebat.* Ibi. *De ſpeciali privilegio, vel conſuetudine, aliàs ſecus.*

De præſcriptione collationis prębendarum cathedralis Eccleſiæ ab Epiſcopis contra Capitula, & de collatione cæterorum beneficiorum uti habenda.

Quia de jure communi collatio prębendarum cathedralis Eccleſiæ ſpectat ad Epiſcopum & ſuum capitulum ſimul, ut in d. cap. cum in Eccleſia. ſupr. de electione. aliorum vero beneficiorum ad ſolum Epiſcopum, de conſilio ſui capituli. cap. ea noſcitur. & per totum. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli. ſed in regno Franciæ Epiſcopi communiter contra ſua capitula præſcripſerunt, ut dixi in reg. Cancell. de infirmis. num. 61. C. M.

Nota ad citationem Molinæi de infirmis. num. 61.

Ad citationem poſtremam Caroli Molinæi de infirm. num. 61. adverte eſſe primæ editionis ſuis ipſius curis habitæ Lugduni apud Antonium Vincentium 1552. in ultima enim editione ampliori eſt numerus 75. & ſequens, & nota de collatione prębendarum cathedralis Eccleſiæ & aliorum beneficiorum communi, vel non, inter Epiſcopum & capitula, quod ſæpius occurrit: & in id junge eumdem Molin. in not. ad cap. unicum. preſbyteri. de capell. monach. infra eod. lib. 6. F. P.

De collatione prębendarum Cathedralis Eccleſiæ & aliorum beneficiorum, ſpectante ad Epiſcopum abſque aut cum Capitulo.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Per ſolam illorum, ſcilicet ſcriptorum Apoſtolicorum præſentationem beneficium adeo affectum eſt.* Ibi. *An ſufficit quod præſententur litteræ ipſi capitulo directæ, an & litteræ executoriæ, ſi per litteras capituli de datione executoris, & quod ſit ad providendum, non apparet; tunc credo neceſſarium executorum litteras capitulo præſentari.*

In expectativis exhibendis omnes litteræ exhibendæ ut manus Ordinariorum ligentur.

Ut in mandatis quæ aduſque recipiuntur in regno Franciæ, juxta concordata Leonis X. & Franciſci I. ideo in illis requiritur utramque bullam, tam gratioſam, quam rigoroſam, ut vocant inſinuari, & exhiberi ordinario gravato, nec ſufficit alterum, & ita deciſum per arreſtum Senatus Pariſienſis die 23. Decembris anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo primo, & ſic confirmata opinio mea quam ſemper tenui & late propugnavi in annotat. ad Alexandr. conſil. 97. lib. 5. C. M.

Id confirmatur Arreſto Senatus Pariſienſis à Carolo Molinæo prolato.

Cap. 6. *Si ſoli.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi juxta mandatum eſſes in canonicum jam receptus, tunc enim prębendæ collatio alteri facta firmitatem aliquam non haberet.* Ibi. *Dubium non eſt primò impetrantem præferri.*

Primo impetrans præfertur poſterioribus, niſi ſit in notabili culpa & negligentia.

Niſi adhuc eſſet in notabili negligentia, per cap. tibi qui. in fine. ubi clauſula refertur ad omnia præcedentia. Gemin. dict. cap. tibi. ſupr. de reſcript. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Gloſſa. Ibi. *Primò ſi in gratia erat decretum irritans, tunc enim ſtatim per præſentationem litterarum eſt affecta prębenda.*

An à die datæ reſcripti ad vacatura, an à die præſentationis ſit prębenda affecta.

Imo à die datæ. cap. inter cætera. cap. dilecto. extra. de præb. cap. tibi qui. de reſcript. C. M.

Cap. 7. *Authoritate.*

CASUS. In Caſu. Ibi. *Pontifex ſecundam gratiam conceſſit cum clauſula prælationis.*

De uſu clauſulæ *anteferri* ſecundum ſtilum Curiæ.

Nota quod ſtilus Curiæ non habet, ut det impetrantibus clauſulam *anteferri*, contrahentes gratiam à Papa concedente clauſulam illam de quo etiam ſupra de prębendis. quodam. C. M.

De eadem clauſula remiſſio ad alium Molinæi locum.

Junge quod annotavimus & ipſemet Molin. ad d. cap. quodam. de prębendis. ſupra. F. P.

Cap. 8. *Quoniam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Eccleſia, in qua canonicorum, non autem portionum numerus vel prębendarum diſtinctio habebatur.* Ibi. *Alii dicunt, quod ſi ſimpliciter ſcribatur ut recipiatur nonobſtante certo numero Canonicorum, ſed non adjiciatur ut prouideatur ſibi de prębenda, ſi vacat, tunc ſtatim recipietur, etiam ſi numerus canonicorum ibi ſtatutus non eſſet.*

De diſtincto numero Canonicorum & prębendarum, & clauſula *non obſtante quod certus ſit numerus Canonicorum.*

Gloſſ. notabilis Bald. cap. Cumana. col. 1. extra. de electione. C. M.

Ibidem.

* GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Hoſtienſ. autem in prędicta decretali ex parte. extra. de conceſſione prębendæ. dicit indiſtincte quod etiamſi non certus numerus canonicorum nec prębendarum. &c. valet reſcriptum.*

De eadē materia quæ præcedit, *clauſulæ non obſtante*, &c.

Idem Lapus alleg. 14. ſed contrarium vult Joann. de Imola. & gloſſa pragm. de collat. §. item cenſuit. verbo numerus. & verius eſt. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

Ne ſede vacante aliquid innovetur.

Cap. unicum. *Si ad Epiſcopum. §. Cum vero.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum ad ſolum Epiſcopum prębendarum collatio de aſſenſu capituli ſpectat.* Ibi. *Scire debes quod cum Epiſcopus habet conferre prębendam cum conſenſu capituli, ſi ſunt viginti canonici, & decem conſentiant, non valet collatio, quia non habet majorem partem, ſed ſi haberet vocem in capitulo ut canonicus, tunc diceretur facta ab undecim.*

Ubi Epiſcopus eſt ſimul Canonicus, collatio ab eo facta de conſenſu mediæ partis Capituli, prævalet alteri mediæ parti diſſentienti, ut major, cum augeat numerum.

Et ſic reprobatur opinio Hoſtienſ. ut Per Panor. in tract. de concilio Baſileenſi. in primo dubio. Bald. tract. ſtatut. verb. Antiani. Alber. 2. ſtatutorum. quæſt. 188. Roman. conſ. 366. in fine. Hypol. Marſil. ſingul. 376. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cum collatio prębendarum ſpectat ad Epiſcopum cum conſilio capituli, non poteſt ſuſpenſo Epiſcopo, capitulum ſe intromittere, niſi in petenda relaxatione ſit in mora.* Ibi. *Vnde videtur quod ſtatim ex quo fuit in mora, capitulum poſſit conferre.*

Ubi collatio ſpectat ad Epiſco.

Source : BIU Cujas

pum, simul cum Capitulo, suspenso Episcopo, non potest Capitulum conferre.

Idem Gemin. hîc. Panorm. in d. cap. quia diversitatem. de concess. præb. C. M.

Ibidem. §. *Ubi vero.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ubi collatio ad aliquem cum consilio Episcopi noscitur pertinere.* Ibi. *Quid si cum consensu, non sic liberam habet potestatem, sicut de consilio, unde minus habet expectare, dico tamen quod non curret sibi tempus, cum non possit eligere.*

De collatione spectante ad aliquem cum consensu vel consilio Episcopi, ubi abest Episcopus, quid agendum.

Idem Gemin. Philipp. Franc. hîc. C. M.

TITULUS NONUS.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

Cap. 1. *Dudum.*

SUMMARIUM.

In Summario, Ibi. *Perpetua alienatio facta de rebus Ecclesiæ vacantis, non precedente tractatu, & sine justa causa, non valet.*

In alienatione rei Ecclesiasticæ, plus attenditur læsio quam defectus solemnitatū, de generali usu & praxi omnium Senatus Parisiensis classium.

Ante ducentos annos scripsit Andr. Isern. qui feudum dare possunt. in principio. colum. 2. quod jam tempore suo non observabatur tanta solemnitas, quia, inquit, Ecclesiæ quæ erant tenues, sunt ditatæ; & nondum viginti anni in majore inquisitionum classe Senatus Parisiensis, non quærebatur de forma, si non esset læsio, quod hodie generaliter in omnibus Classibus Senatus servatur. & bene. C. M.

De eadem materia validitatis alienationis rerum Ecclesiæ, ad alios Molinæi locos remissio habita,

Adde in id quod alienatio rerum Ecclesiasticarum non ex solo defectu solemnitatum rescindenda sit, sed potius ex læsione ipsius Ecclesiæ, eumdem Molin. in not. ad can. nunc quæritur. in glossa. ibi. In casu licito. 12. quæst. 2. & ad canonem sine exceptione. in glossa. Ibi. contractum tenere. & in can. terrulas. in Inscriptione. ibidem. & in commentariis Philippi Decii ad cap. canonum. de constit. num. 19. in verb. contentioso. in signo N. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. in addit. margin.

In Glossa addit. verb. *Quia tractatus solemnis & diligens non fuit habitus.* Ibi. *Et debet diligenter fieri, & utile est; in addit. marginal.* Ibi. *Et post verba. Joann. Andr. hîc.*

De tractatu in alienatione rerum Ecclesiasticarum exequendo.

Sed Jason. leg. si quis à filio. in fine. de leg. 1. reprobat hanc glossam. Vide gloss. Pragmat. de elect. verb. conveniant. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *In alienatione tamen, quod à principio non valet, convalescit subsequenti consensu, ex nunc, non ex tunc, dici potest quod ubi non præcessit tractatus, vera sit prima opinio.*

De vi & effectu consensus alienationem rei Ecclesiasticæ subsequentis.

Idem Gemin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. *Et dicunt quidam, quod in alienatione rei Ecclesiasticæ non requiritur decretum, sed causæ cognitio, authoritas Episcopalis, & consensus cleri.*

Quid sit decretum in alienatione rerum Ecclesiasticarum.

Et est verum. Gemin. hîc. Panorm. cap. 2. extra. de transact.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *In concessionibus perpetuis requiruntur quæ supra.* Ibi. *Nota quod in temporalibus, in quibus non ita læditur Ecclesia, sufficit tacitus consensus.*

In alienationibus perpetuis quæ requirantur, quæ in temporalibus tantum.

Idem Gemin. Philip.

TEXTUS.

Cap. 2. *Hoc consultissimo.*

In Textu. Ibi. *Hoc consultissimo prohibetur Prælatus edicto, bona Ecclesiastica laicis submittere absque Capituli sui consensu. Juncta Inscriptione. Gregorius X. in Concilio Lugdunensi.*

Statutum Pontificium de temporalibus non servatur in Gallia, nec in Italia, extra terras Papæ.

Quod directo factum est contra sæcularem potestatem, & contra sententiam beati Augustini. can. quo jure. 8. distinct. author enim palam dixit se jure divino Imperatorem esse, & se utrumque gladium habere, sed parum curatur, etiam in Italia, extra terras Papæ. C. M.

Quod hoc cap. & cap. generali. de electione. supra conveniant in novis subjectionibus rerum Ecclesiæ inhibendis.

Junge cap. general. supr. eod. de elect. ejusdem Papæ, Concilii, & materiæ, at hoc Concilio non agitur de juribus, qualitatibus, & conditionibus aliorum, & agrorum immobilium, antequam ad Ecclesiæ manus devenissent, quas tollere non est intentionis Concilii, sed novis occurrit subjectionibus, ne ejus Prælati, sine prætio, sine gratia, sine ambitione, consentirent imponi, contra Ecclesiæ libertatem, vel in ejus præjudicium. cap. namque generali. dicit *de novo imponere*; hoc cap. loquitur de subjectionibus contra jus viâ facti vi & violentia, id est verbo hactenus compulerint, nec liciti contractus prohibentur. gloss. verb. non concedendo. servatis solemnitatibus, quod etiam locum habet in Gallia, quare hoc decretum sanctissimum; divus autem Augustinus non loquitur de jure & titulo dominii, sed de possess. ut patet ex illius textu. G. D. P.

Liciti contractus non prohibentur, sed illiciti & violenti.

Forte melius annotasset Dom. G. D. P. contra Molinæum, quod dicit de Imperio & utroque gladio sibi asserto ab authore, non referendum ad Gregor. X. sed ad Bonifacium VIII. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Seu ab ipsis eadem advocando. Juncta prohibitione edicti consultissimi, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur avoüer.* Ibi. *Avoüer.*

Quid sit verbum *avoüer.* & ut recognitio feudalis in Gallia, usitatum.

Verbum Gallorum est & peculiare recognitionis feudalis quam etiam Episcopi debent regi, & dominis locorum sub eo, in Francia hæc jura convellere volebat Bonifacius VIII. ut dixi supra. de elect. cap. grandi. C. M.

Hoc cap. & cap. grandi de elect. sunt Gregorii X. & non Bonifacii VIII. & quod in idem tendant novis subjectionibus inhibendis.

Nullam habeo Molinæi notam ad d. cap. grandi. in juris canonici corpore ejus studio & cura typis mandato Lugduni anno 1553. Neutrum autem horum capitum est Bonifacii VIII. sunt Gregorii X. sumpta ex Lugdunensi Concilio in Gallia, quibus nihil de Regis, aut aliorum dominorum temporalium & feudalium (inter quos plures sunt Ecclesiastici) jure antiquo & legitimo abrogando cogitatum, sed novis subjectionibus & usurpationibus provisum. G. D. P.

Nec in editione corporis juris canonici ejusdem studio Lugduni etiam anno 1559. quæ amplior nec implasmationis nec gipsi asperfioni submissa est ut editio anni 1553. nec aliud est capitulum, nisi capitulum generali. de electione in 6. quod utique est Gregorii X. in Concilio Lugdunensi non Bonifacii VIII. eo quidem Pontifex jura custodiarum, gardiarum, regaliorum quorumlibet dominorum avellere tentabat Gregorius, sed ea quæ competebant & acquisita erant Regibus Galliæ & Angliæ conservat, idem Gregorius, ut habetur in glossa ejusdem cap. generali. & ex notâ & censura Domini G. D. P. patet eum usum fuisse in suo opere exequendo sola editione corporis canonici anni 1553. ut ipse monet, nos autem & ea quæ est ejusdem Molinæi anni 1559. & utraque simul ut & ipsi admonuimus in præfatione hujusce editionis, & in principio annotationum ad decretum Gratiani, cæterum ad notitiam hujus vocis gallicæ *avoüer.* Vide Franc. Raguell. in indice jurium regiorum in verb. *adveu. avoüer.* ubi plura. F. P.

Nota ad cap. generali. de elect. supra. & etiam ad hoc cap. non aspernenda.

Qua editione Molinæana corporis canonici usus fuerit Dom. G. D. P. qua & nos.

TITULUS DECIMUS.

De rerum permutatione.

Cap. 1. & unicum. *Licet in tua Diœcesi.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Non obstantibus expectationibus beneficiorum permutatio eorumdem fieri potest.*

De permutandis beneficiis non obstante expectativarum executione.

Nisi esset de certo vacaturo. Imol. Zabar. Barbat. cap. quæsitum. ad finem. supr. eod Philipp. Franc. hîc. colum. 2. Alexandr. de Antill. in repet. hujus cap. C. M.

Nota ad historiam compilationis sexti decretalium.

Cæterùm nota inscriptionem hujus cap. Bonifacius VIII. Biterrensi Episcopo, qui fuit Berengarius *de Fredol* Biterrensis Episcopus à summo Pontifice creatus, cujus opera, simul & Ricardi Cardinalis Senensis, & Guillelmi de Mandagoto Ebredunensi Præsule usus est Bonifacius, in componendo

Source : BIU Cujas

Nota in id quod gratiæ expectativæ non impediunt resignationes in favorem, causa permutationis, vel puras & simplices demissiones.

hoc sexto decretalium, ut habetur in proœmio, tandem creatus fuit Cardinalis à Clemente V. De eo vide quæ plura recensent Claudius Robertus in Gallia Christiana. in Episcopis Biterrensibus. & Sammarthani fratres gemelli in eodem libro ab illis adaucto, & in quatuor volumina redacto. Ibidem in Episcopis Biterrensibus. & nota illud singulare in id quod gratiæ expectativæ non impediunt resignationes in favorem, causa permutationis vel puras demissiones factas, aut faciendas. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Sua beneficia permutare volentes.* Ibi. *Sua.*

An permutari possint hospitalia & præstimonia cum beneficiis in titulum, & concluditur quod sic.

Id est non aliena, & sic non sequitur, quin hospitale, vel præstimonium permutari possit cum beneficio titulato, ut tenet Petrus Ancharan. hîc. & cap. finali. supr. eod. Feder. de Senis. tract. permut. quæst. 14. & bene. licet communis. contra. C. M.

Quæ hospitalia vel præstimonia permutari possunt, vel non cum beneficiis titulatis.

Dictum Ancharani & Federici intellige de hospitalibus & præstimoniis quæ dantur in titulum perpetuum, sunt enim beneficia, & ideo permutari possunt. Flamin. Parisi. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 14. num. 3. in aliis non posset eorum opinio defendi. idem Feder. consil. 280. potest tamen fieri permutatio beneficii sub spe alterius beneficii. G. D. P.

Permutatio non potest fieri nisi de beneficio ad beneficium, non vero sub spe beneficii ex pluribus aliis Molinæi locis.

Vix admitterem quod hîc dicit Dom. G. D. P. permutationem fieri posse sub spe alterius beneficii. in permutatione enim, sive profana, sive beneficiaria, res pro re dari debet, cum Pedius in leg. 1. §. 3. dig. de rerum permutatione. dicat alienam rem dantem nullam contrahere permutationem, & hîc. Bonifacius sua beneficia permutare volentem, cum nota Molin. & ad reg. de infirm. num. 153. & ibi Dom. *Louet*, & num. 158. & ibi id. *Louet.* nec non ex sententia ejusdem Molinæi Senatus improbavit omnia concordata, quibus cavetur intra certum tempus dari debere beneficia ad implendum concordatum permutationis, & ea quibus tertius non compermutans intervenit & promittit sua resignaturum beneficia, vel alius promittit curaturum ut tertius sua ejuret beneficia, ad effectum sive in favorem permutationis, solemni Arresto, ex officio Procuratoris Generalis, & requisitione Dionysii Talæi Advocati Generalis, & Procuratoris Generalis partes obeuntis, die 16. Junii anni 1664. quo & modus pensionibus beneficiariis cœpit dare quod & solemni declaratione Regia consummatum mensis Junii anni 1671. F. P.

Solemne Cutiæ decretum ex officio Procuratoris Generalis prolatum, quo improbata permutationum concordata sub spe conferendi beneficii, & modus cœptus dari pensionibus beneficiariis.

TITULUS UNDECIMUS.

De Testamentis & ultimis voluntatibus.

Cap. 1. *Si paterfamilias.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quamquam directa substitutio interdum ad fideicommissum ex causa trahatur.*

De substitutione directa ad fidei commissum, quandoque trahenda.

Dicendum, ut dixi in annotationibus ad Alexandrum consil. 12. consil. 22. lib. 3. consil. 100. lib. 7. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Pauperibus substitutis filio & filiæ absque liberis decedentibus, mortuo filio, & filia absque liberis, superstite matre, pauperibus bona omnia deferuntur absque deductione Trebellianicæ.* Ibi. *Quia substituti veniunt jure directo, quod si locus esset fideicommissariæ substitutioni, detraheretur Trebellianica.*

An ex bonis substitutis, matre superstite, detrahenda sit Trebellianica: & quod non, probatur diversis authoritatibus.

Idem Specul. de instrum. edit. §. compendiose. vers. sed cum detractio. Dyn. leg. 1. §. in filii. ad Trebell. Barthol. Angel. in leg. Marcellus. §. quod autem. ad Trebell. Bald. leg. si quis ad declinandum. leg. id quod pauperibus. de Episcopis. & Cler. & est vera & communis. Stephan. Bertrand. consil. 149. viso testamento. lib. 2. Joann. Coras. leg. filium quem habentem. num. 44. cod. famil. erciscund. nisi in matre, ut hîc. C. M.

Cap. 2. *Religiosus.*

GLOSSA. In Glossa in addit. verb. *Religiosus executor in ultimis voluntatibus deputatus.* Ibi. *Intelligam indistincte, sive sit Monachus, vel regularis Canonicus, mendicans, vel non, & de claustralibus intellige.*

An Monachus possit esse executor testamentarius, & quando.

Secus de non claustralibus, ut quia præsunt beneficiis perpetuis, quia habent velle & nolle. gloss. cap. de Monachis. 16. quæst. 1. & Clementin. religiosus. de procurat. in princip. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Pluribus executoribus deputatis, uno mortuo.* Ibi. *Nota ex ista littera, quod mortuo executore, ejus officium non transit in hæredem.*

Mortuo executore testamentario ipsius officium expirat.

Roman. consil. 69. dixi in consuetud. Paris. §. 95. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Coexecutore mortuo, vel in remotis agente.* Ibi. *Si ergo non multum distat, vocabitur, & si in termino assignato non venerit, procedet socius sine illo.*

An coexecutor testamentarius possit exequi altero non vocato, an mortuo.

Philipp. Decius. cap. prudentiam. in princip. num. 16. de offic. deleg. Jason consil. 110. in fine lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Poterit alius (nisi testator aliud expresserit) executionis officium adimplere. Junctis præcedentibus. De pluribus executoribus datis.* Ibi *Numquid mortuo executore officium executoris transibit in successorem, distinguendum an proprium nomen fuerit expressum, quod locum habet in extraneo, secus in propinquo, quia affectione personæ hoc factum, nude non transeat ad successorem.*

An officium executoris transeat in hæredem, & quando ex affectione speciali & propinquitatis.

Idem Panorm. cap. quoniam Abbas. colum. 4. de offic. deleg. cap. requisisti. extr. eod. Imol. consil. 136. Lanfranc. de Oriano. de arbitr. colum. 29. Jason. leg. qui liberis. §. 1. de vulg. & pupil. Philipp. Decius. cap. ex parte. num. 4. ubi dixi. de constitut. C. M.

TITULUS DUODECIMUS.

De Sepulturis.

Cap. 3. *Is qui habet.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *In Ecclesia, in qua ab antiquo sepultura extitit, sepeliri debebit.* Ibi. *Filius decedens intestatus sepelitur in sepultura patris, vel in sepulchro avi & aliorum.*

Filius sepeliendus in sepulchro patris.

Quod in sepulchro patris, tenet Panorm. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Joann. Andr. ad Specul. de sepult. in rubric. Oldrad. quæst. 25. C. M.

Cap. 4. *Licet pater.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Filiusfamilias impubes, pro anima sua, prater patris assensum, non potest aliquid judicare.* Ibi. *Id est in ultima voluntate relinquere.*

An filiusfamilias possit absque voluntate patris disponere, etiam in pias causas, & quod non, nisi habeat peculium castrense.

Non tamen in testamento, super quo vide quod scripsi supr. eod. lib. de testament. leg. si pater. in principio. Joann. Andr. [a] idem Philipp. Corn. leg. senium. colum. 2. & ibi Jason. Philipp. Decius. cod. qui testam. facere possunt. quamvis contrarium teneat Guillelm. Bened. in repet. cap. Raynutius. verb. matrem. num. 29. de testament. & male. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori, ab his verbis. *idem Philipp. Corneus ad finem usque.* quia nimium sapiebat Molinæum. F. P.

[a] Joan. Andr. opinionem fulsit subtili verborum acceptione. Benedic. æquitatem favet, late Tiraquell. de privileg. piæ causæ. privileg. 78. ubi æquio-

Jure gallico filiifamilias bona

propria poſſidentes poſſunt de eiſdem diſponere tam inter vivos quam mortis cauſa.

rem amplectitur ſententiam ; ſed hæc apud Gallos inutilia, cum teſtamenta vera non habeamus, ſed codicillos, aut mortis cauſa donationes, quibus filiifamilias ſine ſuorum conſenſu parentum, de ſuis poſſunt rebus diſponere, vel ad pias cauſas, vel alias, quatenus per conſuetudines licet ; præterea debuit Molinæus animadvertere patriæ poteſtatis Romanorum umbram reſtaſſe debiliſſimam Bonifacii VIII. tempore, ſedentis circa annum 1294. G. D. P.

Quid ſignificet verbum *judicare* vel in ultima voluntate relinquere.

De hac dictione *Judicare* pro diſponere teſtamento, & an filiusfamilias judicare poſſit. Vide Franciſc. Duar. Anteceſſorem Bituricenſem. in tit. dig. qui teſtamenta facere poſſunt. pag. mihi. 421. in fin. & ſequ. F. P.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De decimis, primitiis, & oblationibus.

Cap. 1. *Diſcretioni.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ne talia de cætero proponere præſumatis, quæ à decimarum ſolutione retrahant. Juncta Inſcriptione. Gregor. IX. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus.* Ibi. *Præceptorum alia moralia, & hæc ad litteram ſervanda, quædam ceremonialia, & hæc non ſervantur ad litteram, quædam myſtica, ut in decimis, ut partim ſint myſtica, partim moralia, unde ſufficit aliquid dari pro decima, ex vigore conſuetudinis.*

De decimis conſuetis, vel obſoletis, & an ſint debitæ de jure divino vel non, & de decimis præceptis legis antiquæ.

Hæc ſervatur in Regno Franciæ vigore conſtitut. Philippinæ, & eſt vera, quidquid dicant canoniſtæ, & tenent omnes Theologi, quia non amplius jure divino debentur ; ut dixi extra. eod. cap. in aliquibus. C. M.

In Regno Franciæ non debentur nec percipiuntur decimæ, niſi vigore conſuetudinis.

Vide in id quæ adnotavi ad cap. ex tranſmiſſa. 23. de decimis. apud Gregorium. de decimis ſolitis vel inſolitis, & junge quod habetur apud Franciſc. Grimaudæum. in tract. de decimis. lib. 1. cap. 5. pag. mihi. 29. editionis anni 1571. apud Robertum Stephanum. F. P.

De decimis conſuetudine percipiendis ad authores & locos remiſſio.

Cap. 2. *Statuto.*

TEXTUS.

In Textu Ibi *Indultum aliquibus conceſſum authoritate Apoſtolica, ut novalium decimas, pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt.*

Indultum aliquibus conceſſũ, ut pro ea parte decimæ novaliũ percipiant, qua veteres decimas percipiunt, an ſit abuſivum, nec ne.

Quod non poteſt concedi in Regno Franciæ, quia eſſet contra decretum *de cauſis.* & poſſet ab executione appellari tanquam ab abuſu ad Parlamentum Regium, quia Rex tenetur libertatem Eccleſiæ ſuæ, etiam contra Papam tueri, ſed Papa non eſt dominus jurium Eccleſiæ, nec poſſet cauſa cognita auferre jus unius, obſtante decreto *de cauſis.* ergo multo minus cauſa non cognita. C. M.

Nota durior in Molinæi notam. G. D. P.

Hæc omnia Sedis odio Pontificiæ notavit impertinenter & inepte Molin. decretum *de cauſis* reſpicit ea quæ ſunt jurisdictionis contentioſæ à citatione, non ea quæ ſunt voluntaria, non gratias, conſtitutiones, aut privilegia, tam privilegium de novalibus in futurum certa proportione legendis, per Eccleſiaſticos decimarum capaces, nec reſpicit nec lædit Eccleſiæ libertatem in abſtracto, ſive in concreto, adde quantumvis Papa non ſit jurium alicujus Eccleſiæ particularis dominus, ejus tamen eſt de his cognoſcere & judicare : quod ſi ex ejuſdem Molinæi ſententia ad cap. parochianos. de decimis. apud Gregor. & ad cap. 1. ſupr. hîc. non ſunt juris divini decimæ, poſitivi juris erunt, unde ſequitur de eis Papam diſponere poſſe, & illi juri derogare, ex eod. Molin. ad reg. de publ. reſignat. num. 31. verum quidem eſt non poſſe unius Eccleſiæ bona Papam alteri concedere niſi ex cauſa. Rebuff. de alienat. rerum Eccleſ. num. 64. ſed hoc intelligendum de bonis quæ habet Eccleſia & poſſidet, non de his quæ habere poſſet, de re, non de ſpe, ſic cum ex eodem Rebuffo. de nominat. quæſt. 18. num. 7. dicitur Papam juri quæſito non videri derogare velle, aliud dicendum eſt de jure quærendo, & ita ſunt capienda quæ leguntur apud Alexandr. lib. 1. conſil. 37. num. 2. lib. 2. conſil. 125. num. 5. non diſputamus hîc an poſſit jus quæſitum tollere Princeps, vel principaliter, vel ſecundariò ; vel in conſequentiam, notare ſatis eſt Principem jus quærendum (quales ſunt novales futuræ) tollere poſſe, quod ſi Prælato licet Eccleſiæ ſuæ in jure quærendo præjudicare, quamvis in quæſito non poſſit. Hypolith. de Marſil. ſingul. 154. (& quoſdam alios quos citat) multo magis Papæ. Imo. id. Molin. in conſuet. Pariſ. art. 41. gloſſ. un. num. 9. concedit non aliquid fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, niſi quando illud Eccleſiæ aufertur quod ei competit, & jam quæſitum eſt. G. D. P.

Ibidem. §. *Sane quamvis.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Non liceat Relligioſis, etiam poſt infeudationem, decimas de manibus laicorum acquirere, vel recipere, abſque diœceſanorum Epiſcoporum aſſenſu.*

De libera decimarum infeudatarum adminiſtratione & diſpenſatione, & etiam qualibet alienatione; non obſtante juris canonici prohibitione, quæ in his locum non habet.

Iſte §. ſane. non habet vim niſi in locis ubi Papa eſt ſupremus dominus temporalis, & omnino non habet locum in Gallia, ſicut nec cap. prohibemus. extr. eod. ubi dixi hujuſmodi decimæ ante Concilium infeudatæ, vel à tempore immemoriali poſſunt libere alienari, ſicut prædium ; nec regulantur jure canonico, ſed civili, vel conſuetudinario loci, ut dixi in conſuet. Pariſ. §. 46. quæſt. 4. C. M.

Novus ſenſus datur huic §. ſed an ſequendus, videndum.

Huic cap. jungendum cap. cum Apoſtolica. de iis quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu. Cap. ſtatuit. Innoc. III. decimam à laicis non donandam monaſterio, ſine Epiſcopi authoritate in præjudicium Eccleſiæ cujus olim fuerat, quod probat hîc. Alexandr. IV. non obſtante quadam infeudatione, non vera, ſed de facto præſumpta & ſimulata. qui eſt verus noſtri §. ſenſus, ex gloſſ. Franc. & Gemin. & loquitur Pontifex de fictitia infeudatione poſt Concilium Lateranenſe, ut ait Petrus de Anchar. quare Molinæi nota delenda eſt, cujus doctrinam ad art. 46. conſuetud. Pariſ. admittimus in decimis ante Concilium infeudatis, vel ab immemoriali tempore. G. D. P.

De tranſmiſſione decimarum in manus Relligioſorum in præjudicium Eccleſiarum parochialium.

De decimis infeudatis, & quo jure Regi debeant. Vide eumdem Molin. in gloſſ. cap. prohibemus. in verb. laicos. ibi ſatis videtur. de decimis apud Gregor. & ad Decium. in repetit. cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. num. 31. in ſigno E. 2. & in verb. decimarum. Idem Molin. in conſuet. Pictavenſi. art. 105. F. P.

Decimæ Eccleſiæ parochiali debitæ non debent reponi inter ſpem futuri boni & quærendi, ſed locum habent præſentis & adquiſiti.

Sic excludendæ frivolæ diſtinctiones hic habitæ bonorum quæſitorum vel quærendorum.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De regularibus & tranſeuntibus ad Relligionem.

Cap. 1. *Is qui monaſterium.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Qui ante decimum quartum annum monaſterium ingreditur, niſi completo profeſſionem faciat in ſequenti, libere poteſt intra ſequentem annum, ad ſæculum remeare.*

Qui ante ætatẽ canonicam monaſterium ingreditur, & profitetur libere exire poteſt, nec ad impenſas tenetur ſuæ commorationis.

Ita ut nec ad impenſas teneatur. Alexandr. conſil. 16. colum. 1. lib 5. C. M.

Idem Alexand. lib. 2. conſil. 12. poſt Geminian. & Franc. Geminianus hujus doctrinæ author, eam repetit. infr. cap. 2. num. 4. quæ quo modo defendi poſſit, non video ; concedo enim verbum *libere* hîc. & verbum *aliquatenus impedire.* cap. 2. id eſt importare, ut diſcedens impenſarum prætextu retineri non poſſit, eſſet enim quædam cuſtodia privata, & non puto denegandum pro impenſis, vel neceſſariis, vel utilibus, denegandum, & fatetur Gemin. ſed alios vidiſſe diſputare & dubitare cujus opinione conceſſa, limitabit eam, niſi aliud conventum ſit. G. D. P.

Impugnatio illius doctrinæ quod ante profeſſionem excedens è monaſterio impenſas quaſlibet reſtituere non teneatur.

Cap. 2. *Non ſolum.*

In Gloſſa verb. *Taliter receptum veſtro ordini non*

GLOSSA;

Source : BIU Cujas

esse alligatum. Juncta Inscriptione. Alexander IV. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, & præcedentibus, de impuberibus ingressis Monasterium, & profitentibus religionem. Ibi. *Nota quia professio expresse vel tacite facta intra annum probationis, non obligat Ordini, tamen obligat Religioni.*

Professio religionis ante pubertatis annos habita non obligat ordini vel religioni, exclusa qualibet differentia.

Vide Lapum allegat. 46. & istud cap. in aliis sectis mendicantium procedat, ut Carmelitarum, & Augustinensium. C. M.

Non video tamen quæ differentia esse potest inter alterutros Mendicantium Ordines; & sic dicendum quod exemplariter tantum dictum. F. P.

Cap. 4. *Beneficium.*

GLOSSA.

An Novitio regulari possit conferri, vel auferri beneficium tempore probationis.

In Glossa. verb. *Beneficium illius qui ingreditur Religionem, non est intra probationis annum alteri conferendum.* Ibi. *Sed numquid constituto in probatione beneficium poterit conferri, puto quod.*

Contrarium tenet Gemin. Philip. Franc. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Interim per alium deserviri debebit, assignata deservienti congrua portione. Junctis quæ præcedunt in hoc cap. de novitio tempore probationis beneficiato.* Ibi. *Et reliqua portio eidem conservabitur, vel in utilitatem Ecclesiæ impendetur, nec credo quod dari debeat ipsi novitio, & in addit. margin. post verb. Joann. Andr.*

Novitii profitentis bona eui adquirantur.

Sed Philipp. Franc. ait aut non profitetur, sed exit, & recuperat fructus cap. Gonsaldus. 17. quæst. 1. aut profitetur, & restituuntur Monasterio, & sicut omnia bona transeunt. C. M.

Refutatur sententia glossæ & notæ marginalis, dicentis ingredientis religionē bona acquiri monasterio.

Illud verum ex mente Philip. Franc. sed aliud servatur in Regno, ubi locum non habet authentica ingressi. cod. de sacrosc. Ecclesiis. nec credo hanc notam esse Molinæi, nec adjectam, nisi ut indicaretur mens Philipp. Franc. quam non probaret utique Molinæus. F. P.

Cap. 6. *Si ad solum Abbatem.*

TEXTUS.

Vacante sede Abbatiali non succedit Conventus in juribus Abbatis.

In Textu. Ibi. *Si ad solum Abbatem pertineat creatio Monachorum, eo defuncto, nequibit novus Monachus à Conventu creari.*

Notat Domin. juncta gloss. Capitulum non succedere in iis quæ jure spectant ad Prælatum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. *

Ad quem regulariter pertineat creatio monachorum.

In Glossa verb. *Si ad Abbatem creatio Monachorum pertineat.* Ibi. *De consuetudine præscripta, vel privilegio, aliàs simul de jure pertinet ad utrumque.*

Idem Joann. Monach. Archidiac. Joann. Andr. Gemin. Philip Franc. hîc. Angel. Clavas. verb. religiosus. quamvis Panormit. cap. ad Apostolicam. in fine. de regular. contra. C. M.

Regulariter sede Abbatiali vacante creatio monachorum, & collatio beneficiorum ad Conventum non pertinet.

Hujus prænotati Molinæani prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori, ab his verbis, *quamvis Panormitanus ad finem usque.* & nota hunc textum & glossam accommodatissimam ad resolvendam quæstionem, ad quos pertineat creatio Monachorum, vel collatio beneficiorum, vacante sede Abbatiali, à qua dispositione constat excludi Conventum, per generalem regulam. in cap. illa devotionis. ne Sede vacante aliquid innovetur. traditum, nusquam in jure cautum, quod Capitulum, vacante sede, fungatur vice Episcopi in collatione præbendarum? est tamen exceptio ab hac regula, ubi de consuetudine præscripta ad Conventum pertinet, de jure enim communi non pertinet. Vide eumdem Molin. in not. ad Clement. 1. ne in agro. §. si quis autem. vers. Abbate. in gloss. in verb. ut præmittitur. de statu Monach. glossam pragmat. sanct. tit. de collat. §. illi vero in verb. superioris. & addit. Probi unica. Joann. Selvam. tractat. de beneficio. part. 2. quæst. 11. in principio. & additionem marginalem Dom. *Joly*, patroni solertissimi. Joann. *de Roye*, doctorem & Antecessorem Andegavensem in tract. de jure patron. in proleg. cap. 33. fol. 111. & seq. F. P.

Poteſt tamen de consuetudine præscripta utrumque ad Conventum pertinere.

De eadem materia ad authores alios, & Molinæi locos remissio.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

De voto & voti redemptione.

Cap. unicum. *Quod votum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Votum solemne dicitur, quoad dirimendum matrimonium, quod solemnisatum fuerit per professionem factam in aliqua de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis.* Ibi. *Ergo si profitetur non approbatam, tenet matrimonium, idem si quis receperit Subdiaconatum ab eo quem credebat Episcopum, sed non erat, si postea contrahat matrimonium, bene tenet.*

Quando matrimonium dissolvatur vel non per votum solemne religionis prius emissum.

Idem Archidiac. Philipp. Franc. hîc. Calder. consil. 26. de regul. Conrad. de Summenhart. de contract. quæst. 57. C. M.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De statu regularium.

Cap. 1. *Periculoso.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Moniales præsentes & futuras sub perpetua de cætero permanente clausura.* Ibi. *Sed quo modo præsentibus monialibus districtior vita imponi potuit potest dici quod ad regulam nihil adjicitur, sed modus habitandi secundum naturam rei taxatur.*

Observatio perpetuæ clausuræ nihil addit professioni regulari monialium.

Hanc tenet Joann. Monach. Clavas. verb. religiosus. §. 29. vide Oldrad. quæst. 96. C. M.

De Monialibus & Religiosis mulieribus sub perpetua clausura Monasterii includendis. Vide glossam pragmat. sanct. tit. de concubinariis. in principio. in verb. religionis. & in id addit. Probi 1. ubi refert illud vulgatum *mulierem aut virum aut murum habere oportere*, de quo sanatum & salubre decretum Concilii Tridentini. sess. 25. de regularibus & monialibus. cap. 5. ubi renovatur salubre decretum Bonifacii VIII. hoc cap. periculoso. quod & refertur in calce & in remissionibus Concilii, & tandem constitutione Blesensi. art 31. confirmatum est, unde recte in emendatione Gregoriana corporis Juris canonici, additio 1. hujus capituli periculoso. resecta est, quasi injuriosa esset regulari disciplinæ in hoc Regno servata, etiam quoad firmandam monialium clausuram, ubi dicebatur ex Joann. Andr. hanc constitutionem in Regno Franciæ non servari, & referebatur arrestum Parlamenti sine adjectione diei vel Curiæ, quo dicebatur Archiepiscopum Burdegalensem exclusum à proposito compellendi quasdam moniales ad servandam clausuram, per allegationem sententiæ prædicti Joannis Andr. quod istud cap. non fuerat acceptum in Regno Franciæ, de quo consultus per quamdam Abbatissam in partibus Gallicanis, cujus parco nomini, quæ sese tueri nitebatur per hanc additionem, & prædictam sententiam Joan. Andr. contra sanctissimum Episcopum, eamdem ad servandam clausuram, ex hoc autem paternis monitis, & requirenti ut indicarem cujus Parlamenti & temporis esset hoc arrestum, in hac additione laudatum, respondi utique falsum esse arrestum, nec non ipsam additionem injuriosam huic Regno, & male injectam è margine, cui à quodam scholari adjecta erat, in continuationem operis, ut plerumque in impressione factam, de quo in pluribus locis quæritur Molinæus, eique piissimi Episcopi suis votis & suffragiis annuendum esse, cujus nec nomen detego ne & Abbatissæ nomen detegatur cujus pudori parcendum credidi. F. P.

De clausura perpetua monialium. Vide hîc. rem singulas ad varios authores & eorumdem locos.

Nota ad hanc glossam & additionem illius expungendam, ut Regno nostro Gallicano injuriosam.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Vel dic supradicta vera esse in Clericis sæcularibus, quod vita strictior imponi non possit, secus in Religiosis, qui velle & nolle non habent, quia illis potest vita strictior indici.*

Consilium datum Abbatissæ Regni Galliæ, requirenti quomodo se tueri deberet, adversus Episcopum eam ad clausuram exhortantem ut ejus monitis cederet.

Hæc falsa. Anchar. 2. quæst. 1. §. item quomodo.

Post professionem utrum no-

Source : BIU Cujas

lenti possit strictior regula imponi, nec ne.

Lucas de Penna. leg. 1. cod. de commeatu. lib. 12. C. M.

Ibidem. §. *Sane.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *De cætero non recipiantur Sorores, nisi quot poterunt de monasteriorum bonis, absque penuria, sustentari.* Ibi. *Non dixit commode, & inspicitur consuetudo regionis, & qualitas personæ.*

De moderando numero Monialium juxta facultates monasterii.

Facit Francisc. Ripa. cap. cum in. num. 20. de rescript. Sed hæc differentia non probatur jure. Philipp. Decius. cap. postulasti. num. 2. de rescript. ubi dixi. C. M.

Nota ad citationem Molinæi ad Philipp. Dec. in cap. postulasti. de rescript. quæ deest in impressis.

Inter commentaria Decii impressa Lugduni anno 1551. ejusdem Molinæi curis, cujus habeo apud me volumen ab ipsomet Molinæo dicatum & oblatum Eudoni Collignio Cardinali Castillionæo, Tholosatum Archiepiscopo, & Comiti Bellovacensi Franciæ Pari, notatum in cortice, inscriptione deauratis litteris exarata, eidem Cardinali in parte superiori & inferiori eisdem litteris deauratis, Carolus Molinæus J. P. nullum extat commentarium ad illud cap. postulasti. de rescript. quod est 28. ejusdem tituli, cum finem habeat in 22. edoceri. Verum de ea materia Monialium non admittendarum in Monasteriis ultra vires & facultates eorumdem plura sunt probatoria instrumenta in secundo volumine probationum ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ. cap. 35. Est & posterior Regia declaratio anni 1667. de novis Monasteriis non exstruendis, nec veteribus ultra vires & facultates admissione novarum Monialium non onerandis, Senatus Parisiensis actis inscripta, in cujus executionem mandatum fuit Archiepiscopo Parisiensi; & aliis Regni Diœcesanis, ut inquirerent in facultates Monasteriorum, & de iis processus verbales conficerent, à Senatu probandos, & juxta modum illorum numerum Monialium reducendum, quod in hac Parisiensi civitate & diœcesi executioni demandatum fuit, & ulterius procedendum foret. F. P.

Varia decreta de reducendo numero monialium in monasteriis secund m modum facultatum.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De relligiosis domibus.

Cap. Unicum. *Relligionum.* §. *Confirmatos.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nec domorum, cæterorumque bonorum alienatio valeat, sine sedis Apostolicæ licentia.* Ibi. *Satis videtur quod de immobilibus deberet intelligi.*

De alienatione rerũ Ecclesiasticarum prohibita, & de quibus utique.

Non autem de mobilibus, quia supra non prohibentur. Gemin. hîc. Philipp. cap. licet. colum. 4. de offic. ordin. an autem valeat relictum immobilium, ut vendant, dixi in annotat. ad Alexandr. consil. 88. lib. 2. & ad Philipp. cap. in præsentia. num. 69. de probat. & super stilo Parlam. part. 5. quæst. 62. C. M.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

De Capellis Monachorum.

Cap. Unicum. *Præsbyteri.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Præsbyteri qui per Monachos in eorum Ecclesiis præsentantur.* Ibi. *Præsentationes tales fieri debent à Prælato & Conventu de jure communi.*

De collatione communi inter Abbatem & Conventum, Episcopum & Capitulũ, præscripta singulariter à Prælatis crebrius.

Idem Lapus. Petr. Anchar. Gemin. Philip. Franc. hîc. sed Prælati crebrius præscripserunt contra Conventus & Capitula. ut dixi in regul. de infirmis resign. num. 61. C. M.

De eadem materia quæ supra, remissio ad superiora.

Vide quæ notavi supra. ad cap. 5. si capitulo. de concess. præb. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Et instituuntur ab ipsis. Junctis præcedentibus, & per Monachos præsentantur.* Ibi. *Instituuntur ab ipsis, scilicet Episcopis, & sic non pleno jure habeant illas, cum ad eos non spectet institutio ad curam populi.*

De institutione authorisabili ad

Quia institutio authorisabilis ad curam animarum semper spectat ad Episcopum. Philipp. Franc. hîc. & in cap. 1. colum. 2. infr. cod. de verb. signific. C. M.

Episcopum semper spectante in curionibus instituendis in Ecclesiis.

De institutione authorisabili in parochis instituẽdis ad plures alios Molinæi locos, & aliorum authorum remissio.

De institutione authorisabili, junge eumdem Molinæum in not. ad leg. fœminæ. de regul. juris. dig. in verb. beneficiorum. in commentariis Decii. glos. pragmat. sanct. in proœmio. §. nam Ecclesiarum. in verb. cura. in additio. Probi. & in tit. de annatis. in principio. in verb institutione. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vicarii perpetui, nisi per Episcopos, ex causa rationabili non possunt amoveri.* Ibi. *Et pro levi culpa non debent removeri.*

De destitutione Curatorum, & quibus ex causis facienda.

Vel gravi quæ in populi notitiam non pervenit. 30. quæst. 1. cap. ult. ad hoc 50. distinct. sacerdotes. & cap. sequenti. Joann. Andr. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De Jure patronatus.

Cap. Unicum. *Si laicus.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Ecclesia tamen, cui facta est à laico juris patronatus collatio, tempus habet semestre ad præsentandum.* Ibi. *Ex quo res facta est Ecclesiastica, Ecclesiastico debet jure censeri.*

Res concessa Ecclesiæ à laico, debet Ecclesiastico jure censeri, ex quo facta est Ecclesiastica.

Ut dixi in consuetud. Parisiensi. §. 46. num. 21. facit Ancharan. consil. 171. column. 2. qui limitat. consil. 165. in fine. C. M.

De decimis infeudatis Ecclesiis à laico concessis, idem judicium quod de jure patronatus laicali.

Idem dicitur de decimis infeudatis Ecclesiæ concessis à laico, quæ priscam naturam decimarum Ecclesiasticarum recipiunt, de quo vide Chopin. lib. 2. monast. tit. 1. pag. mihi. 184. Domin. Bretium. lib. 3. decis. 2. pag. 502. collationem constitutionum Regiarum. lib. 1. tit. 4. §. 1. fol. 119. Domin. *Louet.* litt. D. art. 60. quod verum est utique, quando fit suppressio feudi, & non aliàs, si decima Ecclesiæ concessa recognitioni feudali submissa permaneat, tunc enim priorem naturam infeudationis retinet, apud Dom. *Louet.* ibidem. litt. D. art. 60. Anton. Mornac. ad leg. 27. §. quod in specie. dig. de pœnis. eumdem Dom. *Louet.* in censura & notis ad Carol. Molin. ad reg. de infirmis. num. 45. & quod de manu laicorum transeuntes ad Ecclesiam retractui gentilitio subjaceant. Vide Petrum Pithæum. ad consuet. Trecensem. art. 148. Ludovic. Carond. lib. 7. respons. 204. probat. ad libert. Eccles. Gallicanæ. cap. 36. art. 5. & 6. quia nondum amisere jus laicale. F. P.

Restrictio præcedentis sententiæ in decimis infeudatis, quando non fit suppress. feudalitatis.

TITULUS VIGESIMUS.

De censibus, exactionibus & procurationibus.

Cap. 1. *Romana.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Metropolitano liceat iterum visitare provinciam, habita coram suffraganeis ipsius definitione, quod in scriptis redigi volumus.* Ibi. *Nota casum in quo scriptura requiritur.*

In quibus casibus requiritur scriptura hîc exponitur.

Hîc glossa ponit 28. casus quibus scriptura requiritur, quorum 23. ponit hîc Hostiens. & Joann. Monachus post eum, obmisit enim 15. 16. 17. & 28. Joann. Andr. addit duos; ut dicam in fine. gloss. Guillelmus autem in specul. de instrum. edit. §. restat. hos casus prosequitur, sed aliter quam hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *Tertius casus in privilegiis. Junctis præcedentibus. De his quæ exigunt scripturam.*

Concessio privilegiorum exigit scripturam.

Curtius Junior. in tract. feud. Carth. 2. colum. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa Ibi. *Octavus in emphiteusi. Junctis pariter præcedentibus. De similibus casibus scripturam exigentibus.*

Source : BIU Cujas

De aliis actibus scripturam exigentibus, scilicet attestationibus sive depositionibus testium.

Idem Aymo. consil. 112. num. 8. ubi ampliat etiam ad pensionum solutionem, sed est falsum, ut dixi in consuet. Paris. tit. 2. in rubrica. in fine. sed loco hujus fallentiæ adde aliam in actis & depositionibus testium, sive attestationibus. Alexand. 74. num. 9. lib. 1. C. M.

Cap. 4. *Quamquam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ecclesiæ, Ecclesiasticaque personæ, ac res ipsarum.* Ibi. *Scilicet Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, non res Clericorum eodem privilegio gaudent, quo res Ecclesiarum, nec est illud universaliter verum.*

An res Ecclesiasticorum gaudeãt privilegio Ecclesiastico & Clericali.

Sed tantum in casibus jure expressis, adde Carolum Ruinum. consil. 122. num. 6. lib. 5. C. M.

Correctio ad cap. 1. de censibus. in decretalibus.

Vide in id constitutionem Caroli Magni. de censibus. quæ refertur in cap. 1. de censibus. apud Gregor. sub inscriptione ex Concilio apud Guarmaciam, sed legendum Vormatiam, ubi Carol. Magn. hanc constitutionem edidit, ut notat Molin. in epigraphe sive inscriptione ejusdem cap. & in verb. senioribus. quam constitutionem inscripsit in tertia parte stili Parlamenti. tit. 50. cap. 1. & ibi admitte notam ejusdem Molinæi. in verb. senioribus. ex quo colligitur patrimonialia Clericorum, & alia bona etiam Ecclesiastica præter mansum, in fundatione constitutum, subjecta esse tributis & vectigalibus dominorum, judicatum tamen in Curia Juvamium sive Subventionum, in publicis causarum actionibus, perorantibus ex alterutra parte utroque *le Mazier*, Clero Gallicano intercedente, patrem viduatum, liberis existentibus, eisdemque bonorum dimissione facta, ad Subdiaconatum promotum talliarum exsolutione non amplius subjacere ex suffragio.

An bona Clericorum clericalia censenda, & Clericorum privilegiis gaudeant, & quomodo.

Junge & notam ejusdem Molin. ad can. possessiones. 16. quæst. 4. in glossa. in verb. possessiones. Ibi. præscribunt laici. F. P.

Iñ id arrestum Curiæ Juvamiñ sive Subventionũ Regiarum.

TITULUS VIGESIMUS-TERTIUS.

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmiteriorum & aliorum locorum Relligiosorum.

Cap. 1. *Quia nonnulli.*

GLOSSA.

In Glossa principii. in verb. *Quia nonnulli temporale dominium habentes.* Ibi. *Quod Ecclesiastico minus esse dubium non est.*

De subordinatione dominii temporalis ad Ecclesiam.

Non tamen subordinatum, ut isti putant. C. M.

De independentia dominii temporalis, & etiam Ecclesiæ à dominio & subjectione Papæ.

Recte illud brevius adnotavit Carolus Molin. ut subordinationem & dependentiam excluderet, quod & facultas Theologiæ Parisiensis, palam & publice protestata est, prima & secunda declaratione Regi Christianissimo exhibita, cum quatuor subsequentibus, quæ singulis Parlamentorum actis & decretis inscriptæ sunt, ad quas vide notas marginales nuper additas in nostris supplementis ad pragmaticam sanctionem Caroli VII. pag. 1142. & seqqu. & quod adnotavimus ad cap. 6. solitæ. de major. & obed. in decret. & Molin. notæ ibidem subjecimus, desumptum & uberius expositum in præfatione nostra historica ad pragmat. sanctionem Divi Ludovici pag. 16. art. 4. 5. 6. & 7. F. P.

In id laudantur declarationes sacræ Facultatis Theologiæ Regi exhibitæ, ad quas fit remissio, & ad locos in quibus referuntur.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Sane intelleximus, quod in Regno Franciæ, Communiæ, Scabini, Consules, & alii Domini temporales.* Ibi. *Accidentiam facti exprimit, non localem decretalem facit.*

De constitutionibus Pontificiis contra Dominos temporales editis, nec in Regno Franciæ receptis, quod contra eos Papa non habeat potestatem.

Idem Joann. Monach. Archidiac. sed recte hoc cap. principaliter factum est contra Regem & Barones Franciæ, contra quos non habuit potestatem; nec umquam receptum fuit in Regno, ut scripsi in consuet. Paris. §. 4. C. M.

Nota ad hanc annotationem

Principium hujus prænotati Molinæani. licet brevius usurpatum ab emendatoribus Romanis, sed cætera addita sunt hîc. ex editione ejusdem Molinæi anni 1553. ad quam Dom. G. D. P. notas suas & censuras adjecit, ut inferius habetur, sed interim vide quæ notat Renat. Chopin. ad hoc cap. lib. 1. de domanio Franciæ. tit. 13. num. 6. Guid. Conchil. in posthum. memorialibus reformat. stat. Ecclesiast. pag. 113. & sequent. & in novissimo tract. libert. Ecclesiæ Gallicanæ pag. 55. & seq. F. P.

Molinæanã, & ad eam & ad authores alios remissio.

Inquiritur in verum sensum hujus decretalis.

De hoc dixit. num 93. 94. doctores omnes, & ipse Molin. hujus decretalis sensum non cœperunt, Papa noluit Clericorum bona, vel ab oneribus realibus juste debitis, vel à juribus feudalibus ab antiquo impositis eximere, sed respondet querelæ in eos propositæ, qui libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere vel minuere tentabant, non quærebantur Clerici apud Alexandr IV. (qui sedit ab anno 1254. ad annum 1261. regnante in Gallia Divo Ludovico) adversus Regem & Barones, & Dominos temporales feudales, sed adversus Consules, Scabinos & alios Dominos temporales, qui non feuda, sed jurisdictiones exercebant, qui sua authoritate collectas & tallias Ecclesiasticis imponebant, ratione bonorum quæ acquisierant, eos cogentes vel solvere, vel extra manum suam ea bona ponere, quod erat injustum, cum solius sit Regis collectas imponere, & Ecclesiasticos ad contributionem adigere, dixi aliàs de hac decretali. C. D. P.

Quidquid dicat hîc. Dom. G.D.P. non erat inquisitionis Pontificiæ de talliis & tributis dominorum temporalium.

Cap. 2. *Decet domum Domini.* §. *Ordinarii locorum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In Ecclesiis processus Judicum sæcularium, & in eisdem locis prolatæ sententiæ omni careant robore firmitatis.* Ibi. *Quid de contractibus initis in Ecclesia numquid valebunt? dic quod non debent fieri, & qui faciunt peccant, tenent tamen contractus, cum tantum processis irritet, &c.*

Utrum in Ecclesiis possint exerceri actus jurisdictionis, sive contentiosæ, sive voluntariæ, & quod non debeant exerceri.

Scilicet processus contentiosæ jurisdictionis, quia actus jurisdictionis voluntariæ valent, licet ibi non debeant fieri, nisi concernant pietatem, secundum Barthol. in leg. actus. cod. de feriis. & sequitur Panorm. in cap. cum Ecclesia. extr. eodem. & bene. quamvis Philipp. Franc. hîc. contra. imo fortius valet citatio judicis sæcularis executa in Ecclesia, sive in causa civili, vel criminali, & ita observatur in hoc Regno, est enim templum de territorio & jurisdictione Principis sæcularis, ut dixi in consuet. Paris. §. 41. num. 65. C. M.

Nulli actus jurisdictionis in Ecclesia debent exerceri quamvis ad pietatem.

De hac prohibitione exercendi in Ecclesia actus & processus judiciales, vide Domin. Stephanum Durant. Protopræsidem Tholosanum. de ritibus Ecclesiasticis. lib. 1. cap. 26. art. 6. & 7 & quod expresse tractavi in tract. nostro & avitino. de beneficiis Ecclesiast. ad verb. *cum suo reditu.* cap. 4. de oneribus & immunit. Eccles. part. 2. de immunitatibus Ecclesiast. §. 1. *placita in Ecclesiis haberi non debere.* & sequent. *in Ecclesiis Hospitia, Convenus & Nundinas haberi non debere.* F. P.

De eadem materia ad alios authores, & tractatus plenior remissio habita.

TITULUS VIGESIMUS-QUARTUS.

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.

Cap. 1. *Satutum.*

SUMMARIUM.

In Summario. *Capitulum super Specula, prohibens audientiam legum vel physicæ non includit parochiales Ecclesias habentes, &c.*

An ex bona ratione studium legum & physicæ sit interdictum Plebanis & Monachis.

Nulla bona ratione, secundum Ancharan. & Philipp. Franc. ideo penitus exolevit. C. M.

Cap. 3. *Episcopus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Clericus jurisdictionem obtinens temporalem, Baillivo injungens ut veritatem inquirens justitiæ debitum exequatur, irregularis censeri non debet.* Ibi. *Clericus jurisdictionem obtinens temporalem.*

An Clericus ratione beneficii jurisdictionem obtinens temporalem, irregularitatem incurrat, injungendo Justitiæ debitum, & quod ipse exercere non debeat, sed exercendam laicis committere.

Sive ratione beneficii, sive ratione sui patrimonii, & secundum constitutionem Regni, debet exercitium laicis committere. C. M.

Ibidem.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si Epiſcopus, vel quicumque alius Prælatus, & Clericus juriſdictionem obtinens temporalem, injungat Baillivo, aut alii cuicumque, ut ſuper hoc inquirens juſtitiæ debitum exequatur.* Ibi *Nam dicunt quod ſi appelletur in tali cauſa debet appellari ad ipſum Prælatum.*

Non ſunt multiplicandi ad libitum gradus juriſdictionum ſive à laicis, ſive ab Eccleſiaſticis Dominis.

Stulta dubitatio, quia Domini temporales, ſive Eccleſiaſtici, ſive Laici non poſſunt ſibi multiplicare gradus juriſdictionis, ut dixi in conſuet. Pariſ. §. 10. num. 25. & ad Philipp. Dec. cap. prudentiam. in princip. de offic. deleg. C. M.

Vide in id quod Ordinarius non poſſit ſibi multiplicare gradus juriſdictionum, eumdem Molin. in not. ad cap. ſi quis. 14. in verb. *executor.* Ibi appellatur ad Epiſcopum. de foro competenti. & ad cap. non putamus. 2. in gloſſa. verb. *officiali.* ibi delegatus ab Epiſcopo. de conſuet. in 6. & in ſtil. Parlamenti parte 7. arreſt. 79. in verb. *officiales.* F. P.

De eadem materia multiplicationis graduum juriſdictionis, ad authores & locos Molinæi remiſſio.

LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

De ſponſalibus & matrimonio.

Cap. 1. *Ex ſponſalibus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Sponſalia pura & certa, ex conſenſu valida, licet alias nulla, inducunt publicæ honeſtatis impedimentum.*

Impedimentum prætenſum ex ſponſalibus de jure nullis, merito ſpernitur.

Quod inique & ſine ratione inductum fuit, & nunc ſpernitur. C. M.

Ibidem. §. *Ille vero.*

GLOSSA. & in addit. mar. In Gloſſa verb. *Ex ſponſalibus conditionalibus, ante conditionem exſtantem, nulla publicæ honeſtatis juſtitia oritur.* Ibi. *Intellige de conditione honeſta, non de tali quæ habeatur pro non adjecta, quia illa induceret publicam honeſtatem, ac ſi pure contracta fuiſſent, & in addit. margin.* Ibi. *Idem intelligas de conditione de futuro, non de præſenti, aut de præterito, quod probat Joann. Monachus per hanc litteram, quæ dicit ante conditionem.*

Ex ſponſalibus conditionalibus, pendente conditione, nullum oritur publicæ honeſtatis impedimentum.

Idem Gemin. cum gloſſa. Philipp. Franc. hîc. quamvis Henric. Boich. cap. ſuper eo. de cond. appoſitis teneat contractum nullum, & male. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De Deſponſatione impuberum.

Cap. unicum. *Si infantes.*

SUMMARIUM. De ſponſalibus impuberum, utrum ſuperveniente ætate legitima, validentur, nec ne. In Summario. Ibi. *Sponſalia infantum, per ſupervenientiam majoris ætatis non validantur.*

Franciſc. Aretin. conſil. 143. Carol. Ruynus conſil. 203. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si infantes ſponſalia contraxerunt, niſi majores ſeptennio verbo probaverint, vel facto, ſuperdurare, ſponſalia non convaleſcunt.* Ibi. *quia poſt ſeptennium vocant ſe invicem ſponſos.*

Sponſalia impuberum, per ſupervenientiam ætatis, abſque novo conſenſu non convaleſcunt.

Gemin. conſil. 23. colum. ultim. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sponſalia nulla, ut pote contracta à minoribus ſeptennio, per lapſum temporis non convaleſcunt.* Ibi. *Quod ſolo tractu temporis non confirmantur, ſed novo ſubſequenti conſenſu.*

Sponſalia nulla ob defectum ætatis ſolo lapſu temporis non cõvaleſcunt.

Vero, vel præſumpto, leg. item quæritur. §. final. & leg. ſequent. Joann. Monach. Joann. Andr. C. M.

Ibidem. §. *Idem quoque.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi per carnis copulam ſubſecutam, vel per aliquem alium modum in pubertate permanſerint.* Ibi. *Ut quia ſimul cohabitaverint, vel ſe coniuges nominabant, & amplexabantur ut coniuges.*

De eadem materia confirmationis ſponſalium ut ſupra.

Alexand. leg. quod ſervus. in princip. de cond. cauſa data. conſil. 149. viſo proceſſu in fine. lib. 5. Bald. conſil. 194. lib. 3. Socin. conſil. 29. num. 4. Philip. Decius. conſil. 603. colum. 1. Ludov. de Goſad. conſil. 2. num. 2. C. M.

Ibidem. §. *Porro.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ex ſponſalibus, quæ parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus contrahunt, ſi præſentes non contradixerint, obligantur.*

Filii præſentes, non contradicentes parentibus, ſponſalia inter ipſos contrahentibus obligantur, licet puberes vel impuberes.

Bald. conſil. 27. lib. 1. conſil. 78. lib. 5. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De cognatione ſpirituali.

Rubrica.

RUBRICA. In Rubrica. Ibi. *De cognatione ſpirituali.*

Cognatio ſpiritualis, an admittenda.

Quæ abſque ratione introducta, in multis locis ſpernitur. C. M.

Cap. 2. *Per catechiſmum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium, ſed non dirimit.*

An compaternitas ſpiritalis per catechiſmum cõtracta impediat vel dirimat matrimonium.

Vide Gemin. conſil 33. colum. 2. C. M.

Cap. 3. *Quamvis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Unus tantum intervenire debet in levatione infantis de ſacro fonte, vel chriſmatione frontis, tamen ſi plures interveniunt, cognationem contrahunt ſpiritualem.*

Intervenientes baptiſmo vel chriſmationi cognationem contrahunt ſpiritalẽ.

Limitat. Philipp. Dec. conſil. 501. C. M.

Declaratio arboris affinitatis.

DECLARATIO arb. affin. In declaratione arboris affinitatis. Ibi. *Hoc dico, quia ſi mortua eſt uxor tua, vis contrahere cum diſpenſatione Eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & Eccleſia diſpenſat, quod poſſis contrahere cum illa, non obſtante quod ſit tibi affinis in tali gradu, per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris, quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis, &c.*

Impedimentum publicæ honeſtatis, non ubique admittendum, & per diſpenſationem ſuper affinitate ſuppletur.

Imo poteris. Felin. capit. poſtulaſti. column. 10. de reſcript. quia ex narratione ſatis apparet de ea publica honeſtate. Panorm. cap. non debet. extr. de conſanguin. & affin. quamvis Gemin. conſil. 33. columun. 3. ſequatur Joann. Andr. hîc. & male. quia etiam prætenſa illa publica honeſtas, figmentum eſt irrationabile, quæſtus cauſa. C. M.

Source : BIU Cujas

LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denunciationibus.

Cap. 1. *Postquam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Reus, ex confessione criminis facta Inquisitori, puniri potest, licet dicat se antea non fuisse diffamatum, vel capitula inquisitionis sibi non fuisse tradita.* Ibi. *Ille debuit appellare, & non respondere, unde sibi imputet, idem dico de capitulis quæ tradi debuerunt.*

Confessus reus Inquisitori puniēdus, ut & respondeat capitulis accusationis absque prævia cōmunicatione.

Gloss. sequ Philipp. ad quod faciunt not. in leg. ordinarii. cod. de rei vind. cap. 1. de restit. spoliat. Cæpol. caus. criminal. consil. 17. in fine. Anton. Corset. in repet. verb. *inquisitio.* Hypol. Marsil. singul. 14. Philipp. Decius. consil. 170. consil. 175. ubi dixi. consil. 257. vide Alciat. cap. 1. num. 55. de offic. ordin. C. M.

Hujus Molinæani subnotati principium ab emendatoribus Romanis est usurpatum, omissa posteriori parte ab his verbis, *Cæpol. caus. criminal. ad finem usque*, quia manum Molin. redolebat. F. P.

TITULUS SECUNDUS.

De Hæreticis.

Cap. 5. *In fidei favorem.*

GLOSSA. ✱ In Glossa verb. *In negotio inquisitionis hæretica pravitatis, quilibet admittantur* Ibi. *Non idem in accusationibus, quia non est accusatio favorabilis, ut inquisitio.*

Adversus hæreticos inquirendos quilibet admittendi; secus in accusatione.

Idem Gemin. hic. Angel. Aretin. in tractat. malefic. in principio. C. M.

Cap. 7. *Cum contumacia.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresim de qua erat suspectus, post annum damnatur ut hæreticus.*

'An excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresim, in excommunicatione permanens post annum, damnandus ut hæreticus.

Quæst. Tholosan. 366. Ægid. Bellam. decis. 677. vide Panorm. cap. postulasti. de homicid. Ludov. Roman. singul. 303. Limita quando accusatio est calumniosa, vel suspicione calumniæ, propter licentiam delatorum, laborat, ut hoc sæculo vidimus. C. M.

Cap. 8. *Accusatus.* §. *Cum vero.*

GLOSSA. In Gloss. verb. *Hæreticus, si hæresim simpliciter abjuravit, & postea in aliam incidit ut relapsus judicandus.* Ibi. *Per hæc verba dico quod si abjurasset solum in illo capitulo, licet liberetur in alio, non diceretur relapsus.*

Quis dicendus relapsus hæreticus, vel non.

Idem Joann. Andr. in novell. facit Jacob. Alcmain. in 3. sentent. fol 68. fol. 70. in parv. quamvis Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. hic. contrarium teneant, & male. C. M.

Ibidem. § *Sane.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Inquisitores super hæresi deputati, non se intromittant de divinationibus, vel sortilegiis non sapientibus hæresim manifestam.*

Cujus fori sit cognitio divinationum & sortilegiorum.

Sed spectant ad cognitionem Judicis sæcularis, ut judicatum arresto Senatus Parisiensis in stil. Parlam. part. 5. quæst. 241. adde Oldrad. quæst. 209. Gemin. consil 54. Alciat. Parergon. lib. 8. cap. 22. C. M.

Quod sit mixti fori imo & delictum privilegiatum, cujus inquisitioni & condēnationi adesse debent, Judex Regius ad authores de ea materia tractantes remissio.

Junge eumdem Molin. ad eumd. stil. Parlament. parte 6. arresto 72. in verb. *sortilegiis & de veneficio*, quod sit casus privilegiatus, cui instruendo adesse debeat Regius Judex, vide Ann. Rob. lib. 1. rerum. judic. cap. 6. F. P.

Ibidem. §. *In eo vero casu.*

GLOSSA. In Glossa verb. *In eo vero casu, quo, interveniente morte, hæreticus non fuit declaratus, ad bonorum confiscationem post mortem nihilominus procedatur.* Ibi. *Quia non fuit reincorporatus unitati Ecclesiæ.*

Aliàs si fuisset reincorporatus, etiam post sententiam, hæredes non perderent bona, ut vult gloss. hîc. juncto textu. ita videtur tenere Joann. Andr. supr. §. proximo. Philipp. Franc. C. M.

Bona hæreticorum Ecclesiæ unita non reincorporatorum, post mortem confiscanda.

Cap. 9. *Statutum.*

TEXTUS. In Textu per totum. *Statutum Civitatis, per quod inquisitio hæreticæ pravitatis retardatur, nullius extitit firmitatis.*

Reges Franciæ de hæresi puniendā edicentes colendi & observandi in suis editis & decretis.

Istud cap. non fuit receptum, nec habet vim in Regno Franciæ, ubi Reges per sua edicta modo ad Judices sæculares duntaxat, modo partim ad Ecclesiasticos, & sæculares horum cognitionem pro arbitrio commiserunt. C. M.

Inquisitores hæreticæ pravitatis, partim à summis Pontificibus, partim à Regibus commissionem inquirendi habuerunt.

Imo inquisitores hæreticæ pravitatis erant à parte Ecclesiæ commissi tempore Francisci I. Francorum Regis, ut ex ejus patet constitutionibus ann. 1540. 1542. 1543. & Henrici II. tempore constit. ann. 1550. quia vero inquisitores fuerunt alii ex Episcoporum commissione, alii Papæ, de illis loquitur Francisc. I. de his Henr. II. at cum hæretici tandem seditiones & tumultus excitassent armati, quæ rebellium non erant Ecclesiastica crimina, ut hæresis, inde constitutiones emanarunt aliæ, quibus cognitio, vel Regiis Judicibus solis, vel Judicibus Ecclesiasticis & Regiis simul & conjunctim data est, non ad Ecclesiæ constitutiones convellendas, sed ad publicam tranquillitatem tuendam vel restituendam, quod est Regium officium; at tempore Constantini Magni summus Pontifex Inquisitores hæreticorum delegabat apud Nicephorum, qui cum suis abutentes commissionibus provincias commoverent, & innocentes opprimerent, huic malo volens Justinianus occurrere. novell. 103. cap. 2. & edicto 2. cap. 1. Præsidibus provinciarum, ut eos compescerent, dedit in mandatis, cognitione de hæreticis data Metropolitis & Præsidibus; cæterùm hoc cap. bene inspecto. Papa sua prohibitione non comprehendit Principes superiorem non recognoscentes. G. D. P.

Seditio & tumultus concurrens cum hæresi cognitionem utriusque Judicibus Regiis & sæcularibus cognitionem tribuunt.

In id Imperatoris Justiniani cōstitutiones & edicta.

Junge notam ejusdem Molinæi ad cap. 18. ne inquisitiones. §. prohibemus quoque. de hæret. hoc lib. 6. F. P. Ibidem.

De eadem materia ad alias Molinæi notas remissio.

GLOSSA. In Glossa verb. *Inquisitionis processus non impediantur, vel aliquatenus retardentur.* Ibi. *Unde statuto de non portandis armis, excipietur Inquisitorum familia.*

Portus armorum cognitio spectat ad Judicem sæcularem, non ad Ecclesiasticum etiam contra Ecclesiasticos.

Sed non spectat nisi ad potestatem sæcularem, ut dixi in annotationibus ad Philipp. Dec. cap. significasti. de offic. deleg. cap. cum non ab homine num. 9. de judiciis. C. M.

Armorum fabricatio & delatio sæcularis est potestatis & Regiæ.

Armorum fabricatio potestatis est sæcularis. novell. de armis. usus armorum inscio & inconsulto Principe prohibitus est. cod. lib. 11. distinct. 46. etiam Clericorum respectu, quoad mulctam. tit. de pace Const. §. si Clericus. in usibus feud. Fab. ad leg. addictos. cod. de Episcop. audient.. Quæstio fuit an Episcopus familiam possit armatam tenere pro justitiæ executione? non posse, nisi ex potestatis sæcularis concessione, putat Abbas ad dict. cap. significasti. & ad cap. cum non ab homine. contra sentit Bald. ad leg. nam salutem. §. final. dig. de officio Præfecti vigilum. quia inquit Episcopus Imperium habet in sua provincia, quod non potest absolute defendi, Franciscus Leo in thesauro fori

Quandoque tamen potest Judicis Ecclesiastici familia de hæretica pravitate inquirentis esse armata, de licentia Principis sæcularis, in executionem decretorum suorum & sententiarum.

Source : BIU Cujas

Ecclesiast. cap. 9. doctrinæ Baldi accedit, sed quam frigida, dicendum familiam Prælatorum jurisdictionem habentium posse arma deferre, pro suorum executione decretorum, mandatorum, & sententiarum, ad vim repellendam, & sui defensionem de potestatis consensu sæcularis, & ex patientia præsumi consensum, vide stil. Parlam. part. 3. tit. 38. §. 2. ubi idem Molin. G. D. P.

Ad præcedentem materiam de usu armorum ad alios Molinæi locos remissio.

Ad probandam Molinæi sententiam, quod usus armorum non spectet ad Prælatos, nec ad eorum familiam, junge eumdem Molinæum in not. ad can. 7. summa militiæ. in inscriptione. Ibi. Item Gregorius universis militibus Neapolitanis. 23. quæst. 1. cum nota & censur. Dom. G. D. P. & additione nostra ad eamdem; & quod Ecclesiasticorum arma esse non debeant alia quam lachrymæ & orationes. adde eumdem Molin. in præfatione causæ 23. quæst. 8. in textu. Ibi. Item Ambros. dicit quod arma Episcopi lachrimæ sunt & orationes. & in cap. dilecto. 6. in gloss. in verb. Ecclesiastico. de sententia excommunic. & quod omnia Clericorum arma sint Regi confiscata. vide eumdem Molin. in stil. Parlam. part. 6. §. 29. in verb. arma. & ulterius quod nec summi Pontifices armis sese defendere nequeant, vide eumdem Molin. in not. ad Philipp. Decium. consil. 151. in verb. defensionem. & quod Principes sæculares in defensionem suam debeant advocare, adde eumdem Molin. in not. ad can. 6. igitur. vel 7. in textu. & in inscriptione. Leo IV. scribit Ludovico Augusto. & in glossa. nostrum congregari populum fecimus. 23. quæst. 8. & tandem vide Guid. Conchil. in memorialibus reformat. status Ecclesiast. pag. 167. & sequent. & nosmetipsos in præfatione historica ad pragmat. sanct. Divi Ludovici. art. 29. 30. & 31. F. P.

Quænam arma Clericorum esse debeant, notatur ex ejusdem Molinæi notis.

Quod arma Clericorum sint Regi confiscata, hic vide.

Quod summi Pontifices in sui defensionem valeant arma sumere, sed Principes sæculares advocare hic vide, & remissiones ad alia loca.

Cap. 11. *Vt officium.*

Glossa. *

In Glossa verb. *In hæreticos simul vel separatim procedatis. Juncta Inscriptione. Clemens IV. Inquisitoribus hæreticæ pravitatis.* Ibi. *Regulariter contra, nisi ex forma commissionis id habeatur.*

Quomodo procedendum per Inquisitores contra hæreticos.

Idem Panorm. in cap. causam matrimonii. de offic. delegat. cap. cum non ab homine. num. 9. de judiciis. C. M.

Ibidem. §. *Verum.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Concedentes Fratribus deputatis Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, qui dum essent in sæculo tabellionatus officium habuerunt, libere exercendi ipsum officium quoad præmissa, id est quoad inquirendam hæreticam pravitatem.*

Notarii exercentes officium ante clericatum in inquisitione hæreticæ pravitatis, possunt eodē officio defungi, & quid requiratur ut fidem habeant in Francia.

Hoc non servatur extra jurisdictionem temporalem Papæ, & in Regno Franciæ debent Notarii Apostolici etiam Papæ prius esse examinati & immatriculati, & habere requisita in edicto Henrici II. alioquin nulla fides eis adhibebitur, ut etiam ibi dixi. §. 1. & §. 4. C. M.

Ibidem.

Glossa. De eadem materia quæ supra in articulo præcedenti de Notariis Apostolicis, & quæ requirantur ut fidem faciant.

In Glossa verb. *Quoad præmissa liberam habeant officium exercendi potestatem.* Ibi. *Idem probatur per decretalem. supr. ne Clerici vel Monachi. sicut.*

De eadem materia remissio ad varios authores.

Ubi super textu dixi. C. M.

Notarii Apostolici non possunt conficere instrumenta de rebus profanis, & inter meros laicos & sæculares, & in id remissio.

Junge quod notavi ibidem. ex tractatu nostro & avitino. de beneficiis Ecclesiast. ad verb. *Cœlestis.* cap. 1. de vita & honest. Cler. §. 13. de Clerico tabellione. & quod Notarii Apostolici non possint nec debeant instrumenta ulla conficere inter laicos, & de rebus temporalibus & profanis. vide Petr. Rebuff. de litter. oblig. gloss. 4. num 37. & sequent. ut testamenta, & inquisitiones. Dom. *Louet.* litt. N. num. 5. Julian. Peleus. Forens. quæst. 20. Ludov. Carond. in consuet. Paris. §. 291. fol. 147. B. & quod eorum instrumenta nullam pariant executionem authenticam, sive paratam, ut vocant, vel hypothecam, sed simplicem actionem, vide Joann. Paponem. in collectione arrest. lib. 4. tit. 14. §. 6.

Eorumdem instrumenta hypothecam non pariunt executionem aut obligationem paratam, ut vocant, & in id remissio ad varios authores hic citatos.

& 7. Vidum sive Guid. Conchil. in instit. jur. Gallici. pag. mihi. 352. & in quæst. & respons. juris consuetudinarii. quæst. 208. Joan. Imbertum in practica judiciaria civili & criminali. lib. 1. cap. 7. fol. mihi. 4. & cap. 59. fol. 407. probat. ad libertates Eccles. Gallic. cap. 7. art. 45. cum additione Dom. Putean. fratrum. & in cap. 23. art. 51. 52. & 53. & cap. 26. art. 28. ibi. Item *au neuviéme article* cum additione eorumdem Puteanorum fratrum ad hunc articulum 9. stil. Parlam. part. 3. tit. 25. §. 3. in verb. *fides. & ne gentes.* & part. 5. quæst. 259. & in verb. *temporali.* & part. 7. arrest. 77. in verb. *plenam fidem.* Anton. Mornac. ad leg. ultim. dig. de jurisd. omnium Judicum. pag. 82. & 83. postremæ editionis à me recollectæ. F. P.

Cap. 15. *Statutum.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Filii hæreticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternam sunt inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum.*

Filii hæreticorum incapaces beneficiorum obtinendorum, non vero obtentorum.

Calder. consil. 3. eod. tit. & quod non priventur obtentis beneficiis. Zenzelin. in extravag. execrabilis. verbic. Regum. C. M.

In id remissio ad Conchil. & quod illæ prohibitiones, non habeant locum in hoc Regno.

Vide in id & quod cap. quicumque 21. & hocce capitulum de hæreticis. non debeant admitti in hoc Regno. vide iterum Guid. Conchil. in posthumis memorialibus reformat. status Ecclesiast. pag. 129. F. P.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa verb. *Quod si secus actum fuerit, sit irritum & inane, id est si filio hæretici collatum fuerit beneficium usque ad secundam generationem.* Ibi. *Facit quod notat Accursius. cod. ad leg. Jul. majestatis. leg. quisquis. ubi dicit quod eadem est pœna, cum mulier committit crimen læsæ majestatis, sicut vir.* Ibi. *Leg. quisquis.*

In crimine hæreseos & læsæ majestatis eadem pœna mulieris quæ viri.

Versic. minus ausuras. & ibi Cynus sequitur, sed Salicetus reprehendit, & bene. quia in pœnis non fit extensio. adde Jason. consil. 106. lib. 3. Philipp. Decius. consil. 64. C. M.

Ibidem.

Glossa.

In Glossa. verb. *Non idem illorum quos constiterit reincorporatos unitati Ecclesiæ.* Ibi. *Quia lapsi fuerant simpliciter, non relapsi.*

De pœna filiorum lapsi vel relapsi in hæresim

Imo respectu filiorum idem si relapsi non in pœnitentia decesserint. Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Cap. 16. *Per hoc.*

Glossa.

In Glossa verb. *Inquisitores contra Episcopos procedere nequeunt, nisi in litteris contineatur expresse.* Ibi. *Non inquireret contra Episcopos, nisi id exprimatur, propter prærogativam Episcoporum.*

Episcopi nominatim exprimendi in inquirenda hæresi contra ipsos.

Idem Gemin. Philipp. Franc. C. M.

Cap. 18. *Vt inquisitionis.*

Glossa.

In Glossa. verb. *Leges quasdam, per Fredericum Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ Ecclesiæ persistentem, promulgatas approbantes.* Ibi. *Hoc dicit quia postea recessit à devotione Romanæ Ecclesiæ.*

Ad historiam Friderici Imperatoris obedientiam subtrahentis Sedi Apostolicæ.

Id est obedientiam subtraxit, quod Abbas Uspergensis, qui eo tempore vixit, scribit per injustitiam Pontificum terras illius inique occupantium contigisse. C. M.

Ibidem. §. *Prohibemus quoque.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Prohibemus quoque districtive Dominis temporalibus, ne de hoc crimine (cum mere sit Ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant.*

In Gallia hæresis est fori sæcularis simul & Ecclesiastici.

De quo non curatur in Regno Franciæ, ubi Reges super his statuta faciunt, & est crimen etiam fori sæcularis. C. M.

In eam materiam remissio.

Junge notam ejusdem Molinæi ad cap. 9. statutum. supr. de hæreticis. hoc lib. 6. F. P.

Correctio ad Molinæi notam & in id remissio ad authores.

Falsum ut patet ex Regiis constitutionibus, nisi concurrat seditio, tumultus, vel aliud crimen fori sæcularis, vide non contemnenda apud authorem historiæ fori Ecclesiastici. lib. 6. cap. 1. num. 8.

Source : BIU Cujas

cap. 2. num. 10. cap. 4. num. 19. G. D. P.

Cap. 19. *Cum ſecundum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Bona hæreticorum ipſo jure ſunt confiſcata.*

Hæretici per contumaciam damnati, bona nondum confiſcanda. Fallit in hæretico tantum per contumaciam. Andr. Iſarn. de ſtatut. contra libert. Eccleſ. column. 2. poſt uſus feudorum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Bona mulieris nubentis raptori, certo caſu deferuntur in fiſcum.* Ibi. *Sed numquid de iure canonico locum habebit hæc pœna, cum ſecundum canones licite contrahant.*

Pœna mulieris nubentis raptori quænam ſit, & utrum locum teneat de jure canonico. Quod ſic videtur placere Archidiacono. Joann. Andr. & expreſſe Felin. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. dicendum ut ibi dixi in annotat. ad Philipp. Decium. num. 34. C. M.

Hujus prænotati Molinæani minor pars uſurpata eſt ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori parte ab his verbis, *& expreſſe Felin. ad finem.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Sed ſatis videtur quod licet ſecundum non teneat matrimonium, pœna legis habeat locum in iis quæ non eſſent de temporali iuriſdictione Eccleſiæ.*

De eadem materia quæ ſupra in articulo præcedenti. Et bene, dicendum ut plene dixi in annotat. ad Philipp. Decium. in rubrica codicis. de ſecundis nupt. & conſil. 230. C. M.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Hæreticorum bona ipſo iure decernimus confiſcata.* Ibi. *Idem dicendum in crimine læſæ majeſtatis.*

In pœnalibus & odioſis non fit extenſio ut in cõfiſcationibus. Falſum, quia non reperitur niſi interdicta bonorum adminiſtratio. leg. final. cod. ad leg. Jul. majeſt. Bartol. leg. Imperator. de jure fiſci. in leg. ſi debitor. de his quæ in fraudem. in authent. de inceſtis nupt. in princip. Bald. in leg. quiſquis. cod. ad leg. Jul. majeſt. Ægid. Bellam. deciſ. 690. deciſ. 725. C. M.

De confiſcatione bonorum ex crimine læſæ majeſtatis conciliatæ leges & authores. Lex ultima. cod. ad leg. Jul. majeſtatis. loquitur de condemnato poſt mortem. in leg. quiſquis. bona omnia rei fiſco ſunt addicta, & de ea intelligenda eſt. novell. 34. §. ultim. in fine. at Bellam. deciſ. 690. male citat leg. quæſitum. dig. qui & à quibus manumiſſi non liceat. citat §. per contractum. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. ubi de condemnato poſt mortem, cui fiſcus ſuccedit, ſtandum eſt Clari ſententiæ. lib. 5. §. læſæ majeſtatis. num. 9. bona rei læſæ majeſtatis ipſo jure confiſcari. licet confiſcatio non ſortiatur effectum niſi poſt ſententiam, quod hîc etiam dicit Pontifex in crimine hæreſeos, (quod eſt crimen læſæ majeſtatis divinæ) ut probat Molin. ſub nota ultima ad verb. promulgata. ex doctoribus quos citat. G. D. P.

Ibidem. §. *Confiſcationis.*

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Confiſcationis executio fieri non debet antequam ſententia ſuper crimine fuerit promulgata.*

Ante ſententiam latam non debent bona confiſcari, vel ſententia confiſcationis executioni mandari. Idem Anchar. conſil. 189. Franciſc. Curt. ſenior. conſil. 20. column. 10. conſil. 59. column. 5. Jaſon. conſil. 9. lib. 1. Philipp. Decius. authent. Caſſa. num. 14. cod. de ſacroſ. Eccleſ. Joann. Amicus. conſil. 42. in fine. C. M.

Cap. 20. *Statuta.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *In inquiſitionis hæreticæ pravitatis negotio procedi poſſit abſque Judiciorum ſtrepitu & figura.* Ibi. *Dici poteſt quod inferior à Papa iuris ſolemnitates in iudiciis tollere non poteſt.*

An ſolemnitates judiciorum arbitrariæ, vel neceſſariò exequendæ. Idem Felinus. cap. 1. extra. de reſcript. Bald. conſil. 330. lib. 4. Panorm. conſil. 1. lib. 2. Alexandr. conſil. 17. num. 14. ubi dixi. lib. 4. conſil. 90. lib. 7. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De ſchiſmaticis.

Cap. unicum. *Ad ſuccidendas.*

TEXTUS. In Textu. per totum. *De Bonifacii Papæ condemnatione Cardinalium de Columna.*

Ad hiſtoriam temporis & Columnenſium, & Bonifacii VIII. contra eoſdem injuriam ulciſcẽtis. Hæc decretalis abuſiva eſt, quia lata per Bonifacium VIII. ad ulciſcendum privatum odium contra dictos Cardinales, quia fraudem & nequitiam ejus in aſſequendo Papatu improbabant, ut etiam refert Platina, ideo revocata per Benedict. XI. immediatum ejus ſucceſſorem, ut etiam refert Felin. cap. ſi quando. column. 8. de reſcript. Alexand. ab Exea. de conſtit. cap. 1. fol. 57. in parvis. C. M.

De ea materia hiſtorica ad authores remiſſio. Vide ad hanc decretalem illuſtrandam theſaurum variarum lectionum. Guid. Pancirolli. lib. 2. cap. 291. F. P.

TITULUS QUARTUS.

De homicidio.

Cap. 1. *Pro humani.*

TEXTUS. In Textu. per totum. *De aſſaſſinis & aſſaſſinatu.*

Not. ad decretalem de aſſaſſinis ſancientem, quod localis ſit. Hæc decretalis localis eſt, ut tenent Archid. Joan. Andr. hîc. Franciſc. Aretin. conſil. 163. column. 10. ut dixi ad Alexandr. conſil. 166. lib. 7. quamvis aliter dicat Philipp. Corn. conſil. 249. column. 2. lib. 1. C. M.

De eadem materia explicandæ hujuſce decretalis remiſſio. Ad eam decretalem plenius explicandam, vide Didac. Covarruv. lib. 2 var. reſolut. cap. 20. num. 10. & in relectione Clement. ſi furioſus. in 2. part. initio. num. 9. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ne Jeſus Chriſtus ad cœlos aſcendens gregem abſque paſtore deſereret, ipſius curam beato Petro Apoſtolo commiſit.* Ibi. *Satis patet quod poteſtas Petri tranſivit ad poſteros, aliàs poſt Petrum ſine paſtore remanſiſſet Eccleſia.*

Succeſſio poteſtatis in ſummis Pontificibus, quænam ſit. Non ſunt ergo claves Eccleſiæ contemnendæ. de pœnis. cap. fin. ſed non habet ſucceſſionem corporalem nec localem, poſteri ſunt ejuſdem fidei profeſſores, non autem dominatum exercentes. C. M.

Quod orbis Chriſtianus ſit diœceſis Papæ in quam juriſdictionem habeat univerſalem. Quod dicit Molinæus de ſucceſſione corporali, ineptum eſt; de ſucceſſione locali dic orbem Chriſtianum eſſe Papæ diœceſim. Gonzal. ad reg. 8. cancell. §. 1. proœm. num. 7. & 8. Sedet autem in cathedra Petri, cujus eſt reſpectu tam fidei quam juriſdictionis ſucceſſor, quam ſedem ex cauſa tranſferre poteſt, ut & divus Petrus tranſtulit, cæterùm dominatum habet Papa, dominium, poteſtatem, & juriſdictionem diverſis reſpectibus. G. D. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si per prædictos aſſaſſinos interfici fecerit, vel mandaverit.* Ibi. *Etiam ſi mandans revocaverit, pœnam incurrit, cum ex ſolo mandato iam prius ligatus eſſet.*

Mandans aſſaſſinatum punitur, etiam ſi mandatum revocaverit. Hypolith. Marſil. leg. is qui cum telo. cod. ad leg. Cornel. de ſicariis. C. M.

Cap. 3. *Is qui mandat.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Mandanti aliquem verberari ſecuta mors imputatur.*

Graviora quæ ſequuntur mandatum executioni commiſſũ mandanti imputantur, etiam ſi revocaverit. Anton. Rubeus repetit. §. morte. num. 500. leg. non ſolum. de oper. novi nunciat. limitat Marian. Socinus. cap. ad audient. column. 33. extr. eod. Jaſon. leg. pro hærede. §. ſi coram. de adquirend. hæred. Vide Angel. Aretin. de maleficiis. verſ. Sempronium mandatorem. quæſt. 18. Philipp. Decius. conſil. 482. Alciat. leg. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 35. cum ſeq. de verb. obligat. C. M.

In eamdem materiam remiſſio. Adde in id Didac. Covarruv. in relect. Clem. ſi furioſus. 2. part. §. 1. num. 2. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. *Qui mandat aliquem verberari, licet*

Source : BIU Cujas

inhibeat ne occidatur, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur.

Ex mutilatione membrorum quando irregularitas sequatur.

Scilicet facta separatione membri, vel tali debilitatione. Clavas. verb. homicidium. 5. secus si tantum digitus amputetur, quia non est membrum, sed officium membri, ideo non fit irregularis. Doct. hîc Bartol. Angel. Imol. leg. 2. de publ. jud. Angel. Aretin. tractat. malefic. vers. membrum. Anton Rubeus. consil. 83. C. M.

De eadem materia remissio ad authores.

Recte de digito. latè Covarruv. ad Clement. furiosus. de homicid. init. 3. partis relectionis. num. 8. Ugolin. de irregular. cap. 4. §. 5. num. 3. G. D. P.

TITULUS QUINTUS.

De usuris.

Cap. 1. *Usurarum voraginem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Sancimus, ut quælibet Universitas vel Collegium usurarios manifestos de terris suis expellant.* Ibi. *Poterit autem Episcopus eos publicare, si convicti fuerint, vel sint certa argumenta cum fama.*

Publici usurarii expellendi & publicandi, & qui nam sint publici & manifesti.

Archid. hîc. Joann. Andr. Gemin. hîc. & consil. 59. C. M.

Cap. 2. *Quamquam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ecclesiastica careant sepultura manifesti usurarii.* Ibi. *Satis posset dici manifestus, si coram Sacerdote, & testibus fatetur se usurarium.*

Qui sint publici & manifesti usurarii.

Ita quod fiat publicum. Anchar. Gemin. Philip. hîc. Anchar consil 189. consil. 376. Panorm. consil. 1. lib. 2. Socin. consil. 127. lib. 3. Anton. cap. ad nostram. column. 2. num. 16. de empt. & vend. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ecclesiastica careant sepultura usurarii, donec de usuris fuerit, prout patiuntur facultates, plenarie satisfactum.* Ibi. *Quæri solet an hares usurarii satisfacere debeat primo venientibus, satis videtur hoc casu haberi considerationem temporis, ut qui prius solvit usuras, recipiat.*

An servari debeat ordo temporis ad satisfaciendum usuris exsolutis.

Et male, si nulla est hypotheca. Gemin. Panorm. d. cap. cum tu. C. M.

Ibidem. *Vers. vel illis quibus.*

TEXTUS

In Textu. Ibi. *Sive Rectori parœciæ de restitutione usurarum cautum fuerit. Junctis præcedentibus. De Ecclesiastica sepultura.* Ibi. *Rectori parœciæ.*

Cavendum in manibus parochi satisfacturum usuris exsolutis.

Qui in hoc publica est persona, & acquirit absenti. Guilelm. Cumeus. in leg. libellorum. cod. de litis contestat. sed contrarium tenet Albericus. in leg. transigere. column. 4. cod. de transact. Philip. Decius. consil. 551. column. final. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Aut servo publico, de ipsius ordinarii mandato cautum sit. Junctis iterum præcedentibus.* Ibi. *Dicemus servum publicum apud Prætorem stipulari debere.*

Item in manibus servi publici cavendum authoritate Ordinarii constituti.

Latè Domin. Andr. Tiraquell. de constit. possess. part. 3. Limitat. 30. num. 20. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Testamenta aliter facta quam satisfactione usurarum habita, aut de satisfaciendo cautione præstita, non valeant.* Ibi. *Quid de codicillis, videtur quod valeant, dic contra.*

Non valet testari usurarius, antequam satisfecerit de usuris, vel caverit.

Idem Joann. Monach. Archid. hîc. Philip. Franc. in rubr. column. 9. supr. eod. de testam. late Domin. Andr. Tiraquell. de leg. connub. gloss. 3. num. 107. ubi tamen num. 71. cum seq. tenet aliud in donatione causa mortis, sed adhuc idem tenet Philipp. Franc. ubi supr. Calder. consil. 12. de constit. & communiter Canonistæ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi *Quid si primo testamentum fecit? postea cavit, satis videtur sufficere, si ante mortem cavit.*

Satis est si ante mortem caverit

Idem Gemin. Philipp. Franc. hîc. & in rubric. supr. eod. de testam. column. 21. Petr. Anchar. in rubr. de reg. jur. colum. 2. infr. eod. & consil. 161. column. 2. Philipp. Decius. leg. quod initio. num. 12. de reg. jur. ubi dixi. quamvis aliud sentiat Andr. Tiraquell. de constit. part. 3. Limitat. 30. num. 44. C. M.

usuratius, ut etiam valeat testamentum prius factum.

TITULUS SEXTUS.

De excessibus Prælatorum & subditorum.

Cap. unicum. *Cum ex eo.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Cum ex eo, quod Religiosi mendicantes domos ad habitandum de novo suscipiunt, scandala proveniant.*

Mendicantes non possunt absque scandalo novam domum acquirere, vel in novam migrare.

Verbum de novo respicit ipsum corpus domus, seu habitationis, ita quod non licet eis novam domum acquirere, vel in novam migrare, etiam in eadem civitate, vel castro, quamvis Gemin. hîc. & Oldrad. consil. 189. contrarium velint. C. M.

De eadem materia remissiones.

Vide in id quod Ordines mendicantes & alii non debeant multiplicari. cap. 32 probationum ad libertates Eccles. Gallic. per totum. F. P.

TITULUS SEPTIMUS.

De privilegiis.

Cap. 1. *Volentes.*

SUMMARIUM.

In Summario. *Exempti, ex contractibus, si initi sint in loco non exempto, conveniuntur coram Ordinario, sed ratione domicilii, non.*

Exempti & privilegiati ubi conveniendi.

Vide Gemin. consil. 72. & consil. 8. column. 1. C. M.

In id expositus & suo vero sensu redditus. art. 10. novæ & ultimæ constitutionis Regiæ, sive continuationis mensis Augusti 1669. tit. *des committimus & gardes gardiennes.*

Adde in id continuationem constitutionis Regiæ novissimæ mensis Augusti anni 1669. art. 30. de privilegio scholarium juratorum, quo innixi, si ex contractu privato habito cum residentibus ultra sexaginta leucas agere voluerint, non possunt residentes extra domicilium avocare, & quod ultra, extra eam circunstantiam privilegio scholaritatis standum sit, & ex quocumque loco avocare possint, etiam ex eo articulo si suo & nativo intellectui reddatur, quamvis de eo quidam dubitent, in verum articuli sensum non penetrantes, ut jacet. F. P.

Cap. 3. *Abbates.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Dicit quomodo intelligatur privilegium quod habent Abbates de populo benedicendo, & quibus possint Abbates conferre tonsuram.*

De benedictione populi ab Abbate facienda, & tonsura conferenda Religiosis.

Anton. Butr. consil. 19. column. 5. C. M.

In id laudatur hic & refertur solemne arrestum Senatus Parisiensis, pro Archiepiscopo Parisiensi contra Canonicos regulares Abbatiæ sanctæ Genovefæ in monte Parisiensi.

In id vide solemne arrestum Senatus Parisiensis in majori auditorio pronunciatum die 4. Julii anni 1668. ex suffragio Dionisii Talæi Advocati Generalis, perorantibus Georgio *du Hamel* pro illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi, & Ludovico *du Bois* pro Abbate & Religiosis sanctæ Genovefæ in monte Parisiensi, sedente & pronunciante domino Nicolao *Potier de Novion* secundo Præside Senatus Parisiensis, nunc vero Protopræside dignissimo, quo vetitum & interdictum Abbati sanctæ Genovefæ, ne in die festo Corporis Christi adesset Pontificalibus vestibus indutus, & populo benediceret, neve Religiosos suos ad Ordines, inconsulto Archiepiscopo Parisiensi, promoveri curaret, nec non litteras monitorias ad revelationem veritatis decerneret, nisi in causis ad seipsos à Senatu Parisiensi, vel altero Judice sæculari remissis, vel ad se devolutis, quod extat in sinodico Ecclesiæ Parisiensis, authoritate illustrissimi ac reverendissimi D. D. Francisci *de Harlay* Parisiensis Archiepiscopi, Ducis ac Paris Franciæ edito, appendicis secunda parte. pag. 504. & sequent. usque ad pag. 545. F. P.

Cap. 4. *Authoritate.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Causas quoque suorum hominum liberorum exempti non assumant.* Ibi. *In servis enim secus.*

Source : BIU Cujas

An dominus Judex esse possit in causa vasallorum, & quando.

Vel adscriptitiis, ut judicatum contra Comitem Flandriæ, in Senatu Parisiensi, ut habetur in stilo Parlam. part. 5. quæst. 157. nisi dominus haberet propinquum interesse in ea causa, ut ibi dixi. adde Jacob. de sancto Georgio. tractat. de operis. Albert. Brunum. consil. 119. in fine. C. M.

Cap. 5. *Ne aliqui.*

TEXTUS.

In Textu. *Indultis Regibus & Reginæ concessis exceptis, indulta & privilegia ad Ordinariorum sententias prohibemus extendi.*

Privilegia & indulta non debent turbare jurisdictionem ordinariam.

Ludov. Gomes. in regul. cancellar. de infirmis. resign. quæst. 12. C. M.

Cap. 8. *Episcoporum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Exempti excommunicatos vel interdictos ad divina officia non admittant.* Ibi. *Interdum tamen licet celebrare præsentibus interdictis, quod dic ut infra. de sentent. excommunicat. cap. ult.*

Quomodo & quando exempti possint admittere interdictos in celebratione officii divini.

Calder. de sentent. excommunic. consil. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui contra præsumpserint, ingressum Ecclesiæ sibi noverint interdictum.* Ibi *Scire debes quod quidam hanc decretalem & ejus pœnam dicunt locum habere tantum in exemptis.*

Pœna exemptorum interdictos celebrationi divinorum officiorũ admittentium.

Joann. Monach. in præd. decretali. is cui. Joan. Andr. Gemin. hîc. contra hanc glossam. C. M.

Cap. 11. *Licet vobis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Privilegiati, ut tempore interdicti celebrare possint divina clausis Ecclesiis, alios etiam extraneos admittere nequeant, etsi fuerit singularis persona super hoc privilegiata, familiares suos admittit.*

Quos admittere possit officio temporis interdicti celebrato, privilegiatus & exẽptus.

Oldrad. quæst. 11. text. in leg. restituendæ. cum gloss. cod. de advoc. diversi. jud. Bald. in tractat. statut. vers. calciolarius. Albert in 2. statut. quæst. 182. Ancharan. repet cap. accessorium. column. 3. infr. de reg. jur. Philipp. Decius. leg. scriniarios. colum. 1. cod. de testam. Hieron. Grat. consil. 130. column. 2. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Indultum ut interdicti tempore liceat divina celebrare, januis clausis, submissa voce, excommunicatis & interdictis exclusis.* Ibi. *Istud inducebat dubitationem, an etiamnum non interdictos nec excommunicatos aliunde venientes admittere possent à contrario? sed hoc non est verum, nisi sint privilegiati.*

In privilegiis non est locus argumentandi à contrario sensu vel aliàs.

Tene menti quod in privilegiis non habet locum argumentum à contrario sensu. Philipp. hîc. Jason. leg. 1. column. 12. num. 55. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Indultum singulari personæ concessum, ut interdicti tempore liceat divina celebrare, comprehendit domesticos & familiares, non sic in familiaribus & domesticis conventus privilegiati, illi enim, nisi sint privilegiati, admitti non debent.* Ibi. *Diversitatis ratio, in primo casu. privilegium posset esse inutile, quod esse non debet, in secundo casu conventus per se sine familiaribus celebrare potest, ideo restringendum.*

Privilegium admittendi familiares celebrationi officii tempore interdicti quos includat.

Nisi ipsi familiares conventus essent perpetui & relligiosi, de quibus in dict. cap. cum olim. quia tunc ad eos extenderetur d. cap. per exceptionem. & cap. recolentes. supr. de statu monach. Archid. Joann. Andr. Philipp. Franc. hîc. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De injuriis & damno dato.

Cap. unicum. *Etsi pignerationem.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Represaliæ contra personas Ecclesiasticas concedi, vel concessæ, extendi non debent.*

Contra personas Ecclesiasticas non debent dari represaliæ, nec ad eos extendi.

Bartol. in tract. de represaliis. Bald. authent. omnino. cod. de oblig. & act. Joann. Jacob. in repetit. hujus cap. Philipp. Franc. cap. non debet aliquis. infra. de reg. jur. C. M.

Adde in eam marcharum & represaliarum materiam Dom. Claudium Expillium action. forens. 16. pag. 176. Dom. Bretium de jure superioritatis sive *de souverainneté.* lib. 2. cap. 14. F. P.

De eadem materia remissio ad authores de ea tractantes.

TITULUS UNDECIMUS.

De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

Cap. 2 *Solet.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *An sit absolvendus absque ulla contradictione qui per superiorem absolvi postulat ad cautelam.* Ibi. *Dixit Bernard. quod quilibet Judex ordinarius & delegatus hanc absolutionem impertiri possunt, alii contra, in delegato.*

Quis impertiri possit absolutionem ad cautelã.

Dic quod indistincte potest absolvere. textus in cap. prudentiam. §. 6. de offic. deleg. & ita tenet Panormit. in cap. prudentiam. de appellat. Albert. in 4. statut. quæst. 72. in fine. Jason. leg. 1. in princip. cod. de transact. Philipp. Decius. consil. 72. column. 3. in fine. in cap. ut debitus. num. 23. de appellat. & in d. cap. ad præsentiam. ubi in annotat. dixi. C. M.

De absolutione ad cautelam, vide specialem tractatum Joann. Tournetii Advocati Parisiensis Francisco Harlæo Rothomagensi Archiepiscopo seniori & avunculo dicatum. F. P.

De absolutione ad cautelam remissio ad authores de ea tractantes.

Cap. 4. *Quia periculosum.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi.*

An in generali excommunicatione vel interdicto comprehendantur Episcopi.

Sed quod aliàs in generali includantur. Philipp. Decius. leg. 11. num. 24. cod. de mand. Principum. C. M.

Cap. 5. *Romana.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Caveant Officiales, ne sententias excommunicationis pro futuris culpis proferre præsumant, videlicet si tale quid fecerint. Juncto textu. per totum.*

Excommunicatio ferri non debet pro futura culpa & committenda.

Tamen si feratur pro futuris culpis, quod valet, tenet Philipp. Franc. hîc. Felin. in cap. cum super. de testibus cog. quod non est verum, nisi in casibus sequent. in textu. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *In Vniversitatem vel Collegium excommunicationis sententiam proferre penitus prohibemus.* Ibi. *Quidam tenent quod non valet sententia lata contra Vniversitatem, quia Vniversitas non est materia capax ad recipiendam talem sententiam. Bernard. contradicens, quod si sententia fuit lata, bene tenet.*

Collegium vel Universitas non potest nec debet excommunicari, nec est materia capax excommunicationis.

Dic contra per hunc textum. versic. penitus. Archid Dom. Philipp. Franc. hîc. Felinus in cap. dilectæ. column. 3. de excepti. nisi constet omnes culpabiles esse, & excommunicationis capaces. Felin. in d. cap. dilectæ. column. 1 sed adhuc oportet constare de delicto singulorum, & singulos excommunicari, aliàs in Francia tanquam ab abusu appellari posset. C. M.

Non est appellandum ab excõmunicatione nulliter prolata quia non ligat.

Non est appellatio necessaria, cum excommunicatio nulla foret, nec ligaret Ugol. de censur. tab. 2. cap. 26. §. 3. nisi forte appellaretur ad reformandum attentatum in Ecclesiæ constitutionem, & ne denuo clavibus Prælatus abuteretur in universalem oppressionem cum scandalo. G. D. P.

In id quod Universitas & Collegium excommunicari non possint ad authores remissio.

In id & quod Universitas vel Collegium excommunicationi submitti non possit, sed potius interdicto generali, vide gloss. pragmat. sanct. tit. de excommunicatis non vitandis. §. statuit. in verb. Universitatem. Guid. Conchil. in memorial. reformat. status Ecclesiastici. pag. 157. & seqqu. tractat. D D. Puteanorum fratrum. de origine & progressu interdictorum Eccles. Dom. Didac. Covarruv. lib. 2. var. resolut. cap. 8. num. 9. F. P.

Source : BIU Cujas

Cap. 6. *Dilecto.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Qui potest & negligit impertiri auxilium vicino injuriam passo, videtur injuriam fovere, ac esse participem culpæ.*

De participatione injuriæ ab eo qui patitur vicinũ pati injuriã nec ei succurrit.

Cap. error. cap. quid prodest. cap. consentire. 83. distinct. can. negligentia. 2. quæst. 2. Andr. Isern. de pace tenenda & ejus violat. column. 2. in usib. feud. Felin. cap. 1. column. 2. & ibi Philipp. Decius. column. 4. de offic. deleg. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Vim vi repellere licet, unde etiam potuit spiritualiter, gladio videlicet utendo Ecclesiastico, defensare.* Ibi. *Dicit Ambrosius, & ex nimia humilitate loquitur, quod arma sua sunt lachrymæ 23. quæst. ult. convenior.*

Quæ sunt arma Ecclesiæ nempe orationes & lachrymæ secundũ divum Ambrosium.

Imo ex Apostolica veritate: quamvis glossa in d. cap. convenior. eadem arte nitatur textum corrumpere. & Gemin. & Canonistæ. hîc. & ibi sequantur. C. M.

Expositum Ambrosii dictum de armis Ecclesiasticorum.

Ex humilitate & veritate Apostolica dictum quia præter lachrymas, quas pia charitas humiliter extorsit, poterat beatus Ambrosius invasores Ecclesiæ gladio excommunicationis prostrare, qui Theodosium Imperatorem si non excommunicavit, saltem à templo amandavit. G. D. P.

De eadem materia quæ supra armorum scilicet Ecclesiæ, remissio ad authores.

Vide supra quæ annotavimus & censuræ Dom. G. D. P. subscripsimus ad cap. statutum. 9. de hæreticis hoc lib. 6. & quod est apud Guid. Conchil. in posthumis libert. Eccles. Gallican. tractat. pag. 61. F. P.

Cap. 7. *Venerabilibus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si suffraganeus pro suorum defensione jurium, ex officio suo procedens aliquem excommunicet, coram Archiepiscopo conveniendus ipse suffraganeus.*

Suffraganeus pro defensione jurium aliquem excommunicans coram Metropolitano conveniendus.

Panorm. Felin. cap. dilectus filius. infra. de rescript. cap. cum speciali in fine. de appellat. Marian. Socin. in tract. de citat. art. 5. num. 14. C. M.

Ibidem. §. *Porro.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Nota quod ille dicitur manifestus contumax, qui in judicio dixit Judici quod non compareret, & ideo non est amplius citandus, secus si diceret extra judicium, puta nuncio.*

Quis sit notorius & manifestus contumax, & ut de responsione partis creditur relationi apparitoris.

Idem glossa hîc. vers. in judicio. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Alexand. leg. contumacia. column. 1. de re jud. Philipp. Corneus. column. 79. lib. 3. sed contrarium quod imo sit verus & manifestus licet nondum notorius, tenet Cardin. Florent. Clem. unica. col. 4. de dolo & contumac. Jacob. de sancto Georgio. in tract. feud. versus finem. & ita servatur, & de responsione partis, apparitoris relationi creditur. C. M.

Locus Jacobi est ad verbum & dicti vasalli. num. 27. at alio omnino jure utimur, & omissis quæ glossæ & doctores tædiose dicunt de diversis contumacibus, veris, fictis, manifestis, evidentibus, quæ ample Cardinalis post Speculat. refert dicendum omnem citatum & contumacem quidquid extra judicium responderit, iterum citandum esse (casibus exceptis in quibus unicus sufficit defectus) nec enim esse verum contumacem, nec relationi nuntii credimus, nisi adsint testes, ex constitutionibus Regiis, porro an nuncio credatur de citati responsione. vide Tiraquell. de retract. lineari. art. 8. gloss. 9. num. 16. & seqqu. G. D. P.

Contumax iterum citandus ex constitutionibus Regiis, sed hodie aliud servatur ex nova constitutione mensis Aprilis 1667.

An credendum relationi apparitoris absque testibus.

In id quod quandoque relationi nuncii & apparitoris credatur, vide Guid. Pap. quæst. 628. Guid. Conchil. consuetud. Nivernensis editionis Angelerianæ fol. 811. & in quæst. consuetudinariis. quæst. 312. Anton. Mornac. ad leg. 1. dig. de in jus vocando. stil. Parlam. parte 7. arrest. 25. in verb. *officio.* pag. 395. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Archiepiscopus, vel ejus Officialis absolvere debent, si post definitivam sententiam fuerit excommunicationis sententia promulgata, & ad eos fuerit appellatum.* Ibi. *Speciale ergo quod post appellationem sequentem non annulletur excommunicationis sententia lata post definitivam, licet male fecerit Judex exequendo intra decem dies & excommunicando.*

De excommunicatione post definitivam sententiam à qua appellatum fuerit, intra legitima tempora lata, & de absolutione impertienda.

Idem Domin. hîc. Felin. cap. quod ad consultationem. column. 14. de re jud. C. M.

Ibidem. §. *Similiter.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si aliquis proponat se post appellationem ex causa legitima interpositam, excommunicationis vinculo adstrictum, potest Archiepiscopus, postquam de hoc constiterit sibi, absolutionis beneficium ad cautelam impertiri.* Ibi. *Nota quod necesse est prius constare appellatum, quandofieri habet relaxatio ad cautelam.*

De absolutione & relaxatione excommunicationis ad cautelam, pendente appellatione impertiẽda.

Gemin. Philipp. Franc. hîc. Ægid. Bellam. decis. 91. decis. 684. Gemin. consil. 99. column. 1. Philip. Franc. cap. Romana. §. si vero supr. eodem. de appellat. Joann. Andr. cap. cum sint partium. infra. de reg. jur. in mercur. & est glossa singularis. Felin. cap. Apostolicæ. column. 7. de except. C. M.

De materia absolutionis ad cautelam ad ipsummet Molinæum & alios authores de eadem materia tractantes remissio uberior.

Junge in id, & ad explicandum plenius absolutionis ad cautelam beneficium, notam ejusdem Molinæi. ad cap. exhibita. 22. in gloss. verb. postulavit. de homicidiis. apud Gregor. de hac absolutionis ad cautelam materia est specialis tractatus Joannis Tournetii dicatus & consecratus Francisco Harlæo seniori Rothomagensi Archiepiscopo: in calce novæ editionis operum Francisci Florentis Antecessoris Aurelianensis & Parisiensis, & de eadem materia differui in expositione litis, aliàs factum appellant, Decani Alethensis appellantis à sententia & decreto excommunicationis contra eum pronunciatæ ab Episcopo Alethensi, pronunciata contra eumdem Episcopum sive ejus promotorem intimatum, cujus litis decisioni Judex à Rege Christianissimo delegatus adfui. F. P.

Cap. 8. *Decernimus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Excommunicati ab agendo, patrocinando, & testificando repellant.* Ibi. *Sed numquid excommunicatus poterit testari.*

Excommunicatus à quibus exequendis repellatur.

Dic quod sic, Joann. Andr. hîc. in novell. Feder. de Senis. consil. 73. vetus querela. consil. 19. rector Marchiæ. Bartol. Francisc. Aretin. leg. si quæramus. de testam. text. in cap. fœlicis. in principio. juncto vers. sit intestabilis. supr. eod. de pœnis. Stephan. Bertrand. consil. 72. viso casu. in fine. lib. 2. C. M.

De eadem materia remissio.

Adde hîc ad sufficientiam quæ super addidi supr. ad notam Molinæi & censur. Dom. G. D. P. ad cap. 1. in textu. ibi. malitia succrescente de except. in 6. F. P.

Cap. 9. *Constitutionem.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Participantes excommunicatis, ea participatione quæ solum minorem excommunicationem inducit.* Ibi. *Incurrit quis minorem excommunicationem, mittendo nuncium ad excommunicatum, ac si illi personaliter loqueretur, ad hoc supr. eod. lib. de elect. ubi periculum. §. nulli.*

Quæ sit participatio excommunicationis, & quæ pœnæ participantium.

Iste §. loquitur de excommunicatione majori, sed hîc æquiparatur loqui, vel nuncium mittere, vel litteram. Joann. Andr. fol. 37. quæst. 2. lex divina. in principio. Papa est. doct. in leg. 1. de verb. oblig. & ibi Francisc Ripa. leg. 1. in principio. column. 8. ubi Socin. column. 2. contrarium sentit, Vide Philip. Dec. cap. à nobis. de except. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis hîc usurpatur, omissa posteriori ab his verbis, *Joann. Andræas ad finem.* F. P

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Ita demum esse monitionem Canonicam, si eos qui monentur, exprimat nominatim.* Ibi. *Si ignorat nomina illorum de Conventu, cogat rectorem Conventus, vel Universitatis ad judicandum*

Source : BIU Cujas

sibi nomina illa. dig. de condict. ob turpem causam. leg 4. §. finali.

A Quæ sit monitio canonica & quomodo exequenda.

Simile quod notat. supr. eod. lib. de concess. præb. si in capitulo. in princip. gloss. 6. Joan. Andr. & cum glossa. Joann. Monach. Archidiac. Gemin. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Cap. 15. *Si Clericos.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Si Clericos jurisdictioni tuæ subjectos, propter commissos excessus, etiam per laicos capi facias.*

Cognitio est judicis sæcularis an reus sit Ecclesiasticus nec ne, & in habitu Ecclesiastico.

Calderin. consil. 3. de appell. & potest Judex sæcularis cognoscere an reus sit in habitu clericali, ut etiam tenet Guid. Pap. decis. delfinal. 138. Stephan. Aufrer. repetit. Clement. 1. column. 35. de offic. ordin. ut etiam judicavit Curia Paris. & habetur in stilo Parlam. parte 5. quæst. 44. C. M.

De eadem materia quæ præcedit, remissio ad authores.

Imo quæst. 43. & vide quæ adnotata sunt ad cap. ut fama. 35. de sentent. excommunic. apud Gregor. in hanc materiam quod notionis Judicis sæcularis sit, an reus Clericus sit nec ne & clericaliter vivens. F. P.

Cap. 16. *Si sententia.*

Glossa.

In Glossa. verb. *Cum populus alicujus terræ interdicto innodatur, ne sententia effectu careat, singulares personas interdictas esse constat, cum divinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo ut universis non competant.* Ibi. *Quia Universitas est res inanimata, in quam non cadunt talia. supr. eod. tit. & lib. Romana. in fine.*

Universitas non potest excommunicari & unde illud sit.

Nam ut ibi satis scripsi, ista cadunt in annuam rationalem & personam veram, non repræsentatam. Joann. Andr. adde Marian. Socin. cap. final. colum. 5. de juram. calumn. C. M.

De eadem materia ad authores de eadē tractantes remissio.

Hujus prænotati Molinæani prima pars ab emendatoribus Romanis est usurpata, quamvis Molinæi manum saperet, omissa posteriori quæ nimium exhibebat authorem. *adde Marian. Socin. ad finem usque.* & adde hîc. quæ supr. adjecimus. ad cap. Romana. hoc tit. in glossa verb. bene tenet. ex censura Dom. G. D. P. & nostra additione & quod diffusius tractatur de hac materia à Didac. Covarruv. ad cap. alma mater. in 2. part. relect. §. 1. num. 7. F. P.

Cap. 20. *Is cui.*

Glossa.

In Glossa verb. *Excommunicationis vel suspensionis effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur.* Ibi. *Satis videretur per hanc decretalem, quod suspensio à beneficio bene relevetur per appellationem sequentem.*

Excommunicatio non suspenditur per appellationem cum præcedit.

Idem hîc. Archidiac. eadem ratione. Joan. Andr. hîc. Panormit. cap. ad hæc quoniam. de appellat. C. M.

Cap. 23. *Cum quis.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum quis absque mandato tuo manus iniicit in Clericum, si ratum habueris, excommunicationem incurris.* Ibi. *Quod si quis mandavit verberari Clericum, & postea ante manus iniectionem, revocarit, & mandatarius percussit antequam ad eum perveniat revocatio, talis quoad Deum non tenetur, quoad Ecclesiam excommunicatus est, quod verum videtur.*

Mandans aliquid fieri ex quo sequitur excommunicatio, incurrit excommunicationem, si exequatur antequam sciverit revocationē mandati.

De eadem materia remissio ad alios locos.

Petr. Anchar. Gemin. Philipp. Franc. hîc. Bartol. leg. dedi. §. si servum. de condict. ob causam. C. M.

Junge hîc quæ notavit Molinæus. ad cap. 1. pro humani. de homicidio. eod. tit. & lib. in glossa verb. mandaverit. ibi. ex solo mandato. F. P.

TITULUS DUODECIMUS.

De verborum significatione.

Cap. 2. *Constitutionem.*

Glossa.

In Glossa verb. *Canonici statutum fecerunt solemniter.* Ibi. *Solet dici quod Capitulum sine Episcopo statuta facere non potest, &c.*

Capitulum an possit aliquid statuere inconsulto Episcopo.

Oldrad. quæst. 259. Innoc. in cap. cum accessissent. & ibi Philipp. Decius num. 9. ubi in annot. dixi de constit. C. M.

Cap. 3. *Exiit qui seminat.*

Inscriptio.

In Inscriptione. Ibi. *Idem. id est Nicolaus III. ut est in præcedenti.*

Correctio inscriptionis & nota ad historiam.

Scilicet IV. qui ut Platina scribit Minorita erat, ideo tam fusè ordinem suum evexit, ut Pius Senensis Catharinam Senensem, hujus tempore civitas Ptolemais ferro flammaque per Soldanum eversa est, ut apud Platinam. C. M.

Ad correctionem hujus inscriptionis remissio ad plures alios locos tum Molinæi tum aliorum.

Hujus inscriptionis correctionem tentatam à Carolo Molinæo, Nicolai III. ut habebat præcedens inscriptio, in Nicolaum IV. confirmat idem Molinæus in nota ad textum hujus decretalis. paulo inferius. in verb. confirmavit. tamen alii hanc decretalem assignant Nicolao III. quia licet Minorita non esset, ut Nicolaus IV. tamen in eos spiritualibus donis spargendis summe profusus fuit, hanc tamen correctionem retinuerunt emendatores Romani, suppresso nomine Molinæi, quam tamen Nicolao III. restituendam. conjicit Jacobus *de Puymisson* Advocatus Tholosanus in suis actionibus forensibus. actione sive placitatione prima. pag. 25. & seq. & hanc etiam decretalem Minoritæ omnes Nicolao III. adscribunt de quo parum curandum. F. P.

Varie de hac inscriptione.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Hæc est regula quam Christus stigmatibus suæ passionis confirmavit, volens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insignire. Juncta Inscriptione. Et ad eamdem præcedenti correctione Nicolai IV.*

Not. ad historiam temporis & censuram Sorbonicam.

Et sic hujus Nicolai IV. authoritate Sorbona reprobavit quemdam librum, cui titulus est Alchoranus Franciscanorum, id est blasphemiarum & nugarum Larva de stigmatisato idolo, quod Franciscum vocant, ex libro conformitatum, anno 1543. ut patet in censuris editis Parisiis anno 1544. & 1551. C. M.

Nota & censura ad hanc Molinæanam notam & plures alias.

Hæc nota ut & plures sequentes effugere non debuerant censuram Dom. G. D. P. cum sint liberioris stili, & in sanctam regulam sancti Francisci nimium jocose, nec satis relligiose agant. F. P.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Hanc sanctam regulam per plures Romanos Pontifices approbatam.*

Nota ad historiam temporis sed scandalosam & rejiciendam.

Honor. III. Innoc. III. Gregor. IX. Font. & Abbas Uspergensis scribit sectam Minoritarum tempore suo sub Innocentio III. cum secta pauperum de Lugduno mixtam, & in unum conflatam fuisse. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Dicimus quod abdicatio proprietatis, non tam in speciali, quam etiam in communi, propter Deum meritoria est & sancta, quam & Christus vitam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmavit.*

De mendicitate Evangelica Franciscanorum, & an fuerit & Christi viventis & Apostolorum Christi.

Et sic quod Christus & Apostoli nihil habuerunt, nec in particulari, nec in communi, & quod hæc sit vita perfectionis, decidit hîc Papa, idem etiam censuit spurius ille tractatus Augustini de Anchona. de potest. Ecclesiæ. quæst. 77. quæst. 79. ubi etiam tenet quod Christus mendicus fuit, quod mendicantes etiam contra summorum Pontificum authoritatem deffenderunt, ut Guillelmus Occam, quos tamen Joann. XXII. hæreticos declaravit, & sic opinionem Nicolai IV. prædecessoris sui, in hoc falsam & hæreticam judicavit, ut patet in extravag. cum inter. de verb. signific. Silvester Prieras. in summa verb. fides. in fine. & bene. & sic Occam cum symmistis suis in hoc erravit, & male reprehendit Joann. XXII. in suo compendio errorum. C. M.

Contra illud inquisitio Molinæi non forte approbanda.

Hoc totum erutum ex implasmatione editionis anni 1553. hoc loco facta, ne quid Molinæanarum notarum & tentaminum ineditum supersit, quod tamen non omnino probandum. F. P.

Ibidem.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. *Si modum licitum fratribus legando exprefferit, veluti si testator dixerit, lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, in hoc casu illud in omnibus & per omnia, consideratis eorum necessitatibus, servari decernimus.*

Quæ differentia minorum & aliorum mēdicatium in possessione rerum & usu hic exponitur.

Aliàs immeritæ prorsus incapaces, idque ex regula, cui derogari non potest, sed alii mendicantes non sunt incapaces ex regula, sed ex constitutionibus, quibus derogari potest, ut tradit Bald. in authent. si qua mulier. cod. de sacrosanct. Ecclesiis. Calder. consil. 46. de testament. in rubrica. colum. 36. Andr. Tiraquell. de retractu. proxim. §. 1. gloss. 6. num. 5. adde quæ dixi ad Philipp. Decium. cap. in præsentia. num. 69. de probat. & est in stilo Parlament. parte 5. quæst. 62. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ne dum generalem concedere fratribus licentiam prædicandi, verum etiam ministris provincialibus, in capitulis provincialibus.*

Disputatio Amarchani & Guilelmi à Sancto Amore contra mendicantium prædicandi licentiam.

Sed Amarchanus & Guillelmus de Sancto-Amore Doctor Antiquus Sorbonæ, hoc nominatim damnaverunt, & Anti-Christi præcursoris esse palam docuerunt, & scripserunt. C. M.

Et illud erutum ex eadem implasmatione editionis anni 1553. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Super ipsa constitutione glossa non fiant.*

Regula sancti Francisci non patitur glossam, & de hoc judicio Joannis XXII. referente Molinæo.

Sed hanc prohibitionem revocavit, saltem suspendit Joann. XXII. in extravagant. quia non nunquam. de verb. signif. idem Joann. Papa pluries & publice asseruit & pronunciavit decretalem exiit. esse hæreticam, ut refert Guillelm. Occam in compendio errorum. fol. 4. column. 4. C. M.

Monitum ad lectorem de hisce molinæanis notis examinandis.

Illud etiam extractum fuit ex eadem implasmatione editionis anni 1553. quæ sola censuræ inquisitionis Romanæ submissa fuit, cum editio anni 1559. hanc censuram evaserit, quam nec addidi hujusce editioni, nisi ut Molinæani laboris quid ineditum non supereſſet, non probandi animo, sed tuæ etiam censuræ submittendi, cum Dupineanam effugerint, quod tibi licet. F. P.

Cap. 5. *Sicut nobis.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Gratiose concessimus, ut beneficia Clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre.*

De indultis Pōtificiis, Collatoribus ordinariis, vel aliis extra ordinem concessis.

Non habent locum in Regno Franciæ, ubi Papa non potest hoc indultum cuiquam dare, quia esset species reservationis, & nova servitus ordinariorum collatorum, & sic tanquam ab abusu appellaretur, loquitur enim. cap. de beneficiis ad aliorum provisionem spectantibus, sed si Papa concederet, ut non posset uti præventione in beneficiis spectantibus ad collationem Episcopi, sive generaliter, ut plenius fieri vidi in favorem multorum Cardinalium habentium Episcopatus, & Abbatias in hoc Regno, sive specialiter, puta vacantium per obitum familiarium, procul dubio valeret. C. M.

De indultorum materia disquirenda, remissio ad nostram indultorum collectionem.

De his omnibus indultorum Pontificiorum concessionibus, sive activis, sive passivis, sive ordinariis, sive extraordinariis, vide præfationem historicam ad collationem indultorum à nobis procuratam in principio, item varia instrumenta ad eam rem spectantia, quæ & indultorum collectioni addidimus, & notis nostris marginalibus textus ipsius explanatoriis illustravimus. F. P.

DE REGULIS JURIS.

Regula 1. *Beneficium.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Beneficium sine canonica institutione licite obtineri non potest.* Ibi. *Sumitur autem beneficium largo modo, ut comprehendat dignitates, personatus, Ecclesias omnes, cum cura, & sine cura.*

Et hoc ubicumque in dispositione Juris communis fit mentio simpliciter de beneficio. glossa in cap. dudum. in vers. beneficium. de præbend. in 6. gloss. in Clement. dispendiosam. de judiciis. Imol. Clement. 1. ut lite pendente nihil innovet. Philipp. Franc. hîc. idem in materia indifferenti. Felin. in cap. postulasti. num. 4. de rescript. C. M.

Quid veniat nomine beneficii.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Videtur quod Capitulum, vacante Sede, instituere possit.*

Capitulum, vacante sede, instituere potest, sed non conferre.

Scilicet ad præsentationem patroni, sed non conferre. cap. 1. supr. eod. de institutionibus. C. M.

Capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo in collationibus necessariis, sed non in liberis & voluntariis, potest instituere ad præsentationem patroni, conferre graduatis, indultariis, & aliis expectantibus, quibus beneficia ex præcedenti gratia & indulto debentur, quia nihil deperit fructuum hujusmodi futuro Episcopo, quos consumere necessario haberet, & ita nulla esset vel saltem inutilis eorum fructuum reservatio, unde non habenda, inter quas necessarias collationes numerantur Ecclesiarum parochialium collationes, quia expedit eas promptius haberi, ne periculum animarum subsequatur, sed non potest conferre, quia collationes sunt in fructu, & debent futuro successori reservari, & jure nostro regaliæ hactenus observato spectant ad Regem, cum aliàs & extra Galliam indifferenter futuro successori reservarentur. cap. illa devotionis. ne Sede vacante aliquid innov. apud Gregorium. F. P.

Hic exponitur potestas Capituli, sede vacante, in collationibus necessariis, nec vero in liberis, & usus regaliæ nostræ etiam exponitur.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verborum. *Beneficium absque canonica institutione obtineri non potest.* Ibi. *Hæc dictio potest negative posita, ut hic, necessitatem importat.*

Verbi negantis quæ vis & potestas.

Verbum negative prolatum necessitatem importat: quod non est indistincte verum. leg. intra dies. dig. de re jud. cap. quanto. de præscript. Corset. in singul. incipiente verbum potest. Philipp. Decius. leg. pacta quæ contra. column. 2. cod. de pactis. Joann. Andr. Coras. leg. finali. ad finem. de servit. dixi ad Alexandr. consil. 77. num. 7. lib. 3. C. M.

De hac significatione ad alios Molinæi locos & aliorum authorū remissio.

Hujus Molinæani prænotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori, ab his verbis, *Philipp. Decius ad finem*, quia arguebat authorem, præterea de vi & effectu vocabuli *potest*, cum adjectione negativæ, vide glossam pragmat. sanct. tit. de collationibus. §. in Ecclesiis. in verb. instituantur. F. P.

Regula 4. *Peccatum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum, vel si restitui non valeat ejus æstimatio.* Ibi. *Si autem nec æstimationem potest solvere, quia evidenter est inops, tunc bene dimittitur peccatum, remanet tamen obligatio, & si postea ad pinguiorem fortunam pervenerit, teneretur.* Ibi. *Dimittitur peccatum.*

Qui invasit rem alienam, si ad eam redigatur inopiam, ut restituere non possit, dimittitur quidē peccatum, quoad conscientiam, remanet tamen obligatio, exequenda etiam in foro civili, si ad meliorem fortunam redeat.

Scilicet quoad reatum conscientiæ, concurrente vera pœnitentia, cum fide in misericordiam Dei, per passionem Domini nostri Jesu Christi, civilis autem obligatio remanet in dispositione juris civilis, quod etiam in conscientia, data facultate, obligat. C. M.

Junge in id quæ adnotavimus ad cap. Odoardus. 3. de solutionibus. apud Gregor. in glossa verb. obligatio remanet. F. P.

De eadem materia ad præcedētia remissio.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi restituatur ablatum. Junctis præcedentibus in regula.* Ibi. *Quod dicit in regula de restitutione, intelligas, nisi is cui facienda est restitutio liberaliter remitteret, quia satisfactum intelligitur, qualitercumque satisfaciat.*

Donante vero Domino rem ab-

Etiamsi debitor non habuerit animum restituendi. Petr. Ancharan. num. 26. leg. solutionis verbum.

Source : BIU Cujas

latam auferenti, dimittitur peccatum, quamvis auferens non habuerit animum restituendi.

de verb. oblig. leg. solvendo. dig. de negotiis gestis. Philipp. Franc. hîc. Feder de Senis. consil. 12. consil. 18. dixi in tract. de usur. num. 8. & in consuetud. Paris. §. 57. quæst. 7. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi restituatur ablatum. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Nihil abstuli, sed injuste damnum dedi, ex quo nihil ad me pervenit, idem teneor enim damnum passo, aliàs non remittitur peccatum, tenetur etiam hæres meus, licet ad me, vel ad ipsum nihil pervenerit ex maleficio, secundum canones.*

Injuriam infesens, quamvis ex ea nihil lucretur, tenetur damnum resarcire, atque etiam hæres, si hæreditas est solvendo.

Si tamen hæreditas solvendo est. Petr. Ancharan. hîc. dixi sup. de restitut. Spoliat. cap. sollicite. super gloss. final. & in annot. ad Philipp. Decium. in leg. populum. de reg. jur. C. M.

Regula 5. *Peccati venia.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Peccati venia non datur nisi correcto.* Ibi. *Licet tamen per contritionem peccatum deletum sit quoad Deum.*

De effectu contritionis veræ & non fictæ.

Per contritionem non fictam, sed cum vera pœnitentia conjunctam, & fidem in Christum, qui solus peccata solvit. C. M.

Regula 6. *Nemo potest.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nemo potest ad impossibile obligari.* Ibi. *Nota ergo quod si Bononiæ constitutus promittam centum hodie Romæ tibi daturum, quia impossibile est promissum, non nascitur obligatio.*

An impossibilis conditio vitiet contractum nec ne.

Nisi in contractibus bonæ fidei, in quibus temporis impossibilitas non vitiat. leg. insulam. §. 1. locati. sed bene impossibilis conditio. leg. non solum. de act. & oblig. Bald. in leg. 1. de condit. instit. C. M.

Regula 8. *Semel malus.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Semel malus semper præsumitur esse malus.*

Perseverantia malignitatis per triennium, præsumptio est insequentis & permanentis.

Anton. Burgos. cap. ad nostram. column. 4. num. 6. cum seq. de empt. & vend. Alciat. tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7. Limitat. post triennium. Chassan. consil. 60. column. 11. C. M.

Regula 9. *Ratum quis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.* Ibi. *Si homo liber gessit negotium filiifamilias, vel servi, peculiare tantum, contemplatione ipsius, ratihabitio sequens patris vel domini nihil operatur ultra id quod ante tenebatur, scilicet ad quantitatem peculii.*

Ratihabitione patris vel domini negotii peculiaris, transfertur obligatio in solidum in patrem vel dominum.

De hoc satis etiam per Dinum, per te videas, qui etiam ponit exemplum. leg. si servus. dig. de precar. ubi si filius meus suo nomine rogavit rem precario ratam habendo, non plus teneor quam prius, scilicet de peculio. Joann. Andr. sed falsum est, quia imo in solidum, textus in leg. 1. §. si ratum. quod cum eo. leg. res. §. penult. de in rem verf. C. M.

Hujus subnotati Molinæani prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis, *sed falsum ad finem usque.* F. P.

Regula 10. *Ratihabitionem.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.*

Ratihabitio mandato comparatur & retrotrahitur.

Vide Alexand. consil. 78. lib. 5. ubi limitat, & ad primam partem hujus regulæ. Vide Anchar. Philip. Bartol. in d. leg. si pupilli. §. item quæri. de negot. gest. circa secundam partem. eumd. Bartol. in dict. leg. si pupilli. & ultra Dynum Ancharan. hîc. Salicet. in leg. non ideo minus. cod. de accusat. docet qualiter procedat in delictis. Hypol. Marsil. singul. 184. Felin. cap. sicut dignum. de homicidio. C. M.

De eadem materia ratihabitionis remissio ad alia loca explosa differentia eorum quæ sunt facti vel juris.

Junge quod dicitur in leg. ultim. cod. ad Senatusconsultum Macedon. de ratihabitione quæ semper retrotrahitur, sive in his quæ sunt facti, sive in his quæ sunt juris, quorum differentiam Justinianus penitus abrogavit in hac leg. ultim. quæ ex eo est secunda ex quinquaginta decisionibus Justiniani, ad quam vide Dom. Edmund Merillium in exposit. ad quinquaginta decisiones Justiniani. ad hanc leg. ultimam. F. P.

Regula 12. *In judiciis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In judiciis non est acceptio personarum habenda.* Ibi. *Solve in pœnis defertur dignitati & personæ.*

An in pœnis judicialibus inferendis habenda sit ratio personarum.

Fallit si pœna statuto vel lege uniformiter taxatur. Baldus leg. nemo in principio. cod. de summa Trinitate. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Regula 14. *Cum quis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui succedit in locum alterius justam ignorantiæ causam censetur habere.* Ibi. *Ubi ergo quæritur de præscriptione, in qua sufficit bona fides, præscriberet successor bonæ fidei, quod non præscriberet prædecessor cum mala fide.*

Quando in præscriptione mala fides obsit præscribenti, vel non.

Si longissimo tempore, non aliàs, leg. cum haberes. de diverf. & tempor. præscript. leg. partus. de public. in rem actione. Philip. Corn. consil. 296. litt. O. lib. 3. latius dixi in consuetud. Paris. tit. 4. C. M.

In alienatione rerum Ecclesiæ, præscriptione firmanda olim distinguebatur successor particularis ab universali in bona vel mala fide præscribentis vel authoris.

Tamen distinguendum videretur, inter successorem singularem, & rei singularis, nec non titulo singulari, puta donationis, emptionis, & altero, & successorem universalem, & titulo universali, veluti hæredem, hæres enim succedit in omnia jura defuncti, virtutes & vitia, malam & bonam fidem, itaque non præscribit, quæ defunctus præscribere non poterat, obstante mala fide, singularis vero successor, puta emptor, cum nihil habeat à venditore nisi rem venditam, quæ mala fide vendentis non inficitur, sed sola possessio ipsius; potest ipse emptor præscribere, quod & decreto Curiæ Parisiensis confirmatum est, in publicis causarum actionibus, perorante Claudio *Pucelle*, pro matricularis, sive fabricæ regendæ parochiæ sancti Salvatoris præfectis, ex suffragio Domini Talæi Advocati Generalis, partes Regias sustinentis, modo non adsit vitium in titulo, quo vellet præscribens adimere possessionem & exinde præscriptionem, unde emanavit regula, in præscriptione melius esse non exhibere titulum, & sola possessione inniti, quam exhibere vitiosum, de quo Molin. in not. ad cap. dudum. in glossa verb. laicali. ibi. pro non titulo de decimis. & in consuet. Paris. §. 8. in verb. *denombrement.* num. 109. qui enim innititur titulo vitioso, possessionem suam, aliàs puram & independentem à titulo, inficit, quam ab ea vitii tituli labe eximeret, si soli possessioni suæ instaret, sed nunc etiam, & ut hodie vivitur & practicatur, nulla amplius fit differentia in præscriptione longi temporis rei Ecclesiasticæ, inter successorem particularem, vel universalem, exhibentem vel non exhibentem titulum, modo Ecclesia damnum aliquod non patiatur, vel levius magis enim quærendum de læsione Eccles. quam de defectu solemnitatum in titulo, quod pluribus noviffimis Curiæ Parisiensis decretis confirmatum est, & inter cætera altero de die Lunæ 16. Februarii anni 1660. perorantibus Jacobo *Flascher* pro Ministro generali Ordinis, & particulari domus sancti Mathurini Parisiensis, & ipsius Relligiosis, reclamantibus contra permutationem feudi, qui dicebatur *de Paradis & d'Enfer*, quod absque ulla solemnitate, à prædecessore habitus fuisset, sine inquisitione commodi vel incommodi, vel generalis Capituli approbatione, contra donatarium universalem causam habentis permutationis habitæ prænominati feudi, sola se præscriptione quadragenali tuentem, & defendentem, pro quo orabat Carolus *Galliot*, ex suffragio Dionisii Talæi, partes Regias sustinentis, judicatum possessorem feudi tuendum in pacifica possessione, submota quærela Ministri & Relligiosorum redemptionis captivorum sanctæ Trinitatis, quod & hodie uniformibus totius Curiæ

In id Senatus Parisiensis decretum laudatur,

Confirmatio vulgaris regulæ in præscriptionibus *melius esse non exhibere titulum quam exhibere vitiosum.*

Hodie in præscriptione rei Ecclesiasticæ non fit differentia inter successorem particularem vel universalem titulum exhibentem vel non, sed de sola læsione Ecclesiæ quæritur.

In id decretum Senatus Parisiensis pro donatario universali habente causam ex permutatione minus solemni contra Ecclesiam non damnificatam.

In eam juris positionem omnium

Source : BIU Cujas

Senatus Parisiensis decurtarum sive classium consensus & uniformitas.

decretis confirmatur, ubi præscriptio quadragenaria completa habetur, submota penitus differentia quæ vigebat inter majorem Senatus Parisiensis Cameram, & cæteras ejusdem Curiæ Cameras, quas Inquisitionum vocant, admissa ubique præscriptione quadragenaria. F. P.

Regula 16. *Decet concessum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.* Ibi. *Qui solus secundum quosdam potest privilegium in alterius præjudicium conferre, quod non est verum, ut not. 25. quæst. 2. in summa. in principio.*

An Princeps possit concedere privilegium in alterius damnum vel injuriam.

Dic ut notavi & dixi sup. de relligiosis domibus. constitutus. in glossa. hoc videtur Joann. Andr. scilicet in magnum præjudicium, secus si modicum, ut probatur in leg. quoties. cod. de precib. Imperat. offerendis. Alb. in leg. 1. de constit. Princip. C. M.

Illud capitulum sive regulam juris hîc expositam ad id accommodat Joan. Bordenavius Officialis Lescarien sis in Bearnia in suo libro qui inscribitur *Estat des Cours Ecclesiastiques.* cap. 16. num. 21. quod officia sive munera Regia civilia & Ecclesiastica debeant esse perpetua, quod pluribus aliis authoritatibus probat, quas consulere poteris. F. P.

Probatur beneficia & officia tũ civilia tum ecclesiastica debere esse perpetua.

Ibidem.

GLOSSA.

In glossa verb. *Decet esse mansurum beneficium.* Ibi. *Verbum decet quod ponitur in hac regula, quantum ad subditos, necessitatem importat, quantum ad ipsum Principem, potestatem, ipsum enim privilegium per se concessum diminuere vel moderari potest.*

Quando privilegium concessum tolli aut moderari possit.

Leg. qui fundos. de omni agro deserto. cod. Philipp. Decius. cap. 2. in Ecclesiarum. column. 11. de constit. quod limitat nisi privilegium Principis transisset in contractum, quia revocari non posset, & ligaret successores, not. cap. 1. supr. de probat. cap. in nostra. supr. de jurejur. quid autem de inferiore à Principe, an possit revocare suum privilegium. vide per glossam in vers. septennio. cap. cum ex eo. de elect. per Bald. leg. qui se patris. cod. unde liberi. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Princeps obligatur in perpetuum ex contractibus, nec eosdem revocare potest.

In id quod Rex teneatur exequi contractus à se initos, nec ab illis recedere possit. vide Joann. Dayma. in commentar. ad concordata. fol. 245. column. 3. F. P.

In id quod princeps irrevocabiliter obligetur ex contractibus ad alios authores remissio.

Regula 17. *Indultum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum.* Ibi. *Pone casum in anno dato ad promotionem Sacerdotii. supr. eodem lib. de elect. commissa.*

Ne tantillum quidem temporis à jure indulti auferri non debet.

Hoc intellige quoad pœnam juris, de qua ibi loquitur, hoc dico propter id quod notavi eod. tit. licet canon. in glossa antepenult. Joann. Andr. adde not. in reg. cancell. de infirm. resign. num. 117. C. M.

In id quod præcedit remissio ad Molinæum alibi.

Junge in id notam Molin. ad d. cap. commissa. 35. in textu. de elect. supr. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa eadem. Ibi. *Et illud verum est in istis & aliis judiciis quæ dantur à lege, sive tacite, vel expresse, ministerio Judicis.*

Dilationes judiciales quandoque sunt arbitrariæ.

Dic omnis dilatio instructoris, potest ex causa per Judicem mutari. Bartol. leg. 2. de re jud. Panorm. Felin. in cap. cum sit Romana. de appellat. Philipp. Decius. in rubrica. num. 4. de success. edict. C. M.

Regula 19. *Non est sine culpa.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non est sine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet se immiscet.* Ibi. *Nota quod proprie loquendo inter Deum & hominem est relligio, inter Prælatum & subditum obedientia, inter majorem & minorem reverentia, inter patrem & filium dilectio, inter consanguineos pietas.*

Varii gradus mutuorum officiorum, & nota ad historiam authoris de ingratitudine fratris.

Ego vero ab ingrato crudelitatem impiam retuli, quare exemplo meo nemo benefaciendo fidat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa eadem. Ibi. *Si ergo est in culpa se immiscendo, ergo tenetur de casu, quia semper si casum culpa prævenit, tenetur quis de casu.*

Quando ex culpa quis teneatur de casu.

Verum est si ex culpa verisimiliter sequitur casus, aliàs non. Doct. leg. 2. §. si vero. dig. si quis cautio. Philipp. Franc. hîc. & cap. imputari. cap. contractus. in principio. infr. eod. C. M.

Regula 25. *Mora.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Mora sua cuilibet est nociva.* Ibi *Item mora fidejussoris sibi nocet, non reo, quominus liberetur interitu speciei, secus è converso.*

In quibus mora rei noceat vel non, fidejussori.

Quia mora nocet fidejussori, quoad conservationem obligationis, ut duret re casu peremptâ, non quoad augmentum, quia ob moram rei non tenetur fidejussor ad accessiones quæ veniunt officio Judicis tantum, sive secundum naturam actionis, ut in contractibus bonæ fidei, sive præter naturam, ut in stricti juris veniant, nisi fidejusserit in omnem causam. leg. centum Capuæ. de eo quod certo loco. leg. quæro. locati. C. M.

Regula 26. *Ea quæ fiunt.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quæ fiunt à Judice, si non spectant ad officium, viribus non subsistunt.* Ibi. *Quæri solet, si Judex, qui de decem tantum judicare potest, judicat de viginti, an valeat sententia in decem, dixit Joann. quod non, quia res judicata non potest pro parte tenere, & pro parte non tenere.*

Res judicata individua nec potest pro parte tenere, & pro parte non tenere.

Idem Bartol. leg. finali. de jurisd. omn. Jud. Bald. leg. 1. cod. si adverss. rem jud. & in leg. certa ratione. cod. quando provocare non est necesse. quamvis Philipp. Franc. hîc. & in cap. ult. infra. eod. contradicat. C. M.

Regula 27. *Scienti.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Scienti & consentienti non fit injuria neque dolus.* Ibi. *Quod dixit hæc regula non inferri dolum scienti & volenti, verum est ut ex eo agi possit, infertur tamen ita, quod nascitur ex eo actio per exceptionem elidenda.*

De exceptione doli actionem & obligationem elidente.

Imo ipso jure non oritur, quia nec obligatio, ut d. leg. inter omnia. C. M.

Regula 29. *Quod omnes.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.* Ibi. *Monachis autem professis, qui renunciaverunt propriæ voluntati, austerior regula posset indici, etiam ipsis non approbantibus.*

An professo regulari posset strictior regula judici.

Falsum. Oldrad. quæst. 96. Archid. 74. distinct. 102. Clavas. vers. Relligiosus. §. 29. C. M.

Regula 30. *In obscuris.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In obscuris minimum est sequendum.* Ibi. *In quantitatibus inspicitur quod minimum est. dig. de leg. 1. apud Julianum. §. Seio ex facto, quæ videtur contraria ad supradictam solutionem, nam ibi legato fundo, si duos habebat testator, debetur minimus, si non appareat de quo senserit.* Ibi. *Non erat medium.*

In alternativis & dubiis electio est debitoris & hæredis.

Dic quod ibi testator sensit de certo, sed non apparet de quo, unde est hæredis interpretatio. leg. si quis à filio. §. 1. de leg. 1. secus si de uno certo non sensit, ut quia nomen non expressit, quia electio est legatarii. leg. quid vos. de leg. 1. C. M.

Regula 31. *Eum qui.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet.* Ibi. *Et est regula in argumentum ad quæstionem qua quæritur, an is qui ingressus relligionem, in fine anni exivit, si iterum eamdem Relligionem ingrediatur, an debeat habere annum? & satis videtur quod non per hanc regulam.*

Annus probationis integer & continuus esse debet, ut professio regularis sit valida.

Hoc quando stetit per annum continuum, sed si per sex menses, & exivit, & postea rediit, deberet habere integrum annum. Bartol. leg. finali. §. quoties. Panorm. cap. ad Apostolicam. supr. de regul. cap. allegat. 47. Philipp. Franc. hîc. quamvis gloss. sequatur. Petr. Rebuff. tract. de nominat. quæst. 23. num. 18. C. M.

Source : BIU Cujas

Regula 33. *Mutare.*

TEXTUS. In Textu. *Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.*

Quando liceat mutare Consilium vel non.

Paul. Alex. leg. si cum decem. §. eo autem tempore. solut. matrimon. fallit sine alterius præjudicio. Bald. instit. de just. & jure. in principio. columnn. 2. C. M.

Regula 35. *Plus semper.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Plus semper in se continet quod est minus.*

Quandoque quod plus est continet quod est minus.

Dynus ponit exemplum. per leg. qui quartam. dig. de leg. 1. ubi si testator intendens legare quartam, legavit dimidiam, debetur quarta quæ inest, & si intendens legare quinquaginta, legavit centum, item per leg. 1. §. si stipulanti. dig. de verb. obligat. Joann. Andr. & regula procedit, si affirmative proferatur, si negative, dic. ut per Bartol. leg. 1. de verb. obligat. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Hujus subnotati Molinæani prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis, *& regula procedit ad finem.* F. P.

Regula 37. *Vtile.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Vtile non debet per inutile vitiari.* Ibi. *Fidejussor, si in duriorem causam quam principalis obligatus est, omni modo non obligatur, sed secundum opinionem illam quæ exponit omni modo, non obligatur in eo scilicet quod excedit.*

Fidejussor non debet in duriorem causam obligari quam principalis debitor.

Et hæc est vera sententia, ut dixi ad Alexand. consil. 29. lib. 7. idem tenet Philipp. Decius. leg. in eo quod plus sit. num. 13. de reg. jur. ubi dixi. idem Alciat. Parergon. lib. 5. cap. 17. C. M.

Regula 38. *Ex eo non debet.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Ex eo non debet quis fructum consequi quod nisus est impugnare.*

Probatur quemquam ex eo non debere fructum consequi quod impugnavit.

Bald. tract. statut. verb. beneficium. Limitat. Alexand. consil. 183. num. 4. lib. 5. Gemin. cap. finali. columnn. 1. supr. eod. de jurejur. Jason. repetit. leg. admonendi. colum. 42. de jurejur. Philipp. Decius. leg. 1. column. final. dig. si certum petatur. C. M.

Regula 40. *Pluralis locutio.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Pluralis locutio duorum numero est contenta.*

Distributio pauperibus habēda, limitationem non recipit.

Limita in distribuendo pauperibus. Gemin. consil. 20. Philipp. Decius. consil. 441. C. M.

Regula 41. *Imputari.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Imputari non debet ei, per quem non stat si non faciat quod per eum fuerat faciendum.* Ibi. *Item debitor excusatur propter inopiam, si cedat bonis, etiam si sua culpa in illam inciderit.*

Cessio bonorum quando culpæ imputetur.

Nisi fecerit in fraudem creditorum. leg. final. §. final. quod in fraudem credit. & ita me causam agente practicatum fuit. C. M.

Junge quod dicitur in leg. 11. cod. ex quibus causis infam. irrog. & quod observavit ibidem Anton. Mornac. & quod notatum est supr. ad cap. Odoardus. extr. de solut. F. P.

Regula 43. *Qui tacet.*

TEXTUS. In Textu. *Qui tacet consentire videtur.*

De eadem materia ad authores remissio.

Saltem in vocato ad consentiendum vel dissentiendum. Dynus. Philipp. Franc. hîc. Felin. cap. cum omnes. columnn. 6. & ibi Alexand. ab Exea. num. 86. de constit. sic in judiciis. Anton. Rub. repetit. §. morte. num. 332. in leg. non solum. de oper. novi nunciat. vide Alexand. consil. 84. lib. 7. ubi dixi. C. M.

Probatur taciturnitatem consensui adæquari.

Regula 45. *Inspicimus.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Inspicimus in obscuris quod est verisimilius.*

De præsumptione speciali ad generalem & vagam.

Id est præsumptio specialis seu particularis vincit generalem & vagam. C. M.

Regula 47. *Præsumitur.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur.* Ibi. *Circa ea quæ fiunt publice, præsumitur scientia nisi probetur ignorantia, circa ea quæ fiunt occulte, præsumitur ignorantia nisi probetur scientia, & scias quod hæc regula vera est in his quæ scire vel indagare quis tenetur.*

Ubi scientia vel ignorantia præsumenda.

Ut ratione officii. gloss. Gemin. Philipp. Franc. cap. eos. verb. scienter. supr. eod. de tempor. ordin. Felin. cap. à nobis. columnn. 1. de except. facit sup. de regular. cap. penult. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Et nota quod ignorantia tribus modis probatur, uno modo per sacramentum.*

Quibus modis ignorantia probatur.

Gloss. §. aliæ. ubi late Jason. instit. de act. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Praxis & usus juramenti ad decidenda dubia.

Hoc quotidie practicatur, ut quis liberetur ob affirmationem juramento coram Judice præstito firmatam. F. P.

Regula 49. *In pœnis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *In pœnis benignior interpretatio est facienda.* Ibi. *Item ubi est verbum puniantur, priventur, intelligimus per sententiam non ipso jure.*

Verba *puniantur, priventur* pœnam vel privationem per sententiam infligendam denotant, nisi adjiciatur dictio *mox* vel *confestim.*

Idem Bald. leg. 2. de leg. 1. in fine. nisi sit dictio *mox, confestim*, vel similis. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Ad interpretationem dictionis *mox* remissio ad authores.

De vi & effectu dictionis *mox*, vide Præsidem Brissonium. de verb. signific. lib. 11. in verb. *mox.* & Ægid. Hortens. ad leg. interdum. de usufr. accresc. F. P.

Regula 50. *Actus legitimi.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.* Ibi. *Contra 18. distinct. can. ult 86. distinct. tanta 10. quæst. 3. unio. in fine. in quibus excommunicatur quis usque ad duos menses, solve ibi sumitur, excommunicatio pro remotione à sacramentis, excommunicatio enim debet esse perpetua.*

Excommunicatio perpetua esse debet, quandoque tamen ad tempus.

Imo potest fieri ad tempus. Panorm. cap. veniens. de testibus. Angel. Clavas. verb. *excommunicatio.* 2. §. 5. C. M.

Regula 51. *Semel Deo.*

CASUS, Heliæ. In Casu Heliæ cap. *Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.* Ibi. *Ponamus casum in Ecclesia, quæ vetustate consumitur, & reficitur, item in casula vetustate consumpta, item in calice consecrato, an partes ex his provenientes usui quotidiano vindicentur, respondetur quod non.*

Hæc tria exempla Heliæ sunt falsa & ridicula, & contrarium observatur, & bene, & quotidie Parisiis Latomi vendunt, & in usus transferunt privatos rudera, lapides, & ligna veterum templorum, sine alia profanationis solemnitate, idem Sartores de vestimentis, non solum attritis, sed etiam integris, quæ augentur vel commutantur, & falsum est Episcopum posse sine consensu Domini calicem commercio eximere, sed si aliter non possit, superstitionem tollere tenetur, & cogi potest exercrare, seu profanare, ut ante 20. annos de quodam cœmiterio judicari vidi per arrestum Senatus Parisiensis, *verus enim Deus spiritus est*, ergo rebus corporeis non colitur. Joann. 4. act. 4. C. M.

An res usui Ecclesiæ consecratæ possint ab eis eximi, & profanis addici usibus.

Eadem ratione judicatum in Senatu Parisiensi in pomeridianis sessionibus, die Veneris 25. Februarii anni 1650. causam dicente *Guiot* pro Monialibus Virginis Annunciatæ sive decem illius virtutum in suburbio sancti Germani Pratensis, provocantibus ab apprehensione reali & proclamationibus publicis Monasterii & Conventus earumdem, & postulantibus ad finem libelli supplicis eidem Curiæ habiti, ut locorum sanctorum & relligiosis usibus addictorum distractio sibi fieret, per eam regulam *semel Deo*, &c. Michaele *Langlois* creditorum ipsarum Monialium causam defendente, ex suffragio Dionisii Talæi, appellationem annullandam, & submota libelli supplicis petitione procedendam ad publicam addictionem locorum realiter prehensorum, Procuratore Generali admisso ad opposi-

In id quod res relligiosis usibus addictæ addictionibus publicis submittantur celebre Senatus Parisiensis decretum.

Source : BIU Cujas

tionem distributionis prætii & nummorum ex addictione provenientium, ut in distributione ratio haberetur ejus quod Monialium intererat, à Curia si locus esset, item nota posteriora verba *verus enim Deus est spiritus*, abesse ab editione anni 1559. & inesse in sola editione anni 1553. F P.

Regula 52. *Non præstat.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum.*

An quod nullum est ullum præstet impedimentum.

Per hanc regulam dicunt Philip. Joan. Andr. non tolli sponsalia per matrimonium ob consanguinitatem resolutum, & facit hæc regula in his in quibus tacita voluntas sufficit. de leg. 1. plane. in principio. Angel. Faber. §. posteriore. quibus modis testam. infirmentur. Vide Jason. leg. scire debemus §. 1. column. 3. de verb. oblig. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Item in litteris Papæ per mendacium impetratis, quæ licet sint nullæ quoad juris effectum, præstant impedimentum aliis impetrandis, si de eis mentio non fiat, sed Bernard. in hoc ultim. contra. supra. de rescript. ex tenore. gloss. 1. in fine.*

Secundæ litteræ non valent si de primis quamvis nullæ sint, non fiat mentio.

Idem Philipp. Franc. hîc. Felin. in d. cap. ex tenore. & bene. ex quo sunt litteræ contentiosæ, etiam si primæ non sint nullæ, sed elidibiles tantum. C. M.

Et sic distinguenda ea quæ sunt juris, & quæ sunt facti, quod nullum est, nullum producit juris effectum, sed bene in iis quæ sunt facti, producit effectum & impedimentum facti, licet illud nullum sit de jure, veluti in concurrentibus & ejusdem diei collationibus, sive Pontificiis, sive Ordinariis, licet enim earum altera nulla sit de jure, veluti ex indignitate præcurrentis, vivente adhuc ultimo possessore, per cujus obitum obtinendum erat beneficium, tamen provisio licet odiosa, & de jure nulla alteram provisionem ejusdem datæ nullam efficiet, ut locus detur posteriori, quæ nullam concurrentem habeat, ita judicatum in Senatu Parisiensi in publicis causarum actionibus, die Sabbati 26. Martii 1661. me perorante pro Francisco *Allard*, Priore *de Champigny*, provisо Romæ eadem die quo Hieronimus *de Chantepie*, qui vivente ultimo possessore, impetraverat ea die quo & idem *Allard* provisus fuerat, sed ex resignatione defuncti, quæ justum initium dederat dicto *Allard*, vivente adhuc ultimo possessore præcurrendi, & impetrationem prædicti *Chantepie* annullaverat, Guidone *de Massac* causam agente pro F. Ludovico *Bignon* posteriori provisо, sed extra omnem concursum, annullata enim priori provisione prædicti *Allard* ob concursum provisionis ejusdem diei prædicti *Chantepie*, licet nullæ & omni odio prægravatæ, vicit Bignonius ex suffragio Dionisii Talæi Advocati Generalis, vide quæ in id ipse adnotavi ad cap. si quis justo. 46. de elect. hoc lib. 6. in glossa verb. nominatus. F. P.

Concurrens provisio ejusdem diei etiam si nulla concurrentem annihilat.

In id celebre Senatus Parisiensis decretum profertur.

In id probandum remissio ad superiora prænotata.

Regula 53. *Cui licet.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.* Ibi. *Fallit hæc Regula in pluribus casibus, puta concessis decimis laborum, quod majus est, & novalium, quod minus est, supr. de decimis. ex parte.* Ibi. *Concessis decimis laborum.*

In extraordinariis & jure speciali introductis non fit argumentum à majori ad minus.

Id est ut non solvant de his quæ possident, & suis laboribus colunt, & adhuc non intelligitur nisi de novalibus tunc possessis, vel de terris in privilegio inclusis, ideo in cap. ex parte 3. verb. *percipias* debet intelligi, id est non solvas. ut ibi dixi. C. M.

Interpretatio alia verbi *decimas non percipias.*

Nec tamen Molinæus in not. ad cap. ex parte. interpretatus est verbum *decimas non percipias*, id est *non solvas*, de decimis passivis sive non exsolvendis, nec vero de activis, id est percipiendis, quod tamen verum est, in id vero quod in extraordinariis, & jure speciali concessis, non sit argumentandum à majori ad minus, & è contra, vide eumdem Molin. in not. ad cap. cum ex injuncto. in glossa verb. tam institutio quam destitutio. de hæreticis. in decretal. & notam nostram superadditam. F. P.

In id quod in extraordinariis non sit arguendum de minori ad majus, remissio ad alios Molinæi locos.

Regula 54. *Qui prior.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui prior est tempore potior est jure.* Ibi. *Et creditrix dotalis præfertur etiam quibuslibet anterioribus creditoribus.*

De privilegio dotis.

Non habentibus expressam. C. M.

Id est hypothecam, quod & probat glossa ad leg. assiduis. qui potiores in pignore habeantur. in verb. hypothecam. ad quam leg. & ut tibi innotescat quid servare debeamus in praxi de privilegio dotis. Vide Anton. Mornac. ad hanc leg. assiduis. in posthumis operibus à nobis recognitis. F. P.

In eam materiam ad authores alios remissio.

Regula 55. *Qui sentit.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra.* Ibi. *Pone casum in Clerico, qui propter lapsum detruditur in Monasterium ad pœnitentiam peragendam, quia res ejus proficient Monasterio.* Ibi. *Quæst. 6. can. de lapsis.*

Not. de tacitæ dedicationis casu obsoleto ad authent. ingressi. cod. de sacrosanct. Ecclesiis.

Tamen in Regno Franciæ etiam in hoc casu non fit tacita dedicatio, nec servatur authent. ingressi. ut dixi in consuet. Paris. §. 151. C. M.

Evanescit hîc Molinæus in suis cogitationibus. Justinian. novell. de Monach. edita anno 535. è qua sumpta est authent. ingressi. cod. de sacrosanct. Ecclesiis. disponit quoad dominium & proprietatem bonorum eorum qui ingrediuntur Monasteria, & Gregorius Magnus post annum 590. Petro Subdiacono rescribit, ut in Monasteriis Sacerdotes, Levitas, & quosvis Clericos lapsos in Monasteriis ad pœnitentiam tradat, & ut res lapsorum in eodem loco proficiant, in quo agere pœnitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus illorum subsidium habeant, qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita tamen ut eorum stipendium, qui in pœnitentiam dati fuerunt sufficienter debeant procurari. Imperator Monasteriis bona dedicat Monachorum, Pontifex de pœnitentium victu & alimentis disponit. G. D. P.

Exponitur hîc authent. ingressi. cod. de sacrosanct. Ecclesiis. & can. de lapsis. 16. quæst. 6 & nostro usui reddûntur.

Regula 57. *Contra eum.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Contra eum qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio favenda.* Ibi. *Item contra leg. si in emptione. in principio. de contrah. empt ubi si in emptione fundi dictum fuerit accedere Stichum servum, accedit ille de quo venditur intellexit, solve ergo in principali, illud in accessorio, sed hoc nihil est, unde dic ibi verba prolata fuisse ab emptore.*

In contractibus is cujus favore clausula concipitur eam concipere videtur, atque ita apertius debet dicere, alioquin contra eum est interpretanda.

Hoc nihil est sed inspice cujus favore, is enim dicitur loqui. Bartol. leg. sæpe. de verb. signific. Fulgos. leg. Labeo. de contrah. empt. & vend. Panor. consil. 34. lib. 2. Bald. consil. 410. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi *Si autem verba prolata sunt nimis larga, sequemur benignius & minimum. dig. de leg. 3. leg. minimus. eod. in obscuris. cum suis concordant, & sic esset hæredis electio.*

Ubinam est electio hæredis vel legatarii.

Hoc verum si testator sensit de certo: quia tunc hæres interpretatur: secus si non sensit de certo, quia tunc legatarius eligit, nisi hæredi essent verba directa. d. leg. si quis à filio. §. & ibi. Bald. de leg. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa eadem. Ibi. *Si in judiciis sit ambiguitas, fit interpretatio pro proferente*

In judiciis ambiguitas contra quem interpretanda.

Sic actor vel reus secundum Dynum, qui allegat. quod not. in leg. si quis intentione. Joann. Andr. hîc. Alexand. leg. sæpe. column. 1 de re jud. consil. 55. num. 16. lib. 5. ubi dixi. C. M.

Source : BIU Cujas

Hujus Molinæani adnotati prima pars ab emendatoribus Romanis usurpatur, omissa posteriori ab his verbis, *Joann. Andr. hic. Alexand. leg. sæpe. usque ad finem.* quia eumdem Molinæum arguebat authorem. F. P.

Regula 59. *Dolo facit.*

GLOSSA. In possessoriis judiciis recuperandæ possessionis, non est locus huic regulæ *dolo facit*, &c.

In Glossa verb. *Dolo facit qui petit quod restituere oportet eumdem.* Ibi. *Nota secundo hanc regulam non habere locum in possessoriis iudiciis.*

Scilicet recuperandæ possessionis. Dyn. hîc. C. M.

Regula 61. *Quod ob gratiam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.* Ibi. *Item contra. de mutuis. petit prudentiam. ubi clausula appellatione remota, apposita impetrantis favore, in læsionem retorquetur ipsius, solve ibi quia id locum habet cum Princeps aliquid concedit ad instantiam petentis hoc, cum motu proprio, puta minoribus vel Ecclesiis.*

Æqualitatis servandæ causa, quandoque quod in favorem alicujus introductum est, in ejus dispendium trahitur.

Falsum, sed ibi ideo ut æqualitas servetur, ut in leg. final. & ibi Bald. column. 1. cod. de fructibus & lit. expens. quamvis Dyn. Philipp. Franc. transeant cum hac glossa. C. M.

Regula 63. *Exceptionem.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri.*

Si reus dicat solvi simpliciter, non fatetur, quia sunt diversa, & possunt dividi. Joann. Amic. consil. 99. adde Alexand. consil. 159. consil. 183. consil. 185. lib. 6. C. M.

Qui dicit se solvisse non fatetur utique se debere.

Regula 68. *Potest quis.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.* Ibi. *Fallit in eo qui veniam ætatis impetrat, quod per se facere debet, de iis qui veniam ætatis impetraverunt. leg. 2.*

In personalibu & industrialibus exercitiis non admittitur procurator.

Per illum textum dicebat Bald. quod idem est in omni casu, ubi venit examinanda qualitas personæ, an sint litterati, vel periti in arte, & non admittitur procurator. Philipp. Franc. C. M.

Regula 70. *in alternativis.*

GLOSSA.

In Glossa. verb. *In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.* Ibi *Contradicit ad hanc regulam instit. de leg. §. si generaliter. solve illud cum eligens fuit in mora.*

In alternativis quando electio sit debitoris vel non.

Imo speciale est in legatis, quando verba non sunt directa ad hæredem. leg. judicio. de leg. 2. Dyn. C. M.

Regula 75. *Frustra.*

TEXTUS. Ubique servandum ut fides habeatur ad modum fidei præstitæ.

In Textu. Ibi. *Frustra fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat.*

Fallit in treuga. Philipp. Corn. consil. 218. lib. 2. sed usus hanc fallentiam reprobat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In promissionibus sub pœna utrimque servanda.

In Glossa Ibi. *Unum nota quando partes sibi ad invicem aliquid promittunt sub pœna.*

Philipp. Decius. consil. 380. C. M.

Regula 76. *Delictum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.* Ibi. *Satis potest congrue distingui inter judicialia, & extra judicialia, ut in judicialibus, judiciorum favore, sive sit in faciendo, sive in omittendo, præjudicet Ecclesiæ.*

Quando factũ personæ præjudicet Ecclesiæ.

Dixi in consuet. Paris. §. 30. gloss. 13. quæst. 29. C. M.

Regula 78. *In argumentum.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.* Ibi. *Argumenta de similibus ad penitus similia procedunt.*

Quando argumentum à simili locum habeat vel non.

Not. hanc glossam quod argumentum à simili tunc procedit, quando similitudo in totum, & sic multum debile est. Philipp. Franc. hîc. Paul. in leg. finali. cod. de inofficios. donat. Joann. Gerson. in tract. de contract. proposit. 14. Jason. leg. de quibus. colum. 7. de legib. Philipp. Dec. cap. transl. lato. lect. 1. num. 7. ubi dixi. de constit. C. M.

Quod argumẽtum a simili quandoque minus probet ad citationem arrestorum in similibus.

Hoc aptari possit ad citationem arrestorum in litibus dijudicandis, quæ nisi penitus similia sint, nihil probant, de hoc vide Desiderium Heraldum. lib. de authorit. rerum judicat. per totum. F. P.

Regula 82. *Qui contra.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.*

Quando in cõmerciis bona fides non præsumatur.

Omnino vide hîc. Bartol. Joann. de Platea. leg. quemadmodum. in fine. de agricol. & cens. lib. 11. Doct. instit. de usucap. in princip. Celsus allegat hîc Alexand. consil. 35. column. 3. in 4. volum. Philipp. Decius. leg. si idem cum eo. §. 1. de jurisd. omn. Jud. C. M.

Regula 84. *Cum quid.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.* Ibi. *Cum aliquid prohibetur, habito principaliter respectu ad prohibitum, non ad viam vel modum quo prohibetur, tunc sufficit prohibitum una via, vel modo, ut ad id in ejus fraudem alia via admitti non debeat, si autem prohibitio principaliter se habet ad viam vel modum, non ad rem, tunc secus.*

Utrum prohibitionis via vel modus ad alios trahendi sint prohibendi modos.

Idem Joann. Gerson. tract. de contract. proposit. 15. Bald. autem hîc dicit cum à lege prohibetur, causa mediata & immediata, locum habet hæc regula, sed quando prohibetur causa immediata tantum, tunc procedunt contraria. Philipp. Franc. hîc. C. M.

Regula 88. *Certum est.*

GLOSSA. in data.

In data & Glossa ibidem. *Pontificatus anno quarto.* Ibi. *Consuetudo est Romanis Pontificibus, quod post electionem, ante consecrationem & coronationem non scribunt Pontificatum in data, unde & dies coronationis dicitur ortus Imperii.*

An potestas Pontificia habenda ab electione, an à coronatione S. P.

Imo statim ab electione, ut tenet Bart. in extravag. ad reprimendam. in gloss. vers. Reges. Martin. Laudensis. tractat. de Principib. §. 25. Anton. Rossel. de legitim. column. 34. Philipp. Decius. cap. eam te. column. 2. de rescript. consil. 194. ubi dixi. Ludov. Gomes. cap. 1. num. 3. de constit. in 6. C. M.

De eadem materia potestatis Pontificiæ adquisitæ à die electionis, & non à die coronationis, ad alios locos & authores remissio.

Adde & notam ejusdem Molinæi in consil. 588. Decii in verb. communis opinio. glossam pragmat. sanct. in proœmio. §. inscrutabilis. in verb. susceptione. & in id, quod summus Pontifex habeat omnimodam potestatem à tempore suæ electionis, & non à tempore coronationis, licet consuetudo sit Romanis Pontificibus (quæ potius eorum solito usu quam jure roboratur) quod post electionem, ante consecrationem & coronationem non scribunt Pontificatum in data, ut ait glossa ibidem. in verb. Pontificatus. judicatum in Senatu Parisiensi, die Sabbati 16. Julii anni 1672. pronunciante Protopræside Lamonio, ex suffragio Dionisii Talæi, provisionem Papæ Clementis X. Capellæ vacantis in Ecclesia Abbatiali divæ Magdalenæ Vezeliacensis, licet secundum stilum Curiæ, & prædictam consuetudinem, data eidem adscripta esset de die 11. Maii anni 1670. qui erat dies coronationis Clementis X. quamvis electus esset 29. Aprilis præcedentis, censendam de data ejusdem diei 29. Aprilis, qui erat dies electionis, à quo tempore omnem potestatem acceperat, & ad eam diem retroducendam datam adscriptam in provisione, in favorem & gratiam Petri *Bouesnel*, de dicta Capella provisi in Curia, dicta die 11. Maii, cum eamdem Capellam impetraturus, misisset Romam electionis Pontificiæ pendente tempore, & Conclavis, & Cursor Romam appulisset die 4. Aprilis, ex qua die, si Sedes Pontificia repleta fuisset, datam habere debuerat, juxta privilegium Gallicanum, qua deficiente, ab ipsamet die electionis consummatæ 29. Aprilis, data provisionis æstimanda erat, qua electus

Unum id celebre arrestum Senatus Parisiensis hic refertur.

Exponitur casus & species hujus arresti.

Prima pars arresti, qua judicatum provisionis Pontificiæ datam de die coronationis, cum pendente electione cursor Romam advenerit, reducẽdam ad diem ipsius electionis.

Source : BIU Cujas

Pontifex licet non coronatus omnimodam poteſtatem conferendi ſuſceperat, cum eidem *Bouesnel* appellanti à ſententia Judicum compromiſſariorum, & ſupplici libello inſiſtentis, ut infirmata dicta ſententia, & data proviſionis ſuæ, de die 11. Maii ipſius coronationis Pontificiæ, ad diem 29. Aprilis ipſius electionis conſummatæ retroducta, in dictæ Capellæ poſſeſſione manu-teneretur defendendo adeſſet Jacobus *Abraham*, contra Jacobum *Griveau* parochialis Eccleſiæ Vezeliacenſis Curatum, & de dicta Capella proviſum ab Abbate Vezeliacenſi die ſexta Maii ejuſdem anni 1670. inter diem electionis & coronationis Pontificiæ, cui prædicto *Griveau* ejuſdem Capellæ plenum poſſeſſorium, ſententia compromiſſariorum Judicum, tanquam priori proviſo, adjudicatum fuerat, cuique defendendo aderat Dom. *de Maupeou*, tunc Advocatus Clientelaris, hodie Regius & Generalis in Magno Conſilio, ſubmota etiam petitione ejuſdem *Griveau*, adjudicationis præjudicialis pœnæ trecentarum librarum, in compromiſſo adſcriptæ, exſolvendæ à parte appellante & reclamante, licet Dominus *Talon* concludendo centuiſſet pœnam compromiſſo dictam exſolvendam, ſummo jure, à quo Curia deflexit, & ex ejuſdem Dom. *Talon* ſuffragio judicatum, intereſſe tum regiminis ſpiritualis & Eccleſiaſtici, tum ſæcularis & temporalis & Regii; poteſtatem Pontificiam delatam & adquiſitam ipſamet die electionis, quæ ſpiritualis eſt & Eccleſiaſtica ſolemnitas, ac etiam Apoſtolica, quæ nulla alia confirmatione indigebat, cum idem electores eſſent & confirmantes, unde ipſa electione omnimodam poteſtatem contulerant, nec dependentem, ab ipſa coronatione, cujus ſolemnitas & pompa nihil eſt aliud quam declaratio poteſtatis jam delatæ, & acquiſitæ per electionem, & potius publicatio poteſtatis temporalis, quam ſpiritualis & Eccleſiaſticæ, ab ipſomet Chriſto per electionem jam delatam nec non eodem arreſto judicatum & confirmatum privilegium, quo Francigenæ ab immemoriali tempore, ipſamet Curia Romana approbante, uſi ſunt, ut impetrationes ab ipſiſmet Romæ factæ datam habeant, à die advenientis curſoris, ſi ſedes Apoſtolica repleta fuerit, vel ſi vacua eſſet, ab ipſamet die electionis ſubſequentis, adeo ut ſi quorumdam impetrantium curſores medio tempore inter electionem completam, & ipſam coronationem advenerint, ipſis data adſcripta à die advenientis curſoris, præferantur illis quorum curſores advenerint pendente electionis, & ipſius Conclavis tempore, quorum proviſiones cenſendæ de ipſamet die electionis, & ita judicatum in ſecunda Camera requeſtarum ſive recuperatorum Judicum, die 11. Maii anno 1657. perorantibus Ludovico *du Bois* pro Abrahamo *Baſſier*, ſecundo reſignatario cognominati *Saccardi*, Canonicatus & præbendæ cathedralis Eccleſiæ Turonenſis, cujus procuratorium Romæ advenerat medio tempore inter electionem & coronationem Alexandri VII. Guidone *de Maſſac* pro Petro *Orceau*, priori reſignatario ejuſdem *Saccardi*, cujus procuratorium Romam appulerat pendente electione & Conclavi, ante ipſam electionem habitam, me vero pro Nicolao *Orceau*, devolutario, & impetrante eamdem præbendam, propter nullitatem titulorum ob concurſum datarum de die coronationis utriſque proviſionibus adſcriptarum, namque ſententia dictorum Judicum de die quo ſupra, Petrus *Orceau*, cujus curſor advenerat pendente electione & Conclavi in poſſeſſione dictæ præbendæ conſervatus fuit, quod & arreſto Senatus Pariſienſis confirmatum eſt.

pendente Coneſlavi, & medio tempore inter electionem & coronationem.

Altera pars arreſti, qua infirmata per appellationem ſententia compromiſſariorum Judicum, in eam quæſtionem prolata, judicatum nec pœnam compromiſſi ab appellante exſolvendam.

Et de dicto privilegio Francigenarum, quod datas habeant à die curſoris Romam advenientis, vide art. 47. libert. Eccleſiæ Gallicanæ à Domino Petro Pithœo collectarum & ibidem commentarium Puteanorum fratrum, & remiſſiones ibidem factas, nec non cap. 21. probationum ad libertates Eccleſiæ Gallicanæ per totum. eumdem Molin. ad regul. de publicandis. num. 211. & ibidem. Dom. Louetium in notis & cenſuris ad eumdem locum.

Ad dictum privilegium Francigenarum quod datam habeant à die advenientis curſoris, ad authores alios & locos eorumdem remiſſio.

Et in id, quod dictis duobus arreſtis ſive decretis Senatus Pariſienſis definitum eſt, ſummum Pontificem à die ſuæ electionis poteſtatem ſuam aſſumere, & non à die coronationis, habemus conſentientes & confirmantes ſummos Pontifices, & præ aliis ipſum Clementem quintum in extravag. quia nonnulli. de ſententia excommunicat. in extravag. communibus. quæ totum corpus canonicum claudit. Datam apud Peſecum. Burdegal. diœceſis anno 2. qua omnes & ſingulos excommunicationis ſententia ferit & innodat, qui litteras Apoſtolicas ſuper negotiis quibuscumque confectas, quæ ante donationis inſignia emanaverint, auſi fuerint impugnare. & in id etiam concludit Domin. Joannes de Selva in tractatu de beneficio. part. 1. quæſt. 2. num. 27. per totum. & in 2. parte. quæſt. 15. num. 4. ſub finem. & ſequ. gloſſ. pragmat. ſanct. in proœm. §. inſcrutabilis. in verb. *ſuſceptione*. Philipp Dec. in conſil. 194. & ibi Molin. in verb. *ſed breviter*. & ad conſil. 588. in verb. *communis opinio*. idem Decius. in cap. eam te. de reſcript. num. 2. & ibi Molin. in verb. *moderni*. F. P.

Quod ſummus Pontifex ſuam poteſtatem à die electionis aſſumat, & non à die coronationis, probatur conſtitutione Clementis V. hîc relata.

Ad eamdem quæſtionem decidendam ad authores remiſſio.

Tota poteſtas quæritur electione, non coronatione, quæ poſtrema ſolemnitas eſt potius publicatio poteſtatis temporalis, quam ſpiritualis, quæ publicatione non eget.

Eodemmet arreſto privilegium Francigenarum confirmatum quo datam habere ſolent à die advenientis curſoris.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Pontificatus anno quarto*. Ibi. *Quæro autem quando cæperunt ligare novæ conſtitutiones, & videtur quod à tempore hujus publicationis poſt duos menſes.*

A quo tempore alligent ſubditos novæ conſtitutiones ſive ſcientes, ſive ignorantes.

Facta publicatione in provincia, ſed ſcientes ſtatim. Bartol. leg. omnes populi. de juſtit. & jure. Joann. de Lignano. cap. 2. ſupr. eod. de conſtitut. Philipp. Franc. hîc. Clavaſ. verſ. lex. §. 14. Alexand. conſil. 52. lib. 7. C. M.

In eamdem materiam definiendam ad authores remiſſio.

Et illud privilegium confirmatum ſententia recuperatorum Judicum, & arreſto confirmante eamdem, in ſpecie hîc expoſita advenientium curſorum Romam &

In id vide commentarium Joann. Dayma. Baionenſis. ad concord. in tit. de electione & Regia ad prælaturas nominatione. in verb. *ordinamus quod de cætero*. fol. 199, column. 2. F. P.

FINIS.

Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI

ANNOTATIONES

AD CLEMENTINAS,

QUAS CLEMENTIS V. CONSTITUTIONES VOCANT.

Ac primùm in ejus vitam ipsis præfixam.

RUBRICA. * Unde sumpta vita Clementis V. hîc apposita.

IN Rubrica. Ibi. *Vita Clementis V.* Ex Platina ad verbum. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Clemens V. Natione Vasco, Burdegalensis Archiepiscopus, Bertrandus Gottho antea vocatus, Perusii à Collegio Cardinalium absens, post longam contentionem Pontifex tandem creatur.*

Quando facta fuerit creatio Clementis V. in summum Pontificem.

Qua arte, quibusvis pactionibus, inter Philipp. Pulchrum, & dictum Archiepiscopum, quem sibi clanculum conciliavit, cum inimicus putaretur. describit Antonin. tit. 27. cap. 1. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Curia Romana in Gallias translata est anno millesimo trecentesimo quinto, ubi etiam ad septuaginta quatuor annos remansit, cum magno Christianorum incommodo, potissimùm vero urbis Romæ.*

Sedes Pontificia in Gallias translata ipsi Regno non fuit commoda.

Regni quoque Francici gravibus interim cladibus attriti. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Verum cum postea Veneti ac Carolus refrixissent, Rassiani ipsi malo exemplo sententiam mutant.*

De defectione Rassianorum ac Græcorum à sedis Apostolicæ devotione.

Id est jugum Papæ excutiunt, sicut & Græci, quibus affines sunt. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Ferunt tum Dantem Florentinos cæcos appellasse, quod Imperatori tam insulsè respondissent. Juncta responsione Florentinorum ad Imperatorem, quæ hic refertur.* Ibi. *Dantem.*

Quare Sedes Romana dicitur, non Ecclesia.

Qui ut ait Bartol. de interd. & releg. fertur à Papisticis combustus, eo quod scripsisset Imperium non dependere ab Ecclesia, de quo hodie nullus dubitat, sed aptius loquuntur Itali, qui Sedem illam Romanam non vocent Ecclesiam, sed scholam, id est cathedram cujusdam Magistratus, detrahentes Ecclesiæ nomen. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Vacat tamen Sedes annis duobus, mensibus tribus, diebus septemdecim, dum non satis inter Cardinales constet quem potissimùm eligant.*

Nimia emotio in creando Romano Pontifice.

Postquam in Conclavi Cardinales adeo altercassent, ut aliquot occisis effugissent, tantæ molis erat Romanum condere Papam. C. M.

AD PROOEMIUM CLEMENTINARUM.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Joannes Episcopus servus servorum Dei.*

Bonif. de Vital. hîc. column. 3. dicit quod sicut servus alterius, qui non est liber, toto studio debet intentus esse circa utilitatem Domini sui, ita Papa 28. quæst. 1. can. jam nunc. sed aliud est fieri, aliud deberi. C. M.

Quare Papa dicitur servus servorum Dei.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. Ibi. *Est autem sciendum, quod iste Dominus Joannes Pontifex industriosus, & mundus, simoniam fugans, & justitiam amans, scientia magnus, statura pusillus, conceptu magnanimus, prius Jacobus vocabatur.* Ibi. *Simoniam fugans.*

Unde Joannes XXII. dictus fuerit simoniam fugans.

Atqui pecuniæ corradendæ causa, primus beneficiorum electivorum reservationes, ac taxas invenit, & simoniacas, quas vocant annatas in usum revocavit, ut refert Ptolomæus de Luca in ejus vita, & ut Ludovicus Gomesius in proœm. reg. cancell. refert, adeo cupidi & audacissimi animi fuit, ut non solum Prælatos Ecclesiasticos expilaret, sed etiam constitutionem ferret, qua Regnum Germaniæ à Regno Franciæ, & Italiæ, ab Imperio divideret; adeo pecuniæ studiosus, ut moriens quinquies & vigesies centum millia nummorum reliquerit, quantum nullus ante se Pontifex habuit, ut refert Platina. C. M.

De vita Joannis XXII. summi Pontificis, remissio ad inferiora.

Cujus Pontificis vita est in principio & capite constitutionum extravagantium à se editarum infr. cum notis Molinæi ad marginem, quas videbis inferius, & illi hoc fragmentum jungere poteris. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nulla juris sanctio, naturæ varietatibus & ambiguitatibus decidendis sufficit.* Ibi. *Juris humani positivi, sicut canonicum vel civile, sinodale vel municipale, naturale vero vel divinum morale, est immutabile.*

Divinum jus & morale est immutabile.

Placet Panorm. in cap. Quintavallis. de jurejur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa *Universitati vestræ (scilicet Bononiensi) per Apostolica scripta mandantes, quatenus eas (Clementinas videlicet) prompto affectu suscipiatis & sic vobis manifestatis & cognitis usuri de cætero.* Ibi. *Hæc vera, nisi dicas aliud in privilegio simpliciter dato, & in eo quod dat constitutio, quo casu imitari debet naturam constitutionis.*

Constitutio statim suum debet operari effectum.

Imo statim operatur effectum. per leg. penult. & ibi Bartol. eod. de decur. lib. 10. Felin. cap. 2. column. 4. de constit. Bartol. leg. omnes populi.

quæst.

Source : BIU Cujas

Ad intelligentiam datæ conſtitutionum & eaſdem ſtatim authorandas remiſſio ad ſuperiora.

quæſt. 5. de juſtitia & jure. Roman. 330. C. M.

Junge eumdem Molinæum ſupra. in data ſexti decretalium. in gloſſa verb. Pontificatus anno quarto. F. P.

Ibidem. *In data.*

Textus.

In Textu datæ. Ibi. *Datam Avenioni.*

Ponderant Cardinales inducendo ad quæſtionem, quod in inſtrumentis debet poni locus in quo confecta fuerunt per hoc cod. de contrah. & commit. ſtipul. leg. optimam. 11. quæſt. ultim. libellorum. probat. quoniam de re judic. Abbates. lib. 6. de quo in Specul. de inſtrum. edit. §. reſtat. verſ. quid ſi locus. vide quæſt. Tholoſ. 491. C. M.

Unde in inſtrumentis poni debet locus in quo peracta ſunt.

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

De ſumma Trinitate & Fide catholica.

Cap. 1. *Fidei catholicæ.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Fidei catholicæ fundamento firmiter inhærentes.*

Quis dicendus hæreticus, vel nō, dum dubitat de fide.

Si quis dubitet in fide, paratus bona ratione adducta credere, non eſt hæreticus. cap. damnatur. ſupr. eod. gloſſ. cap. qui neſciat. 9. diſtinct. C. M.

Ibidem.

Gloſſa.

In Gloſſa verb. *Confitemur unigenitum Dei Filium, cum Patre æternaliter ſubſiſtentem, corpus aſſumpſiſſe ex tempore.* Ibi. *Et ab hac incarnatione computant quidam annos Domini, alii à Nativitate.*

Unde anni varie ab Incarnatione, à Nativitate, & à capite Januarii incipiunt.

Idem tenet Speculat. de inſtrum. edit. in princip. column. 3. Barthol. leg. libellorum. de accuſat. gloſſ. hîc. ſed Hieronim. Grat. conſil. 136. lib. 1. dicit quod inſpicitur conſuetudo, & veriſimilitudo, & quod Bononiæ incipiunt à calendis Januarii. can. jejunium. 76. diſtinct. dixi in conſuet. Pariſ. tit. 1. in rubrica. num. 18. C. M.

Ibidem. *Verſiculo nos igitur.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Apoſtolicæ conſiderationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) aciem convertentes.*

An Eccleſia ſit ſupra Papam, & an ipſe errare poſſit.

Contradicunt Theologi, tenentes Eccleſiam eſſe ſupra Papam, & ejus ſedem, & Papam cum ſua ſede in fide errare poſſe, & corrigi, vel deponi ab Eccleſia, prout etiam in Concilio Conſtantienſi definitum fuit. C. M.

In eamdem materiam de ſuperioritate Concilii univerſalis ſupra Papam, vel Papæ ſupra Eccleſiam, & an errare poſſit, vel non, vide eumdem Molinæum in not. ad can. qui abſtulit. in textu. ibi. mater noſtra eſt Eccleſia. 12. quæſt. 2. & ad cap. 4. ſignificaſti. in textu. ibi. robur acceperint. de elect. apud Gregor. & in Clement. II. ne Roman. 1. in gloſſa. de elect. & in conſil. Decii. 151. in verb. *canonum.* gloſſ. pragmat. ſanct. tit. de author. general. Concil. cap. ſacroſancta. §. & primo. in verb. *Spiritu ſancto.* & in verb. *militantem.* & §. cui quilibet. in verb. *obedire.* & ibi notas marginales à nobis additas, & in ſupplementis annot. marginalium, & ad earumdem probat. inſtrum. edit. à pag. 1042. ad pag. 1048. eamdem gloſſ. pragmat. tit. de ſubl. Clement. litteris. in verb. *præjudicent.* & notam marginalem à nobis additam, & ad eam probandam in ſupplement. annotat. marginal. & probat. inſtrumentor. edit. pag. 1142. ubi videris declarationes ſacræ Facultatis Theologiæ, Regi Chriſtianiſſimo in id exhibitas, & ex eis penult. & ult. cum notis marginalibus eis additis. Rebuff. in proœm. concord. in verb. *Concilium.* Guid. Conchil. in poſthum. memorialibus reformat. ſtat. Eccleſiæ. pag. 39. & ſeqq. & in tract. libert. Eccleſ. Gallic. pag. 5. & in hiſtor. Nivern. pag. 16. collect. libertat. Eccleſ. Gallicanæ Pithœanam. art. 40. & in earum remiſſ. marginal. & in primo volum. probat. ad eaſdem libertates. cap. 12. & 13. per totum. F. P.

De eadem materia ſuperioritatis Concilii ſupra Papam vel Papæ ſupra Concilium ad plures alios authores & eorumdem tractatus remiſſio.

Ibidem. §. *Porro.*

Gloſſa.

In Gloſſa verb. *Doctrinam aſſerentem ſubſtantiam animæ rationalis ſeu intellectivæ vere ac per ſe humani corporis non eſſe formam, reprobamus.* Ibi. *Intellectualis anima habet aliquam operationem, in qua materia non communicat, quæ virtus dicitur intellectiva.*

De anima intellectiva, & quod ſit forma corporis humani, & quales ejus operationes definitur.

Idem late Thomas Aquinas contra Gentiles. lib. 4. cap. 81. & in quodlibet. 10. art. 6. Gabriel Biel. in 2. ſentent. diſtinct. 17. quæſt. 1. ubi quod non eſt ex traduce. C. M.

Ibidem. §. *Definientes.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Qui pertinaciter tenere præſumpſerit, quod anima rationalis ſeu intellectiva non ſit forma corporis humani, per ſe & eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit cenſendus.*

De hæreſi Platonicorum circa animam rationalem.

Erat enim opinio Platonis, quæ hîc damnatur, & late Thomas Aquinas. contra Gentiles. lib. 2. cap. 57. & cap. 68. licet hanc ſequi videatur Guillelm. Bud. de Aſſe. carth. S. dum ponit differentiam inter Endelechiam, & animam rationalem, illam mori cum corpore, hanc autem ut nautam à navi ſeparabilem. Marſilius autem Ficinus Theol. Platon. lib. 15. cap. 5. late Platonicos ſequitur, & tandem in fine lib. 5. turpiter errat, tradens modum accedendi ad Deum, ſegregando ſe à materia, & ſic oſtendit ſe Chriſtum, fidemque Chriſtianam prorſus ignorare, prout etiam oſtendit in ſpurco ſuo libello de doctrina Chriſtiana. quem ſacrificulus effectus, & ſacerdotio donatus attentavit ſcribere; luculentum exemplum, doctrinam fidei, non à Philoſophis, ſed à ſolo Verbo Dei petendam eſſe. C. M.

Damnatur & hic doctrina Marſilii Ficini Platonici de anima rationali.

Ibidem. §. *Ad hæc.*

Gloſſa.

In Gloſſa verb. *Baptiſma, quod celebratum in aqua, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, tam adultis, quam parvulis communiter, perfectum remedium credimus ad ſalutem.* Ibi. *Aqua cauſa materialis.*

An ſola aqua dicenda materia in baptiſmi ſacramento, & an detur materia vel forma in ſacramentis.

Hæc eſt craſſities Canoniſtarum, quia in ſacramentis non eſt aſſignare materiam, nec formam, ſunt enim operatio tranſiens: qua ceſſante deſinit ſacramentum, & ſic aqua non eſt materia ſacramenti, niſi improprie, & metaphorice, ſed ipſa lotio in aqua, cum verbis & intentione, ut tradunt Theologi. in 4. ſentent. & ibi Thom. Scotus. diſtinct. 3. Gabriel Biel. diſtinct. 4. quæſt. 2. C. M.

In ſacramentis quæ ſit materia, quæ ſit forma, hîc exponitur.

Mittit hîc Molinæus audacter falcem in alienam meſſem, ſobrie dicam, tota Theologia docet in ſacramentis rem, ſive materiam requiri ſenſibilem aliquam dererminatam, & verborum formam: atque quoad ea ſacramenta, quæ in uſu ſeu actione tranſeunte (vocat Molinæus operationem tranſeuntem) conſiſtunt, duplex eſt materia, remota, & propinqua, materia remota dicitur illa res quæ in ſacramentum aſſumitur, circa quam actus & ceremonia ſacra exercetur, ut in baptiſmo aqua, materia propinqua dicitur ipſe actus, ſeu uſus illius ſenſibilis, puta ablutio in baptiſmo, quod vero dicit Molin. aquam non eſſe hujus ſacramenti materiam, niſi improprie & metaphorice, ut hæreticum damnatum eſt Concilio Tridentino. ſeſſ. 7. de baptiſmo. canon. 2. cætera Theologis relinquo. G. D. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quantum ad effectum baptiſmi, & modum efficiendi, reperiuntur Doctores quidam Theologi opiniones contrarias habentes.* Ibi. *Neceſſe eſt quod à capite recipiat fluxum, vel fructus gratiæ & veritatis, cujus influxionis non eſt impedimentum ex parte Dei, &c.* Ibi. *Nec ex parte Eccleſiæ, in cujus fide ſalvatur baptiſatus, quæ nulli claudit gremium, huic autem opinioni approbatæ non obſtat, &c.*

Quæ ſint virtutes baptiſmi & in quo operentur.

Ex hac gloſſa habes quod baptiſatis infunduntur virtutes, nam habilitatur animus in baptiſmo, ſed non corpus, cujus habilitas requiritur in operatione virtutum. Zabarel. hîc. Gabriel Biel. in 4. ſentent. quæſt. 2. art. 2. C. M.

Hoc Molinæi adnotatum uſurparunt hîc Romani emendatores, omiſſo fine, & citatione *Gabriel Biel*, ut totum Zabarellæ ſuo adſcriberent, cui nec invidit Molin. cum eum laudaverit authorem. F. P.

Nota ad emendat. Romanos.

Ibidem. §. ultimo. *Nos autem.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Doctrinam, quæ dicit in baptiſmo, tam parvulis quam adultis informantem gratiam conferri, tanquam probabiliorem eligendam duximus. Juncta Inſcriptione proœmii. Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Fides eſt æterna, & ab electione hominum non pendet.

Atqui fides non pendet ab electione hominum quorumcunque. C. M.

Sed ex diverſis opinionibus hominum, in iis quæ ſunt fidei examinatis, perverſis rejectis, ſaniores approbantur ab Eccleſia, cujus eſt malas damnare, bonas eligere, & electas amplectendas populo Chriſtiano proponere, quæ ſola eſt & unica ad hæreſes convincendas via, ab initio naſcentis Eccleſiæ recepta, nec eſt tam hominum electio, quam Spiritus ſancti in Concilio legitime congregato probatio. G. D. P.

In notam Molinæanam cenſura Dom. G. D. P. recta.

TITULUS SECUNDUS.

De reſcriptis.

Cap. 2. *Etſi principalis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Etſi principalis Officialis Epiſcopi à Sede Apoſtolica dari valeat delegatus.* Ibi. *Sed quid ſi deſiit eſſe Officialis, dico quod ſi non erat expreſſum proprium nomen, deſiit eſſe Judex.*

An delegatio Officialis Epiſcopi tranſeat ad ſucceſſorem, non deſignato nomine, vel officio.

Idem Panormit. cap. quoniam Abbas. de offic. delegati. ſed ad ſucceſſorem non tranſit. Panorm. & Felin. ibi. Jaſon. leg. more. column. 12. de juriſd. omn. Jud. Philipp. Franc. cap. ſtatutum. in princip. column. 2. eod. in 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Officialis Epiſcopi.* Ibi. *Et idem puto de Officiali electi confirmati, & nondum conſecrati.*

Jurisdictionem habet electus confirmatus nondum conſecratus, atque etiam ejus Officialis Ordinarius.

Et bene. quidquid Imola. hic. & Felin. in cap. eam te. column. 4 extr. eod. dicant. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *In Officiali tamen foraneo nequaquam hoc volumus obſervari.* Ibi. *Niſi id fieret ex certa ſcientia Principis, hoc expreſſo.*

An idem dicendum in Officiali foraneo, quod in ordinario.

Sed quod non ſit neceſſe exprimi. Ægid. Bellam. deciſ. 746. Philipp. Franc. cap. ſi motu. column. 1. de præbend. in 6. vide quod dixi ad Alexand. conſil. 11. lib. 7. ad Philipp. Decium. cap. cum inter. de except. C. M.

Cap. 3. *Auditor.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Auditor in Romana Curia à nobis deputatus.*

Quæ ſit poteſtas auditoris in Curia Romana à S. P. deputati.

Ægid. Bellamer. deciſ. 667. Gemin. conſil. 95. column. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sed Archid. 11. quæſt. 1. experientiæ, dicit Bonifacium VIII interlocutum fuiſſe, quod in Curia nullus habeat ordinariam niſi Papa.*

Quod in Curia nullus habeat poteſtatem ordinariam præter Papam.

Sed quid ſint Ordinarii. Bartol. leg. penult. cod. ubi Senatores. vel Clariſſimi. leg. præcipimus. in princip. cod. de appellat. ſed quod in totum delegatio tenet. Anton. Butr. Alciat. in rubr. num. 20. de offic. Ordinarii. extra. C. M.

Ordinarius tamen poteſt ubique juriſdictionem voluntariam exercere, etiam extra diœceſim.

In id quod dicitur in gloſſa nullum habere ordinariam poteſtatem in Curia niſi Papam, vide tamen quod dicit gloſſator pragmaticæ ſanctionis. tit. de collat. §. item circa. in verb. *tempus.* ſub finem. quod cum collatio ſit voluntariæ juriſdictionis, quæ exerceri poteſt à Collatore ordinario ubique, etiam extra diœceſim, & quod in Curia exiſtens poſſit conferre beneficia ad collationem ſuam ſpectantia, ſed adde quod notavi in margine, ex eo quod refert Anaſtaſius Germonius in commentario ad indultum Cardinalis Ruverii. in verb. *quoad vixeris.* num. 75. Collatores Romæ exiſtentes ob reverentiam, quam perpetuò ſanctiſſimo Domino Papæ præſtare debent, extra mœnia urbis conferre ſolere, quod de ſe ipſo teſtatur Romæ exiſtente, Archidiaconus Taurinenſis, beneficia ad Archidiaconatum ſuum pertinentia contuliſſet extra urbem ad Portam Angelicam. quod notandum, niſi ſummus Pontifex id ſpecialiter donaverit indulto in id conceſſo, ut Clemens VII. Joanni Cardinali Lotharingo anno 1530. quod retulit Dom. Joann. Doujatius Profeſſor Decret. Pariſ. & Regius in ſuo ſpecimine juris canonici. part. 2. pag. 12. & ſequenti. & ipſimet retulimus in noſtra indultorum collectione in volum. 2. à pag. 776. ad pag. 806. in ſign. AA. & ſeq. AA. bis. F. P.

Ordinarii Romæ exiſtentes conferunt, ſed extra urbem, adnotante Anaſtaſ. Germon. ad indult. Cardin. Ruverii.

Cap. 4. *Gratiæ.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Expectans beneficium perdit gratiam, ſi conſequitur aliud, quod cum illo quod expectat, de jure tenere non poteſt.*

Expirat gratia expectativa adeptione incompatibilis beneficii cum eo quod expectatur.

Limitat Ægid. Bellam. deciſ. 563. Gemin. conſil. 78. column. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Gratia, ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renunciare videris, ſi aliud pacifice aſſequaris.* Ibi. *Idem tenent Innoc. & Compoſtellan. in eo qui litigabat ſuper beneficio, & recepit ſecundum, quod cum primo tenere non poſſet.*

De eadem materia quæ ſupra expirationis expectativæ adepto incompatibili beneficio.

Idem Cardin. Florentin. hîc. Innoc. Joan. Andr. Felin. & omnes in d. cap. cum in noſtra. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si aliud pacifice aſſequaris.* Ibi. *Curatum ſcilicet, vel dignitatem, vel perſonatum, cum ſecundum de ſpeciali requirit reſidentiam.*

Item expirat etiam gratia expectativa adeptione ſimplicis beneficii, ſi requirat reſidentiam de ſpeciali.

Etiam ſi ſit beneficium ſimplex, & intellige ut declarat Panorm. in cap. finali. de Cler. non reſid. & in repetit. §. qui vero. in cap. extirpandæ. column. 24. de præb. C. M.

Cap. 5. *Litteras.*

CASUS. In Caſu. Ibi. *Quidam gratiam obtinuit de beneficio vacaturo, deinde quidam miles, ut de forefactis ſuis aliqualem recompenſationem Deo perageret, moriturus Capellam conſtruxit, & dotavit, deinde miſit donationem ad Epiſcopum, ut crearet beneficium, qui quidem Epiſcopus omnia quæ voluit decretavit, & creavit beneficium.* Ibi. *Decretavit.*

De fundatione beneficii ex rapinis & injuſtis ſpoliis factâ non admittenda.

Omiſſa doctrina fidei, quæ non eſt idonea his quæſtibus. C. M.

Namque non erat admittenda hæc fundatio, vel beneficii creatio ab Epiſcopo. can. non eſt putanda. 1. quæſt. 1. non eſt putanda eleemoſina. ſi pauperibus diſtribuatur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male agit, ut quaſi bene diſpenſet, gravatur potius, quam juvatur. item Carthaginenſis Concilii 4. cap. 93. & 94. eorum qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda; & ea ratione improbavit Senatus Pariſienſis fundationem Capellæ, in Eccleſia Collegiata ſancti Germani Montis-Falconis in Argona, in favorem cujuſdam Druellii, à Canonicis ejuſ-

Fundationes quæ fiunt ex rapinis latrociniis & demptionibus refutandæ & rejiciendæ ab Eccleſia ſecundum canones hîc relatos quorum diſpoſitio inſequenda & laudanda.

Source : BIU Cujas

dem Eccleſiæ, per vim & metus impreſſionem habitæ, anno 1652. dum Regius exercitus, à Polemarcho Feritatis San-Nectarii conductus, his regionibus inſideret, inſtante Druellio, prædicti Capellani ac demum Canonici patruo, & ſtationibus militum cuſtodum dicti Polemarchi regendis Præfecto, quamvis dicta Capella ſic fundata, in permutationem Canonicatus & præbendæ ejuſdem Eccleſiæ, cum cognominato *de Leſtre* habitæ, tranſiiſſet, permutatione etenim inſuper habita, quamvis poſſeſſione triennali firmata diceretur, nec non erectione Capellæ abuſus titulo adnotata, Canonicatum & præbendam prædicto *de Leſtre* reſtituendam decrevit Senatus, annuente & ſuffragante Hieronymo Bignonio Advocato Regio, die 30. Maii anni 1662. etiamnum cum reſtitutione fructuum medii temporis, & expenſarum condemnatione; adde & quod fuſius in eam materiam diſceptavimus in tractatu noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. *cum ſuo reditu.* parte 2. de dote Eccleſiis conſtituenda. §. 2. in quibus rebus dos Eccleſ. conſiſt. debet. num. 1. 2. 3. 4. & ſeqqu. ubi de ea materia abunde tractavimus. F. P.

In id celebre Senatus Pariſienſis decretum laudatur, cujus caſus & ſpecies hîc refertur deciſioni Molinæanæ convenientiſſima.

De eadem materia remiſſio ad alios authores & locos.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Litteras ſuper beneficio vacaturo directas, ad beneficium poſt datam litterarum creatum ſtatuimus non extendi.*

Actus referuntur ad præterita & exiſtentia tempore datæ, non ad futura vel ſubſecuta.

Idem de lite orta poſt datam reſcripti. cap. final. ſupr. eod. de jure orto poſt litem conteſtatam. leg. non poteſt videri. de judiciis. ſimiliter arbitraria non extenduntur ad futura. leg. de his. de arbitris. nec pactum. leg. tres fratres. de pactis. nec tranſactio. leg. cum Aquiliana. cod. de tranſact. nec ſtipulatio. §. Chriſogonus. leg. ita ſtipulatio. nec teſtamentum. leg. ſi ita. de auro & argento legat. nec juramentum. cap. Clericus. de jurejurando. nec renunciatio. de quo lege Barbat. Fontan. Limitat Gemin. conſil. 69. C. M.

Hoc totum Molinæi adnotatum marginale Romani emendatores hîc uſurparunt, omiſſa ultima citatione & limitatione Geminiani, & nota illud eſſe in hoc notato quod vulgo dicitur, tranſactionem non extendi ad ea de quibus cogitatum non eſt, de quo Anton. Mornacius in obſervationibus ſuis. ad leg. 7. & 9. dig. de tranſact. à me recognitis, & publico uſui datis. F. P.

De eadem materia ad alios authores remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſt datam ipſarum creatum.* Ibi. *Sed quid dices de beneficio creato, ſed ſuppreſſo tempore litterarum, nunc autem renovato? videtur quod bene extendatur ad illud*

Item extenditur gratia expectativa ad ſuppreſſa, ſed renovata.

Niſi fuiſſet omnino extinctum. Zabarella. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De electione & electi poteſtate.

Cap. 2. *Ne Romani.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt.* Ibi. *Hoc maxime cum inferior à ſuperiore recepit poteſtatem, ut cœtus Cardinalium à Papa, per quod idem videtur de Concilio. Juncta Inſcriptione. Idem id eſt Clemens V. in Concilio Viennenſi.*

An Concilium ſit ſupra Papam.

Nota hîc quod Concilium non tollit conſtitutionem Papæ, de quo Barbatias per decem folia. ſed imo Concilium eſt ſupra Papam, ſecundum Theologos, & hiſtoriam, quia multos Papas judicavit, & abjecit Concilium, ſed nullus Paparum judicavit Concilium generale, cui etiam beatus Petrus obedivit. Act. 15. C. M.

De eadem materia remiſſio.

Vide ſupra notam & additionem ad Clement. I. de ſumma Trinit. & fide Catholica. verſ. nos igitur. in gloſſa. ibi. Apoſtolicæ conſiderationis (ad quam duntaxat hæc declinare pertinet) aciem convertentes. F. P.

Ibidem. §. *Eo tamen proviſo.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si Romana Eccleſiæ Camerarium, aut majorem Pœnitentiarium, Sede Apoſtolica vacante, per mortem expirare, vel aliàs deficere contingat, cœtus Cardinalium ad tempus vacationis alios valeat ſubrogare.* Ibi. *Per mortem vel aliàs deficere contingat.*

Nullo expreſſo vacandi modo venit omnis modus etiam in ſubrogatione officiariorum Sedis Apoſtolicæ hic nominatorum, vacante Sede.

Etiam hoc non expreſſo veniret omnis alius modus vacandi, ut etiam ſentit gloſſa hîc. Quamvis aliter dicat Barbatias. conſil. 82. lib. 4. quem ſequitur Ludov. Gomeſ. in reg. Cancell. de impetr. benef. vacant. per obit. famil. Cardin. dixi in reg. Cancell. de infirm. reſign. num. 145. C. M.

De eadem materia ad alium locum remiſſio.

His dignitatibus Camerarii, aut majoris Pœnitentiarii, quæ perpetuæ ſunt & morte Papæ non expirant, ſed ſi eas vacare contigerit vacante Sede Apoſtolica, quod iis deficientibus poſſit cœtus Cardinalium alios ſubrogare, adde & Vicecancellarium, de quibus ſubrogandis à Cardinalibus tempore conclavis in locum demortuorum, eſt locus in gloſſa Pragmat. ſanct. tit de cauſis. §. Romana, in verbo Pœnitentiarium. ad quam junge notam marginalem ibi à nobis adjectam. F. P.

Ibidem. §. *Sane.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Si extra civitatem moriente Papa in certo loco, cauſarum Apoſtolicarum audientia remaneret.* Ibi. *Electio celebranda.*

Ubi mortuo Papa electio Papæ facienda, & de audientia juſtitiæ, & quod principalius ſit membrum Curiæ Romanæ.

Bonifac. de Vitalinis. hîc notat quod principalius membrum curiæ eſt audientia, & expeditio juſtitiæ, dicens quod hoc operatur magnitudo virtutis juſtitiæ, & ſic membrum gratiæ, & membrum pœnitentiæ ſubſunt, quia ſolum eſt electio facienda, ubi eſt audientia contradictoriarum, licet per obitum Papæ vacet locus juſtitiæ, ſed ergo ante Joan. XXII. vilis erat Curia Romana, quia ut ait Gomeſius in præfat. reg. cancell. Joann. XXII. rem anguſtam multis modis auxit, honore & authoritate Epiſcoporum depreſſa. C. M.

Cap. 3. *Cauſam electionis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cauſam electionis ad ſedem Apoſtolicam tunc demum devolvi cenſemus per appellationem, cum interpoſita & parti intimatæ porrecta videlicet libello, vel illius tenore perlecto.* Ibi. *Per hoc patet quod expenſis intimantis hoc habet fieri.*

Intimatio & libelli & inſtrumentorum editio hæc habet fieri à provocante expenſis pro ipſius provocantis.

Idem Imol. & Zabarell. hîc. Gemin. Philipp. Franc. cap. finali. de litis conteſt. in 6. gloſſ. 1. eod. de verb. ſignif. clement. ſæpe. §. verum. verſ. pronunciatio. Lanfranc. de Oriano. repetit. cap. quoniam contra falſam. verb. petitiones. in fine. de probat. Idem in libello. Alexand. leg. 1. col. 1. de edendo. Felin. cap. 2. column. 3. de libell. oblat. Idem de inſtrumento mentionato in libello Joann. Amicus. conſil. 135. Rota. deciſ. 34. in novis. facit quod dixi in conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 12. num. 5. C. M.

Exponitur hîc varius uſus & praxis aſportandorũ proceſſuũ appellationum in foro Gallicano.

Nota quod illud fiebat olim impenſis communibus provocantis & intimati, ut habetur ſtylo Parlam. part. 5. quæſt. Joan. Galli quæſt. 111. ubi notat Molinæus ad verbum *expenſis* intimationem fieri habere expenſis provocantis, ſententiam vero exhibendam per appellatum vel intimatum, aliter tamen proviſum fuit noviſſima conſtitutione Regia menſis Aprilis ann. 1667. tit. 11. *Des Delais & Procedures.* art. 14. & ſeqq. quod hodie practicatur. F. P.

Ibidem. verſiculo *Verum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nec cauſa per appellationem ad ſedem Apoſtolicam cenſeatur devoluta, niſi ad appellatum ejus plena & certa notitia perveniſſet.*

Quando appellatio dicatur devoluta ad judicem ad quem.

Felin. cap. gratum. col. 2. cap. cum olim abbas. in fine. de officio delegati. Roman. conſil. 410. Hypolit. Marſil. ſingul. 259. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi plena & certa notitia ad appellatum perveniſſet.* Ibi. *Poſſet autem conſtare, quia ſuper appellatione conſuluit advocatos, amicos, vel ſimiles modo forte per amicum proprium, vel amicum appellantis*

Source : BIU Cujas

Quando appellatio dicatur nota appellato vel intimato.

sibi plene intimata, in addit. margin. post verba Fontan.

Adde Ægid. Bellam. decis. 581. C. M.

Cap. 5. *In plerisque.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *In Eccleſiis clero & populo Chriſtiano carentibus, nemo ſine Sedis Apoſtolicæ authoritate provideatur.* Ibi. *Quid ſi alterutro tantum careat, egeret declaratione, ſed quod utrumque requiratur, magis placet.*

In Eccleſiis clero & populo carẽtibus, nullus religioſus poteſt præſici, niſi ex ſolius ſedis Apoſtolicæ licentia.

Idem Paul. de Leazariis. Zabarell. hic. Jaſon. leg. ſi quis ita. de verb. oblig. quamvis Alexand. vacillet. conſil. 25. lib. 7. & Joan. Selva. tract. de benef. part. 2. quæſt. 16. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si religioſus abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate, in Epiſcopum ſe fecerit, aut permiſerit conſecrari, in tantum ambitionis pœnam, ſub Monaſterii ſui Prælato ſemper ſic degat humilis, jaceatque proſtratus.* Ibi. *Per hanc litteram patet hanc pœnam ſolum in religioſis locum habere.*

In Eccleſiis clero & populo carentibus, etiam ſæcularis electus abſque ſedis Apoſtolicæ venia, fit ineligibilis.

Tamen hæc Clementina locum habet etiam in ſæculari, ut non poſſit eligi. Felin. cap. nonnulli. column. 36. de reſcript. C. M.

Cap. 7. *Statutum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Statutum, ſuper bonis tempore vacationis obvenientibus futuris ſucceſſoribus reſervandis, editum, locum declaramus habere in omni emolumento juriſdictionis, & ſigillo curiæ, conſuetudine qualibet contraria non obſtante.* Ibi. *Sed puto quod conſuetudinem, quæ ſicuta eſſet conſtitutionem ipſam* quia ſæpe *de præbend. in 6. hæc littera tollere noluit.*

Fructus tempore vacationis obvenientes, etiam juriſdictionis & ſigilli Curiæ, debent futuris ſucceſſoribus reſervari.

Idem Imola hîc. Ancharan. conſil. 51. in fine Gemin. conſil. 132. in fine. Dom. Andr. Tiraquell. in præfat. retract. proxim. num. 17. cum ſeq. C. M.

TITULUS QUARTUS.

De renunciatione.

Cap. unicum. *Cum illuſio.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Teneat ceſſio facta per procuratorem, antequam ad ipſius, vel illius (in cujus manibus ceſſio fuerat facienda) notitiam revocatio ſit deducta.*

Quomodo, & quibus intimanda revocatio. & ut reſignans fructus interim & ante adventum ſucceſſoris percipiat.

Niſi dominus prius cedat, vel decedat, Felin. cap. ex parte decani. de reſcript. Anton. Rub. repetit. §. morte. num. 292. in leg. non ſolum. de oper. novi nunciat. adde Paul. Caſtrenſ. conſil. 261. in fine lib. 1. debet tamen reſignans uſque ad adventum ſucceſſoris adminiſtrare. Joann. Imol. hîc. column. 1. dixi in regul. cancell. de public. C. M.

Omiſit numerum, qui eſt 158. in poſteriori editione. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si quis procuratorem ad cedendum libere conſtituerit.* Ibi. *Quid de procuratore dato ſolum ad petendam licentiam cedendi.*

Idem de revocatione procuratoris conſtituti ad petendam licentiam cedendi.

Procurator ad petendam licentiam cedendi datus quando poteſt revocari, vide Nicol. Boerium deciſ. Burdegal. 107. C. M.

Nota ad emendationem Romanam.

Hujus Molinæi ſubnotati prima pars ab emendatoribus Romanis hîc uſurpatur, omiſſa citatione Boërii, quia erat author Gallus. F. P.

TITULUS QUINTUS.

De ſupplenda negligentia prælatorum.

Cap. unicum. *Quia regulares.*

SUMMARIUM.

In Summario. *Si Prælati regulares non conferunt intra ſex menſes, prioratus, adminiſtrationes, vel eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa, ſed ſolent ſpeciales, licet obedientiarios rectores habere; Diœceſani authoritate ſua, vel apoſtolica, ſi ſint exempta, conferant illa perſonis, quibus per Prælatos fuerant conferenda.*

In Prælatis regularibus exemptis negligentibus fit devolutio ad Epiſcopos, ut ſua ordinaria poteſtate, vel Apoſtolica ſuppleant vices negligentis.

Et non aliis. Joan. Andr. in Mercurial. certum eſt. Philipp. Franc. in cap. contra eum. de reg. jur. in 6. Idem in omni devolut. Roman. ſing. 478. Philipp. Decius. conſil. 40. in fine. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Regulares Prælati prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut quævis alia beneficia eccleſiaſtica, cum vacant, interdum committere negligunt.*

Fallit[a] in commendariis hoſpitalium ſancti Joann. Hieroſolymitani, quia non ſunt beneficia, ut tetigi in ſtilo Parlamenti. parte 5. quæſt. 249. facit Philipp. Corneus. conſil. 66. lib. 4. unde ſuperflua eſt extravagans Joann. XII. *exhibita.* de privileg. in commun. quia non continebantur, ſed mero jure tuti, ut tetigi in reg. Cancell. de infirm. reſign. num. 123. C. M.

Commendariæ Hieroſolymitani ordinis an ſint vera beneficia, necne, & quod non ſint beneficia, ſed beneficiis ipſis accedentia.

Recte correxit Dom. G. D. P. num. 123. in num. 313. niſi retineas num. 123. prioris editionis à Molinæo procuratæ anno 1552. ad quam editionem ſuas citationes plerumque refert. Igitur tranſeamus ad cenſuram Dupineanam. F. P.

Additio ad Molinæi citationem ut planior fiat.

[a] Non fallit, imo fallitur Molin. ſunt enim hæ præceptoriæ vel commendariæ beneficia, late ſumpto beneficii vocabulo. Barbat. ad clement. cauſam de elect. (fol. mihi 117.) Corn. d. conſil. 66. lib. 3. Socin. conſil. 32. num. 11. & 17. Mandoſ. reg. 16. quæſt. 51. & reg. 19. quæſt. ult. Flamin. Pariſ. lib. 2. quæſt. 14. num. 10. lib. 12. quæſt. 3. num. 8. Garc. de benefic. part. 1. cap. 4. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 8. à num. 53. & ita Rebuff. Molinæi contemporaneus in tract nominat. quæſt. 15. num. 17. G. D. P.

Contendit hic Dom. G. D. P. Commendarias Melitenſes eſſe beneficia, ſed fruſtra.

Adde in id quod ſi præceptoriæ Melitenſes & Commendariæ non ſint beneficia proprie ſumpta, tamen vicina ſint, & ad ea propius accedant, vide tractatum noſtrum & avitinum. de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. *militia.* cap. 4. de diviſione beneficiorum §. 31. de his quæ beneficiis accedunt, nec ſunt beneficia. num. 7. 8. 9. & 10. F. P.

Quod Melitenſes præceptoriæ non ſint beneficia ſed ad ea propius accedant, remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quia regulares prælati.* Ibi. *In ſæcularibus ergo non habet locum conſtitutio.*

In ſæcularibus Prælatis negligentibus devolutio fit ad ſummum Pontificem.

Idem Zabarell. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Regulares Prælati.* Ibi. *Si ad collegia regularium ſine Prælato ſpectaret collatio, prius ad prælatum, ac demum ad Dioceſanum devolveretur.*

In regularium Collegiis exemptis, prius fit devolutio ad Prælatum regularem, & ab eo ad Epiſcopum.

Idem è contra Zabar. Panorm. hîc. per clement. 1. §. abbate. infr. de ſtatu monach. Rot. in antiquis. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia.* Ibi. *Id eſt collationem vel proviſionem, quia ſi ad ſolam præſentationem, vel electionem ipſorum ſpectarent, tunc ad confirmantem, vel inſtituentem devolveretur poteſtas, ſive ſit diœceſanus, ſive alius.*

A Patrono præſentare negligente, devolutio fit ad inſtituentem & confirmantem.

Quia præſentatio eſt ſervitus, late Zabarell. hîc. quæſt. 6. ut dixi in conſuet. Pariſ. §. 37. gloſſa. 10. num. 30. & dixi in reg. cancell. de infirm. reſign. num. 49. cum ſeq. C. M.

Illud aptari poſſit ad illud quod in beneficiis ad ſolam præſentationem prælatorum ſpectantibus, locum non habeat regula de menſib. & alternativis in Britannia, & aliis obedientiæ regionibus, ut pluribus decretis tum Conſilii Regii, tum magni Conſilii, ſive Prætorianorum Judicum confirmatum eſt, altero de die 20. Julii 1627. quod Patroni Eccleſiaſtici Britanniæ ſuo jure utantur in ſingulis menſibus, nulla habita ratione alterius decreti eorumdem Judicum prolati, inter Capitulum Nannetenſe, & cognominatos *Yvert*, *Couverand*, *Ponceau*, & *Baudouin*, & adde quod ſupra adnotavimus ad cap. licet. 2. de præb. in 6. in gloſſa. in verb. *laicorum.* F. P.

Unde in patriis odedientiæ beneficia patronata regulæ de menſibus & alternativis non ſubjaceant.

Ibidem.

In Gloſſa verb. *Diœceſani locorum negligentiam ſuper hoc ſuppleant.* Ibi. *Ergo non perſonarum, ſi ergo Prælatus alterius diœceſis habet Prioratum, quem conferre negligit, in diœceſi Bononienſi, Epiſcopus Bononienſis ſupplebit.*

In id arreſta Magni Conſilii contraria referuntur.

★ GLOSSA.

Source : BIU Cujas

Devolutio fit ratione locorum & diœceſeum, non perſonarum.

Mar. Socin. cap. poſtulaſti. column. 4. de foro compet. facit gloſſa clement. frequens. ad finem. de exceſſ. prælat. C. M.

Ibidem. verſiculo *Eadem quoque.*

TEXTUS.

In Textu. *Præmiſſa de prioratibus intelligimus qui non ſunt de menſa Prælatorum, ſed ſpeciales priores habere conſueverunt, licet libere poſſint ad claustrum revocari.*

De manualibus beneficiis à Papa conceſſis, & quod ſint perpetua, nec revocabilia, cum à Papa conferuntur.

Niſi à Papa fuerint proviſi, ſecundum Philip. Decium. cap. cum acceſſiſſent. num. 10. ubi dixi. de conſtitut. ſed quod aliàs revocari non poſſint ſine cauſa rationabili, tenet Innoc. cap. inſinuante. qui cler. vel vovent. ſed quod hujuſmodi manualia non dicantur beneficia, ſentit Staphilæus de litt. Grat. form. 9. quæſt. 28. Philipp. Decius. cap. ex parte. 2. column. 1. de reſcriptis. C. M.

Quod beneficia regularia à Papa collata perpetua ſint, nec poſſit ab illis facile removeri, nec ſine cauſa jure probata.

Aliud eſt revocare Monachum in clauſtrum, aliud removere vel tollere beneficium aut adminiſtrationem: ſi Papa Monacho commiſit adminiſtrationem, vel contulit beneficium, non cogitur renunciare ex Archid. & Franc. ad cap. præſenti. de officio ordinarii. Petr. Anch. hîc. dicit non poſſe facile removeri. Panorm. ad cap. ad noſtram audientiam. de confirmat. utili. vel inutili. diſtinguit, aut Papa contulit ex negligentia abbatis, & tunc abbas utitur jure ſuo, ac ſi contuliſſet, (idem in Epiſcopi collatione ex Abbatis negligentia, gloſſa hîc. verb. revocari.) aut ſimpliciter Papa contulit, & tunc idem dicendum, aut contulit, ut quoad vixerit debeat poſſidere, & tunc ſine cauſa removeri non poteſt, ſi vero removeretur ex malitia, ſuperiorem adibit, ait Inno. ad. d. cap. inſinuante. at malitia ceſſante removeri poteſt. Selva. de benefic. parte 3. quæſt. 21. num. 4. fallit ſi agat poſſeſſorio monachus, qui fiducialiter in poſſeſſione ſervabitur. Joan. Galli. quæſt. 239. aliud puto in petitorio; quod addit Molin. manualia non dici beneficia, caute intelligendum eſt, Staphil. quem citat de litt. Grat. forma 9. num. 42. dicit in vim mandati in forma pauperum mandatarium non poſſe obtinere beneficium manuale ad nutum removibile ſuperioris, quia non ſit proprie beneficium Eccleſiaſticum. Decius. ad cap. ex parte. 2. nihil omnino de manualibus. ſcribit vero Capellanum ad placitum poſitum eſſe officiatorem, non Capellæ rectorem: manualia autem eſſe beneficia vide apud Rebuff. in praxi. tit. de diſpenſat. cum regul. num. 41. de nominat. quæſt. 9. num. 27. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 3. à num. 80. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 6. & ipſemet Molin. beneficii manualis meminit ad reg. de infirm. reſign. num. 320. concedo Staphil. & Gonzalem. num. 21. docere manualia non eſſe proprie beneficia, rationem reddit Gonzal. quia in eis deficit unum ex ſubſtantialibus beneficii, nempe ut ſint perpetua; at manualium alia ſunt ſæcularia, alia regularia, de ſæcularibus loquitur Staphilæus, in quibus manualitas conſtituitur ratione diſpoſitionis adjectæ in limine fundationis, quæ à ſuperiore probata venit omnino ſervanda, unde fit ut perpetua non ſint, aliud de regularibus, quæ ex fundatione ſunt perpetua, ſed contingenter fiunt non perpetua reſpectu poſſeſſionis [a], ſuntque ſuperioris ad nutum amovibilia, propter obedientiæ votum, quod pluribus agit Lotherius de re beneficiaria. lib. 1. quæſt. 33. G. D. P.

Laudantur hic authores qui manualia beneficia quædam admittunt.

Manualium beneficiorum alia regularia, alia ſæcularia.

Quænam manualitas conſtitui poſſit in ſæcularibus beneficiis & quando & quomodo.

Manualia fiunt regularia beneficia propter votũ obedientiæ.

[a] Credo legendum profeſſionis, quod congruit ſequentibus, propter obedientiæ votum. F. P.

De hujuſmodi manualibus beneficiis ad tempus, vel in perpetuum regularibus commiſſis, vide quod abundantius tractatur à gloſſatore pragm. ſanct. tit. de collat. §. ita quod parochialis. in verb. *perpetuis.* ubi videtur adimere manualitatem pluribus caſibus, quam tamen aſſerui & firmavi decreto ad marginem remiſſo in favorem Præmonſtratenſium prolato, & quod integrum inſcripſi in ſupplementis noſtris Pragm. Sanct. & annotat. marginal. & in earumdem probationem inſtrum. editione. à pag. 1080. column. 1. ad pag. 1083. quod eſt in publicis Cauſarum actionibus in Senatu Pariſienſi recitatis pronunciatum die 7. Maii anni 1646. Jacobo *Bataille*, ſolertiſſimo Advocato, orante pro Domino Jacobo *Camus* Epiſcopo Sagienſi, appellante tanquam ab abuſu revocationis factæ à Priore & Religioſis Præmonſtratenſibus in Abbatia *de Silli* ejuſdem Diœceſis F. Jacobi *Merigon* à Cura ſive obedientia *du Repos*, cui regendæ deputatus fuerat à ſuperioribus, Me vero orante pro Priore & Religioſis dictæ Abbatiæ, revocantibus ſodalem ſuum ab adminiſtratione, intimatis, Dom. Audemaro Talæo partes regias ſuſtinente, ex cujus ſuffragio Senatus Pariſienſis jus dicens ſuper appellatione tanquam ab abuſu à dicta revocatione, partes extra Curiam remiſit, abſque ulla expenſarum condemnatione, quod arreſtum & in collectione inſtrumentorum ad Clerum Gallicanum pertinentium relatum eſt, quod & utrobique videris ſi lubet, & de manualibus beneficiis ſæcularibus & regularibus, de quibus agitur in præcedenti cenſura Dupinæana, accommodari poſſit. quod & noviſſime Canonici Regulares Congregationis Gallicanæ confirmari procurarunt duobus arreſtis Conſilii Regii, altero de die 15. Aprilis, altero de die 1. Auguſti anni 1679. & tandem litteris Regiis patentibus de menſe Octobri ejuſdem anni, de manualitate Prioratuum Curatorum ejuſdem Ordinis, & de revocatione proviſorum & in eiſdem inſtitutorum authoritate præpoſiti Generalis & Capituli omnino ſervanda edictum eſt, quod & actis Senatus Pariſienſis inſcriptum eſt, ut executioni perpetuæ mandaretur. F. P.

In id celebre Senatus Pariſienſis decretum de Præmonſtratenſibus regularibus.

Caſus & facti ſpecies hic proponitur & arreſti diſpoſitio.

Remiſſio ad loca ubi illud arreſtum citatur.

De manualitate Prioratuum Curatorum Ordinis Can. Regul. Sancti Auguſtini, & revocatione proviſorum noviter edictum.

TITULUS SEXTUS.

De ætate & qualitate & ordine præficiendorum.

Cap. 2. *Ut ii.*

* GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Nullus in Eccleſis Cathedralibus, vel collegiatis ſæcularibus vocem in capitulo habeat, niſi in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus, etiam ſi hoc ſibi ab aliis concedatur.* Ibi. *Sed quid ſi actum electionis participant ſibi ſocii, videtur quod poſſint, contrarium tamen crederem, quaſi ſit inhabilitas in perſona, per hanc litteram, per quam etiam non credo Epiſcopum contra hoc diſpenſare poſſe.* Ibi. *Non credo.*

Ante ſubdiaconatum nullius habeat ſtallum in Choro vel vocem in Capitulo, nec etiam ex conceſſione conſodalium.

Idem Zabarell. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus.* Ibi. *Et habens ætatem de qua infra. cap. proximo. generalem. id eſt decimo octavo.*

In inſtitutione non ſolum ordo ſpectandus ſed & ætas conveniens ordini.

Contrarium tenet Panormitanus hîc. & Felin. cap. poſtulaſti. column. 15. de reſcript. tamen idem Felin. ſibi contrarius ſequitur gloſſam in cap. at ſi clerici. column. penult. de judiciis C. M.

Innovatio conſtitutionis ætatis in Subdiaconis hic traditur.

Illud immutatum quoad ætatem Subdiaconatui neceſſariam per ſacram Concilii Tridentini ſanct. ſeſſ. 23. de reform. cap. 12. in quo requiritur ætas viginti duorum annorum ad Subdiaconatum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In electionibus faciendis habilitas ſpectanda tempore habendæ electionis.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Tu dicas quod ſatis eſt quod tempore facienda electionis ſit habilis.*

Idem Petr. Ancharan. hîc. not. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Unde Canonicus factus tempore electionis admittitur ad eligendum, quamvis non fuerit Canonicus tempore vacationis.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Sic etiam is qui non eſſet Canonicus tempore vacationis, ſi tempore electionis Canonicus eſſet, admitteretur cum aliis, & eligeret.*

Secus ſi augeretur numerus in fraudem. Philipp. Decius. conſil. 214. in principio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Sed quid ſi dum ipſius Prælati imminet electio facienda nullus de Capitulo eſt in*

Source : BIU Cujas

Si tempore electionis habendæ, nulli eorum qui habent eligere, sint capaces, expectandi termini electionis habendæ.

sacris, hic satis crederem quod superior habeat expectare lapsum termini juris.

Idem Anchar. hîc. notab. 6. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Illi vero qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacifice obtinent in iisdem ecclesiis, nullo modo vocem habeant in capitulo earumdem.* Ibi. *Sed an hoc locum habeat in principalibus Prælatis ecclesiarum, videtur quod non, quia Prælatus & Capitulum sunt diversa, unde sub appellatione capituli non includitur Prælatus.*

An Prælatus veniat nomine Capituli, nec ne.

Idem Panorm. Philip. Decius cap. 1. col. 2. de elect. cap. significatum. de præbend. Panorm. cap. dilecti. notab. 1. de major. & obedient. Philip. Decius. cap. eam te. column. 2. de rescript. gloss. pragm. Sanct. de elect. §. 1. vers. collegium. C. M.

De eadem materia ad Probi additiones, remissio.

Junge additionem Philippi Probi 3. & 4. ibidem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Donec ad Subdiaconatum promoti fuerint, nullo modo vocem habeant in Capitulo.* Ibi. *Universale negativum excludit concessionem capituli.*

Universale negativum hic positum excludit quamlibet concessionem & tolerantiam Capituli etiamnum.

Philip. Decius. cap. 2. colum. 8. de probat. Joann. de Monteferrato. repetit. cap. nemo potest. colum. 8. de leg. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Junctis superioribus. excludit concessionem capituli, supra proximo responso, & dispensationem episcopi, ut ibi dixi.*

Adde ad superius summarium, vel etiam ipsius Episcopi dispensationem.

Verb. concedatur. Idem Zabarella. Panorm. hîc. Angel. Imol. leg. si quæramus. de testam. Imola. cap. 2. extr. de testam. Alexand. leg. ult. de testam. militis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Nisi ad ordines intra annum promoveri se fecerint, ipsis pars dimidia subtrahatur.* Ibi. *Et scias quod ista dimidia subtracta accrescit aliis interessentibus divinis.*

De distributionibus absentium præsentibus adsignandis, vel Ecclesiæ.

Hoc verum, si dicat statutum quod inter interessentes dividantur. Secus si dicat quod cuilibet assistenti dentur quatuor, quia tunc accrescit Ecclesiæ. Panorm. hîc. Philip. Franc. cap. finali. column. 1. de rescript. in 6. C. M.

Cap. 3. *Generalem.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Decernimus, ut quis in decimo octavo libere ad subdiaconatus ordinem promoveri possit.* Ibi. *Non dicit declaramus.*

Verbum *decernimus* opponitur verbo *declaramus*, & jus novum inducit sicut verbum *declaramus* jus vetus confirmat.

Quod facit pro opinione Innoc. & Host. verbum *decernimus* inducit jus novum. Felin. cap. 2. in fine. de judiciis. similis in clement. unica de caus. possess. & propriet. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vigesimo quinto suæ ætatis anno ad presbyteratus ordinem.* Ibi. *si prius ordinatur, suspenditur ordinans à collatione ordinum. Et ordinatus ab executione ipsius ordinis usque ad legitimam ætatem.*

Quæ pœna ejus qui ad Præsbyteratum ante ætatem se promoveri fecit, & ordinantis.

Mediante sententia hîc. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De officio Vicarii.

Cap. unicum. *Quod de Ecclesiis.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Jura loquentia de Ecclesiis curatis, locum habent quo ad tria in vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium.*

De juribus Vicariorum perpetuorum contra alios omnes à Curatis primitivis, & vicissim de juribus Curatorum primitivorum contra ipsos.

Qui fundant intentionem de jure communi contra alios omnes à curato primitivo. Bonifa. de Vitalinis clement. 1. infr. de jure patron. [a] C. M.

[a] Integrandus est textus Bonificii de Vitalinis supra laudatus in clementina 1. de jure patron. est num. 70. ut notabilis in iis, *quod isti Prælati, sive Curati primitivi, super decimis, & aliis juribus Ecclesiasticis, habent eorum intentionem de jure communi, non ideo Vicarii, qui contenti esse debent tota portione assignata; sed certe Vicarius qui habet curam animarum, quoad hæc videtur habere intentionem fundatam de jure communi, maxime si agat contra parochianos.* & in id junge quæ diffusius exposui in tractatu nostro & avitino de beneficiis Ecclesiasticis ad verba *cum suo reditu.* parte 2. de dote Ecclesiis constituenda. §. 4. de decimis primitiis & oblationibus. sive de dote parochialium Eccles. num. 6. 7. 8. & seqqu. F. P.

In id laudatur locus specialis Bonifacii de Vitalinis.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Jura loquentia de Ecclesiarum rectoribus promovendis ad sacerdotium.* Ibi. *Sed numquid Episcopi dispensare possunt cum Vicariis perpetuis de non promovendis per septennium, puto quod sic. per decretalem istam* cum ex eo supr. de elect. in 6.

Potestas dispensandi non est stricte interpretanda in Ordinariis.

Gloss. singul. secundum Felin. cap. final. de simonia. colum. 3. Panorm. hîc. & in cap. at si clerici. §. adulteriis. de judic. quod potestas dispensandi non est stricte interpretanda in ordinariis. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De officio & potestate Judicis delegati.

Cap. unicum. *Judices.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Judices super receptione testium, vel executores super provisione deputati à Sede Apostolica, aliis possunt licite committere vices suas.* Ibi. *Et nota quod dicit Judices, quia tunc demum subdelegat, quando Judex est, secus ergo si sit nudus minister.*

Judicis ministerium vel exercitium delegari potest, non nudum ministerium.

Barbat. in cap. quoniam contra falsam. column. 12. dicit per hanc glossam quod nudum ministerium non est delegabile, secus si est Judex. leg. à Judice. cod. de judiciis. Panorm. cap. 1. de test. cog. vel non. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si per inquisitionem solertem eos esse vitæ laudabilis & conversationis honestæ repererint, præmissis superioribus de judicibus & executoribus deputatis à sede Apostolica.* Ibi. *Hoc inducebat dubium, quasi in acquisitione sit electa industria personæ.*

Quando inquisitio ab executore Apostolico faciēda committi possit vel non.

Advertе pro declaratione hujus materiæ, quandoque inquisitio venit principaliter in dispositione, & tunc committi non potest, quandoque venit accessorie ad collationem fiendam aliquibus, & tunc potest alteri committi. ut hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si eos conversationis honestæ repererint. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Potest tamen provisor accipere partes Judicis.*

In Gallia executor Apostolicus non potest sibi assumere partes Judicis.

Glossa singularis secundum Cardinalem, quod executor ad providendum dicitur mixtus, & sic potest si vult potestatem Judicis assumere, sed hoc falsum est, & in Gallia abusivum, & tanquam ab abusu appellari posset ad Regia Parlamenta. C M.

Cum Ordinarii ex commissione conferunt sub clausula *committatur Ordinario in forma dignum*, an tanquam Ordinarii, an tanquam Delegati conferant.

Quoad beneficiorum collationes, aut fiunt per Legatum à latere, de quo non hîc agitur, quique nullam in iis exercet jurisdictionem contentiosam, aut per delegatos quales sunt Episcopi, cum Papa beneficia confert, addita clausula *& committatur Ordinario*, qui sunt executores mixti, dataque sua provisione, vel tanquam delegati, quod puto, vel tanquam Ordinarii, quod sibi asserunt, vi suæ jurisdictionis de petitorio cognoscunt inter provisos, & quosvis contradictores, nec in eo quicquam est abusivum, aliud forte dicendum foret executorum respectu mandatorum Apostolicorum, si quæ expedita fuerunt juxta formam concordat. G. D.P.

TITULUS NONUS.

De officio & potestate Judicis ordinarii.

Cap. 1. *Ut Clericorum.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Episcopi ita debent corrigere Cle-*

ricorum exceſſus, quod metu pœnæ ipſi arceantur, & alii pertimeſcant.

Episcopus quomodo Clericos diœceſis ſuæ, etiam exemptos corrigere habeat.

Etiam exemptorum, reſiſtendo, & ſuam libertatem & quietem, verbis & actis defendendo. Petr. Ancharan. hîc. num. 4. & de differentia juriſdictionis. late Stephan. Aufrer. hîc. in repetit. C. M.

De juriſdictione in exemptos ad authores remiſſio.

De juriſdictione ordinarii in exemptos, vide ſpecialem tractatum Eraſmi Acochier. Juriſconſulti Leodienſis, & quod in diœceſanos etiam regulares negligentes, ſua authoritate procedant, in exemptos authoritate apoſtolica, vide in clementina quia regulares. de ſuppl. neglig. præl. ſupra. quod temperamentum reſtitutionis ordinariæ renovatum eſt paſſim in ſacro Concilio Tridentino, ut videre eſt. F. P.

Cap. 2. *Et ſi ab Apoſtolicæ.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Valet collatio beneficii facta à collatore quolibet, citra Legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio quod prius habebat is cui fit.* Ibi. *Citra legatum.*

Collatores ordinarii præter Legatum Sedis Apoſtolicæ non habent exprimere beneficia impetrantium.

Idem quicumque ſpeciali authoritate confert, Archidiac. Joann. Andr. in cap. is cui de præbend. in 6. & bene. quamvis Gemin. & Philip. Franc. ibi dubitent, & hoc niſi talis delegatus eſſet executor gratiæ jam factæ & validæ, quia in collatione talis executoris non requiritur aliud exprimi, quia non dependet à ſe, ſed à gratia jam facta. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ab Apoſtolicæ ſedis Legato de beneficio facta collatio non valet, niſi de aliquo quod obtinet impetrans, facta fuerit ſpecialis mentio.* Ibi. *Sed an hoc intelligatur de collatione facta motu proprio à Legato, & mihi videtur quod valeat.*

Collatio Legati Apoſtolici etiam motu proprio habita non valet.

Idem Cardin. & Imola, tamen Dom. Philip. in cap. finali. de offic. Legat. lib. 6. tenet contrarium, & bene. ut ibi dixi. C. M.

Adverte ad notam Molinæi retentam ab emendat. Romanis.

Hujus Molinæani adnotati marginalis initium uſurpatum eſt ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori parte ab his verbis, *tamen Dom. Philip.* ad finem. quia præ ſe ferebat Molinæum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi ſpecialis mentio facta fuerit.* Ibi. *In tali collatione facienda erit mentio ſpecialis beneficii, nec ſufficit generalis.*

Quomodo ſpecialis mentio beneficii facienda & ut in individuo in collationibus.

Debet ergo nominari expreſſe, ipſum primum beneficium, & ejus circunſtantiæ & conditiones, & omnia quæ movere poſſent facilius Principem ad gratiam concedendam, vel denegandam, nam cum tales impetrationes ſint ambitioſæ, ſunt ſtricte interpretandæ, ut ſupra. de præbend. cap. quamvis. lib. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *In aliis tamen quibuſlibet collationem beneficiorum habentibus, hoc nolumus obſervari.* Ibi. *Sed quæ eſt ratio huius juris diverſi Legatorum ad alios, quia Legati hoc faciunt commiſſione Apoſtolica, & non ſunt Ordinarii, ergo collatio ipſorum ut extraordinaria ſuperinducta, & collatoribus præjudicans, eſt reſtringenda.*

Collatio Legati non habetur ut ordinaria, & ideo interpretanda ut Apoſtolica, & reſtringenda quod probatur pluribus hic adductis.

Idem Zabarella. Panorm. Bonifac. de Vitalinis. hîc. column. 1. Panorm. cap. ſi quis contra. in lect. column. 3. & in repetit. column. 2. & de foro competenti. Jaſon. leg. ſi idem cum eodem. in princip. de juriſd. omn. Jud. dixi in regul. cancell. de infirmis reſign. num. 29. cum ſequent. & in regul. de public. num. 160. cum ſequ. C. M.

TITULUS DECIMUS.

De Procuratoribus.

Cap. 1. *Inſtrumento.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Aliquis litteris conſtitutus procurator. pro te debito modo cavit.* Ibi. *An ſit idonea cautio, cum promiſit dominus ratum habere, quod legitime fecerit Procurator, ſatis ſcripſi.*

Idonea cautio non eſt ſimplex approbatio ejus quod geſſit procurator.

Quod non idem omnes hîc. Bald. conſil. 96. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si nulla facta proteſtatione inſtrumentum procurationis receperis.* Ibi. *Bene compatiuntur recipere & acceptare mandatum in quibuſdam, in aliis non.*

Procuratorii Mandatum poteſt pro parte revocari, procuratore tunc valente à toto diſcedere.

Scilicet ſeparatus. Idem in ratificante, Alex. Franc. Aretin. leg. 4. §. Cato. column. 9. de verb. oblig. ubi Roman. num 36. incaute dicit domin. non poſſe revocare quoad quædam, quia imo poteſt pro parte revocare in ſeparatis. Sed tunc procurator poteſt integrum negotium relinquere, ſignificando domino, niſi dominus ex juſtâ causâ variaret. C. M.

Hoc totum marginale adnotatum eſt Molinæi ab emendatoribus Romanis uſurpatum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Inſtrumentis procurationis receptis.* Ibi. *Poſt hanc autem receptionem, competit huic exercitium officii.*

Non poteſt agere procurator ante receptas procurationis tabulas.

Imo ante non competit, nec habitu quidem, quia eſt contractus, ideo debet perfici per nuntium, vel epiſtolam ad hoc miſſam, & acceptatam, & ita tenet Barthol. in leg. ſi negotia §. 1. de negot. geſtis. & conſil. 73. Spec. de procur. §. 1. Bald. leg. licet cod. de procur. leg. ejus qui in provincia. ſi cert. pet. quamvis Roman. in leg. abſenti. col. 2. de donat. diſtinguat, ſed ſimpliciter eſt tenendum. C. M.

Cap. 2. *Non poteſt.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Procurator generaliter conſtitutus ad omnia quæ ſpeciale mandatum exigunt, non poteſt in perſonam electi, crimina vel defectus opponere.* Ibi. *Dicebat enim quia per objectionem criminum diminuitur ſtatus opponentis, ſi deficiat in probatione, & ita ſine ſpeciali mandato non poteſt opponere.*

Quæ generali conſtitutione procuratoris veniant, vel non, hic exponitur.

Dic quod neque graviora quæ continent periculum, nec majora quæ non continent, veniunt ſub clauſula generali, etiam minoribus aliis ſpecialibus expreſſis Panorm. hîc. Vide Lap. alleg. 70. in fine. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sub generali clauſula graviora non veniunt vel majora, quam in ipſo procuratorio ſunt expreſſa.* Ibi. *Concord. dig. de vin. tritic. & oleo legat. & cæt.*

De eadem materia procuratorii generalis & quæ ſub eo veniant.

Jaſon. leg. ſi convenerit. column. finali. de juriſd. omn. jud. leg. finali column. 2. cod. de hæred. inſtit. conſ. 165. column. 2. lib. 4. vide Alexand. conſil. 235. num 2. cum ſeq. lib. 6. C. M.

Cap. 3. *Relligioſus.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Relligioſus procurator, ſine ſui ſuperioris licentia, non poteſt procurationis officium ſuſcipere.* Ibi. *Et ſi ſuſcipiat, & conteſtetur litem, licet quidam dicant deinceps excipi non poſſe, verius tamen eſt quod excipi poteſt.*

Regularis abſque licentia ſuperioris ſui non poteſt admitti procurator.

Idem Panorm. hîc. Philip. Decius. cap. 2. num. 8. de judiciis. & hanc clementinam practicavi in executione arreſti prioratus ſancti Genitoris anno 1536. ad excludendum accerſitos opponentes. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ita non poteſt alium procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, præmiſſis ſuperioribus.* Ibi. *Repete ſine ſuperioris licentia, quia negari non poteſt quin in eo quod vult actum ſubſtitutionis ſuſcipere, & ſubſtituere frangatur abdicatio voluntatis, & obedientia quam promiſit.*

De eadem materia regularis miniſterium procuratoris explere non valentis abſque licentia ſuperioris.

Secus ſi eſſet ſimplex nuncius, per not. Barthol. in leg. 1. §. per ſervum. de adquir. vel amit. poſſeſſ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Etiam ſi per conſtituentem hoc ſibi fuerit commiſſum Junctis ſuperioribus.* Ibi. *Sed an*

Source : BIU Cujas

procurator inhabilis ſubſtituere poſſit; tu diſtinguas inhabilitatis ſpeciem, vel penitus & ipſo jure inhabilis, quo caſu non ſubſtituet, vel inhabilis defectu authoritatis, quo caſu ſubſtituet, intercedente authoritate ſuperioris.

An procurator inhabilis ſubſtituere poſſit hablem.

Vide Jaſ. leg. 1. §. item acquiruntur. de adquir. poſeſſ. Petr. Rebuff. tract. de nominat. quæſt. 15. num. 105. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa eadem. Ibi. *Aut eſt inhabilis per exceptionem, qua non oppoſita habilis eſſet, quo caſu ſubſtituet, & per hoc ſolvitur quæſtio de excommunicato an ſubſtituat.*

Excommunicatus procurator poteſt ſubſtituere non excommunicatum.

Ut poteſt. Panorm. hîc. Petr. Rebuff. repetit. cap. poſtulaſtis. not. 1. de cler. excommun. miniſtrante. C. M.

Cap. 4. *Procuratorem.*

GLOSSA.

In Gloſſa, verb. *Procuratorem à Prælato conſtitutum. per mortem conſtituentis revocari cenſemus.*

Mandatum procuratorii finitur morte mandantis vel naturali vel civili.

Iſta clementina an habeat locum in civiliter mortuo, vide quæſt. 578. deciſ. delphinal. Guid. Pap. & dicendum quod ſic. ut ſcripſi in regul cancell. de publ. reſignat. num. 57. & idem morte vel ceſſione commendatarii. per ea quæ dixi ibi quæſt. 15. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Revocari cenſemus. quæ repete à ſuperioribus, per mortem.* Ibi. *Dicebat Hoſtienſis quod procurator judiciorum non agit prælato mortuo donec ſit Eccleſiæ de prælato proviſum.*

Procurator Collegii remanet poſt mortem collegialium etiam aliis ſubrogatis.

Procurator, ſi eſt conſtitutus à collegio in cauſis in quibus poteſt, omnibus de collegio mortuis, & aliis ſubrogatis, durat ejus officium, ut determinat Dyn. in compromiſſo facto à collegio, ubi ſunt decem, ex quibus quinque vel ſeptem poſteà mortui ſunt, tenet enim quod non extinguatur compromiſſum, quia unum & idem collegium remanet & cenſetur, etiam aliis ſubrogatis, leg. proponebatur. dig. de judiciis. & ita notat Barthol. in leg. quod in rerum. §. & ſi nomen. dig. de legat. 1. Petr. Anchar. Zabar. hîc. quæſt. 6. deciſ. Tholoſ. 35. C. M.

De eadem materia quæ ſupra ad authores remiſſio.

Hoc totum Molinæi eſt adnotatum, quamvis ab emendatoribus Romanis hîc uſurpetur; & in id quod collegialibus mortuis & aliis ſubrogatis ſemper idem maneat collegium, & de aliis ſimilibus, vide abundantius & quæ ſufficere poſſint, apud Ant. Mornac. in obſervat. juriſ. ad legem proponebatur. dig. de judiciis. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Gloſſa. in fine. Ibi. *Procurator conſtitutus à Prælato & Capitulo in cauſa communi, vel principaliter Capituli, durat poſt mortem Prælati. in cauſa vero diſcreta Prælati ſecus.*

Procurator Prælati & Capituli in rebus communibus durat poſt mortem Prælati.

Idem Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Revocari cenſemus, etiam ſi lis ante mortem hujuſmodi fuerit conteſtata.* Ibi. *Mortuo Prælato qui compromiſit de rebus Eccleſiæ, finitur compromiſſum.*

Mandatum procuratorii finitur morte mandantis, etiamſi lis ſit conteſtata.

Finiri tenet Panorm. hîc. C. M.

Vide in id an mortuo domino revocetur mandatum procuratorii. Guid. Pap. deciſ. 119. & ibi Steph. Ranchin. F. P.

TITULUS UNDECIMUS.

De reſtitutione in integrum.

Cap. unicum. *Ab Eccleſia.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ab Eccleſia, adverſus lapſum temporis, in quo ſe læſam eſſe affirmat, in integrum reſtitutio peti poteſt.* Ibi. *Si vero per lapſum temporis non læderetur Eccleſia, ſed ſolum perſonæ ipſius Eccleſiæ, quia lapſum eſt quo Prælatus debuit providere, tunc non competit reſtitutio.*

Quandonam Eccleſia reſtituenda adverſus lapſum temporis.

Idem Panorm. hîc. amplia, ſive Prælatus conferat ratione perſonæ, ſive ratione Eccleſiæ, quidquid dicat Cardinalis Florentin. hîc. quæſt. 6. num. 14. limitat in quantum ipſa Eccleſia in proprietate & jure conferendi læderetur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Adverſus lapſum temporis.* Ibi. *De preſcriptione vero 40. annorum contra Eccleſiam nihil imminuatur per iſtam conſtitutionem.*

Eccleſia non reſtituitur adverſus præſcriptionem longi temporis.

Vide Alex. conſil. 50. num. 2. lib. 8. ubi dixi. C. M.

In omnibus conſuetudinibus Galliæ, ubi unica eſt præſcriptio etiam 30. annorum, currit contra Eccleſiam, nec Eccleſia reſtituitur adverſus ipſam, ut in noſtra Bituricenſi, Borbonienſi, & aliis, ut videre eſt, maxime in art. 1. tit. de præſcript. Bituricenſis conſuetud. quod & juſtum eſt, cum Eccleſia ſit pars ſtatus patrii, & primus ordo, qui tamen novæ conſuetudini Bituricenſi redigendæ ſe oppoſuerat, ut habetur in proceſſu verbali redactionis, remanſit tamen ut jus patrium inconcuſſum. F. P.

Ubi unica eſt præſcriptio 30. annorum currit cõtra quoſcunque etiam contra Eccleſiam.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Et cauſa reſtitutionis hujuſmodi finiri debet intra quadriennium.* Ibi. *Hoc eſt quod dicimus non perpetuari officium Judicis, per conteſtationem, ſed quid ſi poſt finitum quadriennium detur reſtitutio? Dicit quod tenet, quidam contradicentes.*

Intra quod tempus reſtitutio in integrum peti debeat & finiri valeat.

Idem hîc. Panorm. neſciens gloſſam iſtam alibi, per quam dicit, ſententiam contra jus litigatoris privilegiati adverſus jus commune eſſe nullam ipſo jure, ſic limitatur. cap. inter vos. de re jud. ſed contrarium verius eſt, ut poſt Genzelin. tenet Zabarell. & hîc. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars uſurpatur ab emendatoribus Romanis, omiſſa poſteriori, *ſed contrarium verius eſt.* F. P.

Source : BIU Cujas

LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

De judiciis.

Cap. 1. *Dudum.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Citationes publice facta de mandato Papæ, in audientia litterarum Apostolicarum, vel Papali palatio, affixæ januis majoris Ecclesiæ loci in quo Papa degit, arctent citatum, ac si ad eum principaliter devenissent.*

Publicationes factæ in locis publicis & affixæ arctant citatos.

Bartol. in extravag. ad reprimendum. verb. *per edictum.* Math. de Afflictis. decis. Neapolitan. 289. num. 5. Philipp. Decius. consil. 109. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Bonifacius VIII. prædecessor noster constituit, ut citationes, &c. Junctis præcedentibus. In summario, & inscriptione Clemens V. in Concilio Viennensi.* Ibi. *Bonifacius VIII. constituit. & glossa. in verb. constituit. in sua extravaganti. quæ emanavit post sextum. quæ incipit rem non novam de dolo & contumacia. in communi.* Ibi. *Constituit.*

Ad historiam temporis persecutionis Bonifaciana contra Cardinales de Columna, & omnes de familia.

Sed ambitiose more suo, ad odium suum exequendum, ut contra Cardinales de Columna. C. M.

Contra quos Bonifacius VIII. ediderat constitutionem suam, extantem in cap. vnico. ad succidendos. de schismaticis. in 6. quam Benedictus I. successor Bonifacii VIII. revocavit alia sua constitutione, quæ extat in cap. unico dudum. de schismaticis. in extravag. communibus. de quibus constitutionibus vide quæ notavit Guid. Pancirol. Regiensis. in thesauro suo variar. lectionum. lib. 2. cap. 294. F. P.

Ad continuationem ejusdem historiæ remissio.

Cap. 2. *Dispendiosam.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Statuimus ut in causis, super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis ventilandis, procedi valeat simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii.* Ibi. *Tamen per istam litteram (beneficiis) dico quod si de Ecclesia agatur, ut de proprietate, non erit locus constitutioni.*

Quando de causis ecclesiasticis de plano agendum, & sine strepitu & figura judicii.

Scilicet ex parte utriusque, aliàs secus, secundum Lap. hîc. dixi in annotat. ad Philipp. Decium. consil. 233. num. 1. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De foro competenti.

Cap. unicum. *Quamvis.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Episcopi qui non audent in aliqua diœcesium suarum parte residere, jurisdictionem in viciniori exercere possint.* Ibi. *Ideo subdit (aliqua) si ergo in aliqua etiam minima potest residere, non erit locus constitutioni.*

Quid agendum, quando in propria diœcesi non potest exerceri jurisdictio.

Philipp. cap. quoniam. in princip. de testam. Alexand. consil 102. num. 4. lib. 6. Francisc. Ripa. repetit. leg. si umquam. col. 8. cod. de revoc. donat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Vt sic facta citatio ad eos pervenisse verisimilius præsumatur.* Ibi. *Non est præsumptio juris & de jure, quæ dicitur fictio, reciperet enim probationem contrariam.*

Fictio juris est de certo, præsumptio super incerto.

Falsum, quia fictio est de certo, præsumptio super incerto. C. M.

De differentiis fictionis & præsumptionis ad authores remissio.

In hanc materiam differentiarum inter fictionem juris & præsumptionem, vide Antonium Dadinum Altaserra Antecessorem Tholosanum. in tract. de fictionibus juris. tract. 1. cap. 4. quid fictio à præsumptione differat. F. P.

Alciatus. de præsumpt. part. 1. num. 3. dicit fictionem esse adversus veritatem, & in hoc distare à præsumptione, quæ fundatur in veritate, ubi recte ejus commentator addit super certo & falso fingi, super vero & incerto præsumi, de differentia fictionis & præsumptionis juris, vel hominis, vide Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 8. qui de earum concursu agit. quæst. 9. G. D. P.

Ad eamdem materiam alia remissio ad authores.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Inter subditos in diœcesibus alienis jurisdictionem omnimodam possint exercere.* Ibi. *Qui non ratione domicilii, sed contractus vel delicti, subditi sint, non proprie dicuntur subditi.*

Qui dicendi subditi in jurisdictione exercenda.

Idem Canonistæ hîc. Philipp. Franc. cap. Romana. column. 1. de sentent. excommunic. in 6. Panorm. in cap. 1. in fine. & ibi Marian. Socin. column. 2. cap. postulasti. num. 4. extr. eod. Bald. consil. 313. consil. 445. lib. 4. Philipp. Decius. consil. 661. num. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa *Omnimodam jurisdictionem exerceant.* Ibi. *Temporalem & Ecclesiasticam, spiritalem, civilem, & criminalem.*

Jurisdictionis sæcularis & Regiæ exercitium non subest regulis constitutionis Pontificiæ.

Idem Canonistæ hîc. Panormit. cap. conquæstus. extr. eod. ego vero dico quod hæc clement. non habet locum quoad temporalem jurisdictionem, quam episcopus habet à Rege, quia constitutio non ligat Regem, nec laicos, in his quæ concernunt sæcularem ditionem; quia non est materia spectans ad Papam, & hoc nisi in terris in quibus Papa est Dominus temporalis. C. M.

De hoc declarationes sacræ Facultatis Theologiæ Paris. hic relatæ, ad quas fit remissio.

Sententia hîc exposita ignota Molinæi est prima & secunda ex declarationibus à sacra Facultate Theologiæ Parisiensi Regi Christianissimo exhibitis, mense Maio. 1663. quæ Senatui Parisiensi & aliis Regni Curiis & Parlamentis delatæ, cum litteris patentibus regiis, singularum scriniis & actis inscriptæ sunt, ad quas declarationes vide notas marginales unicuique adscriptas, in supplementis annotat. marginal. Pragm. Sanctionis nostræ. pag. 1044. & pag. 1142. & 1143. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Volumus insuper, ut à Diœcesanis locorum, in quibus moram traxerint, licentiam petant.* Ibi. *Per diœcesanos intelligo eos qui habent in loco episcopalem jurisdictionem, vel quasi.*

Qui habendi diœcesani locorum.

Idem Cardinal. licet regulariter appellatione diœcesanorum veniant soli Episcopi. Glossa in cap. 1. de vit. & honest. Cler. glossa. in cap. 1. de jure patron. Panorm. & alii. hîc. C. M.

Quid hodie Romæ & in partibus servetur in litteris visualibus ubique ab Episcopis concedendis.

Hujus prænotati à Molinæo prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori & minori quæ finem facit. unde hodie in curia Romana illud obtinuerunt Episcopi, ut quælibet signaturæ provisionis apostolicæ, etiam de beneficiis Ecclesiarum quæ dicuntur exemptæ, etiam si territorium & populum exemptum habeant, ipsis solis tanquam ordinariis inscribantur, & eorum officialibus exequendæ, ut super his litteras visuales, quas vocant, concedant, & in possessionem quorumlibet beneficiorum etiam exemptorum admittant, quod hodie passim observari solet, frustra reclamantibus ipsismet exemptis. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De causa possessionis & proprietatis.

Cap. unicum. *Causa beneficiali.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *In causa beneficiali, utraque*

Source : BIU Cujas

In causa beneficiali utraque pars agit de petitorio & de possessorio, & spoliatus, relicto petitorio, potest de redintegrando agere.

pars potest petitorium & possessorium intentare, & ante causæ conclusionem, potest spoliatus suspenso, petitorio, possessorium prosequi.

Lapus allegat. 106. C. M.

Et ex eo possessoriæ actiones beneficiorum causa comparatæ dicuntur duplicia judicia. l. 3. §. 1. dig. uti possidetis. & instit. de interdictis. sub finem. §. duplicia. & etiam ex eo quod in his actionibus utraque pars, & actoris & rei simul partes sustinent. F. P.

Unde possessoria interdicta dicuntur duplicia judicia.

TITULUS QUARTUS.

De dolo & contumacia.

Cap. unicum. *Si ante definitivam.*

GLOSSA.

In Glossa verb. *Qui ante definitivam appellavit, potest à definitiva appellare nisi prima appellatio esset frivola manifeste.* Ibi. *Respondeo valet ad hoc secunda appellatio, quod non cogitur prosequi primam appellationem, si prosequatur secundam.*

Qui prosequitur appellationem à definitiva sententia, non cogitur prosequi priorem appellationem ab interlocutoria.

Idem Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Qui non venit nec misit, si appellat à definitiva, si non doceat de justo impedimento quod excuset contumaciam, non debet audiri, fortius enim cadit vera contumacia in citato per jus commune, quod ignorare non licuit, quam in citato per judicem.*

Contumax appellans à definitiva sententia, non debet audiri, si non doceat de justo impedimento non comparentis.

Idem Zabarell. hîc. Petr. Cyn. Albert. in leg. properandum. §. si autem reus. cod. de judiciis. C. M.

TITULUS QUINTUS.

Ut lite pendente nihil innovetur.

Cap. 1. *Si duobus.*

TEXTUS.

In Textu in fine. Ibi. *Salva tamen Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiarum personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere.*

De potestate S. P. circa dispensationem beneficiorum.

Jason. limitat. consil. 145. lib. 1. vide quæ dixi. cap. si postquam. de elect. in 6. & in tract. regul. cancellar. reg. de infirm. num. 29. & regul. de publicand. num. 61. & in regul. de verisimil. notit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Si duobus in curia super beneficio sibi collato litigantibus, in eadem curia mori contingat utrumque.* Ibi. *Per hoc puto solvi quod dubie tangebat Archidiaconus de electo in præpositum, non confirmato, qui moritur in curia, an præpositura vacet in curia, puto quod non, etiam si sex super electione vel confirmatione litigabant.*

Electus vel præsentatus nondum confirmatus, decedens in curia, non facit locum vacationi in curia.

Idem Doct. hîc. Philip. Franc. cap. 1. in principio. ut lite pendente. in 6. quia electio non dat jus in re, sed ad rem, Rota. de elect. in novis in fine. Gemin. Philipp. Franc. cap. si electionem. de electione in 6. Felin cap. quod ad consulta. de re jud. cap. super his. column. 1. de accusat. Philip. Decius. cap. 1. column. 3. de confirmat. util. vel inutil. leg. more. column. 3. de jurisd. omn. jud. dixi ad Philip. Decium. cap. postquam. colum. 2. de elect. Idem in præsentatione. Rota decis. 328. in antiq. Panorm. cap. quod autem de jure patron. Ludov. Gomes. in reg. cancell. de non toll. jure quæsito. quæst. 1. C. M.

De eadem materia ad varios authores Molinæana remissio.

Adde not. ejusdem Molin. in cap. si tibi absenti. de præbend. in 6. in textu. in principio. in casu fortiori de collatario existente in curia repudiante; quod non vacabit in curia beneficium, sed antiqua manebit vacatio resignantis in partibus, vel decedentis. F. P.

De eadem materia ad alium Molinæi locum remissio.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed de prioribus beneficiis confirmati in curia decedentis, dubitatur an vacent in curia, & placet quod non, quia non vacant per confirmationem, sed per possessionem pacificam, sed distinguendum, an ipse apprehenderit possessionem, an per procuratorem habentem speciale mandatum, an per nuncium & negotiorum gestorem, ubi per procuratorem vacant ibi & ea die ubi apprehenditur possessio, ubi per amicum, vel negotiorum gestorem, vacant per acceptionem vel ratificationem factam in curia, & non prius.*

An confirmati decedentis in curia, priora beneficia vacent in curia, vel non, & quod non vacent, scilicet per confirmationem, non vero per decessum.

Panorm. Bonifac. de Vital. column. 5. Gemin. cap. licet. de præb. in 6. Roman. consil. 342. Ludov. Gomes. in reg. Cancell. de impetr. benef. vacant. per obit. famil. Cardin. quæst. 7. in fine. Math. Pacus. tract. de mand. part. 4. num. 4. C. M.

Illud intelligendum non vacare beneficia electi confirmati in curia per ipsam confirmationem, sed non illud dicendum, non vacare per decessum, quod notari debet. F. P.

Notandum ad præcedentia.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Collitigantium neutro beneficium possidente.* Ibi. *Idem puto ubi uterque possidebat, quia utroque possidente neuter possidere videtur, quia non in solidum.*

Duo ejusdem beneficii non possunt esse possessores in solidum, vel eidem intitulari simul & in solidum.

Quia impossibile est duos esse intitulatos in eodem beneficio. C. M.

Cap. 2. *Cum lite.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Lis dicitur pendere, quoad hoc ut nihil debeat innovari, cum citatio legitime pervenit ad partem.*

Quando lis pendere dicatur ut nihil innovandum.

Angel. Alciat. in rubr. cod. de in jus vocand. Guid. Pap. quæst. Delfinal. quæst. 488. Philip. Dec. cap. 1. in fine. de rescript. cap. ut debitus. col. 4. de appell. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De sequestratione possessionum & fructuum.

Cap. 1. *Ad compescendas.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Si super beneficio, contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in possessorio vel petitorio una sententia fertur in curia, etiam si nulla fore dicatur, ipsius beneficii sequestratio per loci ordinarium fieri debet.*

Quando in judicio fieri debeat beneficii sequestratio.

Ægid. Bellamer. decis. 54. C. M.

Ibidem. §. *Si quis autem.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Si quis autem fructus sequestratos quoquo modo præsumpserit occupare, excommunicationis incurrat sententiam.*

Sequestratos fructus occupans subest excommunicationi.

Ægid. Bellamer. decis. 428. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Apud aliquam personam idoneam, per loci ordinarium possessio sequestretur.* Ibi. *Æquum hanc sequestrationem fieri existenti in ordine quem requirit beneficium.*

Qualis sequester constituendus beneficio.

Sed quod necessarium, tenent Zabarell. Panorm. hîc. sed non servatur, vide Oldrad. quæst. 166. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *A qua scilicet excommunicatione, ut est in textu, nisi prius impedimento amoto, & fructibus restitutis, nullatenus absolvatur.* Ibi. *Cum hæc forma sit à jure, non ab homine data.*

Quomodo & quando absolvendus fructus sequestratos invadens.

Alias habenti potestatem, & sic valet. Zabarell. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Non obstante si contra præfatam sententiam de nullitate forsan opponatur.* Ibi. *Puto tamen quod licet alia nullitas non possit opponi, illa tamen opponi poterit, per quam negetur jurisdictio, oportet enim quod constet de sententia, ut hic dicitur, & per consequens de jurisdictione auditoris qui tulit illam sententiam.*

Source : BIU Cujas

Poteſt in ſequeſtratione opponi defectus juriſdictionis, & quando poſſit & debeat.

Gloſſa ſingularis ſecundum Baldum in leg. generaliter. column. 1. cod. de Epiſcop. & cler. Hypolit. Marſil. ſingul. 10. Anton. Corſet. in ſingulari. verſ. ſtatutum. 1. Philipp. Decius. conſil. 38. Quamvis Socinus in leg. 2. num. 4. de exceptio. reprobet hanc gloſſam. C. M.

Uſu certiſſimo apud Gallos obtinuit, Socini opinio, debetque exceptio declinatoria opponi ante litem conteſtatam, nec per viam nullitatis ſententiæ reſcinduntur, ſed appellationis via. Rebuff. in conſtit. regiis. tract. de ſentent. executor. art. 7. gloſſa. 10. num. ult. quare quod de nullitate ex judicis incompetentia deſcendente proponit eod. tract. art. 3. gloſſ. 2. num. 1. 2. 3. intellige, ſi de incompetentia ante latam ſententiam excipiatur, alias appellandum foret; uſus noſtri habes exemplum in ſtilo Parlam. part. 1. cap. 32. §. 3. verſic. ſequitur aliud exemplum. & cæt. G. D. P.

In ſententiis & aliis judiciis reſcindendis, viæ nullitatis non admittuntur uſu gallico, vel etiam defectus juriſdictionis, & ex incompetentia Judicis ſententiam proferentis.

Junge ad notam Domini G. D. P. explicandam, alteram Molinæi notam ad Clementinam primam infra de ſentent. & re judicata. & ad eum locum ſtili Parlam. part. 1. cap. 32. §. 3. verſic. ſequitur aliud exemplum. à ſe ſuperius citatum notare debuerat aliam Molinæi notam. in verb. *Et ideo admitti non debebat.* ubi dicit in cauſa appellationis à tertia ſententia poſſe opponi nullitatem priorum ſententiarum, non quidem per viam nullitatis, ſed per viam appellationis incidentis à prioribus ſententiis, quia viæ nullitatis non habent locum in Gallia, ut vulgo dicitur apud pragmaticos & Palatinos Forenſes, *Voyes de nullité n'ont point de lieu en France.* in id vide Dom. Franciſc. Raguell. Anteceſſorem Bituricenſem & Magduni Biturigum Præſidem Vicarium in indice Jurium Regiorum & Dominicalium. in verb. *nullitez.* & Domin. Simonem Marioneum in Senatu Pariſienſi Advocatum Generalem in placitationibus. pag. 59. editionis in 4. & eſt una ex regulis in inſtitutionibus conſuetudinariis Gallicis. Vid. Oiſellii. Advocati Pariſienſis quas juris publici fecit inter quas & illa refertur, & earum numero ut ſupra habetur. & quæ his noviſſimis diebus in lucem prodierunt cura Dom. de *Laſſicot* Advoc. Pariſ. ad quas & notas adjecit. F. P.

De ea ſententia quod viæ nullitatis non habeant locum in Gallia, ad alios Molinæi locos remiſſio.

Et in illud axioma forenſe Gallicum, *voyes de nullité n'ont point de lieu en France*, ad alios locos & authores remiſſio.

TITULUS SEPTIMUS.

De probationibus.

Cap. unicum. *Litteris.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Iis, quæ feciſſe narramus in litteris noſtris, plenariam fidem adhibendam. Juncta inſcriptione. Clemens V. in concilio Viennenſi.* Ibi. *Satis puto quod talia verba ſaltem probant præſumptivè.*

In quibus credendum narratis in litteris Papæ,

Imo requiritur quod reſpiciat narrantis factum, & quod ſuper eo fundetur intentio. Oldrad. quæſt. 258. Gemin. cap. ſi Papa. in fine. de privilegiis. in 6. Bonifac. de Vitalinis. hîc. col. 3. dixi ad Alexand. conſil. 102. lib. 7. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Ut contra illam narrationem non admittatur probatio, quod intellige de probatione quæ perimat narrationem, vel ipſam falſam oſtendat. Junctis præcedentibus de narratis in litteris Pontificiis.*

In eadem materia quæ ſupra limitationes hîc traduntur,

Idem Panorm. Barbat. limitantes, ut non procedat in his quæ à Pontificali poteſtate non dependent, faciunt not. Innocentii. cap. inquiſitioni. de ſentent. excommunic. & in jure, quod Papa ſine culpa auferre non debet. Gloſſa. cap. omnis. diſtinct. 22. ſic in non ſubdito. Alexand. conſil. 11. num. 14. lib. 7. C. M.

In eamdem materiam vide hîc remiſſiones neceſſariò addendas.

Vide in id quod habetur in præfata Clementina, decretum Concilii Baſileenſis in Pragmat. Sanct. tranſcriptum. in tit. de ſublat. Clement. *litteris.* de probat. & ibi. gloſſam Pragmat. Sanctionis. nec non Petr. Rebuffum in commentario ad concordata Bononienſia. in eodem titulo. de ſublat. Clementinæ *litteris.* quæ licet in Concilium Viennenſe Gallicanum tranſlata eſſet, noſtro uſui tamen non concordavit, & tandem ſublata eſt decreto Concilii Baſileenſis, & pragmat. noſtr. ſanct. & per concordata noſtra Bononienſia. F. P.

TITULUS NONUS.

De jurejurando.

Cap. unicum. *Romani.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Romanum Pontificem ejuſdem Redemptoris, id eſt Chriſti, Vicarium venerantes.*

De ſummis Pontificibus Chriſti Vicariis.

Hîc vicariatus probatur per illud. *Tu es Petrus &c.* Joann. Volkirch. factionis Lutheranæ, ait nullo minus loco probari, litem definiant alii, nobis ſat eſt ſapere uſque ad ſobrietatem. Font. imo ſciendum eſt proprie Vicarium eſſe abſentis: quod convenit Antichriſtis, non veris Apoſtolis, qui ſunt ſervi Chriſti præſentis. juxta illud. *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi*, longe autem abeſt ab eis qui Evangelio ſuo non obediunt. C. M.

Notandum ad hanc Molinæi notam.

Illius Molinæani adnotati ſecunda pars, ab his verbis, *imo ſciendum eſt ad finem*, deſumpta eſt & eruta ex implaſmatione & gipſo edit. anni 1553. F. P.

Theologis relinquo dicti hujus interpretationem. *Ego vobiſcum ſum, &c.* notum eſt omnibus quam multipliciter dicatur & intelligatur Deum ubique eſſe præſentem; at quoad Papæ Vicariatum, falſum eſt proprie Vicarium eſſe abſentis, Vicarius is eſt qui alterius vices gerit, ſed intellige, ſive præſentis, ſive abſentis, ſive etiam mortui: Vicarios habemus juris publici, in ſacris & magiſtratibus. apud Romanos inſtituit Romulus Curiones numero triginta, à Curiis dictos, in quibus ſacra fiebant. ex Varrone. lib. 4. de lingua latina, & cuique Curioni duos dedit Vicarios ſuccurſales ait Dioniſ. Halicarnaſ. antiquit. lib. 2. Vicarii etiam interdum erant, qui aliorum in vicem exitio peſtique devovebantur, ut in carmine devotionis quod recitat Turnebus. adverſar. lib. 18. cap. 4 hos nemo Curionum Vicarios & devotos abſentibus datos. inter Magiſtratus, Præfecti prætorio, & Præfecti urbi Vicarios habebant, ab Imperatoribus datos, de his notitia Imperii Romani. inter privatos Ordinarii ſervi Vicarios habebant ſervos, locos videre eſt apud Briſſon. de verb. ſignif. lib. 19. apud Chriſtianos mittit Papa Vicarios in provincias à quibus abeſt, at Epiſcopi præſentes ſibi Vicarios inſtituunt ſubſidiarios, & ſuccurſales, de quibus Antonius de Pratis. tractat. de juriſdictione Epiſcop. cap. 7. à quo diſces Epiſcopum & Vicarium unum & idem eſſe ratione unitatis, ita ut Epiſcopus ſit agens principale, & Vicarius agens inſtrumentale, tam in præſentia, quam in abſentia, Gonzal. ad reg. 8. gloſſa. 51. num. 66. quærit an Vicarius Epiſcopi Cardinalis ſit ejus familiaris, & diſtinguit inter Vicarium abſentem, & Vicarium in domo retentum; parochiarum Rectoribus adſunt præſentes Vicarii: ceſſent ergo hæretici Vicariatum Papæ eo prætextu impugnare, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus nobiſcum ſit ad conſummationem uſque ſæculi; eſt enim Vicarius Chriſti viventis, & præſentis, qui quia Deus eſt, ubique eſt, non ſolum per præſentiam & potentiam, quod fatetur Ariſtoteles. lib. 2. de mundo. ſed & per eſſentiam, quod Ethnici non capiebant, in Cœlis autem habitat per gloriam, unde venturus eſt judicare vivos & mortuos, & interea Vicarium habet ſummum Pontificem Divi Petri ſucceſſorem. Eccleſiæ viſibilis caput viſibile. dixi ſupra Vicarium dari mortuo, & hoc ſenſu Papam Vicarium Chriſti viventis, divus Cyprianus vocat ſucceſſorem & Vicarium non ſolum divi Pe-

Qui Vicarii & Curiones fuerint apud Romanos.

Quorum magiſtratuum apud eos fuere Vicarii.

Qui inter ſervos dicti Vicarii,

De Vicariis Epiſcoporum præſentium & abſentium.

De Vicariis parochorum præſentium.

Expoſitio hujus dicti *vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi* ad Vicariatum SS. PP. & Chriſti & ſucceſſionem Petri.

Probatur & dici poſſe mortuorum Vicarios & in id

Source : BIU Cujas

variæ authorum remiſſiones.

tri, ſed & ſui prædeceſſoris. epiſtol. 67. ad Stephanum Papam. quem vocat & dicit eſſe Cornelii & Lucii Vicarium : ſed & divus Auguſtinus Epiſcopos vocavit Chriſti Vicarios. can. penult 23. quæſt. 5. & Papam Chriſti Vicarium. Innocent. III. cap. inter corporalia. cap. quanto. de tranſl. Epiſcop. apud Gregor. G. D. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Dudum ſane inter Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & Robertum Siciliæ Regem, ſuſcitata diſcordia.* Ibi. *Henricum.*

Ad hiſtoriam temporis de Carolo VII. Imperatore. Scilicet ſeptimum, per Euchariſtiam venenatam ſublatum, omni enim arte ſtuduerunt Pontifices Imperatores ſubigere, ut temporaliter regnarent. Vide Math. German. chron. lib. 23. C. M.

Notandum ad illam Molinæi notam. Et illud Molinæi annotatum fuit deſumptum ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Eidem adjiciens juramento, ſcilicet ab Henrico Romano Imperatore præſtito, quod manuteneret & ſervaret privilegia omnia, quæ per prædeceſſores ſuos Reges, ac Imperatores Romanos conceſſa.* Ibi. *Conſuetudo Imperii hoc habet, quod duobus in diſcordia electis, uterque adminiſtrat ut Rex, donec per Papam alterius fuerit electio approbata aut reprobata. Junctis præcedentibus. de diſcordia in electione.*

De electione Imperatoris Romani facta in diſcordia interim concilianda per Papam. Imo neuter interim efficaciter. Bald. in proœm. decretal. verb. Rex pacificus. column. 2. poſt Oldrad. conſil. 22. ſed Alber. in leg. bene à Zenone. column. 2. dicit quod pendet ab eventu; quod etiam ſequitur Anton. de Roſell. tract. de legitim. colum. 35. Oldrad. quæſt. 22. cum ſequenti. C. M.

In diſcordia electis Imperatoribus, neuter efficaciter adminiſtrat.

Ad hiſtoriam hujus Clementinæ unicæ. de jurejurando. & Clementinæ ſecundæ. paſtoralis. infra. de ſentent. & re judic. vide theſaur. Guid. Pancirolli variarum lectionum. lib. 2. cap. 296. F. P.

Ad hanc materiam ad alios authores remiſſio.

TITULUS UNDECIMUS.

De ſententia & re judicata.

Cap. 1. *Vt calumniis.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Qui tres ſententias contra ſe, in quavis cauſa reportavit, de illarum nullitate non agit, nec excipit, ipſarum executione non facta.*

De authoritate trium ſententiarum conformium in foro Eccleſiaſt. Amplio etiam ſi evidens nullitas eſt ex ſtatuto. ſecundum Alexand. conſil. 225. lib. 6. num. 16. Amplio etiam ſi reſtitutio detur. Caſſador. de reſtit. in integr. deciſ. 1. Limita ſi evidens eſt nullitas & iniquitas. Oldrad. quæſt. 106. Gemin. conſil. 24. Imol. leg. de pupillo. §. qui opus. de oper. novi nunciat. Alexand. leg. 4. §. condemnatum. colum. 2. de re jud. Franciſc. Curt. leg. ſub prætextu. cod. de tranſact. Hieron. Gratus. conſil. 72. conſil. 80. conſil. 85. lib. 2. C. M.

Nota hanc Clementinam ad authoritatem trium ſententiarum cõformium in foro Eccleſiaſtico, & ad eam firmandam remiſſiones. Junge in id quod ſupra adnotavit Dom. G. D. P. ad Clementin. ad compeſcendas. & in gloſſa. verb. non obſtante. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. quia utraque Clementin. in eamdem materiam recidit, & ibidem eaſdem junxit, & nota hanc Clementinam ſingularem eſſe, ad confirmandam authoritatem trium ſententiarum conformium, in foro Eccleſiaſtico prolatarum, ut de his appellatio non amplius admittatur, nec etiam tanquam ab abuſu. & in id vide Joann. Canutium. quæſt. forenſ. centur. 2. quæſt. 11. & diarium decretorum Curiæ in publicis ſeſſionibus & auditorio prolatorum. lib. 2. cap. 34. in additione. ubi habetur arreſtum de die 23. Aprilis anni 1629. pronunciatum, perorantibus *le Verrier* & *Bluet* utrique parti aſſiſtentibus, Dom. Audemaro Talæo partes Regias defendente, quo judicatum, appellatione à ſecunda ſententia conformi fori Eccleſiaſtici interpoſita, & deſerta pronunciata, nullum appellationi refugium ſubeſſe, & reſcriptum appellatorium à Curia Romana obtentum abuſus titulo notatum eſt, quamvis tamen Carolus *Fevret* in ſuo tractatu abuſus, adnotaverit. lib. 1. cap. 2. art. 14. ſive num 14. non excludi appellationem tanquam ab abuſu, à tertia ſententia conformi, ſi abuſus ſubſit, quod nullo temporis decurſu excludi poſſit. F. P.

In id celebre Senatus Pariſienſis decretum.

Notatus Carolus *Fevret* in ſuo tractatu appellationum tanquam ab abuſu.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui in beneficiali, vel alia quavis cauſa. Junctis præcedentibus. Tres ſententias contra ſe reportavit.* Ibi. *Includit ſpirituales, criminales, civiles, & mixtas.*

De eadem materia trium ſententiarum conformium. Idem Panorm. Cæpol. cauſ. criminal. conſil. 14. Alexand. conſil. 95. num. 4. lib. 4. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ad agendum de validitate ipſarum, ſcilicet trium ſententiarum conformium, vel alicujus ex eis nullatenus admittatur.* Ibi. *Hoc intelligo quando ſimpliciter in ſecundo & tertio judicio confirmata eſt tertia ſententia, & ſi diverſa continebat capitula, vel unum ſeparabiliter, licet in parte fuerunt infirmata, tamen quoad illa capitula, in quibus confirmata ſint primò & ſecundò, hoc dicam locum habere.*

Quid ſervandũ in caſu trium ſententiarum conformium, ubi plura habent ſeparata capitula, quorum aliqua confirmata, alia infirmata. Idem Zabarell. Panorm. hîc. Decius. conſil. 385. in principio. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Similiter ubi tres ſententiæ definitivæ latæ fuerunt.* Ibi. *Succeſſive.*

De eadem materia trium ſentẽtiarum conformium, ſucceſſive, ſive interpolatarum. Idem ſi interpolate. Zabarell. Panorm. hîc. C. M.

De materia trium ſententiarum conformium in foro Eccleſiaſtico prodeuntium, & de earum authoritate, vide Didac. Covarru. pract. quæſt. cap. 11. num. 9. & cap. 25. num. 18. Joann. Papon. lib. 19. collect. arreſt. tit. 7. arreſt. 1. & quod non ſervetur in foro ſæculari, & illud quod non admittatur appellatio à tertia ſententia conformi, vide Molin. in not. ad ſtilum Parlam. part. 7. arreſt. 22. quamvis juridicum aſſerat, ſed non ſervari in foro ſæculari patriæ conſuetudinariæ. F. P.

Cap. 2. *Paſtoralis.*

TEXTUS. In Textu. ibi. *Sane cum jamdudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & Robertum Siciliæ Regem gravis fuiſſet materia turbationis exorta.*

Ad hiſtoriam temporis & ſchiſmatis in Imperio Romano inter Carolum VII. electum, & Robertum Siciliæ Regem. Henricum ſcilicet VII., cujus ampulloſam ſententiam in Regem Robertum latam, ad verb. refert Alberic. in leg. quiſquis. cod. ad leg. Juliam majeſt. ſub data 7. calendas Maii. Regni (id eſt electionis) anno 5. Imperii (id eſt coronationis) anno 1. 1311. ſecundum eum, ſed fuit 1312. ut tetigi in conſuetud. Pariſ. tit. 11. in rubr. num. 44. ſed Henrico per Euchariſtiam venenatam ſublato, & gravi ſchiſmate in Imperio ſuſcitato, tunc auſus eſt Clemens V. ejus acta reſcindere per hanc decretalem, quam Bald. in leg. liberti libertæque. column. 5. cod. de oper. libert. arguit de injuſtitia, dicens quod in hoc cap. ſunt quædam dicta quæ ſapiunt, & quædam quæ non ſapiunt veritatem juris. C. M.

De eadem materia ad ſuperiora remiſſio. Junge hîc. quæ ſupra adnotavimus ad Clementinam unicam. de jurejurando. in gloſſa verb. *Reges.* de jurejurando. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. præſuppoſ. Heliæ. In Gloſſa præſuppoſitionis Heliæ. Ibi. *Lex. omnes. §. executoribus. cod. de Epiſcop. & Cler. intelligitur quod Judex territorii poteſt rogare illum Judicem, ſcilicet alterius territorii, ut faciat citari aliquem de ſuo territorio, & hoc concludunt hîc Doctores juris canonici.*

De commiſſionibus rogatoriis Judicum ſibi invicem conceſſis. Idem Joann. Faber §. ultim. inſtit. de pœna temere litigant. Jordan. Brixienſis. in repetit. d. §. contrahente. & hoc obſervatur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Nec tenetur ad mortem, per violentam injuriam, non per juſtitiam inferendam ultionem ſe offerre.* ibi. *Captivus relaxatus, juramento de re-*

Source : BIU Cujas

deundo ad carcerem certa die, si mors erat injuriosa, redire non tenetur, aliàs tenetur.

Quando standum sit juramento de redeundo à captivo præstito.

Glossa singularis. Panorm. hîc. Joann. Andr. ad Specul. de jurejur. in rubrica. Jason. leg. si duo patroni. in fine. de jurejur. Philipp. Decius. leg. si à quoquam. num. 4. ubi dixi. de reg. jur. & in cap. 1. lect. 1. column. 8. ubi retigi. de constit. cap. quoniam contra falsam. num. 31. de probat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nec silentio relinquendum, quod ipse Rex noster, & Ecclesia Romana, ratione Regni prædicti, notorie subditus, homoque ligius & vasallus. Junctis præcedentibus. De Roberto Siciliæ Rege.* Ibi. *Nec videtur quis esse posse ligius duorum.*

Nemo potest esse homo ligius duorum.

Dixi in consuetud. Paris. §. 1. glossa 5. num. 6. cum seqq. C. M.

De hac voce *homo ligius* ad authores remissio.

De hac voce *homo ligius.* vide Ludov. Lacerd. in adversar. sacris. cap. 73. num. sive art. 19. Francisc. Raguell. Antecessorem Bituricensem & Magduni Biturigum Præsidem Vicarium in indice jurium Regiorum & dominicalium. in verb. *lige.* & alios nominales authores, sive lexicographos. F. P.

TITULUS DUODECIMUS.

De appellationibus.

Cap. 4. *Quamdiu.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Tempus ad prosequendam appellationem, ab homine, vel a jure præfixum, non currit appellanti, compromisso durante.*

An tempus appellandi vel prosequendæ appellationis currat tempore compromissi.

Secus in causa principali. Roman. consil. 174. column. 5. & hoc de rigore juris, tamen de æquitate idem servatur in causa principali. Bonifac. de Vitalinis. hîc. column. 3. secus in tempore appellandi. Bonifac. column. 4. Guid. Pap. quæst. delphinalium. 115. vide Paul. Castrens. consil. 42. lib. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quamdiu appellationis prosecutio per compromissum, vel aliàs de partium expresso consensu differtur.* Ibi. *Non sufficeret ergo tacitus consensus.*

Appellationis prosequendæ tempus, vel compromisso, vel de expresso partium consensu proferri potest.

Alexand. consil. 72. in fine. lib. 3. C. M.

Cap. 5. *Appellanti.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Ante definitivam, appellanti non licet prosequi causas in appellatione nominatim non expressas, nec processus primi Judicis justificari vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo.*

De appellationibus emissis ante definitivam recipiendis & prosequendis, vel non.

Sed aliud jure civili. leg. per hanc. & ibi Cynus. quæst. 3. cod. eod. Ludov. Gozadin. consil. 22. in fine. adhuc jure canonico tantum locum habet in mera & proprie interlocutoria. Bonifac. de Vitalinis. hîc. in fine. Ægid. Bellam. decis. 417. Felin. cap. quod ad consultationem. column. 9. cum seq. de re jud. Philipp. Decius. cap. pervenit. 2. in fine. extr. eod. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Appellanti ab interlocutoria non licet alias causas prosequi quam in appellatione expressas.* Ibi. *Alias causas, etiam notorias, licet enim notoriam relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab onere proponendi.*

Sequuntur Panorm. Imol. hîc. vide Jacob. in leg. 2. column. 7. dig. si quis in jus voc. non ierit. Felin. cap. cum dilectæ. de rescript. column. 6. Fontan. Philipp. Decius leg. certum. si certum petatur. cap. constituit. 2. de appellat. ubi dixi. & ad Alexand. consil. 126. lib. 6. vide Felin. cap. cum ordinem. de rescript. C. M.

Appellans ab interlocutoria debet in libello exprimere causas appellationis, nec licet alias prosequi, quamvis notoriæ sint.

Hujus Molinæani prænotati prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis, *Philipp. Decius ad finem*, quia Molinæum arguebat authorem. F. P.

Notandum ad Romanorũ emendationem.

Cap. 6. *Si appellationem.*

SUMMARIUM. In Summario. *Prosecutio appellationis desertæ, non impedit quin sententia censeatur in rem judicatam transisse.*

Limita hanc Clementinam, nisi intra terminum ab homine datum appellatus prosecutus fuerit, quia tunc sua diligentia prodest appellanti. sed in lapsu fatalium juris habet locum hæc Clementina indistincte, sive neutra pars prosecuta fuerit ante tempus, sive appellatus tantum. Felin. in cap. ex parte. 2. de rescript. C. M.

An prosecutiones appellationis desertæ ab alterutra partium prosint appellanti.

Junge eumdem Molin. in not. ad cap. sæpe contingit. 44. in glossa verb. sententia excommunicationis. de appellat. apud Gregor. & ad Decium. in cap. cum sit Romana. de appellat. apud Gregor. num. 3. in verb. biennium. sub finem. in signo A. ubi agit de tempore præscripto ad relevandam appellationem, aliàs quod deserta sit. F. P.

De eadem materia desertæ appellationis ad authores remissio.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Si appellationem per negligentiam appellantis desertam, appellans per se & principaliter prosequatur.* Ibi. *Hostiensis dicit quod lapsus temporis ratificat sententiam, & facit haberi perinde ac si non fuisset appellatum.*

Idem Bonifac. de Vitalinis. hîc. column. 3. Anchar. consil. 345. Alexand. consil. 59. num. 7. ubi dixi. lib. 4. consil. 114. lib. 5. consil. 64. Guid. Pap. consil. 10. consil. 40. & est communis. ego vero dico falsum esse, si sententia infirmans lata fuit partibus, saltem si à Judice ordinario, & non delegato Papæ, post lapsa fatalia. C. M.

An sententia infirmans post fatalia appellationum prolata, valeat nec ne.

Nota glossam singularem, & adhuc notabiliorem additionem Molinæi, in id quod præsentia appellati & prosecutio post desertionem quæsitam revalidet quod actum fuerit, & convertatur in anticipationem quod & quotidie in foro practicatur. F. P.

Cap. ultimum. *Cum à repulsione.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Cum à repulsione exceptionis peremptoriæ secundò appellans succumbit.* Ibi. *In effectu fatetur quod sententia lata super peremptoria, quod obstet habet vim definitivæ.*

Idem Imol. Zabarell. hîc. Alexand. consil. 182. num. 3. lib. 6. secus si super admissibilitate judicatum sit. decis. Tholos. 48. glossa Pragmat. Sanct. contra frivole appellantes. verb. non habente. C. M.

De eadem materia appellationis desertæ ad alios Molinæi locos remissio.

Sententia lata super expulsione exceptionis peremptoriæ habet vim definitivæ.

Source : BIU Cujas

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De vita & honeſtate Clericorum.

Cap. 1. *Diœceſanis.*

SUMMARIUM. In Summario abbreviato. Ibi. *Excitat etiam diœceſanos, contra illos Clericos qui ſæculares actus exercent.*

Quinam Clerici frui debeant privilegio clericali. Sed magnus abuſus eſt extendere ad alios quam miniſterio Eccleſiaſtico deputatos actu ſervientes, ut dixi ad Alexand. conſil. 8. lib. 1. C. M.

Ut notum tibi fiat qui Clerici privilegio clericali, gaudere debeant, conſule primum Regiam ſanctionem Franciſci I. anni 1539. art. 4. deinde Caroli IX. Regiam conſtitutionem Aurelianenſem. artic. 40. Concil. Trident. ſeſſ. 23. quæſt. 6. Carol. *Fevret.* in tractatu de abuſu inſcripto. lib. 4. cap. 4. per totum. tractatum noſtrum & avitinum. de beneficiis Eccleſiaſticis. ex definitione deſumptum. in verb. *cœleſtis.* cap. 1. de vita & honeſtate Cleric. §. 6. quibus caſibus Clerici privilegia clericatus amittant. poſtremo caſu. qui Clerici privilegio clericali gaudeant. F. P.

De eadem materia privilegii clericalis ad authores remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa, verb. *Præcipimus locorum diœceſanis.* Ibi. *Per quod videtur quod Ordinarii, licet in loco juriſdictionem habeant, hoc non poſſint.*

Quinam vere dicendi ſunt locorum Ordinarii. Niſi haberent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & excluſivam Epiſcopi. gloſſa Clement. 1. de foro competenti. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Tertio moneant. Junctis præcedentibus. De Clericis exercentibus actus ſaculares.* Ibi. *Nec videtur ſufficere quod emanaret unum peremptorium. per hanc litteram.*

In Clericis exercentibus actus ſæculares trina monitio requiritur, nec ſufficeret unũ peremptorium edictum. Idem Panorm. hîc. Jaſon. leg. 1. column. 4. de lib. & poſthum. Marian. Socin. tract. de citat. art. 27. num. 57. C. M.

Cap. 2. *Quoniam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Qui virgata vel bipertita veſte utitur, per ſex menſes ad beneficium, eo ipſo reddatur inhabilis.* Ibi. *Legatus & Epiſcopus hanc pœnam infligere poſſunt, etiam in perpetuum.*

De pœna Clericorum inſolitas veſtes deferentiũ, & non clericales. Idem Imol. Panorm. hîc. C. M.

De eadem materia remiſſio. Vide in id Gregor. Tholoſan. partit. juris canonici. lib. 4. cap. 2. de veſtimentis & ornatu prohibitis Clericis. & in ſcholiis. Joan. Langhegruccium. in ſpeculo de vita & honeſt. Cler. lib. 2. cap. 2. de veſtitu & habitu Clericorum. ſub finem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cui inſuper adjicimus ſanctioni, ut beneficiati caligis ſcacatis rubeis aut viridibus publice non utantur.* Ibi. *non dicit quod iſte eſt finis ſanctionis, ſed additur ſanctioni, in præcedentibus, cum ſanctio pœnalis eſt, hic non.*

In quibus ſanctio pœnalis ſit, in quibus non, veluti in additione, ubi pœna non repetitur. Anton. Corſetus. ſingul. verſ. additio. Lapus. alleg. 37. Alber. 1. ſtatut. quæſt. 70. in fine. Philipp. Decius. leg. ult. num. 7. ubi dixi. cod. unde legitimi. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De præbendis & dignitatibus.

Cap. 1. *Si dignitatem.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Clauſula inſerta litteris gratioſis ſuper dignitate obtinenda conceſſis, non extenditur ad dignitatem curatam.*

Gratia ad dignitatem obtenta non trahitur ad curatam. Amplia etiam ſi motu proprio. Panorm. hîc. & bene. quamvis gloſſa. 2. hîc. contrarium velit, & male, ut etiam melius decidit. Joann. Andr. in cap. ſi motu. eod. in 6. in novell. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cum de dignitate ad cujuſvis collationem, proviſionem, vel quamvis diſpoſitionem pertinente, provideri mandatur, inhibendo ne ad collationem procedant, vel quemquam eligant, de dignitate electiva provideri non poterit, cum non ad augendam, ſed ad exequendam gratiam, quæ de inhibitione ſequuntur, debeant referri.*

Expreſſo modo collativo non veniunt electiva beneficia, quod notandum. Felin. cap. licet. in fine. de offic. Jud. ordin. Jaſon. leg. jus civile. de juſtit. & jure. Alexand. leg. more. column. 3. & ibi Jaſon. & Philipp. Decius. de juriſd. omn. Jud. Philipp. Decius. conſil. 145. column. penult. ubi dixi : quamvis idem Decius. conſil. 185. num. 9. limitet in materia beneficiali ut odioſa, declarant tamen ut Baldus. leg. eam quam. column. 9. cod. de fideicomm. Curtius ſenior. conſil. 49. column. 32. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si uni vel alteri beneficio obtento, vel obtinendo, cura animarum immineat, nulla ejus mentione facta, gratia veluti ſubreptitia nullius ſit momenti.* Ibi. *Niſi dicas quod hoc novum declaret, vel inducat conſtitutio, quod etiam qualitas curæ imminens beneficio, quod habet impetrans exprimenda ſit in impetratione.*

Qualitates beneficiorum obtentorum, vel obtinendorum exprimendæ ſunt in impetratione, vel diſpenſatione quovis modo facta apud Papam & Legatum. Hæc veritas. Joann. Calderin. Felin. cap. in noſtra. de reſcript. Felin. cap. ad aures. de reſcript. & ſic qualitates beneficii, tam obtenti, quam obtinendi ſunt exprimendæ coram Papa, vel Legato, ſive de diſpenſando, ſive de providendo agatur. Gemin. conſil. 92. num. 6. & ita obſervatur, quidquid gloſſa hîc. & Roman. conſil. 362. dicant. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si dignitatibus providendo, quibus cura imminet animarum, mandetur ut nullatenus eadem cura negligatur.* Ibi. *Quid ſi dicatur proviſo, ut animarum cura imminens nullatenus negligatur, idem puto.*

Non relevat à ſubreptione, ſi in proviſione dicatur, quod cura animarum imminens nequaquam negligatur. Lancellot. Decius. leg. omnes populi. column. 2. de juſtit. & jure. Jaſon. leg. centurio. column. 16. de vulg. & pupill. Alexand. conſil. 119. lib. 1. conſil. 143. lib. 6. ubi dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si de dignitatibus ad collationem, proviſionem, vel quamvis diſpoſitionem provideri mandemus.* Ibi. *An in beneficiis minoribus, quibus per electionem & confirmationem providetur, locum habeant hæc jura, communiter tenetur quod ſic.*

Mandatum de providendo in dignitate collativa, non habet locum in minori beneficio, quod ſit electivum confirmativum, quod probatur variis authoritatibus ad quas remiſſio. Idem Imol. Zabarell. Panorm. hîc. Felin. cap. in noſtra. Coroll. 30. de reſcript. Panorm. conſil. 38. lib. 2. Gemin. cap. cum in illis. §. 1. ſupr. eod. in 6. Joann. de Selva. tract. de benefic. part. 3. quæſt. 2. num. 39. ſed contrarium verius eſt, ut tenet Calderin. conſil. 12. de præb. Math. Pac. tractat. de mand. part. 4. num. 93. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Seu quamvis diſpoſitionem. Junctis præcedentibus. Ad collationem pertinente.* Ibi. *Si nullus modus diſpoſitionis exprimatur, tenent aliqui quod venit modus electionis, ſicut quivis alius.*

Niſi exprimatur modus electionis in mandato, non Idem Panorm. hîc. Zabarell. Clement. 1. ſupr. de ſuppl. neglig. præl. column. 2. & hîc. quæſt. 5. Rota. deciſ. 196. habens gratiam. in nov. Felin. in d. cap. in noſtra. Coroll. 32. Mathæus Pacus. de mandat. part. 5. num. 98. ſed in contrarium eſt veritas,

Source : BIU Cujas

venisset, quod & notandum.

ut tenet Philipp. Decius. cap. 1. column. 1. de elect. ubi dixi. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *In certa Ecclesia. Junctis præcedentibus. De dignitate provideri mandatur.* Ibi. *Cum scribitur alicui provideri de dignitate, in aliqua Ecclesia, & non est ibi nisi unica & principalis, illa non debetur.*

Mandatum de providendo de dignitate in Ecclesia, non includit unicam in Ecclesia existentem.

Idem Imol. Zabarell. hîc. Archid. Philipp. Franc. cap. ne captandæ. supra. de concess. præbend. in 6. Archid. Gemin. Philipp. Franc. cap. si pro Clericis. supr. eod. in 6. Felin. cap. in nostra. Coroll. 23. de rescript. Joann. de Selva. tract. de benef. parte 3. quæst. 11. num. 38. & ita servatur. C. M.

Cap. 2. *Per litteras.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Per litteras super provisione Clericorum, à Sede Apostolica, vel Legatis ipsius directas, de xenodochiis, leprosariis, eleemosinariis, hospitalibus; etiam si Ecclesias, vel Capellas, aut alia spiritualia jura noscantur habere, nulli posse decernimus provideri.* Ibi. *Intelligo etiam motu proprio, nam motus proprius non ampliat gratiam, licet excludat subreptionem.*

Motus proprius non ampliat gratiam, sed tantummodo excludit subreptionem.

Vide late Petr. Rebuff. tract. nominat. quæst. 15. num. 12. cum sequ. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De hospitalibus, etiam si Ecclesias vel Capellas noscantur habere, nulli decernimus provideri.* Ibi. *Quid si hospitale & Ecclesia essent annexa, ita quod neutrum principale, puto hanc decretalem locum habere.*

Gratia Apostolica ut provideatur de beneficiis non includit hospitalia, & similia, quamvis Capellas habeant annexas.

Idem Zabarell. Panorm. Ancharan. hîc. Bonifac. de Vitalinis. column. 2. Anchar. consil. 114. Felin. cap. in nostra. Coroll. 32. de rescript. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nisi hoc in litteris Apostolicis caveatur expresse. Junctis præcedentibus. De hospitalibus & similibus excludendis.* Ibi. *Non repetit de Legatis, quia Legatus non confert Ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni, quam tamen Papa confert.*

Nec etiam Papa vel Legatus potest conferre spreto patrono laico.

Imo nec Papa. Felin. in tract. quando litteræ Apostolicæ præjudicent patrono. late dixi in reg. cancellar. de infirmis resign. num. 32. cum sequenti. C. M.

Cap. 3. *Si plures.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Dignitatis, vel beneficii curati, posterius collati illi qui talia ante habebat, ab eo possessione pacifica adepta, dignitates quas prius habebat ipso facto vacare.* Ibi. *Puto tamen quod si habenti unum Curatum, confertur secundum tale, valeat collatio secundi, & ex quo per eum stat quominus habeat possessionem secundi, vacat primum.*

Gradus & successiones vacationum in incompatibilibus hîc exponuntur, ex cap. de multa. & extravag. execrabilis, de præbendis.

Per d. cap. de multa. sed non secundum, sed per extravagantem execrabilis. tunc cum secundi possessionem accipit, vel per eum stat, jam est privatus primo, per d. cap. de multa. sed etiam ipso jure privatur secundo, & sic inhabilis ad ordines & beneficia, nisi tunc primùm in manu Ordinarii dimittat intra mensem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Glossa. Ibi. *Si vero habenti ex dispensatione sufficienti, confertur aliud tale, valet collatio, si vero dispensatio non sit sufficiens, ad ultimum, non juvat, si vero possessionem ultimi apprehendit, hæc possessio facit prima vacare.* Ibi. *Possessionem apprehendit.*

Per adeptionem possessionis posterioris beneficii incompatibilis etiã meri facti, quam asininam vocant, vacant priora beneficia.

Possessionem, scilicet asininam, & meri facti, propter cap. 1. de reg. jur. in 6. & sic nota quod asinina possessio, & meri facti ultimi incompatibilis facit priora incompatibilia vacare, sive in ultimo beneficio habeat jus, sive non, sed omissio possessionis, quæ potest apprehendi, facit priora beneficia vacare, quando provisio ultimi tenuit, aliàs non. C. M.

Imo ut ipse Molinæus docet ad reg. de publicand. resign. num. 265. possessio per hunc actum momentaneum, est potius signum possessionis, quam possessio, quare ad inducendam vacationem primi incompatibilis, (sive vacet ipso jure, sive non,) requiritur possessio secundi pacifica, non solum de facto, sed etiam de jure. Hoieda. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 13. num. 49. num. 79. versic. secundo declaratur. & num. ult. Garc. tract. de benefic. parte. 11. cap. 5. §. 1. in princip. qui duos vult sufficere menses pacificos: at nostro usu quando provisus de primo, secundum impetrat incompatibile, cum decreto primi dimittendi, intra tempus definitum, annus expectatur à die possessionis, quia decretum de dimittendo dispensationem importat interea retinendi. Garc. ibidem. num. 55. quo anni tempore dato, cessant diversæ opiniones glossæ & Doct. ad cap. commissa. de elect. in 6. quæ sit possessio pacifica, per quod impleatur, & quando quis dicatur in continenti turbari. G. D. P.

Ut inducatur vacatio beneficiorum incompatibilium requiritur possessio pacifica.

Possessio pacifica inducens vacationem incompatibilis debet esse anni, non duorum mensium, vel brevioris temporis.

Cap. 4. *Si Romanus.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Si motu proprio, à Romano Pontifice, plura compatibilia vel incompatibilia habenti conferatur, provisionem fore validam declaramus, adde nec dispensationem inducimus, ut addit hic glossa.* Ibi. *Satis est ergo huic clausulæ, scilicet motus proprius, quod certum habet effectum, nec alium operabitur præter intentionem scribentis.*

Conciliatio variarum opinionũ circa hanc vacationem explicandam.

Idem Zabarell. Panorm. hîc. Rota. decis. 111. cum sequ. in novell. Gemin. consil. 104. Alexand. consil. 215. lib. 7. ubi dixi. & in reg. cancell. de verisim. notit. num. 8. C. M.

GLOSSA.

Cap. 5. *Si de beneficio.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Si de beneficio, ad cuiuscumque Episcopi collationem spectante, conferendo scribimus, de devoluto, sive ad Episcopum ex negligentia Capituli, sive ad nos, provideri non potest.* Ibi. *Scias autem quod beneficium devolutum ad Papam semper confert executor, cum collator est de iis qui per collationem gravabantur, sive nominatus, sive innominatus.*

Motus proprius non inducit dispensationem, sed tantum excludit subreptionem.

Secus si originalis collatio ad eum spectaret qui non fuisset gravatus in gloss. versic. Episcop. nisi tempore datæ devolutio esset in manu gravati ut hîc. subtilizat Zabarell. & cum glossa transit Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sive ad nos, ex ipsius Episcopi negligentia collatio fuerit devoluta.* Ibi. *Episcopi scilicet primi collatoris, secus si aliunde.*

Mandato de providendo de beneficiis ad collationem pertinentibus, non includuntur devoluta ad collationem.

Panorm. videtur velle quod sufficiat tempore datæ fuisse ad collationem Episcopi, quod videtur verius, & dic quod sufficit tempore datæ & collationis spectasse ad Episcopum, vel solum tempore datæ, & non collationis tempore sit devolutum ad Papam. ita Cardin. Zabarell. hîc. post Lapum, & sic hæc glossa multum restringitur. sed hæ anxietates cessant in forma concordatorum in Gallia, ubi tantum inspiciuntur beneficia naturaliter ad gravatum spectantia. C. M.

GLOSSA.

In mandatis concordatorum Bononiensium, non veniunt beneficia, nisi naturaliter ad gravatum pertineat collatio.

Cap. 6. *Si juxta.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Juxta formam mandati adeptus Canonicatum & præbendam, si in vim ejusdem mandati dignitatem, quam duxerit acceptandam ibidem expectet, Archidiaconatum, non obstante quod certa sibi annexa præbenda, poterit acceptare.* Ibi. *Ex quo Papa de dignitate & præbenda noluit provideri, consequitur dignitatem habentem præbendam annexam.*

Provisus de Canonicatu & præbenda in Ecclesia, cum expectatione dignitatis, in vim mandati, an poterit eam consequi cui sit annexa præbenda.

Contrarium tenet Zabarell. hîc. quia annexum tanquam accessorium non consideratur. cap. super eo. de præb. in 6. sed idem quod glossa. tenet Joan. Andr. Staphil. de litt. grat. cap. 2. num. 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Primaque præbenda vacabit. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Non enim posset esse triplex in*

Source : BIU Cujas

Plus jura abhorrent habere duo beneficia uniformia sub eodem tecto, quã duo curata in diversis Ecclesiis.

Ecclesia sine dispensatione, & nota quod plus abhorrent jura habere duas Prabendas in una Ecclesia, quas aliàs habere duo curata.

Idem Gemin. cap. 1. de consuet. in 6. Math. Pacus. tract. de mandat. versic. in uno. Joan. Staphil. de litter. gratiæ. cap. 11. num. 6. C. M.

De eadem materia incompatibilium sub eodem tecto, remissio ad alios Molinæi locos.

Vide quæ supra addidimus ad notam ejusdem Molinæi. in cap. 7. consuetudinem. in glossa verb. *nisi unicum.* de consuetud. in 6. & consule ipsam notam ejusdem Molinæi. F. P.

TITULUS TERTIUS.

De concessione præbendæ, & Ecclesiæ nondum vacantis.

Cap. unicum. *Cum ei.*

GLOSSA. ✶

In Glossa verb. *Si per inquisitionem executoris reperiatur idoneus.* Ibi. *An ad hanc (scilicet inquisitionem) vocanda sit pars.*

In inquisitione per executorem mandati facienda, non est pars vocanda.

Respondet non. Zabarell. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. verb. *Ex tunc inane decernimus & irritum quod secus contigerit attentari.* Ibi. *Quasi à tempore datæ Papa voluerit quod decretum afficeret: sed contrarium respondetur, & supplemus ex tunc, & valet ex nunc.*

Quæ sit vis & potestas, clausulæ *ex nunc prout ex tunc.*

Imola notat hîc. quod clausula *ex nunc prout ex tunc* respicit conditionem extantem, non tempus actus celebrati; remittit ad not. in leg. 1. cod de codicillis. in leg. 7. hujusmodi. dig. de verb. oblig. leg. lecta. dig. si certum. pet. Font. nec interim ligat, Oldrad. quæst. 175. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum, notam Molinæanam ex parte retinentium.

Hoc totum Molinæi subnotatum ab emendatoribus Romanis usurpatum, quod more suo fecerunt, finiendo ad verb. Font. ut eum innuerent authorem, omissis posterioribus verbis, *quod in plerisque notis Molinæi ab eisdem usurpatis, annotare poteris.* F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Antequam exstet conditio inquisitionis, scilicet idoneitatis, & tanti valoris beneficii, libere poterit conferri per executorem.* Ibi. *Per quod à contrario infertur, quod postquam evenisset conditio conferri non posset.*

Ubicumque in eventum conditionis idoneitatis provisi conferri potest.

Imo posset efficaciter, nec contrarium hîc infertur. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Aliquibus videtur, quod secundus impetrans, ante conditionis eventum, id est idoneitatis provisi, & valoris beneficii, inquisitionem, ut supra. in forma gratiæ præferatur. Juncto & quod est in glossa. infra. secundum impetrantem sub eadem conditione, primo ad conditionem pervenisse, & fiet fore potiorem, cum prius ipsius decretum afficiat, facit decretalis. si pro te. de rescript. in 6.*

De primo impetrante gratiam sub contitione, ad secundum impetrantem pure vel prius purificantem gratiam, quod secundus præferendus sit.

Hæc placet, quia conditio non trahitur retro, & sic cujus gratia prima pura fuit, habetur pro primo, nec est differentia inter conditionem. cap. si pro te. & istam. limito si primus impetrans haberet clausulam irritativam eorum quæ in suum præjudicium facta essent, ac si à tempore datæ & cæt. ita & voluit Lapus. Ancharan. Imol. Zabarell. hîc. quamvis Panorm. sequatur glossam. vide Feder. de Senis. consil. 69. quæst. Tholos. 273. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Secus si de beneficio quod infra mensem, à vacationis notitia duxerit acceptandum.* Ibi. *Sed quæritur an expectans possit acceptare post mensem, beneficium adhuc vacans? videtur quod sic cum clausula in favorem illius apposita ad ligandas manus Ordinarii, in ipsius odium non debeat retorqueri, & hoc placet Archidiacono.*

Quæ in alicujus favorem inducta sunt, non trahēda in odium & contra eum.

Cujus dictum fortificat de Anchar. per leg. is qui bonus. §. 1. de cess. bonor. tenet cum glossa per leg. Thais. §. intra. de fideicommiss. libert. & sequitur Imol. Font. ego vero C. gloss. hîc veriorem puto: quia hoc casu gratia est limitata ad acceptandum. infra mensem, sed non in casu sequenti. & idem Zabarell. Panorm. C. M.

Hujus Molinæani prænotati prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori ab his verbis, *ego vero C. usque ad finem.* quod Molinæum ipsum iis terminis ego vero C. nimium argueret authorem. F. P.

Nota ad emendationem Romanorum.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Fateor tamen, quod ita posset divisa esse reservatio à spatio temporis, quod locus esset opinioni contrariæ, ut si dixerit beneficium quod in tali loco vacaverit, quod duxerit acceptandum intra mensem.*

Quid de gratia conditionali in duplicem eventum.

Idem Geminian. in cap. tibi qui. de rescript. in 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed hoc casu posset dici contrarium. Junctis præcedentibus. de mandato de providendo ad beneficium quod in tali loco vacaverit. infra mensem.*

De eadem materia quæ præcedit in superiori adnotatione.

Et bene Cardin. Florent. hîc. Felin. cap. capitulum 6. de rescript. ratio, quia ex quo gratia est limitata ad eam quæ intra mensem acceptabitur, gratia est omnino & indistincte perempta quoad illam, & sic illa præbenda sibi non debetur, vi gratiæ, ut liquet; nec etiam vi Canonicatus, licet non sit alii debita, quia gratia sua poterit in aliis impleri, posset tamen ei ut cuilibet extraneo per Ordinarium conferri. C. M.

Si intra mensem non acceptetur.

Ibidem. §. *Caterum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Caterum prædictæ vacationis notitiam interpretamur habere ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesia hujusmodi beneficii publice nota erit.*

Quando nota habenda sit vacatio beneficii in loco.

Gemin. Philipp. Franc. cap. 1. §. sane. de cens. in 6. Aretin. consil. 29. num. 7. Philipp. Decius. consil. 135. in fine. Hieron. Gratus. consil. 49. num. 8. lib. 1. Gemin. consil. 38. dixi in consuet. Paris. §. 37. glossa. 10. num. 32. & in reg. deinfirm. num. 44. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Quin etiam beneficium acceptare censeamur, petendo per executorem conferri.* Ibi. *Acceptatio tamen sine præsentia executoris fieri potest.*

Quomodo acceptari dicatur beneficium.

Idem Panorm. & omnes. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vacatio nota in loco beneficii.* Ibi. *Si locus ubi sita est Ecclesia caret habitatoribus, satis videtur ponderanda notitia loci vicinioris.*

Quomodo publicanda vacatio in loco, vel viciniori.

Idem Panorm. & omnes. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Vacatio nota in loco vel Ecclesiæ.* Ibi. *Nota per alternativam, quod satis est quod in Ecclesia sit publica, licet in loco vel oppido sit occulta.*

De eadem materia quæ supra. nempe publicatione possessionis.

Dummodo Ecclesia habeat habitatores. Panorm. C. M.

Nota ea omnia Molinæi adnotata, & locos ad quos adnotavit, ad exequendam regulam de publicandis resignationibus, & constitutionis Regiæ anni 1550. quam vocant contra parvas datas. art 14. & 15. de modis publicæ reddendæ possessionis beneficiariæ apprehensionis ejusdem & missionis in eamdem. F. P.

Nota ad publicationem possessionis & vacationis in loco beneficii.

TITULUS QUARTUS.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

Cap. 1. *Monasteriorum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Religiosus Monasterio vel Prioratui præsidens, possessiones illius ad vitam, seu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta non concedat.*

Non possunt res Ecclesiæ ad vitam, vel aliud tempus, etiam pecunia recepta in utilitatem Ecclesiæ concedi.

Non pro ipso Prælato, sed pro Ecclesia, & hoc constat, aliàs deterius esset. C. M.

Ibidem.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Niſi Monaſterii neceſſitas, aut utilitas id expoſcat Conventus ſui, aut ſi Conventum non habeat, Prælati proprii nihilominus accedente aſſenſu.* Ibi. *De Epiſcopo videtur intelligendum in non exemptis.*

Quando alienatio rerum Eccleſiæ permiſſa, & quomodo exequenda.

Hæc vera, & eam tenet Hoſtienſ. in cap. cum & plantare. §. in Eccleſiis. de privileg. ſumma Angelica. verb. *alienatio.* Petr. de Ferrariis. in forma libelli. in act. reali. verſ. verius. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. *Abbates qui habent Eccleſias ad ſe pertinentes pleno jure, poſſunt in alienationibus authoritatem præſtare.*

Quinam Prælati alienationibus rerum Eccleſiaſticarum authoritatem præſtare poſſunt.

Idem Zabarell. hîc. Panorm. cap. 2. de tranſact. Alexand. conſil 17. num. 4. lib. 4. ubi dixi. vide Felin. cap. auditis. column. 3. de præſcript. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Edictum prohibitorium alienandi ad locationes ad tempus modicum declaramus nullatenus ſe extendi.* Ibi. *Prohibitus alienare, obligare, vel vendere, poteſt locare.*

Sub prohibitione alienationis rerum Eccleſiaſticarum, non continetur locatio ad modicũ tempus.

Scilicet ad modicum tempus. Philipp. Decius. conſil. 204. aliàs ſpecies eſt alienationis. Stephan. Bertrand. conſil. 126. locatio perpetua. lib. 2. vide Panorm. diſputat. Augerio. column. 13. C. M.

Cap. 2. *Si una Eccleſia.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Epiſcopus unire poteſt Eccleſiam alteri, vel loco relligioſo donare, etiam non vocato rectore, vel defenſore.*

An Epiſcopus unire poſſit Eccleſias, non vocato Rectore.

Vide Panorm. cap. unico. in fine. ut Eccleſ. benef. ſine diminut. confer. Paul. Caſtrenſ. conſil. 437. lib. 1. C. M.

Unio non debet ſortiri effectum, niſi poſt mortem beneficiati.

Dummodo unio non ſortiatur ſuum effectum niſi poſt mortem rectoris, & tamen Molin. notat ad quæſt. Joann. Galli. 267. intimandam unionem rectori, maxime in parochialibus Eccleſiis. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod ſi Epiſcopus menſæ ſuæ, aut Capitulo Eccleſiam aliquam duxerit uniendam, hoc irritum duximus & inane.* Ibi. *Declarari debuiſſet, an idem ſit in donatione? dicit quod tutius eſſet quod illud fieret de authoritate ſuperioris.*

Unio menſæ Epiſcopalis vel Capitularis non poteſt fieri niſi de authoritate ſuperioris.

Et bene. ut dixi in conſuetud. Pariſ. §. 4. num. 59. & ad Philipp. Decium. cap. cum cauſam. num. 4. de prob. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si Epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, menſæ ſuæ, vel Capitulo, Eccleſiam duxerit uniendam, hoc irritum & inane eſſe decernimus.* Ibi. *Licet ratio ſit antiqua, forte voluit comprehendere præterita, ſed contra facit littera ſequens, quæ conſuetudinem damnat, conſuetudo vero notat tempus præteritum, ergo videtur præterita reſpicere.*

Epiſcopus menſæ ſuæ, vel Capituli, de conſenſu Capituli unire non poteſt; & hæc prohibitio reſpicit etiam præterita.

Idem Panorm. ſed dic quod præterita non mutat. Zabarell. C. M.

TITULUS QUINTUS.

De rerum permutatione.

Cap. unicum. *Ne conceſſione.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non conferantur aliis, quam ipſis permutare volentibus, beneficia ex cauſa permutationis reſignata.* Ibi. *Quæ non conceduntur intitulum non videntur poſſe cum beneficiis permutari.*

An hoſpitalia poſſint permutari cum titulatis beneficiis.

Imo poſſunt, ut dixi ſupr. eod. in 6.[a] & in annotat. ad Philipp. Decium. conſil. 210. C. M.

[a] Eſt in cap. unico. de rerum permut. in 6. in textu. ibi. ſua beneficia permutare volentes, ubi ſuam notam in id appoſuit. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non aliis quam ipſis permutare volentibus conferantur beneficia per illos in quorum manibus fiebat reſignatio. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Cum enim Concilium Turonenſe prohibet permutationem, contra id non diſpenſat niſi cui permiſſum eſt ſcilicet Epiſcopis.* Ibi. *Concilium Turonenſe.*

Permutatio beneficiorum fieri poteſt etiam ab inferioribus Prælatis, non requiſitis patronis, & quare.

Cap. majoribus. extra. de præbend. ſed certe illud cap. reſpicit proprietatem & alterationem beneficii in ſe, non ſimplicem permutationem tituli, ideo non probatur niſi per cap. quæſitum. extr. eod. ſed hodie exolevit & libere fieri poteſt permutatio, etiam ſeorſim, & ex intervallo, per eos ad quos ſpectat inſtitutio vel collatio, etiam non requiſitis patronis Eccleſiaſticis, & ita ſervatur in tota Gallia, ut evitetur circuitus, & abuſus officialium & non ſit opus pecunias mittere Romam. C. M.

De eadem materia permutationis admiſſæ irrequiſitis patronis, remiſſiones ad ſuperiora.

Junge quæ adnotata ſunt ad cap. quæſitum. 5. in gloſſa verb. Epiſcopus. ibi. propria authoritate de rerum permutatione. in decretal. ubi plura videris ad quæ remittendum credidi. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Quid de Capitulo vacante Sede Epiſcopali, poterit ne permutationi authoritatem præſtare? puto quod ſic, cum hoc ſit juriſdictionis Epiſcopalis, in qua ſuccedit.*

Capitulum Sede vacante, poteſt admittere & authorare permutationes.

Idem Panorm. hîc. & ſupra. de major. & obed. cap. cum olim. & ita ſervatur, ut late dixi in reg. cancell. de infirm. reſign. num. 31. in reg. de public. num. 160. C. M.

Hîc exponuntur rationes propter quas Capitulum, ſede vacante, admittere poſſit & authorare permutationes.

Item quia permutatio eſt neceſſariæ diſpoſitionis, non voluntariæ, quæ reſervari debeat futuro ſucceſſori, ut collatio, cui nihil deperit de tali collatione deperdita, quas & ſucceſſor exercere haberet neceſſariò, ut notat gloſſa in d. cap. cum olim. in verb. capitulo. de major. & obed. cum ibi notatis quæ vide, & inde eſt quod ſupra adnotatur, quod permutatio, fieri conſueverit ab omnibus Prælatis & Collatoribus, etiam inferioribus, atque etiam irrequiſitis patronis, ut ſupra adnotatur in gloſſa præcedenti, cujus rei probandæ cauſa, vide quod adnotavit idem Molin. in not. ad cap. quæſitum 5. in gloſſa verb. Epiſcopus. ibi. authoritate propria. de rerum permutat. apud Gregor. idem Molin. in not. ad cap. nullis. 17. in textu. ibi. Romano Pontifici nuntietur. de jure patron. apud Gregor. & in not. ad cap. quoniam. 47. in gloſſ. verb. electione. ibi. idem puto in præſentatione. de elect. in 6. & ad regul. de infirm. num. 40. & 41. & ad reg. de public. num. 184. & ibi Dom. *Louet.* ad dictum num. 40. reg. de infirm. in notis & cenſuris ejuſdem. fol. 31. F. P.

Item probatur iterum variis authoritatibus quod quilibet Prælati admittere poſſint permutationes etiam irrequiſitis patronis.

TITULUS SEXTUS.

De teſtamentis & ultimis voluntatibus.

Cap. unicum. *Relligioſis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Relligioſis ad executionem cujuſlibet ultimæ voluntatis deputatis, locorum Ordinariis rationem reddant.* Ibi. *Reddant ergo Papæ, Legato, vel Superiori, ut quoad illam ſtemus antiquo juri.*

Quibus reddenda ratio à Relligioſis teſtamentorum executoribus deputatis.

Idem Panorm. hîc. & cap. ultim. de conſtit. C. M.

Quinam Relligioſi poſſint eſſe executores teſtamentorum.

Quod intellige de Relligioſis alicui beneficio deputatis, & non clauſtralibus, quia ſunt quaſi emancipati & ſoluti ab authoritate ſuperioris, nec vero clauſtrales, qui authoritati ſuperiorum ſubmiſſi, non poſſunt executores teſtamentorum fieri, ut notat idem Molin. ad cap. 4. in gloſſa verb. conferendum. ibi puto quod non. de regul. & tranſeunt. ad Monaſt. in 6. adde gloſſ. pragmat. ſanct. tit. de elect. cap. ſicut. §. quibus hæc. in verb. eligant. 10. F. P.

TITULUS SEPTIMUS.

De Sepulturis.

Cap. 1. *Eos qui.*

In Gloſſa verb. *Eos qui excommunicatos publice* GLOSSA

Source : BIU Cujas

ſepelire præſumunt. Ibi. *Sed ex qualitate fori, multitudine ſcilicet vel p ucitate officialium, & aſtantium, dicatur publica excommunicatio, ita quod in hoc veritas rei præponderet.*

Qui dicendus publice excommunicatus ad hoc ut ſepeliri non habeat.

Placet Anchar. Imol. qui mihi videntur probare gloſſam, ubi eſt imponenda pœna, ſed aliàs in judicio excommunicatus, dicetur publice excommunicatus. Font. ſed reſpectu tertii gloſſa tenenda eſt. Panorm. conſil. 99. lib. 1. Gemin. conſil. 75. colum. 2. dixi in regul. cancell. de public. reſign. num. 202. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum.

Hujus Molinæani adnotati major pars ab emendatoribus Romanis uſurpatur, omiſſa poſteriori ab his verbis, *ſed reſpectu tertii gloſſa tenenda eſt.* quia arguebat authorem. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Junctis præcedentibus. Eos qui excommunicatos publice ſepelire præſumunt.* Ibi. *Quid de illo qui ſepelit manifeſtum uſurarium, excommunicatum publice, nominatim interdictum, & tempore interdicti, numquid quadruplici excommunicatione ligabitur ex hoc facto.*

An qui quadruplici crimine & excommunicatione irretitum ſepeliat quadruplici excommunicatione ligetur.

Cardinal. Zabarell. tenet quod quadruplici. C. M.

Cap. 2. *Dudum.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Etſi curis excitemur, innumeris, quæ ſunt verba conſtitutionis Bonifaciana, huic Clementinæ inſertæ, & approbatæ.*

Nota ad proœmium conſtitutionis Bonifacianæ, in hæcce Clementina inſertæ.

Scilicet hujuſmodi, ut mirum non ſit non ſupereſſe tempus doctrinæ verbi Dei, etiam ſi bellis ferendis non deſit. C. M.

Nota ad Molinæanam notam de Bonifacio VIII. S. P.

De Bonifacio VIII. nota eſt, non de Clemente V. quamvis de priori liberius judicium non uſquequaque probandum, ratione habita ad conſtitutionem, quæ generali Concilio Viennenſi probatur in Gallia habito & congregato, abſtrahendo à bellandi ardore vel tepore, cum de hoc nulla ſuperſit quæſtio. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Inter Rectores parochialium Eccleſiarum, & Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres, periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, confeſſionibus audiendis, pœnitentiis injungendis, & tumulandis defunctorum corporibus.* Ibi. *Periculoſa diſcordia.*

De contentionibus inter Relligioſos mendicantes, & parochos circa miniſterium curiale.

Ad lites & pugnas, uſque quæſtui habuerunt fictam pietatem, & negotiationem animarum hominum, adeo ut etiam coram Judicibus ſæcularibus in Gallia, magnis contentionibus & quæſtibus ſuper his litigaverint, ſumpto invicem uti poſſidetis interdicto, & non ſolum hujuſmodi quæſtuariæ poſſeſſiones admiſſæ: ſed etiam per plura judicia, etiam Senatus Pariſienſis arreſta confirmata eſt inter parochos & hos Mendicos adjudicata, juxta terminos hujus Clementinæ, ut hactenus vidi. C. M.

De his contentionibus inter Relligioſos Mendicantes & parochos, de tumulandis corporibus defunctorum, qui ſepulturam elegerint in Eccleſiis Mendicantium, vel qui in iiſdem Eccleſiis familiare & domeſticum ſepulchrum habuerunt. Vide in ſtilo Parlam. parte. 5. quæſtionum. Joann. Galli. quæſt. 175. & notam ejuſdem Molinæi in verb. *debato.* ubi refert contentionem ea de re habitam, inter Dom. *du Bellay* Curatum ſancti Severini, & Cordigeros, arreſto Senatus Pariſienſis deciſam, ſuper appellatione à ſententia Judicum requeſtarum Palatii, & nota hunc Dominum *du Bellay* fuiſſe Euſtachium, eodem tempore Archidiaconum, & poſtmodum Epiſcopum Pariſienſem, de quo mentio habetur ſub hiſce conditionibus & qualitatibus, in ſinodico Pariſienſi, ea parte qua ejus ſtatuta ſinodalia referuntur, in principio & in Breviario vitæ ipſius, quod omiſſum fuerat in relatione Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Pariſienſium, apud Claudum Robert. & Dominos gemellos fratres Sammarthanos, in Gallia Chriſtiana ab eiſdem edita, & qua randem ratione his contentionibus de tumulandis corporibus defunctorum & exportandis in Eccleſias Relligioſorum Mendicantium, & aliorum, à parochis Curatis & Rectoribus, conſule arreſta Senatus Pariſienſis ea de re habita & pronunciata, quæ exſtant in volumine ſive diario arreſtorum ſecundum ſeriem ſeſſionum & diem. lib. 4. cap. 37. F. P.

De his contentionibus hic laudantur arreſta Curiæ Pariſienſis.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Miniſtri Ordinum Prædicatorum perſonas probatas repræſentent, & faciant præſentari Prælatis.* Ibi. *Perſonalis ergo præſentatio fieri debet, nam dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporeis.*

Præſentatio realis eſſe debet & perſonalis, ut valeat, & effectum ſuum ſortiatur.

Imol. Zabarell. hîc. Marian. Socin. tract. de citat. art. 31. num. 9. Roch. Curt. tract. de jure patron. in princip. quæſt. 3. & verb. jus. quæſt. 4. aliàs antequam facta ſit ſuperiori, non dicitur quis præſentatus, prout non dicitur præſentatio, ſed quædam nominatio, ut ait Zabarell. cap. capitulum. quæſt. 34. de reſcript. ego vero dico, quod nec nominatio dici meretur, ſed ſimplex præparatio. C. M.

De reali & perſonali præſentatione habenda remiſſio ad varios authores hic citatos.

Adde in hanc quæſtionem realis ſcilicet & perſonalis præſentationis habendæ, eumdem Molin. ad regulam. de infirmis. num. 41. & ibi Dom. *Louet.* in ſuis notis & cenſur. ibidem. ubi & illud addit poſt jus concordatorum. tit. de mand. Apoſtolicis. in §. declarantes. quibus ſummus Pontifex ſibi ſolam prævention em reſervavit, præſentationem patroni, nominato præſenti factam & acceptanti, etiam ante præſentationem factam ſuperiori & collatori, impedire prævention em Papæ, & ex eo actu res non amplius dici integras, & citat Rebuff. in ſuo commentario ad concordata. ibidem. & dicto §. declarantes. in verb. *jure prævention is.* adde eumdem Dom. *Louet.* in ſua collectione arreſtorum. litt. P. num. 25. & ibi ſuum apoſtillatorem, nec omittas in id conſulere gloſſ. pragmat. ſanct. tit. de collat. §. volens itaque. aſteriſco. 6. & addit. Probi. ibidem. ubi dicit præſentationem debere eſſe realem, ut poſſit impedire prævention em Papæ, & ibidem. in tit. de collat. §. item circa. in verb. *non valeant.* aſteriſco. 6. in principio. & aſteriſco. 7. ſub finem. & ibidem. additionem Probi ſeptimam. ubi videtur velle conſtituere differentiam inter præſentationem patroni Eccleſiaſtici, & laici, ut præſentatio patroni Eccleſiaſtici, qui juris ſpiritualis capacior eſt, quam laicus, pinguius jus tribuat, quam præſentatio patroni laici, & electioni aſſimiletur, cujus quælibet præparamenta prævention em Apoſtolicam impediunt, quod & in id, quod præſentatio patroni Eccleſiaſtici pinguius jus tribuat, quam præſentatio patroni laici, notat & obſervat Joannes Dayma Baionenſis. in commentariis. ad concordata. tit. de electione & Regia ad Prælaturas nominat. fol. 236. column. 2. ſed his differentiis inſuper habitis conſtat hodie, aliàs præſentationem patroni non impedire prævention em Papæ, quam ſi tetigerit vel pulſaverit aures Ordinarii, quod vulgo jactant in foro noſtro, & Collatori ordinario præſentata fuerit & exhibita, ut hîc docet Molinæus, & ſuis omnibus partibus & terminis completa fuerit, præſentante patrono, præſentato ab ipſo ſeſe exhibente, & collatore præſentatum recipiente & admittente, de quo conſtet per quemlibet actum, quamvis collatio ſecuta non fuerit, de quo non amplius aliò quæſtio detorquenda. F. P.

Tentatur præſentationem patroni Eccleſiaſtici præſenti & acceptanti factam etiam antequam collatori præſentata fuerit impedire prævention em Papæ quod tamen non ſervatur.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Si vero Prælati Fratribus audiendarum confeſſionum licentiam recuſaverint, ut libere a audire valeant, gratioſe concedimus, id eſt Clemens V. in Concilio generali.* Ibi. *Libere denotat quod non eſt neceſſe licentiam Sacerdotis parochialis habere.*

Præſentatio patroni debet eſſe realis, id eſt collatori realiter facta, ut impediat prævention em Papæ, & in id variæ remiſſiones.

Quod præſentatio patroni Eccleſiaſtici pinguius jus tribuat quam laici, & in id aliæ remiſſiones.

Et bene. Zabarell. Panorm. hîc. Franciſc. Ripa.

Hodie abſolute tenendum præſentationem patroni, non aliàs impedire prævention em Papæ, quam ſi fuerit ipſi collatori exhibita & præſentata.

GLOSSA.

Recuſantibus Prælatis licentiam

Source : BIU Cujas

concedere præsentatis Regularibus gratiosè, concedit S. P.

tract. de peste. fol. 149. in parvis. quamvis Alciatus. in cap. 1. column. 3. num. 10. extra. de offic. ordin. hanc glossam reprobet, & male, ut dixi in annotat. ad Philipp. Decium. cap. si pro debilitate. de offic. delegati. num. 6. C. M.

Illud tamen servatur in Regno, ut Episcopi Regularibus libere cõcedant licentiam, & eamdem concessam revocent, absque ulla ratione reddenda.

In id, & quod diœcesani Prælati concedere vel denegare possint pro libito Regularibus licentiam prædicandi, vel audiendi confessiones, & quod concessas revocare possint, quando & quomodolibet voluerint, nec eorum denegationis vel revocationis ulli rationem reddere debeant, præterquam Deo, nec à denegatione vel dilatione Regulares appellandi ad Superiores facultatem habeant, vide decretum solemne in Consilio Regio, & coram ipsomet Principe editum, deliberatione prius habita Comitum Consistorianorum, tam laicorum, quam Ecclesiasticorum, ab ipso Principe delegatorum, in causa coram ipsis discussa diligenter & examinata, pro Regularibus diœcesis Aginnensis, reclamantibus à denegationibus, dilationibus, & revocationibus licentiarum ab ipsis petitarum ab ipso Episcopo Aginnensi, ipsomet Episcopo Aginnensi, quod à se factum fuerat tuente & defendente, quo decreto Rex in suo Consilio residens, omnibus & singulis agitatis contentionibus ita modum dixit, ut Episcopi Aginnensis sacram libertatem defenderit & tuitus fuerit, quod decretum in omnibus Regni sui diœcesibus & provinciis servari jussit decretum illud est de die 4. Martii 1669. ex mandato Regio signatum, ab altero à quatuor Secretariis Regiorum jussionum, quod & refertur in collectione memorialium Cleri Gallic. noviſſimæ edit. in 1. vol. fol. 667. Frederici *Leonard* Typographi Cleri Gallicani F. P.

In id celebre decretum regium in favorem Episcopi Aginnensis contra Regulares suæ diœcesis quod & ad alias quaslibet Regni diœceses extendi meruit.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Tunc, id est in recusationem Prælatorum, potestate Curatis & Sacerdotibus parochialibus à jure concessa, Fratres utantur, non ampliori.* Ibi. *hoc intendit quod in casibus reservatis Episcopis, Fratres non absolvant, & Episcopus casus de quibus ante constitutionem Curati non poterant absolvere, poterit reservare.*

Privilegiati licentia Apostolica utentes, à casibus reservatis ab Episcopis absolvendi licentiam non habent.

Falsum, ut tenet Panorm. in cap. 1. column. 1. ne Cler. vel Monach. Clavasius. in verb. *confessio.* tamen Henr. de Bottis. in tract. de sinodo. fol. 64. in parvis. hanc glossam sequitur. C. M.

De casibus reservatis sive Papæ, sive Episcopis, ad authores remissio.

De his casibus reservatis ipsismet Episcopis vide gloss. in cap. si Episcopus. 2. in verb. *reservantur.* de pœnit. & remiss. in 6. & de casibus reservatis Papæ. vide Guid. Conchil. in memorialibus posthumis reformat. status Ecclesiast. pag. 164. & 165. editionis in 4. anni 1650. & in posthum. tract. libert. Eccles. Gallic. ejusdem editionis. pag. 17. & 19. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. * In Glossa verb. *De obventionibus omnibus Fratribus quæsitis debetur quarta parochis.* Ibi. *Quod si executor distribuit in Fratres, debetur quarta.*

De quarta eorum quæ Fratribus privilegiatis quæsita sunt, parochis debita.

Idem Zabarell. Panorm. hîc. Gemin. consil. 22. column. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *De datis in infirmitate directe vel indirecte.* Ibi. *Debetur quarta de iis quæ testatores in infirmitate dari mandant, licet de hac non facta mentione, etiam singularibus Fratribus.*

De singulis relictis Fratribus, quarta debetur parochis, in id tamen hic temperamentum additur.

Idem Feder. de Senis. consil. 4. Calder. consil. ult. eod. tit. Petr. Ancharan. consil. 369. Gemin. 46. tamen quod non cadant in quartam cessante fraude, ut quando contemplatione consanguinitatis, tenet Oldrad. quæst. 224. quæst. 287. Bald. consil. 104. lib. 1. consil. 226. lib. 2. C. M.

Nota ad emendat. Roman.

Hoc totum marginale adnotatum est Molinæi, licet illud Romani emendatores more suo usurparint, & margini suæ adscripserint. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Fratres de omnibus sibi relictis quartam parochis partem largiri teneantur.* Ibi. *Quæro an Prædicatores & Minores teneantur ad hanc quartam de iis quæ relinquuntur eisdem per illos qui apud eos non sepeliuntur, non levis opinionis Doctores dixerunt quartam deberi de omnibus relictis à parochianis, sed Tancred. gloss. Innoc. & Abbas contra.*

An de relictis Fratribus ab iis qui apud eos non se eliuntur quarti debeatur.

Idem Panorm. hîc. Federic. de Senis. consil. 10. Oldrad. consil. 287. column. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Fratres largiri integre teneantur quartam.* Ibi. *Falcidia est in bonis hæredis, sic ista quarta in bonis Ecclesiarum parochialium, quare Curati eam vindicare possunt.*

Quartam parochialem de relictis Fratribus, vindicare possunt parochi.

Et sic per manus suas accipere, & si turbentur, interdictum uti possidetis intentare, ut practicatur in Gallia, more jurium prophanorum, ut etiam experientia docet, quod si de manibus dictorum Fratrum accipere deberent, ut voluit Oldrad. nihil nisi cum majore sumptu & labore recuperarent. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Integre. Junctis præcedentibus. Quartam Fratres largiri teneantur.* Ibi. *Quod non diminuetur quarta ob alias obventiones parochiali Ecclesiæ debitas, puta in Missa in parochiali Ecclesia dicenda antequam corpus deferatur ad Fratres, dicit etiam quod ubi consuetudo non est, etiam corpus prius deferendum esse in Ecclesia.*

Quarta debetur parochis sine deductione jurium parochis aliunde debitorum

Contrarium tenet Oldrad. consil. 287. Panorm. cap. cum liberum. column. ult. de sepult. Petr. Ancharan. consil. 56. sed Nicolaus Everard. in locis legalibus, & alii glossam defendunt. C. M.

De ea quarta parochis debita, ad alios tractatus remissio.

De hujusmodi quartis mortuariorum parochis debitis, vide quod diximus fusius in tractatu nostro & avitino de beneficiis Ecclesiasticis. ad verb. *cum suo reditu.* tertia parte. in quibus Ecclesiæ subjiciantur, sive de censibus. §. 4. de quarta parte mortuariorum per totum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Pacta, in quantum sunt præmissis contraria revocamus.* Ibi. *Si super pactum, quod erat super sepultura, per Papam sententiatum sit, & ante constitutionem confirmatum sit pactum, non tollitur, imo stabit.*

Quælibet pacta constitutioni Clementinianæ contraria tolluntur, modo ante constitutionem in authoritatem rei judicatæ non transierint.

Idem Alexand. consil. 125. num. 8. lib. 2. consil. 122. num. 7. lib 4. ubi dixi. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De decimis, primitiis, & oblationibus.

Cap. 1. *Relligiosi.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Relligiosi, qui de terris, quas aliis excolendas tradunt, decimas non solvunt.* Ibi. *Sed numquid coloni partiales, seu censuales non solvent, nec Religiosi, tunc licet illi de sua parte non solvent, Coloni non exempti de sua solvent.*

Coloni partiales relligiosorum de sua portione decimas exsolvere debent.

Idem Panormit. hîc. Guid. Pap. quæst. Delphin. 207. C. M.

Coloni partiales, censuales, & emphiteuticarii privilegiatorum qui decimas non solvunt de sua portione, decimas exsolvant, liberis manentibus privilegiatis.

Recte dicit glossa Colonos partiales vel censuales, qui sunt veri Domini rerum censualium vel participatarum, sive partiariarum, ut indicat rubrica Juris civilis. si ager vectigalis seu emphiteuticarius petatur. dig. namque coloni privilegiatorum regularium ad modicum tempus, puta novennium decimas non solvunt, locatio enim dominium non mutat. cap. inter dilectos. §. per instrumenta. de fide instrument. quamvis privilegiati pluribus repetitis & subsequentibus novenniis eisdem colonis prædia sua excolenda tradiderint, ut de Cistercienſibus, quorum privilegium non solvendarum decimarum in corpore juris relatum est, & de eorum colonis temporalibus infra novennium., pluribus decretis tam Senatus Parisiensis, quam Prætorianorum Judicum decisum fuit, de quo nullus dubitandi locus supereſt. F. P.

Non idem statuendum colonis intra novennium, licet pluries repetitum, illi enim nec privilegiati à quibus causam habent exsolvunt decimas, & in ejus probationem arresta hîc laudantur.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Non ſolventes decimas ſint ab officiis ſuſpenſi, donec deſtiterint, & ſatisfecerint.* Ibi. *Sic ſuſpenſi indigent abſolutione, quia de ſatisfactione dubitari poſſet non ſic de ſuſpenſis ad tempus determinatum.*

Suſpenſi propter non exſolutas decimas abſolutionis beneficio indigent, licet ſuſpenſi ad modicum tempus non indigeant.

Gloſſ. cap. quia ſæpe. verſ. donec. de elect. in 6. cap. 3. gloſſ. penult. de cenſ. Gemin. cap. 2. column. 1. de hæret. in 6. deciſ. Tholoſan. 298. dixi in conſuetud. Pariſ. §. 37. num. 5. & ad Philipp. Decium. cap. Apoſtolicæ. num. 3. de excep. C. M.

Cap. 2. *Si beneficiorum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Si cuivis beneficiorum decima conceſſa ſit ſimpliciter ad taxationem conſuetam, & ad monetam currentem decima levari debebit.*

Conceſſa decima beneficiorum, ad monetam currentem venit exſolvenda.

Gemin. conſil. 137. Albert. Brunus. conſil. 98. & ſic ſola quantitas uſualis attenditur, nec habenda ratio, quod moneta nova ſit intrinſecus diminuta, ut dixi in tract. uſurar. & monet. quæſt. 100. C. M.

De decimarum ſive ſubventionum præſtatione Regi & aliis debito agitur hic cum remiſſione ad alios authores.

Hîc agitur non de decimis prædialibus, ſed de ſubventionibus extraordinariis, quæ & Epiſcopis, & Principibus, ſed etiam Apoſtolicæ Sedi, ex cauſa ſolvuntur, atque etiam Regi Chriſtianiſſimo noſtro, de quibus poſtremis diximus in tractatu noſtro & avitino de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. *cum ſuo reditu.* part. 3. in quibus ſubjiciantur Eccleſiæ Epiſcopis, ſive de cenſibus ſacris. cap. 4. de oneribus & immunitatibus Eccleſiarum, & bonorum Eccleſiaſticorum. part. 1. de oneribus. §. 18. de decimarum ſubventione & caritativo ſubſidio ab Eccleſia Regi præſtando per totum. de iis autem quæ Epiſcopis & aliis præſtantur, egimus in eodem tractatu. de beneficiis Eccleſiaſticis. ad eadem verb. *cum ſuo reditu.* dict. part. 3. in quibus ſubjiciantur Eccleſiæ Epiſcopis & de cenſibus ſacris. §. 6. de caritativo ſubſidio. & de his diffuſius agit Remigius *Gonni.* in ſpeciali tract. de caritativo ſubſidio. ſed ad id quod in nota Molinæana dicitur & in gloſſa ad quam illud adnotavit, decimam ſolvendam ad taxationem conſuetam & monetam currentem, vide quæ ipſemet Molinæus notavit ad can. quis ignoret. in gloſſ. verb ſerviamus & nos legi. 32. quæſt. 4. & ad quæſt. Joann. Galli. 203. in ſummario. in verb. *monnoye.* in 5. parte ſtili Parlam. & quod nos ipſi adnotavimus ad eoſdem locos ſupra citatos apud Gratianum & Gregorium. Et de decimarum ſive ſubventionum ab Eccleſia Regi præſtari ſolitarum uſu etiam apud Hiſpanos, vide Didac. Covarruv. lib. 1. var. reſolut. cap. 17. prob. ad libert. Eccleſ. Gallic. volum. 2. cap. 39. per totum. Guid. Conchil. in poſthum. memorial. reformat. ſtat. Eccleſiaſt. editionis in 4. anni 1650. pag. 112. & ſeqq. & in tract. libert. Eccleſ. Gallic. pag. 44. & ſequ. ejuſdem editionis. F. P.

De modo ſolvendarum decimarum & ſubventionum regiarum ad authores remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Beneficiorum decima.* Ibi. *Agitur de beneficiorum decimis, quas Papa ſæpe imponit ſibi, vel aliis ſolvendam ex cauſa, & ad tempus, quæritur de quibus, aut ſuper quibus, quorum quatuor prioribus omiſſis, qua videre eſt in gloſſa, quæritur quinto, quid de Capellanis, vel beneficiis altarium, an debeantur.*

De decimarum & ſubventionum Regi præſtandarum exſolutione ad authores remiſſio.

Gemin. Philipp. Franc. cap. ult. column. ult. de conſuetud. in 6. Philipp. Decius. conſil. 210. num. 4. & in rubric. column. 3. ubi dixi. de reſcript. Ludov. Gomeſ. in reg. cancell. de infirm. reſign. quæſt. 23. C. M.

Conceſſis decimis beneficiorũ, an Capellaniarum & Altarium decimæ debeantur.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. *Suppoſita priori quæſtione, de decimis beneficiorum, an includantur in beneficiorum ſolutione hoſpitalia, xenodochia, & loca ſimilia, videtur quod non includantur.*

In conceſſione decimarum beneficialium non includuntur hoſpitalia, & imilia.

Idem Bonifac. de Vitalinis. hîc. column. 5. concluſ. 3. Philipp. Decius. conſil. 165. column. 1. C. M.

Debuerat hîc adnotare Molinæus ſe ad illud conſil. 165. Philippi Decii. in verb. *hoſpitalibus.* notam adſcripſiſſe, ad quam recurre ſi libuerit. F. P.

De eadem materia remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. *Suppoſita ſecunda quæſtione in gloſſa propoſita, an de fabricis decimæ ſolvantur, ubi dicitur quod de reditibus Eccleſiaſticis deputatis ad fabricam Eccleſiarum decima perſolvetur.*

An conceſſis decimis beneficialibus, fabricarum decimæ debeantur.

Niſi reciperentur non per manus beneficiati, ſed per manus deputati fabricæ, Bonifac. de Vitalin. column. 5. concluſ. 3. C. M.

An debeantur decimæ ſubventionales à fabricis, remiſſio ad authores de ea materia tractantes.

Imo illis ſubventionibus non ſubmittantur, ſed alia præſtant onera admortiſſamentorum & novorum conquæſtuum quæ vocant, quæ & exſolvere ſolent, de quibus Joann. Bacquetius patronus Regius in camera Palatina Regii theſauri erudite tractavit, ut de cæteris obventionibus & juribus Regiis, quæ conſule ubi ſe occaſio obtulerit. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. *Suppoſita quarta quæſtione, an diſtributiones quotidianæ, & minutæ oblationes veniant decimandæ, de minutiſſimis oblationibus perceptis ratione Eccleſiarum pro ſepulturis, & dandis pœnitentiis, & de diſtributionibus ſolvetur decima.*

An decimandæ diſtributiones, & minutæ oblationes.

Idem Bonifac. de Vitalinis. column. penult. concluſ. 6. ſed contrarium tenet Gemin. conſil 85. column. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Ad taxationem conſuetam.* Ibi. *Nam inter cætera deducantur expenſæ factæ pro fructibus.*

Fructus decimandi non dicuntur niſi deductis expenſis.

Idem Panorm. hîc. Gemin. conſil. 85. columnn. 1. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In eadem Gloſſa. *Ad taxationem conſuetam levari debent decimæ beneficiales.* Ibi. *Quod hîc dicitur locum habet cum Papa mandat alicui provideri de beneficio uſque ad ſummam tot librarum parvorum Turonenſium ad taxationem decimæ, inſpicitur enim illius loci conſuetudo in taxatione.*

In taxatione decimæ beneficialis ſtricte fieri debet interpretatio.

Hoc verum quando Papa ſcripſit ad taxationem decimæ: ſed ſi ſimpliciter uſque ad certam ſummam, tunc attenditur verus valor, quia ſtricta debet fieri interpretatio. Panorm. C. M.

TITULUS NONUS.

De regularibus & tranſeuntibus ad Relligionem.

Cap. 1. *Ut profeſſores.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Mendicantes, ad non Mendicantium Ordines tranſeuntes, non poſſunt aſſumi nec in Vicarios Priorum, ſeu miniſtros, vel locum aliorum tenentes.* Ibi. *Hoſtienſis dicit, quod Vicarius non ſubſtituit alium in Vicaria, ex cauſa tamen ad modicum tempus ponit alium loco ſui.*

Mendicantes ad non mendicantiũ Ordines tranſeuntes non poſſunt obtinere beneficia eorumdem Ordinum, nec etiam Vicarii eorumdem fieri.

Idem Panorm. Bonifac. de Vitalinis. columnn. 2. notab. 14. ubi ad locum tenentem extendit. C. M.

Hæc Clementina confirmata eſt conſtitutione Regia Caroli VII. anni 1443. quæ refertur ab eodem Molin. in tertia parte ſtili Parlam. ordinat. Reg. tit. 32. ne alienigenæ, vel mendicantes beneficia teneant. §. 2. ubi in epigraphe male ſcribitur Carolus VI. & reponendum VII. ut patet ex data anni 1443. & eſt vere Caroli VII. ut & quæ præcedit. §. 1. anni 1431. de alienigenis, & adverte notam marginalem ad conſtitutionem Mendicantium adſcriptam à Molinæo, cujus notam in fine repoſui. in verb. *Beneficiorum. & hoc niſi mediante permiſſione & diſpenſatione Regis.* quod mendicitas non tantum ſit impedimentum Eccleſiaſticum, ſed & politicum, ut præcedens alienigenarum, quod gratiam Regis requirat. F. P.

In præcedentem materiam conſtitutio Caroli VII. & in inſcriptionẽ ipſius correctio.

Cap. 2. *Eos qui.*

In Præſuppoſitione Heliæ. Ibi. *Secus in eo qui ha-*

Quod in impedimento mendicitatis & exteræ originis ſolus Papa non diſpenſet ſed & Rex, & quocumque tempore.

* PRÆSUPPOSITIO Don. Heliæ.

Source : BIU Cujas

bitum indistinctum assumpsit in pubertate, inducit enim in eo tacitam professionem post annum.

Professio tacita non obligat professum, sed religionem.

Transeat respectu eorum qui permittunt habitum indistinctum, ut non possint expellere, quem sic admiserunt, sed respectu ingressi, probare oportet quod sciebat qualitatem & effectum habitus, & adhuc hoc probato, si constet quod protestabatur se nolle profiteri, potest exire, & generaliter omnis professio tacita & odiosa est, & stricte interpretanda respectu ipsius ingressi. C. M.

Professio tacita non admittitur in Gallia.

De professione tacita, & quod non valeat nec inducatur ex susceptione & delatione habitus per annum, & quod debeat fieri expresse, & in scriptis. Vide Stephan. Durant. quæst. 5. num. 32. Ludov. Carond. ad consuet. Paris. §. 337. fol. mihi. 214. editionis in 4. Dom. *Bouguier.* Senatorem Paris. in collectione arrest. litt. M. num. 5. Guid. Conchil. in posthum. libertat. Eccles. Gallic. editionis anni 1650. in 4. pag. 77. F. P.

TITULUS DECIMUS.

De statu Monachorum vel Canonicorum Regularium.

Cap. 1. *Ne in agro.*

Summarium.

In Summario. *Ponit generale interdictum Monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum, vel notabilem excessum in vestibus, cibis, potibus, equitaturis, & lectisterniis.*

Nota liberior in conversatione Monachorum hodiernam.

Quantum distet hoc formularium institutum ab antiquis Monachis. Vide Erasmum in vita beati Hieronymi. C. M.

Ibidem. §. *Sane.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Regula vulgariter propter juniores exponatur.*

Regula monastica vulgariter exponenda, ut & capitula in examinatione testiũ,

Nota de regula vulgariter exponenda, quod fit ad plenam ejus notitiam. ex hoc infert Paulus ad examinationem testium, quibus capitula debent legi vulgariter, si non intelligunt litteraliter; & debent eis exponi de verbo ad verbum, ut not. in Speculat. de testib. §. nunc tractandum. post principium. sed cur Papæ non fuerunt solliciti de exponendo Evangelio vulgariter? nûm quia hæc inventa hominum potiora & perfectiora putant Evangelio, ut res ostendit. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum, & remissiones in eo quod libri biblici vulgariter exponendi.

Hujus Molinæani adnotati marginalis prima pars usurpatur ab emendatoribus Romanis, omissa posteriori, ab his verbis, *sed cur Papæ non fuerunt solliciti, ad finem.* quod liberiorem stilum Molinæi redoleret, & hæc secunda pars desumpta ex priori editione anni 1553. & quod plerisque aliis locis Carolus Molinæus testatus fuerit libros biblicos vulgariter exponendos, & quod ex eo Rex noster Carolus V. Sapientis nomen sortitus fuerit, quod in vulgares & patrios idiotismos, Normanos, Picardos, & alios, & maxime in not. ad stil. Parlam. part. 4. jurium & privilegiorum Regni. privilegio. 2. post verba *cruce signavit.* & in tractatu Monarchiæ Francicæ. Gallici sermonis. num. 133. & sequ. & in commentario gallico ad Edictum Henrici II. contra parvas datas. in præfatione num. 42. F. P.

Ibidem. §. *Si quis autem. vers. Abbate.*

Glossa.

In Glossa verb. *Abbate autem vel Priore, à collatione beneficiorum (ut præmittitur suspenso) ad priorem claustralem, cum consilio Conventus, eorumdem beneficiorum collatio devolvatur.* Ibi. *Restringit ergo hanc provisionem ad hos casus, in aliis ergo servetur quod habetur. ne Sede vac. cap. unico. lib. 6.*

Nec Conventus, sicut nec Capitulum succedit in collationibus beneficiorum, extra casum suspensionis Prælati ab officio.

Et sic excepto hoc casu, qui specialis est, statur regulæ, quod per negligentiam Prælati inferioris non fit devolutio ad Conventum. Zabarell. Panorm. hîc. & supr. eod. de suppl. neglig. Præl. Philipp. Franc. cap. 1. de major. & obedient. in 6. Felin. cap. iis quæ. extr. de major. & obed. Rota. de suppl. neglig. Præl. in antiquis. gloss. pragmat. de collat. §. si quis. versic. superiorem. & §. statuit. versic. si superiores. C. M.

In eam quæstionem decidendam, remissio ad superiora.

Vide in eam quæstionem concludendam, an Conventus sede Abbatiali vacante, conferre possit beneficia ad solius Abbatis collationem spectantia, quod supra adnotavimus ad cap. 6. si ad solum Abbatem. in glossa verb. pertineat. supr. de regular. in 6. F. P.

Ibidem. §. *Ad hæc.*

Glossa.

In Glossa verb. *Monachis locorum quæ unientur ad claustrum primitus revocandis. Junctis quæ præcedunt in hocce §. de Monachis solis in Prioratibus nequaquam habitandis, & iisdem, si habitationi duorum non sufficiant, vicinioribus locis uniendis.* Ibi. *Si ergo Monachus est perpetuus institutus ad curam populi, & sic nihil habet commune cum Monasterio, socium non habet.*

Monachus in perpetuum ad curam populi deputatus, socium non habet.

Idem Panormit. hîc. & in Clement. 1. supr. de suppl. neglig. Prælat. C. M.

Ibidem. §. *Cæterum.*

Textus.

In Textu. *Priores teneantur in ipsis Prioratibus seu administrationibus, quacumque non obstante consuetudine, residere.*

Notatur hîc contraventio manifesta Reformatorum modernorum statuto Concilii generalis, per uniones prioratuum mensæ principalium Monasteriorum.

Sed hodie in Gallia, non obstante hoc Concilio, contrarium fit per eos quos vocant reformatores, quia statim ab initio omnes prioratus, & membra dependentia, conventualibus actu exceptis, uniuntur, & fructus adferuntur ad mensam capitis seu monasterii principalis, ubi etiam residere compelluntur. C. M.

Ex Bulla reformationis Congregationis sancti Mauri Gregorii XV. officia claustralia mensis Conventualibus uniuntur.

Hodie ex bulla reformationis Ordinis Benedictini, & erectionis Congregationis sancti Mauri, quæ est Gregorii XV. anni 1621. in favorem reformationis, Officia claustralia Abbatiarum & Monasteriorum reformatorum mensæ conventuali uniuntur, salvis Prioratibus ab ipsis Abbatiis & Monasteriis reformatis dependentibus, dum utraque per cessum vel decessum obtinentium eadem vacant, sed cum iidem reformatores aliam Bullam ab Urbano VIII. successore, in ampliationem præcedentis obtinuerint, qua sibi facultatem concedi curaverint, Prioratuum resignationes à non reformatis, vel Commendatariis, eosdem prioratus obtinentibus, acceptandi in favorem Reformatorum sodalium, quorum ministerio sibi fieri procurant, eosdem prioratus Abbatiarum & Monasteriorum reformatorum mensis uniebant, vel suppressos titulos, aut incertos, per incertitudinem eosdem obtinentium, relinquebant, quod cum summæ Christianæ reipublicæ & regularis damno & præjudio verteret, Rex Christianissimus, non tantum prioratuum uniones mensis principalium Monasteriorum fieri prohibuit, sed & eosdem reformatores beneficio novæ Bullæ & ampliativæ Urbani VIII. uti vetuit, cujus tamen Bullæ favori & auxilio innitentes, quotidie prioratuum titulos usurpant, quos omnes ocius sibi adjunxerint, nisi promptius remedium adhibeatur, de quo curandum, & eos quibus incumbit monitos velim. F. P.

In præcedentis defectum, ampliativam Bullam Papæ Urbani VIII. obtinuerunt, qua & prioratuum resignationes in favorem Reformationis (qua eos uti Rex vetuit) & uniones fieri sua declaratione.

Notantur hîc inconvenientia & præjudicia graviora, ab executione earumdem Bullarum prodeuntia, quibus promptius remedium adhibendũ.

TITULUS UNDECIMUS.

De Religiosis domibus, & ut Episcopis sint subjectæ.

Cap. 1. *Cum de quibusdam.*

Glossa.

In Glossa verb. *Cum Beguinæ quam plura periculum animarum patientia faciant & committant sub velamine sanctitatis.* Ibi. *Simulata æquitas duplex est iniquitas, quia malum facit & abutitur bono.*

Simulata æquitas duplex est iniquitas, sicut simulata humilitas major est superbia.

Idem gloss. cap. avaritiæ. in fine. de elect. in 6. sic B. Augustinus ait. lib. unico de sanctis Virginibus. quod simulata humilitas major est superbia. C. M.

Cap. 2. *Quia contingit.*

Glossa.

In Glossa verb. *Quæ ad certum usum largitione*

Source : BIU Cujas

fidelium sunt destinata, ad alium, salva Sedis Apostolicæ authoritate, converti non debent. Ibi. *Nota per hanc litteram solum Papam alterare posse usum illorum quæ per fideles donata sunt.*

Per quos commutatio oblatorum à fidelibus in alios usus fieri possit.

Nisi ad illum usum converti non possit, quia tunc & inferior providet. Lap. Cardin. Florentin. num. 10. Panorm. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quibus vel privilegio Sedis Apostolicæ pertinebit. Junctis præcedentibus in textu, & glossa. De his qui visitare habent & reformare loca religiosa, de jure, statuto, fundatione, vel consuetudine præscripta.* Ibi. *Episcopi à se correctionem vel visitationem hospitaliorum non possunt abdicare.*

Episcopi instare debent visitationi hospitalium, nec possunt hanc curam à se abdicare.

Idem Panorm. Bonifac. de Vitalin. hîc. C. M.

Ibidem. §. *Vt autem præmissa.*

SUMMARIUM. In Summario. *Præcipit hospitalia in titulum non concedi.*

Unde in his de jure non habet locum devolutio. Cardin. hîc. Cald. consil. unico. de suppl. neglig. Præl. sed tamen de facto servatur locum esse devolutioni. C. M.

Hospitalia non sunt beneficia, nec in his locum habet devolutio.

Junge in id quod habet Vid. Conchil. in tract. posthum. libert. Eccles. Gallic. pag. 81. editionis in 4. anni 1650. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Nullus ex locis istis sæcularibus Clericis in beneficium conferatur.* Ibi. *In prima editione Concilii fuerat prohibitum, ne laicis habentibus filios, vel uxorem hospitalia conferantur, quod postea fuit sublatum.*

Hospitalium administratio quibus cõmittenda.

Idem Paul. de Leazaris. Cardin. Florent. Bonifacius de Vitalinis hîc. column. 7. ibi quod etiam mulieri potest committi. C. M.

Vide in id constitutionem Regiam Caroli IX. de mense Aprili anno 1561. quæ conformis est huic Clementinæ, & habetur in collatione Regiarum constitutionum Antonii Fontanonis. tom. 4. pag. 582. & sequ. F. P.

In eam materiam remissio ad ordinationes Regias.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Loca pia sæcularibus Clericis in beneficium non conferantur, nisi per electionem sit providendum.* Ibi. *Per superiorem confirmandam.*

Non dicitur vere electivum beneficium, nisi sit confirmativum, & in titulum possideatur.

Aliàs nullo modo dicitur electivum. Cardin. hîc. & Clement. 1. column. 1. & column. penult. supra. de præb. & consil. 105. Rota. decis. 123. in antiquis. Panorm. cap. nobis. de jure pa. Felin. cap. in nostra. Coroll. 32. de rescript. Oldrad. quæst. 146. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Sed eorum locorum gubernatio viris providis committatur.* Ibi. *Ita hodie sicut olim instituuntur perpetui rectores in talibus locis, & facit littera regere quæ sequitur, & declaranda esset in hoc mens hujus litteræ.* Ibi. *Rectores perpetui.*

Institutio Rectorum perpetuorum, an prævaleat temporalibus administrationibus.

Quod utilius esse dicit Cardinalis hîc. nam crebra mutatio Rectorum loca consumit, & ita docente experientia, etiam hodie observatur, *& sic non opus est declaratione.* C. M.

In eam materiam remissio ad declarationem Regiam Regis Francisci 1. anni 1542. triennalis administrationis abrogativam.

Hoc ipsum utilius declaravit Rex Franciscus I. in sua constitutione contra triennales administrationes Abbatiarum, quas abrogavit dicta constitutione prætorianis Patribus inscripta & eorum scriniis demandata de die 9. Augusti. anni 1542. quoad constitutionem, & de die 22. ejusdem anni, quoad arrestum probatorium ejusdem Regiæ constitutionis. quam inscripsi in secundo volumine Regiorum indultorum. à pag. 644. ad pag. 653. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Et ordinariis, annis singulis de administratione sua teneantur rationem reddere.* Ibi. *Aliàs si terminus statutus non esset, satis videretur sufficere, quod hoc faceret cum requisitus esset.*

Locorum piorum administratores singulis annis rationem reddere debent suæ administrationis ordinariis.

Idem Cardin. Panormit. hîc. Alexand. consil. 1. num. 4. lib. 7. C. M.

Hoc totum adnotatum marginale est Molinæi; à Romanis emendatoribus usurpatum, & nota quod illud quod hîc de ratione administrationis singulis annis reddenda, congruit constitutioni Regiæ Caroli IX. de hospitalibus & leprosariis dicta, quam & Rex noster Christianissimus renovavit, novissimis edictis & declarationibus Regiis, institutionis Equitum & Commendatariorum Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & divi Lazari Hierosolimitani renovatoriis; quarum executionem commisit Comitibus Consistorianis à se delegatis, & in Tribunali Armamentarii Regii Parisiis residentibus, quas omnes videre est in collectione impressa apud Sebastianum *Cramoisi* ad insigne famæ publicæ. F. P.

Renovatio Regia institutionis Ordinis Equitum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & S. Lazari Hierosolimitani, nec non institutio Protribunalis Regii, de leprosariis supreme judicantis.

TITULUS DUODECIMUS.

De jure patronatus.

Cap. 1. *Vt constitutio.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Diœcesani debeant admittere præsentatum (nisi aliud canonicum obsistat.*

Patrono etiam laico præsentante indignum, Episcopus habet providere dignum.

Et tunc de alio providebit Episcopus, si patronus præsentaverit indignum scienter, etiam si sit laicus. Panorm. cap. cum vos. column. 2. de offic. ordinar. C. M.

Intellige nisi patronus laicus varians alium cumulative præsentaverit intra quadrimestre, cum hac limitatione, nisi Ordinarius post indigni refutationem beneficium contulerit, qua de re amplius dixi aliàs. G. D. P.

De variatione patronorum in præsentando, ad authores remissio.

In eo an patronus, sive laicus, sive Ecclesiasticus variare possit, & quando, & quomodo, vide quæ annotavit ipsemet Molinæus, & quæ nos ipsius notæ adjunximus. ad cap. cum autem. 24. de jure patronatus. in glossa. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Diœcesanis inhibentes, ne præsentatum admittant, nisi congrua portio fuerit assignata.* Ibi. *Quid de inferioribus ad quos spectat institutio, solve, in quantum ponit hæc decretalis jus novum, in illis non habet locum.*

Dispositio de non admittendis præsentatis à patronis, & penitus expellendis, ab iis quorum est instituere, nisi congrua portione assignata, includit etiam inferiores, quasi Episcopalem jurisdictionẽ habentes.

Limita secundum Panorm. juxta gloss. Clement. 1. supra. de foro competenti. nisi illi haberent jurisdictionem quasi Episcopalem, excluso Episcopo loci. Bonifac. de Vitalin. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Nec potest negari quin serioſe diœcesanos exprimat, cum hoc sit octies repetitum, supple in textu.*

Expressio diœcesanorum hic, serioſe interpretanda, ut includat solos ordinarios.

Idem Bonifac. de Vitalin. hîc. column. 4. dixi in consuet. Paris. §. 13. gloss. 3. num. 6. C. M.

Maxime in assignanda portione congrua præsentato, quod est jurisdictionis Episcopalis, & id curæ & sollicitudini Episcopi incumbit, dum fundationem à patrono habitam decreto suo confirmat. F. P.

Maxime in portione congrua præsentatis assignanda, quod est jurisdictionis ordinariæ.

Ibidem.

*GLOSSA. In Glossa verb. *Diœcesanis sub obtestatione divini judicii districtius inhibentes.* Ibi. *Sed quæro quid si contra hanc inhibitionem diœcesanus admittat; puto quod cum diœcesanus potestatem non accipiat ab hac constitutione, sed det constitutio jurisdictionem habenti, quod confirmatio contra hanc inhibitionem facta valeat.*

Dispositio hujus Clementinæ non rescindit institutiones eidem contrarias, quia ab ea sanctione instituens ordinarius non recipit jurisd.ctionem.

Idem Zabarell. Panorm. hîc. Petr. Ancharan. repetit. cap. ea quæ. column. 3. de regul. jur. in 6. Ægid. Bellam. decis. 696. in fine. Alexand. in leg. 1. in princip. column. 2. ad leg. falcid. Felin. cap. cum dilecta. column. 9. de rescript. in cap. ex parte. & ibi Philipp. Decius. column. 2. ubi dixi. de constit. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ipsorumque diœcesanorum in id conscientiam oneramus.* Ibi. *Quod si appellarent patroni*

Source : BIU Cujas

& Presbyter, dicens quod portio non sufficit, Episcopus non deferret, fateor tamen quod superior emendaret.

Ab eo cujus conscientia oneratur non satisfaciente, non appellatur via justitiæ, sed ad superiorem via misericordiæ.

Glossa in §. assessorum. cap. statutum. & ibi Gemin. de rescript. in 6. & sic ab eo cujus conscientiæ commissum non provocatur via justitiæ, sed misericordiæ, implorato superioris officio. Lap. alleg. 161. Felin. cap. significasti. infr. de homicid. fallit in his quæ sunt magni præjudicii. Bald. leg. 1. cod. de reb. cred. Ægid. Bellam. decis. 18. Philipp. Corneus. consil. 348. litt. 10. lib. 1. Anton. Corset. de potest. reg. fol. 3. & in repert. verb. appellari. C. M.

Cap. 2. *Plures.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Plures ab uno ex patronis Ecclesiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt in præsentatione Rectoris.* Ibi. *Licet forsan, ut dicebat Innoc. pinguior sit vox illius qui plus habet in hæreditate.*

De pluribus hæredibus uni patrono succedentibus ut uni jure patronatus participantibus.

Contrarium tenet Bonifac. de Vitalinis. hîc. columnn. 3. dicens quod non est apud aliquem singulariter, sed apud omnes simul & collective, sed opinio Innocent. prævalet. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi *Et forsan non esset absurdum statuere, quod nullo casu in extraneos, id est non descendentes, posset transmitti.*

Nihil contra jus patronatus laicum statuere potest S. P.

Sed hoc Papa non posset, quia non potest semel derogare, quod minus est, ut dixi in reg. de infirm. num. 30. cum sequenti. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Patronos inter se posse libere convenire de rectore.* Ibi. *Et eadem ratione videretur patronos plurium Ecclesiarum posse inter se dividere, scilicet ut unus sit patronus in una, & alius in alia.*

Patroni possunt dividere inter se jus patronatus.

Idem Paul. de Leazar. Ancharan. num. 13. Bonifac. de Vitalin. columnn. final. C. M.

In usu & executione juris patronatus, ut plurium res debet reduci ad unitatem, & in id remissio ad authores.

Mens & finis hujus Clementinæ est reductio exercitii & usus juris patronatus ad unum, ut discordia plurium patronorum in præsentationis actu dissidentium evitetur, qui est unicus Ecclesiæ scopus, quæ pacem & unitatem ubique sectatur, adde in id Francisc. *de Roye* Andeg. Antecessorem in tractat. de jure patronat. in prolegomenis. cap. 19. F. P.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

Cap. 2. *Ad nostram.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Prælati visitationis causa accedentes ad Monasteria Cistercienſium, nec compositiones super procurationibus initas servant.* Ibi. *Compositio per quam tollatur procuratio debita visitanti, non valet, sed compositiones super modo procurandi.*

Compositio, ut & præscriptio super procuratione, ut omnino tollatur, non valet, sed super modo procurandi.

Idem Panorm. Felin. cap. cum ex officii. de præscript. C. M.

Idem servandum in compositione decimarum.

Idem de decimis, quæ in totum compositione, aut præscriptione tolli non possunt, sed super modo decimandi de quota aut quantitate decimarum, non vero de jure decimandi, quod constantissimi juris est. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa. verb. *Et nisi voluntati satisfiat, eorum Monasteriorum valvæ frangantur. Junctis præcedentibus. De visitatione Monasteriorum.* Ibi. *An hæc liceant etiam habenti bonam fidem, plene scripsi post Innocent. de immun. Eccles. cap. 1.*

An non admittentibus Monachis visitationem Ecclesiarū valvæ frangendæ.

Et ibi Panorm. late. Petr. Ancharan. repetit. cap. sine possessione. de reg. jur. in 6. C. M.

Cap. 3. *Præsenti.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Qui ab Ecclesiis, vel à personis Ecclesiasticis, pro rebus Ecclesiæ, quas non negotiandi causa deferunt, pedagia exigunt.* Ibi. *A contrario datur intelligi, quod in his quas causa negotiandi deferunt non gaudent immunitate.*

Ecclesiastici, in iis quæ deferunt non negotiandi causa, gaudent immunitate, in aliis quæ deferunt negotiandi causa, secus.

Idem Bonifac. de Vitalin. hîc. Francisc. Ripa. de rescript. respons. 22. columnn. 2. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi *Si quæstio sit, an res Clericorum deferantur negotiationis causa, vel non, videntur committendum juramento deferentium.*

Quæstio an res Clericorum deferantur negotiandi causa, vel non, decidenda juramento deferentium.

Panorm. hîc. Francisc. Ripa. tract. de peste. fol. 97. vers. sic. in parvis. C. M.

Vide in id quæ adnotavi post Molinæum. ad cap. ex litteris. 16. in epigraphe & inscriptione. de vita & honest. Cler. apud Gregor. & ad cap. unicum. in textu. de Clericis conjugatis in 6. & quæ ibidem addidit Domin. G. D. P. F. P.

In præcedentem materiam ad alios Molinæi locos remissio.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De celebratione Missarum, & de aliis divinis Officiis.

Cap. 2. *Dignum prorsus.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quorumcumque Pontificum commensales, in divinis Officiis recitandis Prælatis se possint coaptare.* Ibi. *Electos confirmatos nondum consecratos non videtur includere.*

De commensalibus Prælatorum in recitatione Officii connectendis.

Idem Paul. de Leazar. Joann. de Lignano. Imol. Zabarell. hîc. & Felin. cap. eam te. de rescript. C. M.

Ut idem Officium & easdem Horas Canonicas recitare possint, quamvis sint aliarum diœceseum Clerici, sunt & alia privilegia commensalium Cardinalium & aliorum Prælatorum, quæ passim occurrunt. F. P.

De privilegiis commensalium Cardinalium & Prælatorum quorumlibet.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

De Baptismo & ejus effectu.

Cap. unicum. *Præsenti.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Ne quis in aulis, vel privatis cameris, nisi Regum vel Principum liberi extiterint, baptisare audeat.* Ibi. *Absit ergo quod illos, quanticumque sint potentatus, hæc constitutio privilegiet, de tyrannis intellige.*

Tyranni veris Principibus non coæquandi, in prærogativam filiorum suorum in aulis suis baptisandorum, & aliis.

Quibus cum nulla societas, sed necare honestum, Cicer. lib. 4. de officiis. Lucas de Penna. leg. 1. columnn. 3. ut armorum usus. lib. 11. cod. Joann. de Terra-Rubea. fol. 47. & ait Sapient. cap. 16. oportebat illis sine excusatione quidem supervenire interitum exercentibus tyrannidem. & Proverb. cap. 28. leo rugiens & ursus esuriens Princeps impius super populum pauperem, differentias utriusque vide in meo tract. usurar. in fine. C. M.

Notatur Molinæus hic in odio latius prosequendo contra tyrannos.

Miror Molinæum in hac nota, in eum excessum odii contra tyrannos erupisse, ut diceret cum Cicerone pagano & ethnico tyrannos necare honestum, quæ vox indigna est Christiani hominis & Catholici, & Regum amore maximo flagrantis, ut erat Molinæus, & sacratum sanctionum Concilii generalis Constantiensis decretis adversa, in quo sessione 15. illa propositio & assertio damnata, quemlibet tyrannum occidi posse & debere licite & meritorie, per quemcumque vasallum suum vel subditum, etiam per insidias, & blanditias vel adulationes, non obstante quocumque juramento seu confœderatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato Judicis cujuscumque, referente illustrissimo glossatore pragmaticæ sanctionis Præside Guimierio. titulo & decreto de author. generalis Concilii. cap. sacrosancta. in verb. *extirpatione.* quam & condemnavit sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, censura sua, quæ litteris patentibus Caroli VI. Regis de die 27. Decembris anni 1414. confirmata, quas inscripsi in supplementis nostris pragmat. sanctionis. à pag. 1035. ad pag. 1041. quas consule in specialem commendationem ejusdem Facultatis, & à Romana Sede habitam, ut decebat. F. P.

Laudatur hîc sanctio sacrosancti Concilii Constantiensis de prohibita tyrannorum occisione.

Laudatur & censura sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis ejusdē propositionis, & in eam remissio in supplementis pragmaticæ.

Ibidem.

In Glossa verb. *Nisi extiterint Regum liberi. Jun-* GLOSSA.

ctis præcedentibus. De baptiſmo Principum. Ibi. *An de naturalibus non legitimis, verius videtur illos non comprehendi.*

Privilegium non includit filios naturales & illegitimos,

Idem Bonifac. de Vitalin. column. 3. num. 56. C. M.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De relliquiis & veneratione Sanctorum.

Cap. unicum. *Si Dominum.*

GLOSSA. In Gloſſa in principio. Ibi. *Præſupponendum quod Vrbanus Papa Gallicus fecit conſtitutionem in id quod feria 5. poſt feſtum Pentecoſtes celebretur feſtum de Corpore Chriſti.* Ibi. *Vrbanus Papa Gallicus.*

Ex Trecis anno 1261. C. M.

Ad hiſtoriam temporis de celebratione feſti Corporis Chriſti.

Hîc corrigenda gloſſa ex textu. infra. verſic. nos itaque. & addendum ibi feria 5. poſt feſtum Pentecoſten poſt octavam. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *Et quia illa conſtitutio Vrbani non fuit recepta ab omnibus*

Nota etiam ad hiſtoriam temporis, ſed parum catholica.

Nec publicata, ſed tamquam novitas à multis ſpreta, per 56. annos, videlicet uſque ad ſecundum annum Joann. XXII. qui has Clementinas publicavit, poſt mutationem quatuordecim Pontificum qui inter ſe & Urbanum IV. fuerunt, & ſic mille trecentis annis Eccleſia caruit. C. M.

Cenſura ad notas Molinæi Præcedentes & ſubſequentes.

Vide notam ſubſequentem Molinæanæ additam, ut cunctis pateat nos illam notam & ut ſimiles improbare. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Intelleximus quibuſdam Catholicis divinitus revelatum feſtum hujuſmodi generaliter celebrandum.* Ibi. *Mihi autem revelatur quod hoc feſtum adjungetur ad alia. Juncta inſcriptione. Clemens V. in Concilio generali.*

Nota etiam ad hiſtoriam temporis ejuſdem ingenii & perverſæ doctrinæ Molinæanæ.

Sed à quo revelatur, nec à ſpiritu erroris, plus enim ducenti anni à tua morte lapſi ſunt, nec tamen hoc feſtum illis additum fuit, nec integrum addi. C. M.

Nota ad præcedentem Molinæi notam.

Videretur addendum hîc in fine verb. *nec integrum addi* illud verbum, *meruit*, ut ſenſus compleatur, verum & totum illud additum eſt deſumptum ex editione anni 1553. videretur potius omnino expungendum ex mente ſubſequentis notæ quæ eſt Nicolai *Frerot.* hîc & multis aliis in locis fallitur Carol. Molin. vir quidem clariſſimus ſed cujus mentem plerumque excæcavit pater mendacii Nicol. *Frerot* cui & ipſemet aſſenſus fuit & tamen Dom. Franciſc. *du Cheſne* filius Andreæ in vita & geſtis Gallorum Cardinalium, quas edidit in vita Urbani IV. pag. 244 erroneam putat, quod dicitur vulgo ex revelatione Monialis Leodienſis Evæ dictæ hoc feſtum inſtitutum. F. P.

Cenſura Nicolai *Frerot* præcedentium notarū Molinæanarū de feſto Corporis Chriſti cui & noſtra accedit.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De immunitate Eccleſiarum.

Cap. unicum. *Quoniam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quoniam ex conſtitutione Bonifacii Papæ VIII prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Clericis laicos.* Ibi. *Et Rex Franciæ, qui fuit cauſa paſſiva conſtitutionis, fuit activa cauſa revocationis.*

Nota ad hiſtoriam temporis de Clemente Papa V. & Philippo Gallorum Rege.

Quam apte loquitur gloſſa, Rex enim Philippus IV. dictus Pulcher juvit Clementem ut in Papam eligeretur, diſſimulans ob id rediiſſe in gratiam cum eo, qui prius Anglis favens inimicus erat; ideo Clemens beneficii memor, & Curiam in Gallias Avenionem tranſtulit, & cap. Clericis laicos. & extravagantem Unam ſanctam, quam in odium Domini Regis Bonifacius VIII. ſanxerat, revocavit, Templarioſque damnavit, in Domini Regis gratiam, ut refert Alber. in dictionario. verſ. Templarii. C. M.

Quid Clemens V. ſummus Pontifex creatus in favorem Regis & Regni Franciæ fecerit.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Conſtitutiones prædictas haberi volumus pro inſertis, ſupple conſtitutionem Clericis laicos, & ad declarationem ad iſtam, & extravagantem unam ſanctam.* Ibi. *Vide quanta ſit Papalis poteſtas circa ea quæ ſimpliciter ſunt de jure poſitivo, quia revocat illa ut extunc.*

De poteſtate Pontificum in revocandis conſtitutionibus prædeceſſorum ſuorum.

Gloſſa ſingularis. Cardin. hîc. Philip. Decius. conſil. 252. ad finem. ubi dixi. C. M.

De ea poteſtate diſpenſandi adverſus conſtitutiones prædeceſſorum, quæ ſunt de jure mere poſitivo, egimus in tractatu noſtro & avitino. de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verb. definitionis. *idoneo.* cap. 2. de diſpenſationibus Eccleſiaſticis. num. 18. F. P.

In eam dem materiam ad alios locos remiſſio.

LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Cap. 1. *Inter ſollicitudines.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Inter ſollicitudines. Juncto textu per totum. & ſummario. De Magiſtris ſcholas regentibus in ſtudiis Romanæ Curiæ, Pariſienſis, Oxonienſis, Bononienſis, & Salamantinæ inſtituendis.*

Ad hiſtoriam temporis de inſtitutione ſcholarū in diverſis academiis.

Hæc confirmata & ſervari juſſa in Concilio Baſileenſi ſeſſione. 19. celebrata 7. idus Septembris 1343. C. M.

Cap. 2. *Cum ſit unius.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si ſecus fecerit, id eſt ſi qui doctoratum confert, non exegerit juramentum, quod promovendus ad doctoratum ultra trium millium argenteorum Turonenſium non inſumpſerit, à collatione Magiſterii, ſeu doctoratus per ſex menſes ſequentes, eo ipſo ſe noverit ſuſpenſum.* Ibi. *Si autem pendente primo ſemeſtri violet hanc conſtitutionem, an ſtatim currat ſecundum ſemeſtre, & communiter tenetur, quod non fit duplicatio totius, ſed ſtatim poſt ſecundam tranſgreſſionem inchoat ſecundum ſemeſtre.*

Idem Panorm. & generaliter procedit ubi tempus habet determinatum principium & finem, ſecus ſi determinandum per Judicem, argumento legis aut damnum. §. quiſquis. de pœnis. Philip. Franc. poſt Bald. cap. in pœnis. de reg. jur. in 6. adde Oldrad. quæſt. 50. Alber. 2. ſtatut. quæſt. 165. gloſſ. pragmat. ſanct. de pignor. cultum divinum. verb. *trium.* C. M.

Si tempore contraventionis pendente, occurrat ſecunda, duplicatur tempus per totum.

Et de æſtimatione argenteorum Turonenſium, de quibus hîc agitur. Vide Didac. Covarruv. in veter. collatione numiſmatum. cap. 3. §. 2. num. 8. F. P.

De æſtimatione argenteorum Turonenſium, ad authores remiſſio.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Noverit ſe ſuſpenſum. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Vbi aliud non apparet, Epiſcopus conferet cum Capitulo ſcilicet doctoratum.*

Ubinam Epiſcopus cum Capitulo collator eſt Magiſterii.

Vide Alexand. conſil. 110. num. 2. lib. 6. ubi dixi. C. M.

TITULUS SECUNDUS.

De Judæis & Sarracenis.

Cap. unicum. *Cedit quidem inoffenſam.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sarraceni, ſive Sacerdotes illorum Zabazala vulgariter nuncupati.* Ibi. *Erratum eſt in vocabulo.*

Source : BIU Cujas

vocabulo, quia duo habent genera Sacerdotum. & cætera.

Ad hiſtoriam de ſacerdotibus Sarracenorum & Turcarum.

De genere & ſuperſtitione Turcarum. cap. 13. & ibi. cap. 20. cap. 22. de Relligioſis eorumdem. & quibus præſtigiis quæſtus cauſa Sacerdotes ſuos ordinarios, quin etiam Principes ſuos ludunt. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Ad locum, ubi quidam ſepultus extitit Sarracenus, permixtum cum Chriſtianis ibidem habitantibus, magna confluit multitudo.* Ibi. *Communiter habemus quod fuerit Machometus de quo præmittit.*

Ad hiſtoriam Turcarum & varios authores de ea tractantes remiſſio.

Imo quia Machometus eſt trans Hieroſolimam ſexaginta dierum itineri: Turcæ plures habent tutelares divos quos invocant, eiſque vota faciunt & ſolvunt, & quoſdam ſectæ ſuæ ſanctos, quorum ſepulchra venerantur, & adeunt, inventum ſcilicet Sacerdotum & Relligioſorum ſuorum, etiam contra Alchoranum, & Machumetis, qui hæc vetuit, præcepta, quæ, ubi quæſtus imminet, diſſimulant, & de his loquitur hîc textus. Vide dictum tractat. de morib. & condit. Turcar. cap. 10. 11. 12. & 13. quæ quidem Senonenſis cubicularius ſibi attribuit. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De hæreticis.

Cap. *Noſtrorum.* §. *Propter quod.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Inquiſitor ſine Epiſcopo, vel Epiſcopus ſine Inquiſitore, hæreticos tormentis exponere non valeat, aut ad ſententiam procedere contra illos.* Ibi. *Sed numquid pro eis, poſſet alter ſine altero definire, ita, ſi abſolvit, remanet jus antiquum.*

Qui non poteſt condemnare ſine aſſeſſore, poteſt tamen ſolus abſolvere.

Idem Imola. Zabarell. Panorm. hîc. Jaſon. leg. qui condemnare. column. 2. de re judic. Philipp. Decius. leg. nemo qui condemnare. column. 2. de reg. jur. & bene. quamvis contrarium teneat Felin. cap. non poteſt. column. 1. de re jud. Franciſc. Aretin. Socin in rubr. de adquir. poſſeſſ. & Petr. Ancharan. hîc. num. 6. dubitat, magis inclinando contra gloſſam. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Vel Epiſcopali Sede vacante Capituli ſuper hoc delegato. Junctis præcedentibus, quorum & illud ſequela eſt.* Ibi. *An Sede vacante, Capitulum poſſit viſitare, & debeat procurari, & quod poſſit, allegat, quia Epiſcopus id poteſt, & eſt juriſdictionis in qua ſuccedit Capitulum.*

Capitulum Sede vacante, poteſt & ſine aſſeſſore abſolvere, & viſitare, & debet procurari.

Hoc indiſtincte tenet Panorm. cap. cum olim. column. 4. de major. & obed. & ſentit Zabarell. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Poſtquam ſe invicem requiſierint. Junctis præcedentibus. De Epiſcopo & inquiſitore, vel delegato Capituli, Sede vacante, ſe invicem requirentibus.* Ibi. *Et puto ſufficere unam requiſitionem.*

Epiſcopus, Inquiſitor, & Capituli Sede vacante delegatus, debent unicè requiri, ut rite procedant.

Idem Imol. Panormit. Zabarell. hîc. Felin. cap. ex litteris. column. 4. de conſtit. Panorm. cap. ego N. de jure jur. Gemin. cap. ſi contra. de offic. deleg. in 6. Roman. ſingul. 414. & conſil. 407. Alexand. conſil. 81. lib. 4. ubi dixi. C. M.

Ibidem. §. *Verum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Qui inquirere habent, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, quod ceſſaverint in inquirendo.* Ibi. *An hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus, Joann. tenet quod ſic.*

Hæreticus occultus non eſt excommunicatus, quia actus pure interior non eſt de foro hominũ.

Idem Panorm. Bonifac. & omnes canoniſtæ. hîc. & ubique. ſed quidquid dicant, veritas eſt in contrarium, ut etiam melius tenent Theologi, quia actus pure interior non eſt de foro hominum. Gabriel Biel. lect. 62. Jacob. Alcmain. in 4. ſentent. diſtinct. 17. quæſt. 1. & diſtinct. 25. quæſt. 5. Petr. Sutoris. de poteſt. Eccleſ. nec non Bald. noſter. in leg. ult. in fine. cod. de hæred. inſtit. C. M.

Ad illud accedit quod & dicitur in jure canonico, quod peccata latentia non inducunt irregularitatem, quod probat Molinæus, & variorum Canoniſtarum authoritatibus confirmat contra gloſſam. in cap. niſi cum pridem. 10. in verb. *ſi tamen culpa latet.* ibi. argumentum quod peccata latentia faciunt homines irregulares. de renunciat. apud Gregor. quod & fuit confirmatum celebri arreſto in publicis cauſarum actionibus prolato, ex catalogo Carnotenſi continuato recitatis die ultim. Auguſti 1654. Franciſco Montholonio orante pro Simone *Houdri* Archiepiſcopi Turonenſis Officiali & Vicario generali, appellante & in cauſa novitatis & poſſeſſoriæ, reo ſimul & actore Ludovico *du Bois* pro quodam Arverno, beneficia quæ dictus *Houdri* obtinebat impetrante in Curia Romana ex cauſa devolutionis, eo colore & pretextu quod dictus *Houdri* anno 1616. dum proſequendis ſtudiis incumberet, homicidio à ſodalibus patraro interfuerat, & de actione criminali & extraordinaria tranſegerat, atque etiam litteras quas vocant remiſſionis & condonationis obtinuerat, nullo tamen abſolutionis reſcripto in Curia Romana impetrato, antequam ad Clericatum & beneficia promoveretur, intimato & actore, Hieronymo Bignonio partes Regias tuente & defendente & dicto *Houdri* ſuffragium ſuum præbente, namque devolutarius ex eo prætenſæ devolutionis articulo excluſus & ſubmotus fuit ab impetratione, ea ratione quod culpa tamdiu latuiſſet, ut irregularitatem, ſi qua ex delicto Regiis codicillis condonato & remiſſo proveniſſet, obtegere debuiſſet & delere, tot & tamdiu peractis & reiteratis pœnitentiis & ſacrificiis, ſed ea maxime ratione Theologorum, quam Molinæus contrariis Canoniſtarum ratiunculis, præſertim nota, quod actus interior non ſit de foro hominum. F. P.

Peccata latentia non inducunt irregularitatem, & in id remiſſio ad Molinæi locum.

Peccata latentia non inducunt irregularitatem, & in id arreſtum Senatus Pariſienſis.

Actus interior non eſt de foro hominum.

Cap. 2. *Nolentes.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Nolentes ſplendorem negotii fidei inquirendæ tenebroſi fumi caligine obfuſcari.*

De abutentibus miniſterio inquiſitionis puniendis.

Semper enim inventi ſunt inquinatores hujuſmodi, qui alii ignorantia, alii malitia, fidei prætextu, veris fidelibus negotium faceſſerent: quoſdam etiam ob id deprehenſos & damnatos vidimus. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. verſus finem. Ibi. *Quod ſi taliter ea ſciverunt, ut ea probare valeant. Junctis præcedentibus. id eſt abuſus Officialium inquiſitionis, Prælatis Inquiſitorum & Commiſſariorum ſollicite nunciare debeant.*

De moderando ardore Inquiſitorum & eorum Officialium.

Aliàs non. Zabarell. & alii hîc. Paulus Picus. leg. ut vim. de juſtit. & jure. Angel. Clavaſ. verb. *denunciatio.* in fine. verſ. familia. §. 2. Albert. 2. ſtatut. quæſt. 175. Barbatias. inter conſil. Alexand. conſil. 55. num. 4. lib. 4. ubi dixi. & ad Philipp. Decium. cap. novit. num. 23. de jud. Alciat. in leg. bona fides. gloſſ. 2. column. 2. depoſiti. quod eſt contra furorem quorumdem Theologaſtrorum, quos 1542. & aliàs ſæpius totus mundus vidit uri cupidine fundendi ſanguinis, & rempublicam perturbandi concitando omnes etiam contra parentes & ſuperiores deferre quæ probare non poſſent. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum.

Hujus ſupra adnotati Molinæani poſterior pars incipiendo ab iis verbis, *Quod eſt contra uſque ad finem*, deſumptum eſt & hîc adſcriptum ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Cap. 3. *Ad noſtrum.*

GLOSSA.

In Gloſſa verb. *Quod homo in vita tantum & talem perfectionis gradum poteſt adquirere, quod reddatur penitus impeccabilis, qui eſt primus error Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, hoc capitulo damnatorum.* Ibi. *Sed Hieronymus contra Jovinianum probat hominem etiam perfectum, in via peccare poſſe, exemplis Davidis, Salomonis, Joſue, Petri, & aliorum prælectorum, qui in via peccaverunt.* Ibi. *Illud idem probans.*

Source : BIU Cujas

Nemo in vita impeccabilis.

Et bene. quamvis etiam oratio dominica, quæ omnibus. Mathæi. 6. præcipitur, & sic etiam sentit quamdiu hîc vivunt peccata habent, quæ orant dimitti, etiam ipsa Ecclesia in terris agens, quæ non est aliud quam Sancti ibi militantes. C. M.

Nota ad præcedentem notam Molinæi, & in eam probandam ad authores remissio.

Hoc totum Molinæi adnotatum desumptum est ex ejusdem editione anni 1553. quod hîc adscripsi; quibus addi possit quod habetur Proverbiorum. cap. 24. vers. 16. septies in die cadet justus & resurget, ubi notandum quod in aliquibus lectio. non additur in diem, aliis sic legitur, adde quod dicitur. 3. Reg. cap. 8. vers. 46. non est enim homo qui non peccet, & Epist. Joann. 1. cap. 1. vers. 8. si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Nam ut dicunt si quis semper posset proficere, posset esse aliquis Christo perfectior.* Ibi. *Hoc est falsum, non ergo facienda æquatio finiti ad infinitum.*

Nulla creatura æquanda Christo.

Bona probatio, sed fortior & clarior ex simplici verbo Dei. Joann. 1. de plenitudine ejus omnes accepimus, & quod non huic ad mensuram. Joann. 3. in fine. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Secundus error Beguardorum & Beguinarum, quod jejunare non oportet hominem perfectum.* Ibi. *Hoc est hæreticum, Paulus ergo, qui perfectissimus fuit, per jejunia & corporalia exercitia castigabat corpus suum.*

Omnibus jejunandum, & corpus suum castigandum.

Pie & sancte, prout corporis sui & ministerii ratio exigebat, non ad certas constitutiones, nec ex ullo præscripto alieno; quis enim præscribet alii, qui nescit quid sit in eo. C. M.

Nota ad hanc Molinæi notam.

Hoc etiam Molinæi adnotatum desumptum fuit ex editione anni 1553. quod ad improbationem Ordinum regularium, & eorumdem regulas convellendas, & sic improbandum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui & rationi subjecta, quod homo potest libere corpori concedere quidquid placet.* Ibi. *Dicunt isti, scilicet Beguardi & Beguinæ, licere quod libet.*

Error Beguardorum & Beguinarum quod homini perfecto licet quod libet.

Ut nuper impii Anabaptistæ, quibus profligatis, impii quidam ac Clancularii libertini aut manifesti Epicurei successerunt, quos Joann. Calvinus libro edito acriter confutavit. C. M.

Nota in Molinæi notam.

Et illud Molinæi adnotatum desumptum ex editione anni 1553. & hîc adscriptum. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Octavus error, quod in elevatione Corporis Christi non debent perfecti assurgere, nec ei reverentiam exhibere.* Ibi. *Omnes quantumcumque perfecti tenentur determinato tempore sumere Corpus Christi, non solum per præceptum Ecclesiæ, sed etiam per præceptum Christi. Joann. 6. nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c.*

Error Beguardorum & Beguinarum, nec non ipsius Molinæi de vero Corpore Christi in sacramento Eucharistiæ.

Sed ibi loquitur de fide in Verbum incarnatum, & pro nobis immolatum, ut ibi sese exponit, dicens hoc est opus Dei, ut credatis in eum, & qui credit in me, non sitiet unquam, & qui credit in me habet vitam æternam. verba erant ex tunc vera & efficacia, etiam ante hoc Sacramentum, postea non solis Apostolis, sed omnibus institutum. C. M.

Nota ad hanc Molinæi notam.

Et illud Molinæi adnotatum desumptum ex editione sua anni 1553. quod nescio an illud omiserit in hac editione anni 1559. ut se corrigeret, sed tamen idem tenet in opere à se edito anno 1565. de unione & collatione quatuor Evangelistarum. ad verb. Mathæi. cap. 26. vers. 26. Marci. 14. vers. 22. *Hoc est Corpus meum*, & de eo errore Beguardorum & Beguinarum in adoratione Corporis Christi in ipsius elevatione in Concilio generali Viennensi condemnato. Vide Steph. Durant. de ritibus Ecclesiast. lib. 2. cap. 4. num. 3. Claud. Expens. lib. 4. de adorat. Eucharistiæ. cap. 24. pag. 141. & 142. & lib. 2. cap. 16. sub finem. ubi & quod dicitur hîc. in elevatione Corporis Christi assurgendum, non accipiendum ut in lectione Evangelii, sed quod sit ab alterius contemplationis actu cui fideles vacaverint assurgendum, & unice insistendum adorationi Corporis Christi. F. P.

Notatur error Molinæi de vero corpore Christi in Sacramento à se negato.

In hunc errorem Beguinarum & Beguardorum explicandum, ad authores remissio.

TITULUS QUARTUS.

De homicidio voluntario vel casuali.

Cap. unicum *Si furiosus.*

* GLOSSA. In Glossa verb. *Si furiosus infans, vel dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit.* Ibi. *Nota quod ad irregularitatem, mutilationem homicidio comparari.*

Ex quibus casibus nascitur irregularitas in mutilatione vel occisione.

Idem si prorsus debilitetur. Clavas. verb. *homicidium.* 5. quæst. 5. C. M.

TITULUS QUINTUS.

De usuris.

Cap. unicum. *Ex gravi.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Quibusdam statutis imposita plerumque usuras repetentibus onera.* Ibi. *Fertur quod Pergami hoc statutum, deducunt ergo naturalem obligationem in civilem.*

De obligatione naturali in civilē deducta, & de lædione proximi vel charitatis in usurarum exactione damnata.

Idem Ancharan. & Zabarell. hîc. quæst. 20. nisi hoc adjecto, quod promittens non plus obligetur, quam aliàs, citra pactum; ut sentit S. Thom. 2. 2. quæst. 78. quod & frivolum, dic inspiciendum an proximus vel charitas lædatur, ut dixi in tract. usur. num. 10. num. 27. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Statuta de cætero facere quod solvantur usuræ, vel quod soluta non repetantur.* Ibi. *Quid si fiat statutum quod nullus recipiat pro usura ultra duos denarios in mense pro libra.*

De statutis circa modum usurarum, & de dextante.

Habente viginti duodenos, est dextans usura jure civili prohibita, ut clare docui in tract. usurarum. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. *Junctis præcedentibus. In superiori glossa videtur quod locum habet usura.* Ibi. *Contrarium puto.*

De eadem materia quæ supra.

Idem Conrad. de Summenhart. tract. de contract. fol. 75. Philipp. Franc. cap. 1. de æt. & qualit. ordin. in 6. Alexand. consil. 17. num. 4. lib. 2. Philipp. Corneus. consil. 235. lib. 2. Alciat. de verb. signif. lib. 2. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De excessibus Prælatorum.

Cap. unicum. *Frequens.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Episcopi ab exemptis ad Ordines præsentatos Monachos nolunt admittere, nisi ponant obedientiam in præsentatione litterarum.* Ibi. *Fit ergo præsentatio per litteras.*

Præsentatio debet fieri per litteras.

Lapus. allegat. 75. Roch. Curt. de jure patronat. C. M.

Nota ad emendationem Romanorum,

Et hæc brevior citatio Molinæi à Romanis emendatoribus usurpatur hîc & margini suæ adscribitur. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ecclesias ad mensas Abbatum spectantes Clericis suis conferunt.* Ibi. *Sed quæritur quæ Ecclesiæ proprie dicantur de mensa Prælatorum, & videtur quod illæ sunt, quæ mensis eorum unitæ, in tantum quod Rectorem vel Vicarium perpetuum non habent alium, quam illum cui facta est annexio.*

Quæ sint Ecclesiæ quæ dicantur de mensa Abbatum vel Prælatorum.

Philipp. Corn. consil. 262. lib. 3. Francisc. Ripa. de rescript. respons. 18. C. M.

Source : BIU Cujas

TITULUS SEPTIMUS.

De privilegiis & exceſſibus privilegiatorum.

Cap. 1. *Relligioſi.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Relligioſi qui quemquam parochianum à pœna & culpa abſolvere præſumpſerint, ut verbis eorum utamur, excommunicentur. Juncta Inſcriptione. Clemens V. in Concilio Viennenſi.*

Nota Molinæi paululum liberior in Monachos de abſolutione à pœna & culpa.

Igitur hæc verba ſunt inventum Monachorum, ut hîc. & quæſtuariorum, de quibus infra. de pœnit. & remiſſ. Clement. abuſionibus. §. 1. non recepta nec approbata ab Eccleſia, nec in illo quidem Concilio Viennenſi. C. M.

Nota ad notam Molinæanam. Et hæc deſumpta ex editione Molinæana anni 1553. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quos etiam locorum Ordinarii excommunicatos faciant publice nunciari. Junctis præcedentibus. de Relligioſis parochianos alienos abſque Preſbyteri parochialis licentia abſolventibus.*

Relligioſi abſolventes alienos parochianos abſque licentia parochi, citari poſſunt coram Officiali reſponſuri.

Ergo ad inſtantiam promotoris, vel parochi citari poſſunt coram Officiali diœceſani viſuri has pœnas & cenſuras incurriſſe. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Relligioſi qui parochianos ſine Preſbyteri parochialis licentia abſolvunt.* Ibi. *An vero conſtitutio includat Relligioſos præfectos parochialibus Eccleſiis, quoad non ſuos parochianos, dubitatur, vide quod dixi ſupr. ead. compil. de decimis. cap. 1. in 1. gloſſa. quod non.*

De Relligioſis Eccleſiis parochialibus præfectis, alienos parochianos abſolventibus.

Zabarell. Bonifac. de Vitalin. column. 1. C. M.

Cap. 2. *Archiepiſcopo.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Archiepiſcopo per quævis loca exempta ſuæ provinciæ facienti tranſitum, ut crucem ante ſe libere portari faciat, benedicat populo, divina Officia in pontificalibus celebret, præſentis conſtitutionis ſerie duximus concedendum.* Ibi. *Per qualibet loca exempta.*

De exemptis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in territorio & plebe ſibi ſubmiſſa habentibus, vel non.

Quæ licet non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi. Felin. in cap. grave. de offic. ordinarii. Limita, niſi talis ſit exemptio, quæ etiam habeat ſuam diœceſim, & jura quaſi Epiſcopalia, ut Eccleſia ſancti Martini Turonenſis, quæ quamvis ſit incluſa, tamen non eſt de diœceſi, nec in diœceſi Turonenſi, unde Canonici divi Martini Archiepiſcopum Turonenſem, cum cruce erecta venientem expulerunt, & crucem fregerunt, nec aliud Archiepiſcopus facere valuit, quam eos interdicto *uti poſſidetis* convenire coram Judice ſæculari, prætextu quaſi poſſeſſionis, de qua in hac Clementina, & adhuc lis pendet in Parlam. Pariſ. quod nota pro Abbate ſancti Dionyſii, & ſimilibus. C. M.

De diœceſanis & Prælatis habentibus juriſdictionem Epiſcopalem vel quaſi, & vide gloſſam Clementinæ unic. quamvis. in verb. *diœceſanis.* de foro compet. & quod ibi addidimus poſt notam Molinæi, item ejuſdem Molin. notam in Clement. 1. diœceſanis. in verb. *diœceſanis.* de vita & honeſt. Cler. item notam ejuſdem Molinæi. ad cap. 9. quod ſuper his. in gloſſa. in verb. *diœceſani.* ibi. *habentes populum.* de major. & obed. apud Gregor. vide & gloſſam pragm. ſanct. tit. de ſpectaculis in Eccleſia non faciendis. in principio. in verb. *benedicunt.* & de Archiepiſcopo præferenti crucem in qualibet parte ſuæ diœceſis, vide libellum in id expreſſe editum à Dom. Andr. *du Sauſſay*, tunc Paſtore vigilantiſſimo Eccleſiæ ſanctorum Lupi & Ægidii Pariſ. ac demum Epiſcopo Tullenſi de modo præferendi crucem ante majores Prælatos. F. P.

Remiſſio ad tractatum de modo præferendi crucem ante majores Prælatos.

TITULUS OCTAVUS.

De pœnis.

Cap. 1. *Si quis ſuadente.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Filii percuſſoris Epiſcopi, uſque ad ſecundam generationem, reddantur inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica, in civitate & diœceſi in quibus præſidet Epiſcopus obtinenda.* Ibi. *Non privat obtentis, credo tamen quod illa permutare non poſſet cum alio beneficio ipſius diœceſis.*

Pœna percuſſoris proprii Epiſcopi, & deſcendentium inhabilitas ad beneficia ejuſdem diœceſis.

Idem Panorm. hîc. Ægid. Bellam. deciſ. ult. gloſſ. pragm. ſanct. de collat. §. item inſuper. verſ. diſponere. column. 1. C. M.

TITULUS NONUS.

De Pœnitentiis & remiſſionibus.

Cap. 1. *Cum ſecundum.*

* GLOSSA. In Gloſſa verb. *Sacramentum Pœnitentiæ, nec Euchariſtiæ, quæ ultimo deputandis ſupplicio, ſi petant non debeant denegari.* Ibi. *Euchariſtiæ.*

Eucharistiæ ſacramentum denegatur deputandis ad ultimum ſupplicium in Gallia.

Quæ tamen in Gallia de facto denegatur. C. M.

Olim damnatis ad ultimum ſupplicium nec pœnitentia nec Euchariſtia dabatur, quod tamen quoad pœnitentiam correctum eſt & emendatum conſtitutione Caroli VI. anni 1366. 2. Februarii. & injunctum Judicibus criminalibus, ut damnatos moneri & exhortari faciant ad illud Sacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendum, nec tamen idem ſancitum de Euchariſtia; hæc conſtitutio refertur in collectione Regiarum conſtitutionum Antonii Fontanonis. volumine 1. editionis Pariſ. anni 1611. pag. 660. & ſequenti, & in collatione earumdem conſtitut. Petri Guenoſii Exoldunenſis Baillivatus Proprætoris particularis in Bituria noſtra. lib. 9. tit. 19. de pœnis. §. 2. namque eadem Euchariſtia & poſt eam conſtitutionem Caroli VI. denegata eſt damnatis & deputatis ad ultimum ſupplicium, ut habet additio Philippi Probi ad gloſſatorem pragmat. ſanct. tit. de excommunicatis non vitandis. §. ſtatuit. in verb. *Sacramentorum.* addit. 1. ad quod vide quod addidi ad eum locum tum in margine ibidem, tum in ſupplementis noſtris annotat. marginal. & in earumdem probat. inſtrum. edit. pag. 1133. & ſequ. & quod exſcripſi ex Laurent. Bochello. in libro ab eo inſcripto. juſtitiæ criminalis. tit. 5. de crimine læſæ majeſt. de condemnatione. Comitis ſtabuli Luxemburgenſis, cui condemnato petenti denegatum eſt ſacramentum Euchariſtiæ, ſed Miſſa tantum coram eo dicta eſt & celebrata, ut ubi habetur. F. P.

Conſtitutio Caroli VI. Regis de pœnitentiæ Sacramento damnatis ad ultimum ſupplicium miniſtrando, non vero Euchariſtiæ hîc refertur.

In eam conſtitutionem Caroli-nam explicandam remiſſio ad plures alios locos.

Cap. 2. *Abuſionibus.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Repetit Concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine litteris Apoſtolicis, vel diœceſanorum & addit per diœceſanos litteras Apoſtolicas prius examinari.*

De quæſtoribus & litteris eorumdem examinandis à diœceſanis locorum.

Ut ſic inſtitores prius cum Dominis ſuis negotientur, & ab eis redimant. vide Bald. conſil. 277. lib. 2. Philipp. Decius. conſil. 277. ubi dixi. C. M.

Notæ ad hanc Molinæi notam.

Ea ultima verba *ubi dixi* omiſſa à Molinæo in nota, addidi quia ibidem in verb. *larga* in eamdem mentem deflexi, ut utramque noſtra cenſura adnotem tanquam paulo liberiores. F. P.

TITULUS DECIMUS.

De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti.

Cap. 2. *Gravis.*

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Terris Dominorum Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto.* Ibi. *Forſan expediret per conſtitutionem provideri, Clericos non teneri ad obſervationem interdictorum, niſi prius illorum fiat declaratio.*

Unde decreta de excommunic. non vitandis. & de interdictis leviter non ponendis.

Tandem multitudo tot laqueorum abeuntium in deriſum excuſſit decretum de excommunic. non vitandis. in Concilio Baſileenſi editum, niſi poſt ſolemnem publicationem. dixi in annotat. ad Philipp. Decium. in cap. paſtoralis. de appellat. C. M.

De his vide remiſſiones hîc fa-

Addere debuerat Molinæus aliud decretum de interd. levit. non ponend. ex eodem. Concilio. cum

Source : BIU Cujas

Quas ad pragmat. sanct. & ejusdem supplementa.

glossa Domini Cosmæ *Guimier* Præsidis & Senatoris Curiæ Parisiensis, quibus junge nostras additiones ibidem. & in margin. & supplementis nostris addit. marginal. pag. 1140. & sequ. ubi excerpsimus fragmentum illustre ex vita sancti Ludovici Regis Joinvillæana, responsionem factam à sanctissimo Rege Prælatis suis coram ipso conquærentibus de excommunicationibus non servatis à Magistratibus Regni, quo notat, quomodo, & qua ratione custodiendæ sunt illatæ excommunicationes à Prælatis. F. P.

Cap. 3. *Cum ex eo.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Fratres & sorores de tertio ordine quem beatus Franciscus instituit.* Ibi. *Iste tertius Ordo etiam pro viventibus in conjugio, maribus & fœminis adinventus est.*

Nota liberior Molinæi in tertium Ordinem divi Francisci, improbanda.

Vide gloss. Clement. 1. super verbic. obedientiam. supr. de Rellig. domib. Font. Calder. de jud. consil. 7. de regul. consil. 4. Bald. consil. 60. lib. 5. Gemin. consil. 41. 205. lib. 1. consil. 220. lib. 4. sed tandem verificari oportet quod dixit Christus. Math. 15. omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus eradicabitur, & ibi loquitur de institutis humanis. C. M.

Hæc posterior pars Molinæi adnotati incipiendo ab his verbis, *sed tandem verificari oportet*, desumpta est ex ejusdem editione anni 1553. & ut paulo liberior in eum sanctum Ordinem improbanda prout eumdem improbamus. F. P.

Nota in Molinæi notam.

TITULUS UNDECIMUS.

De verborum significatione.

Cap. 1. *Exivi de paradiso.*

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Nos igitur, cujus animus ab ætate tenera pia devotione efferbuit ad hujusmodi professores regulæ. Juncta Inscriptione. Clemens V. in Concilio Viennensi.* Ibi. *Cujus animus pia devotione efferbuit in hujusmodi professores regulæ, scilicet sancti Francisci.*

De Templariis à Clemente V. suppressis.

Templarios etiam quantum amaverit, & an illis digna Clemens fecerit lege in Bern. gest. Tholosan, tamen nihil admiraberis, cur hîc unus Pontifex Gallis semper tam profuse faverit Fontan. vide Albert. in dictionario. verb. *Templarii.* C. M.

Nota in Molinæi notam.

Quod hîc notat. de templariis suppressis est omnino digressivum à proposito commendationis regulæ sancti Francisci. F. P.

Ibidem.

TEXTUS. * In Textu. Ibi. *Fœlicis recordationis Nicolaus Papa tertius prædecessor noster.*

Nota hic correctionem Molinæi conformem emẽdationi Romanorum, vel potius Molinæanarum ab eis retentam, ut in plerisque aliis locis.

Scilicet IV. Minoritarum generalis. ut apud Platinam. & supr. in 6. eod. tit. cap. exiit. libri vero noviter impressi perperam habebant Nicolai III. quod correxi, & in d. cap. exiit. C. M.

Nota in notam Molinæanam & in ejus probationem contra Minoritas antiquum errorem inscriptionis retinentes.

Hanc correctionem Molinæanam retinuerunt emendatores Romani, ut est in margine annotatum, quod tamen Minoritæ non lubentius admittunt, & in novissimis impressis statutis reformationis retinuerunt inscriptionem. cap. exiit. de verb. signif. supr. Nicolai III. ut & hîc. in hacce Clementina, de quo tamen non amplius dubitandum, post amplexam & admissam eamdem correctionem à Romanis, ut & erat in vetustioribus codicibus Fradinianæ editionis Gothicis caracteribus impressæ anni 1520. F. P.

Ibidem. §. *Deinde.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Propter quod rerum omnium concessarum, oblatarum, & donatarum Fratribus proprietatem & dominium in se Romani Pontifices & Romanam Ecclesiam receperunt.*

Disputatio Minoritarum contra Joann. XXII. S. P. hic exponitur ad defendendam paupertatem Christi.

Quod Joann. XXII. perpetuò abdicavit, declarans hujusmodi paupertatem, nec ad exemplum Christi, nec ad perfectionem spectare, contra vero Franciscani superstitionis suæ zelo inflati, generalem sectæ suæ Conventum celebrarunt 1325. Perusii. ubi quæstio de paupertate Christi determinata fuit, ut scribit Anton. tit. 24. cap. 2. §. 15. sed secundum eorum sensum, quem ausi sunt decretis Joann. XXII. præferre, & in consistorio resistere, eumque hæreticum appellare, errorem defendere vendentium seu pauperum de Lugduno, ut scribit Antonin. tit. 21. cap. 5. §. multosque sectæ suæ pertinaces comburi jussit. certe Occam injuriose & virulenter in Joann. XXII. scripsit. C. M.

Nota in Molinæi notam.

Hoc totum desumptum ex editione Molinæana anni 1553. quod acrius scriptum non probo. F. P.

Cap. 2. *Sæpe contingit.*

GLOSSA. In Glossa. verb. *Non sic tamen Judex litem abbreviet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur.* Ibi. *Qui habet arbitrium, an teneatur justitiam partis servare, & tenent quod legitima partis defensio non tollitur per dationem arbitrii.*

De potestate & officio arbitrorum compromissariorum & Judicum sine figura judicii procedentium, & ut ubique justitia servetur.

Sicut Judex procedens sine figura judicii, non potest denegare justitiam, ita nec talis habens arbitrium in procedendo. per Bartol. in leg. filiusfamilias. de donat. per Felin. in cap. 1. column. penult. supra. de constit. & cap. dilecti. supr. de judiciis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Et si dicat arbitrium ab eo qui potuit concessum, debet aliquid operari, respondetur, quod ad solemnitates quæ figuram judici respiciunt, non tenetur.*

Præscribitur hic quale officium & ministerium arbitrorum.

Imol. Zabarell. Georg. Natta. hîc. C. M.

Adde in id de differentiis Judicis & arbitri quod habet Seneca. lib. 2. de beneficiis. cap. 7. ideo melior videtur conditio causæ bonæ, si ad Judicem, quam si ad arbitrium eatur, quia illum formula includit, & certos quos non egrediatur terminos ponit, hujus libera & nullis astricta vinculis relligio & detrahere aliquid potest & adjicere, & sententiam suam non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impulit, regere. F. P.

De differentiis Judicum & arbitrorum.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Juxta petitionis formam pronunciatio sequi debet, pro parte agentis & rei.* Ibi. *Oblatio debet fieri reo expensis agentis, petitio vero in actis describi.*

De forma & solemnitate processus inter actorem & reum.

Singulare est secundum Cardinal. & Panorm. hîc. glossa tamen est similis in Clement. 2. in verb. *oblatos.* supr. de appellat. intellige tamen si hoc habeat consuetudo, quia contrarium verum est de jure. Panorm. Felin. in cap. 1. supr. de libell. oblat. per Bartol. in auth. offeratur. de litis contestat. dicentem in iis servandam consuetudinem. Vide quæst. Tholos. 111. C. M.

Accommodatio constitutionis Regiæ mensis Aprilis 1667.

Simile quid habetur in constitutione Regia novissima mensis Aprilis anni 1667, in titulo. 3. de adjornamentis. quoad actorem. art. 6. & quoad reum in titulo 11. de dilationibus art. 4. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Et quia positionum articulos longævus usus admisit, nos usum observari volumus (nisi aliud de partium voluntate procedat.)* Ibi. *Propter plurale non puto quod pars altera sola resistere possit.*

De longævo usu positionum.

Idem Imol. Zabarell. Georgius. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Ad dandum simul utrosque, terminum dare possit.* Ibi. *Scilicet positiones & articulos primo enim potest ponere, & demum negata in articulos deducere.*

De positionibus & articulis vulgo apud nos *faits & articles.*

De quo Speculator. de testam. §. nunc videndum. in principio. C. M.

Accommodatio constitutionis Regiæ mensis Aprilis anni 1667.

De his positionibus & articulis executio procedit in constitutione Regia novissima mensis Aprilis anni 1667. in tit. 10. de interrogationibus super positionibus & articulis per totum. F. P.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Et de termino ad exhibendum omnia acta & munimenta quibus partes uti volunt in cauſa. Junctis præcedentibus.* Ibi. *In aliis cauſis, extra has quæ ſine figura judicii procedunt, fatuum dicitur eſſe, quod reus probet defenſiones ſuas.*

Correctio ſtili juriſdictionum Eccleſiaſticarum ex præmonitionibus Molinæi.

Imò utiliſſimum & expeditiſſimum, ut etiam omnes Curiæ ſæculares Galliæ practicant, quamvis Curiæ Eccleſiaſticæ retineant hanc ineptam fatuitatem: dum eos monui, veterem tantum ſtilum pretenderunt, quem tamen ineptum fatentur. C. M.

Officiales Epiſcopatuum executioni conſtitutionis Regiæ menſis Aprilis 1667. obligantur.

Quia reus in excipiendo agentis partes ſuſtinet, & hodie non poſſent inſiſtere obſervationi veteris ſtili fatui & incongrui, quia ex nova conſtitutione Regia menſis Aprilis anni 1667. tenentur Officiales & cæteri Judices Eccleſiaſtici ſervare hanc conſtitutionem, ut patet in titulo 1. ejuſdem conſtitutionis, de obſervatione conſtitutionum Regiarum. artic. 1. in quo & Officiales includuntur F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſt dationem articulorum diem certam aſſignare.* Ibi. *Ut ſic duo termini dentur, decem dies ad ponendum & articulandum, & decem alii ad producendum, primum placet.*

De terminis dandis ad ponendum, articulandum, & producendum.

Gloſſa ſingularis ſecundum Franc. Aretin. cap. ultra tertiam. extr. de teſtib. ad hoc quod non poteſt dari idem terminus ad duos diverſos actus faciendos, intellige tamen quando duo illi actus non poſſunt concurrere eodem tempore. Panorm. Felin. cap. licet. column. 2. ſupr. de probat. Jaſon. leg. qui ante calendas. column. 3. de verb. oblig. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Vbi contingeret fieri remiſſionem pro teſtibus producendis.* Ibi. *Probatoriis, ſed quia littera generaliter loquitur, idem videtur in reprobatoriis.*

Terminus dandus ad probandum & reprobandum.

Idem Imol. Cardin. Florent. Georg. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Poſſunt etiam inſtrumenta produci aſſignatione hujuſmodi non obſtante.* Ibi. *An poſſint produci inſtrumenta poſt terminum aſſignatum tertii diſtingunt an jus adverſarii ſit læſum, ſuppletione facta duarum præcedentium opinionum.* Ibi. *ad id tertii diſtinguntur.*

Poſt terminum elapſum poſſunt & produci inſtrumenta.

Et bene. Zabarell. Panorm. Lanfranc. de Oriano. hîc. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Gloſſa. Ibi. *An ipſius partis adverſæ jus eſt illæſum, & eo caſu produci poterunt, quod eſt ſecundum membrum præcedentis diſtinctionis, & hic continuatæ & jungendæ.*

Ut poſt terminum poſſint produci inſtrumenta, illud petendum à Judice.

Si paulo poſt lapſum termini petitum fuerit, aliàs ſecus. Panorm. Felin. cap. cum dilectus. ſupra. de fide inſtrum. C. M.

Ante deciſionem litis & arreſtum poſſunt quæcumque produci abſque Judicis venia.

Aliud tamen ſervatur in forenſi tritura, ut ante rem judicatam recipiantur quandoque productiones inſtrumentorum, etiam judicibus diſcuſſioni litis & examinationi productionum inſiſtentibus, ut habetur apud Dom. Loüetium. litt. P. num. 34. F. P.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Si præmiſſis caſibus ſolemnis Ordo judiciarius non contradicentibus partibus obſervetur, proceſſus non propter hoc irritus.* Ibi. *Sed pone quod de conſenſu partium Judex ſervaverit ſolemnia Ordinis judiciarii, poſtea pœnitet partes, numquid deinceps illis invitis poterit ſervare ſolemnia, puto quod invito Judice, qui de conſenſu partium ſic inchoavit procedere, pœnitere non poterunt.*

An partes poſt conſenſum præſtitum judiciariis ſolemnitatibus exercendis in negotio leviori pœnitere poſſint.

Singulare eſt ſecundum Imol. hîc. Barb. in cap. 1. ſupr. de libell. oblat. Felin. cap. ſi quis contra. de for. compet. & aurea ſecundum eumdem. in cap. dilecta. de reſcript. ad hoc quod is qui in judicio tacite conſenſit in uno actu, non cenſetur in alio conſentire, & qui non poteſt in uno actu opponere, poteſt tamen circa alium actum, per rationem gloſſæ. Franciſc. Ripa. tract. de peſte. fol. 46. in parvis. Philipp. Franc. cap. ex parte tua. extra. de appellat. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa. verb. *Proceſſus non propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Junctis præcedentibus. De ſervatis judiciarii ordinis ſolemnitatibus in leviori negotio.* Ibi. *Et ſcias quod iſte finis non convertitur in cauſis quæ requirunt figuram judicii.*

An idem in judiciis majoris diſcuſſionis.

Idem Imol. Cardin. Florent. Panorm. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa eadem. Ibi. *Natura vero naturans (ſcilicet Deus) cum ad illam redibimus, per interceſſionem Virginis glorioſæ, non collocet cum electis. Junctio quod in editione Molinæana hic ſubjicitur ſub finem ex Joanne Trithemio de vita Joann. Andr. gloſſatoris ſexti, & Clementinarum, cujus eſt hæc gloſſa, qui ſodalis erat Dominicanorum Bononienſium, apud quos ſepultus eſt.* Ibi. *Per interceſſionem Virginis glorioſæ.*

Nota Molinæi damnanda de interceſſione glorioſæ Virginis ab eo improbata.

Memor eſt à quo iſte theologiam ſuam didicit, nempe à quodam Dominicano, quem nominat Clemens III. verſ. 1. ſupr. de hæret. à quo non quis & quantus eſſet Chriſtus, quamque flagellatus à Deo Patre. Joann. 6. & quod non ſit aliud nomen ſub cælo, in quo nos ſalvos fieri oporteat. Actor. 4. quæ tales profeſſores ignorant. C. M.

Nota ad ſuperiorem notam Molinæanam.

Hoc additum ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. neſcio an ex mente determinata illud omiſerit in poſteriori ejuſdem editione anni 1559. ſed & ſcio quod & in priori editione ſubticere debuerat, ut impium dogma, & devotioni erga Deiparam Virginem repugnans & adverſum, cui & Rex noſter Chriſtianiſſimus, paterno exemplo innixus, declaratione in id habita, & paternæ confirmativa, quas retuli in præfatione hiſtorica ad pragm. ſanct. Divi Ludovici. art. 20. & in commentario ad proœmium ejuſdem ad verba *cujus ſolius ditioni & protectioni Regnum noſtrum ſubjectum extitit, & nunc eſſe volumus.* art. 35. tutelam Regni ſui commiſit, cui & nos ſalutem noſtram, ſub ſpe in Filium confidentius committere debemus, longius rejectis & eliminatis peſſimis erroribus, qui noviſſime prodierunt in putido libello, Gandavi & Inſulæ edito, ſub titulo ſalutaria monita adverſus devotos quos vocat indiſcretos beatæ Mariæ Virginis, qui merito ab omnibus exploſus eſt. F. P.

Quod cum Rex Chriſtianiſſimus tutelam Regni ſui Virgini Mariæ commiſerit quod & nos ſalutem noſtram eidem committere debeamus.

Contra libellum inſcriptum ſalutaria monita ad devotos quos vocat indiſcretos beatæ Mariæ Virginis.

FINIS.

Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI
ANNOTATIONES
AD EXTRAVAGANTES
CONSTITUTIONES JOANNIS XXII.
Et primùm in ejuſdem Joannis XXII. vitam ipſis præfixam.

TEXTUS.

Depoſitio Caturcenſis Epiſcopi facta authoritate Joannis XXII.

IN Textu. Ibi. *Abdicare autem ſe Epiſcopatu & Sacerdotio compulit Hugonem Caturcenſem Epiſcopum, privatum omnibus Pontificalibus inſignibus.*

Hugonem Gerardi, ut in extravagant. divinis. de pœnis. in communibus. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

Sedis Tholoſanæ erectio in Metropolitanam.

In Textu. Ibi. *Eccleſiam vero Tholoſanam, quam unice dilexit, ad Archiepiſcopatum tranſtulit.*

In extravag. ſalvator. cum ſequ. de prab. in commun. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Adeo præterea rebus novis Pontifex ipſe ſtuduit ut & ſimplices Epiſcopatus bifariam dimiſerit, ac diviſos in unum redegerit, & Abbatias in Epiſcopatus, & Epiſcopatus in Abbatias viciſſim tranſtulerit.*

Joann XXII. annatarum inventor & novarum & multiplicatarum vacationum.

Occaſiones aperiendi vacationes & annatas, quarum inventor dicitur, hinc tam ingentes theſauros reliquit. C. M.

Nota ad Molinæi notam.

Hoc adnotatum Molinæanum deſumptum ex ejuſdem editione anni 1553. F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Edictum propoſuit, quo declaravit hæreticos & pertinaces, qui affirmarent Chriſtum, & ejus Diſcipulos nihil privatim habuiſſe, quod certe non multum cum ſacra ſcriptura convenit.*

Joann. XXII. damnat opiniones Minoritarum de paupertate Chriſti & Apoſtolorum.

Idem Sabellicus, ſed hi ſe oſtendunt ſuperſtitionis tenebris, nec ſacræ ſcripturæ luce captos, juſte enim Joann. XXII. impiam ſuperſtitionem Minoritarum, & Occhami ſtatum damnavit. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu Ibi. *Damnavit gloſſulam quamdam Fratris Petri Ordinis Minorum, qui Conventum quemdam tertii Ordinis, ad imitandam Chriſti paupertatem animaverat, quorum de numero multi damnati, & exuſti fuere.*

Defenſio paupertatis Minoritarum contra Joan. XXII. adjuta protectione quinque Principum.

Ut etiam ſe Florentiæ vidiſſe ſcribit Cardinal. Florent. Clement. exivi. §. proinde. de verb. ſignific. Anton. tit. 21. cap. 5. §. 1. quin deleta fuiſſet ſecta Minoritarum, niſi adverſus Joann. XXII. Papam favorem habuiſſet multorum etiam Principum, inter quos quinque Reges nominat Anton. tit. 22. §. 3. cap. 15. qui ſectam illam in tantam tribulationem collapſam adjuvabant, etiam in Curia Papæ contra eum eoſdem defendebant. C. M.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Bonifacius Piſanus Comes, rem gratam Joanni Pontifici facturus, Antipapam, ſcilicet Petrum Corbarienſem Ordinis Minorum Nicolaum V. dictum Avenionem perduxit, ubi in carcerem conjectus vitam cum morte permutavit.*

Petrus Corbarienſis Nicolaus V. dictus Pontifex ſchiſmaticus Joann. XXII. traditur.

Quamvis Oldradus quæſt. 47. pro eo oraſſet, adde eumdem. quæſt. 62. C. M.

AD PRÆLUDIUM SIVE PRÆFATIONEM extravagantium.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Regula cancellariæ ſapiunt naturam legis.*

Quæ authoritas regularum cancellariæ.

Dixi ad Philipp. Decium. leg. 1. in fine. ſi certum petatur. & in cap. 1. lect. 2. in princip. de conſtit. late Ludov. Gomeſ. ſuper regul. cancell. in princip. quæſt. 2. C. M.

De authoritate regularum cancellariæ ad alios Molin. locos & aliorum authorum remiſſio.

Adde quomodo & quatenus ſervandæ ſint regulæ cancellariæ Romanæ, eumdem Molin. in commentario ad regulam de veriſimili notit. obitus ſub finem. num. 111. eumd. Molin. ad Philipp. Decium. in 2. lectura. cap. canonum. num. 111. in ſign. A. de conſtit. Dom. *Louet.* in not. & cenſur. ad Molin. ad regul. de infirmis. art. 105. fol. 91. & demum gloſſam pragm. ſanct. tit. de reſervat. cap. & quia. §. ipſas omnes. in verb. *regulas.* F. P.

Ibidem.

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Deciſiones Rotæ non faciunt jus.*

Deciſiones Rotæ non faciunt jus.

Idem Gemin. Philipp. Franc. Decius. leg. 1. in fine. ſi certum petat. & in cap. 1. num. 40. ubi dixi. de poſtulat. præl. C. M.

TITULUS TERTIUS.

De præbendis & dignitatibus.

Cap. unicum. *Execrabilis.* §. *Qui vero.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Qui vero deinceps receperunt dignitatem, &c. cum alio curam animarum habentem beneficio, ſi antea ſimile beneficium obtinebant. Juncta gloſſa. in verb. ſimile vel officium etiam ſine cura.* Ibi. *Simile.*

Incompatibilitas beneficiorum non ex eadem qualitate eorum, ſed ex reſidendi ubique impoſſibilitate, & retinendi.

Scilicet in genere prædicto, non autem requiritur quod utrumque Curatum, & gloſſa hîc. male dicit de officio non habente curam, & hæc pœna inhabilitatis non habet locum in alio caſu, ubi quis puta ex fundatione privaretur, vel ſi Monachus tenebat duo, quorum unum eſt ſimplex, quia nullitas quidem eſt ſecundi, ſed non privatio primi, nec inhabilitas ad alia, niſi in terminis hujus textus. C. M.

Source : BIU Cujas

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Execrabilis quorumdam ambitio plura obtinere beneficia.* Ibi. *Nonne ergo tutus erat à periculo animæ ille cum quo diſpenſatum erat? dicas quod ſic, etiam ſi abſque omni cauſa diſpenſationem obtinuiſſet, nam prohibitio retentionis talium beneficiorum, non à Deo, ſed à ſola voluntate conditoris canonis fuit inducta.* Ibi. *Abſque omni cauſa.*

Diſpenſatio ſine cauſa an valeat, & in id ſententia Molinæi.

Falſum eſt, ut tenent etiam Theologi, ſed etiam Canoniſtæ, ut Panorm. in cap. extirpandæ. §. qui vero. tam in lectur. quam in repetit. extr. eod. C. M.

Junge in id quod diſpenſatio ſine cauſa nulla ſit, eumdem Molin. ad cap. 5. in gloſſ. in verb. *adimpelre.* ibi. niſi ſubſit cauſa. de vot. & voti redempt. item in not. ad Decium. in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 24. in verb. *nulla cauſa.* in ſign. T. de conſtit. & ad not. ejuſdem Molin. ad Decium. conſil. 148. in verb. *diſpenſare.* & ad reg. de infirmis. num. 437. & ibi Dom. *Louet.* in notis & cenſur. fol. 328. gloſſ. prag. ſanct. tit. de auctor. general. Concilii. cap. ſacroſancta. §. item declarat. in verb. *pertinentibus.* ſub finem. & in tit. de collat. §. cui rei. in verb *pluralitatis.* aſteriſco. 7. & 8. & ſeqqu. F. P.

In id quod diſpenſatio ſine cauſa non valeat, ad plures Molinæi locos, Domin. Louetii ejuſdem cenſoris & pragmat. ſanctionis remiſſiones.

Ibidem.

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem de hujuſmodi beneficiis, ſcilicet incompatibilibus diſponere præſumat.* Ibi. *An autem hoc videatur patrono laico interdicta poteſtas præſentandi ad talia beneficia, ſentire videtur Guilelmus quod non.*

De beneficiis devolutis propter incompatibilitatem, nemo poteſt diſpenſare præter Romanum Pontificem, nec etiam patronus laicus.

Hæc vera ut notat Joann. Selva. in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 2. num. 29. qui totum ſubripuit à Felino. in tractatu quando litter. Apoſtol. noceant patron. Eccleſiaſt. idem Rota in antiquis. de jure patron. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De voto & voti redemptione.

Cap. unicum. *Antiquæ.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Votum ſolemniſatum, per ſacri ſuſceptionem Ordinis ad diſſolvendum prius contractum matrimonium, etiam ſi per carnis copulam adfuerit conſummatum, invalidum eſt cenſendum. Juncta declaratione authoris hujuſce extravagantis, qui eſt Joann. XXII.*

Matrimonium non poteſt diſſolvi per profeſſionem regularem ſubſequentem, & de Joanne XXII. judicium.

Recte colligit Joann. XXII. erat enim dextro & libero ingenio, niſi ambitioſis opinionibus Papatus irretitus fuiſſet. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De relligioſis Domibus.

Cap. unicum. *Sancta Romana.*

TEXTUS. In Textu. ſub finem. Ibi. *Plantationes, quas Pater cœleſtis non plantavit Apoſtolici culminis cenſura evellat.*

Damnantur forſan liberius omnes Ordines Regulares.

Ergo adulterinæ & eradicandæ ut pronunciavit Chriſtus. Math. 15. & tamen hæc ſuperſtitio farinæ ſuæ Doctores invenit, qui eos in errore confirmarent, adeo ut multi damnati & exuſti fuerint, ut refert Platina. in Joann. XXII. C. M.

In eam materiam remiſſiones hic factæ ad varios authores & locos hic citatos.

Vide ſupr. in not. ad vitam Joann. XXII. & ad cap. exivi de paradiſo. §. deinde. de verb. ſignific. in Clementinis. & de relligioſis Ordinibus reformandis. Vide conſilium delectorum Præſulum, jubente Papa Paulo III. factum anno 1538. art. 12. quod inſcripſi in ſupplement. pragmat. ſanct. curis meis editæ. pag. 1009. & ſequentibus. & præciſe pag. 1013. in 1. column. & notam marginalem huic articulo additam. F. P.

TITULUS NONUS.

De Torneamentis.

Cap. unicum. *Quia in futurorum.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Verum (quoniam ut intelleximus) per ſententiam hujuſmodi, quæ inhibet ſcilicet Torneamenta, Haſtiludia, periculum animabus ingeritur.*

Condemnatio duellorum, & in id remiſſiones.

Hîc textus non poteſt extendi ad duella, de quibus nullo modo loquitur: Philipp. Pulcher Francorum Rex illa prorſus prohibuerat, ſed paulo poſt coactus fuit tolerare, & certa lege edita moderare, quam legem, quæ corrupte habebatur in ſtilo Parlament. & corruptiùs exponebatur ſuæ nativæ puritati reſtitui, non ad amplianda, ſed ad reſtringenda duella, ut patet in ſtilo Parlam. nuper per me edito. part. 1. cap. 16. & quod electio armorum ad provocatum, late Jaſon. conſil. 113. lib. 1. Bald. in cap. 1. in princip. column. penult. de pace conſtantiæ. Hieron. Grat. conſil. 3. in fine. lib. 2. Andr. Alciat. in libell. de duello. vide Jaſon. conſil. 144. lib. 2. Philipp. Decius. conſil. 487. ubi in annotat. dixi. hodie uſque adeo degenerat abuſus, ut propter alapam concedatur, ut apud Hieronym. Gratum. conſil. 4. lib. 2. cum tamen etiam de Imperio certans Octavius Cæſar, Antonio provocanti non veritus denegare, dicens multas ei patere vias ad interitum, ut refert Plutarch. in vita Antonii. Marius quoque valentiſſimus Imperator, quam lepide provocatori reſpondit ſi, inquit, cupiens mortis es, laqueo vitam finire potes. C. M.

Certa moderatio eorumdem, & in id remiſſiones.

Lepidæ reſponſiones denegantium duella hic referuntur.

Adde in hanc materiam condemnationis duellorum. præfat. biblioth. Floriacenſis. & epiſtol. Joan. Savaronis ipſi præfixam. Dionyſ. Gothofr. in not. margin. ad authent. Gazaros. cod. de ſacroſanct. Eccleſ. eumd. Molin. in not. ad Philipp. Decium. in conſil. 487. & conſil. 686. vide & Patrem Cauſſinum Societatis Jeſu. in libr. Aulæ ſanctior. aliàs *la Cour ſainte.* tom. 1. pag. 88. & in tomo. 2. pag. 397. F. P.

In eam materiam ad plures alios authores remiſſio.

TITULUS DECIMUS.

De crimine falſi.

Cap. unicum. *Prodiens.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quamvis moneta in circumvicinis locis Galliæ fabricata deficiat à juſto pondere argenti, & à ſolito in Regia moneta more & conſuetudine.*

De monetis deficientibus hic agitur.

De quo nove & ex propria experientia & veris cauſis & effectu ſcripſi in tractat. monet. quem ad vitandum librorum multitudinem, cum tractatu meo commerciorum & uſurarum conjunxi. C. M.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De verborum ſignificatione.

Cap. 1. *Quorumdam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Quorumdam exigit cæca ſcrupuloſitatis ambiguum, ac ipſorum indocta ſcientia, de Fratribus Minoribus intelligit, ac eorum Doctoribus.*

De Fratribus Minoribus paulò liberius agit hic.

Quam ſæpe illis merito exprobrat Erasmus. C. M.

Cap. 2. *Quia nonnumquam.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Nicolaus Papa IV. conſtitutionem edidit. quæ incipit. exiit.*

De conſtitutione Nicolai Papæ IV. liberius judicium.

Quam Joann. XXII. Papa pluries & publice non ſolum erroneam & ſuperſtitioſam, ſed etiam hæreticam alleruit & declaravit, nec quicquam fremente & factioſe adverſus eum cornua erigente Minoritarum ſecta, ut ex ſcriptis Guilelmi Occhami liquet. C. M.

Cap. 3. *Ad conditorem.*

TEXTUS. In Textu. in principio. Ibi. *Ad conditorem. Junctis duabus ſequentibus extravagantibus, quæ ſunt ejuſdem authoris, nempe Joann. XXII.*

Expoſitio trium ſubſequentium conſtitutionum Joann. XXII. de Minoritis.

Has tres decretales ſequentes edidit Joan. XXII. contra ſuperſtitionem, imo perniciolam hæreſim Mendicantium præcipue Franciscanorum, qui obſtinatiſſime contendunt, quod Chriſtus & Apoſtoli nihil proprium habuerunt, nec in particulari, nec in communi, ſed quod Mendici fuerunt etiam oſtia-

Source : BIU Cujas

tim : quod hanc abdicationem juris & proprietatis cujuſcumque rei & mendicitatis profeſſionem Chriſtus Apoſtolis præcepit, & impoſuit, & hunc eſſe ſtatum perfectionis Apoſtolicæ. Contra hanc primam decretalem Guilelm. Occham quatuordecim prætenſos errores ex ea collegit, in ſuo compendio, quorum 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & ſic major pars, videlicet octo, impertinentes ſunt ad finem, jus enim civile concernunt, in cæteris autem oſtendit Occham ſe cum ſuis pernicioſum & obſtinatum hæreticum fuiſſe, adde quæ dicam in ſequentibus. C. M.

Diſputatio Occhami contra decretales Joannis XXII. contra Minoritas.

Illud adnotatum Molinæi deſumptum fuit ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. & inde hîc additum. F. P.

Nota in præcedentem notam Molinæi.

Ibidem.

In Textu. Ibi. *Conſtat enim quod poſt ordinationem prædictam, ſcilicet Nicolai Papæ IV quæ incipit. exiit. Non fuerunt Minores Fratres ſcilicet, in acquirendis & conſervandis bonis prædictis in judicio & extra minus ſolliciti, quam ſint alii Religioſi mendicantes habentes aliqua in communi.* Ibi. *In judicio minus ſolliciti.*

Textus.

Et ſic etiam nunc Minoritæ litigabant etiam in judicio, prout adhuc hodie in Gallia etiam coram Judicibus ſæcularibus, etiam in judiciis poſſeſſoriis, & adhuc quiſquis cum talibus litigabat, ſive vincat, ſive vincatur, numquam indemnis abit, ut experientia docet. C. M.

Minores litigioſi circa poſſeſſiones ut prius.

Hunc litigandi ardorem iiſdem exprobrat Molin. in notis. ad cap. quorumdam. 24. in textu. ibi. ruunt in litigiorum anfractus. de elect. in 6. & in ſtilo Parlam. part. 5. quæſt. 135. pag. 289. F. P.

In eum litigandi ardorem, ad alios Molinæi locos remiſſio.

Ibidem.

In Textu. Ibi. *In re tali, abſque jure utendi, ſeparata à dominio, vel conjuncta, nec ab aliquo poteſt conſtitui, nec à quoquam haberi, & quod talis uſus conſtitui nequeat, ex ſua patet, quod dare, vel conſtituere quod ſuum non eſt, nec ad ſe pertinet nemo poteſt.*

Textus.

Imo jure civili, ut in ſervis, qui cum peculio ſuo, ſunt in dominio noſtro, & poſſeſſione noſtra, & ſic non habent niſi ſimplicem uſum facti, longe melius iſte per purum verbum Dei fregiſſet ſuperſtitiones iſtorum. C. M.

De ſimplici uſu facti in ſervis & Minoritis hic diſcepratur.

Hæc poſterior pars adnotati Molinæani, ab iis verbis, *longe melius*, deſumpta eſt ex priori editione ejuſdem Molinæi ſtudio procurata anno 1553. F. P.

Nota ad præcedentem Molinæi notam.

Cap. 4. *Cum inter nonnullos.*

In Textu. Ibi. *Cum inter nonnullos.*

Textus.

Contra hanc decretalem. cum inter. Guilelmus Occham in præfato compendio ſuo ſeptem prætenſos errores collegit, ſed totidem hæreſibus ſe cum ſuis maculatum eſſe detegit. Hæc enim decretalis veritatem aſſerit evangelicam : cum autem Joan. XXII. hos errores etiam tanquam hæreticos, ex ſcripturis divinis, & argumentis ſolidiſſimis in his tribus decretalibus contentis, merito condemnaret, auſi ſunt hi impii hypocritæ, etiam in conſiſtorio ſuo Avenioni in faciem reſiſtere, & appellare, & rurſus Piſis in Italia, & adhuc in civitate Mondenſi in ſuperiori Germania, appellationes ſuas ſolemniter publicare, & Joann. XXII. non Papam, ſed apoſtatam & hæreticum nuncupare. Viden quam audax eo ſæculo fuerit, & quam alte radices egerit impia ſuperſtitio. Michael enim de Cezena Generalis Minoritarum etiam in congregatione Pariſienſi anno 1328. depoſitus, auſus eſt tamen rebellem cervicem erigere, ſe pro generali & catholico prædicando, Papam autem pro apoſtata hæretico, & ſic ipſo jure depoſito, & ad hoc litteras impietatis ſuæ modo ad Capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Imperatorem Ludovicum IV. & alios deſtinare, & omnia contra Papam, imo contra veritatem Evangelicam hac in re moliri : & habuit fautores non ſolum ſectam ſuam, ſed aliorum quoque Mendicantium, in quibus ſpurcus ille Auguſtinus de Anchona, qui in libro de poteſt. Eccleſ. quæſt. 78. cum ſequenti. non erubuit eaſdem hæreſes pro perfectione Evangelica aſſerere, quin etiam Chriſtum & Apoſtolos oſtiatim mendicaſſe, & contrariam ſententiam non ſolum erroneam, ſed etiam hæreticam eſſe, tam ſunt audaces & dementati ſectarii iſti (ut beatus Petrus in 2. cap. 2. vaticinatus eſt) ut etiam Evangelium Chriſti ad inſtituta ſua, quæ mordicus retinent, contorquere velint ; idem ſenſerunt nonnulli Magiſtri ſeu Theologi ſcholaſtici, imo Matheologi, inter quos Marſilius de Menandrino Paduanus, ut refert Cardin. Florent. in Clementin. exivit. §. proinde. de verb. ſignif. idem Platina Sabellicus. & alii doctrinam fidei ignorantes, ab hujuſmodi impoſtoribus facile ſeducti, cum autem Joann. XXII. contra ſuos detractores tertiam decretalem emiſiſſet, quæ incipit. contra quorumdam. illi rurſus in ea octodecim errores prætenſos notaverunt, quorum quinque, videlicet 4. 5. 6. 13. 14. jus tantum civile concernunt, interim ſemper impietatis ſuæ pertinaciam aggravantes. Rurſus cum Joan. XXII. earum impiis appellationibus reſpondiſſet, in decretali incipiente. quia vir reprobus. quæ non eſt impreſſa, iterum in ea triginta duos prætenſos errores notaverunt, qui, exceptis aliquibus, videlicet 18. 19. 20. 23. 24. & 28. qui terrenum & temporale Chriſti Regnum à Joann. XXII. impie, ut dixi ſupra extravag. incip. ſi Fratrum. aſſertum concernunt, non ſunt errores, ita quod hi Minoritæ ſectam ſuam in pernicioſis hæreſibus fundatam, ſeque in illis pertinaciter permanere palam oſtenderunt ; nec ſolum Joann. XXII. quamdiu vixit furioſe reſtiterunt, ſed etiam Benedicto XII. ejus ſucceſſori, quem, quia fuerat Doctor in Theologia, pejorem & damnabiliorem eſſe clamabant, negantes eſſe Pontificem, ſed hæreſiarchum eſſe, palam aſſerentes, & ſcriptis & ſermonibus ſuis, more cancri ſerpentibus, una cum Doctorellis ſibi faventibus, per rationes prurientes auribus (& ut ſcribit Cardin. Florent. apparentes) tam multos ſeduxerunt, ut novam ſectam pepererint, quæ dicebatur Fratricellorum, quos Joann. XXII. damnavit. ſupr. de Relig. domib. extravag. ſancta. ſed nihilominus perſtiterunt hæreſes Minoritarum, dogmatiſantes nec fuiſſe à tempore Joann. XXII. aliquem verum Pontificem, idque propter dictas extravagantes, contra eorum errores latas, adeo ut comprehenſi per Epiſcopos perſiſterent, permittentes ſe comburi, ut ſe vidiſſe Florentiæ ſcribit Cardin. Florent. in eodem. §. proinde. column. 1. tales fuerunt eo ſæculo illuſiones & triumphi Satanæ. Vide ſi vacat alium librum Guilelm. Occhami. de poteſt. ſummi Pontificis. ad cujus finem. quæſt. 8. eodem quo ſupra dixi ſpiritu numerat errores Joann. XXII. circiter 90. ad minus, ut dicit. C. M.

De quæſtione mendicitatis inter Minores & Joan. XXII. S. P.

Continuatio ejuſdem diſputationis.

Secta Fratricellorum tunc exoriens damnata.

Cap. 5. *Quia quorumdam.*

Summarium.

In ſummario. Ibi. *Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præſumunt impugnare conſtitutiones Joann. XXII. ad conditorem canonum, & cum inter nonnullos.*

Mala irriſio conſtitutionum Joann. XXII. de Minoritarum paupertate.

Quas Michael de Cezena Generalis Minorum, Guilelm. Occham, & ſui ſodales vocabant deſtitutiones per irriſionem, & male. C. M.

Ibidem.

Textus.

In Textu. Ibi. *Quia quorumdam mentes ſic pater mendacii dicitur excæcaſſe.*

De contentionibus Michaelis de Cezena Generalis minoritarum & Guilelmi Occham, contra Joann. XXII.

Scilicet Michaelis de Cezena Generalis Ordinis Minorum, patet ex libello Joann. XXII. incipiente. quia vir reprobus. & Guilelm. Occham, ut liquet ex ſuo compendio errorum Joann. XXII. nam iſte Occham Pontificis poteſtatem valde comminuit, cujus veſtigia Concilium Baſileenſe olim ſequebatur,

Source : BIU Cujas

batur, dicit de Turrecremata in ſumma ſua. 2. lib. cap. 100. ad finem. & in 3. lib. cap. 46. ad finem. Font. ad libellum autem appellatorium dicti de Cezena, & ſuorum Franciſcanorum reſpondit Joann. XXII. in decretali. quia vir reprobus. quæ debebat excudi poſt iſtam. C. M.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Hæc eſt regula Evangelica, Chriſti & Apoſtolorum imitatio quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, ſed in rebus quibus utuntur habent ſimplicem uſum facti.*

Condemnatio regulæ Minoritarum paulo liberior, & in eam rem ſcripturarum mala interpretatio.

Atqui Chriſtus & Apoſtoli numquam docuerunt vivere aliena quadra, ſed ille dixit beatius eſt dare quam accipere, & Apoſtolus quod qui non laborat non manducet: ergo non docuerunt Ordines Mendicantium. C. M.

Nota ad præcedentem Molinæi notam.

Hoc Molinæi adnotatum deſumptum ex editione anni 1553. & hîc annexum. F. P.

Junge aliam Molinæi notam. ad cap. exiit. verb. *quam & Chriſtus vitam.* de verborum ſignific. in 6. & notam quæ incipit. contra hanc doctrinam. ad cap. cum inter. ſupr. hîc. F. P.

His locis Molin. pro Joann. XXII. ſtat deciſionibus, ſed quorumdam Fratricellorum pravas opiniones omnibus imputat Franciſcanis, & male, ſumma hæc eſt, dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filium hominis non habere ubi caput reclinet; adoleſcenti quærenti quid faceret, conſilium dedit bona ſua vendere, pretium largiri pauperibus, quo promptior eſſet ad eum ſequendum. Tum mittens Apoſtolos ad Evangelii prædicationem. Mathæi. 10. Marci. 6. Lucæ. 9. juſſit eos nec virgam, nec peram, nec panem, nec pecuniam curare, quia mercenarius dignus ſit mercede ſua; dixit ex Paulo Actor. cap. 20. beatius eſſe dare quam accipere: eſt ergo in utroque beatitudo, beati ſunt Relligioſi Mendicantes, qui humiliter accipiunt; utinam beatiores ſint dantes eis ex ſincera charitate, dixit Paulus qui non laborat non manducet. & Act. cap. 20. epiſt. 1. ad Theſſalonicenſes. cap. 2. epiſt. 2. ad eoſdem. cap. ult. ſe & ſuos manibus ſuis operantes fuiſſe die ac nocte, ne Chriſtianos gravarent, addit non eos hoc feciſſe, quaſi non habuerint poteſtatem, &c. unde ſequitur divum Paulum ex fidelium eleemoſinis potuiſſe ſi libuiſſet vivere, ſed naſcentis Eccleſiæ cunabulis aliud ſibi placuiſſe, licet non dubitarit altari ſervientes de altari nutriendos, & hæc de Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, Epiſcopis, & Preſbiteris Eccleſiæ miniſterio & ſervitio vacantibus. Quæſtio, ſedente Joann. XXII. diſputata ſuper intellectu ſincero decretalis Nicolai III. vel IV. exiit. de verb. ſignific. in 6. ea non fuit an Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, etiam bonis carentes, vel ea relinquentes, nec manibus ſuis operantes, de altari debuerint vivere, hoc enim indubitatum eſt; at quærebatur utrum pertinaciter aſſerere Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in ſpeciali, nec etiam in communi proprium, ſed in rebus quibus utebantur ſimplicem uſum facti, hæreticum foret cenſendum, in qua quæſtione diſtinguenda fuit Apoſtolorum miſſio, & vita Evangelica & Apoſtolica, tum regula beati Franciſci, vita Franciſcanorum, Fratricellorum, & Beguardorum dogma, cui dogmati aſſenſum præbuerunt Guilelmus Occham, Frater Michael de Cezena Generalis Ordinis Fratrum Minorum, quidam Provinciales, & alii Monachi Peruſii in Capitulo generali, ſub decreto prid. non. Junii anni 1322. ut videre eſt apud Bzovium Polon. ann. Eccleſ. tom. 14. quod decretum Joann. XXII. hoc cap. quia quorumdam damnavit, non ut totius Ordinis doctrinam, ſed ut quorumdam ex Ordine opinionem, quam injurioſe Molinæus nota ad cap. 3. hoc tit. imputat tanquam ſuperſtitionem & pernicioſam hæreſim Mendicantium, præcipue Franciſcanorum, non enim omnes ea ſe falſa doctrina fœdarunt, ſed pauci ex his præſertim in Archiepiſcopatu Frater Berengarius Talomus, qui primus aſſeruit publice dogma illud tantum abeſſe ab hæreſis ſuſpicione, ut etiam inter fidei catholicæ articulos poſſit & debeat proponi, qua aſſertione tanquam hæretica damnata per Fratrem Joann. Bemium Ordinis Prædicatorum Inquiſitorem fidei, Talomus palinodiam cantare juſſus, appellavit Sedem Apoſtolicam, adiitque Joann. XXII. Pontificem ſummum, à quo honeſta detentus cuſtodia, ejuſque propoſitione in omnibus academiis, & per doctiſſimos ubique terrarum viros examinata, tandem his decretalibus ab eodem ſummo Pontifice damnata fuit ut hæretica. G. D. P.

Expoſiti loci novi Teſtamenti & Evangelii de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & eorumdem labore, & remuneratione fideliũ.

Propoſitio de mendicitate Chriſti & Apoſtolorũ

Ibidem.

In Textu. Ibi. *Propter quod evidenter apparet, ea non ſolum in ſtatu ſalvandorum exiſtere, ſed etiam perfectorum, de Fratribus Minoribus Mendicantibus loquitur.*

Utrobique omiſſa vel poſtpoſita doctrina fidei, quæ ſola ſalvat nos. C. M.

non fuit univerſaliter recepta à Minoritis, ſed à quibuſdam particularibus.

Nota Dupinæana in ſuperiores Molinæi notas de paupertate Franciſcanorum.

Contentio Talomi de paupertate Chriſti damnata.

* TEXTUS. Et illud paulo liberius dictum contra Minoritas mendicantes damnandum, quod & merita bonorum operum videatur excludere.

FINIS.

Source : BIU Cujas

CAROLI MOLINÆI

ANNOTATIONES

AD EXTRAVAGANTES COMMUNES.

LIBER PRIMUS.

TITULUS SECUNDUS.

De postulatione Prælatorum.

Cap. unicum. *Dispendiis.*

SUMMARIUM. IN Summario. Ibi. *Minores viginti septem annis sæculares ad certas Ecclesias prohibentur postulari quæ sint Episcopales.*

Ætas promovendorum ad Sedes Episcopales 24. anni completi & 27. inchoatus.

Imo viginti sex annis, quia hîc satis est inchoasse. C. M.

Hæc Molinæi nota quoad ætatem in Prælaturis requisitam conformis est & concordat ipsismet Bononiensibus concordatis. tit. de Regia ad Prælat. nominatione. §. 1. & sic eadem interpretatur Dom. Petrus Rebuff. in commentariis ibidem. in verb. constitutum. ubi citat Joann. Daymam in suo commentario ibidem. hoc est in commentario ad concordata. tit. de Regia ad Prælaturas nominatione. in eod. verb. constitutum. F. P.

In eam materiam remissiones ad alios locos & authores.

TITULUS TERTIUS.

De Electione.

Cap. 1. *Injuncta.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Multis probat, promotos in Curia non debere redire ad propria, sine litteris suæ promotionis.*

Constitutiones pecuniariæ non utique servandæ.

Limitat Oldrad. quæst. 179. nec servatur in Gallia, quia pecuniaria. C. M.

Cap. 4. *Ex debito.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Cum beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia sint soli Papæ reservata, ostendit quæ, & quorum apud Sedem vacare dicantur eamdem. Juncta Inscriptione. Bonifacius octavus.*

Extensio vacationum in Curia non admittitur in Gallia.

In quantum extendit. cap. 2. de præbend. in 6. ambitiosa est, nec usu recepta, saltem in Gallia. C. M.

Junge in id decretum de reservationibus sublatis. in Concilio Basileensi editum & in pragmatica sanctione confirmatum, & in concordatis Bononiensibus repetitum. sub eodem titulo. de reservationibus sublatis. Item decretum Concilii Tridentini. sess. 24. de reformat. cap. 19. ubi omnia mandata Apostolica, gratiæ expectativæ, & reservationes abrogantur. F. P.

In eamdem materiam ad plura alia loca remissio.

TITULUS SEXTUS.

De Officio Delegati.

Cap. unicum. *Sedes Apostolica.*

GLOSSA. In Glossa verb. *Per ordinationem sive divisionem Diœceseum, jus ad rem expectantibus beneficia ante divisionem quæsitam immutari non debet.* Ibi. *Hoc verbum ordinare generale est, comprehendens modum quo quis habet disponere de re propria jure suo.*

Ordinandi vocabulum omnem modum disponendi comprehendit.

Idem Gemin. Philipp. Franc. cap. cum in illis. §. penult. de præbend. in 6. C. M.

In hac extravaganti agitur de divisione Diœceseon facta à Joanne XXII. in Gallia, maxime in provincia Aquitanica, Tholosana, & Narbonensi. F. P.

De divisione & erectione novorum Episcopatuum.

Ibidem.

GLOSSA. Et in eadem Glossa. Ibi. *Si quis impetraverit beneficium spectans ad ordinationem alicujus, poterit beneficium petere spectans ad collationem, præsentationem seu quamvis aliam dispositionem.*

Non tamen venit spectans ad electionem, ut per gloss. in Clement. 1. vers. quamvis. de præb. quia non venit sub verbo provisionis æque lato. vide Joann. Selvam in tract. de benefic. parte. 3. quæst. 11. num. 41. C. M.

Non tamen ordinandi vocabulum comprehendit eligendi modum, ut nec providendi vocabulum.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Jus ad rem expectantibus quæsitum. Junctis præcedentibus.* Ibi. *Quid si Canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua cathedrali Ecclesia sub expectatione præbendæ, numquid poterit in delegatum Judicem impetrari, videtur quod non, cum non habeat jus in re, sed ad rem: contrarium credo, cum omnia quæ ad jura Canonicatus pertinent, sibi debeantur, licet nondum sit ibi præbendatus.*

De creatione Canonicatus ad effectum consequendæ dignitatis tantum juxta concordata.

Hoc non habet locum in Gallia, ubi per concordata hujusmodi creatio est limitata ad effectum obtinendi dignitatem duntaxat. C. M.

Vide in id decretum de reservationibus sublatis. §. in cathedralibus. retentum in concordatis Bononiensibus F. P.

In eamdem materiam remissio.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa eadem. Ibi. *Videtur quod si in illa Ecclesia, de qua est sibi provisum, impetrans habeat jus, licet non possit habere possessionem facti, ulterius non poterit de alio provideri.*

Qui habet jus in Ecclesia, licet non habeat possessionem, non

Source : BIU Cujas

potest de alia provideri in eadem Ecclesia.

Nisi sub præmissis conditionibus, si non habet jus in primis. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Jus ante divisionem diœceseon, competens non poterit immutari.* Ibi. *Non obstantia tendunt tantum ad tollendam subreptionem, non ad jura specialia perimenda.*

Statutis vel ordinationibus in fundationibus appositis non potest derogari.

Quod est verum de statutis & ordinationibus laici. Anton. Butrius. consil. 3. secus de statutis Clericorum. Rota. de præb. in novis. nisi essent apposita per Clericos, non per viam statuti, sed in fundatione, quia tunc numquam tolluntur. Petr. Anchar. consil. 20. consil. 363. Felin. cap. nonnulli. column. 29. conclus. 8. de rescript. & in tract. quando litteræ Apostol. noceant patronis Eccles. colum. 6. Philipp. Franc. cap. si pro Clericis. column. final. de præbend. in 6. Joann. Selva. tract. de benefic. part. 3. quæst. 11. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Possunt gratiæ ante divisionem diœceseon concessæ post divisionem, per executores executioni mandari* Ibi. *De cætero poterit executor procedere ad providendum, & providere si voluerit, non obstante contradictione alicujus.*

Executor debet exequi mandatum non obstante contradictione.

Scilicet quando eligit partes meri executoris, ut not. Panorm. Clement. 1. de offic. Delegati. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed numquid iste executor habeat expectare cassationem collationis factæ per alium executorem, seu ordinarium de illo beneficio, de quo suo impetranti providere intendit, non credo dubium quod non.*

Executor mandati Apostolici potest conferre, non obstante priori collatione, si prior collatio sit nulla.

Intellige si prima collatio sit nulla, aliàs prius cassanda est. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

Et in eadem Glossa. Ibi. *Item si velit providere impetranti de beneficio quod vacat de jure, non tamen de facto, poterit vocato possessore, & causæ cognitione præhabita, si inveniat jus non habere, coget ad dimittendum, & post exequetur mandatum, aliàs cassaretur ejus processus.*

Executor mandati contra possessorem potest exequi mandatum, dummodo non amoveat à possessione.

Hoc verum, quando vult detentorem de possessione amovere, & alii dare, ut dicit, secus si tantum conferre, & in possessionem juris mittere, quia potest nulla causa cognita, & nullo vocato. cap. licet Episcopus. de præbend. in 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In eadem Glossa. Ibi. *An executor qui providit primò, possit providere secundò, dicit quod sic, declarato quod prima collatio non tenuit, & sic non habebit vocare partes, nec aliàs juris ordinem observare.*

Executor prioris gratiæ poterit posteriorem exequi sub conditione si ex prima collatione non sit jus quæsitum.

Poterit etiam dicta declaratione non facta, iterum conferre sub conditione naturali, si ex prima non est jus quæsitum. supr. eod. glossa verb. jus ad rem. C. M.

Ibidem.

GLOSSA. *

Et in eadem Glossa. Ibi. *Sed numquid Ordinarius qui succedit executoribus, quorum officium per negligentiam periit, reputabitur per omnia ut Ordinarius, cum sit administrator juris communis.*

Ordinarius succedens executori partes suas negligenti, remanet Ordinarius.

Idem Gemin. cap. si Clericus pro quo. de præb. in 6. C. M.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa verb. *Per executores, & alios ad quos pertinebit ad debitam executionem adduci* Ibi. *Si mandatum sit Episcopo Tholosano, numquid Archiepiscopus qui successit gratias exequetur? dicit quod sic, cum res rei, dignitas dignitati, persona personæ succedat, ratio tamen decretalis in contrarium, sed potest dici quod loquitur de simplicibus executoribus, seu de Legatis à Sede Apostolica.*

Ordinarius delegatus manet idem etiam si adaucta fuerit ejus dignitas.

Extraneis, non de Episcopo ipso tanquam Ordinario, vel etiam tanquam delegato commisso, sed respectu dignitatis, non personæ. C. M.

TITULUS OCTAVUS.

De majoritate & obedientia.

Cap. 1. *Vnam sanctam.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Omnes Christi fideles, de necessitate salutis subsunt Romano Pontifici, qui utrumque gladium habet, & omnes judicat, à nemine autem judicatur; hæc tamen extravagans Regem Franciæ & Regnicolas non amplius subjicit Romanæ Ecclesiæ, quam prius erant, ut patet infra. de privilegiis. meruit.*

Constitutio *unam sanctam* de submissione Regum quo ad temporalia S. P. merito revocata per cap. meruit. infr. de Privilegiis.

Non solum facta est contra Philippum Pulchrum Regem Franciæ, qui occasionem dedit, sed etiam contra omnes Principes, Potestates, & Respublicas totius orbis, quarum Papa se facit adversarium, imo eos de necessitate salutis diffidit in temporalibus & spiritualibus, nisi sibi se subesse profiteantur, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, saltem habitu; cum autem omnes Papæ hoc mordicus teneant, & necessario teneant, alioquin Papatus ipse ruet, viden quam fieri possit, ut tutum fœdus cum aliquo Papa feriatur. C. M.

Nota in præcedentem Molinæi notam, & in materiam ibi tractatam, ad plura alia loca & authores remissio.

Hoc totum Molinæi marginale adnotatum desumptum est ex ejusdem editione anni 1553. & contra hanc extravagantem vide quod & Dom. Milletotius Senator Divionensis Curiæ adnotavit in suo tractatu delicti communis & casus privilegiati. relato in primo tomo libert. Eccles. Gallicanæ. tractatus omnes hujusce materiæ continente. sub finem. fol. mihi. 460. & seqq. F. P.

Ibidem.

GLOSSA.

In Glossa. in principio. *Vnam sanctam.* Ibi. *Tertia ratio, scilicet prætensæ submissionis temporalis potestatis, Ecclesiasticæ, sumitur ex tertia conditione quia Ecclesia est catholica & universalis, sive generalis.*

Unde Ecclesia dicenda catholica & universalis.

Ecclesia Christiana toto in Concilio Nicæno, & aliis generalibus dicta est catholica, quia nullo certo loco affixa, nec ab ulla urbe denominari debet, sed catholica, ad exclusionem primatus cujuslibet particularis Ecclesiæ, ut patet in Concilio Nicæno. cap. 1. & in Concilio Africano. & cap. primæ Sedis. 99. distinct. quocumque enim verbum Dei sonat & auditur, ibi Ecclesia est. Ezechiel. 1. Joann. 10. ubi oves meæ vocem meam audiunt, non alienam. C. M.

Nota in præcedentem Molinæi notam.

Et illud adnotatum marginale Molinæi desumptum est ex ejusdem editione anni 1553. F. P.

Ibidem. §. *Igitur.*

TEXTUS.

In Textu. Ibi. *Ecclesiæ unius & unicæ unum corpus, unum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi Vicarius, Petrus, Petrique successor.*

Quæ sit successio in Ecclesia.

Atqui in Ecclesia Christi non est successio sanguinis, ergo multo minus loci, vel alterius causæ remotioris à sanguine, sed est successio fidei, doctrinæ & vitæ duntaxat; quisquis ergo non servat fidem, doctrinam & vitam Petri, non est ejus successor, sed potius Simonis Magi, ut etiam sanctus Bernardus ad Eugenium testatus est. Vide homilias Gualteri. C. M.

Nota in præcedentem Molinæi notam.

Et illud etiam Molinæi annotatum marginale desumptum ex editione anni 1553. & ad condemnationem ejus propositionis quod in Ecclesia sint duo capita etiam Petrus & Paulus qui unum efficiant. Vide decretum Congregationis ipsius Romanæ Inquisitionis decreto S. D. N. PP. Innocentii X. confirmatum, quod refertur & declaratur in arresto Senatus Parisiensis illius decreti inquisitionis condemnatorio, de die 15. Maii anni 1647. non in eo quod decretum inquisitionis condemnaret hanc propositionem (sanctus Petrus & sanctus Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui unum efficiunt) sed quod decretum esset non Dom. N. PP. sed ipsius Congregationis inquisitionis, quam Congregationem privatam, ut nec alias Romæ habitas Curia Parisiensis non agnoscat,

Arrestum Senatus Parisiensis condemnatorium decreti Inquisitionis de duobus Ecclesiæ capitibus.

Source : BIU Cujas

Quid hoc arresto damnatum quid probatum hic exponitur.

sed solam D. N. PP. potestatem & authoritatem, quo & arresto Senatus Parisiensis improbant mandatum Nuncii Apostolici ipsi decreto Inquisitionis submissum, quo sibi Nuncius jurisdictionem quamdam ordinariam in Regnum & diœceses Gallicanas attribuebat, cum nullam habeat, sed solis Papæ negotiis apud Regem procurandis insistere debeat, illud arrestum Curiæ inscribitur in primo volumine probationum ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ. cap. 10. art. 12. & nos de eo mentionem habuimus in præfat. historica ad pragmat. sanct. sancti Ludovici. art. 142. & sequ. & in inventario instrum. in præfatione & commentario inscriptorum. in fine submisso. pag. 219. & 220. F. P.

De eo arresto & ejus intellectu ad locos hic citatos remissio.

Ibidem.

GLOSSA. In Glossa verb. *Est autem hæc authoritas, & si data homini & exerceatur per hominem, non humana, sed potius divina.* Ibi. *Quod sit divina, quia data à Deo, & quia ipse Christus, qui erat Deus loquebatur, cum dixit super hanc petram, id est super me ipsum, qui sum petra, & qui significor per petram, ædificabo Ecclesiam meam.*

Interpretatio verborum *tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

1. Corinth. cap. 3. cap. 10. & alibi. petra autem erat Christus. August. de verb. Domini. homil. 13. tu es ergo (inquit) Petrus, & super hanc Petram, quam confessus es, ædificabo Ecclesiam, super me ædificabo te, non me super te. & 1. Joann. dicit non super petram Petrum, sed super petram Christum, id est quæ Christus est, ædificasse Ecclesiam. vide Gualt. homil. 5. fol. 74. C. M.

Ibidem.

GLOSSÆ. additio. In additione Glossæ. Ibi. *Quæro utrum potestas spiritualis debeat dominari temporali, & videtur quod non, quia jurisdictiones sunt distinctæ, & Imperator à solo Deo potestatem habet in temporalibus, & licet coronam recipiat à Papa, gladium tamen ab altari, & etiam ante fuit Imperium, quam Apostolatus.*

Potestas sæcularis & Regia in temporalibus non subest Ecclesiasticæ.

Hæc additio sumpta est ex libro quem Petrus Bertrandus, tunc Episcopus Heduensis, deinde Cardinalis, fecit pro Prælatis Franciæ, contra Dom. Petrum de Cugneriis Regium Advocatum, tempore Philippi Valesii, anno 1329. nec tamen Dom. Bertrandus prævaluit, quia rationes ejus fundatæ sunt in nugis & somniis. Innoc. in cap. licet. de foro compet. C. M.

In eam materiam remissiones.

In id vide quæ jam adnotavimus. ad cap. solitæ. 6. de major. & obedient. in decretal. in inscript. ejusdem capituli ad Caroli Molinæi notam, & ad materiam hujusce capituli. F. P.

TITULUS NONUS.

De treuga & pace.

Cap. 1. *Ad universalis.*

SUMMARIUM. In Summario in fine. *De concordatis inter Sixtum IV. S. P. & Ludov. XI. Regem Franciæ, de collatione beneficiorum dividenda alternatim; inter collatores ordinarios, & summum Pontificem, & de aliis rebus.*

Scias tamen quod hujusmodi concordata, tanquam juri communi & decretis Constant. & Basileens. contraria non sunt fortita effectum. C. M.

Concordata Sixtina non fuerunt recepta in Gallia.

Ibidem.

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Cupientes itaque, ut suscitata retroactis temporibus discordia (proh dolor) ratione cujusdam constitutionis quam pragmaticam sanctionem vocant sine debito claudatur.* Ibi. *Proh dolor.*

Quam diversus à dolore & sollicitudine B. Pauli, de Ecclesiis & scandalis; dolet enim quod Regnum non expilat, qui est dolor lupi, quando oves liberæ non diripit. Hæc decretalis tam fuit irrita, quam conatus Pii II. constantia laudabili Dom. Joann. San-Romani Regii in Senatu Parisiensi procuratoris. Guaguin. & alii in Ludov. XI. C. M.

De Sixtinis concordatis rejectis à Senatu constanter à Dom. Joann. à sancto Romano Procuratoris generalis.

De ea extravaganti sive Sixtinis concordatis, vide quæ adnotavimus in margine ad glossam pragmaticæ sanct. tit. de collat. §. quod si quis. in verb. *quatuor.* & ut ea concordata defendere nisus est Dom. Helias *de Bourdeil* Turonensis Archiepiscopus, adversus Pragmaticam sanctionem Caroli VII. vide addit. Probi ibidem. Contra quem tractatum sive defensorium concordatorum Philipp. Probus fecit alterum tractatum quem inscripsit defensorium electionum, laudatum ibidem. & in eadem additione à Philippo Probo, qui tractatus non extat hodie, ut alia pleraque Probi opuscula ab eo citata & deperdita, ut adnotavimus in præfatione ad pragmat. sanctionem Caroli VII. & ad marginem ejusdem pragmat. in procem. §. cum itaque. in verb. *susceptione.* in additione Probi 2. eam tamen defensionem concordatorum Sixtinorum, à Domino Helia Turonensi Archiepiscopo susceptam, quia pauca supererant exemplaria, ad conservandam historiæ seriem, inseruimus in supplementis ejusdem pragmaticæ sanctionis à pag. 688. ad pag. 713. nec non alia instrumenta manuscripta, nobis à Domino *Vion d'Heronval,* Consiliario Auditore Cameræ Computorum subministrata, quæ ad hunc diem delituerant à pag. 989. ad pag. 1006. ad eam defensionem pertinentia; ut & hanc extravagantem. ad universalis. cum notis marginalibus ad eamdem Caroli Molinæi, cum litteris patentibus Ludovici XI. Regis, ad eam extravagantem comprobandam, Senatui Parisiensi inscriptam, à pag. 1051. ad pag. 1056. quæ tamen improbata fuit & rejecta à Senatu Parisiensi, ut habetur in annotationibus marginalibus ad eamdem extravagantem ejusdem Caroli Molinæi quorum tamen defensoriorum à Domino Helia susceptorum tentamen Sixto IV. summo Pontifici ita placuit, ut Dom. Heliam sodalem suum & in eamdem Franciscanorum familiam adscitum, Cardinalitii Galeri honore & titulo insigniverit, de quibus concordatis Sixtinis, & eorum improbatione à Senatu facta, & defensione à Domino Helia susceptа, & aliis plerisque ad historiæ seriem pertinentibus, vide præfationem nostram historicam ad pragmaticam sanct. Ludovici IX. ab articulo 130. ad articulum 137. F. P.

Ad eam extravagantem & concordatorum Sixtinorum, defensorium Dom. Heliæ Archiepiscopi Turonensis, remissiones hic habitæ.

Exponitur improbatio hujus extravagantis & concordatorum Sixtinorum à Senatu Parisiensi facta.

De his remissio ad plures locos & authores hic citatos.

Exponitur hic ut Dom. Helias ob defensionem Sixtinorum concordatorum susceptam, factus fuerit à Sixto IV. Cardinalis.

Source : BIU Cujas

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De vita & honeſtate Clericorum.

Cap. unicum. *Docta.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Præmiſſa muſicæ artis plurima laude, Cantorum laſciva melodia reprobatur, qui contra honeſtatem Clericalem quod ore cantabant, geſtibus ſimulabant.*

Reprobatur hic muſicæ uſus in Eccleſia, & quod lingua vernacula ſit celebrandum. Ad hoc Joann. Gerſon. in 2. parte. operum. Carth. 253. column. 1. idem Juſtinian. Magnus ſanxit alta & vernacula lingua celebrari, ut juxta ordinem & doctrinam beati Pauli ab omnibus intelligantur, ut eſt textus. in novell. 123. de Eccleſ. diverſis. cap 1. §. ad hæc. inſequendo textum. 1. ad Corinth. cap. 14. dixi in præfat. edicti Henrici II. num. 21. C. M.

Nota in præcedentem Molinæi notam, & in ejus materiam remiſſiones. Illud Molinæi adnotatum marginale deſumptum fuit ex ejuſdem editione anni 1553. & in ejuſdem materiam ſive de muſicæ laudibus, & improbatione vide Joann. Sareſberienſem. lib. 1. policratici ſive de curialium nugis. cap. 6. de muſica & inſtrumentis & modis & fructu eorum. F. P.

TITULUS SECUNDUS.

De præbend. & dignitatibus.

Cap. 4. *Execrabilis.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Cæteris beneficiis, quæ prætextu diſpenſationis tenebantur, & quæ tunc vacare decernimus, coram Ordinariis ſub teſtimonio publico dimiſſis.* Ibi. *Sed numquid authenticum ſigillum Epiſcopi vel alterius Prælati, erit teſtimonium publicum.*

Collatio Ordinarii nulla ſine inſcriptione duorũ teſtium. In his quæ ſunt levis præjudicii, nec tendunt de ſe ab initio ad excluſionem juris alterius. Cardin. Florent. in cap. Albericus. de teſtibus. In Gallia non ſtatur litteris & ſigillo Epiſcopi, de collatione beneficii, niſi teſtibus ſaltem duobus inſcriptis, ut etiam arreſtis Senatus Pariſienſis cautum eſt. C. M.

In materiam præcedentem quod teſtes inſcribi debeant in collationibus Ordinariorum ad locos hic citatos facta remiſſio. In id quod litteræ collationum ordinariarum Epiſcoporum & aliorum Prælatorum debeant duorum teſtium ſubſcriptione muniri. Vide eumdem Molin. in not. ad cap. poſt ceſſionem. in gloſſa verb. litteras. ibi. creditur litteris Epiſcopi. de probat. in decretal. & ad commentarium Philippi Decii. ad idem cap. poſt ceſſionem. in verb. teſtimonium. ſign. A. adde edictum Henrici II. contra parvas datas vulgo dictum menſ. Junii 1550. art. 3. quoad procuratoria ad reſignandum, & de cæteris collationibus ordinariis, & neceſſitate teſtium in eiſdem, vide decretum Curiæ Pariſienſis ejuſdem edicti approbativum, & ampliativum, in id quod teſtes in collationibus Ordinariorum inſcribi debeant de die 24. Julii ejuſdem anni 1550. edictum contra rotulationum menſis Novembris anni 1634. art. 23. declarationem inſinuationum menſis Octobris anni 1646. art. 9. & quales teſtes eſſe debeant expreſſum habes in dictis locis ſupra laudatis, & in commentario ejuſdem Molin. ad regul. de infirmis. num. 145. F. P.

Item quales & quot teſtes adeſſe debeant ad eoſdem locos remiſſio.

TITULUS TERTIUS.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Cap. unicum. *Suſcepti.*

GLOSSA. In Gloſſa verb. *Quod fructus primi anni morte vacantium beneficiorum fabricæ vel aliis privilegiatis locis & perſonis applicentur.* Ibi. *Cum mors omnia ſolvat, & jus beneficiale adeo perſonale ſit, quod perſonam non tranſgreditur, imo in ſucceſſore per omnia jus novum creatur, non tamen fortius jure vacanti deceſſoris, unde in beneficialibus licet uti jure prædeceſſoris.*

In beneficialibus non eſt ſucceſſio, ſed ſubrogatio & novi juris creatio non fortioris juris decedentis. Quod eſt excluſivum juris agentis. Compoſtel. Joann. Andr. Cardin. Florent. cap. mandatum. de reſcript. Franciſc. Ripa. reſponſ. 17. ſub tit. de leg. & longa conſuet. ſive facta ſubrogatione. Felin. in rubr. de reſcript. column. 2. ſive accumulando, aut in nova lite. ut plene dixi in reg. cancell. de public. reſignat. quæſt. 5. num. 27. 36. cum. ſeqqu. quæſt. 8. num. 115. C. M.

TITULUS QUINTUS.

De emptione & venditione.

Cap. 1. *Regimini. 1.*

TEXTUS. In Textu. Ibi. *Vendere conſuevit annuos cenſus unius vel plurium marcharum, ad rationem & pro qualibet marcha annui cenſus, decem, undecim, tredecim, quatuordecim marchæ, aut plus vel minus, ſecundum temporis qualitatem.*

Modus uſurarum hic definitur in diverſis regionibus. Iſtud plus vel minus refertur ad quatuordecim, non autem ad primum de decem, & ſic nunquam fuit conſtitutum ad minus pretium quam decem pro uno, ut late dixi in tractat. uſurarum. quæſt. 10. adhuc hodie jam ſunt plus quinquaginta anni, non toleratur ad decem pro uno, niſi in Neuſtria & Armorica, culpa Præfectorum regionis, quia debent ubique ſaltem ad rationem duodecim reduci, ut probavi in d. tractatu tam latino, quam gallico, quæſt. 1. C. M.

Cap. 2. *Regimini. 2.*

TEXTUS. In Textu. *In principio hujuſce capituli, & præcedentis. & in textu utriuſque regimini univerſalis Eccleſia præſidentes. Junctо quod eſt in ſummario.*

Unde origo reditуum vulgariũ ſive conſtitutorum. Indocti putant non aliud eſſe fundamentum reditуum vulgarium, quam has duas extravagantes, & male, quia nullo modo in illis fundantur, ſed in aliis juſtis cauſis, quas late nove diſcuſſi in illo tractatu. quæſt. 74. & quæſt. 75. probavi, quod etiam tempore Juſtiniani. in novell. 160. ſed interim non deſunt corniculæ, quæ inventa mea prolixiorum laborum medullam ſubripiunt, tanquam ſua, ſummatim edentes tacito unde furati ſunt. C. M.

Dolor Molinæanus de ſubreptione laborum ſuorum. Quod mihi plerumque contigit, & noviſſimis hiſce temporibus in negotiis jus regium concernentibus, de quibus cum mentem meam aperuiſſem tacito nomine, poſtea alii audaciores conatus laborum meorum ſibi uſurparunt, & proprios jactati ſunt, quod mihi ſolatii inſtar fuerit, quod pleriſque illuſtrioribus illud evenit, ut Oldrad. à Joann. Andræa, ut Viographi Juriſprudentum & Canoniſtarum modernorum Joann. Fichard. & Valentin. Foſterus. in vitis Joann. Andr. & Oldrad. furati ſunt. F. P.

De alienis laboribus ſubreptis à pleriſque authoribus notatur.

TITULUS SEXTUS.

De ſepulturis.

Cap. 1. *Deteſtandæ.*

SUMMARIUM. In Summario. Ibi. *Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, ut oſſa à carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.*

De exenteratione cadaverum beneficiariorũ damnata. Hactenus, ut anatomicos, ut medici errata vel latentia explorant, non ſervatur. C. M.

Tamen omnino ſervandum, & ſeverius puniendum crimen, quia increbreſcit, de cujus criminis

Source : BIU Cujas

In eam materiam discutiendam, ad diversos locos & authores remissio.

inquisitione diligenter facienda, vide articulum 56. ordinationis Regiæ anni 1559. & ibi eumdem Molinæum in notis imperfectis. Boerium decis. 287. de quo crimine quia Senatus Parisiensis minus diligenter inquirebat, ut resignationes beneficiorum tueretur & defenderet, Magni Consilii Patres de ea corporum custodia & latitatione inquirenda declarationem Regiam ipsis specialius inscriptam meruere, & jurisdictionis attributionem ex toto Regno avocatam, & quotidiano usui demandatam, ut decebat. F. P.

In id declaratio Regia magni Cõsilii Patribus inscripta, & ab iis probata.

Cap. 2. *Super cathedram.*

Glossa.

In Glossa. *Litigiorum amfractibus omnino subductis, inter Ecclesiarum Antistites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos, cæteraque personas, quas Clericalis ordo includit.* Ibi. *Deputatos, ut pascant præcipue, non ut tondeant.*

Invehitur in pastorum aviditatem & negligentiam curandi gregem dominicum.

Ut hi qui de solo quæstu tam acriter litigabant, contra hujusmodi exclamat Hieron. cap. 23. væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ. & Ezech. 34. væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. C. M.

In eamdem materiam ad alios Molinæi locos remissio.

De his contentionibus frequentioribus circa sepulturas, vide quod supra adnotavi ad Clement. dudum. de sepulturis. in Textu. ibi. periculosa discordia. F. P.

TITULUS DECIMUS.

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

Cap. unicum. *Vas electionis.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Si Ecclesiæ minus debeant, vel consueverint præstare visitantibus quam decretali fuerit statutum, ultra consuetudinem ad solvendum non teneantur. Juncta glossa in verbo consueverint.* Ibi. *Hoc dicit propter ea quæ habentur in cap. cum ex officii. de præscriptionibus.*

Procurationis modus præscriptione induci potest, non in totum tolli.

Intelligo circa moderationem ipsius quantitatis, non circa quotam ipsius juris procurationis, ut patet ex ipso textu. verb. *moderationem.* quia teneo cum Panorm. in d. cap. cum ex officii. quod ipsum jus procurationis nec in totum, nec in tota quota potest remitti, vel præscribi, sed bene, modificari in quantitate, & aliis, ut in glossa. Clement. 2. supr. de censibus. quidquid extollat Felin. d. cap. cum ex officii. column. 6. C. M.

In eam materiam remissiones.

Junge hîc quæ in eam materiam notavit idem Molin. ad Clement. 2. in glossa. verb. *compositiones.* ibi. super modo. de censibus. & quæ ibi adnotavimus. F. P.

LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

De simonia.

Cap. 2. *Cum detestabile.*

Summarium.

In Summario. Ibi. *Omnes simoniaci cujuscunque dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati, nec habent simoniace ordinati Ordinis executionem, & electiones, & aliæ provisiones per simoniam factæ non valent, nec jus percipiendi fructus tribuunt, mediatores etiam simoniæ eadem censura ligantur, qui à solo Papa absolventur, & omnes prædicti sunt Romano Pontifici revelandi.*

Hæ extravagantes loquentes de simonia non servantur in Gallia.

Multa contra has extravagantes congerit Angel. Clavas. in summa. verb. *simonia.* 6. §. 9. cum sequ. ubi tandem subdit hodie non ligare, sed abrogatas esse per non usum. C. M.

Crimen simoniæ acriter insectatum à sancto Rege Ludovico in sua pragmat. sanctione. art. 3.

Et tamen omnino servari deberent, & eo diligentius & exactius, quod Regnum Galliæ hac pestifera labe diu vexatum fuerit, atque etiam ipsius venenum in interiora viscera serpens, vix eliminari potuit, quamvis sanctissimus Rex Ludovicus IX. suæ pragmaticæ sanctionis articulo 3. acrius insectatus fuerit, ut à Regno suo eliminaret, de quo vide quid dixerimus ad eum articulum tertium pragmaticæ sanctionis sancti Regis. num. 23. commentarii nostri ad finem. F. P.

In id remissio ad commentarium nostrum in eamdem pragm. & præfationem historicam eidem præfixam.

TITULUS SECUNDUS.

De Judæis.

Cap. 2. *Dignum.*

Textus.

In Textu. in principio. Ibi. *Dignum arbitramur, fonte renatos baptismatis, Judaica cæcitate dimissa, amplioribus gratiis abundare. Juncta hujusce extravagantis executione mandata Officialibus comitatus Avenionensis.* Ibi. *Dignum arbitramur.*

Invehitur in pravum morem pœnarum conversis Judæis impositarum Avenioni & in terris Papæ.

Adde justum & debitum, sed Papa de facto contrarium notorie servat Avenioni, timens ne tributa & quæstus imminuantur, si tot Christianismum profiterentur. tetigi extra. eod. cap. Judæi. & ad stilum Parlam. part. 5. quæst. 19. ita etiam statuit Concilium Basileense. sess. 9. C. M.

TITULUS QUARTUS.

De schismaticis.

Cap. uni cum. *Dudum.*

Glossa.

In Glossa verb. *Omnia quæ inhabilitatis pœna substulit, reddemus. Juncta Inscriptione. Benedictus II. scilicet Columnensibus excommunicatis & depositis.* Ibi. *Sed an unus ex eis, scilicet Columnensibus, immiscens se divinis post condemnationem, irregularis factus recipiat beneficium, alii collatum propter irregularitatem, post generalem absolutionem, illud reciperet, dic quod hic non est expresse dictum, sed in genere, non loquendo de jure alterius.*

An absolutus à schismate omnia pristina recipiat de Columnensibus absolutis à Benedicto XII.

Gemin. consil. 11. consil. 12. in fine. C. M.

TITULUS SEXTUS.

De crimine falsi.

Cap. unicum. *Spondent.*

Textus.

In Textu. in principio. *Spondent quas non exhibent divitias pauperes Alchimistæ.*

Condemnatio Alchimiæ & operationis ejusdem quoad auri fabricationem.

Idem Thom. Aquinas 2. 2. quæst. 77. art. 2. limitans nisi per artem fieret verum aurum, & non per magiam vetitam. Oldrad. quæst. 74. Andr. Isern. quæ sint regalia. vers. monetæ. column. 1. Favia. de monte S. Savini. tract. de empt. & vend. column. 55. Panorm. cap. ex tuorum. de sortileg. Hieron. Zaneti. repetit. cap. 1. de accusat. Albert. Brun. consil. 76. summ. Angel. & summ. Silvest. Prieras. verb. *Alchimia.* Joann. Andr. ad Specul. eod. tit. in rubrica, ubi dicit se vidisse virgulas veri auri hac arte confectas, quod ego non credo. C. M.

TITULUS SEPTIMUS.

De privilegiis.

Cap. 2. *Meruit.*

Textus.

In Textu. Ibi. *Meruit charissimi filii nostri Philippi Regis Francorum illustris, sinceræ affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas. Juncta Inscri-*

Source : BIU Cujas

ptione. Clemens V. Ibi. *Ad nos.*

De creatione Clementis V. in ſummum Pontificem, & quomodo procedat in revocatione actorum Bonifacii VIII.

Merito ſe præponit, quia magnum fœdus occulte contractum fuerat inter Philipp. & Clement. poſt obitum Benedicti XI. & occulte, donec Clemens, qui videbatur hoſtis, & cum Anglis ſentire, perveniſſet ad Papatum, ut late deſcribit Antonius in Clemente V. qui urgebatur à Rege omnia acta & memoriam Bonifacii VIII. abolere. Viden tamen ut hic per verba ficta ibi intelligantur, ut ſuſpenſo gradu procedat, ne videlicet fundamento Papatus derogetur, aliud enim Pontificatus, aliud Papatus. C. M.

In eam materiam ad alios Molinæi locos, & ibi notata remiſſio.

Hoc poſtremum præcedentis notæ Molinæanæ, ab his verbis, *viden tamen ad finem*, eſt deſumptum ex editione ejuſdem Molinæi anni 1553. & ad intelligentiam hujuſce extravagantis junge cap. ſeu extravagantem. unam ſanctam. ſupr. de major. & obedient. in 6. cum inibi notatis in hiſce extravag. communibus. F. P.

Cap. 4. *Exhibita.*

TEXTUS.

In Textu. *Iuncta Inſcriptione. Joann. XXII. Magiſtro & Fratribus Hoſpitalaribus ſancti Joannis Hieroſolimitani, & ſummario.* Ibi. *Dicit quod Hoſpitalarii ſancti Joann. Hieroſolimitani ex ſtatuto vel conſuetudine habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.* Ibi. *Exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, &c.*

Commendariæ & Præceptoriæ ſancti Joannis Hieroſolimitani, non ſunt vera beneficia.

Superfluit, quia hæ Commendariæ non ſunt beneficia. ut dixi in reg. cancellariæ. de infirmis. num. 133. & tetigi in Clementin. quia regulares. de ſuppl. neglig. Prælat. C. M.

In quibus hic in Molinæanæ notæ hic appoſitæ veritatem & ſuperfluentem prætenſam diſpoſitionis canonicæ hic, in commendariis & præceptoriis ſancti Joannis Hieroſolimitani.

Non video in quo ſuperfluere dicat Molinæus hanc extravagantem, in Commendariis ſive Præceptoriis ſancti Joann. Hieroſolimitani, quia non ſunt beneficia, hoc quidem verum eſt, ipſomet probante authoritatibus quæ ex ſe allegat, & quod etiam probavimus in tractatu noſtro & avitino. de beneficiis Eccleſiaſticis. ad verba. *definitionis militia.* cap. 4. de diviſione beneficiorum. §. 31. de his quæ beneficiis accedunt, nec ſunt beneficia. num. 7. & ſeqqu. ſed de his Commendariis ſeu Præceptoriis non agitur in hacce extravaganti, ſed de jure annalium fructuum beneficiorum quorumdam ipſis Præceptoriis annexo, ut Novioduni & in Eccleſia cathedrali ubi Canonicatuum certo anni tempore vacantium fructus eis debentur, & in redemptionem ipſorum præſtantur & exſolvuntur certa tributa & vectigalia, quæ majora, vel minora ſunt, ex vacationis tempore, quæ appellari ſolent *les grands & petits namps, grandes & petites taxes.* ſed & ex eadem gloſſa concludi poteſt, in perceptione annalium rationem haberi privilegii non reſidentis, veluti Officiariorum commenſalium Regis in ſua capella Regia, qui ex privilegio commenſalitatis ſuæ & officii & famulatus Regi debiti, tempore ſervitii famulatus & obſequii præſtiti reſidentes habentur, & percipiunt quidquid præſentes & reſidentes Canonici percipere deberent, ſolis diſtributionibus quotidianis & manualibus exceptis, hos itaque fructus lucrabuntur Præceptores & Commendarii annalia percipientes, idem & obſervandum in deportuum perceptione, ut deducatur penſio beneficio deportum patienti impoſito, creditori penſionis perſolvenda ab ipſiſmet deportariis. de quo vide eamdem extravagantem ſub finem. ubi notat S. P. reſidentiam eſſe vel veram, vel interpretativam, & interpretativam exponit in iis verbis, ut pote per ſpeciale privilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cauſa rationabili, ab hujuſmodi reſidentia legitime excuſante, veluti ex ſtudiis quibus incumberet beneficiatus, vel ſi vacaret negotiis Eccleſiæ procurandis, & aliis de cauſis, quod notandum. F. P.

Quæ ſint annalia tributa in certis Regni Eccleſiis militibus ſancti Joannis Hieroſolimitani ex fructibus vacationis primi anni, quæ dicuntur in Eccleſia Noviodunenſi *les grands & petits namps.*

In annalibus percipiendis habetur ratio privilegii non reſidentiæ propter famulatum Regi præſtitum, ut & in deportu deducenda penſio beneficio impoſita.

Duplex eſt reſidentia, altera vera & præſentialis, altera interpretativa, per privilegium non reſidentium.

TITULUS NONUS.

De Pœnitentiis & remiſſionibus.

Cap. 1. *Antiquorum.*

INSCRIPTIO.

In Inſcriptione. Ibi. *Bonifacius VIII. Juncto Summario. centeſimo quoque anno viſitantibus Baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum, pleniſſima peccatorum venia conceditur.* Ibi. *Bonifacius VIII.*

De Jubilæorum indictione nota paulo liberior.

Qui ſub annum 1300. hanc publicavit & in ipſo apparatu Jubilæi Romæ, primò in Pontificalibus apparuit, poſtero die Imperiali habitu, clamans ecce duo gladii, vides ô Petre, ſucceſſorem tuum, & cæt. deinde Clemens VI. reduxit ad quinquaginta annos. Sixtus IV. ad viginti quinque. Alexander vero VI. ut etiam à non venientibus ſtipem corraderet, primus juſſit per urbes & vicos quæſtuariè deferri. Vide Theod. à Niem. in hiſtor. Pontif. ſui temporis, ubi turpes quæſtus Bonifacii IX. prætextu Jubilæi, qui tamen olim Levit. 25. introductus fuerat, non ad quæſtum, ſed ad allevandum pauperes, liberando pignora & hypothecas, &c. C. M.

De eorumdem abbreviatione & multiplicatione ſucceſſive facta continuatio notæ liberioris.

TITULUS DECIMUS.

De ſententia excommunicationis.

Cap. 3. *Ad certitudinem.*

SUMMARIUM.

In Summario. Ibi. *Andronicum Palæologum ſe Imperatorem Græcorum nominantem, & hæreſis ipſorum fautorem excommunicatum denunciat. Iuncta Inſcriptione. Clemens V.* Ibi. *Andronicum Palæologum.*

Nota ad hiſtoriam temporis paulo liberiorem.

Filium Michaëlis Palæologi, ſed injuſta decretalis, cum pater ejus Lugdunum ad Concilium veniſſet, & à Gregorio X. approbatus, in Græciam reverſus ſepultura caruit, quia Græci ambitionem Papæ execrantur, tantum abeſt ut eam adorare velint, quare filius immeritus non debebat impeti, ſed facile Græci hanc cenſuram more ſuo ſpreverunt. C. M.

FINIS.

Source : BIU Cujas

COMMENTARIUS

Source : BIU Cujas

COMMENTARIUS
AD EDICTUM
HENRICI SECUNDI
CONTRA PARVAS DATAS,
ET ABUSUS CURIÆ ROMANÆ,

ET IN ANTIQUA EDICTA ET SENATUSCONSULTA Franciæ, contra Annatarum, & id genus abusus, multas decisiones juris & praxes continens.

Authore CAROLO MOLINÆO, *Jurisconsulto Parisiensi, & in supremo Parisiorum Senatu Advocato consultissimo.*

Quicunque honorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1. *Reg.* 2.

Magna est veritas, & prævalet. 2. *Esdræ* 4.

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. *Esaiæ* 42.

Source : BIU Cujas

A TRES-HAUT

ET TRES-PUISSANT PRINCE

HENRY DE VALOIS,

PAR LA GRACE DE DIEU

ROY DE FRANCE,

SECOND DE CE NOM, TRES-CHRESTIEN,

Charles du Molin, Juriſconſulte de Paris, ſon tres-humble ſujet, deſire accroiſſement d'honneur & felicité.

LE zele que j'ay toujours eu à voſtre honneur, SIRE, au bien & utilité de voſtre tres-noble Royaume & Republique Françoiſe, m'a incité non ſeulement à compoſer, mais auſſi vous dédier ce recent & nouveau Commentaire; recent, diſ-je, quant à ce mien preſent labeur, mais tres-ancien, & rien moins que nouveau, quant à la matiere & choſes principalement y contenuës, qui ſont de l'autorité que vous, SIRE, avez de Dieu, & que vos tres-nobles, & tres-vertueux Anteceſſeurs ont jadis eu de Dieu, gardée & executée en faiſant pluſieurs bonnes & ſaintes Loix & Ordonnances de l'Eſtat, gouvernement, & polices des choſes Eccleſiaſtiques, tant des Egliſes, que mêmes des Eveſques & Prelats de leur Royaume: comme il eſt notoire qu'a fait le tres-preux, vertueux, & ſage Charles le Grand, premier de ce nom, Roy de France, & aprés luy Louys premier de ce nom, dit le Pieux, ſon fils, auſſi Roy de France, & pluſieurs autres leurs ſucceſſeurs en la même Couronne de France: leſquels (comme il eſt tres-certain) vous ont tranſmis non moindre, mais pareille & même puiſſance & autorité, avec la même Couronne: comme auſſi ce ſont choſes notoirement indiviſibles & inſeparables. Leſquelles anciennes Ordonnances, meſmement deſdits Charles le Grand, & Louys le Pieux, ſe trouvent encore aujourd'huy és Regiſtres de voſtre ſouveraine Cour de Parlement & Chambre de vos Comptes, & en pluſieurs livres authentiques, & en partie inſerées en la compilation ancienne du grand Decret; leſquelles Ordonnances, mêmes Eccleſiaſtiques, ont eſté receuës par l'Egliſe, qui y a obey, comme appert non ſeulement par les Livres authentiques des Hiſtoriographes, qui ont vêcu & écrit, tant lors deſdites Ordonnances, que peu aprés; mais auſſi par les ſaints Decrets. Or il a eſté beſoin rememorer ces nobles antiquitez, non pour vous attribuër nouvelle autorité (qui eſt la même ſolide & entiere qu'ont eu & exercé voſdits predeceſſeurs) mais pour icelle ſoûtenir & défendre, & montrer évidemment que de tout temps elle a eſté, & eſt, à l'encontre d'aucuns tenebrions, partie indoctes & ignorans, partie tergiverſateurs & mal-affectez à l'excellence & amplitude de voſtre dignité & autorité Royale. Ce n'eſt pas de cette heure que voſtre Royaume même a eſté inquiné de pluſieurs telles gens: leſquelles par leurs nouvelles inventions & fallacieuſes ſeductions, rompoient & déchiroient le principal membre de voſtre Couronne & autorité Royale, qui eſt voſtre Juſtice & Juriſdiction ſouveraine; enſemble l'autorité de faire Loix & Statuts, comme ſeul ſouverain Seigneur de voſtre Royaume. Il y a plus de douze vingt ans qu'ils avoient tellement uſurpé voſtre Juſtice & Juriſdiction Royale, & diſtrait la pluſpart de vos ſujets hors voſtre ſujettion, & obedience judiciaire, & tellement aboli & ſubverti les memoires, faits & geſtes des anciens & predeceſſeurs Rois, en dérogeant à voſtre hauteſſe & ſouveraineté, & à l'autorité ſacrée & inviolable de voſtre Couronne Royale, qu'ils avoient communément perſuadé que n'aviez, à cauſe de voſtre Couronne, puiſſance, autorité, ne juriſdiction de ſtatuër ou ordonner aucunement de l'Eſtat Eccleſiaſtique: ſinon

L'autorité du Roy eſt de Dieu. *Proverb.* 8. *Roman.* 13.

Charles le Grand. Louys le Pieux.

Anſegiſus Abbas. Gregor. Turonenſis, Paul. Diaconus Annonius. c. de capitulis c. ult 10.

Source : BIU Cujas

entant qu'il vous eſtoit par eux attribué, comme à ſimple executeur de leurs Ordonnances & Mandemens : & que non ſeulement toutes perſonnes Eccleſiaſtiques, mais auſſi tous ſimples tonſurez (combien qu'ils n'euſſent aucune profeſſion Eccleſiaſtique, ains pure ſeculiere ou mecanique, comme les autres, qu'ils appellent lais) n'eſtoient aucunement ſujets à voſtre puiſſance & juriſdiction, ny à vos Ordonnances, ains qu'ils eſtoient totalement exempts, non par aucun privilege de vous, ou vos predeceſſeurs Rois, mais de leur propre droit, comme un peuple & regne ſeparé. Tellement que dedans voſtre Royaume meſme, ils en avoient de fait érigé un nouveau, non ſujet à vous, mais diſtrait de voſtre obeïſſance, ſubjettion & autorité Royale, & qui pis eſt, tiroient à eux la pluſpart des ſujets & habitans de voſtre Royaume; de
Philippes de Valois. ſorte que du temps de feu de tres-illuſtre memoire Philippes de Valois voſtre predeceſſeur, feu de loüable memoire Maiſtre Pierre de Cognieres, ſon Conſeiller & Avocat travailla grandement, & eut fort grand peine à reduire à voſtre cour & juriſdiction Royale, partie des uſurpations que les Prelats de voſtre Royaume, & leurs officiers & adherens, avoient faites ſur icelles, & de retirer partie de vos ſujets à voſtre ſujettion & juriſdiction : leſquels ils s'eſtoient, les uns du tout, les autres en pluſieurs cas appropriez privativement & excluſivement à voſtre Royale & ſouveraine puiſſance & autorité, au grand detriment, diſcoloration & prejudice d'icelle, & non ſeulement à la diſtraction, mais auſſi à la grande foule de vos ſujets naturels : leſquels non ſeulement faiſoient ſubir juriſdiction pardevant eux privativement à vous, mais auſſi finalement reſſortir en Cour de Rome : & là, outre le tranſport & vexation de vos ſujets, tranſporter, & conſumer grande partie des finances de voſtre Royaume. Vray eſt qu'auparavant es droits nouveaux des Papes, qu'on a appellez Decretales, il n'eſtoit queſtion de ces nouvelletez & entrepriſes ſur voſtre Couronne & autorité : mais depuis qu'ils ſont ſurvenus, & qu'on la permis & toleré qu'en voſtre Royaume ils fuſſent leuës és Univerſitez d'iceluy, ils s'en ſont tellement fait à croire, qu'ils avoient quaſi du tout abſorbé voſtre autorité & juriſdiction, & diſtrait la pluſpart de vos ſujets, lors que ledit Philippes de Valois, voſtre predeceſſeur, par bon conſeil, & par les doctes & illuſtres Plaidoyers dudit de Cognieres, commença en partie d'y remedier. Or (parce qu'il eſt notoire que ceux qui n'ont veu que leſdits droits nouveaux ou Decretales des Papes, ou qui les preferent aux bonnes & anciennes Loix, & meſmement à vos Ordonnances; eſtant tels perſonnages mal ſçavans, & qui n'ont veu ny les Lettres ſaintes, ny les hiſtoires, & antiquitez, & bons Livres politiques, ſaints Decrets, & anciens Conciles de l'Egliſe, ſont en la meſme erreur, detractans, & cavillans entre leurs dents, & où ils peuvent, à voſtre dite ſainte Ordonnance) ce n'euſt eſté fait plein & entier devoir à moy, d'expliquer ſeulement & declarer les doutes & difficultez qui peuvent ſurvenir ſur chacun article de voſtredite Ordonnance, pour l'inſtruction de ceux qui en ont à conſulter & jurer : ſi je n'euſſe par meſme moyen, entré plus haut auſdites illuſtres antiquitez & anciens ſaints Decrets & Conciles de l'Egliſe : pour par iceux montrer clairement & inconvinciblement de voſtre ſupréme puiſſance & autorité en ces choſes, & impoſer ſilence à tous detracteurs & cavillateurs. J'ay eſtimé auſſi eſtre choſe grandement agreable à vous & à tous bons Conſeillers & bien-veillans, d'ouyr & entendre & ramener à memoire & lumiere leſdites tres-ſaintes Loix & Ordonnances de voſdits predeceſſeurs, touchant les choſes Eccleſiaſtiques, ſaints Decrets, & anciens Conciles de l'Egliſe : meſmement celles qui furent par ledit Charles le Grand ſtatuées, touchant la pure adminiſtration de la parole de Dieu & ſaints Sacremens, ſtatuant en ſes Capitulaires, & commandant aux Eveſques diligemment preſcher & annoncer au peuple la parole de Dieu (ſans le ſoin de laquelle ils ne peuvent cheminer, ſinon en provoquant l'ire d'iceluy) & de nourrir leur Clergé en ſobrieté & chaſteté : & outre ordonnant à tous, y comprenant ſoy-meſme, de ſoy preparer & exercer en la ſcience de verité, pour pouvoir reſiſter aux contrediſans à icelle, & que par le don de la divine grace, la parole de Dieu courre & croiſſe, & ſoit multipliée à l'augmentation de la ſainte Egliſe de Dieu, & ſalut de nos ames, à la loüange & gloire du Nom de Jeſus-Chriſt noſtre Seigneur, ornant ſa ſainte Ordonnance de cette clauſe excellente, *Paix aux Predicateurs d'icelle parole, grace aux obeyſſans, gloire au Seigneur Jeſus-Chriſt. Amen.* Ce tres-ſage & heroïque Prince ſçavoit bien que la vraye Religion (qui eſt ſeulement la vraye Chreſtienne, & non autre) dépend totalement de la parole & ordonnance de Dieu, & non d'aucune autre cauſe ſeconde, & qu'il n'eſt loiſible à homme ny à Ange, ny à autre cauſe ſeconde, ou creature quelconque, y ajoûter ou diminuer aucune choſe, comme deſigne le
Pſal. 113. Royal Pſalmiſte, diſant : *Le Ciel du Ciel au Seigneur : mais il a donné la terre aux enfans des hommes.* Ce Ciel du Ciel (qui eſt la doctrine de vraye Religion, choſe ſuperceleſte) Dieu l'a reſervée à ſa ſeule diſpoſition & ordonnance encloſe en ſa parole; les choſes terreſtres, comme les Polices, Royaumes, Eſtats, & negoces temporels, combien qu'ils dépendent de luy comme de ſouverain, ils dépendent bien auſſi en partie de la providence & diſpoſition des hommes, & autres cauſes ſecondes; en tant qu'à iceux il les a aſſujettis. Partant la Religion des Payens, & toutes autres, faites ou inventées par les hommes, ſont fauſſes, nulles, & abuſives : comme ce qui ſeroit ajoûté ou rayé en vos Lettres Royales, expediées & ſcellées de voſtre grand ſeel : qui ſeroit non ſeulement crime de faux; mais auſſi ſacrilege, & eſpece de leze Majeſté,

Source : BIU Cujas

Saint Jean en ſon Evangile, parlant de la doctrine du Seigneur, certitude & perfection d'icelle, a dit que Dieu le Pere l'a conſigné, en démontrant que la doctrine de la Religion Chreſtienne eſt ſeellée du grand ſeel de Dieu eternel en Jeſus-Chriſt: qui auſſi mourant corporellement pour nous, a dit: *Tout eſt conſommé.* Qui eſt donc celuy qui y peut ajoûter ou diminuer, ſans crime de faux ſacrilege, & leze Majeſté divine? Cela meſme en l'ancienne Loy eſtoit eſtroitement défendu par Moyſe & les Prophetes. Saint Hierôſme en Eſaïe chap. 1. ſur ces mots: *Tes Taverniers meſlent l'eau au vin*, blaſme & confute les traditions des hommes, eſtablies pour loy en matiere de Religion, laquelle ne peut ſubſiſter qu'en la ſeule pure, ſincere, & infaillible verité de la parole de Dieu, comme le vin pur, condamnant comme faux Taverniers, ceux qui y veulent ajoûter ou meſler leur eau. Et au meſme Prophéte, chap. 29. ſont les paroles depuis repetées & proferées par le Seigneur, en ſaint Matthieu chap. 15. diſant: *En vain me craignent & honorent par les doctrines & commandemens des hommes;* ce qui s'entend quant au fait de Religion dont elles parlent, & non quant aux ordonnances & commandemens politiques; que vous, SIRE, pouvez faire en voſtre Royaume, & auſquels Dieu meſme par ſes Apoſtres a commandé obeïr, non ſeulement pour la crainte ou doute de voſtre puiſſance, à ce ordonnée & eſtablie de Dieu; mais auſſi pour la conſcience. Et quant à la predication de la doctrine de Religion, dit le ſaint Eſprit, par la bouche de Jeremie, chapitre 23. *Celuy qui traite ma parole, qu'il parle ma parole veritablement. Et qu'a à faire la paille avec le froment?* Ledit ſaint Hieroſme audit lieu, entend par la paille, les traditions des hommes, non ſeulement vulgaires; mais quand ores ils ſeroient les Seigneurs, Docteurs, & plus excellens du peuple. Je laiſſe pluſieurs autres paſſages formels & évidens, comme en choſe plus que notoire, & auſſi pour toucher quelque exemple des ſaintes Ordonnances de Louys le Piteux, Roy de France, fils dudit Charles le Grand; entre autres choſes pour la Religion, il ordonna non de ſens humain, mais ſuivant la parole de Dieu, touchant le Sacrement de la ſainte Cene du Seigneur, la Communion du precieux Corps & Sang du Seigneur eſtre devotement faite à tout le moins trois fois l'an, par les gens laïcs. Par autre Ordonnance Eccleſiaſtique, il défendit aux Eveſques & Prelats, les robbes precieuſes & habillemens pompeux, & qu'ils fuſſent contens des humbles habillemens. J'en délaiſſeray grand nombre, pour dire un mot de ſes ſucceſſeurs; comme de la Pragmatique ſaint Louys, voſtre predeceſſeur, par laquelle il ſtatua expreſſément pour la liberté de l'Egliſe Gallicane, contre les droits nouveaux & uſurpations des Papes, receuë & ſuivie par pluſieurs Arreſts de voſtredit ſouverain Parlement, l'an mil quatre cens ſoixante-trois, & des Ordonnances Philippines de Philippes le Bel, de Charles le Quint, dit le Sage, de Charles VI. ſon fils, de l'Edit d'iceluy, & Arreſt de voſtredite Cour, contre les Annates, exactions, & entrepriſes de Cour de Rome, & entre autres faits magnanimes, l'appellation du Concile univerſel de l'Egliſe, interjettée par Philippe Auguſte, dit le Conquerant, contre le Pape Innocent III. & ſes Legats: par le moyen de laquelle il empeſcha les entrepriſes & menaces du Pape, adherant à ſon ennemi, & mit à execution virile & réelle l'Arreſt donnné en ſadite Cour, pour la recouvrance & reünion de ſes Duchez d'Aquitaine & Normandie, de ſes Comtez d'Anjou, le Maine & Touraine, à ſa Couronne. Ici feray fin, à ce qu'il ne ſemble que veüille ſuperfluëment tranſlater le contenu cy-aprés. Il m'a ſemblé decent faire cette Epiſtre Françoiſe, nonobſtant que le Livre ſoit Latin, veu qu'il eſt dédié à vous & à tous bons François; car auſſi outre pluſieurs autres, le premier qu'ay fait de voſtre regne & en voſtre langue, a eſté par moy preſenté & dédié à vous & à tous bons François, & qui aiment voſtre bien, honneur, & excellence, SIRE, que Dieu tout-puiſſant, Seigneur des armées, ſeul fontaine de tout bien, veüille maintenir, conſerver, & augmenter à la gloire & loüange de ſon nom. Donné à Paris, le premier jour de Janvier, mil cinq cens quarante & un, ſelon la computation Françoiſe.



Source : BIU Cujas

SERENISSIMO AC POTENTISSMO PRINCIPI

HENRICO II. VALÆSIO,

DEI GRATIA

FRANCORUM REGI

CHRISTIANISSIMO.

CAROLUS MOLINÆUS, JURISCONSULTUS PARISIENSIS, humillimus ſubditus, honoris & felicitatis incrementum exoptat.


ZELUS, quo ſemper ductus ſum, Rex, ut quæ ad honorem veſtrum & commoda nobiliſſimi Regni veſtri Réique publicæ Francicæ ſpectant, procurarem tum ad hunc Commentarium recentem novumque conſcribendum, tum ut eundem Nomini veſtro conſecrarem, impulit; recentem quidem, ſi opellam meam ſpectes, antiquiſſimum verò, nec ullo modo novum, rerum in eo explicatarum habitâ ratione. Agit enim de Regia authoritate Vobis nobiliſſimis item atque fortiſſimis anteceſſoribus veſtris, à Deo collata, conſervata, ſanctis Legibus & edictis ſtatum, adminiſtrationem & gubernationem rerum Eccleſiaſticarum, tum Eccleſias ipſas, tum Eccleſiarum miniſtros, nempe Franciæ Epiſcopos & Prælatos reſpicientibus obſervata: Sicuti conſtat Carolum Magnum, Ludovicum Pium I. Caroli F. Principes Illuſtriſſimos, Franciæ Reges, alióſque quamplurimos eorum in regno ſucceſſores; qui cum diademate & ſceptro regio parem eandemque majeſtatem & auctoritatem (ut quæ etiam ſunt individuo nexu conjunctæ) vobis tranſmiſerunt. Veteres horum, præſertim Caroli Magni & Ludovici Pii, conſtitutiones, etiamnum hodie in ſummæ Curiæ veſtræ, & Rationum regiarum Camera regeſtis, nec non in libris authenticis ſcriptæ, partim etiam in Magni Decreti compilatione vetuſta incertæ reperiuntur. Has conſtitutiones, etiam Eccleſiaſticas recepit, & cum obſequio ſequuta eſt Eccleſia, ſicuti tum ex authenticis hiſtoricorum (nempe Anſegiſi Abbatis, Gregorii Turonenſis, Pauli Diaconi, Aimoini, tunc temporis & poſtea viventium) ſcriptis, tum ex Sanctis Veterum Decretis colligere facile eſt. Nobiles ejuſmodi antiquitates commemorare neceſſe fuit, non ut novam auctoritatem vobis tribueremus, nempe eandem illam ſolidam, perfectam, quam Majores veſtri obtinuerunt & exercuerunt, ſed ut illam pro virili tueremur, & patefaceremus omni tempore viguiſſe, adverſus ſciolorum & tenebrionum quorundam cavillos quibus veſtræ dignitatis & auctoritatis Regiæ præſtantiam obſcurare nituntur. Jamdudum hujuſmodi ſordibus Francia polluta eſt: nec defuerunt ſycophantæ, novis commentis, & fallacibus verbis præcipuum Coronæ veſtræ Regiæque auctoritatis membrum, id eſt ſummum Imperium veſtrum atque leges ſtatutáque condendi poteſtatem, vobis tanquam regni veſtri ſummo Domino conceſſam, lacerare ſtudentes. Ante 240. annos juriſdictionem Regiam veſtram ita iſti uſurparant, maximam incolarum regni partem à ſuo officio evocaverant, ut neque obedire, neque ſtatutis judiciariis acquieſcere vellent. Commentaria, dicta facta geſtáque Majorum veſtrorum adeò ſuperbè aboleverant, ſummo jure veſtro ſublato, Sacra Majeſtate veſtrâ peſſundatâ, ut omnes Franciæ Regem in ſtatum Eccleſiaſticum nullo jure agere poſſe ſtatuerent, niſi impetratâ ab eis veniâ, vobis ceu mandatorum Eccleſiæ executori tantùm conceſſa: clericos item, nec non etiam ſimplici tonſura diſtinctos (quamvis nulla profeſſione Eccleſiaſtica ornatos, verùm ſeculares, ac mechanicis artibus addictos, & Laicis, ut vocant, perſimiles) neque poteſtati juriſdictioníque veſtræ, neque regiis edictis eſſe ſubditos, ſed ab iis omnino exemptos & immunes, haud ullo veſtro, anteceſſorumque veſtrorum privilegio, ſed proprio ſuo jure, utpote qui gentem & monarchiam ſeparatim conſtituant. Et ſanè intra regni veſtri viſcera novum regnum non verbis ſubditum, ſed Legibus veſtris obedire neſcium, poteſtatis Regiæ mandatis minime adhærens, erexerunt: quinimo Regni veſtri cives & incolas ad ſe pellexerunt: ita ut Philippi Valæſii illuſtris memoriæ regis, tritavi veſtri tempore, M. Petrus Cognerius Conſiliarius & Advocatus regius magno labore, ad Juriſdictionem veſtram reduxerit uſurpationes nonnullas ab Epiſcopis Franciæ Regni eorumdemque Miniſtris & conjuratis factas, multoſque ſubditos ad officii ſui munia pertraxerit, quos iſti vel prorſus vel in variis caſibus proprios ſibi fece-

Source : BIU Cujas

rant, excluſa ſummâ V. R. poteſtate, magno cum ejuſdem detrimento, dedecore & præjudicio, ſubditorum veſtrorum perſonæ & Franciæ Theſauri deportabantur. Verùm enimverò, priuſquam nova illa Pontificum jura, quæ Decretalia dicta ſunt, apparuiſſent, innovationes, & conſultationes illæ in Majeſtatem viſæ ſilebant: ſed Decretalibus enatis, & horum lectione in Franciæ Academiis permiſſa, Pontifices eam ſibi tribuerunt licentiam, quæ veſtram auctoritatem & juriſdictionem devoraverat, & ſubditos veſtros diſtraxerat, quum Philippus Valæſius ſanis conſiliis uſus, atque Doctis & præclaris in curia Cognerii actionibus excitatus, manum reformationi aliqua ex parte admovit. Quandoquidem verò certum eſt Pontificios illos ſcriptores, Canoniſtas ſeu Decretaliſtas, qui ejuſmodi fragmenta antiquis & laudatis legibus, conſtitutionibus etiam veſtris præferunt, indoctos, ſacrarum literarum, hiſtoriarum, antiquitatum, probatorum authorum, Sacrorum Canonum, veterumque Conciliorum Eccleſiæ planè rudes & ignaros, in eodem errore verſantes, ſycophantas agere, Sacræ veſtræ conſtitutioni obloqui, ac reſiſtere: officio verò defuiſſem, ſi dubiorum, quæ in ſingulos Conſtitutionis illius articulos incidunt, ad conſultantium & judicantium inſtitutionem, explanationem contentus, in præclaras illas antiquitates, ſanctiones & ſynodos Eccleſiæ non penetraſſem: quibus ſumma veſtra potentia & auctoritas in his rebus perſpicua fieret, & ſycophantis ac Sophiſtis indiceretur ſilentium. Rem gratam præterea me vobis, fidiſque Conſiliariis, & bene erga vos affectis viris, feciſſe confido, quod detexerim, poſuerim ob oculos, ac in memoriam & lucem revocaverim Sacras illas conſtitutiones & leges Majorum veſtrorum, de rebus Eccleſiaſticis, ſacris ſanctionibus & Eccleſiæ pervetuſtis Conciliis: eas præſertim quas Carolus Magnus de ſincera verbi Dei Sacramentorumque adminiſtratione edidit, in capitulis ſeu Legibus Eccleſiaſticis Epiſcopos compellans, ut diligenter populis annuntient Dei verbum, abſque cujus ſono incedere nequeunt, quin iram ejus provocent: Clericos item, ſobrios & caſtos eſſe curent: præterea præcipiens omnibus corde toto præparent ſe in ſcientia veritatis, ut poſſint contradicentibus reſiſtere; & divina donante gratia verbum Dei creſcat, & currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem, inquit, animarum noſtrarum, ad laudem & gloriam nominis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quam ſacram conſtitutionem clauſulâ illâ præſtanti obſignat, Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro Jeſu Chriſto, Amen. Noverat Sapientiſſimus & fortis ille Heros, veram religionem, quæ Chriſtiana vera atque unica eſt, à Dei inſtitutione & verbo omnino pendere, non ab ulla ſecundaria cauſa, nec homini, Angelove, aut aliæ cauſæ vel creaturæ conceſſum eſſe, ut huic verbo aliquid addat, vel detrahat, teſte Pſalte Regio, his verbis, Cælum Cæli Domino; terram autem dedit filiis Hominum. Cælum hoc cæli, religionis veræ doctrina, res ſupercæleſtis, diſpoſitioni Divinæ & conſtitutioni, in verbo ſuo incluſæ reſervata eſt: res verò terreſtres, puta Reſpublicæ, Monarchiæ, ſecularia negotia, quamvis à Summo Dei nutu pendentia, etiam ab hominum ſententia, cauſſiſque aliis ſecundis ex parte pendent, quatenus iis cauſis Deus ea alligavit. Ideo cultus ab Ethnicis cogitati falſitate, nullitate, errore multiplici laborant, ſicuti quæcumque privatus in rebus ad Principem propriè pertinentibus, & Majeſtatis judiciis tractaverit, aut regiis veſtris diplomatibus addiderit, vel detraxerit. Nec enim tantùm crimine falſi, verùm etiam ſacrilegii & læſæ Majeſtatis reus teneretur. D. Joannes de Chriſti doctrina, ejuſdemque certitudine ac perfectione agens, teſtatur eam à Deo Patre obſignatam fuiſſe: demonſtrans religionis Chriſtianæ doctrinam æterni Dei magno ſigillo fuiſſe obſignatam in Chriſto Jeſu, qui corpore pro nobis moriens, dixit Conſummatum eſt. Quis igitur huic doctrinæ addere auſit, vel ex ea detrahere, quin crimine falſi, ſacrilegii, & læſæ Majeſtatis ſe alliget? Idem ſub veteri lege ſeverè prohibuit Moſes, prohibuit Prophetarum cœtus, Hieronymus in ea capitis prioris Eſaiæ verba, Caupones tui admiſcent aquam vino, damnat, refellitque traditiones humanas, pro lege in religionis negotio conſtitutas, quæ tantùm in ſincera & immota Dei veritate, ſeu vino puro, conſiſtit. Explodit igitur ſeu caupones falſos, quotcunque ſuis commentis vel aquis ſinceritatem vini illius corrumpere conantur. Ejuſdem Prophetæ cap. 29. verba extant, dein à Chriſto repetita & prolata, Matth. 15. In vanum me colunt doctrinis & mandatis hominum. Quod de religione intelligendum eſt, non autem de conſtitutionibus & mandatis, quas tuis ſubditis, Rex, potes præſcribere, quarum obſervationi per Apoſtolos ſuos Deus nos adſtrinxit non tantùm, ut veſtræ poteſtatis in hunc finem à Deo inſtitutæ, timore percellamur, ſed & propter conſequentiam. Cæterùm; quo ad doctrinæ cæleſtis præconium, per Hieremiam, cap. 24. hæc dicit Dei Spiritus, quicunque verbum meum profert, verè loquatur: Et quid paleæ cum tritico; In hunc locum Hieronymus ſcribens, paleæ nomine traditiones humanas intelligit; non modò vulgares, verum etiam eorum qui Domini, Doctores, & omnium præſtantiſſimi videntur. Alios prætereo locos perſpicuos & expreſſos; ne aquas mari addam; præterea ne aliud exemplum ex piis Ludovici Pii, Franciæ regis, Caroli Magni F. conſtitutionibus ad religionem pertinentibus prætermittam: Is enim, non ſenſu humano impulſus, ſed juxta Dei verbum, de Sacroſanctæ Domini Cœnæ ſacramento, inſtituit ut ter quot annis ad minus laici Corpori & Sanguini Chriſti devotè communicarent. Aliâ conſtitutione, veſtes precioſas & luxu diffluentes Epiſcopis & Prælatis eripit, eos humilibus indumentis contentos eſſe jubens. Ingentem illarum conſtitu-

Source : BIU Cujas

tionum acervum omitto, ut nonnulla de ſucceſſoribus ejus attingam: inter quæ Divi Ludovici anteceſſoris veſtri pragmatica occurrit, qua Eccleſiæ Gallicanæ privilegiis adverſus Pontificum nova jura & uſurpationes expreſsè cavit. Hæc verò recepta multiſque Summæ Curiæ veſtræ ſolemnibus ſententiis anno 1463. comitata eſt. Addo Philippi Pulchri, Caroli V. Sapientis, Caroli V. 1. conſtitutiones, & hujus etiam: nempe Caroli VI. edictum & Parlamenti ſummi ſtatutum adverſus Annatas, exactiones, & Curiæ Romanæ machinationes: præcipuè verò, inter tot heroica facta, ad Oecumenicam Synodum Philippi Auguſti, cognomine Conqueſtoris provocationem interjectam, adverſus Innocentium III. ejuſdemque Legatos: qua via conatus minaſque Pontificis cum hoſte conjurati repreſſit, & reipſa fortiter executus eſt quod à Parlamento conſtitutum erat de in integrum reſtitutione & Coronæ regi unione Ducatuum Aquitaniæ & Normanniæ, Comitatuum item Andegavi, Manii & Turonum. Hîc ſiſto gradum, ne ſequentia dicta comportare velle videar. Epiſtolam meam vernacula lingua ſcribere conveniens duxi, quamvis Commentarium Latina lingua publicaverim: nam tibi, Rex, fidiſque Francis omnibus conſecratum eſt. Etenim inter multos primus à me de Franciæ regno Francica lingua conſcriptus liber tibi vereque Francis omnibus, veſtri commodi, honoris, nominis ſtudioſis dicatus eſt, ô Rex, quem Deus Omnipotens, exercituum Dominus, omnis boni fons unicus, tueri, conſervare, evehere in dies dignetur ad nominis ſui laudem & gloriam. Lutetiæ Pariſiorum, Calendis Januariis 1551. ſtilo Francico.



CHRISTOPHORI

Source : BIU Cujas

CHRISTOPHORI THUANI CELII, PARIS.

A SECRETIS REGIS,

ET IN ILLO AMPLISS. ORDINE CAUSARUM PATRONI,

AD CAROL. MOLINÆUM JURISCONSULTUM.

NON nobis nati sumus, ortus patria nostri
Vendicat unam partem, aliam usurpatis amici.
Tullius hæc quondam, qui in dicendi ratione
Fecit paginam utramque, accepta, expensa, feruntur.
Omnia cui meritò, tempus teritur quibus omne
Litibus in fictis aut veris, sive domi res,
Seu peragenda foris, vanis palatia fumis
Dum complentur, & ingenti subsellia voce.
Hæc tibi dicta puta, propriæ, Molinæe, superstes
Pridem posteritati (possum dicere apertè
Gloriæ) adhuc vivens proprios dum cernis honores,
Et quis quid de te dicat, vel sentiat, audis.
Qui quantum patriæ deberes, quantum & amicis,
In commune bonus, privata negotia spernens,
Conjugis immemor, atque domus, simul & natorum,
In communem usum, non privatam utilitatem,
Libris compositis summo immensóque labore,
Testatum nobis, confirmatúmque relinquis,
Quem non dimovit, quem non deterruit ulla
Damni emergentis ratio, lucrique forensis,
Addere quæ posset stimulos, occasio præsens.
Quod facturus eras, si in te descendere velles,
Et canere ipse tibi (paucorum sanè hominum vir)
Ut tandem incœpto velles desistere cursu
Usque adeò à teneris te publica cura remordet.
Hoc est vivere, & angustam producere vitam,
Non sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Quod pro magnifico, celebri, famoso, epitheto
Perpetuæ laudi, summo, illustrique Catoni
Lucanus tribuit: cùm majus, cùm altius esset
Nil, quod proferret, locuplete, & divite vena.
Hactenus.

Ejusdem ad eundem.

Vivi hominis vulgò dixerunt otia nostri
Esse sepulturam majores, & vitio illud
Verterunt (possent si farier) otio abundas:
Quo sublato, omnes cessare cupidinis artes
Rectè senserunt, fomenta libidinis, inde,
Scilicet ex multo, & magno otio, oriri agitantes.
Magni autem facere, & multum laudare solebant
Hos, qui ita vixissent, ut eos vixisse nepotes
Planè intelligerent, monumenta æterna, & honestas
Vitæ reliquias pertractando, atque legendo.
Ergo te meritò nos, Carole, commendamus:
Qui jam perpetuos triginta atque amplius annos
Consumpsisti in multam, & magnam, gratiam eorum,
Qui sunt victuri post te, ac tua fata nepotum:
Carpere qui valeant fructum radicis amaræ
Dulcem, & te demum laudent, mirentur, adorent.
Macte nova virtute igitur, sic itur ad astra.
Hactenus.

Source : BIU Cujas

COMMENTARIUS ANALYTICUS IN EDICTUM HENRICI II.

FRANCORUM REGIS CHRISTIANISSIMI

CONTRA PARVAS DATAS ET ABUSUS CURIÆ Romanæ, circa beneficia Ecclesiastica: & in Senatusconsultum Franciæ, *adversus annatas, exactiones & abusus Paparum.*

Authore DOM. CAROLO MOLINÆO Jurisconsulto Parisiensi, & in eodem supremo Parisiorum Senatu, curiaque Franciæ Advocato famosissimo, juris utriusque ac praxis consultissimo.

Epitome præfationis Edict. Henric. II.

1. *Divisio in novem partes.*
2. *Reges Francorum ab antiquo de rebus Ecclesiasticis leges statuerunt.*
   Prima synodus Ecclesiæ Gallicanæ, sub Clodoveo.
   Caroli Magni leges politicæ & synodi quinque.
   Ludovicus Pius Aquisgrani, ne Episcopi sericis vestibus uterentur, edixit.
3. *Capitulare Caroli Magni.*
4. *Statuit solam sacram scripturam legi in Ecclesiis, & prædicari; non autem figmenta hominum.*
5. *De distributione bonorum Ecclesiæ.*
6. *De pabulo verbi Dei, cœnaque Domini, laicis, in utraque specie ter in anno.*
7. *Ne excommunicatio passim, & sine causa fiat: utque electio sit cleri & populi.*
8. *Ne liberi homines monachi fiant sine permissu Regis.*
9. *Quàm benigne, juxta doctrinam S. Pauli, subditi tractandi* 10. *c. primum extra de censibus. est Caroli Magni.*
   Ne digni morte gaudeant immunitate Ecclesiæ.
11. *Regum Francorum legibus omnes, etiam Episcopi & clerici subditi.*
12. *Etiam Pontifices Romani legibus Caroli Magni & successorum suorum paruerunt.*
13. *Leo quartus causam dixit coram Ludovico secundo Caroli Magni pronepote.*
14. *Ludov. 9. contra reservationes & præventiones Papæ legem fecit, &* 15. *pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ.*
16. *Et pragmaticam contra exactiones & aucupia Papæ.*
17. *Arestum senatus Parisiens. anno* 1463. *contra collectores & subcollectores Papæ.*
18. *Constitutio Philippina.*
    Edictum Caroli V.
19. *Edictum Caroli VI. contra Cardinales & Collectores Papæ.*
20. *Legibus Imperatorum, & Regum, etiam in rebus Ecclesiasticis, paruit non solùm primitiva Ecclesia, sed etiam sub Justiniano Magno, & Carolo Magno & successoribus suis* 21. *(quo Justinian. jussit sacra mysteria lingua vernacula peragi.)* 22. 23. 24. 25. *quo etiam Rex Franciæ non minus potest de rebus Ecclesiasticis in regno, quàm veteres Imperatores in Imperio.*
26. *Adhuc tempore Honor.* 3. *clerici servabant leges Imperiales Romæ.*
27. *David & Ezechias Sacerdotum & Levitarum ordines constituerunt.*
28. *Salomon summum Sacerdotem instituit & destituit.*
    Judas Machabeus Sacerdotes elegit.
    Aliud Sacerdotis, aliud Magistratus officium.
29. *In Ecclesia Christiana non minor est authoritas & potestas Regum, quam olim in Israelitica.*

Source : BIU Cujas

PRÆFATIO EJUSDEM AUTHORIS IN REGIUM Edictum.

Scopus.

HÆc ſancta & æquiſſima conſtitutio ſancita eſt principaliter adverſus multos & pernicioſos abuſus, qui hactenus male perpetrabantur, & in dies flagitioſius multiplicabantur, in curia & cancellaria Romana, circa proviſiones (imo nundinationes) ſacerdotiorum, parvarum præſertim (quas ita vocant) Datarum obtentu. Et in novem partes dividitur.

Diviſio in novem partes.

1. Prima proœmiatur, cauſamque tum materialem, tum finalem, & maximam ſaluberrimi hujus edicti neceſſitatem oſtendit uſque ad §. 1. Secunda, quatuor priores §§. continens, obviat infinitis propè falſitatibus & impoſturis, quæ factitari ſolebant, per infidam & pernitioſam turbam notariorum Papalium; & poteſt ſcindi in tria membra. Primum in §. primo, de Papalibus tantùm notariis (unde potiſſima malorum illuvies manabat) diſponit. Secundum, in §. ſecundo, providet adverſus abuſum notariorum Epiſcopalium, ſeu diœceſanorum. Tertium in duobus §§. ſequentibus, promiſcuè de notariis, tam Papiſticis, quam ordinariorum, diſponit. Tertia pars, in §. 5. 6. 7. 8. & 9. & aliquid in §. 12. congruam legem imponit effrenatæ licentiæ trapezitarum Romanorum: quos vulgò bancarios vocant. Quarta, §. 10. 11. 12. & 13. pulchrè reſcindit abuſus fieri ſolitos in mandatis ad reſignandum, quandoque ultra annum adſervari, quandoque poſt datam reſignationis confici vel mitti ſolitis. Quinta §. 14. & 15. dat normam & praxim reg. de publicandis. Sexta devolutariorum conatus reſtringit, §. 16. Septima, §. 17. & 18. falſarios caſtigat. Octava obviat ſpeciei falſi & reſervationis propter ſimilitudinem nominis, §. 19. Nona, §. 20. concluſionem habet. Poſſet addi decima, quæ ſunt modificationes ſenatus Pariſienſis, ſuper eo dicto.

Reges Franciæ de Eccleſiaſticis ſtatuerunt.

2. Porrò non eſt novum Reges Francorum de rebus Eccleſiaſticis (præſertim ad refrænandum abuſus, vel exceſſus Eccleſiaſticorum, etiam Epiſcoporum & Pontificum) leges & edicta ſtatuiſſe. Quandoquidem, ante mille quadraginta annos, Clodovæus, Francorum Rex primam Eccleſiæ Gallicanæ ſynodum celebrari juſſit Aureliis: ubi triginta tres Epiſcopi convenerunt & triginta tres Eccleſiaſtici canones ediderunt: quos omnes ferè Gratia. decreto ſuo inſeruit, & habentur in primo tomo conciliorum ad ſi. Tangit Vincentius in ſpeculo hiſtoria. lib. 22. Et hoc anno 1551. circiter ſeptingenti ſexaginta anni ſunt à tempore, quo Carolus Magnus tanquam Rex Francorum deinde etiam ſimul ut occidentis Imperator, ſive (ſic etenim Albert. Crantz hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1. cap. ſecundo, titulos ejus ex veteribus diplomatis deſcribit) ut Romanorum gubernans Imperium, dominus & Rex Francorum & Longobardorum, necnon dominator & Saxonum, non ſolùm multas leges politicas ſanxit, (quæ etiam uſque hodie in Saxonia vigent, ut teſtatur Baldus in conſil. 174. præſupponendum eſt. quod Carolus Magnus lib. 5.) ſed etiam quinque ſynodos (quas Abb. Urſp. concilia vocat) per Gallias celebrari juſſit: videlicet primam Maguntiæ, ſecundam Rotomagi, tertiam Rhemis, quartam Cabilone, & quintam Arelatæ: ubi clero leges & ritus ordinati. Ludovicus quoque Pius celebrem indixit ſynodum Aquiſgrani, ubi præter libros ſtatutorum Eccleſiaſticorum vulgatos anno 830. edixit, ne Epiſcopi, & clerici cujuſvis gradus, pretioſas & exquiſitas veſtes (puta ſericas & coccineis coloris, aut bracteatas) ferrent: ut refert & adprime laudat Plati. in Greg. 4. Rob. Gaguinus, & Paul. Æmil.

Carolus Magnus.

Leges Saxonibus dedit.

Quinque ſynodos celebrari juſſit.

Ludo. Pius.

Ne Epiſcopi pretioſis veſtibus utantur.

3. Iterum etiam præfati Carolus per ſe, & cum Ludovico Pio in conſortium Imperii aſcito. Idem quoque Ludovicus per ſe, & cum Clothario primogenito ſuo in conſortium Imperii aſcito, conſtituerunt plurimas leges Eccleſiaſticas (tam circa doctrinam Chriſtianam, & ſacramenta, quàm circa miniſtros & Epiſcopos) quibus etiam Eccleſia ipſa obedivit, ut patet, tam ex capitulari, ſeu capitulis Caroli Magni, Ludovici quoque Pii, & Clotharii, quàm ex magno decreto Gratiani: qui ex dictis conſtitutionibus multas leges decreto ſuo inſeruit, ut c. ſacrorum. 63. diſtinct. c. volumus. 11. q. prima. Ex quorum conſtitutionibus, quas capitularia ſeu capitula vocabant (ut eſt text. in d. c. volumus.) Anſegiſus Abbas, qui eorundem authorum Regum & Imperatorum Francorum tempore floruit) quatuor libellos, ſuo quodam certo ordine diſtinxit. In primo leges Caroli Magni ad ſtatum & ordinem Eccleſiaſticum pertinentes per cap. 162. In ſecundo leges Ludovic. Pii, & Clotharii ejus filii de eadem re Eccleſiaſtica, cap. 46. In tertio leges præfati Caroli de re mundana, hoc eſt civili, cap. 90. In quarto leges Ludovici Pii & Clotharii de eadem re cap. 70. continentes.

Capitular. Caroli Magni.

4. Carolus autem Magnus in d. lib. 1. cap. 19. ſanctam & catholicam legem ſtatuit, videlicet ut canonici libri tantùm legantur in Eccleſia. Idem prius circa annum domini. 417. ſtatutum erat in concilio Carthaginenſi. 3. cap. 47. ubi etiam libri canonici enumerantur, qui in novo & veteri teſtamento continentur duntaxat. Rurſus idem Carolus lib. 1. cap. 76. Epiſcopos & parochos (tunc autem temporis non erant alii in miniſterio Eccleſiaſtico) ad prædicationem verbi Dei inſtruit, jubens etiam Epiſcopis, ut non ſinant aliquos nova ex ſuo ſenſu, & non ſecundum ſcripturas ſacras, fingere & prædicare populo: ſed ut ipſimet, quæ ad vitam ducunt æternam, prædicent, alioſque inſtruant ut hæc eadem prædicent. Et ibidem ſanctam ſubjungit exhortationem. *Ideo dilectiſſimi (inquit) toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis: ut poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere, & divina donante gratia, verbum Dei currat, & creſcat & multiplicetur in perfectum Eccleſiæ Dei ſanctæ, & ſalutem animarum noſtrarum, & laudem & gloriam nominis Domini noſtri* JESU CHRISTI. *Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro* JESU CHRISTO *Amen.*

Soli libri ſacræ Scripturæ legantur in Eccleſia.

Ne ſenſu humano ficta prædicentur.

Ut verbum Dei currat & creſcat.

5 Et eodem lib. cap. 80. ſtatuit ut quicquid à fidelibus Eccleſiæ ſponte conlatum fuerit, in ditioribus quidem locis duæ partes in uſus pauperum cedant, tertia in ſtipendia clericorum, aut monachorum: in minoribus verò locis æque inter clerum & pauperes fore dividendum: niſi fortè à datoribus ubi ſpecialiter dandæ ſint, conſtitutum fuerit. Et cap. 83. ſtatuit ut nullus quilibet Eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat, quarum (ſcilicet perſonarum) liberi aut propinqui hac inconſultâ oblatione poſſint rerum propriarum exhæredari. Quòd ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, à ſynodali vel imperiali ſententia modis omnibus feriatur. Et juxta hoc in conſilio Magoncienſi, avaritia & turpe lucrum Abbatum coercetur. c. ult. 20. q. 3. 6. Et eodem libro ſanctiſſimam & Chriſtianiſſimam legem edidit de prædicatione verbi Dei: quæ, c. 103. ſub tit. de pabulo

Diſtributio bonorum Eccleſiæ.

Dedicatio in præjudicium hæredum vetita.

Pabulum verbi Dei.

Source : BIU Cujas

verbi divini nuntiando habetur in hæc verba: *Episcopi verò ut sive per se, sive per vicarios, pabulum verbi divini sedulò populis annuntient (quia ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti judicis excitat Sacerdos, si sine prædicationis sonitu incedit:) & ut ipsi clerum sibi commissum in sobrietate & castitate nutriant. Superstitiones, quas quibusdam in locis, in exequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent.* Ludovicus autem Pius, ejus filius, Francorum Rex & Romanorum Imperator, & pariter Clotarius ejus filius & Imperator, lib. 2. capitulorum apud Ansegisum Abbatem, æque christianissimam & sanctissimam legem statuerunt de sancrosanctæ cœnæ dominicæ sacramento c. 38 & rursus c. 43. sub tit. de corporis & sanguinis Domini communione laicorum, in hæc verba: Ut, *si non frequentius, vel ter laici homines communicent: nisi forte majoribus quibuslibet criminibus impediantur.*

Cœna Domini.

7. Circa ministros autem & disciplinam Ecclesiasticam plurima piè statuerunt, è quibus pauca perstringam, ut è lib. 1. capitularium Caroli Magni: Ut præsbyteri non ordinentur priusquam examinentur: & ut excommunicatio passim & sine causa non fiat, & apud Ansegisum lib. 1. cap. 20. omnem simoniacum ingressum prohibet, & taliter ingressum dejici jubet. Rursus uterque, scilicet Carolus & Ludov. Pius, in suis capitularibus, jussit, ut Episcopi per electionem cleri & populi, secundum statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur ut exemplo & verbo sibi subjectis usquequaque prodesse valeant. Quam constitutionem inter alias Gratianus suo decreto cum sua inscriptione fideliter inseruit, in c. sacrorum. 63. dist. & originaliter habetur in capitulari, cujus è regestis Regiis copiam habeo, lib. 1. cap. 78.

Excommunicatio non sine causa.

Electiocleri & populi.

8. Item lib. 1. cap. 120. & rursus lib. 4. c. 114. sub tit. de liberis hominibus ad servitium se tradentibus (quod etiam Ansegisus tradit in lib. 1. cap. 114.) districte vetuerunt liberos homines monachatum profiteri, nisi licentia prius à Rege postulata. Et rationem, addunt, quoniam inquiunt, audivimus quosdam ex illis non tam causa devotionis hoc fecisse, quàm exercitu, seu alia functione regali fugienda: quosdam verò cupiditatis causa, ab his, qui res illorum concupiscunt, circunventos. Quare hoc fieri prohibent. Quæ lex multò sanctior & honestior est ea, quam (ut Paul. Diaconus lib. 10. de gestis Romanorum autumat) Valentinianus & Valens, Imperatores, de monachis ad militiam revocandis, circiter quadringentis quinquaginta annis retrò sanxerunt: quæ habetur in l. quidam ignaviæ. C. de decurionibus. lib. 10. 9. Item apud Ansegisum lib. 2. cap. 36. juxta beati Pauli doctrinam, 1. Timoth. 3. jubent, Sacerdotes esse irreprehensibiles, & nequaquam turpibus lucris deservientes, nec se negotiis secularibus implicare, juxta Apostolum. 2. Timoth. 2. & eodem lib. cap. 39. jubent omnibus prælatis, clericis sive laicis, clementer & misericorditer tractare subjectos, sive in exigendis operibus, sive in aliis debitis, scientes fratres suos eos esse, & unum secum patrem habere dominum: quum clament omnes. *Pater noster qui es in cœlis.* Disciplina, igitur eis misericordissima & opportuna gubernatio adhibenda est. Disciplina, ne indisciplinatè vivendo auctorem suum offendant. Gubernatio, ne in quotidianis vitæ comeatibus, Prælatorum adminiculo destituti, fatiscant. Item lib. 4. capitularium sequentia capitula, quæ Ansegisus ponit in libello primo suæ compilationis, videlicet cap. 95 modis omnibus & sub mulcta in capitulis contenta, prohibuerunt ne pueri sine voluntate parentum tonsurentur, vel puellæ velentur. Et cap. 109. ne puellæ, infantulæ ætatis, velentur, antequam eligere sciant quid velint. Et cap. 153. ut nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat. Quod Gratianus,

Monachismus non quibuslibet.

Militia.

Subditi quomodo tractandi.

Valentinianus & Theodosius, quadringentis annis ante hos sanxerunt: ut habetur in l. 2. C. de sacro. Eccles. Rursus idem Carolus lib. 4. cap. 85. sub tit. de mansis cujusque Ecclesiæ, & in dicta Imperiali apud Vvormatiam, legem illam edidit, quam canonistæ, suppresso authore, suis summistis attribuunt, in c. 1. de cens. Idem Carolus decreto à se edito, mense Martio, anno 11. Regni sui, duobus & viginti annis ante adeptum Imperium, cap. 8. statuit homicidas aut cæteros reos, qui legibus mori debent, etiam si ad Ecclesiam confugerint, non habere immunitatem: quod trecentis circiter annis ante eum statuerat Justinianus Magnus, in novella. Et in dicta compilatione Ansegisi Abbatis lib. 2. cap. 29. Ludo. Pius & Clotharius vetant bona Ecclesiæ alienari, sub pœna Leoninæ constitutionis quam innovant. Illa autem habetur in l. Jubemus, C. de sacro Eccles.

c. primo. de censib. Car. Magn. Digni morte ne gaudeant immunitate Ecclesiæ.

11. Quibus & aliis multis id genus (quas brevitatis causa prætereo) constitutionibus, non est dubium omnes non solùm laicos, sed etiam clericos & sacerdotes & Episcopos etiam & Pontifices paruisse, juxta illud Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.* ubi scribit beatus Chrisostomus: ideo Paulum dixisse *omnis anima*, ut ostenderet neminem hac subjectione excipi posse, etiam si Apostolus, Propheta, vel Evangelista sit, nedum sacerdos vel monachus: hanc enim subjectionem pietati nihil officere. Et 1. Pet. 2. ibi, *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi tanquam præcellenti, sive Ducibus tanquam ab eo missis.*

Episcop. & Pontif. subditi legibus Regũ Francorum.

Chrisostomus.

12. Quid quòd ita esse convincit text. apertissimus in cap. de capitulis. 10. distinct. ubi Leo 4. etiam sanctitatis nomine inter Romanos Pontifices condemnatus, expressè & obnixè Lothario primo tertioque Francor. Imperatori, Caroli Magni ex Ludovic. Pio nepoti, quem Ansegi. in locis præfatis Clotharium vocat, profitetur de dictis capitulis vel præceptis Imperialibus Lotharii, suorumque prædecessorum, videlicet Caroli Magni & Ludovici Pii, irrefragabiliter custodiendis & observandis, seque nunc, & in ævum modis omnibus conservaturum, mendacii notam impingens cuicumque, qui aliter dixerit vel dictarus fuerit. Et idem ante Gratia. Ivo Carnotensis Episcopus lib. 2. decretorum suorum testatur. Et rursus ead. distinct. cap. ultim. Leo eidem Lothario *Vestram*, inquit, *flagitamus clementiam, ut sicut hactenus Romana lex*, scilicet Imperatorum Francorum, *viguit absque universis procellis, & quæ pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta: ita & nunc suum robur propriumque vigorem obtineat.*

Pontifices Rom. Franlegibus paruerunt Lotharius.

13. Hic est idem Leo, qui, post monachatum præfati Lotharii, ab æmulis suis læsæ majestatis accusatus, nempe Imperii ad Græcos transferendi, coram Ludovico. 2. præfati Lotharii. I. filio quarto vero Imperatore Francor. Caroli Magni pronepote, causam dixit, ejusque judicio sese purgavit, noxæque exemptus est: ut est text. in c. nos si incompetenter aliquid egimus. 2. q. 7. Joannes quoque Papa. 8. eidem Ludovico. 2. Imperatori Franco. earundem Legum observantiam satis profitetur. in ca. vides. 10. distinct. De hisdem enim legibus loquitur, ut personarum & temporum qualitas & historiæ series ostendit. Adde infrà eo. n. 20. 14. Et nondum trecenti triginta anni, Ludov. IX. inter Divos relatus, anno 1228. legem edidit; qua, prædecessorum suorum vestigiis inhærendo, suprà eo. nu. 7. & sacros canones antiquos imitando, adversus novas adinventiones, reservationes, & præventiones curiæ Romanæ, statuit, ut episcopi cæterique Prælati Regni sui, similiter tam patroni quàm collatores beneficiorum ecclesiasticorum, jus suum plenarium habeant, & unicuique sua jurisdictio servetur: insuper ecclesiæ cathedrales, & aliæ liberas electiones habeant & earum effectum in-

Leo 4. Papa coram Imper. Franc. causam dixit.

Ludov. IX. contra reservationes, &c.

Source : BIU Cujas

tegraliter prosequantur: volens & ordinans promotiones, collationes, provisiones, & dispositiones prælaturarum, dignitatum, & aliorum quoruncunque beneficiorum ecclesiasticorum Regni sui, secundum ordinationem & dispositionem juris communis, sacrorum Ecclesiæ Dei conciliorum, atque institutorum sanctorum patrum fieri.

Pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ.

15. Quæ sanctio manifestè lata est pro libertate ecclesiæ Gallicanæ, ad conservationem sacrorum canonum & conciliorum Ecclesiæ, præsertim primæ synodi Gallicanæ (ubi, c. 19. quod etiam habetur. 16. q. 7. can. Omnes basilicæ. statuitur ut omnes ecclesiæ, tunc præsentes & futuræ, sint in potestate & dispositione Episcopi diœcesani) necnon ad conservationem concilii Niceni cap. 6. Antiocheni. cap. 9. & habetur 9. qu. 3. can. per singulas. 2. & antiquarum, tum Regalium tum Imperialium, in eam rem constitutionum, contrà reservationes, præventiones, & novas quæstuarias artes novorum Pontificum. Et dicta constitu. habetur in stilo parlamenti Parisiensis. par. 3. tit. 3. §. 1. Idem Ludov. IX. anno 1228. adversus simoniæ crimen pestiferum, Ecclesiam labificans, aliam edidit constitutionem: quæ habetur in præfato stilo, par. 3. tit. 39. Rursus 16. Idem Ludov. IX. anno 1268. celebri consessu habito, pulchram legem, pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, statuit: quàm Pragmaticam sanctionem vocavit & adhuc hodie vocatur Pragmatica sanctio sancti Ludov. per quam, inter alia, vetuit omnes curiæ Romanæ exactiones, impositas vel imponendas. Sequitur tenor illius articuli è regestis ejusdem Senatus transsumpti (nimis enim prolixum esset integram huc inserere.) *Item exactiones & onera gravissima pecuniarum, per curiam Romanam Ecclesiæ Regni nostri impositas vel impositа (quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum existit) sive etiam imponendas vel imponenda, levari aut colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili, pia, & urgentissima causa, inevitabili necessitate, ac etiam de expresso & spontaneo jussu nostro, & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.*

Pragmatica. S. Ludovici.

17 Et juxta hanc sanctionem, prosequente procuratore generali Regis, latum est arrestum in eodem Senatu anno 1463. contra collectores & subcollectores Papæ, & injunctum omnibus judicibus & officiariis Regiis, ne sinerent quicquam exigi, nec ob id quoscunque ecclesiasticos, vel alios subditos Regis, à quibusvis delegatis vel commissariis Papæ, vel aliis, citari vel molestari. Cujus arresti verba dispositiva posui in stilo ejusdem Parlamenti. par. 3. tit. 36. §. 10.

Arestum Senatus Paris.

18. Philippus autem Pulcher anno. 1303. famigetam illam legem edidit (quam vulgo vocant Philippinam) per quam Episcopis & parochis, omnibusque ecclesiasticis Regni sui, prohibet exactionem novarum decimarum, & primitiarum, & insolitorum onerum consuetas tantum decimas exigi concedens, cujus tenorem habes in stil. Parlament. Par. 3. tit. 34. §. 1. Carolus autem 5. Sapientis elogio decoratus, anno 1369. die 5. Januarii, statuit ne Episcopi, seu alii Prælati Regni sui, eorumve officiales, aliquas censuras interdicti vel excommunicationis ferrent in urbes vel oppida, seu corpora & communitates Regni. Quod edictum in publica monumenta dicti Senatus relatum est, in regestis antiquarum constitutionum, Char. 62.

Philippinæ.

Contra decimas insolitas.

Caroli V. edictum.

Contra interdicta.

19. Carolus autem 6. anno 1388. revocata permissione & potestate, quam collectoribus & subcollectoribus Papæ dederat, jussit ecclesiasticis Regni sui bona eorum prehensa libera reddi. Et per edictum, quod integrum posui in stilo Parla. parte 3. tit. 37. §. 1. contra Cardinales & alios officiales Papæ, beneficiorum, quæ in Regno possidebant, fructus exportantes, & dictos collectores, bona decedentium prælatorum occupantes, jussit prehendi, & ad manum suam poni fructus & reditus beneficiorum ecclesiasticorum, quæ Cardinales, & alii extra Regnum morantes, obtinebant; necnon pensiones quas percipiebant super beneficiis Regni, & per commissarios, à præsidibus provinciarum deputandos, colligi, fundos coli, æs alienum dissolvi, ædes reparari, & reliquum (ratione suis præsidibus reddita) per eos reddi illis ad quos spectabit. Et pariter bona Episcoporum, Abbatum, Priorum, vel orphanotrophorum decedentium prehendi, & ad manum Regiam poni: ut repulsis collectoribus & subcollectoribus Papæ, qui illis inhiabant, hæredibus eorum, vel eis, ad quos de jure spectat, servarentur.

Carolus 6.

Contra collectores Papæ.

20. Quid quod jus quoque civile Romanum plenum est legibus ab ipsis Imperatoribus latis de personis ipsis & rebus ecclesiasticis, & omni disciplina ecclesiastica: ut C. de sacrosanct. eccles. & episco. & cler. de episc. aud. per to. & in novell. Justiniani Magni constitutione. 3. ut determinatus sit numerus clericorum. Constitutione 5. de monasteriis & monachis. Constitutione 6. quomodo oporteat Episcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & Constitutione. 16. ut clerici ex una ecclesia in aliam, & Constitutione. 37. de ecclesiis constitutis in Aphrica. Constitutione. 56. ut ea quæ vocantur insinuativa. & Constitutione 57. ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant: ubi contraveniens sacerdotio privatur. & Constitutione 58. de clericis qui à suis destiterint ecclesiis. Constitutione 59. de exequiis. Constitutione 67. ne quis oratorium, & ne Episcopi absint à suis ecclesiis.

Quòd Ecclesia Justiniani tempore, & postea legibus Imperat. parebat usque ad num. 52.

21. Constitutione 83. ut clerici apud proprios Episcopos: ubi Justinianus ad supplicationem Episcopi Constantinopolitani, dedit clericis privilegium fori in civibus tantum, & Episcopo non impedito, aliàs & omninò in criminalibus reliquit sub judice seculari, & Constitutione 117. de diversis capitul. & solutione matrimoniorum. Constitutione 123. de ecclesiasticis diversis capitulis. ubi. §. ad hæc. ex doctrina divi Pauli 1. ad Corinthios. 14. jubentur omnes Episcopi pariter & presbyteri, non tacito modulo, sed clara voce, quæque à fideli populo exaudiatur, sacras preces & mysteria peragere. Constitutione 133. de monachis & ascetriis. Constitutione 146. de Hebræis, & quomodo oporteat eos scripturas legere, scilicet sacras.

Sacra mysterialingua vernacula peragantur.

22. Porrò non est dubium præfatas omnes leges Justiniani Magni, prædecessorumque suorum Christianorum Imperatorum legitimas fuisse: ut non solùm liquet ex epistola Jo. Papæ. 2. in l. inter claras. de summa Trinitat. sed etiam ex ipsa veritatis teste historia, omniumque etiam ecclesiasticorum chronographorum concordi testimonio: ut manifesta sit vanitas (ne dicam impietas) non minus imperita quàm adulatrix quorundam canonistarum, qui præfatas sanctas leges alii nullitatis, alii etiam impietatis damnare ausi sunt: non advertentes, nec præcrassa hallucinatione cogitantes, sese sanctiorem illam primitivam Ecclesiam prius damnare, & ab illa, & consequenter à vera Ecclesia (quæ semper una est) separare. Ut enim nemo, nisi non tam phanaticus quàm prorsus fidei inimicus, negare nequit primitivam illam Ecclesiam sanctam fuisse, & à Spiritu sancto illustratam & gubernatam, imò ista præstantiorem & sanctiorem: ita negari non potest præfatas leges (quas illa, cum gratiarum actione recepit: quibus etiam ut donis Dei juxta doctrinam Apostolorum, paruit) legitimas & validas fuisse.

23. Quid quòd ex propriis etiam codicibus apertè revincuntur, non solùm per argumenta aliorum textuum, sed per vulgatos ipsos tex. in c. principes seculi. c. administratores. 23. qu. 5. ubi Principes & seculares potestates nonnunquam intra Ecclesiam (id est in rebus & personis ecclesiasticis) potestatem exer-

Source : BIU Cujas

cent, ut muniatur & conſervetur diſciplina eccleſiaſtica, quos text. canoniſtæ reſtringunt, ut procedant quando eccleſiaſtici negligunt, vel labuntur, vel quando ſecularem poteſtatem in auxilium advocant, ut c. fin. 1. qu. 7. c. fin 10. q. 5. c. res omnes. c. inceſtuoſi. c. de Liguribus cap. quali. cap. relegentes. 23. qu. 5. Sed fruſtra in re tam aperta angulos quærunt: quia de legiſlatione Imperatorum & Regum, principaliter de rebus & perſonis eccleſiaſticis facta, & ab eccleſiâ recepta, textus ſunt expreſſi, & in canones relati. 10. diſtinct. c. de capitulis. c. vides. c. quid autem c. fi. ut ſuprà numerò 12.

24. Non repeto, ſed addo tex. c. eccleſiæ. & can. victor. 97. diſtinct. ubi in c. primo. Bonifa. 1. Papa libellum ſupplicem direxit Honorio Imperatori (qui tum in Italia & occidente imperabat) rogans & obteſtans ut perpetua lege ſanciret, quatenus Romæ nunquam per ambitum ordinetur Antiſtes, quod Honorius fecit, & legem ſanxit de electione Romani Pontificis, vetans omnibus etiam clericis ab ambitione ceſſare. quòd ſi duo ordinati fuerint, neutrum futurum Pontificem, ſed eum ſolùm qui nova ordinatione, omnium conſenſu electus fuerit, quam legem ponit Gratia. in d. ca. victor. verbis tamen diſpoſitivis omiſſis, quia idem Gratia. prius ea poſuerat, ſub 69. diſtin. c. ſi duo. Et turſus in ca. de illicita. 24. q. 3. qui tranſſumptus eſt ex concilio Pariſienſi, tempore Ludo. Pii habiti. ubi expreſſim etiam ad verbum refertur præfata novella. 124. Juſtiniani Imperatoris catholici. §. omnibus verò, ubi omnibus Epiſcopis & preſbiteris interdixit, ne quempiam prius excommunicent; quam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri jubent. Quòd ſi quis contra eam legem aliquem excommunicaverit, excommunicatus quidem majoris Sacerdotis authoritate ſolvatur: excommunicator autem communione ſeparetur, quantocunque tempore majori illi viſum fuerit: ut, quod injuſte alii fecit, ipſe juſte ſuſtineat. quæ prope ad verbum recitantur in d. can. de illicita. ubi etiam concilium ipſum teſtatur, quòd eam legem probat & ſervat catholica Eccleſia. Tunc autem jam plus trecenti anni agebantur ab obitu Juſtiniani Magni. Non autem minus poteſt ſupremus Francorum Rex in ſuo Regno, quàm Juſtinianus ille Magnus & alii Imperatores in Imperio.

Poteſtas Regum Franc.

26. Quid quòd nondum 335. anni (videlicet tempore Hono. 3. Papæ) non dubitabatur etiam Romæ, quin clerici & Epiſcopi, etiam & Pontifices, legibus Imperialibus etiam generaliter & ſuper re ſpirituali (nempe juramento) latis, ligarentur, ut eſt tex. in c. 1. de juramento calum. extra. ubi pro certo & expedito habetur l. 2. in princ. ver. ipſæ principales perſonæ. C. de jurejur. propter calum. dan. in omni foro, etiam ab omnibus eccleſiaſticis perſonis id obſervandum fuiſſe: niſi per aliam priorem legem (videlicet Marciani (ita enim,) & non Marco ut hactenus perperam, legendum eſt, in d. c. 1. ut ibi ſuper text. dixi) in l. clericis. §. quòd ſi lis. C. de epiſcop. & cler. ipſi clerici ſpecialiter exempti fuiſſent ab onere jurandi in judicio. Nec erat dubium, niſi ſuper interpretatione legis Marciani: quàm aliqui reſtringebant ad clericos Conſtantinopolitanos, ad quos d. l. dirigitur, & de quibus tantùm loquitur; & ſic interpretabantur exceptionem d. l. non pertinere ad reliquos clericos, ſed eos manere ſub regula. d. Juſtiniani in d. l. 2. Alii verò ſuper hac exceptione dubitabant: quia l. Marciani ab eodem Juſtiniano inſerta eſt C. & ſic videbatur pro jure communi, non pro privilegio ſpeciali clericorum certi loci, innovata & promulgata. Super quo dubio Hono. 3. non ſuam adhibuit, ſed Henrici Germani Imperatoris interpretationem recte ſecutus eſt; qui l. Marciani ad omnes omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere judicavit: nec tamen per eam limitari l. Juſtiniani, quæ in ſpeciali caſu juramenti ex juſta cauſa præſtandi loquitur. Itaque, ut utrique l. fatisfaceret, ſervata etiam mente l. divinæ, ſtatuit ut Epiſcopi, Abbates & clerici, non per ſeipſos (quibus indecens eſt) ſed per idoneos defenſores (qui hoc juramentum præſtarent) litigarent. Quòd ſi eccleſiæ ſuæ expediret, ut per ſe litigarent, per ſe quoque de calumnia jurarent, juxta legem Juſtin. Sed, ut etiam his, qui in apertiſſima veritate rixari tamen & cavillari non deſinunt, penitus os obſtruatur, etiam ſacræ ſcripturæ concurrunt exempla & teſtimonia. David enim Rex ſanctiſſimus, Sacerdotes omnes & levitas recenſuit, & in certos ordines, per quatuor & viginti claſſes, diſtribuit: ut ordinatim miniſterio ſuo per vices perpetuò fungerentur. 1. Paralip. cap. 23. 24. 25. 26. & eandem totius cleri inſtitutionem renovavit Ezechias, Rex laudatiſſimus: de quo 4. Reg. 18. ſic dicitur: *fecit autem quod rectum erat in oculis Dei, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus is ſuſtulit excelſa, confregit ſtatuas, &c.* Porrò Ezechias (ut ad verbum, 2. Paralip. 31.) conſtituit ordines Sacerdotum & Levitarum ad ordines ſuos (ſcilicet à Davide inſtitutos) quemque pro officio ſuo: & hic ordo Davidicus uſque ad adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti perſeveravit: ut Lucæ 1. habetur ibi: *Quum* (ſcilicet Zacharias, qui erat de vice ſeu claſſe Abia; quæ erat octava ſecundum præfatum ordinem Davidicum; ut habetur. 1. Paralip. 24.) *Sacerdotio fungeretur, in ordine vicis ſuæ coram Deo, ſecundum conſuetudinem functionis Sacerdotalis.*

Honor. 3. ſub quo adhuc obſervabantur leges Impp. in eccleſ.

Marcianus.

Henricus Imperator.

David circa Sacerdotes.

Ezechias item.

28. Utque Ethnicorum exempla (apud quos iidem erant Pontifices & Reges, ut de Ægyptiis refert Plato in lib. de Regno. & de Romanis Iſidor. etymol. lib. 2. cap. 1. & habetur. 21. diſtinct. c. cleros.) præteream, ſanctorumque Regum levia illa de oblationibus templi, & de cura inſtaurationis, & ſarta tectorum templi à Sacerdotibus in Regiam manum tranſlatis. 4. Reg. c. 12. cap. 22. Salomon Rex, ſola Regia authoritate (ut & David, pater ejus,) fungens, Abiathar ſummum Sacerdotem deſtituit, & Sadoch in locum ejus inſtituit. 3. Reg. 2. templumque Domini cum omni populo dedicans, benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. 3. Reg. 8. Judas quoque Machabæus elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei, ut mundarent ſancta, templumque Dei, à gentibus & idolatris prophanatum 1. Machab. 4. d. Jam ergo manifeſtum eſt etiam in Eccleſia & populo Dei (qui erant Iſraelitæ) Reges & Principes imperium in Sacerdotes ipſos & totum clerum habuiſſe, diſciplinamque & politiam eccleſiaſticam ordinaſſe, idque jure & laudabiliter feciſſe: quamvis ſacra ipſa myſteria, Sacerdotibus ac Levitis à Deo commiſſa non attrectaverint, nec impunè licuerit, ut de Ozia lepra percuſſo: quoniam thuribulo prehenſo nitebatur incenſum adolere ſuper altare thymiamatis. 2. Paralip. 26. Aliud enim ſacrificare & munia ipſa Sacerdotum exercere, aliud Sacerdotia diſciplinamque eccleſiaſticam congruo ordine diſponere & conſervare: quæ officia diſcrevit Deus, non confundi voluit. In Eccleſia autem Chriſtiana quis negare audeat minorem authoritatem & poteſtatem eſſe Regum Chriſtianorum, quam olim fuit in Eccleſia Iſraelitica? An per Chriſtum diminuta fuit, an per alium, & per quem? Certum eſt non per Chriſtum: qui oblatum etiam Regnum refugit, Jo. 6. b. & coram Pontio Pilato apertè negavit regnum ſuum de hoc mundo eſſe. Certum eſt etiam, quòd non per ſacros Chriſti Apoſtolos: qui docuerunt & ſcripſerunt Regibus & poteſtatibus parendum, eoſque Dei miniſtros eſſe: quapropter eis ſubditos eſſe oportere, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam Rom. 13. ca. 1. Petr. 11. c. modò ne quid contra Dei mandata præcipiant, Act. 5. c. in mandatis enim Dei exequendis & ab omnibus obſervari curandis præcipuum conſiſtit Chriſtianorum

Salomon item.

Judas Machabæus item.

Ozias.

Aliud Sacerdotis, aliud Magiſtratus officium.

Regum Chriſtianorum authoritas.

Source : BIU Cujas

Officium Regum.

Regum officium. Deuteron. c. 17. in fin. c. Regum officium 23. q. 5. Jaceant ergo præstigiæ, confictæque à quibusdam canonistis fabulæ: de quibus per Innoc. & alios in c. licet ex suscepto. de foro competen. Et hæc ad vitiligatorum (si qui forsan adhuc supersint vel hiscere audeant) ora obstruenda abundè sufficiant. jam ergo tex. ipsius Regiæ constitutionis, cum brevibus & pertinentibus scholiis accipe verborum pompa superfluisque omissis.

PROOEMIUM EDICTI.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, sçavoir faisons à tous presens & à venir, Comme nous ayons esté deuëment advertis, & nous ayent esté faites plusieurs plaintes & doleances des fraudes & abus par cy-devant faits & commis, & qui peuvent, A, chacun jour estre faits par les impetrans en Cour de Rome, qui obtiennent en ladite Cour, impetrations de benefices par resignation, en vertu des procurations nulles, fausses & mal expediées, par le moyen desquelles sont lesdits benefices possedez par gens intrus, & les vrais titulaires de leurs droits frustrez. Mesmement par le dol, cautelle, & malice des impetrans de petites Dates, B, sans toutesfois envoyer procuration, sinon aprés la date des resignations: Encore le plus souvent sont lesdites procurations gardées deux ans ou plus, sans les faire sortir effet: sinon aprés la mort, C, du resignant. Et d'ailleurs les Notaires & Témoins sont gens inconnus: dont avient que la pluspart desdites procurations sont fausses. D, Aussi que plusieurs resignent leurs benefices *in favorem & non aliàs:* desquels toutesfois ils jouïssent aprés, sous couleur qu'ils disent leurs resignataires ne les avoir acceptez. Et neantmoins lesdits resignataires cependant prennent une possession secrette: pour à laquelle donner couleur, font quelques baux à ferme pardevant Témoins & Notaires attitrez. Et davantage pour obvier à la regle de Chancellerie *de publicandis*, plusieurs font telles resignations de six en six mois: ou bien aprés avoir passé procuration pour resigner en faveur de quelque personne: leur font dés le lendemain signifier une revocation de ladite procuration, qui est par eux tenuë secrette, E, Et si font encore plusieurs autres fraudes & abus: par lesquels est mis un grand trouble en l'Estat Ecclesiastique, & se suscitent plusieurs procés & querelles entre nos sujets. Pour à quoy obvier, par grande & meure deliberation des Princes & Seigneurs de nostre Sang, & les gens de nostre Conseil, estant lez nous, avons statué & ordonné par ces Presentes, de nostre certaine science, pleine puissance F, & autorité Royale, statuons & ordonnons par Edit, Statut & Ordonnance perpetuels & irrevocables, ce qui sensuit.

A, *Peuvent.* Boni prudentisque Principis est, non solùm præsentes abusus tollere, sed etiam imminentibus & futuris obviam ire. Scriptum est enim. Proverb. cap. 20. b. *Rex sedens in solio judicii dissipat omne malum intuendo:* hoc est vigilando, consulendo, providendo. Quod det & faxit Deus: in cujus manu cor Regis est, & quocumque volet, inclinat illud. Proverb. 21.

B, *Dates.* Novum genus κατηλικὸς & corruptelæ à curialibus curiæ Romanæ inventum: ut testatur gl. in reg. Cancellariæ. 28. videlicet ut singulis diebus à Datariis Papæ novam signaturam habeant, datarive (ut eorum terminis utar) faciant: deinde bullas, sub qua data voluerint, confici vel renovari curent. Hic abusus, si inscio superiore fit, non solùm subreptionis, sed etiam falsitatis species est. Irrepsit tamen etiam usque ad ordinarios locorum: ut testatur & refert glo. reg. cancellar. 20. Ipse quoque pridem sæpiùs audivi plures graves & probos supremæ Parisiorum curiæ Senatores de hujusmodi parvarum Datarum increbrescente abusu quodque obviam ire non possent, conquerentes. Quamvis enim gratiæ, taliter impetratæ, nullæ sint & subreptitiæ, ut dixi supra reg. de publicand. nu. 166. tamen difficilis, imò impossibilis erat probatio. hactenus gliscebat, imò notorium erat in genere, hoc malum. Sed quod in specie probari non poterat, nequibant judices super præsumptione generali, judicium in particulari fundare: & sic invalescebat abusus, nec per species aut casus particulares corrigi poterat: donec per hanc generalem constitutionem omnes ferè occasiones amputatæ sunt.

C, *Mort.* Post obitum, & adhuc ex parva Data retroactiva.

D, *Faussès.* Passim ad falsa fabricanda audaces inveniuntur impuri hujusmodi Sacerdotes, prætextu immunitatis ecclesiasticæ, qua, propter enormitatem criminis, privari deberent: ut per Panorm. in c. etsi clerici. de judiciis. Petrum Anch. in repet. c. ea quæ. col. 32. de reg. jur. & cons. 151. Hypol. Marsil. cons. 9. num. 17.

Revocatio secreta.

E, *Secrette.* Quo casu no. quòd si resignans manet in possessione, manet dicta revocatio valida, non obstante publicatione resignationis postea secuta, quantumvis solenni, sine resignante facta: sed si resignans ipse consentiat expressæ publicationi, vel sponte locum cedat resignatario, tunc iste expressus, & palam serius consensus, sufficit ad præsumendum priorem occultam revocationem non seriam, sed simulatam fuisse: & hoc ad variationem & illusionem vitandam: quam etiam cle. unica. de renuncia. vult evitari.

F, *Puissance.* De his clausulis videant otiosi Canonistas in cle. pastoralis. §. cæterùm. de re judica. Vitali. de camba. in tract. clausularum: quia decisiva duntaxat, & paucis perstringere statui.

Source : BIU Cujas

ARTICLE I.

PREMIEREMENT, que par nos Cours ſouveraines, & autres nos Juges, A, en jugeant le poſſeſſoire des benefices contentieux, ne ſera foy ajoûtée és procurations pour reſigner, ne revocation d'icelles, prinſes de poſſeſſion, & autres actes & inſtrumens paſſez par Notaires Apoſtoliques, B: s'ils ne ſont prealablement examinez, & receus par les Archeveſques, Eveſques, leurs Vicaires ou Officiaux, & fait ſerment entre leurs mains, & de ce ayent Lettres ſous leurs ſceaux, fait auſſi enregiſtrer és Greffes des Cours deſdits Archeveſques & Eveſques, & Cours Preſidiales de noſtre Royaume, ſuivant l'Edit par nous fait, C, leurs noms & ſurnoms, & declarer le nom du lieu de leur demeurance: qu'ils ſeront tenus faire aux villes, & plus notables lieux deſdits Dioceſes, reſpectivement: ſelon le département & nombre qu'il ſera aviſé.

A, *Juges.* 1. Scilicet Regiis & præſidialibus: quia per edictum anno 1536. ſuper diſtributione cauſarum inter præſidiales & inferiores judices Regios editum. §. 13. cognitio beneficiorum eccleſiaſticorum præſidialibus, in prima inſtantia attributa eſt; ſed ante illud edictum, etiam inferiores Regii cognoſcebant. Judices autem non Regii (videlicet curiarum dominicarum: quæ ſpectant ad dominos locorum) non ſunt ſoliti cognoſcere de poſſeſſorio hujuſmodi beneficiorum: ſed præſto ſunt judices Regii: qui de his poſſeſſoris & omnibus cauſis, judicibus Regiis deputatis, cognoſcunt. Quicunque tamen judex, Rege concedente, de his poſſeſſoriis cognoſcit, vel cogniturus eſt, hanc conſtitutionem ſervare tenetur: niſi in beneficiis, quæ perpetuo ad liberam Regis vel alterius Principis, ſeu dominici loci collationem ſpectant: de quibus dixi ſuprà in reg. de infirmis. num. 185. quia talia non ſunt propriè beneficia eccleſiaſtica.

2. Et nihilominùs, quamvis eis non conveniant verba conſtitutionis, quæ loquitur de beneficiis verè eccleſiaſticis, & ad eccleſiaſticorum proviſionem ſpectantibus: tamen, quatenus verba & ratio conſtitutionis conveniunt, eatenus locum habet conſtitutio & ejus ſanctio. Unde, ſi fortè reſignatio, revocatio, vel poſſeſſionis apprehenſio factæ ſint coram notariis eccleſiaſticis, locum habebit conſtitutio, loquens de notariis hîc, & in tribus. §§. ſequentibus, & inſtrumenta eorum, omiſſa hac forma, confecta, nullam fidem faciunt, in quocunque judicio cujuſcunque judicis, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio.

Rex: jure proprio, de poſſeſſoriis beneficiorum judicat & ſtatuit.

3. Quòd autem quidam putant judices Regios ex privilegio Papæ de poſſeſſoriis hujuſmodi beneficiorum cognoſcere, ut Guido Papæ. q. Delphinali. 1. merum indoctorum nugamentum eſt. Rex enim, in Regno ſuo ſupremus dominus & judex eſt omnium poſſeſſionum & judiciorum poſſeſſoriorum; ſive adipiſcendæ, ſive retinendæ, ſive recuperandæ ſint. Et ſic jure ſuo proprio cognoſcit, imò etiam quandoque de petitorio, ut in vacantibus in regalia, quorum collator & cognitor eſt ratione coronæ ſuæ, non autem ex alterius cujuſvis, etiam Pontificum, privilegio, ut dixi in conſuetud. Pariſienſ. §. 27. col. ult. Imò jure primitivo & divino omnis judicialis & contentioſa cognitio, etiam mere eccleſiaſticorum negotiorum ſpectat ad Regem, ut ſuprà in præfat. num. 1.

4. Cæterum omne poſſeſſorium, & omnis cauſa poſſeſſoria temporalis eſt & ſecularis, non eccleſiaſtici fori. ut per Vincenti. Panor. in cap. paſtoralis. de judiciis. c. litteras. de juramento calumniæ. glo. Innoc. Panor. in c. cùm dilectus. de electio. Archid. Jo. Andre. in c. 1. de reſtitutio. ſpoliat. in 6. Bal. in c. tua. de ord. cognitio. auth. ei qui jurat. col. 9. C. de bonis author. jud. poſſiden. Tetigi in annota. ad Philipp. Dec. conſ. 125. num. 3.

Octo requiſita in notariis Papæ.

B, *Apoſtoliques.* De Papalibus tantum loquitur in hoc §. 1. non autem de Epiſcopalibus: de quibus in §. ſequenti.

1. In his autem Papiſticis notariis ſex omnino requirit. Primum examen & receptionem diœceſani. Secundum, quòd jurent in manu ejuſdem. Tertium, quòd hujus rei programma habeant, ſub ſigillo diœceſani, ſive Vicarii vel Officialis. Et hic intellige de Vicario generali ordinario habente tribunal, ut Officialis, non autem de Vicario volatili carente tribunali, & multominus de Vicario ſpeciali tantum, ut patet per id quod ſequitur. Quartum, quòd eorum nomen, cognomen, & locus domicilii & reſidentiæ regiſtretur, ſive in publica monumenta referatur curiæ diœceſani; quæ verba (ut dixi) non congruunt niſi Vicario generali habenti ordinarium tribunal. Quintum, quòd pariter regiſtretur in curia Regia præſidiali dictæ diœceſis. Sextum, quod reſideant in urbibus vel oppidis & inſignioribus locis dictæ diœceſis. Adde ſeptimum, quod non poterunt inſtrumenta conficere, niſi in una tantum diœceſi: in qua omnia prædicta obſervaverint, ut patet per generalitatem §. ſeq. in fin. & per generalia verba edicti. de quo in glo. ſeq. Adde octavum, quòd teneantur in ſuis inſtrumentis expreſſam mentionem facere de ſua qualitate, & de loco in quo immatriculati fuerunt, & de loco propriæ reſidentiæ, ut inf. §. 3. ubi etiam quinque alia requiruntur in inſtrumento mandati ad reſignandum, ut ibi dicam. Quæ autem ulterius requiruntur in §. 4. non concernunt fidem & validitatem inſtrumenti, ſed onus notarii ex intervallo.

2. Et not. quòd licet hæc conſtitutio non loquatur expreſsè, niſi quantum ad fidem adhibendam in judicio poſſeſſorio: tamen idem eſt in judicio petitorio, ſive in quacunque curia Eccleſiaſtica exerceatur, ſive coram quovis judice Regio: ut quando agitur ex decreto de pacificis: in quo etiam per ſecularem fit jus in petitorio, ſive in prima inſtantia in ſupremo hoc Pariſiorum Senatu, ubi de petitorio vacantis in regalia per totum Regnum privative ad omnes diœceſanos & Eccleſiaſticos, & ad omnia alia Parlamenta & tribunalia ejuſdem regni, cognoſcitur: inſtrumenta enim hujuſmodi notariorum, præter formam hujus edicti facta, nullibi, etiam in petitorio, fidem facient: non tam vi directa hujus edicti, quam per paſſivam interpretationem à jam conſueta forma omiſſam. c. cùm dilectus. & ibi doct. de fide inſtru.

3. Plus dico, quòd non ſolùm hæc requiruntur, quando hi notarii conficiunt inſtrumenta in materia beneficiali: ſed etiam in quacunque alia materia eccleſiaſtica: niſi enim hæc obſervaverint, rejectitii ſunt & ſuſpecti, & ſic inſtrumentum, tanquam à ſuſpectis & prohibitis factum non valet, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in materia ad illud forum ſpectante. In his autem quæ non concernunt negotia eccleſiaſtica, ſed ſecularia, nequeunt inſtrumenta conficere, nec officium tabellionis exercere, etiam ſi omnia quæ hîc habentur

Source : BIU Cujas

habentur obſervaverint: quoniam in profanis, vel ſecularibus negotiis, non ſunt notarii, ſed meri privati, carentes omni authoritate.

C, *Fait.* Menſe Septembri milleſimo quingenteſimo quadrageſimoſeptimo, quod, quia, tanquam relatum, partem facit referentis, ut not. in l. inciviles de legi. poſt præſens edictum ſubjunxi.

ARTICLE II.

QUe les Archeveſques, A, & Eveſques ſeront tenus B, dedans trois mois, aprés la publication de ces preſentes, appellé notable nombre du Clergé, arreſter le nombre des Notaires: auquel nombre ne pourra eſtre aucun ſubrogé, que par mort de ceux dudit nombre arreſté, ou par vacation, privation ou forfaicture: ſans augmenter ledit nombre. Et où il adviendroit que pour certaine cauſe, ſeroit par leſdits Archeveſques, Eveſques, Vicaires ou Officiaux, à aucun deſdits Notaires interdit, C, l'exercice dudit eſtat, ſera ladite interdiction enregiſtrée comme deſſus, admoneſtant leſdits Prelats n'en recevoir aucuns qui ne ſoient bons & notables Perſonnages. Et ne pourront leſdits Notaires exercer leſdits Notariats qu'en un Dioceſe, D, ſur peine de faux, E, & de nullité, F, des Contrats qui ſeront receus hors du Dioceſe, auquel ils auront eſté receus.

A, *Archeveſques.* Archiepiſcopus hic, & §. præcedenti, & per to. & in edicto, de quo in glo. ult. pro diœceſano, ſive in quantum diœceſanus eſt, accipitur: & idem de primate.

1. Unde, licet Archiepiſcopus & primas Lugdunenſis tres ſedes vel gradus Juriſdictionis Lugduni habeat (videlicet ſedem Diœceſanam, in quantum Epiſcopus in propria diœceſi, & ſedem Archiepiſcopalem in ſua provincia, ſive ſuper Epiſcopos ſuæ provinciæ, & ſedem Primatialem ſuper Archiepiſcopatus) tamen non poteſt alios notarios eligere vel diſtribuere pro diœceſi Lugdunenſi, alios pro provincia, & rurſus alios pro primatia vel negotiis primatialibus. Sed, ſive de notariis ordinariorum agatur, non poteſt niſi unum numerum & ordinem pro ſua diœceſi tantùm limitare & conſtituere: qui omnia inſtrumenta Eccleſiaſticorum negotiorum in ea diœceſi expedient.

2. Bene quidem poteſt ſingulos habere actuarios: ſicut ſingulos officiales pro ſingulis gradibus juriſdictionis: qui hujus fori tantùm acta forenſia conficere poſſunt: in cæteris autem privati ſunt. Sed non poteſt niſi unicum ordinem notariorum communium conſtituere: qui poteſt arbitrari major, quanto ibi plura negotia affluunt: ſed ordines notariorum multiplicare, eſſet in gravamen ſubditorum, & contra hanc conſtitutionem, & ſic abuſivum: & pariter de cæteris.

3. Sive autem de notariis Papalibus: quia in vim prioris edicti (quod poſt illud ſubjiciam) delectus & taxatio numeri ſpectat ad judices præſidiales: qui non habent in hoc rationem an locus ſit civitas Epiſcopalis vel Archiepiſc. aut Primatialis (niſi in quantum proinde major eſt frequentia populi & negotiorum hujuſmodi) nec an civitas habeat, inventione ambitionis humanæ, duos juriſdictionis Epiſcopalis gradus, ut in Archiepiſcopatu, vel tres ut in Primatu. Non enim debet ibi duos vel tres notariorum ordines ſtatuere, ſed unum tantum, pro modo amplitudinis loci, & notarii taliter electi & deſcripti per præſidem, debent, ut in §. præcedenti, rurſus examinari, & ad juramentum adigi, & in matricula ſua deſcribi per diœceſanum loci, ſive ſit ſimplex Epiſcopus, ſive Archiepiſcopus, ſive Primas.

4. Quæro an ſub catalogo & hoc edicto contineantur notarii peculiares Epiſcopi, quos ſecretarios vocant? Breviter dico quod non: quia hic §. tantùm loquitur. de notariis communibus & promiſcuis, ad quæcumque extra judicialia negotia Eccleſiaſtica totius diœceſis deputatis: qui etiam ſimpliciter notarii vulgo vocantur. Secus ergo de ſecretariis, qui ſunt deputati ad conficiendum inſtrumenta de actibus ipſius tantùm Epiſcopi: puta de collationibus vel inſtitutionibus ſuis, vel quæ cooperante Epiſcopo fiunt, ut de reſignatione beneficii in manu Epiſcopi facta, vel præſentatione patroni, vel quavis inſinuatione ei facta, ut inf. eo. §. 15. vel de acceptatione collationis, in præſentia ejuſdem Epiſcopi facta, & ſimilibus ad ipſius Epiſcopi officium ſpectantibus. De cæteris enim nequeunt inſtrumenta conficere: & ſi faciant, non valent, ſicut à privatis. Quare in his non verſatur, nec etiam, propter dignitatem perſonarum, timetur tantum periculum, ut in promiſcuis & popularibus notariis. Unde conſtitutio hos non comprehendit: quibus etiam ſecundum communem uſum loquendi, qui debet attendi. l. Labeo. de ſupellect. lega. l. anniculus. de verbo. ſignifica. non conveniunt verba conſtitutionis, quæ tantùm de notariis loquitur. Hi autem, licet veri ſint notarii, non tamen ſic ſed ſecretarii vocantur. Eadem ratione non comprehendit actuarios, ut nuper dixi nu. 11. qui etiam extra locum & rem forenſem, in qua deputati ſunt, nequeunt inſtrumenta conficere. l. quicunque. de excepto. & exacto. li. 12. C. Bal. Paul. in l. repetita. C. de Epiſc. & cleri. Lucas de Penna. in l. hac parte. de proximis ſacro. ſcrinio. lib. 12. C. Hi etiam licet veri ſint notarii, non tamen notarii, ſed grapharii vulgo vocantur. Similiter notarii, vel ſcribæ collegiorum eccleſiaſticorum, vulgo capitulorum, vel conventuum ſecularium, vel regularium, de quibus inf. §. 14. & §. 22. qui etiam non ſunt notarii communes, ſed ad negotia dictorum collegiorum duntaxat, & propriè non ſunt notarii, utpote ab inferioribus non habentibus poteſtatem, niſi in quantum in negotiis limitatis, propter antiquam conſuetudinem tolerantur, nec in ſanctione hujus §. continentur.

Secretarii.

B, *Tenus.* Et ſic, juncto verbo *arreſter*, & reliquo tenore hujus. §. liquet. 1. Quod hîc non loquitur de Papalibus notariis: quia non ad diœceſanos ſpectat eorum numerum taxare, ſed ad præſides, per quos jam id multis in locis executum fuit: quamvis diœceſani debeant, rurſus, electos, & à præſidibus per loca diſtributos probare, & conſequenter, inſufficientes repertos, reprobare, & idoneos inventos ad juramentum recipere, & in ſuis matriculis deſcribere, ut in §. præcedenti. non excedendo numerum & locum à præſidibus taxatum, & diſtributum. Hic ergo, ubi loquitur de novo ordine, novo delectu, & taxatione numeri per diœceſanos facienda, liquet quod de notariis Epiſcopalibus tantùm loquitur: neceſſarium enim erat & hîc providere, propter indiſcretam & effrenatam multitudinem in quibuſdam diœceſibus, ut Epiſcopus Pariſienſis circiter quinquaginta habet: qui numerus nimis exceſſivus eſt.

5. Quumque minora ſint & eſſe debeant negotia eccleſiaſtica quàm ſecularia, minor debet eſſe numerus in ſingulis civitatibus vel locis notariorum Epiſco-

Source : BIU Cujas

palium, quàm notariorum Regiorum ejuſdem loci: & poteſt, & debet procurator Regius ad hoc vigilare, & eos cogere ad hanc conſtitutionem obſervandam. Quod ſi rectè proviſum eſſet de numero & idoneitate notariorum Epiſcopalium, ſufficere deberent pro omnibus negotiis Eccleſiaſticis, nec recurrendum eſſet ad Papales: qui nec ab initio admitti debuerant, ſicut nec delegati Papæ: ſed admiſſos maluit Princeps admodum reducere, & ab abuſu coërcere, quàm in totum (ut poterat) excludere. fa. c. Romana. in fi. de for. comp. in 6.

Notarii Papæ ſubſunt ordinariis.

C, *Interdit.* Non eſt dubium quin diœceſani juriſdictionem habeant in notarios à ſe creatos, de quibus hîc loquitur: ſed dico quòd habent juriſdictionem etiam in Papales. Quemadmodum enim proviſus à Papa de quovis beneficio, ſeculari vel regulari, non ob id exemptus eſt à juriſdictione ordinarii, ſive ſecularis ſive regularis (à quo etiam poteſt, cauſa cognita, privari vel ſuſpendi, ut omnes tenent in c. per tuas. per illum tex. de majorita. & obedien. Imò fortius tenent Panorm. & Felin. ibi Stephan. Aufreri. in additio. quæſtio. Tholoza. 292. quòd ordinarius poteſt exauthorare & privare, etiam ordine dato per ipſummet Papam) ita diœceſanus, vel ejus officialis, poteſt cauſa cognita, notario Apoſtolico interdicere, eumve ſuſpendere ab exercitio officii, vel omnino per ſententiam privare.

D, *Dioceſe.* Adhuc dummodo Epiſcopus creaverit eum notarium per totam diœceſim.

1. Poteſt enim eum limitare ad certum locum vel oppidum, ſi latitudo diœceſis exigat: & tunc non poterit inſtrumenta conficere extra locum deſtinatum. Et intellige quòd Epiſcopus hanc deſtinationem faciet publice, cum concilio cleri, ut hîc, non excedendo congruum numerum, ſed velut ſaltem publicam & politicam ordinationem ſtatuendo: quam ſemel commode & de concilio cleri ſtatutam, obſervare tenebitur, ut hîc, ad vitandam confuſionem & abuſus inde ſequentes.

2. Prohibetur ergo diœceſanus creare vel eligere notarium, qui etiam notarius ſit in alia diœceſi: niſi renunciet officio alterius diœceſis: & hujuſmodi notarius receptus in una, inhabilis eſt ad ſimile officium in alia diœceſi, etiam in eadem provincia: & ſi jam in alia quoque creatus erat, ex quo ſe permittit recipi & immatriculari in una, renunciat non ſolùm exercitio, ſed etiam officio in alia: in qua debet numerus eorum qui exercere debent repleri.

Crimen privilegiatum.

E, *Faux.* 1. Et ſic, quum prohibeatur & puniatur per hanc conſtitutionem, efficitur crimen commune: id eſt utriuſque fori, tam ſecularis quàm Eccleſiaſtici: quod pragmatici vocant crimen privilegiatum, quando perſona eſt Eccleſiaſtica. & ſic judex ſecularis non cognoſcet nec puniet de toto, ſed de crimine privilegiato duntaxat: hoc eſt de qualitate concernente intereſſe Regium, & contraventionem ſuæ conſtitutionis, & ſi de crimine in promptu liqueat, ſtatim pro modo hujus qualitatis pronunciabit, & mulctam imponet, quod pragmatici vocant judicare crimen privilegiatum.

2. Poterit etiam eum, convictum, declarare inhabilem electionis & deputationis & exercitii hujuſmodi officii introductæ per hanc conſtitutionem, & in reliquo plenius puniendum remittere ad ſuum diœceſanum: vel, ſi per confeſſiones vel evidentiam facti nondum plene liqueat de crimine, remittet ad diœceſanum, cum onere criminis privilegiati: id eſt ut non poſſit judex Eccleſiaſticus cognoſcere nec judicare, niſi cum Regio, qui ſuas partes ſimul quidem, ſed per ſententiam ſeparatam interponet. & non ſolùm judex Eccleſiaſticus, ſi ſecularis hoc omiſerit, ſed etiam ſecularis (quia eſt crimen per hoc edictum prohibitum) poteſt hujuſmodi notarium condemnare ad damna & intereſſe erga partem privatam.

Notarius non poteſt extra territorium.

F, *Nullité.* 1. Hoc eſt indubitatum de Epiſcopalibus: quia non poteſt notarius exercere, nec inſtrumentum conficere, extra territorium committentis: quamvis confectum intra, in negotio Eccleſiaſtico, fidem faciat ubique, ut tradit Bar. in l. 2. de off. proconſ. & lega. Alberi. Bald. in l. non aliter. de adoptio. in l. repetita. C. de epi. & cler. Andr. Iſernia. in c. unico. quæſint regalia. col. 24. in uſibus feudo. Salic. in l. 1. C. de emancipatio. libero. Joan. de Platea in l. duumvirum. in fi. C. de decurio. lib. 10. Panorm. in c. cum P. tabellio. col. fin. de fide inſtru. Philipp. Decius in l. 1. col. 5. in l. fi. col. 6. de juriſdictio. omnium judicum. Rot. deciſion. 291. inſtrumenta. in novis.

2. Quod ampliatur, ut nec creatus ab Archiepiſcopo poſſit in provincia, ſed duntaxat in diœceſi ipſius Archiepiſcopi exercere, ut eſt text. in c. Romana. §. ult. & ibi Gemnia. Philip. fran. de foro competen. in. 6. Unde ut dixi, Archiepiſcopi (& idem de Primatibus) non conſiderantur hîc, niſi in quantum diœceſani: quoniam in ſuffraganeos, vel eorum diœceſibus, nullam habent juriſdictionem, niſi in articulo appellationis tantùm: de quo non agitur hîc. tex. in d. c. Rom.

3. Et ineptum eſt limitare ut procedat in creatis ab inferiore, ut Benedic. de Plumbi. in l. apud proconſulem. de manumiſſis vindic. quia etiam creati à Rege non poſſunt conficere extra Regnum. Bar. id d. l. 2. & in l. 1. q. 7. C. de ſumma trinit. Et adhuc creati à ſummo Principe, ſi ſint ad locum limitati, nequeunt extra illum conficere. Unde notarii Papales, poſtquam per edictum primum anni 1547. & rurſus per iſtud edictum §. 1. limitati ſunt ad certum locum, nequeunt amplius extra illum conficere in toto hoc Regno: &, ſi fecerint, pœnam falſi incurrent, & inſtrumentum pariter nullum erit, niſi omnia quæ per edicta requiruntur, impleverint, ut dixi ſuprà. eo. §. 1. glo. 2. Ex prædictis colligitur, quod hæc nullitas inſtrumenti, non ſolum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium & omnia reſpicit, ut ſuprà dixi §. 1. glo. 2. nu. 11.

ARTICLE III.

ITem, A, ordonnons que foy, B, ne ſera ajoûtée aux inſtrumens receus par leſdits Notaires, ores qu'ils auroient obſervé le contenu aux articles precedens, ſi dedans les inſtrumens par eux receus, n'eſt faite expreſſe mention C, de la qualité deſdits Notaires, du lieu où ils auront eſté enregiſtrez, & de leur demeurance: & n'auront les Juges D, égard aux inſtrumens de procuration pour reſigner E, benefices, ſi leſdits Notaires n'appellent deux témoins pour le moins, gens domiciliez & connus és lieux où ils recevront leſdites procurations, & non parens ne domeſtiques: c'eſt aſſavoir, pere, ayeul & aſcendant, frere, oncle, ou couſin germain des reſignans ou reſignataires: & que les procurations, ſcedes & minutes d'icelles ſoient ſignées par le reſignant, en preſence deſdits deux témoins. Et leſquels témoins ſeront tenus ſur peine de nullité de ladite procuration, ſigner la ſcede & note d'icelle, au cas que le reſignant fuſt en telle diſpoſition qu'il ne la peuſt ſigner, dont les Notaires ſeront tenus faire mention, & de la raiſon & cauſe pour laquelle ledit reſignant ne l'aura pû ſigner.

Source : BIU Cujas

A, *Item.* Iſte §. cum ſeq. æquè loquuntur & intelliguntur, tam de Epiſcopalibus quàm de Papiſticis notariis.

B, *Foy.* Et ſic non ſolum in poſſeſſorio & in foro ſeculari : ſed etiam quoad omnia. & in omni foro, ut ſæpe dixi.

C, *Mention.* Hîc tria alia generaliter adduntur ad formam inſtrumenti, ut probetur : ſcilicet ut in eo mentionem faciat notarius. Primò de qualitate ſua, videlicet an ſit Papalis vel Epiſcopalis : & ſi Epiſcopalis, cujus Epiſcopi vel diœceſis vel oppidi, ſi ad oppidum electus & immatriculatus ſit. Secundò de loco vel curia in qua immatriculatus fuerit. Unde notarius diœceſani non exprimet niſi unum locum: quia in una Eccleſiaſtica tantùm curia immatriculatur. Sed Papiſticus tenetur exprimere duo, prout in duobus locis vel curiis debet immatriculari: primò in præſidiali, per edictum primum : ſecundò in diœceſana. per iſtud edictum ſuprà §. 1. Tertiò, ut mentionem faciat notarius ſuæ reſidentiæ & domicilii.

D, *Juges.* Cujuſcunque fori, imò etiam ubicunque locorum, per prædicta ſuprà §. 1. gl. 2. n. 2.

Requiſita in inſtrumentis ad reſignandum.

E, *Reſigner.* 1. Hîc, ultra omnia prædicta ; Rurſus quinque vel ſex alia requiruntur ſpecialiter, in inſtrumento mandati ad reſignandum quodcunque beneficium Eccleſiaſticum : videlicet quod inſcribantur duo teſtes : quod per ſe de jure communi eſt, ut not. in l. contractus. C. de fide inſtrum. & in l. generali. de tabularis. lib. 12. C. Ideò non computo in numero. Primum ergo, quòd ſint rogati. in text. ibi, *appellent.*

1. Secundum, quòd maſculi, per ſequentia verba text.

2. quæ fœminis non congruunt. Tertium, quòd teſtes illi non ſolùm noti ſint : ſed etiam domicilium habentes in loco ubi recipitur inſtrumentum conficiendum.

3. Quartum, quod non ſint ſanguine juncti nec domeſtici reſignantis, vel reſignatarii, prout in text. gradus cognationis declaratur.

4. Non enim refert intra illos gradus ſive teſtis ſit agnatus vel cognatus, & ſic avunculus tam eſt inhabilis quàm patruus, etiam in locis in quibus (ut Arverniæ) differentia fit in ſucceſſionibus inter agnatos & cognatos. Tum in hoc text. ibi, *pere, &c.* multò magis intelliguntur excludi mater, & eorundem graduum fœminæ, in quibus non minor eſt affectio, ſed etiam major facilitas, & minor confidentia. Debent etiam eſſe periti ſcribendi vel ſignandi, ſi reſignans hoc non poſſit.

5. Quintum quòd ipſa matrix ſcriptura manu propria ipſius reſignantis ſignetur, & ſubſcribatur in præſentia dictorum teſtium : quamvis enim text. dicat *& que les procurations, ſcedes & minutes* : tamen non requiritur utrumque, ſed ſufficit matricem ipſam ſubſcribi à reſignante, ut patet per ſequentia in text. ibi, *au cas.* Sextum quòd ſi reſignans non poſſit ſubſcribere, teſtes ipſi inſtrumentarii ſubſcribant & ſignent eam : & cum hoc notarius expreſſam mentionem faciat de infirmitate vel læſione manus aut alio impedimento, quo reſignans nequit ſubſcribere : & ſic hoc caſu requiritur quòd teſtes ſignare & ſubſcribere ſciant & valeant. 5. 6.

4. Et meritò tot requiruntur in inſtrumento ad reſignandum, in quibus majus verſatur periculum, & ſic cautius in his agendum. c. ubi periculum. in prin. de electio. in 6. l. 1. §. 1. ad Carbonia. tum etiam propter nimis crebras falſitates arcendas, ut experientia docuit. Unde in inſtrumento ad revocandum reſignationem, non requiritur tanta ſolemnitas: ſed ſufficiunt ea quæ de jure communi, & per primum edictum infrà ſubjectum & duos præcedentes §§. requiruntur. Sed inſtrumentis ad reſignandum valde neceſſaria fuit hæc ſancta Conſtitutio. Secus ad revocandum.

5. Quoniam uſque adeò invaluerat cupiditas, velut rabies, aliena beneficia per hujuſmodi ſuffurata mandata involandi, ut in quibuſdam locis hujus Regni, velut publicus mos, ſeu morbus, graſſaretur : præſertim in urbe Andenſi : quam, propter multitudinem hujuſmodi Sacerdotum, urbem Sacerdotum vulgò vocant : ubi fama nuper erat, & conſtans fuit aſſuetum eſſe, ſi quis beneficiatus infirmaretur, ut eum hujuſmodi perfidi ſacrificuli Papiſtici, vel Eccleſiaſtici notarii, velut conſolaturi, aut aliud agentes inviſerent : utque ſemel viſus eſſet infirmus & aliquid quavis de re locutus, abirent, inſtrumentum ad reſignandum fabricantes : quòd ſi fors infirmus morte præveniretur, nihilominus per parvas datas Romæ expediri facerent. Dico ergo quòd hæc ſancta conſtitutio locum habet non ſolum in reſignationibus in favorem, ſed etiam in ſimplicibus, etiam apud ordinarios expediendis : idem etiam dico, ſi cauſa permutationis etiam per ordinarium faciendæ, & multomagis ſi in favorem alicujus concordati: quia conſtitutio generaliter loquitur, & ad fraudes arcendas, & ſic generaliter debet intelligi imò tanquam favorabilis, ſi opus eſſet, extendi, ut ſupra dixi in reg. cancella.

ARTICLE IV.

ITem que leſdits Notaires ſeront tenus faire bon & loyal Regiſtre, A, tant deſdites procurations, que du temps qu'ils les auront delivrées, combien de fois, & à quelles perſonnes. Leſquels Notaires ſeront auſſi tenus de mettre chacun an, B, dans le mois de Janvier, pour le plus tard, aux greffes des Archeveſchez & Eveſchez, auſquels ils auront inſtrumenté, une copie ſignée de leur main, & extrait collationné ſur leurs Regiſtres, contenant tout ce qu'ils auront inſtrumenté ladite année, concernant leſdites procurations, revocations, & autres choſes dépendans d'icelles : gardant pardevers eux leurs nottes, ſur leſquelles ils auront dreſſé leurſdits Regiſtres & extrait d'icelles envoyé, comme dit eſt, aux greffes deſdits Prelats, Archeveſques & Eveſques, qui ſervira de controolle, C, ſeulement. Et auſſi à ce que leſdits Prelats, Archeveſques & Eveſques ayent connoiſſance deſdites procurations, & s'informent s'ils voyent que bon ſoit, ſi leſdites procurations ont ſorti effet.

Protocolla.

A, *Regiſtre.* 1. Protocolla quidem ſive archetypa, quas matrices vocant, tenentur jure communi facere, ut in novell. de tabellio. §. illud. Conſt. 44. adeo ut quidam dicant fidem non haberi inſtrumento, ſi protocollum non reperitur, ſaltem ſi contractum erat in ſcriptis. ut Bald. in rub. colum. 6. C. de fide inſtrum. Ludo. Rom. conſil. 174. colum. 4. Philippus Decius c. quoniam contra falſam. colum. 25. de proba. Quod ultimum falſum eſt, ut dixi in annot. ad Alex. conſil. 175. num. 4 lib. 7.

2. Tamen in hoc Regno notarii, præſertim Regii ratò ſolebant facere regeſta & ſervare protocolla, donec anno 1512. §. 63. Ludovicus XII. fieri juſſit : exceptis tamen notariis præfecturæ Pariſienſis, quæ ex-

Source : BIU Cujas

ceptio non erat justa : dabat enim occasionem quibuslibet contractus illicitos, imò etiam fraudulentos, vel simulatos facere cupientibus, Parisios ad hoc accedere, ut omni probatione penes se retenta liceret variare vel illudere. Ideo Constitutione anni sesquimillesimi tricesimi noni juste correctum fuit, & generaliter statutum ut etiam notarii Parisienses tenerentur regesta & protocolla omnium testamentorum & contractuum fideliter facere, & servare.

3. Et ita servatur, nisi quod, citra testamentum, iidem notarii de simplici protestatione, vel declaratione unius, non faciunt protocollum : præsertim si pars fieri nolit : quasi actus iste in Constitutione non contineatur. Sed hæc Constitutio in hoc periculoso resignandi mandato plus exigit : videlicet ut in eadem regesta referant tempus traditi instrumenti, & quoties, & quibus traditum fuerit. Quod si non fecerint, condicti à parte damnificata condemnabuntur in ejus damna, & in mulctam fisco Regio, ob crimen privilegiatum (id est de quo clerici, etiam privilegiati, per secularem potestatem puniuntur) & per detentionem carceris, cogentur solvere non solum mulctam, sed etiam damna, post eorum liquidationem.

B, *Chacun an.* Hoc non ad commodum ordinariorum tantùm statuitur (quamvis finis §. innuere videatur) sed in favorem publicum, & etiam quorumcunque privatorum, quorum interierit : quibus actuarii ordinariorum tenebuntur edere, non autem copiam signatam dare, sed simplicem exhibitionem & copiam describendi in privatam scripturam duntaxat : ut possit transcribens scire notarium illumque adire, & parte vocata, si opus sit, exemplar signatum accipere à notario, satisfaciendo ei, vel hæredibus suis de salario.

C, *Contrôlle.* 1. Id est ut non solùm scire possint, sed convincere, si quid forsan postea detractum, vel lancinatum, deletum, aut variatum sit in archetypis notarii, prout sæpius contigit : ad quæ facinora avertenda hoc statutum est, non autem ut notarii, eorumve hæredes, frustrentur salario, occasione dictæ copiæ anniversariæ : & hoc est quod edictum dicit ad finem dispungendi seu verificandi archetypa notarii tantùm, non autem quod ex illis copiis extrahi possint exemplaria fidem facientia, nisi post tantum temporis emensum, quòd res facta sit de antiquis, nec immineat præjudicium notarii, & hæredum dudum obliteratorum. Porrò nullitati non subjacebunt instrumenta aliàs ritè facta, licet contenta in hoc §. non fuerint observata.

Regii vel seculares notarii.

2. Sed quum tam multis tam exactè cautum sit de Papisticis & Episcopalibus notariis, non absre quæritur, an eadem observanda sint à notariis Regiis, vel aliis secularibus (saltem si similia instrumenta conficiant) an vero nequeant de his instrumenta conficere (quod videtur) tanquam alienis ab eorum foro : tum quia notum est, quod notarii Ecclesiastici (etiam Papales) nullo modo possunt instrumenta conficere, nisi in causis spiritualibus, vel negotiis Ecclesiasticis ad eorum forum spectantibus, non minus quàm extra territorium. Et ita expressim decidit Joan. Faber. in l. secundum divi. C. de donatio. Lucas de Penna. in l. prædia. de locatio. prædio. civilium. col. 28. lib. 11. C. ubi aliter dicit in Regno Siciliæ quia Normani alienum occupantes, recognoverunt illud in feudum à Papa, qui libenter admisit & hoc reservavit : secus concludens in aliis Regnis, & ita etiam in hoc Regno districte vetitum & cautum est, ut nullius sit fidei Constitutione Philippi Pulchri anno 1302. §. 20. & Constitutione Caroli VIII. quæ habetur in stylo Parlamenti. par. 3. tit. 25. §. 3. ad hoc etiam arestum Senatus Parisiensis, ut in d. stilo. par. 5. qu. 259. ubi tetigi. & sic è contrario videtur, quod notarii seculares non possunt conficere instrumenta in materia Ecclesiastica, & quòd fidem non faciant. quare, utpote supervacui, non sunt comprehensi in his edictis.

3. Sed his non obstantibus, dicendum quòd notarii seculares, præsertim Regii, possunt instrumenta conficere, etiam de hujusmodi & aliis negotiis ecclesiasticis : & fidem faciunt, etiam in foro ecclesiastico : & ita etiam observat cancellaria Romana, ut tetigi supra in regul. de publican. nu. 161. & patet infra eo. §. 14. ad fin. ibi, *Royal ou Ecclesiastique.* Ratio : quia originaliter omnis jurisdictio, & ejus administratio, secularis est potestatis : cui etiam Ecclesia & ecclesiastici subsunt, ut clarè docuimus supra in præfatione nu. 2. nu. 28. Cùm igitur non sint exempti, nisi ex privilegio à Regibus & Imperatoribus concesso, facile præsertim in quibusdam, res ad exordium suum redit. l. si unus. §. pactus ne peteret. de pact. glo. & Canon. in c. ab exordio. 35. distinct. 4. Sacerdotibus quidem etiam per eorum jura prohibitum est tabulariorum officium exercere. c. sicut. ne cler. vel monachi. etiam coram judice ecclesiastico, ut ibi tenent glo. & Cano. sed non servant. Quod autem formæ istæ & solennitates non sint injectæ notariis secularibus, in promptu causa est, abusus notariorum ecclesiasticorum, præsertim Papalium, nominatim perstrictus in priore edicto, & supra eod. in proœmio. & qui causam dedit his edictis, ut ex eorum tenore liquet : qui abusus cessat in notariis secularibus præsertim Regiis, qui non sunt soliti hujusmodi falsitates & abusiones perpetrare, quibus ecclesiastici illi, omni Dei & hominum timore postposito, insorduerunt, immunitate ecclesiastica abutentes, & ea audaces facti ad pessima quæque patranda.

Abusus notariorum Papæ.

5. Quoties ego in medium Senatum, ostiis apertis, produci vidi Sacerdotes (ita enim vocant etiam propudiosos sacrificulos) cum veste sacerdotali & vertice raso, tædam ardentem gestantes, & ignominiosam professionem falsitatis perpetratæ (de qua per secularem potestatem convicti erant) pronuntiantes, & siccis oculis, sine ullo rubore, fronte perfricta, sustinentes condemnationem tanti criminis ? sed in qualitate, quam privilegiatam vocant duntaxat, & consequenter in mulctam pecuniariam tantum Regi & parti, cætera pro delicto communi (ut vocant) ad forum suum remissos ? Hanc enim cautelam impii homines adinvenerunt, & practicare incœperunt in criminibus gravissimis, ut à potestate seculari comprehensi, nec sperantes convictionem evadere, ingenue fateantur, ad hoc ut de crimine privilegiato statim sententia pecuniaria, etiamsi cum ignominiosa illa professione (quam emendam honorabilem vocant) proferatur : ut sic libere & sine onere qualitatis privilegiatæ, utpote jam punitæ, & consumptæ remittantur : ut facilius à suis, sine graviori punitione, liberari & evadere queant, utpote judicis Regii, jam perfuncti, nec amplius vigilantis, nec repetendi, authoritate minimè requisita, & sic omni metu postposito, spretaque à malis quibusdam ecclesiasticis (malorum symmistarum suorum fautoribus) etiam confessione facta coram potestate seculari, juxta c. atsi clerici. in prin. & doctorum suorum Canonistarum, ibi de judici. Ita ut malis increbrescentibus, justum sit, & expediat, eos privilegiis, quibus abutuntur privari. c. privilegium. 11. quæst. 3.

Cautela sceleratorum.

Source : BIU Cujas

ARTICLE V.

ITem, A, que les Banquiers, B, & autres qui s'entremettent en noſtre Royaume, terres & ſeigneuries, des expeditions qui ſe font en Cour de Rome, & à la Legation, ſeront tenus, un mois aprés la publication de ces Preſentes, faire ſerment, pardevant les Juges ordinaires de leurs demeurances, de bien & loyaument exercer ledit eſtat, faire loyal regiſtre, meſme ſerment, que incontinent qu'ils auront receu les procurations pour faire expedier, prendront la datte d'icelles, & les noms des Notaires, témoins inſcripts : & le lieu de la confection deſdites procurations : & en feront bon & loyal regiſtre : enſemble du jour qu'ils recevront, & auſſi du jour qu'ils auront envoyé leſdites procurations à Rome, ou à la Legation. Seront auſſi tenus ſigner, au deſſous chacune expedition, qu'ils feront & enregiſtreront à ce que les parties en puiſſent faire extraits.

ARTICLE VI.

QUe leſdits Banquiers, en délivrant les expeditions par eux faites, ſeront tenus mettre & écrire leurs noms & demeurances, ſur peine d'eſtre à jamais privez d'exercer ledit eſtat de Banquier, eſdits pays & Royaume, d'amende arbitraire, & dommages & intereſts des parties.

ARTICLE VII.

ITem, que où les Banquiers ſeront trouvez avoir failli en ce que deſſus, ou autrement avoir fait faute en leur charge & regiſtre, ſera procedé contre eux par empriſonnement de leurs perſonnes, juſques à pleine ſatisfaction des dommages & intereſts deſdites parties, & de punition corporelle, ſi elle y eſchet : faiſant défenſes à toutes perſonnes Eccleſiaſtiques de ne s'entremettre dudit eſtat de Banquier & expeditions de Cour de Rome, ou Legation : & commandement auſdits Banquiers de bailler caution de mille écus pour le moins pardevant les Juges Preſidiaux, avant que s'entremettre dudit eſtat.

ARTICLE VIII.

ITem, avons ordonné & ordonnons, que ſi pendant les procez d'aucun benefices, les parties font reformer C, aucunes Bulles, deſquelles ils ſe ſeroienr auparavant aidez audit procez, pretendans que les premieres par eux produites n'eſtoient dépeſchées, jouxte & ſelon que portoient leurs ſignatures, que celuy qui ſe voudra aider deſdites Bulles ainſi refaites, ſera tenu faire apporter D, l'extrait de la ſignature, faite *parte vocata*, pour voir ſi la teneur eſſentielle & ſubſtantielle y eſt contenuë, & ladite Bulle dépeſchée ſelon la verité & teneur de ladite ſignature. Ordonnant toutesfois à nos Juges qu'il ne ſoit par eux differé E, au jugegement de la récreance, auquel ils pourront proceder, ayant égard aux premieres Bulles produites par leſdites parties : nonobſtant le delay extraordinaire qu'ils pourront bailler pour le recouvrement dudit extrait de ſignature.

ARTICLE IX.

QUe leſdits Banquiers enregiſtreront les jour & heure que les Courriers partiront, pour faire expeditions à Rome, ou à la Legation.

A, *Item.* Hîc incipit tertia pars, à §. 5. uſque ad §. 9. incluſivè : ideo hos §§. ſimul expedio.

B, *Banquiers.* Non loquitur de numulariis & argentariis antiquis, qui tempore Romani imperii floruerunt : (de quibus in l. argentarius. de edendo. & in novell. 136. de contract. argentario. de quorum muniis & prærogativis ſatis ſcripſi in tract. uſura. nu. 59.) ſed de inſtitoribus bullarum & negotiorum emporii Romani. quemadmodum enim (11. ad Theſſalonic. 11.) ruente Imperio Papa ſucceſſit : ita veteribus argentariis, qui cum Imperio deſierunt, hi trapezitæ Romani ſucceſſerunt : à quibus hæc conſtitutio novem exigit. Primum, ut ſaltem poſt menſem à publicatione hujus edicti, juramentum legaliter exercendi præſtent coram judice ordinario ſui domicilii, hoc eſt coram judice præſidiali, de quo §. 5. intelligi-

Papa Imperatores, trapezitæ Papæ argentarios exegerunt.

1.

Source : BIU Cujas

tur, ut patet per finem §. 7. ubi ſeptimum præſtandum eſt coram judice præſidiali : Igitur & primum (de quo in §. 5.) de eodem judice intelligitur: ne ejuſdem negotii continentia dividatur. argu. l. nulli. C. de jud. Tum præſes provinciæ eſt naturalis ordinarius
2. totius provinciæ. Secundum, ut jurent fidele rege-
3. ſtum omnium actionum conficere. Tertium, ut etiam jurent quòd mox ut receperint quæcunque mandata, ſive apud Papam vel Legatum expedienda, in ſua regeſta referent datas mandatorum, nomina notariorum, teſtiumque inſcriptorum, & loca, ubi dicta mandata confecta ſunt, diem qua receperunt ea, diemque qua mittent ea Romam, vel ad Legatum: tenoremque & exemplar dictorum mandatorum ad reſignandum in ſua regeſta referent ut colligitur, ex
4. eadem conſtitutione inf. §. 12. Quartum, ut ſubſcribant ſingulas expeditiones quas facient & regiſtrabunt : ut negotiantes ad eorum, ſicut veterum argentariorum codices, fidei gratia, & exempla probatoria
5. extrahendi, recurrere queant. Quintum, in §. 6. quòd, ſingulas expeditiones tradendo, tenebuntur adſcribere nomina ſua & domicilia, ſub pœna perpetuæ privationis exercitii, damnorumque partium,
6. præter mulctam. Sextum, in §. 7. ne ſint eccleſiaſtici. Et meritò cum talibus etiam tabellionis officium inhibeatur c. ſicut. ne cleri. vel monachi. quod tamen honeſtius eſt hac vili inſtitoria ante τραπεζιτικὴν, quæ etiam multò amplius diſtrahit. Tamen non propter hoc eos vetat hæc Conſtitutio : ſed ut per judices Regios, & ſecularem poteſtatem, liberius coërceri & puniri queant: aliàs : niſi ſint laïci, ſive omnino de foro ſeculari, ipſo jure prohibiti ſunt exercere hujuſ-
7. modi officium. Septimum, ut cautionem mille aureorum, ad minus, dent, coram judice præſidiali, priuſquam quicquam hujuſmodi officii exerceant, Non autem loquitur Conſtitutio de futuris trapezitis, ſed de præſentibus & præteritis : & ſic multomagis eadem exigit à futuris priuſquam admittantur. Puto tamen quòd veteres trapezitæ potuerunt impune exercere infra menſem publicationis hujus edicti per §. 5. in prin. non autem poſt illum menſem, quamvis acta non ſint nulla, ſed mulctabuntur. Et quamvis aliàs jure communi verbum cautio intelligatur de ſimplici & valida promiſſione. l. ſancimus. C. de verbo. ſignifica. verum eſt in cautione quæ præſtari poteſt extra judicium præſertim privato : ſed cùm hujuſmodi cautio non ſit conventionalis, ſed prætoria, non privato, ſed judici ipſi ad commodum publicum & ſecuritatem omnium cum eis negociantium, ſatisdationem includit : & ſic debet eſſe cum idoneis fidejuſſoribus, in eodem loco vel provincia, ut eſt natura prætoriarum ſtipulationum. l. 1. §. 1. de præto. ſtipula. Alex. l. divortio. §. interdum. ſol. matrimo. Jaſ. l. prætor ait. §. deinde. de oper. novi nuncia. etiam ſi trapezita eſſet locupletiſſimus, ut probat l. prætoriæ. 3.
de præto. ſtipu. Octavum, requiritur infra §. 9. ut non 8.
ſolùm regiſtrent diem miſſi mandati, quod procuratorium vocant, ut ſupra in tertio requiſito, ſed etiam ut regiſtrent diem & horam, qua curſores curſum arripient pro negotio eis tradito. Nonum infra. §. 12. 9.
ut pariter regiſtrare teneantur reſponſum quod habuerint à ſollicitatoribus ſuis Romæ, vel apud Legationem exercentibus : in quo reſponſo exprimi debet dies & data, qua dictus ſollicitator miſſum à trapezita negotium acceperit. Quod ultimum regiſtrare debent trapezitæ ſtatim à ſuſcepto dicto reſponſo, aut ſaltem quando recipient ſignaturas & bullas dictarum expeditionum. Et hoc ultimo deficiente ſpeciale eſt, ut fides non adhibeatur. & in d. §. 12. Et pariter in 6. quia eccleſiaſtici abſolute vetiti ſunt hoc officium exercere : ergo geſta nulla ſunt. l. non dubium. C. de legib.

C, *Reformer.* Puta addendo, vel clarius quod nunc controverſum eſt explicando, vel etiam mutando aut detrahendo : quod ultimum rarius accidit.

D, *Apporter.* Ad obviandum falſitatibus, quas præſidio Reginæ pecuniæ (quæ, ut teſtatur Cardi. Florenti. in cle. unica. de baptiſ. col. 2. omnia poteſt) facile confingerent, ut crebrò viſum fuit: quare hæc conſtitutio non diffidit bulliſtis & officialibus Papæ.

E, *Differé.* Scilicet prætextu ſolius dilationis extraordinariæ : ſed bene, ſi quædam alia juſta cauſa, aut veriſimilitudo concurrat, prout prudens judex arbitrabitur.

ARTICLE X.

ITem défendons aux Juges de n'avoir égard, en jugeant le poſſeſſoire du benefice, aux proviſions qui ſont, A, ou ſeront expediées ſur procurations ſurannées, & auſſi ſur procurations generales, B, & non ſpeciales & particulieres, pour les benefices dénommez eſdites proviſions.

A, *Sont.* 1. An intelligatur de expeditis tempore hujus edicti, & ſic de præteritis? Videtur quòd ſic, tum quòd aliàs ver. *Sont*, ſuperflueret, & nihil omnino operaretur, Tum, ſecundò, quia hoc ſtatuitur ad fraudes arcendas, & ſic ad præterita videtur extendi. Tum, tertiò, quòd aliàs alternativa, *ou* non ſolùm ſuperflueret : ſed penitus corrigenda eſſet. debet enim ſtare inter diverſa, nec ſalva ratione recti ſermonis capi poteſt pro copula, *vel*, expoſitiva. Tum, quartò, ita tenent & judicant tam in inſigni præfectura Pariſiorum, necnon privilegiorum Academiæ, quàm apud judices libellorum ſupplicum Palatii. Quin à fide dignis etiam Conſiliariis accepi, quod Conſiliarii primariæ claſſis hujus Pariſienſis Senatus, qui hoc edictum excuſſerunt, & homologaverunt, ita cenſent & pro expedito habent, & in judicio homologationis cenſuerunt, in hoc etiam ad præterita extendi. Tum, quintò, ita Rex novo edicto declaraviſſe fertur hæc verba, ſuæque intentionis fuiſſe, etiam collationes, ante hanc Conſtitutionem factas, & expeditas virtute talium mandatorum annum tunc excedentium, comprehendere. Tum, ſextò, quia etiam leges Pontificiæ, quæ nova jura vetant trahi ad præterita, tamen permittunt, quando id expreſſe cavetur, tex. in c. fi. de conſtitutio.

2. Supereſt duntaxat videre an hoc periculoſum ſit vel iniquum. Quod videtur. ut l. comparationes. in fi. C. de fide inſtrum. ubi dicitur ad præterita extendi minime vacare periculo, & in l. in fi. de decurio. lib. 10. C. ubi dicitur inde ſuſcitari calumniam præteritis negotiis, prout hic videretur claſſicum ſonari, non ſolum ad turbandos, ſed etiam ad ſpoliandos, vi hujus conſtitutionis, plures titularios, quibus, ſecundum jura pontificia, jus quæſitum eſſet, etiam diu ante hanc conſtitutionem, quod tam abſurdum quàm periculoſum & iniquum videtur. Et hæc forſan cauſa, quòd hic noſter Senatus noluit, ſed ſuperſedit, procedere ad homologationem & publicationem dicti novi edicti hujus §. declaratorii, idque prudenter & recte. Quamvis enim interim ſic in cauſis privatorum judicetur: tamen non tantùm nocet, nec ita involatores beneficiorum provocantur, ſicut per genera-

Source : BIU Cujas

lem & specialiter repetitam constitutionem.

3. Et ego quidem melius & utilius censeo sic relinqui judicantibus, in æquitate & circunstantiis sui cujusque casus particularis, quam rursus generaliter & specialiter, lege lata, diffiniri dictas collationes, ante hanc constitutionem factas, non valere, seu efficaces non esse in possessorio. Sunt enim casus in quibus non sine causa servari potest hæc constitutio, quantumvis in hoc articulo dura videatur, juxta l. prospexit. qui & à quibus manumissi liberi non fiunt. puta si quis (ut de facto vidi) anno sesquimillesimo quadragesimo sexto coram notario resignavit, seu mandatum dedit ad resignandum in favorem neporis: sed per tres annos nihil fuit executum, donec anno sesquimillesimo quadragesimo nono mense Maio, instante morte resignantis, nepos exequi fecit mandatum, sibique conferri Romæ, deinde paulò post resignante mortuo in possessione, Tertius impetrat ab ordinario, & in possessionem mittitur, & mox per nepotem, bullas afferentem, turbatur. Certe constat tribus annis occultatum fuisse mandatum, nec executum, nisi sub tempus mortis: & sic non videtur fuisse seria, saltem sincera resignatio: sed in arca retenta in fraudem canonum de vetita successione in beneficiis, & in fraudem ordinariorum, tum conciliorum & decretorum de reservationibus sublatis. & executa in fraudem reg. de publican. tempore ad hoc captato Si igitur hodie per hanc, ut cumque novam & tunc inopinatam, constitutionem nepos excludatur, quamvis id durum sit, non tamen sine causa jure semel quæsito excluditur: & sic etiam si non esset in culpa, nihil est novum. text. in c. sine culpa. de reg. juris in 6. ubi glo. & doct. tradunt multa exempla, quibus quis sine culpa punitur, & tamen juste, quia non sine causa, sed omnibus causis de quibus in dictis exemplis, præponderat causa disciplinæ Ecclesiasticæ reformandæ, ad quam tendit hæc constitutio. Quantomagis quando non solùm causa, sed etiam culpa concurrit? ut hic nepos in culpa fuit, tot annos differendo, in captionem ordinariorum, & illusionem canonum, nec sine suspicione turpis occultæque negotiationis, & consequenter subreptionis & nullitatis collationis suæ. Concurrit etiam causa favoris publici, ne beneficia sint in incerto & litibus intricentur.

5. Sunt etiam casus in quibus non solum culpa, sed etiam causa, rigore hujus constitutionis observandæ deesse videtur: ut si dictus nepos, vivo resignante, publicavit, secundum formam reg. de publican. vel etiam realem possessionem, discedente resignante, fuit assecutus: tunc enim, etiam si paulò post, puta infra annum, mortuus sit resignans ante hanc constitutionem publicatam, puto rationem & finem, & consequenter rigorem & pœnam hujus constitutionis cessare. Hoc enim casu non est nuda provisio ex mandato superannali, de qua tantùm loquitur constitutio in hoc articulo: sed etiam concurrit legitima publicatio, non obliterata tempore obitus possessoris, secundum ea quæ nove diximus in reg. de publican. quæst. 17. & tanto magis si concurrat realis & publica possessio.

6. Cæterùm post hujus constitutionis publicationem, non solùm non valeret simplex collatio Papæ vel Legati, facta in vim mandati superannalis, vel generalis, & non specialis, sive in individuo, sed nec etiam publicatio quantumvis solennis, imò nec possessio realis & effectualis. Cùm enim ab initio (utpote post publicationem hujus constitutionis) non valeat talis collatio, nec illi fides adhibenda sit, propter pericula falsitatum & captionum, de quibus in proœmio hujus constitutionis, & in §. seq. sequitur non valere nec subsistere posse, quæcunque accessoria & consecutiva dictæ collationis: nisi postea contingat hujusmodi collatarium tribus continuis annis pacifice possidere, & sic decreto de pacificis juvari posse. quod admitto: quia constitutio loquitur de nuda hujusmodi provisione, non autem de roborata virtute dicti decreti, quod prohibere non intendit. 7. Amplio prædicta, etiam si mandatum ad resignandum, superannale vel generale, sit expeditum & executum infra bimestre hujus constitutio. publicatæ: imò etiam si infra mensem. Unde frivola fuit eorum interpretatio, qui dicebant ea verba *sont*, interpretanda de mandatis executis infra bimestre publicatæ constitutionis, & in hoc satis operari nec superfluere: quia ista non est interpretatio, sed contortio sensum perimens, atque adeo rejicienda. c. cum dilecti. de accusat. Bald. l. 3. C. comminatio. vel episc. Tum, quia verba *sont*, &c. etiam de præteritis loquuntur, ergo non possunt postergari ad furta. Nec obstat novella 66. ut facti novi constitutio. quia (præter id quod Francia una est provincia) dicta novella locum non habet, quando aliud cavetur in constitutio. ut hic. ut per glo. Jo. And. & omnes in data libri 6.

EPITOME GLO. II. §. X.

1. *Mandata generalia ad resignandum quam sint periculosa.*
2. *Et meritò reprobanda, etiam si ea Rota admiserit.*
3. *Sic mandata superannalia.*
   Mandatum statu mutato revocatur.
4. *Olim cancellaria Papæ non solebat admittere mandata superannalia.*
5. *Et consequenter impetratio, hoc tacito, erat subreptitia.*
6. *Vnde hic §. ad præterita extenditur.*
7. *Limitatur, si resignans vetus mandatum tradidit nuper exequendum.*
8. *Sed, si est executum post hoc edictum, debet habere solennia. §. 3. sup. eo. si inter publicationem edicti; & datam collationis est tempus, per vulgares dietas, sufficiens ad renovandum mandatum.*
9. *Ampliatur etiam in ordinariis, etiam exteris, si beneficia sint in Regno.* 10. *Hoc edictum æque ligat ordinarios quatenus eis congruit.*
11. *Hypothesis 6. capitum.*
12. *Laicus potest esse procurator ad acceptandum vel resignandum in genere.*
13. *Laicus non potest constitui procurator ad eligendum personam à se nominandam.*
14. *Sed bene ad resignandum in favorem personæ per eum nominandæ.*
15. *Laicus potest esse arbiter cum clerico, in causis spiritualibus.*
16. *Non sufficit procuratorem habere mandatum substitutionis, sine mandato primitivo.*
17. *Instrumentum referens non probat, sine relato.*
18. *Consensus potest præstari, tam per procuratorem primitivum, quam per substitutum.*
19. *Procurator ad resignandum in favorem personæ per se nominandæ, non potest resignare, nisi hoc expresso.*

Source : BIU Cujas

20. *Quanto major dispensatio, tanto facilius subintrat obreptio.*

21. *Subreptio est tacere in odiosis rem esse insolitam.*

Mandata general. ad resig. quam periculosa.

B. *Generales.* 1. Hujusmodi generalia mandata etiam ad resignandum in specie quæcunque beneficia ecclesiastica, sed non in individuo tale corpus beneficii, jamdudum ante hanc constitutionem non solùm suspecta erant, sed etiam nonnullis Parisiensis Senatus arestis reprobata. Et meritò, cùm non essent inventa, nec necessaria, nisi ad abutendum, & negociandum de beneficiis, & aliàs, quotiescumque quis serio & sincere resignare volet, id potest per se vel mandatum particulare. Quorsum igitur mandatum generale ad omnia resignanda, nisi in fraudem canonum & reservationum, & præcipuè ad abusum illum fovendum, quo ambitiosi & avari homines multitudinem beneficiorum, quæ tenere non possunt, per certos famulos, quos etiam vulgo custodes vocant (usque adeò malum serpsit, ut etiam in proverbium abierit) titulo tenus teneri curent, eisque tam parum fidant, ut non solùm titulorum instrumenta penes se retineant: sed etiam mandata generalia ad quæcunque beneficia obtenta & obtinenda, sive simpliciter, sive etiam (ut quandoque vidi) in favorem quorumcunque, vel causa permutationis ad quæcunque beneficia, cùm quibusvis personis à tali nominandis vel eligendis, accipiant: ut hac arte titulariis ignorantibus, vel etiam invitis, tutò quotiescunque & quocunque libuerit modo, de omnibus beneficiis negotiari queant?

Et meritò reprimenda.

2. Quare justum fuit hujusmodi mandata generalia tot fraudibus obnoxia, disciplinamque ecclesiasticam inquinantia, reprimi, & ab hoc regno exulare: etiam si Rota dec. 529. utrum. in antiq. videatur admittere mandatum ad acceptandum & permutandum quæcunque obtinenda. Sed nos non admittimus. Rota quoque decis. 789. Sciendum. in antiq. non admitti generale in spiritualibus. Sed in re fraudibus obnoxia (ut hîc) ne speciale quidem admittendum: nisi sit particulare, & in individuo.

Sic mandata super ann.

3. Eadem quoque ratione nec mandata super annalia. Quamvis enim aliàs in materia indifferenti, præsumatur mandatum durare, quamdiu mandans vivit: tamen de facili non solum expresse, sed etiam tacitè revocari potest: ut si mandantis vel procuratoris status mutetur in deterius. *l.* cum quis. in prin. de solut. Alex. Jas. Philipp. Decius & omnes in *l.* rogasti. §. si fugitivus. si cert. peta. Et tanto facilius in materia beneficiali: in qua non præsumitur quis sponte & liberè beneficio renunciare, ut sunt text. in c. super hoc. de renuncia. in c. quia verisimile. de præsumptio. Si igitur cùm hoc concurrat, quod mandatum ad resignandum ultra annum celatum fuerit, tanto major est suspicio.

Mand. supern. olim non admissa in canc. Ro.

4. Unde meritò cancellaria Romana, ante octoginta annos, non solebat admittere procuratorem ad renunciandum beneficio post annum, & quamvis tempore Sixti 4. & Inno. 8. camera Papæ cœperit admittere, ut in reg. 43. ad fi. testatur glossator regularum cancellariæ, qui illo tempore, ultra duos & viginti annos, in curia Romana practicavit, ut idem refert in regul. cancella. 33. pag. 12. tamen hoc erat per indulgentiam & speciem dispensationis seu majoris gratiæ, quia non valentes obtinere in cancellar. recurrebant ad cameram ipsius Papæ: unde plenior indulgentia, hoc est juris & disciplinæ ecclesiast. dissipatio, redimebatur.

Non expressa superannalitate, subreptio.

5. Si igitur difficultas erat in cancellaria, eaque probabilis, & in præsumptione juris fundata, igitur provisio obtenta à Papa hoc tacito, quòd mandatum erat superannale, subreptitia est, & sic ipso jure nulla: quia hoc expresso, Papa non tam de facili admisisset, aut admittere debuisset, quod ad subreptionem sufficit, ut diximus in reg. de infir. resignan. num. 151. num. 156.

Decimus hic §. ad

6. Ex quibus habes quod non absque gravi, etiam juridica ratione, hæc constitutio sese in hoc extendit ad præterita. Nec obstat si dicas, quod non excipit provisiones (si quæ sint) in quibus retro Papa vel Legatus admisit, hoc expresso quòd mandatum superannale erat: quia, ut omittam ea quæ raro accidunt à legislatore negligi. *l.* nam de ea. de legib. solutio prompta est, abusus magis esse coërcendos, quam solvendos vel dissimulandos: idque non solùm ad officium, sed etiam ad onus & conscientiam Regis spectat. c. Principes seculi. 23. q. 5. Servanda igitur est hæc constitutio, etiam in præteritis, sub limitatione, quam dedi in glo. præcedenti. num. 5.

præterit. extend.

Limitatio super num. Sic resignans, &c.

7. Addo secundam limitationem, si probetur quòd ipse resignans mandatum prius etiam ante tres vel sex annos quandocunque confectum, sponte, & ex certa scientia, tradiderit resignatario, vel cursori, ad exequendum, atque infra annum datæ collationis, si enim per instrumentum authenticum constet, vel per duos testes integros, ut supra eo. §. 3. puto hanc constitutionem non habere locum ut in tali resignatione, ante ejusdem constitutionis publicationem facta: quia non dicitur mandatum superannale, si de eo infra annum renovato constet: prout satis renovatum est, sponte & ex certa scientia exequendum tradendo.

Sed si est executum, &c.

8. Sed in expeditis post hanc constitutionem, oportet mandatum, etiam citra annum collationis factum habere solennia, de quibus supra eod. §. 3. dummodo inter publicationem constitutionis, & datam collationis, sit tempus sufficiens ad conficiendum instrumentum in tali forma, & mittendo Romam. & hic intelligo tempus sufficiens, non per cursores, sed per vulgares dietas.

An in ordinariis locum habeat §. 10.

9. Nunc quæro an hic. §. locum habeat etiam in resignationibus admissis per ordinarios? Videtur quòd non. primò, quia præcedentia videlicet §. 5. 6. 7. 8. 9. & sequentia, videlicet §. 11. 12. 13. loquuntur tantùm de expeditis per Papam vel Legatum. ergo iste §. simpliciter interpositus & inclusus, de iisdem debet intelligi, & in terminis præcedentium & sequentium manere, non autem ad ordinarios extendi. Secundò, quia ordinarii non possunt admittere nisi resignationes mere simplices, in quibus nulla simonia, nulla dispensatio, nulla juris vel disciplinæ ecclesiasticæ læsio versatur: & sic de illis non videtur loqui hæc constitutio. Sed his non obstantibus, contrarium dicendum est: quia etiam in ordinariis potest esse fraus, ut sæpe nimis apud eos, eorumve vicarios resignationes in speciem simplices nundinantur, & fide tacite data in favorem, vel etiam per sordes pecuniarum expediuntur. quare, si liceret coram his hujusmodi mandata ultra annum servare, & quandocunque exequi esset eis, & ambitiosis majorem occasionem relinquere turpiter negotiandi, & occasiones ad hoc tutius perpetrandum, venandi & expectandi.

Ad ordinar. etiam exterr. hic §. 10. extenditur.

10. Tùm Rex, qui zelo disciplinæ ecclesiasticæ, frœnum injecit nimis adusque effrœnatæ licentiæ Paparum & Legatorum, non debet majorem licentiam Episcopis & ordinariis Regni sui relinquere. Tum jamdudum in ordinariis, Senatus authoritate recepta est correptio mandatorum generalium, ut dixi: & sic de superannalibus, cùm de fraudibus reprimendis agatur, idem dicendum. Et generaliter tota hæc constitutio etiam in ordinariis locum habere debet: quatenus tamen eis congruit, ut supra eod. §. 2. 3. 4. & hîc & infra §. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. Amplio, etiam si ordinarius non sit subditus Regis, nec de regno vel jurisdictione ejus: si tamen beneficium, quo de agitur, ibi situm sit, debet enim attendi lex loci servientis, vel de quo agitur, ut in simili dixi in consuetud. Paris. §. 7. in fi.

Hypothesis 6. cap.

11. Ex prædictis deducitur quæstio, quam ante hoc edictum, multum argumentosam & ancipitem vidi:

Source : BIU Cujas

vidi : nec hîc superfluis & inutilibus omissis, tradere gravabor. Andreas, parochus d'Arton, in diœcesi Bituricensi, constituit procuratorem patrem suum (qui laicus erat) cum clausula substituendi, ad resignandum parochiam suam in favorem cujuscunque personæ, per patrem nominandæ. Deinde post quatuor annos, pater, per alium procuratorem substitutum, resignat in curia Romana, in favorem Claudii, octodecim annos tantùm nati : cui Papa providendo ætatis gratiam facit. sed infrà semestre resignationis expeditæ, moritur resignans : per cujus obitum, ad præsentationem Abbatis Burgodolii, Robertus per ordinarium instituitur. Breviter ex hoc themate insurgunt sex quæstiones. Prima, Si defunctus potuit constituere procuratorem ad resignandum patrem laïcum : &, si sic, emergit. Secunda q. An potuit constituere ad resignandum in favorem cujuscunque personæ, per eum nominandæ, & si laïcus capax sit talis mandati, & si sic, Tertia q. Si pater, vi dicti mandati lator potuit eligere, seu nominare Claudium patientem defectum ætatis : &, si sic, Quarta q. Si, post quatuor annos, potuit tale mandatum exequi : &, si sic, Quinta q. Si, virtute clausulæ substituendi, potuit negotium expediri Romæ, non misso instrumento mandati originalis, sed solo instrumento substitutionis : &, si sic, Sexta q. Si consensus præstari potuit per patrem, postquam substituit.

Sex quæstiones.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

12. Nobis, omissa sinuositate argumentorum, ad Primam quæstionem (non obstantibus argumentis generalibus, quæ pro negativa inducit Joan. And. in c. quod alicui suo. de reg. juris. in 6. in mercurialibus) dicendum est quòd sic, & ita tenet ibi Jo. And. & in c. accedens. col. 2. de præb. in novell. & ibi Panor. col. 2. Geminia. Philip. fran. in c. 1. in prin. per illum tex. de procura. in 6. Philip. fran. in d. c. quod alicui suo. Rota dec. c. 4. nota quòd ubi aliquis. & dec. 418. not. utrum permutatio. in antiq. & loquuntur indistinctè sive procurator constitutus sit ad acceptandum tale beneficium in specie, sive ad acceptandum beneficium in genere. & in terminis resignationis est glo. rotunda in cle. unica. ver. procuratorem. de renunciat. quæ tenet non referre an procurator sit clericus, an laïcus, & omnes sequuntur.

Laïcus potest esse procurator ad acceptandum vel resignandum in genere.

13. Ad 2. q. contrarium videtur : quia tunc laïcus non nudum ministerium, sed etiam electionem & arbitrium haberet, & in totum ab ejus arbitrio dispositio rei spiritualis dependeret. quod est prohibitum. c. decernimus. de judici. c. sacrosancta. c. massana. de electio. nec obstant docto. præfati : quia expressè loquuntur & rationem reddunt : eò quòd ibi procurator nudo ministerio fungitur : quia quamvis sit constitutus ad acceptandum in genere, tamen genus illud non dependet à suo, sed à superioris arbitrio, vel à gratia jam facta : sed hîc dependeret ab arbitrio laïci, quod est contra mentem omnium jurium & docto. & etiam glo. in d. cle. unica. ver. procuratorem. intelligitur de constituto ad renunciandum simpliciter, non autem ad renunciandum in favorem personæ per procuratorem eligendæ. unde decidit Panor. in c. causam quæ. col. 1. de elect. quòd potestas eligendi. Prælatum non potest conferri in laïcum, hac sola ratione : quia in tali electione non versatur nudum ministerium : imò habet arbitrari an quis sit idoneus. & ibi etiam sentit, quod laïcus non potest constitui procurator ad eligendum in genere, sive personam incertam per eum determinandam. Et adhuc an possit constitui ad eligendum certam personam à constituente nominatam. Fely. post longam disputationem dubium relinquit. in c. Apostolicæ. de elec. & Petrus de Biaxio in directo. elec. part. 3. c. 18. Unde non immeritò præstantiores Togati nostri ordinis dubitabant.

Sed non ad eligendum personam incertam.

14. Sed his non obstantibus, puto quòd possit duplici ratione. Prima, quia in jure non est prohibitum : qua ratione arguit & concludit tex. in c. 1. in prin. de procura. in 6. & sic habes arg. à jure tanquam concludens approbatum. Secunda, quia non est verum quòd dependeat à mero arbitrio solius laïci, quia imò & principalius ab arbitrio superioris : & sic non obstat decisio Panor. in d. c. causam quæ. nu. 5. quia ibi dependebat à mero & solo arbitrio laïci : quia statim sua electio faciebat vocem unam absolutam, & nullo alio requisito expeditam, nec aliunde dependentem : & sic non infertur ad casum nostrum : ubi longe aliud est : quia superior habet etiam arbitrium & delectum personæ, quæ nominabatur. patet : quia, nisi ei placeat non admittet resignationem, & prorsus impediet aliquid fieri, & sic coget procuratorem ad nominandam personam, superioris arbitrio gratam & idoneam, antequam mandato utatur, & alioquin nihil fiet, sed totum impedietur, & sic casus iste nec aliquo jure nec aliqua doctorum sententia prohibetur.

Ad resignãdum in favorem.

15. Sed potius jure communi approbatur : quo etiam in causis spiritualibus decidendis, potest laïcus esse arbiter, unà cum clerico. c. per tuas. & ibi Panor. not. 4. de arbit. ita hic negotium illud non dependet à solo procuratore sed à procuratore & superiore simul, & adhuc potius & principalius à superiore ; qui est ecclesiasticus, & sic hujusmodi procuratorem esse laïcum non vitiat, præsertim superiore sciente, sed ego idem puto, etiam si superior putet procuratorem esse clericum cùm laïcus sit : quoniam hæc qualitas est indebita & impertinens hoc casu per prædicta. Ad 3. q. dicendum quòd sic per nuper dicta : ex quo superior non ignorat, sed ei exponitur qualitas & defectus personæ nominatæ, totius enim negotii consummatio ab arbitrio & potestate superioris pendet. Ad 4. q. quamvis olim cancellaria denegaret propter suspicionem fraudis vel mutatæ voluntatis, ut dixi supra ea. gl. num. 4. tamen ea difficultas sensim apud eos exolevit, ut infra eo. §. 12. glo. vers. *majus*. n. 3. ita quod ante hoc edictum expeditum erat, quòd sic, tam in judicando quam in consulendo.

Laïcus cum cler. arbiter in reb. spir.

16. Ad 5. q. eodem modo respondetur, ante hoc edictum non fuisse dubium, cùm solerent admittere & expedire resignationes, etiam nondum allato nec viso, & quandoque nondum confecto instrumento mandati : & sic abundans diligentia erat mittere instrumentum substitutionis, sed hodie post hoc edictum. §. 12. non sufficeret, quòd procurator substitutus haberet instrumentum substitutionis præ manibus, tempore resignationis : sed necesse est, quòd etiam habuerit præ manibus instrumentum originale mandati : quoniam nisi illud videat, & penes se habeat, non potest scire se esse substitutum : cùm aliter scire, non possit substituentem esse procuratorem, & multominus habere potestatem substituendi. Præterea hoc edictum. §. 12. expressè requirit, quòd instrumentum mandati pervenerit prius ad manus ipsius procuratoris : qui ipsum actum resignationis facit & exequitur.

Non sufficit instrumentum substitutionis.

17. Sed potissima, fundamentalis & essentialis pars substitutionis est instrumentum ipsum mandati primitivi clausulam substituendi continentis : ad quod substitutionis instrumentum refertur, & sic cùm sit illius pars, non facit fidem sine illo, Ludo. Roma. cons. 305. quoad septimum. col. 2. Jas. in l. incivile. de leg. Alex. cons. 3. c. 1. l. 2. c. 35. nu. 8. ubi dixi l. 4. hîc autem non solùm refertur sed quod plus est, instrumentum primitivum est fundamentum & substantia substitutionis, quæ sine illo nullo modo subsistit. & sic ad ipsum procuratorem actualiter resignantẽ, necesse est pervenisse instrumentum primitivum : quamvis sufficiat in apographo ascribi instrumentum substitutionis, ut de substitutione illius, qui mandatum executus est, constet.

Instrumentum referens non probat sine relato.

18. Ad 6. q. patet solutio ex prædictis : quia consensus, de quo in reg. cancella. 43. præstari potest, non solùm per procuratorem primitivum, ad hoc etiam

Consensus procur. tam primit. quã substit.

Source : BIU Cujas

ſpecialiter ut requiritur conſtitutum : ſed etiam per ſubſtitutum : dummodo ad omnia potuerit ex forma mandati ſubſtitui, & ſubſtitutus ſit : & nihilominus expedita reſignatione, non ſolùm per ſubſtitutum præſtati poteſt : ſed etiam per procuratorem primitivum, dummodo habuerit poteſtatem ſubſtituendi, cum clauſula revocandi, & nihilominus exequendi vel perficiendi, etiam cœptum negotium, propter not. in c. is qui. & in c. ſi duo. de procura. in 6. Ex quibus videtur indubitatum & deciſum reſignatarium vincere debere : ſaltem ſi non obeſſet novum jus hujus § 10. qui ſolùm ibi, *ſont ou ſeront expediés*, obſtare videtur : cùm ad præterita extendatur : præſertim hoc caſu, in quo edictum publicatum fuit circiter ſex menſes poſt dictam reſignationem & obitum reſignantis, nec poſſe reſignatarium excuſari per moderationem noſtram, de qua in glo. præcedenti. num. 5. & ſuprà ea. gloſſ. num. 7. quoniam utriuſque moderationis conditio deficit, cùm nec facta fuerit publicatio, nec conſtet defunctum infrà annum ultimum expreſſiſſe ſe velle mandatum illud executioni dari.

19. Cùm autem nihilominus multi etiam ex ſenioribus & doctioribus noſtri ordinis ambigerent, dixi quòd etiam citra hoc edictum, nulla erat ipſo jure reſignatio, & proviſio per eam facta, etiam jure communi, per aliam rationem, quia non conſtabat, in reſignatione vel ſupplicatione facta Papæ, narratum & expreſſum eſſe quòd procurator ille vel ejus ſubſtitutus, non habebat mandatum ſpecificum (videlicet ad certam perſonam ipſius Claudii) ſed mandatum generale & indeterminatum, in favorem cujuſcunque perſonæ per eum nominandæ, imò ſatis conſtabat oppoſitum : videlicet hoc fuiſſe tacitum ex quo etiam jure communi, concluſi ſupplicationem ſubreptitiam : & quicquid inde ſecutum eſt, & ſic omnino vacaſſe per obitum quia ſi Papæ fuiſſet expreſſum, quod procurator ille habebat mandatum informe & indeterminatum ad omnem perſonam per eum nominandam, non tam facile admiſiſſet, ſaltem non tam de facili admittere debuiſſet, perſonam per procuratorem nominatam, quod ſufficit ad ſubreptionem per not. in c. poſtulat, in fi. de reſcrip. & quæ nove dixi in reg. de infir. reſignan. num. 151. &. 156.

Subreptio. niſi expri. clauſ. de qua ſupra nu. 11.

20. Minor patet : quia nihil odioſius, & canonibus magis contrarium, hujuſmodi reſignationibus in favorem, ut latè dixi in reg. de infirmis. num. 79. & in reg. de publican. num. 79. Quamvis igitur fuerint, contra regulas juris per ſpeciales diſpenſationes, toleratæ (quando reſignatarius delectus eſt, & nominatus, per ipſummet reſignantem) non debet trahi in conſequentiam, quando non per illum, ſed per quemvis ejus procuratorem, deligitur : cùm enim hæc debeant reſtringi, ergo multominus extendi. & dato quòd aliàs etiam hujuſmodi extenſio tolerari poſſit, tamen, cùm contineat novam, ſaltem majorem & difficiliorem cauſam diſpenſandi & vulnerandi juris communis, ſaltem, ad minus, neceſſe eſt hanc extenſionem & circunſtantiam aggravantem exprimi. quod cùm factum non fuerit, ſubreptio eſt : quæ etiam in odioſis, & ubi diſpenſationes multiplicantur, tanto facilius admittitur, & leviculum quodque vitiat, ut dixi in reg. de infirmis. num. 90. Certum eſt autem multo majorem & periculoſiorem eſſe materiam & occaſionem turpis negotiationis & nundinationis beneficiorum (ſi delectus perſonæ in cujus favorem, non ab arbitrio ſolius reſignantis, ſed cujuſcunque ſui procuratoris, dependere poſſit) quam ſi ab ipſo ſolo reſignante.

Quanto major diſpenſ. tanto facilior obreptio.

21. Præterea, in odioſis & diſpenſatoriis quanto additur aliquid minus aſſuetum, tanto major eſt, & eſſe debet difficultas admittendi : ſed clauſula *in favorem cujuſcunque perſonæ per procuratorem nominandæ* inſolens eſt, & inſueta, imò non ſolùm inſueta, ſed longe magis periculoſa : igitur, in dubio, conceſſio Papæ, vel Legati, debet intelligi de reſignatione in favorem conſueta (videlicet pendente à ſolo ipſius reſignantis arbitrio) non autem dependente ab arbitrio procuratoris : niſi ſaltem hoc concedenti expreſſum ſit. Igitur non eſt dubium hoc tacitam ſubreptionem inducere : & ita ſecundum opinionem meam, pro Roberto, per obitum proviſo, judicatum fuit.

Tacitum in ſol. in odioſ. ſubreptio.

ARTICLE XI.

ET pource A, que journellement ſe font pluſieurs plaintes, par nos Sujets, des expeditions faites en Cour de Rome, prétendans B pluſieurs proviſions eſtre dépêchées par reſignation, avant que les Procureurs ayent entre leurs mains les procurations à reſigner : leſquelles expeditions ſe font du jour & date que les proviſions en ſont requiſes, combien que leſdits Procureurs n'ayent leſdites procurations en leurs mains, & ne ſont envoyées leſdites procurations ſouventesfois qu'aprés le trépas de ceux qu'on dit avoir reſigné, (qui eſt un moyen de falſifier leſdites procurations) & auſſi les reſignans, aprés avoir paſſé leſdites procurations, les retiennent pardevers eux, & ne ſont envoyées que juſques aprés leur trépas. Et neantmoins ſe font leſdites expeditions ſur la date & ſupplication requiſe deſdites reſignations, ſans que ledit Procureur (comme dit eſt) ait receu leſdites procurations.

ARTICLE XII.

POUR à quoy obvier, & à ce qu'on puiſſe avoir quelque connoiſſance ſi leſdits Procureurs ainſi reſignants, avoient entre leurs mains D leſdites procurations : Avons ordonné, & ordonnons, que les pourveus E, feront apparoir de leur procuration deuëment extraicte F du regiſtre G du Banquier : contenant ledit extraict le temps que ladite procuration aura eſté envoyée, & la réponſe que ledit Banquier aura receuë de ſon Soliciteur en Cour de Rome : H, contenant le jour & datte de la reception d'icelle, & par qui elle luy aura eſté baillée. Laquelle reception iceux Banquiers ſeront tenus enregiſtrer loyaument & fidelement, incontinent qu'ils auront receu ladite réponſe : à tout le moins quand ils re-

Source : BIU Cujas

tevront les ſignatures & bulles deſdites proviſions. Autrement ne ſera aucune foy ajoûtée à icelles, mêmes quant à la recréance : I, & quant à la maintenuë, pourront les parties (c'eſt à ſçavoir celuy qui voudra impugner la reſignation) ſouſtenir & faire preuve que au temps de la datte de la proviſion, par reſignation, ledit Procureur n'eſtoit ſaiſi K de ladite procuration, & le reſignataire au contraire, & faire auſſi preuve de ſa part.

ARTICLE XIII.

ITEM, à ce que pour raiſon du précedent article les expeditions ne ſoient empêchées; Ordonnons que leſdites procurations pour reſigner ſeront envoyées en Cour de Rome, ou à la Legation par les Banquiers ſe chargeans deſdites expeditions, dedans le temps & ſelon qu'il ſera par eux accordé, & ce ſur peine aux contrevenans de cét article & du précedent : ſçavoir (quant aux Reſignataires, qui auront obtenu proviſion ſur autre petite date à part ou ſeparement ſans procuration L,) de décheoir du droict poſſeſſoire des benefices par eux prétendus, en vertu deſdites proviſions : & (quant aux Banquiers, qui n'auront ſatisfait à ce que deſſus) de tous dépens dommages & intereſts M des parties, & autres mulctes & peines arbitraires.

A, *Et pource.* Proœmiatur ad duos §§. ſequentes.

B, *Prétendans.* Et vero ſeriò, ita ut jam promiſcua eſſent falſitatum ſcelera, ut ſupr. eo. § 3. in fi.

Papæ ſciebant & diſſimulabant falſitates.

C, *Font.* 1. Species falſitatis jamdudum uſitatæ & inveteratæ Romæ (ut etiam ſciebant, & diſſimulabant Papæ) patet per regu. de conſenſu ante centum annos ab eis editam, quæ eſt 43. in ordine regularum. Inno. 8. qua hodie in hoc r.gno poſt hanc conſtitutionem, nullo modo opus eſt; ut tetigi ſuprà in reg. de publican. num. 171. cum ſeq. Porrò, niſi Papæ ſordidum lucrum veritati præpoſuiſſent, noſtrum hunc Regem prævenisſent, nec ſeſe corrigi expectaſſent : ſtatuendo (prout initio debuerant) nullam omnino reſignationem, nec ſupplicationem quidem, admitti, niſi per præſentem vel verum procuratorem, habentem, & prius exhibentem ſpeciale mandatum, ut in §. ſeq. non autem exegiſſent mandatum tempore confectionis & traditionis bullarum, numerationiſque pecuniarum duntaxat : provocando etiam impoſtores & falſarios ad pecunias in ſuum fiſcum deferendas : utque bulliſtæ, copiiſtæ, & meretrices aulæ ſuæ, alerentur : ut inquit Gloſſator, regu. cancellariæ 23. pag. pen. 2. Verum eſt quod initio, dum lente ſerperet imperium Papæ, non erat Romæ tam effrœnis licentia, ſed vel in tricis ad ſuperſtitionem uſque ſeveritas, ut patet in c. nonnulli. in fi. c. ex parte decani. de reſcript. ubi ante 300. annos, tempore Inno. 3. & Greg. 9. tam odioſa habebatur recens uſurpatio juriſdictionis ordinariorum, ut reſcripta ad lites non poſſent impetrari à Papa ſine ſpeciali mandato, de quo prius conſtare oportebat : adeo ut nec dominus impetrans ratificare poſſet : nec ſolum literæ nullæ erant, & conſequenter proceſſus delegatorum : ſed etiam procurator qui impetraverat idoneum, videlicet particulare mandatum mentitus obrepſerat, tanquam falſarius puniebatur. Quæ ſeveritas, initio juriſdictionis Papalis extenſæ introducta, & in legem redacta mox refrixit, & in deſuetudinem abiit, ut ait quædam additio in fi. gl. magnæ d. c. nonnulli. & d. c. ex parte decani. 3. ut neceſſe fuerit nimis in inſolentem abuſum decretis conciliaribus coërceri. ut in decreto de cauſis & de appellatio. in pragm. & concord. ſic initio non ſolebant prævenire, ſed rogare ordinarios, nec è diœceſi aliena ſpontaneam reſignationem admittere, niſi prius viſo mandato. Et nondum centum anni, cancellaria Papæ nolebat admittere mandatum poſt annum, ut tetigi in §. præcedenti. gl. 2. num 3. ſed primum cœpit camera ipſius Papæ, deinde tota ejus cancellaria & curia, etiam generalia mandata ad quæcumque etiam obtinenda beneficia (ut fatetur Rota deciſ. 529. in antiq.) admittere : tandem etiam ſine ullo mandato : niſi cum bullæ tradendæ eſſent & pecuniæ numerandæ : ne forte tum authoritas, tum quæſtus villeſcerent, ſi defectu mandati contingeret bullas paſſim reiici.

Progreſſus Curiæ Romanæ.

D, *Mains.* 1. Conſtitutio in hoc & ſeq. §. præciſe ſtatuit non ſolum ad finem fiduciariæ poſſeſſionis, ſed etiam pleni poſſeſſorii, ut procurator ad beneficium reſignandum, tempore reſignationis per eum factæ & admiſſæ, etiam in curia Romana, debeat recepiſſe, & præ manibus habere inſtrumentum ipſum mandati ſpecificum, imò individuum, ad reſignandum, ut ſup. §. 10. & inſuper authenticum & ſolemne prout ſup. eod. §. 3. & quòd de hoc conſtet judici poſſeſſorii : aliàs nullam fidem adhibeat proviſioni factæ per reſignationem. Et quia Romæ ſolent officiales Papæ retinere originalia mandatorum ad reſignandum, hæc conſtitutio ad fidem coram dicto judice faciendam de illis, quodque erant in manu procuratoris tempore reſignationis & datæ proviſionis, contentatur exemplo dicti mandati, parte vocata ſumpto è regeſtis & exemplari trapezitæ, una cum tranſſumpto ab eiſdem regeſtis de tempore dicti mandati miſſi Romam, & renunciatione eidem trapezitæ, per ſollicitatorem vel actorem ſuum Romæ exiſtentem, facta de receptione dicti mandati in curia Romana, & data dictæ receptionis & per quem fuerit eidem ſollicitatori allatum & traditum, ut ſup. eo. § 5. Hæc enim ſi congrue reſpondeant, & præcedant datam bullæ, ſatis etiam ad finem pleni poſſeſſorii conſtat procuratorem tunc habuiſſe mandatum præ manibus, aliàs nulla fides etiam bullis adhibebitur. 2. Hic expende juſtitiam, diligentiam, & cautionem laudabilem hujus edicti. Quod enim procurator priùs mandatum præ manibus habere debeat, & nomine mandantis, non fortuitò, ſed per nuncium vel Epiſtol. ad hoc deſtinatam recepiſſe, & legiſſe vel audiviſſe, quàm aliquid eo nomine gerere poſſit, id eſt de jure : quia ante receptionem & acceptationem mandati, procurator non eſt. l. invitus. C. de procur. cle. 1. & ibi gl. in ver. receptis : eod. tit. c. licet. eo. in 6. ita latè decidit Bar. loquens etiam in materia beneficiali conſ. 73. quæ incip. quæritur utrum procurator conſtitutus in abſentia. Idem Bar. in l. ſi negotia. §. 1. de nego. geſtis. & in l. ejus qui in provincia. ſi cert. petat. Specul. tit. de procuratore. §. 1. Archid. Jo. And. in c. is qui. de procur. in 6. cum quibus tranſit Bal. in l. licet. col. 1. C. de procura. Ita etiam tenet Rot. deciſ. 145. ſi procurator. in novis.

Procurator non eſt ante receptas literas.

3. Et quamvis Bar. Bal. & alii putent Dynum contrarium conſuluiſſe, non eſt ita : quia Dynus, conſi. 18. loquitur in caſu diverſo (videlicet in merca-

Dyn.

Source : BIU Cujas

toribus ſociis : quorum aliqui poſtea fecerunt inſtrumentum mandati de quolibet eorum in ſolidum , & unus eorum abſens , Angliæ contraxit , nomine communi antequam ſciret illud novum mandatum) & decidit valere mandatum : quia prius in ea qualitate contrahebat , ſcientibus ſociis ; qui ſic recognoverunt eum habuiſſe mandatum , & ſic male & oſcitanter dicunt Dynum contra communem & receptam opinionem conſuluiſſe. Idem in judice delegato , ut nullam habeat poteſtatem ante præſentationem literarum per nuncium delegantis & earum aperturam , tex. in c. audita. ibi , ante poſteriorem literarum receptionem , & ibi Cano. de reſtitutio. ſpolia. Calderi. conſi. 4. de offic. delega. ad hoc tex. in c. quiſquis. ibi ex ea die. quia eum literas accepiſſe conſtiterit. 4. quæſt. 5. facit. tex. in c. ſuper eo. 2. in fi. & ibi Philip. Dec. num. 12. ubi in annota. dixi de appellatio. Philip. Francus in c. quamvis. col. 1. in c. cùm plures. col. 1. de offic. delegata. in 6. Bald. in l. eum qui. in prin. de juriſdictio. omnium judi. Licet quidam dicant , quòd habitu quidem ſtatim quæratur juriſdictio , licet nec potentia nec exercitium , ante receptas & apertas literas , ut Cynus in l. mandatum. C. manda. Roma. in l. abſenti. col. 1. de donatio. & conſilio 353. quoad primum. in 3. quæſito. Fely. in c. eam te. col. pen. & in c. ſciſcitatus. num. 13. de reſcrip. quod in idem recidit.

Nec delegatus.

5. Idem in executore gratiæ Papæ. Egidius Bellemere. deciſ. 11. & latius Rot. deciſ. 459. circa tertium. in novis. quamvis ſi non opponatur, præſumatur prius literas recepiſſe , ut decidit Rot. deciſ. 795. ſi autem. in antiq. Idem in arbitro. Franc. Are. conſi. 68. col. 1. ubi tenet non ſufficere quod ſciat compromiſſum in ſe factum , niſi ſciat qualitatem & tenorem commiſſionis. Ita & hic oportet procuratorem prius ſcire , non ſolùm an ſit procurator : ſed ad quid , & ad quale, an ad reſignandum, vel revocandum , & an ſimpliciter, an in favorem & cujus favore , an ſui ſit arbitrii vel non , an cauſa permutationis vel concordati , & qualis : aliàs non poteſt contrahere , nec acceptare hujuſmodi mandatum (quod ſpeciale eſt) niſi hæc in ſpecie ſciat.

Contra Bal.

6. Et quamvis Bald. in l. falſus. col. 5. C. de furt. hæc limitet , ut procedant quando eſt data certa forma , ut quando procurator eſt conſtitutus , ut demum poſt nuncium & literas receptas ſit procurator , aliàs ſecus ; hæc limitatio falſa eſt : quia mandatum ſecundum jus intelligitur : videlicet ut poſt receptas literas perficiatur : etiam ſi aliam certam formam , cujus notitia prærequiratur non contineat. Et falſius eſt quod ſubdit idem Bal. quòd in dubio , quando contrahitur inter abſentes , nuncius vel Epiſtola non videntur mitti ad ſubſtantiam actus , ſed ad notificationem : nec refert qualiter quis ſciat , dummodo ſciat. hoc enim ſaturninum & falſiſſimum eſt , contra omnia jura & opinionem omnium : quia imò non ſufficit per alium vel fortuitò ſcire. ut no. in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. abſenti. in l. nuda ratio , de donatio. Ang. Areti. inſtit. de obliga. ex conſenſu. & omnes ubique. quamvis Ludo. Roma. conſ. 295. donatio. contrarium conſuluerit & male , ut pote clientulo inſerviens , confitens etiam contra omnium antiquorum patrum authoritatem ſe niti , imò etiam contra quod in ſuis lecturis ipſemet tenet , ut in d. l. abſenti.

7. Amplio primò , etiam ſi conſtet procuratorem eſſe conſtitutum ſub ea forma ut ſtatim ſit procurator & poteſtatem habeat : quia quicquid dicat Bal. in d. l. ſi falſus. col. 5. non eſt in poteſtate mandantis hoc facere : quia ſubſtantialia contractuum non ſunt in contrahentium poteſtate. l. pacta conventa. de contrahen. emptio. & venditio. nec poſſunt facere quin leges in ſuo facto locum habeant. l. nemo poteſt. de leg. 1. Eſſentia autem & principium cujuſlibet contractus in concurſu ſimultanei conſenſus contrahentium incipit & conſiſtit. l. 1. §. pactum. de pac. l. quæcunque gerimus. de actio & oblig.

Subſtantialia contractuum non ſunt in contrahentium poteſtate.

8. Amplio ſecundò , etiam ſi in mandato ſit clauſula rati per tempus præſens : videlicet quòd ex nunc etiam geſta vel gerenda per ignorantem ratificat : quamvis Ludovic. Roma. ſing. 655. incip. neſcio. communem concluſionem ita limitet , & male , prout etiam male citat Rot. deciſio. 380. in novis. quæ in contrarium facit. Fateor quòd ea clauſula poteſt habere vim ratificationis jam geſtorum , ratificabilium tamen & dependentium à voluntate ratificantis , ſi ex certa ſcientia facta ſit : ſed impoſſibile eſt quòd operetur eſſentiam contractus mandati , ante ipſius eſſentiæ principium.

Contra. Rom.

9. Plus dico , quòd in materia preſenti , etiam poſt factum , & ex certa ſcientia locum non habet , nec habere poteſt ratificatio : quia regula de ratificatione , & quod mandato æquipollet , & trahatur retro , denum locum habet ſubſiſtente aliquo ratificabili , & in his quæ dependent à ſolo conſenſu & voluntate ratificantis : ſecus ſi alia forma requiratur , & multominus ſi negotium à voluntate ſuperioris dependeat, ut hic reſignatio beneficii eccleſiaſtici. cap. quod in dubiis. c. admonet. de renuncia. & ſupra in reg. de infirmis. num. 2. cum ſeq. Itaque ſi ante factum mandatum, vel antequam procurator recepiſſet , reſignaverit , non valet reſignatio , nec admiſſio & collatio ſuperioris : nec confirmatur per ſimplicem ratificationem mandantis : ſed opus eſt nova admiſſione & collatione ſuperioris.

E. *Pourveus.* Contra proviſos per obitum reſignantis , devolutarios aut alios quoſcunque ex quocunque genere vacandi , & ex cujuſcunque perſona venientes , aliter quam per reſignationem ejuſdem reſignantis.

1. Et ſic , quamvis reſignans (puta Titius) ſive mortuus ſive ſuperſtes , nec alius per aliam ejuſdem reſignationem conqueratur : tamen reſignatarius docere debet , & de mandato ad reſignandum , & quod procurator illud tempore reſignationis præ manibus habebat , ſaltem ſecundum formam hujus §. Declaro , primò , ut hæc omnia ceſſent , ſi reſignans ipſe præſens in manus ſuperioris admittentis reſignaverit. Declaro ſecundò , ut forma hujus §. 12. tantum locum habeat in reſignationibus , quæ per procuratores fiunt apud Papam vel Legatum : ut patet in hoc §. & in præcedenti. & in ſeq. Secus apud ordinarios , in quibus certum eſt ceſſare formam probandi , de qua in hoc §. 2. Sed an ſaltem in ordinariis requiratur aliter de iiſdem conſtare. Videtur quòd non : quia quantum ad hoc in ordinario ceſſant verba conſtitutionis : ergo & ejus diſpoſitio : & ſic reſignante non conquerente , nec per ſe nec per alium reſignatarium , videtur ſtandum proviſioni per reſignationem : non docendo aliter de mandato , cujus inſtrumentum retineri ſolet per ordinarium , prout hactenus obſervari ſolitum eſt : ut ſtet mos antiquus : quatenus per novam conſtitutionem expreſſe non mutatur. l. præcipimus. in fi. C. de appellatio. c. conſtitut. in fi. de electio. in 6. contrarium dico , ut ex mente conſtitutionis , quæ ex verbis ejuſdem colligitur in §. præcedenti. ubi mens finalis exprimitur ad obviandum falſitatibus & reſtituendam obſervationem juris communis , qua procurator ante verum mandatum nomine mandantis receptum intellectum & acceptatum expedire nequit , ut in gl. præcedenti. num. 2. Secunda quidem ratio pariter locum habet in ordinario. Prima verò quamvis non tam frequenter , ut in Papa vel Legato , tamen ordinariis quoque nonnunquam , eorumve vicariis contingit imponi. 3. Et ſic concludo quòd hodie , poſt hanc conſtitutionem , proviſus ad reſignationem procuratoris per ordinarium, tenetur etiam reſignante non conquerente , ſed alio controvertente , docere de mandato

Source : BIU Cujas

resignantis in priori & sufficienti data, & quòd procurator illud præ manibus habebat, ad quod etiam ad finem simplicis fiduciariæ possessionis, non sufficiunt verba narrativa collationis etiam de eo quod tunc potuit geri. Cùm enim non sufficiant in Papa vel Legato, per sublationem cle. literis. nec sufficere debent in ordinario: cui non debet plus licere in materia fraudibus obnoxia. Mandatum autem facile probabitur, producendo instrumentum originale, vel ejus exemplar parte vocata factum: nec sufficere exemplum exempli, nisi in expeditis apud Papam vel Legatum, & concurrentibus aliis, de quibus in hoc §. 12. 4. Quòd autem idem procurator tunc vel prius receperat mandatum, testibus quidem probari potest, sed ad finem pleni possessorii tantum. Unde ad finem possessionis fiduciariæ expediet, vel quòd procurator præsens constitutus sit & acceptaverit, vel quòd per aliud instrumentum, etiam in opistographo instrumenti mandati scriptum, constet eundem procuratorem recepisse & acceptasse per tempus sufficiens ante resignationem, vel quòd resignans ipse (si sit superstes) compareat, vel procuratorem specialem mittat ad recognoscendam & approbandam dictam resignationem. quod etiam sine principali ad resignandum mandato sufficit, saltem in possessorio.

5. Declaro tertiò, ut etiam in expeditis per Papam vel Legatum hæc omnia cessent, si resignans ipse superstes præsens in judicio, vel per specialem & particularem procuratorem, recognoscat resignationem. Tunc enim aliud non requiritur, nec in pleno, nec fiduciario possessorio. faciunt not. per Gemma. Philip. Francum, in c. duobus. col. 2. de rescrip. in 6. c. uno. in fi. de eo qui mitti. in possess. causa rei servandæ. in 6. Fely. in c. olim. de rescrip. & quæ tetigi ad Philip. Dec. in l. postquam litt. num. 4. C. de pac. Et cessat forma hujus §. quæ etiam præsupponit resignantem mortuum esse vel absentem.

6. Et adverte, quòd non sufficeret simplex ejus ratificatio, quantumcunque lata, quicquid censuerit rota decis. 289. nota quod non procurator. in antiq. Aliud est enim docere quòd habet gratum & ratificat (quia hoc non pendet ab ejus potestate, & sic non concludit, ut dixi in glo. præcedenti. num. 9.) aliud fidem rei gestæ confirmare, & ita vere gestum fuisse agnoscere: quod omnino sufficit, & nullo modo per hanc constitutionem excluditur, sed potius in hujus defectum aliud subsidium statuitur. Fallit contra alium ejusdem resignatarium, cui confessio cedentis ex postfacto nocere nequit. l. facta. §. si heres. ad Trebel. l. 2. & 3. ubi Angel. Imola. Paulus. de solutio. l. si partem. §. fi. quemadmodum servit. amittan. Alex. consi. 46. lib. 5. ubi tetigi. Declaro quartò, ut si forte procurator præsens & acceptans constitutus sit, & Papam vel Legatum adierit, cesset forma de qua in hoc §. & sufficiat id quod dixi in ordinario. supra eadem. glos. num. 3.

Aliud ratificare, aliud verum agnoscere.

7. Declaro quintò, ut si mandatum habeat clausulam substituendi, & fuerit per substitutum executum, tunc ultra requisita in hoc §. debeat constare de substitutione aliter quam ex eo solo, quòd substitutus haberet instrumentum mandati præ manibus, ut dixi sup. §. 10. glo. 2. num. 16. Declaro sextò, ut prædicta sufficiant contra quoscunque à resignante vel alio suo resignatario, ut in prin glo. sed, sive resignans ipse conqueratur, sive alius ejusdem resignatarius, non sufficiet fidem facere de mandato per exemplum exempli trapezitæ; de quo hîc, sed per ipsum originale vel exemplar inde parte vocata sumpt m. Et meritò tunc major probatio requiritur. Declaro septimo, ut prædicta, quæ in hoc §. non requirantur, si adversarius non opponat, nec controvertat resignatum esse. fa. quod Rot. decis. 895. si autem in antiq. tenet valere provisionem executoris gratiæ ante receptas bullas, si hoc non opponatur: quia tunc præsumitur prius recepisse. Et intellige quòd nec in specie, nec in genere opponatur.

8. Declaro octavò, ut etiam si speciatim opponatur, non autem sit necesse procuratorem penes se habuisse instrumentum mandati præcise tempore resignationis & admissionis, & multominus tempore collationis, si fors diffissa sit: satis est enim probare quòd ante resignationem recepit & acceptavit mandatum: quia, si mox perdiderit instrumentum (dummodo aliàs non probetur, re integra, revocatus à mandante) potest mandatum exequi: quia substantia mandati non consistit in dicto instrumento, sed solùm probatio, quam sufficit aliter haberi. l. non figura. de actio. & obliga. l. cùm res. C. de probatio. & ita debet intelligi finis hujus §. ibi, *saisi*.

F, *Extraicte*. Scilicet parte vocata. auth. si quis in aliquo. C. de edendo. & hoc casu exemplum exempli plene probat: quia non est nudum: sed plura alia, de quibus hîc, concurrunt, & etiam lex ita statuit.

G, *Registre*. Et sic libri hujusmodi trapezitarum, quoad hoc, æquè pollent, ut libri rationum veterum argentariorum, ad quorum fidem recurrebatur: quia officium eorum atque ministerium publicam habet causam: & hæc principalis eorum opera est, ut actus sui rationem diligenter conficiant. l. argentarius. in princ. de edendo.

H, *Rome*. Vel Legati, si ad Legatum. supra eo. §. 5.

I, *Recreance*. Ergo idem in pleno possessorio: nisi aliud in eo diversum probetur. dictio enim *mêmes*, quæ præcedit, implicat. Cæterùm impugnans resignationem, potest etiam, quantum ad fiduciariam possessionem, probationem, de qua in hoc §. impugnare. non tamen per testes, sed per instrumenta, juxta alias constitutiones Regias, ut Carol. 7. §. 74. cum seq. In pleno autem possessorio, tam per testes quàm per instrumenta. Et pariter resignatarius non impeditur alia fortiori vel æquipollenti horum probatione uti per instrumenta duntaxat, quantum ad fiduciariam possessionem: per testes autem & instrumenta in pleno possessorio. quòd si fiduciariam illam amiserit, ex eo quòd de instrumento mandati, eóque per procuratorem recepto, non probavit per hanc formam, vel fortiorem, aut æquipollentem de scripto, poterit in causa appellationis ab hac interlocutoria, de novo supplere per instrumenta: vel tam per instrumenta quàm per testes in pleno possessorio de integro probare, vel veterem probationem tueri & confirmare.

K, *Saisi*. Cùm hoc esse debuerit de jure communi, ut dixi in glos. verb. *mains*. num. 2. ideo hæc constitutio in hoc trahitur retro: & sic infinitæ Papales bullæ annullari possunt, imò nullæ, prout de jure sunt, velut falsæ declarari. Sed in hoc differentia est, quod bullæ resignationum admissarum post hanc constitutionem, corruunt. non probata forma hujus constitutionis, nec majori aut æquipollenti per ipsum resignatarium: sed in resignationibus expeditis ante hanc constitutionem, resignante non conquerente probatio non exigitur à resignatario, etiam si bulla confecta sit post hanc constitutionem de negotio præterito: sed impugnans ipse tanquam per viam objectivam veniens, probationes adferre debet. Sive ergo ostendat nullum, vel falsum instrumentum mandati, vel tempore resignationis nondum perveniisse ad procuratorem, obtinebit. Et intellige verbum *saisi* de jure magis quam de facto, satis est enim quòd ante resignationem receperit & acceptaverit mandatum, licet tempore resignationis illud amiserit: modò non minus de fide constet, ut dixi in fin. gl. 5. Ideo si impugnans probet quòd tempore datæ bullæ procurator non habebat instrumentum penes se, si resignatarius probet quòd paulò ante habuit, recepit, & acceptavit, satis est: & sufficiet casum allegare, quem

Source : BIU Cujas

non tenebitur aliter probare, ſed in reliquo ſufficiet probatio de qua in hoc. §.

L, *Sans procuration.* Id eſt ante mandatum traditum procuratori, & ab eo acceptatum. 1. Et ſic confirmatur opinio mea de extenſione c. 1. de conceſ. preben. ad omnem modum vacandi. ut dixi in reg. de veriſimili notitia. num. 40. cum ſeq. Sed enim non ſolùm currens ex capite reſignationis ſimplicis, etiam poſtquam curſori datum eſt inſtrumentum mandati, ſed etiam is in cujus favorem juſſu reſignantis Romam curritur, quique ſcit ſe voluntatem habere reſignantis, tamen præveniendo adventum inſtrumenti mandati & impetrando, excluditur ab omni jure, ſaltem in poſſeſſorio, nec ſolùm à ſua accelerata impetratione, quæ nulla eſt, excluditur, ſed etiam omnino ab omni futura collatione pro hac vice, ſive in vim hujus reſignationis (quamvis iſte magis excuſandus eſſet) quanto minus à pœna. d. c. 1. excuſantur quicumque alii ante vacationem impetrantes; nec immerito, propter ambitionem à canonibus vetitam.

2. Quare dico quòd in hoc hæc conſtitutio locum habet etiam in petitorio, & in omni foro: non in vim ſolius conſtitutionis, ſed in vim concurſus juris communis: tum quia non ſolùm adeſt nullitas præproperæ impetrationis, & inhabilitas pro hac vice, ambitionis pœna, ſed etiam ſubreptio, impetratio enim præpropera ſubreptione laborat, ob tacitum ambitionis vitium, & prohibitæ accelerationis. Quòd ſi poſt allatum & exhibitum mandatum rurſus impetret, adhuc præter nullitatem & incapacitatem, ſubreptio ineſt, ob tacitum vitium jam incurſum: quo expreſſo non fuiſſet conceſſum.

3. Quòd ſi fors exprimatur, & Papa diſpenſet, adhuc deterius eſt: quia, ſive in prima & accelerata impetratione, & daret occaſionem futuris delictis (quod per ſe turpe eſt & execrandum) ſive in ſecunda impetratione poſt exhibitionem mandati, diſpenſando de vitio præterito: & adhuc ab hujuſmodi diſpenſatione ſive ab executione bullæ in hac parte, tanquam ab abuſu poſſet appellari ad Parlamentum Regium, & abuſiva declararetur hujuſmodi diſpenſatio, tanquam contra hanc ſanctam conſtitutionem Regiam data: Quemadmodum reliquæ omnes juris communis tranſgreſſiones, quæ per Papas attentantur, nullæ & abuſivæ ſunt in hoc regno: ſi Rex, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vindex & conſervator, Deoque ob id obſtrictus c. principes ſæculi. 23. quæſt. 5. pati nolit, ſive per hanc aut aliam conſtitutionem, ſive per ſummorum ſuorum tribunalium areſta.

M, *Intereſt.* Ita ut, in caſum doli: etiam per carcerem cogantur: nec ad cedendum bonis admittantur, ut per Joan. Fabri. & alios. §. fi. inſtit. de actio.

ARTICLE XIV.

ITem A, Ordonnons à nos Juges qu'ils n'ayent aucun égard, en adjugeant le poſſeſſoire d'aucun Benefice, aux proviſions dudit Benefice contentieux pardevant eux, faites par reſignation B, ſinon que par vertu d'icelles C ait eſté priſe D poſſeſſion ſolemnelle, & ſelon qu'il eſt requis par nos Ordonnances, & regles de Chancellerie, en ce qu'elles ſont receuës pour ce regard. C'eſt à ſçavoir, quant aux Benefices des Egliſes Cathedrales, Collegiales, & Conventuelles, qu'il n'en apparoiſſe par inſtrument ſigné du Greffier & du Notaire E deſdites Egliſes, en la forme & maniere qu'ont accouſtumé F inſtrumenter leſdits Greffiers & Notaires: contenant la reception deſdits pourveus. Et en ce cas de refus, acte d'iceluy, vallant & portant effect de poſſeſſion & publication, pour la ſatisfaction de la regle de Chancellerie, *de publicandis*: Et au cas que leſdits Notaires de Chapitre refuſeroient bailler acte de la preſentation & requiſition faite par leſdits pourveus, d'eſtre receus & mis en poſſeſſion des Benefices, dont ils ſont ainſi pourveus, pour prendre acte & inſtrument dudit refus, par tel autre Notaire Royal ou Eccleſiaſtique que bon leur ſemblera, appellé juſques à deux Teſmoins G pour le moins. Lequel acte ſera de tel effect que celuy qui leur pourroit avoir eſté baillé par leſdits Notaires de Chapitre.

ARTICLE XV.

ET quant aux Benefices dont la reception n'appartient aux Chapitres & Colleges, comme Cures, Prieurez & autres Benefices: la priſe de poſſeſſion d'iceux ſera faite devant Notaires & Teſmoins, & la publication d'icelle, ſuivant ladite regle de Chancellerie, *de publicandis*, au Prône de l'Egliſe Parrochiale deſdits Benefices, ou aux Places ordinaires, où ſont leurs Juriſdictions, ou aux Sieges Royaux & Preſidiaux, ou aux jours de Marché, où y aura affluence de Peuple H, ou à l'Aſſemblée, que pourra faire l'Executeur d'icelle Bulle, I des Parroiſſiens & Marguilliers d'icelles. Ou par notification & inſinuation, faite aux Ordinaires, Collateurs, ou Patrons & Nominateurs, ou à leurs Vicaires & autres Officiers au lieu Archiepiſcopal, Epiſcopal, Prieuré, & principal lieu du Benefice dont dépend ledit Benefice ainſi reſigné, de leurſdites proviſions & priſes de poſſeſſion, leur en baillant copie ſignée d'un Notaire, ou de leurs Secretaires, s'ils le veulent. De laquelle notification leſdits pourveus en pourront prendre acte des Notaires qu'ils meneront avec eux, ou des Secretaires deſdits ordinaires, ſi bon leur ſemble. Voulant les priſes de poſſeſſion autrement faites eſtre déclarées nulles & clandeſtines.

A, *Item.* Hîc incipit quinta pars, uſque ad §. ſeq. incluſive, quæ ſeipſam exponit. deſcribit enim clariſſime praxim reg. de publicandis: de qua etiam ſatis diximus in d. reg. quæſt. 11. 12. 17.

Source : BIU Cujas

B, *Par resignation.* Scilicet quando resignans decessit, post tempus publicandi. non enim hæc constitutio tollere intendit inducias semestris vel mensis à d. reg. relictas. hæc enim reg. licet sonet de resignationibus expeditis per Papam vel Legatum : tamen etiam locum habet in expeditis per ordinarios, quatenus verba & mens congruunt.

C, *D'icelles.* Ita tamen ut possit alia resignatio ejusdem possessoris accumulari, pro ut novè declaravi in reg. de publican. qu. 18. quod hoc edictum non intendit excludere, nec ejus verba debent captari, ut dixi in d. reg.

D, *Prise.* Reg. cancella. præcise non exigit possessionem capi : tamen ita usitatum est apud nos, ut ea momentanea apprehensio, quam possessionem juris vocant (ut dixi in d. reg. de publican. n. 203.) sit pars publicationis: & ad hunc usum alludit hęc constitutio, & idem requirit, nisi prohibeatur ; quo casu hujusce impedimenti vel repulsæ testatio conficienda est, ut sequitur in tex. ibi, *& en cas de refus.*

E, *Notaire.* Scilicet scriba dicti collegii, de quo dixi supra §. 2. glo. 1. in fi. & quamvis non sit proprie notarius, tamen constitutio magis illius operam exigit, quia citius per scribam collegii ad notitiam eorum quorum interest perveniet : tum ne locus relinquatur perfunctoriis & clandestinis publicationibus, & ne cui liceat qualem velit suis affectibus inservientem notarium deligere & horam captare.

F, *Accoustumé.* Dummodo tamen ea quæ jure communi requiruntur non desint : puta duo testes noti.

G, *Témoins.* Nisi sint duo Notarii Regii. adde no. supra. §. 4. glo. 3. num. 3.

H, *Peuple.* Dixi in reg. de publican. qu. 12. nu. 202.

I, *Bulle.* Hîc & §. præcedenti, præsupponit bullas levatas & exhibitas esse, si à Papa vel Legato provisio facta sit : sed hæc præsuppositio formam & necessitatem non imponit. l. ex facto. 1. de hered. instit. cle. 1. in fi. de præb. Unde, cùm regu. cancellariæ Papæ pecuniariæ (quales sunt, quæ bullarum confectionem requirunt) meritò in hoc Regno spernantur, non vitiantur publicationes aliàs rite & palam (licet sine bullis) factæ, ut etiam tetigi in reg. de publican. q. 12. nu. 209. & ita sæpe vidi per peritissimos Togatos nostri ordinis responderi, & per plura nostri Senatus aresta decidi : quæ per hanc constitutionem non corriguntur. Unde non vitiabitur publicatio facta tempore Pauli III. licet postea, propter necessitatem motæ litis, tempore Julii III. levatæ sint bullæ sub forma *rationi congruit* : imò etiam si propter bellum, à Julio. III. suscitatum, prorsus non levantur, ut sæpius ob leviores causas, fieri & judicari vidi in hoc Regno.

ARTICLE XVI.

ITEM A, Que tous pourveus par devoluts, fondés sur incapacité B des possesseurs, ne s'efforcent de faict d'entrer en la joüissance des Benefices, sur peine de la décheance de leur droict de possession, que sur lesdites provisions ne soit adjugé aucun sequestre : ains joüiront desdits Benefices ceux sur lesquels auront esté impetrez lesdits Benefices par devolut, jusques à ce qu'il y ait jugement au contraire, de recréance, ou principal.

A, *Item.* Hæc est sexta pars contra devolutarios & excussores beneficiorum, & optima sanctio, juri- que communi conformis, in capit. licet de præb. in sexto.

Contra devolutarios.

B, *Incapacité.* Non ergo loquitur de omnibus devolutariis, sed de illis tantùm qui nituntur ex incapacitate possessoris : quos dupliciter coercet : videlicet tam extra judicium quàm in judicio Primò, extra judicium, prohibendo ne occupent possessionem facti, sub pœna amissionis juris possessorii. Secundò, in judicio, prohibendo sequestrationem fieri ad instantiam devolutarii : sed ut, lite pendente, is contra quem devolutum impetratur, possideat : donec in contrarium latum sit judicium fiduciarii, vel pleni possessorii. Amplio primò, etiam si possessor nondum per annum & diem possederit, satis est enim quòd possessioni incumbit, quando per ejus incapacitatem impetratum est, ut verba & mens edicti verificentur. & meritò, odio hujusmodi impetrantium : contra quos præsumitur : donec clare de incapacitate constet. Amplio secundò & multò fortius, si per incapacitatem defuncti possessoris, juxta ea quæ dixi in reg. de publican. num. 37. Amplio tertio, sive prætendatur incapacitas ab initio, sive superventa ex post facto : puta sive ex eo quòd possessor, tempore collationis sibi factæ, non erat clericus, vel erat irregularis, aut multiplex in beneficiis incompatibilibus : sive ex eo quòd possessor postea palam incompatibile possedit.

2. Amplio quartò, etiam si impetrans non prætendat incapacitatem, sed simplicem nullitatem, vel resolutionem tituli postea superventam puta ex eo quòd beneficium erat curatum, & possessor non est factus Sacerdos infrà annum. Non enim ob id fit incapax : sed tantùm ipso jure privatur, & vacat beneficium. c. licet canon. de electio. in 6. Tamen habet locum hic tex. cùm largo modo sit quædam incapacitas : quia non potest eidem etiam per ordinarium rursus conferri pro hac vice, nisi esset interim promotus : & hoc ne fraus legi fiat. Sed, si impetrans non fundat devolutionem suam in incapacitate, vel privatione personæ ipsius possessoris, sed in simplici nullitate tituli ipsius possessoris, aliunde quam propter ejus incapacitatem, ut quia dudum ob aliam causam vacavit, non habet locum hic text. sed tam in jure communi quam in aliis juribus relinquitur ; quod dico propter reg. de annali possessore. Amplio quintò, sive ab ordinario, sive à Legato, sive à Papa impetratum sit. Amplio sextò non solùm si merus devolutarius & solus impetat possessorem : sed etiam si cum aliis non devolutariis, vel in quantum quivis rivalis velit accumulare vel applicare quemvis titulum super prætensa incapacitate possessoris. Cætera remitto ad ea quæ scripsi post reg. de verisi. notitia à num. 83. usque ad finem.

Source : BIU Cujas

ARTICLE XVII.

ITem tous, ayans commis A fauſſeté au fait des Benefices, ſoit en baillant collations, impetrations, procurations, inſtrumens, requiſitions, temps d'eſtudes, lettres de degré, mandats, nominations & autres B lettres, actes, & inſtrumens judiciaires, ou extra-judiciaires en Cour de Rome C, ou des autres collateurs, patroneurs, ou preſentans, ſoit és regiſtres D des Notaires Apoſtolics ou autres regiſtres de Banquiers, ou autres perſonnes publiques, de quelque qualité qu'ils ſoient, s'ils ſeront Clercs, ſeront declarez décheus E du droict poſſeſſoire prétendu auſdits Benefices par eux faits contentieux, & punis de telle peine que les Juges verront pour le cas privilegié F & renvoyez à leurs Prélats & Juges ordinaires, pour proceder contre eux, tant par declaration d'inhabilité perpetuelle G de tenir & poſſeder Benefices en ce Royaume, que autres peines ſelon la qualité du faict. Et quant aux Gens laïcs, ſera procedé contre eux, ſelon la rigueur de nos Ordonnances, que nous voulons avoir lieu, non ſeulement pour les procez à mouvoir : mais auſſi pour tous les procez ja meus & intentez I, & qui ſeront trouvez pendans & indecis.

A, *Commis.* Id eſt commiſerunt, & ſic etiam præterita reſpicit, ut in fi. §. & eſt 7. pars, falſarios caſtigans.

B, *Et autres.* Venit ampliative : id eſt non ſolùm ſi in inſtrumentis concernentibus titulum, vel primordia & præparatoria tituli ſeu acquiſitionem juris vel poſſeſſionis (ut inſtrumentum repræſentationis Archidiaconi, vel apprehenſæ poſſeſſionis) ſed etiam concernentibus conſervationem vel probationem, ut locationis prædiorum, vel jurium beneficii, vel apochæ fructuum, ſeu aliàs ſpectantis ad jus, poſſeſſionem, vel adminiſtrationem beneficii, non ſolùm de actis extra judicialibus, ſed etiam de judicialibus, ut eſt text. in c. olim. de reſcrip. etiam ſi tantùm inſtantiam concernant : quia conſtitutio generalis eſt, & juſtum odium perſequitur. quare non debet reſtringi : cùm Reip. interſit maleficia puniri. l. ita vulneratus. §. quod ſi quis. ad l. Aquil.

C, *Rome.* Stat ampliative, ut ſequitur in text. idem enim ſi apud Legatum, vel ordinarium, vel judicem de cauſa cognoſcentem, ſive ſecularem, ſive eccleſiaſticum, aut ubicunque.

D, *Soit és Regiſtres.* Ampliat. id eſt non ſolùm ſi in originali inſtrumento commiſſum ſit falſum, non ſolùm ſi in inſtrumento extenſo vel tranſſumpto, ſed etiam ſi in regeſtis notarii vel alterius publicæ perſonæ cujuſcunque.

E, *Decheus.* Id eſt, falſo detecto, cauſa cadunt, & omne jus poſſeſſionis amittunt. Non tamen ſequitur quòd debeat poſſeſſio adjudicari adverſario, niſi jus habeat. Sed ſi aliàs habet intentionem fundatam, nec apparet inhabilis, ita ut obtineret ſi falſarius non fuiſſet in cauſa, puto quòd ei adjudicari poſſit beneficium : etiam ſi conſtet obſtare titulum origine canonicum falſarii (puta prioris in data) qui ex poſt facto falſum commiſit. quia illud committendo videtur renunciare poſſeſſioni, & huic ſe pœnæ ſubiicere. l. imperatores. de jure fiſci. Fely. c. poſtulaſti. col. 2. de foro competen.

Confeſſio. 2. Et quamvis ad obtinendum in petitorio in beneficialibus non ſufficiat confeſſio adverſarii. Jo. Andre. c. 1. de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſervan. in 6. c. 2. de confeſ. in ſexto. hoc verum quando ex illa ſola volet quis probare titulum : ſed bene poteſt ex illa coadjuvare titulum ſuum, etiam dubium, & in petitorio. glo. ſing. in verbo ſi non appareat. c. pen. de reſcrip. in ſexto. quam Geminia. Philipp. Fran. ibi Geminia. conſ. 38. col. 3. ſequuntur deciſ. Tholoſ. 473. & ibi Stepha. Aufre. in addi. Fely. in c. olim. col. pen. de reſcrip. Nicol. Boeri. deciſ. Burdegal. 89.

3. Tamen in poſſeſſorio fortius operatur, & ſufficit, ut tradit Anto. Butri. c. fi. col. 81. de cauſa poſſeſſ. & proprie. Fely. d. c. olim. col. 6. Rot. deciſ. 408. fuit dubitatum. in novis. Non tamen quod ſola confeſſio, renunciatio, ſeu declaratio adverſarii quod non habet jus, vel æquipollens per ſe ſolum ſufficiat, ut alteri plenum poſſeſſorium adjudicetur, ſeu manuteneatur : ſed bene docenti de capacitate (puta tonſura : ut vocant) & de titulo, ſufficit non ad ſimplicem manus juſtitiæ levationem : ſed etiam ad manutenendum : hoc eſt plenum poſſeſſorium definitive adjudicandum : etiam ſi aliàs excludebatur per titulum renunciantis, deſiſtentis, vel falſum committentis, & ſic ſeſe excludentis : etiam ſine novo titulo, ceſſante alio corrivali melius fundato, & ita practicatur. Sed in petitorio opus eſſet novo titulo, conſtito ſemel de alio priori valido : quamvis prior ille ex poſt facto cauſa penitus cadat. ut eſt text. in d. c. olim. in fi. de reſcrip. quod loquitur de petitorio, quamvis enim ibi fiat mentio de ſequeſtro fructuum, id non eſt intuitu poſſeſſionis (quia conſtabat reum eſſe poſſeſſorem & detentorem) ſed intuitu contumaciæ, & quia miſſioni in poſſeſſionem ibi locus non erat, ut declarant Bal. Panor. Fely. ibi. Cardi. Flo. cle. unica. de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum. col. 8. quæſt. 2. Unde talis ſequeſtratio fieri poteſt per judices eccleſiaſticos, etiam in hoc regno : nec poſſet appellari tanquam ab abuſu, quia non concernit poſſeſſorium, ut dixi ſuper tex. d. c. olim. C. olim. de reſcrip.

F, *Privilegié.* Quicunque enim falſum committit in judicio, vel inſtrumento falſo, alibi fabricato, ſcienter utitur in judicio, publicam poteſtatem & juriſdictionem offendit. l. ſi quis obrepſerit. in prin. & in fi. de falſ. ibi. imò, ſi accuſatus fuerit, etiam pœnam ſufferre debet, & in eum etiam aliàs nullo modo ſubditum, poteſt idem judex animadvertere, tex. in l. nullum. & ibi Cyn. Bal. C. de teſti. Federi. de Senis. conſi. 93. facit Bart. in l. eos. de falſ. Unde judex ſecularis etiam clericum vel epiſcopum, etiam Cardinalem, pro modo ſuæ juriſdictionis puniet, cætera remittet, ut hîc, & dixi ſupra eo. §. 2. glo. 5. & §. 4. glo. 3. num. 4. cum ſeq.

G, *Perpetuelle.* Satis innuit conſt. hunc miſerum falſarium non ſolùm omni poſſeſſione per judicem ſecularem, ſed etiam titulo in petitorio, vel in cauſa remiſſionis ſuper delicto communi per ſententiam judicis eccleſiaſtici privandum, ut eſt caſus rotundus in d. c. olim. quamvis enim ibi reus eſſet uſus falſo (etiam non circa titulum commiſſo) coram judice eccleſiaſtico in cauſa petitorii, idem ſi coram ſæculari in cauſa poſſeſſorii, vel aliàs. tex. enim ibi, non reſpicit in hoc qualitatem inſtantiæ vel judicis : ſed ipſum falſitatis vitium : quod dicit ad ſilentium perpetuum imponendum ſufficere. Quod autem hæc conſtit.

ſtit. dicit de inhabilitate, hæc eſt ſequela condemnationis de falſo: quæ infamiam inurit, & ſic irregularitatem, & inhabilitatem ad omnia beneficia. c. infamibus. de reg. juris. in ſexto.

Infamia. 2. Non tamen ſola infamia juris & facti, niſi ad dignitates inhabilitat: ſed juncta cum crimine & convictione falſi inhabilitat ad omnia. ſi enim privat obtento, ut in d. c. olim. multomagis obtinendo: & ſemel infamis & inhabilis, talis eſt ubique. Quod autem ſubdit conſtitutio ibi, *en ce Royaume*, demonſtrat directam diſpoſitionem edicti vel ſententiæ ſubditi ſui, non autem excludit quod jure communi diſponente conſequitur: & ſic ſive quis de falſo circa hujuſmodi beneficia convictus fuerit, etiam per tertium, nocet illi ſententia, & pro veritate habetur, reſpectu omnium: niſi tantum per contumaciam convictus eſſet. quia hæc pro veritate habetur, reſpectu proſequentis, cui fit contumacia, ſed non reſpectu tertii, tex. in l. ſi ideò. de evictio. in l. præſes. C. de pigno. Anto. Butri. in c. quamvis. de re judic. & conſ. 5. Fely. c. cauſam quæ. col. 2. de teſt. & ibi Philip. Dec. ad fi. ubi in annotat. dixi. & ad Alex. conſ. 84. lib. 3.

H, *Ordonnances*. Ut morte puniantur conſtit. publicata in hoc ſenatu. 23. Aprilis 1532.

1. *Intentez*. Et' ſic hæc ultima clauſula refertur ad omnia præcedentia in hoc §. non ſolùm contra laicos, de quibus ultimo loco, ſed etiam contra clericos, de quibus ſupra dixi. quod eſt etiam de jure communi d. c. olim. de reſcrip. Et ita etiam vidi practicari in hoc Senatu, ante hanc conſtitutionem editam.

ARTICLE XVIII.

ITem, A, pource qu'il ſe trouve pluſieurs expeditions faites par reſignation ou autrement, au nom de deux freres ou parens de meſme nom & ſurnom: Ordonnons qu'en telles expeditions ſoit exprimé lequel deſdits freres ou parens, le majeur, ou le mineur, fils aiſné, ſecond, ou frere de tel frere, ou couſin de l'impetrant reſignataire: en telle maniere qu'on puiſſe apertement & clairement connoiſtre, qui eſt celuy qui eſt pourveu du Benefice.

A, *Item*. Hæc eſt octava pars, obviansfalſis ſuppoſitionibus & fraudationibus decretorum de ſublatis reſervationibus per ſimilitudinem nominis & cognominis. Quamvis autem nullam exprimat pœnam, ſi contraventum ſit, non exprimendo circunſtantias ut de corpore conſtet requiſitas, tamen ſatis, per l. non dubium. C. de leg. pœna intelligitur ad minus de nullitate actus: videlicet quòd, quandocunque detecta æquivocatione vel incertitudine propter nominis & cognominis in eadem familia ſimilitudinem & ſic ſcienter vel ſupina negligentia expreſſione requiſita omiſſa, nulla fides adhibebitur tali collationi vel impetrationi, nec quantum ad poſſeſſorium coram judice ſeculari, nec quantum ad petitorium coram judice eccleſiaſtico, qui in hoc regno conſtitutiones Regias, in eo caſu expreſſas, ſervare tenetur. Et procedit hic §. ſive ab ordinario, ſive à Legato, ſive à Papa & quoviſmodo, impetretur.

ARTICLE XIX.

ITem, que quand ceux qui auront obtenu en Cour de Rome, A, ou Legation, les proviſions ſuſdites par reſignation, & auront ſur ce produit en jugement leurs Bulles, les pourveus par les ordinaires & autres contendans, puiſſent impugner leſdites proviſions par les moyens deſſuſdits, & faute d'avoir obſervé le contenu és precedens Articles: & pour ce montrer, pourront faire Extraits en Cour de Rome, ou Legation, partie appellée, avec délay competant pour ce faire. Si donnons en mandement à nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens de nos Cours de Parlement de Paris, Toulouſe, Bourdeaux, Dijon, Roüen, Dauphiné, & Provence, & à tous nos autres Juſticiers & Officiers, leurs Lieutenans, & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra, que nos preſens Edit, Statut & Ordonnance, ils faſſent lire, publier, & enregiſtrer en leurſdites Cours & Auditoires, & le contenu en icelle entretenir & garder: nonobſtant B, tous Edits par nous, & par nos predeceſſeurs, faits & publiez, & autres Ordonnances à ce contraires. Et pource que l'on pourra avoir affaire de ces preſentes en pluſieurs & divers lieux: Voulons foy eſtre ajoûtée au *Vidimus* C, d'icelles comme au preſent Original: Auquel afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à toujours, Nous avons fait mettre noſtre ſeel, ſauf en autres choſes noſtre droit & l'autruy en toutes. Donné à ſaint Germain en Laye, au mois de Juin, l'an de grace mil cinq cens cinquante, & de noſtre Regne le quatriéme. Signé, par le Roy en ſon Conſeil, DE L'AUBESPINE.

Lecta, publicata, & regiſtrata, ſub modificationibus & limitationibus in regiſtro contentis, audito & hoc requirente, D, *procuratore generali Regis. Actum Pariſiis in Parlamento, viceſimaquarta die Julii, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo. Sic ſignatum*, DU TILLET.

A, *Rome*. 1. Hæc eſt nona pars concluſionem ultimam continens. Quamvis autem verba ſonent tantum de proviſionibus Papæ vel Legati, hoc tanquam dubitabilius & magis neceſſarium expreſſum eſt, quia hæc conſtitutio facta eſt principaliter propter illorum abuſus, non tamen excludit quin etiam ordinariorum proviſiones impugnari poſſint & debeant: niſi prædicta & ſingula, quatenus eis conveniunt, obſervata fuerint, puta in §. 2. ubi loquitur de notariis ordinariorum. & in §. 3. & 4. & in §. 10. 11. & 12. ubi loquitur de mandatis ad reſignandum: quæ proculdubio locum habent etiam in reſignationibus expeditis per ordinarios. & §. 14. & 15. ubi de forma reg. de publicandis. & §. 16. 17. & 18. quæ æque in ordinariis

Source : BIU Cujas

procedunt, prout & omnia quæ in hoc edicto, quatenus eis adaptantur.

Ordinarii corrigendi.

2. Sed multa quoque circa ipsosmet ordinarios emendanda sunt: è quibus pauca duntaxat, prædictis adfinia, monendi & in commune consulendi causa, tangam. Primum bonæ memoriæ Ludov. 12. justitiæ cultor, populique pater, Constit. anni 1499. §. 3. jusserat omnes ordinarios Regni sui & Delphinatus, justa & veridica regesta omnium collationum & præsentationum à se vicariisque suis faciendarum conficere, & de quinquennio in quinquennium renovare quæ tenerentur exhibere ad obviandum occultis, vel sub falsa data confictis, additis, demptis, vel mutatis collationibus. Sed præter id quòd ea constitutio male servata fuit (serpente, velut cancro avaritia: quam malorum omnium radicem vocat Apostolus) longe periculosius increduit malum, dum ejusdem beneficii, plurimæ solent collationes fieri, paucæ tamen publicari. Hæc turpis negotiationis infinitarum etiam litium sementis occasio, severius remedium postulat, Regiamque ut pæoniam manum? cujus edicto statueretur.

Ludovic. 12. pater populi.

3. Primò, ut ordinariorum omnium & vicariorum collationes & præsentationes intra mensem, quo factæ sunt, in regestis publicentur: eaque regesta in publico loco, ut ab omnibus videri legique possint, tuto serventur: ne deinceps quicquam variare, addere, aut detrahere liceat: cæteris præsentationibus vel collationibus (etiam si in aliis regestis inveniatur) ut clandestinis vel fraudulentis, omni fide carentibus ut tradit Fely. in c. sicut. numero 31. versic. tertio adverte. de re judic. Secundò, ut in eisdem regestis omnes & singuli vicarii ordinariorum describantur, cum authoritatibus suis, quæ vocant instrumenta vicariatuum, ut deinceps ab omnibus cognosci valeant. Ita enim expedit, cùm sint publicæ personæ quæ ordinarium ipsum immediate repræsentant utque furtivis collationibus & antidatis facilius obvietur.

4. Tertiò, ut in eisdem regestis scribatur, quid pro quaque collatione, seu collationis instrumento, vel sigillo, solvendum sit. Quanquam enim dudum multis hujus supremi Senatus arrestis cautum sit, ne Episcopi vel Archiepiscopi ultra unum aureum collationis seu sigilli nomine, recipiant, inferiores autem ordinarii minorem summam, tamen in magnam Pontificalis dignitatis infamiam, sextuplum circiter exigunt, nec apocha datur.

5. Quartò, ut in cæteris quoque actis ordinariorum certus salarii modus statueretur. Quamvis enim gratis concedere, juxta verbum Domini, teneantur, præsertim cùm ad hoc amplissimos vel ad luxuriam usque superfluos reditus habeant, tamen, quasi nihil possideant, & ad mensam negotiatoriam prostent, omnia, præsertim per subministros, velut institores cupidissimos, quàm plurimi queunt, vendunt; ut jam πλεονεξία, & lucri studium è re qualibet, vel apud populum malè audiat, turpique infamia laboret. Multo plura occurrunt emendatione digna, quæ superioribus relinquo: his præsertim, qui Regi stant à consiliis: quorum etiam res agitur: quippe qui hac de re rationem olim Deo reddituri sunt, ut inquit text. in c. principes seculi. versi. cognoscant. 23. q. 5. Viderint ergo, dum tempus habent, quàm reliquatores sient. Quòd si ad verbum Dei docendum & ministrandum, ut in sancta primitiva Ecclesia, reducerentur hoc uno collyrio, omnia eorum mala & scandala purgarentur, nec opus esset tot aliis infœlicibus repagulis.

B, *Nonobstant.* Vide Barto. in extravagan. ad reprimendum. verb. non obstantibus. Panor. Felyn. c. nonnulli. de rescript.

C, *Vidimus.* Intellige factum exemplum à notario duobus inscriptis testibus, vel à duobus notariis, & sic aliàs legitimè: nisi quòd non est necesse aliquem vocari, nec aliam judicis authoritatem adhiberi: cùm sufficiat authoritas hujus legis. Non autem posset hujusmodi exemplum, per unum solum prærogatæ dignitatis notarium, quem secretarium Regium vocant, fieri: quamvis id sibi quidam ex eis (ut vidi) sed imperitè, arrogant. Non enim possent soli conficere, nisi apud acta, vel in præsentia Principis, & in his tantùm ad quæ cum ea prærogata authoritate deputati sunt, in aliis nec cum testibus quidem.

Secretarii.

D, *Requirente.* Maxima igitur & augustissima est authoritas hujus edicti, utpote prona, & plenissima authoritate totius amplissimi Senatus, curiæque Franciæ (quæ pars est corporis mystici ipsius Principis & Regiæ majestatis: ut pulchrè sancteque Ludovicus Pius, Francorum Rex & Romanorum Imperator, olim, ad status Regni & Imperii c. 2. declaravit in capitulis suis (ita tunc vocabant libros constitutionum & statutorum) concurrente & homologante. plenior est enim quàm si simpliciter dictum esset, consentiente.

Extrait des Regiſtres de Parlement.

Quas vidi datas ab eodem Rege apud Sanc Germanum in Laya mense Decembri, anno 1548. homologatas Gratianopoli, die 14. Januarii eodem anno 1548. more Galliæ computando.

VEu par la Cour les Lettres patentes du Roy, données à saint Germain en Laye, au mois de Juin dernier, signées, par le Roy en son Conseil, de l'Aubespine, contenant aucuns Articles sur la reformation des abus qui se commettent és impetrations des Benefices en Cour de Rome, & les Remontrances cy-devant faites au Roy & son Conseil, de la part de ladite Cour, sur quasi *semblables*, A, Lettres d'Edit, concernant mesme matiere, les Conclusions du Procureur General du Roy, la matiere mise en deliberation: La Cour a ordonné & ordonne, que lesdites Lettres patentes seront leuës, publiées & enregistrées és Regiſtres d'icelle: A la charge toutesfois que les Notaires des Chapitres & Monasteres, qui ont accoûtumé d'estre par eux choisis, pourront instrumenter, ainsi qu'ils ont accoustumé faire: mesme és Actes qui se font esdits Chapitres, Colleges & Monasteres. Et aussi que les Prelats & autres Collateurs, ou Presentateurs Ecclesiastics des Benefices, seront tenus és collations ou presentations qu'ils feront desdits Benefices, appeller des Témoins non domestics desdits Collateurs & Collataires, & de la qualité de ceux dénommez audit Edit: qui doivent estre appellez pour Témoins aux procurations pour resigner leurs Benefices, sous la mesme peine que contenu est audit Edit à l'encontre des Resignans & Resignataires. Et outre, que où il y auroit doute, dispute, ou contention sur la demeurance, notice & qualité des Témoins instrumentaires, ne pourra ladite difficulté estre déduite, ou alleguée pour empescher le sequestre, recréance, & autres provisions: mais viendra au plein possessoire. Fait en Parlement, le vingt-quatriéme jour de Juillet, l'an mil cinq cens cinquante. Ainsi signé, DU TILLET.

Source : BIU Cujas

SEQUITUR TENOR EDICTI AD QUOD PRÆCEDENS Edictum se refert, supra. §. primo. & ibi glos. 3.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, à tous presens & à venir, Salut. Comme dés le temps du feu Roy de bonne memoire, nostre tres-honoré Seigneur & Pere, luy eussent esté faites plusieurs Remontrances, plaintes & doléances, & mesme de la part des gens d'Eglise & Beneficiez: lesquelles, depuis nostre avenement à la Couronne, nous eussent esté reïterées, des faussetez qui ont esté par le passé, & sont encore chacun jour, commises par les Notaires Apostolics, estant en nostre Royaume, au passement & expeditions des Procurations à resigner, & autres Actes & instrumens dépendans de leur estat, dont se sont meus & meuvent journellement plusieurs procés: & par tels siniſtres moyens ont esté plusieurs Benefices volez, à la damnation de ceux qui les ont obtenus par telles faisitez, & au grand prejudice des Collateurs: ce qui est advenu, & advient par le grand & effrené nombre d'iceux Notaires Apostolics qui se trouve en nostredit Royaume, pour la facilité que chacun a d'obtenir, comme l'on sçait, tels estats & Offices en Cour de Rome: la pluspart desquels Notaires sont pauvres & indigentes personnes, & les autres Serviteurs domestics de gens d'Eglise: qui par le commandement de leurs Maistres, qui en veulent mal user, font & passent indifferemment toutes Procurations à resigner, selon le plaisir & volonté de leursdits Maistres: choses de damnable & pernicieuse consequence. SÇAVOIR faisons, que nous voulans à ce pourvoir & remedier, ainsi qu'il est tres-requis & necessaire au bien & soulagement de nos sujets, & mesmement desdits gens d'Eglise, à qui le fait touche plus qu'à nuls autres. Avons statué & ordonné, statuons & ordonnons par ces presentes, que par nos Baillifs, Senéchaux, & Juges Presidiaux, chacun en son pouvoir, détroit & jurisdiction, sera avisé, arresté & limité à ce appellez nos Avocats, Procureurs & Conseillers desdites Seneschaussées & Bailliages, en nombre competant, si aucuns y en a, le nombre suffisant d'iceux Notaires, pour l'étenduë desdites Seneschaussées & Bailliages respectivement, & en quelles Villes & Lieux ils devront faire leur residence: Laquelle reduction & limitation par eux & chacun d'eux ainsi faite, Nous voulons qu'ils choisissent des plus suffisans, notables, & capables desdits Notaires Apostolics de leurdit Bailliage, Seneschaussée & Jurisdiction, tant en sçavoir & experience, prud'hommie & legalité, qu'en faculté de biens, jusques audit nombre par eux avisé & arresté: Lesquels seront par aprés immatriculez & enregistrez au Greffe de chacun Bailliage, Senéchaussée & Jurisdiction, des Lieux, Villes & Sieges d'iceux, où ils les auront départis, & ordonné resider, pour par lesdits Notaires Apostolics, ainsi choisis dudit nombre, & immatriculez, que dit est, estre d'oresnavant passez & receus en chacun desdits Bailliages, Seneschaussées & Jurisdictions respectivement, toutes Procurations à resigner Benefices de quelque qualité qu'ils soient, & autres instrumens dépendans de leur estat: esquels ils seront tenus désigner le Bailliage, Senéchaussée & Jurisdiction, où ils auront esté immatriculez & enregistrez, afin que si sur ce intervenoit procés & different, l'on ait recours audit Greffe, pour entendre s'ils sont dudit nombre choisis & enregistrez: Et là où il se trouveroit desdites Procurations & autres Actes, & instrumens passez & receus par autres Notaires Apostolics que lesdits Notaires ainsi choisis & immatriculez que dit est, aucune foy n'y sera ajoustée en nos Jurisdictions layes. Si donnons en mandement à nos Amez & Feaux Conseillers les Gens de nostre Grand Conseil, &c. Donné à Fontainebleau, au mois de Septembre, l'an de grace mil cinq cent quarante-sept, & de nostre Regne le premier.

Hîc non minus utile quàm necessarium, & omnibus veræ disciplinæ ecclesiasticæ zelatoribus gratissimum duxi, pauca quædam addere, scitu memoriaque digniſima, adversus abusus Paparum, & Romanæ curiæ, ex Senatusconsultis curiæ Franciæ supremique Parisiorum Senatus, & antiquis edictis & constitutionibus Francorum Regum, è multis, quæ è regestis ejusdem curiæ, necnon præfecturæ rattociniorum Regiorum, fideliter recollegi, & in primis celeberrimum illud Arrestum anno 1406. *in eodem Senatu solenniſimè, adversus abusus annatarum & aliarum usurpationum Papæ, ejus advocatis & oratoribus pleniſimè auditis, latum; cujus tenor talis est.*

A CAROLUS, *a* Dei gratia Francorum Rex, universis, præsentes literas inspecturis, salutem. Notum facimus quòd, cùm nuper pro parte quamplurimorum numero grandi Regni nostri Prælatorum Parisius tunc existentium, necnon filiæ nostræ dilectæ vniversitatis studii Parisiensis, nobis querulosæ *b* fuisset expositum quod ecclesiæ nostrorum prædicti Regni & Delphinatus Viennensis, pro magnitudine gravium exactionum, & onerum eisdem ecclesiis, tam per Benedictum Papam XIII. *c* quàm suos antecessores, contra communis dispositionem juris *d* impositarum oppressæ, atque in tantum gravatæ hactenus fuerant & erant, quòd eædem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant, & in desolationem undequaque vergebant, nisi per nos *e* de remedio sublevarentur: finantiæ etiam, super

Quærelæ Ecclesiæ Gallicanæ. Et Academiæ Paris.

Source : BIU Cujas

iisdem ecclesiis exactæ de eodem Regno nostro, in magnum & irreparabile reipublicæ Regni ejusdem nostri præjudicium exportabantur à nobis: quibus Officium Regis. ecclesiam, præsertim supradictorum Regni & Delphinatus nostrorum, ab omni oppressione præservare incumbebat, & unde specialiter astricti & obligati Deo creatori nostro rationem eramus reddituri: humiliter supplicando quatenus ecclesiis memoratis, super præmissis exactionibus & gravaminibus, eas cessare faciendo, providere dignaremur, ut ministri & aliæ ecclesiasticæ personæ, divinis insistentes & famulantes, vivere, ecclesias sibi concessas regere, earum ædificia in bono & decenti statu tenere, aliosque actus
F suam professionem & fundatorum *f* suorum dispositionem concernentes, exercere valerent: Et ob hoc nonnulli & plures de nostro magno Consilio, ad videndum & deliberandum super his & aliis Ecclesiam prædictam tangentibus, quid rationabiliter fieri posset, & deberet dudum commissi & deputati, aliqua nobis super dictis exactionibus referenda vidissent & advisassent, seu deliberassent: quia tamen Prælatis & filiæ nostræ præfatis videbatur dictam deliberationem largius declarandam fore, iidem prælati & filia nostra aliquas declarationes & additiones cum deliberatione & avisamento supradictorum nostrorum Consiliariorum fecissent, easque nostræ Parlamenti curiæ,
G *g* cum nominibus dictorum nostrorum Consiliariorum, qui dictæ deliberationi præsentes affuerant, in quadam schedula sub nostro contrasigillo misissemus, & per litteras nostras patentes eidem curiæ nostræ mandassemus, & eidem potestatem, & authoritatem impartiendo, expresse injunxissemus, quatenus ad eandem curiam advocatis & accersitis de nostro prædicto magno Consilio, & requestis nostri hospitii, tot & talibus, prout eidem curiæ nostræ bonum videretur, ipsa nostra curia ecclesiæ prædictorum Regni & Delphinatus nostrorum, super contentis in dicta schedula provideret, secundum quod nobis esse faciendum consuleret, prout hæc & alia latius & luculentius ex ipsarum nostrarum serie ac tenore litterarum liquebant. Constitutis propter hoc in eadem nostra curia procuratoribus nostro generali, necnon charissimi patrui nostri Ducis Bituricensis, & ipsa filia nostra universitate Parisiensi, pro parte ejusdem filiæ nostræ, sub his verbis apostolicis, *Subtrahatis vos ab*
H *omni fratre ambulante inordinatè*, *h* propositum fuit quòd sacrosancta mater nostra Ecclesia, entium ad instar naturalium, & politiarum macrocosmi videlicet, & microcosmi (qui sunt major *i* & minor *K* mundus)
I K in pondere, numero, & mensura, à summo creatore (Philosophis attestantibus) conditore, dirigi debeat, atque regi in ordine, quorum elementis quatuor primam distribuerat materiam idem creator omnium in suam grandem naturæ portionem, eorum cuilibet totaliter conferendo quantum alteri, & iisdem ex se invicem vicissitudinem sui alimenti & sustentamenti referendo: adeo ut quod unum ipsorum sub æquinoctiali vel polo per alterius conversionem deperdidisset de alio recipere, & sibi restaurare ipsius naturæ munere & instinctu, & increatæ sapientiæ providentia, dignosceretur. Sic Regalis, sic Aristocratiæ, &
L Timocratiæ politiarum, *l* nullius quarum rectorem nutrimentum seu ipsorum majorem partem omnium subjectorum aut inferiorum absorbere ullus unquam sufficeret, quemadmodum in microcosmo, si ad excessum alterum membrorum alimoniam cæteris egentibus sumeret, unde corpus ipsum in languorem & exinanitionem vergere contingeret, medio quodam subtractivo seu restrictivo hujusmodi superabundanti membro esset occurrendum. Sed Benedictus supradictus neque modum, neque pondus, neque mensuram, in Ecclesia & Ecclesiæ subjectis observare consueverat; quin magis ipsos jugis & servitutibus im-
M portabilibus: à nonnullis defunctorum *m* successoribus spolia auferendo, ab aliis Prælaturarum & beneficiorum ecclesiasticorum vacantias *n* extorquendo, à N quibusdam exigendo arreragia, tanquam debita præteritorum *o* & incognitorum temporum, à beneficiatis O suorum, quæ de novo obtinebant, beneficiorum primam expetendo & percipiendo annatam, ab his qui tempore subtractionis *p* obedientiæ, dudum sibi per P nos & clerum Regni ac Delphinatus nostrorum prædictorum factæ, ad Prælaturas seu dignitates, aut alia ecclesiastica beneficia promoti fuerant, fructus (quos dictæ subtractionis tempore malè perceptos fuisse dicebat) recipere enitendo, & procurationes capiendo, Prælatis, Archidiaconis, & aliis ordinariis pro visitatione debitas, aliisque exactionibus ac extorsionibus indebitis adegerat, affecerat, & contorserat, adigebat, afficiebat, & contorquebat, contra jura non tam Christicolarum quàm Ethnicorum quorumcunque, apud quos & ab omni tempore clerum ab omni munere & servitute fuisse liberum *q* compertum erat. Eos enim non ancillæ filios sed liberæ, qua libertate Christus eos donaverat, teste Apostolo, ipsosque sub his adhortante verbis, *State & nolite iterum jugo servitutis contineri.* Nam (ut eadem nostra filia dicebat) in politia seculari, quis principem tam à nobili quàm ignobili annatas primas omnium hæreditariorum in aliquem quoquo titulo translatorum excipere & extorquere satagentem, non tyrannum aut suæ politiæ eversorem censeret, & talem rectorem sustinere valeret? Quantò minus erat idem Benedictus (qui minister, & non dominus Ecclesiæ, ab evangelica *r* veritate asserebatur) primarum annatarum fructus sibi tyrannicè approprians beneficiorum, tolerandus? Illud parvi pendens Samuelis in Regum libro populum alloquentis & dicentis, *Loquimini de me coram domino & coram Christo ejus, utrum bovem alicujus tulerim vel asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & restituam vobis. Ac dixerunt, Non es calumniatus, nec oppressisti nos, neque tulisti de manu alicujus quippiam.* Exemplo tamen cujus instrui & terminis rationabilibus contentari, non exactioni & concussioni pecuniarum tyrannicis inhiare debebat, evangelio exhortante neminem concutere, neque calumniam facere, & contentum esse debere stipendiis ipsius, Apostoli exemplo in Apostolorum actibus dicentis, *Argentum & aurum nullius concupivi, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Ego* (inquit Apostolus) *scio quoniam post discessum meum intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Quam rapacitatem spiritu prophetico clarè proponebat pronunciasse ipsa filia nostra Prophetam Ezechielem, suis sub his verbis, *Facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem, eò quòd non erat pastor. Neque enim quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea (inquit dominus) cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, & liberabo gregem meum ab ore eorum, & non erit eis ultra in escam.* Ex qua Prophetia clarum est, domino Benedicto supradicto, qui tanta confusione & inordinatione cupiditatis debacchabatur, subtractionem nedum finantiarum supradictarum sibi fieri debere, sed plenariam? quamvis aliàs & dudum sibi factam *s*, & jure & facto S durare, ac tenere censeret, & in eadem se permanere profitebatur eadem filia nostra: ex eo præsertim quòd restitutionem obedientiæ per nos eidem Benedicto factam nullam esse, quæ sub conditione non impleta, & sub causa cujus nullus sequebatur effectus factam, prout per schedulas quasdam in ipsa restitutione contentas apparere, dicebat. Ecclesiæ etiam Regni ac Delphinatus nostrorum prædictorum authoritate, dictam restitutionem minimè factam, & per consequens ipsam subtractionem durare, seu ipsam

Subtracta obedientia.

Genes. 47. Cæsar de bell. Gal. lib. 6.

Q

Ad Gal. 5.

Matth. 20. R. Marc. 10. Luc. 22. 1. Reg 12.

Luc 3.

Actor. 20. Ezech. 34.

Subtractio obedientiæ plenaria.

Actio Academiæ. 2. ad Thessalonic. ult.

Aristot. polit. 5. c. 3.

Abusus Papæ.

Source : BIU Cujas

aut saltem dictarum pecuniarum & finantiarum eidem Benedicto fieri debere. cùm idem Benedictus, ad destruendam ecclesiasticam potestatem, non hominis, Apostolo teste, contra sanctæ synodi authoritatem, diffinientis nullum Episcopum expetere debere aurum & argentum à parentibus, vel clericis vel monachis qui sub eo sunt, Gregorii, Bernatdi, & aliorum sanctorum doctorum, imo Evangelii authoritatem, dictas finantias in ecclesiæ prædictæ subversionem & exitium, extorqueret. *t* Eamdem autem subtractionem per eandem nostram curiam & Prælatorum & dictæ filiæ nostræ consilio faciendam esse dicebat eadem filia nostra, exemplo Regis Joas, qui consilio Joiadæ Sacerdotis pecuniis ad templi reparationem destinatis, quibus Sacerdotes sui temporis abutebantur, manum apposuerat, & earum partem ad necessitatem divinis famulantium, partem ad mercedem latomorum, & partem in architectorum salarium partiebatur. Unde dictum in ipsius laudem prodierat, quod Rex Joas rectum fecerat coram Domino cunctis diebus quibus eum docuerat Joïada Sacerdos. Per quem eadem filia nostra summos doctores intelligi dicebat, & quod ejusdem Ecclesiæ oppressioni providere nobis, aut eidem curiæ nostræ incumberet, & authoritate, & naturali ratione, & proprii jurisjurandi debito, & antecessorum nostrorum exemplo, apparere eadem filia nostra ostendebat, Ambrosii in lib. de Patriarchis, necessitatem defensionis ecclesiarum Regi pertinere asserentis. Recto præterea rationis dictamine, quo gentes etiam quæ legem non habent, eidem Benedicto dictarum finantiarum exactionem esse subtrahendam diffinirent: ad quod proprii vinculum juramenti nostræ coronationis, in qua unicuique de Prælatis & ecclesiis sibi commissis canonicum privilegium & justitiam servare, & defensionem, pro posse contra oppressores adhibere promiseramus, nos adigebat, ac specialiter astringebat. In exemplum erat Rex Joas prædictus, prædecessoresque nostri, temporibus Bonifacii, Clementis, Gregorii, & aliorum quondam summorum Pontificum. Per hujusmodi enim injustas exactiones piè fundatorum beneficiorum fraudabantur intentiones, & à sua salute & gloria defunctorum animæ morabantur captivæ. Quòd si eorum hostes & veritatis suppressores hanc persecutionem & inobedientiam esse prætenderent, cùm Deo magis quàm hominibus esset obediendum, hæc hominum vaniloquia (Papa Pelagio asserente) nos nequaquam retardare deberent. *Errant (inquit) hujusmodi erroris fabulatores. Non persequitur, qui malum jam factum punit, aut prohibet ne fiat, sed diligit.* Ex quibus conformiter, ad sui thematis verba, eadem filia nostra requirendo concludebat, quatenus subtractio fieret eidem Benedicto obedientiæ, aut saltem dictarum finantiarum & pecuniarum exactionis, quodque pecuniæ in manibus collectorum aut subcollectorum existentes: in nostra arestentur manu, & his, quibus eidem Benedicto aliquid occasione prædictorum debere imponebatur, ne solverent inhiberetur. Procuratoribus generali nostro, ac dicti nostri patrui sub excusatione protestantibus, se non affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere velle, & se, si notæ aut reprehensionis dignum aliquid dicerent, debitæ correctioni submittentes, ac ulterius proponentes, quòd ecclesiæ fuerant & erant per Principes temporales fundatæ ac dotatæ, quarum dos seu patrimonium alterius authoritate capi nequibat aut debebat. Licet enim Constantinus ecclesiæ Romanæ sedis præeminentiam, quam sibi dari Constantinopolitana, Alexandrinaque, & aliæ nonnullæ ecclesiæ contendebant, tribuisset, ratioque suaderet & vellet ut Prælati, qui fidem publicarent, divinis insisterent, ecclesiastica frequentarent officia, & sacramenta ministrarent, necessaria referrent sui status & vitæ, non tamen intelligebat quòd ipsi exactiones imponerent, nulla præsertim urgente necessitate. Nam Archiepiscopos (quo nomine Romanæ urbis Episcopum scriptura nuncupat) super suis suffraganeis, seu eorum subjectis, exactiones imponere jura vetabant. Quòd si ecclesia Romana cæterarum caput & principalis existens, ut sunt sæculi varietates, & vicissitudines temporum & mentium & animorum malitia, in, aut à suo (quod majus & auctius Regno nostro possidebat) patrimonio, sorte aliqua disturbabatur quo minus ipso libere uteretur, cæteras monere debebat ecclesias, excitare, adhortari, & requirere de subsidio charitativo, quod eidem ecclesiæ Romanæ annui posset ac deberet, cum tamen consilio, moderamine, & justa causa, absque præjudicio, culpa non præcedente, durante necessitate, ac de consensu ac benignitate Principum, patronorum, & aliorum Prælatorum, & non cum gravamine assiduo & indistincto cæterarum ecclesiarum: quas utique, & præsertim horum nostrorum Regni & Delphinatus supradictus Benedictus passim, & Pharisæorum more (qui decimas indifferenter de plantulis, herbis, baccis, & omnis generis fructibus extorquebant) cum gravi compulsione, subsidiis, & exactionibus insolitis, & contra libertates ecclesiæ, exagitabat & premebat: quibus, cùm secularis justitia ecclesiasticæ subsidio & juvamini semper fuisset (alterum enim alterius semper egebat auxilio) necessitas occursandum impellebat, suadebat æquitas, exigebat ratio, ac totius clamor populi incutiebat, interesseque præterea nostrum, huic ruinæ impendens, nos stimulabat, ne venerabilium hujus nostri Regni ecclesiarum, tanto charitatis ardore extructarum, & quarum fundatores & auctores dicebamur, tam misera, tam flebilis, & tam neglecta subreperet destructio: exemplisque instrueremur egregiis Theodosii, Honorii, Constantini, Caroli Magni, aliorumque antecessorum, qui corruptelis, contra Ecclesiam ipsam quandocunque attentatis, solerter obviaverant, ac succurrerant liberaliter. Subsidium autem, quod Ecclesiæ eidem conferre poteramus & debebamus, erat *u* eidem Benedicto in hujusmodi abusionibus non obedire, obedientiamque subtrahere. In quo nullatenus, juxta beati Thomæ de Aquino, & aliorum ecclesiæ doctorum authenticorum doctrinam, peccabamus. Ex quibus aliis pluribus astructis rationibus concludebant, ac requirebant, quatenus eadem curia nostra, juxta nostras mandatorias litteras, inhibendo dicti Benedicti officiariis, ne quas ratione præmissorum exigerent in dictis Regno ac Delphinatu nostris pecunias; ac exactas & penes eosdem officiarios existentes arestari, usque ad Prælatorum congregationem faciendam, provideret. Pro parte Benedicti, & suæ cameræ officiariorum, ab adverso extitit requirendo propositum, quòd cùm materia præagitata grandis & alta, jura sedis Romanæ (cujus erat ipse Benedictus caput) suamque cameram, & antiqua deveria sua, ac Cardinales concerneret & tangeret, iidemque Benedictus & Cardinales nullo in eadem nostra curia procuratore fulcirentur, quo causa præsens deduci, foveri posset, aut defensari, & Prælati nostri Regni ad proximum omnium sanctorum festum congregandi dicerentur, in cujus temporis interstitio nullum vertebatur periculum, eadem nostra curia supersedere vellet, prout tenebatur. Præfata filia nostra in contrarium proponente, ac dicente, quòd radix pro parte ipsius Benedicti propositorum invalida censeri debebat: eo quòd eadem filia nostra processum subire ordinarium non intendebat, sed sibi ab ipsa nostra curia provisionem fieri quam absque mora referre debebat. Nam quantuscumque esset Papa seu Prælatus, non erat suus, sed omnis ejus potestas sive dignitas & alius cujuslibet, magis Ecclesiæ, quàm personæ. *x* De jure igitur Benedicti, sive ecclesiæ Romanæ, faciendum erat quod ad pro-

Chalcedonensis 1. q. 1. c. si quis episcopus. 1. qu. 3. c. ex multis.

4. Reg. 12. 2. Paral. 24.

4. Reg. 12 a.

c. dicat aliquis. 23. q. 5.

Philip. 4. Carol. 5.

Act. 5. c. Pelag. 2. c. non vos. 23. q. 5.

Conclusio Academiæ.

Actio procuratoris Regii & Ducis Bituricensis.

Ecclesia Romana præeminentiam accepit à principe.

Ditior & potentior facta Regno Franciæ.

Papa Pharisæos imitatur.

C. res omnes. 23. q. 5.

Illustrium Principum exempla.

V

Conclusio procuratoris Regis & Ducis.

Exceptiones fugitivæ Papæ.

Replicario Academiæ.

X

Source : BIU Cujas

fectum pertinere videbatur ecclesiæ, & non in ipsius præjudicium, teste Apostolo, Ecclesiæ supposita sub his compellante verbis: *Templum Dei estis vos, &* 1. Cor. 3. c. *spiritus sanctus habitat in vobis, si quis illud violaverit, disperdet illum Dominus.* subdit: *Non glorietur quis in* Y *hominibus. Omnia enim vestra sunt, sive Cephas, y sive Paulus, sive Apollo.* Pecuniæ autem, sive finantiæ, quas idem Benedictus exigebat, non ad Ecclesiæ profectum, sed ad ipsius & animarum tendebant interitum: cujus interitus & præsentis horrendi schismatis erant medium & fomes. Quare à nobis & eadem nostra curia (quibus justitiam ministrare erat necesse hujusmodi mortiferæ pestilentiæ, non tam rejiciendæ quàm penitus & absque ulla mora tollendæ erant, cùm & unumquemque jure gentium gladium de manu interfectoris confestim eruere, & vim vi repellendo interficere liceret. Ex his, prout supra requirendo dictis nostro & patrui nostri Procuratoribus suam requestam fieri requirentibus: attento quòd per notorias exactiones sæpè dicta respublica ex defectu prædicationum, & subjectorum visitationum & correctionum, & aliàs ut supra multipliciter contra sacrorum canonum institutiones gravabatur, quodque querelas suas non processum inituri, sed remedio provisionis innitentes intentabant, nec erat qui contrarium opponeret, ad hoc & ut supra concludentibus, Officiariis ipsis Benedicti in contrarium contendentibus, & ut negotium absque præcipitatione protelaretur quantum pro absentibus supplicari fas erat, prout supra instantibus ne quicquam innovaretur requirendo concludentibus. Tandem auditis hinc inde ad plenum partibus antedictis, in omnibus quæ dicere ac proponere circa præmissa voluerunt, & in aresto appunctuatis. Congregatis igitur ejusdem nostræ curiæ nostri Parlamenti cameris, convocatisque & astantibus in notabili numero de gentibus nostri magni Consilii, ac visis supradictis litteris & schedula. Consideratis insuper & attentis diligenter & cum magna & longa deliberatione omnibus circa hæc attendendis & considerandis, & quæ eandem nostram curiam in hac parte poterant & debebant movere, per præfatæ curiæ nostræ arrestum, prædictis obtemperando litteris, per eandem filiam nostram à nobis impetratis, Dictum fuit, quòd dictus Benedictus & officiarii sui cessabunt, in nostris Regno & Delphinatu, ab exactionibus annatarum primarum, fructuum & emolumentorum Prælaturarum dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcumque vacantium, seu quæ vacaverunt, aut vacabunt, tam pro primis annatis, quàm etiam fructuum & emolumentorum, qui tempore subtractionis aliàs eidem Benedicto factæ & vacationis prælaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum obvenerunt, seu obveniunt, qualitercunque: necnon procurationum pro visitationibus debitarum, & arreragiorum quorumcunque ratione præmissorum, vel aliarum exactionum debitarum: ipsaque procurationes poterunt Prælati, Archidiaconi, & alii ordinarii, quando ipsos suos subjectos visitare contigerit, levare. Cessabunt etiam Cardinales, & camerarius collegii, à perceptione illius partis, quam in vacationibus Prælaturarum pro primis annatis, vel aliàs ante præsens arrestum percipiebant, & arreragiorum quorumcumque occasione præmissa debitorum. Et si aliquid ex his, quæ levata seu exacta fuerunt occasione prædictorum, apud collectores seu subcollectores aut alios quoscunque existit seu remanet, sub manu nostra arrestabitur, & id arrestavit, & arrestat ipsa curia nostra. Et per idem arrestum eadem curia nostra ordinavit, & ordinat, quòd excommunicationis sententia præmissorum occasione illigati relaxabuntur, Z z & hæc quousque aliàs per eamdem curiam nostram extiterit super præmissis ordinatum. In cujus rei testimonium præsentibus litteris nostrum jussimus

C. est injusta. c. nimium. 23. q. 4.

Rursus Papa subterfugia quærit.

Id est ad audiendum jus.

Arresti pronuntiatio. Contra Papam & cameram Papæ.

Contra Cardinales & collegium eorum.

Exacta tam nomine Papæ quam Cardinalium, impediuntur.

Censurarum relaxatio.

apponi sigillum. Datum Parisius, in Parlamento nostro, die 11. Septembris, anno domini millesimo quadringentesimo sexto, & Regni nostri 26. Per arrestum curiæ. Baye.

A, *Carolus.* Scilicet 6. filius Caroli 5. cui Carolo 5. ob prudentiam, modestiam, & Philosophiæ, sacræque scripturæ studium (cujus libros in Gallicum ubique transferri jussit) Sapientis nomen inditum est, ut tetigi ad stil. Parl. par. 4. pag. 235. hic etiam Carolus quintus adversus ambitiones Paparum, erroneasque imò hæreticas opiniones fautorum Papæ, componi fecit, ab eruditis, libellum seu dialogum cui titulum omnium Viridarii. Carol. quintus cur Sapiens vocatus.

B, *Querulosa.* Vide quàm justa querela & recursus ecclesiæ Gallicanæ & Academiæ Parisiensis adversus exactiones & usurpationes Papæ ad Regiam majestatem, juxta c. principes. c. administratores. 33. q. 5.

1. C. 13. Scilicet Petrus Luna: qui Avenioni suffectus est, post obitum Clementis septimi: qui anno 1378. mense Maio Fundis electus fuit ab omnibus Cardinalibus, illic relicto Urbano sexto congregatis, & practicantibus. c. si quis pecunia. 79. distinct. Romæ enim, Aprili præcedenti ad festa Paschæ, per vim & impressionem populi Romani, Romanum vel Italicum Papam cum armis & minis, magnisque clamoribus expostulanti, & per Cardinalium simulationem, electus fuerat ille Urban. 6. qui juraverat hoc agnoscere, seque abdicare seditione sedata. quod postea facere noluit, ut patet etiam per Italicorum scripta, ut apud Bal. in cons. schismatis. post tit. si quis aliquem testa. prohib. & Egidium Bellemeram. c. licet. de electio. in c. sacris. ad fi. de his quæ vi met. ve causa. Et sic Clemens 7. prius Robertus de Gebenna vocatus, erat verus Papa, quicquid Italici, suis affectibus faventes, dicant. Petrus Luna. Cle. 7. verus Papa. Urban. 6. pseudo Pontifex.

2. Cumque Clem. 7. cum omnibus antiquis Cardinalibus, juxta d. c. si quis. in fi. humano armorum auxilio Romam invadere, & Urbanum pseudopontificem extrudere, multo sanguine fuso, moleque Adriani capta, conati fuissent, tandem Avenioni consederunt, Italia relicta Urbano suisque novis Cardinalibus, quos viginti sex una die creavit. Invicem autem atroces processus, diras censuras, prædas, cædesque continuè exercentes, ut apud Plati. & latius Theodoricus à Niem. de schisma. lib. 1. Quare minus mirum est, si Petrus Luna, qui dictis electionibus interfuerat, tam præfractè & obstinatè Constantiensi concilio, Imperatori Sigismundo, & aliis Principibus restiterit, etiam post electum Martinum 5. morienq; Panischolę alium, loco sui, in Papam eligi fecerit. rerum enim gestarum, quibus ab initio interfuerat, veritatem sciebat, & in Chronica sancti Dionysii in Francia, descripta appareret bulla Cardinalium, cum eorum subscriptionibus, continens thema dictæ violentæ & fictæ electionis. Bellum Paparum.

D, *Juris.* 1. Sacrorum scilicet canonum, quos antiqui Papæ (qui, ut non minoris potestatis, ita majoris sunt authoritatis) se servaturos omnino, nec contravenire posse profitebantur, c. contra statuta 25. q. 1. Quinetiam & Gregorius Magnus testatus est, nec à quoquam Pontificum in totum vel in partem qualibet occasione mutari posse. quantominus igitur ambitionis & cupidinis (ut aiunt) occasione? tex. in c. institutionis. 25. q. 2. qui est derogatorius omnium abusuum & novitatum subsecutarum. ad hoc c. de ecclesiasticis. c. cùm piè. c. quod vero. & per to. 25. q. 2. Quid quòd Pelagius primus, Papa, etiam tempore Justiniani Magni, Childeberto Francorum Regi, Clododovæi, seu Ludovici primi primogenito, non solùm confessionem fidei suæ, ore proprio exposuit, juxta illud 1. Pet. 1. & 3. c. sed etiam. propriæ manus subscriptione, professus est se Leonis I. Papæ thronum per omnia conservaturum (tex. in c. satagendum. 25. q. 1.) hoc est, nullas Gregor. Magnus. Pelag. I. Childebertus Francorum Rex.

Source : BIU Cujas

Leo II.

novitates facturum, nec disciplinam ecclesiasticam in aliquo violaturum? quod etiam præfatus Leo, apud Marcianum Augustum, professus fuerat, ad proprium reatum imputans, si contra faceret fierive permitteret, ut est text. in c. privilegia. 1. & 2. 25. q. 2. Ex quibus etiam liquidum est Papam non fuisse præsidem nec definitorem, sed ratiocinarium fidei, nec dominum Ecclesiæ, sed ministrum & servum, & ut scripsit Clem. 1. ad Jacobum fratrem Domini, si mundialibus curis occuparetur, nec Ecclesiæ, verbum Dei docendo, prodesset, deponendum.

E, *Nos.* Juxta c. principes seculi. c. dicat aliquis. c. administratores. 23. q. 5. c. quando. 23. q. 5. & supra in præfat. edicti. num. 9. cum seq.

F, *Fundatorum.* Ne dedicata per eos in alium usum, præsertim alendi luxus aulicorum Papæ, deputentur, l. 1. l. legatam. de administratio. rerum ad civita. pertinen. cle. 2. de religio. domi.

G, *Curiæ.* Quæ est curia Franciæ, ut inquit Jo. Fabri. in l. 1 C. de summa trinita. & cor reip. Franciæ, ut scripsi in præfa. extrica. labyrin. de eo quod interest.

H, *Inordinatè.* 1. Et sic à Benedic. 13. qui (licet suorum Cardinalium & curialium importunitate, ut scribit Theodoricus à Niem. lib. 2. c. 33. multas valdè anormes & exorbitantes beneficiales & alias gratias, necnon exemptiones & uniones beneficiorum, ac dispensationes incompatibilium, & peccatorum remissiones, pecuniæ emungendæ gratia, faciebat, sequendo in hoc, Bonifacium nonum, impium corrivalem suum. Quare meritò, juxta præfatam epistolam Cle. 1. quæ habetur in primo tomo conciliorum, deponendus erat, eique obedientia subtrahenda, etiamsi non esset tam flagitiosus, ut ille.

Bonifac dotes.

2. Bonifacius 9. qui adeo Simonem Magum imitatus est, ut morientibus Cardinalibus, qui simoniam oderant, summopere lætaretur, velut liberas habenas habere incipiens ad simoniam publicè exercendam, sub quo justitia venalis: nec fœnus peccatum arbitrabatur, nec falsitas quidem: quia plus offerenti indiscriminatim vendebat prioritates datarum. Et hæc mercimonia palam in sua curia multis annis, nullam infamiam veritus exercuit: & adhuc priores mercatores eludebat, inventa clausula anteferri, pro 25. florenis: & hoc rursus per prærogativam antelationis pro 50. ducatis, fixis etiam multis regulis cancellariæ, quas pretio refigeret, ut latè scribit Theodoricus, qui illis præsens adfuit, lib. 2. c. 6. cum multis seqq.

Misera Italia carens Rege.

3. Et sic multo magis attrita fuit & afflicta Italia, non habens ad quem recurreret (quia carens Rege) & sic, olim provinciarum domina, omnium miserrima, ut inquit Bal. in l. ex omnibus. de offic. præs. &, ut inquit idem Bald. de allod. col. 3. in usib. feudo. carentes Rege dicere possunt. *Defecit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* quod intellige, ut rectè firmata polytæa.

I, *Major.* Cœlum & elementa continens.

K, *Minor*, Scilicet corpus humanum. Hugo de S. Victore. in lib. de medic. animæ.

L, *Polytæam.* 1. Quatum trium subordinata conjunctione temperatum debet esse Regnum bene fundatum & duraturum: qualis, secundum Jo. Gerson. tract. de potesta. ecclesiastica. considera 8. ad finem. sub Mose mixta fuit ex triplici politia, nempe regali in Mose, aristocratica in septuaginta duobus senioribus & timocratica, dum de populo & singulis tribubus sub Mose rectores sumebantur. Vult dicere Gerson quòd non erat monarchia, qualis postea sub Regibus fuit, & veterem illam polytæam huic præfert, & meritò: Quamvis enim, singulas polytæarum species per se considerando, aristocratia præstet democratiæ, & regia aristocratiæ, (præsertim si Regia non electione, sed successione sanguinis deferatur, & quantò successio illa perennior & diuturnior est, & minus interrupta) tamen polytæa, temperata ex tribus, utilior, præstantior, & durabilior est singulis.

An regia præstet aristocratiæ.

2. Dico tamen quòd pressius loquendo, polytæa illa Israëlitica non erat mixta, sed Regia, quia summa rerum erat penes Mosem, imò penes Deum optimum maximum, cujus Moses organum erat, juxta illud Psal. *In exitu Israel*, &c. *fuisti (ô Deus) Judæ sacrosanctus ejus, & Israeli Imperator ejus*, licet partem administrationis dimisisset Deus dictis senioribus & tribunis populi. judicatur enim & denominatur ab eo quod prævalet. l. quæritur. de statu hominum. Arist. in lib. politicῶν: ubi quamvis lib. 3. c. 12. videatur regiam aristocraticæ postponere, non loquitur cæteris paribus, sed de mere regia, respectu aristocraticæ certis legibus temperatæ: quam mirum non est si præferat absolutæ monarchiæ, quæ facilè in tyrannidem degenerat: mera verò aristocratia facilius in oligarchiam labitur.

Sententia Aristotelis explanata.

3. Sed apud Romanos, post exactos Reges, & ante Remp. relapsam ad Imperatores, polytæa erat democratica. quamvis enim regia emineret in Consulibus, aristocratica in Senatoribus, democratica in Tribunis plebis & populo, tamen summa erat penes populum. Et sic democratica erat non mera, sed ex aristocratica & regia temperata: quemadmodum in occidentis Imperio & Franciæ Regno, regia est, sive monarchica, sed sub aristocratiæ & democratiæ statuum, Regni vel Imperii quadam temperatura, ut Ludo. Pius, Francorum Rex & Romanorum Imperator, pulchrè coram omnibus statibus Regni & Imperii professus est, & testatum reliquit in sua constitutione, quam excudi feci ad stil. Parla. Paris. par. 3. tit. 50. & habetur apud Ansegisum inter constitu. Ludo. Pii & Clotharii lib. 2. c. 3. & c. 12. Sed timendum est ne salutaris ille nexus rumpatur: filum certè tenet Deus in manu sua, qui non solùm orandus, sed etiam illi maximè obtemperandum est; ait enim 1. Reg. 11. *Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Contemptus autem est, verbum Dei (quod à Regibus sciri & promoveri præcipitur Deuteron. c. 17.) negligere, vel opinionibus humanis posthabere, ut patuit in Saul. 1. Reg. 15.

M, *Defunctorum.* Scilicet Prælatorum hæreditates seu peculia, sibi applicando, fraudatis hæredibus secularium, contra consuetudinem Regni, de qua dixi in consuetu. Paris. §. 151. & successoribus & conventibus in regularibus. Contra hunc abusum idem Carolus 6. jam providerat per aliud edictum anni 1385. quòd posui ad stil. Parla. par. 3. tit. 37. §. 1. Tamen hoc inventum Abbates Cluniacenses, & alii imitati sunt, & retinent, sibi ipsis applicantes peculia, quæ vocant spolia monachorum decedentium.

N, *Vacantias.* 1. Quas annatas vocant, seu vacantiarum reditus: quarum, & reservationum, ac taxarum inventor fuit Jo. 22. ut scribit Ludo. Gomes. in proœmio reg. cancella. q. 1. ut etiam tangit Plati. in Bonifac. 9. qui eas impudenter (ut supra glo. 19. dixi) exercuit. Et, ut refert Jo. And. c. inter cætera. in fi. de off. ordi. consultum fuit & tractatum in concilio Viennensi de imponenda vicesima redituum omnium beneficiorum pro victu Papæ & Cardinalium, ut ab annatis & aliis exactionibus abstinerent: sed omissum, quia (ut inquit) tam insatiabilis est avaritia Pontificum: ut hoc & illud exigerent. Adde glo. prag. tit. de annatis. verbo annatarum. Et in concilio Constantiensi ecclesia Gallicana justissimam & gravissimam fecit querelam de annatis, minutisque servitiis, & aliis exactionibus abolendis.

2. Sed Cardinales (inter quos Petrus de Aliaco, Cardinalis Cameracensis, Philosophus & Theologus, & Franciscus de Zabarellis, Cardinalis Florentinus, merus Canonista) frustrando impedierunt concilium super hoc decernere: & cùm ecclesia Gallicana instaret, converterunt se ad plures moratorias appellationes, & unam imposuerunt nominibus suis,

Source : BIU Cujas

alteram per Joan. de Scribanis, Procuratorem fiscalem nomine cameræ Apostolicæ, & tertiam per magistrum Joannem Ponceti, eorum Promotorem, & adhuc dolosè detrectantes generale concilium, appellabant ad sedem Apostolicam & summum Pontificem futurum, qui tamen erat pars formata, seu appellans, per dictum Jo. de Scribanis, & his cavillationibus, cum sua potentia freti, nec non minis & terroribus in quosdam, impedierunt decerni per concilium (ut patet in libello Apostolorum nationis Gallicanæ) ita ut necesse fuerit ad hoc sanctum edictum velut ad sacram anchoram recurrere, quo circiter novem annis ante concilium Constantiense omnes illas exactiones abusivæ declaratæ fuerant, & prorsus interdictæ, & hoc judicium Regis Francorum imitatum est postea sacrum concilium Basilienſe: quod sessione 21. anno 1436. idem statuit.

EPITOME GLO. XIV. PRÆTERITORUM.

1. *Barbaricæ exactiones curiæ Romanæ.*
2. *Ingens taxa ecclesiarum Franciæ.*
3. *Germanorum inanes ad Papas querelæ.*
4. *Fridericus III. Germanorum preces & iustas postulationes spernit.*
5. *Rationes Germanorum pro pragmatica.*
6. *Contradictiones impiæ Ænææ Silvii.*
7. *Fridericus III. bis Germanos sprevit, & Papæ subjecit.*
8. *Summa pietas est, mutua inter populum & Principes charitas.*
9. *Vafrum & versatile ingenium Papæ Pii II.*

Barbaræ exactiones curiæ Romanæ.

O, *Præteritorum.* 1. Faciebant enim officiales Papæ quemlibet successorem obligari ad reliqua omnium annatarum & servitiorum prædecessorum, formas execrabiles & plus quàm barbaras legere potes, si vacat, in dicto libello Apostolorum. Vides itaque quàm necessarium fuerit hoc sanctum edictum: citra quod ecclesia Gallicana omnium erat deterioris conditionis. quoniam (etiam ante hoc edictum) camera, seu fiscus Papæ, vel Cardinales, nihil in Anglia percipiebant, nisi de Episcopatibus: qui sunt Pauci. Adhuc Rex Angliæ vetuerat omnes ejusmodi exactiones, nec amplius tolerabat in Regno suo. Et pariter in Regnis Hispaniarum statutum fuerat quòd camera, seu fiscus Papæ, nihil omnino perciperet.

Ingens taxa eccle. Franc.

2. Taxa vero vacantiarum descripta in libris cameræ Papæ, etiam de ecclesiis cathedralibus & Abbatiis Galliarum taxatis, tantum ascendebat ad sexcenta nonaginta septem millia septingenta quinquaginta Francorum, non computatis Prælaturis, non taxatis & aliis beneficiis: quorum exactiones fere tantundem ascendebant. Prior autem illa summa in sex annis integraliter solvebatur, & sic singulis annis ascendebat ultra ducenta millia: & sic valde necessarium fuit istud edictum: prout simile valde necessarium erat in natione Germanica.

German. inanes ad Pap. querelæ.

3. Quæ licet minus penderet, eo quòd minus opulenta, tamen mirum in modum gravabatur: ut identidem cogeretur supplices & querulos libellos offerre Pontificibus Romanis: qui eos verbis eludebant, exprobrantes etiam quod sua spiritualia multo pretiosiora eis seminabant, quodque centuplum etiam per eas, quas vocant indulgentias, recipiebant, ut patet in epistolis Ænææ Silvii: qui postea Papa Pius II. factus est. Supervento autem concilio Basilienſi, in d. sessione 21. cùm illud concilium nec in Germania quidem, propter potentiam Papæ suorumque emissariorum, servaretur, sed duntaxat in Gallia, mediante Regia pragmatica, similis & Imperialis sanctio necessaria erat Germanis. Primum enim, ut scribit Plati. Cremonensis, in Nicolao V. Germanorum alii concilium Basilienſe servabant, alii neutrales erant, nec Felici, nec Eugenio obtemperabant: sed Eugenius IV. missis oratoribus (in queis Ænæas Sylvius) usque adeò eos delinivit, ut & concilium Basilienſe & neutralitatem eis tolleret, adjuvante Friderico Austrasio, in Imperatorem electo, hujus Imperatoris Caroli V. proavo, nondum quidem coronato, sed coronam sitiente: qui etiam Fœlicem Sabaudum compulit se Pontificatu abdicare, & cedere Nicolao: à quo paulò pòst coronatus fuit Romæ, cum Leonora nova nupta uxore, Lusitaniæ Regis filia 18. Martii, anno 1452. incipiendo à Nativitate Domini. quamvis Maria. Soci. in c. cùm contingat. col. 2. de foro competen. scribat fuisse anno 1451. quod est verum, computando more Gallico à Paschate, prout & Annales Franciæ. Anno verò millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, audita morte Nicolai V. qui Fridericum tertium coronaverat, Germani, miseram sortem suam deflentes, persuadere nixi sunt Imperatori, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret: nisi saltem quædam, ad pragmaticam tendentia, prius ab eis impetrasset. Ostendebant enim suam longe (sed immeritò) deteriorem esse conditionem Gallis, vel Italis: quorum servi (Italorum in primis) nisi res immutarentur, meritò dicebantur.

Fridericus 3.

Germani à Friderico Austrasio spernuntur, & Papæ subjiciuntur.

Rationes German. pro Pragmat.

5. Rogabant, urgebant proceres, populique Germaniæ, gravissimis tum rationibus, tum exemplis, tum utilitatem, tum necessitatem Imperii, Imperatorisque fidem implorabant, obtestabantur (qua ipsis, vel sacramento, obstrictus erat) necnon dedecus & verecundiam: quòd decretorum, in sua natione digestorum, soli fructu carerent. Quòd Gallica natio adversus exactiones Pontificum non frustra recursum habuit ad Regem suum: à quo protecta est, quique non diu ex dictis decretis pragmaticam sanctionem, pro libertate suæ nationis, fœliciter confecerat, & utiliter servari faciebat. Quod Imperator nec minus potest in suo Imperio, nec minus debet populo & statibus Imperii, quàm alius Rex in Regno suo. Quidnam ad summum futurum, si exteri ad Regem suum recurrentes præsidium inveniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur? Germani verò & status Imperii, ad suum Imperatorem recurrentes, ab eo deserantur, seu potius prodantur, decretisque in sua natione factis, priventur?

Æneas Sylvius.

6. His rationibus victus & permotus Imperator, non minorem suis quàm Rex Franciæ Gallis pragmaticam facturus erat, nisi gravissima (verba sunt Platin. in Pio II. Ænææ (scilicet Sylvii) authoritas intercessisset. cujus hæc fuit apud Cæsarem sententia (hîc audi impiam impii, & perfidi oratoris vocem) inter Principes, ait, etiam de magnis rebus inter se dissidentes, pacem aliquando & amicitiam componi posse: at inter Principem & populum immortale odium semper interveniſſe, quare dicebat (hoc est, concludebat impius ille Ænæas, Calisti paulò pòst futurus successor) satius sibi videri cum Pontifice sentire, quàm eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate, ducuntur. Viden' qua arte, quo machinamento, quo impietatis ariete, venenata illa lingua Imperatorem venenis suis subitò infecit

Venenata lingua.

Source : BIU Cujas

infecit & dementavit? & uno verbo, tam exploratam veritatem, tam evidentem juſtitiam, tam excuſſam & utilitatem & neceſſitatem decretorum conciliarium, quibus idem Æneas interfuerat, eaque diu etiam apud eundem Imperatorem probaverat & exequi fecerat, tot, tantaſque rationes Principum & populorum Germaniæ, omniaque jam perſuaſa, jam evicta & admiſſa, tantum nondum confecta, evertit & profligavit: effecitque ut ea unica falſa, ſeditioſa, & venenata ratione imbutus, imò dementatus Imperator, ſpreta tot populorum ſuorum tam æqua, juſta, & neceſſaria poſtulatione, eundem Ænæam oratorem deligeret.

7. Quem dignum patella cooperculum, ad Caliſtum novum Papam mitteret, ſuo nomine juramentum in ejus verba præſtare, & abſolutam totius Germaniæ obedientiam, ut pote meram quam vocant obedientiæ patriam, conciliaribus patriiſque decretis calcatis effectam: prout prius idem orator eodem Friderico mittente, & ejus nomine, Eugenio IV. publice renuntiaverat, ſe ſcilicet Fridericum ac Germanos omnes in humanis divinisque ei deinceps obtemperaturos. Itaque Fridericus Auſtraſius bis Germanos ſprevit & eluſit, nativiſque & conciliaribus decretis ſpoliatos, ſervituti Papæ ſubjecit, quæ partim cauſa fuit quòd ſeptem annis priuſquam moreretur, curavit filium Maximilianum non ſolùm eligi & coronari Regem Romanorum: ſed etiam in Imperii adminiſtrationem aſſociavit, ne poſt obitum ſuum (ut factum fuiſſet) transferretur Imperium in aliam familiam, ſuſpectos habens Germanos: quos bis contra conciliaria decreta (primùm antequam coronaretur, tempore Eugenii IV. & iterum poſt coronationem ſuam & obitum Nicolai V.) poſtulatis eorum ſpretis, ſervituti Papalium exactionum ſubjecerat; à quibus deinde anno 1463. obſeſſus fuerat.

Frider. 3. bis Germanos Papæ ſubjecit.

8. Porro ſumma pietas in rebus humanis eſt patriæ, hoc eſt populi, ad verum & legitimum ſuum Principem amor (penes quem patria & Reſpub. conſtat) & ejuſdem Principis ad populum ſuum. Summa ergo impietas erat, & omni veneno peſtilentior, oratio Ænææ Silvii: qui vinculum hoc charitatis & pietatis, quo Reſp. conſtat, uno verbo (quo potentiam Papæ, cui jam totus deditus erat, & ad quem tendebat, augeret) abrupit, & Fridericum in odium ſeu contemptum populi ſui, ſtatuumque Imperii, & ſic in tyrannidem, induxit. Hoc exemplo, ſummopere, velut à præſentaneo veneno, cavêre debent Princip. à conſilio eorum, qui jam contraria factione tenentur, ſuæque ambitioni timent.

Summa pietas.

9. Fuit quidem Ænæas ille egregie à natura dotatus, & variis ſtudiis eruditus, ut ejus ſcripta docent: ſed de ſapientibus hujus ſeculi, ad ſummos ejuſdem ſeculi honores ſenſim omnibuſque nervis tendens: quo etiam tandem pervenit, & ad hunc ſibi præſtitutum ſcopum verſatilis, pulchre foro uti, ſcenæque inſervire ſciens. Primum enim ſcriba fuit, & duodecimvir in celeberrima ſynodo Baſilienſi, & quandiu ea invaluit, eam egregie propugnavit epiſtolis & orationibus, Eugenium. IV. tanquam meritò ſuſpenſum dejectum, & pſeudopontificem inſectatus: & Legatus à Fœlice novo Pontifice miſſus ad dictum Fridericum, illum & Germanos in obedientiam Fœlicis, Eugenio abjecto, confirmavit. Sed mox, ut concilii & Fœlicis res nutare cœperunt, invaleſcente Eugenio, ſententiam & mores cum tempore mutans, etiam ſpretis amicorum precibus qui illi metuebant, Eugenium adiit, prætextu legationis, quam ſuper abolendo ſchiſmate à Friderico ſuſceperat, & non ut homo conſtans ſua innocentia fretus (ut ait Platina, favens ei; cujus quàm honorifice poteſt, vitam deſcribit) ſed ut tempori ſerviens, verſatili ſua arte oratoria (ad virum modicæ litteraturæ, ut etiam teſtatur Plati.) fretus, eidem ſeſe conciliavit, ſuaque dexteritate & induſtria curavit, & conciliaria decreta & neutralitatem aboleri in Germania, eamque in humanis & divinis Papæ ſubjici. Hinc unam, deinde alteram epiſcopam nactus, Fridericum à populi ſui charitate & defenſione veneno infuſo avertit. Vafrum ingenium.

10. His artibus mox Cardinalis & ſummus Pontifex effectus, quàm humaniſſime & humillime ſcripſit ad Academiam Pariſienſem, nonnihil ſubmurmurantem, quòd Poëta & orator varius & inconſtans ad Pontificatum perveniſſet. Sed mox, authoritate ſua firmata, pragmaticam Gallorum ſanctionem, è decretis, quæ olim libris editis propugnaverat, ſumptam, cane peius & angue, odiit, & perſecutus eſt: qui graphice miſerias Cardinalium olim deſcripſerat, ut videretur aulam penitus execrari, utque peſtem fugere, cum tamen nemo major & callidior aulicus fuerit. Hæc tamen Ænææ vitia virtutes ſunt, ſi conferas ad monſtra ſucceſſorum, quos habuit, Alexandri, Julii, &c.

EPITOME GLO. XV. SUBTRACTIONIS.

1. *Præceptum eſt ſe ſubtrahere à Pontifice, inordinate ambulante.*
2. *Papa Pius I. deceptus ab Hermete. Frivola, ſed pernicioſa q. de die Paſchæ.*
3. *Victor I. orientales excommunicare volens, ab Hirenæo prohibitus.*
4. *Eccleſia Græca, prior Romana, tamen eam æqualem habuit uſque ad Io. Conſtantinopolitanum; qui primus Primatum metari ſibique vendicare voluit. 6. Quod ut Antichr. proprium, Greg. Mag. damnavit.*
5. *Epiſcopi Conſtantinopolitani primum univerſales Patriarchæ vocati ſunt, ſed verbaliter tantum, in honorem ſedis Imperialis, ibi reſidentis.*
6. *Continuatio hiſtoriæ uſurpationis Primatus Eccleſiæ, ut ſuprà n. 4.*
7. *Io. Conſtantinopolitano. Pelag. 2. juſte reſtitit, & appellationem univerſalis damnavit.*
8. *Sic Greg. I. etiam Imperatori reſtitit, ſpreta obſidione Longobardorum, & oblatam univerſalis appellationem execratus eſt.*
9. *Epiſc. Ravennas cur Primatum uſurpare voluit.*
10. *Unde poſt 400. an. à Paſchali 2. deplumatus fuit. Sub Paſchali 2. Epiſc. Florentinus prædicavit Antichriſtum natum eſſe.*
11. *Florentia olim Fluentia vocabatur.*
12. *Cauſa Primatus diſceptatur coram Phoca, qui adjudicavit Romano Epiſc.*

Source : BIU Cujas

13. *Quia Roma non desierat esse caput Imperii.* 21.
Concilium Nicenum non admisit universalem Primatum. 26.
14. *Reliqua vero concilia vetant unum certum in terris dici Principem vel summum Sacerdotem, aut quid ejusmodi.* 20.
15. *Una Ecclesia, una fides, unum caput, unus summus Episc. Christus.*
16. *Quando Episc. Rom. appellationes usurpare volens, repulsus est.*
17. *Omnes Episc. fratres & Papæ pariter vocabantur.*
18. *Sensus & mos primitivæ Ecclesiæ.*
19. *Metropolitani post Constantinum Magnum instituere cœperunt, & Principis arbitrio designabantur.*
20. *Constantinop. Ecclesia æqualis erat Romanæ.*
21. *Cur deinde Roma prima, Constantinopolitana vero secunda, sedes facta est?*
22. *Justinianus Magnus in natali solo Justinianæam primam Archiepiscopalem erexit: cui eadem privilegia, quæ Romæ dedit.*
23. *Alciatus male de Procopio.*
24. *Nomen* summus orbis Pontifex *veteri Ecclesiæ incognitum.*
25. *Sed nomen* summus Sacerdos, vel Pontifex, *erat commune omnibus Episcopis.*
26. *Cur nomen summi Pont. commune Episc. omnibus tolerabatur.*
27. *Ecclesia Græca nunquam subjecta fuit Rom. nisi quamdiu Galli potiti sunt Imperio Constantin.*
28. *Cur Clem. excommunicavit Andronicum Palæologum.*
29. *Ortus & progressus Papatus.*
30. *Quando Papæ egerunt de transferendo Imperio.*
31. *Imperatores jus instituendi Papam & Episc. non habebant à Papa.*
32. *Franciæ Reges etiam ante Carolum Magnum Episcopatus & Abbatias conferebant.*
33. *Jus quoque Regaliorum habent à sua corona.*
34. *Reges fundati sunt in temporalibus in regno suo, & in patronatu Ecclesiarum.*
Jus præsentandi non est de gratia.
35. *Reges, & domini locorum, pleno jure conferunt præbendas.*
36. *Jura Regaliorum non potuerunt tolli per Decretales.*
37. *Canonistæ, miscentes temporalia spiritualibus, reprehenduntur à Theologis.*
Res proprie spirituales.
38. *Decimæ non sunt res spirituales.*
39. *Nec jus patronatus.*
40. *Ministerium vere ecclesiasticum separatum est ab administratione civili.*
41. *Imperatores Græci, deinde Franci & Germani, instituebant Papam.* 42. 43. 44. 45. 46. *Henricus.* 5. *cedere coactus d. juri.*
42. *Etiam Exarchi Ravennates Papas ordinabant.*
43. *Paschalis. I. à Ludovico Pio Imp. confirmatus.*
44. *Lotharius primus magistratus Romæ constituit.*
45. *Lotharingia unde dicta.*
46. *De jure confirmandi Pap. electiones ab Imp. adversus Plat. & Gratian.*
47. *Jo. Carion mire gravat Gallos.*
Carolus Crassus Imperio à suis depositus.
48. *Quot mala secuta sunt, ablato Francis Regibus Imperio, & Imperatoribus potestate eligendi Papam: cujus rei Adrianus. III. primus author fuit.*
49. *Mox multi infames & decussorii Papæ.*
50. *Donec Othoni. I. jus eligendi Papam fuerit restitutum.*
51. *Quod utile & necessarium ostendunt tria monstra Paparum, & venditio juris Papalis; quæ, mortuo Henri. II. sine liberis, contigerunt.*
53. *Henric. III. tres Papas deposuit, & tres successive elegit, & instituit.* 53.
53. *Damasus. I. armis certavit.*
54. *Tres causæ ambitionis Paparum.*
55. *Factio Ildebrandi incipit.*
56. *Mortuo Henr. III. rursus ambitiosi & violenti Papatum invaserunt.*
Contra quos Nicol. II. fecit c. si quis pecunia. 79. *distinct.*
57. *Primusque occasionem dedit electionem Papæ sensim redigendi ad solos Cardinales.*
58. *Origo Cardinalium.*
59. *Incrementum sedis Papalis.*
Imperium non pendet à Papa.
Lex Ludo. Bavari. IV. Imperatoris.
60. *Cæsare impubere, post mortem Nicol. II. armis decertatum pro Papatu.*
61. *Greg. VII. sceleratissimus Imperium seditionibus oppressit, & jura Imperii, temporalemque jurisdictionem usurpavit.*
62. *Idque tanquam à Deo solus utrumque gladium haberet.*
Henr. IV. obedientiam ejus & censuras rejecit.
63. *Henri. IV.* 62. *pugnavit, contra Papisticos.*
64. *Rudolfus, Sueviæ Dux, à Papa contra Imperatorem concitatus.*
65. *Horrenda de Greg. VII. contra quem concilium Vormaciæ.*
66. *Concilium Noricum contra eundem Greg. VII.*
67. *Greg.* 7. *abdicatur, & in exilio moritur.*
68. *Horrendiora scelera Greg. VII.*
69. *Cujus successores duos filios Henri. IV. successive in patrem insurgere fecerunt.*
70. *Hinc cornua Ecclesiæ Romanæ exaltata.*
71. *Rursum schisma inter Imperium & Papatum.*
72. *Pœnitentia & confessio Papæ.*
73. *Incrudescit schisma inter Imp. & Pap.*
74. *Henri. factionibus & pertinacia Paparum cogitur jus investiturarum abrogare.*
75. *Quando Ecclesiæ Insubres, Hispanicæ, Anglicæ, cæperunt Papæ, etiam in appellationibus, subjici.* 76.
77. *Senatores à populo Romæ constituti, etiam in Cardinales & Papam jurisdictionem habebant.*
78. *Papa subest jurisdictioni temporali domini loci.*

Source : BIU Cujas

79 *Eugen. 3. volens ſupprimere magiſtratus po. Ro. tanquam perduellis ejectus eſt.*

80. *Populus Ro. nolebat Papæ, ſed Imperatori ſubjici.*
Tyburtini, detractantes dominium Papæ, ſeditionibus atteruntur.

81. *Qua arte Adria. 4. Gulielmum Siciliæ Regem domuit.*

82. *Atrox conjuratio in Imperatorem, quem Papa, pretio conductus, excommunicat.*
Papa à muſca occiſus.

83. *Alex. 3. judicium ſubterfugit: & tandem collum Frederici 1. premit.*

84. *Alex. 3. à po. Ro. non recipitur, etiam temporali juriſdictioni renuncians, & ſpiritualia duntaxat gerere promittens.*

85. *Quàm inique Inno. 3. Philippum Federici 1. filium perſequitur.*

86. *C. bonæ memoriæ. de electio. per odium & vindictam.*

87. *Sub Inno. 3. quæſtus Romanæ curiæ auctus ex litibus beneficiorum.*

88. *Inno. 3. privatum ſuorum commodum Eccleſiæ ſuæ præferebat.*

89. *Inno. 3. adhæret inimicis Regis Franciæ.*
Jo. Regni Angliæ occupator, Arturium occidit.

90. *Unde Areſto Curiæ damnatus eſt, & feudis privatus.*

91. *Inno. 3. executionem impedire voluit. Rex Franciæ concilium appellavit, & judicatum executum eſt, & ducatum Normanniæ jam 318. annis alienatum recuperavit.*

92. *Inno. 3. Prælatos Regni Franciæ in Regem ſollicitat, emiſſo c. novit. de judic.*

93. *Fumorum deſcriptio & explicatio d. c. novit.*

94. *Feudum in Regno Franciæ non tribuit juriſdictionem.*
Declaratur c. Valentinianus. 63. diſtinct.

95. *Sub veteribus Pontificibus verbo Dei vacantibus, non timebant Principes ab eis juriſdictionem uſurpari, ut à novis.*

96. *Philippus Valeſius cœpit juriſdictionem ſuam ab Eccleſiaſticis repetere.*

97. *Peccatum & juramentum non mutant formam.*

98. Παιδαγία *populi Franciæ.*
Ingens victoria Philippi Auguſti.

99. *Jo. judiciis & armis victus, Inno. 3. Regnum Angliæ & Hyberniam in feudum ſubjicit, & tributariam facit.*

100. *Jo. ab Anglis Regno ejectus. poſt, prohibente Papa, Lud. 8. in Regem, ab eis vocatus, eò ivit ſed Papa, ad tributa ſervanda, Henri. 3. Joan. filium coronari fecit.*

101. *Luci. 3. Conſules po. Ro. ſupprimere volens, ejicitur, ſuiſque; oculi effodiuntur.*

102. *Tempore Gregor. 9. Romani veterem politiam redintegrare, & leges condere niſi ſunt. Greg. 9. Fridericum 2. malè excommunicavit.*

103. *Quàm horrenda Greg. 9. in Fridericum 2. perpetravit.*

104. *Bis pecunias turpiter exegit à Friderico 2.*

105. *Tamen Fridericum adiit, ut cum eo, junctis copiis, Romanos opprimeret.*
Et pretio conduxit milites Friderici, ut Romanis reſiſteret.
Papa & Imperator mutuis criminationibus ſeſe impetunt.

106. *Cle. 4. Carolum fratrem Lud. 9. utriuſque Siciliæ Regem fecit, ut Manfredum nothum, male parentem expellet, & cenſum Papæ augeret.*

107. *Conradini Sueviæ Ducis Siciliæ Regis cædes.*

108. *Carolus Sicilia pellitur à Petro Aragone.*

109. *Nicol. 3. Caroli potentiam minuit, ut ſuam augeret.*

110. *Et Senatorem Romanum ſe fecit, loco Caroli. Rodulphus Imperator non audet Italiam ingredi.*

111. *Nicol. 3. ad ſupprimendum dignitatem Senatoriam, edidit c. fundamenta. de electio. in 6.*
Papa in dominio temporalium non vult uti jure humano, ſed divino.
Charitas Papalis.

112. *Mart. 4. Gallus, temporalem juriſdictionem Romæ populo reſtituere cogitur.*

113. *Henricus. 7. euchariſtia venenata ſublatus. Magiſtratus urbis Romæ nunc à Papa occupatus, nunc populo reſtitutus.*

114. *Tandem à Boniſa. 9. Pſeudopontifice prorſus occupatus.*
Sed, Euge. 4. fugato, ad tempus reſtitutus.

115. *Metus Nicol. 5. & Clem. 8.*

116. *Mutatio eccleſiæ Romanæ.*
Confeſſio Adria. 4.

117. *Differentia Papatus & Epiſcopatus.*

118. *Ficta conſtitutio Conſtantini. 4.*

119. *Sic & c. ego Ludovicus. 63. diſtinct. contra Bibliothecarium. 120.*

121. *Scripturæ Bibliothecæ Pap. rejiciendæ.*

122. *Non eſt veriſimile Ludo. Pium Romam & regiones Imperii donaſſe. quod non potuit, ſicut nec Regnum.*
Donatio Conſtantini, etiamſi vera fuit, non valuit.

123. *Nullus Papa in dictis donationib. ſe fundavit.*

124. *Continuatio confutationis c. ego Ludovicus.*

125. *Carol. Magn. & Ludov. Pius electionem Epiſcoporum clero populoque dederunt.*

126. *Sed Pontifices, exempto populo cleroque, ad paucos reduxerunt.*

127. *Epiſcopi olim judicabant ex ſacris ſcripturis & canonibus Eccleſiæ, non Papæ.*

128. *Cur compilationes Pontificum dicantur extra.*

129. *Conſilium Eudonis, Ducis Burg. de non admittend. novis conſtit. Pap.*

130. *Divitiæ fidem & diſciplinam Prælatorum ſuffocaverunt.*

131. *Eoſque de ſervis, Imperatorum & Regum dominos effecerunt.*

132. *Ingratitudo Paparum.*

133. *Impoſtura donationis Conſtant. Magni. 134.*

135. *Plures Imperatores & Reges ab obedientia Papæ ſe ſubſtraxerunt.*

136. *Ambitio Bonif. 8. Subtracta obedientia. 137.*

138. *Papæ fœdera & juramenta ſolvunt, ut lubet.*

Source : BIU Cujas

139. *Bonifacii ſuperbia, & ejus in Philippum Pulchrum odium.*
140. *Carolus 5. & 6. reſtiterunt ambitioni & avaritiæ Paparum.*
141. *Bulliſtæ Papæ per lictores traducti & ejecti.*
142. *Senatus Pariſ. reſtitit avaritiæ Marti. 5. 143.*
143. *Concordata Henr. 6. Angl. & Car. 7. Franc. cum Pap. Parlamenta reſpuunt.*
144. *Car. 7. reſtitit Eug. 4. pro concilio Baſilienſi.*
145. *Lud. 2. vetuit uſum bullarum, & pecunias Romam evehi, & juſſit etiam Cardinales reſidere.*
Ingens Minoritarum multitudo bello idonea per eorum magiſtrum prædicatur.
146. *Lud. 12. ingratitudinem Iulii Papæ expertus. Iulius, ſuſpenſus, armis concilium deturbat.*
147. *Veneti ſpreverunt diras Cle. 5. eos etiam deprædari jubentis.*
148. *Sic Florentini & Lucenſes, Papámque poteſtate beneficia conferendi in quinquennium privaverunt.*
149. *Sixto 4. conſcio horrenda conjuratio in Remp. Florentiæ, & cædes proditoria in templo.*
150. *Archiepiſcopum proditorem ſeditioſum ſtrangulatum Papa diris & armis ulciſcitur.*

A quibus ſe ſubtrahere oportet.

P. *ſubſtractionis.* 1. Vel ſeparationis, quem etiam Apoſtolus præcipit. Ait enim beatus Paul 2. ad Theſſalon. ult. *Præcipimus autem vobis, fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ſe gerit, & non juxta inſtitutionem, quam accepit à nobis.* Omnis ergo alia nova inſtitutio, etiam à quocunque, reiicitur, ad Galatas 1. b. Hæc autem ſubtractio, vel ſeparatio, nova non eſt, ſed ſæpius facta, propter ambitionem Romanorum Pontificum, ordinationem Chriſti & Apoſtolorum (de qua infrà eo. glo. 17. ver. evangelica. num. 1.) tranſgredientium: de qua peſtifera ambitione (ut vel Academia Pariſienſis & hoc edictum teſtantur) etiam Ezechiel Propheta c. 34. & beatus Paul. Act. 20. vaticinati ſunt: ut tempore Victoris Papæ, primi, orientales eccleſiæ, propter novam libertatis eccleſiaſticæ oppreſſionem, quam moliebatur, ab ejus communione ſeſe ſeparaverunt.

Pius I. deceptus ab Hermete.

2. Cum enim Papa Pius primus, circiter ante quinquaginta annos, perſuaſus eſſet à quodam Hermete, impoſtore phanatico (ut pote authore libri, titulo paſtoris inſigniti: qui inter apocryphos, hoc eſt, inter damnatos & reprobatos, computatur, in c. ſacroſancta. 15. diſtinct. Pius, inquam, magnam habens conſuetudinem cum dicto Hermete (qui mandatum Angeli, ſub perſona paſtoris, prætexebat, ut ſcribit Plat.) ſanctum Paſcha die dominico à quartadecima Luna primi menſis, ſcilicet Martii, uſque ad viceſimam ſecundam celebrare cœpit, omnibúſque ut ita deinceps facerent, perſuadere voluit: quamvis eo uſque ab Apoſtolis, eorúmque diſcipulis & univerſali Eccleſia ſemper celebratum fuiſſet ſimpliciter decimaquarta luna primi menſis. Verùm ut non erat malum, ſed liberum, die potius dominico celebrare, ita temerarium fuit (imò impium, & Satanæ, ſub ſpectro Angeli lucis ad futura ſcandala præludentis, inventum) non ſolùm id aliis, libertatem eccleſiaſticam violando, imponere; ſed etiam eos ob id abſcindere & excommunicare velle. Prout Victor primus, à Pio quintus Papa, ut ſanctior & major illis videretur, attentare voluit.

Q. de die Paſchæ.

Victor. I. Eccleſiam ſcidit.

3. Pius quidem cum tribus ſucceſſoribus ſuis exemplum tantum edidit, & ſuadere voluit, nec ultra proceſſit, ſed alias Eccleſias in ſuo antiquo & apoſtolico more toleravit, & ſanctas agnovit, prout & illæ viciſſim hunc, & ejus Eccleſiam, nullum ſumentes ſcandalum è re indifferenti: donec Victor ille, ſupergreſſionis aliorum cupidus, circa annum domini ducenteſimum, exigere, & aliis Eccleſiis imponere voluit: & primus Eccleſiam Dei ſcidit, & orientales Eccleſias, tametſi Romana priores, Chriſtique & Apoſtolorum, præcipue Joannis Evangeliſtæ doctrinam & exempla retinentes, abalienavit: in quas etiam novam cenſuram exercere voluit, & eas excommunicare, diriſque devovere: ut de facto feciſſet, niſi à ſancto Irenæo, Lugdunenſi Epiſcopo, divi Polycarpi diſcipulo, graviter & ſevere correptus & prohibitus fuiſſet.

Irenæus.

Eccleſia Græca.

4. Eccleſia Græca, licet prior, multiſque numeris potior fuerit Romana, tamen ſemper Romanam ut æqualem habuit, juxta Chriſti & Apoſtolorum doctrinam, Nicenique concilii decreta; nec unquam de Primatu, priorive ſede certavit, uſque ad tempora cujuſdam ſuperbi, & novitatum avidi, Jo. Conſtantinopolitani Patriarchæ: qui, è monacho ſummam humilitatem fingens, Regiæ urbis, ſcilicet Conſtantinopolis factus antiſtes, eò ſuperbiæ dementiæque evectus eſt, ut οἰκουμενικὸν id eſt univerſalis eccleſiæ ſe Præſulem & caput vocaret, quod Antichriſti proprium eſt, ut recte ſcripſit Gregorius Magnus, vir ſanctus, ad Conſtantiam Imperatricem, ut refert Antoni. hiſtoriarum tit. 12. c. 3. §. 13. Is ergo (non prior Jo. deceſſor ſuus, Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopus: qui, ut ſcribit Plati. in Benedicto 1. orientalem Eccleſiam in fide continuit, legendo, diſputando, ſcribendo, monendo, docendo: ſed perfidus ille monachus, è ficta humilitate evectus) habita Conſtantinopoli ſynodo ſeipſum œcumenicum, id eſt, univerſalem Papam ſeu Patriarcham creavit. Antoni. tit. 22. c. 13. §. 6.

Io. è monacho factus Epiſc.

Grego. Magnus.

5. Quamvis enim quidam deceſſores ſui, præſertim monachi, ut Menna, eundem ſuperbum & impium titulum privatim uſurpare cœpiſſent (conniventibus Imperatoribus Conſtantinopolitanis: quibus ſedem ſuam exaltari gratum erat, etiam tempore Juſtiniani Magni, ut patet in auth. ut clerici apud proprios Epiſcopos. in prin. col. 6. & in auth. ut in privatis domib. ſacra myſt. non fi. §. hæc enim. conſtit. 57.) tamen, re vera, titulus ille verbalis erat, nec aliud quàm præeminentiam quandam, ſeu potius honoris prærogativam ſignificabat, in honorem ſedis Imperialis ibi reſidentis: non autem verum Primatum, nec veram dominationem in omnes alias Eccleſias, nec realem earum ſubjectionem: quam nunc; àm prætenderunt, & multo minus executi ſunt Archiepiſcopi ſeu Patriarchæ Conſtantinopolitani, uſque ad hunc impium Jo. qui primus omnium id publica ſynodo authoratum iri & confirmari voluit.

Cur Patriarcha Conſtantinop. primùm univerſalis dictus eſt.

Continuatio hiſtor. uſurpa. primat. Eccleſiæ.

6. Sed ad quid? niſi ut plus faceret quàm deceſſores ſui? quorum qui pii fuerunt, ſacræ ſcripturæ ſtudio & verbi Dei miniſterio inſiſtendo, ſuperbum illum titulum, factis & exemplis ſpernebant: etiam ſi vulgo in ea regia urbe receptum prorſus excutere non poterant: ut pius ille & ſanctus Jo. de quo ſupra ea. glo. num. 4. in fi. Si qui verò ſpiritu mundano ſibi ob illum titulum præ cæteris placuerunt, non tamen ulterius ad facta proceſſerunt, ad quæ Jo. iſte primus procedere niſus eſt. Non enim tanto molimine ad nudum duntaxat titulum (ut pote jamdudum receptum) ſibi ipſi authorandum & confirmandum, ſtudio quoque & auxilio Imperatoris accedente, ſynodum congregavit: niſi ut quod jamdudum verbis tenus dicebatur, factis ipſis deinceps obtineret, reliquóſque totius orbis Epiſcopos & Eccleſias ſibi & Eccleſiæ ſuæ realiter ſubiiceret, verúmque Primatum, ſeu dominationem, in eas, contra Chriſti decretum, & Apoſtolorum, totiúſque primitivæ Eccleſiæ doctrinam &

Source : BIU Cujas

consuetudinem, arriperet : ut quemadmodum omnes universaliter subiiciebantur seu subiici debebant, Imperatori Romano, seu Constantinopolitano, ita omnes ecclesiæ totius orbis de facto subiicerentur, vel subiici deberent Episcopo seu Patriarchæ & Papæ universali Constantinopoleos : ut sic novum (quod iste moliebatur, & primus metari voluit) religionis & Ecclesiæ Regnum, ibi esset, sederet, vel emineret ubi Regnum quoque terrenum sedebat, & eminebat.

Prima spiritualium cum temporalibus confusio.

Pelag. 2.

7. Quod novum & impiissimum facinus Pelagius II. urbis Romæ Episcopus, directis epistolis juste reprobavit, ut habetur in c. nullus. 99. distinct. non quòd universalis aut Ecclesiæ caput ipse Pelagius dici vellet, aut cuperet : sed quòd nulli Patriarcharum, & multo minus cuivis Episcoporum, liceret Primatum in alios usurpare, nec fratrum suorum honorem ex tantulacunque parte minuere : seipsum enim Pelagius comprehendit, dum omnibus fidelibus jube, ut neminem unquam universalem nominent : ratione addita, ne sibi debitum detrahat, cùm alteri honorem infert indebitum : ut manifesta sit cavillatio cujusdam sophistæ, qui verba d. c. contorquendo, dixit ibi negari aliquem posse esse universalem Episcopum, sub eo sensu duntaxat, quod esset cujusque Ecclesiæ proprius rector, ita quòd nullus alius esset Episcopus, non autem Primatum negari. quia imò verba & mens d. c. clare concludunt de Primatu agi, & Primatum prohiberi, ut etiam omnium Chronographorum historiæ ostendunt, etiam ipsius Antonini tit. 12. c. 3. §. 13. ubi refert beatum Gregorium sententiam Pelagii decessoris sui confirmasse : cúmque Jo. fallaciis suis & hypocrisi, Mauricium Imperatorem in suam sententiam traxisset, & obtinuisset ut Imperator ad Gregorium Romæ urbis Episcopum scriberet ut Joanni obtemperaret.

Mauricius.

Gre. Magnus abhorruit universalem primatum Eccl. tã sibi quam aliis dati.

8. Gregorius, constantia Christiana usus, huic Antichristianæ factioni cedere noluit : & cùm Imperatorem ob id infensum haberet, scripsit Constantinæ Imperatrici, recte asserens novam illam præsumptionem, atque superbiam, esse contra evangelicam sententiam & canonum decreta (nempe Nicena c. 6.) eamque novitatem nihil aliud nisi jam propinqua Antichristi tempora designare. Nec solùm Gregorius, vir sanctus, piam Pelagii sententiam secutus est : sed etiam, cum periculo, multas afflictiones, ob veritatem tuendam, toleravit : ut enim scribit Plati. Mauricius, ob id infensus, revocatis militibus suis, qui in Italia erant, Longobardos adhortatur ut, spretis fœderibus, Romanos adoriantur. Quare Agilulphus, eorum Rex, vastatis Hetruriæ agris, Romam integrum annum obsedit, Gregorio in sententia perseverante : qui etiam universalis Papæ appellationem ab Eulogio, Patriarcha Alexandrino, sibi noviter inditam, acriter repudiavit, superbiam & impietatem illam detestatus, ut est tex. in c. ecce. 99. distinct.

Roma obsessa.

9. Sed interim, dum Pelagius & Gregorius pii Pontifices, contra novam & Antichristianam superbiam, caput attollentem, certant, Episcopus Ravennas jam à tempore Vigilii Antichristo viam struere incipiebat, Primatum occupare cupiens, & ex tunc à societate Romanæ ecclesiæ desivit (ut scribit Paulus Diaconus de gestis Longobardorum lib. 3. c. 12.) ea occasione, quòd circiter ante centum annos, Valentinianus junior, inito occidentis Imperio, non Romæ, à Gothis, Erulis, & novis subinde tyrannis occupatæ, sed Ravennæ substitit : quam mœnibus instauravit ejusque Præsuli Joanni, ut pallio liceret uti, concessit, (ut scribit Raphaël Volaterranus lib. 4. & 23.) quódque deinde, post Narsetis obitum & Longobardorum incursum, Exarchi, Constantinopolitanorum Imperatorum in Italia Vicarii, sedem ibi, spreta infœlici Roma, constituerunt : ita ut Roma quoque à Ravenna jura peteret.

Episco. Ravennas.

Valentinianus.

10. Et hinc est quòd etiam, post quadringentos annos, Paschalis 2. vir, ut ait Platina, magni ingenii atque animi, à religione ad arma conversus, prædicante interim Florentino Episcopo Antichristum natum esse, suspectam non sibi, sed successoribus suis habuit potentiam Ravennatis Ecclesiæ : (quæ instar Romanæ, cujus, ut scribit Plati. in Leo. 2. æmula fuerat, Cardinales sibi creare solebat) eámque deplumavit : & coacto ad id concilio apud Guardastallum, decrevit ne urbes Æmiliæ, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, *Ravennati Ecclesiæ antea metropoli* subjectæ amplius essent : quòd sæpius, ob superbiam in Romanam sedem præsules Ravennates cornua erexerant. Idem Sabelli. Ennead. 9. lib. 4.

Paschalis 2. à religione ad arma conversus.

Prædicatur Antichristus natus.

11. Ubi, pro Fluentino Antistite Antichristum adveniisse prædicante, Florentinus intelligendus est : *quia Florentini initio Fluentini dicti sunt*, teste Plinio l. 2. c. 5. & Raphaële Volaterra. geographiæ lib. 5. quod verum puto : quamvis hoc reprobet Nicol. Machiavegli, historiæ Floren. li. 2. ex eo, quòd Frontinus & Cornelius Tacitus (qui fere tempore Plinii scripserunt) vocant Florentiam, & Tacitus refert oratores Florentinos venisse ad Imperatorem. quod non concludit : *quia Plinius potuit veteri, Tacitus autem novo nomine uti.* melius autem fecisset Sabellic. verbis præsentibus, dudúmque receptis utendo, ut & ipse Ennead. 9. lib. 7. fatetur. *Ravennatis autem Ecclesiæ depauperationem* ideo deflet Jo. An. in Addi. Spe. quia in ea primum beneficium canonicatus assecutus fuit.

Florentia olim Fluentia dicebatur.

Controversiæ Primatus.

12. Redeundo ad Gregorium Magnum, paulò post ejus obitum, videlicet tempore Bonifa. III. circa annum domini 607. longe acrior Primatus pugna, & utrinque exarsit : videlicet inter Constantinopolitanum & Romanum Episcopos. Ille contendebat sedem & caput Imperii Constantinopolim translatum esse eamque jamdudum novam Romam vocari, atque ita primam sedem & caput Ecclesiæ esse debere, ubi caput esset Imperii. Contra Romanus solam Romam caput esse Imperii, Constantinopolim verò coloniam Romanorum, quinetiam literis eorum Principem ipsum τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτορα id est, Romanorum Imperatorem vocari, ipsósque Constantinopolitanos Romæos non Græcos dici. Hac causa coram Phoca impio & scelerato, nempe avariissimo, adultero, & inertissimo Imperatore, qui dominum suum Mauricium proditorie occiderat, magna contentione disceptata-cùm interim metueretur ne aliàs Romani ab Imperio desciscerent, pronuntiavit Phocas Romanum Episcopum fore œcumenicum, caput, & universalem, summúmque Pontificem totius Ecclesiæ, ut scribit Plati. in Bonifa. III. & ante eum Paulus Diaconus σύγχρονος de gestis Longobardorum lib. 4. c. 11. & Chronica Martiniana, Aimonius Monachus Benedictinus, de gestis Francorum lib. 4. c. 4. & post Platinam Volaterra. Sabelli. Ennea. 8. lib. 6. col. 2. & omnes Chronographi.

Iudicium Phocæ.

13. Et sic vera causa edicti fuit eo quòd Roma fuerat, & judicabatur non desiisse, sed adhuc esse caput Imperii, ut satis indicat text. in c. Constantinopolitanæ. 22. distinct. ubi dicitur constitutum fuisse Constantinopolitanum Episcopum ideo secundum à Romano locum obtinere, quòd Constantinopolis sit Roma nova, seu junior Roma, ut ait tex. concilii constantinopolitani c. 2. in fi. ideo veterem sequi, non præcedere debet. In ea verò contentione certum est non fuisse exaudita decreta concilii Niceni quippe quæ neutri partium favebant, sed utriusque ambitionem damnabant. In decretis enim Nicenis c. 6. statutum est, ut secundum morem antiquum, Alexandrinus Episcopus Primas esset Libyæ & Pentapolis per Ægyptum : quia & urbis Romæ Episcopo parilis mos est (videlicet ut Primas sit in suburbanis Italicis ecclesiis) similiter & Apud Antiochiam, & cæteras provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ, & consequenter ne altera alteram supergrediatur, &

Causa judicii Phocæ, super Primatu Eccl.

Concilium Nicenum jacebat.

Source : BIU Cujas

habetur in c. mos antiquus. 65. distinct.

14. Videtur autem eo judicio Phocæ non protinus attributam esse jurisdictionem in alias ecclesias, nec potestatem usurpandi, aut involandi in jura earum: sed tantum honorem, seu prærogativam denominationis primæ sedis, ut definitum est in concilio Charthaginensi 3. c. 26. tempore Siritii urbis Romæ Episcopi, & rursus tempore Bonifa. I. urbis Romæ Episcopi, in concilio Africano cap. 6. & habetur 99. distinct. c. primæ sedis. quòd primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid ejusmodi, sed tantùm primæ sedis Episcopus: prout etiam beatus Cyprianus, Ecclesiæ doctor sanctissimus, Carthaginensis Episcopus, & martyr, docuit in tract. 3. de simplicitate clericorum (qui est verus & nativus titulus, licet imperiti, loco clericorum, posuerint barbarum verbum Prælatorum) col. 2. & habetur 24. q. 1. c. loquitur.

Sacerdotis summi nomen vetitum.

S. Cyprianus.

15. *Hoc erant* (inquit) *utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut una ecclesia monstraretur.* Et post pauca subdit, *Vt unus est dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus: ita Episcopatum quoque ipsum* (*id est, dignitatem & potestatem Episcopalem*) *unum atque indivisum esse, & pene singulos Episcopos in solidum esse oportere, sub uno summo Episcopo Christo, unico capite & sponso Ecclesiæ unicæ: quemadmodum multi radii Solis unum lumen sunt.* Hactenus Cyprianus: qui, ducentesimo post Christi passionem anno, Ecclesiam rexit & docuit. Idem plus centum annis post eum docuit & scripsit beatus Hierony. & habetur 93. distinct. c. legimus. dicens. *Si autem authoritas quæreretur, orbis major est urbe, ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Thebis, sive Germaniæ, ejusdem meriti est, & ejusdem sacerdotii.* Ex quibus satis notum est quæ fuerit primitivæ Ecclesiæ, longe sanctioris & doctioris, super his sententia, & observantia: quin etiam ex actis Apostolorum, factis & doctrinis beati Pauli.

Vnus Episcopatus.

S. Hieronymus.

Primitiva Ecclesia.

16. Tamen à tempore sententiæ à Phoca obtentæ, nunquàm cessarunt Romani Pontifices susque deque conari pro dignitate, potentiáque sua augenda: & primùm quidem, cùm adhuc semper essent subditi Imperatorum, etiam Constantinopolitanorum, deinde Francorum (quorum etiam authoritate & consensu instituebantur) non sunt ausi (ultra alios 470. annos à judicio Phocæ, usque ad Grego. VII. qui seditionibus astu magno concitatis in Germania Imperium attrivit) manum apponere ad terrenum Imperium, jurisdictionemque exercendam in Principes & laïcos, nec Romæ quidem: sed tantum interim (etiam ante Phocam) appellationes ab aliis Episcopis vel Primatibus ambire cœperunt: quamvis hoc illis in d. concilio Africano denegarum fuisset: ubi Bonifac. primus Legatos miserat cum certo commonitorio: quo, inter alia, postulabat appellationes Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem deferri, prætexens ita per concilium Nicenum definitum fuisse. Verùm ducenti septemdecim Episcopi, qui in eo concilio præsentes erant, universalem totius Africæ synodum agentes, nihil de hoc habebant in suis codicibus. Ideo solennes Legatos miserunt Constantinopolim, Antiochiam, & Alexandriam, nec non Romam, obnixe rogantes ut transmitterent exemplaria Niceni Concilii, usque ad illorum adventum sustinentes: tandem omnibus exemplaribus excussis, inventum est nihil de hoc haberi in decretis Nicenis.

Papa Ro. appellationes petens repellitur.

Impostura.

17. Illud etiam certum est non solùm dicti concilii, sed etiam aliorum singularium Episcoporum literas, quantumvis humiles, non alio titulo fratris vel coepiscopi, ad Romanum, quàm ad alios Episcopos scriptas, & nuncupationem Papæ, omnibus Episcopis æque communem fuisse, ut paret in epistolis Cypriani, Ambrosii, Hieronimi, & Augustini, & aliorum antiquorum Præsulum & doctorum: qui & peritiores & sanctiores erant his, qui secuti sunt tex. est etiam in c. loquitur. in superscriptione. 24. quæst. 1. ubi Cæcilius Cyprianus, Carthaginensis Episcopus, Papa vocatur. Constat enim tex. illum esse Carthaginensis Episcopi, de quo sup. num. 14. nullus autem in catalogo Romanorum Pontificum est Cypriani nomine. Idem tex. in c. de eo tamen. 50. distinct. & c. absit. ea distinct. ubi etiam clerus ipse Romanus, scribens ad sanctum Cyprianum, vocat eum Papam. sed ibi gl. putant literam mendosam, valde errat: quia non vidit libros antiquorum patrum, nec etiam conciliorum Ecclesiæ: in quibus Augustinus Hyponensis Episcopus Papa vocatur à concilio Africano, nedum à beato Hieronymo, Bonifacio, & aliis. Quinetiam Clodovæus, sive (ut beatus Rhenanus mavult) Ludovicus, primus Francorum Rex Christianus, Simplicem Episcopum Papam vocabat, ut apud Grego. Turon. histo. lib. 2. c. 27 & hoc plus quàm notorium est, ante ambitiosum illud judicium Phocæ.

Papæ nomen commune Episcopis.

Clodovæus.

18. Vides qualis fuerit status, sententia, & usus primitivæ Ecclesiæ, quæ non minus, præ ista, doctrinæ Christi conformior quam vicinior erat: & quàm nulla erat controversia, sed ne mentio quidem, postea creati Primatus. Quid enim sibi vult, quòd Paul. ad Galat 11. ait sibi concreditum fuisse evangelium præputii, quemadmodum Petro circuncisionis? *Nam* (inquit) *qui efficax fuit Petro ad Apostolatum circuncisionis, efficax fuit & in me erga gentes.* Et subdit Jacobum & Cepham (à saxo, non à capite, ut indocti putant) & Joannem, dextras ei ac Barnabæ societatis dedisse: ut ipse, cum Barnaba, in gentes, illi verò in circuncisionem Apostolatu fungerentur. Quid (inquam) sibi vult? nisi Apostolos ipsos doctrinam Christi, Matth 20. Mar. 10. Luc. 22. ut infra eo. gloss. 17. litera R. diligenter observasse? nec unquam de Primatu, sed de prorogando evangelico & spirituali Christi regno duntaxat solicitos fuisse? Rursus, quid sibi vult doctrina illa Cypriani & Hieronymi supra ea gloss. num. 15. nisi Apostolorum quoque discipulos idem sensisse & observasse? velut in partem quosque solicitudinis vocatos, sub uno capite & Episcopo, pastorumque

Sensus & mos primitivæ Ecclesiæ.

19 Principe, Christo? Pace quidem sub Constantino 1. reddita ecclesiis, cœperunt Metropolitani institui, non Primatus ergo, sed curandæ disciplinæ ecclesiasticæ gratia. Omnes enim Metropolitani (qui postea vocati sunt Primates & Archiepiscopi) pares erant, nec differebant à singulis Episcopis, nisi in hoc quòd plurimi quoque Episcoporum suæ provinciæ solicitudinem gerebant, inter quos etiam urbis Romæ Episcopus nominatim exprimitur in concilio Niceno. c. 6. Adhuc sedes illæ Primatum vel Archiepiscoporum, arbitrio principum constituebantur, ut patet in conciliis Calcedonensibus & Africanis: ut manifestum sit non divinam & immutabilem, sed politicam fuisse institutionem, ab hominibus, disciplinæ ecclesiasticæ commodius curandæ, causa, inventam.

Metropolitanorum institutio.

Metropolis Principum arbitrio.

20. Et ne politica illa institutio in occasionem Primatus traheretur, diserte conciliaribus decretis cautum est, ut nullus Primatum Princeps Sacerdotum, summus Sacerdos, aut quid ejusmodi Primatum sonans, vocaretur: sed tantum primæ sedis Episcopus (videlicet in sua quisque Metropolitanus Provincia) diceretur, ut supra. ea gl. nu. 14. Hinc Constantinopolitana Ecclesia æqualis erat Romanæ, & eadem omnino jura & privilegia habebat: imò etiam Romana dicebatur, & Archiepiscopus Constantinopolitanus Papa Romanus, ut habetur 24. q. 2. c. ult. versicu. item Romanorum. id est, Constantinopolis, ut ibi

Eccle. Constantinopolitana æqualis. Rom.

Source : BIU Cujas

gl. & omnes docto. recte exponunt.

21. Tamen, quia Imperatores Constantinopolitani, non Constantinopolitani, sed ῥωμαῖοι, id est, Romani, dicebantur, nec veterem Romam abalienare, nec postponere volebant, sed ut caput Imperii retinere, ideo Justinia. Magnus (qui Romam ter Gothis ereptam, bis per Bellisarium Patritium, & iterum per Narsetem Imperio suo asservit, ut scripsi in consuet. Parisi. tit. 1. in rubr. num. 24. constit. sua novella 131. de ecclesia. cano. in prin.) statuit veteris Romæ Papam primum esse, seu primam sedem habere. Archiepiscopum verò novæ Romæ, seu Constantinopolis, secundum locum tenere: in Africa verò munus Archiepiscopale dedit Episcopo Justinianæ Carthaginis.

Cur Roma prima sedes.

Patria Justiniani.

22. Cùm autem idem Christianus Imperator natus esset è Tauresio, tunc obscuro Dalmatiæ pago, juxta civitatem Bederinam, apud Dardanos Europæos, postquam Tauresium quadrato muro circundatum εἰς τετραπυργίαν id est, totidem turribus erexisset, civitatem quoque proximam auxit, & in honorem nativitatis & patriæ suæ mirifice ornavit, & de nomine suo Justinianæam primam appellavit: cumque prius Illyricorum Archiepiscopo subesset, illam in Metropolitanam erexit, eique Episcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, Triballeæ, ac Dardaniæ, scilicet Europeæ, & Nisiæ superioris, & Pannoniæ subjecit, & sanxit ut hi ab Archiepiscopo Justinianæ primæ ordinarentur. Ipse verò à propria synodo, nec his contentus, statuit ut Archiepiscopus Justinianæ primæ, patriæ suæ, in præfatis provinciis sibi subditis, locum teneret Apostolicæ sedis Romanæ, idque etiam à Vigilio Papa Romano.

23. Confirmatum fuit, ut patet in d. novella Justiniani, & ex his, quæ scribunt Agathias lib. 5. & Procopius de ædificiis Justiniani lib. 4. qui sic concordari debent, & invicem, & ex dicta novella suppleri. ambo enim tempore ejusdem Justiniani floruerunt, & scripserunt, & sub ejus Ducibus militaverunt. Unde Alcia. Parergῶn lib. 5. c. 2. male facit Procopium contrarium dictæ novellæ, & pejus scribit Procopium Justiniano infensum fuisse: cùm constet illum summis laudibus ubique prosequi, nihilque omittere quod ad honorem Principis sui faciat. sed concordari & suppleri debent, ut dixi. Et de illa Justinianæa prima mentionem facit Grego. Magnus in c. quia igitur. 63. distinct. ubi electionem Joan. concorditer à concilio, id est, synodo suæ provinciæ, electi, juxta præfatam novellam Justinia. & de voluntate serenissimi Principis, id est, Imperatoris (qui verisimiliter Mauricius erat) gratiam habet. Et rursus in registro, & habetur 7. q. 1. c. 1. ubi gloss. 1. putans esse Salonam, non minus errat, quàm qui Justinianum Magnum Thracem fuisse putant, cùm esset Illyricus.

Alciatus male de Procopio.

Nomẽ summus orbis Pontifex.

24. Nomen tamen hoc *summus orbis Pontifex*, nondum etiam tempore Justiniani, natum erat, nec tempore Gregorii Magni, qui centum fere annis secutus est, & simplicem universalis appellationem exhorruit, ut supra ea. gloss. n. 8. nec ex veterum omnium scriptis colligere licet, ut Erasmus quoque scripsit, epistolarum libro 3. epistola prima. num. 73. & verum scribit. Ego enim ex Basilii, Cypriani, Fulgentii, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosii, Augustini, & aliorum veterum & probatorum ecclesiæ doctorum nedum Tertulliani scriptis, non solum titulum illum colligere non potui: sed potius ambitioso illi ipsi repugnantia inveni, etiam si brevitatis causa locos tantùm vulgatos citavi: qui in magno etiam decreto habentur, ut supra ea. gloss. num. 15.

Nomẽ summi Sacerd. comm. Episcop. omn.

25. Bene quidem inveni, in antiquorum etiam Pontificum scriptis, Episcopos vocari summos Sacerdotes, vel summos Pontifices, & eorum munus summum Sacerdotium: sed hoc in communi duntaxat, seu promiscuè, nusquam verò certo Episcopo vel sedi singulariter attributum, ut ex 7. synodo habetur in c. omnes. 38. distinct. ubi munus ipsum Episcopale summum Sacerdotium dicitur ibi, *substantia enim summi Sacerdotii nostri sunt eloquia divinitus tradita*, id est, vera divinarum scripturarum disciplina. ubi gloss. verbo *substantia*. depravat text. dum exponit, id est, de substantia Sacerdotii videtur esse: & male: quia imò verbum *substantia* proprie stat, id est, fundamentum, & id ipsum quo subsistit verum, non personatum Sacerdotium. Et pariter in concilio Agathensi, quod habetur in c. Pontifices. 12. q. 3. Episcoparus vocabatur summum Sacerdotium, & omnes Pontifices summi Sacerdotes: prout etiam vocabat Fabianus, qui anno domini 240. urbis Romæ Episcopus factus est, in c. Deus ergo. 3. qu. 1. ubi de omnibus Episcopis promiscue loquitur, & omnes pariformiter summo Sacerdotio fungi ait. & Anacletus, qui centum triginta octo annis ante Fabianum fuit Episcopus urbis Romæ primus à Cle. 1. in c. accusatio. 1. 2. qu. 7. vocat Episcopos summos Sacerdotes & Apostolorum successores. Idem Innocentius 1. qui factus est urbis Romæ Episcopus, anno domini 405. vt habetur in c. miramur. 61. distinct. & Zozimus, qui urbis Romæ Episcopus factus est anno domini 420. ut patet in c. 1. 69. distinct. Non enim loquuntur de summo Sacerdotio solius ecclesiæ Romanæ, sed omnium ecclesiarum: sive, ut beatus Cyprianus docebat & prædicabat, de uno, quod est omnium, ut supra ead. gloss. nu. 15. Sic Urbanus I. qui factus est urbis Romæ Episcopus anno domini 226. nomen summi Pontificis cuilibet Episcopo uniformaliter attribuit, ut patet in c. si officia. 59. dist. prout etiam indifferenter observabatur anno domini 310. tempore Melchiadis Papæ Romani, etiam eo authore, ut est tex. in c. de his. de consecra. distinct. 5. & multis deinceps sæculis, ut patet legentibus scripta antiquorum.

Verum Sacerdotium.

26. Quod non erat inconveniens, nec contra præfatam Christi doctrinam & decreta conciliaria, quæ duntaxat vetant unum singularem, talem, ad aliorum differentiam & subjectionem, dici: non autem in communi: quia tunc cessat periculum dominationis vitæ per unum solum in omnes alios usurpandæ. Nunquam etiam in Ecclesia Christiana auditum fuit aliquem singulariter & peculiariter, nedum privative ad omnes alios, Principem Sacerdotum, vel summum Sacerdotem, aut Pontificem dici, ante illud judicium Phocæ: (ut pote contra præfata concilia & decreta) sed nec aliquanto post illud judicium, sed illius occasione sensim emersit. Satis tamen constat ecclesiam Græcam nunquàm in hoc obediviſse judicio Phocæ, nec Romanam ecclesiam, ut dominam, unquam agnoviſse (sicut nec usquam ecclesia Africana, ut dictum est) nisi circa annum domini 1202. cum Franci, duce Balduino, Venetis auxiliaribus, Constantinopolim trajeciſſent (ut Alexium in Imperio restituerent: ea conditione, teste Plati. in Innoc. III. ut ecclesiam Græcam Romanæ subiicerent) Alexio verò restituto, & mox per inimicum occiso, Imperium, excepta Adrianopoli, occupaſſent: quandiu Balduinus, & reliqui Franci Imperatores, circiter quinquaginta octo annos, illud non pacifice nec plene tenuerunt) usque ad Michaelem Palæologum: qui, Francis expulsis, pristinum Imperii statum obtinuit. Unde, quamvis in lib. Grego. IX. multæ sint Decretales ad Archiepiscopum Constantinopolitanum; tamen omnes emanaverunt eo tempore, quo Galli ibi dominabantur: ut c. solitæ. c. inter quatuor. ubi in annota. tex. dixi. de majorit. & obedien. c. quanto. de consuet. c. ult. de confirma. utili vel inuti. c. 5. de instit. & ubicunque Constantinopolitano Patriarchæ diriguntur: nisi superscriptio est manifeste erronea, ut in c. 4. de cens. ubi eam correxi ratione margini addita. Quin, ut refert Plati. in Nicol. 4. ad fi. & Baptista Egnati.

Cur nomen summi comm. Episcop omn. tolerabatur.

Ecc. Græca non obedivit judicio Phocæ.

Galli Imperium Constantinopolitanum occupant.

Michael Palæologus.

Source : BIU Cujas

Roma. princip. lib. 2. præfatus Palæologus, ex eo quod ad concilium Lugduni à Gregorio decimo indictum, veniſſet, & facile cum Romano Pontifice conveniſſet, tantam invidiam Græcanicæ gentis (etiam apud Sacerdotes & monachos ſuos, ut ait Plat.) contraxit, ut nec morienti juſta perſolverint, & locum ſepulturæ

Andronicus Palæologus.

negarint, ut nec Andronicus Palæologus, filius ejus, & in Imperio Conſtantinopolitano ſucceſſor, mutire auſus fuerit. quem tamen Cle. 5. anno 1307. Pictavis exiſtens, ſchiſmaticum & hæreticum declaravit, & omnes cum eo fœdus vel commercium habentes excommunicavit, ut in penul. extravagantium communium: ob id videlicet quòd appellationes à Græcia ad Papam emitti devolvique non faceret, nec eum ſuperiorem agnoſceret. Et certè, ut ex hiſtoricis rerumque ſerie facilè colligere licet, hæc φιλοδοξία ἡ φιλοπρωτία & ambitio Papæ in cauſa fuit Imperii Conſtantinopolitani à Gallis amiſſi, & tam difficulter interim paucis annis retenti. Balduino enim, Flandriæ Comite, intra annum) quo Conſtantinopolis Imperator

Balduinus.

appellatus eſt, & ex fœdere, utcunque potuit, eam

Henricus.

eccleſiam Romanæ ſubjecit) aſſumpto, Henricus, frater ejus, Imperator ſalutatus, ſe, ex eodem fœdere, adjutorem præbuit Romani Pontificis, Legato, ad hoc, à Papa Byzantium miſſo, ut Græcos ſubigeret ad Romanæ Eccleſiæ ritum ſuſcipiendum. Sed vix ea res moveri cœpta eſt, cùm ſeditio ingens civitatem invaſit, Græcis reclamantibus Imperatoris officium eſſe arma curare, non ſacra: ſatis ſuperque à ſe datum quòd ſuam ſemel paſſi eſſent eccleſiam Romanæ ſubjectam renuntiari. Deinde Henrico, immatura morte aſſumpto, Petrus, Antiſſiodorenſis Comes

Petrus Antiſſiodorenſis.

in defuncti locum Imperator à Gallis declaratus, prius Romam cum uxore profectus, ad Laurentii fanum extra muros, Imperii inſignia ab Honorio 3. malo omine accepit: quoniam, paulò poſt, à Theodoro Græco (qui in Epiro pro Imperatore Græciæ ſe gerebat) medio convivio obtruncatus eſt: cujus filius Ro-

Robertus.

bertus, in eodem Imperio & miſeria ſucceſſor Venetorum Ducem, fœderis & auxilii cauſa Imperii collegam appellabat. Verùm cùm perdivitis matronæ Conſtantinopolitanæ filiam, Purpurato cuidam prius deſponſatam, uxorem duxiſſet, prior ſponſus domum Roberti Imperatoris irrupit, novamque nuptam truncis naribus deformat, ejuſque matrem domo abſtractam in mare præcipitat. Imperator autem Romam profectus, multum apud Papam (civilis nempe diſſenſionis authorem) quæſtus, cùm inde Bizantium rediret, in Achaia deceſſit: ut Sabelli. Ennea. 9. lib. 6. qui valde miratur adeo tum nullas Imperatoris opes fuiſſe, ut nec privatam quidem injuriam ulciſci potuerit, ſed aut multum cæcutit, aut (quod veriſimilius eſt) in gratiam Papæ diſſimulat Græcos, etiam Conſtantinopoli, non habuiſſe Gallos illos pro Imperatoribus, ſed pro uſurpatoribus & tyrannis: eo quod eorum eccleſiam Romanæ, contra conſenſum cleri & populi, ſubiicere ſatagerent, ut ſatis liquet ex ſcriptis Sabelli. necnon Antoni. tit. 19. c. 2. §. 2. & aliorum. Sed ad rem. Romani verò Pontifices, à Phoca œcumenici declarati, tandiu Conſtantinopolitanos Imperatores in pretio habuerunt, quandiu è re ipſorum fuit, ut latè diſertéque in ſua lingua tractat Nicolaus Machiavegli in ſua hiſtoria. præſertim in lib. 1. ubi Papatus ortum, progreſſum, & incrementum, Pontificumque Romanorum in id artes graphicè deſcribit: dicens Pontificem Romanum nullam aliam initio habuiſſe authoritatem, ea, quam ei dabat religionis & doctrinæ reverentia. Primam autem occaſionem auctæ eorum authoritatis tribuit

Ortus & progreſſus Papatus.

Theodoricus Rex Gothorum.

Theodorico Regi Gothorum, quando ſedem ſuam fixit Ravennæ: quia Roma remanſit ſine Principe: unde Romani occaſionem habuerunt majorem obedientiam præſtandi Papæ, nec tamen multùm crevit ejus authoritas, donec adventu Longobardorum, Italia in plures partes diviſa, occaſionem dedit Papæ *di farſi più vivo* (ut verbis Machiavegli utar) hoc eſt majoris ſpiritus & roboris fieret: quia Romani, mediante Papa, velut capite, non tanquam ſubjecti, ſed tanquam ſocii, ſe cum Longobardis, & cum Longino Exarcho, colligarunt. Cum autem Papæ modò Longobardorum, modò Græcorum, ſeu Imperatoris Conſtantinopolitani amici eſſent, ſuam dignitatem augmentarunt. ſecuta verò ruina Imperii orientalis, nondum lapſis centum quinquaginta annis à præfato judicio Phocæ, cogitare cœperunt de eo in Francos transferendo, ut Longobardorum Regum jugum, tributum à Roma petentium, regnóque Italiæ inhiantium, excuterent. quod & fecerunt. ut ſatis ſcripſi in conſuet. Pariſi. tit. 1. in Rubr. num. 18. & eadem via eadem jura & privilegia, quæ Conſtantinopolitani Imperatores in ordinatione & inveſtitura Romani Pontificis & reliquorum Epiſcoporum habuerant, in Carolum magnum, & Francos ſucceſſores ſuos, tranſtulerunt.

Quando Papæ egerunt de Imperio transferendo.

Carolus Magnus.

31. Non enim intelligendum eſt (ut volunt imperiti Canoniſtæ, hiſtoriarum ignari) quòd Adrianus primus de novo creaverit & dederit Carolo Magno, & ſuis, jura & privilegia, de quibus in c. Adrianus. gl. 2. 63. diſtinct. ſed eadem jura (quæ antiqua & Imperialia erant) eidem Carolo ſimul cum Imperio competere recognovit, & confirmavit: imò non ſolùm hoc jus Imperatorum in ſuo Imperio, ſed etiam reliquorum Principum in ſuis Regnis.

Jus inſtit. Pap.

32. Francorum enim Reges, initio priuſquam pedem in Italia poſuiſſent, & quicquam Romano Pontifici contuliſſent, ab eo fidei & diſciplinæ eccleſiaſticæ rationem exigebant. c. ſatagendum. 25. quæſt. 1. ut ſupra eo. gloſſ. 4. & in ſuo regno, etiam dudum ante Carolum Magnum, non ſolùm Abbatias, ſed etiam Epiſcopatus dabant, ut ſatis indicat Gregor. Turonen. Epiſcopus (qui vixit, & ſcripſit, tempore Grego. Magni) in ſua Francorum hiſtoria. lib. 4. c. 6. cum ſeq. &, ut refert Annoni. qui ante trecentos quinquaginta annos ſcripſit de hiſtoria Francorum. lib. 4. c. 83. Carolus Magnus monaſterium ſancti Dionyſii Fordulpho Longobardo dedit, in præmium detectæ conjurationis Pipini ſui primogeniti, qui poſtea ante patrem obiit. & apud eundem authorem de Abbatiis paſſim. & lib. 3. c. 55. Innocentius, Gabalitanorum Comes, per decretum Brunichildis Reginæ in Epiſcopatu Rutenorum ſucceſſit, & Guntranus, Francorum tetrarcha, Burgundionum Rex, elegit & ſubſtituit Sulpitium in Epiſcopum Biturigum, dicens multis Epiſcopatus competitoribus, *Non eſt* (inquit) *noſtræ conſuetudo manſuetudinis, eccleſias Chriſti pretio vendere: ne nos damnatione digni, & vos Mago Simoni ſimiles videamini.* & ita frequenter invenias apud eundem authorem.

Reges Franciæ donabant Epiſc. & Abbatias.

33. Et ſic in c. hinc eſt. 16. quæſt. 1. non erat privilegium, ut putat, ſeu potius ſuadere nititur Gratia. qui, arte monachica, de qua in c. inter dilectos. de fide inſtru. de ſuo aſſuit ea verba quòd privilegium ita eſt, &c. ſed ea adjectio non eſt Grego. Magni, authoris d. c. cujus tempore (ut per Grego. Turonenſem συγχύνον ſuum, & alios chronographos) erat verum jus commune Francorum Regum: quod, ſicut & jus Regaliorum, non habuerunt nec acceperunt à privilegio Papæ (ut putant imperiti Canoniſtæ) ſed à ſua corona. Et pariter de Regibus Hiſpaniæ, text. eſt in c. cum longe. 63. diſtinct.

Nec habent Regalia à Papa.

34. Sunt enim Reges fundati in temporalibus in Regno ſuo, ut tradit Panor. in c. veniens. num. 4. de accuſatio. & conſequenter in fundatione & patronatu eccleſiarum, ſaltem majorum, Regni ſui: puta Epiſcopatuum, Abbatiarum, & Prioratuum, ut tradit Archid. c. lectis. 63. diſtinct. ſequitur Bald. in proœmio Grego. incip. Rex pacificus. colum. 2. & in c. quanto. in fi. de Judic. Idem ſimpliciter firmat Anto. Corſetus

Reges fundati in patronatu Eccleſiarum.

Source : BIU Cujas

Jus præsentandi non est de gratia

Corsetus in tract. de excellen. & potesta. Regia. q. 34. rejecta restrictione Præpositi Mediola. in c. imperium. 10. distinct. qui ut Nupetus Canonista, & Cardi. Alexand. quantum potuit nisus est jura Principum restringere, & decreta antiqua cavillari. Sed tantum abest ut patronus ex fundatione jus præsentandi habeat ex mera gratia (ut commenti sunt novi Canonistæ) ut hoc habeat jure primitivo, & tanquam partem juris & dominii pristini, per text. in l. talem in fi. & ibi Bald. & Jo. Imola de hæred. institu. Bald. in d. c. quanto. & c. significavit. in fi. de testi. Bald. Philippus Corneus l. 3. C. de fideicom.

Rex pleno jure confert præbendas.

35. Quòd de mera collatione beneficiorum, pleno jure spectante ad Regem (text. est in c. dilectus. 3. de præb. & in c. cùm inter. in parte decisa. de consuetu. & de Comitissa Flandrensi, in c. fi. de concess. præb. qui text. & similes non sunt intelligendi de privilegio Papæ, ut novi canonistæ, adulantes Papæ, fingunt, sed jure suo, quemadmodum jura Regaliorum, à sua corona) non beneficio Papæ Reges habent, etiam ante omnia jura Pontificia, ut dixi in consuetud. Parisi. §. 27. colum. ultim. Nec solùm Regibus & Imperatoribus, sed etiam aliis Principibus & dominis locorum competere potest, ut tradit Archid. in d. c. lectis. 63. distinctio. & est tex. in c. abbatem. 2. 18. q. 2. ubi loquitur de domino possessionis, ut Abbas non possit ordinari, nisi quem monachorum electio & possessionis dominus poposcerit. Nec subsecutæ novæ Decretales Papæ potuerunt priora hæc jura tollere, sicut nec jura Regaliorum. Itaque meri Canonistæ suis decretalibus (quæ domestica testimonia vocat glo. in c. patet. 9. qu. 3. & gloss. Jo. Andre. in cle. unica in verbo Bonifa. de jurejurand. exarmati, confugiunt ad aliud assumptum à se confictum: videlicet quod laïci spiritualium sunt incapaces. Hoc enim potissimo ariete seditiosus ille Thomas Cantuariensis (contra Regiam majestatem Henri. II. Angliæ Regis, domini sui, à quo Cancellariatus, deinde Archiepiscopatus honore decoratus fuerat, insurgens) Regalia illius Regni quatere nisus est, idque apud Alex. III. omnibus remis velisque prosecutus est, ut patet in c. ex frequentibus. de institutio. & apud Antoni. tit. 17. c. 1. §. 9. & c. 3. quem, licet ab Alex. 3. in divos relatum, Henri. 8. Angliæ Rex ætate nostra, fere post quadragintos annos, læsæ majestatis damnavit. Verùm (ut omnes Theologi testantur, præsertim Richardus de sancto Victore in 4. sententia. distinct. 13. & ibi Thom. Aquinas & Gabriel Biel distinct. 13. q. 2. art. 3. & in electio. 28. canonis) multum falluntur Canonistæ temporalia & carnalia spiritualibus miscentes, & prætextu cujusvis dependentiæ vel annexionis confundentes: & secundum Jo. Gerson in lib. de vita spiritu. animæ. lectio. 2. corolla. 3. in fi. crebro falluntur & fallunt. & idem Gerson eodem lib. lect. 3. col. 2. expressim ait, quòd ejusmodi adinventio (quam commenti sunt Canonistæ) annexæ spiritualitatis turbationes plures, quam scribi potest, traduxit in Ecclesiam. Cùm enim, figmentis remotis, ad verum ipsum venitur. res spirituales (non spiritus ipsi sed ad spiritum pertinentes) proprie & essentialiter sunt gratia Dei, verbum Dei, virtutes: usque adeò ut sacramenta (quæ sunt spiritualia) tamen secundum Theologos non sunt talia essentialiter, sed causaliter, ut terminis eorum scholasticis utar: volunt enim dicere instrumentaliter, ut aperte sentiunt & sese declarant in locis præfatis, & ubicunque de his loquuntur.

Theologi Canonistas reprehendunt.

Res spirituales.

Decimæ quomodo sint spirituales.

38. Unde decimæ, sicut & alii reditus ecclesiastici, sunt res carnales & temporales, non autem spirituales, sed spiritualium ministerio deputatæ. Omnia autem temporalia ut non, nisi jure humano ab Ecclesiasticis possidentur (ut testatur beatus Augustinus tract. 6. in Jo. & habetur in c. quo jure. 8. distinct.) ita dissensu dominorum temporalium, causis occurrentibus legitimis, auferri possunt, ut ad verbum decidit Joan. Gerson in d. lib. lectio. 3. & fere trecentis annis ante eum Hugo de sancto Victore, Theologus Parisiensis, in lib. 2. de Sacramentis.

Jus patronatus non est spirituale.

39. Jus quoque patronatus non est spirituale, sed temporale, ut etiam fatentur Panorm. Philippus Decius, & communiter Canonistæ in c. quanto. de judici. Rochus Curtius in tract. de jure patron. verb. jus. Est tamen secundum eos spirituali annexum, utque proprius loquuntur Thomas Aquinas in 4. sententia. & reliqui Theologi, ad spiritualia ordinatum. non ergo spirituale est. text. in l. servitutes. 3. §. servitus. de servitu. Jus autem etiam pleno jure conferendi, vel electionem confirmandi seu ratam habendi, spectat ad politeiam & externam disciplinam Ecclesiasticam, quæ pars est etiam politeiæ Regiæ, per no. in præfa. superioris edicti. num. 16. Proinde vel meri laïci non minus capaces sunt etiam propriissime & essentialiter spiritualium, quàm meri clerici, ut est in confesso. & sic patet quàm male fucatum fuerit argumentum Canonistarum: quorum etiam aliqui male, imò injuriosè, laïcos inter prophanos deputant.

Ministerium verè Eccles.

40. Ipsum certe ministerium, vere & proprie ecclesiasticum (scilicet evangelii, verbique Dei, & administrationis sacramentorum) separavit Deus ab administratione & potestate civili etiam Regia, ut satis suprà probatum est, & est text. in c. te quidem. c. sicut 11. qu. 3. non autem externam politiam, disciplinamque Ecclesiasticam: cujus pars est præsentatio ad sacerdotia, vel etiam eorum congrua dispositio. Et ultra exempla prædicta extat in Regestis præfati Senatus, & annalibus Francorum, decretum Philippi Augusti Francorum Regis: quod ad expeditionem Hierosolymitanam adversus Saladinum profecturus, edidit sub hoc tenore: *Si forte contigerit sedem Episcopalem, vel aliquam Abbatiam in Regalia vacare, volumus ut canonici ecclesiæ, vel monachi monasterii vacantis, veniant ante Reginam & Archiepiscopum* (scilicet Remensem, patruum suum, quem, cum uxore, Regni sui Regentes constituerat) *sicut ante nos venirent, & libere ab eis electionem petant. Nos volumus quòd sine contradictione eis concedant. Nos verò tam canonicos quàm monachos monemus, ut talem pastorem eligant, qui Deo placeat, & utilis sit Regno.* Quid quòd si Rex absens aliter non proviserat, ecclesiæ cathedrales, sede vacante facultatem eligendi petebant à Rege, in supremo Parisiorum Senatu, ut in ejus regestis habetur.

Philip. Augustus.

Imperatores instituebant Papam.

41. De Romano verò Episcopo indubitatum est non licuisse, sine Imperatoris assensu, eum ordinare, ut apud Paul. Diaconum de gestis Longobardorum, lib. 3. c. 39. & c. 74. Plati. in Pelagio 2. & Grego. 1. Sabellicum Ennead. 8. lib. 5. & omnes. Id enim apud omnes in confesso est: non solùm de Constantinopolitanis Imperatoribus, tam ante quàm post judicium illud Phocæ, sed etiam de occidentalibus Imperatoribus, post Imperium in Francos translatum, seu potius sectum, oriente Græcis relicto, & occidentis Imperio, etiam per Italiam Apuliam usque, Carolo Magno, suisque successoribus, Francorum Regibus, attributo. His enim simul eadem jura, tam Romani Pontificis, quàm reliquorum Episcoporum sui Imperii attributa sunt, ut nuper num. 14. dictum est. imò non solùm Francis Imperatoribus hoc jus in Romanam sedem competit: sed etiam, post illos, Germanis Imperatoribus: qui eo jure usi sunt, donec Greg. 7. multis seditionibus & cædibus per eum ob id in Imperio concitatis, jus illud ab Henric. 4. extorquere nisus est. Et tandem circa annum 1110. Henricus quintus quarti filius, ne similibus seditionibus per Papas agitaretur, coactus est ei juri renunciare Paschali. 11. qui primus nomine suo, sediscque Papalis stipendiis, exercitus armatos per Italiam, ad illius Regnum capessendum, circunduxit.

Henricus 5. cedere coactus.

42. Et quamvis interim, ante Grego. 7. ratione ne-

Source : BIU Cujas

cessitatis (quòd non esset liber aditus ad Imperatorem) vel ratione alterius periculi aut seditionis, quandoque contigerit Romanorum Pontificem eligi sine authoritate Imperatoris : tamen tantum abest ut ob id jus Imperii interruptum fuerit, ut, Legatis excusatum missis, & confirmatione sequenti, recognitum & confirmatum fuerit. ut, cùm anno 581. Pelag. 2. Pelag. 2. Pontifex creatus fuisset injussu Imperatoris Constantinopolitani (quoniam urbem Romam, diu à Longobardis obsessam, nullus exire poterat) missus est Constantinopolim, ad placandum Imperatorem, Gregorius, tunc Diaconus, qui confirmationem Pelagii, cui postea successit, à Mauricio (cujus interim filium de sacro fonte levavit, & Euticium hæreticum convicit) obtinuit, ut apud Paul. Diaconum de gestis Longobardorum, lib. 3. c. 10. Annoni. de gestis Franco. lib. 3. c. 39. Plati. in Pela. 2. Antoni. tit. 12. c. 2. Sabellicum Ennead. 8. lib. 5. colum. 12. & omnes Chronographos. Pariter, cùm, collabente Imperio, Imperatores Constantinopolitani, bona quoque parte Italiæ amissa, reliquum ægre per Exarchos (qui, Roma omissa, Ravennæ considebant) tutarentur, vana erat cleri & populi electio : nisi eam Imperatores, aut eorum Vicarii Exarchi, confirmassent, ut etiam testatur Plati. in Severino : quem in Romanum Episcopum, authoritate Isatii Exarchi electum, & ab eo confirmatum fuisse testatur anno do. 635.

Severinus etiam per Exarchum confir.

Paschalis 1. à Ludo Pio. Imp. confir.

43. Cùm autem, tempore Ludovici Pii, Francorum Regis & Romanorum Imperatoris, Paschalis primus sine ejus authoritate Romæ Pontifex creatus fuisset, timens exauthorari, suámve electionem reprobari, Legatos misit ad Ludovicum 1. Imperatorem : qui illi satisfacerent, ejusque rei culpam omnem in clerum & populum rejicerent : quòd ab his vi coactus esset Pontificium munus obire, priusquam Imperator esset author factus. Accepta hac satisfactione Ludovicus respondit populo & clero, majorum instituta & pacta servanda esse, idque rebus eorum conducere. &, ut mansuetus erat, Pontificem confirmavit. sub hac tamen injunctione, ut deinceps caverent ne simili exemplo Imperatoriam majestatem læderent, ut testantur Plati. & Sabelli. ennead. 8. lib. 9.

44. Cùm autem Bernardus, ab avo Carolo Magno Italiæ Rex factus, instigantibus quibusdam (ut etiam Plati. scribit) Episcopis & seditiosis, ex eo quòd natus esset ex Pipino primogenito Caroli Magni ante patrem defuncto, à patruo deficiens, Imperium occupare nisus, victus, captusque pœnas dedisset, Ludovicus Lotharium primogenitum filium, Regem Italiæ declaravit, necnon in Imperii consortium assumpsit. Itaque Lotharius, vivo patre, Romæ à Paschali 1. coronatus est. Mortuo verò Paschali 1. rursus idem Lotharius, ejus nominis primus, Romam venit, & ibi, tanquam dominus & imperator, politeam constituens, magistratum delegit & instituit, qui populo Romano jus diceret, ut etiam scribit Plati. in Euge. 11. ubi subdit quòd sub Francorum Imperio, videlicet imperante Carolo Magno, deinde filiis ejus, Romani libertate aliqua (hoc est, recta & commoda politeia) post longam & gravem servitutem usi sunt. Deinde post Euge. 11. Valentinum (qui quadragesimo die excessit) Greg. 4. absentibus Imperatoribus, à clero populóque Romano electus, nuntiis ad Ludovicum Pium adhuc viventem missis distulit, nec prius Pontificium munus iniit, quàm Imperatoris consensum habuisset. Ludovicus autem Pius, Imperator, certos ob eam causam Legatos ad electionem examinandam Romam misit : à quibus diligenter electione discussa, nomine & authoritate Imperatoris Grego. 4. confirmatus est, ut testatur Plati. & Volaterra. lib. 22.

Lotharius 1.

Magistratus Rom. à Lothar. delectus.

Greg. 4.

Benedict 3.

45. Idem in effectu scribit Plati. de Benedic. 3. Præfatus enim Lotharius, hujus nominis primus, Imperator, qui post obitum patris, pace & Regnorum divisione cum fratribus facta, solus, cum Imperii titulo, urbem Romam cum Italia & Gallia Narbonensi obtinuit, eaque parte Galliæ (quæ inter Scallum & Rhenum fluvios sita est, quæque à Lothario, ejus filio, Lotharingiæ nomen adusque recepit) post quindecim annos monasterium ingrediens, Imperium Ludovico. 2. filio suo, quem nuper in consortium Imperii asciverat, reliquit : qui Ludovicus 2. à Sergio. 2. Romæ coronatus, postea per Legatos suos Romam missos ad examinandam cleri populique Romani electionem de Benedic. 3. illam confirmavit : post cujus obitum Romæ, præsens electionem Nicolai 1. licet absentis & fugitantis, approbavit.

Lotharingia.

46. Post cujus Nicolai. 1. obitum, absens, electionem Adria. 2. sacris apicibus omissis, ratam habuit. Addit Plati. quòd Romanos laudavit, eo quòd Pontificem sanctè & integrè creassent, non expectato aliorum voto, qui in ea re, ob ignorationem personarum, minus judicii habuissent. Sed ex præcedentibus & sequentibus verbis Plati. quæ non refero, satis apparet eum in hoc studiose conari persuadere Imperatorem eo jure privandum fuisse : sed, si tam præcedentia, quàm sequentia facta, rerumque seriem despicias, verisimilius erit literas Ludovici secundi, fuisse literas confirmatorias electionis, postquam imperator per legatos suos eam recte, & de sancto viro factam cognovit. Quod autem scribit Gratia. in c. cùm Adria. 63. dist. non concludit ex tunc sublatum jus Imperatoris : & adhuc videtur confictum : quia Grego 4. cui Gratianus epistolam illam adscribit, ex longo intervallo secutus est Adri. 2. Sed post Adria. 2. obitum, mortuo interim Lud. 2. Carolus Calvus, ejus patruus, nempe Ludo. 1. filius & Francorum Rex, Regni sui anno 32. Imperator factus, Romæ existens, electionem Joan. 8. approbavit, & ab eo Romæ coronatus fuit. Carolo verò Calvo Mantuæ veneno ab æmulis, post sex annos, sublato, & ut inquit Blondus, Hebræo medico suo pecunia corrupto, idem Joan. 8. à vinculis Germanorum (qui filiis Ludovici Germanici, fratris Caroli Calvi, Imperium vendicare volebant) elapsus, in Gallias fugiens, Trecis synodo habita, Ludovicum cognomine Balbum, Calvi filium, Francorum Regem & Imperatorem coronavit.

Nicol 1.

Adria. 2.

De jure confirmandi Papam per Imper. adversus Plat. & Grat.

Joan. 8.

Filii Germanici.

47. Hic Joan. Carion, nescio quo affectu, Gallos & Pontificem gravat : quasi injuriam fecerint Germanici filiis, & Carolus Calvus eorum metu mortuus fuerit : sed verior est veterum, & aliorum historicorum consensus, ut dixi, nec Calvus & Jo. 8. injuriam fecerunt filiis Germanici, sed ut pater eorum, conspiratione cum Lothario facta, injurius fuit in Ludovicum Pium, patrem (quem in vincula, deinde in monasterium retrusit, eo quòd in Carolum Calvum propensior esset : quem etiam Carolum custodiæ manciparunt, ut vult Plati. in Grego. 4. & latius Robert. Gaguinus, & Paul. Æmilius de gestis Francorum) ita filii dicti Ludovici Germanici, velut odio hæreditario, Carolum Calvum, ejusque filium, inique persequebantur, & satis aperte in eos, & in Pontificem, injurii fuerunt : tum quod Imperium in ipsos Francorum Reges translatum fuisset : tum quod Carolus Calvus non solùm Francorum Rex erat, sed etiam Caroli Magni nepos : & sic gradu sanguinéque proximior tam respectu stipitis, quàm respectu Ludovici 2. sui ex fratre nepotis, ultimò defuncti. Per obitum verò Calvi, non potuit ad alium deferri, quàm ad Ludovicum Balbum, ejus filium, Francorúmque Regem : quo mortuo sine liberis apparentibus, sed relicta uxore prægnante, adeo urserunt Germani, non expectata nativitate & ætate Caroli Simplicis, Balbi filii, adhuc in utero existentis, ut Jo. 8. invitus coronaverit Carolum, Ludovici Germanici filium, cognomento Crassum : cui & suis, nunquàm Galli negotium facef-

Jo. Carion.

Source : BIU Cujas

Carolus Crassus Imperio privatus à suis.

ferunt: quamvis Crassus ille, ob corporis animíque segnitiem, à suis depositus fuerit. Tantum abest ut filiis Germanici prospere cesserit Imperium importune & præpropere, neglectis Francorum Regibus, ambivisse, ut gravissima inde & horrenda scandala secuta sint.

Ablato Frãcor. Regib. Imper. quot secuta mala.

48. Hac enim occasione quòd Francorum Rex non solùm neglectus, sed etiam Normanorum incursionibus implicitus erat, & quòd Carolus Crassus à Joan. 8. licet invito, coronatus, segnis & inutilis erat, Regia & Imperiali providentia cessante. Primò, post obitum Joan. 8. Martinus 2. Gallus, Pontificatum malis artibus adeptus est, & male partum citò, vix annum & quinque menses implens, amisit. Secundò Adria. 3. sine ulla Regia vel Imperiali authoritate ingressus anno dom. 895. primus omnium attentavit ad Senatum populúmque Romanum referre, novámque legem rogare, ne in creando Pontifice Imperatoria authoritas expectaretur: sed libera essent cleri populíque Romani suffragia, ut Plati. Sabelli. Ennea. 9. lib. 1. col. 9. Volater. lib. 22. & alii testantur.

Marti. 2.

Adria. 3.

Infames & decussorii Papæ.

49. Tertiò, per hoc novum, & ut eventus docuit. pernicioſum decretum publicæ & effrænatæ ambitiones & simoniæ, violentiæ, veneficia, cædes, Pontificiam sedem invaserunt, à præfato Adria. 3. per 24. succedentes, imò invicem sese excutientes Papas, præsertim Formosum, Theodorum, Jo. 9. Christophorum. Sergium 3. Joan. 12. in adulterio confossum (quæ Plat. portenta & monstra vocat) per 75. annos, torpente direque afflicto Imperio, usque ad Leo. 8. electum authoritate Othonis primi, Germani Imperatoris valentissimi: qui eundem Leonem octavum confirmavit, imperialia jura de institutione Pontificis, sub illo interregno sopita, resumendo, & renovando.

Leo 8. Otho. 1.

Jus eligendi Pap. Imp. restitutum.

50. Adeo, ut Plati. ait, ut Leo authoritatem omnem eligendi Pontificis, à clero populóque Romano, ad Imperatorem transtulerit. quod tamen non ita ruditer, ut scribit Plati. accipiendum est: sed intelligendum morem antiquum restitutum, ut cleri quidem & populi esset electio, sed authoritas examinandi, & si syncere facta esset, confirmandi, penes Imperatorem: prout etiam sanè debet intelligi quod de Carolo Magno & successoribus suis Francorum Regibus habetur in c. Adrianus. & de isto Othone 1. & suis successoribus, in c. in synodo. 63. dist. ubi inter Leo. 4. & consequenter etiam clerum populúmque Romanum, ex una parte, & Lotha. scilicet primum, & Ludovicum, scilicet 2. ejus filium, in consortium Imperii assumptum, Augustos ex alia parte, in formam pacti fœderisve statutum & firmatum esse dicitur, quòd electio & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi juste & canonice fieri debeat. Cùm igitur Imperatoris specialiter interfit pacta servata esse, potest, & debet, vel interesse, vel electionem factam prius examinare, ut si juxta pacta facta sit, confirmet: sin autem, reprobet: tum etiam multorum sæculorum observantia: quam Plati. rerum experimentis coactus, laudat in Cle. 2.

Pacta.

Quàm necessaria Imper. authoritas in elig. Pap. per exemplum Bonifa. 7. furis, & Jo. 15. cleri osoris.

51. Quæ quàm fuerit necessaria ipsa veritatis testis historia, rerúmque gestarum series ostendit. Ut enim omittam Bonifa. 7. (qui pretiosa quæque è Basilica Petri furto subtrahens, Constantinopolim fugit: donec, divenditis quæ sacrilegio abstulerat, magna vi pecuniarum coacta, Romam ad recipiendam tyrannidem, hoc est, temporalem jurisdictionem occupandam, rediit) & in Jo. 15. cleri osorem (qui divina humanáque omnia cognatis & affinibus elargiebatur, ut refert Platina) inde (id est, non interveniente Imperatorum authoritate) irruperunt tria illa teterrima monstra: videlicet (verba sunt Plati.) Benedic. 9. Sylvester 3. Gregorius 6. quorum primus, ut ignavus & nullius pretii (ut ait Plati.) dejectus est: secundus largitionibus Papatum redemit: quo expulso, primus per factiones restituitur: qui, videns sese contraria factione rursus extrudendum, Pontificatum suum vendidit tertio: qui seditionibus, nummis, & armis, certavit cum secundo, etiam redemptore. Hæc enim contigerunt post obitum Henrici 2. cum casta conjuge sua sine liberis defuncti, & tempore Conradi. 2. Suevi: sub quo propter novum initium sui Imperii in novam familiam delati, omnia in Germania turbata sunt: quinetiam in Italia (ut scribit Plati. in Joan. 20.) multæ civitates, spe libertatis erectæ, ab Imperio defecerunt: & sic Imperii potestate turbata in Germania, & cessante in Italia, Pontifices sibi ipsis relicti, in hæc horrenda scelera & scandala ceciderunt. Eò enim tum, ut scribit Plati. Papatus devenerat, ut qui plus largitione & ambitione valeret, is solus dignitatis gradum, bonis oppressis & rejectis, obtineret. Quem morem utinam (inquit Plati.) non retinuissent nostra tempora.

Henri. 2.

Conrad. 2. Imp.

52. Tandem Henricus 3. filius d. Conradi, Henrico 1. in Gallia regnante, Italiam cum magno exercitu veniens, habita Romæ synodo, causa cognita inter dictos Benedic. 9. Sylvestrum 3. & Grego. 6. eos tanquam teterrima monstra, ad abdicandum se magistratu damnavit, & compulit: Syndegerum Banbergensem Episcopum, qui Clem. 2. dictus est, Pontificem creavit (à quo etiam Romæ coronatus fuit) &, ad vitanda in futurum hujusmodi scandala, factiones, licitationes, & seditiones ambientium Pontificatum, coegit Romanos in verba sua (ut inquit Plati.) jurare Pontificum electioni se nequaquam interfuturos, nisi jussu Imperatoris id facere cogerentur. Hinc mortuo Cle. 2. (omisso Damaso 2. qui die 23. Papatus per violentiam occupati, mortuus est: quem Plati. è catalogo delendum censet.) Romani, juxta illud jusjurandum, Legatos ad præfatum Imperatorem in Germaniam miserunt, anno 1049. supplicatum ut optimum Pontificem sibi daret: qui statim Baunonem, Episcopum Tublensem, virum bonum & simplicis ingenii, Legatis & ecclesiæ Romanæ obtulit: qui Leo 9. dictus est, ut refert Plati. qui hunc Imperatorem vocat Henricum secundum; sed juxta Germanos historicos (qui Henricum Aucupem, Saxoniæ ducem, Othonis Magni patrem, post Conradum primum, qui ex nobilissima Caroli Magni posteritate noviſſimus fuit, Imperatorem designatum, non immeritò inter Imperatores numerant, ut etiam est text. in c. constitutio. 63. dist. & Abbas Ursperg. computat) tertius est, cognomine Niger.

Henric. 3. Imp.

Cle. 2.

Damas. 2.

Henric. 1.

53. Sed circa id, quod obiter dictum est de Damaso 2. quem Plati. non immeritò expungendum censet, non absurde quæri potest, cur non idem censuerit de Damaso primo: quem non solùm vi & armis sed multis cædibus, etiam in templo editis, pro Pontificatu certasse, & superiorem evasisse scribit. Imò etiam (ut refert Ammianus Marcelli. qui eo tempore floruit & scripsit lib. 27.) tanta tamque cruenta seditione Damasus & Ursicinus, supra humanum modum ad rapiendam Episcopalem sedem ardentes, sciſſis studiis asperrime conflictabant instar belli, ut nec Juventius urbis & Palatii Præfectus, sedare potuerit: sed vi magna, urbeque relicta, coactus sit secedere in suburbanum: & tandem in concertatione superavit Damasus: sed uno die centum triginta septem cadavera peremptorum in ipso templo reperta sunt, non computatis his qui aliis diebus vel extra templum occisi sunt.

Damas. 2.

Ammian. Marcelli.

Bellum Papisticum Juventius.

54. Causamque tam præfractæ cupiditatis aperit Ammianus securitatem triplicem: nempe divitiarum, fastus, & deliciarum. *cùm id adepti* (inquit) *futuri sint ita securi: quippe ditantur oblationibus matronarum, procedúntque vehiculis insidentes circunspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorum convivia regales superent mensas.* & exprobrat eis Antistitum provincialium frugalitatem, sanctitatem, & verecundiam. Quòd si Ammia. talia vidit tempore suo, circa annum

Causa ambitionis Paparum.

Tria monstra Papa.

Source : BIU Cujas

domini 370. minus novi videntur abusus postea secuti quantumvis portentosi : nisi quòd turpe est Christianos minus hæc erubescere, quàm Ammianum ethnicum, cui ea vitia non solùm despectui erant, sed ea quoque insectabatur. Satis tamen indicat terrenam supergressionis ambitionem, jam sedem illam invasisse eo prætextu quòd esset ubi caput Imperii erat. eò enim respicit quòd reliquos antistites provinciales vocat. Quòd si Damasus ille 23. die Pontificatus sic adepti obiisset, non dubito quin Plati. eum è catalogo æquè delendum censuisset. Hanc notam velavit eventus sessionis novemdecim annorum & quadrantis.

Ildebrandi factio.

55. Redeundo ad Baunonem, et, Pontificio habitu Romam accedenti, obviam egressus Ildebrandus, monachus astutus, viam suæ ambitioni eminus præstruens, persuasit, ut deposito Pontificio apparatu, privatus urbem ingrederetur, dicens Henricum nullam creandi Pontificis potestatem habere, sed ad clerum populúmque Romanum pertinere. Voce etiam quadam è cœlo conficta, mox Ildebrandus egit ad clerum populumque Romanum, ut Baunonem eligerent, Leonem 9. appellatum : à quo statim Cardinalis Diaconus creatur : idemque Leo sancti Pauli ecclesiam gubernandam dedit, ut quasi consors Pontificii muneris secum videretur, cùm alter Petri, alter Pauli templum regeret. Rursus, mortuo Leone,

Victor. 2.

successit Victor 2. Alemanus, ex provisione solius ejusdem Imperatoris : quia clerus populúsque Romanus, juxta idem jusjurandum, non elegerunt, sed ab Imperatore postularunt, misso ad hoc Ildebrando Legato : & sic, quandiu vixit Henric. 3. solus Romanam ecclesiam pacificè ordinavit. tres enim ad minus canonicos Papas successive instituit, tribus simul destitutis, etiam teste Platina, Abbate Ursperg. & aliis Chronographis.

Henr. 4. sub quo violenti Papæ.

56. Henrico verò Nigro mortuo, relicto impubere filio sub tutela matris Agnetis, rursus sublato metu & reverentia Imperatoris, caput more solito erexerunt audaces & ambitiosi homines, per vim & largitiones Pontificatum invadentes, & invicem sese excutientes. Veliternus enim Episcopus, favore quorundam nobilium, per vim, preces, & pretia, Pontifex creatus, Benedic. 10. appellatus est : sed Ildebrandus, cum Gerardo Episcopo Florentino, Romam adveniens, in omnes acerbissimè invectus. tantis contentionibus egit ad populum, ut Benedic. non solùm Pontificatu, mense intrusionis nono, sed etiam Episcopatu deiiceretur, & in exilium privatus mitteretur, suffecto Gerardo, qui Nicol. 2. vocatus est, & qui anno 1059. ad confirmandam dejectionem Benedicti 10. sanctum illud Decretum edidit, de quo in c. si quis pecunia. 79. distinct. ubi quisquis pecunia, vel gratia humana, aut populari, seu militari tumultu ingressus fuerit, declaratur apostaticus, & etiam manu armata extrudendus, & pariter Decretum incip. in nomine domini. 23. distinct. cujus pars Decretum præcedens videtur : ubi, dum se facit successorem Stepha. 9. reiicit è catalogo Pontificum præfatum Benedictum 10. & statuit Cardinales Episcopos primùm de electione tractare, mox reliquos Cardinales adhibere, sicque reliquum clerum & populum ad consensum novæ electionis accedere. Et rationem reddit optimam : videlicet ut cum universo clero, etiam populo adhibito, venalitatis morbus nequeat irrepere. non enim facilem habet ingressum, nisi re ad paucos redacta.

Benedict. 10. intrusus.

Nicol. 2.

Decretum, quo omnes fere Papæ à 400. annis declarantur apostatici.

Unde elect. Pap. ad solos Card.

57. Hac autem occasione scripsit Blondus, & post eum Gassarus in epitome, & Jo. Carion, quod Nicol. 2. primus statuerit jus eligendi Romani Pontificis ad solos Cardinales, aliis penitus exclusis, spectare. Tamen non præcise hoc statuit : sed quòd Cardinalibus in ea re primas dedit, hoc ipso futuris Cardinalibus occasionem dedit totum sibi arripiendi : prout, post sexaginta annos, practicare cœperunt in electione Gela. 2. qui fuit sextus à Nicolao 2. Mortuo enim Nicol. 2. Episcopi elegerunt (quamvis duos in discordia) & Ildebrandus contendit electionem spectare ad clerum, ut apud Plati. qui postea in Greg. 7. refert decretum electionis à solis quidem Cardinalibus, sed præsentibus Episcopis, Abbatibus, & multis tum clericis, tum laïcis, deinde refert Paschal. 2. fuisse electum à clero, expectante populo, & collaudante Cardinalium Senatu : & post Paschal. 2. semper à solis Cardinalibus, nisi tempore concilii Constantiensis & Basiliensis.

Origo Cardinalium.

58. Et hic obiter notandum de origine Cardinalium, non fuisse inventum unius solius Papæ : sed Summystarum quoque suorum, videlicet parochorum Romæ (quos vulgo curatos vocant) non tamen totius diœcesis Romanæ, sed solius urbis & suburbiorum. Cùm enim hi essent Papæ (ut pote proprio Episcopo) non minus assidui quàm in eadem urbe vicini, videntes favore judicióque Imperatorum, ut supra numero 12. officialium & subjectorum Imperialium, plus suo Episcopo quàm reliquis Episcopis provincialibus tribui (ut pote in loco, quod esset caput orbis & Imperii, sedenti) cœperunt & ipsi, cum suo Episcopo & ejus Archipresbyteris & Diaconis, hunc mundanum favorem pro jure arreptum, quacunque occasione augere, propriúmque & Papæ velut commune negotium collatis operis urgere : utque se tanquam assiduos familiares, Consiliarios, & laterales Papæ è numero reliquorum parochorum in altiorem ordinem, novumque prærogatæ dignitatis collegium erigerent, novo splendidóque in id conficto vocabulo, sese Cardinales appellaverunt. Et tandem partim sua, suíque Papæ authoritate, & edictis, partim potentia, fastu, & pertinacia, id egerunt & assecuti sunt, ut exclusis Principibus, deinde populo, postremò reliquo quoque clero, ad se solos electio Pontificis Rom. pertineret, sicque ferè semper unum ex seipsis eligerent, ut etiam tetigit Nicol. Machiavegli, lib. 1. histo. Floren. pag. 14.

Incrementum sedis Papalis.

59. Tuncque (ut ibi describit) mirum in modum augeri, & in dies corroborari cœpit potentia & authoritas illius sedis, seu consistorii, tot consultoribus simul juratis & devotis, operas assidue ad eam undequáque augendam conferentibus, & pertinacissime omni alio studio omisso defendentibus. Et impletum est quod de his scripsit Alberi. in l. bene à Zenone. col. 6. num. 18. C. de quadrien. præscriptio. *Præsidentes* (inquit) *Romanæ ecclesiæ, eorum astuta & sagaci prudentia, secundum temporum varietatem sua variaverunt statuta, modò Imperium sublimando, modò paulatim deprimendo de tempore in tempus. Sed ad quid? nisi ut sensim omnia, & cœlestia & terrena, & spiritualia, & temporalia (ut vocant) pedibus suis (ut palam gloriantur) subiicerent?* & ibi Alber. approbat sententiam Joannis Parisiensis, & Dantis Aligerii, Imperium non dependere à Papa. Refert etiam & approbat legem Ludov. Bavari Imperatoris 4. per quam ita declaratur, & ex sola electione verum Imperatorem fieri, sine ulla Papæ vel suæ sedis approbatione, & contrarium asserentes omnibus feudis & bonis Imperii ipso facto privantur, & crimen læsæ majestatis incurrisse decernuntur, sed poterat etiam hæreticos declarare, per illud Joan. 18. Regnum meum non est hinc. Ille vigintiquatuor annis, spretis diris Paparum, victor permansit : adeo ut anno 1335. Benedic. 12. Papa, impetentibus coram se personam Ludovici, qui contra Ecclesiam egisset, respondit : *Imò nos fecimus contra ipsum : quod fecit, provocatus fecit : id est, ad se, dignitatemque Imperii tuendam.* Subdit Alberi. hæc verba : *Si quælibet potestas fuisset contenta suis limitibus, & una alteram coadjuvasset, sicut facere tenentur, puto quòd pax esset in universo orbe.* Sed unde initium mali, nisi à malis Sacerdotibus ? ut quæritur S. Hierony. Et sic sensim Card. cum Papa suo, ad totius orbis regimen aspirantes sese Principes & pa-

Imperium non dependet à Papa.

Lex Ludov. Bavari. 4.

Benedic. 12.

Source : BIU Cujas

tres orbis terrarum vocari fecerunt. Quod an putas Grego. Magnum passurum, si viveret?

60. Cæterum Nicol. 2. biennio post illud decretum, de quo suprà num. 56. mortuo eo spreto, bis magno cruore fuso, pro Papatu certatum est. Et tandem Alex. 2. copiis Mathildis, ditissimæ fœminæ, adjutus, victor evasit: quem, cùm Oto Colonienſis Archiepiscopus, gravissimis verbis increparet, quòd sedem Romanam injussu Cæsaris, & contra quàm consuetudo & lex ipsa jubebat, occupasset, tum Ildebrandus, jam cominus viam sibi præstruens, acerrimè contendit electionem ad clerum pertinere. Sciebat enim callidus ille monachus sibi apud Imperatorem Pontificatus emerendi locum non fore, seque factionibus jam potentiorem evasisse in clero & novo collegio, Dux quoque exercitus, quem Alex. 2. à Mathildi comitissa acceperat factus, Apuliam infesto agmine tetendit, & armis Papisticis non solùm Richardi & Guillelmi, Normanorum Ducum, impetus repressit, sed etiam aliquot urbes, & in his Capuam & Beneventum his eripuit, fiscoque, seu patrimonio Papali, adjunxit.

Alex. 2. armis vincit.

61. Et paulò post, Alexandro mortuo, sese suffici, & Grego. VII. vocari curavit, anno 1072. quem, utcumque Plati. & Sabelli ennea. 9. lib. 3. & Simoneta cornu. Abbas, lib. 5. c. 67. post secula plura secuti, summis, sed adulatorie, more suo confictis laudibus efferre nitantur. tamen Sigebertus antiquus historicus, quinetiam Buno Cardinalis, ejus σύγχρονος & ecclesiæ Romanæ Archipresbyter, tetris facinoribus eum onerarunt: quòd necromanticus fuerit, & Ecclesiæ & Imperii statum perturbarit. Primus enim Episcopatuum, Abbatiarum, & aliorum beneficiorum collationem, quam Imperatores eousque pacificè habuerant, eis eripere voluit: imò etiam omnibus Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & aliis secularibus potestatibus quibuscumque: & de facto, tam investituram dantes quam accipientes excommunicavit: ut sunt tex. in c. si quis deinceps. c. quoniam. 16. q. 1. & decretum Adriani 3. de abroganda potestate Cæsarum in institutione Romani Pontificis innovavit. Primus non solùm Imperatorem anathemate notavit, sed etiam Imperio abrogare, & subditos sacramento solvere attentavit, & simul omnes ei adhærentes etiam dignitatibus, ac beneficiis, diris execrationibus adjectis privare. Primus, bullis emissis, edixit ne quispiam cujusvis conditionis, vel Rex, Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Comes, &c. Legatis Papæ resistere audeat. Primus legem edixit, ne quis Episcopatum vel Cœnobium vel aliquod aliud ecclesiasticum beneficium, à laico acciperet. Primus temporalem, supremamque jurisdictionem, quam ante centum annos Bonifa. 7. sacrilegiis suis occupare nisus fuerat, lege lata, usurpavit, edicens à se vel Magistratibus suis, justitiam requirendam. Primus palam edixit se non solùm in cœlo ligare & solvere posse, sed in certa quoque etiam Imperia, Regna, Principatus, & quicquid habere mortales possunt auferre & dare se posse.

Grego. VII.

Sigebertus. Buno.

Gregor VII. novitates.

62. Et hæc omnia non ex fabula Constantini, non ex largitionibus Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Pii, aut alterius sive Principis, sive populi donatione, vel consensu, sed à Deo & beato Petro tantùm, & eo ipso quòd Præsul & Papa Romanus, quas leges & edicta diris & horrendis execrationibus communiit, ut apud Plati. En artes, en præstigia: quibus Imperium Romæ, Regnumque Italiæ apprehendere voluit, reliquaque omnia etiam in terra & mari Imperia & Regna à nutu suo dependere. Sed ad hoc confirmandum sensit solas diras & atroces processus non sufficere: præsertim cùm non deessent Episcopi, qui tyrannidem Papæ improbarent in deroganda authoritate Cæsaris pro sua libidine: quare & ipsi synodos facientes, neglecta excommunicatione Papæ Ildebrandi, ipsum vicissim excommunicabant: adeo ut Henri. 4. habito conventu apud Vvormaciam, subtraxerit sese & suos ab obedientia Papæ abrogati, & publicis programmatis interdixerit omnibus, ne ulla in re Pontifici Romano obtemperarent: & ex eodem conventu Romandus, Parmensis clericus, Romam veniens, Gregorio publice interdixit, ne quid ageret deinceps quod ad magistratum Pontificis pertineret, & Cardinalibus ipsis mandavit, ut relicto Gregorio, alium habituri Pontificem, ad Imperatorem proficiscerentur, ut refert Plati.

Terrifici fumi.

Subtracta obedientia.

63. Videns autem Papa vi, factisque opus esse, ut votis suis potiretur, & primùm necesse esse Imperatorem spoliari regno Italiæ, necnon jure Romanam sedem & Episcopos Imperii ordinandi, ut eò perveniret, tanta civilia bella per suos emissarios, nempe sacrificulos, Præsules monachos, ubique sibi juramento addictos in Imperio excitavit, ut coegerit Henri. 4. Imperatorem, ab adolescentia senectutem usque, sexagies & bis (ut etiam Bapti. Egna. scripsit) in aciem civilis belli, à Papa suscitati, descendere, Marcumque Marcellum & Julium Cæsarem supergredi: quorum alter trigesies, alter quinquagesies & bis certavit. Unde Imperium attritum adeò corruere cœpit, ut nunquam in veterem statum redigi, & pristinas vires recuperare potuerit.

Emissarii Papæ.

Henr. IV. pugnavit 62.

64. Utque Albertus Crantius ecclesiast. histor. lib. 5. scribit, etiam Rudolfum, Sueviæ Ducem, Cæsaris sororium, eique fidelitatis juramento adstrictum contra fœdera & juramenta adversum Imperatorem, dominum & sororium suum, rebellare fecit, & ad eum concitandum & dementandum, sub annum 1077. auream coronam misit inscripto versiculo *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo:* significare volens à petra (qui est Christus) Imperium terrenum, etiam Germaniæ, Pontifici datum, & ab eo nunc dari Rudolfo. cumque Rudolfo, dextra abscissa victo, eoque, Papisticis Episcopis mala eorum consilia exprobrante, mortuo, facinus hoc male successisset, & Imperator, Italiam petens, superata apud Parmam, Mathildi, ejusque incestuoso marito Azone Romam victor ingressus, Ildebrandum expulisset, & à Clem. suffecto se coronari fecisset, & à Guiscardo Normano novo Papæ vasallo, cætera impeditus, Germaniam repedare coactus esset, non tamen cessarunt Episcopi Papistici, etiam mortuo Ilbebrando (cui successive suffecti sunt quatuor alii monachi, videlicet Victor. 3. Urb. 2. Paschal. 2. & Gela. 2.) omnem movere lapidem ad Imperatorem opprimendum, donec zizania circumquaque seminata, etiam Henricum 5. ejus filium adversus patrem impia arma sumere fecerunt.

Rudolfus Sueviæ Dux Impe. sororius.

Versus Papisticus.

65. Horrenda sunt, quæ vere tamen & parcè Abbas Urspergensis in suo chronico scribit, qui illis temporibus vixit, & Pontificibus adhæsit, præsertim Paschali 2. ab Hyerosolima Romam reversus, ut ipse de seipso scribit, pag. 254. & licet causæ Pontificum, quantum potest, faveat, testatur tamen, & scriptum reliquit. quod sub Greg. 7. Romana Resp. & omnis Ecclesia novis & inauditis schismatum erroribus periclitari cœpit. De quo Gregorio, cùm absque Regis (scilicet Romanorum Henrici 4.) consensu, solis tantùm Romanis (quos jam ab Imperatore domino suo, abalienaverat, ut supra eo. nu. 55. nu. 60.) faventibus hunc apicem conscendisset, sunt (inquit Abbas ille Urspergensis) qui dicant illum non canonice constitutum, sed tyrannice Papatum sibimet usurpasse: pro qua re & à nonnullis Episcopis abdicatus est. Mox subdit, quod anno domini 1076. habitum est concilium apud Vvormaciam: ubi, præsente Rege Henrico, universi pene Theutonici Episcopi præter Saxonicos (hi enim impulsore Papa rebellaverant) Ildebrandum abdicarunt, mittentes ad illum epistolam, post multas culpationes in eum injectas, ita conclu-

Horrenda de Gregor. VII. in Abbat. Usperg. Chro.

Concilium Vvormac.

Dies Gregor. VII.

Source : BIU Cujas

ſam : *Quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis eſt initiatus & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtaſti, obedientiam, quam tibi promiſimus, nullam nec de cætero ullam ſervaturos eſſe renuntiamus.*

Concilium Noricum.

66 Et rurſus anno domini 1080. refert aliud concilium Epiſcoporum & optimatum Italiæ & Germaniæ apud Brixiam Noricam : ubi, omnium conſenſu, facta eſt hæc concluſio contra Ildebrandum, ut ſequitur: *Quia illum conſtat non à Deo electum, ſed à ſeipſo, in fraude ac pecunia impudentiſſimè objectum, qui eccleſiaſticum ſubvertit ordinem, qui Chriſtiani Imperii perturbavit Regnum, qui Regi catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui periturum defendit Regem, qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia, & quicquid inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit : nos, autore Deo congregati in unum, &c. contra eundem Ildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtionem ponentem, hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, pithonico ſpiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, judicamus canonice deponendum, &c.* Ideo autem exprobrat divortia, quia Gregor. 7. non ſolùm primus ſacerdotibus Germanis matrimonia prohibuit : ſed etiam multa jam contracta divulſit, ut refert Henric. Mutius lib. 16.

Grego. VII. victus abdicatur & exul moritur.

67. Idem Abbas refert in quodam prælio Rudolfi. & Epiſcoporum Papæ, contra Henr. 4. multis proſtratis & utrinque fugientibus, quoſdam Archiepiſcopos Papæ occiſos, captos, vel ſuſpenſos & infinitas hujuſmodi clades ſuſcitatas à Gregor. 7. quem tamen Henr. 4. Italiam veniens, Roma diu Gregor. 7. reſiſtente obſeſſa & capta, fecit à Romanis unanimiter abdicari, & in exilium agi, ubi deceſſit. & Henri. Unigbertum, Ravennatem Archiepiſcopum, Papam inſtituit : à quo, cum Bertha uxore, coronatus eſt, anno 1084. & anno ſequenti in ſynodo Moguntiæ, præſentibus Legatis Romanorum, omnes Epiſcopi rebelles Imperatori depoſiti ſunt : & ibi, communi conſenſu atque conſilio, conſtituta pax Dei: deinde ſubſtituti ab Imperatore, loco abdicatorum, Epiſcopi converſatione & doctrina præſtantes.

Buno.

68. Sed horrendiſſima ſunt, quæ Buno Cardinalis. de his quæ vidit, in ſua hiſtoria ſcribit: ubi lugenda refert de vitiis Joan. 20. Benedict. 9. Sylveſtri 3. Grego. 6. Leo 9. Alex. 2. quæ partim juvenis vidit, ſed execranda ſenex tempore Gregor. 7. qui primus turbis laicorum ſtipatus, cum terrore & minis, Epiſcopos ſibi jurare coegit. ut in c. ego. de jurejurand. quod non eſt Greg. Magni, nec Grego. 3. ut luculenter oſtendi ſuper tex. d. c. & ſuperſcriptione c. 1. eo. tit. quam ibi ratione reddita correxi. Tum ſacras ſcripturas violenter intorſit, ad falſas inventiones ſuas, ut verba *paſce oves meas*, ad Reges deponendos, *claves Regni cœlorum*, ad regna terræ, ut etiam apud Plati. qui ſatis luculenter illius ac in re hæreſes, licet imprudens, traducit. Tum ſacramentum corporis Domini, divinationes quærens contra Imperatorem, in ignem conjecit. Tum Imperatorem per occultos proditores perdere voluit. Tum tres homines, non convictos, nec confeſſos, abſque ſeculari bus judicibus, morti adjudicavit, & ſuſpendi fecit. Tum librum necromanticæ artis ſecum ferre ſolebat. Quæ, & plura alia ſcelera, Buno refert.

Graviora ſcelera Gregor. VII.

69. Ildebrando verò in exilio mortuo, non quieverunt ejus ſucceſſores : ſed (ut etiam Abbas Urſperg. ſcribit) quamvis ſcelerata illa rebellio Rudolfi ſororii in Imperatorem à Grego. 7. ſuſcitata, poſt multas clades peſſimum & pudendum Papiſticis habuiſſet exitum : tamen non deſierunt deteriora moliri. Conradum enim filium Imperatoris primogenitum, quem pater nuper Cæſarem Regem coronaverat, dementarunt, & in patrem armarunt, eique contra patrem in Italia novem fere annos regnanti, & pro Papa militanti, filiam Ruggeri Normani, Siciliæ Ducis, Papæ fœderati, uxorem ducere fecerunt, quo Conrado mortuo (cùm interim Henr. 4. eo reprobato juniorem filium ſuum Henri. 5. Aquiſgrani Regem anno 1099. coronaſſet) eum quoque technis ſuis adverſus patrem feroci ùs rebellare fecerunt: ut meritò quæri poſſit, an hi minus offenderint præceptum Dei, quam Phariſæi illi, quos acriter reprehendit Chriſtus, Matth. 15. Marc. 7. Ait enim Abbas Urſperg. quòd anno domini milleſimo centeſimo quinto, dum Imperator Henr. natalem domini Magontiæ celebrat, Henr. filius ejus, nominis illius quintus, Rex dictus, rebellationem adverſus patrem in Baioaria parat. Contra, idem Abbas late deſcribit humilitatem, devotionem, obedientiam Henri. 5. erga Epiſcopos, Abbates, monachos, & clericos Papæ, à quibus in patrem armabatur, & adoleſcentiæ ejus verecundiam, & erga Sacerdotes reverentiam ſummis effert laudibus: ſed mox parricidialia bella refert : quamvis multa (ne nimis odioſa impietate cauſa Papæ gravetur) diſſimulet : quæ ex Alberto Crantio eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 5. H. Mutio Germanorum Chronicorum lib. 15. & aliis ſuppleri poſſunt : ut patrem à filio in itinere per inſidias, contra fidem publicam datam, captum, & carceratum (ut præfatus quoque Abbas pag. 262. ex epiſtola Henrici 4. refert) duoſque Epiſcopos (ut Crantius lib. 5. c. 20.) Imperatorem acceſſiſſe, eumque exauthoraſſe, coronam capiti detraxiſſe & ſede detractum omnibus Imperialibus exuiſſe : & ad avertendam plebem (quæ magis pro patre ſtabat) ſelectos judices in cauſa fidei, ſuper hæreſi Vvigbertina & Henritiana : quia ſcilicet Henrici 4. depoſito & ejecto Ildebrando, Vvigpertum Ravennatem Epiſcopum Cle. 3. vocatum Papam ordinaverat. tumque ſcribit Abbas Urſperg. exaltata divinitus eccleſiæ Romanæ cornua, ad incutiendum timorem cunctis, uſquequaque ſchiſmatum membris.

Conradus.

Cornua Ro. eccleſiæ exaltata.

Rurſum ſchiſma inter Imperiū & Papatum incipit.

71. Sed poſt hos luſus, eadem fere rependerunt filio, quæ patri : ut enim ſcribunt idem Abbas, Platin. & alii, anno M. CXI. Henrico 5. Romam ad coronam Imperialem venienti Paſchalis 2. miſſis Sutrium uſque Legatis, dixit ſe paratum ad conſecrationem, & omnem Regis honorem : ſi tamen ipſe laicam abdicaret Epiſcoporum inveſtituram. quod Henri. conſenſit, ſub eo pacto, quatenus concilio quoque vel concordia totius Eccleſiæ, ac Principum Regni aſſenſu probaretur. Itaque Henricus, magna pompa Romam ingreſſus, & unà cum Papa, ad dextram tamen, ingreſſus : Pontifice petit, ut illos confirmet, quibus ipſe Epiſcopatus dederat : recuſantem verò Paſchalem cum Cardinalibus capit, & ad caſtra, deinde ad Soractis montem perducit. quare Paſchalis 2. accitis è Roma notariis, pacta & privilegia antiqua Imperatorum de creatione & inveſtitura Pontificis & Epiſcoporum (de quibus in c. Adrianus. 2. in ſynodo. c. inter nos & vos. 63. diſtinct.) confirmavit & innovavit : & hoc modo compoſitis rebus, urbem redeuntes, Imperator à Papa coronatur.

Concilium Paſchal. 2.

72. Sed, poſt diſceſſum Imperatoris anno 1116. Paſchal. 2. ingenti ſymmyſtarum ſuorum ſynodo coacta Romæ, cum magno cordolio confitetur & deplorat grande illud peccatum quod fecit, dum captivus privilegium illud in tentoriis Regis dedit. rogat omnes Deum pro ſe veniam orare, & privilegium à pravitate ſui, privilegium vocat, & ex communicat, rogans omnes ut idem facerent, tunc ab univerſis conclamatum *fiat, fiat.* At mox inter conſidentes ortum

Pœnitentia Papæ.

Source : BIU Cujas

est grave dissidium super specie illius peccati à Papa confessi, an fuisset peccatum hæresis, censebat enim privilegium illud hæreticum fuisse. & sic nonnulli palàm inferebant Paschalem ipsum ex ore proprio hæreticum fuisse, & Papatum semel amisisse, aliis contendentibus Papam bene feciſſe: eo quòd ut se populumque Dei, liberaret, & sic ex charitate evangelica, feciſſet, ut latius describit idem Abbas, & in eodem concilio Paschalis II. decretum Gregor. VII. super dictis investituris confirmavit, sub anathemate dantis & accipientis, ut etiam patet in c. si quis clericus. in c. constitutiones 16. q. 7.

Incr. schis. inter. Impe. & Pap.

73. Et sic rursus scinditur, & novis seditionibus à Papa & suis symmistis involvitur Regnum Teutonicum: quod jam circiter decem annos quieverat. Machinamenta verò Episcopi Mogontini contra Imperatorem, multasque cædes, dictus Abbas refert, pag. 273. cum seq. Sed Henri. V. ægre ferens se excommunicatum iri, & Imperio privari, anno sequenti Romam redit, fugato Paschali, & alio Papa suffecto (quem Gregor. VIII. nominavit, ut inquit H. Mutius Germanor. chronico. lib 16.) rursus se cum potestate dandorum Episcopatuum coronari fecit, ut ait Plati. quin Gelas. II. (qui, ut decessor monachus fuerat) scribit Henri. V. cùm sciviſſet adversum se parari exercitum, à Ducibus Apuliæ & Campaniæ autore Papa, cujus vectigales erant, Romam veniſſe, & Mauricium Bracharensem Archiepiscopum, patria exulem, Papam creaſſe, & Gregor. VIII appellaſſe, & Fregepanum familiæ commendaſſe. sed verius est, ut alii scribunt, quòd Henri. V. sub Gelas. II. restituit dictum Greg. quem prius sub Paschal. 2. creaverat. Subdit Plati. Gelasio cum proceribus Apuliæ magnoque exercitu adventante, Henricum V. Italia exceſſiſſe, mortuoque Gelasio Calixtum II. comparatis repente copiis, præfatum Gregorium, Sutrii se continentem, viciſſe, captumque & camelo impositum in triumphi speciem Romam duxiſſe.

Henri. 5. cedit investituris eccleſiarum.

74. Tandem, cùm videret Henri. V. potentiam Papæ, Normanorum Ducem armis (quos duces Apuliæ & Campaniæ Papa faciebat) crescere, seque iisdem artibus & intestinis bellis, quibus & pater ejus oppressus fuerat, peti, sibique idem periculum imminere, ceſſit antiquis illis Imperialibus juribus & privilegiis investiturarum Pontificum Ro. Episcoporum & Abbatum: & anno milleſimo centeſimo vigeſimo secundo concordiam factam, & fœdere firmatam inter Henricum V. & Calixtum II. & ejus tenorem describit Abbas Ursperg. pag. 280. cujus summa est. Quòd mediante generali absolutione, omnium censurarum, eccleſiasticas investituras cæteraque spiritualia negotia, quæ tanto tempore Reges Theutonici administraverant, quæque ipse, ne Regni diminueretur honor, nunquam se vita comite dimiſſùrum proposuerat, humiliatus abnegavit, & in jus perpetuum eccleſiæ dimisit. Contra conceſſit Calixtus electiones Episcoporum & Abbatum Theutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præsentia Imperatoris fieri absque simonia & aliqua violentia, judicio in casum discordiæ, reservato provinciali synodo. electus autem Regalia per sceptrum ab Imperatore vel Rege percipiat, promittens auxilium secundum officii sui debitum, de quibus ad Papam Rex querimoniam fecerit. Eadem ad verbum refert H. Mutius lib. 16.

75. Et his artibus Pontifices, eodem ferme tempore (Imperio attrito) non solùm supremam temporalem potestatem Romæ, & in Italia sibi palam attribuere cœperunt, sed etiam dominationem & jura appellationum in alias eccleſias: quamvis nondum plene nec pacifice, sed cum multis cruentis bellis succeſſive serpendo. Ut enim refert Plati. tempore Stephan. IX. anno 1057. Mediolanensis Eccleſia tunc demum cœpit Eccleſiæ Romanæ obtemperare, cùm ducentis fere annis se subtraxiſſet. Sed certe (quicquid tacite innuat Plati.) multò minus invenitur quod ante annum 850. fuerat Romanæ subdita, sicut nec tempore divi Ambroſii. Deinde sub Urba. II. acceſſerunt eccleſiæ Hiſpanicæ: quia Archiepiscopus Toletanus, Romam veniens, & in verba Pontificis jurans, pallium & privilegia quædam, totiusque Hiſpaniæ Primatum ab eo aſſecutus est, ut scribit Plati. in Urbar. II.

Eccleſia Mediolanenſis.

Hiſpanica.

76. Eccleſia autem Anglicana nondum plene subjiciebatur: sed Reges impediebant appellationes Romam interponi: donec Henri. II. propter Thomam Cantuarienſem, sibi rebellem, occiſum, coactus est ab Alex. III. alioquin deturbationem è Regno, & populi sui seditionem minitante, Regni jura à Papa recognoscere, & inter alia, jurare appellationibus, ad curiam Romanam factis, non adversari, ut ait Plati. in Alex. III. Adhuc tamen non continuò cœpit curia Romana usque adeò alias eccleſias (præsertim Gallicanas) expilare: niſi circiter post alios ducentos annos, sub tempus Bonifa. VIII. quo præventiones, reservationes, & alii quæstuarii abusus efferbuerunt.

Anglicana.

77. Nec etiam mox à Greg. VII. (quicquid de justitia à se solo petenda edixerit) pacifica fuit Papis jurisdictio temporalis Romæ: niſi post alios trecentos sexaginta annos, videlicet tempore Nicolai. V. quia etiam si Paschal. II. Grego. VII. tertius qui etiam monachus fuerat, à religione ad arma conversus, primus bellatorum armatos exercitus nomine stipendiisque Papatus, ad ejus ditionem ampliandam per Italiam circuntulerit: tamen semper Senatores seu magiſtratus à Lotha. I. tempore Euge. II. Romæ pro libertate populi conſtituti remanebant, jus dicentes populo, etiam clericis & Cardinalibus & Papis, quo ad secularem jurisdictionem, ut satis indicat text. c. fundamenta. §. decet. (Ibi, ut fratres ipsos nullus secularis poteſtatis metus exterreat) de elect. in 6. idque non nomine Papæ, sed nomine Imperatoris vel populi.

Temporalis jurisdictio Romæ.

Senatores Romæ.

78. Nec mirum, quia, etiam si Papa eſſet in Gallia, subeſſet jurisdictioni temporali non solùm Regis, sed etiam cujuslibet domini temporalis loci: tantùm abest ut ibi jurisdictionem aliquam civilem exercere possit: niſi ei à superiore detur, prout anno 1539. Carolus V. Imperator, per Gallias callidè transiens, crimina condonabat, ex conceſſione Regis. Sic Cle. V. Philippo Pulchro, Francorum Regi, bullatam declarationem dedit (quæ in regestis Senatus Pariſiensis habetur) quod jurisdictio, qua præfectus aulæ suæ in aulicos suos utebatur in comitatu Papæ, in Regno exiſtens, erat ex conceſſione Regis.

Papa subest jurisdict. domini loci.

79. Redeundo ad magiſtratus urbis Romæ, quamvis Euge. III. qui monachus Clarevallis fuerat, præstigiis quibusdam Senatores Romanos eò pepuliſſet, ut se magiſtratu abdicarent, circa annum 1145. tamen cùm hoc facto, urbis populique Romani majestatem læsiſſet, coactus est è Roma fugere: & fugiens telis sagittisque à populo Romano velut perduellis inſecutus est, ut refert Plati. Deinde circa annum 1154. Adria. IV. tentatus à Romanis, tum precibus, tum minis, ut Conſulibus liberam urbis administrationem relinqueret, conſtantiſſime renuit: & uno ex Cardinalibus suis à populo vulnerato, diris execrationibus coegit Conſules abdicare se magiſtratu, relicta sibi administrandæ urbis libera facultate, idque non minore tyrannide quàm si armis compuliſſet, prout mox eventus docuit.

Eugen. III. tanquam perduellis, ejectus.

Adria. IV.

80. Quam primum enim teste Platin. Fridericus Ænobarbus Romam venit anno 1115. & Adria. IV. eum armis repellere non valens, pacem per internuntios, priusquam accederet, compoſuiſſet, populus Romanus tyrannidem Pontificis, jurisdictionem temporalem in urbe occupantis, averſatus, magno ardore ni-

Fridericus I.

Source : BIU Cujas

Studium po. Ro in Imperatorem.

sus est, Imperatorem, ut proprium & naturalem dominum agnoscere: cumque Adrianus Fridericum coronaret, clausis portis excluso populo, videns populus milites Imperiales, cum Papa, præter eorum voluntatem sentire, cœpit eos passim cædere: quasi ab illis proderetur, à quibus à tyrannide Papæ eripi debebat. nec solùm Romani cupiebant Imperatori suo subjici: sed etiam Tyburtini (Tibur civitas est Umbriæ in monte sita, quam Lap. Castellio allega. 85. incip. visis omnibus. late contendit non subesse dominio Papæ, contra gl. in c. venientes. versi. interpositis. de jurejuran. sed per emissarios Papæ continuis fere seditionibus oppressa, ut tangit Raphael. Volaterra. l. 6.) sese ac sua omnia sponte dedentes: quos Imperator Papæ restituit: & inox, populo Romano & Italia relictis, in Germaniam rediit. Cùm enim Papa callidè illum, illectamento coronæ, certis pactis prævenisset, noluit Fridericus videri pacta fregisse, quod eum postea, à sequentibus quoque Papis circumventum, valde pupugit.

Adrian. IV. Gulielmum Siciliæ Regē domuit.

81. Verùm idem Adria. IV. cùm Guilelmum, Siciliæ Regem primum, excommunicasset, ejusque subjectos omni sacramento, quò facilius ab eo deficerent, liberasset, deinde, Beneventum adiens, sua tantùm præsentia, majorem Regni partem ei abstulisset, postremò, accepta legatione Emanuelis II. Constantinopolitani Imperatoris (qui quinquies mille libras auri se daturum, & Gulielmum ex Italia fugaturum offerret, si tres maritimas Italiæ urbes pro pretio rei bene gestæ retineret) tremefactum hoc modo Guilielmum coegisset imperata facere. Romam rediens, à populo consulibusque Romanis (qui interim eo absente libertatem Romanam restituere cœperant) adeo vexatus est (cùm semel usurpata mordicus retinere vellet) ut exire coactus sit, & paulò post extra urbem mori, ut ait Plati.

Atrox conjuratio in Imperatorem.

82. Tunc autem temporis, ut scribit Abbas Ursperg. facta erat atrox conspiratio Mediolanensium & Brixiensium in Imperatorem: in qua se astrinxerunt maxima pars Cardinalium, Guilielmus quoque Rex Siciliæ, & pene universæ civitates Italiæ, & simul cum Adriano Papa adeo juramentis firmata, ut nullus ab altero recedere posset, vel Imperatoris gratiam, sine omnium consensu, requirere, & cum pacto quòd si Papa ille moreretur, alium de numero conspiratorum eligerent Cardinales, dataque est immensa pecunia Adriano Papæ, ut Imperatorem excommunicaret: quam excommunicationem Papæ, pecunia corrupti, valde execratur dictus Abbas: dicens certum esse non ex Deo, sed ex Diabolo processisse. Ut enim adimpleretur illud propheticum, *Qui insurgunt in me confundantur*, factum est ut, cùm Adrianus apud Anagniam denuntiaret excommunicationem contra Imperatorem, paucis diebus evolutis, cœperit, refrigerandi gratia, cum suis spatiari: cumque venisset ad fontem, hausta aqua musca os ejus intravit, & gutturi ejus adhæsit: nulloque artificio medicorum avelli potuit quoadusque spiritum exhalaret. Hæc Abbas Ursperg. qui illi tempori vicinus fuit.

Quem Papa pretio conductus, excommunicat.

Papa à musca occisus.

Octavianus & Rolandus de Papatu contendunt.

83. Mortuo Adria. IV. non tres tantùm (ut ait Plat.) sed novem Cardinales elegerunt Octavianum (qui Victor dictus est) virum per omnia religiosum & probatum, ut scribit Abb. Ursperg. cui, utpote viciniori & certius deponenti, magis credendum est, quàm Platinæ. Cæteri, qui erant plures, elegerunt Rolandum Cancellarium (qui posteà Alex. III. dictus est) & facta est pactio inter electores ut neutra pars suum electum publicè denominaret, donec discordia inter partes sopiretur. Sed, ea pactione spreta, pars Rolandi suam electionem priùs promulgavit. Victor tamen, re detecta, prior ordinatus & consecratus fuit (ut eorum verbis utar) ejusque electioni populus Romanus assensit. erat enim vir bonus, humilis, & mansuetus.

Rolandus

Quare, & ob contumaciam Rolandi (qui vocatus venire contempsit) Fridericus I. causa cum multis Episcopis & Prælatis cognita, testibus auditis, electionem Victoris confirmavit, Rolando seu Alex. III. navigio Guilielmi Siciliæ Regis Franciam contendente, & apud Claromontem Imperatorem excommunicante, & nihil non adversus eum variis factionibus moliente, per totos viginti annos, quibus illud schisma, & Friderici potentia duravit: donec auxilio Venetorum capti collum magno fastu pressit Venetiis.

judicium fugit, & tandem vincit, collumque Frid. Imp. premit.

Alex. à pop. Rom non admit. etiam renuntians jurisd. tempor.

84. Interim autem Alex. III. Italiam reversus, Friderico nondum subacto, diu cum Romanis colluctatus est, ut in urbem admitteretur: & quamvis promitteret se urbem eorum pace ingressurum, & nihil amplius quàm rem divinam curaturum, relicta eis cura rerum secularium, nullo modo tamen ab eis admissus fuit. Fridericus autem in Armenia contra Turcas moriens, anno 1189. tres reliquit filios: Henricum, qui successit in Imperio, Fridericum in obsidione Ptolemaidis (quam Acon vocant) occisum, Philippum, cui Henricus VI. relicto Friderico II. infante moriens, filium & Regna commendavit.

Mors Friderici III.

85. Sed dum Philippus ex sententia defuncti fratris administrare vult, & à Principibus, ut majori authoritate polleret, in Regem eligitur, adversus eum insurrexit Inno. III. Papa novus: & statim, ut Pontificatum iniit, omnia turbare molitus est, & ad hoc effecit ut Otho Ducis Saxoniæ filius, eligeretur: quem mox confirmavit, deinde coronavit, & mox, vix triennio exacto, abrogavit. Philippo autem omni studio adversatus est, ut inquit Abb. Ursperg. imperans ei facta patris & fratris, in quo præfato Abbati non videtur secundùm æquitatem judicasse. Refert etiam epistolam. Inno. III. ad Bertholdum, Ducem Caringiæ (in qua contra Philippum multa absurda, & quædam falsa describuntur) quam fecit inseri compilationi Decretalium suarum, quas Petrus Beneventanus, subdiaconus ipsius in uno volumine compegit, deinde Greg. IX. in sua compilatione Decretalium eam inseri fecit, in c. per venerabilem. de elect. magna tamen parte decisa.

C. per venerabilem. de elect.

86. Invehitur etiam præfatus Abb. in injustitias Inno. III. qui dixit aut se oblaturum Philippo diadema Regium, aut ipse sibi insigne Apostolicum, & Episcopum Sutrinum (qui Legatus ad Philippum, ei humiliter petenti absolutionem excommunicationis, dederat) ita frendens, Episcopatu privatum, & in insulam maris relegatum, ibi mori coegit: & in odium Philippi, electionem canonicam Luipoldi, in Moguntinum Archiepiscopum, reprobavit, altera, quæ nullo jure subsistere poterat, confirmata, in c. bonæ memoriæ. de elect. ubi fecit non judicium, sed injuriam, secundum præfatum Abb. qui eo tempore Romæ vixit, & deplorat simultates, deprædationes, terrarum vastationes, incendia, seditiones, bella, quæ inde secuta sunt: quippe Philippo adversus crebras diras Papæ ferè semper armis prævalente.

Injustitia & vindicta Inno. III.

C. bonæ memoriæ. de electio.

87. Et inter multas subsecutas abusiones subdit Abb. quòd vix remansit aliquis Episcopatus, sive dignitas ecclesiastica, vel etiam parochialis ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur ipsa causa, sed non manu vacua. *Gaude* (inquit εἰρωνικῶς) *mater nostra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ thesaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Lætare super iniquitate filiorum hominum: quoniam in recompensationem tantorum malorum datur tibi pretium. Jocundare super adjutrice tua discordia: quia erupit de puteo infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum præmia: habes quod semper sitisti, decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam religionem orbem vicisti. Ad te trahit homines, non ipsorum devotio, aut pura conscientia: sed scelerum multiplicium perpetratio, & litium decisio, pretio comparata.*

Quæstus Romanæ curiæ.

ἄντης συμμαχία.

88. Porro Inno. III. multis illustribus legationibus missis, nunquam placari potuit, donec ei promissum fuit,

Cur Inn. III. pacem facere voluit cum Philip.

Source : BIU Cujas

fuit, quod filia Philippi nuptum daretur Othoni filio fratris sui Richardi: qui jam Comes fuerat effectus, Papæ suffragio: & hoc illectamento (ut inquit Abb.) non curavit Papa in articulis pacis repetere terras, quas multoties ab Imperatoribus repetere consueverant antecessores sui in Tuscia & Spoleto & Marchia Anconæ: sperans quòd in potestatem neptis sui, propter prædictas nuptias, posset devenire. Verum, postquam præfato Othoni, concludendo pacem, desponsata fuit, Philippus non diu post, proditorie occisus fuit, ut describit Abb. & latius Albert. Crantz. lib. 7. c. 28. & Hen. Mutius lib. 9. Sed nimis longum esset, & à proposito alienum vel summatim attingere quæ Papæ adversus Imperatores, etiam suam tantùm dignitatem tuentes, inique moliti sunt.

Mors Philippi.

89. Vide apud præfatos & alios historicos. Non tamen omittere possum quòd ex chronicis Franciæ & Decretalibus Inno. III. liquet eum, fumis multis offusis, facere voluisse adversus illustrissimum illum Francorum Regem Philippum Augustum: hunc autem viriliter & prudenter se protexisse. Mortuo enim Richardo I. Rege Angliæ, Duce Normaniæ & Aquitaniæ, Comite Pictavensi, Andegavensi, & Cenomanensi, Joannes, ultimus frater ejus, vulgò Jo. sine terra cognominatus, se Regem Angliæ coronari fecit, die Ascensionis Dom. anno 1199. & anno sequenti millesimo ducentesimo, pactum fœderis & divisionis terrarum, quæ d. Joannes tenebat in Regno Franciæ, fecit cum Philippo, juramento solenni, ut moris est, firmatum. Regnum tamen Angliæ spectabat ad Arturium, Britanniæ minoris Ducem, nepotem Joannis ex Goffrido seniore fratre, quem Arturius repræsentabat: sed Arturium dictus Joan. Cal. Augusti. 1202. proditorie occidit.

Philippus Augustus.

Jo. sine terra.

Arturium proditorie occidit.

90. Cujus parricidii nomine per Armoricos proceres accusatus est in curia Franciæ, coram Philippo Augusto: cumque comparere nollet, instante generali procuratore Regis, contumax judicatus, testibus in absentem auditis, re cognita, per arestum præfatæ curiæ, in qua Franciæ Pares aderant, quod Parlamentum vocant, anno 1203. dictus Joan. parricidii damnatus est: & omnes Ducatus, Comitatus, feuda, & bona, quæ in Regno Franciæ habebat, Regi confiscata sunt, ejusque coronæ unita. Mox Rex cum armis, ut res postulabat, profectus ad executionem aresti, Ducatum Aquitaniæ, pro majori parte, occupavit. Deinde ingressus est Ducatum Normaniæ, & Comitatus Pictavensem, Turonensem, & Cenomanensem.

Et aresto Curiæ Franciæ damnatus est.

91. Joannes verò, nec potentiæ nec celeritati Francorum Regis occurrere valens, Papæ denuntiat, rogans ut cogat Philippum, armis positis, fœdera dictæ pacis servare, aut saltem de integro causam dicere coram eo vel ejus Legato: & omnem fidelitatem, Regnique subjectionem offert Inno. III. qui mox duos Abbates Legatos misit ad Philippum: quem, nomine Papæ, jusserunt statim arma ponere, & occupata contra illa pacta redintegrare, pacemque juratam servare, diras alioquin minitantes censuras, & consequenter seditiones & divisiones Regni: sicut in Regno Theutonico adversus Imperatores soliti erant facere. Rex autem Philippus acri promptoque doctorum virorum consilio usus, appellavit ad futurum concilium, tam à Legatione, quàm ab executione & præceptis, & sic Legatis illis hoc modo perculsis, vel ad consulendum Papam suum rejectis, executionem interim aresti sui perfecit, amplissimumque Ducatum Normaniæ, jam trecentis & quindecim annis alienatum per Carolum simplicem (qui Rolloni ethnico in dotem filiæ dederat) recuperavit, pariter & latum Ducatum Aquitaniæ, necnon Comitatus Andegaviæ, Pictaviæ, & Turonum: quæ omnia coronæ suæ mox & perpetuò univit.

Et ad Innoc. III. confugit.

Philippus Augustus concilium contra Papam appellat.

Ducatus Neustriæ.

92. At Inno. III. videns Legatos suos nihil effecisse

Inno. III. in

decretalem quandam epistolam composuit, quam ad omnes Prælatos Franciæ transmisit: quæ partim decisa habetur in c. novit. extra. de judic. Sed non minus prudentis quàm fortis Regis constanti providentia, & subditorum fideli obedientia, nihil effecit. Quorsum enim tendebat illa Decretalis, nisi ad permovendos animos Prælatorum (qui tam multi sunt in Francia & per eos plebem populumque seducendum & avertendum à devotione & obedientia Regis, quasi Ecclesiam non audientis, sed inobedientis? Hei mihi, vide Decretalis illius fucum.

Regem divulgat c. novit. de judici.

Ut Prælatos Regni in eũ concitet.

93. Primò incipit à protestatione quòd nolit jurisdictionem Regis Franciæ deturbare, aut minuere, cùm nihil aliud agat: adeo ut Hostiensis ibi scripserit esse protestationem contrariam facto. Mox pro primo fundamento, adhibet Evangelium Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, &c.* sed quàm impertinenter? Non enim ibi loquitur Do. de aliqua cognitione contentiosa vel judiciali, nec de crimine occulto vel dubio, sed de quo jam palàm constat, & de simplici censura Ecclesiæ in loco existentis, & notitiam habentis de illo publico peccato & scandalo, & de pervicacia peccantis. Sed quid hoc commune habet ad res judiciales & contentiosas? & tamen hoc prætextu Papa (isque solus) volebat judicialem & contentiosam causæ cognitionem assumere. Patet ibi, *& Rex Angliæ sit paratus sufficienter ostendere quòd Rex Franciæ peccat in ipsum.* nondum ergo ostenderat: nondum constabat de aliquo peccato, nec in confesso erat. Tum ibi, *nisi forsitan ipse coram nobis vel Legato nostro sufficientem in contrarium rationem ostendat.* Tum in fine ibi, *vel saltem humiliter patiatur, ut idem Abbas & Archiepiscopus Bituricensis de pleno cognoscant.* Ergo prætextu contortie vangelii, contentiosam & judicialem causæ cognitionem usurpare volebat, & in quem? nisi in excellentiorem totius orbis Regem, & in suo regno supremum monarcham, & de rebus in suo Regno & regali sua suprema jurisdictione sitis? Quin de rebus, jam finitis curiæ Franciæ aresto, cujus, licet inviolabilis, modicam vel nullam rationem Innoc. III. habuisset, si coram eo Rex judicium subire voluisset.

Fumorum discussio.

94. Deinde ibi, *non enim, &c.* ne nimis jurisdictionem Regiam turbare videatur, excipit judicium de feudo: sed mox eam exceptionem inanem reddit, ibi, *nisi fortè jure communi, per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum*, & sic an & quid detractum esset, cognoscendum erat. In Regno autem Franciæ jurisdictio nihil habet commune cum feudo: nec simplex feudum jurisdictionem attribuit ut dixi in Consuet. Parisiens. §. 1. gloss. 5. num. 44. cum seq. Pro secundo fundamento adducit dictum Valentiniani, quod ex historia tripartita transsumptivè habetur in c. Valentinianus. 63. distinct. ubi, mortuo quodam Episcopo Mediolanensi, Valentinianus Imperator congregavit Episcopos vicinos, quos exhortatus est dignum eligere Pontificem: qui non verbo solo, sed etiam conversatione regeret Ecclesiam, seque imitatione virtutis testem doctrinæ ostenderet: cui etiam Imperatores, nedum privati, capita submitterent, & ejus monita, &c. Sed ille tex. loquitur de submissione respectu ministerii ecclesiastici, & medicinæ spiritualis duntaxat, non autem in jurisdictione externa, nec in aliqua civili vel politica (quam temporalem vocant) potestate, ut etiam expresse tenent glo. Archidia. Cardina. Alex. & omnes ibi, & sic ὅλων πρῶτος. Pro tertio solidiori fundamento adducit statutum Theodosii, necnon Caroli Magni: sed minime loquitur de ipso Principe, vel causis Principum (quicquid inferat illa Decretalis. versic. sed forsan.) sed privatorum inter se duntaxat, & tempore quo Principes etiam Franci, & Gallici nullum faciebant quæstum de litibus subditorum, nec sacrosanctam juris dicundi administrationem quæ-

Feudum in Regno Franciæ non tribuit jurisdictionem.

C. Valentinianus. 63. distin.

Vetus disciplina Principum.

Source : BIU Cujas

stui habebant, sed debito oneri: nec aliud quærebatur, quàm ut lites, & earum occasiones, minuerentur, & subditi quàm brevius & minore sumptu syncerum jus obtinerent: quo etiam tempore ambitiosi & indocti non fiebant Episcopi, sed viri sanctitate doctrinæ & vitæ conspicui: quorum judicio (si eis vacabat) pacificari subditos, non solum subditorum intererat, sed Principum: qui sic eatenus commode exonerabantur, nec periculum erat quòd veteres illi Episcopi hac occasione jurisdictionem Principum sibi vendicarent. incumbentes enim doctrinæ, verboque Dei prædicando, cælestia tantum curabant & civilibus negotiis suum potius ministerium vilificari censebant, juxta beatum Paul. 1. Corinth. 6. & 2. Timot. 2. nisi quatenus charitas suadebat, cùm vacuum esset, litigantes componere, & etiam ab eis, sicut ab arbitris, ad judicem secularem ordinarium provocabatur, non autem ad Metropolitanum, vel alium superiorem ecclesiasticum, tex. in authent. si quis litigantium. C. de Episcop. audi. Sed ut sæpe queritur sanctus Hieronym. à malis Sacerdotibus disciplinæ labes incœpit: qui cœperunt pro suo jure & quæstu arripere, ut posteà necesse fuerit Principibus, non solùm eis hoc prohibere, sed etiam usurpatam jurisdictionem suam ab eis eripere, ut in Regno Franciæ, tempore Philippi Valesii fieri cœptum est, anno 1329. orante domino Petro Cognerio, inclyto Regio Advocato: cujus tamen laudabilem memoriam mali (imò personati ecclesiastici) contumeliis indignis fœdare conati sunt, ut refert glo. pragmat. Contra quem frustra permulta ridicula & conficta delitia scripsit Petrus Bertrandi, tunc Episc. Heduensis, postea Cardinalis factus. Et sic cessante causa legis, videlicet innocentia, doctrina, & fidelitate Episcoporum ejus temporis, quibus tam Principes quàm subditi tutò fidere poterant, cessat lex. Non enim fuit per aliam expressam legem abrogata, ut putat glo. in d. c. novit. verbo quicumque. imò idem in effectu jure Codicis statutum erat, ut est tex. in l. episcopale. & in d. auth. C. de episco. audien. sed cessante ratione sua, cessavit, juxta legem adigere. §. quamvis. de jure patrona. Tum illud statutum non loquebatur de Papa, sed de Episcopo diœcesano in sua diœcesi duntaxat.

Et Episcoporum.

Do. Petr. de Cogneriis Advocatus Regis Philip. Valesii, in repetenda jurisdict. ab Eccles.

97. Pro quarto & quinto fundamento adducit pacem & juramentum. Sed, si peccatum attribuit jurisdictionem externam Papæ, quis non videat omnia fere ad ejus forum trahi? Quòd si, ubi de pace vel juramento observando agitur, addas, quidnam ab ejus foro excipietur; nonne omnis jurisdictio Principis absorpta erit? prout eos ambitionis & quæstus sui causa, omisso verbo Dei absorbere nervis omnibus conatos esse, jam plus quàm sexcentorum annorum spatia clamant? Sed ad quid ampullosa illa Decretalis omnibus non solùm Episcopis, sed Prælatis Regni per Papam missa est? nisi ut illis exsufflatoribus concitato populo, Rex augustissimus causam, jam actam, rursus, & adhuc coram judicibus suspectis (utpote à Papa adversario impulsore delegatis) agere cogeretur? & majorem partem Regni sui, impio & parricidæ illi, quem Papa humeris ferebat, calcatis Franciæ curiæ arestis, restituere? alioquin per Legatum, ad hoc cum trucibus diris missum, Regno interdicto, deturbaretur: prout similibus illusionibus Reges Teutonici nuper petiti, deturbati, & attriti erant?

Peccatum & juramentum non mutant formam.

98. Non minus igitur laudanda est πιστις, ὁ πεποθυμος fidelisque affectus Francici populi erga Principem suum, quam magnanimitas & constantia præfati Augusti: qui, si diras illas & ampullas Inno. III. Legatorumque suorum veritus esset, imò nisi illis restitisset, Augustus non fuisset, sed vix minimus & pauperrimus Regum Franciæ mansisset. Quamprimum enim parricida ille arestum contra se latum scivit, Regemque ipsum in procinctu inchoatæ executionis esse, dum partim armis utcumque executionem moratur, partim ad illam suspendendam Papam in suam sententiam pollicitationibus tractum solicitat, tetras interim conspirationes fabricat cum Othone IV. Imperatore, nepote suo, Ferrando Flandriæ Comite, Reginaldo Bononiæ Comite, & aliis belli sociis, ad Philippum opprimendum, Regnumque inter se vice prædæ dividendum, prout inter sese jam partiti erant. Quod nisi Philippus spretis iniquis diris Papæ, maturasset, nunquam semel amissam occasionem revocare potuisset. Postquam autem, præveniens, loca sibi adjudicata occupasset, facilius tam adversus Anglum in Aquitania, quam adversus Othonem signis Imperialibus amissis fugatum, & Comites Flandriæ & Bononiæ, in Flandria, captos glorioßissima victoria, eodem fere tempore, potitus est: ut hæc omnia annales Franciæ & Armoricæ testantur.

Ingens victoria Philippi Augusti.

99. Joannes, judiciis & armis cum suis victus, confugit Romam ad Inn. III. cui Regnum Angliæ & dominium Hyberniæ submittit, eique, sedis Papalis nomine, tanquam vasallus homagium facit, rogans ut sibi, tanquam clientulo, Papa patronus suppetias ferret adversus Philippum, utque saltem authoritate sua efficeret, ut Philippus ei prædictos Ducatus & Comitatus restitueret: promittens, pro se & successoribus suis Regibus Angliæ & dominis Hyberniæ, non solùm ea perpetuò ut feudalia, sed etiam ut sedis Papalis tributaria tenere, & quotannis dictæ sedi mille libras argenti, videlicet septingentas pro Anglia, & trecentas pro Hybernia solvere, quo velut pretio conductus Inno. III. non majorem habuit rationem dignitatis, & justitiæ Regis Franciæ & arestorum supremæ curiæ, quàm parricidiorum & aliorum scelerum Joannis. Sed tam importunè egit erga Philippum, ut portionem aliquam Aquitaniæ (velut in os Cerberi offulam) in feudum ligium dederit Joanni.

Joan. Regni Angliæ & Hyberniam Papæ subjicit, & tributariam facit.

100. Qui tandem suis quoque odiosus, Regno deturbatus est à nobilibus & populo Angliæ, adversus eum (qui Flandrenses in eos armaverat) implorantibus auxilium Ludovici, primogeniti præfati Franciæ Regis: quem in Regem affectabant, eique Regnum offerebant. Inno. autem III. Joanni, quantumvis scelerato favens, prohibuit Philippo & Ludovico ejus filio ne bellarent adversus Joannem, non alia ratione adjecta, nisi quòd omnes dicti Joannis adversarios excommunicaverat: quo non obstante, non solùm magnam vim militum in auxilium nobilium & populi contra Joannem miserunt in Angliam, sed etiam Ludovicus ipse, cum robore exercitus, personaliter eò trajecit: ubi, velut Angliæ Rex admissus, homagia recepit, & mox Joannes obiit, nec Inno. III. eum liberare potuit ab exhumatione & communi opinione malæ mortis, de qua testantur annales. Sed ne perderet tributum & homagium Regni Anglici, misit eò Galonem legatum ad tuendum & coronandum Henri. III. pupillum Joannis filium: quod faciliter tum terrificis censuris, tum præsidio sacrificulorum & monachorum, Papæ semper ad lictorum, secumque bonam populi partem attrahentium effecit. Itaque Ludovicus, illis omissis, rediit in Franciam.

Sed Regno deturbatus male periit.

Ludovicus Franciæ in Regem Angliæ ascitus.

101. Sed jam tempus est ut ex hac secunda ectasi redeamus ad magistratus populi Romani: pro quibus supprimendis & temporali jurisdictione isthic usurpanda, quadringentis annis tam adversus Imperatores, quàm adversus populum Rom. miris artibus Papæ pugnaverunt. Enimvero post Alex. III. de quo suprà num. 84. Lucius III. immediatus ejus successor dum (etiam faventibus sibi quibusdam civibus Romanis) abolere Consulum nomen annititur, ex urbe dejicitur, & fautoribus ejus in urbe deprehensis; oculi effossi sunt, ut ait Plati. & ab illo tempore desierunt Pontifices jurisdictionem temporalem obire, coacti illam relinquere populo, juxta

Lucius III.

πιστις, Francorum.

Source : BIU Cujas

Romani veterem Senatus & populi authoritatem renovantes, à Grego. IX. urbe pulso, armis petuntur.

institutionem Lotha. I. per undecim sequentes Pontifices: ita ut etiam, tempore Urbani IV. qui est undecimus à Lucio III. Romani Imperio Pontificis non obtemperarent, magistratus in urbe nomineque suo creantes, penes quos etiam vitæ ac necis hominum arbitrium esset, ut scribit Plati. & Blondus lib. 8. 2. decados. & Papa Pius II. in Epitome.

102. Adeò usque ut tempore Grego. IX. nondum 320. anni veterem urbis Romæ politiam redintegrare moliti sint, ut enim scribunt Plati. & Sabelli. ennead. 9. lib. 7. Senatus more veterum, legem rogaverat, populusque sciverat, ut omnia oppida, circa urbem posita, Romanis vectigal penderent. Quam legem Grego. IX. abolere volens, aut saltem ejus executionem, etiam armis impedire volens, præsidia militum locis opportunis disponere voluit. quo facto Romam, etiam dissuadentibus Cardinalibus, adiit, populum dehortaturus: cumque nihil efficere posset, sed ad apertam vim res spectaret, Romanis ad arma contra Pontificis usurpationem, pro sua libertate & veteri politia tuenda, sese parantibus, urbe relicta confugit ad auxilium Friderici II. Imperatoris: qui cum graves inimicitias, pro terrena ditione, exercuerat, & excommunicatum, magna extorta pecunia absolverat, initio Pontificatus, teste Abb. Ursperg. qui eo tempore vixit, & de Greg. IX. ita scribit: *Hic tanquam superbus, primo anno Pontificatus sui, cœpit excommunicare Fridericum, pro causis frivolis & falsis, & postposito omni ordine judiciario.* Addunt Sabelli. ennead. 9. lib. 6. & alii. quòd etiam Imperio & Regnis privatum declaravit.

Gregor. IX. Frideri. II. male excommunicavit.

Malitia Gregor. IX. in Frider. II.

103. Addit Abb. Ursperg. quòd, dum Imperator in Syria, Hierosolymis Rex coronatus, militat, Papa, captata occasione de absentia Imperatoris, copiosum exercitum destinavit in Apuliam, & terras Imperatoris, in servitio Christi demorantis (quod nefandissimum est dicere) abstulit & sibi subegit, & cruce signatos (scilicet milites) ne transfretarent omni studio prohibuit, tam in Apulia, quàm in Lombardia: respuit & abjecit litteras Imperatoris, quibus gaudium annuntiabat de Hierusalem, Nazareth, & Jope, cum terris adjacentibus recuperatis: falsamque famam de morte Imperatoris in Apulia divulgari fecit: ut civitates, quæ adhuc in Imperatoris fide manebant, sibi subjiceret, crudelioraque addit, quæ referre piget. Quod ubi nuntiatum esset Imperatori, Seneschallo suo, cum majori parte exercitus Hierosolymis relicto, celeriter magnis itineribus, cum copiarum parte, Apuliam venit, & evocatis militibus Germanis, Apuliæ Regnum recepit.

Gregor. IX. bis turpiter pecunias à Frideric. II. exegit.

104. Ultro tamen Papam rogavit ut absolveretur, & iterum Imperator & Rex Siciliæ appellaretur. quod non prius impetravit, quàm centum viginti millia unciarum auri persolvisset, ipseque supplex ad Gregorii conspectum Agnaniam venisset, ut Plati. Sabelli. Mutius lib. 20. testantur. Rursus cùm Papæ fautores Henricum, Friderici primogenitum, quem adhuc adolescentem in Germanorum Regem eligi fecerat, in patrem conspirare fecissent, fœdusque in eum cum Longobardis & aliis inimicis inire, egit nummis Imperator cum Gregor. IX. qui accepta ab eo pecunia (ut scribit Mutius lib. 20.) dat in Germaniam litteras, quibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, mandat ne quis filio adversus patrem pareat.

Et cum eo fœdus fecit ad pop. Ro. opprimendum.

105. Nihilominus, ad Romanos servituti suæ subjiciendos, Reate se contulit, & cum Friderico collocutus obtinuit, ut junctis copiis uno tempore Romanos bello invaderent. Decreverat enim Papa Romanæ civitatis spiritus infringere, armisque obsequio adigere, ut etiam Sabelli. scribit: qui, quantum potest, facinora Papæ tegit. Fridericus autem in ipso progressu animadvertens in dedecus & detrimentum perpetuum Imperii facinus cedere, Papamque sui solium negotium in damnum Imperii & populi agere. conversis frænis retendit in Germaniam, Ducibus & præsidiariis militibus mandans, ut rebus potius populi Romani faverent. Grego. verò destitutus, sibi timens, utpote jam Romanorum armis impar, alio stratagemate sese protexit, magnis propositis præmiis Germanis militibus in sua castra transeuntibus, quam spem multi numero secuti, transitionem fecere, & hac virium accessione Pontificiæ copiæ adeò crevere, ut Romanus exercitus non sit ausus cum his acie confligere. Nec mitius tractatus fuit Imperator ab Innoc. IV. cujus tempore in Gallia agentis, Frideri. II. de justitia sua & integritate supremi Parisiorum Senatus confisus, ejusdem Senatus judicio sese submittere, & ejus arresto super omnibus cum Papa controversis stare voluit. Quod Papa, ne quid de sua autoritate minuere videretur, aversatus, duplici potius, tum partis tum judicis officio functus, sententiam dirarum censurarum & ignominiosæ à Regnis & Imperio degradationis in eum promulgavit, quæ habetur in c. ad apostolicæ. de re judica. in 6. quam etiam glossemate proprio (Papa existens) insignivit: ubi insolentissime jactat & memorandam prædicat suam illam sententiam, seque infinitis terræ marisque periculis vix enarrabilibus subjecisse, ut illam ferret, quasi videlicet otio, etiam scholia scribendi, abundet: nisi cùm negotium facessendum est Principibus. Illum etiam partialem fuisse magis quàm Apostolicum censet Bald. Tandem in Fridericum armis victum, & in Siciliam fugatum, etiam monachos & clericos suos in militiam armatam Apuliam misit, non sine execratione, ut refert Jo. Andr. in c. cùm Apostolus. col. 2. de censib. in novell. Sed tamen, quantumvis armipotens & Imperatoris debellator, cùm Romam redire destinasset, & Perusium jam pervenisset, non ausus est Romam accedere, propter Senatoriam (quæ populi nomine exercebatur) potestatem ut refert Plati. sed Neapolim, contra Fridericum reversus, ibi mortuus est. Interim autem etiam Papa & Imperatore mutuis criminationibus & famosis libellis sese palam impetentibus (ut apud Abb. Ursperg. & H. Mutium lib. 20.) & pluribus libris manu scriptis non impressis.

Stratagema Gregor. IX. à Friderico destituti.

Innoc. IV. Frideric. II. subire vult judicium curiæ Parlamenti.

Papa judex & pars.

Gloria Innoc. IV.

Papa & Imperator mutuò se criminantur.

106. Romani jurisdictionem suam & magistratus suos propria authoritate, à Lucio III. per undecim sequentes Papas, sine ulla interruptione conservarunt: donec Cle. IV. ad Manfredum Friderici II. nothum Sicilia expellendum, Carolum, Provinciæ & Andegaviæ Comitem, fratrem Ludovici IX. Francorum Regis, pellexit, ut oblatum utriusque Siciliæ Regnum, Manfredo exacto, susciperet. Carolo verò triginta triremibus è Massilia Tyberim subvecto, Cle. IV. egit ad populum, ut Carolus ingressus Romam Senatorium munus obiret: donec per Cardinales, ad hoc missos, Rex Hierusalem & Siciliæ declaratur: hac conditione ut quotannis, feudi nomine, quadraginta millia nummorum aureorum ecclesiæ Romanæ persolveret, & ne Imperium Romanum, etiam ultro oblatum acciperet.

Clem. IV.

Carolus Andensis.

Census Regni Siciliæ.

107. Deinde Henricus, Regis Castellæ frater (ut inquit glo. in c. fundamenta. de elect. in 6. ver. deposita.) commendatione Caroli Senator urbis Romæ factus est, & id muneris nomine suo seu populi, non Papæ, administravit. Unde Conradino adolescente, Sueviæ Duce, veroque Siciliæ Rege (utpote filio Conradi ultimi Regis, filii Friderici II. filii & Henri. VI. & Constantiæ Rogerii filiæ, cujus hic Conradinus erat Pronepos (Romam proficiscente, Henricum Senatorem cum populo Romano honoris gratia obvium habuit, Imperatoris nomine sæpius à populo acclamatus, dicente interim Cle. IV. dictum Conradinum ut victimam ad cædem duci, quam vocem, ut propheticam & miserationis causa dictam, Plati. & Sabelli. ennea. 9. lib. 7. Paparum facinora quan-

Conradinus.

Source : BIU Cujas

tum possunt velantes, excipiunt. Sed ut alii testantur, & tangit Paul. Æmil. de gestis Francor. lib. 7. vox erat mortis conjuratæ: quia illum, per insidias à Carolo victum, & dum fugiens Tiberim trajiceret, cognitum & captum, ad Carolumque protractum, jussit, vel consuluit occidi, anno 1268. Et qualem animum in eum habuerunt Pontifices, satis detegunt in c. fundamenta. §. nunquid. de elect. in 6.

108. Carolus autem Romam Victor reversus Senatorium munus aliquandiu administravit, scilicet usque ad Nicolaum III. anno 1278. non sine magna, ultra sex menses contentione, electum. quia Carolus utriusque Siciliæ (qua non diu post sub Mart. IV. à Petro Aragone, qui Constantiam Manfredi filiam duxerat, spoliatus fuit, Gallis omnibus die Paschæ ad sonum campanæ vesperi crudelissime trucidatis) Rex, & urbis Romæ Senator, conclavi præfectus, admodum urgebat ut unus è natione Gallicana eligeretur.

Vesperæ Siciliæ.

Nicol. III.

109. Sed mox Nicola. Romanus, Caroli potentiam comminuturus, ut ait Plati. (forte etiam diu protractam & impeditam electionem ulturus) Hetruriæ Vicariatum ei abstulit: hoc est, id egit ut à Rodolfo Imperatore revocaretur, causificans Papa Rodolfum ægre ferre tam potentem habere Vicarium, nec aliter expeditionem Hierosolymitanam acturum. Sed, ut satis indicat Plati. Papa illam causam fingebat, ut suum negotium gereret. Rodolfus enim non erat in illam expeditionem iturus (ut nunquam ivit) & Hetruria Imperatoriæ jurisdictionis erat; sed hoc consecutus Pontifex (videlicet sublato tali Imperatoris Vicario) mox Flaminiam, ipsamque Bononiam, cum Exarchatu Ravennatum (quæ tum Imperatori suberant) in potestatem suam redegit: eoque misit Bertoldum nepotem, Romandiolæ Comitem declaratum: misit & alterum nepotem Latinum Cardinalem Legatum in Hetruriam: qui, restitutis ubique Gibellinis Florentiæ, ac in cæteris Hetruriæ urbibus, pro arbitrio animi magistratus imposuit.

Nicol. III. Pap. Senator.

110. Munus verò Senatorium, quod Principibus & Regibus (sed nuper & à Cle. IV. ut dixi) demandari consueverat, ipse solus obivit, ut inquit Plati. Jam enim Regnum in Italia pacifice hac & decessorum suorum arte nactus, nihil timens ab Imperatore Rodolfo, nunquam coronato, quique, decessorum exemplis, Pontificum artibus male tractatis deterritus, nunquam ausus est Italiam ingredi. Minus etiam timens à Rege Siciliæ, utpote novo devotoque vasallo, facile populum Romanum suæ servituti, etiam in temporalibus subjecit, eumque tandem ea libertate privavit, quam Lotha. I. Francus Imperator ei dederat, ut Plati. in Euge. II. Senatoriam igitur dignitatem ipse à Carolo ad se transtulit.

Cur Rodolfus Imperator non audet Italiam ingredi.

111. Quo facto, non quievit: sed occasionem quærens illam sensim supprimendi, verbosam illam decretalem edidit, quæ extat in c. fundamenta de electio. in 6. ubi ructans ampullas, & sesquipedalia verba, supremam suam temporalium jurisdictionem fundat super illud Psal. 18. *In omnem terram exivit sonus eorum, &c.* & super illud Matth. 16. *Tu es Petrus, &c.* Non autem super fabula Constantini: quam licet pro veritate referat, tamen non dicit Constantinum donasse, sed declarasse, innuens eum quod suum non erat vero domino restituisse, & tandem sanxit ut nullus Imperator, Rex, vel Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, aut quivis potens, frater, filius, vel nepos eorum, possint ullo modo, sive ad tempus, sive in perpetuum, eligi vel assumi in Senatorem, vel alium magistratum Romæ urbis, nec quivis alius humilis privatus ultra annum, receptis tamen solis civibus Romanis originariis vel continuis habitatoribus: qui poterunt eligi ad unum annum vel brevius tempus duntaxat. Quod adhuc non diu servavit, sed omnem prorsus electionem populo Ro. abstulit, & in se, sedis nomine, omnem magistratum perpetuo transtulit (ut satis testatur Platina) etiam si suos ita adamaverit, ut aliunde raperet, quod eis condonaret. Nam quibusdam nobilibus Romanis castella vi abstulit, ac suis dono dedit, maxime verò Surianum: ubi, subita morte correptus, periit, ut scribit Plati.

C. fundamenta. de elect. in 6. Quo jure Papa temporalia sibi vendicat.

Charitas Papalis.

112. Quo mortuo Mart. IV. Gallus, Turonensis, hoc modo Pontificatum nactus est. Cùm enim jam quinque mensibus protraheretur electio, præfectus conclavis, ne sibi idem contingeret quod novissime acciderat Carolo Senatori & Siciliæ Regi (qui, cùm fere sex menses ursisset Gallum eligi, tandem, Romano electo, voto frustratus est) irrupto conclavi Cardinales Ursinos rapit, & in carcerem conjicit. Itaque Gallici Cardinales, absentibus Ursinis, suffragiis Italos superantes, Gallicum Pontificem creant: qui Carolo Siciliæ Regi, gratificaturus, Senatoriam dignitatem, qua à decessore privatus fuerat, restituit: licet id à Papisticis non probaretur, ut inquit Platin. cùm ea res excitatura esset in urbe seditiones, libertatis recuperandæ causa. Joan. enim, à populo Romano capitaneus creatus, exercitum collegit: sed hoc Papa sedavit statim ut Romanis concessit ut ex civibus duos Senatores sibi deligerent: qui urbem gubernarent. Duos enim elegerunt: qui civitatem toto suo magistratu optime gubernarunt, non solùm toto tempore illius Papæ, sed etiam sui successoris Honor. IV. quo adhuc eam dignitatem gerebant, ut apud Plati. qui licet in Cle. V. scribat dictum Clem. è Gallia tres Cardinales cum Senatoria potestate Romam misisse, quorum auspiciis urbs ipsa atque Italia gubernaretur.

Marti. IV.

Populo Ro. Senatores restituit.

113. Tamen paulò post, in eodem Cle. scribit Henricum Luxemburgum Imperatorem, Romæ à tribus Cardinalibus coronatum, Romanos omnes in verba sua (ut mos est) jurare compulisse: deinde, cùm potentia ejus augeretur, à quodam monacho, qui ei eucharistiam veneno illitam dedit, sublatum. Rursus tempore Joan. XXII. scribit Plati. quòd præerant urbi Romæ duo ex nobilitate Romana, quos Romani Imperatoris Vicarios appellabant. Benedic. autem XII. misso in Italiam Legato, Senatui populoque Romano persuasit, ut Senatoriam dignitatem, quam diu Regio nomine gesserant, suis tandem & ecclesiæ auspiciis administrarent: sed mox sub Cle. VI. ejus immediate successore interruptum fuit. Et rursus sub Inno. VI. è Senatoria dignitate pulsi fuerunt hi, qui nomine Papæ instituti fuerant. deinde sub eodem Cle. VI. authoritate Papæ, unus Senator ad annum, & sub Grego. XI. ad semestre creatus est.

Henri. VII. quo veneno sublatus.

Magist. Ro. nunc Pap. nunc Pop.

114. Novissime Bonifa. IX. Pseudopontificis successor. ut supra glo. 3. ver. 13. & prodigiose sceleratus, ut supra glo. 8. verbo *inordinate*. tandem (nondum centum & quinquaginta anni) primus populi Romani vim omnem in Pontificem transtulit, creatis suo nutu magistratibus omnibus, munitaque sancti Angeli arce in mole Adriani. Sed circiter post triginta annos, Eugenio IV. fere idem accidit, quod Eugenio III. suprà eo. nu. Cùm enim Romani ad Eugen. IV. bellorum amatorem, & promissorum, ut utilitas postulabat, observatorem (quique Delphinum, Caroli VII. Francorum Regis, filium, in Basilienses cum magno equitatu concitaverat, cujus impetu dissipatus est conventus ille, ut inquit Plati.) quererentur de agris vastatis & pecoribus ab his, quos Eugenius bello lacessiverat, abactis, eos remittebat ad Franciscum camerarium suum: qui, otio & voluptatibus deditus, nihil aliud respondebat, quàm eos nimiam spem in pecoribus collocasse, exprobrans Venetos, sine gregibus & jumentis, urbaniorem vitam ducere. Quibus responsis indignati Romani ad libertatem proclamant, & pulsis omnibus Eugenii

Bonifa. IX. omnem populi magistratum occupavit.

Fugen. IV.

Source : BIU Cujas

Iterum pop. Rom. magistratum recipit.

magistratibus alios sibi creant : videlicet seprem è civibus Romanis (quos gubernatores appellabant) penes quos vitæ ac necis hominum summa potestas erat : adeo ut Eugenius, sumpto monastico cucullo, cum quodam monacho clam per Tiberim fugam arripuerit : quo cognito Romani fugientem lapidibus & sagittis incesserunt.

115. Nicolaus autem V. ejus immediatus successor, Fridericum III. Romæ licet ex fœdere prius icto coronaturus, prius portas urbis, turres, capitolium, arcem sancti Angeli, muris firmissimis munivit, militésque omnes suos cum collectitiis copiis Romam accivit, timens ne (ut tempore Friderici I. & Adria. IV. contigerat) populus Romanus in verba Principis sui jurare vellet, eique magistratibus Papæ excussis, subiici, ut hæc omnia apud Plati. & alios. Quin tempore nostro Clem. VII. ut vocant Romani, suis affectibus blandientes, de quo supra eo. glo. 3. sed, secun-

Clem. VIII.

dum veritatem historiæ rerúmque gestarum, octavus. nulla enim synodo definitum est illos, qui tempore schismatis magni Avenioni sederunt, minus esse Pontifices illis qui Romæ vel in parte Italiæ : imò veritas historiæ fovet eos qui Avenioni : qui consequenter justius computandi in catalogo quàm alii ; saltem non minus : & qua ratione vocant Inno. VIII. & Alex. VI. eadem, imò fortiori, ultimus iste Clemens vocandus est octavus) noluit, nec ausus est, coronare Carolum V. Romæ, sed Bononiæ, adhuc prius icto fœdere, inter alia ad Florentinam Remp. subigendam.

Mutatio ecclesiæ Romanæ.

116. Ex quibus satis abunde liquet qualis in primitiva Ecclesia fuerit status Ecclesiæ Romanæ, & quando quibúsque mediis, & in quem usum & finem fuerit ejus progressus & superelevatio in temporalibus & spiritualibus ut vocant, hoc est super Reges & Regna, & alias quoque ecclesias, eóque tandem devenerint, ut Pontificatum habuerint pro magistratu, ut passim apud Plati. qui à media parte suæ historiæ, saltem ab Hono. II. usque ad finem, Papatum vocat

Fides Ecclesiæ secundum Papam.

magistratum. Hinc fidem ecclesiasticam vocant obedientiam temporalis suæ ditionis, ut expresse apud Plati. in Adria. IV. qui postquam pertinacia terrificisque censuris urbis Romæ jurisdictionem & liberam administrationem Consulibus abrogatis usurpasset, circuibat civitates circumquaque positas, confirmaturus eas in fide ecclesiastica, ut ait Plati. id est, in subjectione temporalis & terreni imperii Papæ contra

Confessio Adria. 4.

Imperatorem. Sed tandem Romam, cujus libertatem initio oppressérat, exire coactus, priusquam moreretur dixisse fertur *nullum in terris vitæ genus calamitosius Papatu, & sanguine parare Pontificatum non esse Petro, sed Romulo potius, succedere (qui, monarchiæ cupidine, fratrem occidit) vel* ut expressius de eodem Adria. refert Antoni. tit. 17. c. 1. § 9.) *Romulo succedere in parricidiis, non Petro in ovibus pascendis.*

Papatus & Episcopatus.

117. Jam ergo cunctis liquet quam functionem esse intelligant Papatum, & hunc Pontificatum Romanum. Certe non est Pontificatus, de quo loquitur Imperator in l. si quemquam. C. de episc. & cler. tantum abest ut is sit, de quo loquitur Imperator, Verbum Dei : qui Oseæ c. 4. ait, *quia repulisti scientiam* (scilicet verbi Dei) *ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi. Episcopatus enim nomen est operis, non tituli* 1. Timoth. 3. a. c. qui Episcopatum desiderat. 8. q. 1. c. plerunque. in fi. c. non omnes Episcopi. 2. q. 7 nihilque futilius quadam glo. quæ super illud Matth. 5. *vos estis lux mundi*, exponit, *id est, vos esse debetis.* Ecclesia enim Dei non ex titulis aut larvis, sed ex solidis, veris, & vivis lapidibus constat.

118. Cæterùm his quæ dixi suprà num. 24. non obstat quod Plati. in Benedic. II. & post eum Sabelli. ennead. 8. lib. 6. Antoni. tit. 13. c. 1. §. 5. scripserunt Constantinum IV. Imperatorem Constantinopolitanum d. Benedicti sanctitate permotum, statuisse, ut quem deinceps clerus, populus, exercitúsque Romanus in Pontificem delegisset, ordinaretur, nulla Constantinopolitani Principis vel Italiæ Exarchi expectata authoritate, ut antea fieri consueverat. (Id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmasset, vel qui ejus vices in Italia gerebat) tùm quia sanctitas solito more instituti (præter id quod vix nota esse potuit ultra mare : cùm dictus Benedictus vix decem menses superstes fuerit) potius movere debuit ad observandum tam utilem & receptum morem, quàm ad illum infringendum : tum quia illud mutuati sunt à Bibliothecario, Authore suspecto : quippe qui scripta sua consarcinavit ex quibusvis apocryphis vel fictis scripturis, in scriniis vel Bibliothecis Papæ, quibus præerat, repertis : modò essent in domini sui favorem : tum quia prætensa illa constitutio Constantini (quam falsam puto) nunquam effectum sortita fuit : ut expresse testatur Volaterra. antropolog. lib. 22. ex cujus verbis potest deprehendi, vel modico tempore servatam non fuisse : de quo satis constitit, paulò post Benedictum, in Conone, apud Plati. & per prædicta.

Bibliothecarius suspectus.

119. Minus etiam obstat c. ego Ludovicus 63. distin. ubi dicitur Ludovicum I. Paschali I. jus eligendi & instituendi Romani Pontificis remisisse, hoc enim à suspecto Authore processit : videlicet à præfato Bibliothecario, ut Plati. in Paschal. 1. Sabelli. ennea. 8. lib. 9. Volaterra. antropolog. lib 22. testantur. Ut autem non est in favorem Paparum credendum Bibliothecario potentatus eorum fautori, famulóque domestico : ita non est credendum Gratiano monacho : qui & ipse affectibus, & ambitioni novorum sui temporis Paparum quantum potuit favit, nec aliunde quàm à Bibliothecario dictum c. ego Ludovicus transsumpsit, & sic ne aliis, qui tantùm dicta ejusdem Bibliothecarii recitant, nec aliunde sciunt nec examinant. Sed examinando veritas eluescit in contrarium : quia, ut supra nu. 27. idem Paschalis, à populo vi coactus Pontificium munus obire, ante habitam authoritatem Imperatoris, Legatos excusatum, & ad culpam non inficiendam, sed in populum transferendam misit ad Ludo. Pium : qui, ut mansuetus erat, satisfactionem quidem accepit, sed cum increpatione cleri & populi, & adjecto præcepto majorum instituta pactáque servandi, utque caverunt, ne deinceps majestatem læderent, ut expresse Plati. & Sabelli. testantur.

C. ego Ludovicus.

120. Quid autem magis contrarium aut repugnans est præfatæ & suspectæ Bibliothecarii scripturæ ? Certe vel hoc falsitatis convincitur, nec tamen uno etiam per se sufficienti exemplo tantùm : sed etiam ex eo quòd, tempore Euge. II. immediati d. Paschalis successoris, Ludovico Pio adhuc vivo, Lotharius I. filius ejus, in Imperii consortium assumptus, Romæ polytiam ordinavit, & magistratus instituit, ut suprà n. 23. hoc autem fieri non potuisset, si Ludov. Pius Romam ipsam, caput Imperii, Papæ dedisset. Quid quòd Volaterra. geogra. lib. 3. prætensam illam Ludovici donationem longe aliter & difformiter quàm Gratia. in d. c. ego. refert ; sed ex scriptura quadam apocrypha, quam in Bibliotheca Papæ sese invenisse dicit.

Contra Bibliothecarium.

121. Et sic illius Bibliothecæ scripturæ, unde tam Bibliothecarius quàm Gratia. & Volaterra. sumpserunt, sibi ipsis non constant, & non solùm quod domesticæ, & è loco suspecto, sed ut variæ, reiiciendæ sunt, & multò magis ex eo quòd fides historiæ repugnat per prædicta : tum ex eo quòd Volaterra, ubi Calabriam inferiorem & superiorem & Ducatum Neapolitanum includit, & alia, quæ constant ex fœdere divisionis inter Carolum Magnum & Imperatorem Constantinopolitanum factæ, Græcorum Imperio cessisse, & diu pluribúsque sæculis, etiam post Francorum Imperium in Germanos translatum, usque ad Guilelmum Ferrebach Normanum, Tancredi Galli Normani filium (qui è Neustria in Italiam traicientes Regnum Apuliæ anno millesimo septimo, deinde Siciliæ, Sacerdotibus tamen Græcis relictis, occupa-

Scripturæ Biblioth Papæ rejiciendæ.

Const. IV.

Source : BIU Cujas

verunt) remansisse : ut etiam ex historiis eorum, qui tempore Caroli Magni, & deinceps vixerunt & scripserunt, liquet.

Non verisimile Ludov. Pium in Pap. tanta contulisse.

122. Porrò nec verum, nec verisimile est, quòd Ludov. Pius ea donasset quæ non poterat, & nullo modo possidebat, & quæ pater ejus ex dicto fœdere, Græcorum Imperio reliquerat. Quin, sicut Regnum Francorum alienare non poterat, ita nec Imperium, & regiones Imperii occidentalis (quæ ex dicta divisione Carolo Magno & successoribus suis cesserant) & multo minus Romam caput Imperii. Alber. in c. 1. C. de sum. tri. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscript. Et sic donatio Ludovici, si qua fuit, eisdem causis nulla esset, quibus & prætensa donatio Constantin. Magni: quam glo. & doctores communiter, qui eam factam fuisse putant, tamen non valuisse concludunt, ut glo. Accur. in auth. quomodo oporteat episco. verb. conferens generi. coll. 1. Petr. Perti. in proœmio Instit. num. 11. cum seq. Signorol. de Homedeis consi. 26. sentit Bar. in proœmio & Bald. de novo C. compo. in prin. tenet quòd valere non potuit sine consensu populi. Atqui prætensæ donationi Ludovici, populus Romanus nunquam, sicut nec prætensæ donationi Constan. Magni, consensit: nec solùm non apparet de consensu, sed de dissensu constat, etiam per continuam populi Rom. resistentiam, tempore Euge. III. Adri. IV. Alex. III. Lucii III. Urba. IV. ut satis suprà.

Donatio Constant. Mag. non valuit.

Nullus Pap. in illis donatio. se fundavit.

123. Tum nullus unquam Papa inventus est, qui se fundarit in prætensa donatione Ludov. de qua in d. c. ego Ludovicus. nec qui eam unquam allegaverit. & licet Nicol. III. in c. fundamenta. de electio. in 6. fabulam illam Constantini Magni allegaverit: tamen non facit fundamenta in ea, sed in verbis sacræ scripturæ Pharisaico & Judaico more ad terrenum Regnum detortis, ut ibi patet, & supra. Pariter Greg. VII. qui tanto molimine Imperium Germanorum aggressus est & attrivit, nullo modo donationis cujusvis ab hominibus sive à Constantino Magno sive à Ludov. Pio meminit (quæ tamen maxime in rem suam fecissent, si quid veri aut verisimilis habuisset, & omnino non omisisset) sed tantùm nititur verbis Christi, ad Regnum & Imperium totius orbis male detortis. Sic & Benedict. XII. contra Ludovicum Bavarum Imperatorem, non alio titulo Mediolani, & aliis urbibus Imperii Vicarios nomine suo instituit (quibusdam etiam vectigal imposuit) quam velut unicus Christi Vicarius in terris: hoc est, etiam in terreno totius orbis Imperio. Et ante eum Benedict. II. eodem modo novos magistratus Florentiæ constituit, ut apud Plati.

Continuatio confutationis c. ego Ludovicus.

124. Præterea adhuc, vivo Ludovico Pio, & biennio ante ejus obitum, Greg. IV. electus, nunquam voluit inire Pontificatum, nisi prius sua electione ab Imperatore Legatisve suis ad hoc destinatis diligenter examinata & confirmata, ut omnes testantur. & addit Plati. quòd præfatus Ludovicus hoc non faciebat ex superbia, sed ne jura Imperii amitteret. ergo falsum est illum prius ea remisisse præfato Paschali, ut ex Bibliothecario refert Gratia. & alii: quia Gregor. IV. posterior est, & tertius à Paschali I. & idem Ludovicus Pius adhuc vivebat, & recens adhuc fuisset memoria dicti prætensi pacti inter Ludovicum & Paschalem, si quod tale fuisset. Nullus autem Paschalis Papa fuit ante illum primum, Ludovici I. authoritate confirmatum, nec alius secutus est, nisi fere post trecentos annos. Jam ergo non minus manifesta est vanitas & impostura dictæ prætensæ donationis, de qua in d. c. ego Ludovicus. quàm famosæ illius fabulæ Constantini Magni, necnon prædictæ donationis vel remissionis Constantini IV. prout etiam nunquam habuerunt effectum, nec leguntur Papæ acceptasse, vel usi fuisse, sed aliis sibi efficacioribus præstigiis, terrificisque & pertinacibus censuris & seditionibus, ad conterendum Imperia & Regna concitatis.

125. Rursus in d. c. ego Ludovicus. non dicitur quod Ludov. jus eligendi & ordinandi Romani Præsulis, ad Imperium spectans, ut in c. Adrianus II. c. in synodo. 63. distinct. absolute vel simpliciter remiserit, sed ita demum ut electio esset omnium Romanorum, & dummodo uno consilio & una concordia, sine aliqua promissione fieret, & mox legati de ea re ad Regem Francorum dirigerentur. Et sic, si verum fuisset illud prætensum pactum, non potuisset electio auferri à populo, & limitari ad clerum: & multominus auferri à clero & limitari ad Cardinales, sine consensu Regis, cujus adhuc jus remaneret, si per simoniam vel aliam corruptelam electio facta sit. Reliquorum verò Episcoporum, etiam vivo Carolo Magno per eum & Ludov. Pium ejus filium, in consortium Imperii ascitum, data est electio clero & populo per sanctam eorum constitutionem (quam ex eorum capitulis transcribit Gratia. in c. sacrorum. 63. distinct. & in hoc vere & fideliter. Ita enim habetur, & ipse legi in eorum capitulis) Abbatum verò monachis, ut inter constitutiones eorum, & posui ad stil. Parla. par. 3. tit. 50. idque quandiu vixerunt perseveravit: sed mox, post eorum obitum, filii eorum antiquum morem resumpserunt.

Caro. Mag. & Ludov. Pius elect. Episc. dant clero & populo.

126. Quamvis autem præfatus Pelag. III. qui judicio Phocæ Primatum obtinuit, statuisset electionem Episcopi à clero pariter & populo fieri, eámque ita ratam haberi, si à Principe civitatis approbata esset (qua via antiquis canonibus conformi, vix simonia aut alia corruptela ingredi potest, ut est tex. in c. in nomine domini. ver. mox Christi clericos. 23. distinct. quod decretum summis & meritis laudibus extollit Plati. & conqueritur cum vita authoris extinctum) tamen non tam citò, sed diu posteà subsecutis Pontificibus sensim abolitum fuit. Primùm enim, sed post Francorum Imperium finitum, Germanorum verò contritum, excluserunt laïcos omnes & populum, clero relicto, deinde etiam clerum excluserunt, re ad paucos canonicos redacta, quemadmodum electionem Papæ Cardinales sensim ad se solos traxerunt, ut tactum est suprà ead. gl. num. 57. cum seq.

Exempto clero populóque, electio ad paucos redacta.

127. Et sic janua aperta est factionibus, simoniis, favoribus, & corruptelis: & consequenter exclusis antiquis politicis canonibus, opus fuit novis regulis & privatis canonibus Papæ, non solùm ad monarchiam suam architectandam, instar jurisdictionis & Imperij secularis, idoneis: sed etiam ad quæstum, cum pecunia redimantur. In primitiva autem Ecclesia judicabant Episcopi causas fidei, ex sola sacra scriptura, reliquas autem disciplinæ ecclesiasticæ quæstiones ex canonibus, non Papæ, qui nondum erant, sed ecclesiæ, hoc est conciliaribus ut ostendit Grego. Turonen. in præfata Francorum historia, lib. 10 c. 18. ubi refert Egidium Remensem Episcopum, læsæ majestatis apud Chilpericum Regem Francorum accusatum, Metis tractum, convictum, per Episcopos à Rege vocatos, & ab eis ordine sacerdotali, lectis canonum sanctionibus, remotum.

Ex quibus canonibus judicabant Episcop. antiq.

128. Non erant canones Papæ, nec Decretales epistolæ nondum natæ: sed canones conciliares, nempe ecclesiæ Gallicanæ, jussu Clodovæi in concilio Aurelianensi congregatæ, in quo triginta tres Episcopi fuerunt, & c. 11. statuitur, si Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio & à communione repellatur. quod habetur 81. distinct. c. si Diaconus. Et hinc est quòd compilatio Gratiani, quæ principaliter ex illis constat, nuncupatur simpliciter decretum canonum, compilatio verò Greg. IX. facta circiter anni sunt trecenti, non vocatur Decretum, sed extra Decretum, & pariter novæ supradictæ Paparum compilationes, Inno. III. Greg. IX. & aliorum: quoniam principaliter constant ex novis decretalibus, quas novi Pontifices, augendæ & am-

Concilium Aurelianense.

Cur Decretales sunt extra.

Source : BIU Cujas

pliandæ jurisdictionis suæ causa, invenerunt.

Consilium Eudonis.

129. Extat in regestis Regiis consilium per Eudonem Burgundiæ Ducem datum Regi, ne videlicet permitteret novas alias constitutiones Paparum in Regno suo admitti. Certum est autem nullo modo admissas, in his quæ secularem jurisdictionem concernunt, nec in ejus vel Regis præjudicium, etiam si partim dissimulatione Principum, partim inscitia & doctorum virorum neglectu (quod etiam eis exprobrat Panor.) nonnunquam etiam præstigiis perculsorum, quinetiam quorundam, per inclinationes temporum collusione cum summis Pontificibus (quorum opera & arte inimicos obruere volebant) tantum eis tributum sit, ut non solùm in ecclesiasticis omnia pro libito mutaverint, novam Ecclesiæ formam inducentes, sed etiam in sæcularibus, super omnem potestatem & Regiam & Imperialem sese erexerint.

Quid egerint divitiæ in Eccles.

130. Beatus Bernard. de considera. pulchre tantæ immutationis causam tetigit, quòd illi non solùm privilegiis muniti, sed etiam ditionibus, honoribus, & opibus externis dotati, prioribus illis & simplicibus Pontificibus defunctis, surrexerunt audaces & ambitiosi homines: qui, postquam Pontificatum ut Regnum invaserunt, ministerio verbi Dei omisso, ad res prophanas gerendas, contra c. cum te quidem. cum seq. 11. quæst. 1. & ut ait Plati. à religione ad arma conversi sunt: utque ait in synodo Simplicius Papa (non autem Symmachus, ut erroneè addit Gratian. in superscriptione c. bene quidem. 96. distinct.) clericos quos amor dominationis invasit, & jugum ecclesiasticæ disciplinæ fecit respuere. Et ante hos S. Hierony. c. diaconi. 93. distinct. sic dixit, *Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano Imperio, crevit avaritia, periit lex de Sacerdote, & visio de Propheta.* Quid nam hîc putas eum dicturum, si nunc revivisceret? nonne ut hæreticus combureretur? Atqui nihil minus quàm hæretici sunt, quos impii damnant.

Versæ rerum vices.

131. Cùm ergo Imperatoribus olim subjecti fuissent, eos ut dominos suos agnovissent (ut etiam Grego. ille Magnus Mauricium, deinde Phocam, quantumvis impium, ut etiam apud Antoni. tit. 12. §. 13.) eorundem authoritate ordinarentur, eorúmque legibus paruissent, etiam post tempora Caroli Magni, & ab eis etiam in politia ecclesiastica leges petiissent & acceptassent. c. de capitulis. c. ult. 10. distinct. c. 1. & 2. 97. distinct. c. de illicita. 24. qu. 3. & latius suprà in præfat. edicti. rerum vice versa, Imperatorum se dominos gerere, illis leges dare, illos confirmare & destituere pro libito cœperunt: & quo liberius sine ullo rubore, ne videlicet indignius in patronos agere viderentur, vel ne quando ab illis in pristinum ordinem ingratitudinis ergò reducerentur, negare quicquam ab illis accepisse, sese verò eis quod haberent dedisse, priores Imperatores tyrannos & usurpatores fuisse, donec alienum Imperium eis restituissent, nec eos, qui dederunt, suum donasse, sed diutius usurpatum restituisse, conficta erronea, imò antichristiana hæresi, quòd à Christo non solùm cœlestis, sed etiam terreni Imperii jura accepissent.

Ingratitudo Paparum.

132. Et ad abolendam memoriam beneficiorum Francorum Regum Pipini, Caroli Magni, Ludov. Pii, qui eos sublimarunt & ditaverunt, falsas & ementitas donationes commenti sunt, referendo eas ad Constantinum, elephantico morbo correptum & sanatum: &, quia nimis impudens impostura fuisset referendo ad Constantinum quintum (sub quo Pipinus legatis & postulatis ejus rejectis, Exarchatum & Flaminiam, & omnia Longobardis erepta Romano Pontifici dedit, ut apud Plati. in Stepha. II. Sabelli. Ennead. 8. lib. 8. colum. 8. Paul. Æmilium de gestis Francor. lib. 2.) retulerunt ementitam illam donationem ad Constantinum primum, cognomine Magnum: de quo tamen nusquam legitur, quòd elephantia laboraverit, ut quintus ille, qui plus quadringentis annis secutus est, tempore Pipini.

133. Sed jam satis detecta est impostura paleæ, quam decreto 96. distinct. suppositam fuerant, quam etiam falsam esse scripsit Papa Pius II. in dialogis. charta 21. Fely. c. solitæ. in fi. de major & obedient. & late convincit Lauren. Valla, in tract. super eo edito. Card. de Cusa. & Georg. Merula de vicecomitibus. Nec unquam omissum fuisset à Paul. Orosio & Plati. qui ne pilum quidem, quamvis Plati. in Sylvestro diligenter enumeret dona Constantini & Helenæ. & in Hadria. I. scribit vanam illam opinionem de lepra Constantini Magni, forte tunc, videlicet tempore Constantini V. in oriente elephantiæ morbo correpti, natam, ob similitudinem nominis. Et contrarium apertè sentiunt Franc. Petrarcha. Bapti. Mantua. lib. 1. de patien. c. 30. Andr. Alcia. parergôn lib. 7. c. 19. Baptista Egnatius Romanorum Principum. lib. 2. Quin repugnat series historiæ: cùm, post Constantinum, quidam Imperatores Romæ regnaverint: & Bonifa. IV. ducentis sexaginta annis post obitum Constantini Magni, precibus à Phoca Imperatore Pantheon obtinuerit.

Impostura adulatorum Papæ.

134. Ipse quoque Papa & populus Romanus leges ab Imperatoribus Constantinopolitanis, tanquam eis subditi, acceperunt, non solùm tempore Honorii, etiam ad preces Papæ. c. 1. 97. distinct. fere centum annis post Constantinum Magnum: sed etiam tempore Marciani, ut patet in c. 1. de jura. calum. ubi expeditum est, quod lex Marciani, qui plus centum annis secutus est Const. I. ligabat Romæ: imò etiam post ducentos annos, videlicet tempore Justiniani Magni, & adhuc deinceps ultra alios centum quinquaginta annos, & usque ad translationem Imperii. Quid quòd eorum quoque codicibus repugnat, ut nimis immemor fuerit Logodædalus ille tanti mendacii author: quia Bonifa. Papa. I. (qui fuit circiter centum annis post Constantinum I.) scribens ad Honorium Imperatorem, vocat Romam urbem ipsius Imperatoris. c. 1. 97. distinct. Quî fit etiam ut Lotharius primus, Imperator Francus, Romæ magistratus constituisset? ut Plati. in Euge. II. Quorsum leges illæ quæ habentur in usibus feudo. titu. Constit. do. Lotha. & c. & alia infinita, quæ brevitatis causa prætereo?

Plures ab obedientia Papæ subtractiones.

135. Redeundo ad rem suprà ea. glo. num. 131. plures interim Germani Imperatores sese, quandiu vixerunt, ab obedientia Romani Pontificis, brutis illis fulminibus spretis, subtraxerunt, ut Henric. IV. Fridericus II. Ludovicus, sive (ut Itali, in queis Plati. in Nicol. IV. dicunt (Loysius IV. Bavariæ Dux, & alii, de quibus ad Albertum Crantz. H. Mutium Cuspinianum, & alios Germanicarum rerum scriptores, remitto. Nec à Francis quoque Regibus temperatum.

Philippus Pulcher.

136. Cùm enim Philippus IV. cognomine Pulcher, anno 1296. ut se contra Romanorum & Anglorum Reges tueretur, novum vectigal imposuisset, & vetuisset arma, pecunias, & commeatum Regno evehi, clericis etiam in dictis prohibitione & vectigali comprehensis, more prædecessorum suorum (qui etiam clericis pro defensione Reip. imponere consueverunt, ut tempore Regis Joan. II. notum est. & olim reditus Abbatiarum Regni distribuebantur in usus partim monachorum, partim Abbatis, partim ad exercitum Regis, ut refert Annoni. de gestis Francor. lib. 5. c. 34. Regiæ enim potestati subest tota politia publica Regni: cujus pars sunt ecclesiæ, quæ etiam in Regno nullum temporale possidere possunt, nisi jure Regio. e quo jure. 8. distinct.) tamen Bonifa. VIII. Regnum Franciæ subigere volens, primùm contra Regem edidit decreta clericis. de immunitat. ecclesia. in 6. cui paritum non fuit.

Bonifa. VIII.

137. Hinc, & ob prætensum Appamiensem Episcopum, noviter à se (Sectione Tholosani Episcopatus contra voluntatem Regis facta) factum Regiæque majestati, ex spiritu videlicet dicti creatoris sui rebellem, ut pote negantem se subiici Regi etiam in temporalibus, sed in omnibus soli Papæ, Bonifa-

Source : BIU Cujas

cius (inquam) superbè Regi significavit Regem ipsum subditum suum esse, tam in temporalibus, quàm spiritualibus, adimens etiam jura Regaliorum, vetans & revocans collationes beneficiorum à Rege factas, hæreticum declarans, nisi ita crederet. Interim tamen (ut hodie Jul. III.) Jo. monachum famosum canonistam & Cardinalem, in Galliam, sub Legationis prætextu, exploratorem misit: qui non solùm, ut explorator, Papam de omnibus certum reddebat, sed multos Episcopos & Prælatos clam accitos secretis colloquiis & sutelis nitebatur à Regis fidelitate avertere, & ad seditionem in Regem concitandam impellere, sed spe sua malisque artibus frustratus, ad Bonifac. VIII. refugit. Conventu verò statuum Regni Parisiis habito, consultum fuit Regi, & conclusum contradicendum Papæ nec illi obediendum, donec à criminibus hæreseos, homicidii, & simoniæ, & aliis, quibus gravatus erat, purgatus esset, & omnino non parendum reservationibus beneficiorum per eum factis, nec interdictis & censuris per eum minatis: sed observandam pragmaticam Ludov. IX. avi sui, de qua in præfact. edicti præcedentis num. 9.

Joan. monachus.

Conventus Regni Franciæ. Subtracta obedientia.

138. Quod non solùm factum fuit, sed Papa multis criminibus accusatus, Anagniæ captus, Romæ in carcerem conjectus, in rabiem versus, ut canis obiit: qui, ut vulpes ingressus, ut leo regnaverat. Et hoc propter impiam illam hæresim, quòd eo ipso quòd Pontifices utrumque gladium habeant (sic enim intelligunt jura cœlestis & terreni imperii, quæ sibi vendicant: ita ut minus turò liceat cum talibus ullum fœdus inire, quàm cum Turca: semper enim negabit, successor sibi legem imponi potuisse, præsertim ad diminutionem jurium Papatus: quæ tanquam divina immutabilia censent, & ab omni juramento non minus se, quàm alios absolvunt, imò Decretis suis nullum censent juramentum, in præjudicium etiam temporalitatis ecclesiæ etiam inferioris vergens, ut est tex. Innoc. III. in c. sicut nostris. de jurejur. ubi agitur de quòdam odioso reditu, ut patet ex themate sumpto è parte decisa.

Mors Bonifac. VIII.

Quàm male tuta fœdera Pap.

139. Quid quòd anno 1300. currentibus infinitis populis Romam ad jubileum, primo solenni die Bonifac. VIII. in Pontificalibus sese ostentavit, postero verò die, Imperiali habitu, infula Cæsarea gladium ante se nudatum deferri faciens, alta voce testans se utrumque & terrenum & cœleste Imperium habere in universo orbe, & Alberto Austriæ Duci, Rodolfi filio petenti confirmationem electionis de se factæ in Imperatorem, superbè rejecit, sine sua authoritate factam nullam esse, affirmans penes se utriusque gladii potestatem esse. Sequenti tamen anno, Regnum Franciæ ei de facto dedit, & ejus electionem comprobavit, eo pacto, si Regem Franciæ impugnans se Regem gereret & Romanorum & Francorum. sed Albertus, saniori consilio usus, filiam Philippi Pulchri uxorem duxit.

Bonifa. VIII. superbia.

Et odium in Philip. IV.

140. Carolus V. Sapiens vocatus, contra invalescentes ambitiones & præstigias Romanorum Pontificum, viros eruditos alebat, & componi fecit dialogum utriusque potestatis, cui titulum Somnium Viridarii. Carolus VI. ejus filius anno 1385. legem fecit super reditibus & reparationibus ecclesiarum. collectores Papæ & Cardinalium expulit, & ne beneficia alienigenis conferrentur, edixit, prehendique fecit, & ad manum suam poni, omnia temporalia beneficiorum, Abbatiarum, Episcopatuum (quæ exteri, præsertim Cardinales, in curia Papæ residentes, fructus extra Regnum efferendo, possidebant) & reditus colligi per suos commissarios, & in Regno in debitos usus impendi (quæ edicta excudi feci ad stil. Parlam. part. 3. tit. 32. §. 1. & tit. 37. §. 1.) séque subtraxit ab obedientia Papæ, & contra ejus & officialium suorum ambitionem & avaritiam præsens Senatusconsultum edidit.

Carol. V.

Carol. VI.

141. Papa verò Benedic. iratus, Regem, Principes, & omnes adhærentes excommunicavit: & videns bruta sua fulmina sperni, famosum quendam libellum per emissarios sparsit: cujus copiam attulit quidam, dicens se nuntium Tholosanum: sed, tanquam scandalosa & impia, per arestum supremi Parisiorum Senatus, die decima Julii anno M. CCCC I. latum, publicè lacerata fuit. Deinde eodem anno, die vicesima Julii, intra decimam & undecimam horam mane, ad exitum Senatus in præsentia Prælatorum & cleri ad gradus Palatii congregati è carcere Luparæ per lictores adducti sunt duo bullistæ Papæ (qui truces ejus censuras attulerant) & ad mulctam ignominiosam, quam emendam honorabilem vocant, damnati, bigisque carnificum circunvecti, dedecorosis, pictisque vestibus amicti, mithris ludibriosis infulati, caramidiati cum inversis insigniis Papæ per compita traducti sunt.

Bullistæ Papæ personaliter puniti.

142. Et contra seditiosos quosdam ab edictis Regiis appellantes, decreta inquisitio, utque, tanquam rei læsæ majestatis punirentur. Rursus anno M. CCCC XVIII. mense Majo, in Senatu Parisiensi & frequenti consessu conclusum fuit, non esse obediendum Martino V. novo Pontifici in reservationibus, præventionibus electivorum, & aliis quæstuariis artibus, quas novus Papa ingerere moliebatur: sed quòd servarentur antiquæ constitutiones Regni, spreto etiam interdicto dicti Martini, ut dixi supra in regu. de infirmis. n. 84.

Martin. V.

143. Et quamvis eo tempore plura concordata cum Papa facta fuerint, tam per Henricum VI. Regem Angliæ (qui anno M. CCCC XXII. Parisiis se pro Rege Franciæ gerebat) quàm per Carolum VII. super collatione beneficiorum: tamen curiæ Parlamentares, tam Parisiis sub Henrico VI. Angliæ (quem Henri. II. Franciæ Regem vocabant) quàm Pictavis sub Carolo VII. noluerunt ea admittere, sed libertatem ecclesiæ Gallicanæ, & antiquas constitutiones Regni, quantum potuerunt, custodierunt. Ita quòd anno M. CCCC XXV. die 5. Martii, cùm Dux Bethfortius, tanquam nomine dicti Henrici Regens Franciæ, literas patentes ad Senatum Parisiensem decrevisset, per quas admitti volebat provisiones & reservationes Papæ, paritum non fuit: sed procurator generalis Regis intercessit, ut extat in regestis ejusdem Senatus.

Concordata Henric. VI. Ang. & Carol. VII. cum Papa, respuuntur à Parla.

144. Anno verò M. CCCC XXVII. Carolus VII. vetuit omnibus Prælatis Regni sui Ferrariam ire, ubi ab Euge. IV. ad concilium vocabantur: & tandem, anno M. CCCC XXXVIII. per eundem Carolum VII. Regem, Bituris, in celebri consessu sancita est pragmatica sanctio, adversus annatas, reservationes, expectativas, & hujusmodi quæstuarias artes curiæ Romanæ. Et anno M. CCCC XL. per literas patentes, eodem anno die XXIX. Decembris publicatas & homologatas in eodem Senatu, vetuit admitti, publicari, exequi, aut fulminari in Regno & Delphinatu quascunque bullas Papisticas citationum, præventionum, vel quarumcunque censurarum curiæ Romanæ, & transgressores ut rebelles puniri. Et quia, in fraudem pragmaticæ, Pontifices per obliquum nonnullas annatas exigebant, etiam de beneficiis electivis, quando vacabant per resignationem in favorem, vel permutationem, vel quando dispensatione vel homologatione concordati opus erat, & sic ad eos recurrebatur, nullas omnino bullas expediri permittebant, nisi prius annatis quandoque pluribus ex eodem beneficio persolutis.

Carol. VII.

145. Hoc animadvertens Ludovic. XI. Francorum Rex, anno M. CCCC LXIV. & rursus anno M. CCCC LXXVIII. publicis edictis vetuit pecunias aut literas institorum Romanorum efferri, & omnibus subjectis inhibuit ullas bullas à Roma petere, custodibus etiam limitaneis adhibitis. Et quia sub Pio II. concilii Basilienses, quod prius propugnaverat, inimicq acerrimo, complures Cardinales & aulici

Ludov. XI.

Source : BIU Cujas

lici Papæ in Regno Franciæ plura beneficia obtinebant, quorum reditus Romam exportabant, ad hoc inconveniens amoliendum, statuit idem Rex Ludovicus undecimus, ut omnes in hoc Regno beneficiati, intra quinque proximos menses in suis beneficiis personaliter residerent, sub pœna prehensionis temporalium & amissionis fructuum. Utque facilius se tueretur à diris & censuris Papæ, fecit cum decreto Senatus Parisiensis per procuratorem suum generalem appellari à Papa ad futurum concilium. Sub hoc Papa Pio refert Sabelli. Ennead. IX. lib. 6.

Ingens Minoritarum, multitudo & strenuitas.

Minoritarum (quos Cordigeros vocant) sectam usque adeò per totum terrarum orbem pullulasse, ut quadraginta provincias obtinuerit, & sub qualibet plures custodias conventus (Guardianos vocant) & sexaginta hominum millia excessisse, adeo ut magister universi ordinis (quem Generalem vocant) sæpius auditus sit Papæ, expeditionem in Turcos paranti, polliceri, ex Seraphici Francisci familia, triginta bellatorum millia, qui bellica munera graviter obire possent, nihil sacrorum cultu interpellato. Verùm eam expeditionem Papæ, quandoque aliud agentes, fingebant. Sed ad rem. Rursus sub Carolo VIII. anno M. CCCCXCVI. academia Parisiensis appellavit tanquam ab abusu, à quibusdam exactionibus & usurpationibus Papæ, contra dicta decreta & constitutiones Regias: & fuit appellatio admissa in præfato Senatu.

Carol. VIII.

Ludov. XII.

Julius II.

146. Ludov. autem XII. Francorum Rex, postquam multas urbes Italiæ à Bentivolis & Venetis vi armorum ereptas, Julii II. Papæ ditioni subjecisset, ejus ingratitudinem & animum hostilem expertus est. Julius enim, Francorum ope superior in Italia factus, mox perfidiosus Ligur, &, ut ait Budæus in IIII. Assis. intemperiis actus, in eos arma convertit, Hispanos, Germanos, Helvetios, Anglos, in Franciæ Regnum, illud ad internecionem deleturus, concitavit. Ludov. autem, anno sesquimillesimo undecimo synodum ecclesiæ Gallicanæ Turonis congregavit: ubi consultum & conclusum fuit licere Regi sese ab obedientia Papæ subtrahere, eúmque armis coërcere. Et concilio generali indicto & habito Pisis; Julius Papa ab administratione Papatus suspensus fuit. Julius autem armis deturbavit concilium illud, Mediolani (ubi Philippus Decius pro concilio sermonem habuit inter ejus consilia impressum consil. CLI.) deinde Lugduni translatum: cúmque Julius à Papatu suspensus, diris censuris Gallos omnes execratus esset, omnium etiam peccatorum condonationem eos trucidantibus bullis emissis prædicari fecisset, frendens odio, Italia pulsos, etiam Mediolano (ubi libros omnes & bona Philippi Decii diripuit) per Helvetios expulit, & paulò post multis & gravissimis sceleribus infamis obiit, postea quàm in Regem Franciæ infœlicem, adjutorem, & benefactorem, concitaverat & armaverat Imperatorem Maximilianum, Reges Angliæ & Hispaniæ, necnon Helvetios, Regnum Franciæ ad internecionem deleturus, nisi morte præventus fuisset, ut Magnus quoque Erasmus in Chiliadibus scriptum reliquit. Interim autem Ferdinandus Aragonum Rex, Elizabeta uxore defuncta, regnum Legionis & Castellæ, tanquam filiæ tutor, detinens, Caroli V. Imperatoris avus maternus, à sordidis & avaris moribus Joannes Gippon vulgari scommate vocatus, Pompeiopolim (quæ, florente Romanorum Imperio, Pompelon à Pompeio Magno conditore vocabatur ut ait Strabo, qui sub Augusto militavit, & scripsit, Geographiæ lib. 3. quam suo tempore à gente Vasconum inhabitari dicit: nunc Pampilona vocatur) regni Navarræ caput, & majorem ejus regni partem, tam iniquè, quàm fraudulenter invasit, & spoliavit Joannem Albretum (tunc absentem) ratione Catharinæ uxoris suæ, & filiæ Gastonis, Navarræ Regis, legitimum Regem Navarræ, & patrem illustrissimi illius herois Henrici hujus nominis primi, & nunc veri Navarræ Regis, ut scripsi in Consuet. Parisi. §. 29. num. 4 idque ex solo prætextu, quod Albretus concilio Pisano cum Rege Franco adhærens, à Julio diris censuris cum Gallo execratus fuerat, eorúmque, ut à Papa præcisorum & omnibus dignitatibus & dominiis exutorum, regna, per eundem Julium primo occupanti donata erant, more Papis solito: qui Decretales suas (quibus sese terreni quoque Imperii & regnorum claves habere astruunt) adusque animam & sanguinem, evangelio neglecto, defensuros profitentur. hac sola occasione Ferdinandus ille (qui & ipse in eadem damnatione erat) regnum absentis & ignorantis, nec prænoniti, contra jus gentium, occupavit, nec veretur nepos, Imperator, avita vitia mordicus defendere, tot mala & tyrannides peperere-runt Paparum mores & Decreta.

Concilium Turonense.

Concilium Pisanum.

Julius suspensus armis concilium deturbat.

Philip. Dec.

Regnum Navarræ cur occupatum.

Henricus I. verus Navarræ Rex. Pompelon.

147. Cæterum domini temporales & communitates Italiæ, non admittunt exactiones cameræ Papalis, nisi in quantum è re sua, & illam, cùm libet, spretis censuris excludunt. Veneti propter Ferrariam in fidem susceptam, à Clem. V. anathematis spiculo defixi, hostes ecclesiæ judicati, omnibus spoliandi & trucidandi expositi, truces illas diras spreverunt: etiam si earum occasione bona sua & merces ubique diriperentur, & plures ex eis occiderentur, & Palegora, Papæ Legatus eos etiam armis aggrederetur, Gallos cruce signatos, & collectitiam ex Italico delectu manum in eos emittens, ut refert Sabelli. Ennead. IX. lib. vii.

Veneti diras Clem V. spernunt.

Palegora Papæ Legatus in armis.

148. Eodémque tempore Florentini, & Lucenses ob Pistorium, invito Pontifice occupatum, sacris interdicti, & anathemate perculsi, non destiterunt, & Neapolio Legato, in eos misso, cum suis censuris spreto, clerum suum gravissimis exactionibus diu multúmque vexarunt, rerúmque potiti in gratiam tamen recepti sunt, cùm Palegoram Papæ Legatum adversus Venetos, anno M. CCCIX. juvissent, ut Plati. in Clem. V. Rursus Florentini, propter unicum abusum à Papa commissum in conferendo unam Abbatiam, sitam in eorum ditione, privaverunt Jo. XXIII. Papam, in eorum civitate tunc degentem, potestate conferendi beneficia in eorum ditione sita, usque ad quinquennium.

Florentini & Lucenses.

Papa privatur collatione benefic. à Florentinis.

149. Et tempore Sixti. IV. è Franciscanorum sodalitio assumpti, bullas ejus & censuras fulmineas, quibus etiam ab omnibus deprædandi & trucidandi proscribebantur, fortiter spreverunt. Quorum factum & libertatis constantia, doctorum prætertim Jurisperitorum consiliis: per Italiam comprobata est (ut per Fran. Areti. cons. CLXIII. Hierony. Tortum: cujus consilium ad calcem consi. Ant. Butr. impressum est) bellúmque funestum, & agrorum populationes à Papa illatas sustinuerunt. cùm enim, ex horrenda & cruenta conspiratione in Remp. Florentiæ, Julianum, & Laurentium Medices, facta, & conscio & annuente Papa, proditoriè exequenda, ut scribit Rapha. Volaterra. Geogra. lib. 5. Archiepiscopus Pisanus, & quidam Papæ necessarii, & alii conjurati, die dominico. 10. Calendar. Maii, anno M. CCCCLXXVIII. in templo, sub specie missæ audiendæ, tanquam loco & hora ad id aptissimis, signo dato cum Eucharistia attolleretur, subitò sicis eductis Julianum Medicem confodissent, Laurentio Medice graviter vulnerato, & in proximum ejusdem ædis sacrarium à suis excepto & servato.

Sixti IV. facinus horrendum.

Horrenda conjuratio.

150. Et eodem die captus cum suis Archiepiscopus ad curiæ fenestras suspensus & strangulatus fuisset, iratus Papa quòd facinus non successisset, nec ob Cardinalem incolumen sibi redditum, placatus, Florentinos omnes, eo quòd ministri Mediceorum, Dei Sacerdotes & Cardinalem attigissent (quasi non licuisset eis adversus tam horrendum scelus se defendere)

Archiepiscopus Pisanum proditorem Papa ulciscitur.

Source : BIU Cujas

non solùm diris omnibus execratur, & omnium spoliationi & trucidationi expositos hostes judicat : sed ipse quoque etiam Ferdinando Siciliæ Rege, socio belli ascito, in eos cum armato exercitu movet, & agros populatur. Contra verò Florentini non solùm, Duce Ferrariæ in auxilium accito, armis se defendunt : sed etiam consulti juriſperiti totius Italiæ doctores, in queis Franc. Areti. consilio CLXIII. Hieron. Tortus, cujus consilium ad calcem consi. Ant. Butr. impressum est, & alii, Florentinos justè dictum Archiepiscopum & alios conjuratos, in flagranti crimine comprehensos, morti addixisse, diràsque censuras Papæ, trucésque ejus processus nullos & abusivos fuisse, & illis spretis justè potuisse Florentinos vim vi, & arma Papalia armis repellere. Plura id genus alia, præsertim alias civitates & Regna spretis iniquis censuris Papæ defensa, & quæ alioquin eversa fuissent, prudens, aliò distractus, prætereo : cùm etiam plus quam notoria sint.

Q *Liberum.* Genes. 48. Esdræ 7. & de Druydibus, sub veteri Gallorum paganismo, Cæsar de bello Gallico, lib. 6. c. in qualibet. cum seq. xxiii. q. viii.

1 Majoritas inter Apostolos reprobata.

R *Evangelica.* Lucæ 22. ubi Christus inter Apostolos majoritatem, seu Primatum reprobavit, discrimen faciens inter eos & Reges gentium, quibus potestatem super subditos, utque ab eis benefici vocentur concedit : Apostolis autem adimit, jubens ut major fiat sicut minor, & qui Princeps est, sicut qui ministrat. Idem Matth. 20. inquiens, *non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister : & quicunque voluerit inter vos primus esse, sit vester servus.* Idem Marci 10. *scitis quòd qui videntur imperare gentibus, dominium exercent adversus illas ; verùm non sic erit inter vos : sed quicunque voluerit ex vobis esse primus, erit omnium servus.* Ex quibus clarissimis verbis Christi duo sequuntur.

2 Primum, Regnum suum non esse ex hoc mundo : quod disertè coram Pilato testatus est Jo. 18. & consequenter nec Apostolorum nec Ecclesiæ suæ Regnum hinc esse, & impiam hæresim esse dicere Christum cœlestis & terreni Imperii jura Apostolis, aut saltem Petro & successoribus concessisse. tantum enim abest ut Christus Apostolis vel Ecclesiæ suæ terrenum Imperium, vel Regiam aliquam sive Imperialem sive civilem potestatem in aliquos, nedum in Reges & Imperatores concesserit, ut prorsus ademerit.

3 Secundum quod in spirituali suo Regno, cujus gloria non est in terris, sed in cœlis, & in futuro non in præsenti sæculo, in quo Regnum suum consistit in ministerio verbi sui, seu evangelii, ad remissionem peccatorum, veramque justitiam, cum fructu bonorum operum per illum assequendam, in hoc (inquam) tam sancto & salutari ministerio, vetat omnem contentionem, & omne studium Primatus, jubens & inculcans studium fideliter Evangelium ministrandi, satis indicans quantò quis fidelius & amplius ministraverit, & plures ad Evangelii notitiam & obedientiam adduxerit, eò majorem in Ecclesia & Regno Christi futurum.

4. Nullus ergo Episcopus, nec Romanus quidem, potest ob id dicere se dominum ecclesiæ suæ, nec quoad ditionem externam, quam Christus expressim ademit, nec quo ad ecclesiasticum seu spirituale ministerium, in quo jubet eos servos & ministros Ecclesiæ esse, prout etiam fecit, docuit, & scripsit beatus Petrus epist. 1. c. v. obsecrans Presbyteros & Episcopos curam gregis agere propense, sine affectu lucri, nec dominium exercere in cleros, sed esse exemplar gregis. beatus Paulus 1. Cor. 4. 2. Corinth. 6. sanctus Cypri. tract. de simplicita. cleric. ut in glo. præcedenti num. 15. Et illud beati Pauli præceptum latius urget S. Hier. in epistola ad Nepotianum. & habetur xcv. distinct. c. esto subjectus.

5. Liquet igitur quòd cuicunque aliter facienti licet, authore Christo, necnon beatis Petro & Paulo, & Clemente in epistola ad Jacobum, & sanctorum patrum, Leonis quoque primi c. manet. xxiiii. q. 1. sancti quoque Ambrosii xxiv. q. 1. c. quæ dignior. in fi. & Grego. Magni. c. admonendi. ii. q. vii. ab eo sese subtrahere, nec ei obedire. Imò hoc disertè præcipit beatus Paulus II. ad Thessaloni. ulti. & ad Galat. 5. & rursus 2. Timoth. 3. ubi jubet ab his se avertere, qui formam pietatis prætexunt, sed virtutem ejus abnegant. nempe qui sacra professi, ea cauponantur vel quæstui habent. Et juxta ejus doctrinam, idem præcipit sanctus Ambr. super Lucam c. 9. & habetur in d. c. quæ dignior. in fi. xxiv. q. i. dicens, *si qua est ecclesia, quæ fidem respuat, nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiæ possit aspergere, deserenda est.*

6. Ecce quod non distinguit nisi à sola doctrina evangelii, quam si nunc non teneat, non prædicet, non observet verbo & exemplo, etiam si aliàs tenuerit, quia jam non illa, sed alia & adversaria est, omnino deserenda est. Hinc etiam Ecclesia Christiana catholica dicitur, quòd non sit certo loco affixa, & multo minus à certo loco dependens, sed à spiritu Dei, illic ubi purè sonat verbum Dei existens, & quò fert impetus spiritus, gradiens, ut pulchrè & sublimiter divinus ille vates Ezechiel capit. 1. describit. Ecclesia cur dicitur catholica.

7. Nunc confer vitam, ritus, fastum, studia novorum Pontificum, & reputa quinam & quales sint, à fructibus eorum, Christo authore judicando, Matth. 7. c. Luc. 6. f. Quid si eorum opiniones & doctrinam conferas ? exemplum præbet spurcus & blasphemus monarchialis tract. ab impio Jacobo de Terano Urbani VI. cubiculario editus, incipiens, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* ubi verba illa exponit temporaliter, scilicet antequam Christus passus esset, & cœlos victor ascendisset. Verba enim Christi Joan. XII. *cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum :* exponit, *id est, omnia Imperia & Regna mundi recuperabo, & auferam à Cæsare, Regibus ; & aliis Principibus*, idque per milites suos Apostolos. Præcepta verò eis data, ut neque aurum neque argentum possideant, sed tantùm comedant de his, quæ apponentur, exponit temporaliter, non pro tempore legationis, qua functi sunt, Christo in terris agente, sed quo post ejus ascensionem militaverunt in humilitate, afflictionibus & paupertate, donec Imperia & Regna mundi subjugassent : quibus subactis vel conversis, ut ait, licitum est eorum discipulis, Regiis opibus, cultu, & deliciis uti, & aliis, ut subditis, imperare, præsertim Papæ. Liber monarchialis Papæ blasphemus.

8. Quem sic probat esse Regem Regum, & dominum dominantium. Imperatores verò, Reges, & omnes magnos & parvos, illius ad nutum, & in omnibus subjectos esse. Quem impium & blasphemum librum non ausus fuisset asserere, & multo minus edere, nisi domini sui Papæ, à quibus pendebat, in eadem sententia fuissent : prout Augustini de Ancona, qui Teranum circiter octoginta annis præcessit, & adulatoria illa oratio ad Pium II. quam Antoni. tit. xxii. c. xvii. §. 1. refert, quæ nil aliud crepat, reliquorumque adulatorum libri pudendi, quinetiam quædam Decretales eorundem, satis ostendunt.

9. Et quia Fely. & cæteri canonistæ passim citant, probant, & sequuntur dicta præfati Augusti. de Ancona in Summa de ecclesiasti. potesta. eadem sunt quæ & præfati libri monarchialis : nisi quòd fusius & distinctius tractantur. firmat enim eisdem contortis argumentis, quòd Papa habet omnem etiam Regalem & Imperialem, nedum Sacerdotalem potestatem in toto mundo : quia consecratur Sacerdos, & coronatur ut Rex, & festum coronationis nuntiat omnibus Regibus, ut tradit q. j. art. 7. Regibus (inquam) tanquam suis vasallis, suæque judiciariæ potestati subjectis, ut etiam possit eos instituere & destituere, in queis etiam Regem Franciæ comprehendit qu. 46. per totam. Quinetiam in Reges Turcarum, Paganorum, & omnium infidelium q. 5. per totam. etiam infrà terram quæst. 32.

Source : BIU Cujas

per totam. firmat enim quòd Christus per suam passionem meruit judiciariam suam potestatem super omnem creaturam, & quòd illam dedit & reliquit Papæ: qui habet claves utriusque potestatis, etiam temporalis & externæ, etiam super Paganos, in toto orbe. quæst. 24. per totum. & quòd ab omni Rege, vel Imperatore, imò à quocunque homine, per totum orbem, potest ad eum appellari. d. qu. 45. art. 3. & contrarium sentientes hæreticos judicat.

10. Sed quis hæc plus quàm hæretica tot errorum portenta, novúmque (ut ita dicam) Alchoranum, non execretur? Machometes nudis armis totum mundum superstitioni suæ subjici docet & jubet, illi verò præfatis præstigiis simul, &, utcunque data occasione, armis. quanquam non ita recens est Alchoranus ille Augustini de Ancona, quippe sub Jo. XXII. cui dedicatus est, editus circa annum Domini M. CCC.XXX. jam sunt plus ducenti viginti anni, & erat doctor Sorbonicus, ut patet in epistola liminari. Quanquam, ne cæteris quoque ejusdem ordinis videar illius vitium imputare, fuerunt eodem tempore, & alij doctores Sorbonici, multò certe doctiores, contrarium docentes & scribentes, in queis Gulielmus Occam & Joannes Parisiensis. Necnon Jo. Gerson in libris de vita spiritu. animæ, & de potesta. eccle. & de Auferib. Papæ ab eccl. Si hi tamen à canonistis & Papistis non solum reijciuntur, sed etiam indignis contumeliis afficiuntur: cùm spurcus ille de Ancona, cum suo discipulo Jacobo de Terano, summis ab eis laudibus efferantur.

11. Ut his quidem novissimis sæculis jam omnibus palam factum sit in eos verificata esse & impleta vaticinia beati Petri in II. c. ij. a. & beati Pauli ad Timoth. II. c. 4. a. de coacervantibus sibi magistros prurientes auribus, & qui à veritate aures avertant, ad fabulas verò convertantur, & de his quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem, I. ad Timoth. 6. b. Gratia Deo quòd impletum etiam videmus illud beati Pauli, quòd manifesti fiunt. Supereſt, imò vicinum est, implendum quod beatus Petrus prædixit, *eorum* (inquit) *perditio non dormitat*, &c. & hæc pro multis breviter perstricta sufficiant.

S *Factam.* scilicet anno M. CCCXCVIII. quo congregata synodo ecclesiæ Gallicanæ, statuit & publicavit plenariam illam Papalis obedientiæ subtractionem, quæ sæpius hîc recitatur: cujus Regium programma habetur in Regestis ejusdem Senatus, in libro antiquarum constitutionum Regiarum. charta CXXVI. in quo programmate inter alia hæc clausula habetur, videlicet *ab obedientia totali, nos, Ecclesia, clerus, & populus Regni nostri, ac Delphinatus, de prædictorum vocatorum Consiliariorum assensu, recedimus, nuntiamusque, authoritate præsentium, recessisse. Volentes, inter cætera, quòd abinde in antea ipsi Beneficio, suisque collectoribus, ac aliis officialibus quibuscunque, nullus, cujuscunque conditionis fuerit, de reditibus, proventibus, & emolumentis ecclesiasticis, quomodocunque, aut ex quacunque causa solvere, aut respondere præsumat.*

T *Extorqueret.* Quod non modò miserum est Gallis: sed multo magis pudendum Francis.

Galliæ subactæ à Julio Cæsare.

1. Galliæ enim à Cajo Julio Cæsare primum subactæ, circiter quingentis annis, non tamen plenis, subjectæ fuerunt & tributariæ Romanis Imperatoribus, tam ethnicis, quàm Christianis: sed non usque adeò gravabantur, nec expilabantur, quantum à trecentis, & multò magis à ducentis annis, vexari & exhauriri cœperunt à Romanis Pontificibus.

Agrippa Judæorum Rex Gallos laudat.

2. Extat apud Josephum Judaïci belli lib. 2. elegans oratio Agrippæ minoris & ultimi Judææ Regis, qua Judæos ab infœlici adversus Romanos rebellione frustra conabatur avertere. Ubi præcipue ob oculos eorum ponit Gallorum divitias, potentiam, amplitudinem, aliarum nationum opibus non indigam, sed fontes domesticæ fœlicitatis intus habentem, omnibúsque bonis totum pene orbem irrigantem, mille tamen & ducentorum militum præsidio contineri, cùm plures penè haberent civitates quàm præsidiarios milites.

Gallia magis expilatur à Papa quam olim ab Imperatoribus.

3. Si igitur tanta erat pax, tanta fœlicitas, tantæ opes Gallorum, cùm servi & tributarii essent Romanorum Imperatorum etiam Ethnicorum, imò ecclesiæ carnificum, quænam mala Erinnys ab orco emissa invasit, ut liberi facti, excusso jam ludum Romanorum Principum jugo, duriorem tamen & miseriorem servitutem Romanis Pontificibus serviant, saltem à ducentis vel trecentis annis, ut jam singulis annis plus indidem exigi & extorqueri solitum sit à curia Romana, quàm decem annorum tributa tempore veterum, & potentissimorum Romanorum Imperatorum ascendebant.

Quando Franci eripuerunt Gallias Romanis.

4. Quidnam Regibus & Principibus Francicis pudendum magis esse possit? Franci bellipotentes, toto terrarum orbe formidabiles & invictissimi, semper liberi, nunquam tributarii (qui Romanorum Imperio nunquam colla subjecerunt, sed potius Gallias, Romanis victis & ejectis ab eorum jugo, sub Clodione Comatõ, & Clodovæo primo Francorum Regibus, ab anno domini quadringentesimo tricesimo quinto, usque ad annum domini quingentesimum, liberaverunt) nunc tandem suam Galliam, imò suum Regnum, longe majori decuplóque graviori tributo in dies premi sinent? Quorsum ergo antiqua illa & peculiaris Francorum libertas? Quorsum tot sacræ constitutiones & pragmatica illa Lud. IX. adversus hujusmodi exactiones? Imò quorsum juramenta, à Regibus nostris in sacra eorum inauguratione præstari & innovari solita?

5. Quòd si quis dicat religionis ergò has exactiones tolerari? Responsio in promptu est, nihil veræ religioni noxium & adversarium magis. Cùm secundum Apostolum, avaritia sit Idolorum servitus, ut etiam experientia ostendit, quia, quæstus duntaxat causa, Idolorum cultum invehunt. Quòd si quæstus cessaret, ea spernerent. Christus quoque & ejus præco Paulus eos præcipuè religionis hostes designant, qui ea in quæstum habent, qualibuscunque titulis, interim etiam ovium nomine, personati sint. Quid quòd jam in confesso est, verum religionis cultum, per hujusmodi quæstuarias Romanæ curiæ artes, maxime impediri & inquinari, & prophanari? adeò ut sanctum & religiosum sit eas abolere, tantum abest, ut religiosum sit illis indulgere? nisi fortè quod Christus vocat servire mammonæ, & Paulus idolorum servitutem esse contendit, antichristiana perfidia religiosum putat.

Majorum exempla.

6. Quòd si majorum exempla requiras, sive Pontificum illi has exactiones execrati sunt, & simoniacæ hæresis damnaverunt c. quisquis. c. si quis. episcopus. c. sanctorum patrum. c. cùm omnis. I. qu. I. sive Imperatorum, extat sancta l. si quenquam. C. de episcop. & cleri. sive Regnum Francorum, illi à Pontificibus rationem eorum fidei disciplinæque Ecclesiasticæ, sedulò exigebant. c. satagendum. XXV. q. I. Quin etiam recentiores Franciæ Reges & legibus, & edictis, & senatusconsultis semper novorum Pontificum avaritiam, καὶ τὸ καινόλιον damnaverunt, & districtè vetuerunt.

7. Adeò ut etiam si in his consuetudo induci posset (quod falsum est: male enim adinventa, malæque consuetudines, neque ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur, inquit text. in auth. ut nulli judic. lic. hab. in prin. c. quia cognovimus. & ibi glo. 10. q. 3. & malæ consuetudines sunt tanquam abortiva statuta, inquit Bal. de pace Constant. not. 7.) tamen, quia semper reprobatæ, damnatæ, & interruptæ sunt, nulla consuetudo vel præscriptio prærendi potest. Remanet ergo merus & improbatus abusus, prout etiam notum est, has quæstuarias artes Romanæ

Source : BIU Cujas

curiæ, non lau lari nec defen li, nisi ab ambitiosis & cupidis hominib us, tanquam suis affectibus idoneas: ut videlicet his malis artibus eò penetrent, quò vitæ sanctitate, doctrina, vel meritis ascendere non possunt, & tandem impie quæsita male dispersant, & ut inquit Michæas Morasthites c. 1. quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur. Si hæc omnia, ut per imposturas cauponantium, & quæstui habentium ministerium Ecclesiasticum, exacta, non in defensionem Imperij aut Reip. ut olim, sed in luxum eorundem absumitur: quorum Deus venter est, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant, ut ait Apostolus ad Philipp. III. etiam si interim personam in se transferant, quasi sint ministri justitiæ: quorum finis erit juxta opera eorum. 2. Corinth. 11.

Quantam vim pecuniarum Roman. curia exigat à Gallis.

9. Utque paucis videas, quanta vis pecuniarum singulis annis exhauritur è Regno Franciæ, primò innumeræ myriades auri expiscantur per eas quas vocant annatas, seu vacantias Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum Conventualium, & aliorum Sacerdotiorum electivorum. Et hoc tributum exigit Papa ante ullam expeditionem vel traditionem bullarum. Secundò non solum exigit de Sacerdotio tunc collato, sed etiam de omnibus aliis Sacerdotiis, quæ impetrans tenet, & qui cùm, ut ea simul cum collato novo Sacerdotio retinere possit, dispensatur, nonobstante quòd in prioribus collationibus eorundem Sacerdotiorum annatas persolvisset.

10. Tertiò rursus omnium eorundem novas annatas exigit, etiam ab eodem possessore vel titulario, toties quoties eodem modo per novi Sacerdotii assecutionem vacant, seu vacare finguntur, & de novo dispensatur, etiam si bis, ter, aut quater in anno hoc contingat: ita quòd sæpius contigit, & visum est in Gallia eundem Prælatum pro eodem beneficio tres aut quatuor annatas integras Papæ dependisse, non sine magno etiam imperitorum & simplicium scandalo: cùm videant feuda & res prophanas semel tantùm in vita vasalli domino directo unius anni tantum reditum dependere, & adhuc hoc ratò contingere, & quando casus exigendi contingit, non plus quàm semel in vita vasalli exigi. Quod, si unquam maxime, hîc exclamat sancta illa l. si quenquam. C. de episco. & cler. *Quem* (inquit) *murum integritatis, aut vallum fidei providebimus? si auri sacra fames penetralia veneranda proserpat. Quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset igitur deinceps altaribus imminere prophanus ardor avaritiæ, & à sacris aditis repellatur piaculare flagitium.*

11. Quartò infinitas quotannis exigit pecunias etiam
genus causæ, ut propter suam vim & naturam faciendum sit vel non faciendum, honesta enim & divina sua dignitate debent nos ad se trahere, & turpia deterrere. Sin res est ejusmodi, ut nec ita sit per se bona vel mala, sunt enim inter illa media quædam, quæ Græci ἀδιάφορα καὶ τὰ μέσα μέσων appellant, ea verò præcipiat collega tuus, uxor vel servus: & tu obtemperes, quod scelus, quæso, aut peccatum est? Itaque siquis putet Pontificem Romanum esse Maximum, atque eum cui omnes ut pareant, eo ducant pium, religiosum & Christianum, quòd primas Christus Petro in Repub. Christiana concesserit, hæc sanè opinio etiamsi aut error esset, aut verba Christi non tam perspicua, sed aliquod genus continerent ambigui, multo tutior eo errore foret, quo illud ipsum de Rom. Pontifice negaretur. Nam hic semper obest siquis non pareat cum parendum sit. ille verò parendo, cùm parere sit liberum, nihil aut minus certe nocere potest, ut cum obsequimur, vel morem gerimus sodali, vel alii cui non sit necesse. Quare genus causæ ita primum consideranti mihi, visum est tutius fuisse Molinæo in alteram partem scripsisse, vel tacuisse potius, quàm illam suam sententiam discriminis plenam defendisse apud Francorum præsertim Regem ac populum. Neque enim ignorat ipse, qui historiæ scientiam sibi vendicat, si hujusce regni antiquissimi, florentissimi & potentissimi memoriam recordetur ultimam, summam semper rationem Gallos habuisse sedis Apostolicæ. Nam Alpes sæpe trajecerunt, fortunas & salutem ejus causa in discrimen obtulerunt, unde dicta est Gallia Pontificum asylum tutissimum, & fortissimum propugnaculum, regesque nostri Christianissimorum cognomen sunt nacti. Quapropter ei verendum fuerat, ne illi ipsi quorum majores non pro dignitate hac Pontificia, sed pro fortunis tantum & privatis injuriis Pontificibus illatis, tot bella suscepissent omnium gravissime & molestissime eorum studia & scripta essent laturi, qui non rebus modo, verumetiam authoritate, dignitate & potestate eos spoliare niterentur. Nam qui hunc Pontificatum labefactare, aut delere contendit, non tam armis potest quàm scriptis obesse. Siquidem hæc res animi assensu, fide & persuasione continetur. In his verò parum possunt arma, scripta verò maxime. Neque enim bellum aut vis alia ulla persuaserit vel dissuaserit, orationis verò & scriptorum id videtur esse quasi proprium. Arma ad paucos & eos tantum, qui ea sentiunt, perveniunt: scripta quocunque terrarum pervolant, pervagantur, atque ad intima penetrant, & eo detrimenti plus afferunt. Videbatur igitur Molinæus debuisse ista relinquere exteris, qui non ita, ut Galli, officiis & beneficiis Rom. Pontificibus sunt conjuncti. Debuisse, inquam, relinquere apostatis & factiosis hominibus similibus horum qui de ea re antè scripserunt, & minimè dignis quos ipse vir togatus, & in hoc integerrimo & amplissimo Parisiorum senatu in primo ordine causarum patronus sequeretur. At ait veritatis studio adductum se suos Gallos pati diutius non potuisse in tanto errore versari, se cum omnibus vel naturæ vel doctrinæ præsidiis ad eos docendos venisse. Sit quidem ista ejus tanta eruditio, quantam ipse summo studio, labore, industria & diligentia efficere potuerit. An nullus in Gallia unquam hac tam eximia doctrina, tamque diligenti & forti animo vel fuit vel est, qui cujusmodi hæc essent non investigarit, non mente perceperit, percepta si ita se haberent, ut is scripsit, non literis mandare sit ausus? Aut si nullus fuit, cum omnes aut quamplurimos ita errare existimaret, eosque sua illa egere oratione, quem rogo habuit ipse judicem aut magistrum qui de suo sensu judicaret toto ut ipse de aliis omnibus? falli enim potuit ut omni hominum generi nihil contigit magis. Quin etiam si nullus ea vel tanta legisset, quæ vel quanta Molinæus, vel alius quispiam legisse proponatur, oblitus tamen aliorum esse potest quæ illis quæ scribebantur, erant conjungenda, labi præterea & in errorem potuit incidere, dum incognita pro cognitis habet, ut sæpe fit, cùm ne temerè assentiamur, non adhibemus ad considerandas res & tempus & diligentiam. Et nonnulli (quod tamen de Molinæo neque dictum neque intellectum velim, eo tantum dico, ut ostendam non omnes qui multa legerint, aut scripserint omnino aut satis semper doctos esse) ita obtuuntur quasi quadam luxurie & varietate rerum, quas memoria tenent, ut inconstanter & turbidè persæpe jactetur animus rebus inter se non apte collatis vel relatis vel conjunctis, ut obliviscì discere magis hos oporteat, quàm memoria tenere, quod & Themistoclem Græciæ principem optasse ferunt. Quid igitur his qui hanc singularem suam eruditionem, multiplicemque & variam lectionem & nostram ignorantiam & errorem nobis objiciunt, nos quoque vicissim non poterimus eis objicere ex illis aliquod unum vel plura, ut & pati lubenter, & æquo animo debeant sibi errorem ostendi, quem ipsi aliis ad demonstrandum se paratos venisse aiunt, paremque gratiam referre demonstrantibus quàm sibi vellent? Itaque ut mei instituti rationem jam omnem exponam, cùm primùm quæ & qualia existerent quæ Molinæus scripsisset essem animo complexus, quamvis ab eo non satis perspecta, planeque cognita quæ scriberet perspicuè docere posse confiderem (nam affectu nescio quo cognitis contraria eum scripsisse temerè suspicari non audebam.) In hac tamen causa tantum obesse semper arbitrabar ipsius authoritatem, quam tum scriptis tum in foro comparavit, ut tacendum mihi potius ducerem, quàm frustrà loquendum. Etenim ex libris ejus quos in lucem protulit, protulit autem multos, satis exploratum habent omnes qui eos legerunt, virum esse in scribendo acerrimum & copiosissimum, qui multa ex utroque jure, multa ex rerum gestarum monumentis, ex decretis comitialibus, ex Theologorum scitis, multa denique ex omni genere literarum possit facilè colligere, & accommodare ad id, quod instituerit, probandum, confirmandum, augendum, ad permovendos animos, ad perturbandos si velit, & in suam sententiam pertrahendos. Adjunxit & his usum forensem, optimum & callidum dicendi magistrum, qui quid causæ noceat, quidque prosit, satis docere potest. In foro enim, ut ex quadam sua epistola intelligimus, annos propè 30. est versatus, ex quibus omnibus non potuit non sibi eam conciliare authoritatem, ut inter primos causarum patronos numeretur, in ordine togatorum consultissimo & non solum Gallorum eloquentissimo: sed fortasse exterorum etiam si Juvenali credimus, qui facundiæ laudem causidicis Gallis tribuit. Atque tantus ipse vir ac tam exercitatus videri voluit, & ea scriptorum magnitudine & promissis maximis. Nam nobis emendationem juris, quam Græco vocabulo ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου appellat, & codicis Gratiani (quod decretum dicitur) se daturum suis scriptis pollicetur. Cujus igitur animum ista tanta non moveant? ut omnium quam optime & certissime quæ scripsit in Pontifices scire judicetur? cui credi etiam solo nutu, vel digito quodvis significanti propter hanc multiplicem & subtilem rerum cognitionem, longam & diuturnam exercitationem homine minime pertinaci dignum putetur? Quamobrem nos ne temere etiam in hanc dimicationem descendisse videremur, tacere ut cæteri decreveramus. Sed postea venit in mentem cùm omnium, tum horum maximè temporum ratio, neque enim hæc nostra ætas Pythagoreorum est, neque tam hebetes homines sunt, ut ejus ipsius sola authoritate infirmatis rationibus quas attulit in novam sententiam ducantur, vel jam ducti

Source : BIU Cujas

in ea permaneant, sed plus semper apud ingeniosos homines valuit vera ratio, si rationem rei natura postulat, quàm levis hominum de aliquo existimatio vel jactatio. Itaque existimavi non tanti fore eruditis illam ipsam de eo in hac re opinionem quæ fefellerit, quàm argumenta & rationes, quæ illam fefellisse ostendent, neque spectaturos quis sit vel quantus Molinæus, vel nos qui contendimus cum eo, sed ea quæ dicemus, solum nobis danda erit opera ut si cum illa fama & authoritate, & aliis multis ipse videatur superior, nos eum in hac disceptatione superemus. Quod poterimus ita consequi si omnia ejus argumenta sic infirmaverimus ut unà cum illis apud ingeniosos & doctos ejus hac in re pereat authoritas. Suscepimus igitur hoc onus ut eo ordine quo ille scripsit refellamus singula, ne quòd aliquid prætermiserimus ipse queri possit, vel alius ejus persuasus oratione, qua sola si quis ne in sententiam nostram redeat impediatur, æquum erit ea confutata & penitus eversa ut permaneat in pristino & perveteri instituto. Quod si fecerimus sperandum etiam est ita fractis viribus Molinæi nullum post certamen de hac re relictum iri. Nec enim tam arrogans quisquam reperiri posse videbitur qui majorem quàm tantus hic vir rerum vim aut copiam dicendique facultatem ad ista oppugnanda se afferre posse confidat, ut neque potuerunt cæteri, qui ante eum de hac re scripserunt. Quos si cum hoc conferas, homines propemodum rudes ac hebetes judicaveris. Et illis ita multis libris est responsum, ut qui eorum argumentis tenentur adhuc, aut eos non legisse aut homines tales esse statues, ut cum his verbis agendum non sit, aut disputatione doctorum sed vinculis & supplicio. Hujusmodi enim hominum sensus atque judicium ægrotare videri potest nam ut dicebant Stoici quemadmodum ex sanguine corrupto, aut pituita, aut bili redundante morbi gignuntur in corpore ita in animo ægrotationes fiunt: quæ νοσήματα καὶ ἀῤῥωστήματα appellabant ex pravarum opinionum conturbatione inveterata, ipsarumque inter se repugnantia, quæ sanitate animum spoliant. Vitiosæ item ad res quasdam offensiones & fastidium, & interdum μισανθρωπία. atque ita affectus fuisse dicitur Democritus, cui omnia erant ludibrio: & Heraclitus illi habitu contrario adversus. Quare ejusmodi hominibus Socratica medicina nihil proderit, cùm asperatione rationis & fastidio quodam suis sententiis pertinacissime hæreant. Et quemadmodum læsi oculi & laborantes objectam rem etiam perspicuam aut omnino non cernunt, aut non facilè: ita de istorum mente judicandum videtur. Et præclare Arist. ἠθικ. τῶ. ν. scribit εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες οἱ ἰδιογνώμονες καὶ οἱ ἀμαθεῖς καὶ οἱ ἀγροικοί. Sunt autem, inquit, pertinaces tales quidem ut de sententia nulla ratione eos dimoveris, quales sunt agrestes homines: & indocti volunt enim quasi decreta quædam aut leges suas sententias ratas esse, quare vehementer gaudent cùm in sententia superant & dolent cùm superantur. Ex quo fit ut ratio apud eos parum valeat, cùm sola libidine ducantur, & vincendi studio. Non est autem tam quærendum à nobis, quid nos, quàm à Molinæo quid eum, ad illa sua scribenda impulerit. Semper enim æquiores sunt defensoris partes. Si in hoc advocatorum numero unus est inventus qui oppugnaret, hancque cladem scriptis afferret, cur in eodem non unus etiam reperiri poterit, qui causam defendat damnumque scriptis sarciat, atque nobis qui in eo sumus, cur id non licebit? Si illi malè dicere, nobis cur non bene? Si exterus, non Gallus, si non advocatus scripsisset, si non illud senatusconsultum accommodasset ad labefactandum eum Pontificatum, quem semper Senatus summopere coluit: multa profectò nos non modo ne responderemus, sed etiam ne legeremus hujusmodi contumeliosos libros revocassent. Jam verò eum rogatum velim, ne malevolo in eum animo hæc à nobis susceptæ putet, id ex hoc potest aliqua ex parte cognoscere, quòd multa in hoc exordio prætermittimus ab eo non solum in Pontifices dicta, aut Cardinales quorum eadem est causa: sed etiam in omnem ordinem ecclesiasticum, quæ si hic cumulatè essent à nobis commemorata, commovere poterant in eum, propter acerbitatem, multorum animos, suo tamen loco unumquodque relinquimus. Restat autem aliud quod nobis objici potest, & illud quidem maximum, quod de re tanta dicere onus sit nostris viribus impar. Id certè nos fatebimur, si de Pontificatus, cæterarumque dignitatum ecclesiasticarum laudibus, magnitudine, præstantia atque splendore esset mihi dicendum, cederem me hercule aut succumberem oneri. sed cùm videam sacra divinaque humano sæpe præsidio defendi, nos tantum ad illa Molinæi propellenda ac profliganda venimus, qua in re non cesserimus ei, sed longe nos superiores profitebimur eadem sanè audacia qua ipse ad oppugnandum sit aggressus. Egregij vero viri, qui pari nobiscum studio & affectu ducuntur, quorum est summa eruditionis & dicendi laus hanc mihi dabunt veniam, quòd hac in re me ipsis anteposuerim. Non impedient tamen ista nostra qualiacunque, quominus ipsi his majora illustrioraque præstent. Et hæc quidem de genere causæ, de Molinæo, & de nobis dicta sint. nunc ad ejus scripta ingrediamur.

4. Quoniam Molinæus hoc uno nomine primatus una cum ipsius tota vi sublato, nihilo majores Romanos Pontifices cæteris Episcopis efficit, & non solum Romanis cæteros, sed etiam omnes omnino Episcopos ipsos inter se æquat. ait enim primatum esse prohibitum, omnesque chronographorum historias testari, atque existimat non modo Romani Pontificis non esse, sed nullius etiam alterius hac voce nobis quoque utendum erit, tum quod ejus confutamus sententiam tum quod usitatissima sit & accommodatissima huic rei de qua agimus. Quocirca de vi ejus atque significatione mihi cum eo prius conveniat oportet ne ad nomen magis quàm ad rem composita sit oratio & re forsitan consentientes vocabulis dissideramus, tum etiam hæc explicatio conducet ut intelligamus in quo posita sit omnis controversia.

Primatum à primo dici dubium non est, quare quibus modis primus dicitur iisdem primatus intelligi poterit. Et, ut omittam alia quæ de priori & primo à Philosophis traduntur, prius aliquid dicitur tempore ut Trojani Romanis priores, id est antiquiores & primi dicentur antiquissimi & primatus horum summa erit antiquitas. Prius etiam dicitur quod dignius est honore, veneratione, cultu, vel authoritate, ut cum alicui assurgimus aut honoris causa cedimus: priores enim eos esse debere existimamus & dignos quos nobis anteponamus, colamus, & observemus. tametsi nullum in nos imperium, nullam potestatem habent, quales sunt senes & alij præstantes viri, semper in civitate nostra venerabilis fuit senectus inquit Callistratus jureconsultus de jure immunitatis. Nam majores nostri eundem penè honorem senibus quem magistratibus tribuebant. Potestate quis prior erit, ut Reges, Principes, magistratus privatis hominibus. Qui majorem habent potestatem, hi priores sunt: & qui summam, primi, quorum primatus summa potestas. Potest igitur quis primatum habere honoris, vel dignitatis & potestatis, qui antiquissimus non est: & antiquissimus esse sine potestate: atque ita nonnulli Episcopi institutione antiquiores, potestate sunt inferiores, ut idoneo loco demonstrabitur. Est ergo Primatus summa vetustas & antiquitas, vel summus honor, veneratio, cultus & observantia, & tertio loco summa potestas. Cùm igitur Molinæus primatum prohibitum dicat, rogandus esset qua significatione primatum accipi velit: an honoris, ut unus præ cæteris non sit colendus, observandus, & honore afficiendus, an

Source : BIU Cujas

poteſtate neminem primum eſſe & maximum, an tempore aliquem non præire. temporibus quidem priores Pontifices alios aliis non negaverit : quinetiam Græcam eccleſiam priorem Romana affirmat, dum explicat ſenatuſconſulti verbum iſtud *ſubſtractionis* numero quarto. A quo hanc noſtram confutationem incipiemus ordine eo, quo ſcripta ab eo ſunt ſingula, ad finem uſque perſequentes. Nihil enim dixiſſe antea videtur quod ad hanc diſceptationem pertineat. Si quid tamen ad imminuendam ulla ex parte amplitudinem Pontificum, vel totius ordinis eccleſiaſtici ſcripſerit, vel antè in eo libro, vel cæteris ſuis libris & commentariis in regulas cancellariæ : ut poterimus, ita commodo loco hujus noſtræ defenſionis reſpondebimus. Sit igitur hæc noſtra ſententia, & catholicorum omnium non ſolum alios Epiſcopos aliis præſtantiores eſſe, & antecedere tempore, dignitate, & poteſtate : ſed etiam Romanum Pontificem omnium omnibus illis rebus eſſe primum & præſtantiſſimum, cui omnes obtemperare oporteat. Videamus ergo quid contra iſtud afferat Molinæus. Quod ſi non ſatis firma fuerint ejus argumenta, æquum erit ut ſuo in loco permaneat hæc vetus opinio. Si confirmaremus, alia nobis dicendi ratio ſequenda eſſet : at confutamus tantum, quare eum ſequi cogimur. Ait Eccleſiam Græcam & Orientis priorem eſſe Romana. Fuit quidem prior, id eſt prius in Oriente Chriſtus notus, quàm Romæ, ſed omnium Apoſtolorum primus Petrus delectus à Chriſto, ut in Evangelio ſcriptum eſt, Lucæ quinto. Marci primo. Matthæi quarto & Mathæi decimo. Nomina inquit Mathæus duodecim Apoſtolorum hæc ſunt, primus Simon qui dicitur Petrus, Petrum autem Romanum Epiſcopum fuiſſe Molinæus non negat : quocirca nullus Epiſcopus in orbe terrarum poteſt profiteri ſe ſucceſſorem antiquioris ullius Apoſtoli vel diſcipuli, Romanus verò Pontifex ſe primi omnium. Si igitur Epiſcopi priores & antiquiores dicerentur, quòd Apoſtolorum vel diſcipulorum antiquiorum ſunt ſucceſſores, Romanus erit omnium antiquiſſimus.

5. 6. 7. 8. Primatum prohibitum eſſe oſtendi ait à
» Pelagio ſecundo Pontifice Rom. nonageſima nona di-
» ſtinctione. Nullus Patriarcharum (inquit) univerſi-
» tatis vocabulo unquam utatur, quia ſi unus Patriar-
» cha univerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæte-
» ris derogatur, ſed abſit hoc à fidelibus, hoc ſibi velle
» quempiam arripere unde honorem fratrum ſuorum
» imminuere ex quantulacunque parte videatur. Qua-
» propter charitas veſtra neminem unquam etiam ſuis
» epiſtolis univerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtra-
» hat, cum alteri honorem infert indebitum. Hæc verba Pelagij ad Patriarchas tantum pertinent, non verò ad Romanos Pontifices. ſunt enim quatuor Patriarchæ primarij & maximi, Conſtantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hieroſolimitanus, pari quiſque dignitate & poteſtate in decretis ſibi provinciis. Inter pares verò nemo univerſalis nominari debet, Patriarchæ enim omnes dicuntur, id eſt Principes patrum. & cæteri particulares viderentur minoreſve, ſi unus univerſalis vel eſſet, vel diceretur. Nam univerſale quod Græci τὸ καθόλου appellant notat ſubeſſe partes, & ea quæ τὰ κατὰ μέρος dicuntur, id eſt particularia. Idque Pelagius ſignificare videtur, ait enim,
» nullus Patriarcharum univerſitatis vocabulo unquam
» utatur, quia ſi unus Patriarcha univerſalis dicitur, Pa-
» triarchatum nomen cæteris derogatur. Sed & aliter paulò poſt refellemus. Quod ſi Pelagium de ſe, qui erat Romanus Pontifex intellexiſſe concederemus Molinæo (Sophiſtam enim eum appellat, qui non ſolum dixit Primatum hic non prohiberi, ſed etiam poſſe aliquem eſſe univerſalem Epiſcopum) non idcirco tamen negaret ſe ſummam poteſtatem & amplitudinem, aut Primatum habere, quamvis nolit univerſa-
» lis dici. Statuit enim ultima diſtinctione, quiſquis Metropolitanus intra tres conſecrationis ſuæ menſes
« dandæ fidei cauſa, & accipiendi ab eo pallij, Romam
« non miſerit : dignitatem amittat. An potuit Pelagius
« majeſtatem Romanorum Pontificum ſignificare majorem, quàm hoc fidei ſacramento, quo obligari omnes Metropolitanos voluit, quàm pallii ornamento, ante quod acceptum Archiepiſcopi amplitudine dignitatis carere dicuntur, ut Molinæus non ignorat. cap. 3. de uſu pallii. & 23. de privilegiis. neque conſecrare poſſunt vel ordinare, ulliſque muneribus ordinis fungi. cap. 28. de electio. An potuit perſpicuè magis docere ſe maximum, quam cum apud Gratianum XVII. diſtinctione ſcribit concilia, ſine Romani Pontificis authoritate, non concilia eſſe : ſed conciliabula & conventicula ? Acta Joannis Conſtantinopolitani Patriarchæ, qui concilium ſine ejus mandato collegerat, reſcindit : decernit excommunicatos Patriarchas & Epiſcopos omnes fore qui intererunt ejuſmodi conciliis. Et de maximis rebus, quæ conventu Epiſcoporum in provinciis finiri non poterunt, ad ſedem Apoſtolicam referri ſtatuit, quod etiam planè intelligitur ex ejus epiſtola. Unde illa duo capita à Gratiano ſunt deprompta, Ad Apoſtolicam ſedem (inquit) Joannem Con-
« ſtantinopolitanum Epiſcopum univerſalem ſe ſubſcri-
« bere pervenit, voſque hac ſua præſumptione ad ſy-
« nodum generalem, cum generalium ſynodorum con-
« vocandi authoritas Apoſtolicæ ſedi beati Petri ſingu-
« lari privilegio ſit tradita, & nulla unquam ſynodus
« rata legitur, quæ non fuerit authoritate Apoſtolica
« fulta. & poſt pauca Petrum Apoſtolorum principem appellat, & Romanam ſedem caput eſſe omnium eccleſiarum. Et explicat ſe apertius cap. 4. 21. diſtinctione. quod etiam Gelaſii eſſe dicitur. Quamvis (inquit)
« univerſæ per orbem Catholicæ & Apoſtolicæ conſtitu-
« tæ eccleſiæ unus thalamus Chriſti ſint ; tamen ſancta
« Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis cæteris
« prælata eſt Eccleſiis, ſed Evangelica domini voce pri-
« matum obtinuit. Non fuit igitur is qui in eo capite primatum à Pelagio non infirmari intellexit, Sophiſta, ut ait Molinæus, ſed verus interpres.

Quod autem dicit chronographorum omnium ſcripta teſtari primatum prohibitum eſſe, nos omnino contrà, ut pòſt explicabimus, dum ipſe ad id aliquid proferet.

Gregorium verò magnum ex Anthonino Florentino Archiepiſcopo, refert confirmaſſe ſententiam Pelagij deceſſoris ſui, atque acerrime reſtitiſſe illius Joannis ſuperbiæ, de quo modò Pelagius quam antichriſtianam appellat, quòd arrogare ſibi & primatum. & univerſalis Epiſcopi vel Patriarchæ nomen ſit auſus. Nos certe magnopere, ut Molinæus, laudamus Gregorij conſtantiam atque virtutem : qui nec rogatus quidem à Mauritio imperatore & Auguſta temeritatem hominis pati voluit. ſed Molinæo non aſſentimur, quòd idcirco putet Gregorium primatum Romani Pontificis aut improbaſſe, aut eſſe dixiſſe contra caput ſextum Nicæni concilij. & nos caput illud ſuo loco interpretabimur. Neque Anthoninus cujus teſtimonio utitur, narrat Mauritium ſcripſiſſe ad Gregorium, ut obtemperaret Joanni, aut de primatu fuiſſe contentionem, ut nec res ita habet : ſcripſerat enim iſtud tantum Mauritius Gregorio, ne eſſet infenſus, quòd ille ſe univerſalem nominaret, leve enim & frivolum, inquit, iſtud nomen eſt. Gregorius verò reſpondit epiſtola 194. quæ extat libro 6. epiſtolarum ejus. Leve quidem per ſe nomen videri, ſed tamen pernicioſum. nam eò tandem perventum iri periculum erat ex hoc nudo nomine, ut hic Joannes qui jam concilium illud Pelagio Pontifice colligens arrogare ſibi ceperat, quæ ſedis Apoſtolicæ erant propria, longius progrederetur, ſi pro univerſali ut ſe gereret, diutius paterentur Rom. Pontifices. Menna quidem, & alius Joannes Conſtantinopolitani Epiſcopi, non multo ante Joannem iſtum dicti ſunt univerſales, cùm à Juſtiniano

Source : BIU Cujas

imperatore, tum sæpissimè in synodo quinta. Ad nihil tale tamen se unquam extulerunt, ut suaptè authoritate Patriarchis cæteris concilia indicerent, aut uterentur ipsi eo cognomento universalis vel subscriptione. quare huic nudæ appellationi non facile tum repugnabat ullus Romanus Pontifex. Quod dicimus compertum erit in epistolis Gregorij ad Mauritium, » & Constantiam Augustam libro quarto. Nova superbia, inquit, idem frater meus, universalem se » Episcopum appellat, ita ut sanctæ memoriæ decessoris mei tempore, adscribi se in synodo tali hoc superbo vocabulo faceret, quamvis cuncta acta illius » synodi, sede contradicente Apostolica soluta sint. Sed an idcirco primatum neget, videamus. Ad Mauritium ita scribit, Petro Apostolorum principi cura » totius Ecclesiæ & principatus committitur: & tamen » universalis Apostolus non vocatur, & vir sanctissimus » consacerdos meus Joannes vocari universalis Episcopus conatur. Et apud Gratianum 12. distinctione. » Omnis (inquit) sanctæ spei Romanæ Ecclesiæ & religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput » omnium Ecclesiarum debuit referri: & inde normam » assumere unde assumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti. Et 19. distinctione. Nulli fas » est vel velle vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium: quòd » vestram sequi oportet charitatem. Passim in epistolis » Petrum Apostolorum principem vocat, & 63. distinctio. Romanam Ecclesiam cæteris prælatam Ecclesiis » dicit. Non potuit igitur, aut certe non debuit ista Molinæus, qui concinnationem decreti, & libri Gratiani nobis promittit, ignorare: dum scribebat primatum à Pelagio & Gregorio negari. Neque quæ de ipso Constantinopolitano Episcopo scribit Gregorius » 22. distinctione. De Constantinopolitana, inquit, » Ecclesia, quis dubitat sedi Apostolicæ esse subjectam? Et tribus quidem de causis Pelagius & Gregorius nobis videntur voluisse universalem vocari neminem. Pertinebit autem istud ad aliam interpretationem ejus constitutionis Pelagij, de quo nobis sermo fuit. Una est illa quam diximus, quòd universale suo complexu partes & inferiora quædam habere intelligitur, qua ratione Patriarchis cum pares sint, hoc nomen non permitti à Pelagio nobis visum est. Altera quod universale nonnunquam pro singulari, uno & solo accipitur, ut universalis Ecclesia, idest una tantum extra quam nemo sit salvus, ita concilium Lateranense interpretatur cap. 1. de summa trinitate. quod & Gregorius in illa ipsa epistola ad Mauritium declarat, de Romanis Pontificibus loquens, qui à concilio Calcedonensi oblatum illud nomen omnino respuerunt. » Nullus (inquit) eorum unquam hoc singularitatis vocabulum assumpsit, nec uti consensit, ne dum privatim uni aliquid daretur, honore debito sacerdotes » privarentur universi. & paulò antè. Si igitur illud nomen in ea Ecclesia sibi quisquam arripit, universa Ecclesia quòd absit à statu suo corruit, quando is qui » appellatur universalis, cadit. Et apud Gratianum 99. » distinctione. Si enim me universalem Papam vestra » sanctitas dicit, negat se esse quod me fatetur esse universum. Ad Joannem illum libro quarto epistolarum. » Qui indignum (inquit) te fatebaris ut Episcopus dici » debuisses, ad hoc quandoque perductus es, ut despectis fratribus, Episcopus appetas solus vocari. Et » eodem libro ad Constantiam Augustam, Triste tamen, » inquit, valde est ut patienter, feratur, quatenus despectis omnibus, prædictus frater & coepiscopus meus » solus conetur vocari Episcopus. Est & tertia ratio quòd hoc nomen universalis Papæ, Patriarchæ, vel Episcopi, superbiæ significationem habebat, & barbaricum ac profanum quiddam, eo enim Imperatores uti solebant, quale est illud Antonini Augusti, quod scribit Labeo ad legem Rhodiam de jactu. Ego inquit, mundi dominus & lex maris. Et ille Joannes, cùm Græcus esset, utebatur istâ Græcâ voce οἰκουμενίκου Patriarchæ quæ non aliud significat, quàm mundi vel orbis terrarum Patriarcham, οἰκουμένη enim orbis terrarum est, & Latine οἰκουμένικος universalis dicitur, ut Pelagius & Gregorius interpretabantur. Istud autem nomen Gregorius epistola 194. lib. 13. profanum, superbum, & tumidum appellat, & in illo cap. 99. distinctione. & Pelagius in ea epistola, unde transcriptum à Gratiano diximus ejus illud cap. sed paulò obscurius, propterea quòd Gratianus quædam omisit, scripsit enim, Nullus patriarcharum universitatis vocabulo utatur. & epistola ita habet, Nullus Patriarcharum hoc tam prophano universalitatis vocabulo unquam utatur. Quare Patriarchæ universalis nomen tribus illis rationibus intelligi potest esse prohibitum, tum quòd cæteri minores demonstrarentur, tum quòd non solus est Patriarcha, postremò quòd profanus sit titulus, non eò autem primatus improbatur, ut Molinæus sentit. Neque isti Pontifices Romani se οἰκουμένικους & universales negabant, tametsi oblatum nomen à concilio Calcedonensi, & sexta synodo recusarunt, si non pro solo universale intelligas (ambigua enim vox est) neque enim soli sunt, sed pro maximo & generali, cujus potestas latissime pateat nullis circunscripta terrarum finibus, ut cæterorum Episcoporum diœcesibus, & provinciis. Itaque omnes Episcopos dicebant subesse Romano, Petri successori omnium principi. Uti autem eo nomine noluerunt, ne imitarentur profanos Principes, qui eo superbo nomine plurimum delectabantur. Nec sunt existimandi non esse qui dici nolunt, ut nec recte colligere Molinæus videatur. Nam Pompeius devicto in Africa Domitio, tametsi Imperator erat, & à militibus nominabatur, epistolis tamen suis & chirographis se Imperatorem, neque nominavit, neque subscripsit, neque prius, ut refert Plutarchus, Magni cognomen agnovit, & si vulgò dicebatur, quàm contra Sertorium in Hispaniam profectus, intellexit vix longo usu & consuetudine jam sibi proprium factum. Marcus Livius Drusus quæstor in Asia nullo voluit uti lictore, vel aliis quæstoriis ornamentis & insignibus: quòd diceret velle ornatius seipso nihil in provincia videri. Vitellius Imperator, ut ait Suetonius, Augusti cognomen, quo cæteri Imperatores utebantur, distulit, & Cæsaris perpetuò recusavit. Scribit etiam Julium Cæsarem à plebe regem salutatum, respondisse Cæsarem se esse non regem. Pertinax Imperator, ut Julius Capitolinus scribit, nec rogante quidem senatu, uxorem suam Augustam, & filium Cæsarem dici passus est. Antoninus ob singularem clementiam cognomine pius, non dominus sed patriæ parens ac patronus & esse & dici voluit, atque Imperatorium fastigium, ut ait Capitolinus, ad summam civilitatem deduxit. Trajanum Imperatorem, quem scribit Sextus Aurelius, talem Reip. fuisse, qualem vi exprimere summorum virorum ingenia & scripta potuerunt, à senatu Optimum cognominatum, magis eo cognomento gaudere solitum tradit Dion, quàm Cæsaris, Augusti, Germanici, Parthici, & aliis gloriosis titulis, & quibusdam amicis expostulantibus quòd facilem nimium & popularem se ipse præberet, quàm pro tanti Imperij dignitate deceret principem, respondisse Eutropius scribit, talem se Imperatorem esse privatis, qualem ipse privatus Imperatorem optasset. Augustus, ut inquit Tertullianus in apologetico contra gentes, Imperij formator nec dominum quidem dici se patiebatur. Infinita propemodum commemorare quis possit summorum & clarissimorum virorum exempla, qui ne viderentur felicitate rerum efferri insolentius, aut ambitiosi nimium hanc inanem jactationem verborum fugiebant. Sciebant enim pudorem honestum, claram & stabilem comparare authoritatem. Hæc planè intellexit Gregorius singulari doctrina, prudentia & sanctitate vir. Si illa illi Ethnici

Source : BIU Cujas

& Barbari sola natura, vel populari laude & gloria impulsi, ita se demittebant: quanto magis istud deceat Christianum virum, qui divinis de hac re præceptis ducitur, & sempiternæ incolumitatis spe? Intelligebat quàm præclara & salubris res foret, cum omni homini Christiano, tùm sacro ordini maximè: si hæc animi moderatio & verbis & factis retineatur, si non immodicè nobis placeamus, si non inaniter & effuse hujusmodi rebus animus exultet, si supercilium demittatur, denique si maximus quisque Christianorum, ut Christus omnium parens & princeps, rebus magis quàm titulis & velificationibus gloriæ, lucere studeat. Quare ipse tanta erat lenitate, comitate & humilitate, ut scribit Joannes Diaconus, & Paulus Diaconus, ut mediocres homines dominos vocaret, laudis verò de se nec minimum quidem sonum ferre poterat, se servum servorum Dei scribebat, ut ejus exemplo posteriores Pontifices. Et in ea 99. distinctione ait, Non verbis florere contendo, sed moribus. Itaque minimè mirum videri debet, si profanam hanc & tumidam appellationem exhorruit. Inflare enim charitatem & vulnerare scribit in ea distinctione. Nihil tamen quod Pontificis maximi esset, prætermittebat, fert leges de usu pallij quas 100. distinctione transcripsit Gratianus, & aliis multis rebus de quibus nos loco idoneo. Nec aliter divus Paulus. Nam pro nihilo se ducebat priori epistola ad Corinthios, cap. 9. Omnium (inquit) me servum feci, cùm tamen nulli essem obnoxius. Cùm verò ejus negaretur potestas: vide quàm acriter eam tuebatur paulò post. Non sum Apostolus? An non Christum Jesum dominum vidi? an non opus meum vos estis in domino? multò mihi præstat emori, quàm gloriam meam ullus exhauriat. Et epistola 2. cap. 12. Si gloriari velim, non ero insipiens: veritatem enim dicam, factus sum insipiens gloriando, vos me coegistis, siquidem ego à vobis commendari debebam. Nihil enim me defecit, quod sit eorum qui sunt præstantiores Apostoli, tametsi nihil sum, specimen quidem Apostoli datum est vobis in omni patientia, signis, prodigiis & mirificis rebus. Offendebatur jam quòd potestatem ejus non perciperent. Et comminatur eis cap. 13. Si iterum venero non parcam. An periculum Christi in me loquentis facere vultis, qui erga vos non est infirmus & imbecillis, sed validus & potens? Hæc idcirco absens scribo, ne coram severius agam, per eam potestatem, quam mihi dedit Christus ad edificandum, non demoliendum. Ita summisse se gerebat, non solùm verbis, verum etiam toto vitæ genere, ut se minimum, miserrimum omnium, & calamitosissimum diceret: sed authoritate & apostolatu ejus negato excandescere videbatur, & concitari vehementius, ut Corinthij, quos objurgarat priori epistola dicerent, quòd eis etiam objicit epistola secunda. capite 10. Epistolæ quidem graves sunt & vehementes, præsentia verò corporis imbecillis, & sermo non magni ponderis. Is qui de nobis ita sentit, inquit Paulus, secum reputet nos quales sumus verbis per epistolas absentes, tales etiam præsentes esse reipsa. Non enim quibusdam adnumerare nos audemus, aut conferre, qui seipsos commendant: hi certè apud se ex seipsis se metientes, & comparantes semetipsos sibi non intelligunt. Quocirca non videmus cur illud Gregorij & Pelagij ad evertendam potestatem Romani Pontificis Molinæus aptius accommodare videri debeat, quàm Corinthij illam ipsam Pauli comitatem & humilitatem, ad negandum vel spernendum ejus Apostolatum. De Gregorio longam orationem habuimus, ne sæpius de eadem re dicere cogamur. Nam Molinæus permultum in hoc etiam argumenti genere versatur. Interea non obliviscimur duorum horum Pontificum Romanorum, Pelagij secundi & Gregorij magni à Molinæo receptum & probatum testimonium, fidem & authoritatem: eósque pietate, sanctitate, & religione præstantes fuisse fatetur: ut jure cùm in his, tùm aliis rebus, si postea à nobis citati prodeant, eis credi oporteat: quòd non ambitione aut principatus cupiditate illa de primatu dixisse videantur. Nam Gregorius invitus creatus est Pontifex, ut scribit Joannes Diaconus. Longè igitur aliter intelligenda ostendimus, quæ Molinæus attulit: tuentur enim maxima vi Primatum, ut jam his suis testibus integerrimis jacturam causæ feciſſe videatur.

Sed interim (inquit postea) dum Pelagius & Gregorius pij Pontifices contra novam & antichristianam superbiam caput attollentem certant, Episcopus Ravennas jam à temporibus Vigilij antichristo viam struere incipiebat, primatum occupare cupiens: & extunc societate Romanæ Ecclesiæ desciviſ, ut scribit Paulus Diaconus de gestis Longobardorum. lib. 3. cap. 12. Deinde ait Platinam in Leone II. scribere Ravennates æmulos Romani Pontificis sibi Cardinales creare solitos. Paulus Diaconus non scribit Joannem Episcopum Ravennatem, ut invaderet primatum vel de eo ut cum Roman. Pont. contenderet, desciviſse: sed decidiſſe Romanæ Ecclesiæ societate. Ejus hæc verba sunt. Smaragdus Patritius compulit Severum Episcopum communicare Joanni Ravennati trium capitulorum damnatori, qui à tempore Papæ Vigilij & Pelagij, à Romanæ Ecclesiæ deciderat societate. Itaque sectabatur hic Joannes hæresim eorum, qui tria capita Calcedonensis concilij improbabant, contra Romanæ Ecclesiæ catholicorúmque omnium sententiam. Erat autem mos ut arcerentur hæretici à societate & congressu catholicorum, neque communicabant unà, unde excommunicatio dicta: idque Christi præcepto, qui voluit Ethnicos esse & Publicanos, & Pauli, ut scribit Corinthiis epistola prima. cap. 5. & ad Titum 3. Atque ita Joannes deciduisse intelligitur. Solebant Romani Pontifices hos primum epistolis adhortari ut resipiscerent, ut Paulus Diaconus, eo libro. cap. 10 narrat. deinde interdicere communione: quòd ex conciliis satis intelligitur, ut sæpe videbimus postea. Non omnis autem hæresis oppugnatio est amplitudinis hujus Pontificatus. Macedoniani, Nestoriani, Arriani, & sentina hujusmodi hominum, malè quidem de symbolo Christianismi sentiebant, at hanc potestatem Romani Pontificis non negarunt, tametsi ab eo dissentiebant, & separabantur sententia, ut intelligi potest ex Sozomeno libro 4. historiæ Tripartitæ. cap. 15. Deinde rationem adjicit Molinæus, cur hic Ravennas tale facinus sit ausus. Ea occasione (inquit) quòd circiter antè centum annos Valentinianus Junior inito occidentis Imperio, non Romæ à Gothis Erulis & novis subinde tyrannis occupatæ, sed Ravennæ subſtitit, quàm mœnibus instauravit ejúsque Præsuli Joanni, ut pallio liceret uti concesſit, ut scribit Raphaël Volaterranus. lib. 4. & lib. 23. quódque deinde post Narsetis obitum & Longobardorum incursum exarchi Constantinopolitanorum Imperatorum in Italia vicarij sedem ibi spreta infœlici, Roma constituerunt ita, ut Roma quóque à Ravenna jura peteret.

Non defecerat sanè Ravennas ille, ut ait Molinæus, quòd se putaret Pontificem maximum propter sedem Valentiniani, vel exarchorum ideſt præfectorum, qui nomine Imperatoris regebant Italiam defendebántque contra Longobardos & hostes Imperij, neque propter pallium illud quò ornatum eum esse scribit is Volaterranus, sed quia hæresi illa contaminatus erat, ut modo ex Paulo Diacono exploratum habuimus. Nec enim oppugnabat potestatem ipsam: sed præceptiones catholicas concilij Calcedonensis, qua in re cùm in sua hæresi esset, ut Arriani, non paruisset sanè Romano. Permagni quidem refert negétne potestatem Principis sui populus, an nolit dicto audire quòd putet injustum illud esse & non Christianum. Constantinopolitani hæretici, ut postea explicabimus,

explicabimus, sæpe similes habebant Exarchos, qui Ravennatis Episcopi tuebantur & augebant errores, vi cæteros compellebant, ut ei assentirentur, repugnantes sedibus dejiciebant, ut ille Smaragdus de quò Paulus Diaconus ipso illo cap. 12. His diebus, inquit, defuncto Helia Aquilegiensi Patriarcha, postquam 15. annos sacerdotium gesserat: Severus huic succedens, regendam suscepit Ecclesiam. quem Smaragdus Patritius Ravenna veniens, in gradum per semetipsum è Basilica extrahens Ravennam cum injuria duxit, cum aliis tribus ex Histria Episcopis, quibus comminans exilia atque violentiam inferens, communicare compulit Joanni Ravennati Episcopo trium capitulorum damnatori, qui à tempore Vigilij Papæ, & Pelagij à Romanæ Ecclesiæ decideratsocietate. Exacto verò anno, è Ravenna ad gradum reversi sunt, quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt. Smaragdus autem Patritius juste correctus, successorem Romanum Patritium accipiens Constantinopolim remeavit. Post hæc facta est synodus Episcoporum in Mariano, ubi Severum receperunt, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicaverat Ravennæ. Itaque freti potentia horum Exarchorum miscebant, inquit Platina in Leone II. sacra prophanis, parere volebant nemini, ut nostra quoque ætate videmus eos qui hæretici dicuntur. Quamobrem Leo II. constituit electionem Episcopi Ravennatis non valere, nisi à Romano Pontifice probatam. Neque Platina eum Cardinales ibi creasse refert, ut de suo adjicit Molinæus. Quare si ut Molinæus, ita nos intelligeremus istud Diaconi, ut eam ob causam Ravennates primatum occupare voluissent, quot fuissent damnatores trium illorum capitulorum Calcedonensis concilij, quæ non de Pontificatu, sed de Christi natura tantum definita sunt, tot profectò intelligerentur primatum sibi vendicare, & privati etiam homines, non solum Episcopi. Neque nobis persuadebit ut sedes Valentiniani, vel Exarchorum, eos ad principatum istum Apostolicum invadendum impulerit. Nam Constantinopolitanus, qui non Exarchos, sed Imperatores ipsos secum in eadem urbe degentes habebat, pro majestate imperij & urbis ampliſſimæ hujus Ravennatis sui asseclæ tantam petulantiam & temeritatem non esset passus, si humanam causam esse putasset. Erat enim hac amplitudine sacerdotij ipse multo dignior, eam tamen ut cum antea, tùm pòst à nobis dicta demonstrant, semper reliquerunt Romano. Nec quidem probabile est, tot post annos, in affectando (ut ait) primatu Ravennatem Valentiniani rationem habuisse. Etenim Vigilio Pontifice, qui post Valentinianum annis fermè centum Justiniani magni ætate præfuit, ut ex Contracto & Sigiberto intelligi potest, Ravennas tùm primùm ab Ecclesia Romana hæresi disjunctus est. Quod non solum illa ipsa verba Diaconi declarant, sed possumus etiam comprobare decretis concilij Romani sexti & quinti, quod ducentorum Episcoporum fuit anno 504. Subscripsit enim Petrus Ravennæ Episcopus post Mediolanensem. Ea si quis legat, quo honore, cultu, & observantia, omnes Symmachum Romanum Pontificem, qui concilio præerat afficerent, perspiciet. Unde à Gratiano excerptum cap. 1. 96. distinctione. istud etiam ostendit. Symmachus autem præcessit Vigilium triginta tantum annis, ut Hermanus Contractus docet. Sed Gregorio Magno quoque paruisse illum Ravennatem cognoscimus ex epistola Gregorij 49. lib. 7. per quam ei jubet, det operam ut eligatur Episcopus Ariminensis. Et 79. ei mandat cujusdam causæ notionem. Et de ordinationibus clericorum consulebat Ravennas Gregorium, qui respondet epistola 32. lib. 2. Mortuo eo Joanne commisit Severino Paulino negotia, & procurationem Episcopatus Ravennæ usque eo dum alius crearetur Episcopus libro 7. epistola 18. & 21. de illatis injuriis à clericis Ravennatibus Ravennates cives quærebantur apud Gregorium. Quod autem de pallio, quo donatus est à Valentiniano Ravennas, scripsit Volaterranus (quanquam vix magis credendum ei statuerimus, quàm Molinæo, cum annos abhinc 30. tantum sine teste istud de Valentiniano scripserit, quod ante eum annis plus mille gestum est) Non idcirco tamen ea videri debent concessa, quæ dato pallio à Romanis Pontificibus concedi intelliguntur ad amplitudinem dignitatis Archiepiscopalis pertinentia. qua de re supra in constitutione Pelagij diximus. Imò verò omnia privilegia Episcopi Ravennatis præsertim de usu pallij à Romanis Pontificibus tributa ipse ille Ravennas profitetur, ut in epistola Gregorij cernitur 54. libro 2. quod etiam observavit Gratianus, cap. 8. 100. distinctione. Gregorius præterea eum increpat, quòd contra morem majorum pallio insolentius uteretur. De usu, inquit, pallij extra Ecclesiam, decessorum meorum temporibus, facere nunquam à decessorum ejus præsumptum est, sicut responsales nostri testantur. Et paulò post, Deo gratias ago quia eo tempore, quo hoc ad me pervenit, quod ad aures decessorum meorum nunquam pervenit, Longobardi inter me & civitatem Ravennatem positi fuerant. Sed legentibus epistolas Gregorij occurrent alia, quæ hîc commemorare magis molestum sit, quàm necessarium. Sat ista fuerint de Ravennatibus, ut intelligat Molinæus controversiam non fuisse de primatu, neque eum sibi arrogare voluisse quòd Ravennæ Valentinianum & Exarchos habuissent, vel ob pallij ornamentum. Nec verò Romani jus petebant ab Exarchis, ut scribit Molinæus. Etenim Exarchia id est præfectura, his tantum finibus contineri in Ravenna tradit is Volaterranus, & alij permulti, Cesenna, Cervia, Forolivij, foro Truentinorum, foro Cornelij, Bononia, Mutina. Dictáque est à Carolo Magno Romandiola, eámque Pipinus ejus pater pulso, qui eam occupabat Aistulpho Longobardorum rege donavit Romanis Pontificibus adjecitque Æmiliam totam, ut Paulus Æmilius in Pipino scribit. Carolus quoque magnus, & posteri comprobarunt. Æmiliam autem Paulus Diaconus lib. 2. de bello Longobardorum cap. 11. decimam Italiæ provinciam describit, in qua sita est Placentia, Parma, Reghium, Bononia, & forum Cornelij, cujus castellum Imola appellatur. Quare non potuit post Carolum annos 290. ut ex Sigiberto colligimus, Paschalis secundus, cum ab Aistulpho primum ita Exarchia extincta esset, & Græci exacti à Carolo & posteris, denique Romanorum Pontificum Ravenna facta, suspectam (ut Molinæus ait, Platinam in Paschali secundo scribere) habere Ravennatis Episcopi potentiam, quæ nulla erat, cum concilio habito apud Guardastallum decrevit, ne quædam civitates subessent Metropolitano Ravennati. Neque futuri metus causa, ut Molinæus narrat, sed præteritæ illius superbiæ veteris memoria factum esse eo loco scribit Platina. neque si scripsisset illam ob causam, quam diximus, crederemus. Et si quàm maximè defeciſſent, ut vult Molinæus, si se primos maximósque omnium Pontifices dixissent, Romanósque inferiores: ista eorum temeritas, petulantia, & improbitas non magis aliquid de jure & dignitate eorum, quibus parere eos oporteat, detraxerit quam desertores, transfugæ de imperatoris ducísque exercitus, quem deserunt splendore & majestate, quàm rei læsæ majestatis, quàm hi qui à Christianismo in Judaismum vel Paganismum se traducunt. Quatitur sæpe & oppugnatur Pontificum, Regum, Principum authoritas & majestas, sæpe religio, sæpe veritas, ut nunc à Molinæo, sed non evertitur, non extinguitur. Et contra eum istud ipsum Ravennatis exemplum, si ita se

Source : BIU Cujas

haberet, vel illud Joannis Constantinopolitani magis fecerit : si quidem dum Primatum isti sibi arrogant, non prohibitum esse statuere videntur. At Molinæus nullius esse patitur, sed omnem omnino delendum censet. Quare si qua his in posterum similia exempla attulerit, nihil ad causam suam ut primatum tollat.

12. 13. Judicium vero Phocæ Imperatoris, quod hîc commemorat, quo Romanum Pontificem fatetur pronunciatum esse caput & principem omnium Ecclesiarum, non modò non evertit primatum, verum etiam ipsum comprobat, atque ostendit (si hujus rei Christus author non esset) Illud ipsum jus, quod in privatis rebus & publicis homines ex re judicata consequuntur, Romanis Pontificibus esse quæsitum : cum jus sententia faciat, ut ait Ulpianus, in lege tertia. de liberis agnoscendis. & octava. de inofficioso testamento. ne ego Molinæo constitutiones Pontificum, quos oppugnat afferam, ut caput 13. de re judicata. Atque accedente tot seculis possessione, justo illo titulo bona fide quæsita præscriptio profuisset. Quamquam in possessione, vel quasi possessione, quæ memoriam hominum superat, ut valeat præscriptio : neque titulum, neque bonam fidem est probare necesse capite primo. de præscriptionibus. libro sexto. & declarant Pontificij interpretes in cap. secundo. de regulis juris. qua in re (ne Molinæus putet nos his niti) severiores sunt Pontifices, quàm Imperatores, qui triginta vel quadraginta annorum præscriptionem, non bonæ fidei solum, sed malæ fidei possessori excipienti tribuunt Lege 15. de præscriptionibus triginta vel quadraginta annorum. cap. octavo. apud Gratianum 16. quæstione tertia. Et privilegia Ecclesiarum ex veteri more, vel ex imperatorum beneficentia profecta, illa 30. annorum præscriptione confirmantur eo ipso capite. Sed ridebit & aspernabitur ista fortasse Molinæus, quæ planè intelligit. Nam corruptelam & vicium id esse dicet, quòd non usu sed abusu captum sit, & nullam præscriptionem admittat. Nam ut Justinianus ait, in authentico ut nulli judicum. Malè inventa, pravæque consuetudines, neque longo tempore, neque usu longo confirmantur. Et vitia possessionum à majoribus contracta, semper perdurant, ut Archadius & Honorius imperatores statuunt, de acquirenda possessione. Quinetiam quò vetustius scelus est, eò magis ingravescere, gravioríque pœna dignum esse ipsi Pontifices censent cap. postremo de consuetudine. Ista verò cœpta sunt & invaluerunt, facta sunt, & fiunt contra legem Christi Opt. Max. qui primatum prohibuit his verbis. Quisquis major volet fieri, minister esto : & primus cæterorum servus. dominatum Barbarorum & Ethnicorum esse, non Apostolorum. Marci 10. & Mathæi 20. Ad istud accuratius pòst nos respondebimus. Interea Molinæus rogandus est, putétne hanc legem, vel aliam huic similem, si quam nobis possit notare, ullam interpretationem admittere, quemadmodum lex quævis, oratio, & sermo solet ? Et si quam putat, eam ne amplecti nos debere censebit, quam doceat unus vel pauci iique improbi, an quam cœtus, conciliáque celeberrima virorum singulari prudentia, eruditione, integritate, sanctitate & religione ? Equidem male se sequi bonos dicet, quàm improbos & sceleratos, sequi illorum præsertim concilia sanctissima, in quibus Christus numine suo se perpetuo adfuturum promisit. Quòd si ita, Nicæno concilio credat oportet, intellexit enim legem illam ad cupiditatem & libidinem dominandi, non vero ad præfecturam potestatémque pertinere, ut unus, superior sit Episcopus, ut unus aliis præsit. sed jubet morem antiquum præscriptionem & privilegia integra servari. Antiquæ, inquit cap. 6. consuetudines in Ægypto, Lybia & Pentapoli perdurent, ut Episcopus Alexandrinus omnium habeat potestatem : quoniam hoc consuevit Romanus Episcopus. Similiter in Antiochia, & cæteris provinciis privilegia servari Ecclesiis. Nec ut in quibusdam codicibus apud Gratianum cap. septi. 65. distinctione. legendum est, mos antiquus perdurat, quasi Nicenum concilium morem narret, & non probet : sed verbo imperandi perduret. Græca enim decreta concilij ita habent. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλεως τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθες ἐστιν : ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. Quare verbo isto κρατείτω concilium jubet consuetudines antiquas valere, servari, vim suam & robur habere ; quo in loco etiam istud τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις, nos pervulgatam interpretationem sequuti, modò Latinè diximus, in cæteris provinciis privilegia servari Ecclesiis, sed non ineptè ita, cæteris provinciis primatum servari Ecclesiis πρεσβεύω enim interdum significat antefero, primum habeo primatum, precipuas partes & primas tribuo, unde τὰ πρεσβεία, vel ἡ πρεσβεία licet legatio dicatur, tamen primatus etiam intelligi potest, præstantiaque & amplitudo, ut concilio Constantinopolitano κεφ. γ. τὸν μέντοι κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον id est, Episcopum Constantinopolitanum habere primatum honoris post Romanum Episcopum. Censuit igitur illud concilium omnium antiquissimum & primum, non prohiberi præfecturam vel primatum. Ad hanc explicationem decretum tantum istud concilij accommodavimus : quoniam Molinæus ut virum probum & egregium decet, conciliorum decreta vetustissima plurimi facit. Qua in re melius cum eo agitur, quàm cum morosis quibusdam & cerebrosis, qui judicia sua anteponunt omnibus : rationes tamen non omittemus quibus probetur illa ipsa interpretatio. Quanquam si jureconsultorum placitis confirmari ista oporteret, consuetudo est optima legum interpres, ut scribit Callistratus de legibus. & Hermogenes ait, quæ sunt per annos plurimos observata velut tacita civium conventione, non minus quàm scripta jura servanda essent. Neque enim tot seculis religiosissimos viros in legis illius falsa interpretatione Christus periclitari esset passus. Non igitur est ista corruptela, sed præscribi potuisset, ut Romanus esset caput & princeps Ecclesiarum omnium. Itaque præter illa, si in his juris humani rationem, scita & constituta desideraremus, repetendus conferendúsque ortus esset hujus amplissimi sacerdotij, cum imperiorum, regnorum initiis, tum profectò imperatorum aut regum reperiremus neminem, cujus justior causa regni aut imperij fuerit. nec enim vi, armis, clam, sed uno omnium suffragio, consensione, judicióque imperatorum, regum ac populorum ista recepta est & probata pontificatus authoritas. ut jure Molinæum possimus rogare, cur non æquè imperatorum, regum & principum, quorum non alia esset juris causa, potestatem, imperium, dignitatem oppugnat ? Si cujus privati hominis res, ut de publicis judiciis taceam, invaderet, aut eriperet : quas non centum annorum præscriptione, sed alia legitima quis sibi quæsisset, an nullius sibi culpæ esset conscius ? an non putaret restituenda ? putaret ni fallor, christianus enim est, & jurisconsultus. Quid ita in pontificibus Romanis, qui post Phocam annos nongentos, quod & ipse fatetur, eo jure usi sunt ? nam omitto inde retro anteriora tempora ad Petrum usque. At hic Phocas erat, inquit vir impius, sceleratus, avariissimus, adulter, inertissimus, proditor : his enim verbis hominem ornat, qui trucidarat Mauritium imperatorem dominum suum. Sit ita, an eo minus ejus sententia valuit ? erat enim imperator, militum suffragiis

primum ſalutatus, cum Mauritius homo ſumma avaritia, ſtipendia & annonam militibus non daret, ſuóſque premeret. Deinde à patriarcha, ſenatu, populóque Conſtantinopolitano creatus, ut author ille Græcus antiquiſſimus ſcribit, cujus nomen ignoratur, qui poſt Eutropium & Paulum Diaconum eſt proſecutus hiſtoriam, eíſque ſubtexi ſolet. Et Gregorius Magnus teſtatur imperatorem fuiſſe epiſtola ad Phocam, & Auguſtam 36. 43. 44. lib. 11. eíque congratulatur, » Gloria, inquit, in excelſis, quia juxta quod ſcriptum » eſt, mutat tempora & transfert regna, & quia hoc » cunctis innotuit, quod per prophetam ſuum loqui » dignatus eſt, dicens, Quia dominatur excelſus in regno hominum, & cui voluerit ipſe dat illud. In omnipotentis quippe Dei, incomprehenſibilis diſpenſatione vitæ mortalis ſunt moderamina, & aliquando » cum juſtorum multorum peccata ferienda ſunt, unus » erigitur, per cujus duritiam tribulationis jugo ſubjectorum colla deprimantur. Quod in noſtra diutius » afflictione probavimus. Aliquando cum miſericors » Deus merentium multorum corda ſua decrevit collatione refovere, unum ad regiminis culmen provehit, per cujus miſericordiæ viſcera in cunctorum » mentibus exultationis ſuæ gratiam infundit. De qua » exultationis abundantia roborati, nos citius credimus, qui benignitatem pietatis veſtræ, ad imperiale » faſtigium perveniſſe gaudemus, lætentur cæli & exultet terra. Et avaritiam ſordéſque illius Mauritij exponit. Quieſcat, inquit, fœliciſſimis temporibus » veſtris univerſa reſpublica, prolata ſub cauſarum » imagine præda pacis, ceſſent teſtamentorum inſidiæ, » donationum gratiæ violenter exactæ. Hoc namque » intereſt inter reges gentium, & Reipublicæ imperatores: quod reges gentium domini ſervorum ſunt: » imperatores vero reipublicæ domini liberorum. Et » ille author Græcus narrat Phocam jam imperatorem creatum, Calcedone juſſiſſe liberos Mauritij interfici ante patris oculos, & cum nutrix unum ex liberis unice diligens eum occultaſſet, & ſuum proponeret occidendum, non eſt paſſus Mauritius pater, ſed militibus, qui fallebantur indicavit, non tantum pietati quantum æquitati tribuens. Atque ita eximia animi magnitudine & conſtantia cruciatum liberorum omnium pertulit, Deum Opt. Max. in tanta calamitate perpetuo laudans, idque dictitans juſtus es domine, & juſtum judicium tuum, ad extremúmque ipſe eſt obtruncatus. Cùm igitur Imperator eſſet iſte Phocas, jus dicendi poteſtatem habens, an ejus ſententia eò minus firma ratáque fuerit, quòd adulter, quòd improbus? Ad jus dicendum, an deſideramus carere vitio judicem, dummodo corruptum judicium non ſit l argitione vel gratia, ut in lege ultima. de pœna judicis? quod de Imperatore dictu nefas. Etenim ſacrilegij inſtar eſt, ejus judicia aſpernari, ut Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius de diverſis reſcriptis ſtatuunt, cum in eum unum populus omnem poteſtatem contulerit, lege regia lata, ut ait Ulpianus de conſtitutionibus. Quis corrupiſſet? Bonifacius tertius poſt Gregorium, qui ut milites aleret, ut Longobardorum, qui tum erant Ethnici & Barbari impetum propulſaret, ut exhiberet inopes, nihil ſibi reliqui fecerat? quod cùm Joannes Diaconus, tum Gregorius ipſe ſcribit ad Conſtantiam Auguſtam epiſtolarum libro quarto. Viginti & ſeptem annos, » inquit, in hac urbe inter Longobardorum gladios vivimus, quibus quàm multa ab hac Eccleſia quotidianis diebus erogantur, hæc Eccleſia uno & eodem » tempore, clericis, monaſteriis, pauperibus, populo, » ac inſuper Longobardis multa indeſinenter expendit. At magis ſuſpicandum corruptum eſſe (ſi corruptum fuiſſet) à Conſtantinopolitano, qui ab his calamitatibus procul fuerat, & ad novæ rei cupiditatem inflammatus dicitur, opibus plurimum & re nummaria præſtans, cum Conſtantinopoli cum imperatoribus degeret. Sed cur poſteri poſt multa ſecula non mutarunt, aut reſciderunt ſententiam, ſi dolus, fraus, vitiúmque aliquod interceſſiſſet? quamquam iſta non quærenda ſunt, ut jureconſulti etiam in rebus antiquiſſimis ſtatuunt: aliter ne credamus, quàm omnia ſumma æquitate & ſolemni more acta, lege 30. de verborum obligationibus. & ſexta. de acquirenda hæreditate. preſertim ubi magiſtratus authoritas intervenit, ut pluribus diſſerit Cornæus in conſilio 71. libri tertij. Nec ſecus Molinæum ſenſiſſe puto, tametſi flagitioſum hominem Phocam dixerit. quod convicium nos impulit, ut ſuperiora diceremus, ne quis putaret ſententiam eò minorem vim habere. Tamen ut demonſtret non ita facilè Conſtantinopolitanum ceſſiſſe Romano: ſed magnis difficultatibus & rerum diſcrimine, quaſi terra marique varie pugnatum ſit, ad hoc Phocæ judicium ventum, genus controverſiæ quale fuerit explicat. Paulò poſt, inquit, Gregorij magni obitum, videlicet tempore Bonifacij tertij circa annum domini 607. longe acrior primatus pugna exarſit, videlicet inter Conſtantinopolitanum & Romanos Epiſcopos. Conſtantinopolitanus dicebat ſe principem caputque Eccleſiæ eſſe, quòd Epiſcopus eſſet principis civitatis, in quam tranſlatum erat imperij caput & ſedes, Conſtantinopolim jamdudum novam Romam vocari. Romanus vero Conſtantinopolim eſſe Romanorum tantum Coloniam, Romam ſolam caput imperij permanſiſſe: huic rei id eſſe argumento, quòd imperator τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτωρ, id eſt Romanorum non Conſtantinopolitanorum Imperator vocaretur, ipſique Conſtantinopolitani Romæi vel Romani non Græci. ita magna contentione, inquit, cum diſceptatum fuiſſet, Phocas illud ipſum quòd diximus pronunciavit, « Romanum fore œcumenicum, caput & univerſa- « lem ſummúmque pontificem totius Eccleſiæ. Et quanquam Platina in Bonifacio tertio, ex quo Molinæus iſta, ita ſcribit, tamen & iſtud addit potiſſimum quod non erat à Molinæo prætermittendum, Petrum eſſe Apoſtolorum principem. Paulus Diaconus, à quo Platina & cæteri tradita iſta accepiſſe creduntur, ſcripſit annos 700. ante Platinam, is enim Platina dedicavit hiſtoriam Pontificum Sixto quarto, & anno ſalutis 1481. ut Jacobus Bergomas ſcriptum reliquit, mortuus eſt. Itaque ait Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum capite 11. « Phocas rogante Papa Bonifacio ſtatuit ſedem Ro- « manæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cum prius « Conſtantinopolitana ſe primam omnium Eccleſia- « rum ſcriberet. non refert igitur hic tam acrem fuiſſe pugnam, ſed tantum rogatum à Bonifacio Phocam ita pronunciaſſe. Et Platina à Diacono diſſentire videtur, qui nec ullum etiam teſtem citat. Nam hic rogatu Bonifacij, ille poſt magnam contentionem pronuntiatum eſſe ait, quaſi cauſa apud judicem acta, effingitque ea quæ modo Molinæus dixit, niſi quòd Molinæus prætermiſit quod erat precipuum. Nam levius fuiſſet illud quod refert cauſæ Romanæ firmamentum, quàm debuiſſet commovere ullum judicem, non modò imperatorem, ut pro Romano pronunciaret. Etenim ſi & Imperator & Conſtantinopolitani & eſſent, & dicerentur Romani, quid habebat Bonifacius quod non eſſet utriuſque cauſæ commune? ſed Conſtantinopolitanus proprium quiddam ut ita adverſarium depelleret, dicis te Bonifaci Romanum, & nos quoque Romani, quod tu etiam fateris. imò nos maius atque præſtabilius aliquid, quia nobiſcum imperij ſedem mutavimus. non ignoras enim imperatorem una cum omni Romanorum robore relicta tua Roma nobiſcum hîc degere. quare anteponendi tibi qui caput & ſedem imperij habere deſiſti. Quid rogo, quod reſponderet, habuiſſet Bonifacius? Non igitur exiſtimandus eſt adeò hebes & ſtupidus, vel Bonifacius ipſe qui hac ratione

Source : BIU Cujas

cauſam ſuam defenderet, vel Imperator Phocas ut adeo benevolus & ſtudioſus Græcorum ipſe etiam Græcus, illis ſolis rationibus adductus pro Romano diceret ſententiam. Quid igitur commovit Molinæe? addit aliam rationem. Quia metuebat inquit, ne Romani deſciſcerent. Quomodo ſcis metu factum? nullum enim producis nobis teſtem. Et ſi vereretur iſtud, ut ais, ſententia non idcirco vi ſua careret, ſed prudenter factum quod boni publici factum ſit. Vocas prudentiam metum, quis eſt prudens qui metu aut ſpe non agat aliqua? prudentia enim virtus eſt habens delectum bonorum & malorum. bona expetimus, ſperamus & perſequimur: mala pertimeſcimus, repudiamus, fugimus. Judices magiſtratus, & principes, ut omne genus hominum habent ſuum metum, pii quidem æqui & honeſti, ne contra jus aliquid decernant, ne ſuos opprimant: impii verò tyranni ne ipſi à concitato vulgo opprimantur. quare horum finis (ut ait Ariſtoteles) tutela eſt, & cuſtodia ſalutis ſuæ, nam paucis charus multos metuat neceſſe eſt. Nihil eſſet (me hercule) ratum, ſi omnis metus iſta ratio haberetur. Sed fortaſſe illa idcirco, à Molinæo dicta ſunt, quòd edictum de eo quod metus cauſa geſtum, ne ratum ſit, putet, ut in privatis rebus ita in ſententia & decretis imperatorum locum habere. Concedamus edicto locum eſſe metum, igitur præſentem eſſe oportet non ſuſpicionem mali inferendi, ut ait Ulpianus, & Labeo, de eo quod metus cauſa geſtum eſt. Nam ſi fundum, inquit, meum reliqui, cum audiſſem aliquos ut me dejicerent ad me venire armatos, edicto huic vel interdicto locus non erit, quia non videor vi dejectus qui dejici non expectavi, ſed profugi. ſed tum videbor cum armati ingreſſi ſunt & diſceſſi. Metum enim definit Ulpianus in lege prima. trepidationem mentis. At ubi arma Pontificum? ubi deficiendi ſuſpicio? Exarchus Ravennæ degens non Romæ Italiam tuebatur, quòd ſi iſtud tantopere metueret, vel Phocas, vel deceſſores ejus poſt Longobardorum in Italiam adventum: quid ita non Romæ Exarchum præfecerat, ut Ravennæ, vel utrique urbi pariter? Erat certe Phocæ magis pertimeſcenda Romani Pontificis iſta tanta apud omnes orbis terrarum Epiſcopos authoritas, & tam amplus præſtanſque Pontificatus. Quòd ſi humanam cauſam hujus poteſtatis putaſſet, & ad arbitrium voluntatis poſſe adimi, abſtuliſſet profectò; cum iſte libenter ſua ſententia tum Conſtantinus multò libentius annos antè trecentos. qui reliquas orbis civitates, ut inquit Hieronymus, & in Conſtant. Eutropius & Socrates hiſtor. trip. lib. 2. nudavit, ut ſuam Conſtantinopolim, quæ ante Bizantium dicebatur, augeret atque ornaret, non ſolum nomine ſuo: ſed ædificiorum etiam præſtantia, & imperii ſede, quam in ea primus collocavit, Romamque dici voluit, inſculpto publice hoc nomine marmori, ad ſui ipſius ſtatuam. Intelligebat ſane Phocas, ut priores omnes Imperatores Chriſtiani, Chriſtum hujus Pontificatus authorem, ita conciliis declaratum Conſtantinopolitano & Calcedonenſi, & aliis permultis, ita longo uſu & ante, & poſt concilia illa ſervatum, his adductus illa de primatu cenſuit. Has rationes ſi cauſa acta eſſet, ut illi effingunt, Bonifacium attuliſſe fuit neceſſe, non illa leviora & infirmiora, quæ nobis hîc Molinæus modo referebat, quæ etiam Græci βίαια appellant, quòd in eum ipſum qui ea affert, reflectantur, vique ſua evincant. Nec unquam nobis oſtendet Molinæus vel quivis alius (ut aliquid audacius dicere videamur) vetuſtioribus id eſſe teſtatum, ut quaſi in judicio & foro, hæc apud Phocam controverſia fuerit. Tantum Phocam Bonifacius, ut Mauritium Gregorius ſæpe, illis epiſtolis à nobis jam obſervatis rogavit ut compeſceret Joannis illius petulantiam, qui nec mortuo Gregorio abſtinebat ab illo ambitioſo & profano nomine. Nec fuit altercatio de primatu, ſed de vocabulo & ſubſcriptione, ut ex Gregorio & Pelagio intelleximus. Id etiam ex Pauli Diaconi illis ipſis verbis, quæ recitavimus, intelligitur. Phocas, inquit, rogante Bonifacio ſtatuit ſedem « Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cùm « prius Conſtantinopolitana ſe primam ſcriberet. Primam omnium Eccleſiarum ſcriberet, dixit Diaconus, pro eo quod eſt univerſalem & οἰκουμενικὸν ſcriberet, eadem enim eſt vis verborum. illi magis credendum eſt & Gregorio qui ipſe diſceptator fuit, quàm recentioribus, aut Platinæ ſi quis aliter eum ſenſiſſe putet, quàm dicimus, ut Molinæus intellexit, dum tam acrem ait fuiſſe contentionem apud Phocam. fuit quidem contentio ſed non fori, non judicii, neque Phocæ ſententia, ut in privatarum rerum controverſiis intervenit, ſed conſtitutio, ut alia ſimili lege multo ante Phocam Juſtinianus id ipſum declaraverat. νομ. διατ. ρλα. περὶ τῶν ἐκκλήσιας. κεφ. διὰ. τοῦτο (inquit) βεβαίζομεν καὶ τῶν ἁγιωτάτην τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων, τὸν δὲ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως τῆς νέας ῥώμης δευτέραν τάξιν ἐπέχειν, μὴ τὸν ἅγιον ὑποδικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, τῶν δὲ ἄλλων πάντων πρωτιμᾶσθαι. Quapropter, inquit, ut canonibus definitum eſt, ſancimus ſanctiſſimum Romæ veteris Papam omnium ſacerdotum primum eſſe. beatiſſimum verò Archiepiſcopum Conſtantinopolis novæ Romæ, ſecundum retinere ordinem, ut poſt ſanctam Apoſtolicam Romæ veteris ſedem ante cæteros omnes honore afficiatur. Habet igitur ſuam vim conſtitutio illa Phocæ, ut nec his quæ contra Molinæus dixit minus firma videatur. Et quanquam nos illam in hac re non plurimi facimus, niſi ut Molinæo demonſtretur quoquò ſe vertat, verum eſſe quod in exordio hujus noſtræ defenſionis diximus ita ſemper veteres de hac Pontificatus magnitudine ſenſiſſe. Tamen quaſi illa ipſa per ſe ſingulare ſit cauſæ hujus aut potiſſimum propugnaculum & firmamentum, cum ut eam infirmaret vitia & metum Phocæ propoſuerit, adjungit nunc aliam conſtitutionis rationem, ut videatur hujus rei cauſa humana eſſe non divina. Itaque ait Phocam idcirco ſtatuiſſe Romanum Pontificem eſſe caput, & principem omnium Eccleſiarum, quòd Roma judicabatur non deſiiſſe caput Imperii, hancque veram cauſam eſſe. Id etiam confirmare conatur decreto Concilii Conſtantinopolitani, quod tranſcriptum eſt à Gratiano. 22. diſtinctione. his verbis, Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum habere « oportet primatus honorem poſt Romanum Pontifi- « cem, propterea quòd ſit nova Roma. Quare ſi hæc « cauſa humana ſit, & non divina, deleri hic Pontifi- « catus, aut certe mutari poſſe videbitur, ut Roma « jam imperio, quod ad Germanos pervenit, una cum tanto Pontificatus ſplendore careat. Equidem vir egregie, etiamſi res ita ut vis haberet, eſſetque tantum humanum jus. tamen non eſſet cuiquam auferendum, non ſunt autem humana iſta ſed divina, ut ſuo loco demonſtrabitur. non igitur nobis mutanda. verùm dici non poteſt Roma non deſiiſſe eſſe ſedes & caput imperii poſt Conſtantinum magnum qui primus Conſtantinopolim ſe qui caput ipſum eſſet & princeps contulit unà cum viribus Romanis, & poſteri ejus exemplo ante Phocam annos 300. An non caput imperii Imperator eſt, & ubi degere ſolet domicilium & ſedes non erit imperii? Ulpianus ad municipales ſcribit: Si quis in municipio agit, in illo vendit, contrahit, eo in foro balneo, ſpectaculis « utitur: ibi feſtos dies celebrat, omnibus honoribus « denique municipii fruitur, ibi magis habere domi- « cilium dicitur, quàm ubi ruris colendi cauſa diverſa- « tur. Imperatores non Romæ degebant, ſed Conſtantinopoli, & appellatione regiæ Conſtantinopolis non Roma intelligitur à Leone Imperatore, in lege 14. & 15. de ſacroſanctis Eccleſiis. & lege 31. de Epiſco-

Source : BIU Cujas

pis & Clericis. & post hunc à Justiniano in lege 41. de Episcopis & clericis. & in suis aliis constitutionibus usitatissimum: & à Socrate historiæ tripartitæ l. 2. c. 1. atque istud antè Phocam annis plus ducentis. Non fuisset profecto Roma ante Phocam toties capta, direpta, incensa: nisi eam Imperatores reliquissent Constantinopoli semper degentes. Non igitur ista ratio fuit Phocæ, ut id constitueret de primatu Romani, neque illud ipsum Concilii Constantinopolitani decretum indicat, ut scribit Molinæus, eò Pontificem Romanum principem cæterorum fuisse, quòd Roma putaretur caput Imperii: nulla enim in eo decreto Imperii mentio fit, sed tantum decernit concilium post Romanum cæteris omnibus Constantinopolitanum præponi, propterea quòd nova Roma sit. At dices, id significare videtur, cum Romæ mentionem faciat: facit quidem, sed cur tu potius concilii illius mentem referas ad Imperii, quam ad Pontificatus principatum & caput? Cum præsertim non de imperio, sed de primatu agerent patres illi, quem tribuunt Constantinopolitano exemplo Romani, ut sit hæc eorum sententia & mens. Decernimus primatum Constantinopolitano Episcopo, eo quod Constantinopolis sit nova Roma: Vetus enim primatum habet, & est caput Pontificatus. Inepte verò ita, vetus enim habet imperium & est caput imperii, neque enim de imperio agunt: quare aliena esset ista ratio: illa verò accommodatissima. Nam concilium Romanum primatum sibi proposuerat, cum tribueret Constantinopolitano, eumque Romano postponeret. Itaque cum Molinæus duo ex illo decreto afferre videatur: Primum causam primatus esse sedem imperii. Deinde solam & præcipuam. nisi solam & præcipuam dicere videretur, illi rationi cum Roma sedes imperii fuerit, fortasse nō repugnaremus. Quamvis neque ex verbis neque ex sententia illud nobis effecerit. Ex verbis quidem quia ratio illa novæ Romæ non pertinet ad urbem veterem, neque enim cur Romanus Pontifex primatum habeat causa dicitur (nam concilium non tribuit ei primatum, sed anteà habere ostendit) sed cur Constantinopolitano secundus locus detur. Et si pertineret solam & præcipuam esse eam causam non dicit. Ex sententia verò minus consequetur, quia qui secundum aliquem præfert tertio, non idcirco & ex iisdem causis, & non aliis intelligitur primum anteponere secundo, potest enim hunc ex una, alterum ex altera causa anteferre, & si ex pluribus potest aliqua tantum vel nulla esse communis. Itaque quamvis Constantinopolitanus anteferatur cæteris omnibus post Romanum, quod Constantinopolis esset nova Roma & regia: non eam ob causam quis recte confecerit Romanum Constantinopolitano esse potiorem, quod Roma vetus sit vel fuerit regia vel caput imperii. Et si hæc etiam ratio esse diceretur, non tamen sola vel potissima esset, sed ista alia, quia sedes fuerit Petri Apostolorum principis & primi, unde nomen primatus. Et quia de interpretatione legis hujus comitialis agitur cum Molinæo jureconsulto, juvabunt nos etiam jureconsulti. In pignore secundus creditor, tertio est potior: non tamen semper una eademque ratione primus superabit secundum, ut scribit Paulus iureconsultus in titulo qui potiores in pignore habeantur lege 16. Naturales liberi superant uxorem quæ præstat agnatis, naturales tamen vincuntur ab agnatis. quare superandi ratio unius alterius non est, ut statuit Justinianus in authentico quibus modis naturales efficiantur legitimi. Dicamus explanatius, ut hi qui juri non dederunt operam intelligant: Finge lege ita cautum, Episcopi post regem præcedant ordines omnes militarium & civilium magistratuum, propterea quòd sacra faciunt & sacerdotes sunt Dei altissimi. Si Molinæi illam ipsam interpretationis rationem & vim argumenti sequeremur, non solum causa hujus legis esset, cur rex Episcopis & aliis præferatur, quòd sacra faciat & sacerdos sit Dei altissimi: verumetiam sola & præcipua, quod quàm absurdum sit utrumque, nemo non videt. Cur nobis non licebit æque ex hac vel alia facti specie & hypothesi ratiocinari atque Molinæo ex illo decreto? Sed istud ab eo sciscitaret magnopere, cur Ægypti, Pentapolis, & Lybiæ primatus decretus est, antequam esset Constantinopolis, Alexandrino Episcopo à concilio Nicæno canone sexto, de quo ante diximus? An quòd Alexandria nova Roma erat, vel vetus, caputque Imperii? Non ita sane, sed patres illi exemplo & imitatione Romani sua constituebant & moderabantur omnia Alexandrinoque decernunt illam potestatem & rationem adjungunt, quia (inquiunt) is est mos Romani Pontificis. Præterea cur non aliquid de primatu Pontificis Romani statuit concilium istud Constantinopolitanum & Nicænum, ut de primatu Constantinopolitani, Alexandrini, & Antiocheni, & Hierosolymitani: nec enim tribuunt Romano, sed ante habere significant. Sciebant certe à Christo ortum habere, ut Gregorius Magnus jam paulò ante nos docuit Christum dedisse Petro, cujus sedes esset Romæ, Pelagius secundus prius dixerat. Neque Molinæus hos Pontifices tantopere observans repellet. sed vetustissimi quærendi etiam, qui nulla lucri & opum, quæ nullæ erant, propositæ magnitudine, vel spe adducti, ista dixerunt: capitis autem periculo veritatem defendebant. Clemens qui fuit à Petro primus, vel ut Hieronymus ad dextrum, & nonnulli alii scribunt tertius, in epistolis suis satis ostendit. Et post eum Anacletus, 22. distinctione. Sacrosancta, inquit Romana Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino & salvatore primatum obtinuit, & cæteri post hunc ita sentiunt, quos enumerare non est hujus loci: non omittemus tamen cum res postulabit. Ante Constantinum magnum & Nicænum concilium, concilia alia Christianorum universalia & œcumenica, quibus istud probari possit non extant. nec enim convenire poterant in unum locum, tum Imperatorum Ethnicorum metu, tum itinerum difficultatibus. Et Imperatores quasi collegia illicita, ut de collegiis illicitis jureconsulti scribunt, comitia ista non facile patiebantur, ut Plinius secundus proconsul Ponti & Bithyniæ se non pati scribit ad Trajanum lib. 10. Atque Maximinum ne ad cœmeteria convenirent prohibuisse Eusebius tradit historiæ. lib. 9. cap. 2. aitque Diocletianum in una urbe Alexandria intra paucos dies 16. millia Christianorum trucidasse. Quare epistolis & libris sanctissimorum id ipsum confirmare esset necesse, sive Pontificum qui præsertim in ipso ortu Ecclesiæ istud sibi non arrogarent, viri minime ambitiosi, & singulari sanctitate & martyrio clarissimi, sive aliorum gravissimorum virorum. ut enim omnes Ecclesiæ Petrum & Paulum omnium præstantissimos colebant & observabant, ita & eorum successores, mittebanturque epistolæ & decreta eorum ad omnes nationes & populos, ut Dionysius Episcopus Corinthiorum testatur apud Eusebium libro 4. cap. 23. & post explicabitur. Si confirmaremus nobis ista congerenda essent, quod facile & cumulatissime facere possemus, ad Theologos se conferet quisquis ea desiderabit. Institutum enim nostrum est, ut frangamus tantum conatum Molinæi, ut salva & incolumis sit vetus ista sententia quam tuemur, quod initio diximus. Et quo etiam intelligamus mentem concilii illius, cùm Romæ facit mentionem tribuens primatum Constantinopolitano non esse referendam à Molinæo ad Imperatorem vel imperium, sed ad Petrum Apostolorum Principem & ad Apostolatum ejus: Unde & sedes Apostolica dicta, non imperatoria. Vel si ad imperium referre placeat, non repugno, dummodo intelligamus non fuisse illam solam vel maximam rationem. Nam si requiramus causam

Source : BIU Cujas

cur Romam Petrus venit, fueritque Episcopus Romanus, Clemens epistola prima ad Jacobum fratrem domini eam explicat, & Eusebius historiæ suæ lib. 2. capite 14. ut ipse princeps Apostolorum & acerrimus propugnator gravissimo & principi terrarum populo præesset in nova republica Christiana instituenda. cujus rei gratia non solum Petrus, verumetiam Paulus missus est omnis religione & veterum scitis præstans, ut in omni doctrinæ genere apud Romanos hi plurimum possent. Cur autem Petrus princeps Apostolorum & Episcoporum fuerit, non illa est ratio quòd in urbe tanta esset Episcopus, sed quia à Christo institutus fuerat hujus principatus vicarius, & quasi inter mortales hæres, verbis evangelii, quæ recitabimus, cum commodum fuerit. Fuit tamen his duabus de causis anteferendus cæteris Apostolis & Episcopis, & successores ejus cæterorum Episcoporum successoribus: tum quòd præ omnibus à Christo delectus, tum quòd Principis civitatis Episcopus (si locus viris, non viri loco dignitatem addant) Atque istud ipsum in Paulo quoque dicendum est, fuit enim gentium Apostolus, & Petrus circumcisionis, ut ad Galatas 2. scribit, & Romani Pontifices utrique successerunt. Et ne ex sensu nostro ista deprompta videantur, Ambrosius ita sentit 2. quæstione 7. Quare nisi Petrus & Paulus Romam venissent, eo beneficio dignitatis Christianæ Roma caruisset, & si Syracusæ vel Lutetia Parisiorum ejus sedes fuisset, successoremque ibi reliquisset, Syracusanum vel Parisiorum Episcopum diceremus præstantissimum & maximum Pontificem. At nunc adventum & sedem Petri Romanam Molinæus vult obesse ejus successoribus dum non Petri, sed urbis præstantiæ imperatorumque potentiæ primatum tribuit. A concilio Constantiensi sessione 15. art. 9. improbata & exposa est Hæc Hussitarum sententia. Papæ dignitas & institutio à Cæsaris potentia emanavit. Nec assentatione vel metu Pontificum, ita à concilio constitutum cuiquam videri debet, cum nullus legitimus Pontifex esset, sed schisma trium qui pro Pontificibus se gerebant, omnesque à concilio vel Pontificatu moti sunt, vel se abdicare compulsi. Jam verò Molinæus angustius urget, & quasi constitutio illa Phocæ sit contra conciliorum decreta ait: In ea contentione, inquit, certum est non » fuisse exaudita decreta concilii Nicæni. cap. 6. quippe quæ neutri partium favebant, sed utriusque ambitionem damnabant. Non favebat quidem Molinæ Nicænum concilium, ut nullum aliud: auditus tamen fuit à Phoca ille canon secundus Constantinopolitani concilii, quod est celebratum, ut ait Prosper Aquitanicus 383. Constantinopolitanum enim Episcopum sequi vult, Romanum non præcedere. Sed videamus num etiam ille sextus canon concilii Nicæni repugnet Phocæ constitutioni vel Justiniani, & quamquam & Græca & Latina verba jam diximus, tamen ita repetendum nobis fuerit, ut Molinæus illud recitat ex Gratiano 65. distinctione. Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus horum omnium habeat potestatem quoniam quidem & Romano Episcopo parilis est mos (huc Molinæus adjicit, videlicet ut primas sit in suburbanis Italicis Ecclesiis) Similiter autem apud Antiochiam & cæteras provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ. hinc colligit Molinæus & ait: Et consequenter ne una supergrediatur alteram. Quibus verbis si intelligat supergredi alteram, invadere res alterius, vel diminuere de jure alterius. non repugno: hoc enim concilium statuit sarta tectaque cuique privilegia conservari. Sin intelligat alias aliis majores non esse & præstantiores dignitate, potestate, nostra est hæc causæ conflictio, nec hic canon adversatur, imò istud ipsum demonstrat. Vult enim Alexandrinum Episcopum habere omnium potestatem in Lybia, Pentapoli, Ægypto, & servari privilegia cuique. Quare & Romano Pontifici integrum salvumque erit suum privilegium, ut præstet omnibus. Sed Molinæus hoc canone aliud nos docere vult, nam cum concilium parem morem dicat esse Romani Pontificis, dans potestatem Alexandrino, intelligit hæc verba concilii, ut Romanus sit primas in suburbanis Italicis Ecclesiis, quasi contracta sit ejus potestas his tantum Ecclesiis Italicis suburbanis. At æquum erat ut cum par dicatur mos Romani, ut tot & tanta terrarum spatia ei Molinæus tribueret, quot & quanta concilium Alexandrino, cui decernitur Pentapolis, Ægyptus & Lybia. Ægyptus autem, ut scribit Strabo lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 9. triquetra est figura, quare delta à literæ Græcæ similitudine à nonnullis vocatur. Maxima ejus latitudo 170000. passuum, ea est enim basis ipsius delta à Pelusio ad Canopicum ostium. Longitudo 256000. nam hoc est latus maximum. Amase rege Ægyptus 20000. urbium habuit. Lybiam non totam illam hic intelligimus, quam Latini Africam vocant. nam Africa Græcis Lybia dicitur, sed eam quæ Lybia Mareotis est à Mareoti lacu, Ægypto finitima latitudine 169000. passuum, longitudine 198000. ut ex Plinio colligimus, libro 5. capite 6. Pentapolis vel Pentapolitana regio à Plinio eo libro, capite 5. Cyrenaica dicitur, vel Africa Cyrenaica. patet in longum decies centena sexaginta millia passuum, latitudo verò est 800000. Hæc quidem omnia in Alexandrini potestatem concilii consulto veniunt. Molinæi verò sententia Romanus habet tantum Italicas Ecclesias suburbanas, quibus verbis nisi totam Italiam comprehendat, cum concilio pugnare videtur. Dubitamus enim, velitne Italicas Ecclesias suburbanas eas significare, quæ extra Italiam sunt Italiæ finitimæ, an urbi Romæ suburbanæ. Nec verò existimandum est istis ipsis verbis concilij, quia Romano Episcopo parilis mos est, æquari Romani & Alexandrini potestatem, ut cum hujus sit in Lybia, Pentapoli, & Ægypto, ita illius in Italia vel æquali terrarum spatio. Si Alexandrinus jubetur sequi morem Romanum, non eò fit ut illi sit par: minor enim majoris sequi vestigia potest, & in sibi decreta provincia parem eandemque potestatem habere, quam superior, ut præfecti prætorio quam princeps, ut scribit Aurelius de officio præfecti prætorio. Non eò tamen principi par est: princeps enim finibus nullis, præfectus & cæteri magistratus certis, definitum imperium habent, intra quos terrendi jus eis est, unde & territorium dici interpretatur Pomponius de verborum significatione. Itaque concilium Pontificatum Alexandrini illis regionibus contineri vult, Romani verò nullis. nihil enim ei adjicit, neque ubi istum morem habet, explicat. Sed ex Græcis conciliorum decretis quod dicimus, exploratius est. ἐπειδὴ ἡ τῷ ἐν ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τῦτο σωνήθες ἐστιν, id est, quandoquidem & Romanus Episcopus hoc consuevit, non autem, ut apud Gratianum, quoniam Romano Episcopo par mos est: verbum enim par, dubitationem quandam habet. Cur igitur concilium fines non demonstrat Romani, ut Alexandrini? sed tantum dixit, hoc esse consuetum: quid est quod hoc appellat? Equidem ut ex concilio Calcedonensi colligimus, actione tertia in relatione, Patriarchis, quòd Roma procul sint, decretæ sunt provinciæ, ut in rebus Ecclesiasticis summa sit eorum potestas, si enim Episcopi inter se dissideant, quis amabile illud concordiæ vinculum, consociationemque ipsorum inter se continebit, nisi unus adsit, quem revereantur, metuant & colant? Itaque illam ipsam potestatem, quam Romanus nullis circumscriptam terminis, isti quibusdam finitam habent: non fit autem ut aliquid decedat de Romano Pontificatu, sed accedit ad eum aliorum opera, cura & studium in eo grege pascendo quem omnem constat Petro Christum opt. max. commisisse. Nam aliorum Apostolorum nemini audimus ita om-

Source : BIU Cujas

nem commendatum. Ex quo fit, ut de Petri, quàm cæterorum præfectura certior sit hæc sententia: nam huic seorsum potestatem dedit, & si quam aliis & huic etiam conjunctim, quàm Petro nulli alii unquam in his rebus magis à Christo significata voluntas, erga aliorum neminem nullum studium majus. Sed de Petri præstantia alias. Cum igitur soli non possint ejus successores, habent alios qui partem muneris ferant, non auferant, idcircò concilium Romani Pontificis exemplum proponit, ut significet Pontificatum maximum in illis provinciis tantum, Alexandrinum habere. Non ergo improbat primatum, vel Pontificis Romani vel alterius, neque repugnat constitutioni Phocæ, vel Justiniani.

14. Postquam Molinæus eam constitutionem satis oppugnasse videtur, ut eam viribus caruisse demonstraret: primum à persona Phocæ ducto argumento, quòd improbus esset & flagitiosus, deinde à causa & metu quo impulsum, ita eum pronunciasse dixit. post à natura rei, id est constitutionis & sententiæ, quòd eam concilio Nicæno putabat esse contrariam. Tum ad extremum eam interpretatur, ne valde prosit Romano. Videtur autem, inquit, eo judicio Phocæ; non protinus attributam esse jurisdictionem in alias Ecclesias, nec potestatem usurpandi, aut involandi in jura earum, sed tantum honorem seu prærogativam denominationis primæ sedis. Paulo ante Molinæus dixit Phocam pronunciasse Pontificem Romanum fore œcumenicum caput & universalem, summumque Pontificem totius Ecclesiæ, hocque testari Platinam, Paulum Diaconum. chronica Martiniana. Annonium de gestis Francorum. lib. 4. cap. 4. & post Platinam. Volaterranum & Sabellicum Ennea. 8. lib. 6. & omnes chronographos. hæc enim sunt verba ejus: Nunc vero ait honorem nominis tantum primæ sedis, ut prima sedes Ecclesia Romana diceretur à Phoca tributum videri. Acuta profecto nimium videtur hæc Molinæi interpretatio, ut is qui pronunciatus sit esse vel fore caput & maximus, intelligatur dici tantum, non etiam esse. aut esse quidem nomine tenus, non verò reipsa. Quod si ita sit, non fuit igitur de primatu tanta illa contentio, quam nobis proposuit: aut si fuit, de nomine solo erat non de re, aut si de nomine & re, de nomine tantum pronunciatum est, & de re nihil. Pendet igitur adhuc de re lis & disceptatio. At æquum erat ut ille imperator simul eam dirimeret, cum de vocabulo judicabat. eratne iste M. Piso in reprehendendis verbis versutus & solers? An non tam valde jurisperitus fuit, aut habuit tam præstantes jureconsultos, qui possent de rebus jus dicere ut de vocabulis? Fuerunt fortasse meliores Grammatici. Grammaticorum enim de ratione loquendi ars est, jureconsultorum de rebus magis, & jure personarum, rerum atque actionum. Omne enim jus, ut ait Caius de statu hominum, vel ad res, vel personas, vel actiones pertinet: non vero ad nuda verba. Res quidem vocabula sua habent, non sunt tamen vocabula ipsa. Disceptabant illi de primatu, ut nobis narrabat Molinæus, iste imperator sententiam dixit de primatus nomine, non de primatu. Quid igitur obstabat quominus de eo etiam jus diceret, cum de eo esset controversia? Qua de re (inquit Julianus de judiciis) cognoscit judex, de ea quoque pronunciare debet. de primatu cognoscebat iste Phocas, de eo disceptabatur, id venerat in judicium, de eo contestatum, de eo erat libellus, cur non pronunciabat? Antè enim Molinæus docuit nos, quale genus controversiæ fuerit, quid apud Phocam à Bonifacio, quid ab adversario dictum: & tamen nunc ait nihil pronunciatum, nisi de nudo nomine. Si hic Phocas sciebat Romanum esse caput, & Pontificem maximum, cur ita non judicabat esse, non solum dici? si sciebat non esse, cur dici eum voluit qui non esset, ac fallacem mendacemque pro eo ferre sententiam? Et Romanos Pontifices efficere his statuis similes, quibus præclarum sit inditum nomen Cæsaris, Augusti, Alexandri vel alterius, nullæ autem prorsus sit earum vis atque potestas? Fuisset me hercule perridiculum cum ita pronunciabat Phocas, eum caput esse, ut supra dixit Molinæus, si existimasset caput non habere, ut nunc ait, suam potestatem, suasque functiones & officia ut cætera membra. Itaque ut finem faciam non fuit de primatu illa lis atque contentio quam nobis effingunt, neque jus dictum de solo nomine, ut nunc ait. At nos fortasse videbimur eum non jure reprehendere. nam antea ex Pelagio, Gregorio, & Paulo Diacono, & cognovimus & diximus de cognomento universalis esse expostulatum, non verò de primatu, & sua constitutione Phocam compressisse temeritatem illius Joannis. Quare videtur pronunciasse de solo eo cognomine, ut hic Molinæus scribit. diximus pronunciasse quidem constitutione facta non solum de eo nomine, sed simul etiam de vi ejus tota, at non sententia lata, ut in privatorum judiciis, non controversia illa de primatu præcedente. neque sentiebat Phocas non esse principem omnium, ut hic dicit Molinæus. Quæ omnia declarant nos permultum ab eo dissentire, atque multo magis nunc, cum putat canones quosdam Carthaginensis concilii & Africani ad Romanum Pontificem pertinere, ait enim.

Definitum est in concilio Carthaginensi tertio. cap. 26. tempore Siricii urbis Romæ Episcopi & rursus tempore Bonifacii urbis Romæ Episcopi in concilio Africano. cap. 6. & habetur 99. distinctione. capite primæ sedis. quòd primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid ejusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus.

De Episcopo primæ sedis nobis dicendum est ut intelligamus hujus canonis sententiam. Primates vel primæ sedis Episcopi dicuntur, quibus subsunt & parent Archiepiscopi, ut enim Archiepiscopi præsunt Episcopis; ita primates Archiepiscopis, quod Clemens docet 80. distinctione. & Anacletus 99. Primates idcirco dicuntur quia primas sedes in provinciis tenent, Archiepiscopi verò primas non habent, cum sint inferiores, quocirca Anicetus prohibet, ne primates appellentur 99. distinctione. Nulli Archiepiscopi (inquit) primates vocentur, nisi illi qui primas sedes tenent, quarum Episcopos Apostoli eorumque successores regulariter Patriarchas vel primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit præ multitudine primatem constitui: reliqui Metropolitani nominentur qui alias Metropoles tenent. Unde autem profecta sit hæc institutio nos aliàs dicemus. Primates Patriarchæ etiam appellabantur, ut Anacletus & Gratianus explicant 99. distinctione. Tamen Patriarcharum nomen per antonomasiam quatuor illorum est, qui omnium sunt maximi, quibus & isti parent. sunt autem hi, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus, ut ex synodo sexta observavit Gratianus 23. distinctione. Itaque si hi quatuor continerentur ipso illo canone concilii Africani, vel Carthaginensis, jure possemus Molinæo respondere Romanam non comprehendi, quanto magis id dicere licebit, cum de primate & primæ sedis Episcopo tantum loquatur? Primæ sedis, inquit, Episcopus non appellatur princeps sacerdotum vel summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. Et id quidem meritò, nec enim omnino princeps est, qui superiorem habet. Quod nomen accommodabimus omnium maximo, si minores maximi dicantur, vel summi? maximus autem qui sit, cur dici non poterit? Quare Romanum non complectuntur illi patres, ut hoc in eodem concilio Carthaginensi tertio. capite 28. his

» verbis: Placuit ut Episcopi trans mare non profi-
» ciscantur, nisi consulto primæ sedis Episcopo sive
» cujuscumque provinciæ primate, ut ab Episcopo
» præcipuè possint sumere formatam vel commenda-
» tionem. Non de Romano istud sentiunt, cum essent in Africa, quibus trajiciendum erat mare. neque 5. concilio. cap. 10. quod est transcriptum 18. distinctione. sed erant plures sedes primæ in Africa, ut in concilio Africano, capite 52. & 53. Nicentius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis dicitur, & Xantipus Episcopus primæ sedis Numidiæ, & in Carthagi-
» nensi quinto, capite 10. constitutum est, ut omnes pri-
» mates vocentur ad concilium: & in tertio. capite 2.
» ut omnes provinciæ quæ primas sedes habent binos
» Episcopos ad concilium mittant. Non igitur ad Romanum Pontificem ille canon pertinet, & si pertineret: non idcircò primatum negat vel vetat, aut verbo tenus probat ut Mol. visum est de Phocæ judicio, sed re vera. Quid Molinæo adversari videtur, qui cognomentum solùm intelligit admitti, non verò potestatem. isti enim patres contrà omnino patiuntur quidem potestatem & jurisdictionem, non autem nomina summorum. Nam in concilio illo Carthagi-
» nensi tertio. cap. 7. Ita scriptum extat. Quisquis Epis-
» coporum accusatur, ad primates provinciæ ipsius
» causam deferat accusator, & si evocatus ad causam
» dicendam non venerit, communione ad tempus ei
» interdicitur. quod caput Gratianus adnotavit 4. quæstione 5. Inscio primate prohibetur ullus creari Episcopus à Carthaginensi concilio secundo. cap. 12. quod est apud Gratianum 31. Et Aurelius Carthaginensis
» Episcopus cunctarum Ecclesiarum solicitudinem su-
» stinere & quos volet, & unde velit delectos in Africa præficiendi populo potestatem habere dicitur in concilio Africano, cui præerat cap. 22. & cap. 53. alios aliis priores majoresque honore, dignitate &
» potestate satis his verbis significat. Non decuerat qui-
» dem, inquit, ut hæc repeteremus, nisi forte existe-
» rent inconsideratæ mentes quorundam, qui ad hæc
» statuenda nostros acuerent sensus. sed & communis
» causa est, ut unusquisque nostrum ordinem sibi de-
» cretum à Deo cognoscat, ne posteriores anterioribus
» se præferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsu-
» mant. Qua de re dico pro ut captus animi mei retinet,
» eos qui putaverint spretis majoribus aliquid præsu-
» mendum, competenter ab omni concilio esse coer-
» cendos. Et paulò post, universi Episcopi dixerunt,
» Hic ordo à patribus & à majoribus servatus est, & à
» nobis Deo propitio servabitur, salvo etiam jure pri-
» matus Numidiæ & Mauritaniæ. Isti primates Afri. & Carthaginenses nominari summi nolebant: Galli tamen contrà, in concilio Agathensi cap. 35. & à Gratiano citatur 18. habitum est istud concilium Alarico rege Gothorum & Galliæ Narbonensis, in qua Agatha civitas sita est. hunc Alaricum à Clodovæo Francorum rege bello superatum atque confossum anno 509. annales nostri testantur. nec de Romanis intelligi debet caput illud, ut nonnulli qui nuper scripserunt, sentiunt. nec enim ad eligendum Romanum conveniebant Galli, Et ante concilium Africanum, Taurinatense quod Galliæ Narbonensis est, Episcopos appellat summos sacerdotes. cap. 1. Quid est autem quod hi ab illis hac in re differant? Sed aliud majus quiddam quæramus, quid est quòd Patriarchas, primates, Archiepiscopos dici non prohibent, Principes tamen sacerdotum, dici prohibent? an non Patriarcha, primasque primum, principem patrum, ut Archiepiscopus, Episcoporum Græco sermone significat, quod Isidorus etiam docet apud Gratianum 21. distinctione. Dicitur enim ἀπὸ τῦ ἀρχεῖν, id est præesse, & principem esse vel ab ἀρχὴ, id est magistratu, præfecto & principe, ut Aristoteles in lib. τῶν μετὰ φυσικὰ. ἕ. dum initio explicat quot modis ἡ ἀρχὴ dicatur, vel ab ἀρχὰς, ut Isidorus eo loco ait. An Græcè licet, Latinè non licet? idiomatis igitur erit ista differentia. Dicat nobis rationem Molinæus quid ita esse volunt non dici? aut dici quidem Græco vocabulo non Latino? Vix, ni fallor, aliam nobis attulerit, quam quæ de Gregorio & Pelagio à nobis est dicta, qui universales dici nolebant, erant tamen universales & maximi, quòd abhorrerent ab his nominibus, quibus barbara & profana potentia plurimum delectabatur, quæque ad terrorem, spirituque insolentiores & gloriam pertinerent, magisque discederent à significatione humanitatis, modestiæ, lenitatis, & suavitatis Christianæ. Sunt enim verborum discrimina, quorum oratores etiam solent esse observatores diligentissimi, qui nec audiendos censent cynicos illos philosophos, qui nihil obscœnum dictu putabant, quod re non esset. Alia enim aliis honestiora, tumidiora, sublimiora, humiliora, gratiora, suaviora, illustriora sunt: alia plus spiritus habent, alia horridiora, asperiora, quædam odium, invidiam, arrogantiam præ se ferunt, quædam usu amiserunt, ut Pompeius Magni cognomine uti noluit, nisi postquam intellexit consuetudine vulgi carere invidia. Sæpe reipsa idem valent duo nomina, sed alterum non ab omnibus lubenter auditur, ut veteres Romani imperatoris nomen æquo animo ferebant, regis verò molestissime, quòd recordationem haberet veteris superbiæ & petulantiæ Tarquinii. Itaque isti boni patres Carthaginenses appellationem principis sacerdotum repudiare potuerunt, tum quòd ad omnium maximum, ut Petrum Apostolorum principem & posteros, non ad primates, qui minores essent, pertinere existimarent: tum quòd ipsis profanæ potentiæ significationem fortasse habere videbatur, Gallis illis contrà. sæpe enim non ubique & apud easdem nationes & populos eodem nomine commode utimur. Natura præterea hominum hoc discrimen maxime efficit. Videmus enim sæpe multos, quorum par laus ex honesto vivendi genere, nihil prætermittunt, quod Christiani sit hominis, in his tamen quæ sunt ἀδιάφορα se gerunt alio atque alio modo: hic severior, tristiori vultu & asperior verbis ac victu, Cato denique alter actione tota, omnia ad summum jus & perpendiculum exigit, solitudines quærit, fugit congressus hominum, latet, nec dici, nec videri vult, tametsi est. Ille vero hilari vultu, alacri & erecto animo, suaviori sermone, nihil humani à se alienum putat, ut Chremes Terentianus, clemens, placidus, comitate singulari atque facilitate. nec sua magnopere referre putat, quibuscumque nominibus appelletur, majorem curam habet rerum quàm verborum. nec metuit ne efferatur animus, intelligit enim quantus ipse revera sit, non quantus esse dicatur ab aliis. horum tamen uterque probus, uterque sanctus. Quare minime mirum videri debet, si secus Gallis de cognomentis placeat, quàm Afris. Conveniunt tamen & consentiunt de ipsis rebus, de potestate, de primatu, ut præstantiores alii aliis sint, & nos in hac causa nihil aliud quærimus. Christiano tamen ea nomina grata magis magisque laudata esse debent, quæ virtutis, pietatis, modestiæ, & humilitatis Christianæ significationem referunt, quàm quæ superbiam, trophæa, triumphos, & barbaricum quippiam. Quod etiam ad reges jam transit, quorum cognomenta sunt Christianam religionem magis præ se ferentia, quàm illorum veterum ferociam, ut noster Christianissimus dicitur: Hispanus catholicus, Anglus serenissimus. Et nostrorum ea quoque laus est, ut solo nomine regis. sine alio additur vocari soleant in congressu, in foro, in publicis & privatis negotiis. Semperque curæ fuit ecclesiæ, ut cognomenta respicerent magis pietatem, charitatem, lenitatem Christianam, quàm barbarum gnatonismum vel ferocitatem, ut quanto quis præstaret cæteris, tanto se submissius gereret. Et tametsi prudentiores

Source : BIU Cujas

tiores titulis & nominibus glorioſis geſtire non ſolent inaniter & effuſe, neque legibus hujuſmodi egeant: cæteris tamen eſt opus, ut conſultiſſime ad comprimendam horum temeritatem & impudentiam, à Carthaginenſibus ſcripta lex ſit, Ne quis primas, ſummus vel princeps ſacerdotum vocarerur, cum præſertim ſummi non ſint: non idcircò tamen poteſtas negatur. Græcum Carthaginenſis illius concilii decretum λθ. ita habet ὥστε πλὴ τῆς πρώτης καθέδρας ὑπάρχον μὴ λέγεσθαι ἔξαρχον τὸν ἱερέων ἢ ἀρχιερέα, id eſt ne primæ cathedræ Epiſcopus dicatur Exarchus ſacerdotum vel ſummus ſacerdos. Exarchus enim is magiſtratus dicebatur, qui ab Imperatoribus mittebatur in provincias, ſummamque, in eis poteſtatem habebat, ut præfecti prætorio, qui tranſlato ad Græcos imperio, & ſenſim labente, Exarchi dici cepere, ut Exarchus Ravennæ, vel Italiæ, de quo ante diximus. tamen Sardicenſis concilii Græcis decretis κεφ. ς. Metropolitanus dicitur ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας, id eſt Exarchus provinciæ, ut intelligat Molinæus rationem magis habendam rerum, quàm verborum.

15. Sed jam veniamus ad locum Cypriani. Ait Molinæus longe ſanctiorem & doctiorem Eccleſiæ primitivæ de his rebus ſententiam. Cyprianus enim Eccleſiæ doctor ſanctiſſimus Carthaginenſis Epiſcopus & martyr, docuit in tractatu de ſimplicitate clericorum (qui eſt verus & nativus titulus, licet imperiti loco clericorum, poſuerunt barbarum verbum prælatorum) & habetur 24. q. 1. c. loquitur. Hoc erant (inquit Cyprianus) utique & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus pari conſortio prædiri & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut una Eccleſia monſtraretur. Et poſt pauca ſubdit: Ut unus eſt dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, ita Epiſcopatum quoque ipſum (id eſt dignitatem & poteſtatem Epiſcopalem) unum atque indiviſum eſſe, & penes ſingulos Epiſcopos in ſolidum eſſe oportere, ſub uno ſummo Epiſcopo Chriſto unico capite, & ſponſo Eccleſiæ unicæ: quemadmodum multi radii ſolis unum lumen ſunt. hactenus Cyprianus, qui ducenteſimo poſt Chriſti paſſionem anno Eccleſiam rexit & docuit, hæc Molinæus. Hanc poſteriorem partem non ſic legimus, ut eam refert, neque apud Cyprianum, neque apud Gratianum in eo cap. loquitur, ſed ita: Vnus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime nos Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum & indiviſum probemus, nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur, Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum, & rami arboris multi, ſed robur unum radice tenaci fundatum, & quomodo de fonte uno rivi plurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur integra in origine. Avelle radium ſolis à corpore, diviſionem unitas non capit: ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit: A fonte præſcinde rivum, præſciſſus areſcit. Sic & Eccleſia domini luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit: unum tamen eſt quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur, ramos ſuos per univerſum orbem copia ubertatis extendit, profluentes largitur rivos, ramos latius expandit. unum tamen caput eſt, una origo & una mater copioſæ fœcunditatis. hæc Cyprianus, neque prioris partis iſta verba à Molinæo ſcripta legimus, Epiſcopatum penes ſingulos Epiſcopos in ſolidum eſſe oportere ſed hæc, Epiſcopatus unus eſt cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Gratianus recitat, cujus ſingularis in ſolidum pars tenetur. Sit ita, ut ſcribit Molinæus, nec ex illis quidem verbis efficiet quod vult, tametſi prior pars vehementer urgere videtur, dum ait: Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod Petrus pari conſortio prædiri & honoris & poteſtatis. nam pares omnes Apoſtolos fuiſſe ſentire videri poteſt Cyprianus, neque primatum inter ipſos honoris aut poteſtatis eſſe. Quocirca neque inter ſucceſſores eorum. Et non ſolum Cyprianus, ſed etiam (ut juvare cauſam Molinæi videamur) Anacletus annos 150. ante eum, Petri diſcipulus eadem quæ Cyprianus ſcribit ep. 2. & 21. diſtinct. apud Gratianum, Cæteri, inquit, Apoſtoli cum Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt. Inferat igitur nunc Molinæus quod ex verbis Cypr. & dicat non eſſe tum in ipſo ortu Eccleſiæ primatum, ſed omnes Apoſtolis æquales. videamus, num hic ſit Anacleti ſenſus, paulò antè illa verba ita ſcribit, In novo Teſtamento poſt Chriſtum domino à Petro ſacerdotalis ordo cœpit; quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia datus eſt à domino dicente ad eum: Tu es Petrus & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam. hic ergo ligandi ſolvendique poteſtatem primus accepit à domino, primuſque populum ſuæ prædicationis virtute adduxit, verboque inſtituit, deinde ſubjungit verba quæ diximus. cæteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt, qui etiam jubente domino in toto orbe prædicaverunt, ipſis quoque decedentibus loco eorum ſucceſſerunt, & 22. diſtinctione. Inter beatos Apoſtolos (inquit) fuit quædam diſcretio, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe voluerunt id ipſum, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis. Et ante hæc ait, Sacroſancta & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis ſed ab ipſo domino primatum obtinuit. Itaque ſua illa accepiſſe Cyprianus videtur multò poſt Anacletum in eandem ſententiam ſcribens, ſed paulo obſcurius, & locis ejus aliis multis hæc dilucidè declarari poſſunt, quinetiam hic ſeipſe explicat, ſi quæ præcedunt, ſequunturque verba conferas, ut iſta ſit ejus eadem hæc ſententia, quæ Anacleti. Apoſtoli honoris & poteſtatis ligandi & ſolvendi, Evangelium nunciandi, denique imperandi Chriſti auſpiciis cuncta conſortes fuerunt & ſocii. quocirca par fuit ſocietas, & conſortium hujus honoris & poteſtatis. Simul enim omnibus eam dedit Chriſtus cùm dixit: Si cui remiſeritis peccata, ei remittuntur: ſi cui retinueritis, ei retinentur. omnibus enim Chriſtianis data non eſt hæc poteſtas, ſed Apoſtolis tantum Chriſti legatis, eorumque ſucceſſoribus. Et ſi his ipſis verbis Petrus etiam comprehenditur, tamen ab eo uno primordium eſt, ſolique ipſi ſeorſum multo magis eſt data. Nam huic uni dictum, Tu es Petrus, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: huic uni dictum: Tibi dabo claves regni cælorum, hic præfectus omnibus ovibus, paſtor omnium conſtitutus, non ſemel tantum ſed iterum & tertium: Paſce, inquit, oves meas. Quare Apoſtoli præfecti propter illam poteſtatem populo, Petrus vero univerſo gregi, Apoſtolis, reliquiſque omnibus. hanc eſſe ſententiam Cypriani ex hoc intelligemus, quòd non multò ante verba illa ita ſcribit.

Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non vincent eam: tibi dabo claves regni cælorum: quæcumque liga veris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oves meas. & quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, ſi cui remiſeritis peccata remittentur illi, & ſi cui tenueritis tenebuntur, tamen ut unitatem mani-

Source : BIU Cujas

» festaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipien-
» tem sua authoritate disposuit. Deinde subnectit quæ
scripsit Molinæus, ut nos recitavimus. pares igitur es-
se, ait Cyprianus hoc Apostolatus honore & potesta-
te solvendi & ligandi: unitatis autem originem ab
uno incipientem sua authoritate Christum disposuis-
se, non ergo hac origine erant pares. Petri enim id
erat proprium ut ab eo uno ordo Apostolatus & pote-
statis inciperet, hic autem unus à quo unitatis origo
incipit Petrus à Cypriano intelligitur. Nam quorsum
Petri mentio? quorsum particulæ istæ quamvis & ta-
men, quibus complexum, comprehensionem &
periodum orationis suæ absolvit, cùm cæteris Apo-
stolis Petrum comparans. Quare tametsi dicit parem
potestatem datam aliis omnibus solvendi & ligan-
di, non idcirco sentit omnino & per omnia esse
pares: sed caput appellat Petrum. quemadmodum
dictu nefas ex illis ipsis verbis, quibus eam dedit eos
pares esse ipsi Christo. Sicut, inquit, misit me pater,
& ego mitto vos, vel ex his Joannis 17. Pater glo-
riam quam dedisti mihi, dedi eis? ut sint unum sicuti
& nos unum sumus. Qui alicui aliquo uno pluribusve
par est, non omnibus par fuerit, neque quod con-
fertur, & quibus cum confertur, omnino idem est,
ut solent nostri juriſperiti adnotare ad antepenulti-
mam legem depositi. Et si cui non sit idipsum satis
persuasum, ut Cyprianus Petrum respiciat, intelli-
gatque hujus Apostolatus & potestatis caput & ori-
ginem à Christo Petrum constitutum esse, sic habeto
cum ex his, tum aliis pluribus locis, quibus basim &
» fundamentum Ecclesiæ eum esse ait. Libro primo. epi-
» stola tertia. ad Cornelium Pontificem Romanum:
» Post ista, inquit, adhuc insuper Pseudo Episcopo sibi
» ab hæreticis constituto navigare audent ad Petri ca-
» thedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas
» sacerdotalis exorta est. Epistola 9. libri 4. ait Domi-
» nus quoque in Evangelio, cum eum loquentem dis-
» cipuli relinquerent, conversus ad duodecim dixit:
» Numquid & vos vultis ire? Respondit ei Petrus, di-
» cens: Domine ad quem ibimus, verbum vitæ æternæ
» habes, & nos credimus & cognovimus, quoniam tu
» es filius Dei vivi. Loquitur illic Petrus super quem
» ædificanda erat Ecclesia docens, quia si contumax ac
» superbia obaudire nolentium multitudo discedat,
» Ecclesia tamen Christianorum non recedit, & illi
» sunt Ecclesia & plebs sacerdoti adunata, & pastori
» suo grex adhærens. Et ad Quirinum ita, Nam nec
» Petrus quem primum dominus elegit & super quem
» ædificavit Ecclesiam suam, cum Paulus de circumci-
» sione postmodum disceptaret, se vindicavit. Et epi-
» stola 3. libro 1. Et conversus ad Apostolos dixit: Num-
» quid & vos vultis ire? Petrus tamen super quem ædi-
» ficata ab eodem domino fuerat Ecclesia, unus præ
omnibus loquens & Ecclesiæ voce respondens, &c.
Sentit igitur Cyprianus hanc unitatem, quam dixit ab
uno ut inciperet à Christo dispositam, à Petro basi &
fundamento & capite exordiri, à quo ducatur ipse
omnis ordo & chorus Ecclesiasticus, qui unus est tan-
tum, ut ipse idem sit, Coriphæus & Chorastes, no-
mineque Ecclesiæ ut caput & princeps Christo respon-
deat & agat cuncta. & ab hoc veluti fonte rivuli ma-
nent, idcirco metaphoras illas proposuit solis, fon-
tis, arboris, radiorum, rivulorum, ramorum. A fon-
te inquit, præscinde rivum, præsciſſus arescit, ipsa ta-
men unitas manet, unus est fons, à choro exclude
unum, unus manet reliquorum ordo & chorus. quare
qui ab hoc quem ducit Petrus separat sejungitque se,
non efficit quominus sit grex ac ordo unus & perpe-
tuus cæterorum omnium, solus ille extra gregem &
ordinem est. Atque ita servatur integra semper hæc in
Ecclesia consensio & unitas. Quocirca apud Gratianum
» 90. distinctione ait: Qui cathedram Petri supra quem
» fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse non con-
fidat. Hæc ergo probatur nobis mens Cypriani. Istud
autem quod verbis ejus adjecit Molinæus Episcopatum
unum atque indivisum esse, & penes singulos Episco- «
pos in solidum esse oportere, non potest esse ex ejus «
sententia. Nam Cypr. ait unum esse atque indivisum,
non erit igitur is in solidum penes singulos nisi unus
esset Episcopus & non multi. Quare aut penes singulos
ipsum illum Episcopatum qui unus sit, in solidum ne-
cesse est non esse: aut plures esse, non sunt autem plu-
res, ut ait Cyprianus, sed unus tantum, non igitur pos-
sunt singuli Episcopi qui plures sint, eum in solidum
habere, sed pro parte tantum. Quam ob rem non fue-
runt mutanda à Molinæo, sed integra servanda Cy-
priani ista verba, Episcopatus unus est cujus à singulis
in solidum pars tenetur. Quoniam autem cum Moli- «
næo jureconsulto sermonem habemus: sciscitabimur,
num adhæc accommodari possit, quod Ulpianus & cæ-
teri jureconsulti statuunt, duos in solidum dominos
ejusdem rei esse non posse, sed pro parte tantum, ita ut
videatur consentaneum duos vel plures Episcopos in
solidum esse non posse, si unus Episcopatus sit, ut scri-
bit Cyprianus. At ista fortasse requirunt Philosopho-
rum subtiliorem & diligentiorem pervestigationem,
quàm etiam nos possimus, vel mente percipere, vel di-
cendo consequi, conabimur tamen pòst, si occurrat. Et-
enim Cypriani verba non ita sunt perspicua, quin du-
bitationes multas afferant. nam si Episcopatus unus
est, & indivisus, quî fieri potest ut pars à singulis, ut
ait, teneatur? deinde si pars à singulis, quomodo in
solidum? ista enim mutuo sibi adversari videntur, in-
divisum esse, & partem teneri, atque partem teneri,
& in solidum teneri, aut si in solidum singulorum sit
pars, quæ est vel quanta ista pars? Nobis autem non
est necesse ista explicare, etiam si ea esset ingenii no-
stri facultas. sat enim nobis est demonstrasse obesse
Molinæo, non prodesse. Hæc vero sua alia adjectio,
Episcopatum unum atque indivisum esse & penes sin- «
gulos Episcopos in solidum esse oportere, sub uno «
summo Episcopo Christo unico capite & sponso Ec- «
clesiæ, nobis non persuaserit. Quamvis Christus op-
timus maximus ipse idem sit caput sponsusque Ec-
clesiæ (& ut nos etiam cum Molinæo ex Pauli epist.
ad Hebr. aliquid dicamus) via, veritas & vita,
filius Dei, hæres universorum, parens & opifex hujus
universitatis, atque totius ipsius æternitatis, hominum
generi prosper & salutaris ille fulgor gloriæ patris,
character naturæ ejus, in cujus verbi vi & potestate
omnia sita sint, qui per semetipsum expiationem
peccatorum nostrorum cum fecisset, sedit sublimis
ad dexteram majestatis. quamvis inquam sit ipse
fundamentum præter quod aliud à quoquam jaci
non possit, sitque, ut ait Paulus & Joannes, con-
ciliator, patronus humani generis, pater patratus,
sacerdos fœcialis, qui sanguine suo fœdus nobis cum
Deo patre percussit, ipse homo & Deus, Pontifex
maximus, idem ipse victima & sacrificium. An eò mi-
nus cùm è terris decessit, cùm desiit has nostras cala-
mitates & ærumnas perpeti, nullum aliud nobis hu-
manum reliquit caput membris simile, cujusmodi ip-
se fuit, cum apud nos mortales caput esset mortale?
nunc vero immortale & æternum & immobile, quod
neque mutari possit, principium ipsum existens & fi-
nis, alpha & omega, ut Joannes ait in Apocalypsi. in
se convertens omnia, sua luce lustrans & cuncta com-
plens. quare præter hoc quidem fundamentum nemo
aliud potest constituere, ut ait Paulus. commutabile
enim non est cum omnia in ipso constent, ut scribit
Colossensibus. cap. 1. sed istud aliud mortale mortalis
hujus vitæ & Ecclesiæ, id est omnium nostrum in se-
metipso immobili & immutabili jecit, ita, ut sit ipse
primum illud æternumque fundamentum, in quo
istud aliud mortale fundatum sit & positum, ut omne
humanum pondus hujus humanæ Ecclesiæ sustineat,
ordinem tueatur, fulciat Ecclesiam totam, non ever-
tat, illi æterno firmissimo lapidi, id est Christi ipsi primæ

Source : BIU Cujas

basi perpetuo hærens, atque tandem una cum Ecclesia simile ei fiat, cui coniunctum est & immortalitatem consequatur. At nos relinquere ista fortasse debemus Theologis. Relinquimus certe. sed cum Molinæus dicat unicum caput Ecclesiæ Christum, & nos defendamus esse, in terris etiam hoc unum, necesse est monstrare illud ipsum, quod ex Paulo 1. Corinthiorum 2. dicitur, ut aliud non possit poni fundamentum præter id quod positum est, non impedire quominus sit istud de quo disserimus in terris caput & fundamentum. Nam si satis esse voluisset Christus, ut solus ipse esset, neque haberet, cum decessisset hinc, ministrum quasi institorem & vicarium, quid opus erat commendare gregem suum Petro? Pasce inquit oves meas, quid ei claves regni cælorum dare? Tibi inquit dabo claves regni cœlorum, quid potestatem ligandi, ac solvendi & seorsum ei impertiri, & cum Apostolis conjunctim? Ipse Princeps & moderator & Dominus cum omnium rerum, tum hujus Christiani gregis ejusque amantissimus eum Petro commisit nulla ejus parte excepta. Cur igitur nos importunissimi homines Petrum nolumus curare aut moderari totum? nolumus esse vicarium, pastorem, aut quasi institorem, actorem, procuratorem, colonum, magistrum huic navi à Christo præpositum? Quę est ista tanta invidia? Mirabilem nobis rem narrant. ut hæc Ecclesia humana & mortalis caput, humanum & mortale non habeat. aut caput quidem immortale sit, membra verò caduca & fragilia, cum tamen unum & idem corpus esse fateantur. membra Ecclesiæ id est nos omnes intueamur, cernamus hac corporea oculorum acie non solum mentis, cadantque sub hos hebetes sensus nostros, caput vero minime. Præterea cum Christus sit sponsus Ecclesiæ, ut Molinæus etiam dixit, & Ecclesia ejus sponsa, hæc sponsa carebitne semper capite? Christus quidem caput est Ecclesiæ sponsæ suæ, ut vir uxoris, quod divus Paulus scribit Ephesiis cap. 5. sed tamen an idcirco quod caput sit, sponsa vel uxor habet avulsum caput humeris? ut humanum corpus, quemadmodum cætera membra, sic humanum caput non habeat? Habemus igitur & illam basim sempiternam & immortalem, habemus & aliam hanc humanam & corpoream, illi fortissimæ & non flexibili cohærentem, ne si impegerint venti & procella turbulentorum hominum molem Ecclesiæ à Christo egregiæ extrudant, furenti impetu funditus evertant. Et si de Christo ipso Principe nostro loqueretur tantum Cyprianus doceri vehementer cupio, quando intelligemus Ecclesiam esse, cum omnes divisi sunt inter se & nulli capiti humano obtemperent, sed quisque arbiter & moderator sit cæteris omnibus part. se quisque Christo fundamento conjunctum esse dicat, nulliusque alterius principatum pati. & cum dissideant inter se, unus cum grege suo Christum sequi, & sic interpretetur præceptiones Christi, alter vero aliter, Ut illi hoc tempore qui hæretici dicuntur. Ubinam tum planè intelligemus hanc Ecclesiam esse, quæ una sit tantum in qua esse jubemur, extra quam salutem nullam esse Cyprianus ait & Paulus. De hoc igitur capite humano, de hac unitate & consensione, sentire ostenditur Cyprianus, ut à Molinæo ad verba ejus non fuerit illa adscribenda.

» Idem, inquit postea, plus centum annis post Cyprianum docuit & scripsit beatus Hieronymus, & habetur 93. distinctione. cap. Legimus. dicens: Si autem authoritas quæreretur, orbis major est urbe, ubicumque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Thebis, sive Germaniæ, ejusdem meriti est, & ejusdem sacerdotii. Ex quibus satis notum est quæ fuerit primitivæ Ecclesiæ longe sanctioris & doctioris super his sententia. Nos sanè cum Molinæo dicemus idem sentire Hieronymum quod Cyprianum, sed non quod ipse intellexit. Nam Hieronymus illis ipsis verbis nihil aliud docet quàm ubivis gentium & terrarum Episcopos omnes esse ejusdem sacerdotii, ejusdem meriti. Quid tum posteà? Putatne Molinæus se assecutum aut nobis satis probatum, nullum Episcopum alteri anteponendum, alteri non præstare, altero non esse majorem? An ejusdem militiæ milites pares omnes sunt? aut qui ejusdem exercitus, ejusdem legionis, cohortis, curiæ, civitatis, regni? An ordines non sunt & classes, gradusque dignitatis ejusdem. Sacerdotii quidem ejusdem est Episcopatus, presbyterium, diaconatus. Quod & Hieronymus in illo ipso capite ait Episcopatus verò ejusdem & unius in Ecclesia, quæ una tantum eademque est, sunt Pontifices, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Chorepiscopi: omnes enim genere Episcopi sunt. Num ordines, classesque ac milites eò caput Principem, præpositumque non habent, quòd ejusdem militiæ sint, ut Molinæus nobis de Episcopis persuadere conatur, quod ejusdem sacerdotii sint? Sunt sane vir doctissime singulis ordinibus ejusdem exercitus præfecti, ut decani, Lochagogi, centuriones, tribuni militum, tribuni celerum aut magistri equitum, & omnium horum unus præstantissimus Imperator duxque exercitus & princeps. Nos ejusdem regni magistratus multos habemus, & unum summum, cui reliqui omnes parent, qui Rex dicitur. ejusdem chori unus Coriphæus est & Choraستes. Itaque cum Ecclesiæ unum tantum sit corpus & non plura, ut scribit divus Paulus ad Ephesios cap. 4. hoc corpus non biceps aut triceps erit, sed unum habebit caput humanum & mortale, vicarium & ministrum illius divini & immortalis Christi, ut ex Cypriano intelleximus. qui angustius multo ista contrahens unum & indivisum Episcopatum dixit, non eundem tantum ut nunc Hieronymus. Quar satis etiam à nobis erat responsum ad illa, quæ ex eo attulit, ut ad istud Hieronymi quod non ita difficile sit respondisse videremur. Et quò etiam Molinæus intelligatur, non rectè putare ab Hieronymo his negari primatum caput & præstantiam Episcoporum ipsorum inter se, ut neque illis à Cypriano, qui Petrum fundamentum esse dixit, & caput Ecclesiæ, & Principem. quod multò dilucidius Hieronymus, Epistola enim ad Dextrum præfectum prætorio, ita scribit: Simon Petrus, filius Joannis provinciæ Galilææ vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & « Princeps Apostolorum, Romæ 25. annis cathedram « sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Ne- « ronis, id est 14. à quo affixus est cruci & sepultus « Romæ in Vaticano. Et Paulum ait, eodem die Ro- « mæ capite truncatum in via Ostiensi: anno post pas- « sionem Domini 37. Et libro primo in Jovinianum. « At dicis, super Petrum fundatur Ecclesia: licet idip- « sum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cun- « cti claves regni cœlorum accipiant, & ex æquo su- « per eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propte- « rea inter duodecim unus eligitur: ut capite consti- « tuto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes « electus est virgo? Ætati delatum est, quia Petrus « senior erat, ne adhuc adolescens & penè puer « progressæ ætatis hominibus præferretur. Et magi- « ster bonus qui occasionem jurgii debuerat auferre « discipulis, & qui dixerat eis: Pacem meam do vo- « bis, pacem relinquo vobis. Et qui voluerit in- « ter vos major esse sit minimus omnium, in adolescen- « tem quem dilexerat causam præberet invidię. & epi- « stola ad Augustinum. Ante Apostolum Paulum, « non ignorasse Petrum principem hujus decreti, legem « post Evangelium non esse servandam, tantæ authori- « tatis Petrum fuisse, ut Paulus in Epistola sua scri- « pserit: Deinde post annos tres veni Hierosolymam vi- « dere Petrum, & mansi apud eum diebus quinque. « Et paulò post, Paulum non habuisse securitatem «

Source : BIU Cujas

„ prædicandi Evangelij, nisi Petri & cæterorum Apo-
„ stolorum qui cum eo erant, fuisset roboratum. Et in
„ vita Marci, Petrus cum audisset, inquit, Evange-
„ lium Marci probavit, & Ecclesiæ legendum sua au-
„ thoritate edidit. Et epistola ad Damasum Pontificem
„ Romanum, prima & secunda, cum perturbaretur ab
„ hæreticis Arrianis, ait, Ego nullum primum nisi
„ Christum sequens beatitudini tuæ, id est Cathedræ
„ Petri consocior, super illam petram ædificatam Ec-
„ clesiam scio. quicunque extra hanc domum agnum
„ comederit profanus est, Ego interim clamito, si quis
„ Cathedræ Petri jungitur meus est. Et adversus Pela-
„ gianos libro primo. Quid Platoni inquit & Petro? Ut
„ ille Princeps Philosophorum, ita hic Apostolorum
„ fuit? Super quem Ecclesia domini stabili mole funda-
„ ta est, quæ nec impetu fluminis, nec ulla tempestate
„ concutitur. Et in Mathæum 16. potestatem & ædifi-
cationem Ecclesiæ super eum factam. Sed jam ego fortasse in his locis notandis otiosus nimis videbor, cum Theologi de his consulti diligentissime alios observatos nobis tradere possint. Veterrima igitur est hæc sententia Hieronymi, Petrum petram & fundamentum Ecclesiæ & Apostolorum Principem designatum, tametsi omnium unus idémque esset Apostolatus & Episcopatus atque sacerdotium. Et si consulamus non solum Philosophos, verumetiam jureconsultos id planè ut intelligamus efficient. Nam si volumus interpretari idem & unum, ut si unum sacerdotium, unúsque & idem Episcopatus, ideam illam Platonis & speciem spectantes non differentem à se ipsa, sed in sese contractam, unus semper erit & simplex, indivisúsque Episcopatus, ut ait Cyprianus. Plures verò ejus partes, id est functiones & officia, quibus quisque in solidum fungitur. nec enim unius & ejusdem functionis, præfecturæ, & administrationis, quæ Græcè dicœcesis dicitur à διοικῶ, id est administro, rego: & διοίκησις, administratio, plures Episcopi esse debent, sed singularum singuli, ut Cyprianus demonstrat epistola 6. lib. 1. Et Hieronymus apud Gratianum 7. quæstione 1. Quare antea dixit Cyprianus, unus est Episcopatus, cujus in solidum pars tenetur, partem hic functionem intelligimus, & munus, ut dici solet, Meæ sunt partes, tuæ sunt partes. & cum princeps scribit (inquit Callistratus de officio præsidis) præses æstimabit quid sit partium suarum, id est quid sit officij sui. partes autem primas & summas hujus Episcopatus, Christus Petro dedit, totum gregem ei committens. Sin autem eum quem unus habet & alter & singuli Episcopi, ita numerando plures certe Episcopatus reperiemus. Vel, ut Peripatetici, natura ipsa & substantia unum & idem intelligamus. quia omnium una est ratio substantiæ, quam Arist. λόγον τοῦτι ἦν εἶναι appellare solet, tametsi plures numero sint Episcopatus, ut plures Episcopi. tum sanè assentimur Molinæo, ut nullus magis sit Episcopatus, vel Episcopus, quam alter. Etenim substantia non admittit decessionem vel incrementum, quod Philosophi dicunt τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, veluti scapha quæ parva navis est, ut docet Paul. jureconsult. de fundo instructo, tam navis est, quàm navis maxima, sed non tam magna. magnitudo enim quæ substantiæ accidit ejus naturam non mutat. Plebeius & vilissimum mancipium æquè homo est atque rex, & præstantissimus omnium hominum, sed nihilo præstans est, aut dignitate præditus: sed infimæ sortis homo, plebeius homo, privatus homo. Itaque Episcopi sive maximi sive minimi, Episcopi quidem sunt, hacque vi & ratione substantiæ inter se non differunt: neque unus magis Episcopus quàm alter: at non pares sunt, non æquales magnitudine, præstantia aut dignitate, neque tantus unus quantus alter. Itaque Hieronymus ait Episcopum ubique terrarum Episcopum esse, ejusdémque sacerdotij, sed non idcirco superiores alios aliis negat, aut principatum Petri, ut ostendimus.

Quod autem ait Hieronymus ejusdem meriti esse omnes Episcopos, ad vitæ merita pertinere potest, qua in re pares esse possunt differentes dignitate, ut Augustinus ait apud Gratianum secunda quæstione septima. Puto, inquit, quod sine ulla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus sim. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cuilibet Episcopatui præferendum? sed etsi distat cathedrarum gratia, una tamen est martyrum gloria. Vel ad honorem referri nomen meriti potest, quo affici Episcopi debent, eo ipso, quòd sint Episcopi, sed non idcirco efficitur si ejusdem honoris sint, ut paris & non majoris sint, ut neque eos qui ejusdem sacerdotij sunt, pares esse demonstravimus. omnibus Episcopis quidem eò honor idem debetur, quòd Episcopi sint, sed major majori, summus summo: gradus enim honoris sunt, ut inter eos qui sunt ejusdem militiæ quidam excellunt: sunt tamen omnes militiæ ejusdem.

16. Postea pergit Molinæus ad concitandos animos in Pontifices, & ait, Tamen à tempore sententiæ à Phoca obtentę nunquam cessaverunt Romani Pontifices susque déque conari pro dignitate, potentiáque sua augenda, & primum quidem cum adhuc semper subditi essent, Imperator etiam Constantinopolitanorum, deinde Francorum, quorum etiam authoritate & consensu instituebantur. Non sunt ausi (ultra alios 469. annos à judicio Phocę usque ad Gregorium septimum, qui astu magno, seditionibus in Germania concitatis, Imperium attrivit) manum apponere ad terrenum imperium, jurisdictionémque exercendam in Principes laïcos. Mirabuntur fortassis permulti, quod Molinæus rerum forensium non ignarus videatur oblitus caliditatis fori, ut ea confiteatur, quæ causam suam maximè labefactent, & nescio an penitus evertant. (Si humani juris in his rationem haberemus.) Nam antea sententiam Phocę Imperatoris pro primatu latam nobis protulit, tamen hic solus titulus sine possessione, vel quasi possessione jam tot pòst seculis non profuisset, sed jus præscriptum à cæteris Ecclesiis potuisset videri, ut ante diximus de jure & privilegiis Ecclesiarum, quæ quis amittit nisi utatur, quod & ipsi Pontifices statuerunt, disseritúrque à juris eorum interpretibus, capite 15. de privilegiis. & à jureconsultis de nundinis. lege prima. Quare sine possessione jus illud sententia quæsitum, præscriptione amissum esset. quinetiam, ut ait Paulus jureconsultus, de verborum significatione. vix est, ut non videatur alienare, qui patitur usu capi. Itaque in probatione illius possessionis vel quasi possessionis laborare forsitan poteramus, At isto nos labore & molestia Molinæus levavit. Si quidem non solum Romanos Pontifices titulum primatus habere semel atque iterum est confessus, sed possessionem etiam 470. annorum usque ad Gregorium VII. quam posteri adhæc tempora auxerunt annis fermè 483. Is enim Gregorius iniit Pontificatum 1074. & vita decessit anno undecimo post, ut scribit Sigibertus qui tum vivebat. Quare à Phoca ad nostram hanc ætatem anni plus nongenti & quadraginta intercedunt. Atque eo jure ita usos Pontifices Molinæus ait, ut longe majori accessione majus fecissent, ni Imperatorum metus obfuisset. Hoc tamen jus annis pene innumerabilibus sic confirmatum suis scriptis ad evertendum est aggressus, non ita profecto æquo animo laturus, si quis, quod à majoribus ei obvenit, oppugnaret. An verò post Gregorium septimum Pontifices Romani injecerint manus in Principes, conatíque fuerint adjicere imperium Pontificatui suo. Et an ante Gregorium VII. metu Imperatorum Constantinopolitanorum, vel Francorum ab ea re revocati fuerint, non hic disputo. neque enim instituti mei est de imperio disserere, an sit

Source : BIU Cujas

Pontificis Romani, sed de pontificatu. Quanquam non ignoramus Leonem tertium Pontificem Græcis ademptum imperium in Carolum magnum contulisse, id enim cum nostri annales, tum Græcorum libri testantur. quod jure sibi quæsitum, & Carolus magnus, & posteri Franci, Germaníque putarunt. Omitto Pipinum à Stephano II. vel ut nonnulli à Zacharia, regem Francorum factum, detruso in monasterium Childerico ignavo, stupido & bardo rege, ut in annalibus nostris scriptum extat. Sed postea instituto meo serviens cogar causas harum rerum explicare. Et tum demonstrabitur, an quod dicit Molinæus, Imperatoribus subditi fuerint. Exempla proponenda nobis erunt, erítque harum rerum proprius locus. Interea lubenter ex eo discerem, cur magis putet hanc constitutionem Phocæ, causam præbuisse Romanis Pontificibus augendæ quoquo modo potentiæ, quàm illam Justiniani, quam suprà recitavimus, multis annis præcedentem istam Phocæ? Cur ante Justinianum etiam annis pene ducentis post illud de primatu decretum concilij Constantinopolitani, de quo ante multa verba fecimus, non ita tentarunt, non ita commoverunt cœlum, mare & terras: ut fierent potentiores, ut post illum Phocam scribit ausos? Deinde si metus Imperatorum ante Gregorium illum septimum, quem dicit concitasse astu Germanos, coercebat Pontificum cupiditatem, Cur inter Pontifices centum intra quadringentos septuaginta annos, qui inter Phocam & illum Gregorium interfunt, non nobis nominat ex tanto numero aliquem unum, in quo notare possimus dominandi, vel invadendi Imperij libidinem? (Si quibus utitur verbis istis, apponere manum ad terrenum imperium, id nobis significet.) nam quàmplurimi quidem scribunt nonnullis Imperatoribus interdictum esse sacris, usósque Pontifices in eos jurisdictione ecclesiastica, ante illum etiam Gregorium VII. quæ suo loco dicenda nobis erunt. Erga verò Constantinopolitanos Imperatores studio & benevolentia singulari Pontifices fuisse, ex eo intelligi possunt, quòd cum propter ignaviam atque hærerica & insana Imperat. edicta, longe post Phocam Italia tota ab eis descíscere vellet, eam Romani Pontifices in officio & fide continebant, ut scribit Diaconus de bello Longobardorum libro 6. capite 14. illi ætati æqualis. Quod non ita profecto, si ea fuisset amplificandæ rei cupiditas, quam nobis narrat Molinæus. Quibus verò de causis Franci ab eis Imperatores facti sunt, ita explicabitur, loco magis idoneo, ut jure factum videri possit.

Ait postea, Pontifices Romanos non solum injecisse manus in Principes, verumetiam ambiisse ante Phocam appellationes Episcoporum, ab Archiepiscopis & Primatibus, ut Bonifacius primus. Misit enim ad Africanum concilium Legatos cum mandato, quod commonitorium appellabat, ut admonerent concilium ita de his appellationibus à Nicæno constitutum esse. At (inquit) Molinæus ei denegatæ fuerunt. Equidem concilium non denegavit primum, sed scripsit ad Bonifacium, nihil tale decretis Nicænis, quæ apud eos
» extarent contineri: & nunc (inquiunt in cap. 101.) de
» tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud
» Nicæam à patribus acta & constituta sunt, sic ea à no-
» bis facias custodiri. Deinde rogant eum patiatur prius exemplaria Nicæni concilij à Patriarcha Constantinopolitano, Alexandrino, Antiochæno, & Hierosolymitano requiri, ab eóque ut ad eos scriberet petunt. nec interea ne quidem unquam pòst quicquam de appellationibus Episcoporum constituerunt, sed presbiterorum tantum, & inferiorum. ut intelligi potest ex epistola concilij cap. 51. & legentibus decreta concilij, præsertim canonem 92. & apud Gratianum 2. quæstione 7. fides fiet. Et quamquam in illis exemplaribus de appellationibus hujusmodi nihil compertum est, non idcirco tamen vulnerandus est pudor Bonifacij, vel ambitioni ejus tribuendum. Si extaret epistola ejus qua concilio respondit hujus erroris causam intelligeremus. Nam pro concilio Sardicensi Legati citarunt Nicænum, quod non multo ante Sardicense habitum est. utrique præfuit Osius Cordubensis Episcopus, fuítque Nicæno celebrius. trecenti enim sex & septuaginta Episcopi convenerunt, ut scribit Socrates tripartitæ libro 4. capite 23. Itaque ipsum illud decretum quod legati dicebant esse Nicæni concilij est septimum Sardicensis, iisdem ipsis verbis, quibus Africanum sua epistola à Legatis scribit esse recitatum. quod etiam Gratianus transcripsit 2. quæstione 6. & Græca Latinis respondent Africani κεφ. ρλε. & Sardicensis κεφ. ε. Quare non erat ista Bonifacij ambitio, sed appellationum ius antiquissimum, de quo nobis erit differendum copiosius, fuit tantum error in nomine concilij. Quamquam Gratianus 11. quæstione 1. decretum concilij Nicæni, istud esse ait, « Judices autem esse non debent, nisi quis ipse qui impetitur elegerit, aut quos suo consensu hæc sancta « sedes aut ejus Primates authoritate hujus sanctæ sedis delegaverint: sed potuit quoque Gratianus ex epistola illa Africani concilij deprompsisse, utcunque sicut, esse Sardicensis concilij perspicuum est. In his autem appellationibus situm non est Pontificum decus, aut amplitudo, non magis quàm Imperatorum Regúmque & Principum, cùm ad eos à quibusdam magistratibus non est provocatio, ut à senatu vel à præfectis prætorio, docétque Ulpianus à quibus appellare non licet. Non enim credendum est, inquit « Aurelius jureconsultus de officio præfecti prætorio. « eos qui ob singularem industriam explorata eorum fide & gravitate ad hujus officij magnitudinem adhi- « bentur, aliter judicaturos pro sapientia sua & luce di- « gnitatis, quam Princeps foret judicaturus. Idque sta- « tuit Diocletianus Imperator de sententiis præfectorum prætorio. Parent tamen hi omnes Principi. Neque concilium Affricanum illa epistola negat potestatem Pontificis, sed rationes affert, quibus magno detrimento Affricanæ Ecclesiæ id fore videatur, cum propter navigationis periculum, tum maxime propter copiam testium & probationum, quæ Romæ, ut in provincia, in qua admissum esset crimen, ad judicandum non supperteret. Quod de militibus etiam constituit Honorius Imperator, ubi de ratiociniis tam publicis quàm privatis agi oporteat. Quanta verò esset apud concilium illud Romani Pontificis authoritas, ex cap. 73. intelligitur. Placuit, inquit, ut quicun- « que ad comitatum ire voluerit, in formata quæ ad « urbis Romæ Ecclesiam mittitur intimetur, ut inde « etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si ac- « cipiens ad Romanam tantum modo formatam & ta- « cens necessitatem, quæ ad comitatum illius peragen- « da est, voluerit etiam ad comitatum pergere, à com- « munione removeatur. Quod si ibi Romæ ei repentina « necessitas orta fuerit, ad comitatum pergendi, alle- « get apud Episcopum urbis Romæ ipsam necessitatem, « de hoc scripta ejusdem Episcopi Romani perferat, « formata autem, quæ à Primatibus vel à quibuscun- « que Episcopis, clericis propriis dantur, habeant diem « paschæ. Formatam appellabant epistolam canonicam, id est solenni quadam formula conceptam, ut concilium Antiochense cap. 7. explicat, quod est apud Gratianum 71. distinctione. Texendæ autem illius epistolæ rationem, quia ad causam nostram accommodata videtur, prætermittere nolui ex postremis verbis concilij Calcedonensis, quam etiam Gratianus transcripsit 73. Græca, inquit Atticus Episcopus, ele- « menta litterarum, numeros etiam exprimere nullus, « qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, igno- « rat. Ne igitur in faciendis epistolis aliqua fraus falsi- « tatis temere præsumeretur, hoc à patribus trecentis « decem & octo Niceæ congregatis saluberrime inven- « tum est & constitutum, ut formatæ epistolæ hanc « calculationis rationem habeant, id est, ut assuman- «

Source : BIU Cujas

» tur in ſupputationem prima Græca elementa, patris,
» & filij, & ſpiritus ſancti, hoc eſt π. υ. α. quæ elementa & octogenarium & quadringenteſimum & primum
» ſignificant numerum. Petri quoque Apoſtoli prima littera, id eſt, quæ numerum 80. ſignificat, ejus quoque qui ſcripſit epiſtolam prima littera, cui ſcribitur ſecunda littera, accipientis tertia, civitatis de qua ſcribitur quarta, & indictionis quæcunque eſt temporis, idem qui fuit numerus aſſumatur. Atque ita is omnibus Græcis litteris, quæ ut diximus, numeros exprimunt in unum ductis, quæcunque fuerit collecta, ſummam epiſtola teneat, hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſſe. addat præterea nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat, Valete. Itaque hæc univerſa ſumma conflata ex ſignificato litteris illis numero, erat quaſi teſſera quædam & ſymbolum commeatus. & dabatur Epiſcopis, preſbiteris, & clericis proficiſcentibus in aulam Imperatoris, ut illud Africanum ſtatuit & Antiochenſe cap. 11. vel peregrinantibus, ut in communionem exciperentur à cæteris Eccleſiis, à quibus in concilio Nicæno cap. 16. & in Antiochæno cap. 7. apud Gratianum verò 7. quæſtione 1. & 71. diſtinctione. Epiſcopi deſerentes Epiſcopatum, vel preſbiteri & diaconi paroeciam, prohibentur admitti, quo etiam intelligerentur hæreticíne eſſent an catholici. Vigebat enim tum plurimum Paganiſmus & hæreſis. Has autem epiſtolas dare non poterant preſbiteri, ſed ſoli Epiſcopi preſbiteris, ut in concilio Antiochenſi cap. 7. & 8. ſtatuitur. Epiſcopis vero Metropolitani & Primates eas dabant, ut in eo ipſo Africani cap. 73. modo viſum eſt. Epiſtolarum enim tria erant genera, ut ex Græco cap. 7. & 8. Antiochenſis & 11. Calcedonenſis cognoſci poteſt. quædam enim ſolennes erant, quæ Græco vocabulo canonicæ dicuntur & Latino formatæ, de quibus diximus. & dimiſſorias Gratianum appellat, in ea diſt. 73. Aliæ dicebantur εἰρωικαὶ, id eſt, pacificæ, quæ aut dabantur egentibus & imbecillis peregre proficiſcentibus, ad inopiam eorum ſublevandam, & ſolo nomine pacificarum continentur. qua in re elucet veterum ſumma humanitas atque pietas: aut honeſtioribus viris ad commendationem eorum & Græcè συστατικαὶ, Latinè verò commendatitiæ appellantur. Gratianus tamen in ea diſtinctione non diſtinguit has à dimiſſoriis & canonicis. Canonicæ quidem omnes vel dimiſſoriæ dici poſſunt commendatitiæ: at non contrà omnes commendatitiæ canonicæ ſunt vel dimiſſoriæ. Tertium genus erat vulgarium, quarum mittendarum facultas etiam erat preſbiteris. In illis ergo omnibus ſolennibus & formatis, quæ ab Epiſcopis Metropolitis atque Primatibus dabantur, nominis Petri habebatur ratio. Sed cur potius ejus quàm Apoſtolorum omnium? doceat nos Molinæus cauſam, vehementer rogo. Cum enim Græci numeros, non ut Latini propriis notulis notent, ſed ſuarum litterarum elementis: in unam illam ſummam quæ ſcribebatur in epiſtola illa, ut eſſet quaſi teſſera & arcanum quoddam, primum conferebatur numerus quem efficit iſta Græca litera π. quæ prima eſt πατὴρ id eſt patris, & octoginta ſignificat. & υ prima littera υἱὸς, id eſt filij, & 400. indicat, & α littera prima ἁγίου πνεύματος, id eſt ſpiritus ſancti, & unius tantum eſt nota. Tum etiam octoginta iterum ex π. prima littera πέτρου id eſt Petri Apoſtoli. ex quibus colligitur ſumma & numerus 461. hoc omnium epiſtolarum canonicarum erat commune. Deinde ne interciperentur, fraus ve fieret, aut alteri fortè quàm preferenti cui datæ erant prodeſſent, illi ſummæ addebatur altera confecta ex litteris nominis ejus ad quem erant ſcriptæ, ſcribentis, cui dabantur, & civitatis ex qua, ut ex ſuperioribus intelligitur. Ullius autem alterius Apoſtoli quàm Petri nulla mentio. A concilio tamen Nicæno ea formula tradita eſt, omnibúſque Epiſcopis Metropolitis & Primatibus uſitata. Quid ita quæſo? An quòd in Eccleſia eſſe exiſtimabant neminem, qui cathedræ Petri, baſi & fundamento non eſſet conjunctus, ut jamdudum nobis Cyprianus dicebat?

17. Nobis, ut ſæpe alias Molinæus faceſſit negotium à nomine petito argumento. Nam antea dixit Pelagium & Gregorium noluiſſe vocari univerſales, ex quo putabat effici, non eſſe maximos, primatúmque prohibitum. Nunc verò ait, Illud etiam certum « eſt non ſolum dicti concilij, ſed etiam aliorum ſingu- « larium Epiſcoporum literas, quantumvis humiles, « non alio titulo fratris, vel coepiſcopi, ad Romanum, « quàm ad alios Epiſcopos ſcriptas. Vult, ni fallor, his verbis docere nos, collegas omnes Epiſcopos eſſe, cum fratres tantum & Coepiſcopi ſimiliter omnes dicantur. & uti fortaſſe hac definitione Ulpiani de verborum ſignificatione. Collegarum, inquit, appella- « tione hi continentur qui ſunt ejuſdem poteſtatis. Quocirca non videri alium alio potiorem. Poſſemus ad hæc tollenda accommodare quę de cognomentorum ſuperbia, à qua abhorruerunt illi patres ſanctiſſimi, ſæpenumero diximus. tum etiam de loco Hieronymi, qui ejuſdem ſacerdotij omnes eſſe dixit, ut non magis ex hoc ipſo, quàm ex illo, nobis perſuadeat ſignificare, æquatam omnium poteſtatem, quòd vocabulis fratrum, Epiſcoporum, collegarum, qui ejuſdem poteſtatis ſint, utantur. Sunt enim, ut ſatis demonſtratum eſt, gradus & ordines eorum qui ſunt ejuſdem poteſtatis, ſacerdotij, militię & exercitus. Sed iſta refellendi ratio erit commodior: quandoquidem exploratum ſupra habuimus in concilio Africano Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, maximam in Africa poteſtatem habere, Primatéſque Numidię & Mauritanię, atque Epiſcopos eis ita parere juſſos, ut nihil eis inconſultis agere audeant: in eodem tamen concilio fratres, conſacerdotes, coepiſcopi omnes, & quod anguſtius eſt, collegę Aurelij crebro appellantur. cap. 21. 22. & aliis permultis. & cap. 31. ita ſcriptum eſt, « Cum in concilio congregati in Eccleſia Carthaginenſi « conſediſſemus, ex Africanis omnibus provinciis Epiſ- « copi, id eſt Aurelius ejuſdem ſedis Epiſcopus cum « collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat, ait « idem Aurelius, recitatis epiſtolis Beatiſſimi fratris & « conſacerdotis noſtri Anaſtaſij Eccleſię Romanę Epiſ- « copi, quibus nos paternę & fraternę charitatis ſolli- « citudine ac ſinceritate adhortatur, & de hæretico- « rum & ſchiſmaticorum, donatiſtarum inſidiis & impro- « bitatibus, quibus Africanam Eccleſiam Catholicam « graviter vexant, nullo modo diſſimulemus. Gratias « agimus domino noſtro, quod illi optimo & ſancto « antiſtiti ſuo, tam piam curam pro membris Chriſti « (quamvis in diverſitate terrarum ſed in una compage corporis poſitis) inſpirare dignatus eſt. Quinetiam non ſatis animadvertiſſe Molinæus videtur, cùm non alio titulo ait Romanos Pontifices à concilio iſto ordinatos, quàm fratris & Epiſcopi. nam eum dominum appellant capite 101. & 105. Domino, inquit, beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio. & Græcè herum, κύρ. μοι. Δεσπότῃ μακαριωτάτῳ καὶ παναγιωτάτῳ ἀδελφῷ Βονιφατίῳ, & cum de pluribus loquuntur, Romanum Pontificem appellant ſedem Apoſtolicam, cæteros verò, Coepiſcopos & conſacerdotes capite 35. Juſtinianus Imperator de ſumma Trinitate. Pontificem Romanum, caput omnium Eccleſiarum eſſe dicit: Eum tamen vocat Conſtantinopolitani fratrem. In concilio Taurinatenſi, Ambroſij pene ætate, cujus etiam meminit, Proculo Epiſcopo Maſſilienſi, ſingulari & perſonali tantum beneficio, primatus ſecundæ provinciæ Narbonenſis decretus eſt, poteſtáſque creandi Epiſcopos. concilium tamen eos ipſos, quibus illum præeſſe vult, appellat conſacerdotes ejus, paterno affectu, ut eos tractet, imperat & cohortatur, memor ſit illius ſententiæ Pauli ad Romanos capite 12. Mutuo vos præveniatis honore, idem inter vos ſentientes, non elato quidem animo & ſuperbo, ſed

Source : BIU Cujas

demittentes vos humilibus. Cyprianus, de quo multa nos antè, docebat caput fundamentúmque Romanam Ecclesiam esse, Romanum tamen Pontificem & omnes Episcopos collegas plerísque in locis ut in epistola 2. lib. 4. appellat. Et factus est Episcopus, inquit, à plurimis collegis nostris. Quod si velimus ex eo ratiocinari, à Cypriano, vel alio quovis Romanum non censeri majorem, quòd majori & ornatiori vocabulo eum non salutet: Cur non eodem argumento dicemus Cyprianum negare eos Episcopos esse, quos non nominet Episcopos, sed fratres tantum, quo solo nomine uti solet ad quoscunque Episcopos scribens? fratris autem nomen ad omnes Christianos pertinet, non solum Episcopos, ut Chrysostomus ait apud Gratianum 11. distinctione. quod pervulgatum est in Evangeliis & Epistolis Pauli. Presbiteri, collegę dicuntur suorum Episcoporum in concilio Carthaginensi 4. canone 25. qui à Gratiano refertur 95. distinctione. Episcopus, inquit concilium, in Ecclesia in consessu presbiterorum sublimior sedeat, intra domum verò collegam presbiterorum se esse cognoscat. At quanto Episcopis sint authoritate, dignitate, potestate inferiores, vulgo notum est, & docet Hieronymus apud Gratianum 95. Apostolorum enim loco sunt Episcopi & presbiteri discipulorum, ut scribit Clemens epistola prima ad Jacobum fratrem Domini. Collegium sacerdotale dicitur à Cypriano, unde sacerdotes collegæ. Et collegium Pontificum Romæ ante Christianismum erat, quod Pomponius de origine juris scribit, cujus qui erant, collegæ omnes dicebantur. Id autem non impediebat quominus unus Pontifex esset omnium maximus, ut multorum nomina memoriæ mandavit Livius belli Macedonici libro 10. Et Cicero de oratore libro 3. ita ait, Neque propinquum suum maximi animi virum P. Crassum suapte interfectum manu, neque collegæ sui Pontificis maximi sanguine simulachrum vestæ respersum esse vidit. Potest ergo quis collega esse superioris sui non ea tamen ratione, qua ille superior sit. Suetonius de Augusto sic scribit, Perpetuam Tribunitiam potestatem recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Idémque ait de Cæsare. Nemini verò dubium est Tribunum illum collegam Augusti, potestate dignitatéque, nisi Tribunitia parem non fuisse. Itaque presbiteri collegæ Episcoporum sunt, quòd sint ejusdem collegij sacerdotalis. Nam Episcopi non eò quòd sacerdotes, superiores fuerint: sed quòd Episcopi, ut docet Hieron. ad Evandrum 93. distinctione. Eadem ratione Episcopus Archiepiscopi, & hic primatis collega erit. Collega quidem, quoniam uterque Episcopus, superior verò quòd non uterque Archiepiscopus vel primas. denique ita in conciliis solent minores majores ipsi sese mutuo consacerdotes, Coepiscopos, fratrésque nominare. Et in Deuteronomij. capite 17. scriptum est, ne efferantur superbè reges in fratres suos. vocat reges fratres eorum quibus præsunt. Et Ambrosius Mediolanensis Episcopus, cum Theodosio summo imperatori interdiceret ingressu ædis sacræ, dixit, Æqualium hominum & conservorum princeps es ô imperator, quod commemorat Theodoretus historiæ Ecclesiasticæ libro 9. capite 30. Collegæ dicuntur, non solum qui ejusdem potestatis sunt: ut duo consules, duo tribuni, duo tutores: sed etiam qui ejusdem collegij sunt aut corporis, quos sodales quoque Caius de collegiis illicitis ait dici, sive coeat collegium religionis, artificij, opificiúque causa, sive negotiationis, vel professionis cujusdam, ut Callistratus de jure immunitatis, & is Caius de collegiis docent. quare urbici pistores collegæ dicuntur à Papiniano in lege ultima. de excusationibus tutorum. His tamen præesse potest unus, cujus jurisdictionem effugere sodalibus non licet, ut statuit Anastasius Imperator de jurisdictione omnium judicum. Utebantur igitur illi patres fratrum & collegarum vocabulis (quos tamen acerrime tueri dignitatum gradus, decus ac præstantiam cognovimus) Christum sane imitati, qui dicebat discipulis in Evangelio Joannis. cap. 15. & 13. Jam non dicam vos servos, sed amicos. hoc est præceptum meum novum, ut diligatis vos mutuo. Ex hoc cognoscent omnes vos esse discipulos meos. Et tametsi Petrum cæterorum principem constituerat: ei tamen dixit, Confirma fratres tuos Lucæ 22. Itaque amplectebantur id dicendi genus, quod esset magis comitatis, lenitatis, benevolentiæ, pietatis, cognationis, denique Christianæ specimen quoddam & testimonium, quàm profanæ dominationis. Quocirca Tapinosi uti solebant, illi præsertim Carthaginenses. Sciebant enim hoc Christum ita jussisse majoribus, depressius ut se gererent. Quisquis major est, minister esto. propositio antè sui exemplo, qui cum tota sua vivendi in terris ratione formam & speciem servi induit, inquit Paulus ad Philippens. capite 2. tum ad abluendos pedes suorum incredibili cum humilitate se demisit. Quod cum feciſſet, Nostis, inquit apud Joannem. cap. 13. qualem me præbuerim vobis, si ego magister & dominus hæc? vos ipsos inter vos quid facere oportet? Exemplo fui vobis, ut similiter agatis.

17. Quoniam verebatur fortasse Molinæus, ne cum dixit communi fratrum & Episcoporum nomine & non alio Episcopos omnes appellatos, objiceremus ei cognomentum Papæ, quod videtur Romanorum Pontificum proprium, idcircò ne istud noceat ait, Nuncupationem Papæ omnibus Episcopis æquè communem fuisse, ut patet in epistolis Cypriani, Ambrosij, Hieronymi, Augustini & aliorum antiquorum, qui peritiores erant his qui secuti sunt. Dubium non est quin nomen istud priscis temporibus accommodatum sit aliis Episcopis quàm Romanis, ut hoc recte animadverterit Molinæus. In cujus rei probatione (cum reprehendit glossam. cap. de eo tamen. quinquagesima distinctione.) non est ei laborandum. Id enim satis exploratum est, non solum ex epistolis illis, verum etiam ex conciliis, & eo præsertim libro, cui titulus Διήγησις περὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων. Eximium tamen & quasi proprium fuit Romanorum, Justiniani etiam ætate, qui Romanum solum Papam appellat, Constantinopolitanum verò & alios nominat Patriarchas, Archiepiscopos, vel Episcopos, διατάξ. βλα. περὶ τῶ ἐκκλησίας. κανο. & Constantinus Constantis superioris filius in divalibus synodi sextæ actione prima. Et quanquam inter omnes convenit, ut πάππας patrem significet, & παππὸς avum, origo tamen nominis atque etymologia non satis est certa. Celius antiquarum libro 6. etiam ducit à Græca imperfecta voce πᾶς, quam infantium dicit esse, cum primum patrem appellant, ex qua per anadiplasiasmum, id est ex repetita voce uno conflato & perfecto nomine elisa σ litera πάππας dicitur, id est pater. Suidas verò Siracusanorum nomen esse, à quibus pater παπὰς dici solebat, unde duplicata litera π, πάππας fit, quod idem significat. Et ex Arriano refert is Celius Bithynos in summo montium vertice eo vocabulo Jovem salutare solitos, ut à Scythis Jovem Pappæum nominari scribit Herodotus. Quare Græce πάππας dicitur non παπας, ut Latinè quoque Pappa non papa scribi debere videatur. Et quamquam Cyprianus Pappa vocatur, atque Ambrosius fortasse, & Hieronymus & Augustinus, quos nobis protulit Molinæus, epistolis suis isto nomine alios Episcopos appellant, quàm Romanum: tamen principatum Romani nobis supra exposuerunt. Quocirca nihil magis efficit ex hac voce communi, quàm ex illis collegarum, fratrum, consacerdotum, & id genus nominibus. Nam si communia omnium ista sint cognomenta, non infirmabunt certe vel confirmabunt pontificatus principatum. quare neque ei in sua causa, neque nobis in hac nostra, ex his ductum argumentum pro-

Source : BIU Cujas

fuerit. Satis etiam demonstravimus hoc Christianorum præfectorum esse præclarum & præstabilissimum nomen, quòd sit humillimum. titulorum & cognominum servilium humilitatem summum splendorem habere, ut Romani Pontifices se servos servorum nominant. nam si veteres Barbari, ut scribit Plutarchus in Cicerone, Catulorum, Scaurorum, Scipionum, Lentulorum, Fabiorum, Ciceronum, Brutorum denique cognominibus ex aliquo leguminum genere petitis, vel aliis vilissimis rebus, eò gloriabantur, quòd majorum suorum aliquis illa illustrasset, quanto magis delectari Christianum virum oportcat nominibus iis, quæ authori nostro Christo grata fuerunt, quæque ipse magis probavit clementiæ, mansuetudini, charitati conjuncta? cum se ipse tanquam Diaconum, id est ministrum cæterorum vocaret. Lucę 22. Ego inter vos fui, inquit, quasi ministrans, & ut Paulus epistola ad Philipens. 2. servili habitu apud nos fuit. Ne posthac igitur de nominibus agamus, in his enim rerum magnitudo sita non est. Sed jam iis quoque relictis ad aliud genus oppugnandi primatus se confert.

» 18. Vides, inquit, qualis fuerit status, sententia & » usus primitivæ Ecclesiæ, quæ non minus præ ista do» ctrinæ Christi conformior, quàm vicinior erat, & » quàm nulla erat controversia, sed ne quidem mentio » postea creati primatus. Quid enim sibi vult quòd Pau» lus ad Galat. 2. ait sibi concreditum fuisse Evangelium » præputij quemadmodum Petro circumcisionis. Nam » (inquit) qui efficax fuit Petro ad Apostolatum cir» cumcisionis, efficax fuit & in me erga gentes. Quod ex superioribus nunc Molinæus intulit, nobis quoque commune est, & orationi nostræ multo aptius, ut ipsum illûd dicamus nos, vides quàm certa fuerit apud priscos, & primos Christianos de primatu sententia, ut nulla tum fuerit de ea re controversia: sed ad unum omnes doctissimi, optimi, & sanctissimi quique Petro principatum à Christo decretum non solum crediderint, sed etiam scripserint. Quod autem Paulum dixisse refert Apostolatum se gentium accepisse à Christo, ut Petrum circumcisionis, ei magis obesse potest, quàm nobis. Si quidem Paulus principatum Apostolatus gentium sibi datum dicere intelligitur, & Judæorum Petro. Cum enim cum Petro comparat se, ejúsque Apostolatus mentionem facit, & nullius alterius Apostoli, jam de præstantia Apostolatus loqui videtur, non de eo qui cæteris erat communis. Omnibus enim Apostolis ante Paulum, Mar. ult. dixerat Christus, Peragrantes universum terrarum orbem, promulgate Evangelium universo humano generi. Cur igitur Paulus de Petro potius quàm de reliquis omnibus, dum ait, Cum vidissent, inquit, commissum mihi Evangelium præputij quemadmodum Petro circumcisionis (qui enim Petro ad Apostolatum circumcisionis fuit author, is mihi quoque ad gentes fuit) dextras dederunt societatis. Præterea, etiam si pares Petrus & Paulus probarentur, non efficeretur tamen cæteros omnes eis æquari. Etenim ambo à Christo præpositi esse poterant reliquis omnibus, ut duo Augusti & Cæsares consortes imperij pares erant. Ostendat igitur oportet his in rebus nullum omnino Apostolum alio nihilo plus habere authoritatis, dignitatis, potestatis, ut primatum tollat. Atque ita certe isti duo pares fuere, ut utrique à Romanis Pontificibus sit successum, uni sedi conjunctus uterque Judæorum & Gentium Apostolicus principatus. Quod etiam » scribit Ambrosius 2. quæstio. 7. Beati, inquit Petrus & » Paulus eminent inter universos Apostolos, & speciali quadam prærogativa præcellunt, verum inter ipsos » quis cui præponatur incertum est. puto enim illos æ» quales esse meritis, qui æquales sint passione, & simili » eos devotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij » gloriam pervenisse. non enim sine causa factum puta» mus, quòd una die, passi sunt, quòd uno loco, sub » uno persecutore: una die ut ad Christum pariter pervenirent: in uno loco, ne alteri Roma deesset: sub « uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrosque con- « stringeret. dies ergo pro merito, locus pro gloria, per- « secutor decretus est pro virtute. Et in quo iidem tan- « dem martyrium pertulerunt? in urbe Roma, quæ prin- « cipatum & caput obtinet nationum, scilicet, ut ubi « erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sancti- « tatis, & ubi Gentilium principes habitabant, illic Ec- « clesiarum principes morerentur. Et in ipsa illa quæ- « stione Hieronymus ait, Paulus Petrum reprehendit, « quod non auderet, nisi se non imparem sciret. Juvat « igitur Pauli locus ille hanc causam nostram. «

19. Postea, ait Molinæus, Et subdit in eodem lo- « co Paulus Jacobum & Cepham (à saxo, non à capite, « ut indocti putant) & Joannem, dextras ei ac Barnabæ « dedisse societatis: ut ipse cum Barnaba in gentes: illi « verò in circumcisionem Apostolatu fungerentur. Quid, « inquam, sibi vult, nisi Apostolos doctrinam Christi. « Mathæi 20. Marci 10. Lucæ 22. ut infra eodem, glossa « 17. litera R. diligenter observasse? nec unquam de « Primatu, sed de prorogando Evangelio & spirituali « Christi regno duntaxat sollicitos fuisse? Legem illam Christi apud Mathæum, Marcum & Lucam, ut maximus quisque minimus fiat & cæterorum minister, nos aliquanto ante attigimus. Eámque diximus concilium Nicænum & cætera omnia ita intellexisse, ut non referatur ad præfecturam sed ad cupiditatem dominandi, tyrannidem & pompam. Ejus uberiorem explicationem eo loco in quem nunc Molinæus nos rejicit, tradere enitemur, ut planè intelligatur nihil omnino ad primatum pertinere. Tantum hic agemus de societate illa Jacobi, Cephæ, Joannis, Pauli & Barnabæ, de qua ait scribere Paulum ad Galatas. ex cujus loci verbis nihil aliud potest Molinæus nos docere, nisi contractam societatem esse inter eos Evangelij promulgandi causa, postquam intellexerunt Paulum Apostolatum gentium à Christo nactum, nullóque alio præceptore vel magistro initiatum & imbutum Evangelicis præceptionibus. Ante enim scribit se cum Barnaba ut viseret Petrum Hierosolimam profectum esse, & contuliisse cum eo & Jacobo Evangelium, nihil autem ex eis didicisse. Fuit igitur societas, fuerunt socij, quid præterea? ergo (dices) pares, ergo nullus præstantior. an sociorum quòd socij sunt, nullus princeps, nullus commilitonum, aut collegarum maximus? Eò me hercule res rediit, quò supra locus Cypriani de pari consortio Apostolatus, & quò illa quæ de collegis, fratribus, Coepiscopis, consacerdotibus dicta sunt, ad quæ satis responsum est, ut non sit repetendum. An quòd inter eos communicatum est hoc legationis Evangelicæ munus, eò omnia Paulus in eam societatem contulit, quæ ante eam à Christo acceperat admirabilia & incredibilia? quæ non licere homini effari, ait, in posteriori epistola. capite 12. Corinthiis scribens quæ erant illius potestatis, propter quam se jure extolli & gloriari posse, iisdem Corinth. capite 10. dicit? Si mihi apud alium, quàm Molinæum sermo esset, ineptus fortasse viderer, si accommodarem ea quæ Ulpianus lege 9. tradit pro socio. ut quamvis simpliciter coita societas sit, neque fuerit distinctum, universorum contracta intelligatur: tamen quæ ob meritum, vel jure singulari, non ex opera nostra, sed beneficentia & benignitate alterius alteri contrahentium obveniunt, in rationem societatis non referuntur. & tamen Molinæus jureconsultus respondet in hac ipsa, Paulum reliqui nihil sibi, quod esset proprium, fecisse, ne singulari quidem Christi numine & beneficio jam quæsitum, non solum quærendum.

Pace (inquit Molinæus) sub Constantino primo « reddita Ecclesiis, cœperunt Metropolitani institui, « non primatus ergò, sed curandæ disciplinæ eccleſia- « sticæ gratia. Omnes enim Metropolitani (qui postea « vocati sunt primates & Archiepiscopi) pares erant, «

nec

" nec differebant à ſingulis Epiſcopis, niſi in hoc,
" quòd plurium quoque Epiſcoporum ſuæ provinciæ
" ſollicitudinem gerebant, inter quos etiam urbis Ro-
" mæ Epiſcopus, nominatim exprimitur in concilio
" Nicæno capite 6. iſta omnia, quæ hic Molinæus no-
bis narrat, cum ad facti quæſtionem pertineant, vel conjectura, vel teſtibus egent: neque enim ſine his in re vetuſtiſſima, quæ ſupra mille quingentos fermè annos repetenda ſit, fides ei adhibenda eſt. Meritis quidem (ſi ita intelligat) & vitæ probitate pares eſſe potuerunt, ut infimus quiſque regibus & Epiſcopis. poteſtate verò permultum differebant, quod Auguſtinus & Hieronymus docent 2. quæſtione 7. Sollicitudine tantum differebant, inquit, Qua quæſo in re hanc ſollicitudinem ſitam eſſe dicis? Illud ſextum caput de quo ſæpe antea nos, quo iſtud confirmare vis, non ſollicitudinis verbo utitur, ſed poteſtatis. Alexandrinus, inquit, in Ægypto, Lybia & Pentapoli habeat omnium poteſtatem Græce ἐξουσίαν quod idem eſt. nec aliter Romanum complectitur quàm exempli cauſa, ut jamdudum nobis dictum eſt. Itaque in eo canone perſpicimus Epiſcopos alios aliis præfectos eſſe, ut Alexandrinum: atque poteſtatis inter eos diſcrimen, non ſollicitudinis tantum. Statuitur præterea, ut privilegia moſque antiquus vim ſuam habeant. quis eſt iſte mos? quæ privilegia? iſtud doceat nos oportet Molinæus, ut intelligamus quid ex illo canone nobis probatum velit. Quid enim ſi vetus inſtitutum fuit, ut multi Epiſcopi parerent uni Metropolitano, & hic Primati, & Primas Patriarchæ Alexandrino, vel Antiocheno, qui jus diceret omnibus, omnes coerceret. An iſta juriſdictio & poteſtas ſollicitudo tantum eſt? deinde ſi privilegium erat, an non diſpar jus? Explicandum eſt igitur ei, ecquæ fuerint illa privilegia, ecquis qualiſve mos conſuetudoque majorum, ut ex eo canone nobis perſuadere aliquid poſſit. Quæ eſt igitur iſta cura & ſollicitudo? An vult hoc ſuo verbo intelligamus eam, quam Epiſcopus habet gregis, ut ejuſmodi ſit ea quam Metropolitanus Epiſcoporum, & ejus ſuperiores? Si ita, ergo non erunt Epiſcopi illis pares, niſi populares & Epiſcopi pares quoque ſint. Si ſolam quandam vigilantiam ſignificet, ut cohortationes, objurgationes, doctrinam denique ſine imperio, poteſtate ac juriſdictione, ut nec ad ſe eos evocare, vel apud eum ab aliis in jus vocari poſſit ullus Epiſcopus, neque arceri à communione, vel adminiſtratione, vel tota, vel parte, ſi nolit obtemperare, quàm vana & ocioſa res videbitur, omnibuſque communis, quaſi popularis actio apud jureconſultos? nec etiam commode poterit hanc ſollicitudinem habere Epiſcoporum abſentium. Et cum accuſabatur eo tempore quo ait Solicitudinis tantum diſcrimen inter eos fuiſſe, unus improbatæ famæ & exiſtimationis apud Metropolitanum, quid hæc ſolicitudo proderat? ſi ea vel ſimilia non poterat exequi, quæ traduntur in cap. 31. de ſymonia. & 24. de accuſationibus? ut aut referret de ea re ad concilium, vel Primatem, vel Patriarcham, aut judicaret ipſe in civili cauſa, ne toties concilium convenire cogeretur, quoties erat aliquis Epiſcopus debitor, quoties mutuam pecuniam acceperat & nolebat ſolvere, quoties commodati, depoſiti, ex empto, vendito, ex ſtipulatu à creditore erat conveniendus? ne denique hac tanta moleſtia cæteri Epiſcopi afficerentur, ob unius fraudem, dolum, vel improbitatem, quam facillimè unus Metropolitanus poterat comprimere, quorſum illa ſollicitudo ſola? Sin verò notionem intelligat, non erunt pares, quia nec magiſtratus privatus. Sed ea ſine quibus notio hæc explicari non poteſt, venient, quod Jabolenus jureconſultus ſcribit de juriſdictione omnium judicum. Et verbo notionis juriſdictio continetur, ut Vlpiano de verborum ſignificatione. lege 99. placet. pœnali quoque judicio ſecundum jus iſtud poteſtatis atque notionis: ut ſi quis nolit vocatus venire, vel cum venerit interrogatus reſpondere, uti poſſe ſcribit in titulo. Si quis jus dicenti non obtemperaverit. qua de re idem ſtatuunt Pontifices capite 5. de officio delegati: ſed apud Molinæum non valet iſtorum authoritas. Quodcunque velit verbo ſollicitudinis nobis ſignificet. Demonſtrare poſſumus non fuiſſe Epiſcoporum ipſorum inter ſe æquale jus omnium aut poteſtas priſcis temporibus, ut ne quidem unquam Primùm Epiſcopi cum Archiepiſcopis non ſunt adæquandi: hic enim totius provinciæ Epiſcopos deſignatos probabat, vel improbabat, geſtáque ab eis confirmabat, ut in illo ipſo concilio Nicæno conſtitutum eſt, capite 4. quod eſt apud Gratianum 93. diſtinctione. Concilium iſtud œcumenicum & univerſale fuit, ac primum à Conſtantino magno pacatis rebus Chriſtianis, & illa pace ut Molinæus dixit, ab eo reddita Eccleſiis. Epiſcopo verò pars tantum provinciæ Metropolitanæ, curæ erat: quæ diœceſis dicitur. Epiſcoporum probat neminem, ſed ipſe à Metropolitano probatur, ex concilio Antiocheno capite 9. quod etiam eſt à Gratiano tranſcriptum 9. quæſtione 3. eſtque hoc concilium paulò poſt Nicænum habitum circiter annum 340. intelligi poteſt ſola ne ſine poteſtate, vel juriſdictione ſollicitudo Metropolitanorum fuerit. Per ſingulas (inquit) " provincias Epiſcopos ſcire oportet, Epiſcopum Me- " tropolitanum, qui eis præeſt, curam & ſollicitudinem " totius provinciæ ſuſcepiſſe: propter quòd ad Metropo- " litanam civitatem ab his qui cauſas habent concurra- " tur. Quapropter placuit eum & honore præcellere, & " nihil ultra ſine ipſo reliquos agere Epiſcopos ſecun- " dum antiquum patrum noſtrorum canonem, niſi hoc " tantum quod unicuique Eccleſiæ, per ſuam diœceſim " competit. Unumquemque enim oportet Epiſcopum " habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ut regat & gubernet " ſecundum competentem ſingulis reverentiam, & pro- " videntiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt civi- " tate. Ita, ut etiam ordinare ei presbiteros & diaconos " probabili judicio liceat, & de ſingulis illius regionis " cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Ultra " autem nihil agere permittatur, citra Metropolitani " Epiſcopi conſcientiam, nec Metropolitanus ſine cæte- " rorum aliquid gerat concilio ſacerdotum. Concilium Calcedonenſe canone 9. quod eſt apud Grat. 11. quæſt. 1. ſtatuit, ut clericus in cauſis primum apud ſuum Epiſcopum conveniatur, Epiſcopus apud concilium provinciæ, Metropolitanus apud Primatem vel Patriarcham. Quæ de primo judicio accipiendo, quod prima inſtantia conſtitutionibus Pontificum & vulgo dicitur, intelligenda ſunt. Nam presbiteris & inferioris gradus clericis provocatio erat ab Epiſcopis vel conciliis eorum ad ſuperiora concilia, vel Metropolitanos & Primates, ut perſpici poteſt in concilio Milevitano capite 22. & 24. quod eſt etiam Africani caput 91. apud Gratianum vero 11. quæſtione 3. & 1. quæſt. 6. Atque iſta de appellationibus clericorum, tantum intelligenda ſunt: quas antè attigimus cum diceremus de Bonifacii legatis. Nam ſtatuerunt Afri illi, ne interponerentur ad tranſmarinum Romanum Pontificem: quod mirum videri non debet. Nam & ita cautum eſt Pontificiis conſtitutionibus, ne cui clerico poſt tres contra eum latas ſententias liceat appellare. ut eſt in Clementina. de ſententia & re judicata. quod neque à ſenatu vel præfectis prætorio permiſſum eſt non ſunt enim protrahendæ lites, fieret profecto hac nimia indulgentia ferocius & contumacius vulgus clericorum. Epiſcopis verò alicujus criminis reis, de quibus Afros illos nihil ſtatuiſſe diximus, aut Metropolitanis Primatibuſque condemnatis, Romanum provocandi facultas erat ex concilii Sardicenſis decreto capite 7. quod apud Gratianum eſt. 2. quæſtione 6. de quo etiam ſupra egimus. ſed & verba, ut hic ſcribamus commodum eſt. Placuit, ut ſi Epiſcopus accuſatus

Source : BIU Cujas

„ fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecerint, si „ appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri, si justum putaverit, ut renovetur judicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis omnino definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo presbiterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, vel æstimet. & si crediderit mittendos esse qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes ejus authoritatem à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. si verò crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo concilio suo judicaverit. In civilibus quoque Episcoporum ipsorum inter se causis ad Romanum erat provocatio. Ut in eodem concilio cernitur cap. 4. & apud Gratianum 6. quæstione 4. Verum superiora Justinianus planè explicat, νεαρ. διατ. ϛην. περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων κεφ. εἰδὲ ἡ παρακλητικὴ. ubi docet cum Episcopis agi apud Metropolitanum: cum Metropolitanis apud Primatem vel Patriarcham, à sententiáque Metropolitani provocationem esse ad Primatem & Patriarcham: si igitur Episcoporum Metropolita probator, institutor & judex erat, & hujus Primas vel Patriarcha, perspicuum est permultum inter se differre non sola sollicitudine, ut Molinæus sentit, nisi eam inter magistratus & privatos homines intercesse tantum putet. Atque multo minus his ab eo adnumerandus fuit Romanus Pontifex, quem omnes appellarent. Erat & hoc proprium Metropolitæ, ut colligeret concilium Episcoporum omnium suæ provinciæ bis quot annis, ut Antiochensi cap. 20. constitutum est, quod Gratiani distinctione 18. continetur. in qua corrupta legimus hæc verba, *nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine Metropolitanorum, & Episcoporum conscientia & consensu facere*: quibus & de omnibus causis constat permissum judicium. legendum enim est, *sine Metropolitanorum Episcoporum conscientia*: atque ita delenda particula &, ut intelligamus soli Metropolitano statuto canonibus tempore jus fuisse convocandi concilij Episcoporum. quod etiam ex concilio Agathensi apud Gratianum 15. distinctone. relatum est. Eamque particulam concilij decreta, unde istud à Gratiano exscriptum est, non habent. Admonendi tamen sumus illis ipsis verbis, quibus prohibentur Episcopi ne apud semetipsos concilia celebrent, sine Metropolitani permissu, eos non impediri, quominus suapte authoritate inconsultis Metropolitis possint habere concilium suæ diœceseos curionum, & abbatum, qui ea lege tenentur quam diœcesanam, vel jurisdictionis Pontifices appellant in constitutione 16. & 18. de officio ordinarij. Nec enim in his desideranda voluntas est Metropolitæ, ut in primo concilio Aurelianensi canone 21. cernitur, quem refert Gratianus 18. quæstione 2. Nec illa ipsa quidem verba Græci decreti Antiochensis repugnant: sunt autem hæc:

Μὴ ἐξεῖναι δὲ πινὶ κατ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι σύνοδον, τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις. Si ita vertamus videbitur dilucidius: nec verò ullis licere per se convocare concilia sine his quibus creditæ sint Metropoles, id est Metropolitanis. Et istud κατ' ἑαυτὸν malumus interpretari non apud seipsos, ut supra ex Gratiano dictum est. sed per seipsos, vel suapte authoritate, ut illud Aristotelicum καθ' αὑτὸ ἢ κατὰ συμβεβηκὸς cum passim, tum maxime in Analyticis posterioribus: possunt enim Episcopi apud se concilia suorum celebrare. Sit ergo hæc summa eorum, quæ à nobis dicta sunt, Episcopos, Metropolitas, Primates disparis ante fuisse honoris, authoritatis, jurisdictionis, amplitudinis, præfecturæ denique & potestatis, annis ab hinc amplius mille. posteriora tempora demonstratione non egent. concilium enim Nicænum, quod œcumenicorum primum est, cojit anno Christi 324. ut scribit Eusebius Cæsariensis, quem Hieronymus in cathalogo ait tum vixisse, & subscriptio ejus eum in concilio adfuisse testatur. Sardicense anno 349. ut nobis à magno Aurelio consulum, quibus convenit, descripta ratio indicat. Et paulò ante id tempus Antiochense convenit. Calcedonense verò anno 444. ut scriptum est in eo libello Græco qui inscribitur διήγησις περὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων. Quamquam Marianus Scotus nono pòst anno habitum scribit: Sed consulum ratio ex Aurelio Magno ei consentire videtur. Valentiniano enim septimum & Avieno consulibus concilium convenit: ut exordium ejus docet. Justinianus anno 557. Imperij verò sui octavo & trigesimo mortem obiisse traditur, à Græco illo authore, cujus nomen ignoratur, quíque subtexi solet Eutropio & Paulo Diacono. Eum ne hac longiore periphrasi sæpius posthac uti cogar, Tharasium appellabo, quòd in Constantino Leonis Iconomachi filio se comitem ait fuisse Tharasij Patriarchæ Constantinopolitani anno 790. scripsit autem suæ ætatis penè omnia. Hos antiquissimos quærere cogimur, quia Molinæus non omnes testes admittit: nam si recentiores proferremus, posset fortasse eis non credere. veremur etiam ne ut solet de nonnullis dicat, in gratiam Pontificum propter eorum potentiam scripsisse. Nos ut intelligat hanc causam nullo prorsus recentiorum testimonio egere, magnopere etiam ab eo petimus, ne ullam quidem fidem eis adhibeat: hócque sit commune utriusque nostrum. Nam de his rebus, ut paululum de cursu digredientes, hoc loco aliquid dicamus (utile istud post fuerit) permagni interest, quibus testibus utamur, cum in rebus forensibus & privatis, ut in libris de testibus jurisconsulti docent, tum in his maxime, quæ publicam habent causam. Si quis enim perspicere velit, quanta sit facta historiæ veteris commutatio, quantáque ad veteres scriptores mendacij accessio, à recentioribus quibusdam, qui vel nostra memoria, vel paulo ante scripserunt (quod de omnibus dictum nolim, id enim procacitatis est, cum sint integerrimi viri, qui fidelissime ab aliis tradita commemorant) planè intelliget quanti referat delectum habere scriptorum: atque curis vacuo & otioso homini ampliſſima quam tractet, & in qua versetur suberit materia ad notandam hujusmodi hominum impudentiam collatis veterum monumentis. Et cum in historia nihil magis desiderandum sit, quàm fides, isti sibi credi volunt, in rebus ante eos gestis, seculis (ut ita dicam, innumerabilibus, cum tamen ipsis in rebus privatis vix crediderimus. Quare nullo testimonio probata nobis tradunt, ne forsitan deprehendantur. Atque priscis authoribus hanc faciunt injuriam, quia suo dicendi genere, quod elegantius & splendidius est, eorum memoriam delere contendunt, qui ut nec ætas ferebat, non satis culta, usi sunt oratione. per hos tamen proficiunt, ab iisque capiunt argumentum, quod flore orationis suæ amplius dilatant, quàm oporteat. omnes fidem quærimus in historia non elegantiam quamquam utraque res sit expetenda. Verùm eò præstantiores sunt illi veteres quàm isti, quòd per se ipsa eorum orationes ipsorum memoria gestas continens, fidem habet sine ornatu, quem nec calamitate temporis adhibere potuerunt, istorum autem scripta ornatum quidem, fidem verò nullam, quàm tamen, testimonio adhibito potuerunt non solum facilè adjungere, sed etiam sine injuria eorum à quibus acceperunt, non potuerunt prætermittere: nec enim præter id quòd Græci τὸν πρεπὸν appellant, in historia fingere licet. Quare in rebus antiquissimis non magis credi eis sine teste nos oportere semper judicavimus, quàm si nobis somnium narrent vel fictam gigantum historiam, quæ

Source : BIU Cujas

verisimile aliquid continet. Sed esset istud levius, nisi multa ab eis admixta essent, quæ posteritas illustri eorum, & suaviori oratione delinita magis amplectetur. Elapsis enim è manibus sensimque ita interciis priscis illis monumentis, vix habebit quis, quibus possit non temere credere. Fuit certe Hebræorum, Ægyptiorum, & Caldæorum id scribendæ historiæ studium, ea diligentia, ea laus, ut publicum, sacrum, divinúmque hoc munus semper ducerent, tantum integerrimis dignum optimísque viris: nam solis sacerdotibus & Prophetis permissum erat res gestas literis mandare, nec supra quidem scribentis memoriam. & ea monumenta publica erant, asservabantúrque diligentissime, & sanctissime, ut initio docet Josephus contra Græcos & Manethonem scribens. quod etiam ex bibliis sacrosanctis intelligi potest. Fuit quoque is Persarum Regum mos, ut caput secundum libri tertij Esdræ indicat. De Romanis verò ita scribit Antonius apud Ciceronem libro secundo de Oratore. Erat historia, inquit, nihil aliud nisi annalium confectio, cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, usque ad P. Mutium Pontificem Max. res omnes mandabat literis Pontifex maximus, efferebátque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo agnoscendi, qui etiam nunc Annales maximi nominantur. Quapropter si prisci illi omne monumentum historiæ suæ in quamoptimis viris & sanctissimis positum esse volebant, quanto magis nos oporteat in tot tantísque factionibus hominum Christianorum id primum curare, ut lectissimos quosque rerum gestarum habeamus scriptores? propter quorum ætatem, qua res gerebantur, fidem & gravitatem certius sit testimonium. Hæcque deinceps in his rebus nobis cum Molinæo communis, & prima lex sit, ne posterioribus & recentioribus cum antiquissima nobis contexunt, nisi citatis testibus credamus. Id enim æquum videtur. Nam cum longissimi absint à seculis illis, si quid præter illos vetustissimos authores scribunt, pro studio quisque suo & affectu animi, id faciat necesse est. Styli quidem elegantiam dicendíque, atque amplificandi facultatem non coerceamus, sed sinamus valere, & ad illam exercitationem omnes quibus datur ocium hortemur potius: veritatem verò semper illa lege integram præcipiamus conservari. nos quidem hanc sanctissime servaturos spondemus Molinæo. Et laudamus maxime in eo vetustatis studium, eúmque etiam atque etiam rogamus, ut plurimum in hac præsertim causa antiquissimorum valeat authoritas. quod si fecerit, nullus sane, ut spero, nobis cum eo relinquetur certaminis locus. Vidit jam quanta incrementa attulerint posteriores constitutioni Phocæ. cum enim ex epistolis Gregorij, quæ eam ipsam causam & controversiam continent, exploratum sit de nomine tantum & subscriptione universalis expostulatum fuisse à Romanis cum Constantinopolitano: ídque Diaconus illi ætati proximus dicat, & Sigibertus qui scripsit anno 1110. iisdem pene verbis quibus Diaconus, ad illa pòst Platinam uberiori stylo rem amplificans adjecit gravissimam dimicationem, & quasi forensem Phocæ sententiam. Est tamen secutus Diaconum annis 700. ab hinc verò non amplius ferme sexaginta scripsit. Deinde nonnulli post eum, qui centones rerum gestarum nobis conficiunt, ab eo capientes argumentum, sic rem verbis accendunt, ut amplissimum hoc sacerdotium Phocæ sententiæ acceptum referendum judices. quasi verò Galli, Germani, Hispani, Britanni, qui tum non parebant Constantinopolitanis, vel Phocæ, ratam habuissent eam sententiam colebant tamen Pontificem semper persuasi eum esse maximum, ut demonstrabitur. Multa præterea id genus alia post proponentur quæ planè docebunt verum id esse, quod Adrianum Imperatorem dixisse Callistratus jurisconsultus de testibus commemorat, credendum esse testibus non testimoniis. Quæ omnia impulerunt nos, ut de hisce rebus hic longiori uteremur oratione. Sed nunc ad rem revertamur. Expositum igitur est, quàm inter se dispares fuerint Episcopi, Metropolitæ, Primates & Patriarchæ non solicitudine modo, verumetiam aliis multis rebus ipso Nicæni concilij tempore, vel non ita multò post illam pacem Constantini. Tertio enim anno ab ea Nicænum concilium convenit, Eusebio teste. Percontemur ex Molinæo nunc, quid ante concilium & Constantinum, erátne ea vel tanta differentia? prorsus nullam dicet, nullúmque Metropolitanum fuisse, ait enim, Pace sub Constantino primo reddita Ecclesiis cœperunt Metropolitani institui. Etiámne id caret testibus? produc nobis vir egregie aliquem? nullum sane posses. Nicænum illud mentionem quidem Metropolitanorum sæpe facit, non instituit autem eos, sed significat antè fuisse eo canone sexto, de quo sæpissime diximus. Mos antiquus, inquit, servetur in Ægypto, Lybia & Pentapoli, ut omnium Alexandrinus habeat potestatem, & ne Episcopi sine Metropolitanorum voluntate constituantur. Non ergo tum recens erat mos ille, si antiquus: si quidem antiqua intelligantur, quæ centum annorum sunt, consentiente omnium jurisperitorum authoritate, ut Jason affirmat, ad penultimam legem Justiniani de jure deliberandi. & cumulatissime in concilio suo 81. libri primi, ne ego alios percensendo quenquam molestia afficiam. Qua de re, & tu Molinæe, multa in commentariis tuis in instituta & mores hujus celeberrimæ urbis Parisiorum in titulo primo, numero 63. paragraphi quinti. Non sunt igitur in rempub. Christianam inducti primùm Metropolitani, vel superiores hoc Constantino juvante res nostras. Sed ad incunabula propemodum Christianæ reipublicæ ista potius referenda sunt. Nam Clemens in epistola ad fratrem Domini, scribit Petrum illud in primis jussisse, ut mitterentur in Galliam, Hispaniam, Germaniam, Italiam, omnésque nationes, & populos ad eos erudiendos, viri doctrina & religione præstantes. Deinde adnectit quod à Gratiano transcriptum est, 80. distinctione. In illis civitatibus, inquit, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant, Episcoporum primates, vel Patriarchas, beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & majora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores esse tenebant, quàm memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit: singulis vero civitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabula sortirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio: sed unus præfuit omnibus. Epistola aliter quàm Gratian. hic, posteriora illa verba habet. In singulis (inquit) reliquis civitatibus singulos & non binos, vel ternos constitui Episcopos, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine (quia matres civitatum tenent) sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos, par fuit institutio: sed unus omnibus præfuit. Hujus Clementis meminit Pau. in ep. ad Philip. 4. Anacl. Petri discipulus, & ut de se ipse testatur Clementis successor, in epi. 2. & apud Grat. 99. ait, provinciarum veterem divisionem, quæ ante adventum Christi fuerat, & amplitudinem civitatum jussu Petri servatam esse in constituendis Episcopis, Metropolitis & Primatibus. Illud certum est, ut id paulò altius repetamus: Deinde ad istud Clementis & Anacleti descendemus, non solum Lucium Syllam, ut narrat Cice. pro Flacco, civitates Asiæ pro proportione in provincias descripsisse, sed etiam Augustum, & plerosque alios imperatores, & ante eos populum Romanum ut ex Sexto Rufo intelligi potest. & des-

Source : BIU Cujas

criptionem Augusti attingit Strabo. li. 17. & Pli. lib. 5. Id autem fiebat, vel ad vectigalium commodiorem rationem, vel in judiciis exercendis ad provincialium sublevandam molestiam, cum facile princeps adiri longissimo locorum intervallo non posset, ut in Gallia videmus, in his locis, in quibus senatus consessus aliquis est, quod Parlamentum dicitur. Mutatus autem est sæpenumero provinciarum modus & forma, ut Plinius testatur in eo ipso libro tertio, secundo, & quarto capite, ubi istud quoque docet, quod est ad rem nostram accommodatissimum, provincias distribui in conventus: ut universa citerior Hispania in conventus septem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum & Clunienſem, & quos deinceps enumerat. Conventum autem appellat primariam illam civitatem, quo conveniebant judicij accipiendi causa multæ aliæ civitates, gentes, & populi. ut enim provincia in conventus multos dividebatur: ita conventus in plures populos, & populus quisque, & gens in plura oppida & civitates ignobiliores. de Tarraconenſi conventu ita ait, Tarraconem disceptabant 44. populi: de Lucensi, Lucensis conventus 16. populorum est: de Cordubensi, qui ulterioris Hispaniæ provinciæ erat, Qui Lusitaniam, inquit, accolunt jura Cordubam petant. De populis verò, quibus alij inferiores erant & parebant. In eum conventum (inquit) Carietes & Vienenses quinque civitatibus vadunt: in conventum Clunienſem Varduli ducunt populos 14. Arevasci sex oppida, junguntur his Asturum 12. populi. Erant ergo in provinciis civitates primæ & maximæ, ac principatum tenentes, in quibus conventus, ut in propositis exemplis, Corduba & Tarraco: erant & aliæ inferiores, quas caput cujusque populi, qui ad illas confluebat, Plinius in eo ipso libro appellat, dum Alpium populos explicat: Eugornorum (inquit) quorum oppida 34. caput Stonos. Et in Narbonensi provincia, Vocontiorum fœderatæ civitatis duo capita, Vasco & Lucus Augusti: oppida vero ignobiliora 20. sicut 24. Nemausensibus attributa. quo in loco civitatis nomine, non urbs una tantum accipienda est, sed multi populi consociati, quod Ciceroni & Cæsari usitatum. Atque hoc discrimen civitatum fuisse Modestinus in lege sexta. de excusationibus tutorum. ex epistola Antonini Pij ostendit, ut maximæ majores & minores dicerentur. Ex quibus tametsi Metropoles illæ potissimum nominabantur (ut etymologia ipsa indicat) unde coloniæ erant deductæ: Erantque coloniæ quasi propagines & soboles: Metropoles verò quasi matres, ut antè nos docuit Clemens, ἀπὸ τῆς μήτρας καὶ πόλεως, non à mensura, ut Isidorus interpretatur 21. distinctione. apud Gratianum, qua in re à plerisque doctis jure reprehenditur. tamen aliæ civitates in unaquaque provincia maximæ & majores, quæque caput gentis alicujus & populi erant, Metropoles dicebantur: si jus istud & nomen imperatoris beneficio erant consecutæ. quod Theodosius Imperator de Metropoli Beryto demonstrat. Berytus inquit, habeat Metropolitanam dignitatem, tyro nihil de jure suo derogatur: sit illa mater provinciæ nostrorum majorum beneficio, hæc nostro, ut utraque simili dignitate perfruatur. Quocirca nisi etymon repugnasset, non sentiebat omnino malè ille Isidorus, qui Metropoles à mensura dici putavit, si pro mensura descriptos fines Metropolitanarum civitatum intellexit. Metropoles gentium inter maximas civitates numerantur à Modestino, in eo loco, de excusationibus tutorum. Nam postquam decem medicis in civitatibus amplissimis, immunitatem concedi docuit, & septem in majoribus, quatuor verò in minoribus, istud infert. εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μείζονι ἀριθμῷ χρήσασθαι τὰς μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, par autem est, inquit, maximo numero uti Metropoles gentium. Itaque quæ celeberrimæ apud Ethnicos, maximæ primæque in provinciis civitates erant, in his præficiebantur novæ reipublicæ, novóque populo Christiano Episcopi, qui non solum Metropolitani dicebantur, sed etiam primates. In aliis autem majoribus, quæ caput tamen gentis alicujus erant atque Metropoles, vel à deducta colonia, vel imperatorum voluntate, Episcopi qui præerant, Archiepiscopi, vel Metropolitani nominabantur. Minorum verò civitatum erant tantum Episcopi, qui parebant Metropolitanis, ut Metropolitani Primatibus. Sicque ante ethnica præfectura se habebat. Moses quoque jussit Hebræis, ut postquam potiti essent regno Chananæorum, in pulcherrimo loco conderent urbem, quo convenirent reliquarum civitatum populi religionis causa, ter quotannis, ut scribit Josephus in politia: hæc erat maxima & præstantissima omnium. Clemens igitur & Anacletus dixerunt, pro modo provinciarum, civitatúmque, quæ Ethnici erant antè nominis. Petrum jussisse, ut hæc hierarchia, & discrimina Episcoporum constituerentur, augescente & convalescente in dies Christianorum numero. Nec verò quis nobis objiciat hanc rationem neque ubíque neque perperam videri. Nam multæ cum rerum omnium, tum provinciarum mutationes factæ sunt, ut Plinius ante dixit. & descriptio Hispaniæ ab eo tradita, ac à nobis exempli causa jam proposita ab illa omnino discrepat, quam annis post trecentis literis mandavit Sextus Rufus ad Valentinianum scribens. Fuit tamen in quibusdam provinciis forma vetus post multa secula retenta. Nam in Africa, quot provincias Rufus primùm ea devicta à populo Romano fuisse scribit (quas hic enumerare non est necesse) totidem una excepta à concilio Africano numerantur Primates. & Justinianus de officio præfecti prætorio Africæ. narrat se Vandalis, qui diu Africam vastarant expulsis, eam ipsam divisionem renovasse & adjecisse Sardiniam. Sed nos ista curiosius conquirere videbimur: nec enim Molinæus fortasse negat provincias ab Ethnicis divisas, aut Metropoles primásque civitates constitutas ante Constantinum: sed hanc Hierarchiam, háncque differentiam Episcoporum ipsorum inter se, non prius, dicet esse natam: quàm compositis à Constantino Christianorum rebus. Nos quidem jam ostendimus primùm ex verbis concilij Nicæni, antiquam ante Constantinum fuisse consuetudinem. Deinde ex epistola Clementis institutum istud à Petro profectum. Postremò probabile id esse, quod in Africa in concilio Africano (quod tantopere à primatu abhorrere jampridem nobis dicebat Molinæus) in primatibus Africæ vetustissima divisio vigere cerneretur. in quo etiam & 20. capite. Carthaginensis Primas omnium Afrorum Primatum maximus fuisse intelligitur, qui vulgo dici solet Primas Primatum. & quamquam hoc concilium aliquanto post Nicænum est habitum, tamen cum dicat eam semper fuisse potestatem illius Carthaginensis, non recens tum aut novum institutum fuisse videtur. Ait enim Aurelius Carthaginensis Episcopus, Ego cunctarum Ecclesiarum, ut scitis fratres, solicitudinem sustineo. Fuit semper hæc licentia huic sedi ut unde vellet, ut de cujus nomine fuisset conventui pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinare Episcopum. Polycrates Episcopus Ephesi centum annis ante Constantinum, primatum in Asia habere dicebatur, & Palmeas Ponticæ provinciæ, ut ait Eusebius libro quinto. capite 23. & 24. Ephesis autem Metropolis erat, teste Strabone, libro 14. qui Augusto Imperatore floruit, & teste Ulpiano de officio proconsulis. Proconsuli inquit, necessitatem impositam per mare Asiam applicare, ἢ τῶν μητροπόλεων primam attingere. Longius igitur quàm ad Constantini ætatem, & quàm Molinæus putavit, respicere oportet originem Metropolitanorum Primatum & Patriarcharum investigare cupientem.

19. Ante quidem Molinæus hanc factam institutionem dixit post Constantinum: à quo verò dubitare

» poteramus, id nunc explicat & ait: Adhuc ſedes il-
» læ Primatum vel Archiepiſcoporum, arbitrio Prin-
» cipum conſtituebantur, ut patet in conciliis Calce-
» donenſibus & Africanis: ut manifeſtum ſit non divi-
» nam & immutabilem, ſed polyticam fuiſſe inſtitu-
» tionem, ab hominibus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ com-
» modius curandæ cauſa inventam. Legimus ſane con-
cilia Africana quotquot in manus noſtras venerunt,
perlegimus diligentius quàm ſæpe antea ſeptem Car-
thaginenſia, quæ Africana ſunt, & aliud unum ab
illis ſeparatum, quod Africani nomen habet: & Mi-
levitanum, quod Africanum etiam eſt. Et nihil tale
competimus, ne quidem quod ad ſenſum ullum eo-
rum quæ hic ſcripſit Molinæus, ulla ex parte accom-
modari poſſit. Tantum fidem, opem, & vires Impe-
ratorum implorandas decernunt contra Donatiſtas &
hæreticos. At Molinæo potius obſunt, nam ejus Car-
» thaginenſis tertii canone nono ita ſancitum eſt. Quiſ-
» quis Epiſcoporum, preſbyterorum, & Diaconorum
» ſeu Clericorum, cum in Eccleſia ei crimen fuerit in-
» tentatum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi dere-
» licto Eccleſiaſtico judice publicis judiciis purgari vo-
» luerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, lo-
» cum ſuum amittat, & hoc in criminali actione. in
» civili verò perdat quod evicit, ſi locum ſuum obti-
» nere maluerit: ſi quidem ad eligendos judices ſibi de
» Eccleſiæ conſortio dubitat, vileque Eccleſiæ conſor-
» tium judicat, qui de univerſa Eccleſia male ſentien-
» do, de judicio ſeculari poſſet auxilium: cum priva-
» torum cauſas Apoſtolus etiam ad Eccleſiam deferri,
» atque ibi determinari præcipiat. Eſt iſtud relatum
apud Gratianum 11. quæſtione prima. Si iſta in judiciis
& litibus, quæ non tam ſtatum Eccleſiaſticum, ſuo-
rumque ordinem reſpiciunt, ita graviter & ſevere
patres iſti, quid conjiciendum feciſſent de ipſa
hierarchia, vel ſedibus conditis, ut ait Molinæus,
arbitrio Imperatorum? Cùm ne creationes quidem
Epiſcoporum ab eis factas pateretur Apoſtolorum ca-
non 29. Quare in re pervetuſta, & his teſtibus Afris
caret, & conjectura defendi non poteſt hæc Molinæi
ſententia: iſtud Carthaginenſe, quo nullum eſt cele-
brius, coiit anno 416. ut ratio conſulum docet. In
Calcedonenſe verò nullos legimus inſtitutos ab eis
Primates aut Metropolitanos, nullos Epiſcopos,
nullam ſedem eorum. Sed cum Nicænam civitatem
Valentinianus & Valens, jure Metropolitico donaſ-
ſent, ut Berytum Theodoſius, quod ſupra dictum
eſt, Epiſcopus Nicænus ſibi arrogare voluit Metro-
politanam dignitatem. A concilio tamen Calcedo-
nenſi actione 13. conſtitutum eſt, ne Nicænus Epiſ-
copus Metropoliticum jus haberet, ſed pareret, ut
antea Nicomedienſi Metropolitano? priſtinam quo-
que poteſtatem creandorum Epiſcoporum Nicome-
dienſis retineret nihilque decederet ei de jure Me-
tropolitico. Hic enim canon eſt, inquit concilium,
» ut in una quaque provincia Metropolitanus habeat
» poteſtatem, & ipſe conſtituat omnes, qui in ea
» provincia ſunt Epiſcopos. Et Nicomedienſem, quo-
» niam initio Metropolis eſt, oportet omnes Epiſco-
» pos in eadem ordinare provincia. Illud verò benefi-
cium à Valentiniano & Valente in civitatem illam
collatum, ad civilia tantum munera & privilegia
pertinere voluerunt. Metropoleon enim erat immu-
nitates quædam (ut ex Modeſtino antè intelleximus)
ad ſacra verò minime, quòd canonibus illud adver-
ſaretur. Sed tamen quoniam Nicæa ita nuper facta
eſſet Metropolis, concilio placuit, ut Nicænus cæ-
teros ejuſdem provinciæ Epiſcopos honore tantum
» præcederet, non poteſtate. Authoritatem, inquit
» Metropolitanæ provinciæ Bithyniæ, inter Eccleſias
» Nicomedienſes, reverendus habeat Epiſcopus, Ni-
» cæno habente honorem Metropolitani tantummo-
» do, ſubjacente autem ad exemplum aliorum provin-
» ciæ Epiſcoporum Nicomedienſi. Et ne quid ejuſmodi
in poſterum accideret, ita ſtatuerunt, canone 12. «
Pervenit (inquit, ad nos, quod quidam præter Eccle- «
ſiaſtica ſtatuta facientes, convolarunt ad poteſtates, «
& per pragmaticam formam in duo unam provin- «
ciam diviſerunt, ita, ut ex hoc facta duo Metropoli- «
tani eſſe videantur in una provincia. Statuit ergo ſan- «
cta ſynodus, de reliquo nihil ab Epiſcopis tale ten- «
tari: alioqui, qui hoc adniſus fuerit amiſſioni gra- «
dus proprii ſubjacebit. Quæcunque verò civitates, «
jam litteris imperialibus Metropolitani nominis ho- «
nore ſubnixæ ſunt, honore tantummodo perfruan- «
tur: & qui Eccleſiam ejus gubernat Epiſcopus, ſal- «
vis ſcilicet veræ Metropoli privilegiis ſuis. Ita ſe ha- «
bet recentior interpretatio, Gratianus verò paulò
aliter tranſcripſit 101. diſtinctione. nec verba iſta
poſteriora adjecit. Placet iſtud adnotare his duobus
modis, Metropolitanum intelligi honore & pote-
ſtate. itaque ſancti Patres afficiebant Imperatores,
Reges, Principeſque ſummo honore & jubebant af-
fici: quod etiam æquiſſimum eſt: ſunt enim Diaconi
& miniſtri Dei gladio utentes, vindices ſcelerum,
defenſores ipſorum Epiſcoporum, & totius Reipu-
blicæ, ut Paulus docet Romanos. cap. 13. & de
eorum ſplendore & majeſtate copioſius dicemus. Ta-
men in rebus ſacris & pertinentibus ad eorum ordi-
nem, non patiebantur ab eis quicquam ſtatui, quod
diſcreparet à ſacris canonibus. Cum in eo concilio
Chalcedonenſi Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus
hæreſeos accuſatus, poſtularet adeſſe Imperatorem
& judices actione tertia. ſic reſponſum eſt, Quando
quædam regularia examinantur, nec judices, nec
alios laicos intereſſe oportet. Et actione prima. cum
contra ſanam orthodoxamque religionem ſcripſiſſe
argueretur, hancque culpam ad vim terroremque
Imperatoris transferret, repente ab univerſo con-
cilio conclamatum eſt. Catholicus fortis & infra-
ctus animus terretur nunquam, Catholicus formi-
dat neminem, abjectis & infidis formido eſt poſita.
Jam nullos haberemus martyres, ſi ut tu, ita om-
nes minis, ferro, igni, carnificinæque ceſſiſſent, in
ratione muneris ſui parvi faciebant potentiam, quod
ſcirent ſe legatos eſſe & Apoſtolos Dei optimi ma-
ximi. ipſam legationem ab eo æterno numine, ſum-
mo rectore, & domino, principeque omnium, non
ab Imperatoribus accepiſſe. Itaque eam ſanctam, id
eſt inviolatam conſervabant. Sciebant ſe à ſecretis
eſſe illius conditoris rerum omnium. Sic nos æſtimet
homo, inquit Paulus, in epiſtola priori ad Co-
rinth. capite 4. ut miniſtros Chriſti, œconomoſque
myſteriorum & arcanorum Dei. Sciebant ſe eſſe Ec-
phandores, hoc eſt vates interpreteſque divûm. ἐκ-
φαντῶρες enim à Dionyſio Areopagita de cæleſti hie-
rarchia appellantur. Et διαπορθμεύοντες, quaſi cadu-
ceatores, nuncii, vel duces itineris, qui deducant
nos, ex his terris ad altiſſimum illud domicilium.
Quamobrem eos ſcribit Angelos eſſe nominatos à ve-
teri Theologia. Principes verò incolumitatis ſempi-
ternæ ſtudioſos, ut omnes homines hac ſua opera
& ductu egere: à ſacris ſacrum ordinem conſtituen-
dum eſſe, ut à profanis profanum. intelligebant ip-
ſos Imperatores toto conatu, totiſque viribus num-
quam efficere potuiſſe, ut in ethnicam eorum rem-
publicam non dicam perducerent, ſed detruderent; ſe
verò in Chriſtianam eos pertraxiſſe.

Quare nec ab eis quaſi exteris & advenis labefa-
ctandum aut immutandum priſtinum ſtatum ejus rei-
publicæ, in quam excepti eſſent. Quocirca credibile
eſt priſcos illos Nicæni concilii patres, cum vide-
rent Conſtantinum magnum Chriſtianiſmum am-
plecti, tanquam è ſpecula proſpexiſſe, non defutu-
ros pòſt moleſtiſſimos homines & Epiſcopos, qui
vehementiori efflagitatione apud Imperatores pertur-
bare contenderent ordines Eccleſiaſticos, olim &
principio conſtitutos. Atque iſtud antevertiſſe edito

Source : BIU Cujas

canone illo sexto, de quo multus nobis fuit sermo, ne mos antiquus institutaque majorum violarentur, ut nunc quoque Calcedonenses. Ante Constantinum enim nobis Barbari erant Imperatores infensique Christiano nomini, quod delere nitebantur, non rebus Christianis consulere, aut certe contemnebant, ut Trajanum in epistolis Plinii legimus. & apud Suetonium in Claudio. cap. 25. & in Nerone 16. & apud Tacitum libro 15 Christiani misere afflicti narrantur. Quare habet Molinæus sibi adversa concilia Africana & Calcedonense. Id quidem certum est (ne istud quenquam moveat) Imperatorem Martianum indixisse Calcedonense concilium rogatu hortatuque Leonis primi Romani Pontificis, ut ex epistolis ejus satis intelligi potest: deflagrabat enim tum universus Oriens hæresum incendio. Concilio tamen præfuerunt Legati Pontificis Romani, adfuitque Martianus & judices præposuit. non ut de rebus quicquam decerneret ipse, vel judices: sed ut decreta ipsius cœtus & concionis Episcoporum exciperent, mandarentque scriptis, quò postea contentiones populares sedarentur sanctionibus, & edictis promulgatis. Quod etiam profitetur Martianus actione sexta. & apud Gratianum 96. distinctione. Nos » ad fidem, inquit, confirmandam, non ad potentiam » ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus, ut veritate inventa » non ultra multitudo pronis doctrinis attracta discordet. Postquam verò ad unum omnes Episcopi consensissent, definita à Nicæno concilio servanda esse, tulit pœna adjecta leges, quæ transcriptæ sunt à Justiniano » de summa Trinitate. & de hæreticis. ut nullus idiota, » vel militaris vir, vel clericus de fide publicè disputet. Magnus quoque Constantinus convocavit concilium Nicænum, suppeditabatque necessaria: de causis Episcoporum professus est sibi fas non esse jus dicere, cum in confessu concilii ei libelli accusatorii dati essent, ut scribit Sozomenus tripartitæ historiæ libro secundo capite 2. Sed Molinæum fortasse memoria fefellit, quòd sint alia forsitan concilia, quæ sententiam suam confirment. Istud videamus. Cùm quatuor sint œcumenica concilia sanctissima, quæ qui respuit explodendus est, inquit, Gregorius Magnus apud Gratianum 15. distinctione. & quorum doctrinam, tanquam scripta divina: canones verò tanquam leges amplecti se Justinianus ait τέαρ διατ. ρλα. & in suo Codice de summa Trinitate. primum Nicænum est, quod ita sæpe nos docuit, Alexandrini Primatum amplitudinemque, & Antiocheni, ac Hierosolymitani, ex veteri instituto, non Imperatorum beneficio emanasse, ut molestum sit illud repetere, aut sæpius demonstrare Primatum Constantinopolitano post Romanum à concilio Constantinopolitano, quod secundum est, decretum fuisse. Ephesinum verò tertium est, quod cum Nestorianam tantum hæresim damnet, de hierarchia & ordinibus Ecclesiasticis nihil statuit. Ex Calchedonensi verò, quod quartum est, paulo ante didicimus Imperatorum non esse de his rebus quicquam decernere. Quatuor ergo sedes Patriarcharum non sunt conditæ ab Imperatoribus, neque earum amplificati fines: sed vel à Pontificibus, ut Clemens dixit, vel à conciliis. Nam Calchedonensi decreto actione septima: (quod antè obliti sumus dicere) Antiochensi attributæ sunt duæ Phœniceæ & Arabia: Hierosolymitano tres Palestinæ. Actione vero tertia. Constantinopolitano concessa est constitutio & creatio Metropolitanorum Asiæ, Ponti, & Thraciæ. De inferioribus verò præfecturis Primatum, Metropolitanorum & Episcoporum non ostendit nobis ex ullis monumentis Molinæus quicquam, ex quo de ea re, ne dicam aliquid certi habere, sed ne conjicere quidem, aut jure suspicari possimus. Quinetiam ante accepimus à concilio Taurinatensi Primatum Massilienси cuidam concessum esse. Sed jam peropportunum est, ut eum rogatum velimus, dicat nobis, quibus rebus adductus hæc Imperatoribus potius accepta referri velit, quàm vel Petro, Apostolis, Pontificibus, vel conciliis, Patriarchisque quorum erat ista potestas, quorum omnis cura hujus status & ordinis sacri, quorum Apostolatus, & Episcopatus hierarchiæ partes primæ sunt? Requiramus & istud quod jampridem fecimus, quodque causæ nostræ proprium est, cur illis Patriarchis in conciliis legimus datam potestatem & descriptos fines, de Romano verò nusquam istud apparet: sed actione tertia in relatione concilium Calcedonense ad Romanum refert, ad molestiam ejus levandam se Constantinopolitano adjecisse Asiæ quasdam provincias, rogantque ut comprobet. In Nicæni illo sexto canone Alexandrino & Antiocheno exemplum Romani, ut vidimus, proponitur. quia, inquit, hoc consuevit Romanus. In Constantinopolitano exemplum Romani proponitur. post Romanum, inquit, Constantinopolitanus habeat Primatus honorem. Audet tamen Molinæus Romanum adjungere Metropolitanorum hierarchiæ, quam arbitrio Principum constitutam politicamque esse dicit: cujus rei confirmandæ causa nobis protulit concilia illa, quæ longe ab eo intelleximus dissentire. Quamobrem id videmur jam assecuti, ut prudenter consuluisse judicemus Epicharmum philosophum, qui nervos atque artus sapientiæ esse dicebat, non temere credere: neque his in rebus posthac cuiquam prius assentiamur, quàm testimonia quæ nobis proferet, primum audita aut perlecta, planeque intellecta sint. deinde qui, qualesve testes sint diligenter perpendamus, nec enim omnibus credere prudentiæ est.

Sed jam necesse est, ut harum rerum initia longius petamus, quò plane intelligere possimus quomodo & quando tota ipsa hierarchia nata sit, quomodo adoleverit, sit ne causa ejus humana, possitne vel imminui, vel tota deleri. Nam Molinæus id sentire videtur. ait enim eam humanam esse & mutabilem. Et qui Primatum negat, hierarchiam negat. Quare nostra interest de hac re disserere: postquam hanc defensionem Primatus suscepimus. An verò politica institutio sit, ut ait, alio loco commodius dicetur. Nunc intelligemus etiam antiquissimum statum Ecclesiæ, totiusque reipublicæ Christianæ, & an sibi hac nostra ætate novas Ecclesias nonnulli effingant. Primum illud satis exploratum est, à Christo duo ordines cepisse, Apostolorum duodecim, & septuaginta discipulorum, ut apud Lucam scriptum extat cap. 6. & 10. Reliqua multitudo credentium nomen habebat, Actorum. cap. secundo. nam ut eo in loco traditur, Omnes credentes unà erant, habebant omnia communia, possessiones & facultates vendebant, erogabant omnibus, ut cuique opus erat. & quarto capite. Multitudinis credentium unum erat cor & animus, passimque in evangeliis credentium nomine appellantur, unde fidei verbum. Postea nacti sunt Christianorum cognomentum Antiochiæ primum, ut scriptum est Actorum 11. & fratres etiam dicebantur Actorum 11. & passim, atque in epist. Pauli. Principio ergo in hac nova republica, à Christo duo illi ordines constituti sunt. Deinde ab Apostolis adjectus est tertius Diaconorum, qui ministrabant mensis. cum enim in hanc rempublicam quis veniret, suarum rerum venditarum pretium ad Apostolos perferebat, ex eo tanquam ærario alebantur Christiani omnes, quasi in prytaneo victus quotidianus publicè præberetur. Accumbentibus qui ministrabant Diaconi dicebantur ἀπὸ τῦ διακονεῖν, quod ministrare significat. Et quòd omnes ita unà convenire soliti essent, eorum Ecclesia dicta est. Ecclesia enim Græco vocabulo, cœtus, concio, concilium & congregatio hominum dicitur, ut apud Demosthenem in oratione περὶ στεφάν. εἰρήνη ἐπιτελεῖται, ἢ ἐπιχειροτονηθείσα ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ, id est pax perficeretur, quæ scita suffragiis,

Source : BIU Cujas

& comprobata in prima concione esset. Et in hypothesi Homeri odysseæ β. συναγαγὼν ἐκκλησίων τηλέμαχος. Telemachus advocavit concionem, convocavit & congregavit unum in locum suos: Homerus verò ἀγορὴν, appellat: & in hypothesi odyss. ε. ὅζευς ἐκκλησίαν τῶν θεῶν ποιησάμενος, quod Virgilius Æneid.10. dixit, Conciliumque vocat divûm pater. atque Græcis præsertim Demostheni usitatissimum nomen. & ἐκκλησιάζειν concionari, ut est titulus comœdiæ Aristophanis. eo nomine primum Christus ipse cœtum suorum vocavit, Petrum alloquens Math. 16. Tu es Petrus, inquit, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hebræorum synogaga dicebatur Ecclesia Domini, ut septuaginta Interpretes, in Deuteronomio capite 23. hoc verbum Hebraicum יהוה בקהל, Græcè verterunt Ecclesiam domini his verbis, οὐκ εἰσελεύσεται θλασίας & ἀποτεκομψὸς εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, οὐκ εισελεύσεται οὐκ πόρνης εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, idest, qui confractos testiculos habet, & excisos, non ingredietur in Ecclesiam domini, neque ingreditur vulgo natus in Ecclesiam domini. Josephus verò ipse etiam Hebræus in politia pro eo verbo synodon dixit, id est comitatum & consortium, concilium & concionem, vel synagogam γάλλοις, inquit, ἐκτρέπεσθαι, καὶ φεύγειν συνοδον τὴν κατ' αὐτῶν, id est, Spadones detestari & fugere synodon eorum, ne qua sit cum eis societas. Hæc generalis explicatio nominis Ecclesiæ ad causam nostram pertinet. Nam cùm intelligamus nihil esse aliud Ecclesiam quàm concionem & congregationem hominum, uno in loco factam, & Paulus, & Evangelica omnia doceant tantum esse Christianorum, extra quam nihil nisi naufragium sit perditorum hominum, ex quo nullus possit evadere salvus & incolumis: tum animus in magnam admirationem traducitur, atque cogitat. Quî fieri potest, ut unum in locum omnes Christiani homines conveniant? Itaque continuo planè intelligit, non de loco præcipi illud, ut omnes in uno simus: sed significandæ conjunctionis, consociationis, consensionisque Christianorum ipsorum inter se causa, Christum eis Ecclesiæ nomen imposuisse. Sed cur civitatem non nominavit? civitas enim, non urbs est tantum, quæ mœnibus cingitur, ut est vulgo creditum, sed omnis hominum jure sociatorum societas, ut Cicero definit in somnio Scipionis. In urbe enim civitas est, & extra urbem, & à civitate urbs incolitur, ut in Academicis philosophatur is Cicero. In interpretatione horum nominum, quæ vel Latina, vel Græca sunt, summorum oratorum, qui usum magis quàm cæteri habent, testimonio uti cogimur, ut certior sit fides. Ecclesiam sanè, id est concionem Christus appellavit, ut significaret majorem inter suos desiderari conjunctionem quàm civitatis, quàm urbis. Siquidem civitas omnis vel urbs, non in unum semper concurrit: multitudinem verò, vel frequentiam nemo magis conjungere potest, quàm si eam cogat, colligat, adducatque in conspectum unum, in coronam & quasi circulum. Istud autem ita contractum concio dicitur, concilium & grex. Cum igitur unum esse voluerit gregem, unamque concionem, cur eadem ipsa & ejus ipsius concionis & unitatis ratione & nomine non dicemus, significare voluisse nobis, ut unus sit pastor, concionator, ecclesiastes, qui hanc convocet, regat, contineat, ac coerceat turbulentos & tumultuantes qui eam distrahunt, dividunt & dissipant? Eò præsertim quod cum Christus suos duobus nominibus appellaverit, gregis scilicet, & Ecclesiæ, id est concionis, in appellatione utraque voluntatem suam Petro declaravit, quem suis præfectum, pastorem, & ecclesiastem vellet. In Ecclesiæ quidem nomine. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. in gregis quoque nomine: Pasce, inquit, oves meas. at Apostolorum nulli istud ita dictum: quare Petri præfectura est omnium certissima, ut ea sit sola Ecclesia, concio & grex, quem ducit Petrus ejus pastor constitutus. Cum generale nomen Ecclesiæ dicamus esse ex Græcis authoribus, non solum fidelium: non idcirco mutamus definitionem Ecclesiæ, quæ vulgo traditur, ut sit congregatio fidelium: sed multo magis eam tuemur, & augustius quiddam dicimus. Nam quamquam Ecclesia Græco sermone: idem sit, quod Latina concio, tamen apud nos Christianos antonomasticωs fidelium tantum est: & fidelium ea tantum concio & grex, cujus Petrus est ecclesiastes, coryphæus & pastor: non verò eorum, qui ab eo grege discedunt, ut Cyprianus supra nobis ostendit, ac Hieronymus. Ambrosius etiam duobus canonibus apud Gratianum 24. quæstione 1. fideles eos non esse nobis post dicet. Quare Ecclesiæ dici non possunt novæ illæ, quas audimus nuper natas. Theodosius & Valentinianus de hæreticis lege 5. conventicula dici volunt, nomenque Ecclesiæ aiunt audacia nimia sibi vendicare, idque jure. non enim est concio ea, quam Petro Christus commisit: non igitur Christianorum. una enim tantum est ei commendata. Voluimus originem nominis Ecclesiæ attingere, ut intelligamus, quanti referat consensionem hanc in Ecclesia tueri, cum ejus causa suos Christus Ecclesiam nominaverit. Quod autem Ecclesiæ nomen vulgo usurpamus pro æde sacra, in quam convenimus religionis causa, metonymia est continentis pro contento, ut apud jureconsultos in lege ultima. de justitia & jure. jus dicitur locus in quo jus redditur: ita Ecclesia, locus in quo Ecclesia ipsa, id est conventus, collegium, vel concio habetur, Diaconos ergo istos non æquaverit, ut puto, Molinæus discipulis, neque discipulos Apostolis, sive potestatem respicias, sive dignitatem. Petro autem æquales Apostolos antè putabat Cypriano videri, & Hieronymo: & Christum jussisse, ne quis major esset: nobis tamen non persuaserit (ut id tantum de hac re nunc dicamus. nam est alius proprius locus quo copiosius erit differendum) ut Diaconi tam arrogantes, temerarii & audaces fuerint, ut potestate, dignitate, aut honore æquarent se discipulis à Christo institutis, & discipuli Apostolis. sciebant enim ex eorum numero Christum elegisse duodecim Apostolos. Accersivit, inquit Lucas cap. 6. discipulos suos, & ex eis delegit duodecim, quos Apostolos nominavit: eaque ipsa ratione, nec Apostoli Petro: quem tanti semper fecisset Christus, seorsum ei multarum rerum potestatem faciens. quocirca in Actis Apostolorum legitur de rebus decernere, universis præesse. Dein trucidato crudelissime Hierosolymis Stephano Diacono, hæc ecclesia effundi dissiparique cœpit in Judæa & Samaria, ut explicatur Actorum capite octavo. Tandemque Apostoli præter Jacobum cognomento Justum, Hierosolymis decessere, longe lateque diffusi docuêrunt diversas nationes & populos, ut Andreas frater Petri Scythas & Sogdianos, Albanopolique majoris Armeniæ mortem obiit. Thomas Parthos, Medos, Persas, Germanos, Hircanos, Mathias Æthiopas. Jacobus alter, duodecim tribus dispersas, Johannes multos Asiæ populos, Philippus Phryges Hieropolique vita decessit. Petrus vero Antiochiam profectus, ibique commoratus aliquandiu præfecit Episcopum. Denique Romam caput orbis terrarum ipse princeps & caput Christianæ reipublicæ se contulit: unde Marcum discipulum suum, cujus Evangelium probarat, Alexandriam misit: ut doceret & præesset Christiano populo. Istud partim ab Anacleto ejus discipulo in tertia epistola, & transcripsit Gratianus 22. distinct. partim à Hieronymo ad Dextrum, atque Eusebio libro secundo. capite 1. & 16. proditum est. Paulus quoque Episcopos instituebat, ut Timotheum & Titum, quod ad eos ab eo scriptæ epistolæ declarant, & Actorum caput 14. Erant igitur Apostoli & discipuli instituti à Christo, ab Apostolis verò Diaconi, deinde Episcopi, qui Apostolis vita

Source : BIU Cujas

defunctis, eorum loco fuerunt. Apostoli quidem Episcopi erant, sed non omnes Episcopi, ex Apostolorum duodecim numero. Episcopi autem docere publice ubique non poterant in civitatibus, curareque omnia quæ erant istius reipublicæ ethnicorum potentia impediti. prohibebant enim collegia, cœtusque, ut Plinius Nicomediæ, ex edicto Traiani se fecisse narrat libro decimo epistolarum, & Marcianus Jureconsultus de collegiis illicitis, mandatis principalibus ad præsides provinciarum ita contineri ait. Itaque ab Episcopis necesse fuit deligi viros ætate progressos: atque ingenio, doctrina, probitate, religioneque eximia, ut docerent populum in civitatibus vel vicis publicè vel privatim, ut commodissimum erat. Juvarentque episcopos in toto hoc munere regendæ reipublicæ Christianæ. & dicebantur Græca voce πρεσβύτεροι id est ætate provectiores. Atque presbyteros fuisse Apostolorum ætate perspicuum est ex actis eorum capite 14. & 15. aliisque multis, & in priori epistola ad Timoth. 5. Paulus ait, qui bene præsunt presbyteri honore duplo dignentur. ii maxime qui incumbunt orationi & doctrinæ, & paulo post prohibet Timotheo, adversus presbyterum ne accusationem admittat sine duobus testibus aut tribus: & in canone Ap. 2. pervulgatum est. Atque in Hebræorum republica erant presbyteri. Mihi collige, dixit Deus Moysi, septuaginta presbyteros, & ego impartiar eis aliquid de vi & spiritu tuo, ut te juvent ad regendum populum istum, & tu cura & graviore labore levaberis. & quamvis in Latinis bibliis presbyteri non dicantur, sed senes: in Græcis tamen dicuntur. Tametsi Diaconorum munus primum illud fuit Hierosolymis, ut victus publici curam haberent, cum omnia in commune conferrentur à credentibus, ut ante dictum est: cum tamen discessissent Apostoli Hierosolymis, quò facilius genus istud Christianum propagaretur, in suis quemque facultatibus vivere sinebant, ne rerum communicandarum & amittendarum metus à Christianismo quemquam revocaret. quod potest intelligi ex cap. 16. Acto. & 21. ubi Paulus legitur diversatus in domo Lydiæ Porphyropolæ & Philippi Evangelistæ. & ad Corinthios priori epistola capite 16. ait, De contributione autem in sanctos ut præscripsi Ecclesiis Gallograeciæ, ita vos facite, ut unoquoque sabbato unusquisque vestrum apud se reponat, & condat, quicquid profuerit, ne cum venero tum exigantur collectæ. Non igitur omnia communia erant, si quasi stipem cogerent & contribuerent ad egentium subsidium: neque convivebant unà, ut Hierosolymis. quare nec Diaconi, ut Hierosolymis qui ministrarent mensis erant necessarii: Num inquit in eadem epistola capite 11. habetis domos ad edendum & bibendum? sed & judicia, & judices erant, & lites, capite 6. & ad rei familiaris curam & studium hortatur in epistola ad Timotheum cap. 5. & ad Titum 2. Nec servi propter Christianismum manumittebantur aut liberabantur dominorum potestate, in eadem epistola capite 6. In quo etiam constat divites fuisse: hortatur enim, ne in thesauris suis spem repositam haberent, sed in sempiterna illa fœlicitate, ad quam capescendam juvant inopes & quasi non possidentes possideant. in Christo enim, ait capite 3. ad Colossenses. & cognitione Dei nihil interesse Græcus sit necne quis, an Judæus, circuncisio an præputium, Barbarus, an Scytha, servus an liber, sed omnia in omnibus Christus. Et tametsi non unà omnes vivebant, sed apud se quisque privatim: tamen sæpe ad constitutum diem conveniebant, precationis, disciplinæ, sacræque cœnæ & dominici cibi capiendi causa. quare objurgat Corinthios Paulus cap. 11. quod nonnulli quasi ad epulas eò venirent & convivarentur lautius summa cum inopum offensione. privatim enim ait pro suis quemque facultatibus edere & bibere posse. quamobrem modestissime & sanctissime id pòst fiebat, ut Plin. Secundus ethnicus, libro decimo epistolarum ad Traianum anno 111. de Christianis refert, cum proconsul regeret Provinciam Ponti & Bythiniæ. Stato die, inquit, soliti sunt ante lucem convenire, carmenque Christo, quasi Deo dicere secum invicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. quibus peractis morem sibi discedendi fuisse post edictum meum, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium. quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetærias esse vetueram. Itaque tametsi Diaconorum illud munus Hierosolymis primum fuit, ut victus publici curam haberent, cum omnia inter Christianos essent communia, ut dictum est: in hoc tamen sacro cibo domini postea Christianis porrigendo & dando, illud ipsum retinuerunt, Episcopum & presbyteros juvantes. Presbyteri quoque ab episcopo constituebantur, ut docendi, baptizandi, sacraque faciendi, administrandæ denique hujus reipub. curam & munus unà cum eò sustinerent, ut perspicitur in canone Apostolorum secundo & 38. erant enim hujus reipublicæ principes episcopi & presbyteri, ut in apologetico capite 39. docet Tertullianus antiquissimus author, qui Apostolorum ætati proximus, & Severo Imperatore floruit, ut ex apologetico suo cap. 4. intelligitur, circiter annum Christi 180. Præsident, inquit, probati quique seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti: neque enim pretio ulla res Dei constat. vocat seniores Episcopos, ut postea explicabimus: omnes enim Episcopi presbyteri dicebantur: at non contrà. Episcopus enim omnium presbyterorum est maximus: quare summum sacerdotium Taurinatense concilium capite 1. appellat. Episcopatus est nomen dignitatis, presbyterium ætatis, ut ait Hieronymus apud Gratianum 93. & modò vidimus Paulum jussisse Timotheo ne accusationem admitteret in presbyteros sine duobus, aut tribus testibus. erat ergo episcopus judex illorum seniorum & presbyterorum, nec erant pares. & Ignatius Episcopus Antiochiensis Petri auditor epistola ad Trallianos. Episcopo, inquit, vestro tanquam domino subjecti estote, & nihil præter episcopum agite. jubetque presbyteris parere, & Diaconis morem gerere, quos ait, tum cibi potusque ministros non esse, sed Ecclesiæ Dei. episcopos revereri, ut Christum, eorumque præcepta servare. episcopos esse instar patris omnium. & contra eos, qui delent Episcoporum vel presbyterorum ordinem in ea ep. Sine his omnibus, inquit, ecclesia electa non est. neque collectio sanctorum, neque congregatio sanctorum: atque Apostolos ita jussisse testatur, additque istud. Quid est enim Episcopus, nisi omnem principatum & potestatem omnium illorum tenens? quemadmodum deceat hominem tenere, imitatorem Dei factum secundum virtutem. Quid est presbyterium, nisi institutio sancta consiliarii, & confessoris episcopi? Quid etiam Diaconi, nisi imitatores Christi ministrantes episcopo, sicut Christus patri, & operantes illi operationem mundam & immaculatam? Quomodo sanctus Stephanus beatissimo Jacobo & Timotheus, & Linus Paulo, & Anacletus, & Clemens Petro. Qui igitur istis inobediens fuerit, hic sanè Deo omnino erit, & impius, & contemnens Christum, & constitutionem ejus minuens. Et paulò antè infideli deteriores hujusmodi homines appellat. In eandem sententiam scribit ad Magnesianos & Philadelphienses, Et sicut, inquit, dominus Christus sine patre suo nihil facit: sic etiam vos sine Episcopo, sive presbyteri, sive Diaconi, sive laicus: & parere etiam omnes jubet. Audet tamen Molinæus Episcopos etiam magistratuum municipalium imperio subjicere, ut videbimus post. Et ea erat moderatio

reipublicæ,

reipublicæ, ea dignitas, ea humanitas & pietatis laus, ea diligentia Episcoporum, ut Clemens scribat in epistola illa ad Jacobum fratrem Domini apud Gratianum 93. hanc se legem accepisse à Petro, Diaconi, inquit, Ecclesia sunt tanquam oculi Episcopi, oberrantes & circumlustrantes verecundè actus totius Ecclesiæ, & perscrutantes diligentius si quem videant vicinum esse præcipitio & proximum esse peccato, ut referant hæc ad Episcopum, & commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est, ut revocetur & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque & eos, qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad Episcopi tractatum conveniunt, commoneant, & hortentur. & paulò pòst. Sed & eos, qui secundum carnem ægrotant solicite perquirat, & plebi, si fortè plebs ignorat, indicent de his, ut & ipsi visant eos. Et quæ necessaria sunt præbeant eis, cum conscientia ejus, qui præst. quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis similiter Episcopo subgeritur refovendis.

Et cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ & disciplinam ejus pertinent Diaconi curæ sint. Hæc instituta sanctissimè servata leguntur apud Tertullianum in eo ipso loco. Erat alius inferior ordo eorum qui hypodiaconi appellabantur, quos vulgo subdiaconos dicimus. Erat psaltes, Latine cantor dictus, & Anagnostes, Latine lector. Fuisse autem hunc ordinem Apostolorum temporibus in canone eorum 43. satis perspectum erit: idque necesse esse videtur. nam si precationes, supplicationesque publicè fiebant, si cantandi, psallendi, legendique in concione ipsa Christianorum mos erat antelucanis horis, ut ex Plinio proconsule & Tertulliano. cap. 2. & 29. in Apologetico accepimus: aliqui erant, quorum ista esset præcipua cura & officium, ut rite aut commode istud fieret. Præterea si antelucanæ erant orationes & lectiones, lucerna alicujus operam & diligentiam desiderabat: quare & acolytos tum institutos esse probabile est. Istud enim est eorum munus, ut in quarto concilio Carthaginensi, capite 6. traditur, & apud Gratianum 23. distinct. & 21. Ab Isidoro Ceroferarii appellantur sed ut docti animadverterunt diligentius, acolyti dicuntur, ἀπὸ τῦ κωλύειν, id est prohibere, inde ἀκώλυτος vel acolytus non prohibitus, sed solutus & liber; cui quasi jam initiato sacris liceat se immiscere. Aliis verò placet ἀπὸ τῦ ἀκολουθεῖν interpretari, quod sequi significat, ut ἀκόλουθος sit quasi pedisequus, famulus, vel ut proprio verbo nos utamur, comes. Comes enim ab Ulpiano, & Labeone de injuriis. lege 15. definitur, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur destinatus est, unde comitatus principis dicitur. Tamen cum in eo concilio Carthaginensi & ubique fermè legamus acolytos non acoluthos, prior interpretatio magis placet: nam proximè etiam accedunt ad munus Hypodiaconorum. urceolum enim vacuum subministrant ad vinum in Eucharistia suppeditandum, ut in eo concilio dicitur. præcedebant exorcistas: presbyter enim in concilio Romano à Sylvestro continuò post Nicænum habito cap. 7. obsequi Episcopo jubetur, Diaconus presbytero, Diacono hypodiaconus, huic verò acolytus, acolyto exorcista, cui lector: atque ita Nicolaus primus ad Michaelem scribit. Quare acolytus quasi solutus dicetur, cui quodammodo sacras illas res cereolos scilicet & urceolum contrectare liceat, & via pateat ad ordinem sacrum ut lytæ dicuntur juris studiosi quarto anno à Justiniano in proœmio Digestorum, quasi soluti ad majora studia. De exorcistis idem dicimus, atque persuasum habemus vetustissimam esse eorum institutionem. Erant hi qui profligabant dæmones, vel comprimebant Christi auspiciis & nomine. Et hæ precationes quibus hoc fiebat, exorcismi dicebantur, ut docet caput 7. concilii Carthaginensis tertii, quod apud Gratianum est 23. distinctione. Exorcista cum ordinatur, inquit, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive cathecumenum. Ἐξορκίζειν, ut nonnulli interpretantur, est imprecari, abjurare, & execrari, abominari, & detestari, quasi jurejurando interposito. Profligabant enim execrationibus hujusmodi juratis & vehementioribus adhibito Christi numine & nomine dæmones ab agitatis & furiosis, ut initio Ecclesiæ in evangelicis libris leguntur Apostoli & discipuli, At Græcum caput 19. Actorum Apostol. etymum ostendit & formam exorcismi, dum ait, Ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα κυρίου Ἰησοῦ λέγοντες, Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν ὃν Παῦλος κηρύσσει. id est, ausi sunt nonnulli ex Judæis exorcistis, qui eò confluebant proferre nomen domini Jesu super eos, qui affligebantur malis spiritibus, his verbis, Orcizamus vos per Jesum, quem Paulus prædicat & celebrat. Quare ista ὁρκίζειν καὶ ἐξορκίζειν, idem significare ex loco isto Lucæ intelliguntur, ut exorcista & orcista idem quoque valeant. Ὁρκίζειν plerique pro eo, quod est ab aliquo cavere exacto ab eo jurejurando, in oratione Demosthenis ὑπὲρ στεφάνου interpretantur. Nos quidem arbitrabamur Ὁρκίζειν, esse jusjurandum exigere, ut in loco illo Demosthenis. quod solet fieri cum nobis cautum volumus, ut in fœderibus: quoniam autem maxime religione obstringitur, qui jurat, veteresque jusjurandum religionem appellarunt, & jureconsulti religionem jusjurandi dicere solent, & religiosa dicebantur, quæ jurati legibus judicabant, ut Cicero libro de inventione ait: hinc translatum puto ad eos, qui religione obstringebant dæmones, vique religionis coercebant, sedabant, profligabant, curabant morbos aut leniebant, ut in loco illo Lucæ: unde exorcista & orcista, quibus ab Episcopis dabatur hæc potestas. nam cum Christus dederit mirabilem illam solvendi & ligandi Apostolis: multo magis comprimendi & astringendi dæmonis. cum etiam his qui crediderint, dixerit Marci ultimo: Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: nomine meo dæmonia ejicient. Non hæc dicimus ut mutandum putemus quicquam de recepta Evangeliorum interpretatione, quæ pro ὁρκίζομεν habet Latinè, adjuramus: sed ut originem orcistarum demonstremus. Nam quamvis adjurare, apud Latinos authores idem sit, quod jurare, cum præsertim quis affirmavit quippiam primum simpliciter, deinde jurat, atque hac significatione potius dicendum videatur abjuramus vos, quàm adjuramus vos (nec enim juramus dæmones, sed detestamur, propellimus vel abjuramus) tamen usus, qui est verborum dominus & arbiter, mutare nobis jam significationem potuit in receptis Latinis evangeliis. Atque verbum quod non sit διαβατικὸν, usu tale fiat. Nec assentimur his qui publicam eam interpretationem recentioribus postponendam putant. nam si quoties nova affertur, toties mutanda vetus esset: jam qua uteremur in sacris faciendis, quamque probaremus in tanto numero novarum editionum, haberemus nullam. Quare retinenda in publicis rebus publica & vetus, nisi concilio publico Christianorum omnium illam mutare placeat. Non idcirco tamen invidemus his, quibus contigit Græca vel Hebræa nosse vel alio stilo uti, Quinetiam eis gratias agimus, quòd nos doceant. Ne prohibeatis, ait Paulus in priori epi. ad Corin. 14. loqui linguis: Et paulo ante, Quisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, omnia ad ædificationem fiant. Quare si quis beneficio divino abutatur, coercendus erit: sin usui sit, non solum ferendus, sed diligendus, colendus, & observandus. Et Clementina prima. de magistris. jubet, ut linguarum doctrina celebren-

Source : BIU Cujas

tur ſcholæ. Itaque nos non vetera mutamus, cum aliis verbis quam vulgata habeant, nonnunquam aliquid efferimus, tantum attingimus ſenſum. Nec quibus verbis quis dicat curandum eſt, ſed quid dicat: nullus quòd interpretetur, reprehendendus eſt: ſed quod male, interpretetur. Idcirco orcizamus ſupra à nobis dictum eſt, quòd orcizandi & exorcizandi utebantur Priſci Chriſtiani, ut verbo baptizandi & pſallendi, quæ Græca ſunt & aliis quæ effata incognita habent & vim quandam divinam, quibus etiam Eccleſia adhuc uti ſolet. Ulpianus ethnicus teſtatur uſum hujus verbi, in titulo de variis & extraordi-
» nariis cognitionibus. Non tamen medicus eſt (in-
» quit) ſi incantavit. vel imprecatus eſt, vel, ut vul-
» gari verbo impoſterum utar, ſi exorcizavit: non ſunt
» iſta medicinæ genera: tametſi ſunt qui hos ſibi pro-
» fuiſſe cum prædicatione affirment. Ignorabat iſte vim illam divinam, & impoſturam eſſe putabat, aut certe arte malefica à Chriſtianis id fieri. erat Alexandri Romani Imperatoris conſiliarius & ſcrinii magiſter, & præfectus prætorio, ut Lampridus ait, circiter annum Chriſti 220. Et ante eum plus centum annis, Suetonius magiſter epiſtolarum Adriani
» Imperatoris in Nerone ita ſcribit, Afflicti ſuppliciis
» Chriſtiani genus hominum ſuperſtitionis novæ ac
» maleficæ. Itaque probantur nobis fuiſſe Apoſtolis ſuperſtitibus Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, hypod. acolyti, exorciſtæ, pſaltæ, anagnoſtæ. Oſtiarios verò, cum ædes ſacræ extrui cœperunt, quibus claves committerentur, dubium non eſt fuiſſe. ſed & ante probabile eſt, ut eſſent qui cuſtodirent ſacra, vaſaque & alia neceſſaria ad ſacra illa facienda: atque hæc omnia teſtatur Ignatius Petri auditor, epiſtola ad
» Antiochenſes. Salutato, inquit, ſubdiaconos, lecto-
» res, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas at-
» que confeſſores. Non erat autem horum omnium æqua poteſtas, dignitas magnitudo: neque ullus horum ab Imperatoribus inſtitutus. Eſt perſpicuum etiam quantum diſcedant iſti, qui ſibi novas Eccleſias effingunt à perveteri Apoſtolorum inſtituto, quod nos adhuc retinemus. Sed jam longius progredi videremur, niſi de ipſa tota hierarchia propoſitum eſſet leviter iſta attingere, ut hoc progreſſu aſcendamus ad ſuperiorum ordinum cauſas: ſi prius id non omittamus: Tum etiam cœptum eſſe totius Chriſtiani populi diſcrimen, atque duplicem fuiſſe eorum ſtatum & conditionem. Erant enim Chriſtiani omnes aut clerici, aut laici. (Ab oriente & Græcis, ut Chriſtiani genus ducimus, ita ab eis nomina Græca ſortimur.) Laici dicuntur Latinè populares, vel ut nonnulli interpretatur profani: λαὸς enim populus eſt: κλῆρος verò ſors, unde clerici: quod etiam Iſidorus in ea 23. diſtinctione explicat: Cum augeretur hæc reſpublica ubique terrarum liberum erat cuique ſua retinere: menſibus tamen ſingulis, vel cum vellet ſponte conferebat ſtipem, vel quiddam majus, ut Tertullian. in illo ipſo loco ait. dabantur quoque primitiæ & decimæ. Ex his rebus alebantur illi ordines quos enumeravimus, qui ſacris faciendis reipublicæque adminiſtrandæ dabant operam: & quod ita in eam ſortem victus curandæque rei ſacræ & publicæ vocati eſſent, & quaſi ſortito delecti clerici dicebantur. eas res quæ dabantur Epiſcopus diſtribuebat clericis & inopibus, ut ex canone Apoſtolorum tertio & quarto compertum habemus, communeſque erant clericorum. Fiebat autem iſtud exemplo priſcæ illius reipublicæ Hebræorum, ut Hieronymus apud Gratianum ſcribit 12. quæſtione 1. Terram enim Cananæorum. in Deuteronomo. capite 23. juſſit Deus dividi undecim tribubus Iſraël: duodecimæ verò, quæ Levitarum erat, ſacrificia, decimas, primitias, oblationes dari voluit, partemque eorum ſe eſſe dixit: quare Levitæ dicere ſolebant, Dominus pars hæreditatis meæ, & ita interpretatur Hier. in illa ipſa quæſtio. Clericos eò etiam ait dici, quòd Deus ſit ſors eorum, id eſt, pars, « & ſorte electi ſint: omnes enim, inquit, Deus in ſuos « elegit, hi namque ſunt reges ſe & alios in virtutibus « regentes, & ita in Deo regnum habent, & hoc deſi- « gnat corona in capite. Et 21. quæſtione 1. quanta olim « fuerit dignitas clericorum præſertim preſbyterorum, demonſtrat. Eccleſia habet, inquit, ſenatum preſby- « terorum, ſine quorum conſilio nihil monachis agere « licet Roboam perdidit regnum, quia audire noluit « preſbyteros ſuos. Senatum quoque Romani habe- « bant, cujus conſilio cuncta agebant, & nos habemus « ſenatum noſtrum cœtum preſbyterorum. Undecun- « que ducatur clericorum nomen, conſtat ex canonibus Apoſtolorum, ita bipartito ſtatum Chriſtianæ reip. ab ortu ſuo diviſum fuiſſe. De bonis autem eorum ſuo loco dicemus: nam Molinæus, vetuſtatis ſtudioſus, nos diligentius iſta inveſtigare coget. Horum igitur nihil eſt ab Imperatoribus inductum. Sed jam de ſuperioribus gradibus Epiſcoporum dicendum nobis eſt, præter illa quæ diximus ſupra ex Clemente. Paulus ſcribit ad Titum capite primo. Idcirco, reliqui te in Creta, ut in unaquaque civitate conſtituas preſbyteros, ut ego deſcripſi tibi. Preſbyteros vocat Epiſcopos, ut continuo ſe explicat: Et Hieronymus copiosè differit ad Evagrium ſcribens apud Gratianum 93. diſtinctione, Epiſcopos dici preſbyteros, id eſt ſeniores, quod etiam in Tertulliano, jam animadvertimus. Itaque ibi Paulum deſcriptionem modumque Epiſcopatuum deſignaſſe hæc verba Græca, quibus utitur, ſignificare credentur, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην, ut ego tibi deſcripſi. τὸ διατάξειν tametſi conſtituere ſignificat, tamen pro eo etiam quod eſt deſignare, & deſcribere ejus frequens eſt uſus. Atque eo utitur Strabo libro ultimo. deſcriptionis provinciarum ab Auguſto factæ mentionem faciens, αἱ δ' ἐπαρχίαι διήλλωνται ἄλλοτε μὲν ἄλλως, ἐν δὲ τῷ παρόντι ὡς Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς διέταξεν, id eſt provinciæ aliàs alio atque alio modo fuerunt diviſæ, nunc verò, ut Cæſar Auguſtus deſcripſit. Et verbo deſcribendi Ciceronem pro Flacco ſuprà vidimus, uſum. Lucius, inquit, Sylla, civitates Aſiæ in provincias deſcripſit. Hæc dicimus, ut oſtendamus veriſimile eſſe talem hanc deſcriptionem & deſignationem Pauli fuiſſe, qualem Petrum Clementi juſſiſſe expoſuimus, ut ethnicus provinciarum & civitatum modus ſervaretur. atque juſſiſſe Tito, ut primis maximiſque & Metropolibus præponere Primates & Metropolitanos reliquis verò Epiſcopos, qui ſuperioribus parerent. In Creta autem, ut ſcribit Strabo libro decimo. erant plures Metropoles, centúmque civitates idcirco ἑκατόμπολις ab Homero dicta eſt ὀδυσσείας. τ. cujus regem Minoem illum inferorum inexorabilem judicem fuiſſe ait. Si cui iſtud non ſatis erit probatum, ſed putet æquo jure juſſu Pauli omnes Epiſcopos conſtitutos, canoni Apoſtolorum λγ. credat oportet.

Τοὺς βπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδὲν περαιτέρω πρᾶττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐκεῖνα δὲ μόνα πρᾶττειν ἕκαστον ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν χώραις. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης πρᾶττέτω τι. ἵνα γὰρ ὁμόνοια ἔσται καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι. Id eſt Epiſcopos cujuſque gentis agnoſcere oportet eum qui eſt inter eos primus, eumque pro capite habere: nec quicquam præterea citra ejus ſententiam agere. Sed ea ſolum quemque, quæ ad ſuam parœciam pertinent, quæque regionibus ſuis continentur. Ille autem nihil ſine omnium conſilio faciat. Sic enim concordiæ vinculum conſervabitur, & Dei erit iſta gloria per dominum in ſpiritu ſancto. Ut ergo conjuncti eſſent pacis & concordiæ illo vinculo, juſſi ſunt caput habere & principem. Nam ſi inter ſe diſſiderent, ſi hæreſes eſſent (erant autem etiam vivis Apoſtolis, ut Nicolaitæ narrantur à Johanne in

Source : BIU Cujas

Apocalypsi, & in epistola Pauli ad Timotheum. Hymeneus & Philetus, & in epistola ad Galat. alii, & Ignatius Petri discipulus multos tum cauponari Evangelium docet in epistola ad Trallianos) quis fuisset inter eos judex & arbiter? quem adibunt? apud quem querebantur? quis coercebat imperio pares? An cæteri Episcopi Tito, & Titus Paulo par? Titum cæteri Cretenses Episcopi, Titus Paulum consulebat? Romæque Petrus & Paulus decernebant de rebus: novam rempublicam instituebant, non solum legibus religionis, sed civilibus etiam omnibus, quæ ad honestum vitæ genus pertinent: his Pauli epistolæ refertæ sunt. Interdicebat Christianis foro ethnico, jubebat Christianum constitui judicem priori epistola capite 6. Itane, inquit, inter vos sapiens, nec unus quidem est, qui possit inter fratres suos jus dicere, sed frater cum fratre agit apud infidos? Jam primum diximus à Petro, Clemente Pontificibusque, vel conciliis in dies augescente ista Christiana republica constitutum, ut primarum civitatum primarii episcopi & essent & dicerentur Metropolitani, cæterisque præessent. Quibusdam nunc videri potest, id quod nobis jamdudum persuadere Molinæus voluit, dum de Constantinopolitani Primatu disceptaremus, civitatum magnitudinem, & decus, causam Primatus esse vel Romani Pontificis, vel alterius. quo circa humanam esse & mutabilem: tolli præterea Primatus posse videbitur unà cum urbis jam amissa præstántia. Quare istud nobis explicandum est, ne nobiscum ipsi pugnare videamur. Celebritas quidem & amplitudo impulit authores & institutores Metropolitanorum & Primatum, ut eos præponerent majoribus civitatibus facilius amplificandi Christianismi causa: civitas verò ipsa potestatem non dedit authoritatem: non magis quam locus salubris & amœnus, vel solum accommodatissimum quod quis eligit, ut in eo ædes extruat, ædium causa erit: tametsi commovit ædificare volentem, ut in eo potius quam alio non ita apto loco ædificet. Quinetiam Petrus jusserat Clementi, ne in ignobilioribus oppidis constituerentur Episcopi, ut adnotavit Gratianus ex Anacleto 80. distinctione. & Leo de privilegiis. capite primo. nam numero vilescceret dignitas. Quare non omnino male visus esset sentire Molinæus, dum scripsit, institutionem Metropolitanorum & Primatum mutabilem esse, si dixisset præstantiam civitatum imminui posse aliquo casu, & bellorum acerbitate unà cum tota ipsa civitate deleri: posseque ex aliis causis aliò sedes Metropolitanorum & Primatum transferri à Pontificibus & conciliis. Nam tum etiam visus esset consentire Gregorio Magno scribenti ad Episcopum Bellitranum apud Gratianum 7. quæstione prima, & Gelasio 25. quæst. 2. horum enim uterque hoc dicit. quod etiam in Constantinopolitano factum esse jamdudum vidimus: primum enim post Romanum locum habuit decreto concilii Constantinopolitani, cum tamen alii Patriarchæ eum ante concilium illud præcederent. Non tamen pro libidine id faciendum est. Absit, inquit Greg. Magn. pontifex Romanus apud Gratianum 25. quæstione 2. hoc à me, ut statuta majorum cum sacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo. Et paulo ante, Sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servemus. Et si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor justè comprobarer testante veritate, omne regnum in se divisum non stabit. Quare non rectè censet Molinæus ista mutabilia: nec enim ordines ullos sacros principes instituerunt. At in Petri primatu non est eadem causa, neque ulla ex parte humana vel communis cum ullis Patriarchis, Primatibus, vel Metropolitanis: hæc enim summa potestas in Ecclesia divina est à Christo ortum habens, ut ejus locum humanum repleat. Petrus quidem & Paulus Romam venerunt, non aliter fortasse venturi, nisi caput fuisset orbis terrarum, quo commodius & amplius effunderetur & dilataretur ista respublica in ea urbe, quæ diversorium esset omnium nationum, populorum & gentium. At Apostolatum Roma non tribuit: neque præfectus ipse Romæ, ut cæteri Metropolitani, ut præesset cæteris propter urbis authoritatem: neque tribuit summam rerum administrationem in republica Christiana, neque amplissimum sacerdotium. hæc enim, antequam Romam se conferret, habebat. Nec etiam eadem quæ Metropolitanorum & Primatum fuerit ratio institutionis ipsius omnino Apostolatus, vel potestatis simplicis cæterorum Apostolorum, vel discipulorum, vel Episcoporum & presbyterorum qui Apostolorum & discipulorum loco sunt Apostoli enim & discipuli à Christo constituti sunt, non à Petro: quare nec à Petro extingui poterat Apostolatus eorum, ut ipse solus esset Apostolus. Nec Pontifex maximus Episcopatum cæterorum omnium delere potest, ut ipse solus sit Episcopus, ut ne nomen quidem universalis, quod solum significabat in Joanne illo Constantinopolitano Gregorium Magnum, & Pelagium pati jamdudum intelleximus: Episcopi enim loco Apostolorum sunt. & Romanus pontifex, Petri loco. Præfectura verò ipsa Episcoporum inter se, id est, Metropolitani, vel Primatis, à Christo instituta non est: sed à Petro & Paulo successoribusque & conciliis. quare ex iisdem causis quibus quodque natum est, dissolvi posse videbitur: ut Molinæus ex regula juris non ignorat. Christus enim solum Petrum præfecit Apostolis, quibus Episcopi successerunt, & Apostolos discipulis ex eis duodecim eligendo, ut omnes præessent populo, instituerent & ædificarent hanc rempublicam. Sed postea, ut nos Clemens docuit, in provinciis auctis Christianis rebus, opus fuit in tanto numero Episcoporum, constitui & præfici alios aliis, ad pacem & tranquillitatem & consensionem inter eos conservandam, ut ex illo canone Apostolorum hanc causam accepimus: ea certè utilitatis & necessitatis ratione, qua multitudini & populo necesse est magistratus præponi, qui moderentur, & eos in officio contineant. præfectura enim & administratio omnis, sive civilis & humana, sive sacra & divina, causam habet naturalem & necessariam. nam aut omnes homines oportet probos esse & justos, quique semetipsos præclarè regant, & agant rationi consentanea: aut necesse est alios ab aliis regi, si ulla constitui possit societas: at omnes parere rationi, hominum corrupta natura & mores non patiuntur, cum ne metus quidem legum & magistratuum, aut supplicia satis retinere possint, aut coercere nefariorum hominum impetus. Atque ita necesse est nullam societatem, ne quidem latronum, existere diutius sine præfecto aliquo. hanc causam necessariam, quæ societatis est gratia, habet institutio Metropolitanorum & Primatum: Apostolatus vero, Episcopatus & Principatus Petri non solum hanc, sed istam aliam divinam, ut Christus ejus sit author, & effector. Quam longe præterea differant hæc omnia à præfecturis humanis & politicis explicabimus fortasse loco magis idoneo ex causis aliis. hic enim tantum de authoribus totius sacri ordinis agimus. Nam initia ab Imperatoribus Molinæus ducit. Et nobis demonstratum est classes gradusque ab Imperatoribus non solum non profectos, sed conciliorum etiam decretis istud eis non permitti. cur autem non possint, si res postulet, causas investigare poterimus aliàs. Sunt enim qui sacra nostra non pluris fermè ducant, quàm ethnicorum sacra: & sacerdotes eodem in loco & authoritate, & non majori, quàm ethnicorum sacerdotes & pontifices. sunt præterea, qui deleverunt Episcoporum ordinem in suis provinciis, quas regunt. Quare interesse potest ejus qui Primatum, totúmque sacrum ordinem tuetur, disserere, an illud

Source : BIU Cujas

possint, an Apostolica instituta sequantur, an lædant majestatem reipublicæ Christianæ. Nobis de his omnino, nisi pro re nata, cum Molinæum sequamur, uberius disputandi locus non datur. Sed jam ista tantum dicta sint de primordiis totius hierarchiæ: Nunc de genere argumentationis Molinæi dicamus. Quamvis ostendisset nobis Metropolitanos & Primates, inductos ab imperatoribus, quod non modo non potuit, sed nobis contra omnino probatum est, non idcirco sine alio argumento docuisset Romani quoque eandem esse causam. Plurium enim esse possint diversa initia. Finge Apostolos sibi inter se aliquem unum præposuisse, cui salva majestate & jure Petri obtemperaret: ut Apostoli & Petrus ipse, Joannes & Jacobus alter, Hierosolymis cedebant omnes Jacobo fratri Domini, quamvis à Christo essent ei præpositi, ut ait Clemens sexto dispositionum. & tradit Eusebius libro 2. capite 2. erat enim filius Joseph vitrici Christi: idcirco frater domini dicitur, formamque expressam Christi vultu gestuque & moribus referebat. quare Christiani singulari ejus videndi desiderio Hierosolyma proficiscebantur, ut Ignatius Antiochiæ Episcopus, qui tum vivebat, scribit epistola secunda. quare Apostoli omnes & Petrus summo honore hunc, quasi memoriam Christi, prosequebantur. Hic igitur ab Apostolis antepositus & ipso Petro, Petrus verò à Christo. Neque hæc Apostolorum institutio potuisset mutare naturam illius Petri principatus. Ita Metropolitani, & Primates à Pontificibus, vel conciliis instituti dicendi sunt non lædere Pontificatum Rom. Pontificis, sed juvare potius. Ac multo minus se ostendissent Molinæus institutos ab Imperatoribus, ut tum frustra etiam laborasse videretur. Nam si quis ostendat magistratus, vel decuriones civitatum suffragiis populi creari, non idcirco istorum præfectura comitiis constituta, vel in perpetuum, vel ad tempus, demonstrabit principem, qui populo etiam illi præest, suffragiis quoque creari, vel ita mutabilem esse. Princeps enim vel Rex hæreditario jure esse potest: isti vero decuriones suffragiis: atque ita non firmius est illud Molinæi, quàm hoc argumentum: denique ut jureconsultorum exemplo utamur, erant qui potestatis & muneris magnitudine proximè jungebantur principi: ut præfecti prætorio Augusto, & ante hos magistri militum Dictatoribus, ut Regibus tribuni celerum initio urbis. Horum tamen ipsorum non idem principatus, eædem creationes, quæ Principis, non iidem ortus, non eædem causæ: ut Aurelius docet de Præfecto Prætorio, & Pompeius in lege secunda. de origine juris. denique inferiorum initia ostendere non sat est, ut superiorum demonstres. Sed jam de his satis.

» 20. Deinde Molinæus interpres fit conciliorum,
» & ait: Et ne politica illa institutio in occasionem
» Primatus traheretur disertè conciliaribus decretis
» cautum est, ut nullus Primatum, princeps sacerdo-
» tum, summus sacerdos, aut quid ejusmodi in Prima-
» tum sonans vocaretur sed tantum primæ sedis Epis-
copus (videlicet in sua quisque Metropolitana provincia) diceretur. Diximus antea, tertio concilio Carthaginensi canone 26. qui est apud Gratianum 99. di-
» stinctione. atque est sexti concilii Africani, placuisse
» primæ sedis Episcopum, non dici principem sacerdotum aut summum sacerdotem, aut aliquid ejusmodi: sed tantum primæ sedis Episcopum (nam quæ præter hæc Molinæus dicit, hic ab eo adscripta sunt ad cano-
» nem illum.) Ignorabamus hujus constitutionis ratio-
» nem: nunc eam nos docet. Ne, inquit, politica institutio in occasionem Primatus traheretur. Quomodo scis, vel ostendis nobis, vir egregie, mentem fuisse hanc illorum patrum? Non fuit sanè illa ratio: & si illa, non pertineret ad Romanam sedem, cujus non est humana institutio, ut modo demonstratum est: qua in re jamdudum versamur & versabimur. atque ita supra explicatus est ille canon à nobis, ut ad Primates tantum pertineret, non verò ad quatuor Patriarchas, ut longius abesse à Romano intelligeretur. Ostendimus præterea à Primatu, aut potestate illos patres Afros non abhorrere: sed eum maxime complecti: nomina verò minime, quibus rebus eos longe dissentire à Molinæo vidimus. qui nomen quidem ferebat in Pontifice Romano ex illa sua de sententia Phocæ nimium accurata commentatione: non autem Primatum aut summam potestatem. Non negabit Molinæus Afros istos dici Primates in conciliis suis Latinis & in Græcis πρωτεύοντας canone ιζ, ιθ, πζ, fueruntque plures in Africa, ut Carthaginenses, Byzancenus, Numidiæ, Mauritaniæ Stiphensis, & Mauritaniæ Cæsariensis: Si nos utamur isto suo verborum aucupio, an non istud nomen Primatis est in Primatum sonans? an non in occasionem Primatus trahitur? quod ne fieret, ait, idcirco editum illum canonem, ne quis summus sacerdos, vel princeps sacerdotum diceretur. Si Primas, an primatum non habet? an justus, justitiam? an prudens prudentiam? doctus, doctrinam? princeps, principatum? Et solus Primas eritne sine primatu? An ut cætera vocabula istud non habebit ea conjugata, quæ Græci σύστοιχα appellant? Sed jam vidimus nomine primatus Africanum concilium uti, cum passim tum in canone 63. Salvo, inquit, jure Primatus Numidiæ & Mauritaniæ. Deinde si primæ sedes dicebantur, erant priores, erant posteriores, erant postremæ, ergo gradus, ergo non omnes pares: aut doceat nos oportet quomodo primæ & erant & dicerentur: Nam si detestarentur tantopere Primatum, cur Primates & esse & nominari se patiebantur? cur primas sedes? Erant me hercule primæ honore, dignitate, potestate. & harum rerum omnium fuit inter Afros Primatus: tametsi nolebant nominari principes sacerdotum vel summi: dignitatum & potestatis gradus, satis vidimus eos tueri: & cæteros Episcopos provinciales eis parere jussos. an non istud principatum significat & fastigium? tamen dici principes & summi nolunt. quid ita? cedo aliam rationem, quàm quæ à nobis jamdudum est dicta? & eris magnus interpres conciliorum nobisque magnus Apollo. Sciebant sane illi boni patres præfecturam cum in omni republica & societate necessariam ne dissolvatur, tum in Christiana maxime, quæ omnium devinctissima esse debet. nullus enim unquam legislator desideravit aut potuit desiderare tantam in sua republica conjunctionem, quantam Christus parens noster nobis inter nos imperat, unam concionem, unum gregem, unum corpus esse jubet, unam fidem, unum animum, denique omnia unum. quid potest esse magis conjunctum quam unum? nam unius, ut unum est, divisio non est aut separatio, sed plurium: & propter unum, quodcunque illud sit, omnia dicuntur esse una, copulata, astricta, colligata, sociata. Quare si societas humana omnis eò secum ipsa sibi constat, quòd præfectos habet: nec potest aliter; ne momento quidem firma esse ob corruptelam morum, nisi sint qui improbos coerceant, defendant, & tueantur ab injuria bonos: necesse est præfecturam vinculum esse societatis. cum igitur nostra jubeatur esse conjunctissima: ergo jubetur omnium maximè hoc vinculum copulationemque habere. Quapropter longissimè discedere videntur illi à Christiana ratione, qui superiorem non patiuntur, sed delent principatum: in quacunque parte ipsius reipublicæ id faciant, sive profana, sive sacra: volunt se liberos dicere: at non est ista libertas, ut demonstrabimus. In profana quidem nihil interest in pluribus sit principatus, an in uno: sed arctior & firmior societas, si in uno. In sacra verò & ecclesiastica necesse in uno, ob eam causam, quam exponemus suo loco. ex quo intelligitur quam maximè discedamus à Molinæi sententia, qui æquo

Source : BIU Cujas

animo fert principatum in populo, in clero verò nullum: sed ad æquum jus omnium istorum, non illorum putat pertinere locum illum Evangelij: quisquis major est, minister esto. Itaque principatum necessarium planè intelligebant illi sanctissimi patres, nomina verò minimè: ea præsertim quæ insolentiores spiritus & motus ciere possunt stultis. An virtutis aliquid addetur primati, si dicatur princeps, vel summus? an secum melius agitur aut cum suis, quòd superbum quoddam nomen habeat? an non præclara est ista Gregorij Magni sententia: non titulis tendo florere, sed moribus? Et ne istud in sacerdotio tantum consideremus: num respublica melius administratur quòd Imperatores, Reges & Principes glorioßssimos, fortissimos dicant se, vel dicantur à suis? curandum est certè magis, ut fortia, præclara, glorioßa gerant, & pòst dicentur non à suis quidem, qui vel eos metuunt vel eis assentantur, sed ab exteris. Quòd si administrandæ reipubl. illæ nudæ & inanes voces conferrent, semper profectò res præclarè gererentur: omnes enim talia nomina sibi vendicarunt, quod facile est. neque esset ulla regum & principum differentia, nulla rerum gestarum: vis enim in verbis sita esset, non in virtute. Ignavissimus quisque, bardus & Tyrannus pari cum summo & optimo principe esset in laude. Si ergo cognomenta illa vacua nihil profuerint, nisi ad stultitiam quorundam augendam, quid opus erat eis uti? Principio qui præerant nomine proprio dicebantur. Deinde addititium habuerunt, dictique sunt Principes vel Reges à regendo, vel præfecti consules à consulendo: post hoc nomen Principis & Regis factum est proprium: quare aliud adjunxerunt sibi nonnulli Ethnici gnathonibus naris, & dici cœperunt, Principes glorioßi & triumphatores. Postremo crescente gnathonismo & assentatione crevit impudentia, aliud illis accessit. nam illa jam gratiam usu amiserant erântque propria facta: & dicti sunt, mundi domini & lex maris, & domini dominorum: eóque venerunt tandem ut deessent nomina, & dicerentur per solœcismum glorioßssimi glorioßssimorum, potentissimi potentissimorum, & domini domini dominorum, bis, ter quaterque. at laudabilius fuerat & glorioßus, postquam in verbis gloriam & rerum vim, ut Molinæus, positam esse putabant, si nomen, posteris ut cognomen esset, ob res præclarè gestas reliquissent, ut Cyrus, Ptolomæus, Cæsar & alij à quibus cognomenta posteri acceperunt. Quare non potest satis laudari nostrorum regum ista modestia, ut jam diximus, qui solo nomine Regis vel *Sire*, quod dominus Gallis significat, inter suos contenti sunt: neque alio ornari solent. quanquam hoc accommodatur etiam mediocribus hominibus & plebeis: procerum autem & principum nulli, nisi Regi. Regis verò in Gallia solum ei proprium nomen est. quod eò sæpius dicimus, quo minus ignotum Molinæo id exemplum ut minime mirari debeat, clausulæ est, si illi, quos vita, sanctitate, religione, præstare oportet, ita statuunt de cognomentis solóque suo primatis nomine delectentur: nec nobis certe ita ad evertendum amplitudinem verba captare debuit. Erat sanè hæc prudens & consulta humilitas, quam divus Paulus ad Philippenses scribens. capite 2. ταπεινοφροσύνην appellat, & Petrus in priori epistola capite ultimo. hâncque unicè commendat omnibus Christianis. Hæc sola, invidia, quæ claris viris nimium nocere solet, carere videtur, conciliat sibi civium animos. tum maxime in Episcopis elucere debet erga suos & presbyteros, quibuscum quasi cum collegis vivere jubetur ab istis ipsis Afris, ut vidimus. quocirca etiam in Primatibus Metropolitanis erga inferiores Episcopos. Cæsar ethnicus apud Suetonium, Hannibal apud Livium inter suos quasi commilitones versabantur, eósque ita appellabant, & Trajanus, Ulpiano teste in lege prima. de testamento militari. De Alexandro summo Imperatore Romano hæc scribit Lampridius, Dominum se appellari vetuit. Epistolas ad se quasi ad privatum scribi jussit, servato tantum nomine Imperatoris. cum amicis tam familiariter vixit, ut communis ei esset sæpe consessus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos, etiam non vocatos, salutaretur quasi unus de senatoribus, patente velo. nec rogante sæpius senatu Magni cognomen suscepit. multò clarior visus est nominibus non receptis, quàm si recepisset. Quid Episcopos ipsos inter se deceat, Discite ex me, inquit, Christus 11. Mathæi. quam miti sum & humili animo, hæc est illa tapinophrosyne de qua Paulus & Petrus. Est autem cogitatio quædam fortis & imbecillitatis humanæ, per quam animus non de se elatè sentit & superbè, sed retinetur, ne rebus secundis & prosperis efferatur insolentius: éstque humilis & demissus, non abjectus quidem qui frangatur libidine & voluptate reliquisque perturbationibus: sed erectus, semper æquabilis, continens sese & contrahens, ne attollatur, aut profusius exultet, ne alios contemnat, ne sibi placeat multa ambitiosè arrogans. Hæc agitatio mentis fons est modestiæ, mansuetudinis, clementiæ, lenitatis, comitatis. Quare Paulus ista conjungere solet, ut ad Ephesios quarto: Hortor, inquit, vos ego vinctus in domino, pergite tenere viam dignam accersitu quo vocati estis cum omni ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, id est omni cum moderatione, vel humilitate animi & mansuetudine. & ad Colossenses tertio. ingredimini tanquam dilecti Deo, sancti & dilecti viscera & intima commiserationum: bonitatem, tapinophrosynem, clementiam, patientiam: & ad Rom. 13. Idem inquit, de vobis ipsis inter vos sentientes non magnificè quidem, sed compingentes vos in res similes, ne sitis prudentes apud vosmetipsos. Nam si quis præclara & egregia omnia de se cogitet, facilè incurret in superbiam, arrogantiam & supercilium: ita nominibus & titulis, ut omnibus rebus, videri volet præstantior, cum omnium summo & intolerabili fastidio. Sin conferat cogitationes suas ad debiliora & humiliora, ad imbecillitatem rerum humanarum, quàm facilè commoda animi corporis, aliarúmque rerum mutari possint, quámque facilè adimi, tum aliis non superiorem se putaverit, sed minorem aut certè æqualem: fugiétque gloriolas illas & cognomenta. Atque ipsum illud prudentissimè constitutum dicet ab his patribus, & Evangelicis præceptionibus cautum, ut omnes unà simus fratres, conservi, necessarij, quos Evangelium Proximos appellat. Totam verò præfecturam, frugiferam & fructuosam dicet ad contundendam & frangendam exultantium improborum & sceleratorum audaciam & ferociores spiritus. Et si nobis, aliquantulum digrediendo, de hac re aliquid dicere permittatur, non erit ab instituto alienum. Nam Molinæus, ut sæpe antea, ita sæpe deinceps, molestia nos afficiet, tum Episcoporum tum Pontificum comitate & humilitate abutens, ad debilitandum magnitudinem eorum & præstantiam: tum etiam, ut sacrum ordinem dimittat ad aurem & judicium, magistratuum etiam municipalium simul intelligemus non solum causam, cur isti patres nomina illa repudient, sed etiam cur tantopere in Evangeliis & passim apud sapientes authores comendetur hæc moderatio animi, quam tapinophrosynen græci appellant. Ad multos item locos Molinæi profuerit istud quasi universè & generaliter dictum, ne cogamur sæpius de eadem re dicere, sed ad hunc quasi communem fontem nos referemus deinceps. Summam utilitatem & vim semper putarunt divini homines inesse in hac rerum humanarum & humilium meditatione: & non solum isti, sed etiam ingenio præstantes Philosophi & Poëtæ naturæ sola ducti bonitate. Nam illud primum certum est, mixtam & temperatam esse oportere humanam societatem, & constare debere è majoribus & minoribus, nam ut Sophocles in Ajace ait,

Source : BIU Cujas

Καίτοι σμικρὸι μεγάλων χωεὶς,
Σφαλερὸν πύργυ ῥῦμα πέλονται.
Μετὰ γὰρ μεγάλων βαὺς ἄεις ἂν,
Καὶ μεγάς ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων.

id est, Parvorum sine magnis tenue certe & infirmum est arcis præsidium.

Præclare enim agitur cum pusillo si magnis societur. Major quoque à minoribus sustinetur & erigitur.

Cum igitur ita mutuò egeant auxilio, non poterit firma & permanens esse societas, si primi & summi inferiores contemnant, in eos sæviant, eos opprimant, truces, immanes, efferati opibus, potentia. Quare sapientissimi homines Historici & Poetæ his & illis consulentes, ut sedatè & tranquillè vivant in suo quisque ordine, casus humanos, imbecillitatem & quasi ludibria fortunæ proponunt, ut intelligat quisque si in aliquo præstet, non eò insolentius efferri oportere, sed summittere & contrahere animum, ne in similes calamitates incidat. nihil enim est satis firmum homini, sive animi, sive corporis ornamenta, sive rerum copiam respicias. Nam si ingenio, doctrina, judicio, consilio se quis putet excellere possunt facile ista omnia vehementiori mutatione, amentia, furore vel minui vel penitus extingui, ut summorum virorum & clarissimorum exempla traduntur. nam Solonem Græcorum sapientissimum in furorem incidisse aiunt (quamquam nonnulli simulasse tantum) Salomon ille, quem nullus mortalium sapientia superavit, desipuisse legitur in bibliis, Regum libro tertio. capite 11. Multos delirasse senes & juvenes, vulgò dicimus. In Hermogenem præceptorem Marci Imperatoris ingeniosissimum virum & summum oratorem, cujus etiam opera quædam extant, hoc scomma jactatum esse scribit Suidas, Ερμογένης ὁ ἐν παισὶ γέρων, ἐνιοὶ γέροντ παῖς. id est Hermogenes inter pueros senex, & inter senes puer. Sæpe multi elati & ingenij sui viribus freti nimium in errorem elabuntur, ut non satis post acutè omnia cernant. Et furorem in summos viros cadere Ulpianus de statu hominum affirmat. leg. 20. Et Paul. l. 39. de judiciis. ita infirmiora ista secum quisque meditans causam non habebit cur ex illis quasi perpetuis ferocior fiat. Atque multo minus ex rebus quæ ad corpus tantum pertinent, quod est animo longè debilius. Si quidem valetudo, formæ dignitas vel venustas, vires, robur, decertandi fortitudo, suavitas vocis, denique in corpore corporis commoda omnia & decus, repentè variis casibus & periculis debilitari, penitúsque infringi possunt. in promptu sunt robusto militi arma, tela, fulminei globi, strages, vulnera, cædes. Milo ille Crotoniata ubique nobilitatus lacertis suis & lateribus nimis confisus miserè periit. In promptu est omnibus morbus & ætas, quibus ille pulchritudinis flos defluat, rauceſcat clara & canora vox, & quibus ipsa sustinetur, flacceſcant latera. vix erit ullus animus adeò philautos & magnificè usque adeò de se sentiens, qui seipsum interdum non colligat crebra harum rerum cogitatione, seque demittat ad communem hominum imbecillitatem & naturam: idque beneficio hujus tapinophrosynes, quam sancti illi viri tantopere celebrant. Et ut de extrariis rebus aliquid dicamus, Sit quis omnium fortunatissimus, fluant illi ad voluntatem omnia: sit primum ingenuis claríque ortus majoribus: sit splendor familiæ, fumosæ imagines, cognationes, affinitates, clientelæ amplissimæ: habeat uberiora omnia ad victum cultúmque corporis: tecta magnifica, auri argentique ingentem vim & copiam: sit suppellex splendida & elegans, prædia urbana & rustica: fundi instructissimi, jumenta, pecus omnis generis, ex quibus omnibus fructus & census. sit denique Crassus alter, benè locuples, benè nummatus, benè peculiatus: habeat faustum fœlixque conjugium & familiam in qua floreant uxor, liberi, mancipia, mercenarij. &, ut ait Poëta,

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere & flammis adolere penates,
Centum aliæ, totidémque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistro.
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.
Arte laboratæ vestes, ostróque superbo,
Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.

Non careat præterea noster hic tam beatus iis, quibus familiariter utatur. nec enim sat ei fuerit si cum familia solus vivat. habeat oblectamenta fidium & tibiarum artémque musicorum omnium. Et ne quid desit, adjungantur parasiti, gnathones & histriones: delectetur venatione & aucupio: sint equi domi insignes, rheda, lectica, currus. Atque apud seipsum hac fruatur rei familiaris fœlicitate. Foris verò apud omnes præsertim summos valeat gratia, authoritate, amicitia: circunfletur ventis omnibus laudis, famæ, gloriæ, honoris, dignitatis: sit singularis ejus amplitudo, potentia, majestas. In hac certè rerum abundantia vix effugerit multa vitia, quæ rebus obrutus cernere non potest. Quapropter Fortuna, aut Plutus, qui divitiarum deus Græcis dicitur, ab Aristophane imprimis effingitur cæcus: non tam quòd sit cæcus ipse largiendo, neque videat cui det, quàm quòd cæcos efficiat, quos complexus est, intumescant, fiántque superbi, morosi, difficiles, vehementiores, acerbi, sæpe inflammati ad odium, invidiam, contentionem & asperitatem. Nec retineri sanè poterunt quin noceant, cum viribus conjunctam habeant voluntatem. nec curari, nisi illa tapinophrosyne, quæ sanet oculos mentis propositis humanis casibus, abstergátque sensim ut cernere possit, dum talia cogitabit quæ in se summa putat, amitti atque evanescere, vel sensim labi posse ea vi, quam jureconsulti majorem vocant: hostium impetu, latrocinio, rapina, furto, lue, tabe, incendio, ruina, naufragio, lite, calumnia, tumultu, seditione, ex quibus rebus quis incidere potest in inopiam, contemptionem, ludibrium, dedecus, infamiam, luctum, mœrorem, varias calamitates, ærumnas, repentinos denique casus, quibus non solum res, sed patria, civitas, libertas vitáque amittitur. Hæc quotidiè audimus, videmus, experimur. Referta his omnibus omnium ætatum monumenta, quæ docent ne potentissimos quidem potuisse casus gravissimos & acerbissimos effugere, ut exemplo esse debeant in inferiori loco positis, quorum fortuna, status & conditio magis in alterius manu sit: ne efferatur superbius sive rebus, sive nominibus. Pompejus in quem unum universus orbis multis annis se converterat calamitosissimè periit.

Suffixum caput est (inquit Lucanus) quo nunquam bella jubente.
Pax fuit, hic leges campúmque & rostra movebat.
Hac facie fortuna tibi Romana placebas.

Darij singularis inter mortales potentia, gloria & fœlicitas, ut Quintus Curtius narrat, in Ciliciæ angustiis uno prælio ab Alexandro Magno exhausta extinctáque est. Tum etiam cecidit Persarum summum Imperium estque ad Græcos translatum. Et antea Cyrus rex Persarum, cujus tantæ laudes, non à viris, sed à Tomyride regina Massagetarum bello superatus atque interfectus est: & Tomyridem narrat Herodotus libro primo. cum caput Cyri immitti & immergi jussisset in utrem cruore spumante plenum, his compellasse mortuum verbis, Quoniam bellandi finem nullum unquam feciſti fuitque semper tibi humani sanguinis inexhausta cupiditas, satietur nunc cruore redundante hæc tua tanta sitis, ut non tu sanguini humano, sed sanguis tibi superfit. Scribit etiam Crœsum, cujus divitiæ & opes tantopere celebrantur, amissis

Source : BIU Cujas

omnibus fortunis à Cyro captum & ad ſupplicium ductum exclamaſſe, O Solon, Solon. & cum Cyrus interrogaſſet quid his verbis ſignificaret, reſpondiſſe refert. Fuit, inquit, quoddam tempus, quo ego divitias & theſauros meos oſtentabam Soloni Græcorum ſapientiſſimo: & percontanti mihi, quem omnium hominum judicaret beatiſſimum, reſpondit, Tellum Athenienſem, qui benè vixerat in mediocri re familiari, fœliciſſimum videri: me quidem fortunatum eſſe dicebat, beatum verò minimè, quòd antè ſupremum diem multis caſibus omnibus illis rebus carere poſſem. Id ridebam tum ego amens, quod verum eſſe reipſa nunc experior & ſentio. hac oratione admonitus Cyrus ſortis communis humanæ, liberavit Crœſum, ſummóque pòſt in honore habuit, ſibíque propemodum æqualem. Nota ſunt quæ Poëta ſcribit de Priamo. Pyrrhus Priamum trementem.

Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati,
Implicuítque comam lævâ, dextráque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit: Trojam incenſam & prolapſa videntem
Pergama: tot quondam populis terríſque ſuperbum
Regnatorem Aſiæ: jacet ingens littore truncus.
Avulſúmque humeris caput & ſine nomine corpus.

Commovere poterit animum legentis Euripidem mœror Hecubæ uxoris Priami, quæ ſola ſupererat ex clade Trojana,

Τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νὺν δούλη σέθεν
εὐπαις ποτ' ὦσα, νῦν δὲ χἀπαις ἄπαις θ' ἅμα
ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.

quod nos Jambico Trimetro, quo utitur Euripides, ſic vertimus,

Ancilla nunc ſum, quæ prius Regina eram.
Prole ante fœlix, orba nunc ſimúlque anus,
Sine urbe, ſine ſolatio, miſerrima
Mortalium.

Sunt iſta quidem antiquiſſima: ſed tamen in expreſſa eorum imagine perſpicere quis poterit quæ recentiora ſunt, quæ annalibus populorum & gentium continentur, quæ denique quotidiana ſunt. nullus enim eſt locus, in quo non extent ſimilia calamitoſorum expreſſa veſtigia. Atque his rebus quidem docti viri hortantur majores, ut ſint æquis animis in minores, ne ſint acerbiores, ne impreſſionibus utantur, ſed propenſi ad comitatem & lenitatem & clementiam. Nemo enim niſi planè amens reperietur (cum ita lubrica, fluxa, caduca ſibi perſuaſerit, quámque facilè & repentè poſſint ea adimi, quibus tantopere caput attolat in auras) quin aliquantum demittat ſupercilium, inferioreſque non deſpiciat, cum ſimiliter improviſo quodam caſu fieri poſſit aliis æqualis atque in infimum locum compingi & detrudi miſerrimus omnium. Atque illi certè veteres Ethnici rerum mutationibus & periculis edocti, in hanc tandem deſcendêre ſententiam, quam Plato, Cicero & Politici omnes referre ſolent, dignam ſanè quæ melioribus notis commendetur. Quanto ſuperiores ſimus tantò nos ſummiſſius geramus: quæ eadem dicitur ab eccleſiaſtico capite 3. Iſtud omne uno hoc verbo tapinophroſynes Petrus & Paulus complexi ſunt. Tamen Molinæus, quòd Epiſcopi majores ſummiſſius verbis, titulis, & nominibus gerant ſe, & gerere jubeantur, majores negat: primas, ſecundas, tertias, omnes partes, omnem denique ordinem tollit. Adhibet hanc tapinophroſynem, hanc moderationem animi, hanc lenitatem ad evertendam poteſtatem, præfecturam, principatum in ſacerdotio. Sed cur, ut iſtud Epiſcoporum, perinde illud Ethnicorum non accommodat ad negandos magiſtratus & ſuperiores, quòd in Ethnicis illis civitatibus eò depreſſius, quò majores ſunt, demittere ſe jubeantur, non verbis tantùm, ſed toto vitæ genere: quòd in magiſtratu dicant nihil laudabilius lenitate, comitate & facilitate. hoc enim non ignorabit imprimis præcipi quiſquis in politicis libris & hiſtoriis verſabitur. Nam Calliſtratus jureconſultus ethnicus de officio præſidis ſtatuit, ut præſides provinciarum faciles ſe præbeant. Quod autem paulo poſt adjicit, mandatis principalibus contineri, ne præſides in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant. contemptio enim, inquit, dignitatis ex converſatione æquali naſcitur: ad familiaritatem tantum pertinet, non verò lenitatem & comitatem. aliud enim eſt lenem eſſe, aliud familiarem. Familiares & intimos habere nemo cogitur, ne lege quidem Chriſti, ſed quis ſolus vivere poteſt. Si quidem familiares dicuntur, quibuſcum quaſi cum familia vivitur: quamquam nec omnem familiaritatem: ſed ulteriorem, id eſt nimiam & eam quæ ultrà quàm oporteat progrediatur, vetant illa mandata principalia. poteſt enim etiam cum uxore, qua nihil viro familiarius, & cum liberis ulterior eſſe familiaritas, & ex æquali hujuſmodi conſuetudine contemptio naſci, ſi decorum non ſervetur. ſunt certè ſingulis perſonis accommodanda officia: aliud enim erga uxorem, erga liberos & domeſticos, & erga extraneos aliud, quibuſcum tamen uſus familiaris vitæ eſſe poteſt. habet etiam unuſquiſque ſibi ipſe proprium quiddam: in quo ne cum collega quidem æquale ſit officium, nec ulli quidem unquam communicandum. Quare nec lege illa ethnicorum cum provincialibus familiares conferri ſermones præſidibus prohibitum eſt, neque ulla prorſus honeſta familiaritas. tantum id docetur, quod eſt in univerſa vita comicum condimentum, ne quid nimis, & decorum ſervare oportere. Itaque non ſolum illa lege, quæ in luce tantum naturæ verſatur, ſed multo magis etiam noſtra Chriſtiana, humanitas præcipitur, manſuetudo, pietas, humilitas illa, quam tapinophroſynem appellant divini illi homines (quæ eſt fons omnium harum rerum & quaſi fundamentum) ſuavitas morum affabilitas ſermonis, ut quis ſit ſummiſſus, mitis, lenis, placidus, propenſo animo, fracto, fuſo, & quaſi profluenti ad charitatem opémque mutuam inter nos, quos Chriſtus fraterno nomine ei neceſsitudine junctos eſſe voluit. Idque ad ſummos magiſtratus pertinere. Ne efferantur, inquit ſummus ille legiſlator & rerum omnium conditor Deuteronomio 17. reges ſuperbè in fratres ſuos. Quid de aliis magiſtratibus ſtatuendum? Quid de Epiſcopis? quos illuſtrare univerſum hunc orbem optimo vitæ exemplo, & ut collucerent quaſi quodam morum & doctrinæ fulgore Chriſtus conſtituit. Epiſcopi certè Eccleſiæ ſuæ, ut magiſtratus omnes civitatis dignitatem & decus perſonámque quam gerunt munere ipſo non rebus inutilibus & ſupervacaneis, qualia ſunt nomina & ſimilia ſuperba ſuſtinere debent: & ſuæ fidei commiſſa tueri: in reliquis verò ſuis pares meminiſſe illius præclaræ legis, ut quò ſuperiores ſint, eò ſummiſsiores. Et Eccleſiaſticus jubet capite 32. *Rector conſtitutus es, noli extolli, ſed eſto inter eos quaſi unus eorum, eos omni cura & prudentia tua iuva.* Quòd autem dicitur ſeveritatem ſalutarem vincere inanem ſpeciem clementiæ & lenitatis, ad vitia comprimenda referendum eſt: vitia enim tantùm & ſcelera, ſeveritas ſequi debet, illáque quaſi ſubjectum in quo verſatur habere: eſt enim pharmaci inſtar, quod ad morbos tantum curandos, vel advenientes propellendos adhibetur. Quare pro ratione & magnitudine morbi & ſceleris, vel impendentis, vel ingraveſcentis ut medicamentum, ſeveritas accommodanda eſt. quòd etiam de pœnis & mulctis ſtatuunt civiles leges. Siquidem ſine noxa pœnam non eſſe oportere, ait Archadius Imperator de pœnis. Itaque pœna, mulcta & caſtigatio, ſunt præteriti admiſſi, ſeveritas. Minæ verò & ſanctio, futuri. Citra autem vitia & maleficia non magis locus ſeveris eſt, quàm in bona valetudine, medicamentis. In his tamen rebus elucet etiam quanta apud Ethnicos

Source : BIU Cujas

fuerit lenitatis & clementiæ præstantia. Nam Marcellus jureconsultus de pœnis. scribit in levioribus criminibus ad lenitatem proniores esse debere judices. In gravioribus severitatem legum sequi oportere, cum aliquo tamen, inquit, temperamento benignitatis: atque ita gravitatem lenitate aspergendam. Quæ omnia exemplo esse debent, quàm valdè Christiano viro amplectenda sit illa animi remissio, cum illi ipsi ethnici in pœnis etiam severitatem ab ea moderari oportere statuant. Et ita quidem, quòd vicissitudinem rerúmque varietatem experirentur, demittebant supercilium, & ita jubebant omnibus metu certè acerbioris rerum mutationis. nam rerum eventus fortunæ magis tribuere solebant. At nos certiora præcepta Evangelij & testimonia divinorum Bibliorum habemus, quibus est nobis satis testatum, omnia in summi illius Rectoris posita esse potestate: qui admirabili quadam providentia & summo æquitatis judicio omnia versat & mutat, si quis erga suos se gerat insolentius atque intolerabilius. egregia exempla extant, cùm passim in Bibliis, tum in Daniele ipsius Nabuchodonosor & Roboam Regum. tertio capite 12. & Ecclesiastici. capite 10. ut hoc sit sapientissimè ubique decantatum, Initium sapientiæ timor domini. Quæ omnia Episcopi ipsi inter se, qui ad nos divina illa docenda constituti sunt, amplecti ac augustè & sanctè colere debent ipsa tota vitæ ratione non solum cognomentis, quæ magis attollere inaniter magisque inflare animum possunt quam augere virtutem. Nam ut præclare Socrates dicere solebat, quemadmodum utres vento tumescunt & spiritu, ita stulti arrogantia & titulis. Atque ita ne nos eis, quum nos erudiunt, jure objicere cogamur, quod est in Evangelio Lucæ 4. Curate vosmetipsos medici. Quare prudentissimè & sanctissimè sanctissimi illi patres tapinophrosynem laudantes & docentes, illa nomina respuunt, lege lata ne quis exarchus, princeps summusque sacerdos diceretur. De his rebus nos ita multa hactenus: quoniam Molinæus hoc decretum firmissimum putat ad evertendum Primatum. Quamobrem nobis bis jam repetitum voluit: sed & ter & sæpius similia posthac. Reflectítque tapinophrosynem Pontificum & Episcorum in eos ipsos, qui ea utuntur. Affértque multa exemplа & ornamenta mutuæ ipsorum inter se vel erga Imperatores, Reges & alios humanitatis, benevolentiæ & comitatis, suavitatis & facilitatis, ut dignitatem demittat, ut alios aliis majores non esse demonstret. Quæ omnia nos primum in unum locum cogere poteramus: deinde uno illo tapinophrosynes verbo confringere: sed maluimus excipere sigillatim singula, sequíque florem orationis suæ quàm videri tanta penuria laborare in defensione contexenda, ut colus & lana, quibus in oppugnatione sua ipse non caruit, nobis deesse videretur.

„ Postremo ex superioribus tanquam veris causis „ vult nos huc adducere. Hinc, inquit, Constantino- „ politana Ecclesia æqualis erat Romanæ. Et eadem „ omnino jura & privilegia habebat: Imo etiam Roma- „ na dicebatur, & Archiepiscopus Constantinopolita- „ nus Papa Romanus, ut habetur 24. quæst. 2. cap. 12. versiculo. Item Romanorum, id est Constantinopolis, ut ibi glo. & omnes doctores recte exponunt. Cur dicis vir acutissime privilegiis pares Romanos Pontifices & Constantinopolitanos, vel Ecclesias eorum: cum æquum jus omnium Episcoporum inter se jam dixeris? atque non solum hos, sed Metropolitanum etiam & Primates omnes æquasti, soláque nescio qua solicitudine differre voluisti. Quare aut non tibi tecum ipse consentis: aut naturam privilegij perimis. Non ignoras enim privilegium jus singulare esse, neque egredi personam, vel rem cui competit, ex Ulpiano de constitutionibus principum. & Theodosio, atque Valentiniano de legibus. & Beda 26. quæstione 2. omitto quas contemnis constitutiones Pontificum, ubi ista fusius traduntur, ut cap. 9. de privilegiis. & 25. de verborum significatione. ubi Privilegium quasi privata, non communis lex dicitur. quod etiam ait Isidorus apud Gratianum tertia distinctione. Æqualem Constantinopolitanam Ecclesiam Romanæ dicis, nec id tantùm, sed addis eadem omninò jura & privilegia utriusque fuisse. quibus testibus probas? In priscis rebus sine testibus credendum non esse, sæpe periculum fecimus. Cui enim credemus magis quàm nobismetipsis qui hoc negamus? cùm præsertim nobis rationes superstint & multæ & maximæ, quibus contrà persuasum habemus. Primùm antè Constantinum Magnum non fuerunt æquales: nam Constantinopolis nondum erat, sed Bizantinum parum nota civitas: ne quidem antè Gratianum & Theodosium Magnum Imperatores: neque ante annum 383. tum primùm enim diximus à Constantinopolitano concilio decretum Primatum Episcopo Constantinopolitano, post Romanum tamen: non igitur pares. denique ante Phocam & post Phocam suberant Romano, ut jam disputatum est: sed dabitur post etiam explanandæ historiæ accommodatior locus. Quare privilegia juráque nunquam eadem omninò fuerunt, ne quidem reliquarum Ecclesiarum inter se: sed constitutum canone illo sexto Nicæni concilij jam nobis celebratissimo, ut mos antiquus privilegiáque omnia cuique servarentur Ecclesiæ. Sed nihil in Constantinopolitano concilio nisi Primatus honoris, non potestatis ei tribuitur, ut intelleximus ex his verbis, τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον id est Constantinopolitanus Episcopus habere Primatum honoris post Romanum. Gratianus verò scripsit 22. distinctione Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere honorem Primatus. Et Justiniani illa constitutio, de qua diximus, hoc verbo πρεσβεῖα utitur, quod honore præcedere significat, ἡ τιμή. enim honor est: sancimus, inquit, Constantinopolitanum honore affici antè alios, post Romanum. de Romano verò ait, Sancimus esse primum omnium sacerdotum. ut aliquanto ante exposuimus. Creandi verò Primates, vel Metropolitanos extra fines Patriarchiæ suæ, id est alios, quàm suæ provinciæ, judicandi de Episcopis, decernendíque de rebus universæ Ecclesiæ & negotiis ubique terrarum, non erat ista ejus potestas, sed Romani tantum, ut in concilio Calcedonensi in postrema parte actionis 16. apparet. Oportere, inquit, sanctissimum Archiepis- „ copum regiæ Constantinopolis novæ Romæ eisdem „ Primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potesta- „ tem habere ordinandi Metropolitas in Asiana, Ponti- „ ca & Thracia diœcesibus. definita ergo erat potestas „ ejus Asiæ, Thraciæ Ponticæque diœcesibus. Et cum concilium adjecisset ei quasdam provincias, rogat Romanum, ut comprobet actione tertia in relatione. Fuerat igitur à concilio Constantinopolitano honor solum decretus: quemadmodum nobis est antea traditum, Metropolitanos quosdam dici honore, quosdam potestate. Idque in Nicomediensi & Nicæno supra observavimus. & intellectum est initio ex Pelagio & Gregorio quam acriter compresserint Joannis illius temeritatem, qui consulto Romano Pontifice vocaverat concilium œcumenicum. hoc enim præcipuum esse Romanorum dicebant. Non igitur ejus æqua cum Romano potestas, non æquum jus: sed finibus certis continebatur, ut cæterorum Patriarcharum Patriarchia: quo etiam argumento Pelagium non pati eum dici œcumenicum initio vidimus, quia, inquit, cæteris nomen derogaretur, qui patrum Principes, ut ipse, dicebantur: æquales enim erant in decretis sibi provinciis: eos tantum iste honore præcedebat. Romanus verò hunc etiam honore. ergo nullo genere Primatus par: sed fuit Romanus semper primus vetustate, potestate, honore: antiquissimus, maximus, dignissimus propter Petrum Apostolorum præstantissimum.

Source : BIU Cujas

simum. Et ne videamur in explicando illo canone Constantinopolitano nimium solertes (quanquam superiora sat esse debeant) istud didicimus ex concilio
» Constantinopolitano sexto, quod apud Gratianum
» scriptum est 22. distinctione. his verbis, Renovantes
» sancti Constantinopolitani decreta concilij petimus,
» ut Constantinopolitana sedes, similia privilegia, quæ
» antiquior Roma habet, accipiat: non tamen in Eccle-
» siasticis magnificetur ut illa: sed hæc secunda post il-
» lam existens, priusquam Alexandrina sedes numere-
tur: Deinde Antiochena: & post eam Hierosolymitana. Convenit hoc concilium anno 672. ut in Constantino Constantis superioris filio scribit ille Græcus Tharasius. Sed pro Molinæo aliquid nos afferemus, non tamen causam nostram prodemus, neque erimus transfugæ. Honorius Imperator de privilegiis urbis
» Constantinopolitanæ ita statuit, Urbs Constantinopo-
» litana, non solum juris Italici: sed etiam ipsius Ro-
mæ veteris prærogativa lætatur. Videtur ergo vera Molinæi sententia, ut eadem fuerint privilegia. Hæc constitutio vim legis habet, quia in codice Justiniani scripta est. Eam tametsi Molinæus nobis non proposuit (quod quàm libentissimè, ni fallor, feciset, si veniset in mentem) tamen quia pleróque, qui eam legerunt, commovere potest ut credant Molinæo, placet hic refellere. Si diceremus Imperatorum leges de rebus sacris & ecclesiasticis, eas præsertim quæ adversariæ sunt sacrosanctis canonibus conciliorum, nullius esse momenti: posset hoc demonstrare illam constitutionem non lædere jus Romanum. At non satisfaceremus promisso nostro, ut vetustissimam defendamus hanc fuisse ut omnium, ita Imperatorum Christianorum, de Primatu sententiam. Hoc enim nos ita instituisse diximus initio, ut ostendantur Molinæi scripta non obesse, quo minus vera ista & sint, & videantur. Honorius legem illam fert de immunitate tantum urbis, & privilegiis census & tributorum, non de jure Pontificatus, ne omnino quidem de re ulla sacra. Florente Imperio Romano, ut ex Plinio libro quinto capite 2. & Strabone libro 17. exploratum habemus, civitatum multa fuerunt discrimina & differentiæ. Erant enim civitates aut liberæ, hoc est, donatæ libertate, vel initio amicitia conjunctæ Romanis, aut metropoles, aut municipia, aut stipendiariæ, aut fœderatæ, aut coloniæ, aut juris Italici. Erat etiam varium & diversum jus earum. Aliud enim coloniæ, aliud stipendiariarum, aliud municipij, aliud liberarum, aliud fœderatarum, & Italiæ totius aliud. Jus harum omnium cujusmodi fuerit: neque breviter, neque facilè est distinguere. Si quidem in arbitrio & beneficiis Imperatorum totum istud erat positum: ut coloniæ quædam hoc solo nomine ornabantur: interdum salvis tributis factæ coloniæ: interdum nomen & jus Italicum consecutæ: interdum immunitatem soli tantum habentes: aut non pendentes tributum capitis: quod ex Ulpiani lege prima & postrema Pauli de censibus, intelligi potest. Tamen, ut munera & onera in tria genera distribuit Archadij jureconsulti lex postrema. de muneribus. (sunt enim personæ, patrimonij, & utriusque, quæ mixta dicuntur.) Ita immunitas commodè dividi posse videbitur. nam immunitas contraria muneri est. Est enim vacatio & remissio muneris, ut ait Paulus jureconsultus lege 18. de verborum significatione. Itaque remittebant Imperatores quibusdam civitatibus patrimonij quædam munera, & tributa & census: concedebant etiam id genus alia privilegia, quæ ex codice Theodosiano ociosus quis facilè poterit colligeres & nos, ea docendo, & explicatè tradendo, beneficio afficere. Italia solum immune habebat & remissum tributum capitis, ut ex lege illa postrema. de censibus. cognosci potest. Habebat Usucapionis jus proprium, quod docet constitutio Justiniani de usucapione transformanda. Erant etiam Latinæ quædam libertates, cujus rei constitutio in codice Justiniani de Latina libertate tollenda. extat. Fuerunt alia quoque privilegia complura, quæ omnia jus Italicum dicebantur. Cujus etiam juris erant nonnullæ civitates extra Italiam, ut in Gallia, Lugdunensis & Vienensis: in inferiori Germania, Agrippinensis: quod testatur Paulus in lege postrema. de censibus. Ejusdem juris erant Constantinopolitani. Nam ita illustrata Constantinopoli à Constantino Magno, nomine ipso urbis Romæ novæ, beneficiis & sede imperij, ut ante diximus, Constantius ejus filius immunitatem concessit extraordinariorum munerum. Palatini (inquit in codice Theodosiano. libro 11. titulo 16.) & Constantinopolitani cives pro capitibus, seu jugis suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscant, extraordinariis & temonariis oneribus liberati. Uno & vigesimo pòst anno, ut consulum ratio ex Magno Aurelio constitutionum tempus docet, Valentinianus Constantinopolim juris Italici esse voluit. lib. 14. tit. 12. codicis Theodosiani. Postremò, quoniam urbis Romæ majus erat jus quàm ipsius Italiæ, multóque auctiora privilegia, Honorius annis paulò plus triginta post illam constitutionem Valentiniani, tulit illam ipsam legem de qua agimus, Urbs, inquit, Constantinopolitana non solum juris Italici, sed ipsius urbis Romæ veteris prærogativa lætetur. Sed nihil istud ad Episcopos, nihil ad sacrum ordinem, nihil denique ad res sacras. Nec verò nomen Papæ, quo etiam Constantinopolitanum ait appellatum esse demonstraverit æqualem fuisse Romano: aut certè eadem ejus ipsius nominis vi, Episcopi omnes pares erant. Nam commune fuisse omnium antea dixit, & nos non repugnavimus. quare nulla privilegia, nihil amborum istorum proprium: sed omnia omnium Episcoporum communia, si tanta sit vis hujus nominis communis, quanta in ambobus esse vult. Quod argumentum levissimum est sanè. Nam ex eo argurius quiddam quis ita confecerit. Nomen istud commune est, ut jamdudum dixit. Nomen istud declarat æquari Constantinopolitanum Romano, ut nunc ait: His igitur nihil aliud potest esse consentaneum, nisi commune omnium Episcoporum hoc ipso esse, quod declarat Romanum & Constantinopolitanum æquales, quocirca idem ipsum etiam ostendet, omnes Episcopos ambobus illis pares. Sed cur non ita ex nomine Episcopi & aliis omnium communibus, illud quoque intulit? An quod, ut Reges, perinde nostrum unusquisque homo sit, & multa habeat cum eis communia, æquabimur nos omnes Regibus? Num etiam eò minus nobis superiores, quod homines sint, ut nos? quod edant & bibant & morientur, ut nos? Itaque cum illud, tum alia multa, sunt Romano cum cæteris communia: at non magnitudo, non amplitudo, non potestas. Permultum quidem interest Episcopus sis, Pontifex, Papa, Presbyter, Magistratus, Jureconsultus, miles, eques, civis, Episcopus, an civis talis, vel tantus & quæ sunt ejusmodi. Petrus est maximus Episcopus, maximus Pontifex. & (postquam tibi placet, hoc nomen commune esse) Papa maximus reliqui omnes eò inferiores sunt, gradibus etiam inter se ipsi differentes, ut ad unum verticem pergat ordo. Mirum istud: in omnibus rebus improbamus quod confusum est, quod dissipatum, quod perturbatum: probamus distincta, aptè connexa, distributa, temperata, concinnata: quæ citra ordinem ità se habere non possunt, expetimus denique in omnibus rebus ordinem: at in sacerdotio Molinæus non patitur. An ubi æqualia omnia, ordo est? ubi nec prius, neque posterius, neque primum, neque postremum? Oportet sanè, ut Græci aiunt: τὰ ἀπάλληλα πεπαγμένα εἶναι, id est superiora & inferiora esse ut ordo sit, unde τάξιν ordinem appellant. At dicet quis (non Molinæus quidem, quia pares omnes esse vult, sed alius quispiam, qui æquiori judicio ista ferat.) Admitto quod dicis, sed quid ita plures esse non poterunt Pontifices maximi alij aliis in provinciis?

Source : BIU Cujas

ut plures Reges & Principes Christiani sunt ? ut quatuor etiam Patriarchæ erant pari quisque, ut tu quoque dixisti, potestate in decretis sibi provinciis, quibus parebant inferiores Primates, Metropolitani, & Episcopi : atque ita ordo erat. Cur non item in Germania, Gallia, cæterisque regnis ? Quid egemus omnes uno Petro Romano ? Huic certè ergo sic respondero : Si nobis tollas verba Christi, quibus est ei concio vel grex Christianorum commissus, causæ aliquid erit, cur ista requirenda sint : sed ea sunt verba, ea fuit omnium ætatum virorum gravissimorum, ornatissimorum & sanctissimorum interpretatio, is consensus, ea denique una omnium sententia. ei paruerunt Patriarchæ illi. quid nos infirmabimus Petro jus istud ? At postquam probatur tibi ordo, nec assentiris Molinæo, ut æqua sit omnium conditio & dignitas : atque in uno regno Metropolitanorum & Primatum statuis unum maximum. propter summam ordinis utilitatem, cur & eadem ipsa ratione & ad omnium Christianorum continendam consensionem, omnium regnorum Pontificem maximum unum non feres ? & cum unum corpus sit Ecclesiæ, non erit biceps, vel triceps : neque ordo unus esset, nisi omnia ita distributa sint, ut sint superiora & inferiora, quasi gradibus connexa ad summum unum & primum. in Regibus & Principibus non est ista ratio. Nam unus, ut Petrus non est omnibus præpositus : quare lex Christi, quæ juris istius est origo & firmamentum ad alium quàm Petrum non pertinet. Optimè ageretur cum universo orbe, si unus uno eodemque ordine esset Princeps. Nam hostem non haberet : neque populus alium quàm suum Principem, neque Princeps alium quàm suos pertimesceret. sed cupiditas hominum, libido & immanitas vix patietur pòst, ut nunquam antea. Ob istam ipsam rationem Principum paucitas, pacatior & salubrior est ubique terrarum : maximèque interest populi, amplitudinem Regum & Principum tueri, ne plures enascantur hostes, augeatúrque calamitas, populi interest, ne familiæ herciscundæ judicium ita in regnis, ut in privatorum hæreditatibus l, ocum habeat. Interest ne liberi Regum, quasi pro portionibus hæreditariis succedant (ne pòst bella excitent) sed unus sit rex, cui reliqui pareant : interest ne Reges distrahant & alienent, quæ regni sunt. quæ omnia in Gallia moribus Gallorum instituta sunt & servantur. Quare & Paulus in epistola priori ad Timotheum capite 2. hortabatur omnes ad preces & obsecrationes pro salute & incolumitate Regum & Principum : addítque illam ipsam rationem, ut, inquit quietè, tranquillè & placidè traducamus vitam. erant tamen tum illi Reges Ethnici, quibus salutem adeo precari jubebat. Planè intelligebat divinus vir, quanti referat paucos habere Principes. tot enim sunt hostes ipsi inter se : quare non imminuendam eorum magnitudinem, ne singulis succrescant plura quàm Hydræ capita. & populum sibi precari quietem, pacem & tranquilitatem, cum eos vult incolumes. Atque cum omnia faustè & fœliciter eis ut eveniant, optat, sibi optat. cum verò disjungit se ab eis, hostes plures sibi gignit & procreat. Et Tertullianus in Apologetico cap. 30. hunc veterem morem Ecclesiæ scribit Christianos defendens contra Romanos Ethnicos, Nos, inquit, » pro salute Imperatorum Deum vocamus æternum, » Deum verum & Deum vivum. & paulò post, Precantes » sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, » vitam illis prolixam, Imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Idcirco Ethnici Romani nuncupare vota pro salute principis, & suscipere post calendas Januarias tertio die solebant, ut Cajus jureconsultus de verborum significatione. ait lege 233. fiebat etiam in provinciis, ut Plinius secundus libro 10. scribit ad Trajanum. Quod si ad quietiorem & meliorem rerum humanarum statum Principum magnitudo non numerus pertinet, ne nimis multis hostibus opprimamur. an Christus in tam arcta firmáque conjunctione & consensione, qua suos omnes unà contineri vult, unum quoque non constituit, qui omnibus Episcopis præesset ? ne plures, cum inter se dissiderent, hostes acerrimi, nos tumultu suo & factionibus ab æternitate illa optatissima & suavissima propelleremus ?

21. Pergit idem & ait : Tamen quia Imperatores Constantinopolitani, non Constantinopolitani : sed « ῥωμαῖοι id est Romani dicebantur, nec veterem Ro- « mam abalienare, nec postponere volebant : sed ut ca- « put imperij retinere. Ideo Justinianus magnus (qui « Romam ter Gothis ereptam, bis per Bellisarium » patricium, & iterum per Narsetem Imperio suo asse- « ruit, ut scripsi in cons. Par. tit. 1. nu. 24. constitut. « sua Novella 131. de Ecclesia. cano. in prin.) statuit ve- « teris Romæ Papam, primum esse seu primam se- « dem habere : Archiepiscopum vero Novæ Romæ, seu « Constantinopolis secundum locum tenere. Ista fermè « omnia jam nobis semel ante dixit, & nunc iterum ad « illa nos revocat. veretur fortasse, ne satis memoria teneamus. At ego potius eum vereri suspicor : ne istud ei objiceremus, dixisti paulo antè arbitrio Principum sedes Metropolitanorum, quibus Romanum Pontificem adnumerasti, constitutas : dixisti penè invitus Romanum Constantinopolitano præpositum judicio etiam Imperatorum, ut Phocæ, cujus constitutionem infringere conatus es : dixisti Romam infœlicem captam à Gothis fuisse, ut nunc quoque ais. si non tibi ipse repugnas, necesse est urbis præstantiam causam non esse Primatus : sed direptæ & infœlicis urbis Episcopum, Episcopo florentissimè & beatissimè fuisse potiorem : ídque arbitrio Imperatorum. Quid est istud arbitrium ? Celsus de operis libertorum. & jureconsulti omnes variis in locis, æquum esse oportere omne arbitrium censent. Quare ne istud videatur obesse ait : noluerunt postponere Romam : sed ut caput retinere. Si ita noluerunt, ista eorum voluntas æquitati conjuncta, aut certè Imperatorum aliquo digna judicio esse debuit. Roma miserrima omnium, capta toties, predæ omnibus, populationibus, vastationibus, incendiis, omni denique malorum genere à Gothis afflicta, ut postea videbimus (nam quæ hîc de Bellisario & Narsete dicit locum habent alium) ut Roma non Roma esset, sed Ruina : vicus, non urbs : solitudo non frequentia. hos tamen campos ubi Roma fuit, præposuit & Phocas, & Justinianus iste, & cæteri omnes Imperatores urbi omnium celeberrimæ, dignissimæ, & præstantissimæ : in qua ipsi viverent, in qua caput Imperij, quæ Regia esset, quæ haberet nomen, vires, robur, majestatem, fœlicitatem, gloriam omnem Romanorum, quæ obscuraret & offunderet, quasi lux solis lumen non istius miseræ Romæ, quod nullum erat, sed omnium nationum populorum & gentium, quæ denique esset terrori terrarum orbi universo. Quale igitur fuit istud Imperatorum, non dicam arbitrium (ne videar ego ista ad jureconsultorum limatiora & graviora judicia exigere, verbáque Molinæi aucupari) sed quæ voluntas ? nam tua illa ratio non satisfacit, cum dicis noluisse postponere, sed restat semper, ut quæramus, cur noluerunt ? aut certè stulta fuit illorum ista voluntas, quæ in se haberet positum Primatum, ita illum decernendo Romano : aut alia fuit causa, quæ impulit non solum Phocam & Justinianum, verumetiam eorum majores omnes, ut eum Romano relinquerent. Nónne præstabilius fuisset in eadem urbe Constantinopolitana conjungere unà, caput imperij & caput sacerdotij ? Non mirum sanè, si hoc vehementius metuebat Molinæus, ne causæ suæ officeret : & non immeritò sæpe refellere conatur. quod quò magis facit eò magis videtur animi sui complicatam rationem, nescio quomodo involvere. simúlque

Source : BIU Cujas

efficere, ista ut ab arbitrio Imperatorum longius fuisse posita magis ac magis credamus. Habent enim Imperatores, regios & imperatorios spiritus. voluissent profectò secum in sua regia urbe, omnia regia, omnia imperatoria, omnia divina: quare & divorum & Heroum nomine delectabantur. Eorum tamen legimus neminem, qui Romanum Constantinopolitano præposuerit, aut certè æquaverit: cum tamen post ornatam Constantinopolim à Constantino ad Phocam usque, nisi memoria fallit, 18. Imperatores memorantur. id si legendi libros ocium non datur, ex eo verum esse conjicere quis poterit, quòd Molinæus non prætermisisset istos eorum conatus, si qui fuissent ad eam rem adhibiti: cum nec antea preterierit Mauritium, qui id tantum ad Gregorium scripserat, ne infenso in Constantinopolitanum Joannem esset animo, quòd se universalem scriberet: leve enim dicebat esse nomen. Auxit istud Molinæus, & suis scriptis inflammatum Mauritium in hanc scenam nobis adduxit: dixitque primùm eum jussisse Gregorio, ut Joanni Constantinopolitano pareret. Deinde cum id Gregorius recusasset, ira percitum Mauritium narrat, revocatis ex Italia militibus suis, Longobardis non solum Italiam reliquisse: sed ad Romanam prædam eos etiam hortatu suo, violato quoque fœdere concitasse. Qua in re utebatur testimonio Antonini Florentini, quem nihil tale scribere diximus, sed illud tantum de nomine universalis. Si sui judicij & voluntatis Imperatores esse putassent, summa fuisset causa tum præsertim, cum post Honorium illum (quem diximus privilegiis æquasse Constantinopolim Romæ) & post direptam Romam à Gothis duce Alarico, ante Longobardorum adventum, circiter anno 450. Severus invasisset Italiam & Imperium Occidentis. eóque potiretur hostis acerrimus Imperatorum Constantinopolitanorum. Atque post hunc alij permulti, ut Olybrius, Glycerius, Nepos, Orestes, Augustulus, Odoacer: quibus parebant Romani. quod ex tertio concilio Romano intelligi potest apud Gratianum 96. distinct. in quo, nomine Odoacri adfuit Basilius Patricius præfectus prætorio, anno Christi 504. Odoacro interfecto Theodoricus tenuit Italiam: ut in annalibus suis & libro. variarum. Magnus Aurelius Patritius & præfectus urbi Romæ & prætorio ejus ipsius Theodorici, ista omnia ostendit. cui Athalaricus, Theo lactus. Vitiges, Totila, hi ipsi omnes Gothi successerunt. & de bello eorum extant Procopij libri. donec circiter annum 560. à Just. opera Bellisarij primùm deinde Narsetis, Italia tota pulsi fuerunt. nihil tamen unquam ademptum Romano de tanta Pontificatus magnitudine. quin Justinianus in Novella illa, quam huc Molinæus affert, tuetur. nos verba recitavimus in disputatione de sententia Phocæ. & paulò ante diximus, honorem tantum Primatus Constantinopolitano à concilio decretum, & à Justiniano relatum esse in sua Novella: non verò locum secundum, ut hic Molinæus narrat (si alium locum quàm honoris nobis suis verbis significet.) Nec existimandum sua authoritate à Justiniano id esse constitutum: aut idcirco beneficio ejus de Primatu aliquid Romano accessisse: secutum enim se concilia apertè testatur. Nam postquam professus est, se canones sanctos quatuor horum conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Calcedonensis pro legibus divinisque scriptis colere & observare, adjicit, θεσπίζομεν καὶ τοὺς ἀυτῶν ὅρους, id est sancimus juxta eorum definitionem, sanctissimum veteris Romæ Papam omnium sacerdotum esse primum: Archiepiscopum verò Constantinopolis, quæ est Nova Roma, secundum retinere ordinem, ut honore cæteris omnibus post Romanum præstet. hæc omnia Græcè supra diximus. Quare nescio, quid Molinæus se putet magis ex his Justiniani verbis efficere posse, quàm ex priore parte, dum ait, Sancimus, ut canones quatuor sanctorum conciliorum serventur. eodem enim verbo θεσπίζομεν, id est sancimus utitur. an idcirco canones authoritatem, robur aut vim suam à Justiniano capiant? etiámne ob hanc suam sanctionem Romanus acceptum ei referre debebat amplitudinem sacerdotij? dum Imperatores, Reges & Principes, populi & nationes de Deo, fide, religione præceptionibúsque divinis aliquid statuunt, sciscunt, sanciunt imperando, prohibendo, permittendo, an earum rerum, quas ita jubent vel vetant authores ipsi videri debent? Non possunt me hercule sententiæ hominum, scita, vel suffragia, vertere rerum: naturam aut vim, quam per se habent, dare. est enim αἰθιοπὶ ἀσβολὴν, id est Æthiopem fuligine allinere, atróque colore inducere. Itaque Justinianus non secus hîc facit, quàm magistratus cum principum constitutiones & leges generales servare jubent: rectè quidem faciunt, éstque eorum munus atque ita jurejurando in Gallia solent se obstringere: sed legum vis ab eis non proficiscitur nec enim illarum condendarum potestatem habent: sed Princeps, idque maximi imperij esse juris periti docent. Immutandi autem idcirco quicquam de sacerdotio nulla erat Justiniani, ut nullius alterius Imperatoris potestas: habet enim mirabilem potestatem sacerdotium Christianum, quod omne humanum robur superat, ad intima pectoris & animi penetrans. vincit hominem, vinctum sathanæ hosti dedit, fores cœlorum aperit obtemperantibus, claudit præfractis & pugnacibus, Quicquid ligaveritis, inquit Christus opt. maximus, quicquid solveritis, in cœlo ita solutum erit, ita ligatum: tibi dabo claves regni cœlorum (dixit Petro.) Quæ sunt istæ claves? ferreæne, corporeæ aut humanæ quæ sint in potestate hominum, ut eas auferant, eripiant, frangant, comminuant? Aut tolle Molinæe nobis hanc legem Christi, & jube Magistratibus, municipalibus quibus tu vis tuis scriptis subjicere sacerdotium, ut eam inducant, deleant, abrogent, corrumpant, lacerent: aut si non possis, tu vel illi pertimescas oportet. Finge Petro non id dictum: tamen Petri Apostoli, ut cæterorum omnium metuenda illa potestas nullis circunscripta terrarum finibus: quicquid, inquit solveris, quicquid ligaveris. Ubi? super terram. dicimus nos Christianos: ecqui Christiani sumus? non pertimescimus vocem illam Christi, qua nulla unquam formidolosior. si cui retinueritis, inquit & quicquid ligaveritis: simul nulla suavior & salubrior, si cui remiseritis, & quicquid solveritis, retentum, ligatum, remissum, solutum erit in cœlo: vestra decreta rata habebit. Quis? unus Princeps. Quis iste Princeps? Principum omnium, dominorum omnium, Regum omnium, Imperatorum omnium. Quousque tandem rata erunt? quousque tandem iste Princeps erit, ut successorem habeat, qui rescindat & antiquet illam legem? postquam nulla mortalium potest. Itaque illa certa sunt aut ambigua in Petro: si certa, formidini esse debent: sin ambigua, metuenda etiam. ne temerarij nimium nos nostra interpretatione Petro auferre velimus quod ei ille rerum opifex tribuit. Atque Petrus sua in nos potestate utatur, & unicuique nostrum dicat: tu negas potestatem meam, & concludis, nescio quibus locorum angustiis: ego si non verba corrumpam quæ de me sunt aperta, sed potestate in te utar. téque interea, exemplo Pauli, tradam sathanæ, ut vinculis suis & compedibus constrictum detrudat & compingat in pistrinum suum & ergastulum, num tam metuendum istud meum, quàm amplectenda illa tua interpretatio quamcunque velis solertia tua nimia excogites? Quæ etiam si non ita perspicua esset de me, tamen, ut jureconsulti tui te docent, prudentiæ est, in dubiis, quæ minus nocent, sequi. Et si tu id nolis, cur alios impedias? an petulantia laudabilior modestia? Itaque Justiniani non fuit vel ullius Principis inducere, aut immutare quicquam de ordine sacro: Tueri autem & revereri verè magnificum & excelsum, verè regium, verè imperatorium. tueri, inquam, illius altissimi ministros quibus

Christus dixit, Ut misit me pater, ita ego mitto vos: tueri hos legatos qui sancti sunt, id est, inviolati, non jure gentium solum (ut legati hominum injure civili dicuntur) verumetiam numine illo divino, potentissimo, ubique fulgenti, tonanti & fulguranti. cujus ipsi Imperatores, Reges & principes sunt Diaconi, id est ministri, ut scribit Paulus ad Romanos 12. quo regnum & principatus eorum conservatur: qui iratus confringere potest uno momento virga ferrea, ut ait Psaltes, quasi vas figuli robur eorum: disjungere ab eis suorum animos: excitare hostem cui prædæ sint ipsi & liberi & chariſſima quæque. ut exemplorum referta sunt omnia. Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, ait illius numinis oraculum Danielis 3. de manibus tuis delapsum est regnum, repellent te homines, donec intelligas altissimum dominari in regno hominum, & cui vult dare illud. Atque principes & magistratus ita ministri sunt & Diaconi ejus fortissimi principis, ut vim & robur ejus humanum habeant: gladius enim, inquit in ipso illo loco Paulus. eis datus est. Sunt ordines sacerdotii, diaconi quoque ejus ipsius & vires divinas habent: qui conscindere animum possunt corpore longè chariorem: eò magis supremo illi conjuncti, & formidolosiores nobis, quò divina humanis sublimiora & potentiora sunt, quamvis lateant. Quare utraque potestas mutuo se se juvare, colere & observare debet. cum in regendo in terris humano genere omnes ejusdem principis sint ministri. Si adversus eos qui perturbant popularem statum vel ordines, principes leges ferunt, minimè mirum si Constantinus Magnus, Theodosius, Martianus, Leo primus, & nunc Justinianus Magnus, & post eum Carolus Magnus, & alii pii Principes sanctionibus tueantur statum ecclesiasticum, cum armis acerrimè id fecerint. nam si totam rempublicam, & hanc potissimum partem defendere debent. hos qui rerum gestarum gloria & pietate præstant imitari, magis principe dignum, quam alios improbos, obscuros & sacrilegos, qui nihil illustre præter insigne quoddam scelus habent. Et ea semper laus fuit Christianissimorum nostrorum Regum. Cum primum solenni more diademate ornantur, ut jurisjurandi religione fidem suam devinciant ad Ecclesiam, sacrum ordinem, sanctorumque antiquorum patrum decreta (quibus ecclesiastica disciplina viget) totis viribus tuenda & propugnanda: jurantque se daturos operam ut ea decreta serventur. Hæc omnia testatur Carolus septimus Francorum Rex in exordio pragmaticæ sanctionis. quo in loco multa pulcherrimè Guymerius, de hac re jurat quoque Imperator, si Clementinæ de jurejurando Molinæus credere velit: est tamen verum, etiamsi non credat.

» 22. Postea ait. Justinianus, Munus Archiepiscopale dedit Episcopo Justinianeæ Carthaginis in Africa » & civitatem proximam Tauresio, in honorem nativitatis, & patriæ suæ mirificè ornavit, & à nomine suo » Justinianæam primam appellavit. Cumque prius Illyricorum Archiepiscopo subesset, illam in Metropolitanam erexit, eique Episcopos Daciæ Mediterraneæ, & » Daciæ Ripensis, Triballeæ ac Dardaniæ scilicet Europeæ & Misiæ superiori & Pannoniæ subjecit, & sanxit, ut hi ab Archiepiscopo Justinianeæ primæ ordinarentur. ipse verò à propria synodo. Nec his contentus statuit, ut Archiepiscopus Justinianeæ primæ, patriæ suæ, in præfatis provinciis sibi subditis locum teneret Apostolicæ sedis Romanæ: idque etiam à Vigilio Papa Romano confirmatum fuit, ut patet in » dicta Novella. Patet id quidem in ea Molinæ, non sua authoritate Justinianum fecisse, sed Vigilii: neque confirmavit Vigilius, nisi confirmationem dicas eam, quæ præcedat institutionem. confirmeturque aliquid priusquam sit: quod neque rerum natura, neque jureconsultorum scita patiuntur. Fuit certè Vigilius ejus rei institutor & author. Ait enim Justinianus κ τα᾽ ὁειδέντα ἀπὸ τῦ ἁγίε Πάπτε Βιγιλίε, id est secundùm ea quæ definita vel constituta sunt à Vigilio Papa. Quæ verba factum antea à Vigilio demonstrant, non solùm vi Græcæ huius vocis ὁειδέντα, id est constitutum, quæ ex aoristo est, & ad præteritum refertur: sed etiam ex hac, κτ᾽, id est secundùm vel juxta. Secundùm autem significat jurisperitis, si, quia, ut: idque discere possumus partim ex Bartolo ad constitutionem Henrici Imperatoris ad verbum *Prout*: partim ex Jasone ad legem 8. de institutionibus & substitutionibus. & 31. Caii de jurejurando. & si gratum sit Molinæo, ex pontificis capite 25. de verborum significatione. Quæ tantam inter se differentiam habent, ut si intelligatur conditio esse, hoc est, Si constitutum à Vigilio: in juris certè controversia probandum fuisset illi Archiepiscopo constitutum esse. nec satisfecisset hæc Novella Justiniani: conditio enim ipsa per se neque affirmat, neque negat: sed incerta est vel nobis vel per rerum naturam, ut is ipse Justinianus docet in suis institutionibus de verborum obligationibus. per rerum naturam incerta dicitur, quæ futuri est. ut si navis ex Asia venerit: futurorum enim eventus incertus est, quod etiam Philosophi dicunt, quocirca expectandus. Ea verò conditio incerta est nobis, quæ præteritum vel præsens respicit, si Titius consul est, vel fuit, dabo centum: & quamvis eò non differat obligationem quòd certa sit per rerum naturam, probanda tamen est: quia nobis incerta, ut hic si secundum, loco conditionis sit. Sin autem habeat vim causæ, exempli vel similitudinis, ut intelligatur quia constitutum, vel ut constitutum à Vigilio: Tum etiam ad præteritum refertur ex Ulpiani lege 12. de conditionibus & demonstrationibus. Et hanc censent illi authores accipiendam significationem in constitutionibus & beneficiis principum, in decretis decurionum vel ordinis alicujus, in testamentis, in contractibus, & judicum sententiis. Nam si judex condemnaverit Titium, ut centum amphoras vini Lucio solvat secundùm morem majorum suorum: hunc morem docere non est necesse, quinetiam si nullus fuerit, Titius solvere cogitur. quod confirmant responso Ulpiani in lege 5. de constituta pecunia. Nam rationis & causæ loco positum interpretantur, pro eo quod est, quia mos majorum fuit. Idem quoque statuunt de voce, ut volunt enim in illis omnibus causæ notam esse. Ex quibus omnibus, cujusmodicumque sit ipsius illius dictionis interpretatio, Justinianus intelligitur demonstrare, authorem causamque Vigilium fuisse. Est istud quidem satis exploratum, ut explicatiori sermone non egeat. Ita tamen nobis magis cognitum magisque perspectum erit ex his. Erectio Justinianeæ primæ referebatur probanda ad Gregorium Magnum epistola 15. libro 4. & apud Gratianum 63. distinct. quem locum Molinæus paulò post notavit, cum tamen magis pertineat ad causam nostram. Accipiebat pallium à Romano, non solum ut cæteri solebant Archiepiscopi: sed tanquam Romani Pontificis Legatus & vicarius. Pallium, inquit. Gregorius in ea epistola, ex more vobis misimus, & vices vos « Apostolicæ sedis agere iterata innovatione decernimus, admonentes ut vos circa subjectos debeatis vos « exhibere placabiles, ut rectitudinem vestram diligere provocentur potius quàm timere. Et (ne istud « omittamus) intervalla locorum longissima postulabant ut Romani Pontifices constituerent legatos & vicarios, qui multa quæ sedis Apostolicæ erant propria curarent. & Tessalonicensis Episcopus perspicitur legatus fuisse in epistola 82. Leonis primi, cujus singulares laudes in concilio Calcedonensi.

Quoniam, inquit, sicut prædecessores mei prædecessoribus tuis: ita etiam ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis Ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus, adjuvares: & longin-

Source : BIU Cujas

quis ab Apostolica sede provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes. Et in Gallia Arelatensis legatus erat: & in Britannia Cantuariensis apud Gregorium in interrogationibus Augustini, quod Gratianus scripsit capite 3. 25. quæstione 2. hos arbitramur non valde dissimiles fuisse iis, quos Pontificii legatos natos vel ratione dignitatis appellant, in capite primo. & aliis multis de officio legati in Gregoriano & Sexto. majorem solum putamus fuisse potestatem illorum veterum. Quare ita antiquissima probatur nobis eorum institutio: Legatos hic dico non eos qui legationem obeunt, de quibus est jureconsultorum titulus de legationibus. sed eos qui officio alterius funguntur, quales legati proconsulum & præsidum qui mandata sibi à proconsulibus jurisdictione nimirum aliena, non sua, utebantur, ut Pomponius ait de officio proconsulis. quanquam non ignoramus legatos quibus decretæ sunt à Pontificibus provinciæ, ordinaria uti jurisdictione, & quasi sua, instar proconsulum in capite 2. de officio legati in sexto. sed hoc non impedit quominus eo nomine dicantur. & hic Justinianeæ primæ Archiepiscopus munere Apostolicæ sedis non suo fungebatur. Ab eo provocatio erat ad Romanum, ut libro 2. epistola 6. Gregorius Magnus rescindit ejus sententiam, eique pœnam irrogat, quòd odio condemnasset Adrianum Episcopum Thebanæ civitatis: Idem quoque scribit Lauseo Episcopo apud Gratianum 16. quæstione 1. Mittebant Xenia Archiepiscopi ad Romanum, ut in plerisque epistolis Gregorii cernitur: & hic quoque mittebat: Xenia, inquit in illa epistola 15. libro 4. vestræ sanctitatis suscipere omnino noluerам. quia valdè esset incongruum, ut à prædatis atque afflictis fratribus munera percepisse videremur. Et cum iste ægrotaret, periculumque esset ne Justinianea prima veniret in potestatem hostium, fide & diligentia Episcopi carens, volebat Imperator alium idcirco dari. Respondit Gregorius epistola 41. libro 9. & Gratiani 7. quæstione 1. optionem quidem vel curatorem ad res administrandas se daturum: Episcoporum vero probum virum, quamuis ægrotum (nisi id ipse scripto postularet) non moturum sede. Fuit igitur Episcopus Justinianeæ primæ non solùm à Vigilio Metropolitanus constitutus, & legatus sedis Apostolicæ: sed post etiam erga Romanos Pontifices officium conservavit. Gregorius quadragesimo anno post Vigilium præfuit, ut ex Hermanno Contracto compertum habemus.

23. Qua in re reprehendit Alciatum Molinæus & ait: unde Alciatus parergôn libro 5. c. 2. malè facit Procopium Justiniano infensum fuisse, cùm constet illum summis laudibus ubique prosequi, nihilque omittere, quod ad honorem principis sui faciat. sed concordari & suppleri debent ex dicta Novella. Alciatus scribit Procopium negare de Justinianeæ primæ Episcopo ea, quæ modò dicta sunt in illa ipsa Neara quam Molinæus Novellam appellat (Justinianus recentiores suas constitutiones Nearas græcè nominavit) Procopium præterea Atheon fuisse ait & multa alia præclara odio Justiniani religiosissimi Principis silentio præteriisse. Itaque Molin. putat (ni fallor) non jure Procopio ab Alciato vitio verti, quòd quo tempore is scribebat, Justinianea prima potuit Metropolis non esse, & postea Metropolis facta esse. quocirca non dissentire ab illa Neara, sed hoc sensu potius ei conciliandum Procopium. Opera Franciſci Craneveldii consiliarii Caroli Quinti Imperatoris, Procopius Græcus, jam his verbis Latinis de Justinianea prima loquitur: Urbs est, inquit, ut summatim dicam, amplissima multisque civibus habitata, quæ possit universæ regionis esse Metropolis. Sed Illyricorum Archiepiscopo in partem cessit, cæteris tamen, urbibus ipsi, quòd amplitudine prima sit, cedentibus. Itaque cum prius subesset Archiepiscopi Illyricorum, ut ait Molinæus, & res ita habet, quomodo ejus postea in sortem cessit? Nos ista planè non intelligimus, & Græca quidem verba Procopii ambigua, & subobscura nobis videntur, ut jure fortasse quis judicet, non pugnare cum Neara, ut ait Alciatus, neque egere conciliatione Molinæi: quinetiam longè secus quam Craneveldius nobis modò interpretatus est intelligi posse. Πόλις ἀπλῶς μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, καὶ οἵα τῆς χώρας ἁπάσης μητρόπολιν εἶναι. πρὸς δὲ καὶ τῶν Ἰλλυριῶν ἀρχιερέα διακεκλήρωται, τῶν ἄλλων πόλεων αὐτῇ ἅτε πρώτῃ τὸ μέγεθος ὅση ἰσταμένων. Quod Latinè sic dici arbitramur. Est denique urbs ampla, & percelebris, ut quæ sit totius regionis Metropolis: cum Primatu autem Illyrici sortita est quoque partem, reliquis civitatibus ei tanquam primæ magnitudine, subjectis. οἷος Latino sermone, talis vel hujusmodi significatur: dicitur etiam qui potest, ut Craneveldius hic quoque intellexit: urbs « est, inquit amplissima & multa habitata civibus, « quæ possit universæ regionis esse Metropolis. nos ve- « rò non quæ possit, sed talis vel hujuscemodi quæ sit jam Metropolis. Similis dicendi ratio cum ex pluribus authoribus Græcis observatur, tum maximè ex Aristotele & Platone: cujus istud celebratum est τῶν πολιτ. α. ἀλλὰ μὴν οἵγε ἀγαθοὶ δίκαιοί τε καὶ οἷοι μὴ ἀδικεῖν. Latinè ita, At boni sunt etiam justi, ut qui injuriam non faciant, vel tales qui injuriam non faciant. Sicque hunc locum Platonis Ficinus intellexit. diximus sortitus est partem: siquidem διακληροῦσθαι est sortitò partem consequi sortirique, ut διακληροῦσθαι ἐπαρχίας sortiri provincias. diximus præterea cum Primate Illyrici: πρὸς enim, tametsi, in, ad, & multa alia significat, dubitationemque majorem affert quàm reliqua omnia (quod magis fortasse induxit Alciatum & Craneveldium ad totam illam interpretationem) usus tamen ejus frequens est pro hac voce *cum*. quale hoc Plutarchi in Lysandro πρὸς κρῆτα κρητίζειν, Cretensem agere cum Cretensi. atque id genus alia, & Isocrates ad Demonicum Τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς ὑποτίνικον συνηθείας. Argumentum quidem nostræ inter nos amicitiæ, specimen verò consuetudinis cum hypponico. Sed istud omne planè intelligitur ex verbo τῷ διαλέγεσθαι: ejus est enim idem usus qui ipsius illius διακληροῦσθαι. Aristot. τοπικῶν. η. διαλέγεσθαι πρὸς τὸν διαλεκτικὸν συλλογισμῷ μᾶλλον, τῇ δὲ ἐπαγωγῇ μᾶλλον πρὸς τοὺς πολλούς disserere cum peritis dialectices magis ratiocinatione, magis verò inductione cum imperitis. dicitur etiam διαλέγεσθαι τοῖς ῥεγατώτοις apud Herodianum. α. & Platonem πολιτ. α. quocirca τὸ διακληροῦσθαι πρὸς ἀρχιερέα τῶν Ἰλλυριῶν exposuimus pro eò quod est sortiri cum Illyrici Primate, ut Cicero dicere solet sortiri cum collega. Et perinde est quasi Procopius τὸ πρὸς verbo ita conjunxisset πρὸς διακεκλήρωται ἀρχιερεῖ, ut simile usitatum est in πρὸς διαλέγεσθαι. ista omnia perspicua magis erunt non ex illa sola verborum vi & usu, sed ex his. Illyrici totius erant 17. provinciæ, ut scribit Sextus Rufus. & longè post eum ipse ille Procopius libro 2. de bello Gothorum. in 18. provincias divisit, quem hac in explicatione magis convenit sequi, cum de re suæ ætatis agatur: Sunt autem hæ, Noricorum duæ, Pannoniæ duæ, Valeriæ duæ, Suevia, Dalmatia, Mœsia superior, Dardania, Dacia Mediterranea. Dacia Ripensis, Macedonia, Tessalia, Achaia, Epirus, Prevales, Creta: & septem tantum attributæ leguntur in illa Neara, utraque Dacia, Dardania, Mysia superior quæ Latinis Mœsia dicitur (Volaterranus hanc putat esse, quæ Bulgaria nominatur) Pannoniæ duæ, & Triballea: hujus Procopius non meminit: Plinius libro 3. postremo capite. partem Mœsiæ esse docet. Quocirca non inepta videbitur hæc interpretatio, ut reliquæ relictæ sint Illyricum Primati. Atque ita partem Illyrici

Source : BIU Cujas

hic Justinianeæ primæ Episcopus fortitus intelligetur. Si cui aliorum non placeat sententia.

24. Cum explicatos nos, atque expeditos putamus ex nominum laqueis, illis Molinæus magis ac magis nos alligat. Itaque narrat hoc nomen, summus orbis Pontifex, ne tempore quidem Justiniani aut Gregorii natum esse se nunquam illud colligere potuisse ex scriptis Basilii, Cypriani, Fulgentii, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosii, Tertulliani & aliorum veterum & probatorum authorum: sed hos semper summopere ambitioso huic titulo repugnasse: alios locos se habuisse, quos notare potuit: sed brevitatis studio locos tantum vulgatos observasse. Quid tum Molinæe, si non legeris? dicent Romani Pontifices: vehementer abhorrebant illi ab illo nomine, & nos multò vehementius. Nam servos servorum solemus nosmetipsi nominare, à Gregorio illo Magno, quem tu tantopere laudas & merito quidem, ea accepta appellatione. eumque nos imitamur, qui dici quidem summus nolebat: esse verò se æquissimo judicio profitebatur propter Petrum Apost. principem & summum.

Quamquam tanto splendore indignissimum se pro singulari animi moderatione, palam dicere solebat. An post eum alio nos cognomento, quàm illo servili & humillimo, usos legisti? Cyprianus non summos quidem vocabat, cum nec Episcopos nominaret: sed fratres tantum. Quanti tamen sedem hanc Romanam fecerit, satis tibi demonstratum est: fundamentum caputque Ecclesiæ non semel tantum dixit. Augustinus Petrum Principatum & Primatum Apostolatus habere sæpissimè testatur, eique nos successisse pari cum dignitatis honore & potestate: quod tibi etiam ostendetur. Hieronymum intellexisti quid de hujus nostri Pontificatus magnitudine sentiret. Chrysostomum Patriarcham Constantinopolitanum audies Petrum caput & pastorem idcirco constitutum elegantissimè scribere, ne hæc Ecclesia mortalium sine nervis & articulis huc & illuc fluctuaret. Idem ipsum affirmantem Basilium Magnum intelliges. Neque illis repugnat Fulgentius aut Tertullianus antiquissimus (sine quo, nec unam diem præteriisse Cyprianum Hieronymus narrat) in libro ad Praxeam. te docebit quanta nostra in universo terrarum orbe fuerit authoritas. tum potentia tanta, quanta nos auctos dicis, non commovebat Christianorum omnium animos, ut nobis obtemperarent: nos colerent & observarent: nulla enim erat anno Christi 180. quo vixisse Tertullianum jam intellexisti. Ambrosius eum solum (ut audies) catholicum judicat, qui Ecclesiæ nostræ conjunctus est. Atque hi quidem digni sanè viri, quos imiteris, tanti nos faciunt, tu verò nos oppugnas? Crede doctis admodum Theologis qui in illorum sanctissimorum virorum libris (ut tu in scriptis jureconsultorum & historicorum) nullo intermisso tempore versantur. te ad aliorum veterum, quàm quos enumerasti maximam & frequentissimam celebritatem adducent, ut ex eis intelligas, quid non de nomine inani & inutili, sed de Pontificatu nostro testatum semper fuerit. His adhibere fidem, propter gravitatem & authoritatem, viro probo & erudito magis dignum est, quàm hominibus levissimis: qui quodcunque venerit in mentem, nulla sana vel diligentiori rationis commentatione & judicio diutius retinere aut comprimere possunt. sed, ut sunt projecti ad audendum, erumpunt quasi validis turbidarum cogitationum ventis impulsi, ad fastidia, ad contentionem, ad tumultum, ad factionem, ad perturbanda & miscenda omnia, homines mendaces, præfracti, petulantes, turbulenti, factiosi: hancque novitatem, ad quam hominum natura ipsa per se propensa est, injiciunt imperitis, aut certè iis qui nolunt vel non possunt, quæ proponuntur pervestigare accuratius: sed repentè ut sunt tradita, ea amplectuntur: iis quasi radicibus hærent, ea tuentur, ea propugnant. Quid si tota sint ex fraude & mendacio composita? Num illis mendaciis capi & falli pulchrum esse putandum est? num major novitatis quàm moris majorum vis per se esse debeat bonis & consultis viris? an præjudicata non dicemus tot seculis, sed una tantum ætate sententia adeo valere apud graves viros non debeat, ut antequam ab ea discedatur diligenter perspecta, planeque cognita illa esse oporteat, quæ nova & inusitata afferuntur? Et tametsi veri aliquid præ se ferant, continuò ne assentiendum est? An verisimilia nulla sunt, quæ non vera, & nulla omnino falsa? An nihil auro, argentoque simile quod aurum non sit? Et vulgò jactatum est, Nihil tam horridum & incultum quin nitescat oratione. Et si tanta ingenia sunt quanta esse hoc tempore dicuntur, ita ne feriata esse debent, ut cessatione torpeant, patianturque sibi frenum injici à quibusdam, qui ad suam temeritatem & impudentiam defendendam, ad aucupandos animos adhibent mediocrem diligentiam? cur parem, si nolunt majorem, non opponunt? Ubi igitur ista tam acuta tamque præclara ingenia? Et hoc præsertim commovere unum quemque debet, quoniam si hac ætate putatur eximium ingeniorum acumen ad intelligendum, tale tantumque æstimandum est ad fallendum. Quamobrem plures & majores habere cautiones oportet. Si tibi afferenti multa ex Gregorio & Pelagio, multa quoque ex Justiniano & conciliis, ad debilitandam & evertendam dignitatem hanc demonstrantur quam longè absint à conatu & sententia tua, ut tibi jam deinceps fidem adhibendam non esse, jure optimo omnes judicare possint, quid de aliorum scriptis statuendum est? nihil enim fermè probatum, nulla testimonia habent, aut pauca & corrupta quidem, & non satis intellecta. Tantum ardorem animi quendam adhibent, ut videantur afflatu quodam divino vehementius impelli, & mellita multa, quæ titillant novitate sua quadam probitatis & veræ religionis specie sensus legentium? ac facilius sua dulcedine affluunt, & illabuntur. Num vespæ ut apes fingunt favos? num araneæ texunt telam? num in escam includitur hamus ut pisces capiantur? ne fluctuemini, inquit Paulus, omni vento doctrinæ. An majores tui qui nobis obtemperabant ante te natum & alios quos tu imitari vis, in hæresi erant? Si nihil à Christo parente nostro, Paulo & Apostolis omnibus tam præcipitur quàm conjunctio, quàm unitas, qui hanc perrumpunt & lacerant, qua pœna dignos putas? An nos qui ante istos novos homines sumus ab eis disjungimur, an ipsi à nobis? Quis consensus, quæ concordia ipsorum inter se perspice diligentius, & intelliges quàm variæ & discrepantes sint inter eos sententiæ. Potestne illorum esse ecclesia ubi unitas & consentio nulla? An nos quicquam jubemus quod à sanctissimis illis viris quos nominasti discrepet? non dedissemus profecto tibi & aliis eorum libros legendos, sed jamdudum jussu nostro, ut multa alia pernicioſa scripta, periissent. id facilè, ut tu quoque fateris, potuissemus efficere illis ipsis rebus, quas tu contumelioſe nimis præstigias appellare soles, & quibus in hoc tuo libello ais nos tenuisse reges & principes. illos tamen proponimus tibi & omnibus ut sequamini: si ab illorum sensu discedimus doce (quanquam tuum id non sit.) Sin minus, tace: & tuæ juriſprudentiæ da operam. Quid tu tam fastidioſus? An leve detrimentum putas perturbare & labefactare ordines ecclesiasticos? est enim id Ecclesiam totam non concutere, sed funditus evertere, quæ sola ex consensione constat, unoque amabili concordiæ vinculo. tot sententiæ nascentur, quot pares Episcopi, & tot interpretationes: hinc infinitæ hæreses, ut tandem nec Episcopo sui consentiant, sed malint fortasse alterius Episcopi sequi sententiam: hinc bella & strages. Magna enim semper fuit religionis vis. Ubi tum Ecclesia? ubi Christus? Quem metuent?

Source : BIU Cujas

Quis coercebit ? nec reges nec principes poterunt. sed inter suos tumultuantes & dissidentes nunquam firmus erit ipsorum principatus. Neque potuit unquam tam principum gladius quàm religio. Docet hæc ipsa nostra, quæ Imperatoribus illis Ethnicis, qui orbem subegerant, nunquam cessit, nunquam succubuit, sed tandem superavit. Eadem omnino ratio fuerit si in unoquoque regno unum maximum Pontificem, tu (si te jam pœniteat pari omnes imperio statuisse) vel alius collocet. Nam ut grex quisque suum Episcopum, ita principum quisque suum Pontificem maximum tuebitur: tuebitur interpretationes ejus & opiniones. hoc erit bellorum inter eos multo majus seminarium, quàm gregis cum grege. nam grex principem cui suberit poterit metuere. Reges, nullum. hîc bellum, illîc tumultus & seditio tantum. sed principes vicissim sese hæresis extinguendæ studio invadere fines, alter alterius dicet. Neque unquam (si non solum exterorum, sed tuorum Regum Christianissimorum annales memoria teneas) Catholici hæreticos ferre potuerunt. Nam si Turcos non ob aliam quàm religionis causam odimus, atque hostes judicamus: non aliud speran dum esset à Christianis, & eò præsertim magis, quò jussi sumus à Christo unà devincti esse. non solum admonendi sunt, sed etiam cogendi ad officium omnes qui in hac republica sunt: nam exterorum & barbarorum judex Deus erit, ut scripsit Paulus Corinthiis capite 5. in Christianismo autem delere esse malum jubet. atque ita principum quisque se catholicum, alios dissentientes à sui Pontificis præceptionibus, interpretationibus & doctrina hæreticos, eosque bello petendos statueret. At si unus omnium sit, quales nos & sumus & semper fuimus Christi Optimi Maximi decreto, neque interpretationibus Episcoporum doctrinaque varia periclitabitur Christianismus: neque ob eam causam principatus Regum. sed unus omnes continebit, quò ad unum consensum desinant omnes. ipseque ab omnibus continebitur ut caput membris hæreat infixum. sicque unum corpus sit Ecclesiæ, una fides, unus sponsus ejus Christus, unus pater ejus, unus Spiritus & unus Deus, atque ita omnia una. Tu tamen corpus hoc tam intestino malo afficiendum putas, quod ipsum omnes secum calamitates adferat? neque unam tantum opinionum hæresim sed innumerabiles omnes hæc una in se positas haberet: hæc eadem esset via ad delendum Christianismum & Ecclesiam. Nam quid est Christianismus aut Ecclesia nisi una unius istius religionis Christi consensio? Equidem ea moderatio tibi adhibenda erat, ut non sedis hujus dignitatem attingeres, postquam ita te comparaveras, ut in quosdam nostrum vehementius tuis scriptis odio delibutis invehereris. Audimus te togatum, neque id tantum, sed in amplissimo etiam & ornatissimo Parisiorum senatu in primo ordine. debebas tu quidem genus istud scribendi relinquere aliis, minimè tanto illo loco dignis.

Ait præterea Mol. Erasmum scribere epist. 1. lib. 3. numero 73. ex veterum scriptis non collegisse nomen hoc Summus orbis Pontifex. Id sanè Erasmus scribit: Sed hanc amplitudinem non labefactat. nihil enim clamitat aliud in epistolis suis, libro præsertim 14. quàm sibi se hanc ob causam Lutheranos infensos habere. quo in libro epistola 14. impium eum esse ait, qui non favet Romani Pont. dignitati: & epist. 6. pollicetur ubi explicasset se, quibus valde se impeditum dicit, hanc causæ defensionem contra Lutherum susceptu rum. libro 16. epistola 11. ita scribit. » Qui Luthero favere videntur, modis omnibus conati » sunt me in suas partes attrahere. Qui Lutherum insectantur conati sunt me in illius factionem propelle» re, passim in publicis concionibus debacchantes odio» sius in nomen meum, quàm in ipsum Lutherum. Ego » tamen nullis machinis à statu mentis meæ dimoveri potui. Christum agnosco, Lutherum non novi, Ecclesiam Romanam agnosco. Et aliquantò post. Quòd « adversetur dignitati sedis Romanæ certò certius habeto non esse profectum ab Erasmo, quocunque titulo circunferatur. libro 19. ad Melanchtonem. Quis « enim coerceat istos qui nec Pontificibus auscultant, « nec Principibus, nec Magistratibus, nec ipsi denique « Luthero? unum Evangelium occinunt, sed cujus ipsi « volunt esse interpretes: fortasse & hoc tolerabile si « quemadmodum à veteribus dissentiunt, ita inter se « consentirent. Hortaturque Melanchthonem, ut hu- « jusmodi perditos homines fugiat. Neque tu nescis, « inquit, quantus sit artifex hostis humani generis. Ac- « cedit huc tantus negocii successus, tantus favor, tan- « tus applausus theatri, quantus vel modestissimum « ingenium possit corrumpere. In adnotationibus, fidei Christianæ principem Romanum Pontificem appellat. In epistolis sæpissimè Christi vicarium, & necessarium Reipubl. Christianæ. Si Princeps (inquit in epi- « stola ad Joannem Slechtam Bohemum) quispiam ty- « rannidem moliatur, precibus, hortatu, doctrinaque « & authoritate Romani Pontificis componetur. Ty- « rannum agit Episcopus aliquis? erit unde subsidium « imploret populus. Existit aliquis qui dæmoniacam « invehit doctrinam? supererit Romanus Pastor, qui è « puris Evangelicæ Philosophiæ fontibus depromat di- « gna dispensatore & vicario Christi. Quòd sicubi non « respondebit summus ille Præsul (primum fieri non « potest, ut qui omnibus præsit, satisfaciat omnibus. « Deinde nostrum est, quantum licet, omnia in bonam « partem interpretari. Alia multa ex multis ejus scrip- « tis huc conferre possemus: fuit enim, ut de se ipse testatur in Ciceroniano, polygraphus: nisi id quod nobis datur ocii in re non necessaria videremur consumere: quod tamen eò lubentius faceremus quò magis apud Molinæum ex scriptis suis cognoscimus Erasmi valere authoritatem: Magnum enim eum solet appellare. Ecquem igitur pro causa sua habebit, ut huic Magno possit, non Molinæus solum, sed alii etiam adversarii, opponere? Nec habebunt illam quam solent objicere fœlicitatem ingeniorum hujus seculi. fuit iste ea nova acie præditus: attulisse se bonas literas in Germaniam ait: Theologum se profitetur. At dicet fortasse Molinæus, hanc causam non tam ad Theologum pertinere, quàm ad jureconsultum & historiæ peritum: ut qualis fuerit pervetus ea de Primatu sententia & judicium, ex Imperatorum populorumque constitutionibus, legibus & rerum gestarum monumentis, magis judicare quis possit: apud veteres enim nullam mentionem nati Primatus dixit. Et nos hanc defendendi provinciam suscepimus. Quamquam non fuit historiæ (ni fallor) rudis Erasmus: sed Helluonem librorum potius declarent Chiliades. Demus istud Molinæo postquam in his rebus authoritate etiam certare placet. cum Zazio, Germanorum jurisconsultissimo & historiæ doctissimo comparent nobis alium. Hunc Erasmus in epistola quadam virum omnibus modis incomparabilem, & Ulpianum ubertate sermonis. Et hoc eum Epitaphio Germani dignantur.

Siccine mors crudelis & invida præripis orbi
Uldaricum Zazium, decus admirabile iuris
Cæsarei simul & sacri? pauciſſima dixi,
Imò doctrinæ totius & artis honestæ
Thesaurum ac mundum locupletem?

Itaque in consilio 16. numero 13. lib. 1. & qui deinceps, ait Pontificis Rom. amplissimam esse potestatem, in rebus Ecclesiasticis summumque Principem. Et in epitome de feudis parte 6. & septima. Suprema capita esse Papam & Imperatorem. Maximilianum in funebri summopere laudat, quòd observantissimus fuerit sedis Apostolicæ. Et in exordio tituli de justitia & jure. Romanum Imperatorem esse & esse debere defensorem & propugnatorem Ecclesiæ Ro-

Source : BIU Cujas

Romanæ. & quantus fuerit in cognitione sacrarum litterarum, conciliorum & sanctorum scriptorum, totiusque vetustatis, cum scripta ejus multa & maxima docent, tum disputatio sua de Judæis: quæ omnia singularia in eo fuisse oratio etiam funebris testatur. Opponimus igitur Luthero Germano hos quoque Germanos, non unum sed duos. Quorum ergo authoritate duci magis oportere eos statues qui sola authoritate eò tantum niti solent, quòd ad hujus quæstionis intima vel non possunt, vel nolunt penetrare? istos conferremus si daretur ocium. nec per injuriam Zazii vel Erasmi à nobis hoc dici quisquam putet, sed ut demonstremus habere ex se Germaniam viros, quos hac in re sequi multo quàm Lutherum præstantius sit. Ad Lutherum pertinet omnis iste tumultus, qui est hujus sator & parens, atque alios genuit. Fuisse dicitur primum monachus, deinde factus est apostata & princeps. tales sanè Philosophos non genuit prisca ætas. Diogenes versabat dolium eo contentus: iste non dolio egens, majora versabat. Socrates moribundus gallum, quem voverat, voti memor, persolvi jussit Æsculapio: iste vota pro uxore & principatu nuncupabat horum tantum memor, hisque se teneri voluit, aliorum priorum omnium & & monachismi oblitus. Si conjunctio Christianorum optima: divisio pernicioſissima. hujus hic author & caput est, illam ridens. conjuncti eramus antea omnes illo ipso vinculo, quod ei ludibrio erat: nos postea ipse divisit illo tam sancto Evangelio, quod suum appellare solet: & verè sanè suum: neque enim Ecclesiæ est, id est illius concionis & quasi coronæ consentientium unà. Et si quis ejus scripta velit refellere, ut jam à permultis doctissimè factum est, non egebit, dicere audeo, aliis quam suis argumentis, quibus perspicuè pugnantia ipsum loqui, sibique non constare doceat. Et minimè mirum si ejus asseclæ tantopere inter se dissentiant. Novitas sanè magis juvit causam suam quam hominis vel ulla virtus vel argumenta, ut concitaret multos in Pontifices. Nec summi ingenii virum Budæum, si Gallos Molinæus desideraret, prætermitteremus, de quo etiam suo loco dicetur. nam hujus ipse meminit. Ex Italis, non Romanis quidem, sed qui Roma longissimè absunt, Longobardis Mediolanensibus (solemus enim hos Italos nos Galli nominare, quanquam Galli ipsi quoque sint, transalpini tamen) produceremus Alciatum. Hunc quarto loco collocavimus. non quòd superiorum ulli postponamus in juris divini & humani studiis, & omni bonarum litterarum genere, & totius præsertim antiquitatis conquisitione diligenri. nec enim inter tantos viros judicem ego, qui satis sentio quàm sit istud judicium à me longè positum, me constituo. Erasmus ipse lib. primo 20. epistolarum admirabilem virum appellat, & præcipuum ætatis suæ ornamentum. Adeo studiosus iste rerum novarum fuit, ut jurisperitorum primus (Zazium ei adjungo) post veterem illam Romanam jurisprudentiam videatur Latinè jus civile docuisse. quod ipse de se quoque prædicat in libro de eo quod interest, & aliàs sæpe (Placentinum fortasse quis exceperit) hujus nomine jurisperitorum scholæ personant: quòd legum penè sepultos sensus excitarit, adhibita quadam incredibili rerum vetustissimarum cognitione & intimo judicio. Nulla in ullo unquam historiæ veteris diligentior aut acutior observatio. Atque tanta quidem ista omnia, ut torpentia studia jurisperitorum, ad bonas litteras atque novam (salubrem tamen) quasi jurisprudentiæ hæresim experge fecerit. Paradoxorum libros sex, dispunctionum quatuor, aliaque complura grandia volumina scripsit. In quibus nihil propemodum nisi antea occultum, nihil nisi novum, conflatum tamen ex veteribus omnium artium authoribus & priscis rerum gestarum monumentis. Atque tantus ei probabitur Alciatus, qui scripta ejus leget. Paucos antè annos è vita cessit. In epistola inter claras in Justinianæo Codice de sacrosanctis Ecclesiis ita scribit. Nunquid verò « humanis sanctionibus Ecclesiarum caput potius, quàm « jure divino esse probetur, nodus est haud sanè facilis. « nisi veteres & sancti primitivæ Ecclesiæ Antistites no- « bis præivissent, & juris divini id esse demonstrassent. « Cum enim dixisset Christus dominus noster Petro, Tu « es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam « meam. Apparet per hæc verba, ei universalis Ecclesiæ « administrationem promissam: quod autem ab eo pro- « missum, fatuum est opinari non esse servatum: con- « sensuque prudentiam proditur tunc verè traditam, « cum post resurrectionem dixit, Pasce oves meas: ut « enim caput fidei ipse Christus est, qui gratiam « quotidie in Ecclesiam suam invisibiliter infundit: ita « & loco sui Petrum ejusque successores in terris reli- « quit, qui ea quibus Ecclesia indiget visibiliter ipsi con- « ficerent: sic ab his sacrosancta exhibentur: populi in « fide instruuntur: Episcopi constituuntur: concio fide- « lium, legibus, exemplis, monitionibus regitur: mali « abominationibus & pœnis corriguntur. Quæ si Chri- « stus ipse sibi reservasset, jam fidei merita perderentur, « certique ejus rei essemus: quam nostræ salutis interest « ut potius ex fide credamus. Sic in Evangelio rogasse se « asserit Christus, ne deficiat fides Petri; sic constituit, « ne portæ inferi adversus Petram in qua fundata est « Ecclesia prævaleant: sic ei mandatur, ut confirmet fra- « tres suos: sic ipse, tanquam os & caput Apostolorum « domino nostro respondet; sic semper in fide ardentio- « rem se præstat: sic à generalitate aliorum, honoris « gratia, exuitur, quum, inquit, Dicite discipulis & « Petro: sic pro eo census solvitur. Quæ omnia sancti « Antistites cum optimè animadvertissent, pro explo- « ratissimo habuerunt Primatum Ecclesiæ Petro ejus- « que successoribus datum. Sed quid profuit tot con- « ciliis id sanctissimos patres statuisse, tot legibus Im- « peratores cavisse: Ecclesiæ doctores tam Græcos quam « Latinos docuisse, si adhuc reperiuntur qui etiam edi- « tis voluminibus id denegare ausint, nosque Acepha- « les faciant? ut libeat exclamare quod vulgò dicitur. « Nihil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri. « Quid enim inquam tam apertum fuit, tam diluci- « dum ut dicendo inverti non possit: Hæc Alciatus. « Proponeremus præter illos, ex Hispanis unum do- « ctissimum, quem quòd audimus vivere, missum fa- « cimus Britannorum omnium doctrina præstantissimi. hanc sententiam fortasse oppugnarunt? Ut Priscorum Romanorum sanctiones sacrabantur, ut ait Cicero pro Balbo. aut genere ipsi, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, aut consecrato capite ejus qui contra faceret: Ita capita Thomæ Mori & Roffensis consecrata sunt, si hanc sententiam defenderent. Et Morum hæc dixisse ferunt Britanni, Nihil mihi, inquit, optabilius, quàm Principem & Regem meum videre omnium maximum, cui ut omnia, ita me ipse debeo. Quare si biceps & monstrum corpus hoc unum Ecclesiæ esse posset, unum caput (ita me Deus amet) ego illi magis optarim, quàm mihi ipse. Itaque hos tantos viros imitari Molinæo præstabilius erat, si sola aliorum authoritate ducebatur: aut certè ante diligentius perspecta omnia habere, quam in hoc certamen descendere. Nam quòd videatur alicubi imperitum vulgus, cui, ut natura comparatum est, nova omnia grata esse solent, non modò ista avidè amplecti, verumetiam vehementius arripere, non idcirco eruditi commoveri debent: cum rem per se ipsi accuratius conquirere, majorique judicio & acie mentis totam penitus intueri possint. Est enim omnis, ut multa alia, in scriptorum fide & testimonio posita, non in armis vel vulgi opinione. Quòd si eis tantum non datur ocii, ut illud in pervestigatione & commentatione quam sanè longam & diurnam hæc causa postulat, possint consumere: tum spectare prudentis est, quid sentiant doctissimi, ii præsertim quorum est

ista

Source : BIU Cujas

ista facultas. Nam si in omni parte societatis humanæ, in rebus gerendis, in omni artium genere his credendum arbitramur, qui illis in rebus versantur, quid ita in hac ipsa quam necesse est multas & maximas mutationes & privatim & publicè afferre? Atque hæc nobis explorata sit hominum nostra memoria eruditissimorum sententia.

Molinæus igitur & Erasmus (quem tamen intelleximus tueri dignitatem) se non collegisse aiunt ex veterum scriptis hoc nomen summus orbis Pontifex fieri potest, ut uterque legerit, & legens non animadverterit, & animadversa, pòst exciderint, dum superiora uterque scriberet. non eò tamen minus verum est, neque eò minus alii observarunt. Tria concilia Africana ad eum ipsum Damasum (quo Pontifice Romano, nondum illud nomen auditum dixit Erasmus) ita scribunt. Beatissimo Domino & Apostolico culmine sublimato, sancto patri Patrum Damaso Papæ, & summo omnium præsulum Pontifici, Archiepiscopus concilii Mauritaniæ & universi Episcopi de tribus conciliis Africanæ provinciæ, notum vestræ Beatitudini facimus. Damasus creatus est Pontifex anno 369. ut scribit Hieronymus illi ætate æqualis Justinianus verò (cujus & Gregorii Magni temporibus nondum natum illud nomen Molinæus affirmavit) ann. 557. obiit, quod ex Tarasio antè exploratum habuimus, eumque Gregorius non centum ferè annis secutus est, ut ait Molinæus: sed annis non amplius quadraginta pòst decessit. nam ad Phocam scripsisse, supra legimus. Phocam autem ann. 595. Tharasius Imperatorem factum scribit, & Gregorius præfuit Pontificatui, ut ait Joannes Diaconus, annis 13. mensibus 5. diebus 10. in concilio Calcedonensi actione tertia universalis vel œcumenicus Archiepiscopus, id est, orbis terrarum Archiepiscopus. Et idem significaverit, quod ipsum illud nomen summus orbis Pontifex. nisi quis velit captare verba. Calcedonense concilium longè ante Justinianum convenisse observavimus. Sixtus Pontifex Romanus creatus Eusebio teste, anno 122. in secunda epistola ita scribit. Sixtus universalis Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus omnibus Episcopis in domino salutem. Quid, iste in ortu Ecclesiæ ambitiosior recentioribus qui se servos servorum nominant? Deinde si Principes Ecclesiæ esse dicebantur & capita à Hieronymo, Cypriano & cæteris, ut intelleximus, an non eadem vis verborum? Imò verò dilucidius & majus quiddam intelligitur. nam cum dicis orbis summus Pontifex, jure dubitaverit quis, an Pontifex Principem significet. Principis verò appellatio per se ipsa satis se explicat: neque aliud de ea quæritur, adeo satisfacit. Non erat me hercule apud illos verborum ista tam acuta vel religiosa observatio, quantam tam sæpe Molinæus nobis solet objicere. Ut jam fastidio quosdam & satietate ab hujusmodi nominum argutiis abalienare possit. Et ut finem faciam, si quis expetat, quibus nominibus se Episcopi appellarent præter multa quæ diximus huc pertinentia: Cyprianus neque se, neque Romanum appellat Episcopum, sed fratrem tantum. Cyprianus (inquit) Cornelio fratri. & cur mirabimur hæc in his, qui à Ciceronis seculo non longè aberant, cujus epistolæ & orationes indicant propriis nominibus tantum Romanos (quod etiam ex Livio exploratum erit) publicè & privatim se compellare solitos: ut Athenienses antea, & primi omnium Hebræi, nondum enim natus erat Gnatho, qui post Neronem & alios Cæsares genitus adeo adolevit, ut jam ætatem habeat: & nos in admirationem priscæ simplicitatis traducat, usque adeo ab eo omnia sunt composita, ut quod per se simplex purum & syncerum sit, non cernamus.

25. Deinde Molinæus fatetur se legisse nomen quidem summorum sacerdotum & summorum Pontificum, atque eorum munus, summum sacerdotium: at hoc unius sedis dicit proprium non fuisse, sed omnium commune: idque exploratum esse ex concilio Agathensi apud Gratianum & ex septima synodo dist. 38. Cum antea concilii Africani decretis prohibitum dixerit, Ne quis summus sacerdos vocaretur: nunc verò dicat hoc omnium esse commune: Isti ergo contra conciliorum decreta summi appellantur. Quid igitur concilia illa inter se pugnant? Cur ipse nobis non conciliat? Hoc enim præclarum est. nam observare repugnantiam nullius est penè laboris. Tollere vero, sedare, vel lenire, ingenii magis est. Si ista nomina summorum omnibus communia: nominibus igitur probantur pares, ut omnes etiam pariter Episcopi nominantur. sed re, dignitate, ordine, gradu, non idcirco pares. Quocirca istud suum non impedit, quominus sint inferiores, & superiores, ut Diaconi etiam sunt & Presbyteri, ita Episcopi, Metropolitani, Primates, Patriarchæ quatuor, & omnium unus maximus Pontifex, quem Romanum appellamus. Hoc quærimus, hoc eum infirmare oportet. Satis enim ostensum est nobis, & vulgò notum, si aliquid non dicatur, non eo minus esse: vel si dicatur, non idcirco esse, quia vox & nomina in nostra sunt potestate: res non item. Nomina enim & verba, ut definiunt cum omnes Philosophi, tum maximè Aristoteles περὶ ἑρμηνείας, sunt voces quædam arbitratu nostro institutæ. res non fiunt certè vel mutantur nominibus. cuique liberum fuerit, se summum dicere, & splendidum nomen sibi vendicare, ut statuis quoque & simulachris imponuntur nomina: non tamen idcirco ea sunt, quæ dicuntur: nisi ut Græci docent ὁμωνύμως, ut homo pictus homo quidem appellari solet: at homo non est. Res natura sua existunt, etiam si nomen sortita non sint. Quare hisce in rebus nimium ociosus Molinæus videri potest & nos etiam si immoremur, cum jam abundè ad omnia ista responderimus. Nec tam quærendum an dicantur, quàm an sint summi sacerdotes: & cur sint. Et jamdudum diximus Episcopum esse summum sacerdotem vel presbyterum, Sacerdotum enim nullus est major Episcopo: Episcoporum quoque unus est maximus. Nam quemadmodum Presbyterorum maximus & est & nominatur Episcopus: Ita Episcoporum maximus intelligitur Pontifex ille, de quo nobis est sermo. Et gradibus magnitudineque differunt Episcopi, non genere. omnes enim Episcopi sunt. at non tanti vel tales. Singuli sumus homines, sed magnitudine, habitu, qualitate, functionibus, munere, & eo quod τὸ πρός τι Græci appellant, distinguimur. Rex & regnum, Imperator & miles, pater & filius, dominus & servus, patronus & cliens, mutuò quodam officio sibi respondent & conjuncti sunt: Denique nihil prohibet ut ea quæ functione & munere aliquo consociata sunt, disparia sint: atque ita Episcopi superiores & inferiores se habent. Postea Molinæus multos enumerat Pontifices Romanos, qui Episcopos omnes vocabant summos sacerdotes, & Episcopatum summum sacerdotium. Equidem ne hac in re nobis demonstranda graviori molestia afficiatur, non solum ei nos assentimur, ut omnis Episcopus sit summus sacerdos, sed etiam semel atque iterum apertè & palam id esse necesse dicimus. Non tamen idcirco Episcopi ipsi inter se omnes pares, vel omnes summi: sed unus omnium maximus Petrus & posteri. istorum enim est solùm maximus Episcopatus: omnium verò, summum sacerdotium. Nomen certè cui accommodes nihil interest, quis enim te impediet, quominus nivem fuliginem appelles? at nunquam fuligo, nix. nos non repugnamus nominibus: de potestate & amplitudine est hæc conflictio: de rebus, non de vocabulis. Nos quàm libentissimè & quàm liberatissimè cognomenta summa & splendida & ipsa illa & alia, quæcumque excogitare poterit, Molinæo offerimus, & donamus: atque rogamus ne hoc tantum munus repudiet: sed quibus volet pòst tribuat: Tantum nobis retinemus, &

Source : BIU Cujas

conſervatum volumus hoc noſtrum ſervile & humillimum ſervi ſervorum cognomentum, una cum tota reipſa, tota Pontificatus amplitudine, cunctaque poteſtate (nec enim de his rebus ullam fieri deceſſionem patimur.) Et valeat jam cum illo verborum ſtrepitu, neque nobis illa invideat deinceps. Hoc unum erit commodum quòd ex re moleſta & inutili cauſæ & ſuæ & noſtræ liberabimur, ut jamdudum exitum expectamus. cogi certè nolumus quæ de collegis, conſacerdotibus & hujuſmodi aliis, & quæ de tapinophroſyne dicta ſunt, regerere. Sed perſpiciendum eſt nobis, an illi Pontifices Romani & alii, quos dicit ſummos, Epiſcopos omnes appellare, rebus ipſis, non nudis verbis, Romanis pares judicent. Quod eo lubentius à nobis ſolet fieri, cum Pontificum quorundam authoritatem apud Molinæum valere audimus. Prætermittimus enim multos, qui huic cauſæ maximo eſſe poſſent adjumento, veriti certè ne Molinæus repelleret. Ita enim nobiſmetipſi hoc onus impoſuimus, ut niſi vel illis teſtibus, quos adverſarius tantùm probat, utamur: vel antiquiſſimos quoſque & probatiſſimos, quos ſi rejiceret extra omnem omnino palæſtram eſſet, producamus. Nam, ut in rerum geſtarum, quæ vetuſtiſſimæ ſunt, fide utamur recentiorum teſtimoniis, ratio nulla eſt: cur enim illorum potius quàm Molinæi? vel eorum qui heri nati, hodie teſtantur, non quæ nudiuſtertius, ſed quæ mille annis antè acta ſunt? At eruditiores ſunt recentiores (dicet quis) ſit eorum quàm maxima eſſe poteſt eruditio: de fide rei geſtæ agimus, non de ingenio vel doctrina. Niſi diſcrepant à veteribus, lubenter cedimus eorum doctrinæ: ſin contrà teſtatum vetuſtati & monumentis illius ætatis, qua res gerebantur, quibus quæſo teſtibus credemus? Sed ad rem. Septimam enim ſynodum (quæ prima eſt, quibus hic in ſummi ſacerdotis communi nomine demonſtrando utitur, audivimus non multo ante, nullum non modo Epiſcopum Metropolitanum & Primatem ſed ne Conſtantinopolitanum etiam Patriarcham pati, proximè ut accedat ad Romani magnitudinem. neve rebus, ſed honore tantum aliis Patriarchis antecellat. » Non tamen, inquit, in rebus Eccleſiaſticis magnificetur, ut Romana ſedes, ſed ſecunda poſt illam exiſtens priuſquam Alexandrina numeretur. Illud autem Agathenſe concilium, quod Gallicum eſt, quanta » fuerit Romani authoritas indicat: Placuit, inquit » canone 9. ut ſi Preſbyteri vel Diaconi conjugati ad » thorum uxorum ſuarum redire voluerint, Papæ In» nocentii primi ordinatio, vel Syritii Epiſcopi authori» tas, quæ eſt his canonibus inſerta, ſervetur. Conſtitutio illa Innocentii ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum miſſa extat apud Gratianum 82. diſtinctione. quo Pontifice Auguſtinus floruit, ut ejus & Afrorum Epiſcoporum omnium epiſtola ad Innocentium teſtatur, quæ in libris Auguſtini legitur. Proſper Aquitanus antiquiſſimus & ſanctiſſimus author ſcribit Auguſtinum Hyppone à Vandalis obſeſſum mortem obiiſſe anno Chriſti 433. Non ſunt igitur iſta nuper à potentia Pontificum profecta. Obſervavimus jamdudum tempus hujus concilii fuiſſe circiter ann. 509. Siritius, cujus mentio in hoc concilio fit, Pontifex quoque Romanus erat: eum tamen Epiſcopum concilium appellat, Innocentium vero Papam. Quod minimè mirandum eſt: nam concilium in ea cura & cogitatione vocabulorum non fuit, in qua eſt Molinæus, ſed rerum penitus ipſarum & amplitudinis. Continuò in illo canone hæc » verba ſequuntur. quòd ſi ad aliquos formula illa Ec» cleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ à Syritio » Epiſcopo ad provincias commeavit, non probabitur » perveniſſe, eis ignorationis venia remittitur: ita ut » de cætero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus » ſuos in quibus inventi fuerint, ſic retineant, ut ad » potiora eis non liceat aſcendere. quibus in beneficio eſſe debet quòd locum ipſum, quem retinent, non « amittant? ſi quis autem ſciſſe formam vivendi miſſam « à ſancto Syritio Epiſcopo deteguntur, neque ſtatim « cupiditates libidinis abjeciſſe, illi ſunt modis omni- « bus ſummovendi: eò quòd poſt admonitionem cogni- « tam præponendam arbitrati ſunt voluptatem. Mitte- « bant igitur Romani Pontifices hujuſmodi conſtitutiones & epiſtolas. & ipſa illa formula Syritii epiſtola ejus prima continetur capite 7. extant enim ejus nonnullæ epiſtolæ. Fabianum Romanum Pontificem nobis poſtea Molinæus citat, & factum Romæ Epiſcopum ait anno 211. omneſque Epiſcopos eſſe ſacerdotes ſummos teſtari apud Gratianum 3. quæſtione 1. Id quidem verum eſt, ſed tamen ubique terrarum fert leges, & eas quidem leges quæ dicuntur ſanctiones aut pœnales conſtitutiones in jure civili. Sanctio enim ut ſcribit Cicero ad Herennium. pœnam continet: quod confirmat Papinianus in lege 51. de pœnis. Quæ ſanctiones ſacrabantur vel capite ejus ipſius, qui contra feciſſet, vel alio genere pœnæ, ut pro Balbo Cicero ait: idcirco ſacroſanctæ dicebantur, & quod ſancitum illis erat, ſacroſanctum. hujuſcemodi leges iſte pontifex, qui aliis omnes Epiſcopos ſummos ſacerdotes appellat, condit & promulgat apud Gratianum 11. quæſt. 1. in clericos omnium Epiſcoporum. Atque his qui Epiſcopis infeſti vel inſidiati fuerint, infamiæ notam irrogat, & exhautorationem, ſervitutemque perpetuam, qua curiæ alicui quaſi piſtrino eos addictos eſſe ſancit. In clericos ergo omnium Epiſcoporum illa ſtatuuntur. Quid ita? Equidem certò ſciebat, eos omnes in ſua eſſe poteſtate & cenſorio judicio, totumque gregem Chriſti habere commendatum. Leges autem generales præſertim ſanctiones ferre maximi imperii eſt ſoliuſque Principis, ut Juſtinianus ait in lege poſtrema de legibus.

Poſtea ait Molinæus Anacletum Romæ Epiſcopum à Clemente primum, antè Fabianum annis 138. appellare apud Gratianum 2. quæſtione 7. Epiſcopos omnes ſacerdotes, ſummos & Apoſtolorum ſucceſſores. Vocat certè omnes eo nomine? &, ne nos negare videamur alio etiam in loco quàm illo: eſt autem is apud Gratianum 79. Confice igitur iſtud tuum, quò ſpectas: ergo omnes pares: Ergo Romanus non eſt maximus, non præſtat omnibus. Quod ſi oſtenderimus non ita ſentire Anacletum, ſed omnino contrà: an non iſtud ipſum, quod tu adfers, confirmabit quod non ſolum tam ſæpe loquimur, ſed jam etiam vociferari cogimur, rerum vim in voce non eſſe poſitam? Et quo plura ſimilia afferes argumenta, eò magis iſtud noſtrum probabitur, & illud tuum infirmabitur. Anacletus nobis ſupra dilucidè in loco Cypriani hoc demonſtravit, Inter beatos Apoſtolos (inquit apud Gratianum 22 di- « ſtinctione.) fuit quædam diſcretio: & licet omnes « eſſent Apoſtoli Petro tamen à Domino eſt conceſ- « ſum & ipſi inter ſe voluerunt id ipſum, ut reli- « quis præeſſet Apoſtolis. & paulò antè, Sacroſan- « cta & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed « ab ipſo Domino Primatum obtinuit. Potuit Ana- « cletus iſta certò ſcire: nam Petri fuit diſcipulus: Et « 21. diſtinctione. in novo, inquit, teſtamento pòſt Petrum ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primò « Pontificatus in Eccleſia datus eſt, dicente Domino, « Tu es Petrus, & quæ deinceps. Idem ſcribit Molinæus de Innocentio Primo. apud Gratianum 61. & creatum eſſe narrat anno 405. idem quoque nos reſpondemus quod de Anacleto & reliquis ſuprà dictum. Et Agathenſe concilium hujus authoritatem modò exponebat, Innocentii primi hæc verba ſunt in libro Gratiani 11. diſtinctione, Quis neſciat aut « non avertat id quod à Principe Apoſtolorum Petro « Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſto- « ditur ab omnibus debere ſervari: nec ſuperduci aut in- « troduci aliquid quod authoritatem debeat generalem «

Source : BIU Cujas

aliunde accipere vel exemplum: & ne quis dubitet Innocentii Primi hoc esse, in epistolis ejus comperiet, & his uberiora multa. In epistola qua respondet Afris, quæ libris Augustini continetur (nam Augustinus ad eum unà cum cæteris omnibus scripserat » & extat eorum epistola) ait, præsertim quoties fi- » dei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coe- » piscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui no- » minis & honoris authoritatem referre debere: velu- » ti nunc retulit vestra dilectio quòd per totum mun- » dum possit ecclesiis omnibus prodesse. Est hoc etiam apud Gratianum relatum 2. quæst. 1. Zozimus distinct. 59. non secus se gerebat, quam Fabianum paulò ante diximus, si quidem eo ipso in loco fert leges & sanctiones non in clericos, sed omnes Episcopos: tamen summo sacerdotio præesse eos dicit. Nec aliter omnino qui ecclesiasticis disciplinis minimè imbuti, creentur Episcopi. eos enim & institutores eorum ordine moveri sancit. Hunc urbis Romæ Episcopum fuisse anno 420. scribit Molinæus. Atque omnia quæ de cognomentis solemus dicere adeo vera sunt, tantaque fuit semper eorum contemptio & despicientia, a leoque communis & vulgaris usus, ut non solum collegas, fratres & coepiscopos, comministros, conservos mutuò se se omnes nominarent: sed etiam summi sacerdotes à Romanis Pontificibus dicebantur omnes, summique Pontifices: ita nomina communia erant. Urbanus apud Gratianum 59. distinctione. Episcopos omnes nominat summos Pontifices, ut ait Molinæus: cui rei nos assentimur, quanquam nihil video impedimenti, quominus eo in loco Pontifex Romanus tantum intelligatur: sed magis placet, ut ad omnes pertineat, quò confirmetur etiam atque etiam illa nostra sententia de nominibus. Nam Urbanus constituit omnibus clericis eorum: eos tamen ipsos Episcopos Pontifices summos appellat: ex quo exploratum est, non sibi æquales existimare sed sibi parere oportere. Pontifex maximus & summus sacerdos dicitur; ut Isidorus explicat 21. distinctione. Quapropter quæ nobis modò dicta sunt de vocabulis summorum sacerdotum & summi sacerdotii, huc quoque re- » feruntur. Pontifex (inquit Isidorus) princeps sacer- » dotum est: vel dicitur esse quasi via sequentium: ipse » & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nun- » cupatur: ipse enim efficit sacerdotes atque levitas: » ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse quod » unusquisque facere debet ostendit. Princeps sacerdotum Episcopus dicitur, ut superiora nobis demonstrarunt, qui etiam Pontifex maximus intelligitur hic ab Isidoro. Præterea omnes Episcopi Pontifices dicuntur à Nicolao primo Pontifice Romano apud Gratianum 7. quæstione 1. & Isodorus Pontificem maximum eum ipsum qui Pontifex sit hic nominari ait. Archiepiscopus est summus Episcopus, ut in ipso illo loco Isodorus interpretatur. & etymologia Græci sermonis principem Episcoporum esse significat: habebat tamen primatem superiorem, cui parebat (quamquam Isodorus primatem hunc quoque appellat & patriarchæ subjectum esse ait) ut ex Aniceto excerptum est in Gratiani distinctione 99. & copiosè supra de institutione eorum nobis expositum. primates à primis sedibus dicuntur. primus est quem nemo antecedat, ut postremus quem nemo sequitur: patriarchæ tamen quatuor præcedunt Primates, & patriarcha primas sedes: quod etiam ille Isodorus ait, & nobis demonstratum est. Episcopum sæpissimè accepimus nominatim summum & maximum sacerdotem, Archiepiscopo tamen inferior est. non est igitur summus sacerdos, nam Archiepiscopus ipse est etiam summus sacerdos cum sit Episcopus. Patriarcha princeps patrum dicitur: patres autem omnes non sunt Episcopi vel Archiepiscopi vel Primates, presbyteri enim patres sunt, atque instar priscorum senatorum, ut Hieronymus nobis antè dixit. quare presbyter ætatis nomen esse ad Evagrium scribit apud Gratianum distinctione 93. Illustrius igitur nomen habet Archiepiscopus, qui Episcoporum princeps dicitur quàm patriarcha. huic tamen ille subjicitur. Romanus Pontifex Papæ nomine à Justiniano & multis conciliis dicitur. & hoc tempore usitatum, quod nihil nisi patrem significat: inferiores tamen Molinæus nunc audit dici (tametsi negat veterem amplitudinem) patrum principes ut patriarchas, principes Episcoporum ut Archiepiscopos, presbyterorum Archipresbyteros, Diaconorum Archidiaconos, Abbatum vel monachorum Archimandritas: Romanus, quem omnes reverentur & cui obtemperant patris tantum cognomen habet: & qui ei propiores sunt, & amplitudine conjunctiores patriarchæ. & his inferiores Primates, quos sequuntur Archiepiscopi Principes omnium Episcoporum, qui præstabilissimum splendidissimumque omnium nomen habent. quò longius ergo absunt ab illo patre: eò magis fulgent cognomentis. Quid ita? Cedo rationem etiam atque etiam obsecro hic pater tantum, secundus princeps patrum, tertius primus omnium, quartus omnium princeps, quintus summus omnium & maximus. Quare si nominum rationem haberemus, ut Molinæus solet, Pontifici Romano non solum pares omnes illi essent, sed multo majores. At demonstrandum potius erat, cur pontifices & concilium illud Agathense & septima synodus, omnes Episcopos ita nominarent, cum concilio Africano prohibitum sit, ne quis summus sacerdos, vel princeps sacerdotum, vel tale quiddam dicatur. Idcirco Molinæus rationem adfert & ait.

26. Non erat inconveniens, nec contra doctrinam « præfatam Christi & decreta conciliaria, quæ duntaxat vetant unum singularem, talem ad aliorum dif- « ferentiam & subjectionem dici: non autem in com- « muni. Quia tunc cessat periculum dominationis ve- « titæ per unum solum in omnes alios usurpandæ. Molinæus certè non tollit repugnantiam sed auget. Nam concilium Africanum nulli permittit his verbis. Primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sa- « cerdotum, vel summus sacerdos, vel aliquid hu- « jusmodi: Molinæus vero omnibus: nec vult cui- « quam esse proprium & singulare sed omnium omnino commune, ne quis hujus appellationis impulsu dominationem invaderet. Si ista mens esset concilii, atque istud metueret, quid opus erat interdicere? nam eo quisque nomine usus fuisset quasi communi. Quod enim prohibitum non est, intelligitur permissum, ut ait Paulus jureconsultus de judiciis. At ita prohibendo non poterat fieri commune. Præterea non tanta ambitio est rei vulgaris, pervagatæ & communis, quanta raræ: & fortasse nulla illius, sed hujus, maxima & omnis. ambimus enim quæ eximia & singularia videntur tantum, cognomen igitur, quod voluissent commune esse ad ambitionem extinguendam, factum rarum inflammasset magis animus ad ipsam ambitionem. Quapropter melius consultum fuisset illa sinere valere: quàm prohibere. Atque omnino aut non ferenda lex erat ita ferenda, Omnis primæ sedis Episcopus appelletur princeps sacerdotum, non unus tantum: sed hoc esto commune omnium. Dicit præterea nomina illa summa, si communia sint, non esse contra legem Christi, sed propria tantum. Nonne lex Christi pertinet ad omnes Apostolos, & omnes alloquebatur, eisque jubet ut fiant ministri & servi. Mathæi 20. ergo humiliora cognomenta ferè multo magis quàm cætera omnia imperat: cum verborum inanis ille sonitus, tumidis cervicibus incedere magis impellat Episcopum, quàm possit quicquam virtutis addere. estque pessimo exemplo suis, quos tapinophrosynem illam (de qua multa quidem, sed non satis multa pro ejus dignitate diximus) semper docere debet. Probè factum scilicet, si audiremus Episcopos dici principes & summos

Source : BIU Cujas

exarchos, & id genus alia : cum modestius videremus agi cum militari & castrensi ordine. cur tandem non contorqueant hastam, & vibrant telum & fulmineos globos, si illa profana & ferocia sibi vendicant ? Quare lex Christi ad omnes pertinet : in his præsertim superbis vocibus. Si communia sunt, cessat, inquit, periculum dominationis vetitæ : quasi verò in communibus idem istud periculum non versetur. & illi, qui invadunt rempublicam, privato & communi civium nomine non vocentur. Sylla semper erat Sylla. Theagenes, Pysistratus, Dionysius non aliud nomen necessarium putarunt ad occupandam tyrannidem. Nihil (dicebat Solon) in Pysistrato, quod sit optimi civis, desideres : si principatus cupiditatem tollas : quod commemorat Plutarchus in Solone. Pontificatus, præfectura sacra vel ecclesiastica ipsa per se laudabilis divinaque est & legitima : ut omnis alia civilis, humana, imperatoria, regia, & magistratus. Christus hoc non vetuit : non vetuit, inquam, alios ab aliis regi & coerceri : superbiam, acerbitatem, crudelitatem & tyrannidem tantum repellit : quæ omnia affectu ejus ipsius solum, qui ea exercent continentur : nec tamen his munus ipsum læditur. Reliquum igitur est ut Molinæus nobis dicat aliam rationem : nam illa non est satis idonea, cur inter se illa concilia dissidere videantur. Equidem (ut nos id conemur) nullo modo pugnant. Nam concilium Agathense & Septima synodus & Pontifices illi de genere toto Episcoporum agunt : neque ullum sigillatim nominant, sed universe & generaliter omnes complectuntur. Afri vero singulis prohibent, non tantum uni vel quibusdam, ut Molinæus sentit : sed omnino omnibus, ne dicantur. Quare singuli vetantur non universi : unusquisque per se, non genus ipsum & ordo. Simile istud, clerici Reges dicuntur generatim ab Hieronymo in Gratiani 12. quæstione 1. Nemo tamen singulos clericos, reges appellaverit, Nemo deos : cum tamen dictum sit Dii estis. Quare illa quæ Molinæus attulit minimè adversantur. at ea quæ nos subjecimus, maximè. Nam Archiepiscopus, Patriarcha, & quæ sunt hujusmodi, principatum significant, & singulorum est nomen proprium : & Afri principis appellatione omnibus singulatim interdicunt. Quamobrem vix aliam quis investigaverit causam, quam quæ nobis jamdudum est expositа in explicatione illius canonis Africani. quæ omnia etiam possunt accommodari ad ea omnia quæ paulò ante de nominibus summorum sacerdotum dicebat, si cui videantur inter se contraria : quod tamen nobis non videtur. Ad Romanum nihil canon ille Africanus, sed ad Primates. Sed antè accepimus Afros ipsos Damasum summum omnium præsulum pontificem appellasse : & concilium Calcedonense non solum œcumenici nomine vocasse, sed obtulisse Romanis Pontificibus, quod tamen ipsi respuerunt, ut Gregorius nobis initio dixit. fretus tamen omnium librorum lectione & memoria, libenter, audacter, libereque ait.

» Nunquam, etiam in Ecclesia Christiana aliquem » singulariter & peculiariter, nedum privativè ad om- » nes alios, Principem sacerdotum, vel summum sacer- » dotem, aut Pontificem dici, ante illud judicium Pho- » cæ (ut pote contra præfata concilia & decreta, sed » nec aliquanto post illud judicium : sed illius occasione sensim emersit. Quid præterea si non fuerit proprium nomen ante Phocam ? an idcirco pontifices minores erant ? fuisset sanè proprium si voluissent : sed nunquam passi sunt ne discederent ipsi à præstantia Petri, qui quò major erat, eò summissius se gerebat. hæc enim magnitudo Christiana est : eratque singulari moderatione animi. & tapinophrosynem ita primus ipse exercet, ut eam doceat : quod antè intelleximus. Et Cyprianus eum imitandum omnibus proponit, scribens ad Quirinum, Nam, inquit, nec Petrus, quem primum dominus elegit : & super quem ædificavit ecclesiam suam, cum Paulus de circuncisione postmodum disceptaret, se vindicavit, seu aliquid insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, & obtemperari à novellis & posteris sibi potius oportere, nec despexit Paulum quòd ecclesiæ prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis administrationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facilè consensit, documentum scilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, ut nostra amemus : sed quæ aliquando à fratribus & collegis nostris utiliter & salubriter subgeruntur, si sint vera & legitima, illa potius amplectamur. Petrus igitur quamvis esset fundamentum, & primatum haberet, non dicebat se habere : non efferebat se insolentius : sibi ambitiosè multa arrogans, jactitánsque magnitudinem suam. neque reprehensus à Paulo superbè, iracundè & pertinaciter respondit : omnium vestrum est me potius, qui primus sim & maximus, fundamentumque & caput, sequi, mihique parere : sed descendit lubenter modestissimus vir & leniissimus in utilem salubremque sententiam Pau. Non verbis studens splendescere, sed moribus, nec certè se dominum nominabat, sed conservum, ut ex Clemente ejus discipulo recognitionum lib 8. & epistola 1. intelligi potest. Si Alexander Ethnicus Romanus Imperator, ne Magnum quidem dici se à suis patiebatur, seque tantum salutari jubebat quasi unum è senatoribus, & permulti similiter summi Imperatores, ut nobis expositum est : an Petrus ethnicam illam modestiam non superaverit, ne se maximum diceret ? Augustus Cæsar, ut scribit Suetonius, domini appellationem tanquam opprobrium quoddam exhorruit : Petrus singulare eximiumque comitatis, sanctitatis & religionis Christianæ exemplar, se dominum & Principem appellaret ? Sed tamen si quis hac sua lenitate & tapinophrosyne abutens, potestatem negasset tam forti profecto animo, quàm Paulus adversus Corinthios propugnasset. Ejus enim rei duplex est quæstio : una, quid Pontifices & Episcopos ipsos inter se & erga nos deceat. atque ita certè se gerere ipsi debent, ut Petrus : altera ad nos pertinet, quid nos, quodque sit nostrum erga eos officium : hoc nobis magis spectandum, ut in omnibus magis nostra quàm aliena : ac ne contemnamus eos : sed revereamur, colamus : illud autem magis ipsis intuendum, ut tales evadere studeant, qualis quantusque Petrus. nec eò minus tamen prætermittendum aut lædendum est nostrum erga eos officium quòd longè absint à Petro & Apostolis. Itaque Pontifices Romani, ejus exemplo, quò majores erant, eò demissiori nomine utebantur, utunturque. Nam cum reliquos principes patrum vel Episcoporum dici audiamus. ipsi patris vel servi cognomen solum retinent : ac multo magis post Gregorium & Phocam, quàm antea unquam : nec satis perspectum istud à Molinæo fuerit : cum hic scribit, sensim emersisse cognomen summorum Pontificum in Romanis, post judicium illud Phocæ. Nam cum Constantinopolitanus sibi œcumenici nomen arrogaret : Gregorius rejecto Episcopi nomine servile amplexus est & servum servorum se nominavit. Et tametsi œcumenici cognomen Romani antea in Calcedonensi concilio repudiarant : tamen postea (ut sexta synodo Constantinopolitana in divali actione prima perspicitur) universales Papæ vocabantur etiam ab Imperatoribus. quod nomen Gregorius repulit epistola 30. libro 7. & in Gratiani distinctione 99. Ecce, inquit, in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum universalem Papam dicentes, imprimere curastis. At notasse debebat Molinæus locum, in quo se ipsi maximos Pontifices appellant. Nos quidem non (ut ipse solet) dicemus non auditum, quamvis verè, ni fallor, id possemus affirmare : sed certè non tenemus memoria. Si non solum

Source : BIU Cujas

ſummi viri, præſtantiſſimi & potentiſſimi eos illo nomine dignentur, ſed vulgus etiam, id me hercule merito & jure omnes faciunt: neque Molinæus invidere aut moleſtè ferre debebit. Sunt enim Epiſcopi: & modo dicebat, omnium omnino Epiſcoporum nomen eſſe commune. At nos non eam ob cauſam maximum eum dicimus: ſed idcirco, quod verè ſit maximus omnium Epiſcoporum. nam non capita plura ſunt Eccleſiæ ſed unum tantum: & ſi alii Epiſcopi ſunt maximi Pontifices, iſte illorum maximorum erit maximus: quamquam omnes hujuſmodi nominibus abſtinent, atque Epiſcopos fratres ſolent appellare paſſim in eo jure canonico, quod novum Molinæus appellare ſolet. & capite 4. de crimine falſi. in Gregoriano, falſas eas literas judicari volunt, in quibus Epiſcopi non quidem ſervi nominantur ab eis, ſed filii etiam, quod eſt ſuavius. In dyplomatibus ſervos ſervorum ſe nominant: in ſuis conſtitutionibus etiam recentioribus, quibus de ſe aliquid ſtatuunt, Epiſcopos Romanos vel pontifices Romanos, ut cap. 6. in Gregoriano de electione. & primo de conſtitutionibus. in ſexto. atque Clementina 2. de electione. idem quoque cernitur in conſtitutione Joannis 22. de præbendis. Quæ omnia in omnibus fermè uſitatiſſima ſunt. Sed jam in longiorem ſermonem hæc ocioſa nimium verborum diſputatio producta eſt: Quæ culpa certè in Molinæum transferenda videbitur, qui firmiſſima illa putavit, in quibus diutius ſubſideret: & nos cogimur ei ſatisfacere.

27. Omiſſis tandem his nominum controverſiis, confert ſe ad hiſtoriam. Quocirca deinceps videri poterit hæc cauſa, quaſi ex præruptis & aſperis in æquabilem & planiſſimum locum ſe explicare. Satis tamen conſtat (inquit) eccleſiam Græcam, nunquam in hoc obediviſſe judicio Phocæ: Nec Rom. Eccleſiam, ut dominam, unquam agnoviſſe (ſicut nec uſquam eccleſia Africana, ut dictum eſt) niſi circa annum domini 1202. cum Franci duce Balduino, Venetis Auxiliaribus, Conſtantinopolim trajeciſſent (ut Alexium in imperio reſtituerent: ea conditione, teſte Platina in Innocentio III. ut Eccleſiam Græcam Romanæ ſubjiceret) Alexio verò reſtituto, & mox per inimicum occiſo, imperium, excepta Adrianopoli, occupaſſent: quandiu Balduinus, & reliqui Franci Imperatores, circiter quinquaginta octo annos, illud non pacificè, nec plenè tenuerunt uſque ad Michaelem Palæologum: qui Francis expulſis, priſtinum imperii ſtatum obtinuit. Antequam ingrediamur narrationes Molinæi, de toto genere earum, pauca nobis dicenda ſunt, ut intelligatur, quomodo à nobis ſint omnia refellenda. Cum tria ſint genera quæſtionum, facti, nominis juris, vel (ut oratores dicere ſolent) generis & qualitatis. & hæc, in qua Molinæus & alii permulti verſantur ſit, an mortalium Epiſcoporum aliquis unus ſit maximus: quæ eò ſpectat tantum, an unus ſit cui reliquos omnes parere oporteat: quocirca juris quæſtio tota eſt: illam quæſtionem omittens, ad hanc quæ facti eſt ſe recipit. Primum de Africana Eccleſia dicemus. deinde de Græca. Itaque ut intelligat quantum ab eo diſſentiamus: dicimus Eccleſiam Africanam ſemper obediiſſe Romanæ: Molinæus verò nunquam: idque nullo teſte aut conjectura demonſtrat: quodammodo tamen oportuit. Etenim quamquam factum neganti nullum probationis onus jureconſulti imponunt, & nullam eſſe probationem per rerum naturam, dicebat Diocletianus Imperator de probationibus. Tamen orator ex cauſis, effectibus, & ſignis docere poteſt, vel ſcripto alicujus & teſtimonio illius ætatis, quæ non obtemperare viderat. Et Scævola quidem, qui jureconſultus erat, rejiciebat ad Ciceronem facti controverſias: at Molinæus non ſolum jureconſultus eſt: ſed orator. agit enim cauſas. Quòd autem Africa ſemper obtemperaverit Romanis Pontificibus, teſtatur Innocentius primus in diſtinctione Gratiani (hujus fidem jam probavit Molinæus) ait enim nullos in Africa inſtitutos Epiſcopos, niſi à Petro & ſucceſſoribus ejus. Teſtatur epiſt. Auguſtini, & totius Milevitani concilii, quam antè attigimus, Domino, inquit, beatiſſimo meritóque venerabili, & in Chriſto venerando Papæ Innocentio. Quia te dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere, in ſede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus: quàm ea tu poſſis vel faſtidioſe vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam (quæſumus) adhibere digneris. Et paulo pòſt, de quo ante paucos annos quid geſtum fuerit de Carthaginenſi Eccleſia melius inſtruitur. Et hunc morem referendi cauſas ad Romanum docent. Hæc ad ſanctitatem tuam de concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginenſem Eccleſiam, & Carthaginenſis Eccleſiæ coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam (quam beatus illuſtras) de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus. Hæc epiſtola 92. extat in libro epiſtolarum Auguſtini: hujus meminit Auguſtinus in Pelagium & Celeſtium. Et epiſtola 90. apud eundem Auguſtinum concilium Carthaginenſe. Hoc itaque (inquit) geſtum domine frater ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ medio charitatis etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas pro tuenda ſalute multorum, & quorundam perverſitate etiam corrigenda. & aliquanto pòſt. Si ergo Pelagius Epiſcopalibus geſtis, quæ in oriente confecta dicuntur etiam tuæ venerationi juſtæ viſus fuerit abſolutus: error tamen ipſe & impietas, quæ tam multos aſſertores habet per diverſa diſperſos etiam authoritate Apoſtolicæ ſedis anathematizanda eſt. Et in poſtrema parte. Quæcunque autem ab eis objiciuntur, non dubitura venerationem tuam, cum geſta Epiſcopalia perſpexerit, quæ in oriente in eadem cauſa confecta dicuntur, id judicaturam, unde omnes in Dei miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatiſſime Papa. Poſſidonius Afer Epiſ. & Auguſtini familiaris. qui ejus etiam vitam litteris mandavit. Superiora plane explicat de Pelagianis ſcribens, Et quoniam inquit, iidem perverſi ſedi Apoſtolicæ per ſuam ambitionem eandem perfidiam perſuadere conabantur: inſtantiſſimè etiam conciliis Africanis ſanctorum geſtum eſt, ut ſancto Papæ urbis Romæ, & prius venerabili Innocentio & poſtea ſancto Zozimo ejus ſucceſſori perſuaderetur, quod illa ſecta catholica fide & abominanda & damnanda fuiſſet. At illi tantæ ſedis antiſtites ſuis diverſis temporibus, eoſdem notantes, atque à membris eccleſiæ præſcindentes, datis literis ad Africanas, Orientis & Occidentis Eccleſias, eos anathematizandos & devitandos ab omnibus Catholicis cenſuerunt. Et hoc tale de illis Eccleſiis Dei Catholicæ prolatum judicium: etiam piiſſimus Imperator Honorius audiens, & ſequens, ſuis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi conſtituit. unde nonnulli ex eis ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium, unde reſilierant, redierunt, & adhuc redeunt, innoteſcente & prævaleſcente adverſus illum deteſtabilem errorem recta fidei veritate. Proſper Aquitanus in annalibus ſuis, id quoque teſtatur, Concilio, inquit, apud Carthaginem habito 217. Epiſcoporum ad Pontificem Zozimum ſynodalia decreta ſunt perlata, quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt. Et an obtemperaret Auguſtinus, aliique Afri Epiſcopi, ex his verbis illius ipſius Poſſidonii intelligitur. Tamen, inquit, omnipotentis Dei præſtitit auxilium, ut poſtea in Cæſarienſi Mauritaniæ civitate conſtitutus venerabilis Auguſtinus, quò eum venire cum aliis Epiſcopis ſedis Apoſtolicæ literæ compulerant, ob terminandas videlicet aliàs Eccleſiæ neceſſitates.

Source : BIU Cujas

Oſtendetur nobis aliàs, quid Auguſtinus de authoritate Petri & ſucceſſorum ſentiret. Geiſericus cum Vandalorum Arrianorum intoleranda & immani Barbarie turbaque 80000. Africam ingreſſus, agros vaſtat, urbes diripit, templa ſpoliat: & ut ſcribit is Poſſidonius, obſidet Auguſtinum, quem paulo antè ex Proſpero Aquitano intelleximus in ea obſidione, vita functum eſſe anno Chriſti 433. Dejiciuntur ſedibus catholici Epiſcopi, collocantur Arriani. Huic belluarum gregi catholica vel Romana Eccleſia non poterat admodum cordi eſſe, cui nec Chriſtus ipſe eſſet: ejus enim majeſtatem æternitatémque oppugnabat. Has calamitates Victor Afer Uticenſis Epiſcopus, antè cujus oculos omnia geſta ſunt, narrat & deplorat in libro de perſecutione Vandalorum. In tanta tamen perturbatione & luctu reipublicæ Chriſtianæ, cum Zeno Imperator per Legatos Hunericum Regem Vandalorum, Geiſerici filium rogaſſet, æquo animo pateretur catholicos catholicum, quem ſibi vellent, Carthagine Epiſcopum eligere: permiſit Hunericus. Itaque electus eſt Eugenius Afer vir probitate & ſanctitate adeo præſtans, ut rex Arrianique omnes graviſſimè ferrent, quod is ad catholicam exemplo & doctrina omnes pelliceret. Quamobrem ita commotus Rex indixit diſputationem publicam ſuis & catholicis Epiſcopis. Tum Eugenium dixiſſe refert is Victor. lib. 3. Permitte, inquit, ô Rex ſcribam ad coepiſcopos meos & Eccleſiam, potiſſimum Romanam, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, ut de religione cum tuis unà liberè contendamus. Narrat præterea libro 1. quoſdam catholicos pulſos, in Mauritaniæ quibuſdam partibus, ubi Chriſtus antea non erat cognitus, multos in Chriſtianiſmum perduxiſſe: atque miſiſſe Romam ad Pontificem, ut præficeret novæ Eccleſiæ Epiſcopos. Non cogebamur hoc Vandalorum à Chriſto alieniſſimo tempore, qui obtemperaret Romano Pontifici, ullum Molinæo proponere. Tum enim nullus catholicus Epiſcopus ſupereſſe videri poterat: ſat erat clarem expoſuiſſe. Declarat id tamen quid eſſet pacatis rebus fieri ſolitum. Potiti ſunt Vandali Africa ad Juſtinianum uſque, qui id etiam commemorat in exordio inſtitut. & lege 1. de officio præfecti prætorio
» Africæ. Excedit, inquit, omnia mirabilia opera, quæ
» in ſeculo contigerunt: ut Africa per nos tam brevi
» tempore reciperet libertatem antea 105 annos à Van-
» dalis captivata, qui animarum fuerant hoſtes ſimul
» & corporum. Nam animas quidem diverſa tormenta
» atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando, ad ſuam
» perfidiam transferebant: corpora verò liberis natali-
» bus clara, jugo Barbarico duriſſimè ſubjugabant: Ip-
» ſas quoque ſacroſanctas Dei eccleſias ſuis perfidiis ma-
» culabant: aliquas vero ex eis ſtabula fecerunt. Vi-
» dimus venerabiles viros, qui abſciſcis linguis radici-
» tus pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Alij verò
» pòſt diverſas diſperſi provincias vitam in exilio per-
» egerunt.

Quare reſtitutus eſt in Africa Romanæ Eccleſiæ Principatus, ut intelligitur ex Neara illa in qua prius Juſtinianus nobis dixit, jus Metropoliticum Juſtinianæ Carthagini Africæ, & Juſtinianæ primæ Illyrici à Vigilio Pontifice Romano fuiſſe conceſſum. Obiit poſtea Juſtinianus anno Chriſti 557. imperij vero ſui 38. ut à Tharaſio ſcriptum eſt: cui ſucceſſit Juſtinus Thrax cognomento Junior, nepos ejus. vir pietate ſingulari: huic, Tyberius anno 571. Tyberio Mauritius (de quo multa ante dicta ſunt) ſexto poſt anno Mauritio ille Phocas anno 595. qui conſtitutione facta, ut Juſtinianus antea (non ſententia. ut eſt à recentioribus vulgò traditum) illa de primatu cenſuit. Itaque potius & arctius conjungi quàm disjungi cœpiſſet Africana Eccleſia. Erat enim Imperij Romani. Siquidem ille Tharaſius ſcribit Heraclium à militibus in Africa Imperatorem ſalutatum, navigaſſe Conſtantinopolim: Atque Phoca interfecto Imperatorem creatum eſſe anno 552. Tum Machumetanorum, qui alio nomine Sarraceni & Turcæ nunc dicuntur, ſecta exorta eſt (non enim gentis nomen eſt, ſed ſectæ) atque numero & viribus hac aucta, peſtis humani generis, capta Phœnice, Palæſtina, Syria tota, & Ægypto, & devictis Perſis, primum Africam tributum ſibi ferre cogit: deinde pulſis Romanis, totam occupant anno 691. Poſtremò, Hiſpaniæ maxima parte poriuntur. Ab Eudone Aquitanorum duce in Galliam acciti contra Carolum Martellum, circiter annum 720. vaſtant Aquitaniam, fana ſpoliant & incendunt, contra fidem Eudoni datam. Sunt enim natura & lege perfidi. Nam in ſuo Alcorano Machumetus amens legiſlator eorum, in Azoara V. fœdus, pacem, & amicitiam cum alterius religionis hominibus ſuos ſuis tantum commodis metiri ſanxit: quod fide certè Punica, non dicam ſolum Ethnicam, in omni ſocietate humana longe funeſtius eſt. Id eis objiciunt Cretenſes Siculi in libro epiſtolarum Turci, quas Laudimus Eques Hieroſolymitanus in Latinum ſermonem convertit.

Turcus Cretenſibus.

Turpe quidem vobis eſt, Cretenſes, amicitiam co- «
lere, in qua bellum potius adverſus nos, quàm pacem «
oſtenditis. Sed videte quæſo, ne vobis temerarium «
ſit, eos mox, ut hoſtes formidare, quos prius ſocios «
nullo jure contempſiſtis. Multos enim ſæpe conatus «
ſui pœnituit. «

Cretenſes Turco. «

Et vim vi repellere, ac dolum dolo nectere, nobis «
majorum inſtituto licuit. Nec tamen amicitiam vio- «
lamus, ſi inimicorum injurias ulciſcimur. Sed quo- «
nam pacto tu à nobis fidem exigis, quam ipſe nemi- «
ni unquam antea præſtitiſti? «

Turcus Siculis. «

Carthaginenſium duces (quibus olim cum Roma- «
nis de imperio orbis diu certatum eſt) multis vos ſæ- «
pe cladibus afflixere, quòd partium ſtudia ſecutos æ- «
grè in fide retinerent. Nunc verò ſubſidia Rhodiis ad «
Halicarnaſſum miſiſſe audio, & commeatus omnes ad «
belli uſum navibus onerariis comportaſſe. Vos igitur «
hoſtes publicos bello declarabimus, ut qui fruſtra læ- «
ſerint, temeritatis pœnas luere cogantur. Non ſo- «
lum nobis turum eſt, ab aliorum injuriis vendicare, «
ſed hoſtibus etiam formidoloſum. «

Siculi Turco.

Nec contra te arma ſumpſimus, nos quos nunc Rhodiis ſubſidia in Halicarnaſſo miſiſſe arguis, nec quempiam affeciſſe injuria videmur, ſi crudeliſſimo tyranno ſociorum auxilia fidémque antepoſuimus. Noli igitur majorum perfidiam Siculis objicere, quum quidem omnibus ipſe fidem datam ac jusjurandum ſemper violaveris. Nec eos nimis perterrere debes, quibus promptius eſt arma ad injurias, quam ad verba referre. Itaque cum non ſolum tota Gallia in ſummo eſſet rerum diſcrimine, verumetiam univerſus penè orbis Chriſtianus. Machumetanorum enim (qui tum Sarraceni dicebantur) 400000. eò influxerunt: ac præda, inquit ferróque omnia vaſtabant. commovit Eudonem, tum omnium Chriſtianorum expoſtulatio & objurgatio, ferarúmque tanta immanitas non ſolum perfidia, tum præſens & impendens Chriſtianis omnibus ſumma clades, quæ in eum ipſum jam ſe converterat. Itaque clam fœdus cum Martello icit. Et dum fortiſſimè hic prior dimicat à tergo acerrimè Eudo hoſtes invadit: interfecti uno ita memorabili prælio 375. Barbarorum: Franci vero non plus ferme mille quingenti interempti ſunt. Hæc non ſolum in annalibus noſtris ſcripta extant, ſed etiam in eo libro qui Pontificale dicitur in Gregorio ſecundo: qui tum ſacerdotio Romano præerat. Et Paul. Diaconus hæc omnia quæ ſua ætate geſta ſunt tradit libro ſeptimo de geſtis Longobardorum. cap. 14. & 15. Galliam Narbonenſem bis poſtea pertentantes ex reliquiis, quæ in Hiſpania & Africa ſupererant: bis à Martello

Source : BIU Cujas

pulsi tandem quieverunt. Postremò à Carolo Magno Hispaniæque Regibus ex Hispania tota extrusi, Africæ finibus se continere compelluntur. Compertum igitur habemus, ab Innocentio I. Africanísque conciliis circiter an. 315. Africanam Ecclesiam, piè, sanctéque in officio Romani Pontificis permansisse ad horum Sarracenorum acerbissima tempora. in quibus nec officium erga Romanum quærendum est in Africa, ubi neque Ecclesia nec Christus. Requiramus superiora tempora. Evaristus, qui quartus Pontifex Romanus ab Eusebio numeratur, anno salutis 202. creatus, dat Afris Episcopis leges de nuptiis, ne sine voluntate eorum, ut parentum, & propinquorum quorum in potestate vel custodia mulier sit, contrahantur nuptiæ vel sponsalia, apud Gratianum 30. quæstione prima. Antè intelleximus ex Clemente Petrum jussisse, ut in Africam & cæteras provincias, mitterentur doctrina, probitate, & religione clarissimi viri: & Episcopi Metrop. & Primates constituerentur. quod prætermissum à Clemente, & aliis posteris probabile non est: sed hoc etiam Innocentius nobis modò testabatur. Victor Pontifex eo ipso Eusebio teste. an. Christi 195. in Gratiani dist. 90. Afris Episcopis, qui inter se dissidebant, jubet, nisi redeant in gratiam, arcebit eos Apostolicæ sedis, & totius Ecclesiæ communione. Cyprianum Afrum molestum fuerit huc iterum & sæpius adducere. In Ecclesia, inquit, in distinctione Gratiani 93. se esse non confidat, qui Cathedram Petri, super quam fundatur Ecclesia, deserit. Catholicos eos tantum judicabat, qui Ecclesiæ Romanæ adhæresunt: reliquos vero, hæreticos. cujus rei testis locupletissimus est Ambrosius apud Gratianum 24. quæstione prima. De Ecclesiæ negotiis gravioribus certiorem crebrò faciebat epistolis suis Cornelium Romanum Pontificem. Extrema passus magno & forti animo pro Christo anno salutis 259. mortem oppetiisse cognoscitur ex Hieronymo in annalibus Eusebianis. Hic erat Carthaginénsis Episcopus: Carthaginensi, vero reliquos omnes Afros paruisse ex conciliis Afric. exploratum fuit, ut id, quod de eo dicimus, ad omnes quoque pertineat: erat enim Carthaginensis quasi Primas Primatum, ut vulgò dicimus. Concilium Sardicense trecentorum Episcoporum fuisse, & Episcoporum appellationes in civili vel criminis controversia interponi ad Romanum statuisse, jamdudum verba à nobis recitata ostendunt. coiit an. 349. istud non solum factum demonstrat: sed jus, & sine quis putet non adfuisse Afros in eo ipso concilio, epistolæ ejus concilij hæc sunt verba. Sancta synodus Dei gratia Sardicæ congregata ex urbe Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Misia, Dacia, Dardania, Altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Acaia, Epirus, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithynia, Hellespónto, Phrygia, Pisidia, Capadocia, Ponto, Cilicia, Altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, Insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palestina & Arabia universis coepiscopis, & comministris sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ dilectissimis fratribus in domino salutem. Idem Theodoretus historiæ tripartitæ libro quarto capite 24. & Theodoritus lib. secundo capite 8. Jam ferme ventum est ad tempora Innocentij & Augustini. Quibus omnibus elucet status Ecclesiæ Africanæ, officiúmque perpetuum erga Romanum Pontificem, per bonos in primis, & gravissimos testes, non homines quidem privatos, sed Imperatores, Episcopos & concilia, quæ sunt publica monumenta. Prætermittimus multa ex Gregorio Magno, ut ex epistola ejus 30. libro secundo: ubi de quibusdam clericis Afris nonnulli quærebantur apud eum: scribit ad illorum clericorum Episcopum, acturum se severius cum eo, ni suos coerceat. Synodi Africani decreta & gesta ad eum mittebantur à Carthaginensi: comprobavit ea Gregorius, nisi quædam, quæ acerbius in Primates Africæ hic Carthaginensis sanxerat: erat enim (quod jam dictum est) Primatum Primas. Optimum est, inquit, frater charissime, ut in his quæ foris sunt corrigenda, prius charitas interna servetur, & simus mente subjecti: quod maximè vestræ gravitatis proprium judicamus etiam personis dignitate minoribus. Et cum iste Carthaginensis ei primum Pontificatum congratulans ab eo peteret, ut sua privilegia tueretur, epistola postrema libri 2. & in Gratiani distinctione 25. quæstione prima. Ita respondet, de ecclesiasticis privilegiis, Quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat: quia sicut nostra defendimus: ita singulis Episcopis sua jura servamus: nec cuilibet favente gratia, ultra quam meretur, impartior: nec ulli hoc, quod sui juris est ambitu stimulante derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sic studeo honore singulos subvehi, dummodo non sit, quod alteri ab altero jure possit opponi. Hæc etiam declarant ejus viri humanitatem & lenitatem, idcirco id lubentius transcribimus. Episcopum apud eum hæreseos accusatum ad se quàm celerrimè mitti jubet. Observaverit quis diligentius alia permulta in epistolis ejus. Ista omnia ante Phocam gesta sunt. nobis tamen Molinæus quasi Pythagoræ discipulis, sine teste, sine ullo probabili argumento persuadere voluit, Ecclesiam Africanam non paruisse Romanæ?

Reliquum est, ut de Græca Ecclesia dicamus, quod valde etiam conducere poterit, ut omnis status Ecclesiæ post Imperatores Christianos intelligatur: nam quis antè fuerit satis est jamdudum expositum, ignoratio sanè harum rerum, magnos, ut audimus, excitat tumultus. Libris enim quorumdam, qui sibi ad arbitrium inflammati animi, res gestas quasi poesim effingunt, commoventur permulti ad contemptionem sacri ordinis: quasi ejus authoritas nuper nata fuerit. Dicimus Græcam semper coluisse Romanam tanquam caput & principem Ecclesiæ, eique paruisse ante Phocam quidem semper, post vero Phocam, dicemus quando ab officio erga Romanum declinaverit. Primum jam illud satis exploratum habuimus antè Constantinum Magnum, Byzantium obscuram civitatem fuisse. atque 303. anno à concilio Constantinopolitano post Romanum, primatum ei decretum honoris tantum non potestatis. Antea circiter anno 341. ingravescente Arriana hæresi, in oriente, Arriani Athanasium acerrimum propugnatorem, apud Julium Romanum Pontificem accusant, ut scribit Theodoretus Cyri Persiæ civitatis Episcopus (qui tum vivebat) libro quarto tripartitæ historiæ: Græcus author est, sed Latinè legitur (Athanasius erat Patriarcha Alexandrinus) Verum (inquit ille) Eusebius & ejus consortes calumnias in Athanasium factas, Julio Romano Pontifici destinarunt: qui ecclesiasticam sequens legem etiam ipsos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad judicium regulariter evocavit. Ille continuò evocatione suscepta venit: calumniarum vero sarcinatores Romam quidem profecti non sunt, scientes facilè suum posse capi mendacium. Sed videntes oves desolatas, lupum super eas pro pastore constituerunt: id est Gregorium, qui sex annis bestiis ferocibus crudelius usus, pœnam malitiæ suæ solvit, ab omnibus amarissimè laniatus. hujus quoque rei meminit Ammianus Marcellinus Ethnicus. libro 22. qui hunc Gregorium Georgium appellat: & Athanasius ipse in suo secundo Apologetico. Et in epistola sua, & aliorum Episcoporum ad Liberium Romanum Pontificem ita de impressionibus Arrianorum scribit, Domino beatissimo & honorabili sancto patri Liberio Papæ Athanasius & universi Ægytiorum Episcopi. Nos hæc meditari cupientes, & ea quæ à sancta sede vestra Apostolorum, eorúmque successorum prædicatione susscepimus: & postquam exposuerunt furores Arrianorum, Qua de re, inquiunt, precamur in vestris exhortationibus, tam per vos, quam per apochysarios

» veſtros adjuvemur : ne dum illi creſcunt : & nos mi-
» nuamur vera fides deſtruatur, & eorum hæreſis ultra
» noſtram fidem creſcat. Pro qua re multa veſtræ ſa-
» cræ doctrinæ, tam apud Deum, quàm apud cunctos
» fideles, merces & laus repoſita eſt, ſi veſtra recenſe-
tur authoritate. & in poſtrema parte. Hujus rei gra-
» tia, univerſalis vobis à Chriſto Jeſu commiſſa eſt Ec-
» cleſia, ut pro omnibus laboretis : & cunctis opem fer-
» re non negligatis : & ſubſcriptio, Æterna te ſervet di-
» vinitas, per multos annos patrum pater. In epiſto. ad
Fœlicem illi ipſi & Thebaidi & Lybici Epiſcopi. Ca-
nonibus definitum aiunt non licere inconſulto Roma-
nis Pontificibus decernere de gravioribus cauſis Ec-
cleſiæ : præfectos eſſe univerſæ Eccleſiæ : judices Epiſ-
coporum eſſe, dum ſuperiores eorum eis ſuſpecti ſunt :
poteſtatem ligandi ſolvendique in omnes alios eis da-
tam : doctorem, principem, columnam, fundamen-
tum, capútque Eccleſiæ Petrum & poſteros. Narrat
antiquum eſſe morem reſtituendi Epiſcopos ab aliis per
injuriam ſedibus dejectos. Epiſcopi Orientis ad Da-
maſum ſcripſerunt, ut ſententiam pronunciaret con-
tra Apollinarem & Timotheum ejus diſcipulum Hæ-
reſiarchas : reſpondit Damaſus, jam judicio Apoſto-
licæ ſedis damnatos eſſe. hæc is Theodoritus libro 9.
» capite 15. & libro 20. capite octavo. Perigenes, in-
» quit, in Patris ordinatur Epiſcopus, juſſit eum intro-
» nizari in Corintho Metropoli defuncto ejus Epiſco-
» po : eíque donec vixit Eccleſiæ præfuit. ſunt Patræ,
ut ſcribit Strabo. libro 8. Peloponeſi una ex primariis
civitatibus. Neſtorius Conſtantinopolitanus Patriar-
cha accuſatur hæreſeos, à Cyrillo Alexandrino Pa-
triarcha apud Celeſtinum Romanum Pontificem, ut
ſcribit Nicephorus Græcus author in Theodoſio Ju-
niore. anno 434. ut Proſper Aquitanus in ſuis annali-
bus tradit Epheſinum ducentorum Epiſcoporum con-
cilium habitum eſt : à quo admonitus eſt ille Neſto-
rius, niſi reſipiſceret intra tempus à Celeſtino ei an-
tea conſtitutum, ab ordine depelleretur. hoc ex epiſt.
concilij compertum eſt, quæ in libris etiam Cyrilli
legitur præfuit concilio Cyrillus pro Romano Ponti-
fice, ut is Nicephorus ſcribit, anno 454. vel ut non-
nulli notant 419. concilium Calcedonenſe ſexcento-
rum Epiſcoporum (erant omnes ferme Græci vel O-
rientis Epiſcopi) convenit adverſus Dioſcorum Ale-
xandrinum Patriarcham hæreticum & Eutichetem
preſbyterum. Legati Leonis primi Romani Pontificis
præerant. Et multis, quæ ſupra variis in locis diximus,
ut de cognomento œcumenici & de Primatu, hæc ex
actione tertia, in relatione ad Leonem placet conne-
ctere. Poſtquam concilium narravit, ſe ita in unum
» locum & ſententiam conveniſſe, adjicit. Quibus tu
» quidem, ſicut membris caput, præeras in his, qui tuum
» tenebant ordinem, benevolentiam præferens : Impe-
» ratores vero ad ornandum decentiſſimè præſidebant,
» ſicut Zorobabel, Jeſu Eccleſiæ Hieruſalem ædificatio-
» nem renovare circa dogmata adnittentes. Quod au-
» tem hic de Zorobabel dicit concilium, ita ſcriptum
» eſt in Bibliis Eſd. 3. c. 6. Zorobabel præfecto & tau-
» ros, & arietes, & agnos : ſimiliter autem & frumen-
» tum, & ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos
» annos prout ſacerdotes, qui ſunt in Hieruſalem, di-
» ctaverint conſumi quotidie ſine ulla dilatione, ut of-
» ferantur libationes ſummo Deo pro Rege & pueris
» ejus, & pro ipſorum vita. Et quamquam, quæ tran-
ſcribimus nonnullis fortaſſe moleſta ſint, & nobis
certè magis labor quàm ingenium : tamen ſervire uti-
litati cauſæ multo magis præſtat. nec enim omnibus
vel librorum copia, vel ocij tantum datur : ſed præ-
ſentem fidem ſequuntur potius quàm quæſitam. quare
omnibus hæc accommodare cogimur. & quoniam non
ſolum Molinæus, ſed alij permulti non modò adver-
ſarij huic cauſæ verumetiam recentiores rerum geſta-
rum ſcriptores, iſta duo potiſſimum gravius arden-
tiúſque tractare ſolent, Romani magnitudinem à Pho-
ca illo emanaſſe : paréque Conſtantinopolitanum
Romano : lubentiſſimè, ut intelligatur vetus autho-
ritas Romani, hæc publica teſtimonia conciliorum re-
citamus. In illo ipſo loco concilium Calcedonenſe ita
ad Leonem ſcribit, Indicamus verò, quia & alia quæ- «
dam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter «
eccleſiaſticorum ſtatutorum definivimus firmitatem, «
ſcientes, quia & veſtra ſanctitas addiſcens & proba- «
tura & confirmatura eſt eadem. Eam namque conſue- «
tudinem, quæ ex longo jam tempore permanſit, quam «
habuit Conſtantinopolitanorum ſancta Dei Eccleſia ad «
ordinandum Metropolitanos provinciarum tam Aſia- «
næ quam Ponticæ, vel Thraciæ, & nunc ſynodali de- «
creto, non tantum firmavimus, ſed aliquid Conſtan- «
tinopolitanæ præſtantes, quantum Metropolitanis ur- «
bibus ad quietem congruere viſum eſt : eò quòd Epiſ- «
copis vitam finientibus multæ turbæ naſcuntur, abſ- «
que rectore clericis & populis remanentibus, qui per «
eaſdem ſunt civitates, & Eccleſiaſticum confunden- «
tes ordinem, quod nec veſtram latuit ſanctitatem, «
quam maximè propter Epheſios, unde quidam vobis «
importuni fuerunt. confirmavimus autem centum & «
quinquaginta ſanctorum patrum, qui in Conſtantino- «
poli congregati ſunt, regulam, ſub piæ memoriæ ma- «
jore Theodoſio, quæ præcepit poſt veſtram ſanctiſ- «
ſimam & Apoſtolicam ſedem honorem habere Con- «
ſtantinopolitanam, quæ ſecunda eſt ordinata, confi- «
dentes, quia lucente apud vos Apoſtolico radio & «
uſque ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam conſuetè «
gubernando illum ſpargentes, hunc ſæpius expandi- «
tis, eò quòd abſque injuria non quod abſque invidia «
conſueveritis veſtrorum bonorum participatione di- «
tare domeſticos. Quæ igitur definivimus, ad interpre- «
tationem quidem totius confuſionis, confirmationem «
vero eccleſiaſticæ ordinationis definivimus. Hæc ſunt «
propria & amica, & ad decorem convenientiſſima, «
dignare complecti ſanctiſſime & beatiſſime pater. «
Qui enim locum veſtræ ſanctitatis obtinent ſanctiſſimi «
Epiſcopi Paſchaſianus & Lucentius, & qui cum eis «
eſt, reverendiſſimus preſbyter : iis ita conſtitutis ve- «
hementer reſiſtere tentarunt, procul dubio à veſtra «
providentia inchoari, & hoc bonum volentes, ut ſi- «
cut fidei ſic bonæ ordinationis vobis deputetur effe- «
ctus. Nos enim curantes tam piiſſimos & Chriſti ami- «
cos Imperatores, qui ſuper hoc delectantur, quàm «
clariſſimum ſenatum & totam (ſicut dicere convenit) «
imperij civitatem, opportunum credidimus eſſe ho- «
noris ejus confirmatione ab univerſali concilio cele- «
brari & velut hæc à tua ſanctitate fuerit inchoata, eò «
quod fovere ſemper ſtudeas, roboravimus præſumen- «
tes, dum moverimus, quia quicquid rectitudinis à fi- «
liis ſit, ad patres recurrit facientes hoc proprium ſibi. «
Roganus igitur & tuis decretis noſtrum honora judi- «
cium, & ſicut nos cupidi in bonis adjecimus conſo- «
nantiam, ſic & ſummitas tua filiis (quod decet) adim- «
pleat. Sic enim & pij Principes complacebunt : qui «
tanquàm legem tuæ ſanctitatis judicium firmarunt, & «
Conſtantinopolitanæ ſedis ſuſcipiet præmium, quæ «
omne ſemper ſtudium vobis ad cauſam pietatis exple- «
vit, & ſemetipſam vobis ad concordiam eodem zelo «
conjunxit. Ut autem cognoſcatis, quia nihil alicui do- «
nando per gratiam fecimus, aut per inimicitias ad- «
verſando, ſed (quippe nutu gubernari divino) om- «
nem vobis geſtorum vim inſinuavimus ad comproba- «
tionem noſtæ ſinceritatis & ad eorum, quæ à nobis ge- «
ſta ſunt ſinceritatem, conſonantiam. Hæc confirmant «
penè omnia, quæ jam à nobis dicta ſunt. Et eam po-
tiſſimum ob cauſam Dioſcorus Patriarcha Alexandri-
nus damnatus eſt, actione tertia. in epiſtola concilij
ad Valentinianum & Martianum Imperatores, quòd
in concilio Epheſino ſecundo, huc atque illuc ter-
giverſatus, impediſſet quominus Pontificis Romani
epiſtola ſynodica recitaretur : erat enim Pontificum
is mos, hortari epiſtolis omnes & ſententiam dicere.

Nullus

Source : BIU Cujas

Nullus enim Pontifex conciliis illis quatuor œcumenicis interfuit, sed Legati eorum præerant omnibus. Anno 484. Simplicius Pontifex Romanus objurgat Acatium, quòd sæpe admonitus certiorem eum non fecisset de Timotheo Alexandrino Episcopo, hæretico Euthichiano. ille Acatius purgat se, & omnium Ecclesiarum solicitudinem Romanum habere ait. extat ejus epistola. At erat iste etiam hæreticus, quare à Fœlice successore Simplicij damnatus est, ut ait Nicephorus in Zenone. Et Fœlix tertius, Legatos, vel nuncios (quos apocrysarios Græco vocabulo appellant Pontificij vero in Gregoriano responsales nam τὸ ἀποκρίνεσθαι respondere significat & denunciare) ad Zenonem Imperatorem misit, & illum Acatium: corrupit pecunia eos Zeno hæreticus, ut assentirentur Acatio. Gelasius primus Fœlicis successor eam sententiam renovat apud Grat. dist. 24. quæstione 1. Circiter annum 502. Anastasius Zenonis imperij & hæreseos successor, cùm cogere vellet Macedonium Constantinopolitanum Episcopum ad suam hæresim, prohibebat ne scriberet ad Romanum. Tandem interdictum ei fuit sacris & communione à Symacho Pontifice Romano. Dicis (inquit Symachus in apologetico suo contra Anastasium) quòd mecum conspirante senatu excommunicaverim te: ista quidem ego sed rationabiliter facta, à decessoribus meis sine dubio subsequor. Dicis quomodo te Romanus tractet senatus: si nos te malè tractamus suadentes discedere ab hæreticis: tu nos bene tractas quos vis sociare præcipitanter hæreticis. Et Ecclesia Episcoporum catholicorum omnium queritur de hæresi Eutichetis (quæ tametsi extincta erat à Calcedonensi concilio: tamen in dies magis ac magis inflammabatur) ait omnes Christianos eum curare oportere, cum Petri successor esset. extat eorum epistola: illi enim Imperatores perturbabant omnia. Hic Anastasius fulmine ictus periit, cui successit Justinus Major Illyricus pius admodum & religiosus Princeps: Deinde Justinianus Magnus de quo multa dicta sunt. Purgarunt isti provincias nefariis illis hominibus: nihilque aliud se curare Justinianus profitetur in epistola, quæ in suo codice legitur, titulo de summa Trinitate. ad Joannem secundum Pontificem Romanum. in qua eum caput Ecclesiæ esse scribit, conjungendáque ei omnia membra. Antea Agapetus, qui vas catholicum & præco appellatur, apud Gratianum de consecratione. distinctione prima. Anthimum Patriarcham Constantinopolitanum sede dejecerat. Et synodus quinta, secuta est ejus sententiam actione tertia: & Justinianus, ut in constitutione ejus cernitur, actione prima illius synodi. Mennámque Agapetus ipse, qui tum Constantinopoli erat, constituit Patriarcham, ut ex epistola synodali actione prima illius synodi exploratum est. Procopius Græcus author & scriba Belliserij summi ducis & exarchi Justiniani, scribit libro primo de bello Gothorum, Romam missos Legatos ad Pontificem, ut controversiæ Christianorum sedarentur. tenebant tum Gothi Romam atque Italiam. Vigilius Pontifex Romanus Theodoram Augustam uxorem Justiniani, quæ Acephalorum hæresim sectabatur prohibuit Christiana communione, ut testatur Gregorius Magnus, qui tum vivebat, in epistola 36. libri secundi. Vigebat tum hæresis, quæ quòd incertum authorem & caput haberet, Acephalorum dicta est. Cum Joannes quidam in humili loco, primùm deditus lachrymis & inediæ, hac via lepidus histrio & hypocrita, adeo conciliasset sibi Pelagij secundi benevolentiam, ut postea fieret Patriarcha Constantinopolitanus: ausus est inconsulto Pelagio vocare concilium, se œcumenicum scribens. qua de re certior factus Pelagius dissolvit concilium, rescidit acta: edixit, ne quis Patriarcha universalis diceretur, ut initio diximus, quæ omnia in epistola prima Pelagij perspicua sunt. Postea cum non abstineret cognomento illo superbo, Gregorius successor minitatus est graviora. Mauritius rogatus à Constantinopolitano scripsit ad Gregorium, levissima re & nomine non oportere eum commoveri, ut satis jam à nobis explicatum est: & explanatius fiet legenti epistolas Gregorij. Hanc tamen levitatem & temeritatem ad labefactandam Pontificum authoritatem, ita multi non complectuntur modò, sed vehementius etiam in scribenda historia arripiunt, ut postea secutæ legi & constitutioni Phocæ, sacerdotij amplitudinem tribuant. capiúntque animos aliorum quibus non contigit vetustatem & superiora tempora nosse. Cur non ad Imperatorum ipsorum & Regum imminuendam dignitatem reos læsæ majestatis tyrannósque objiciunt? Et paucos reperias Imperatores, paucos Reges & Principes quibus aliquando suorum aliquis furens audacia & scelus anhelans non erumpat in caput eorum. De Pontificatu proferant nobis unum exemplum similis audaciæ? & cùm non possint, hanc solam de cognomento petulantiam nobis proponunt. sciebant sanè omnes Episcopi, minimi & maximi, frustra se id pertentaturos, cum ea potestas non sit potentia humana, sed latet potius: sciebant ratam rem eorum, ut Petri, non habiturum illum summum rerum conditorem: etiam si maximè Principes juvissent. quocirca nunquam id conati sunt. Ait enim Paulus in posteriori epistola ad Corinthios. Arma militiæ nostræ non corporea sunt & humana: sed Deo valida & firmissima, ad evertenda quæcunque vallata & munita sunt: ad evertendas cogitationes, & omnem molem & altitudinem, quæ effertur contra cognitionem Dei: subigentes captivam omnem mentem & intelligentiam, ut pareat Christo: & præsto sumus ad ulciscendos eos, qui non obediunt. Jam superest, ut videamus quando post declinaverint à Romano. continuò post Phocam libellum repudij misisse probabile non est, etiam si ea fuisset contentio quam Molinæus narrat: aut certè illius Imperatoris levis erat authoritas. Anno 622. exortum est novum genus hæreseos Monothelitarum id est eorum qui unam voluntatem Christi fuisse dicebant, authore Sergio Constantinopolitano Patriarcha, qui Heraclium Imperatorem contaminavit. Martinus Pontifex Romanus Sergium illum & Pyrrhum & Paulum successores ejus, & Cyrum Alexandrinum Patriarcham collecto Romæ concilio ablegat. Quamobrem Constans hæreticus & Nepos Heraclij furens, Martinum & Maximum sanctissimum virum ab urbe Roma Constantinopolim ductum, variis malis affligit, & relegat. interea his contentionibus divisis Christianis mirum in modum Sarracenorum res augebatur: túmque venit in potestatem eorum Ægyptus, tota Syria, & paulò post Africa, Cyprus, Armenia vastata, ut supra exposuimus ex Tharasio, ex quo etiam ista. Sed hic Constans Heraclio succedens pœnas sceleris dedit. Nam ob eam causam potissimùm, quòd ita Martinum injuria primùm, deinde morte affecisset, à Constantinopolitanis tanto odio fuisse, ille Tharasius scribit, ut Syracusas se conferre sit coactus, ubi tandem per insidias interficitur sceleratissimus homo non Imperator. nam Romæ exceptus summo cum honore, post duodecim dies fana omnia spoliarat, quicquid circumrodere poterat secum asserens Syracusas à Longobardis tamen profligatus turpissimè, ut Paulus Diaconus scribit libro 5. de gestis Longobardorum capite 5. & 6. ait Sarracenos, quod supererat ex sacrilegio direptis, eo mortuo Syracusis, esse deprædatos. ita sacrilegi sacrilegos solent expilare. quod etiam antiquissimum auri Tholosani adagium docet. Ita dissidentibus inter se Christianis, tandem icto cum influente Sarracenorum turba fœdere, Constantinus illius Constantis filius dat operam, ut cogeretur concilium œcumenicum Constantinopolim, ut omnia sedarentur: & sexta synodus dicitur. Præfuerunt Agathonis Pontificis Legati, ut cernitur in ea. Justi-

nianus hujus filius in hæresim prolabitur. & cum Sergius Romanus Pontifex, ad quem scripserat ei nollet assentiri: misit Tribunum militum, ut Sergium captum Constantinopolim duceret. Milites Ravennates mandatum adeo nefarium respuunt: Romani Tribunum acerbissimè repellunt. ille Justinianus exsecto turpiter naso & lingua à Leontio (qui etiam Leo dicitur) deportatur. Leóque ejus locum occupat. Deinde restitutus & prudentior rerum mutatione factus, honorificentissimè Constantinopoli excepit Constantinum Romanum Pont. ad pedes supplicem se abjecisse, privilegiúsque Ecclesias auxisse scribit is Diaconus libro sexto capite 10. Philippicus huic succedit hæresum propugnator, & quòd depictas Constantinopoli imagines sanctorum patrum sex conciliorum deleri jussisset: erroréque suos literis Romano significasset, Romanus una cum publico consilio statuit ne nomen ejus publicè vel privatim scriberetur, néve pecunia ejus nomine cuderetur, ut ait Diaconus libro 6. de gest. Longobard. cap. undecimo. Postremò ei vino somnóque sepulto effodiuntur oculi. Anastasius, vel alio nomine Arthemius Imperator creatur: hic professionem & veræ religionis libellum ad Constantinum Pontificem Romanum scribit: ut eo in loco Diaconi narratur. Anastasio Theodosius: Theodosio Leo cognomento Iconomachos, id est oppugnator simulachrorum & imaginum succedit, verè Sarracenus potius quàm Christianus. cum edixisset in Italia multa funesta & amentiæ plena, & ad Gregorium secundum virum sanctissimum scripsisset, ut si vellet secum esse in gratia mandatis subscriberet, repulit Pontifex. his commotus Leo milites in Italiam misit, qui Pontificem interficerent. Pugnatum acerrimè. Veneti, Longobarbi, Ravennates, Romani, totáque penè Italia Pontificem tuentur, & Imperatorem sibi constituissent, inquit Diaconus in eo ipso libro cap. tertio. ni Pontifex prohibuisset. Interea tamen solvit Italiam totam legibus & imperio Imperatoris hæretici, ut ab illo Tharasio traditur. Hic multo sceleratiorem filium Imperatorem reliquit Constantinum nomine, anno 733. Si quod enim unquam scelus fuit, in hoc uno reperitur. Vixit Christianis & templis perniciosior Nerone: nulla in eo fides: nulla religio: semper inquinatissimus & impurissimus homo. Eo Imperatore varia portenta, prodigia, pestes & omnia malorum genera in Oriente contigerunt. Itaque, dum iste in Christum & suos insaniret, Aistulphus Rex Longobardorum non sic insaniebat: sed, ut Sarraceni in Oriente, ita Aistulphus in Italia omnia in rem suam vertebat: Ravennam, quæ arx erat & omne Græcorum Imperatorum in Italia præsidium, occupat. fines urbis Romæ petit. Romanos sibi, non Imperatoribus parere vult: idque respondet Stephano Pontifici cui permittit, unde velit auxilia quærere. sciebat enim Græcorum nullas esse in Italia vires amissa Ravenna. Stephanus libero itinere in Galliam ad Pipinum Régem se confert (Martellus enim antea vim Longobardorum rogatu Gregorij compresserat) Pipinus honorificentissimè excepto Pontifice, in Italiam cum omnibus copiis semel atque iterum profectus, domuit Aistulphum: Ravennam cum omnibus finibus exarchiæ, adjectáque Æmilia, donat Romanæ Ecclesiæ. hæc partim ex Tharasio, partim ex annalibus nostris. Moritur tandem ille Constantinus membris deflagrantibus eo morbo, qui Græcis ἀνθρὰξ dicitur. ejus filius Leo paulo remissior fuit. cui successit Constantinus cum matre Irene. Tum Paulus Patriarcha Constantinopolitanus abdicavit se Patriarchia: & percontanti Irene causam, respondit se antea ambitione impulsum tenuisse sedem. Jam verò conscium esse anathematis, quo à Catholicis abjectus esset, non solum ipse, sed omnes penè Constantinopolitani. Tharasius post electus Patriarcha repudiavit munus, illis ipsis rationibus, quibus Paulus. quocirca misit ad Hadrianum Romanum Pontificem libellum professionis suæ & fidei: atque ita à Romano receptus est & probatus Patriarcha: misit quoque ad Romanum Irene literas concilij gratia, quod postea coit anno 781. ut ait ille Tharasius, dicitúrque concilium Nicænum secundum, vel septima synodus. præfuerunt Legati Romani Pontificis, ut in ea perspicitur: paulo antè anno 776. Hadrianus Carolum Magnum Regem Francorum implorat contra cupiditatem, vim, & injurias Desiderij Longobardorum Regis, qui totam Italiam avido animo complexus erat. Carolus primum sæpe cohortatus est Desiderium, ut abstineret à rebus Ecclesiæ Romanæ, quas ipsa religio potius quàm arma defenderent. Deinde cum fortissimo exercitu ingressus Italiam Desiderium, qui invadendi nullum propterea finem faceret, captum in Galliam mittit. Postremò Romæ in concilio ab Hadriano Patritius fit (erat is honor post imperatorium maximus) eique jus & potestas datur Pontifices eligendi: & ne prius Episcopi aut Archiepiscopi in provinciis consecrarentur quam insigniti, vestiti probatique ab eo essent: hæc est quam vulgò dicimus investituram: ista tum ex Gratiani dist. 63. explorata fiunt, tum ex annalibus nostris. Leo tertius captus oculis aliisque atrociissimis injuriis à quibusdam seditiosis Romanis affectus, confugit ad Carolum: qui Romam profectus ibique hyemans in flagitiosos illos gravissimè animadvertit. Atque die natali Christi in æde sacra à Leone Imperator est salutatus nihil tale cogitans. Nam, ut scribit Eginhartus ejus cancellarius, Carolus juravit, se non eò venturum fuisse, si tale quiddam antè suspicatus esset. Tharasius Græcus illius ætatis scriptor. narrat Leonem anno 794. 8. Cal. Januarij perunxisse Carolum & imposuisse coronam, chlamidéque, & reliquis ornamentis Imperatoriis induisse. Eam ob causam tamersi Imperatores Constantinopolitani infesti erant Romanis Pontificibus: tamen Patriarchæ catholici obtemperabant. Nam, ut scribit is Tharasius in Michaele, Patriarcha Constantinopolitanus prohibebatur mittere literas ad Romanum à Nicephoro: quem hæresi, luxuria, avaritia nulli superiorum Imperatorum postponendum statuit: Michaël tamen pius Princeps permisit. Impij verò & hæretici Patriarchas catholicos, quos cognoscebant sedi Apostolicæ benevolos, calumniati dignitate movebant. Etenim circiter annum 860. Ignatium virum sanctitate clarissimum per calumniam depulerunt: Photinum quendam militarem hominem provexerunt. Improbat factum, & damnat Photinum Nicolaus primus apud Gratianum tertia. quæstione 5. & quæstione prima & 20. distinctione. quod confirmatum est octava synodo: éstque recitatum apud Grat. 63. distinct. ex qua compertum est etiam Romani Pontificis Legatos præfuisse: missósque ad Basilium Constantinum & Leonem Imperatores Constantinopolim. & restituerunt Ignatium, ablegato illo Photino. Postea Imperatores sæpe Italiam bello petentes, & sæpe devicti, & ab Othone secundo Imperatore Latino, Benevento pulsi, anno 963. & à Roberto Guiscardo Northmanno: tandem rerum recuperandarum & ultionis spem amisere circiter annum 1010. hic enim Robertus vir strenuus & magnitudine rerum gestarum cum præstantissimis ducibus comparandus, novas sedes quærens, Græcos & Sarracenos Sicilia & Apuleia expulit: quibus de rebus multi scripserunt. Ex jure & potestate Patriarcharum, hæreticorum non obtemperantium Romano eximebatur provinciæ. ut Archiepiscopus & Episcopi regni Cypri, quod testatur Innocentius tertius in Gregoriano, de majoritate & obedientia. qua in re quasi suspectum testimonium non jure Molinæus potest repellere. Atque ut exsectum membrum, incorruptum servari diutius non potest: ita à corpore Ecclesiæ isti Græci excisi, & novo genere hæreseos & veteri tabescentes, putrescebant. Et cum de natura Christi

Source : BIU Cujas

furioſè inter ſe contendiſſent, ſeptem conciliis adhuc malè curati, ut ſunt leves homines (etiam veteres Romanorum Ethnicorum judicio) cum Spiritu ſancto pugnare cœperunt. negarunt enim à patre & filio emanare, ut Didymus in libro de Spiritu ſancto contra errorem Græcorum ſcribit, quod ex poſtremò capite totius libri Gratiani intelligitur. & ex Bernardo ad titulum de ſumma Trinitate in Gregoriano. dum in his ſordibus & in lue impura permanent, ſcelus ſceleri addunt. Si quidem tanto in Latinos deflagrabant odio & invidia, ut ſi quis ad eos veniſſet, iterum baptizari compellerent. abluebant aras in quibus Latini ſacerdotes ſacra feciſſent. quod teſtatur Lateranenſe concilium capi. quarto, & poſtremo, de Baptiſmo in Gregoriano. hoc unum præclarum exiſtimabant, ſi quàm longiſſimè à Latinorum inſtitutis & moribus abeſſent. Et afflicti undique miſerè fractique à Machumetanis, à quibus ſæpe Conſtantinopolis obſeſſa & vaſtata Græcia, nondum ſe colligebant, non implorabant Latinorum fidem & opem: tanta erat hominum ferocia, tanta pervicacia, adeo ferreum pectus in eorum primum excidium, deinde communem Chriſtianorum cladem: ita communi auxilio & amabili conſociatione poterant facilè Barbarorum augeſcentes vires comprimere, & prorſus extinguere. declaravit in bello ſacro & Hieroſolimitano, hoſtilis eorum in noſtros animus, perfidia & proditio in profectione & reditu & retinendo regno Hieroſolimitano, poſt annum 1097. quod demonſtrat Guilielmus Tyrius Conſtantinopolitanus Patriarcha in libro de bello ſacro. anno 1204. Iſacius Græcus Imperator effoſſis oculis in carcerem conjicitur à fratre ſuo libidine dominandi inflammato. Alexis Iſacij filius ad Philippum Latinum Imperatorem ſororis maritum confugit. Erant tum à multis Chriſtianis Principibus viris omnia apparata ad bellum Hieroſolymitanum. Itaque hortatu Pontificis Romani & Auguſti. liberandi Iſacij gratia Conſtantinopolim omnes petunt: liberant Iſacium, qui paucos pòſt dies moritur & Alexis ſuffocatur. Conſtantinopolitani Imperatorem ſibi creant: dimicant cum Latinis. Latini tandem rerum potiti Balduinum Imperatorem conſtituunt. Tum Eccleſia Græcorum cum Romana rediit in gratiam, fidem & ſocietatem. Poſtremo anno 1215. ut moribus & animis Græcorum conſuleretur collectum eſt concilium celeberrimum, quod Lateranenſe dicitur: in quo cum multa ſtatuta ſunt, tum exploſa eſt illa hæreſis de Spiritu ſancto, capite primo ejus ipſius concilij: quod tranſcriptum eſt in capite ſecundo de ſumma Trinitate in Gregoriano. Ex quibus omnibus ſatis exploratum eſt, ante Phocam Conſtantinopolitanam Eccleſiam, ſemper Romanam (ut utamur verbis Molinæi) ut dominam agnoviſſe, atque ſemper poſt Phocam, tametſi non parebant. non omnis, qui non paret Principi, patri, domino negat Principem, patrem, vel dominum: cum nec Deo omnes pareamus: ſed ei & rationi libidine ſæpenumero impulſi, adverſemur. In Ichonomacho illo & antichriſto Chriſtus non erat quærendus: ſed catholici omnes obtemperarunt: quinetiam, ita adempto eis imperio Occidentis, intelleximus Patriarchas obediiſſe: conciliúmque non citra Romanorum Pontificum authoritatem coiiſſe. Denique, ut finem faciam, aliud eſt non parere, aliud negare Principatum. Capti tot inſanis erroribus minimè mirum, ſi non parerent. Quod autem dicit eam legem à victoribus victis datam eſſe: ut Eccleſia Græca Romanæ ſubjecta eſſet. hoc ſanè æquiſſimum & Chriſtianiſſimum fuit. nam cum unum tantum ſit corpus Eccleſiæ, aut eos ad nos: aut nos ad eos traduci oportet. Qua in re verſari decet & Pontifices & Principes. Chriſtus enim juſſit, ut unius ſimus gregis omnes. At nos qui bene ſentiebamus, illam ſequeremur, quæ malè, ratio chriſtiana non patitur. Deinde caput aliud membrum, ut fiat, tolerabile non eſt. nec enim pro arbitrio hominum & libidine iſta mutabilia ſunt. Dicis Francos tenuiſſe Conſtantinopolim, ſed non pacificè, nec plene. Quid vocas pacificè & plene? an hic forenſes controverſiæ ſunt, ubi vis armorum & hoſtium valet? Potiebantur Conſtantinopoli regia: & in Græcia valebat Imperium: tametſi Adrianopolis capta non erat: quæ civitas trium dierum itinere à Conſtantinopoli abeſt. Et præter Adrianopolim omnia in poteſtatem Gallorum venerant, quod etiam tu ſcribis. Atqui, ut ait Paulus juriſconſultus in lege tertia de acquirenda poſſeſſione. cum quis totum fundum poſſidere vult, non eſt neceſſe, omnes ejus glebas circumambulet. Potiti ſunt ſexaginta fermè annos, Imperio Græcorum Galli ad Michaëlem Palæologum uſque, qui eos expulit. Interea non eſt Molinæo laborandum, ut nobis demonſtret Pontificias epiſtolas, vel conſtitutiones libri Gregoriani, eſſe ante Gallorum in Græcia Imperium, vel ſcriptas, vel editas. id enim quiſque noſtrum ſemper fatebitur. ſiquidem Gregorius Pontifex in unum codicem, quem ab ejus nomine Gregorianum dicimus, eas tantum retulit, quæ Innocentij erant (quo Pontifice capta eſt Conſtantinopolis) quæque proximorum Pontificum: paucas vero aut nullas aliorum antiquorum. Nam à Gratiano id antea factum erat, ut à nobis exponetur cum primordia ejus juris, quod canonicum dicitur, inveſtigabimus.

28. Quod autem dicit Molinæus φιλοδοξίαν ἢ φιλοπρωτίαν & ambitionem Papæ (his enim verbis utitur) cauſam fuiſſe cur amiſſum ſit à Gallis Imperium ægréque retentum, in eo modeſtiam deſiderare poſſumus. nec enim hiſtoriæ ſcriptores Pontificibus hoc tribuunt, ſed bello Liguſtico. nam illud primùm certum eſt, Venetorum & Genuenſium viribus, propter rei navalis induſtriam Gallis Imperium diu ſervatum eſſe. Cùm autem Veneti & Genuenſes orta inter eos ſimultate, propter ædem divi Sabæ, bellum inter ſe in Italia gererent. Michael Palæologus Græcus, tutor liberorum Theodoriti Bazatis nobiliſſimi & potentiſſimi Græci, peropportunum tempus recuperandi imperij ratus, abſentibus Venetis & Genuenſibus, clàm per amicos, odio & invidia Latini nominis, ad defectionem Conſtantinopolitanos ſollicitat. Deinde capto Guilielmo Vila Achaiæ principe, & Epidauro munitiſſimo Achaiæ oppido, confluentibus denique ad eum, quaſi patriæ parentem, Græcis, Conſtantinopolim obſidet: Balduinus Brennij gener Imperator cum Juſtiniano Patriarcha, qui Latinus etiam erat, ubi Conſtantinopolitanos à ſe intellexit deficere, noctu claſſe è Græcia decedit. Poſtremò Palæologus à Conſtantinopolitanis facilè exceptus, creatur Imperator. Sed quid vocat φιλοδοξίαν ἢ φιλοπρωτίαν, id eſt cupiditatem gloriæ vel Primatus? quorſum illa cupiditas? cum demonſtratum ſit Petrum non ſolum uno omnium clariſſimorum virorum conſenſu, ſed totius vetuſtatis etiam monumentis, paſtorem à Chriſto datum univerſo huic Chriſtiano gregi. Quid etiam hanc partem non curaſſet, quæ tot annis diviſa & fuſa in tanta vaſtitate hæreſum huc & illuc vagaretur? num ejus officium iſtud eſt? nam Chriſtianorum omnium & principum maximè intereſt, ut conjuncti omnes ſimus cum una ſit Eccleſia tantum. Imperatores, inquit, Galli juvabant Legatum Pontificis, ut adigeret ad Eccleſiæ Romanæ ritum. At Molinæe Eccleſia Romana ferebat eorum mores, ut in concilio Lateranenſi conſtitutum fuerat. cap. 4. quod eſt in Gregoriano poſtremum de Baptiſmo. Licet (inquit concilium) Græcos diebus noſtris ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ revertentes, fovere ac honorare velimus: mores ac ritus eorum (in quantum cum domino poſſumus) ſuſtinendo, in his tamen eis deferre nolumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum & eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Et Honorius tertius circiter annum 15. poſt captam à Latinis Conſtantinopolim, Legatum miſit in Græciam, ut in cap.

undecimo de transactionibus. in Gregoriano perspicitur : ei in eo loco Honorius hoc potissimum jubet, ut juris severitatem remittat ; quæ humaniora sunt, sequatur. Innocentius quidem Honorii decessor capite tertio, de consuetudine in Gregoriano. prohibuit Græcos clericos iis rebus, quæ Episcoporum sunt propriæ ex Apostolorum & conciliorum decretis. ea enim nonnulli sibi vendicabant. Et non solum eo tempore, sed semper Romana Ecclesia mores, ritus, institutaque Græcorum pertulit, quæ non adversarentur disciplinæ Apostolicæ & sacrosanctis canonibus: quod Nicolaus scripsit ad Michaelem Imperatorem quadringentos fermè annos ante Gallorum imperium, apud Gratianum duodecima distinctione. extat etiam ejus epistola. Et non solum Græcorum, sed cujusque etiam regionis mos à decretis conciliorum sanctorumque patrum non discedens, non improbatur. « novit fraternitas tua (inquit Gregorius Magnus in « ipsa illa distinctione) Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam, sed mihi placet, ut « sive in Romana, sive Gallica, sive in qualibet Ecclesia « inveniſti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, « solicitè eligas : & in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc « in fide nova est, & in constitutione præcipua, quæ de « multis Ecclesiis colligere poteris, infundas. Et Augu- « stinus præclarè in eo loco ait. Quod neque contra « fidem catholicam, neque contra bonos mores esse « convincitur, indifferenter est habendum. & paulo ante. « Quæ toto orbe observantur datur intelligi, vel « ab ipsis Apostolis, vel ex plenariis conciliis (quorum « est in ecclesia saluberrima authoritas) commendata « atque statuta retineri. Itaque hæc posteriora à quibus illi Græci declinabant, jubebantur : illa vero permiserunt Græcis semper, non solum florente in Græcia Gallorum imperio. Quod Principes quoque in suis provinciis solent permittere. quod nisi ita fieret, esset nihil profecto inter jussum & vetitum medium : sed omnia vel prohibita, vel imperata : nihil vero permissum, nihil liberum, quod tyrannidem significat, non Pontificiam potestatem, non ullam legitimam profanam. Ille Palæologus in officio, & fide Ecclesiæ Catholicæ & Romanæ permansit. professus est in Lugdunensi concilio, quò ipse venerat, se hoc perpetuum commune ecclesiæ vinculum servaturum. Græci tamen non respuerunt : sed ut Imperatores (si Imperatorum nomine digni sint de quibus diximus) vulgus à pietate Christiana, ad impietatem & insaniam perduxerunt, repugnansque cruciarunt : ita vulgus, eorum impulsu conceptam insaniam inveterata consuetudine, in naturam verterat ipsisque Imperatoribus & claris viris, qui magis ratione ducuntur obtemperare nolebat, sed in suam sententiam pertrahere. Itaque Andronicus filius Palæologi, quamquam summopere Latinis studebat conjungi, furor tamen vulgi impediebat. Successit huic Andronico Andronicus alter : cui Joannes Palæologus. post Manuel : Manueli Joannes, qui amentiæ suorum non cedens, misit Legatos ad concilium Basilienſe, an. 1434. quod in sessione concilii 19. & 22. perspicitur, & quarto post anno cum Patriarcha venit ad concilium Ferrariense, quod Florentinum etiam dicitur, ut conciliaretur Ecclesiæ Romanæ : & sedaretur hæresis illa in Spiritum sanctum, quæ tot seculis eos complexa cæcarat. Et sessione postrema Græci ad unum omnes non à Latinis quidem evicti (nec enim « de ea re fuit controversia) ita statuunt, Sanctam Ro- « manam Apostolicam sedem & Romanum Pontificem « in universum orbem tenere Primatum : & ipsum Pontificem Romanum, successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum vicarium Christi totiusque ecclesiæ, caput, & omnium Christianorum patrem & doctorem : & ipsi in beato Petro pascendi, « regendi, & gubernandi universalem ecclesiam à domino nostro Jesu Christo plenam potestatem tradi-

tam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. neque eò desciverant Græci quòd negarent amplitudinem Romani Pontificis, sed quòd symbolo Christianismi (orta primum in Spiritum sanctum hæresi) Romani Pontifices addidissent à patre & filio procedere. quod explicat Marcus Græcus Ephesius jussu Imperatoris & Patriarchæ, Græcorum nomine, in consessu concilii sessione quarta disputans. Orto, « inquit, schismate, proh dolor, & si Romani Pontifices ad Orientalem Ecclesiam literas sæpissime scripserint, legatos & nuntios miserint ipsam exhortantes, « ut à Romana Ecclesia non dissiderent id tamen non « sublata schismatis causa (ut de valetudinum causis « supra dictum est) haudquaquam fieri potuit. cujus « quidem schismatis causam accessionem symboli fuisse diximus. Et cum actione postrema Eugenius Pontifex percontatus esset Græcos, quid de potestate Pontificis sentirent, confestim responderunt nullum quidem de ea dubium fuisse : atque superiora, quæ transcripsimus, professi sunt. Redierunt quidem isti in societatem nostram : at multo serius quam oportuit. Nam aucta in his tot & tantis eorum factionibus Turcorum potentia, quam ipsi quoque sæpe eorum opera utendo alluerant, longè superabat eorum imperium. itaque an 1453. 4. Cal. Iun. Constantinopolis à Turcis capta est, Constantino Imperatore. & fato evenisse videtur, ut Constantinopolis à Constantino condita, Constantino Imperatore eversa fuerit. & desinens Constantini esse sit facta Turci. Leonardus Chiensis Mitylenes Archiepiscopus, qui Constantinopoli erat in obsidione & expugnatione, scribit tum quoque in ipsa illa de Spiritu sancto hæresi Constantinopolitanos fuisse : atque hoc dicere solitos, Tribuatur quidem Pontifici max. memoriæ honos, sed decretum Florentini conc. non legatur. Atque adeo remisso, fracto, & abjecto animo fuisse, ut Constantini pii Imperatoris hortatu, precibus minisque commoveri nunquam potuerint ad defendendam urbem, ad frumentum militibus Venetis & Genuensibus suppeditandum, sed reconditum in locis abditis asservabant : jurabant nihil sibi superesse. omnia, summa virtute tantum Venetorum & Genuensium, gerebantur. Et eorum ignaviam testatum dicit Turcorum Principem. nam cum muri pars quæ corruerat, magna industria & diligentia restituta esset, Non est ea, inquit Turcus, Græcorum virtus vel ingenium, sed Francorum. capta urbe nihil erat, quod non pateret libidini, prædæ, furori hostis immanissimi, rapacissimi, impurissimi & funestissimi : Christianorum sexaginta millia vinculis adstricta, sub jugum gravissimum servitutis missa. Ex quibus omnibus quis status Græcæ Ecclesiæ semper fuerit. quod officium erga Pontificem patet. Minime mirandum est si Francos diu passi non sint : Nec certe tam quòd subjicerentur Ecclesiæ Romanæ (qua in re ait Molinæus connivere aut dissimulare Sabellicum) quàm quòd ita fert eorum natura, Gallos expulerunt, tum odio Latini nominis, tum levitate animi. Ubinam Græcorum mores noti non sunt ? Quoties à veteribus levitas & loquacitas Græcorum notatur ? Bonæ quidem literæ & liberales artes eis acceptæ referuntur : sed certè luxuria & levitas maximè tribuitur, Cicerone teste. non sit hoc quidem convicium : tantum ea quæ à scriptoribus traduntur, hîc proponimus. Sunt enim ut in omni multitudine, optimi & sanctissimi viri : sed factio magis grata ac novitas, quàm Latinis. Tanta vis est, vel morum, vel naturæ, ut in contrariam partem vix vertere queas. in his quæ ad fidei Christianæ religionisque rationem pertinent, adeo mobile & inconstans ingenium fuit, ut nullis fermè Latinos eguisse conciliis legamus. Illi vero in eadem firmaque, sive de Deo & Christo, sive aliis religionis partibus sententia,

Source : BIU Cujas

nunquam retineri potuerunt. Ita de vero isto æternoque numine fabellas conficere, & agere (ut verius dicamus) sibi insanire licere putarunt: ut priscis temporibus de Jove, Minerva, Junone, Mercurio & Venere, & cæteris id genus diis deabusque fingebant naturam quandam, & congressus, quibus totum orbem ante Christum impleverant. Ut sectas quoque illas Philosophorum pepererunt Epicureorum, Peripateticorum, Academicorum: ita in Christianismo Christianorum: & cum eorum causa septem concilia œcumenica in Græcia celebrata sint, ne his omnibus quidem Constantinopoli capta sani erant. Mores & instituta Latinorum, tum de nuptiis, tum aliis multis rebus, corruptela suorum ferre non potuerunt. In Imperatores verò quales se præbuerunt? bonam partem eorum paucos annos, tribus interdum, uno interdum, nonnunquam sex mensibus tantum in imperio patiebantur: effossis oculis in carcerem & vincula, conjiciebant: in exilium missos restituebant, restitutos depellebant, aut trucidabant, aut effodiebant oculos. Irene cupiditate dominandi Constantinum filium excæcavit: ipsa postea relegata à Nicephoro depositis imperii insignibus: permulti monachi fiebant, ut periculum evaderent: denique pro libidine imperio se mutuo extrudebant leviſſimi homines contaminati & cæcati erroribus. Atque ista omnia tanta, ut Baptista Egnatius Venetus, qui eorum historiam brevi sermo-
» ne complexus est nonnunquam dicat, Piget me planè
» ac pariter me pudet eis portentis verius quàm Princi-
» pibus referendis immorari. Idem quoque sæpissime Tharasius Græcus, qui uberrimè omnia ista scribit. Patriarchas vero catholicos respicias, quot sedibus dejectos εἰς πμωλὼ, ut eorum verbo utamur, asino impositos ad tergum obverso vultu cœnoque oblito, ductos summo cum dedecore & immanitate ob ora omnium in foro, in circo, ut ludibrio omnibus essent? Ad scenam quandam comœdorum, & tragœdorum referet propemodum quis istorum principatum & Rempublicam, potius quàm ad veri imperii formam. Quapropter minime mirum, si vel expulerunt Gallos, vel expulsi sunt post ipsi à Turcis. Universus pene Oriens Christiani nominis erat. Vires Christianorum Græci habebant, quibus defenderetur respublica Christiana. hoc tempore Turcicus est dominatus. In Occidente nullæ vires: pauci Christiani si cum Oriente conferas. ferociſſimæ nationes, quæ dominari non poterant, Franci, Germani, Burgundiones, Scoti, Longobardi, Angli, ad Romanam Ecclesiam fuerunt omnes accessio & incrementum: post Græcorum imperium obtemperabant, colebant & observabant sedem Apostolicam: imperium oppugnabant: imperium imminuebant. Illi verò nacti robur Romanorum, ut orbem tuerentur, orbem amisere. Romana Ecclesia sine potentia, sine gladio hos amplexa est: Romani Græcis pepererunt imperium: Græci amiserunt. Quod illi summo labore, industria, virtute, quærunt: Græci, luxu, contentionibus, levitate sua perdunt, profundunt, dissipant. Molinæus tamen & alii nonnulli, qui historiæ cognitionem sibi arrogare videntur, ad potentiam, gratiam & beneficia Græcorum Imperatorum quos illæ validissimæ nationes aspernabantur, amplitudinem hujus sacerdotii referunt, & Phocæ uni tribuunt: cui Francus, qui Romanum colebat, ut demonstrabimus, terrori maximo esset: cui Germanus, cui Longobardus. Quis vocabat has nationes in jus ad Romanum Pontificem, ut ejus decretis & religionis judicio parerent? quis apparitor duxisset? quis stipator? quis lictor manus colligasset? Phocane, cui ipsum illorum nomen formidolosissimum non ora tantum? Miramur permulti quod antiquum Romanorum robur, tum in Italia, tum apud cæteras nationes & populos non valeat, miremur potius, oportet, quid est quòd Græcis à Romanis quæsitum imperium, amiserint. Nam postquam Romanorum decus & vires ad Græcos perveneruntnudi, imbecilles, aut certe pares cæteris nationibus, tum Barbaris omnibus prædæ esse cœpere. Relicta veteris nominis invidia egregium facinus potentissimus quisque se facturum putabat, si Romam expugnaret, diriperet, incenderet: & Græci quos pro tanto in eos beneficio & splendore Romanos tueri oportebat, Barbaros in Italiam evocabant, ut Stilico Vandalos: Zeno Arrianus, Gothos Arrianos: Narses, Longobardos: Et tamen stat Ecclesia Latina. periit funditus Græca. Quæ res tametsi Christiano deploranda est, & summopere pertimescenda similis calamitas in dies magis ac magis augescente Turcico imperio impendens: tamen à Græcis ortum malum qui suis factionibus hoc tertium genus hominum pepererunt: ipsum aluerunt. ita radices jam egit, ut nisi summa cum conjunctione Christianorum evelli non possit: ante oculos positum esse debet illud Græcorum exemplum. Ecclesia ab Oriente ortum habens, jam in Occasum cogitur: quotidie serpit monstrum illud Barbaricum, horrendum, ingens & cyclopum genus, saniem eructans. Quare, cum corpus ipsum Christianæ reipublicæ intestinis morbis & domesticis hæresum incendiis laborat, & consumitur, formidandum ne immanissimo impetu irruat. Ecclesia certè semper erit, quod Christus nobis est pollicitus: sed ab imperio Ethnico hoc promissum non liberavit: sed sub jugum ejus vixit aliquot seculis misera & afflicta: verendum ne non etiam à Turcico eximat, ut nec multi Christiani quibus jam imperat, immunes sunt. Sed crudelior iste Ethnicis. nam illi naturam sequebantur ducem: quare & leges eorum, quasi rationi maxime consentaneas, nos Christiani adhuc amplectimur. Iste verò, non naturam colit, sed amentissimi hominis legem, quæ corruptela est naturæ. Hæc una res conciliare debet inter se & conjungere omnium Christianorum animos: hic communis hostis, hic communis metus revocare à levibus quæstionibus, quæ tamen dirimunt societatem & conjunctionem, quæ sola verè Christianam Ecclesiam demonstrat, Ex hoc (inquit Christus) omnes cognoscent vos esse discipulos meos, si diligatis vos mutuò. Et cum satis constet majores nostros sanctissimos viros, ita vixisse, quod scripta eorum perspicuè docent, hac ratione contenti, ad id, quod est Christiano nomine dignissimum conspiremus omnes: solumque valeat omne consociationis studium: & quæ eò spectant quæque vinculum conservant, retineantur & quærantur: respuantur, propellanturque contraria: & ne Principes aures præbeant leviſsimorum temerariorumque hominum disputationibus, qui nati ad novitatem, ad tumultus, ad ostentationem ingenii, superbi & petulantes eis obrepunt artificioso quodam assentationis genere. Habent magnitudinem animi innatam Principes, excelsum, sublime, & illustre quiddam, quod superat vulgarem, popularemque sensum ac naturam illud lædi infringique non convenit, sed despicere potius relinquereque litigiosa illa vulgo, & quasi Dionysio cuidam in Corintho. Literati sanè & artifices omnes, proponunt sibi quos imitentur in suo quisque genere: musicus musicum, orator oratorem: nec vulgares quidem aut mediocres, sed præstantissimos ita si Principes, Principes eos qui rerum gestarum gloria illustrantur sibi ante oculos ponant, tum certè propellent ociosos illos, nugatores & turbulentos, & intelligent Constantinum Magnum, Theodosium Magnum, Carolum Magnum, omnes denique qui magnorum nomen rerum gestarum magnitudine sunt consecuti, non audisse tales homines: neque immutasse quicquam de ordine sacro, sed propugnasse totis viribus: idque semper egisse, ut bene valeret, ut magis ac magis floreret. Dignus scilicet Lutherus cui potius quàm sacro ordini assentiantur, cui obtemperent, cui obsecundent, ad cujus

Source : BIU Cujas

aurem se demittant : qui discordiæ intestinæ non solum civilis, disjunctionis & alienationis Christianorum ipsorum inter se est author, primosque ordines ducit :

29. 30. Ex quibus omnibus intelligi potest causa, cur Pipini & Caroli Magni opem imploraverint Romani Pontifices : deprædabantur enim Italiam & Romanos modo Gothi, modo Longobardi & Sarraceni, & pessimè omnium Græci has clades accitis Barbaris afferebant. & tamen in tanto luctu publico, in tantis ærumniis etiam post Phocam annis ducentis, ut exposuimus, Pontifices Italiam in officio erga Imperatores continebant, tametsi multæ & maximæ causæ videbantur, cur portenta illa & funera reipublicæ Christianæ diutius non paterentur. Quid igitur dicit Molinæus, Pontifices œcumenicos declaratos, tandiu Constantinopolitanos Imperatores in pretio habuisse, quandiu è re ipsorum fuit (hæc enim sunt verba ejus) Eratne è re ipsorum diripi à Longobardis, expilari à Constantino illo de quo diximus & aliis multis ? An non è re ipsorum erat creare Imperatorem, qui eos tueretur, cum Italia tota eò conspiraret execraturque impurissimos illorum mores, hæreses & insana edicta ? Erátne è re ipsorum in exilium mitti, ut Martinum à Constanti, in discrimen capitis venire, cum mitterentur Tribuni, ut eos interficerent, quòd non assentirentur eis, non indulgerent hæresum amentiæ? Pro quibus contra vim Imperatoris Longobardi, Veneti, tota denique Italia pugnabat. cur non creabant Imperatorem, cum facilè id possent ? hæc tamen omnia ferebant, tantum Latinos & catholicos omnes hæretici imperio solvebant, non successoris. hæc enim jam ex superioribus comperta habemus. Cur igitur potius Carolum postea constituerunt? Nicolaus Machiavellus, inquit, graphicè describit disertè in sua lingua Papatus ortum, progressum & incrementum. Cur tu tam studiosus antiquitatis, non quæris vetustissimos illius ætatis testes, quibus nobis magis probatum sit, quam illo ipso, qui paucos ab hinc annos scripsit ? nec enim magis ei crediderimus quam tibi : imo multo magis tibi : de cujus eruditione habemus, quod judicemus : de illius vero studiis, omnino nihil : narrat res gestas vulgo : tu vero doctis nam habes authores, quibus tua confirmes. noli ita te demittere vir doctissime, ut tuam authoritatem postponas hujusmodi hominibus. Longè pluris te facimus quàm illum : tamen hac in re tibi præstat, quod neque potestatem negat, ut tu, neque magnitudinem sacerdotii. attingit tantum potentiam, opes vel divitias, quæ omnia nos distinguimus à sacerdotio. Petrus illis rebus omnibus carebat : erat tamen Pontifex Maximus : Christus quoque illa neglexit. quibus de rebus suo loco dicemus. Dicit ille, inquit Molinæus, Machiavellus, Romanum Pont. nullam aliam initio habuisse authoritatem, nisi eam, quàm ei dabat religionis & doctrinæ reverentia : Quam igitur aliam ei tribuemus, nisi quàm religio ei tribuit? quàm Petro vel Apostolis & omnino universo sacri ordini ? tolle enim Dei cultum & religionem, nihil suberit, quod revereremur aut coleremus in sacerdotio, magis quàm in profanis. Cum autem (inquit) Papæ modo Longobardorum, modo Græcorum seu Imperatoris Constantinopolitani amici essent, suam dignitatem augmentarunt. At jam adeo auctam sententia ipsa Phocæ dixisti, ut esset summa caputque totius Ecclesiæ, non poterat esse majus quippiam esse si caput. At fortasse dignitatis appellatione solam illam, quam vocasti denominationem. intelligi vis : Imperatorum vel Longobardorum igitur amicitia non potuit augere, vel nomen, vel Pontificatum, cum ista jam esset maxima. Sin dignitatis vocabulo significet potentiam & opes, demonstrandum esset, quis eis divitiarum cumulus ex ea amicitia accesserit. sed horum nihil docet. An amici fuerint Constantinopolitanorum satis superiora declarant. augendæ sane rei studium non erat, sed propellendarum hæresum, ut eorum est munus : & de his aliàs. Quamdiu vires Constantinopolitanorum in Italia erant, aliorum auxilio non eguerunt : capta Ravennatium exarchia ab Aistulpho, profligatis Constantinopolitanis, cùm crebris bellis Romanos peterent, raperent, & prædarentur, Pontifices ad Francorum opem se contulerunt : ut antea est expositum. Longobardi quidem summo honore prosequebantur summum Pontificem : sed Romanos ut Constantinopolitanis, ita sibi parere volebant, eoque in loco Romæ esse quo Imperatores, omniaque invadere. A Martello primum compressi, & à Pipino edomiti, qui bis Italiam ingressus est, cum ille Aistulphus omnia vastaret contra jus fœderis, & jusjurandum, quo tantum continebantur, ut erepta restitueret, ab injuriaque abstineret, quod Eginhartus cancellarius Caroli Magni scribit, Postremò à Carolo Magno subacti in ejus ditionem venerunt. Quod si se finibus suis continuissent, nullus certè in Italiam fuisset Francorum adventus. sed ita æquissimo & divino judicio fit, ut modus, quem quisque per se ipse cupiditati suæ non adhibet, ab alio adhibeatur. Ut Longobardorum, inquit, jugum excuterent à Roma tributum petentium, regnoque Italiæ inhiantium, cogitare cœperunt de eo in Francos transferendo. Cogitationes istas non novit historia : sed exploratissimum est à Carolo Magno, armis regnum Italiæ partum, non Pontificis beneficio. Imperatorum quidem jus, potestas, & nomen, à Pontifice data sunt, non regnum Italiæ, quod ante Imperii jus, Carolus haberet, ut ex Eginharto illo & aliis scriptoribus perspicuum est. imploraruntque tantum Pontifices opem contra Longobardorum injuriam & prædas.

31. 32. 33. Non est intelligendum (inquit) ut volunt imperiti Canonistæ, historiarum ignari, quod Adrianus primus de novo creaverit, & dederit Carolo Magno, & suis, privilegia, de quibus in c. Adrianus. & 2. 43. distinctione. sed eadem jura (quæ antiqua & imperalia erant) eidem Carolo, simul cum imperio, competere recognovit, & confirmavit : imo non solum hoc jus Imperatorum in imperio, sed etiam reliquorum Principum in suis regnis. At erudite vir, id in primis verendum erat, ne si imperitos Canonistas vocares, tu videris imperitus. perpolitus & perbellus tu tibi ipse videris in historia, cum ignaros historiarum Canonistas appellas. Si demonstremus tibi ita rem se habere, ut Canonistæ scribunt : & contrà omnino, ut tu : quis quæso videbitur imperitus ? verba illius capitis hæc sunt. Adrianus Papa Romam venire Carolum Regem, ad defendendas res Ecclesiæ postulavit : Carolus vero Romam veniens, Papiam obsedit : ibique relicto exercitu, in sancta resurrectione ab Adriano Papa Romæ honorificè susceptus est, post resurrectionem reversus Papiam, cœpit Desiderium Regem, & post pauca. Cum universa synodo tradiderunt Carolo jus & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem : dignitatem quoque Patritiatus ei concesserunt : insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definiunt : ut nisi à Rege laudetur & investiatur Episcopus, à nemine consacretur. Fuerunt quatuor tantum profectiones Caroli Magni Romam, ut scribit Eginhartus ejus cancellarius : illa, de qua in illo capite, prima est : hæc vero postrema, teste illo cancellario, cum creatus est Imperator : à Leone, annis fermè post illam 30. Atque ita inter historiæ scriptores convenit. Non poterat igitur jure imperii, ante illud Adriani beneficium pertinere. nec enim Imperator erat : & caput illud, regem tantum Carolum appellat, non Imperatorem. & demonstrat non fuisse jus imperii ita concedendo : nec etiam vestituras Imperatorum esse, quarum in singulis provinciis tribuendarum

Source : BIU Cujas

Carolo potestas fit. Sed cur non tum Imperatorem creavit eum Adrianus, ut Leo post tot annos? summo consilio sanè, & æquissimo judicio, factum est à Leone. Nam totam penè Germaniam Christianissimum amplecti coegerat, & Hispaniæ multas provincias: potiebaturque toto Occidente. Hic tam bene de republica Christiana meritus, visus est dignissimus imperii splendore: & potentissimus, qui tueretur Christianos à Mahumetanis hostibus funestissimis Christianismi: qui jam ignavia, desidia, & luxuria illorum Græcorum Orientem & orbem pene universum invaserant: quod nisi factum esset, ne nomen quidem imperii Christianismus haberet. periit enim Græcum. Si Molinæus afferret quippiam, ex quo videri posset velle docere Imperatorum jus esse illa tribuere, quæ in illo ipso capite dicuntur, causa esset, cur de ea re uberius dicendum foret. An verò Regum id sit in suis regnis, ut sentit Molinæus, in Gallia certè differere, supervacaneum est. Quid si ita, vel docti, vel consulti fuissent vel tam diligentes in antiquitate revolvenda illi, quorum consilio Reges multis jam seculis utuntur, quàm se Molinæus esse arbitratur, nulla certè Regibus nostris Christianissimis causa fuisset cur hoc jus quod nominationem dicunt, in lib. concordatorum, sibi à Pontificibus quærendum putassent. Quid igitur senatus amplissimus, virique juris consultissimi, hoc jus eligendorum Episcoporum, vel Abbatum, passi sunt Regibus imminui? ignorabantne, quæ nunc Molinæus affert ex Gregorio Turonensi & Annonio, qui ante trecentos, ut ait, annos scripsit historiam Francorum? sciebant certè ex illis jus non colligi: sed ex conciliorum decretis, ne morem quidem eum fuisse. interdum enim ab Episcopis creatos Abbates narrat ille Annonius, ut divum Germanum à Nectario, libro primo, capite 23. & duos à Nicetio Lugdunensi Episcopo, libro tertio, capite 28. & 23. scribit Mauritium Cathurcensem Episcopum elegisse sibi successorem. Et lib. 5. capite 37. à Joanne Pontifice Romano Hedenulphum Episcopum factum. Et mandato Brunechildis Reginæ Episcopum Ruthenum & à Guntrano Rege, Bithurigem: libro tertio. capite 55. factione Brunechildis (verbo ejus utimur) & Lugdunensis Episcopi subrogatum quendam ait Viennensi Episcopo in exilium missio. Brunechildem libro quarto. capite primo. veneficam mulierem fuisse narrat, & ejus vel ope, vel consilio, vel manu decem Reges interfectos: ream tandem perduellionis, gravissimo supplicio affectam esse. Quare, quid in re tam varia observatum sit, nemo intellexerit. Et quod dicit de Abbatia, libro quarto. capite 33. in præmium detectæ conjurationis in » Carolum Magnum, donatam Longobardo cuidam, nihil persuadet. nec enim à quo, donatam dicit: nec ratio verborum donandi habenda est, ut nunc quoque solemus in Gallia cum Rex nominat Pontifici, donare dicere. & Caroli Magni illo ipso cap. Adriani multa erant. Quapropter viri consultissimi, cum hæc non ignorarent, Regibus sanè non secus consu» luerunt quàm videmus servari. Et sic inquit, in c. » hinc est. 16. quæstione prima, non erat privilegium, » ut putat, seu potius suadere nititur Gratianus. qui » arte monachica, de qua in c. inter dilectos. de fide » instrumentorum. de suo assuit ea verba, Quod pri» vilegium ita est &c. Abstinere debebat Molinæus à Gratiano, cui ipse plurimum, & omnes debemus: magno studio nobis certissimum, & utilissimum monumentum totius status Ecclesiastici reliquit, cum quo nullum possit jure comparate. priusquam convicium faceret, legisse oportuit epistolam decimam. libri 11. Gregorii Magni, unde caput illud deprom» ptum est. Proinde, inquit Gregorius, juxta scripta » filiorum nostrorum, præcellentissimorum Regum » Brunechildæ, ac nepotis ejus Theodorici, Xenodo» chio (quòd in civitate Augustudunensi, reverendæ memoriæ Episcopo & prædicta filia nostra Regina ex- « cellentissima, constructum est) cui tu præesse digno- « sceris, hujusmodi privilegia præsentis authoritatis de- « creto indulgemus, concedimus, atque firmamus, « statuentes nullum Regum, nullum Antistitum, nul- « lum quacunque præditum dignitate, vel quemque « alium, de his, quæ Xenodochio à supra scriptis præ- « cellentissimis filiis nostris Regibus jam donata sunt, « vel in futuro à quibusvis aliis de proprio fuerunt jure » collata, sub cujuslibet causa occasionis, vel specie « minuere, vel auferre sive suis usibus applicari, vel « aliis piis causis pro suæ avaritiæ excusatione posse con- « cedere. & paulo post: Idem constituimus, ut obeun- « te Abbate, presbyteroque supra scripti Xenodochii « atque monasterii: non alius ubi quacunque obre- « ptionis astutia ordinetur, nisi quem Rex ejusdem « provinciæ cum consensu monachorum, secundum « amorem Dei elegerit. hoc quoque capitulo præsenti « subjungimus, ut locum avaritiæ excludamus nullum « de Regibus, nullum de sacerdotibus, vel quencun- « que alium, per se suppositamque personam de ordi- « natione ejusdem Abbatis, vel quibuscunque causis « ad Xenodochium ipsum pertinentibus, audere in au- « ro, sive alia specie, commodi quicquam accipere. Nec verba illius capitis sunt Gregorii, sed Gratiani, qui brevi sermone epistolæ sententiam complectitur. Quocirca non potest quicquam assuisse videri. Et eligere Episcopos & Abbates, adeò fuisse regum putavit Molinæus, ut scribat hæc, Erat verum, inquit, « jus commune Francorum Regum: quod sicut & jus « regaliorum non habuerunt: nec acceperunr à privi- « legio Papæ (ut putant imperiti Canonistæ) sed à sua « corona. Cur non addis illis imperitis Canonistis, Reges ipsos & senatum amplissimum non unius ætatis, sed omnium, cum quo nemo integritate, doctrina, consilio Areopagum illorum Græcorum comparaverit? Cur denique non addis omnes viros gravissimos & clarissimos? An non vides te omnes imperitos appellare? Fuerunt enim semper in ea sententia. Sin verò in tua erant, cur fidem consilii, Regibus datam violarunt? Cur jusjurandum? jurant enim se jus tueri, Regem, cujus in eos tot & tanta beneficia esse solent, Pontificis vero nulla cur fefellerunt? At nunc veniunt fortasse multi ex concilio Deorum immortalium, ut omnes commonefaciant, ut omnes imperitos doceant. Quo doctrinæ genere? Quibus argumentis & testibus? nam legerunt ipsi eos libros quos Molinæus citat: pervulgati enim sunt nec tamen commovebantur: & illud ipsum caput ex Gratiano ei adversatur, ut ostendimus. Qua arte igitur non monachica, ut de Gratiano ait, sed forensi ista dicit? Per « alios, inquit, chronographos erat verum jus commu- « ne Francorum. Ubi alii isti? Sigibertus qui scripsit ann. 1110. & est antiquior illo Annonio: ait, Stephano Laodicensi defuncto Richarium à Carolo Balbi filio authoritate Romani Pontificis constitutum Episcopum anno 921. Duplex est quæstio, una ad factum pertinet, an elegerint: altera ad jus, an jure elegerint, & quo jure, suone nativo & proprio, an privilegio, usu, consuetudine. & in utraque quid compertum habeamus non possumus brevi in hoc cursu orationis, quæ jam longius progreditur, demonstrare tantum refellimus ea, quæ Molinæus affert. nec ignoramus. quid multi de hisce rebus scripserint. Poterimus aliquando, si superi juvent, electionum Romani Pontificis, vel aliorum Episcoporum, probationum, vestiturarum, collationum, totiusque jurisdictionis ecclesiasticæ initia repetere: & in unum conferre codicem. Nam plærique suis scriptis hoc tempore eò sacrum ordinem cogunt, ut nihil loci jam reliqui faciant: dilatant argumentum Marsilii Patavini: hinc atque illinc excerpunt, quasi primoribus digitis, quædam, quæ ad sententiam animi in eum ordinem nimium fastidiosi faciunt: prætermittunt, quæ illis

erant conjungenda, vel odio, vel ignoratione. hisque rebus sibi eruditi admodum videntur : omnia nosse : nihil ignorare : superiora secula bardorum & stolidorum hominum fuisse. quasi verò melius hac ætate, cum his tam acutis ingeniis res gerantur. Et ut concilient sibi ad institutum, principum animos, earum rerum quæ ordinis sacri semper fuerunt, potestatem faciunt : jus eorum esse dicunt, jus coronæ, jus imperii, & omnia jus, ut eos qui eorum scripta refellere volet, non per paræmiam, sed revera inter sacrum & saxum collocent. Hoc ordine expugnato, civilis petendus erit, & in eam commovenda multitudo, ipsa arte, qua civilem in sacrum. communis est enim omnis ratio : cum Imperatores, Reges, omnesque præfecti tuentur sacerdotii statum, sibi consulunt: arctior est enim societas, quæ & religionis & politicis gradibus & dignitate continetur. Sed ad rem. Hoc quoque jus coronæ in Hispania fuisse Molinæus ait, ut Reges eligerent Episcopos ex concilio Toletano, apud Gratianum 63. distinctione. Elegisse quidem demonstrat illud caput, sed unde ortum jus, non docet: privilegione an ex aliis causis. quare sententia Molinæi adhuc dubia est : neque eò probabitur. quinetiam nominationis ejus, quam Reges nostri in Gallia habent, instar habere magis videtur, quàm veræ electionis. ait enim, Unde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ atque Galliciæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoscunque regalis potestas elegerit: & jam dicti Toletani Episcopi judicium dignos esse probaverit in quibuslibet provinciis : & in præcedentium sedibus præficere præsules : & in decedentibus eligere successores. Populus quoque eligebat una cum clero, designabatque Episcopis quem sibi vellet : sed tamen non cogebantur Episcopi admittere, ut capite primo. & secundo Græcarum synodorum (quarum capita Martinus Bracarensis Episcopus Hispanus collegit) & Laodicensi concilio, quod est habitum, circiter annum 380. capite 12. & 13. est apud Gratianum distinctione 63. Sacerdotum enim erat electio : Testimonium vero morum petitioque & consensus erat populi non jus, quod in alium transferri possit: nec enim testimonia transferuntur, & non sequendus, sed docendus est populus, ut ait Stephanus in Gratiani 63. distinctione. nec enim invitis, vel incognitis dabatur Episcopus quod Celestinus Pontifex anno 416. scripsit apud Gratianum 61. & 62. Leo primus, cujus singulares laudes, cum ubique, tum in concilio Calcedonensi, ait electionem esse cleri, petitionem populi : consecrationem Episcoporum & Metropolitani. inter petitionem & electionem hoc intererat: quia illa, nulla subscriptione fiebat: hæc, subscripta dabatur, quod ex Gregorio Magno Gratianus observavit 63. distinctione. Atque ita in eo Rege Hispaniæ videri potest. A concilio Toletano 10. capite 6. electus est Episcopus Bracarensis & Dumiensis, non à Rege. Sed ista, quæ non possunt, nisi primordiis ab Apostolis ad hanc usque ætatem ductis, planè intelligi, neque nisi longissima oratione exponi, prætermittimus. Narrabimus aliàs si ocium detur, omnia à capite arcessentes, ut unde manent videantur : nec ullus reprehensioni locus erit : nihilque nostrum per se quicquam, sed rerum narratio ex variis conflata, & antiquissimis authoribus. & quàm longè sint ista omnia à sententia Molinæi exploratissimum erit. Nunc enim sat nobis est, quæ affert non officere.

» 34. Sunt Reges, inquit, fundati in temporibus in » regno suo: & consequenter in fundatione & patro- » natu Ecclesiarum, saltem majorum regni sui, puta « Episcopatuum, Abbatiarum, & Prioratuum, ut tra- » dit Archidiaconus c. lectis. & Baldus in prœmio. » Gregorio incipiente, Rex pacificus. col. & in c. quan- » to. de judiciis. Duo sunt officia patroni, unum tueri Ecclesias, quod certè adeò innatum Imperatoribus & Regibus est, omnibus denique Principibus, ut nihil magis. constituti enim sunt ad defendendum armis & legibus Rempublicam, imbecilles, & sacrum ordinem, quæ est potissima pars, ut jam, satis à nobis est expositum : idcirco enim eis gladius traditus est, ut ait Paulus. Alterum munus est designandi & offerendi aliquem, ut instituatur & præficiatur Ecclesiæ, quod præsentare vulgo dicimus. hoc enim ei qui de Ecclesia bene meritus est eam condendo, ædificando vel locupletando, tribuitur. eamque pro beneficio mutuam referri gratiam antiqui patres statuerunt, ut non solum honore afficiatur, & de facultatibus ejus Ecclesiæ alatur, si inops fiat : sed etiam Ecclesiæ optare & designare possit sacerdotem, altero mortuo, his, quorum est dandi potestas, ut Episcopis & superioribus : eamque Ecclesiam ipse quàm maximè potest tueri debet. his de causis patronus dicitur & totum hoc jus ejus, jus patronatus. Quod in Episcopatibus Abbatiisque & majoribus dignitatibus locum habere, hocque Regibus nativum & germanum esse, putat Molinæus. Sunt enim, inquit, fundati in temporalibus & consequenter in jure patronatus. At Molinæ negamus jus patronatus esse temporale. quocirca reliquum est, ut istud doceas : & id expectabimus. interea perbelle conficis istud, Jus eorum est in temporalibus : ergo in jure patronatus : quod si ita, ergo in rebus tuis etiam, & fundo tuo & ædibus temporalia enim omnia ista sunt. an omnium temporalium Regum jus est ? omnia igitur eorum, nihil privatorum, nihil humani juris, nihil divini, nihil singulorum, nihil universitatis. Ad tyrocinia certè institutionum civilium de rerum divisione nos iste revocat, adeo acutè concludens. Quod si non omnium temporalium jus est. quorum igitur, demonstrare eum oportet, ut intelligamus an jus patronatus sit in eorum numero. Id quoque expectabimus. Equidem jus tutelæ habent Principes omnium temporalium, neque opus est huc afferre, quæ Bartholus ad constitutionem Henrici scribit, & alii in lege 6. in codice Justiniani de præscriptione triginta annorum. Jus quoque tributorum habent. nisi enim hujuscemodi rebus juventur à suis, suos tueri non poterunt. Afferat igitur rationem aliam Molinæus. Nam illa ipsa per se non est satis idonea : neque Reges nostri Christianissimi & Senatus, tametsi non ignorabant, quæ Molinæus ex Archidiacono & Baldo commemorat, jus hujus patronatus Episcopatuum vel Abbatiarum. Ita hærere coronæ putarunt, ut designarentur à Regibus antistites in Episcopatibus monasteriis, ac collegiis Ecclesiasticis. Possemus magnam me hercule frequentiam authorum ostentare, quos enumerat Boerius præses Senatus Burdegalensis, in libro Burdegalensium decisionum, quæstione 32. primæ partis, & Lambertinus, qui tres libros de jure patronatus, magnos certè & copiosos scripsit, quæstione undecima libri primi : & qui hos præcessit Rochus Curtius de jure patronatus. ad verbum Ecclesiæ. quæst. prima. Ab omnibus uno consensu locum illum Archidiaconi & Baldi, ad tutelam tantum patrocinium & defensionem pertinere audiremus intelligi. Archidiaconus enim, Reges quidem patronos dicit, quod Baldus quoque notat pro Ducibus Alemaniæ, quomodo autem sint patroni, neuter explicat. nec Corsetus in libro de potestate regia. quæstione 34. repugnat, ut ait Molinæus hac in re proposito in 10. distinctione Gratiani, capite quinto. Tantum enim à Præposito dissentit, quod 63. distinctione. capite 18. illud Archidiaconi & Baldi. Locum habere putet in quibusdam Ecclesiis, ut Reges non omnium, sed quarundam tantum sint patroni singulari quodam jure & privilegio. Corsetus verò ita omnino omnium esse patronos dicit, ut est traditum à Panormitano, in capite 14. Panormitanus verò consentit omnibus superioribus.

superioribus. Quare omnes sunt in ea ipsa sententia, ut Reges sint Patroni, id est, tutores & defensores tantum. nec quidem cum sint omnes isti Pontificii interpretes, à capite, 51. & 57. & 14. de electione. & 25. de jure patronatus. in Gregoriano discederent: quibus sententia Molinæi improbatur, fuisset certè id non interpretari, sed oppugnare, & evertere. Quare adversos sibi habet omnes Molinæus, nec eorum opem implorare debuit. Idem ipsum etiam Reges nostri in suis de statu ecclesiastico constituentibus, solent profiteri. & in eam rem jurant, ut ex exordio pragmatices intelleximus, sunt etiam Canonum ac disciplinæ Ecclesiasticæ vindices, præsertim conciliorum, & concordatorum. quibus Canonibus cum regi oporteat antistites & sacrum ordinem, hanc etiam ob causam verè dicuntur patroni. Quapropter ad amplissimum senatum cum sacrosanctis decretis fraus sit; provocatio est etiam à judicibus ecclesiasticis & hæc est, quæ vulgo dicitur appellatio ab abusu. Nam præclarè Isidorus scribit apud Gratianum distinct. 23. quæstione 5. Principes seculi nunquam intra Ecclesiam potestatis adepti, culmina tenent, ut per eam potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut quod non prævalent sacerdores efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impetret per disciplinæ terrorem. Et quamquam eligendi vel deligendi antistites principibus facultatem non esse dicunt: consentiunt tamen, ut de electione ad eos, ut assentiantur, referendi jus sit; ex cap. 14. de electione. & 25. de jure patronatus. & in Gratiani distinctione 63. ex Gregorio Magno, capite 9. & Leone quarto. Nec prius tamen quàm perfecta sit electio, capite 14. & 28. de electione. interest enim Principis infestum non habere antistitem. Non tamen idcirco electionem minus valere, si dissentiat, sed Princeps sibi consulere poterit, & intercedere, ne electus præsit. Quocirca in Gallia fidem suam jurejurando Regi obstringunt, & nisi jurati non admittuntur, quod juramentum fidelitatis dicitur: tum eo etiam fit, quod vix ullum præsulem reperias, qui non successerit vel ex testamento, vel alterius beneficentia iis, qui jure clientelæ & militari sacramento, vel fide (unde feudum, nomen Gothicum ducitur) principi erant obnoxii. nec istud adversatur postremo capiti de regulis juris. Possunt etiam inferioribus sacerdotiis, quæ sunt ecclesiarum, quarum ipsi ita sunt patroni designare, vel offerre instituendum sacerdotem antistitibus; aut præficere per se ipsi ex privilegio, ac vetustissima consuetudine, cap. 13. de electione in Sexto. hæc sunt, quæ Regalia dici solent, de quibus extant multi multorum libri. Quod jus etiam Rex noster habere intelligitur, ex cap. 34. de præbendis. & Flandrensis Comes, cap. postremo. de concessione præbendæ. Hæc duo posteriora capita Molinæus notat, & ait: Qui tex. & similes non sunt intelligendi ex privilegio Papæ, ut novi Canonistæ adulantur Papæ, fingunt, sed jure suo quemadmodum jura regaliorum à sua corona, non beneficio Papæ Reges habent. Non est intelligendum, inquit, ex privilegio. Quod si nos ita intelligamus nisi rationibus nobis dissuadeas, permanebimus in sententia: nec enim ducimur tua solius authoritate. Nam Guymerius præses hujus ornatissimi Parisiorum senatus, vir sanè, quem nemo in hoc genere commentationis satis laudaverit, ad pragmaticam sanctionem, titulo de annatis. ad verbum regaliæ. scribit in eucterio & tabulario regiarum rationum asservari de his rebus Pontificum diplomata, quibus tributum sit Regi Franciæ. Guillebanus Durandus cognomento Speculator author antiquissimus & gravissimus, in paragrapho tertio. titulo de præbendis. narrat se diplomata Pontificis legisse, quibus Imperatori concessum sit, ut in singulis Allemaniæ Ecclesiis unum Canonicum designet: atque apud se causam actam esse. Lambertinus Neapolitanus in ipso illo loco, quem notavimus, ait Pontificum beneficio Reges Neapolitanos nominandi jus habere in 40. primariis Ecclesiis, quas cathedrales appellamus. Baldus quem tanti Molinæus facit (nec enim in numero eorum, quos novos Canonistas, & adulatores appellat, hunc reponit) ad legem 7. Theodosii, de precibus Imperatori offerendis. eorum sacerdotiorum dandorum, quæ præbendæ appellantur, beneficio Pontificis Regi Angliæ & Hungariæ, jus & & potestatem esse. quod Geminianus quoque scribit ad cap. 5. in Gratiani distinctione 10. Quare cùm illa nobis testentur cur credemus Molinæo affirmanti illis contraria? negantique diplomata, quæ non vidit, quæ non legit, quæ remotissima sunt vel ab ejus ætate, vel oculis, quæ denique ignoravit? Sed compellamus nosmetipsi in angustum, & ultro liberaliterque concedamus Molinæo, Archidiaconi, Baldi & Corseti eam fuisse sententiam, ut ad Episcopatus & amplissima sacerdotia jus patronatus pertineat ubique terrarum. Baldus & Corsetus nituntur authoritate Archidiaconi tantum iste vero illius ipsius capitis responso, in quo Molinæus istud eum scribere modò dixit. Omnes sunt interpretes: legis ferendæ potestatem non habent, sed interpretandæ. Itaque si demonstretur illud caput nec quicquam tale præse ferre, jam nihil supererit quo sententia eorum confirmetur. Equidem non de designatione, quam præsentationem dicimus, eo in loco agitur. quocirca nec de jure patronatus. sed de consensu tantùm, quam investituram Principes appellant: etenim ut modò exposuimus de electione perfecta. certior Princeps fieri potest ut comprobet & consentiat. Itaque in eo capite Stephanus Pontifex Guidoni Comiti, qui ab eo petebat, ut Episcopus Reatinæ Ecclesiæ jam electus consecraretur, respondet se id prius non facturum quàm ex more assentiatur Imperator: Imperatoribus verò ita concessum erat à Leone Pontifice Othoni, quod in Gratiani distinctione perspicitur, ut etiam de Carolo Magno diximus cum tantùm esset Rex. Idque jus ex vetustissima consuetudine patronis quæri posse, paulo ante à nobis explanatum est. Eandem istam explicationem accommodamus ad caput Leonis quarti in ea ipsa distinctione, qui de Reatina quoque Ecclesia scribit: eandem etiam ad caput Pelagii ad Mellitum apud Gratianum dist. 18. quæstione secunda. eandem ad caput Gregorii Magni ad Joannem Justinianæ Episcopum in illa distinctione Gratiani 63. denique ad caput 25. de jure patronatus in Gregoriano. Sed tantum abest, inquit, ut patronus ex fundatione jus præsentandi habet ex mera gratia (ut commenti sunt novi Canonistæ) ut hoc habeant jure primitivo & tanquam partem juris & dominii pristini per tex. in l. talem in fi. & ibi Bal. & Jo. Imo. de hæred. instit. Bal. in d. c. quanto. & c. significavit in fi. de test. Bal. Philip. Corneus. 53. de fideico. Nunquam certè Martianus Ethnicus cujus est lex illa de hæredibus instituendis. novit hoc jus patronatus Ecclesiarum: Libertorum quidem patronatum satis novit. Fortasse Ecclesia manumittitur, & fit liberta, quæ prius ancilla erat, ut legi illi locus sit. At Molinæus, ni fallor, aliter ista accommodare vult: atque ut à Martiano in ea lege servus meus dicitur, quòd jus patronatus in eo habeam: ita Ecclesia mea dicetur ob jus patronatus hoc admittamus nos: istud etiam aliud quod nos addimus ipse postea nobis concedat oportet, Atqui jus patronatus non est jus pristinum: neque enim antè habuit: consentaneum igitur est, meam Ecclesiam, vel libertum, vel esse, vel dici non priori quidem aliquo jure, vel veteri, sed recenti & novo. quod etiam Martianus sentire videtur, ait enim, Nam quamvis manumissus servus ejus non est, tamen libertus est. non igitur propter servitutem vel dominium, quod erat totum

Source : BIU Cujas

ipsum pristinum jus, sed eo quòd sit ejus libertus, patronus patronatum in eum habet, & ejus dicitur. amissum enim & extinctum penitus manumissione dominium, ut ipsa quoque servitus, evanuit: & aliud jus natum, quod patronatus dicitur, non ob servitutem, sed ob beneficium manumissionis, & libertatem datam: quamvis servitutem sequatur: jus enim patronatus verè definienti nihil nisi jus est, vel officium remunerandæ libertatis, id est pro libertate data referendæ gratiæ à Liberto patrono. ut intelligi potest, ex Ulpiani lege prima. de bonis Libertorum. Nam cùm beneficium libertatis æstimari non possit, ut ait Paulus de regulis juris. lex (ut in institutionibus civilibus traditum est) patronum legitimum hæredem esse vult omnium bonorum Liberti intestati, defuncti sine liberis: atque honorem patrono semper, obsequiumque à Liberto deberi. denique, ut ait Ulpianus de obsequiis. Liberto & filio, semper honesta & sancta persona patris videri debet. Totum istud ipsum jus patronatus dicitur: quo jure primum lex Libertum patrono, pro illo tanto in ipsum collato beneficio, devincit. quare acceptum omne omnino, legi referre patronum oportet prioris enim juris nihil quod fuit manumittendo sibi reliqui fecerat: eam tamen liberalitatem lex ita eo quo potest munere quodammodo compensat illa ei tribuens in Libertum. Ita patronus conditor Ecclesiarum, rem amittit. Nam res profana facta sacra vel religiosa, desiit humani juris esse: & fit divini, nulliusque in bonis: quod Paulus jureconsultus scribit in lege prima. de rerum divisione. res quoque publicis usibus in perpetuum relicta, humani quidem juris est: sed tamen nullius in bonis: universitatis, quidem certè esse creditur, ut eo in loco is Paulus ait. Et usque adeò ista omnia vera, sunt: ut Ulpiano lege 85. de verborum obligationibus. placeat si res quam dare promisi, fiat sacra, religiosa, vel publica, me ab obligatione liberari. Et ne istud jureconsultorum tantùm placitis metiamur, sed sanctiorum virorum confirmetur sententia. cognoscitur ex consilio Toleta. tertio, apud Gratianum dist. 10. quæstione 1. Sunt quidem inquit contra omnem authoritatem, Ecclesias quas ædificaverunt, postulant consecrari, ut dotem quam eidem Ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere, quod factum taliter in præterito corrigatur, ut & in futurum, ne fiat prohibeatur: & omnia secundum constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem pertineant. sed de his aliàs ex Canonibus Apostolorum conciliis, & clarissimis authoribus. Præterea patronus (ut ædem sacram, quam ædificat, omittam: sed attingam tantum opes, quas dotem appellant) cum rerum copia Ecclesiam ditat, quid agit? an non donat? Si donat & tradit & vult accipientis fieri, desinit dominus esse, desinit possessor esse, usum amittit: jus amittit. qui igitur potest dici jus habere & (ut utar Molinæi verbis) esse fundatus, ubi nullum solum est, nullum jus? Liberum est cuique donare & contrahere revocare vero donata, vel statuere aliquid de rebus donatis, discedereque à contractu certè non liberum, ut jureconsultorum libri de revocandis donationibus docent. Et donationis & munificentiæ jus quoddam singulare est, ut nudum pactum adstringat donantem, Ecclesiis præsertim & religiosis piisque locis, ut à Justiniano est traditum, lege 35. de donationibus. tanti civiles leges liberalitatem faciunt. nec in aliis conventionibus levitatem & inconstantiam temeritatemque tantopere coercent ejus quem facti pœnitet. Atque adversus eos, qui persolvere recusant, non solum donationem, verum etiam hæreditatem, fideicommissum & legatum rerum mobilium, vel immobilium Ecclesiis & religiosis locis & civitatibus Imperatores, dant in lege postrema. de sacrosanctis Ecclesiis. non unam tantum, sed tres actiones, in rem, in personam & hypothecariam. quas quidem actiones non 30. annorum præscriptio, ut in rebus privatis, sed 40. tantùm extinguit, vel summovet. Si igitur non solum patronus jus amittit: verumetiam, ut amittat, id est, ut donata Ecclesiis tradat, cogitur. qui fieri potest (ut utar verbis Molinæi) ut jure primitivo, & tamquam partem juris & dominii pristini jus præsentandi habeat? at dices, id sibi cùm donat, retinet, quod facere potest, ex capite Gel. sii penultimo apud Gratianum dist. 18. quæstione secunda. & Bernardus ad caput 25. de jure patronatus. ita sentit. Istud cùm ad factum pertineat, non jus, dictum esse oportuit. Sin autem nihil cautum, nihil quoque juris habet: quare necesse est ab alio consequatur, dicaturque gratia & beneficium, cùm in rebus jam alienis, non suis, ut aliquid possit, ei conceditur. ut intelligitur ex Diocletiani lege sexta. titulo si res aliena pignori data sit. & quamquam beneficia patroni, quibus affecit Ecclesiam, precedant eorumque ratio impulerit sanctos patres, ut patronatus istud jus ei decernerent, non idcirco tamen hæc remuneratio, pro beneficio & gratia habenda non est ἀντιδώρα enim δῶρα sunt: & remunerationes munera: siquidem remuneratio, ut nomen ipsum indicat, est munus pro munere & mutua beneficia, beneficia sunt: neque eo non sunt, quòd mutua sint: tametsi data magis beneficia dicantur, quàm reddita, hæc enim quasi debita sunt, illa verò beneficia mera, quod Papinianus docet de donationibus leg. 27. quanquam ex Evangelio de Gazophilacio intelligitur munus Deo datum alio longè majori & divino quodam beneficio compensari: & patrono ipsum per se ita cumulatissimè satisfacit, ut sacerdotes non videantur rebus aliis, quàm religionis partibus & officio patrono devincti: & si ulla ex parte essent, ad ejus certè egestatem sublevandam viderentur potius, quàm ad illam sacerdotes designandi potestatem dandam, quæ ipsi patrono non est necessaria. Itaque rem sic consideranti patronatus videri posset, non remuneratio, sed mera liberalitas. At ista nos non ita volumus ad perpendiculum exigere. satis est nobis, rem desisse in bonis, patroni esse, eumque in rebus jam alienis nihil posse, nisi quantum ii quibus donatum sit, largiuntur, ut Canonibus constitutum. Satis est, inquam, non esse patrono aditum ad hanc (quam hac via Molinæus alere videtur) popularem jactationem. Ego meo ipsius jure designo sacerdotem hujus Ecclesiæ, Mea sunt ista omnia sed dicat potius, Mihi, tametsi dedicaveram donaveramque ad cultum divinum mea, ab illoque æterno numine, cui ea obtuli, & consecravi, repositum sit mihi immortale beneficium: & hæc interim spes me delectat plurimùm: tamen hoc quoque gaudio fruor, cùm video me ad æterni illius ministros socium quodammodo adjungi. magis pietatem certè hæc sententia juvat, quàm illa, quæ non solum vera non est, sed auget etiam arrogantiam. contra verò cùm profanis etiam legibus videt se amisisse rerum suarum omne jus (ut revera ita res habet, & demonstratum est) hoc acceptum referat oportet sanctis patribus, qui ita statuerunt, ut in concilio Toletano apud Gratianum 16. quæstione traditur. Quod concilium quamquam, nisi superstitibus Ecclesiarum conditoribus tribuit, Pontifices tamen Romani ad hæredes producunt. Quapropter ita intelligitur ea beneficentia & benignitas à canone proficisci. Nec vero Baldus, Corneus & Joannes Imola (quos testes Molinæus citat) in lege illa de hæredibus instituendis, patronatum Ecclesiarum attingunt: sed Libertorum tantum. Neque in capite tertio de judiciis. Baldus repugnat his, quæ dicimus: sed confirmat potius. scribit enim jus patronatus oriri quidem ex re profana, quam quis Deo dedicat: hacque origine præ se ferre profanum quiddam: meram tamen esse liberalitatem canonis in bene meritum: & ob hoc jus patronum quodammodo permanere dominum: ut in lege illa de hæ-

Source : BIU Cujas

redibus instituendis diximus. Itaque censet, patronum, quasi dominum esse ob liberalitatem canonis: non suo jure pristino. Et si habuerunt patroni, primum per se ipsi hoc ipsum, quid ita sibi conservatum noluerunt, ut præficerent sacerdotes Ecclesiis, non ab antistitibus & peterent, & ducerent instituendos? Convenit igitur de ordine patronatus Ecclesiarum, Canonistis veteribus cum recentioribus, nisi cum Molinæo: qui tametsi sæpissimè multis suis scriptis Canonistam agit, seque profitetur: in eos tamen crebros contumeliarum aculeos intorquet. Siccine probe vir, iis, per quos profeceris, referetur gratia? dicis eos adulari Pontifici: omnes igitur gravissimi & clarissimi viri, qui in ea sunt, & fuerunt sententia, adulantur. de te quid loquentur, qui cum omnibus pugnas? prolipsi certè te uti dicent, atque in assentationis potius suspicionem venies, hæc nova & inusitata non solùm ingerens, sed intrudens etiam vehementius: non gratiam sanè piorum & præstantissimorum Regum & Principum, quis aucupabitur irrepens his artibus, quas per se ipsi odore quodam suspicionis facile sentiunt. Divum Ludovicum Francorum regem, Broymardus & alii nonnulli scribunt, ex consiliariis unum, virum in primis eruditum & perspicacissimum ita compellasse, Rem gratissimam nobis facis, quod jus nostrum acerrimè defendas, sed, ut sæpe de te audio, soles tu quidem, ut es ingenio acuto, acri & vehementi, multa multis persuadere, quæ nobis contra jus & æquitarem tribuit, quæ res apud me, neque probitatis ulla commendatione tibi prodesse potest, ut gratiam mecum ineas: neque apud summum illum judicem, qui nihil nisi æquitatis rationem valere vult & sanxit. Sum tuus & frater & Rex: te fratrem amicissimè moneo, hortor & rogo, ne fluxis his rebus, quas à me te consequi & speras & ambis, & quibus repentino casu una cum vita carere potes, optimæ mentis conscientiam, salutem, incolumitatemque illam sempiternam postponas. Rex verò, cum sim, hæc ædifico, ut si te posthac contra jus injuriam tueri captionem nescio quibus anfractibus intellexero, non solùm palàm te jubebo argui: sed dignitate & gradu dejectum efficiam, ut singulari sis exemplo omnibus quò intelligant me nihil nisi jus colere & tueri, regemque me esse, non tyrannum.

» 36. Nec subsecutæ novæ decretales Papæ potue-
» runt priora jura tollere, sicut nec cura regaliorum. Nec sanè tollunt: locum notare oportuit, in quo tollerent. Illi quoque authores omnes quos eò adduxisti, ut confirmares tua, secuti sunt Pontificias constitutiones, si Gregorianum & Sextum intelligas nomine novarum decretalium. Et capita Gratiani nihil ad tuam sententiam, ut demonstratum est.

» 37. Itaque meri, inquit, Canonistæ suis decreta-
» libus (quæ domestica testimonia vocat, Glos. in cap.
» patet 9. qu. 3. & glos. Joannis Andreæ in clementina
» unica. in verbo Bonifa. de jurejurando.) exarmati, con-
» fugiunt ad aliud assumptum à se confictum, videli-
» cet, quòd laici spiritualium sunt incapaces. Exteris quidem constitutiones Regum domestica sunt testimonia: Christianorum leges, Turcis: Pontificiæ, negantibus potestatem: nemo enim cogitur domestico testimonio credere, ut aiunt Imperatores in lege secunda. de testibus. At nostra nihil interest in hac causa, domestica sint nec ne. nec enim eis nos utimur, sed Molinæus, qui modò utitur, modò repellit: nobis quidem non licet ita latè & variè nos diffundere, nisi quantum fert Molinæi fides. Si (ut ais) armati erant Canonistæ, illis ipsis rebus, quis inermes fecit? quis nudavit? te quidem jam non potuisse, etiam si quàm maximè conatus es, satis exploratum habemus: ab alio nescimus exutos: nullus extorsit è manibus ferrum: succincti non solùm sunt & instructi ipsis illis armis quæ dixisti, sed multis aliis etiam, quæ tu taces. arma in armario (postquam tibi hæc verba placent) multa unde depromere ad hanc sententiam possunt: armatura varia non solum ista levis, in quam tu solum jaculatus es: nec tamen trajecisti: præsidium veritatis validissimum & fortissimum, quod tu non modò de loco dimoveris: verumtamen potest quàm longissimè te propellere. quo in hac pugna non utimur, viribus enim ista sufficere putamus. Dicit igitur Canonistas (hoc nomen quamvis propemodum vulgare sit, Græcum tamen est ἀπο τοῦ κανονίζειν, ut baptista, exorcista, sophista, & id genus alia) confixisse, laicos rerum sacrarum, quas spirituales appellamus, non esse capaces: ignoramus an omnes complectatur. Joannes quidem Andreas, quem dicit Pontificias constitutiones appellare domestica testimonia, quique à Baldo in concilio 121. libri primi, fons juris dicitur, his, quos supra nominavimus, omnino consentit, ad caput tertium de judiciis. & 25. de jure patronatus. & 28. de electione in Gregoriano. Tritemhemius hunc floruisse scribit anno 1348. Nec secus qui eum ætate præcessit Compostellanus ad caput primum. & 28. de electione. & Hostiensis (quem plurimum laudat Baldus in consilio 383. primi libri) ad caput 34. de præbendis. & 25. & postremum de jure patronatus. Archidiaconus. ad 3. caput. 28. quæstione secunda. Et qui omnium antiquissimus Abbas, cognomine antiquus, ad caput 43. de electione. prætermittimus Innocentium, qui fuit Pontifex Romanus in variis locis, isti Baldo ætate superiores sunt, quem novorum Canonistarum nomine non comprehendit Molinæus, omnes in omnibus illis rebus ejusdem sunt sententiæ. hac tamen in re dissentiunt à nonnullis recentioribus, qui, si in privilegio vel more sit positum, ut futura electio Principi nuntietur vel patrono, electionem valere arbitrantur: quamvis prius electum sit quàm nudatum, ex capite 28. de electione. Veteres verò esset prorsus irritam & infectam censuerunt. ac uno consensu omnes scribunt Principum vel patronorum electionem non esse. eis quidem licere adesse in comitiis una cum eligentibus, si is sit mos vel primi legum: sed ferre suffragium non licere. ob eam ipsam causam, quòd rebus sacris laici non sunt idonei. Hoc pronunciatum & axioma nunc Molinæus effictum esse & commentitium dicit certè, sed non docet. Quare nec nobis necesse est quicquam de ea re disserere. defensoris enim partes nostræ sunt. & demonstrare possemus à veteri Ecclesia istud esse traditum. Sanctè augusteque servatum etiam ab hæreticis Imperatoribus & populis. Sed hoc brevibus exponi non potest. Molinæus tamen ita, ait, Hoc potissimo ariete seditiosus « ille Thomas Cantuariensis contra regiam majestatem « Henrici II. Angliæ Regis, domini sui, à quo Can- « cellariatus, deinde Archiepiscopatus honore decora- « tus fuerat insurgens, regalia illius Regis quatere ni- « sus est. Si eo tibi seditiosus videtur, quod illud axio- « ma defenderet: seditiosa profecto fuisset omnis Christianorum ætas, omnes ordines civilium & Ecclesiasticorum magistratuum, ne dicam, quorum audisti sententias: & virorum omnium doctrina, gravitate, authoritate præstantissimorum cœtus dignissimus: in Gallia omnes seditiosi, cunctæ nationes & populi seditiosi, & nos maxime qui hoc defendimus, tu solus non seditiosus & pauci tecum. Et illi ipsi qui scribunt ea quæ Regalia dicuntur, hanc sententiam non labefactant: sed æquissimo animo ferunt: libentissimè concedunt: firmissima asseverant: acerrimè tuentur. Lege illorum libros: at legisti satis, non dubito. memoria igitur repete, nullum audies infringere axioma illud: nec enim ad defendenda necesse est illud evertere: nec hoc stante, illa cadere oportet. Regalia enim vetustissima consuetudine. privilegio institutoque majorum, ut diximus, defenduntur. Nam cùm rerum sacrarum, vel spiritualium, vel (ut Latinè dicendum videtur)

Source : BIU Cujas

divinarum, multa sint genera: atque alia aliis digniora sint, quod paulo post exponemus: ut justo, bono, sancto: justius, melius, sanctius est: ita in sacris res habet, ut quædam magis vel minus sacra sint, quædam magis divina. est enim id quod Græci τὸ πιὸν appellant: idcirco rationem deceſſionis & incrementi habere ſolet. Itaque, ut quædam maximè ſacra ſunt & divina: ita omnium minimè quæ hujuſmodi ſunt, proximè accedunt ad profanorum naturam: ab his verò remotiſſima ea quæ maximè ſunt ſacra. Sunt nonnulla etiam partim ſacra, partim profana, ut jus patronatus. Quocirca in his gradibus aliquid poteſt reperiri, quod à laicis & profanis non ſit alienum. nec idcirco axioma illud quod universè & generaliter dicitur, verum non eſt: nullam enim regulam, vel definitionem, ut ait Ulpianus de regulis juris. ſemper perpetuam reperias: manet tamen regula etiam ſi non perpetua: quinetiam exceptionem confirmare regulam ſolemus in jure dicere. Demonſtratum eſt nobis jamdudum Chriſtiani populi vetus hoc diſcrimen eſſe jam uſque ab Apoſtolicis dudum temporibus: idque omnium Chriſtianorum firmatum & conſenſu, & uſu, eſſe laicos & clericos: ſolis clericis ſacra ſolùm curæ fuiſſe, ut laicis profana: accommodata tamen ex ſacrorum numero quædam laicis & profanis viris, quæ minus ſacra ſunt: cujuſmodi dationes ſacerdotiorum, eorum tantum quæ curiata non ſunt: quæ vulgò curata dicimus, & Græco vocabulo parœcias. Curiata enim divinis rebus magis continentur. idcirco nec ad Regalia pertinent, quod Molinæus & uſu, & authorum de Regalibus lectione non ignorat, neque Reges noſtri iſta dant. Quapropter Thomas Canthuarienſis, eam ſententiam defendens, quam arietem potiſſimum Molinæus appellat, non magis quàm ſcriptores Regaliorum omnes, evertebat Regalia: non magis concutiebat. At Molinæus modò ea longius producere volebat, cum electionem antiſtitum eis adjungere conatus eſt: ita tamen fruſtra, ut jam iſtam ob cauſam ſeditionis reus Canthuarienſis ei videri non debeat. Quid igitur habes, quo eum ſeditioſum appelles? Cauſa certè ejus Thomæ (ut ab his ætatis illius ſcriptoribus Guilhelmo Cantuarienſi, Herberto Hoſcano, Joanne Carnotenſi, Alano Tenkesbyrienſi teſtatum eſt) ita ſe habet. Thomas fuit primùm Cancellarius Regis Angliæ, cum quo, propter ſingularem prudentiam, doctrinam, & fidem, ſumma fuit in gratia. Deinde cum electus fuiſſet Archiepiſcopus Canthuarienſis, hunc honorem ſibi delatum, ſæpe rogatus, ſæpe repudiavit. Regis tandem commotus ſtudio, hortatu & authoritate, invitus munus ſuſcepit: regi enim dixiſſe ſcribunt, Pro ampliſſimis honoribus, quibus me ſemper ornaſti, pro meo denique erga tuam majeſtatem ſtudio ſingulari, intelligo ô Rex, me in eo ſuſcepto munere non poſſe tibi ſatisfacere ſine maximo totius ſacri ordinis detrimento, incolumitatiſque meæ ſempiterna jactura. neque conjicio, quomodo periculum poſſim facilè effugere, cùm quotidie magis ac magis novis & inuſitatis modis Eccleſias premi videam, quas meum eſſet tueri. Cùm enim Cantuarienſis Archiepiſcopus ſit totius Eccleſiæ Anglicæ moderator, rector, defenſor ac propugnator, atque ſedis Apoſtolicæ legatus, non poſſem fidem meam ſedi Apoſtolicæ, univerſoque ordini datam non ſequi. tibi certè quoque eam debeo: ſed non poteris conqueri, ſi conſenſu tuo & voluntate eam alteri obſtringens, pòſt meo fungi cogar officio. Quapropter per illam tuam humanitatem, per benevolum illum animum, per illa ſingularia ornamenta, quibus me decoratum ante cæteros omnes lucere voluiſti: rogo ne me à te diſjungi ullo modo patiaris. Auxit animum magis Regis, hæc tam ſyncera integraque voluntas, quæ in Regem eò videbatur propenſior, quò magis ejus cauſa dignitatem ſe negligere dicebat. Thomas igitur fuit conſtitutus Archiepiſcopus. Aliquanto poſt nonnulli perſuadent Regi in maleficiis clericos omnes civilis eſſe juriſdictionis, eo potiſſimum argumento, quòd in pleriſque canonibus ſcriptum ſit, delinquentem clericum tradi curiæ oportere, ut Fabianus ſanxit in capite 11. quæſtione prima. curiæ verò nomine ſecularem, vel civilem intelligebant non monaſterium, vel aliud corpus, cui eſſent obnoxii. Hæc ratio tametſi levis erat & futilis, magnos tamen excitavit tumultus. nec mirum quidem iſtud, cum captionibus quaſi laqueis, vulgus ſæpenumero irretitum videamus: & ſæpe eos qui docti etiam dici ſolent. Auxit hunc errorem Philippus Lidroſius Canonicus, qui ex magiſtratibus Regiis unum graviori injuria affecerat: & cum virgis ſolum cæſus ob eam cauſam eſſet, pœna remiſſior viſa eſt: quæ res regi nunciata Regem magis in clerum inflammavit, jus negligi dixit: impunitate nimia clerum ferociorem fieri. Quapropter ſacro ordini diem dixit: quo die in cœtu & conſeſſu omnium ordinum, proponitur Epiſcopis maleficiorum cauſas ad profanum judicium pertinere. Thomas, qui omnibus Epiſcopis præerat, communi omnium conſenſu, conſilio & nomine illud negat, & apertè explicat errorem. Poſtea Rex iurejurando clerum vult adigere ad quædam ſervanda, quæ conſuetudines Regias appellabat, eaſque dicebat in more eſſe inſtitutoque majorum non ſcripto poſitas. Conſultis omnibus Epiſcopis, Thomas reſpondet, ſe quidem ignorare inſtituta illa: juraturum tamen clerum cum adjectione hac, ſalvo ordine ſuo. Rex ſine ea & ſimpliciter apertéque jurandum, eſſe in illis verbis ſubeſſe & latere captiunculas. clara per ſe omnia eſſe oportere, non impedita argutiis. Thomas non æquum eſſe dicebat, magis Epiſcopos adſtrictos eſſe illis inſtitutis, quàm ejus ipſius Regis incolumitati, & honori humano: ad quem tuendum & ſervandum pro virili parte, ſacramento fidei & clientelæ, quod fidelitatis dici ſolet, ſe obligare conſueverunt, cum ea tamen exceptione. Diſceptatur interea: atque dum Henricus Rex jubet: & illi aut recuſant, aut tergiverſari videntur, ejus animus ira incenditur. Coguntur primùm minis Epiſcopi, & ad extremum Thomas, ad arbitrium Henrici jusjurandum dare. Quare inſtituta illa, quæ ſcripta nunquam fuerant, referuntur in tabulas. firmantur ſubſcriptionibus Epiſcoporum, obſignantur. In morem, qui ſcribebant, inducebant quodcunque per odium & invidiam, vel Thomæ, vel cleri collibuiſſet inſcio Henrico, qui in ætate erat quæ non ſatis conſilio apta eſſe ſolet: demandarat enim negotium & concitabatur, regebaturque ab hominibus improbis: qui ſuis commodis magis ſtudent, quàm regiis & reipublicæ. His inſtitutis, his tabulis prætexuntur in clerum impreſſiones, vectigalia, cenſus juriſdictio, denique quaſi ſervitutis antea inauditum genus. Thomas cùm iſta, niſi graviſſimè ferre non poſſet, ac Romam, ſemel atque iterum proficiſci tentaſſet, iter habere non potuit. Itaque pernicioſiſſima tantum inſtituta, quæque conciliorum decretis adverſarentur, abrogat, uſu interdicit omnibus. Henricus cùm hac re, tum etiam ab invidis, & inimicis Thomæ inflammatus, edicto Thomam vocat: ad diem cùm non veniſſet, ſed procuratorem miſiſſet, contumax pronunciatur, bona omnia fiſco addicuntur. Expoſtulat pòſt Thomas de præcipiti judicio: quod nec edictis legitimis vocatus, non evocatus, non privatus homo ſed qui ampliſſimo ſacerdotio ſit præditus, patriſque nomine non à popularibus ſolum, ſed à Regibus etiam ſalutari Canthuarienſis ſoleat deferri. ſaltem debere eum honorem ſedi & nomini, & Apoſtolico Legato, idemque jus ejus, quod cujuſque privati eſſe. Et cum de ſententia non dimovetur: ut remitteret interdictum neque pateretur valere conſuetudines illas: perjurii & perduellionis damnatur & in Galliam fugit. Henricus confeſtim

Source : BIU Cujas

literas scribit ad Ludovicum juniorem Francorum Regem, Thomam majestatis damnatum esse: exponunt Legati rem gestam. Tum Ludovicum Legatis respondisse scribunt illi authores, Sum ego quidem Rex Francorum, ut vester Anglorum est: sed tamen nunquam mihi & civilibus magistratibus meis, fas esse duxi, vel minimum quidem ex meis sacerdotem gradu, vel ordine movere: sed relinquo ecclesiasticis judicibus. adeò illos ministros revereor. majorum meorum, & totius antiquitatis summorum Imperatorum & clarissimorum, potentissimorumque virorum exemplum nunquam cupiditati meæ, nunquam improborum consiliis postponendum putavi: sed ut ista illi sic vivendo ad nos propagarunt, ita mihi ab eis relictum puto, ut non contraham ipse, non excidam quicquam, sed posteritatis studio producam & proveham longius. Multos post dies cum Thomas de via defessus (venerat enim pedes) & diuturna molestia & angustiis, quibus in Anglia circunseptus fuerat, pene confectus in fano divi Bertini ad se reficiendum subsideret, duos comites suos ad Ludovicum misit: Ludovicus hoc nuntio delectatus (erat enim in Gallia præsertim satis commendata singularis illius viri virtus, fides, sanctitas & religio) dixisse traditur, Regem vestrum antè oportuit quàm tanta acerbitate, quam mihi narrastis in fidelissimum, integerrimum & optimum virum uteretur, meminisse pervulgatæ illius sententiæ. Irascimini & nolite peccare. quod festivè ita nuntius intorsit. meminisset certè si id tam sæpe in aula sua audiisset, quam tu in tua Rex optime audire soles. Thomas ad Romanum Pontificem profectus apud eum causam dixit. exemplarque illorum institutorum dedit. Pontifex enim ab Henrici Legatis propemodum commotus in Thomam, videbatur esse non satis benevolo in eum animo. Ne putes, inquit Thomas, pater sanctissime, vel per arrogantiam & superbiam, publicam hanc ecclesiæ causam me defendere: vel perfidia, odioque in Regem meum, huc ad te veniisse: vel alicujus criminis in eum me conscium, ut eum mihi concilies, à te petere. nam mihi licet, & cum velim, redire in gratiam. & apud Anglos omnes cum summo esse imperio, ut nec majus mihi optandum sit: & ejus in me beneficia singularia amorem in eum meum devinctum tenent: perpetuaque mea erga eum fides: in pace & ocio, in bellis & maximis reipublicæ occupationibus, gratum animum testantur. Hæc una res est, quæ me à Rege meo disjungit, hæc una separat (ostendit autem exemplar illud) propter fidem & jusjurandum sacro ordini datum, quod dum servare volo, incurro in indignationem, in pericula, inopiam, calamitates, ærumnas, luctum, & mœrorem, in has denique lachrymas: ad te veni, ut solvar hac fide, ut solvar hoc jurejurando quo sum invitus adstrictus. tibi reddens, universo ordini reddo: tibi inquam, reddo Archiepiscopatum. feciissem jamdudum, sed faciens prodidissem causam, quæ tum exitum mea constantia habitura videbatur. Pontifex in consessu & conspectu omnium illa instituta recitari jussit. Atque non solum sacrosanctis conciliorum decretis visa sunt omnibus adversari, & ab omni æquitatis ratione discrepare. sed etiam acerbissimè objurgatus est Thomas à Pontifice, quòd, ut diximus, eis subscripsisset. Itaque Pontifex illis abrogatis, in Archiepiscopatu eum perpetuo esse voluit. & Thomas in Galliam se contulit. ubi eum Ludovicus Rex omni honore est prosecutus, egitque cum Henrico, ut una uterque conveniret: Henricus nihil aliud optare dixit, nisi ut ad se rediret in patriam: Thomas quoque optare nihil aliud quàm, ut illa instituta tollerentur: quibus sublatis divina, & humana pacata esse: nihil esse quod ei non optet augustissimum: hanc unam rem non solùm pro sua fide: sed etiam pro Regis incolumitate desiderare. Num, inquit, Henricus integritate & probitate præstas tot sanctis viris qui sacerdotio Canthuariensi præfuerunt? aut num ego tot Regibus Angliæ, quorum præstans fuit virtus, religio, anteferendus, qui tamen hæc instituta secuti sunt? Non sunt, inquit Thomas, avita illa (mi Rex) sed nuper nata, aut certè libera clero fuerunt: idque argumento esse, quòd ea nusquam scripta extabant, & nos omnes ignorabamus, ego quoque tibi semper dixi. Legati deinde Pontificis missi sedarunt omnia, estque septennio post discessum suum reversus in Angliam Thomas: prius tamen Rex Henricus qui in Gallia erat, se iniqua illa instituta antiquaturum promisit. Summa Regis fuit pòst erga eum voluntas & singularis amor: sed invidi & alii, quibus Thomas pro sceleribus, sacris interdixerat, concitato Rege in eum, obductam jam cicatricem refricarunt. Itaque Rex, qui natura ad iracundiam propensus erat, erumpit ad acerbiora in Thomam dicenda, quæ quatuor homines sicarii, qui tum aderant, pro inimicissimo ejus in Thomam animo interpretati sunt: clam conjurant de interficiendo Thoma: Regi gratissimam rem se facturos putant: trajiciunt mare (erat enim in Gallia Rex) Thomam vulnerant & conficiunt in æde sacra, ad aram, natali Christi die: ut intelligatur, non judicio, sed impetu effervescentis libidinis, quem in alium locum & diem retinere non potuerunt, à crudelissimis carnificibus, tetro atque immani belluarum genere, factum esse, an. 1171. ut scribit Robertus Abbas Montis Anglus. Hæc igitur nobis de Thoma tradita sunt ab illis scriptoribus. Ex quibus exploratum est, eum non oppugnasse Regalia, ut ait Molinæus: sed eam, quam non modo Pontifex tyrannidem appellavit, sed Rex etiam Ludovicus divinæ legi adversarias dictas esse testatus est, quod scribit ille Herbertus, cùm responderet legatis Henrici. qui gravius expostulabant cum eo, quòd Thomam regno suo non expelleret, Dicite, inquit, Regi vestro, cùm ipse avitas, quas vocat consuetudines: tametsi (ut fertur) legi divinæ non consentaneas, tam acriter defendat, quasi ad Regiam dignitatem pertinentes, nec patitur abrogari: longè minus ego jus illud libertatis, quod à majoribus meis una cum regiis ornamentis hæreditario jure accepi, pati debeo mihi aut adimi, aut minui. est autem id, ut viris fortissimis & optimis, ærumnosis, miseris & afflictis, præsertim per injuriam depulsis & exulantibus, Gallia non solum pateat, sed etiam sæpenumero sedibus restituat. Quod si placeat ad Regalia sacerdotiorum illam Thomæ disceptationem referre, nihil interest. sat nobis est, illa ipsa, quæ eò spectantia diximus, vera esse: neque ob eam causam Thomam seditiosum videri. Neque nos certe eo nomine, sed, ut boni omnes, virum bonum & sanctum appellabimus. Et si seditiosus iste fuit, quòd jus ecclesiæ tueretur, cur de cæde jurejurando solenni Rex se purgavit? (hæc enim non solum ab illis authoribus, sed in annalibus etiam scripta sunt) cur se graviter ejus mortem ferre juravit? cur se, & suos à nefario scelere expiari voluit, equitatu ducentorum Equitum ad sacrum bellum misso? quid est, quod non solum populus, sed Rex ipse divinos honores, & cultus tribuit? cur Rex cum à filio suo, quem consortem regni fecerat, penè profligatus & oppressus, hoc unum sibi existimavit auxilium superesse, si toto nudato corpore & nudis pedibus urbem ingressus, ad ædem usque sacram ita incedens ad ejus sepulchrum se abjiceret? ejus, quasi cælestis alicujus numinis, opem cum lachrymis in summo mœrore implorarat? Quod cùm fecisset, multa & atrocissima bella confecit: Thomæ, quasi divo, victoriæ laudes omnes tribuit: Reges nostri, cur ut in annalibus scriptum extat, hunc, si seditiosum judicabant, quòd illam causam defenderet, tanto honore vivum & mortuum prosecuti sunt, cum præsertim nunquam causam eorum egisset, sed ecclesiæ? Illa ætas conscia

Source : BIU Cujas

rerum ejus, non eum damnavit, ſed coluit: & tu Molinæe eum poſt quadringentos annos damnas? Neroni certè, vel Caligulæ relinquere debebas, ſi viverent, tale judicium: iſti enim in ſanctos viros, vivos tamen, non mortuos ſævi erant: Lex tertia de Barbario Philippo in titulo de officio Prætoris. hoc ſaltem tempore apud te ejus innocentiam tueri debuit: nimirum ut, etiamſi is de jure eccleſiæ error illius ſeculi fuiſſet, (qui nec eſt, nec fuit, nec erit unquam) in iſta tua tamen luce, qua falſa, quæ ille defenderet, cognoſceres: te gratias agere illi divino numini potius oportebat, quòd hanc tuam divinam ſcilicet mentem illuſtraſſet: miſereriique magis imbecillitatis & calamitatis hominum illius ætatis, qui in illis craſſis tenebris & ſempiterna nocte verſarentur: non ſeditioſum, vel majeſtatis reum dicere, & graviſſimam ſententiam perduellionis in eum aut pronunciare, aut probare. Te, inquam, virum eruditum qui non ignoras quomodo res geſtæ ſunt: non decebat mortuo convicium facere, quem omnis ætas laudavit: cui, ſi quid peccarat, ipſe ille Henricus cui peccarat, & poſteri veniæ & innocentiæ locum ſatis dederant. Nec ignoramus mortui memoriam damnari poſſe, lege Julia majeſtatis poſtrema. in codice Juſtiniani. & apud Gratianum 24. quæſtione ſecunda. capite poſtremo. Sed nos tam de jure quam teſtimoniis, tabulis, quibus factum & ſcelus poſt tot ſecula probetur, agimus: ut ignorata magis iſta omnia hoc tempore ſint, quàm quo ſanctus viſus eſt & habitus. Atque ut tibi & mihi aliquid jam deprecari videar, Utinam utrique noſtrum ita & antè vixiſſe contigiſſet: & deinceps ita vivere faxint ſuperi, ut ille ſcribitur ab iis qui eum norant. non eſſet profecto ille ſeditioſus: nec tu ſacrum ordinem oppugnares.

37. Poſtquam Molinæus demonſtrare conatus eſt, electiones antiſtitum, dationes ſacerdotiorum, juſque patronatus profanorum eſſe: axiomáque illud de rebus ſacris, quas ſpirituales vocamus ne capaces ſint laici, commentitium eſſe: atque ad hanc rem uti voluit præſidio Canoniſtarum: quos cum eo acerrimè pugnare vidimus. Nunc ad Theologos confugit, & eos hæc ſcribere, ait: multum falluntur Canoniſtæ temporalia & carnalia ſpiritualibus miſcentes, & præſertim cujuſdam dependentiæ vel annexionis confundentes: & ſecundum Joannem Gerſon in libro de vita & ſpirituali animæ. lectione ſecunda. corolla. tertio in fine. crebrò fallunt: & idem Gerſon eodem libro. lectio. tertia. col. ſecunda. expreſſim ait, quod ejuſmodi adinventio (quam Canoniſtæ commenti ſunt) annexæ ſpiritualitatis, turbationes plures quàm ſcribi poteſt, traduxit in eccleſiam. Primum Gerſon in illo ipſo tertio corol. quoſdam Canoniſtas falli, non de genere toto loquitur. & quidam certè Theologi, Jureconſulti, Mathematici, Medici, & Artifices falluntur: denique tam contigit homini falli, quàm falſum dicere, & mentiri, hoc autem ſæpiſſimè. eos etiam Canoniſtas falli ſcribit Gerſon. qui, quæ ſunt corporea, divina eſſe putant. quod verum eſſe omnes dixerimus: ſed quæ ſint, quæ talia putet, non explicat. Lectione vero tertia. rememoranda, inquit, eſt diſtinctio de eis, quæ ſpiritualia dicuntur: & quæ ſpiritualia propriè dicuntur: & quæ ſolum attributivè, quemadmodum ſunt beneficiorum eccleſiaſticorum reditus & ſimilia: certè carnalia ac temporalia ſunt: niſi quod ſpiritualibus ſubſerviunt, eique dicata ſunt: Ait igitur is Gerſon fructus, reditus & cenſus ſacerdotiorum ejuſmodi eſſe: ipſa vero ſacerdotia quid? an non aliud cenſus, aliud ſacerdotium? Id non negat Gerſon: probat certe magis. Nec Molinæum jureconſultum illis verbis Gerſonis capi oportuit. Paulus enim jureconſultus ſcribit in lege prima. de rerum diviſione. Fructus, qui ex fundo percipiuntur, & fundum ipſum, corporales res eſſe: ipſam vero hæreditatem & ipſum jus ſucceſſionis, uſumfructum, dominium, & obligationem, quibus illæ res corporales continentur, incorporalia eſſe. Itaque cenſus & fructus cum ſint corporales, tum etiam hæreditas & cætera jura incorporalia, non ſunt ſacerdotium, ſed ſacerdotii: ut fundus non eſt hæreditas: ſed hæreditatis. Quare nihil iſtud Gerſonis ad ſacerdotia vel deſignationes. Nec verò Gerſon eo ipſo in loco (ut ait Molinæus) inventa illa, quæ annexa ſpiritualibus appellat, Canoniſtis tribuit: neque ea improbat. aut certè ſcholaſticorum Theologorum, quorum ipſe in numero & primis ordinibus erat, præcepta aſpernabatur. eorum enim eadem omnino ſententia eſt: nec diſſentiunt hac in re à Canoniſtis. quod teſtatur Sylveſter Prieras. in titulo de ſymonia. Friburgenſis. titulo primo. Anthoninus (cujus authoritatem apud Molinæum ſæpiſſime audivimus plurimùm valere) titulo de Symonia. paragrapho primo. Angelus Clavaſius eodem titulo. Atque is ipſe Thomas Aquinas, quem citat Molinæus, cum in pleriſque locis, tum in quarta diſtinctione. 25. quæſtione tertia. Richardus à ſancto Victore. & Bielius. eo in loco, quem hic obſervat. Omnes, inquam, iſti cum Archidiacono ad caput 19 apud Gratianum 16. quæſtione ſeptima. & Panormitano ad caput 38. de Symonia in Gregoriano. eò redeunt, tametſi alii aliis verbis, ut eccleſiaſticarum rerum duo ſint genera: quædam enim res ſpirituales, quædam annexæ ſpiritualibus dicuntur. ſpirituales Aquinas in duas ſpecies partitur, & dividit: cæteri, in tres: verbis tamen differunt, non rebus. aut enim natura, aut cauſa, aut effectu ſpiritualia dicuntur: natura quidem, quæ per ſe ipſa hujuſmodi ſunt: ut res ipſæ divinæ, propter quas reliqua & ſunt, & dicuntur ſpitualia, ut Gratia, dona & beneficia divina, fœlicitas illa ſempiterna, & numen ipſum: cauſa quibus illa conſequimur, qualia ſunt ſacramenta, quæ à Chriſto hominibus tradita ſunt, quaſi auſpicia quædam, quibus alia parentur, ut Baptiſmus & impoſitio manuum, & id genus alia: effectu, cujuſmodi ſunt, quæ ex illis proficiſcuntur, functiones & munera: quæ etiam ab aliis accepta aliis traduntur, ut ſacerdotium & dignitas ordinis, ut ait gloſſa ad caput primum. prima quæſtione. apud Gratianum. Archidiaconus quarto loco ſigna illis adjungit, ut prodigia, miracula, vaticinia. Hæc diviſio accepta videtur ab Ariſtotele in Metaphyſicis. lib. 4. cujus ſcriptis Theologi in pleriſque utuntur, ut ſanum dicitur vel ipſa ſanitas, vel cauſa ejus, eamque conſervans: vel effectus: vel ſignum. ut venuſtas & pulchritudo. Aquinas brevius omnia illa ſpiritualia eſſe duobus modis tantum; uno, res ipſas per ſe, ut ſacramenta & divina beneficia: altero, munera & officia ſacra & functiones. Annexa verò ſpiritualibus appellat, alia quidem, quæ ſacramentorum cauſa parata ſunt, ut vaſa ſacra, delubra, fana, cœmeteria: aliaque officiis ſacris dedicata, ut decimæ, primitiæ & oblationes, & jus patronatus. Archidiaconus, iſta accidentia appellat: Panormitanus, dependentia: alii aliis nominibus. Patronatus jus longius abeſſe à ſpiritualibus volunt Canoniſtæ, quàm decimas: adeò ut decimas ſpiritualium nomine contineri dicant, non ſolum ſpiritualibus conjunctas eſſe: qua in re diſſidere videntur à Theologis, qui non ſpiritualia ſed his annexa tantùm appellant. ſed tamen in illo loco Thomas & reliqui in ea ſunt ſententia, ut laicos juris decimarum minimè capaces judicent: quare cùm de rebus ita inter hos & illos conveniat, nihil intereſt diſceptare (quod tamen Molinæus facit) ſpiritualésne ſint, cùm idem ipſum jus, quod in ſpiritualibus rebus ſtatuatur, nominum certè erit iſta controverſia. Quamquam nec vocabulis diſſentient: ſi decimas ipſas & fructus ſequi quidem, adjunctóſque eſſe, vel connexos tantùm ſpiritualibus

Source : BIU Cujas

dicamus (nec enim istud Canonistæ negabunt) jus verò ipsum decimarum & ab authore ipso Deo, qui eas instituit, & quem ad finem institutæ sint, spirituales esse: hæc etiam Thomas velle videri poterit, si legatur illo in loco. Officia vero sacra & sacerdotia, omnes Theologi in numero spiritualium reponunt, quod illa ipsa partitio spiritualium demonstrat. His autem sacris muneribus accedunt sæpe census & fundi: quæ, quandiu illis adjuncta sunt, naturam sortiuntur eorum quibus adjunguntur. quæ enim religiosis adhærent religiosa sunt, inquit Paulus jureconsultus in lege 45. de rei vindicatione. Quapropter Armacanus Theologus in quæstionibus Armenorum libro 10. capite 16. non aliter de bonis illis, quàm de spiritualibus statuendum censet: ut multo magis in decimis dicendum sit, quæ divina lege attributæ sint sacerdotio.

38. Tamen Molinæus ait, Unde decimæ, sicut & alij reditus, Ecclesiæ res carnales, & temporales, non autem spirituales, sed spiritualium ministerio deputatæ: Decimas quidem ipsas, id est, partem illam fructuum quæ percipitur, non spiritualem esse fatemur, sed jus ipsum decimarum spirituale esse jam diximus nec laicorum esse posse, tum quò Deo consecratæ sunt, tum quòd primum sibi ipse Deus, non homines consecrarunt, in Bibliis. Exodi 22. Levitici capite postremo. Deinde dedit sacerdotibus & Levitis, Numerorum 18. & Deuteronomio 18. Atque usque adeò ille rerum conditor voluit significare sacras esse, ut se ipse propter decimas, hæreditatem Levitarum & sacerdotum per metonymiam dixerit, Dominus, inquit, est hæreditas eorum. Ecquæ sunt igitur istæ decimæ? hæreditas sacri ordinis. Ecquæ est ista hæreditas? dominus. Ecquis iste dominus? Deus, cælestis ille spiritus, à quo hæc vita, hic alter spiritus etiam quem nos omnes ducimus, datur: qui quasi per hujus rerum universitatis arterias diffunditur. hic, inquam, spiritus, est illa hæreditas & jus decimarum. An igitur istud jus hæreditarium spirituale non erit? Cur negabis Molinæe, cùm ille ipse spiritus se ita appellarit? Num erga laicos se talem præbuit? se hæreditatem eorum esse dixit? tanto honore affecit? quæ sibi consecrarat, dedit? Quod ille dat, tu eripere vis? quorsum enim ista tua disputatio, an spirituale, an temporale? nisi ut omnia (ut sacerdotia jam voluisti) adimas? ex sacro profanum facias? discrimen inter clericos & laicos tollas? cur ordinem quem Princeps ille suis rebus & sumptu alit: hæredes non solum in altissimo illo regno facit, ut laicos: sed etiam in his terris, quæ ad victum cultúmque corporis pertinent, cumulatissimè & uberrimè suppeditat, tu spoliare rebus & fortunis tentas? non solum agitare his incursionibus scriptorum tuorum, hoc impetu armorum? cur id audes? num venit in mentem, quis hic sacer ordo sit, cur clerus dicatur delectus in hanc sortem illius numinis? Quid est quod non ex uno laicorum fundo hæc decimarum tributa vel vectigalia capiat: sed ex omnibus, ex fœtu, ex lana, ex arbore? Quid quæso magis Imperatoriam aut Regiam dignitatem & majestatem præ se ferat? jurisperiti in lege sexta. de præscriptione 30. annorum. pro testimonio esse universalis & dominij & imperij aiunt: hoc tamen jus non hodie vel nudiustertius natum, sed antè innumerabilibus penè seculis, hac argutia verborum temporalis, spiritualis, tu labefactare studes. Eas Christus non omittendas dixit in Evangelio Lucæ 11. Hoc enim tributum & vectigal Dei non sustulit, cùm quod esset Cæsaris, non improbaverit. Marci 12. & Mathæi 22. & Apostolorum can. 4. & 5. domum Episcopi & presbyterorum primitiæ perferri jubebantur, qui eas distribuebant in singulos Diaconos, & reliquos clericos. Qui aræ servit de ea vivere debet, scribit Paulus ad Corinthios. epistola prima. capite 9. quid vocat aram? an lapides ipsos? an ara res sacra non est? an igitur decimæ & oblationes, quas aræ nomine significat, sacræ non erunt? Non sunt, inquit, spirituales, sed carnales & temporales. Quid refert sint ne carnales, an ligneæ, marmoreæ, aut ferreæ? Quid si perpetuæ non temporales? & nobis licere debet captare verba, ut Molinæo. Quid opus est illis verbis? dummodo intelligamus, sacras esse, juris divini, proprias clericorum: quibus summus ille Princeps suum istud vectigal, quod sibi pendi à laicis voluit, solis dedit. Disputet, quoad possit, spirituales non esse: lex tamen certa est, non minus deberi, non minus remotas esse à laicis, Canonistis quidem, ut significarent clericorum tantum esse: id causæ fuit cur ita nominarent. cum enim aliquid laicorum esse non posse, sed clericorum tantùm, docere volunt, spirituale solent dicere. quæque ars habet sua vocabula. Theologi verò, quoniam magis in Evangelicis versari solent (in quibus, in epistolis præsertim Pauli, hoc verbum est usitatissimum, non tamen ea significatione, sed angustiori, ut epistola prima ad Corinthios. capite secundo.) non spirituales appellarunt, sed annexas spiritualibus: ut demonstrent sejungi à clero non posse jus earum. latinè tamen loquentibus, sacræ dici videntur, vel divini juris. Nam ut ait Paulus jureconsultus in lege prima. de rerum divisione. summa rerum divisio est, ut aliæ divini juris sint, ut sacræ & religiosæ: aliæ humani, quæ aut privatæ sunt aut publicæ. atque hæ sunt, quas temporales nunc Molinæus, & vulgo dicimus. Et quod Canonistæ spirituale, & Theologi annexum spiritualibus, Hieronymus qui elegantius loquitur, divini juris appellat apud Gratianum 16. quæstione prima. capite postremo. Et cùm Molinæus ait, Non sunt spirituales, sed ministerio spiritualium deputatæ, jam sacras esse fatetur: dedicatio enim ritè facta distinguit res sacras à prophanis lege nona. de rerum divisione. quare si sacræ, divini juris sunt, igitur, non humani. & non potest dedicatio non ritè facta esse, quam Deus ipse fecerit. Quare postea, ut demonstret adimi posse, cùm putat se satis docuisse temporales esse, vel humani juris, frustra istud assumit, Omnia autem, inquit, temporalia ut non nisi jure humano ab ecclesiasticis possidentur (ut testatur Beatus Augustinus tractatu 6. in Jo. & habetur in c. quo jure. 8. distinct.) dissensu dominorum temporalium causis occurrentibus legitimis auferri possunt: ut ad verbum decidit Joannes Gerson in d. libro. lectio. tertia. & ferè trecentis annis ante eum Hugo de sancto Victore Theologus Parisiensis. in libro secundo, de sacramentis. Nos istud Molinæi ita vertemus. Decimæ verò sunt divini juris non humani aut temporales, ut explicatum est: non igitur illud Augustini vel Gersonis & Victoris ad decimas pertinet, quod de temporalibus tantum est. quod ita se habere intelligitur ex ipso illo capite Augustini: de villis enim & prædiis urbanis vel rusticis verba facit: non de decimis quæ undique percipiuntur. Quo Jure, inquit, defendis villas, divino an humano? respondeant, divinum jus in scripturis habemus: humanum jus in legibus. Quo jure ergo, ut cum Augustino dicamus, defenduntur decimæ? divino: quod in scripturis est, quas observavimus, non in legibus Regum vel Imperatorum, quos infinitis propè seculis illa sacrosancta lex Dei de decimis præcedit. hoc tributum Dei est, quod Lateranense concilium cap. 54. docet, & in Gregoriano capite 33. Reges ne igitur vel Imperatores eripient æterno illi Principi, cùm suo beneficio ipsi tributum suum habeant? cùm ministri ejus sint ut quæ Dei sint tueantur, quæ Dei sint diripient ne vel fient hostes? cùm duobus potissimum regatur humanum genus, religione, id est, divino jure: & politia, id est, jure humano. eorum, qui præsunt religioni, tributum istud est decimarum, quod Deus ipse, qui caput religionis est & causa, sibi constituit, & suis post dedit. nostrum verò & illis, & his persolvere est. his

quidem, quod domi consilio & jure nos contineant: foris hostes propellant: neque enim id possunt, nisi nos juvaremus, vel tributis vel alio modo. nec satis cumulatè referre gratiam possumus: illis vero, quòd Deum placatum efficiant, ut cohibeat & nos & hostes & Reges ipsos etiam, ne fiant tyranni, nec nos opprimant, vel opprimantur ipsi: qui denique officium mutuum Regum in suos, & suorum in Reges, quod est vinculum societatis, conservat. Nam cùm ob multas alias, tum hanc ob causam, tam Deum colere, & revereri debent, quàm nos ipsi. versantur enim in majori rerum discrimine, & hostium & quorundam suorum flagitiosorum hominum, quorum nefarios impetus supplicio comprimunt, frangúntque audaciam. ut exempla docent. Idcirco & satellitium domi, & exercitium foris habent. cur igitur non tam pertimescent adimere vectigal illud divinum, quàm nos? & tamen Molinæus ait voluntate eorum ista adimi. Originem harum rerum omnium investigare ita poterimus si istud requiramus, Quid eget rebus nostris ille universitatis opifex? condidit certè omnia, ut coleretur à nobis, non solùm vitæ integritate & sanctitate, ut nonnulli hæretici (quanquam hoc primum sit) aiunt: sed amplissimis honoribus & omnibus, quos humanum & divinum ingenium excogitare poterit: neque enim pro tantis immortalibus beneficiis, gratia non solùm referri: sed nec referenda cogitari potest. hic igitur cultus & pietas, hic honor, & gloria fundamentum totius opificij & hujus rerum universitatis. Si igitur prætermittatur id, cujus causa omnia condidit, quid putamus facturum, dum omnes vel in augenda re familiari vel publica versantur? quis illi honores tribuet? quis alios, ut tribuant commodissimè docebit, si desint ad vivendum necessaria? Itaque Deus in Hebræorum republica, in qua vera religio cognita fuit, quæ est etiam quasi umbraculum, simulachrum, & (ut Paulus ait) nubes & imago nostræ, Deus sibi primùm dicatas decimas sacerdotio impartitus est. quod sacerdotium cum maneat, tametsi alio ritu, illa ad victum necessaria non sunt abrogata: nec in arbitrio Principum sunt posita, ut auferant (ut vult Molinæus) cùm Dei sunt, non eorum: neque ab eis nacti sunt sacerdotes. sed perspiciamus num Augustinus aliter quàm dicimus de decimis sentiat, an verò quod scribit Molinæus. Decimæ, inquit, apud Gratianum
» 15. quæstione prima. tributa sunt egentium animarum,
» quod si decimam dederis, non solum abundantiam
» fructuum recipies: sed etiam sanitatem corporis &
» animæ consequeris: non igitur Deus præmium postu-
» lat, sed honorem Deus enim noster, qui dignatus est
» totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere,
» non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. sed si tar-
» dius dare peccatum est, majus & pejus est peccatum
» non dedisse; & paulò post. Hæc est justissima consuetu-
» do, ut si tu decimam non dederis, ad decimam revo-
» ceris. dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti.
» bene facere semper Deus paratus est, sed hominum
» malitia prohibetur. decimæ etenim ex debito requi-
» runtur, & qui eas dare noluerunt res alienas invadunt.
» Dei igitur istud esse censet, non hominum, nec in eo-
» rum voluntate positum. & 16. distinct. quæstione se-
» ptima. majores nostri ideo copiis omnibus abunda-
» bant, quia decimas Deo dabant, & Cæsari censum
» reddebant: nolumus partiri cum Deo decimas: mo-
dò autem tollitur totum. A concilio Gangrensi, quod paulo post Nicænum convenit capite septimo fertur anathema, in eum, qui Episcopi primitias vel oblationes sibi vindicaverit. Hieronymus, qui etiam in ortu penè Ecclesiæ vixit, apud Gratianum 16. quæstione secunda. capite postremo. testatur omnium patrum decretis, non solum non posse adimi: sed neque eatum capaces esse laicos. Quod autem, inquit,
» beatitudo tua quæsivit, utrum usus decimarum &
» oblationum secularibus provenire possit, novit tua sanctitas omnino non licere, protestantibus hoc di- «
vinis authoritatibus paternorum canonum. Quod «
etiam ex Gerson & Victore scribit, ad decimas non pertinet. Fuit Gerson Cancellarius Parisiorum. minimè certè Pontificum assentator. Theologorum nullum legisse memini, qui liberius in Pontifices loquatur: in eo loco quem notat Molinæus, quadripartitam Pontificis potestatem esse scribit. Hæc ejus sunt verba, quæ hic recitare cogimur, quoniam Molinæus sæpe ejus authoritatem ad causam suam adhibet: cum tamen eum acerbissimè repellat. Primùm «
inquit habet Papa dominium superioritatis à Chri- «
sto, supra totam Ecclesiam, cum plenitudine pote- «
statis, in eis quæ spirituale regimen Ecclesiæ propriè «
dictum respiciunt, ut jus convocandi concilia: jus «
determinandi cum concilio quæstiones fidei, per mo- «
dum articulorum omnes generaliter obligantium: «
correctio Prælatorum inferiorum. & eorum, si de- «
meruerint, totalis destitutio: & similia, quæ univer- «
salem Ecclesiæ statum tangunt vel finalem supremám- «
que determinationem respiciunt. Et textus Evang. «
& conciliorum generalium determinatio & Ecclesiæ «
universalis consensus tantus & assertio, imo ratio «
naturalis pro hac superioritate tam aptè faciunt, ut «
contra eum, qui se pro catholico gerit, negantem «
hoc magis sit destitutione, quàm disputatione cer- «
tandum. hujusmodi sunt, qui dicunt quemlibet in sua «
diœcesi esse Papam supremum: aut quod plures esse «
Papas licet vel expedit: aut quod non oportet quæ- «
rere Papam unum pro Ecclesia & similes. hæc po- «
testas tam immediate à Deo collata est: ut tota Ec- «
clesia illam destruere: nec noviter si tolleretur ædi- «
ficare valeret. Ea tamen concessa, potest ad ipsam «
quis assumi secundum leges positivo jure canonico «
latas, per electionem hanc vel illam, sic vel sic ce- «
lebratam. Habet secundo potestatem canonicam su- «
per res Ecclesiæ: quæ dicuntur impropriè spiritua- «
les: quemadmodum sunt collationes quædam benefi- «
ciorum & jurisdictionum quasi temporalium, atque «
proventuum. Habet tertio potestatem ex consensu «
tam Principum, præsertim Imperatorum, quàm alio- «
rum subditorum in quadam temporalium appropria- «
tione, quam constat jure divino nequaquam ei con- «
venire: quoniam & si diceretur dominus esse omnium «
in temporalibus: non tamen omnimodam dominatio- «
nem civilem haberet in eis: quin aliquis modus pos- «
sidendi eidem posset convenire, sicut de facto Con- «
stantinus aliquo modo contulit Imperium Romanum: «
quomodo Papæ antea nequaquam debebatur. Habet «
quarto potestatem qualem jure naturali superior ha- «
bet ad subditos. His potestatibus correspondent sibi «
mutuo servitutes, ad quas obligatur ex ipsarum as- «
sumpta qualibet potestatum. Neque enim est domi- «
natio, in quocunque præter Deum, absque propor- «
tionabili obligatione servitutis. Propterea sicut Papa «
est superior omnium: ita omnium servus, non ficta «
humilitate. sed metaphysica & morali atque Theolo- «
gica veritate nominatur: ut si glorietur, in domino «
glorietur, & non de potestate tumeat, sed timeat «
de annexa servitute. Cæterum de potestate secunda «
& tertia Papæ, dicimus eam per easdem causas posse «
destitui, per quas exorta est: ut puta secunda, per «
concilia generalia: tertia, per dissensum dominorum «
temporalium, causis occurrentibus legitimis pro uti- «
litate manifesta. Hæc Gerson. Istud postremum Mo- «
linæus accommodat ad causam decimarum: quod ta-
men ad ea tantum, quæ ex munificentia Principum obveniunt pertinere, ex superioribus verbis ejus perspicuum est. Decimas autem à Principibus profectas non esse, satis est explicatum. de quibus Gerson multo angustius, quàm Aquinas. spiritualem enim causam earum esse ait in sermone contra Bullam mendicantium. y. Sed ea ipsa postrema verba Gersonis non sunt tacita «
prætereunda, tum etiam ad Molinæum istud respicit. «

Nam

Source : BIU Cujas

» Nam quod dicit Gerſon per diſſenſum dominorum
» temporalium cauſis occurrentibus legitimis pro utili-
» tate manifeſta res adimi poſſe Eccleſiæ, magnas certè
rerum perturbationes afferre poſſet. Quis enim non
prætexet cauſis legitimis & ſibi perſpicuis iſta omnia
& ſacrilegium : ut Federici Imperatores & alij per-
multi ſolebant : cum quibus Reges noſtri bella geſſe-
runt. Si dixiſſet ex cauſis legitimis alienari poſſe, vi-
deri potuiſſet aliquo caſu id jure fieri : ut in ſummo
rerum diſcrimine ad propulſandum Barbarorum im-
petum : vel ob æs alienum, quod in rem Eccleſiæ ver-
ſum eſſet. quibus de rebus multa traduntur apud Gra-
tianum 12. diſt. quæſtione ſecunda. Id autem non ſo-
lum pertinet ad Eccleſiam Romanam, de qua Gerſon
tantum : ſed multò magis etiam ad omnes omnino
ubique terrarum. quare leviter iſta attingenda non
ſunt : & quanquam hæc res copioſius, ut dicatur, po-
ſtulat, quàm poſſimus eam hac tam varia rerum con-
futatione complecti : breviter tamen quædam dice-
mus. Hoc totum duabus quæſtionibus abſolvitur. Pri-
ma fuerit, an donata, aut relicta teſtamento, vel alio
contractu quæſita, Eccleſiæ fiant : quæratúrque ei &
dominium & poſſeſſio. Altera eò ſpectat, num revocari
poſſit à donantibus & contrahentibus aut hæredibus
eorum : vel, quod à privatis ad Eccleſias pervenit, illi
ipſi, quos Gerſon vocat dominos, in rem ſuam ver-
tere poſſint. Primum quidem quod quærimus, ut fiat
res Eccleſiæ, in controverſiam venit nullam : ſed eſt
comprobatum conciliis Imp. & authoritate ſanctiſſi-
morum virorum & Theologorum, ejus denique ipſius
Gerſonis in libro de poteſtate eccleſiaſtica conſider.
12. niſi uno Molinæi judicio, ut pòſt ſuo loco explica-
bitur. An vero repeti, revocari vel adimi poſſint do-
nata vel quæſita, is Gerſon in eo ipſo libro ita ſcribit.
» Unde dicimus eccleſiaſticos & capaces eſſe bonorum
» temporalium : & multa eis ex debito : non ex elee-
» moſyna pura competere & non debere eos coercere
» vel ſpoliari per ſecularem poteſtatem, niſi vocati ſint
» in ſui juris ſubſidium, quod dicitur propter hæreti-
» cos & rebelles. In illo tamen alio loco, hoc diſſenſus
nomine quaſi involucro quodam neſcio quomodo, vi-
detur nos involvere. Nam ut cum Molinæo ipſam il-
lam ejus fuiſſe ſententiam, affirmem, in animum non
induco meum : videretur enim mihi ſibi ipſe Gerſon
non conſentire : ſed jam apertè ingenuéque fateri ma-
lim, me aliquo acuto egere magiſtro, qui mihi illud
explicet. Nam ſi fiat res accipientis Eccleſiæ : ſi domi-
nium & poſſeſſionem, ſuum denique omne jus do-
nans vel contrahens amittat : quid opus eſt illo diſſen-
ſu, etiam ſi ex cauſis legitimis rem Eccleſia amittere
poſſit ? quorſum hic diſſenſus ? precaria certè erit
poſſeſſio, non res Eccleſiæ, ſi voluntate mutata, ex
quibuſcunque ſit cauſis, hic donans vel contrahens
revocat. Itaque aut rem Eccleſiæ neceſſe eſt, neque
factam eſſe, neque amiſſum jus à donante : aut ab eo
repeti non poſſe, neque voluntatis ejus ullam ratio-
nem habendam. Illud autem ut jus omne contrahentis
ſit Eccleſiæ, confirmatum eſt ſententia cum omnium,
tum ejus ipſius Gerſonis. contrarius igitur conſenſus
donantis nihil effecerit. ut adimi poſſit, vel revocari.
Ex juſtis quidem quibuſdam cauſis, nemo negarit, Ec-
cleſiam rei dominio & poſſeſſione carere poſſe : ſed
tum etiam nihil intererit, diſſentiat ne, an conſentiat
is, qui donavit, Huc pertinent, quæ paulò antè de
jure patronatus diximus. At fortaſſe de donatione per
ingratitudinem revocanda hunc locum Gerſon intel-
lectum vult. cauſas ergo ingrati animi ſubeſſe oportet,
quæ Eccleſiæ vix accommodari poterunt. Deinde deli-
ctum perſonæ Eccleſiæ non oberit. Noſtra quidem ni-
hil refert in explanando Gerſone multum operæ po-
nere. ſat nobis fuerit, ſi ſit perſuaſum, non in con-
trario illo conſenſu, quem diſſenſum appellat, ſed in
jure ipſo, id totum eſſe poſitum. Multæ enim mutatæ
voluntatis & conſenſus contrarij, ſpecie fucatæ cau-

ſæ & rationes nunquam me hercule deeſſent : ut nec
multis Imperatoribus olim defuerunt. quorum cupi-
ditati repugnarunt plerique Chriſtiani Principes. nec
tamen illi eò invadebant in res quaſdam Eccleſiæ,
quòd ex eorum arbitrio ita jus Eccleſiæ pendere puta-
rent : ſed quòd vel imperij eſſe, vel privatas injurias ſe
ulciſci, ac perſequi dicerent. neque ſanè ea fuit Ger-
ſonis mens, ut alius locus indicat. Molinæus tamen
diligens & lector & ſcriptor, illud verbum diſſenſus
non ſinit excidere. nos certè ita mordicus authorum
tenenda verba non ſtatuerimus, ſed ſententiam. Sed
cur Molinæus juriſconſultus, cujus ſit magis ea quæ-
ſtio, id rationibus non confirmavit propriis, quod ob-
ſervavit in Gerſone, qui tamen etiam nec rationem
affert ullam ? cur ejus tantum teſtimonio utitur ? Scit
certò ipſe vir juriſperitiſſimus, nihil tam ab omni ju-
ris æquitatiſque ratione remotum, quàm conſenſu
unius ex contrahentibus à contractu vel donatione fa-
cta diſcedere : vel relicta teſtamento, codicillis, vel
aliquo ſupremo judicio hæredes vel non præſtare : vel
præſtita repetere & revocare. corruit enim totum ip-
ſum jus civile : omne ſocietatis humanæ jus : jus com-
mercij : jus gentium repugnat, unde nati contractus :
fides data violatur : levitas, inconſtantia, temeritas
alitur, quibus rebus tandem diſſolvitur conſociatio ho-
minum ipſorum inter ſe. eam ob cauſam axioma illud
credimus noluiſſe argumentis neſcio quibus veſtire,
vel ornare oratione. Sciebat præterea ei laudi non da-
tum iri, ſi in præſtantibus viris iſta laudaret quæ ma-
gnopere in viliſſimo etiam mancipio reprehendi ſo-
lent, ut jure donata vel vendita repetant : generoſis
& illuſtribus viris, ſordes hujuſmodi indigniſſimas ju-
dicari, à quibus etiam cætarij ipſi, lanij, fartores &
unguentarij abhorreant. nihil liberalitate in magno
excelſo & principe viro dignius : ſummos Imperatores
& Reges & potentiſſimos viros non ſolere beneficen-
tiam aliorum impedire, ſed augere potius. nemo enim
Eccleſiis largiretur. ſi ipſi ab aliis donata Eccleſiis au-
ferant. Multa exempla quis afferre poſſit, quibus in
ſummis reip. periculis privatorum opes principibus
ſuis defuerunt : Eccleſiæ verò non poſſunt deeſſe. Leo-
nardus Chienſis (ne antiquiora quæramus) narrat Con-
ſtantinopolitanos in graviſſima Turcæ obſidione, de-
foſſis theſauris & frumento inopiam ſimulaſſe : atque
adminiculo tantum rerum Eccleſiæ, ſacríque ærarij
Imperatorum Barbarorum impetum ſuſtinuiſſe, uſque
eo dum in ſumma rerum egeſtate urbs capta eſt. Is
Chienſis qui tum aderat exclamat his verbis, O miſe- «
ri Græci qui inopiam fingebatis, ecce jam in lucem «
venerunt theſauri veſtri, quos pro urbis ſubſidio dene- «
gaſtis. Turci ſecuribus ſcrinia ſcindunt : fundos fodiunt «
pro theſauris, qui tanti reperiuntur, & novi & vete- «
res, ut nulla ſit urbs, quæ tantis affluat : & omnes ab- «
ſconditi in manus Turcorum venerunt. Res Eccleſiæ «
ſunt certè ſacra anchora : ſunt ægrotæ & deſperatæ
reip. profugium, portus atque remedium continent,
& excipiunt extremum ejus ſpiritum. Principum inte-
reſt & totius reipublicæ ſanctiſſimè aſſervari & augeri.
Nam non ſolum divini cultus gratia iſta ſunt repoſita :
ſed etiam ſalutis principis & publicæ cauſa. iſta latere
non poſſunt, res privatorum poſſunt : iſta citra tumul-
tum & ſeditionem in acerbiſſimo reipublicæ tempore
capiuntur, ſive famis, ſive belli : privatorum vix un-
quam. nam majus ſemper eſſe ſolet rei familiaris ſtu-
dium quàm Principis, vel publicæ. Hæc igitur, ut Deo
dicata ſunt, certiſſimúſque Dei, Principis & reipubli-
cæ theſaurus, (qui tamen in oculis omnium verſetur)
ita extrema eſſe debent, nec prius attingenda, quàm
cùm ſolum hoc divinum humanis ſupereſt auxilium.
Quis volet dare ſi quod datum ſit, facile ademptum,
vel compilatum iri putet ? quare cum hæc auferuntur
non ſolum ſacerdotibus Dei miniſtris obſunt, ſed Regi
etiam & Reipublicæ : idcirco & ſacrilegij graviſſima
pœna ſtatuitur. etiam ab Ethnicis & quamquam ad ea

Source : BIU Cujas

quæ temporalia Ecclesiæ dicimus, non pertineat: accedit tamen proxime propter eam publicam utilitatem, & cultus divini rationem. & egentium opem. Cur igitur citra summum illud reip. periculum res istæ, quæ jure factæ sint Ecclesiæ eripientur? an non valere debet jus in sacro ordine, ut in privatis hominibus? At jam eò ventum est ut nihil nonnulli sacrum (sustulerunt enim in provinciis suis) nihil Ecclesiæ esse censeant. sacrum quidem: quod metuere se idolatriam dicant. Interea tamen non metuunt iidem ipsi agyrolatriam. cur non licebit statuas & simulachra Christo, qui verè homo fuit non solum Deus, & sanctis viris in foro, in æde sacra privatim & publicè statuere, ut Imperatoribus etiam Ethnicis & aliis hominibus? ante Christum Deus sine falsi crimine, cum numen tantum esset effingi, vel pingi non potest: nunc vero quid impedit? Quare quicquid ex Bibliis nobis afferre possunt, nihil ad idolatriam in Christiana republica. at aiunt, capitur agreste & imperitum vulgus dum Deum statuam esse putant. Quoniam in mente cujusque id positum est, non alterius opinione: nunquam adeo durum & sylvestrem hominem non modo agrestem, nunquam adeò amentem Christianum ullum reperient, qui Christum lapideum putet: quem scit mortuum & excitatum & vivere: cujus domicilium non ignorat cœlum esse: aut certè Christianus non est quisquis ita putabit, & nullo omnino imbutus Christianismi symbolo (cum etiam mente captus Turca in suo Alcorano azoara quarto non negaverit.) Vim quidem certe aliquam divinam ineſse in lapide arbitrabitur à superis tamen profectam. Idem ipsum in divorum simulachris à Deo primum cui divos conjunctos existimabit. At isti boni homines rebus suis consulunt: idolatriæ prætexunt, agyrolatriam. si lapideas statuas vel marmoreas pati nolunt, cur argenteas aut aureas non ferunt? ut in summa rerum inopia sibi aliquando usui sint? at malunt præsentem pecuniam. Hoc ingenio superant majores suos. hæc est idolatria. Fortasse egebunt illis statuis: & prudentiores majores suos dicent. nam reliquos qui non sui compendij causa, sed levitate animi pugnant cum simulachris, quique Iconoclastæ dicuntur, jure quis magis sciamachos appellarit: Quid, aiunt, ornatus ille in æde sacra? Sed quid in ædibus tuis? Quid in arca tua? an ornamenta pudica & honesta dedecent ædem Dei? eo enim nomine in Evangelio Christus eam appellat. Satius, inquies, foret si egententissimis erogaretur. Ne dicas satius sed utrúmque persuade. nam & huic rei & illi à priscis patribus prospectum & consultum est. ut tu jure non possis conqueri. quadrans enim fructuum & totius emolumenti rerum Ecclesiæ est legitima pars miseris & pauperibus decreta. non solum in conciliis, sed à Pontificibus Romanis. hæc debetur ab Episcopis quasi à parentibus liberis. Quatuor, inquit Gelasius 12. dist. quæstione secunda. Gratiani tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones, una est Pontificis: altera clericorum: tertia pauperum: quarta fabricæ. Et Gregorius Magnus Augustino Canthuarienſi Archiepiscopo id quoque eo in loco scribit, Mos est, inquit, Apostolicæ sedis, ordinato Episcopo præcepta tradere ut de omni stipendio, quod accidit quatuor debeant fieri portiones: una videlicet Episcopo & familiæ ejus propter hospitalitatem atque susceptionem: alia clero: tertia verò pauperibus: quarta Ecclesiis reparandis. concilium Toletanum in ea ipsa quæstione hoc institutum, præceptúmque ab Apostolis fuisse testatur. & per presbyteros & diaconos distribuebant Episcopi, ut exploratum est ex canone Apostolorum 41. & apud Grat. 12. dist. quæst. 1. In harum rerum inopia illa sacra juvant. Aurum (inquit Ambros. 12. dist. quæst. 2. qui etiam confirmat omnia quæ diximus) habet Ecclesia, non ut servet: sed ut eroget & subveniat in necessitatibus. & post pauca, nonne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt: quàm si sacrilegus contaminat & asportat hostis? nonne dicturus est dominus, cur passus es tot inopes fame mori? certè habebas aurum unde alimoniam ministrasses. & paulò post quid dices? Timui ne templo Dei ornatus deesset. respondet, Aurum sacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. ornatus sacrorum, redemptio captivorum est. nemo potest dicere, cur pauper vivit: nemo potest queri quòd captivi redempti sint. nemo potest accusare, quia templum est ædificatum. nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. nemo potest dolere quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ, etiam initiata, confringere, conflare, vendere licet: opus est, ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, nec in usus nefarios, sacri calicis ministerium transferatur: ideo intra Ecclesiam primùm quæsita sunt vasa, quæ initiata non essent: deinde comminuta: postremò conflata per minutas erogationes, dispensata egentibus: captivorum quoque pretiis profecerunt. Famis igitur captivorum & fabricæ causa sacrorum alienationem permitti ait Ambrosius. Et Imperatorum sanctionibus secus ne fiat, cautum est: ut lege 16. de sacrosanctis Ecclesiis. authentica quæ sequitur eam legem. ob æs alienum Ecclesiæ id quoque licere docet, in vasis tantum non necessariis. Egentibus ergo & sacris, à veteribus eximia pietate, charitate, & bonitate pariter consultum est. Ita tamen ut sacra ipsa inopum quoque causa parata sint, non solum res Ecclesiæ. Quinetiam decimas esse tributa egentium animarum, paulò antè nobis dixit Augustinus: oblationes quoque & relicta testamento. Qui oblationes, inquit, consilium Carthaginense quartum. capite 95. & apud Gratianum 13. distinct. quæstione 2. defunctorum aut negant Ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicantur: ut concilium Vasense primum. capite quarto. & in eo loco Gratiani, qui oblationes, inquit, defunctorum retinent & Ecclesiis tradere remorantur, ut infideles ab Ecclesia sunt abjiciendi. quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinæ exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales quasi egentium necatores, neque credentes judicium esse Dei habendi sunt. amico quippiam rapere furtum est: Ecclesiam verò fraudare, sacrilegium. hæc concilium, quod convenit circiter annum 350. ut ex Magno Aurelio consulum ratio docet. inopum ergo causa sunt. Quare tametsi principio Episcopi præerant Ecclesiæ & summam rerum administrarent, ut jamdudum est probatum: tamen Episcoporum nomen potius quàm præsidum & præfectorum, vel aliud illustrius secuti sunt. Episcopus enim quamquam inspector sit Latino vocabulo: tamen hi apud Ethnicos Episcopi dicebantur, qui præfecti erant pani & rebus venalibus quæ ad quotidianum victum pertinebant. erátque munus personale, ut Archadius Ethnicus jureconsultus in lege postrema. de muneribus docet. Munus autem personale illud esse definit, quod functione animi & corporis exequimur sine aliquo nostro incommodo, ut tutela & cura. Et Valentinianus & Valens Imperatores Christiani, anno 27. post Constantinum Magnum, qui primus Christianus Imperator fuit (Philippum, qui centum ferme annis eum præcessit, & anno imperij sui septimo defunctus est semper excipio) ita scribunt in lege prima. de Episcopali audientia. Negociatores, qui ad domum nostram pertinent: ne commodum mercandi videantur excedere, Christiani quibus verus cultus est juvare pauperes & positos in necessitate, provideant Episcopi. Paganismus nondum extinctus

erat, & id antea curabant Episcopi Ethnici. Quamquam nuper nonnulli nomen Episcopi ad legem illam adscriptum esse dicant: sed titulus & sententia iis repugnare videntur, & vetustissima exemplaria multa non aliter habere leginus. Et ex concilio Valentino in Gregoriano de emptione & venditione, ita scriptum
» est, Placuit, ut presbyteri plebes suas admoneant, ut
» & ipsi hospitales sint & non carius vendant transeuntibus, quàm mercatu vendere possunt. alioqui ad pres-
» byterum transeuntes hoc referant, ut illius jussu cum
» humanitate sibi vendant. Presbyter hic Episcopus dicitur, quod etiam Bernardus explicat. Et non solum id erat curæ Episcopis, sed ex Ecclesiæ etiam bonis sua nimirum parte, ut ex Gregorio Magno intelleximus, hospitales erant in egentes, peregrinos & advenas. Et Joannes Evangelista epistola tertia, execratur Diotrephem quendam, quòd illud negligeret. Concilium Carthaginense quartum cap. 30. excipi convivio solitos declarat: quod convivium hospitalitas & humanitas, Agape pauperum dicitur in concilio Laodicensi: & apud Gratianum distinctione 42. ἡ ἀγαπὴ charitas dicitur, καὶ τὸ ἀγαπᾶν diligere. Episcopi à suis Diaconis certiores fiebant de suorum & advenarum inopia, morbo & graviori aliquo casu. Hócque munus præcipuum erat Diaconorum, ut ex epistola Clementis jamdudum intelleximus, per eos & presbyteros subministrabant necessaria, quod ex canone Apostolorum paulò ante accepimus. nunciabatúrque plebi, ut viseret, vel subveniret iis, qui gravissimè ægrotarent. Quod instituto hujus nobilissimæ urbis Parisiorum, non omnino dissimile videtur. In æde enim sacra & frequenti cœtu, sæpenumero curiones morbo laborantis, de quo rogati fuerint valetudinem, incolumitatem & salutem commendant, non tamen nominatim ut precationibus omnium juvetur. Ex quibus omnibus compertum habemus, non solum res Ecclesiæ ad cultum divinum pertinere, & miserorum & inopum esse fortunas & subsidia: sed Episcopos etiam ipsos, in hac primum cura & studio levandæ egestatis suorum & advenarum. Quis igitur hæc divinis & afflictæ fortunæ hominibus, vel ægrotanti reipublicæ reposita eripienda censebit? Hac in sententia, neque deinceps Molinæum puto fore, neque Gersonem antea fuisse, neque Erasmum Chiliadis tertiæ centuria tertia capite primo. non solum quòd vereri se dicat tumultum: neque enim idonea per se illa ratio. etenim Principes planè sine tumultu hoc facerent, ut in nonnullis provinciis postea factum est: sed quòd illorum sunt, quorum esse diximus. At objiciet Molinæus vel alij, quorsum illa omnia? quorsum edisseris inopum causa parata? Quid attinet cùm nihil aut certè pauca appareant redire ad inopes? Equidem sic respondero. Sat mihi esse, si Molinæus & omnes fateamur pauperum esse. Quare cùm eorum sint, si minus eis datur, curandum, ut dentur, non auferantur: curandum est, inquam, ut quadrans ille, id est, quarta pars, lege Apostolica, pontificia comitiali, voluntate denique eorum, qui res Ecclesiæ donarunt eis quotannis persolvatur. Nam non plus juris antistites in sua, quàm egentes in hac habent. est enim tantum administrator hujus quadrantis, ad erogandum illis, non erogandum sibi. Neque corruptela pravæ consuetudinis jus cujusquam tollit: sed ipsa tollenda est. & ut Molinæus rectè sæpe suis scriptis, & forenses omnes in hoc amplissimo senatu dicere solent, abusus & vitij nulla præscriptio est, sed pœna gravior: Usucapiendum enim est, non abusu. consuetudo auget scelus non minuit: denique pœna sceleris est non præmium. Clerici habent sacerdotia, quæ partis eorum loco esse possint ex concilio Toletano apud Gratianum 12. distinctione. quæstione secunda. quadrans ad reficiendam ædem sacram constitutus nulla præscriptione summovetur cum in hoc, tum in gravissimo & ornatissimo Tholosatium Senatu, qui ut audimus sanctissimæ ei fabricæ parti consulit. Cur quartus hic quadrans afflictorum, quæ est quasi legitima pars liberorum in judicium non veniet? si qui sunt antistites, qui nolunt æs istud alienum dissolvere? nec certè magis illa lapidea quam animantia ista curanda: cum præsertim in summa annonæ caritate, vel reipublicæ procella & quasi extremo spiritu, non solum quæ reficiendi, vel ædificandi causa sunt destinata: verumetiam sacra ipsa vasa & omnia penitus intima domus Dei: &, quæ sunt extrinsecus, egentibus non gustanda: sed exsorbenda danda sunt. quinetiam demoliendum esset templum, si lapides panes essent vel aurum & argentum, ut illa egestate levarentur. Principes jam ante didicimus patronos esse, & vindices disciplinæ ecclesiasticæ, senatúmque in singulis provinciis: ad quem solum in Gallia provocatio ea est, quæ ab abusu vulgo dicitur. Quid, autem unquam æquius, pium magis, sanctum magis, & magis æterno numini gratum, quam hæc una res esse potest. cum hanc ob causam pietatis in jacentes, miseros, viduas, pupillos, fœlix respublica & privata summa pax & tranquillitas, sempiterna salus & incolumitas promitti, satis intelligatur ex Bibliis & Evangelicis libris. Quicquid, inquit, Christus illis feciſtis; mihi feciſtis. Infinitus est locus communis in liberali eleemosyna, quid non in liberali, sed debita parte? num antistites de suo quicquam conferunt cùm istud præstant? An hæc voluntas principum non esse, & eorum qui locupletarunt Ecclesias appareret, etiamsi decretis sanctorum patrum, sancitum esset prorsus nihil, ut pauperibus relictum aliquid quoque vellent, non soli uni, qui quasi charybdis vorax absorbere posset omnia. nunquam profecto ea mens defunctorum, sed salutis studium, quod in pietate hac versatur. Si tantopere leges & omnis divina atque humana ratio & judicium voluntates defunctorum & amplectuntur, & colunt in rebus quæ singulorum sunt, quid in hac publica divina & religioni adeò conjuncta? Scimus veritatem odium parere, sed quid agas? quò te vertas? cùm vis respondere Molinæo & multis aliis, qui apertius quàm is, libris editis conantur persuadere opes Ecclesiæ adimendas: nisi ita refellamus, ut inopum sint & cultus divini gratia, & cùm pòst urgeamur angustius, quòd commodi nihil apud aliquos forrè Episcopos sit, nisi ita respondeamus, vox, me hercule, semper hærebit faucibus. optamus nihil magis, quàm bona omnium venia cuncta dici: neque enim egemus alicujus molestia vel odio: sed benevolo omnium animo. Nec lædit quicquid est hujuscemodi sive à nobis, sive ab alio quovis dictum, bonos Episcopos & doctos, qui ista penitus & longe melius intelligunt, & explicatius demonstrare possunt. His fortasse gratum sat fuerit, si omnibus esse non possis. Si ea quæ contra disciplinam & jus fierent, vel probare niteremur, vel defendere, Gnathonis certè impudentissimi & Lenonis impurissimi, qui virtutem & honestatem prosterneret, nota turpissima inurenda foret. Si virtus per se laudanda, vitium per se vituperandum. Exempla optimorum Episcoporum nobis egregia & singularia sunt in Gallia, ut in aliis quoque provinciis & regnis, ut non solum istud jus nostra ætate aliquibus sit commendatissimum: sed majora per se ipsi præstare videantur, & ne vivis confletur invidia. Qui non Selvatis Vaurensis Episcopi, aliquot ab hinc annis vita defuncti, laudator & testis esse possit? ut eum ita laudibus, ut suapte ipse virtute, in cœlum efferat. Notus satis in Gallia & Germania. sæpe de pace & fœdere inter Carolum V. Imperatorem, & Franciscum Regem nostrum egit. senilis in ineunte ejus ætate prudentia, in omni genere literarum Latinarum, Græcarum, Hebræarum politissimus, apud suos nihil, quod optimi fuerit Episcopi in eo desideres. In primaria canonicorum Ecclesia docendi munere, in concionibus, instituendo, cohortando, commovendo ad optimum vivendi genus, & salutis

Source : BIU Cujas

rationem Chrisostomum, aut Augustinum fuisse diceres. Lenis & perhumanus in congressu : sermo domi cum his, quibus familiariter utebatur : non ludicrus, aut rerum colloquium leviorum, sed de religione, de literis, de philosophia, de optimo administrandi genere. Primum hos sibi viros adjunxerat, Theologum eximia doctrina & probitate, qui concionandi, docendique laborem levaret : jurisperitum, qui ea quæ rei familiaris & juris ecclesiæ sunt, consilio & prudentia curaret, cui cæteri parerent : medicum lectissimum & optimum : in his artibus quæ ad humanitatem pertinent. virum ingenio præstanti & eruditione perfecta cognomine Bunellum, qui etiam mortem obiit, cujus epistolæ elegantissimæ extant. Cum his igitur vitam agebat familiariter, cum his oblectabatur, cum his peregrinabatur, rusticabatur : hos amicos, hos fratres, hos commilitones appellabat. Et hæc quidem ad doctrinam & rem domesticam pertinent. Erga vero cives suos & inopes privatim ita se gessit : duos diaconos habuit, quorum id erat officium, ut tria potissimum ei nunciarent, lites, morbum & acerbiores civium casus. eos qui lite vel jurgio gravius inter se contenderent, accersi jubebat, causas controversiæ percontabatur, adhibebat suum jureconsultum : sua authoritate consilio & hortatu, aut conciliati discedebant, aut persuasi, ut eligerent arbitros : ita summo concordiæ vinculo suos continebat. Eos, qui infirma erant valetudine, vel affecta ætate inopes, medici sui opera & rebus aliis necessariis juvabat : aut alebat ipse in ptochotrophio, quod construxerat, eosque visebat sæpissimè. simulantes mendicitatem fures appellavit & sacrileges : coercendosque à civilibus magistratibus : & quos maximè puderet, eos esse eleemosyna dignissimos : hos unicè commendabat diaconis. quod etiam Atticum Constantinopolitanum Patriarcham dicere solitum accepimus, apud Nicephorum, libro 14. Annus unus fuit in summa annonæ caritate, sterilitateque agrorum. ita suis vir prudentissimus consuluit. iis civibus, quorum erat maxima omnium industria, opificium, mercatura vel negociatio, quantam potuit pecuniam in annum mutuam dedit, ut ex aucto artificio eorum, & opificio vulgus victum sibi pararet, nec torperet, cessatione vel fame conficeretur, sive in urbe, sive vicis. sæpe peragrabat diœcesim, hortabaturque curiones. Quibus de rebus ipsa fama, quæ de eo percrebuerat, eam laudem est consecutus, ut finitimarum provinciarum populi commoti ejus videndi summo desiderio, eò confluerent : tanta semper fuit virtutis virorum præsertim in excelso loco positorum admiratio. ejus erat summus honor & observantia non solum apud vulgus Tholosatium à quibus ea urbs non procul abest : sed in nobilissima etiam juris peritorum Academia & amplissimo senatu. Vita decessit in florenti adhuc ætate, summo cum omnium, non solum suorum civium, verumetiam exterorum, luctu & dolore, authoritatis, prudentiæ, sanctitatis triste desiderium relinquens omnibus. Paternorum bonorum hæredes fecit eos quibus bona lege debentur. Pauperes verò ex suppellectili tota & bibliotheca, quæ omnium librorum varietate erat confertissima, tum etiam ex villis, quas dum esset Episcopus comparaverat, cavit. tamen, ut eas legitimis illis hæredibus retinere esset liberum, pretio, quo essent emptæ, inopibus restituto. Hic doctissimus & optimus Antistes dicere solebat, moribus, opum dulcedine corruptelaque depravatis, jus egentibus & Christo rescindi, tolli, aut abrogari non posse : moribus nisi bonis apud Deum excusari neminem non eo se datum Episcopum, ut ex rebus mendicissimorum, hisque nudatis locupletaretur. hujus rei Deum acerrimum vindicem fore. nullam enim aliam unquam causam ita suscipere significasse in Bibliis & evangelicis libris : se sibi blandiri delinirique illecebris, seque revera rerum cupiditate cæcatum, si aliter arbitraretur : exemplum esse divitis illius impii & perditissimi Tantali evangelici, qui tamen suis rebus, non alienis abutebatur. hujus memor horreo, inquit, ne temere profundam eas res quarum sim non dominus, sed curator & administrator. Equidem non opibus sibi contra illud æternum judicium pœnamque quam uno & improviso momento, ut est vita hominis lubrica, præceps & incerta, subire in perpetuum potest, septus quis aut munitus fuerit. Quis igitur hunc episcopum aut ecclesiam, fortunis spoliare æquum duxisset ? Quis non minores etiamsi quam maxime essent, eas judicaverit, quam hic habere dignus erat ? Si diutius ei superstiti esse licuisset, non dubito quin Pontifex Maximus eum ad majora jussisset sedere gubernacula : sed nec ei defuisset istud à Regibus nostris. Tamen multos multorum libros qui ad assentationem nimiam eruditi videntur, legere solemus, omnes concitare student (ut jam principes quosdam) quò sacerdotium nudent, rebusque omnibus exhauriant, nullo sane alio argumento, nisi quod non decere Dei ministros dicant in tanta vivere rerum abundantia. Id magna dicendi facultate & copia amplificant : locum communem de egestate Christi, Apostolorum & sanctorum virorum, de sanctitate, de opum despicientia & contemptione afferunt. qui loci cum ipsi per se veri sint, tum id tantum efficiunt, quod dicimus, ut ecclesiæ & inopibus quorum res sunt, quorum quoque culpa illa vita quam diffluentem appellant, non ducitur, eroganda sint non eripienda. atque ostendunt doctrinæ hujusque pietatis, religionis, sanctitatis gratia institutum sacerdotium : ita duabus his de causis docendi munere & pietatis cura & functionibus ministros Dei, & esse, & dici. Quapropter Reges nostri, qui Christianissimorum nomen habent, nunquam eo venerunt, neque summi Imperatores, sed auxerunt potius. & nonnullis principibus ne ita sacerdotium discerperent, hos imitari magis erat pro suo splendore & majestate dignum, quàm facile duci & commoveri quorundam improborum consiliis & assentationibus magno cum eorum salutis periculo & jactura. Cur non res quoque privatorum eis, ut sibi vendicarent consuluerunt ? At aiunt se tumultum pertimescere. & si sine tumultu possunt, an id propterea jure fieri judicandum est ? num in tumultu jus est positum ? piorum nemo sibi certe licere putavit, ut nec Achab in vinea Naboth, Regum 3. cap. 21. in Bib. nec Josepho Pharaonis nomine ab Ægyptiis pecus aut fundos emere necesse fuisset, Geneſis 47. capite. quos etiam emptos vectigales tantum fecit. Nam quod Regum capite octavo dicitur. vaticinium erat impressionum. Et juris nomine eo in loco judicium intelligitur. Etenim ut ait Paulus jureconsultus in lege undecima. de justitia & jure. Prætor etiam « dum inique decernit, jus reddere dicitur, relatione « facta non ad id, quod Prætor ita fecit, sed ad illud « quod Prætorem facere convenit. qua significatione « jus iniquum dicitur, Si quis iniquum jus adversus « aliquem impetraverit : (inquit Ulpianus in lege ter- « tia. titulo quod quisque juris.) ipse eo jure utatur, « ita demum, si per postulationem ejus hoc evene- « rit : cæterum si ipso non postulante, non coercea- « tur. Et Paulus eo in loco, lege secunda. Si assessoris imprudentia jus aliter dictum sit, quam oportue- « rit, non debet hoc magistratui officere sed assesso- « ri. eoque totus ille titulus spectat. Quocirca & in jus vocare dicimus, & Cicero de claris oratoribus in judicium vocare, & sæpe aliàs. Et illud Hebræum caput Bibliorum, istud quoque docet. Nam hac voce משפט utitur, quæ judicium significat : & paulò ante filii, inquit, Samuelis judices acceperunt munera, & perverterunt משפט id est judicium. quo in loco etiam ex efflagitatione populi id intelligitur.

Source : BIU Cujas

petebat enim Regem, qui judicaret & jus diceret, eoque verbo Hebræo, unde ducitur illud nomen, utitur. Samuel vero Deo consulto, qui eam petitionem moleste ferebat, populo respondit, hoc erit judicium Regis : in Latinis verò, hoc erit jus Regis. & Regum libro secundo capite octavo. David, inquit, faciebat judicium & justitiam universo populo suo, vel jus dicebat suis. Sed hoc apud Hebræos usitatissimum, præsertim apud Psaltem, qui magis ista omnia novit, quàm assentationis artifices. erat enim ipse Rex divino concitatus afflatu, psalmo primo. & 72. Deus judicium tuum Regi da, & justitiam filio Regis. Judicabit populum tuum justitia, & pauperes tuos in judicio. suscipient montes pacem populi, & colles justitiam. Judicabit imbecilliores & filios eorum tuebitur : sycophantarum verò franget audaciam. regni sui & ditionis fines à mari ad mare longe lateque propagabuntur. Et 98. celebrent nomen tuum eximium & præstans, formidolosum & sanctum : Regis majestas judicium amat : tu statuisti æquitatem. Atque 118. ardet animus meus semper mandatorum & judiciorum tuorum cupiditate. increpasti arrogantiam : sunt nefarii, qui aversantur tua præcepta. Cum in omnibus illis locis, tum aliis permultis, quis facile illud Hebraicum intelliget. nam nihil huc attinet verba Hebraica conferre. Sed istud genus hominum pestem & perniciem esse principum ipsorum & Reip. totius, satis declarant omnia omnium ætatum monumenta, non solum Christianorum : sed Ethnicorum etiam Romanorum, Athenienſium, Lacedæmonum, Macedonum, Corinthiorum, Persarum, Medorum, Assyriorum, Ægyptiorum, Hebræorum. pervulgatum est illud de Roboan, qui nova consilia sequebatur ex Bibliis Paralipomenon lib. 2. capite 10. Aptissime certe Græca ista nomina colax & corax, id est adulator & corvus una tantum litera distinguuntur. Hic enim corporis, ille mentis oculos effodit. Hos qui contra jus fumos venditarent, editis præsertim libris, in malam crucem, justius esset tollere, quàm audire : ut solebat Severus imperator apud Lampridium in re multo leviori. istud enim, ut fieret fide plenum esse, probitate, sanctitate, & religione illi videbatur. Nihil est natura melius, nobilius, salubrius, dignius, principe viro, proxime enim ad divinam accedit. quocirca ab Homero cum passim tum Iliad. α. διοτρεφεῖς Reges appellantur, id est, alumni Jovis & Dei. sed perturbantur interdum impia fraude quorumdam. Jus ergo reddendum Ecclesiæ, mendicis & adversa fortuna oppressis, & defendendum, ut privatorum cuique : ac multo magis illis tum propter imbecillitatem, inermes enim sunt, & infirmi : tum propter publicam, & divinam causam, quam tantopere Deus commendaverit. & si in ordine multi rebus abuterentur : non tamen iis ecclesias spoliare oportuit : Sed est (ut majorum præsertim regum nostrorum ea semper fuit sanctitatis & religionis laus) salutiferum quoddam adhibendum remedium. Si corpus ægrotet, non est idcirco tamen confodiendum, neque membra articulatim dividenda sed morbus curandus, ut corpus ipsum valeat. fiebat id autem ab eis facile consilio collecto in suis quidem regnis ab Regibus singulis, nisi cum malum esset pervagatius, ut uno omnium egeret judicio & omnibus esset consulendum. quod intelligitur ex concilio Carolomani.

» In nomine Domini nostri Jesu Christi : ego Carolo-
» manus Dux & Princeps Francorum, an. ab incarn.
» Chr. 742. 11. cal. Martii cum consilio servorum Dei,
» & optimatum meorum Episcopis qui in regno meo
» sunt, cum presbyteris ad concilium & synodum, pro
» timore Christi congregavi, id est Bonifacium Archie-
» piscopum & Burchardum & Reginfridum ac reliquos
» Episcopos cum presbyteris eorum, ut mihi consilium
» darent, quomodo lex Dei, & ecclesiastica religio re-
» cuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dis-

sipata corruit. & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit. & per falsos sacerdotes deceptus pereat. & per consilium sacerdotum & optimatum meorum ordinavimus per civitates Episcopos & constituimus super eos Archiepiscopum, qui est missus sancti Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregare, ut nobis præsentibus canonum decreta, & Ecclesiæ jura restaurentur : & religio Christiana emendetur, & fraudata pecunia ecclesiarum. falsos verò presbyteros & adulteros vel fornicatores Diaconos & clericos, de peculiis ecclesiarum abstulimus : & degradavimus : & ad pœnitentiam coegimus. Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus. nisi illi tantummodo, qui propter divinum ministerium missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est unum vel duos Episcopos cum capellanis presbyteris Princeps secum habeat. Et unusquisque præfectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam possit. Necnon & illas venationes & sylvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdicimus. accipitres & falcones non habeant. Decrevimus quóque juxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia habitans episcopo illi subjectus sit, in cujus parochia habitat. & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, & ordine missarum Episcopo reddat & ostendat. Et quandocunque canonico jure Episcopus circumit parochias ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit, ad suscipiendum Episcopum cum collectione & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cæna Domini semper novum chrisma ab Episcopo quærat : testis assistat castitatis, & vitæ & fidei & doctrinæ illius. Statuimus similiter ut (post hanc synodum, quæ fuit undecimo Calendas Maias) quisquis servorum Dei, vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat pane & aqua. Et si ordinatus presbyter sit, duos annos in carcere pœnitentiam faciat, & in carcere permaneat. Si autem clericus vel Monachus in hoc peccatum ceciderit post tertiam verberationem, in carcerem missus vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnanes velatæ, vel sanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis. Decernimus quoque, ut presbyteri, vel Diaconi non sagis laicorum more : sed casulis utantur ritu servorum Dei. Et ut Monachi & ancillæ Dei Monasteriales juxta regulam sancti Benedicti, cœnobia, vel xenodochia sua ordinare, gubernare & vivere studeant : vitam propriam degere secundum prædicti patris ordinationem non negligant. Et ille Bonifacius erat Legatus Pontificis. Nam ei ita scribit Zacharias Pontifex. De eo autem quod Carolomanus filius noster ad se rogavit accedere : ut in urbe regni Francorum, in sua ditione, sive potestate constituta synodum celebrare debeas, eò quòd omnis ecclesiastica regula, sive disciplina ab eadem provincia funditus abolita est. quod nimis mœrendum est, quod per spatia temporum ibidem synodus sacerdotum minime celebraretur. unde neque quid sit sacerdotium : neque quid fiat ab eis, qui se sacerdotes existimant, cognoscitur. Sed dum juvante Deo quæ à præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro : si quos repererit Episcopos, presbyteros aut diaconos contra canones, vel statuta patrum decessisse, id est in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum sive Paganorum effuderunt : vel etiam aliis capitulis, quibus canonibus obviasse

» eos repereris nulla ratione authoritate Apoſtolica
» permittas ſacerdotio fungi, quia tales à ſuo proprio
» ore falſi nominantur ſacerdotes: & pejores & dete-
» riores ſeculariſbus eſſe noſcuntur, qui ſe neque à for-
» nicationibus, neque à nefariis matrimoniis abſti-
» nent, neque à ſanguinis effuſione. Et Carolomanus
hinc Bonifacium, ut intelleximus miſſum ſancti Petri
» appellat. A Clodoveo Aurelian. primum collectum
» eſt. domino ſuo Catholicæ Eccleſiæ filio, inquit con-
» cilium, Clodoveo glorioſiſſ. Regi, omnes ſacerdotes,
» quos ad concilium venire juſſiſtis, & ca. 18. Epiſco-
» pus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente
» non poſſunt ſuis manibus laborare, victum & veſti-
» mentum in quantum poſſibilitas habuerit, largiatur.
» eſt iſtud apud Grat. 82. diſt. Et Aurelianenſe 2. Cum
» de præceptione glorioſiſſimorum Regum in Aurelian.
» urbem Deo auxiliante convenimus: atque in poſte-
» rum: quæ ſint obſervanda ex veterum canonum au-
» thoritate conſcripſimus. Sunt permulta alia juſſu Re-
gum celebrata. Et in Hiſpania Reccaredi regis juſſu
convenit Toletanum tertium & Syſenandi Regis Spa-
lenſe, & Toletanum quartum, & Chintillani quin-
tum, aliorumque Regum alia. Et ille Reccaredus in
» tertio illo Toletano, ſapientiſſimè ait. Si totis niten-
» dum eſt viribus humanis moribus modum ponere &
» inſolentem rabiem regia poteſtate refrænare: ſi quie-
» ti & paci propagandæ, opem debemus impendere:
» multo magis adhibenda eſt ſollicitudo deſiderare &
» cogitare divina, inhiare ad ſublimia & ab errore re-
» tractis populis veritatem ſerenæ lucis eis oſtendere.
» ſic enim agit qui multiplici dono remunerari confi-
» dit. Sic agit, qui ſuper id quod ei committitur auget:
» dum illi dicitur, Quicquid ſupererogaveris ego red-
» dam tibi. Et Romani Pontifices ſolebant adhortari
Reges ad cogendum concilium in ſuis regnis. Et quo-
» niam ſcribit Gregorius Magnus ad Theodoricum Re-
» gem epiſtola 53. libri noni, adhortationem noſtram
» adeo regiis animis veſtris per laudis prædicamenta
» placuiſſe ſignaſtis, ut quicquid ad honorem perti-
» nere cognoſcitis ſacerdotum, & ſtudioſè ſtatui, &
» velitis in omnibus cuſtodiri, iterata vos, pro veſtra
» magna mercede adhortatione pulſamus, ut congre-
» gari ſynodum jubeatis: & ſicut dudum ſcripſimus cor-
» poralia in ſacerdotibus vitia & ſymoniacæ hæreſeos
» pravitatem, omnium Epiſcoporum definitione dam-
» nari. atque de regno veſtro amputari faciatis: nec
» plus illic pecuniam, quàm præcepta dominica
» permittatis. Sicut ergo contra exteriores ho-
» ſtes, ita quoque contra interiores animarum ad-
» verſarios ſtudete eſſe ſolliciti, ut per hoc quod Dei
» noſtri inimicis fideliter repugnatis, & hic feliciter ip-
» ſius protectione regnetis: & ad æterna poſtmodum
» gaudia ejus ducis gratia veniatis. Idem quoque ad
» Clotharium Regem epiſtola 55. in eo ipſo libro. Per-
» venit, inquit ad nos, quod ſacri ordines illic cum da-
» tione pecuniæ conferantur, hæc ſymoniaca hæreſis
» prima in Eccleſia ſurgens, Apoſtolorum eſt authori-
» tate damnata, petimus ut pro mercede veſtra con-
» gregari ſynodum faciatis, ut omnium definitionibus
» compreſſa, & radicitus amputata, tanto vos omni-
» potens Deus contra adverſarios veſtros exaltet, quan-
» to vos in ſuis mandatis zelum habere & præ anima-
» rum ſalute, quæ hujus fuerat ſceleris gladio peritura
» viderit cogitare. & epiſtola 64. ad Reginam. Ne,
» inquit, poſtquam hujus nequitiæ huc uſque ſe teten-
» dit opinio, aliena pravitas aut noſtram animam, aut
» regnum veſtrum peccati jacula feriat, ardenter ad
» hæc ulciſcenda debemus concurrere. ne paucorum
» facinus multorum poſſit eſſe perditio: nam cauſa rui-
» næ populi ſunt ſacerdotes mali. Quis enim pro po-
» puli ſe peccatis intercedere objiciat, ſi ſacerdos qui
» exorare debuerat graviora committat? nec enim
» diſſimulanda ſunt, quæ dicimus: via qui emendare po-
» teſt, & negligit participem ſe procul dubio delicti
conſtituit: providete ergo animæ veſtræ: providete
nepotibus, quos cupitis regnare fœliciter, providete
provinciis. Oecumenica concilia injuſſu Romani Pon-
tificis haberi non poſſe, jamdudum explicatum eſt,
Epiſcopi vero in diœceſi ſua poſſunt: Archiep. provin-
cialia, & Reges regni ſui. hæc enim provincialia ſunt,
non œcumenica. Non definiunt tamen Reges quic-
quam per ſe ipſi, ſed definita ſequuntur, & ſanciunt,
eaque tuentur legibus & ſupplicio, quemadmodum
citra concilium alia decreta ſanctorum patrum: quam
ob cauſam dici etiam patronos expoſuimus. atque ita
Imperatores veteres ſolebant adeſſe in œcumenicis
& ſtatuere pòſt adjecta pœna. Quare nihil quicquam
labefactant, aut imminuunt dignitatem hujus ordi-
nis, conſtitutiones Imperatorum aut Regum, quas
antè attulit Molinæus ad edictum Regis noſtri Chri-
ſtianiſſimi Henrici II. ſed tuentur longe magis. Multo
plures vel ex codice Theodoſii & Juſtiniani, vel ex
conſtitutionibus Regum noſtrorum, & Regum alio-
rum, ut Hiſpaniæ, qui copioſiſſime de rebus ſacris
& ſacerdotibus multa ſaluberrima ſanciunt ex vete-
rum patrum decretis, ut partis primæ conſtitutionum
Hiſpaniæ, titulo quarto. legibus 72. & quinto. 66.
ubi de Pontifice Maximo, quas ob cauſas conſtitutus
ſit, explicant: quæque ſit ejus authoritas & poteſtas,
nec fortaſſe alio in loco dilucidius: denique de toto
ordine ſacro. Epiſcopos demonſtrant hoſpitalitatis do-
cendique cauſa inſtitutos. Et minimè mirum ſi tot fe-
rant leges de hiſce rebus. Nam cum omnium tum ma-
ximè Regum intereſt, hanc digniſſimam Reipublicæ
partem ſanam & incolumem eſſe. Vetus eſt enim Eth-
nicorum Philoſophorum diſputatio, quis optimus ſit
Reipublicæ ſtatus: & variæ quidem ſunt & diſcrepan-
tes ſententiæ. Eum certè in optimis antiſtitibus poſi-
tum Chriſtus docuit. Vos, inquit, eſtis ſal terræ: ſi-
ne ſale ergo omnia putrefiunt: Vos eſtis lux mundi:
ſine illis ergo tenebræ. vos paſtores: non niſi igitur diſ-
ſipatus grex & eccleſia, quæ iis caret, eſſe poteſt. Quo-
modo dici poſſet inſipiens & ignarus, ſal inquinatiſſi-
mus, lux, prædo, paſtor, ſi omnis ejus ſenſus, cenſus?
ſi niſi rapere noſſet, & circumrodere omnia, quæ ad
juvandos inopes & cultum divinum parata ſunt: præ-
damque non ligurire leviter: ſed devorare appeten-
tius: ſi rerum ſacrarum profanarumque neſciret mo-
dum & differentiam: ſi ſacris pro profanis uteretur.
Quare non ſolum Pontificiis legibus & comitialibus
opus fuit, ſed Regum etiam: ut conſultiſſimè iſta
omnia in regnis ſuis anteverterent. Quod niſi ita fie-
ret, nunquam me hercule perpetua quorundam fa-
mes expleretur: nunquam cupiditatis ſitis ſatiaretur:
ſemper certe fontes ipſi ſitirent: avaritia enim ambi-
tio, & luxus, ut omnium malorum radix eſt (ut in-
quit Paulus) ita inexplebilis ſemper fuit, niſi frænum
injecerint hi, quorum ſit ea poteſtas. Inſcio Pontifi-
ce qui procul abeſt, niſi principes, ante quorum ocu-
los res profunderentur, vetarent, tuerenturquè jus,
quis Craſſus iſta hac magna voce & bonis lateribus
non quæreret, quanti caula? quanti grex? danda eſt
mihi opera ut capeſſam, id emendum, vendendum,
permutandum. atque archipiratarum more omnia in-
vaderet. Nec requireret iſtud, quorſum ego Epiſco-
pus? quorſum Abbas? quorſum bona iſta & cenſus?
quanti ego? quomodo beneficus & ſalutaris ero gre-
gi meo? quem fructum ego ferre poſſum, non quem
capere? quem ex me grex, non quem ego ex gre-
ge? Quis aut Craſſus alter quæſtuoſus infinite concu-
piſcens: aut Verres alter, præter marmorea & lignea
nihil in ſacrario relinquens: aut ſumptuoſus Marcus
Antonius judicia & leges, divina & humana ven-
dens, ut in voluptatibus univerſa conſumeret, non
aſpernaretur quod ſcribit divus Paulus ad Galatas. ca-
pite ſecundo. ſibi à Jacobo & Petro nullum aliud
mandatum eſſe datum, niſi ut pauperum memor eſ-
ſet? cujus ipſius rei faciendæ ego quoque, inquit, ſtu-

Source : BIU Cujas

diosus fui. erant tum nullæ opes Ecclesiæ, aut mendicorum, & quæ Archidiaconus de erogatione & administratione pie admodum tradit ad caput undecimum de scriptis in sexto. An non despiceret & rideret, quæ Hieronymus ad Nepotianum eleganter scribit, & apud Gratianum 12. dist. quæstione 2. Gloria inquit, Episcopi est, pauperum opibus providere: ignominia sacerdotis est, propriis studere divitiis. natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem ventrem saturare poteram, nunc similam & mella fastidio. Amico rapere quippiam furtum est. Ecclesiam fraudare, sacrilegium: accepisse pauperibus erogandum & esurientibus plurimis, illud reservare, vel cautum, vel timidum est: aut quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid substrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Et nisi ita Principes sanctionibus hanc disciplinam Ecclesiasticam sartam tectamque conservarent, vulgus indignitate rei concitatum non curaret antistitem, ut nec antistes gregem: ita omnibus divisis hæreses multo graviores procrearentur. nec enim homines bruta animantia sunt: sed mentem habent. homoque per se ipse habet corporis quidem motus acres & varios: animi vero, qui longe velocius & acutius quiddam est, acerrimos & vehementissimos. Quare nisi Pontifices semper & Reges, & Principes, omnes denique qui nos regunt ubique terrarum, darent operam, ut nobis ideonei darentur antistites, præfecti & pastores, quis animi nostri impetus coerceret? quis sedaret? quis esset opinionum arbiter? totus noster hic Christianismus mentis & animi complexu continetur, ut minime mirum, si in hæreses persæpe prolabatur: non calamo, non scriptis pacari posset, non minis, non igni, non ferro, non armis finis imponeretur: demersa emergerent: depressa erigerentur: extincta inflammarentur mira genera excogitarentur: monstra nascerentur. idcirco eos docere prudentissime statuunt non solum Pontificii libri, concilia, sed leges illæ præsertim Hispanorum. nec enim ejus, qui concionatur & in humili loco sit positus, quamvis docti & probi, tanta est authoritas, quanta antistitis & curionis. omnibus enim videri solet ex antistitis lingua, quasi Nestoris cujusdam Homerici, melle dulcior fluere oratio: suavitateque sua omnes ducit. & morum lux quasi solis lumen omnes illustrat. Nec putandæ sunt hujusmodi constitutiones principum debilitare, ulla ex parte Pontificis Maximi authoritatem, sed juvare magis. est enim majus nullum fermè munus ejus, quàm omnem adhibere curam, studium, operam & diligentiam, ad sacerdotium bene, beateque regendum. ut enim civilis & politici magistratus maximi est, reliquos magistratus curare, totumque ordinem politicum: ita Pontificis & sacerdotis maximi, reliquos Pontifices & sacerdotes, totumque sacrum ordinem. utraque potestas se juvare conservareque, & potest, & debet, & divina humanaque conjuncta devinctaque esse, cum unus sit utriusque Princeps, æternus Deus & Christus, à quo utraque fluat: quique & hanc & illam contineat: habeatque in hac mortalium procuratione & administratione utramque ministram & famulam. Et hoc commodum Pontifici maximo adferunt illæ sanctiones. quia grex bene institutus & edoctus à sacerdotio, præfecturam Petri, quanta sit revera, intelligit. Qui enim possent ignari pastores, qui gregem non regerent, sed negligerent, vel eam tueri: vel gregi ut tueretur demonstrare? At verendum esset potius, ne tum quibusdam, in quibus quis desideraret non solum eruditionem, verumetiam vitæ integritatem, jucundissima & suavissima esset ea oratio, qua quis, ut nunc & Molinæus, & alii multi antea, omnes æquaret. erigerentque aures, animum attendentes vehementius, num Maximo ipsi possent tandem pares evadere, caputque attollere in auras. Tum etiam hoc esset pertimescendum, ne assensus non solum vulgi, sed mediocrium etiam hominum, applaususque haberet ea oppugnationis petulantia & publicè, & privatim: ignoratio enim & non explicatus error, improbitas novitasque impellerent. Et si emitteret Pontifex ipse tales in gregem, cum Rempublicam Christianam gravissimo incommodo afficeret, tum hostem ferum sibi ipse pararet, & aliquid de dignitatis magnitudine imminueretur, quam boni omnes & docti defenderent. His omnibus, quæ dicimus argumento esse potest disciplina Episcoporum, quæ ipsa vigens non ferro quidem aut vi, sed sola per se probitate & doctrina orbem universum ad se primum pertraxit: deinde inclinata apud Græcos, & labens orbem distraxit: peperitque in Oriente varia hæresum monstra & portenta. quæ adhuc hac quoque ætate nostra multas nationes & populos tenent, ut Nestorinos in India, & Tartaria: Moronitas in Lybia, Armenios in Armenia Georgianos qui validissimi & potentissimi populi esse dicuntur, Sarraceniscque terrori maximo, in finibus Persarum & Medorum, & Syriæ: Surianos in Assyria: Jacobitas in Asia & Æthiopia, quorum omnium hæreses in conciliis explosæ sunt. Horum bona pars, ut scribit Pontifex Pius secundus in oratione in conventu Mantuano habita, anno 1459. & in epistola ad Turcarum Principem: in potestatem Turcæ venit. Cum enim Christiani sibi ipsi inter se non convenirent, facile fuit Turcæ disjunctas vires frangere, suæque potestati & ditioni subigere. Nam ut scribit Nicephorus Græcus author, libro decimo octavo. Jacobitæ cùm infinita hæresum genera genuerunt, tum inter se duodecim factionibus maximis ut divisi erant, ita odio intestino, & plusquam hostili sese prosequebantur: inter Christianos (qui terrarum orbem pene universum amplectebantur) catholicos & hæreticos, illud tertium genus non Christianum Machumetanorum natum est & lactens educatum, quasi mus in pera, serpens vel ignis in sinu & gremio: est autem propago quædam Arrianæ sectæ. Nam Arriani patri Deo filium Deum æternitate, & natura parem negabant: hi vero Machumetani longius discedunt: animam quidem Dei ei revera datam, vimque omnium maximam fatentur in Alcorano suo Azoara secundo. (quam legem sibi cœlitus missam aiunt) filium tamen Dei, sibi ipsi stultè repugnantes negant. Azoara duodecimo, laudibus divinis efferunt Christum, nunquam mentitum, nunquam falsa dixisse: Prophetam tamen tantum esse non Deum, & quoniam voluptatum illecebris agreste vulgus facile capitur, azoara 86. & aliis deinceps, Machumetus effingit nescio quem paradisum, in quo animi, qui ex hominum vita migraverint, volutabuntur. dicit serici magnam copiam fore, torques, monilia ex auro, argento & gemmis, & alia ornamenta intorta juvenum brachiis, & collo: ubertatem frugum, & fructuum tanta, ut rami baccarum ad os cujusque, luxurie sua incurvescant amœnitatem nemorum & frondium umbracula multa, ne ferventiorem æstum, vel frigus sentiant quasi vero frigorum vis, etiam non umbracula ingrediatur & tecta: lectulos, quoque ait non defuturos: puellas & stragula serica quidem, ut leviora sint. at si eum pulchritudo ducebat ad suum paradisum fabricandum, textilia & fabrilia magnificis operibus depicta, & ornata describere debebat. pocula quoque promittit, scyphos, & crateras pulcherrimas vitreas quidem & argenteas non aureas. bibent tamen ex fonte quem Zelzebil appellat: aquam non vinum: nisi Deus ipse eis submineistret sitque pincerna eorum. Ita ingenio nimium obtuso stolidus & amens nebulo, voluptatem, quam sibi proposuerat, ut subjiceret suorum oculis, nescit describere: eamque illiberalem tantum, & lutulentorum suum, potus & cibi, atque libidinis, quam

Source : BIU Cujas

carnem Evangelia appellant: quæ sunt autem hominis & mentis propriæ nullam, quam tamen Ethnici Philosophi norunt. Et εὐδαιμονίαν τινὰ θειᾶν, id est, fœlicitatem, mentis agitationem quandam esse docent, ut Aristot. in Ethicis. tantum attingit ea, quæ sensuum sunt: nec equidem omnium, sed hebetiorum: idque imperitissime. omittit oblectamenta aurium ut suavitatem vocis, & sonorum concentus, fidium & tibiarum: quæ voluptas semper judicata est honestissima, & ad divinam quodammodo accedere. quare & Pythagoras mundum ad harmoniam canere dicebat. Multa præterea libro illo infarcit, & inculcat ineptissime ex Bibliis & evangeliis: miscet etiam fabulas: eadem sæpius iterat, in iisque volvit sese & versat, ut agrestis cujusdam hominis, oblivioni & vecordis orationem judices. & tamen eum librum, quem Alcoram appellat à Deo hominibus datum ait, quasi Deus in ea amentia loquatur. Ut scribit Tharasius, qui non longe aberat ab eo seculo, Phoca, de quo multa diximus, Imperatore, unus monachus hæreticus, cum videret tot contentionibus Christianismum perturbari, una cum Machumeto excogitavit eam sectam. Erat autem is Machumetus Arabs in Arabia mercenarius in quæstu & negotiatione camelorum. mortuo hero suo, heram duxit uxorem, cui persuasit sibi esse congressus divinos, cum Gabriele Angelo, seque numinis vim ferre non posse: idcirco concidere edocerique ab eo. tegebat autem hoc mendacio morbum comitialem, quo tum laborabat. Prophetam quoque eum esse monachus ille confirmabat. Ita apud uxorem primùm Machumetus Propheta fuit: deinde dissipato ab ea sermone quasi arcano quodam, apud ejusdem viciniæ mulierculas: postremo apud stolidos homines & vulgus agreste. & ut simulatio rumori responderet, decennium agebat ipse Prophetam in solitudine quadam: quo tempore adjunxit sibi gregem hominum sicariorum & latronum, annis post decem latrocinio villas primum: deinde vicos pòst urbes: ad extremum provincias & regna, totamque Arabiam occupavit, cœpitque bello quasi legitimus Dux contendere. & eò tandem evasit ejus posteritas, ut ita dissipatum factionibus, ut dictum est, Græcorum imperium superaverit, tandemque deleverit. Quapropter interest Imperatorum, Regum & Principum omnium, disciplinam ecclesiasticam tueri, ne hæretici validiores facti, vel discindant eorum principatum, ut jam in nonnullis provinciis factum audimus, vel eum penitus occupent, vel quoddam monstrum immanissimum ac fœdissimum illi simile in sinu suo gignant, quod non possint postea confodere, & extinguere. habet semper hæresis insitam incredibilem audaciam, contemptionem veterum institutorum, superandi, dominandique libidinem, quæ, quoad fieri possit, nisi à Catholicis comprimeretur, omnia summo cum fastidio, levitate & petulantia majorum instituta everteret: leges sibi ipsa effingeret. Nam hoc omnium maximè expetit, quod cum non possit consequi (id enim principum videt esse) principatum Catholicorum ferre non potest: sed vel confert se, nescio quo, ad antipodes, vel corrodit aliquid de eorum ditione: oppugnat omnia, eos tyrannos appellat, quòd eorum temeritati eant obviam, quòd stultis eorum studiis & amentiæ non obsequantur. Nulla unquam fuit Respubl. quam cum hac nostra Christiana jure quis possit comparare: etiam si citra religionem (si id liceret) eam per se consideres, sive opes, sive instituta, sive leges, sive præfecturam spectes: optima enim quæque, quæ in ulla unquam fuerunt hæc in se habet (sumus enim nos scribit Pau. 1. Corinth. 10. quibus jam occurrunt suprema secula: & alia omnia nostra causa præcesserunt: & mandata sunt literis) harum rerum nihil nisi morum corruptela, oppugnandum fuit à Luthero & aseclis. Hoc autem singulorum hominum est, non universorum. quare à Luthero (cum tam severus censor esset, ut magis aliena, quàm sua reprehenderet, cohortandi homines erant, admonendi, objurgandi deterrendi, persuadendi: non præfectura vel alia Reipublicæ pars delenda, vel opes expilandæ. Sacerdotium Christianum non solum decimas habet, ut Hebræum, verumetiam rerum omnium copiam, ne (præter inopum causam) ab ocio literarum, & docendi munere avocetur. sed det operam, ut hæreses propellat. Reipub. enim nulli, ut dissolvatur tantum obesse unquam potuit error, dissentio & sententiarum de religione varietas, quàm Christianæ. Hæc una res regna & imperia evertit, ut jam satis perspectum & cognitum est. aliam vero vix ullam unquam. Quamobrem literarum studioso & docto sacerdotio opus est. Itaque à conciliis & Pontificiis constitutionibus, sanctissimorumque patrum decretis, qui ista plane intelligebant, repelluntur præsertim antistites & qui sacerdotio præsunt, bonis moribus & eruditione non præditi: ut à Paulo epistola priori ad Timotheum. capite tertio. & capite postremo. de ætate & qualitate in Gregoriano. Episcopus grammatices imperitus episcopatu ejectus est: abdicareque se sponte ignarus debet, ex capite 10. de renunciatione in Gregoriano. ubi notatur illud Ozeæ quarto. scientiam repulisti: ego quoque te repellam, inquit Deus. Ad hæc multa sanctissime Justinianus νεαρ. διατ. ριγ. ex Gregorio Nazianzeno. καθαρθῆναι δεῖ πρότερον, εἶτα καθαίρειν, σοφισθῆναι, ἢ ὅπως σοφίσω. γένεσθε φῶς, ἢ φωτίσω. ἐγγίσω θεῷ, ἢ πελάσω ἄλλους, id est, expiari eum primum oportet: deinde alios expiare: doctum esse, atque ita docere: lucem fieri & pòst lucere ad Deum debet proxime accedere, ut aliis ipse det aditum. & paulò ante. Quî, inquit, fieri potest, ut indigni munere divino divinum numen populo concilient? sibique & suis placata, tranquilla, quietaque impetrent? Testatur præterea, sancitum esse ab Apostolis & sanctis patribus, ut frequentia coirent concilia. Atque quandiu servatum est, præclarè actum esse, cum Republica Christiana. Antistites enim, inquit, veriti judicium, objurgationem & severitatem conciliorum, probitate & doctrina collucere studebant. quod cum prætermittitur causam esse ait, cur labatur & concidat disciplina ecclesiastica. & in authentica, de sanctissimis Episcopis. statuit, ne nisi periti eligantur. Turpe enim est, inquit, Episcopum postquam creatus est doceri, cum docere debeat. Si in laicis, inquit Leo primus pontifex in Gratiani distinctione 38. videtur intolerabilis inscitia: quanto magis in his, qui præsunt? nec excusatione est digna nec venia? Matthæi decimo quinto. scriptum est, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam incidunt. Quare concilium Toletanum quartum. capite vicesimo quarto. Ignorantia, inquit, mater est cunctorum errorum, quæ maximè sacerdotibus Dei evitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes legere sanctas admoneantur scripturas, Paulo Apostolo dicente ad Timothæum. Attende lectioni & exhortationi doctrinæ: & semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas & canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat: atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina. Id scriptum est etiam in eo ipso loco Gratiani: ubi idem quoque jubetur Episcopis à septima Synodo, Substantia enim, inquit summi sacerdotii nostri, sunt eloquia divinitus tradita, id est, vera divinarum scripturarum disciplina, quemadmodum Magnus perhibet Dionysius. Omnisque ratio ita postulat. Nam cum hæreses & errores esse necesse sit, ut ait Paulus, quis eos explicabit periti ne, an imperiti? Quis docebit? docti certè. Quis doctus erit, si ocium literarum non detur? ubi vero ocium, si utamur verbis Ennij,

Source : BIU Cujas

Ennii, negotium sit in negotio ad vitæ necessaria & inquirenda, & paranda? ubi etiam ista, si potentiores adimant? Si nihil hostilius principibus, non solum universo Christianismo (quæ consensio una est, omniumque consociatio) quàm rude & imperitum atque contaminatum sacerdotium: salubrius eis nihil ut sit consentaneum est, quàm eruditum, probatum, dignissimum, castissimum, sanctissimum, vigens & florens: ut humana & divina pacata sint. Si hoc expetant principes, tueantur eis oportet & propugnent ea, sine quibus in ocio & doctrina esse non possint; sine quibus splendorem & dignitatis gradum & ordinem non retinent. Nec nobis quis objiciat priscis temporibus tenue fuisse ecclesiarum patrimonium. Nam fortasse non erat adeo tenue, quin æquaret ferme has, quas hodie dicunt tantas opes. Nam clerici conferebant suas possessiones, agros & fundos, nihilque inter eos erat proprium: dabantur præterea decimæ, primitiæ & oblationes, & bona interdum à laicis. erat etiam stipis vectigal, ut ex Tertuliano intelleximus, & Paulo epistola priori ad Corinthios capite decimo sexto. hocque aliàs poterimus exponere. Ex fructibus earum rerum ita divisis, ut diximus, collegium clericorum alebatur, inopes & Episcopus. & nullus propemodum in Christiana Republica gravius egebat. tanta erat pietas, cura & studium: virgines & viduas exhibebant, ut Antiochensis Ecclesia quotidie tria millia, quod scribit Chrysostomus in Math. capite 14. Homilia 51. Idcirco minime mirandum, si concilia vindicare severius sæpe legamus & sanctos patres anathematibus, execrationibus, ablegationibusque in eos, qui donata Ecclesiis non præstarent. Obtusiori certe acie mentis videri quis posset, si in unius, vel paucorum gratiam factum arbitraretur, qui illis rebus non secus uteretur quàm privatorum quisque suis, ac quasi omnino propriis. cur enim magis istorum bonorum causa, quàm aliorum quæ laicorum sunt, anathemata illa graviora tulissent, cum usus esset par? Quare ex mente & sententia patrum & conciliorum pertinere ad eos antistites, etiam anathemata illa quibusdam videri possunt, eosque committere in legem, dum ipsi quoque non præstant saltem quadrantem. hæc causa pietatis defendenda fuit & Molinæo & omnibus aliis: non consensus illius vel dissensus apud Gers. ratio ulla prorsus habenda. utinam omnes huc ardentem stilum & inflammatum admovissent, quorum est summa dicendi laus (nos enim ad id demonstrandum, non sumus satis idonei) & Molin. præsertim, qui jureconsultus est: non oppugnasset certe pontifices: sed concitasset suis scriptis vehementius supplexque rogasset, si Reipublicæ studio ducebatur: ut commoverent & cogerent sua authoritate antistites, si qui erant, qui istud negligerent. atque, ut Gregorius Magnus solebat & permulti alii, hortarentur Imperatores, Reges & Principes: ne illud jus ullo momento in suis provinciis paterentur excidere: sed qui antistites officio deessent, aliquibus presbyteris cum aliis probatissimis viris (qui quotannis rationem redderent, referrentque prius omnia in Codicem accepti & expensi) distribuenda daretur ea pars: condereturque siquid supereset quasi in ærario sanctiore (nec enim æqualis semper est calamitas) vel sublevarent vicinorum, vel aliorum inopiam in annonæ caritate, vel fame, ut ipsi mutuo quoque beneficio aliquando juvarentur aliorum ubertate, ut scribit Paulus in posteriori epistola ad Corinthios cap. 8. & 9. & postremo prioris epistolæ: & ad Ro. 15. non dos tum nec victus & vestitus, non denique necessaria deessent in Repub. Christiana, viduis, virginibus, pupillis, ægrotantibus aliisque id genus calamitosis hominibus. hic verus etiam cultus Christi Optimi Maximi. Itaque visus esset Molinæus saluberrima consulere, non sacrum ordinem vel jus Ecclesiæ oppugnare: sed justissime tueri & defendere.

39. 40. Quæ iterum de jure patronatus dicit omittimus. satis enim paulò ante à nobis factum est. Jus « etiam inquit, pleno jure conferendi, vel electionem « confirmandi, seu ratam habendi, spectat ad politiam » & externam disciplinam ecclesiasticam, quæ pars est » etiam politiæ regiæ, per notata in præfatione superioris edicti, num. 16. In eo ipso numero, ad quem Molinæus nos rejicit, & qui deinceps, nihil de illo pleno jure conferendi: nihil de confirmatione electionis. tantum leges quasdam Imperatorum & Regum, de quibus modo nobis sermo erat, observavit. aliud quidem est leges ferre & sanctiones, quibus status ecclesiasticus defenditur ut armis: aliud dare sacerdotia vel probare electionem: & nisi aliter nos doceat, non possemus discedere ab eo jure, quo videmus neque usos Reges vel Imperatores, neque ullis licere putasse. concilia Metropolitanorum id esse volunt, vel Pontificis Romani, ut Nicænum concilium capite quarto. Postquam ordinatus est Episcopus confirmatio, inquit, pertinebit per singulas provincias ad Metropolitanum Episcopum. Atque ita aliis « multis conciliis, quæ nobis afferre non est necesse. omitto ex concilio Lateranensi caput 44. de electione & alia multa in Gregoriano. & postremum in Sexto. eo ipso titulo. Nunciari quidem factam electionem Principi vel patrono jus esse posse diximus, ut assentiatur: sed id confirmatio à jurisperitis non dicitur, sed consensus. illa enim est Metropolitani, vel superioris: hic vero consensus principis: quod ejus interest, non habere infestum antistitem. Confirmatio non est, sine probatione morum electi, eruditionis doctrinæque ecclesiasticæ: nec aliter fieri debet ex concilio Tarraconensi. 65. distinctione Gratiani. Quare capite postremo. de electione. in Sexto. sancitum est, ut prius edicto & præconio in æde sacra vocentur, qui objiciunt, vel objicere volent aliquid in electum, quàm confirmatio fiat. Princeps autem, qui bellicis rebus & politicis occupatur, si nolumus assentari, ita confirmare non poterit: cum Metropolitanus, qui in munus idem & genus doctrinæ totus incumbit, vix satis hac in re gregi possit consulere. difficillimum certè semper fuit censorem esse, & judicem artis & officii cujusque, & apti solum, qui in eodem versantur, id est qui sunt ejusdem generis. ut musicus musici, medicus medici, nauta nautæ, eques equitis, grammaticus grammatici, episcopus episcopi justus & verus probator esse potest, & jurisperitus jurisperiti, ita quis sit paribus exanimatus ponderibus. quocirca & Regis ipsi in Gallia majores magistratus suos delectos committunt probandos amplissimo senatorum ordini. Qui vero alterius generis apti non sunt, ut musicus nautæ: equitis Episcopus: atque eò magis, quo magis diversa sunt genera & separata: nisi ut philosophi solent dicere, κατὰ συμβεβηκός, hoc est, potest fieri, ut jurisconsultus quispiam, qui sit simul idem medicus, idoneus probatur & author medici: sed tamen non propterea quod sit jurisconsultus (sunt enim alterius generis) sed eo quod medicus. Quod Imperatores, Reges & Principes, qui salutis suæ & suorum & incolumitatis fuerunt studiosi plane intellexerunt non solum in hac probatione, sed etiam in tota constitutione ordinis sacri, quam noluerunt attingere, sed reliquerunt semper eidem ipsi ordini, ut Carolus Magnus, & Ludovicus Pius. quod ex primo libro capitulorum utriusque Gratianus transcripsit 63. distinct. Valentinianus tametsi rogatus id respuit, ut Theodoritus historiæ tripartitæ, libro septimo. cap. octavo. & apud Gratianum 65. distinct. & aliis multis. quæ omnia longam narrationem desiderant: nihil enim est perniciosius Christianæ Reipublicæ rudi imperito & improbo antistite: & nihil salubrius optimo & perito. hi enim

Source : BIU Cujas

Christi locum replent disparitamen gradu & ordine. Principes vero ut occupationibus & munere ab eis differunt & moribus (nec enim eadem vivendi decet semper eos, qui Episcopos) sibi facile obrepi posse plane noverant. idque omnium maximè nostri noluerunt, qui merito Christianissimi dicuntur, quorum exempla eo lubentius solemus proponere : quo regnum eorum religioni conjunctius, magis quàm reliqua omnia, semper floruit. Nullum enim est in hoc Europæ toto orbe Christiano, quod sua possit longius initia repetere, aut cum hoc jure conferre rerum gestarum gloriam : ut exemplo cæteris omnibus Reges ipsi & instituta eorum, non alii ipsis esse debeant : prudentiæque & splendoris sit aliis, ipsos imitari. Nec dubium est, quin pro singularibus in sedem Apostolicam totumque sacrum ordinem meritis, jus eligendi, confirmandi, dandique sacerdotia omnia, & quodcunque Molinæus volet, consequi potuissent: sed nunquam se his rebus immiscere, salutiferum putarunt. Broymardus, Divum Ludovicum Francorum Regem, hæc legato suo Roma reverso dixisse scribit.

» Quod mandata mea diligenter curaveris rem gra-
» tam feciſti, & laudo diligentiam tuam. Quod vero
» præter mandata mea diplomata ista à Pontifice depor-
» tasti, quibus dandorum Ecclesiis Episcoporum mihi
» potestas sit, nec agnosco, nec postulo. Intelligo enim
» satis, quanto cum salutis discrimine, cui tu parum
» consulere videris, ego ista susciperem. eáque diplo-
» mata in ignem conjecit. Non ignorabat certe Rex optimus, quid esset Episcopum deligere, vel dare non solum probare. Si enim in armento gregeque pecudum tantum operæ ab omnibus ponitur, ut nisi lectissimo & probatissimo pastori committatur, non minorem sane curam ad pastores hominum : qui ratione sunt præditi adhibendam esse putavit. Non ignorabat quanta pernicies, & quanta salus esset in antistitibus reposita. Sunt enim, ut dixit Petrus Clementi, epistola prima ad fratrem domini, magistri navis & nautæ. Navis vero nisi à scientissimo gubernatore neque cursum suum optimè conficere, neque in maximis turbinibus & fluctibus, & procella, nisi ab antistitibus salva in portu collocari : neque scopulos effugere potest : sed naufragium fieri necesse est, jacturamque omnium rerum demergique navigantes. Nunciari quidem mors antistitis patrono posse, perique ab eo venia, ut electio fiat jam expositum est. quo spectat illud de Philippo Augusto, quod hic affert Molinæus, à quo petebatur in Ecclesiis (idque in regalia vacare di-
» cere solemus) non omnibus. Nos, inquit Philippus,
» tam canonicos quàm monachos monemus, ut talem
» pastorem eligant, qui Deo placeat & utilis sit regno.
idem de Rege Hispaniæ in constitutionibus eorum titulo quinto, lege decima octava partis primæ. Nec Reges posteriores aliud quicquam, quàm nominandi jus sibi quæsitum voluerunt ex ea conventione, quàm
» concordatum in Gallia vocamus. Nam in nuda nomi-
» natione eis periculi nihil est. Etenim Pontificis Ma-
» ximi est probare. Canonici (inquit paragraphus pri-
» mus de regia ad prælaturas nominatione facienda in
» concordatis) ad electionem, seu postulationem inibi
» futuri prælati procedere non possint, sed illarum oc-
» currente hujusmodi vacatione, Rex Franciæ pro tem-
» pore existens, gravem magistrum seu licentiatum in
» Theologia, aut utroque, seu in altero jurium docto-
» rem, aut licentiatum in universitate famosa, & cum
« rigore examinis, & in 27. suæ ætatis anno ad minus
» constitutum, & alias idoneum, intra sex menses à die
» vacationis ecclesiarum earundem computandos, no-
» bis & successoribus nostris Romanis Pontificibus seu
» sedi prædictæ nominare, & de persona per Regem
» hujusmodi nominata per nos, & successores nostros,
» seu sedem prædictam provideri. & si contigerit præ-
» fatum Regem personam taliter, non qualificatam
» ad dictas Ecclesias sic vacantes nominare, nos &
successores seu sedes hujusmodi de persona sic nomi- «
nata eisdem Ecclesiis minime provideri debeat. Sed «
teneatur idem Rex intra tres alios menses à die recu- «
sationis personæ nominatæ non qualificatæ solicita- «
tori nominationem, non qualificatam prosequenti «
consistorialiter factæ intimandæ computandos, alium «
supradicto modo qualificatum nominare. Alioquin «
(ut dispendiosæ Ecclesiarum hujusmodi vocationi ce- «
leriter consulatur) Ecclesiæ tunc si vacanti per nos & «
successores nostros, seu sedem hujusmodi de persona, «
ut præfertur qualificata, nec non Ecclesiis per obi- «
tum apud sedem prædictam vacantibus, semper etiam «
nulla dicti Regis præcedente nominatione, libere pro- «
videri possit. Decernentes electiones contra præmissa «
attentatas, ac provisiones per nos & successores no- «
stros & sedem factas, nullas & invalidas existere. «
Quare coguntur ex concordato testimonia academiæ alicujus, quibus appareat eos esse in aliquo doctrinæ gradu, pontifici ostendere.

Proinde, inquit, vel meri laici non minus capa- «
ces sunt etiam propriissimè & essentialiter spiritua- «
lium, quam meri clerici, ut est inconfesso. Hæc «
autem spiritualia Molinæus paulo ante dixit, esse ex Theologorum sententia, gratiam divinam, verbum Dei, virtutes. Sunt certè Laici apti quidem & capaces harum rerum, ut clerici : imò vero illius vitæ & incolumitatis sempiternæ, & spiritus ipsius sancti : omnes enim templum ejus, & Dei sumus, ut ait Paulus. 1. Corinth. cap. 2. & 3. & 6. corpora nostra esse membra Christi, quo nihil magis spirituale. Et quod est admirabile, filii Dei ut simus, nobis omnibus potestatem fecit in Evangelio Joannis capite 1. possumusque omnes Reges esse & sacerdotes in Apoc. cap. 5. Imò jam nos tales effecit capite 1. Apocal. Quid igitur attinet disputare an spirituale, an temporale, an capaces laici vel clerici; omnium enim ista sunt; sacerdotium erit omnium res communis & propria nulli. omnes sacerdotes, omnes clerici, & iidem ipsi laici : vana erunt nomina. Cur igitur «
hæc pòst adjicit, Ipsum certè, inquit, ministerium ve- «
re & propriè ecclesiasticum, Evangelii, verbi Dei, & «
administratio sacramentorum, separavit Deus ab ad- «
ministratione, & potestate civili etiam regia, ut satis «
supra probatum est, & est tex. In c. te quidem & c. si- «
cut 11. q. 1. non autem externam politiam, disciplinamque ecclesiasticam, cujus pars est præsentatio ad «
sacerdotia, vel eorum congrua dispositio. Cur sepa- «
ravit? cum omnes simus pariter sacerdotes, pariter capaces eorum, quæ omnium maximè sunt spiritualia? dirimat hanc controversiam oportet, ne videatur sibi repugnare, quid ita laici digni sunt spiritualium maximorum maxime : minorum vero minimè? an idcirco sacerdotiorum datio eorum erit? consentaneum etiam videbitur, ut quo magis discreditur ab illis summis, eò separata magis sint à laicis? quare sacerdotiorum dationes, quæ longius abesse putat à spiritualibus maximis, videri poterunt clericorum propriæ. Sed Molinæus nihil adfert, quo sententiam suam confirmet : quocirco omittimus. Theologos enim, quorum præsidio utebatur, ille repugnare, intelleximus. Illa vero duo capita ita ei obfuerint. Nam Petrus in illis Clementem Pontificem, quem sibi successorem delegerat, prohibet secularibus negotiis, relinquereque laicis imperat, idem autem ipse Petrus jussit Clementi constituere Episcopos, Archiepiscopos, Primates & Patriarchas, ut jamdudum à nobis explicatum est, ex eadem epistola, unde illa duo capita deprompta sunt. quod etiam transcripsit Gratianus 80. distinctione, non igitur constitutio Episcoporum erit secularibus annumeranda : aut relinquenda laicis : officiunt ergo potius, quàm juvant suam sententiam illa duo capita.

Et sic patet, inquit, Quam male fucatum fuerit argumentum Canonistarum, quorum etiam aliqui ma- «
le, imo injuriosè, laicos inter profanos deputant. Non «

Source : BIU Cujas

ſolum certè non male fucatum fuit vir egregie, aut calamiſtris inuſtum: ſed ne fucatum quidem, nec fucum quo eſſet illitum oſtendere potuiſti: ſed eſt nativus color verus & natura rebus inſitus. & hæc Canoniſtarum ſunt expreſſa ſigna probitatis: non fucata ſpecie forenſi. Nec Canoniſtæ injuriam ullam ulli faciunt ſi profanum appellent: aut certe hæc injuria facta eſt ab Apoſtolis canone 63. à Petro in epiſtola Clementis. & capitibus illis duobus, de quibus modo dicebamus: à conciliis ut Nicæni capite quinto, & ab omnibus ſanctis patribus. omnes enim laicos appellant, qui clerici non ſunt. hoc enim primum diſcrimen Chriſtianorum fuit, & antiquiſſimum: iſtud vero nomen laicus, Græcum eſt, quod Latino ſermone profanum ſignificat. atque ita Budæus, quem ut ſuperes in Græcorum, & Latinorum verborum explicatione nihil habemus quod in manus noſtras pervenerit, ex quo id judicare (qualecunque judicium ſit noſtrum, exiguum certe fatemur) jure poſſimus: neque ſcimus an majora quàm ille domi habeas, quæ expectanda nobis ſint. juris quidem diſciplina ſcripta tua, quæ maxima ſunt præſtare videntur. nec enim tibi tua tuorum ſtudiorum laus, detrahenda aut imminuenda eſt. id enim cum petulantis eſt maledici & invidi: tum ab omni viro probo & honeſto remotum. Scribit ergo Budæus ſingulari ingenio & eruditione vir, in adnotationibus in pandectas. ad legem 12. de diſtractione pignorum. Propterea profanos appellavi, ubique homines ſacris non initiatos: non enim lubens facio, ut Græcis verbis utar, ubi Latina ſuppetunt idem ſignificantia & paulò antè: Fana à fando, quod ea Pontifex, certa verba fando, dedicat, authore Feſto. Inde profani dicti ſunt, qui ſacris initiati non erant. quod Virgilius libro ſexto ſignificat, cum inquit, Procul, ô procul eſte profani: conclamat vates. Nunc laicos vocamus quaſi populares. Laicum enim vulgo Attrectabile ſignificat, ſicut ſacrum dicitur & ſanctum cujus tactu populo interdictum eſt. Idem quoque ſcribit de profanis in ſuo cornucopiæ Nicolaus Perottus, qui in hoc genere interpretationis plurimum excellere videtur, præſertim in exquirendis etymologiis, ut jure quis eum Varroni contexuerit: aitque profanum dici quod religioſum non ſit aut ſacrum. & hunc locum Plauti aptiſſimè accommodat, Sacrum ſit an profanum parvi penditur. Cicero quoque in Verrem, facere ex ſacro profanum dicere ſolet. Si injuria, vel contumelia non ſit; ordinem ſacrum dicere, cur erit, ſi profanum dicamus? vel quòd in ſacerdotio non ſint, profanos appellemus? his enim differentiis diſtinguntur Chriſtiani.

41. ad 54. Cumulatiſſime ſatisfactum putamus his quæ ad oppugnationem pontificatus maximi, ſacri ordinis & juris inſtitutorumque veterum Molinæus attulit, quibus in rebus diu multumque fuimus. Erant enim illa graviora: quæ verò ſubſequuntur leviora, leviterque attingenda ut omnium minimè lædunt dignitatem. Texit Molinæus pontificum hiſtoriam (ſi hiſtoria dicenda ſit in qua vitia tantum narrantur & tacentur virtutes) ex Platinæ ſcriptis. æquum erat quæ honeſta ſunt non prætermittere. De Epiſcopo, inquit, Romano indubitatum eſt non licuiſſe, ſine imperatorio aſſenſu eum ordinari, ut apud Paulum Diaconum. de geſtis Long. lib. 3. c. 39. & 73. & cap. 10. Id certè verum eſt: decretum enim electionis factæ perferebatur ad Imperatorem ex capite 21. diſtinctionis 63. Gratiani. hic autem mos eſt inductus propter crebros tumultus & vim in electionibus: ut Anaſtaſio Imperatore triennio cæde & rapinis res ob duos electos acta eſt: ut ſcribit Nicephorus in Anaſtaſio inter Damaſum & Urciſimum & alios multos, quibus rebus poſtea Bonifacius Pontif. Ro. Honorium Imp. rogat & hortatur, ut proſpiceret apud Grat. 79. diſt. quare electionis à clero & populo, qui tum eligebant factæ, decreto probato, Imperator hunc conſecrari, quod ordinari etiam dicitur, permittebat. hæreticis autem Imperatoribus omnia perturbantibus interdum, & largitione corrumpentibus eligentes, ut Anaſtaſius Imperator illo in loco Nicephori, quod ante copioſè nobis eſt expoſitum, ab ea conſuetudine nonnunquam diſcedebatur. cum vero amiſſa Ravenna officio tutelæ & tumultus in electionibus comprimendi deeſſe eis neceſſe fuiſſet. quid ad eos referre opus erat? Quapropter Carolo Magno nondum Imperatori, ſed Regi tantum intelleximus ab Adriano in ſynodo non ſolum id juris datum eſſe ſed etiam multo auctius, qui etiam injurias Leoni Pontifici illaras ultus eſt, ſedemque tuebatur. Poſtea Ludovicus Pius Imperator filius Caroli Magni, liberam reliquit Romanis electionem, ex pacto cum Paſchali primo Romano Pontifice. quod ſcripſit Gratianus capite 30. diſtinctione 63. atque Bibliothecarius, & eum ſecutus Platina in Paſchali I. Poſtea tamen Gregorius IV. ab Paſchali tertius, prius inire pontificatum noluit, teſte ipſo illo Platina; quàm à legatis Ludovici confirmatus eſſet: ante, inquit, modeſtiæ erat. de duobus vero eo prioribus & aliis permultis, qui ſanctiſſimi dicuntur poſt illum Gregorium, nihil traditum habemus, ut neceſſariam ipſorum Imperatorum voluntatem fuiſſe judicemus. nec iſtud Gregorii, quicquam perſuadet. Nam Adrianum Imperatorem ſcribit Dion ita imperii confirmationem à ſenatu poſtulaſſe. quinetiam deprecatione uſum Spartianus tradit, quod ſimul atque Imperator fuerat deſignatus, non retuliſſet de electione ad ſenatum, ut ejus judicium ſenatus faceret: ob iſtam autem hujus lenitatem aliis Imperatoribus idem ipſum non fuit neceſſe. Hac tamen in re, ego certe ut ingenuè fatear. nihil quod vere affirmare poſſim, habeo. Nam Platina ſcribit in eo ipſo loco Romam a Ludovico miſſos Legatos, ut electionem confirmarent. quod inquit ab eo factum eſt non ſuperbia: ſed ne jura imperii amitteret. Si pactum illud cum Paſchali erat, quid ita, ut ait, illud metuebat Ludovicus amittere, quod jam amiſſum eſſet? Equidem aut oppugnanda fuit à Platina Bibliothecarii, & Gratiani fides, qui annis plus trecentis eum antecedit: aut citandi teſtes, vel aliquid afferendum, ut magis ſibi quam illis vetuſtioribus creditum vellet. nam, ut plus ponderis hac in re vel authoritatis teſtimonium ejus ipſius ſolius habeat nulla ratione adducimur. Sed fieri poteſt, ut cum tumultus, factio vel cædes eſſet, tum adhibitam eam authoritatem Impera. atque iſtud Platinam confirmationem, appellare. erat enim eorum, tales motus ſedare & comprimere: nec ullum pactum id impedire unquam debuit etiam ſi jus aliud nullum fuiſſet. Sigibertus, qui ſcripſit anno 1110. narrat Anaſtaſium contendiſſe de Pontificatu, cum Benedicto tertio: atque Benedictum à legatis Lotharii Romam miſſis, ut confirmarent electionem. & Imperator Ludovicus, inquit, ſua præſentia roboravit creationem Nicolai primi. Et nonnunquam pontifices ipſi implorabant opem Imperatorum adverſus alterius factionis authores, ut Formoſus, Arnulphi. Itaque cauſæ nihil video cur de tumultuoſis electionibus ſuperiora exempla: quæ etiam Molinæus profert, intelligi non poſſint. Et Adrianus ſecundus omnium ſuffragiis electus eſt, nullo authoritatis loco legatis relicto. Dicebant enim, inquit Platina, Romani, qui fieri poteſt, ut peregrinus & hoſpes in aliena Republica dignoſcere poſſit, quis potiſſimum ſit cæteris anteferendus? id maximè ad cives pertinere, & eos præſertim, cum quibus familiariter vixerit. Eſt iſtud etiam in Gratiani diſtinctione 63, cap. 30. quod effectum non jure Molinæus ſentire videtur eam ob cauſam, quòd Gregorius quartus, cui Gratianus tribuit illud caput, deceſſerat ante Adrianum II. Ante quidem deceſſiſſe verum eſt: at mendoſum

numerum esse (ut sit Greg. V. vel alter non IV.) probitati magis, ut conjiciamus, convenire statuo quàm gravius aliquid nullo firmo argumento de aliquo suspicari: cum præsertim quotus quisque sit Pontifex, cum aliquem citat Gratianus, dicere non soleat. Ecquibus similia non accidunt? Et si peteremus à Molinæo, an libri ejus unquam depravati fuerint, aliquo saltem numero, fatebitur, ni fallor, & hoc in ipso libro sæpe quæ nos non solemus curare: veremur enim ne nos appellet leguleios syllabarum aucupes: nec pactum quo convenit Ludovico Pio, & Lothario filio ejus, cum Leone quarto, in ea distinctione cap. » 31. ut electio consecratioque Romani Pont. non nisi ju- » ste & canonice fieret, significat quicquam ab Imperatore ipso retentum illo alio pacto, de quo antea diximus: neque, ut Molinæus ait, debere adesse eos in electionibus. Perspicuum est enim omnique jure cautum etiam à Pontificibus, ut electio Canonice fiat, uno & communi omnium, vel majoris partis consensu, ex canone concilii Nicæni, capite quarto & 5. Arelatensis secundi, & capite sexto. de electione in Gregoriano. quod enim à majori parte fit ab omnibus factum videtur, ut Molinæus ex regula juris non ignorat: si dissentiant inter se, ut plurium consuetiens voluntas sequi non possit, electio momenti nullius est. Itaque canonice fieri dicitur ex præscripto canonum: hujusmodi autem adjectio & pactum nihil aliud est, quàm admonitio. Hanc adjectionem, in- » quit, Ulpianus lege sexta. de tutelis. quam Præsides » provinciarum faciunt, tutorem do si satisdederit, non » conditionem in se habet, sed admonitionem, non » aliter ei tutelam committi, quàm, si satisdederit hoc » est, non aliter ei gerere permittendum esse: quàm si rem salvam fore caverit quare juris nihil esse Imperatoribus non significatur illo pacto, vel acquiritur, vel conservatur, nisi quod canonibus comprehensum sit. Nullum autem est, ut adsint magis, quàm privatorum quisque, tum ipsi multo minus, propter metum eligentium & potentiam eorum. libera enim suffragia esse debent, ut confirmant ipsi: quinetiam prohibitum esse perspicitur canonibus octavæ synodi: quod etiam transcripsit Gratianus capite secundo in eodem » illo loco. Hæc sancta, inquit, & universalis synodus » definivit & statuit, atque jure promulgavit neminem » laicorum, principum, vel potentum semel inferere » electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropoli- » tani: aut cujuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata » & incongrua fiat electio, contemptio, vel confusio. » Huc pertinet canon Apostolorum 31. si quis Episco- » pus secularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur: & segregentur omnes, qui illi communicant. scriptum etiam extat apud Gratianum decima sexta dist. quæst. septima. Isti volunt amplificare in sacris rebus, rem principum: quærunt historiam: at quærendum est jus, non solum factum. rem fortasse eorum, tacendo longè utilius gererent. tuenda quidem sunt eorum jura, sed non illa est ratio, labefactat potius. ista omnia quomodo se habeant non possunt paucis exponi: deinde nos doceri magis quàm docere videri volumus. & nihil causam nostram debilitat, etiamsi probaretur Imperatorum illa confirmatio, vel electio: non magis quàm militum, vel aliorum suffragia, ut canonicorum, auget, vel imminuit dignitatem imperatoriam, vel Episcopi: vel inferiorem demonstrat designantibus, declarantibus, vel renunciantibus. Renunciatio, confirmatio Latine dici potest, voce enim Consulis fiebat: designatio vero populi suffragiis, renunciabatur, declarabaturque designatus & electus apud veteres Romanos. Othoni primo ob res præclare gestas cognomine Magno renovatum est à Leone octavo illud caput Adriani in ea ipsa distinctione. capite 23. de electione Romani pont. ut Carolo Magno nondum Imperatori datum erat paulò ante Henricus hujus Othonis pater, & ipse Otho, ne legati eorum impedimento, forent electioni eorum statuerant, ut in eo loco capite 32. ubi etiam capite 30. Otho fidem suam jurejurando devinxit Joanni duodecimo Romano pontifici. Molinæus tamen in commentariis suis, consuetudinis Parisiorum, in exordio tituli primi numero 33. negat hujus Othonis primi esse, sed secundi, cum tamen nihil afferat, cur non illius esse possit, ut alii consentiunt, Otho enim ab illo Joanne Imperator constitutus est, ut illi ætati pene æqualis. Hermanus Contradus scribit: Othoque eum ob scelera dejectum restituit. Quod autem ait Molinæus necessariam fuisse confirmationem Imperatorum, fuit certe interdum necessaria, ut diximus: sed nihil interest de ea re disceptare: si hoc tempore, quo alia est electionis ratio, necessariam demonstrare vellet, immorandum nobis esset. Neque Platinæ probatur in Clemente secundo, ut ait Molinæus: sed verba Henrici Imperatoris commemorat. Isti vero Pontifices, Benedictus 9. Sylvester tertius. & Gregorius sextus. quæ cum Platina Molinæus tria monstra terrima appellat: & Joannes 16. qui omnia cognatis largiebatur, & Damasus secundus, qui vi occupavit sedem: hi, inquam flagitiosissimi non lædunt probos & sanctos, non lædunt ordinem, cacodæmones non lædunt cælites, vel eorum ordinem, ut nec tibi vel aliis bonis obfuerit prævaricator furax causarum patronus, qui nulla opera & diligentia adhibita, sed simulata, clientis & spem & pecuniam ludit. nec optimis Imperatoribus & Regibus Nero Caligula & tyranni. Damasus vero primus legitimus fuit Pontifex, laudatur in conciliis, & sanctis viris, & lege prima Gratiani, Valentiniani, & Theodosii in Codice Justiniani. de summa Trinitate. ut Molinæus severior in eum judex sit, quàm virum eruditum deceat: censet enim de albo Pontificio delendum, quod in electione ejus seditio gravior fuerit: nec enim ejus culpa id accidit: sed semper inconditæ turbæ & vulgi diversa fuerunt studia, etiam ecclesia nascente, ut de quodam Basilide apud Cyprianum libro primo, epistola quarta. erant & alii Pseudoepiscopi: & libri referti sunt exemplorum. Si Symon ille cognomento Magus parare sibi munus divinum voluit, quid si vi, gratiaque vulgi id sine ullo sumptu consequi posse putasset?

54. ad 69. Causamque, inquit, tam præfractæ cu- « piditatis aperit. Ammianus Marcellinus libro 27. secu- « ritatem triplicem, nempe divitiarum, fastus, & de- « liciarum: & exprobrat eis antistitum provincialium « frugalitatem & sanctitatem. Num etiam Molinæ « provincialibus, Romanorum sanctitas objici poterit? non ignoras enim cum ex Platina, quem valde amplecteris, tum aliis, eos reliquis Episcopis, ut dignitate, magnitudine, ita virtutis splendore fidei & doctrinæ præluxisse, quod testatur Augustinus in libro adversus Donatistas, capite 165. atque Pontifices 38. omnesque ad sua usque tempora recenset, egregiaque exempla eorum Donatistis proponit. Idem ipsum fit in synodo sexta. actione quarta. usque ad Agathonem 70. Pontificem. sed post illos etiam alii commemorari possunt non solum ex illo ipso Platina sed aliis etiam antiquioribus. nulla sedes unquam habuit tot majorum imagines integerrimorum virorum, & eruditissimorum, ut tanto Petri loco magis dignos fuisse, quàm reliquos omnes Episcopos judices. Et si illi pauci quos enumerat (ut in tanto numero aliquos esse, minime mirum est) officii sui obliti turpitudini se dediderunt, seipsos certe contaminarunt, non dignitatem. sol enim, ut dicebat Socrates, fœdissima etiam loca illustrat. Nec ille perditissimus Judas proditor, labefactavit ipsum Apostolatus decus. potius latere debent vitia virtute bonorum? & laudabilius esse solet in laude virtutis versari, quàm convicio. Nec tamen pro scelere & flagitio sed

Source : BIU Cujas

pro honeſtate pugnandum eſt. turpe enim facinus cum in nullo profano homine, non modo ſacerdote & antiſtite, tum omnium minime in iis, qui in hoc ſummo loco ſunt poſiti probandum, aut laudandum fuerit. ſunt enim Chriſti ſucceſſores & Petri, non ambitioſi cujuſdam, non ſacrilegi, non ferocis, non efferati, non cruenti: ſed leniſſimi, mitiſſimi, optimi, ſanctiſſimi. Non nos, inquit Symachus Pontifex, 40. diſtinctione. Beatum Petrum, ſicut dicitis, à domino cum » ſedis privilegio, vel ſucceſſores ejus, peccandi judi- » camus licentiam ſuſcepiſſe. Ille quippe perennem me- » ritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmiſit ad poſteros. Nec tamen de eis quaſi homines non ſint, qui labi non poſſint judicandum eſt, ut noſtra certe ſemper optamus, ita aliena perſæpe ferenda ſunt. Accommodatum quidem eſt (ut de iis id dicamus, quod ex concilio generali ſcriptum eſt in capite 24. de accuſationibus in Gregoriano,) illos eſſe in ejuſmodi loco, ut ad quos omnium haſta & ſagitta collimat: neque enim, ut inquit Chriſtus, civitas in vertice montis ſita, latere poteſt. quare minime mirum ſi & virtute præſtare debeant, & vitia eorum facile notentur. Non eſt facile, inquit Hieronymus in ea diſtinctione » ſtare in loco Petri & Pauli, ſcilicet tenere cathedram » regnantium cum Chriſto, quia hinc dicitur, Non ſan- » ctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum: ſed qui » exercent opera eorum. Loth, inquit Gregorius Magnus eo in loco, in civitate perverſa fuit juſtus: in » monte peccavit. Et Chryſoſtomus, Homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatum, propter duas cauſas: » aut propter magnitudinem peccati, aut propter magnitudinem dignitatis. Et eo ipſo in loco Auguſtinus, » Nihil eſt in hac vita & maxime tempore facilius, & » levius, & hominibus acceptabilius Epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, ſi perfunctorie, atque adulatorie res agatur. ſed nihil apud Deum miſerabilius, » & triſtius, & damnabilius. Et Bonifacius martyr, Si » Papa ſuæ fraternæ ſalutis negligens, deprehenditur » inutilis, & remiſſus in ſuis operibus, & inſuper à bono taciturnus: quod magis officit ſibi, & omnibus, » nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum adducit primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus. Hujus culpas » iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia alios » ipſe judicaturus, à nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur devius: pro cujus perpetuo ſtatu univerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animadvertit » propenſius pendere. Itaque cauſam ſuam, & judicium in ſinu ſuo habeant, ut reſponſum eſt Marcellino, & ſcribit Nicolaus primus ad Michaelem Imperatorem: ſat fuerit nobis ſi ſemper curent, ut alij inferiores antiſtites nos doceant & illuſtrent, ut ſacerdotium bene valeat: tum enim omnia alia tolerabilia ſunt & ferenda, privata enim ſunt, ſoliſque ipſis officiunt magis. Atque ita reſponſum ſit Molinæo ad ea exempla, quæ hic cumulat ex Platina & aliis, ne eò ſæpius redire cogamur, ut quæ de Gregorio ſeptimo, qui, ſi Benoni Cardinali, & Sigiberto credamus, multo ſceleratior fuit, quàm narrat Molinæus: nonnulli tamen hunc laudant, & à factione Henricorum illa conficta aiunt, cujus ille ipſe Beno fuiſſe in ſuo libello perſpici poteſt. & à Gregorio ablegatus fuerat: ſed nihil noſtra refert, vera ſint an falſa. concedamus majus quiddam: atque fuiſſe hunc omnium non ſolum Pontificum, ſed hominum quos terra unquam ſuſtinuit ſceleſtiſſimum, nihil id bonis certe vel ordini quicquam obfuerit. cur igitur in hoc tantum ocij conſumit Molinæus? deſunt ſane alij in quibus inſectandis ita ſuam poſſit explere cupiditatem. Mirari quis jure poteſt, quid eſt quod in his ſuum ſtilum exerceat potius quàm in quibuſdam profanis principibus: quo tanquam in unam voraginem cœtus omnium vitiorum exceſſiſſe multis ante ſeculis ſcribitur. at dicet ſclus quod in profanis levius eſt, in Pontificibus, qui virtute, pietate & ſanctitate omnibus præſtare debent, eſt graviſſimum. Equidem id nos fatebimur: ſed honeſtiſſimorum, optimorúmque exempla proponenda potius, ut vel ea omnes imitentur, vel in eis erubeſcant, à quibus longius ſe diſcedere intelligerent: ne improborum facinoribus ſua obſcurati putent, tenebraſque offundi. deinde id habet virtus, ut in flagitioſos odium conciliet maximum: & ſi ut odij cauſa, quod in Pontifices concitet illa exponit innumerabilium Pontificum, ut ita dicam, ſumma religio & virtus ſubjicienda erat oculis, non quorundam ambitio & improbitas, qui ita pauci ſunt, ut in omnium Pontificum numero, in nullo penè iſti videantur. At dicet in dignitatem ſe impetum facere, non mores. Non igitur paucorum mores ad evertendam poteſtatem, adhibendi erant: ſed conferendi potius, ut improbi viderentur probos ſuperare: quod nunquam potuiſſet (quanquam nec iſtud tentandum erat.) Interea tamen multa permiſcet, quæ hiſtoriæ peritus poterit reprehendere: & nobis, ut de iis dicamus, ſupervacaneum.

Et hic obiter, inquit, notandum de origine Cardi- « nalium, non fuiſſe inventum unius ſolius Papæ: ſed « ſymmiſtarum quoque ſuorum, videlicet parochorum « Romæ (quos vulgo curatos vocant) non totius diœ- « ceſis Romanæ ſed ſolius urbis & ſuburbiorum. cum « enim hi eſſent Papæ (ut pote proprio Epiſcopo) non « minus aſſidui, quàm in eadem urbe vicini, videntes « favore, judicióque Imperatorum, ut ſupra num. 12. « officialium & ſubjectorum Imperialium plus ſuo Epiſ- « copo, quàm reliquis Epiſcopis provincialibus tribui « (ut pote in loco, quod eſſet caput orbis imperij ſe- « denti) cœperunt, & ipſi cum ſuo Epiſcopo, & ejus « Archipreſbyteris & diaconis, hunc mundanum favo- « rem pro jure arreptum, quacunque occaſione augere, « propriumque & Papæ velut commune negotium col- « latis operis urgere: atque ſe tanquam aſſiduos, fami- « liares, conſiliarios & laterales Papæ è numero reli- « quorum parochorum in altiorem ordinem, nonnun- « quam prærogatæ dignitatis collegium eligerent, no- « vo ſplendidóque in id confícto vocabulo ſeſe Cardi- « nales appellarunt. Magnus certè, & perdiligens in- « veſtigator antiquitatis videretur Molinæus, ſi ſola ſine ratione, vel teſtibus, ejus valeret authoritas. Tria in hac origine Cardinalium perſpicienda videntur: munus, nomen, & inſignia. Munus quidem ipſum ortu ſuo æquale eſt preſbyterio, & diaconatu, quod intelleximus jamdudum ex Ignatio, qui vixit Apoſtolorum temporibus in epiſtola ad Trallianos. Quid eſt, « inquit preſbyterium, niſi inſtitutio ſancta conſiliarij, « & confeſſoris Epiſcopi? quid Diaconus, niſi imitatores Chriſti, miniſtrantes Epiſcopo? Iſtud autem eſt munus Cardinalium, quod nemo negarit, & Molinæus nunc fatetur. Quare Hieronymus ad Ruſticum cœtum preſbyterorum ſenatum appellat, apud Gratianum 16. diſtinctione. quæſtione prima. Senatum, inquit, Romani habebant, cujus concilio cuncta age- « bant: & nos habemus ſenatum noſtrum, cœtum pres- « byterorum. antea oſtendimus preſbyteros, ut juvarent Epiſcopos inſtitutos. Itaque concilium Carthaginenſe quartum canone 25. quod eſt in Gratiani diſtinctione 95. tranſcriptum eſt. Epiſcopus inquit, in Ec- « cleſia, in conſeſſu preſbyterorum ſublimior ſedeat, in- « tra domum vero collegam preſbyterorum ſe eſſe cognoſcat. Et hæc quidem de munere, de nomine vero iſta comperta habemus: ex Auguſtino libro primo, de baptiſmo contra Donatiſtas. capite ſexto. Quapropter, « inquit, inter nos & ipſos, quodammodo Cardi- « nales Donatiſtas, quorum Epiſcopus apud Carthagi- « nem Primianus eſt, jam de hac re nulla eſt controver- « ſia. & poſt pauca. Quanto ergo magis eadem pars Do- « nati in multa minutiſſima fruſta conciſa eſt: quæ om- « nes minutæ particulæ, hanc unam multo grandiorem «

Source : BIU Cujas

» in qua Primianus est de recepto Maximianistarum
» baptismo reprehendunt. & singulæ conantur asserere
» apud se tantummodo verum baptismum remansisse :
» nec omnino esse alibi : neque in toto orbe terrarum,
» quo Ecclesia Catholica expanditur. nec in ipsa gran-
» diore parte Donati. nec in cæteris præter se unam ex
» minutissimis partibus, quæ omnes particulæ, si ad-
» vertere voluerint, vocem non hominis, sed ipsius ma-
» nifestissimæ veritatis & animosum spiritum suæ per-
» versitatis domare : non utique ad partem Donati ma-
» jorem, de qua præcisa præcisæ sunt, sed ad ipsius vi-
» riditatem radicis Catholicæ de ariditate propria re-
» vertentur. Augustinus igitur Cardinales Donatistarum vocat grandioris partis presbyteros, quæ pars Carthagine erat, ejúsque Episcopus ille Primianus. Carthaginensem enim sæpenumero intelleximus Afrorum primarum Primatem esse, ut vulgo dici solet. Hæretici Catholicos imitabantur : nec unquam ordines aut hierarchiam oppugnarunt. Idcirco sibi suos constituebant Episcopos, Metropolitanos, & Primates. iisdem in sedibus, quibus Catholici. Catholicos hæreticos esse dicebant : & ea Donatistarum secta in Africa ortum habuit. Ridet Augustinus ejus tam varias, discrepantésque sententias, quæ in tot particulas & corpuscula, quasi atomos innumerabiles divideretur : nec cohæresceret tamen usquam inter se, præsertim suæ primariæ sedi Carthaginensi, id est Primiano illi Primati, & suis presbyteris. Quod magno exemplo (ut prætereuntes id dicamus) esse debet hoc tempore, ut explodendi quoque non solum ridendi sint, aut certe dolentius deplorandi hi, quos ita novis sententiis dissipatos audimus & videmus. Et doctos quidem, qui apud Augustinum & Hieronymum, & Ambrosium, aliósque vetustissimos authores, similes hujus ætatis de religione contentionum expressas imagines (dudum tamen extinctas) cernere possunt duci non deceat delinirique ullo novitatis lenocinio, ineptiis & nugis, quæ jam infinitæ sunt & innumerabiles. sed nos ipsi augemus errorem, dum eorum scriptis temere assentimur. cogamus eos in hisce rebus, ut aut testimonia, vel firmiorem rationem nobis afferant, aut taceant. Quod si fecerimus non tanta profecto erit scriptorum levitas. dum enim sibi non credi putabunt, & frustra scribere, aut loqui desinat, scribere & loqui necesse est. aiunt & vehementius adjurant, se non legisse multa, quæ à majoribus accepimus sancta & saluberrima : quasi vero omnes libri, vel in manus eorum venerint. vel omnia observarint : omniáque teneant memoria. non legisse quidem dicere cuique jure licet : negare vero, propterea quod non legerit, olim fuisse quippiam, ne eruditissimo quidem, vel etiam librorum Helluoni, affirmare concedendum est. nec enim unius tantum liber proponitur, à quo solo fides petenda sit, ut in lege postrema. Codicis Justiniani de rebus creditis. sed multi & varij in multorum manibus versantur : & reconditi antea, quotidie in lucem prodeunt. quare nunquam audiendi illi, quibus ista ipsa ratio pulcherrima & firmissima videtur, ut nobis persuadeant. Quis non ea uti quoque poterit omnibus etiam in rebus ? Ex Augustino igitur (ut redeamus ad illa) didicimus Cardinales esse presbyteros, vel diaconos, non omnium quidem Episcoporum, sed primæ & majoris sedis. distinguebantur ergo magnitudine Episcoporum suorum presbyteri isti ab aliis aliorum Episcoporum. genere quidem omnes presbyteri, consiliarij & confessores, Episcopi, & commune istud munus omnium : at non omnes Cardinales, ut nec omnes majores Episcopi. Cardinalis enim nihil nisi presbyter erit vel diaconus primarum sedium, præsertim Primatis Primatum, ut his verbis utamur. nec interest an certus esset numerus. Et ante Aug. nomen istud fuisse ex concilio Rom. à Sylvestro circiter an. 325. intelligitur habito cap. 6. Diaconi, inquit, non sint plures per parochiarum exa-
men, nisi duo : & Diaconi Cardinales urbis Romæ septem. Quod si aliarum quoque Ecclesiarum Cardinales dicebantur : quid igitur Molinæus ut Pontificis, ita Cardinalium Romanorum etiam nunc authoritatem Imperatorum beneficiis tribuere vult ? Utpote, inquit, in loco quod esset caput orbis & imperij. An in aliis etiam ut Carthaginensibus istud ipsum non dicemus? erant ne in urbe, quæ caput esset orbis, vel imperij ? Ut se, inquit, tanquam assiduos, familiares, consiliarios, & laterales Papæ è numero reliquorum parochorum in altiorem ordinem nonnunquam prærogatæ dignitatis collegium eligerent. An non presbyteri, confessores, collegæ & consiliarij sui Episcopi sunt, ut modo ostendimus ? & Romani, presbyteri cur sui Episcopi non erant ? Et cum alij Episcopi, qui procul aberant, & suos regere debebant, neque eorum consilio ita facile uti possent Romani Pontifices, an non necesse fuit istos curiones, qui præsto semper essent & quorum magis opera, officio & fide uterentur sibi adjungere ? cùm urbs, cùm pericula, cùm omnia denique essent communia : tum etiam cum fidelissimi essent socij : utrum igitur non fuerunt semper isti ejus consiliarij potius quàm cæteri ? non igitur novum institutum sed natum cum ipso ferme Episcopo Romano. Quid de nomine disputandum ? at dices, non erant qui nunc solent dici Legati à latere. istud videamus. concilium Sardicense paulò post Nicænum, ut expositum est, convenit. & ita ait Canone 7. de appellationibus Episcoporum. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid æstimet. & Græce κεφ. ε. ἀπὸ τῶ ἰδίω πλευρῶ πρεσβυτέρους ἀποστέλλοι, ut à suo latere presbyteros mittat. Novo, inquit splendidóque in id conficto vocabulo sese Cardinales appellavere. est ita novum & recens, ut jam 1100. ætatem ab Augustino, qui illa scripsit superet. Et à Sylvestro ferme 1200. Nec tum primum inditum probabile est : idque nomen non adeo eximium erat aut splendidum cum aliorum quoque esset : non Romanorum tantum : nec sibi quidem proprium voluerunt. Nam annis ab hinc non amplius centum, Nicolaus Perottus Episcopus Sypontinus in suo cornucopiæ scripsit, Aquileiensem Ecclesiam habere Cardinales : & Beneventanam : atque Ravennatem non solum Romanam : tum potuissent certe, si tam ambitiosi, quàm Molinæus putat, fuissent, interdicere omnibus. Non habent, sane rationem verborum : sed rerum. Imo vero, qui sunt cujuscunque Episcopi, presbyteri & diaconi, Cardinales dicti sunt à Leone cap. 2. de officio Archipresbyteri in Greg. alia tamen significatione, qua paulò ante majoris sedis presbyteri apud Augustinum : quod usui erit si exponamus. Cardinales enim intelliguntur hi, qui addicti & obnoxij propriíque cujuscunque Ecclesiæ sunt. quamvis non præcellant cæteris, quod cardine, ut ait concilium illud Romanum. capite tertio. constricti sint atque hæc magis nobis probatur explicatio ejus capitis Leonis, quam Bernardi sententia eo ipso in loco. Nam primum perspicuum est, sancitum esse in concilio Calcedonensi, & aliis multis : quæ Gratianus notat distinctione 71. sine literis commendatitiis sui Episcopi, non licere, presbytero, vel diacono deserere suam Ecclesiam : neque in aliena officio suo fungi, aut excipi ab altero Episcopo : erat enim tum ea sanctitas, severitasque disciplinæ ecclesiasticæ. quare nec multitudo tanta, quantam videmus, sacerdotum : erant enim ut curiales obnoxij curiæ, vel cohortales cohorti : ita initiati sacris Ecclesiæ suæ. Itaque libro 5. epistola 11. Gregorius Magnus scribit, fraternitatem tuam à nobis
» petiisse recolimus, ut Gratianum Ecclesiæ Venetianæ
» diaconum tuæ concederemus Ecclesiæ Cardinandum.
» Et quoniam nec Episcopum cui obsecundaret, nec pro-
» priam habet Ecclesiam hoste scilicet prohibente, quo

» ſuum debeat miniſterium exhibere, petitionem tuam
» non prævidimus differendam : idcirco ſcriptis tibi
» præſentibus eum neceſſario duximus concedendum
habituro licentiam diaconum illum noſtra interveniente authoritate eccleſiæ tuæ conſtituere Cardinalem ; Quod cardinare dixit, initio nunc conſtituere Cardinalem appellat, atque utrumque pro eo quod eſt mancipare adoptare, addicere devinctum, & obnoxium conſtituere, obligare, ſubjicere : quaſi cardine obſtringere : eſt metaphora à tignis cardinatis. Gratianus, qui illud tranſcripſit diſtin. 71. non cardinandum dixit : ſed ordinandum, quod idem quoque eſſe videri poteſt. ordinando enim fit Cardinalis, id eſt obnoxius eccleſiæ quaſi curiæ : ita tamen ſi ab eo qui poteſt, ut à ſuo Epiſcopo, vel voluntate ejus, vel Pontificis Maximi ſacris initietur, id eſt ordinetur nec aliter mancipari, aut obligari poteſt : quinetiam uterque communione ſubmovetur, donec ille ad ſuos redeat ex concilio Calcedonenſi in ea ipſa diſtinctione. Epiſcopus quoque, cum ſit ſuæ eccleſiæ mancipatus, ſi alteri maxima de cauſa, efflagitante vehementius populo & à Pontifice maximo præficiatur,
» fit Cardinalis. Hujus relatio, inquit is ipſe Gregorius,
» Cleri ſimul & populi Tarraconenſis gentis nos valde
» lætificat ob hoc quod de tua fraternitate bona teſta-
» tur. & quia defuncto Pontifice ſuo Petro ſibi Cardinalem poſtulat te conſtitui ſacerdotem eorum deſideria complenda eſſe prævidimus. Deinde eum conſtituit Cardinalem ſacerdotem, quem proprium eſſe
» interpretatur. Quicquid, inquit, de prædictis rebus
» eccleſiæ, vel ejus patrimonio, ſeu cleri ordinatione,
» promotionéve & omnibus generaliter ad eum perti-
» nentibus ſolemniter : atque Canonice ordinare, face-
» reque provideris, liberam habebis (quippe ut ſacerdos proprius) modis omnibus facultatem. & paulò
» poſt, Et ſic te prædictæ Tarraconenſis eccleſiæ Cardi-
» nalem conſtituimus ſacerdotem, ut & Fundenſis eccleſiæ pontifex eſſe non deſinas : nec curam gubernationemque ejus prætereas eccleſiæ. Vtrique ergo eccleſiæ erat devinctus : ſed hujus, utpote qui jam prius Epiſcopus : illius vero factus Cardinalis, id eſt proprius, & deditus, & adminiſtrator. huc etiam pertinet : quod in concilio Romano, Sylveſtri legit Gratianus ſecunda diſtinctione, quæſtione quarta. Ex quibus omnibus exploratum fit duobus his modis Cardinalem dici & intelligi : uno obſtrictum, altero præſtantiorem, principalem, & primum : illo quidem ipſo, nomen accommodari omnibus devinctis alicui eccleſiæ : hoc vero, ſolis preſbyteris & diaconis maiorum ſedium, & omnium maxime maximarum, ut Romanæ Antonomaſticωs, quæ omnium caput eſt, ut noſtra omnis hæc diſputatio demonſtravit : nec Molinæus attulit quicquam quòd impedierit : quominus & verum ſit, & videatur. Etymum ex una ſignificatione deductum metaphorice diximus, à tignis cardi-
» natis. De altera vero ita ſcribit ille Perottus. Circa
» id, inquit verti cardinem dicimus, in quo ſumma rei
» eſt : unde cardineum, ſive cardinalem pro præcipuo
» ponimus. Hinc Cardinea dea, de qua ſupra diximus.
» & primi ſacerdotes ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ
» Cardinales vocitati, quamvis aliæquoque eccleſiæ
» ſuos habent Cardinales, & ante iſta altiſſimæ partes
» cœli, quas Græci polos vocant, dicuntur vertices : quod
» circa hos mundus rotetur, propter quod cardines di-
» cuntur à ſimilitudine eorum cardinum circa quos valvæ volvuntur. Virgilius foribus cardo ſtridebat. Marius Crapaldus libro primo cardinem, quaſi cor januæ ait dici. cujus deam cardam appellat. Romani enim, ut Græci omnium rerum deos, deaſque fingebant : enumerat copioſiſſimè Auguſtinus, in libro de civitate Dei. Forculus dicebatur Deus, qui foribus præeſt : limentinus liminibus. Budæus in annotationibus in legem poſteriorem de origine juris cardinem cauſæ, ait dici firmamentum & continens, Græce στύλον à Quintiliano, quod vulgo punctum litis dicimus. Alciatus lib. prætermiſſorum primo, Cardinales, inquit, « in jure Pontificio dictos opinor, exemplo civilium « magiſtratuum. In libro officiorum Theodoſii præfecti Cardinales, appellantur præfecti prætorio Aſianæ « diœceſeos, & præfectus Africæ, quod majores cæteris eſſent. Hinc & ſcapi Cardinales Vitruvio. Et hæc quidem de nomine & munere eorum. De inſignibus vero inter ſcriptores conſtat, ab Innocentio quarto, circiter annum 1250. ornatos primum Cardinales : quæ ſunt autem iſta, & quo nomine Latine appellentur, Lazarus Bayfius, qui in veſtium ratione explicanda, plurimum excellit in annotationibus, in legem Ulpiani 25. de auro & argento legato : Quinetiam, « inquit, videntur lacernæ eſſe eæ, quibus Cardinales « Romæ obequitando triumphantium more utuntur, « ſacerdotii (ut ita dicam) dibaphici jus adepti, cum « cucullo & cauſia purpurea, quam nonnulli capellum « rubeum vocant. Qui ne nimium hac de re glorientur : « ſciant lacernas quoque pauperiorum fuiſſe : juve. in 3. «

Et quod materiam præbet, cauſaſque jocorum «
Omnibus hic idem, ſi fœda & ſciſſa lacerna. «
Martialis ad Mamurianum. «
Cerea ſi pendet lumbis, ac trita lacerna. «

Nobiliores illuſtrioreſque, niſi pluvio tempore : ut in ſpectaculis utebatur. Quare Tul. objectat Antonio, « quod reſediſſet in urbe cum gallicis & lacerna. & paulò ante. Sacerdotes quoque, qui Canonici dicuntur « lacernis nigris, ornantur ut cucullo cùm in ædis choro ſedentario divinos Davidis verſus alternis ultro citroque vicibus decantant : tempore vero æſtivo utuntur amictu pelliceo, quem ab amiciendo, ut opinor, « aumiciam vocant. Penulam idem penè, quod lacernam fuiſſe putat apud Paulum priori ad Timotheum in poſtremis verbis. quibus omnibus confirmatur, quod tam ſæpe loquimur non ſolum cognomenta : ſed ornatum cultumque corporis ad illam tapinophroſynem veteres retuliſſe. nec enim genus veſtis, vel formam ab Innocentio mutatam arbitramur, ſed materiam & colorem tantum. Penula utebatur Paul. ut ex illo loco Timoth. Oratores etiam Romæ : nam tacitus in Oratorum dialogo ait, quantum humiliratis putamus eloquentiæ attuliſſe penulas iſtas, quibus « aſtricti & veluti incluſi cum judicibus fabulamur. « Penula fuit viatorum veſtis, cui ſimilis eſt μανδύη Gallicè eodem pene retento nomine mantellum appellamus. Quæ etiam ex Polluce obſervavit Bayfius. Dibaphicum ſacerdotium dixit, ἀπὸ τῦ δὶβάφε, id eſt, veſte purpurea bis infecta & tincta : utebanturque; veteres ſacerdotes Ethnici, ut Cic. ad Att. indicat. Proinde, inquit, iſti licet faciant quos volent, conſules, tribunos plebis etiam, deinde Vatinii ſtrumam, « διβάφω ſacerdotii veſtiant. Et epiſtola ad Cælium, Cu- » rius, inquit noſter dibapham cogitat, ſed eum infector moratur. hoc tempore nonnulli purpuratos appellant Cardinales. In illo concilio Romano Sylveſtro Pontifice, ita conſtitutum eſt canone ſexto, Diaconi non ſint plus vel amplius per parochiarum « examen, niſi duo : & Diaconi urbis Romæ ſeptem, ita tamen, ut Dalmaticis utantur : & palla linoſtinia, leva eorum tegant. in concilio Gangrenſi eodem Sylveſtro Pontifice canone poſtremo ita ſcriptum eſt, Et parſimoniam cum veſte humili non reprobamus, ſi- « cut etiam ornatum, præter corporis diligentiam in- « fucatum laudamus : diſſolutos autem & fractos in ve- « ſtibus & inceſſu non recipimus. & de his Gratianus 42. diſtinctione.

Poſtea de Cardinalibus hæc ait. Et tandem partim « ſua ſuique Papæ authoritate, & edictis, partim po- « tentia, faſtu, & pertinacia, id egerunt & aſſecuti « ſunt, ut excluſis principibus, deinde populo poſtre- « mo reliquo quoque clero ad ſe ſolos electio Pontifi- « cis Romani pertineret : ſicque fere ſemper unum ex « ſeipſis eligerent, ut etiam tetigit Nicolaus Machia-

Source : BIU Cujas

vellus libro primo, historiæ Florent. part. decimatertia. Othoni ita Molinæo data fuit potestas, ut dictum est: ut constituerent Pontificem non ut eligerent soli, sed ut adessent ipsi per se vel per legatos vel confirmarent: nec fieret electio sine voluntate eorum. atque sic caput Leonis 63. distinctione, quo concessum illud dicitur, Othoni est intelligendum: quod etiam Molinæus recte paulò ante explicat numero 50. nisi quod non fuit confirmatio veteris juris, ut ait Carolo enim Magno nondum Imperatori tributum fuerat, ut expositum est. Quare ita nonnulli Othonis successores confirmarunt. quinetiam tanta fuit authoritas Henrici tertii apud Romanos: ut defuncto Pontifice in Germaniam sæpe legatos ad eum, ut eligeret, mitteret: collecto Episcoporum concilio eligebat, & Romam mittebat, ut testatur Hermanus Contradus Germanus, illius ætatis scriptor. Romæ, inquit, Nicolao defuncto, Romani coronam, & alia munera Henrico Regi quarto transmiserunt, eumque pro eligendo summo Pontifice interpellarunt, qui convocatis Italiæ omnibus Episcopis generali conventu Basileæ habito, eadem imposita corona Patritius Romanorum appellatus est. deinde cum communi consilio omnium, Parmensem Episcopum summum Romanæ Ecclesiæ elegit Pontificem. & ita à Germanis Pontificibus, Imperatoribus conjunctissimis huic Henrico tertio & quarto multa indulgebantur. Nam is Hermanus enumerat Episcopos complures ab illo Henrico tertio datos Ecclesiis: præficiebat etiam Abbates: quasi res profanas interdum clientelæ nomine non sine ambitu ad sacerdotia dabat. Ex illa ipsa indulgentia Pontificum contentiones gravissimæ: & postea cum successoribus & illo Henrico quarto, bella complura in Italia: præsertim cum Gregorio septimo, qui interdixerat anathemate laico illis rebus Henrico: episcopisque quasi ambitus & symoniæ reis & majestatis administratione: hinc etiam tanta scriptorum varietas, dissentio & incerta, Cæsariani Cæsarem, Pontifici Pontificem scriptis tuentur & variæ ultro citroque criminantur. Henricus episcopis pontificiis dejectis alios sufficiebat: quod etiam Urspergensis, qui tamen, maxime cum velle videatur, continere se non potest, quin multa dicat, quæ insolentius Henricum se gessisse significent, ac uno omnium principum Christianorum consensu tanto imperio indignum visum esse, quòd illa pertinacissimè defenderet contra sacrosanctos Canones. Filius ejus Henricus, decreta Gregorii septimi, & Urbani secundi ejus decessoris, comprobavit, ut ait is Urspergensis: sunt autem scripta apud Gratianum (ut Molinæus etiam observavit) 16. distinctione, quæstione septima, his verbis, Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam, de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nulla tenus inter episcopos, vel abbates habeatur: Idem quoque de ea quam dicimus investituram statuit: quæ non erat similis illi sacramento fidei, quo se obligare antistites Regibus solent priusquam administrent. Nam non poterat electus antè consecrari, quàm vestitus esset ab imperatore: qui prius erat adeundus. vestiri autem ab imperatore dicebatur, ut scribitis Urspergensis anulo & pedo: quasi lituo augurali, & baculo pastorali, quàm crossam vulgo dicimus. Itaque desiit jus esse imperatoribus, si quod erat illarum: Populares verò magis testimonii causa aderant & semper antiqua fuit clericorum electio. quod antea attigimus leviter. Tumultus quidem comitiorum inconditæ turbæ suasit, ut clerici soli convenirent, nec tantopere esset opus pòst, Imperatorum authoritate ad eos sedandos: quod in synodo etiam constitutum fuerat multis annis ante illos Henricos, cujus canon est in Gratiani distinctione capite 1. 2. Deinde clerici non omnes adhibiti sunt, quemadmodum, neque antea omnes laici, sed primarii coibant Justiniano teste, παρ. διατ. ϛηγ. κιϛ. τοῖς ὧν. antè Clerici quidem, qui volebant, adesse poterant. non erat enim ista tanta multitudo clericorum. jam verò ostendendum Molinæo in electionibus expetenda ne magis sit idonea quædam paucitas, quam turba eligentium? docent certe in electionibus Imperatorum, duodecim viri docet Respublica Venetorum, quæ sortitur hanc paucitatem, ut explicat Caspar Contarenus Patritius Venetus in libro primo de magistratibus & Republica Venetorum. in novem enim viros, qui magistratus eligant, sors globulis ducitur. Docet omnis alia reip. administratio, quæ decurionum tantum est, non omnium civium, ut ex Ulpiano lege tertia, titulo, Quod quisque universitatis & libris de decurionibus. judicia quoque senatus docent, & omnium fermè ordinum. Quod & summam rationem habet in electione: cum enim duo sint, quæ officiunt electionibus, inscitia, & affectus animi & cupiditas, quæ Græcis πάθος dicitur, unde seditio & factio nascitur, & graviores motus: & tribus modis quis præficiatur lege, quam naturam appellare solemus, ut Reges propemodum omnes: sorte, postremo suffragiis, quæ electio dicitur. natura & sors vacua ab omni affectu est, cæca tamen utraque est, insciens enim deligit. suffragium vero contrà illius non hujus expers est. omnes tamen ferme nationes & populos videmus ante posuisse naturam & sortitionem suffragiis, in constituendo summo magistratu & principe. Quamobrem? cur casum fortunæque monitum, atque ignorationem prætulerunt? Præterea hi apud quos valent suffragia, cur paucorum esse voluerunt, ut imperii electores & Veneri? cur istud ipsum (quod viro ingenioso dignissimum erat) Molinæus non exposuit potius quàm quæritur, quod electio non omnium clericorum esset, non exposuit inquam, quid utilius, honestius, salubrius? Quis perspicatius noverit qualem Episcopum oporteat esse, quàm Episcopi: presbyterum, quàm presbyteri: Diaconum quàm diaconi. at neque id satis est. sed nullus muneris eorum magis gnarus, quàm qui assident: qui cum eo administrandi genere versantur: quorum consilio omnia agit. minor igitur inscitia quàm in aliis in deligendo Pontifice: sunt enim sex Episcopi, ut scribit Hostiensis de confirmatione utili: presbyteri 23 Diaconi 16. turba autem nihil habet honesti & consilii, ut ait Justinianus. Affectu, cupiditate, ambitione, avaritia, ut careant nonnulli homines, nemo unquam effecerit. comprimenda tamen ista sunt, quammaximè fieri potest, & humana ratio patitur. Ecquæ igitur potuit cautio major adhiberi, quàm ea quæ de conclavi traditur, in capite tertio in sexto, & secundo in Clementinis de electione: ut circunsepti sint? primum militari custodia, quasi in carcerem detrusi: nemo ad eos introeat: seorsum spatiis distinctis singuli habitent: ciborum penuria, quamcelerrimè eligere cogantur, obsidentur observantur: ne fraus vitiumque aliquod intercedat: tumultus nullus: vis nulla: liberum suffragium. Et si quid habeas Molinæe consule pontificibus, statuent. Nam se mortuis, cur omnia, ut recte fiant, nolint? Quod autem imperatores vel adesse, vel authores & probatores esse vis, magis reprehendendum, quàm laudandum: siquidem ita facta electione in magistratuum tam fida custodia quid probabunt? quid contra eam statuent? qui scire magis poterit? nisi velit pro libidine legitimam electionem evertere, & alium constituere, ut Fœdericus Ænobarbus Octovianum quendam, à tribus tantum electum, contra Alexandrum tertium, quem oderat, à reliquis omnibus: & tres postea mortuo Octaviano: unde schisma maximum, & pernicioſissimum 20. an. Nam à Fœderico Alexander Roma, totáque Italia bello vexata fuit. eratque Alexander vir religione & eruditione illo seculo præstantissimus: & legitimus Pontifex, judicio Regum nostrorum aliorumque omnium Christianorum principum: quod scribit Abbas montis

montis Anglus, author minimè suspectus, qui tum vivebat: cui credi magis convenit, quam Urspergensi ætate inferiori, quem testem Molinæus profert. probarunt clades gravissimæ ejus ipsius Federici acceptæ à Venetis, qui Alexandrum fortissimè defendebant, pœnitentiáque & infelix exitus. Ludovicus Rex Francorum, inquit, ille Abbas Montis anno 1143. & Henricus Rex Anglorum apud Tociacum convenientes Alexandrum Papam Romanum honore congruo susceperunt, & usi officio stratoris, pedites dextra, levâque frænum equi ipsius tenentes eum usque ad præparatum papilionem perduxerunt: quo mediante (Deo favente) pax inter eos firma restituta est. Præfuit annos 22. Non igitur labefactandum, hic mos & jus Cardinalium à Molinæo in electione. nec interest à Nicolao ne secundo, qui anno 1073. obiit. primum sit inductum (ut scribit Blondus) vel alio quovis: Et à concilio Constantiensi, in quo schisma trium Pontificum desiit, sessione 41. in decreto. non citra voluntatem Cardinalium Abbates alij admissi sunt ad electionem Martini quinti: Molinæus tamen contra scribere videtur in commentariis suis, in regulam cancellariæ decimo octavo. numero 147. Sacrosancta, inquit concilium, Synodus adjungit reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex eorum voluntate & consensu expresso. Neque quod concilium præstaret Cardinalium collegio, eò jus eorum non conservavit.

Tuncque, inquit (ut Mach. ibi describit) mirum in modum augeri, & in dies corroborari cœpit potentia & authoritas illius sedis, seu consistorij: tot consultoribus simul juratis operas assidue ad eam undequaque augendam conferentibus, & pertinacissime omni alio studio omisso defendentibus. Reges autem (Molinæe) & Principes, omnésque viri sanctissimi, cur eam authoritatem defendebant & colebant, ut ante satis expositum est? cur omnes Episcopi semper etiam tum maxime, cum non fuisse tum fuerit: Cardinales, confessores consiliariósque ut cæterorum omnium Episcoporum, presbyteros & diaconos, nominéque tantum & magnitudine differre non munere: neque enim insignia illa & ornatus Innocentij quarti mutaverunt quicquam, vel auxerunt. Dic obsecro, quando hæc authoritas cœpit auctáque est? qui tam solertes, acutíque Cardinales fuerunt, tamque eloquentes, ut enim eam apud omnes ferocissimas nationes & populos, Imperatores, Reges, potentissimos primum conciliarent: deinde amplificarent. postremo in summo vertice, & illustri loco spectandam collocarent? An ut illi acumine mentis & astu (ut tibi placet) plurimum valuerunt ad eam stabiliendam, non pari fuerunt ad resistendum, discutiendásque captiones, tantas tenebras, tam crassi aëris & nebulosi caliginem, quæ obscuraret aciem oculorum & mentis, quæ obtunderet, & stolidos efficeret? cur omnes eorum causa pugnabant cum res eorum agitaretur ab aliis? aliquid subesse oportuit: neque enim homines unquam usque adeo hebetes fuerunt, ut suam salutem exterorum causa fortunaque in discrimen facile offerrent: cur igitur potius hujus Episcopi, quam reliquorum omnium? quod ita non solum imperium, ut ais: sed maria etiam ipsa & terras utrumque polum etiam si eis adjungas, Cardinales illos putasti? Commovisse quinquaginta, vel presbyteri, vel diaconi Romæ commorantes fines orbis terrarum concusserunt: suo Episcopo subegerunt. Imo verò imperium fregerunt ut ais: Istíne Gothos, Arrianos evocarunt ad exscindendum & lacerandum Imperium Romanum, Romam ipsam, seipsos, Italiam denique totam Imperatoribus eripiendam, & Galliæ partem, & Hispaniam adimendam? istíne Francos & Burgundiones ad pellendum præsidum imperij, & Galliam occupandam invitarunt? Istíne Vandalos, Arrianos ad Africam vastandam & possidendam excitarunt? isti Anglos in Britanniam: Longobardos in Italiam, ut suos agros, villas, vicos, oppida popularentur in se irruerent, ab eis pramerentur, pertraxerunt? Siccine igitur isti presbyteri cum suo Episcopo in Occidente Imperium non debilitarunt modo, verumetiam protriverunt, deleverunt, ut ex imperij jactura adolescerent, & de Imperio triumpharent? ut sensim, ut ais eos gloriari omnia cælestia, & terrena, & spiritualia, & temporalia ut vocant pedibus suis subjicerent? ista enim verba non sunt Alberici: sed tua. & tamen illæ nationes, quæ Imperium ita discerpebant, etiam Arriani ipsi, Pontificem Romanum reverebantur, urbéque Roma capta cæde abstinebant, ut pervulgatum est apud authores, præsertim apud Paul. Dia. in Martiano. De Orientis vero Imperio diximus: cecidítne eorum astutia? excitarunt ne sectam funestissimorum illorum Machumetanorum aut aluerunt, ut extinguerent Imperium? Episcopus, qui conservavit cum presbyteris suis Imperium, evertit Imperium? Qui in alios transtulit: nec prius tamen quàm perisset in Occidente propter illas nationes, dicetur sibi vendicare? erántne tum Cardinales de quibus modo dicebas? erátne levis authoritas, tum hujus Episcopi? Albericus autem ad legem tertiam. de quadriennij præscriptione. non negat eam authoritatem, sed effert maxime. A Pontificibus quidem ait, modo demissum, modo erectum Imperium: & non solum ipse: sed alij permulti scriptores, qui Federicorum factionis sectatores & laudatores fuerunt. Post enim illum ipsum Federicum Ænobarbum, de quo diximus Henricus (Romanis quintus, Germanis verò sextus) filius ejus Imperator fuit, cui successit Philippus ejus frater: huic Otho quartus, cui Federicus secundus filius illius Henrici V. qui Pontifices & Ecclesias vehementissimè afflixisse dicitur. Hic induxit duas in Italia factiones Guelphorum & Gebellinorum, hæc Cæsariana, illa Pontificia. rationem horum nominum explicat, ex Othone Frisingensi, Alciatus Parergôn lib. 5. cap. duodecimo. & reprehendit Barth. in libello de Guelphis & Gibellinis. Et ut armis, ita scriptis, inter se illæ factiones contendebant. historiámque ancipitem & incertam reliquerunt. Guelphi illos Federicos malorum omnium capita appellant: Gibellini contra Pont. aiunt, quæ scribit Albericus in illo ipso loco: floruit is Ludovico Bavaro tenente Italiam. Paulus Æmilius diligentissimus scriptor rerum Francorum de hisce rebus judicat & statuit his verbis in D. Ludovico. Abbas Urspergensis ejus temporis æqualis historias suas claudit laudibus Federici, & insectatione Pontificum: & eum piè sacrum bellum gessisse: nulláque virtute, observantia, obsecratione placare execrabile odium Pontificum potuisse, quo minus in eum indigne, nec ullo illius merito evertendum incumberet: fama frequentior & sensus prope omnium conspirans eum damnant. Satis constat, quod Urspergensis non dissimulat, etiam antequam in Syriam contenderet, Augustum Principes urbis Romæ viros, inter quos & Frangipanes numerat, evocasse, eorúmque agros de illis emisse: persolutioneque facta rursus eosdem illis reddidisse, velut beneficiarios sacramento fidelitatis servandæ exacto: eorúmque opera exactum Pontificem. Hæc Æmilius. Alebantur hæ factiones apud vulgus latrocinij dulcedine. Ille Urspergensis, quem testem nobis tam sæpe Molinæus producit, legenti ejus scripta, Gibellinus videri poterit. præter historiæ institutum, modo monachum lugentem agit: modo conjectorem & vatem: modo censorem, jureconsultum & judicem: in omnes ferme suæ ætatis, præter Federicos, maledicus: decernítque de rebus, & magis, quàm par sit monacho, vel Abbati ne quidem rerum gestarum scriptori. ait, Innocentium tertium, id omnium maximè conatum, ut Federicorum genus perderet. cum tamen idem ipse Innocentius id curaverit, ut Federicus secundus crearetur Imperator: quod etiam is ipse Urspergensis scri-

bit: Philippo quidem fratri Henrici V. patris Federici secundi intercessit, qui impediebat quo minus libera esset electio. Nam is Philippus aut se unum, aut nullum eligi oportere dicebat, quasi imperium cognationis gradibus daretur. in Pontifices pro Federicis invehitur, quòd adversus eorum vim & vastationes Pontifices se tuerentur execrationibus: culpámque omnem in eos transfert, éstque patronus Federicorum. insectatur tamen postea eum ipsum Philippum Imperatorem, quod res Abbatiæ suæ quidem non vastasset: sed pignori tantum & hipothecæ dedisset. Deus, inquit, ultionum dominus in primum hujus sceleris authorem » præfatum, videlicet Philippum, vindictam exercuit: » ut sub gladio tyranni caderet, qui primas Ecclesias in potestatem contyrannorum contradidit. Ad extinguendum has Gibellinorum & Guelphorum contentiones, & prædicationes, cum nihil in Italia tutum esset, Carolus frater Divi Ludovici Francorum Regis evocatur, Réxque Siciliæ fit à Clemente quarto. eas enim factiones Manfredus nothus illius Federici secundi inflammabat: cum patrem pulvino ad os admoto suffocasset. veneno Conradum ex justis nuptiis natum tollere tentasset, Siciliam occupasset, Sarracenísque, quorum ope utebatur, Italiam implesset. A paucis autem aliis Pontificibus, quæ pòst omnia facta sunt, ut probemus mentis & rationis omnis expertes videremur: ut quæ de Bonifacio octavo nunc scribit » Molinæus. Ann. inquit, 1300. concurrentibus infinitis » populis Romam ad jubilæum, primo solenni die, Bonifacius octavus in Pontificalibus sese ostentavit: po» stero vero die, Imperiali habitu infula Cæsarea gladium antè se nudatum deferri faciens, alta voce te» stans se utrumque & terrenum, & cœleste imperium » habere in universo orbe. Et Albertum Austriæ Ducem » Rodolphi filio petentem confirmationem electionis » de se factæ, in Imperatorem superbe rejecit, sive sua » authoritate facta, penes se utriusque gladij potestatem » esse. sequenti tamen anno regnum Franciæ impugnans » se Regem gereret, & Romanorum, & Francorum. » sed Albertus saniori concilio usus, filiam Philippi Pulchri uxorem dixit. hæc Molinæus. Moritur, inquit » Platina, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, » nationibus & populis terrorem potiùs quam religio» nem injicere conabatur, quíque dare regna & auferre, pellere homines, ac reducere pro arbitrio animi » conabatur. Aurum undique conquisitum plusquam » dici potest sitiens. Discant itaque hujus exemplo Prin» cipes omnes, tam religiosi, quàm seculares, præesse » clero & populis: non superbe & contumeliose, ut hic » de quo loquimur: sed sanctè modeste, ut Christus Rex » noster, ejúsque discipuli, ac veri imitatores: & ma» lint à populo amari, quàm timeri: unde tyrannorum » pernicies merito oriri solet: hic discordias aluisse di» citur. Hic vulpes iniit Pontificatum, leo vixit, & canis obiit captus ut ait, à Nogareto Gallo. Hic etiam quasi non Pontifex, sed jubatus draco, magno apparatu suggestum in Lateranensi æde, ascendebat, immani specie, spiritu venenato, aspectu rabido circunspectans huc atque illuc, ut in Philippum Pulchrum Francorum Regem, aliquid faucibus afflaret, venenum evomeret, dentibus insecaret, itáne Petrus gregem ducebat & pascebat? ita ne majores tui sanctissimi viri se gerebant? putabásne te tanto loco dignum? non te pudebat audaciæ? quod illis adnumeraris imago, & recordatio tantorum virorum non te commovebat? hæc dicimus ne videamur scelera defendere.

» Et ibi, inquit postea, Albericus approbat sententiam » Joannis Parisiensis, & Dantis Aligerij imperium non de» pendere à Papa. Nos non instituimus de hac re, quæ multam disputationem habet, differere: nec est necessaria causæ nostræ: fortasse post dicemus: hi longe à Molinæi sententia discedunt. Molinæus enim hunc tantum Pontificatum à Cæsaribus emanasse: isti contra de Imperio solum dubitant, an à Pontificatu.

Ait postea, Si quælibet potestas, inquit Albericus, « esset contenta suis limitibus, & una alteram coadju- « vasset, sicut facere tenetur, puto quod pax esset in « universo orbe. Cur igitur, tu erudite vir, ita vis terminos antiquissimos tuis scriptis movere & evellere? si agri alicujus id faceres pertimesceres, ni fallor, legem agrariam. de termino moto. danda est opera nobis omnibus pro incolumitate nostra, ut conjungamus non perturbemus. id enim Christiano omni à Christo imperatum. an præclarius agi putas, si Pontificibus ademeris religionis curam & præfecturam summam quæ necessaria est? & Imperatoribus, vel Regibus tribuas? an ipsi per se singuli munus commodius exequi unum quam plura non possunt? & natura ad unum est: ut aiunt Philosophi, præsertim Aristoteles πολιτ. α. quare absolutius opus ejus & perfectius esse solet: vides enim oculum ad unam functionem tantum visus constitutum, quod scribit Paulus ad Romanos. capite 10. singula membra officia sua habent. nec omnes Apostoli sunt. cur igitur tu omnia principibus tribuere vis. qui vix sufficere possunt rebus profanis recte vel administrandis vel constituendis, vis eis electiones, confirmationes, designationes, dationes sacerdotiorum allegare. an sanctiores sunt, vel peritiores quam Pontifices, vel Episcopi? perspice rogo, omnes partes Reipublicæ, omnia genera magistratuum, literatorum, negotiatorum, artificum, opificum: videbis singulos in singulis versantes & opus conficere accuratius & politius: & perfectiorem evadere quemque in suo genere. Ergo si ita præclarius agitur muneribus distinctis, non sunt conjungenda in uno. id enim erit deteriori loco rem collocare. Id autem semper fugiendum: tu igitur id docere desinas oportet: tibíque ut omnibus, salubrius, honestius, & docto viro dignius semper erit.

69. ad 89. Ut enim refert, inquit Platina, tempore « Stephani IX. anno 1057. Mediolanensis Ecclesia, tum « demum cœpit Ecclesiæ Romanæ obtemperare, cum « ducentis ferme annis se substraxisset. Sed (quicquid « tacite innuat Platina) multo minus invenitur, quod « ante anno 850. fuerit subdita: sicut nec tempore Am- « brosij. Platina non scribit cœpisse obtemperare, ut ais: « ejus hæc verba sunt, Stephanus IX. Federicus antea « vocatus, natione Lotharingus Cassinensis Abbas Pon- « tificatum adeptus statim curavit, ut Mediolan. Eccle- « sia, quæ à Romana 200. fere annis se substraxerat, nunc « demum obtemperaret, ut vere omnium Ecclesiarum « parenti & altrici. Sed jam Molinæo istud officit. nam si « se substraxerat 200. fere annis: ante igitur ducentos annos obtemperabat. quod tamen negare auderet sine teste, sine argumento, quasi nobis sit Pythagoras. & tametsi subduxisset & non obsequeretur parenti, non idcirco parentem capútque negabat, ut jam exposuimus. diverterunt nonnulli alij, quod bello peterentur, vel odio Pontificum, non dignitatis ipsius, ut à Greg. VII. Germani quod ex Sigiberto intelligitur, vel ob sævitiam & immanitatem, ut Bonifacij illius VIII. de quo proximè dicebamus: vel ob schismata ut in Constantiensi concilio traditur de tribus Pontificibus, in quo sectatores singulorum, obedientiæ appellantur. alium enim Galli: alium Hispani: alium Germani & Itali colebant, alij alius populus obsequebatur: vel quòd ob hæresim ablegarentur sententia Pontificum, ut Arriani, Nestoriani, & alij etiam omnes, qui in hæresi erant. & eo discedebant, quòd Catholicos falsi ipsi putarent: idipsum etiam de Græcis supra accepimus. Pontificatum tamen maximum non attingebant. Multo minus inquit, invenitur, quod antè 850. fuerit Ro- « manæ subdita sicut nec tempore Divi Ambrosij. « Ubinam non invenitur? legisti ne & observasti omnia aut nihil tibi excidit? An quod quamplurimæ civitates ditionis alicujus, vel regni publicis monumentis rerum gestarum comprehensæ non sunt: eò non obtemperasse dicendum fuerit? Defectiones tantum, novæ res & inusitatæ, tumultus, seditiones,

Source : BIU Cujas

conjurationes mandari solent literis, non fides & officium erga Principem, neque res ipsæ quotidianæ, nisi egregium aliquod sit, præclarúmque facinus. Per civitatis quidem cujúsque tabulas id ostendi potest: sed illas etiam inspexisse in tabulario, vel Romano, vel Mediolanensi oportuit: & tum dicere multo minus invenitur. At dicet, Mediolanum clarissimam & antiquissimam civitatem esse, quæ regia etiam, tum Longobardorum, tum aliquando Francorum fuerit. ejus tacitum præteritum obsequium ab scriptoribus & officium in Pontifices, si quod unquam fuisset, probabile non est. Sit ita, perspiciamus igitur num uspiam reperietur. Ambrosius ipse Archiepiscopus, cujus auditor Augustinus fuit: præesse Ecclesiæ Mediolanensi cœpit, teste Hieronymo in annalibus suis, anno Christi 378. libro tertio de sacramentis. Non ignoramus, inquit, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cujus typum in omnibus sequimur, & formam. & paulò post, In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam: Hæreticos & scismaticos esse ait. quibus cum Ecclesia Romana non convenit, in oratione funebri fratris, & apud Gratianum 24. distinctione. quæstione prima. Sciebat enim Petrum & Paulum Principes Ecclesiæ, ut jampridem nobis dixit. quod apertissime explicat ad caput primum epistolæ Pauli ad Galatas. Dignum fuit, inquit, ut Paulus cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos: cui delegaverat salvator curam Ecclesiarum. Et capite secundo. Qui operatus est Petro in Apostolatu circumcisionis operatus est & in me ad gentes. Petrum Paulus solum nominat & sibi comparat, quia Primatum ipse accepit ad fundandam Ecclesiam: se quoque pari modo electum, ut Primatum habeat in fundatis gentium Ecclesiis, & paulò post, Et sicut Paulus dat socios Petro viros egregios inter Apostolos, cùm dixit, & scientes gratiam, quæ data est mihi, Petrus & Jacobus, & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ, societatis ut nos in gentes: ipsi in circumcisionem: ita & sibi adjungit Barnabam, qui divino judicio ei adjunctus est: gratiam tamen Primatus sibi soli vendicat concessam à Deo: sicut Petro soli concessa est inter Apostolos. Ita ut Apostoli circumcisionis dextras porrigerent Apostolis gentium ad concordiam societatis demonstrandam. Post concordiam societatis & honorificentiam Primatus, quam sibi invicem detulerunt, nunc interveniente causa negligentiæ, vel erroris dissidere inter se videntur non in propria causa: sed in sollicitudine Ecclesiæ, in faciem, inquit, illi restiti. Nam quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui claves regni cœlorum dominus dedit resistere: nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparem constanter improbaret, quod ille sine concilio fecerat? Alia permulta ex libris Amb. quis poterit facile colligere, Petrum solet appellare omnium firmamentum, petram, saxum immobile totius Christianismi compagem continens, ut apud Gratianum 50. distinctione. Syritium Romanum Pontificem epistola 81. dominum vocat: ei commissam ait, januam & ovile Christi, sequíque ejus judicium profitetur. Viginti non amplius ferme annis Prothasius Mediolensis Episcopus in concilio Sardicensi adfuit, ut subscriptio ejus demonstrat: in quo de appellationibus Episcoporum ad Romanum decretum est, quod tum hîc, tum antea sæpe negavit Molinæus, circiter an. 450. Eusebius Episcopus Mediolanensis mandata quædam Leonis I. se curasse ad eum scribit, dominúmque appellat: extat epistola inter eas quæ sunt ejus ipsius Leonis in libris ejus. Et Laurentius Episcopus Mediolanensis in synodo Romana. ann. 504. capite secundo. transcripsit Gratianus distinctione 96. intelligitur etiam ex quarta synodo Rom. Et cum ostensum satis sit, eos qui longissime aberant, paruisse, conjici jure non potest, hos vicinos defuisse. anno 572. Longobardi, qui Vuinnili etiam dicebantur, tum Ethnici, ingressi sunt Italiam & Galliam Transalpinam. omnia vastarunt, & occuparunt eam partem quæ Longobardiæ nomen retinet: regia eorum Mediolanum fuit. ea gens genus à Germanis ducit ex insula Scandavia Baltei, seu Baltici maris. Et Gregorio Magno Pontifice Christianismum amplectuntur, ut scribit Paulus Diaconus in libro quarto de gestis eorum. capite secundo. tunc nec consecrabatur Mediolanensis Episcopus nisi probatus à Pontifice Romano, eúmque morem antiquum fuisse scribit. Gregorius Magnus epistola 29. & 30. libro secundo. Benedictum Archiepiscopum Mediolanensem Paulus Diaconus libro sexto capite decimo. pro Ecclesia Ticinensi Romæ causam egisse & succubuisse circiter an. 710. Tecinensesque Episcopos priscis temporibus à Romanis Pontificibus consecrari solitos. paulò post Carolus Magnus, & liberi Italiam tenuerunt. His Imperatoribus Francis ad Arnulphum, & annum 800. (quo Imperatore Hermanno Contracto teste tanta famis rabies fuit, ut homo hominem cibi causa cyclopum more invaderet) defuisse officio erga Romanum Mediolanensem nemo crediderit: neque pòst Germanis Imperatoribus, ex antiquioribus Platina, quicquam compertum habemus: non eò tamen temere negarim divertisse se interdum varias ob causas, quas attigimus: sed ducentis annis, ut scribit Platina, non mihi persuadeo. quo pertinent omnia exempla hujusmodi, quæ à Molinæo referuntur. ille Stephanus Pontifex IX. præfuit anno 1058. & ex Sigiberto avunculus Magnus Gothofredi illius ducis Lotharingiæ, Regísque Hierosolymorum fuisse intelligitur.

Ait postea, Deinde sub Urbano secundo, accesserunt Ecclesiæ Hispaniæ, quia Archiepiscopus Toletanus Romam veniens, & in verba Pontificis jurans pallium & privilegia quædam, totiúsque Hispaniæ Primatum ab eo assecutus est, ut scribit Platina in Urbano secundo. At Molinæe tibi alio teste opus est. nec enim Platina accessisse Ecclesias Hispaniæ scribit: nec satis argute ratiocinaris dum putas accessisse (si tum primum factum intelligas) quod Toletano ut omnibus Arch. erat is mos ut juraret, qui viget etiam nunc: & intelleximus initio ex Pelagio. Platinæ locus ita habet, Toletano, inquit Archiepiscopo qui Romam veniens de more, in verba Pontificis juraverat, pallium & privilegia quædam concessit, eúmque totius Hispaniæ Primatem instituit. Cur igitur vir acutissime toties nos fallis? Episcoporum instituta & Christianorum nomen in Hispania cœpit à Pontificibus Romanis. quod ex Innocentio primo jamdudum intelleximus. Et Paulus in Hispaniam proficisci decreverat, ut scripsit ad Romanos cap. 15. Et de causarum appellationibus Episcoporum morem ad Romanos Pontifices antiquissimum esse in Hispania testatur Cyprianus. libro primo. epistola quarta. ann. Chr. 257. de contentione duorum Episcoporum legionis scribens. Neque rescindere, inquit ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens Stephanum collegam nostrum longe positum & rei gestæ ac veritatis ignarum fefellit, ut ambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat juste depositus. Quinquagesimo ferme anno pòst, Osius Cordubensis Episcopus clarissimus, & alij multi Episcopi Hispani adfuerunt in illo concilio Sardicensi, de quo sæpe diximus. ubi decreta de illis appellationibus & judicibus dandis leguntur, ex subscriptionibúsque eorum exploratum fit. consulebant Episcopi Hispani Romanum Pontificem, ut Melchiadem paucis annis post Cyprianum, quod ex epistola illius ad Hispaniæ Episcopos intelligitur, quam notavit Grat. de consecratione. dist. 5. Et quam de Africa diximus, eadem est propemodum causa de Hispania. nam ejus Arriani Gothi, ut Africæ Vandali potiti sunt: nec tamen illi ex Hispania, ut Vandali ex Africa, pulsi fuerunt: sed Rec-

caredus Gothorum Rex, rediit ad catholicam sententiam Gregorio Magno Pontifice, qui vere certe Magnus & illustris dici semper debet. nam hujus optimi Pontificis diligentia & studio tres ferociſſimæ & valideſſimæ nationes Chriſtianiſmo adjunctæ ſunt, Longobardi, Angli, Gothi. Gothi quidem Chriſtiani erant: & tanta fuit eorum virtus, ut niſi error Arrianus eos contaminaſſet, orbem certe poterant penè ſuum dicere: ſed id eſt hæreſeos quaſi proprium, ut ſenſim pòſt molles, enervatos fractóſque animos eorum, qui ante fortiſſimi erant, efficiat. Obſervantur conſtitutiones Pontificum in conciliis eorum, ut Toletanis & Braccharenſi cap. 23. Placuit, inquit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem antea tenuit Metropolitana Braccharenſis Eccleſia: & pro amputanda quorundam dubietate prædictus profuturus Epiſcopus ſcriptum & ſibi directum à ſede beatiſsimi Petri Apoſtoli ſuſcepit. Et c. primo. Quo tempore inquit, in his regionibus nefandiſsimæ Priſcillianiſtæ ſectæ venena ſerpebant, beatiſsimus Papa urbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ferè Apoſtoli Petri ſucceſſor extitit, per Turibium notarium ſedis ſuæ ad ſynodum Galliciæ contra impiam Priſcillianiſtæ hæreſis ſectam, ſcripta ſua direxit, cujus etiam præcepto Tarraconenſes, Carthaginenſes Epiſcopis Luſitani quoque, & Betici facto inter ſe concilio regulam fidei contra Priſcilliani hæreſim, cum aliquibus capitulis conſcribentes, ad Baleontium tunc hujus Braccharenſis Eccleſiæ præſulem direxerunt. Hic Leo primus Pontifex conſtitutus eſt, ut ejus familiaris Proſper Aquitanus ſcribit, anno 443. & iſtud ipſum concilium ad annum 630. Paulo ante Gregorium Magnum ex epiſtolis ejus, & diſtinct. 71. Grat. intelleximus Epiſcopos Cardinales (quos etiam commendatarios vulgò appellamus) dediſſe propter ſingulare cleri & populi in alterius Eccleſiæ Epiſcopum (quem poſtulabat) ſtudium, vehementem efflagitationem & teſtimonium, ut ipſe quoque ait: Alia multa de Hiſpanorum obſequio & officio erga Pontificem Romanum obſervabit quis in epiſtolis ejus. Ab Urbano ſecundo anno 1088. Pontifice, Toletanus primas totius Hiſpaniæ creatus eſt, ut dictum eſt. Et de hoc jure Primatus, quod primatiam appellant Pontificij, diſceptatum eſt cum Braccharenſi Archiepiſcopo, apud Honorium Pontificem tertium, & alios: ut traditum eſt capite ſeptimo. in Greg. de in integrum reſtitutione. durátque ea controverſia ad hanc quoque noſtram ætatem, quod Damianus à Goes eques Luſitanus ſcribit: ut in Gallia inter Burdegalenſem Archiepiſcopum, & Biturigem in Gregoriano. de dilationibus. capite poſtremo. & de dolo & contumacia. Et Braccharenſis Galliciæ provinciæ Metropolim omnem habet, inquit, concilium Toletanum 10. cap. ſexto. in decreto pro Potamio Epiſcopo. Et Toletani magna fuit ſemper authoritas præſertim ann. Domin. 580. probabat enim electos à Regibus omnes Epiſcopos Hiſpaniæ, atque Galliciæ, ex decreto concilij Toletani 12. cap. ſexto. quod antè attigimus. Salvo tamen, inquit concilium, privilegio uniuſcujuſque provinciæ: quare non pertinebat tum, ut opinor, illud jus ad Primatum poteſtatis & judiciorum, quo illæ contentiones ſpectant. Honore quidem omnes præcedebat, ut ipſæ conciliorum ſubſcriptiones demonſtrant. Non igitur ab Urbano ſecundo obſervare & parere Pontificibus Hiſpani cœperunt.

Et ne ullam Eccleſiam prætermittat, ad Anglicam pergit: Eccleſia, inquit, Anglicana nondum ſubjiciebatur: ſed Reges impediebant appellationes Romam interponi: donec Henricus ſecundus, propter Thomam Canthuarienſem ſibi rebellem occiſum, coactus eſt ab Alexandro tertio alioquin deturbationem è regno, & populi ſeditionem minitante, regni jura à Papa recognoſcere, & inter alia jurare, appellationibus ad curiam Romanam non adverſari. Platina non coactum eſſe ſcribit: neque ſentit cauſam fuiſſe, cur metueret Rex de ſede moveri. eum enim ait tantum jurejurando ſeſe purgaſſe, nec cædis reum probatum: non poterat igitur à legatis Pontificis damnari: purgationi enim locus non eſt, cùm idonea probatio eſt ex concilio Meldenſi. capite ſecundo. & tertio. de purgatione canonica. in Gregoriano. Quare non metu factum eſſe ſcribit Platina. Gregorius Magnus tanto Pontificatu digniſſimus miſit in Angliam Auguſtinum, Melitum, & Joannem, & complures alios monachos, quorum opera Chriſtum Angli colere cœperunt, quod annalibus eorum continetur, & libro tertio Pauli Dia. de geſtis Longob. capite duodecimo. & ejus ipſius Gregorij libro nono. epiſtola 58. 59. & 60. ad Aldibertum Regem & Aldibergam Reginam. Auguſtinus deſcripſit Angliam in provincias, & Epiſcopatus juſſu Gregorij: is Auguſtinus, ut ex libro reſponſorum Greg. ad Auguſtinum intelligitur. & cap. poſtremo. Gratiani 80. diſtinctione. Fraternitatem, inquit, ita volumus ordinare Epiſcopos, ut ſibi ipſi longo intervallo minime diſtinguantur: quatenus nulla ſit neceſſitas, ut in ordinatione Epiſcopi convenire non poſſint. Nam Epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus, aut quatuor Epiſcopis, fieri nullatenus debet. Et ille ipſe Auguſtinus fuit Canthuarienſis Archiepiſcopus, legatúſque ſedis Apoſtolicæ & patris nomine idcirco ornabatur (ut vere pater fuit & inſtitutor Paulus enim filios quos imbuerat appellare ſolet) & ejus poſteri trucidato, ut ante expoſuimus, Thoma Canthuarienſi Archiepiſcopo, Rex noctes, diéſque maximo animi cruciatu angi ſolebat, quod cædis cauſam præbuiſſe ſicariis, illa in Thomam acerbitate verborum nimia, de qua diximus ſibi conſcius eſſet, ſibíque communione Chriſtiana decretis patrum interdictum putabat: itaque Pontificem conſulit, Pontifex legatos miſit in Angliam. Tum Rex ſe inſcio cædem factam eſſe juravit, ut ſcribit Alanus Abbas Tenkeſbrye Anglus qui interfuit. Sed quis, rogo, trecentis annis ante Henricum iſtum, compulit Andulphum Anglorum Regem, qui Alidulphus etiam nominatur, ſtatuere, ut à ſingulis familiis annuus argenteus munus penderetur Apoſtolico (ita enim ſucceſſores Petri & Pauli appellare ſolebant) quod tributum quaſi capitis ipſe ille Henricus in quibuſdam conſtitutionibus ſuis, quæ in manus noſtras venerunt, denarium Petri vocat. Sed quis multo ante Cedoaldum rerum geſtarum gloria florentiſſimum (ut ſcribit Paulus Diaconus libro ſexto. de geſtis Longobardorum. capite 5.) coegit, ad Petrum potius Romam quam aliò proficiſci, ut baptizaretur circiter annum 680. cujus hoc fuit Epitaphium?

Culmen, opes, ſobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, mœnia, caſtra, lares,
Quæque patrum virtus, & quæ congeſſerat ipſe
Armipotens Cedoald, liquit amore Dei:
Vt Petrum ſedémque Petri, Rex cerneret hoſpes,
Cujus fonte ſacras ſumeret albus aquas.
Converſum convertit ovans, Petrúmque vocari,
Sergius antiſtes juſſit, & ipſe pater.

Hæc demonſtrant quanti fuerit apud omnes nationes, & populos ſedes illa Apoſtolica: & non ſolùm iſta docent: ſed multa alia, quæ cogimur prætermittere: longè falli Molinæum dicere auſim, qui paucis abhinc ſeculis putet ejus authoritatem amplificatam, Quæ de appellationibus dicit Henricum jurerando caviſſe, ſe non impedimento fore. legitimum hoc certè fuit: & ante eum omnibus ſeculis Chriſtiani nominis ſervatum. cùm aliquis ſit Pontifex maximus, & concilia Epiſcoporum & clericorum cauſas judicij eccleſiaſtici eſſe ſtatuat: cur non ad eum erit, ut laicorum ad magiſtratum maximum? Quæ poſtea de quæſtuoſis adjicit, non lædunt poteſtatem vel authoritatem ſacerdotij.

Pergit Molinæus, juriſdictionem civilem attingit. ſemper inquit, ſenatores & magiſtratus à Lothario

» primo. tempore Eugenii II. libertate populi constitu-
» ti remanebant jus dicentes, populo, clero, Cardinali-
» bus & Papæ, quoad secularem jurisdictionem, ut sa-
» tis indicat. c. fundamenta. §. decet. (ibi ut fratres ipsos
» nullus secularis potestatis metus exterreat) de electio-
» ne. in sexto. idque non nomine Papæ, sed nomine Im-
» peratoris vel populi. Quomodo ex illis verbis docte
conficere potes? an non terreri possunt, etiamsi jus
non dicant? & res longè aliter se habet. nam illa con-
stitutio libertatis omnium civium Romanorum causa
facta est: solos enim cives magistratum in urbe gere-
re vult, non exteros. Federicus enim & Conradinus,
ut de Frangepanis paulò antè diximus, miris modis an-
tea vexarat Romanos, ut etiam narratur in ipsa illa
constitutione: quare nihil eorum quæ dicit Molinæus
ex eo loco effici potest. Lotharius quidem filius Lu-
dovici Pii, creavit Magistratum Romæ: qui jus dice-
ret populo non clero, ut ait Molinæus: nec Platina
aliter scribit, quam ob causam jam durius & asperius
cum eo agere quis possit, non Pontificum quidem so-
lum causa: sed totius ordinis sacri. Etenim non tan-
tum sibi licere putare debuit, ut eò veniret, quò non
pluris clerum faciat, quàm populum mores certe in-
stitutaque majorum & Imperatorum constitutiones,
in quibus versatur (ut prætermittam concilia, ne il-
lorum ignoratione se excusaret) id ut faceremus nos
impellerent: ut modum quem in tot & tantis rebus,
in quibus ille nec ullum habuisse videtur, & nos in
omnibus servaverimus, jure videremur, jam hac in re
tenere non posse, & si quæreret quo studio adduce-
remur. nos quoque vicissim quo animo hæc omnia scri-
beret rogaremus, qui si se colligat, planè intelliget
longe secus se habere. Quid igitur ait magistratus ci-
viles clero jus dixisse? Quæ est ista audacia? An non
ille ipse Federicus in Codice Justiniani. de Episcopis
& clericis. omni omnino jurisdictione in clericos in-
terdicit omnibus magistratibus? Statuimus, inquit ut
» nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione
» vel civili, trahere ad judicium seculare præsumat,
» contra constitutiones & canonicas sanctiones, quod si
» actor fecerit, à suo jure cadat, judicatum non teneat,
» & judex ex tunc potestate judicandi privetur. Sanci-
» mus etiam, ut si quis clericis, vel ecclesiasticis perso-
» nis justitiam denegare præsumpserit, tertio requisi-
» tus, jurisdictionem suam amittat. Quid Justinianus in
eo ipso loco anthentica quæ præcedit? an non mul-
ctam 20. auri pondo irrogat magistratibus, qui in jus
vocaverint Episcopum, νεωρ ἅπαντ. ρκγ. κεφ. ὑ ἀενίδε? quo in loco ait Episcopos, apud Metropolitas: & Metropolitas apud Patriarchas accipere judicium. & ne quis putet à Justiniani authoritate hoc profe-
ctum ex antiquis sacris canonibus in exordio se ita statuere profitetur, quod titulus etiam docet: laicos-
que prorogare jurisdictionem Episcoporum permittit.
» Et ante eum Archadius & Honorius, lege nona. ita
» scribunt, Præfectis prætorio Episcopale judicium sit
» ratum omnibus, qui se audiri à sacerdotibus elege-
» rint, eamque illorum judicationi adhibendam esse re-
» verentiam jubemus, quam vestris necesse est de-
» ferri potestatibus, à quibus non licet provocari, per
» judicium quoque officia (ne sit caussa Episcopalis co-
» gnitio) definitioni executio tribuatur. Quod ipsum
etiam ante hos statuerat Theodosius Magnus. anno
Christi 404. apud Gratianum. 11. distinctione. quæ-
» stione prima. Quicunque, inquit, litem habens sive
» petitor, vel in initio litis, vel decursis temporum
» curriculis: sive cùm negotium, peroratur sive cùm
» jam cœperit promi sententia, si judicium elegerit
» sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubi-
» tatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcopo-
» rum judicium cum sermone dirigatur. Quod eò lu-
bentius referimus: quo magis in his elucet Episco-
porum vetus apud omnes præsertim imperatores
authoritas. Omnes illos secutus eo in loco, Carolus
Magnus idem edixit. Quinetiam Theodoricus Rex
Gothorum, qui Italiam, Romamque tenuit multos
annos, cujus etiam apud scriptores laudes maximæ:
quamvis Arrianus esset, de hæreditatis tamen contro-
versia inter Episcopum & privatum cognoscere no-
luit: ut scribit Magnus Aurelius ejus ipsius Theodori-
ci præfectus prætorio libro variarum tertio. & secun-
do. Quoniam, inquit, causarum vestrarum qualitas, «
vobis judicibus terminari debet, à quibus expectan- «
da magis quam imponenda justitia. & libro primo. «
de clericis Augustanæ civitatis calumniantibus Epis-
copum suum, quicquam decernere noluit; sed re-
jicit causam ad Mediolanensem Archiepiscopum. cu-
jus erat ea jurisdictio, eò quòd, inquit, clericatus no- «
mine fungebantur. Molinæus tamen non solum non
excipit vulgus clericorum: sed ipsos etiam Episco-
pos, ne quidem maximos, ab imperio civilium ma-
gistratuum. nec exemplo Constantini Magni ducitur,
qui libellos accusatorios contra Episcopos oblatos
igni dedit: non fas sibi esse dixit causas hujusmodi at-
tingere: quod scriptum reliquit Zozomenus historiæ
tripartitæ libro secundo. capite secundo. Et Ponti-
fex Maximus jus dicebat Episcopis, vel cogebat eli-
gere arbitros, apud Gregorium Magnum. epistola
36. libro primo. Et in provinciis concilia, vel Me-
tropolitani, eratque provocatio, ut jamdudum ex-
positum est. idque semper ita legitur servatum esse:
nec nobis Molinæus contrarii exempli testimonium
ullum profert. Non pertimescit hanc legem 13. Arca-
dii & Honorii de Episcopis & clericis. Si Ecclesiæ «
venerabilis privilegia cujusquam fuerint temeritate «
violata, vel dissimulatione neglecta: commissum «
hoc quinque librarum auri condemnatione plecta- «
tur. non metuit anathemata conciliorum & cano-
num in eos lata qui oppugnant libertatem & jura
Ecclesiæ. omnia ei sunt plana: omnia æquabilia: ni-
hil asperum: non angitur conscientiæ ullo cruciatu,
non furiis Orestis: & si quis ejus alicujus agelli fines
invaderet, quid non audire possemus hanc ejus vo-
cem. nunquid te conscientiæ hujus maleficii, quòd
mihi hanc partem agri corrodas & occupes, stimu-
lant? num noctes diesque solicitudo hæc ut restitu-
tuas exedit animum? Quid in labefactandis rebus
his quæ sunt non unius privati, non agri, nec census
tantum sed ampliſſimi ordinis, ut libertatis, qua ni-
hil est præstantius, privilegii, observantiæ, honoris,
dignitatis? num graviſſimum esset, si æquareris ple-
beio & obscuro homini, si ad eadem cogereris judi-
cia? si aliquid de rebus illis tibi decederet, quanti fa-
ceres quæso injuriam? & tamen non cessasti in com-
mentariis tuis omnibus, & in adscriptionibus ad con-
cilia Alexandri & stili curiæ, sacerdotio, nescio quo-
modo, aut invidere, aut vellicare, donec aperte hoc
in libro erumpendum esse visum est. Quo in loco usur-
pare solet caput illud 12. Pauli ad Romanos, & caput
secundum Petri. Quare non est istud prætermitten-
dum: quemadmodum enim ei novitas placet, usque-
adeo, ut persæpe scribat novo sibi sensu ad instauran-
dum jus opus fuisse: nobis quoque vetustas studio est,
neque novus quidem sensus, sed pervetus. Atque, ut
censorem aliorum se appellet, æquum esset, ut cen-
sore non careret ipse: alio tamen quam nobis eget:
etenim non sumus satis idonei: nostri magis esse quàm
aliorum, volumus; nec etiam id possemus assequi,
defensores quidem certe hac in re tantum sumus, non
censores. Ita scribit Alexander consilio octavo. libri
primi. distinctas à Deo jurisdictiones ex sententia Ju-
stiniani in authentica. quomodo oporteat Episcopos.
quo in loco Baldum scribere narrat de prohibente
clericum in jus vocari, ut non constituat jus novum:
sed discedat ab errore veterum legum Ethnicarum.
siquidem nunquam clerici jurisdictionis fuerunt lai-
corum. Quod ita à Deo id fuerit jurisdictionum
discrimen inductum. Ergo, inquit Molinæus, nun- «

Source : BIU Cujas

» quam fuerunt de universitate hominum: nec cives, de
» quibus Paulus Rom. 13. Omnis anima &c. ubi scri-
» bit Chrysostomus, Ideo Paulum omnem animam di-
» cere, ut ostenderet neminem ab hac subjectione ex-
» cipi posse, etiam si Apostolus, Propheta, & evange-
» lista, sacerdos, vel monachus, hanc enim pietatem
nihil officere: idem istud Molinæus scripsit ad edi-
ctum Henrici secundi. Regis nostri Christianissimi.
» Paulus ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus
» subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo. Quæ au-
» tem sunt, à Deo ordinatæ sunt: & qui resistit potesta-
ti, Dei ordinationi resistit: ita se habet recepta in-
terpretatio. Ex hoc loco Molinæe nihil nisi resistere
non oportere potestati sublimiori: sed ei obtempe-
randum esse, potes efficere. Deo enim & voluntati
ejus parendum est ab omnibus. Potestatis autem &
principatus plura sunt genera, & gradus, ut docet
eo in loco Chrysostomus: idcirco in suo quisque &
genere parere debet: filius patri, uxor viro, civis
magistratui, magistratus ipse superiori: quod & Pau-
lus significat, hac voce Græca ὑπερεχούσαις ἐξουσίαις, id
est superioribus potestatibus. quare universe ab eo
propositum est, & universe concludit. cui tributum,
» inquit tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem,
» timorem: cui honorem, honorem. nemini quic-
» quam debeatis, nisi mutuam inter vos charitatem.
quare non solum ad civilem: sed omnem etiam
aliam potestatem, Pauli lex pertinet, tametsi exem-
pli causa illam eò proposuerit, quòd civiles magistra-
tus gladio utantur: quocirca videri poterant, non
constituti à Deo: sed vi & armis. imo verò, inquit
Paulus, Diaconi Dei sunt & ministri ad coercendos
sicarios & flagitiosos homines. cum igitur omnes nos
ita oporteat parere superioribus, atque hujusmodi sit
ecclesiastica potestas: idcirco te Molinæe obtempera-
re oportet, ne Dei constitutioni adverseris. eam ergo
oppugnando committis in legem. itaque adhuc relin-
quitur in controversia positum, quæ omnium sit sum-
ma potestas, quod summum imperium in republica
Christiana, nec locus iste Pauli id declarat. Jam ve-
ro jejunam horum verborum, Omnis anima &c.
concertationem si sequaris, ut neminem his ipsis
eximi putes: subjiceres ita tu certe superiores infe-
rioribus suis: quod nemo tibi concesserit, omnes enim
viderentur pares: nullus superior. Quapropter istud
Pauli & Chrysostomi, nihil tuam sententiam juva-
bit nisi aliud afferas: nostram vero maximè, si id im-
primis nobis tecum conveniat, quod negare non po-
tes. ipsius Ecclesiæ summam esse potestatem in hac
republica Christiana; Christus enim Math. 18. ita sta-
tuit, ut quisquis ei non paruerit sit Publicanus &
Ethnicus: hæc lex omnes civiles magistratus, om-
nes etiam Christianos tenet: adjecit etiam Chri-
stus majus quiddam, id autem est ratihabitio ipsa
Dei: quæ mandato comparatur, comprobatioque
sententiæ ejus ipsius Ecclesiæ, in cœlo, inquit liga-
tum & solutum erit, quicquid ligaveritis vel solve-
ritis. Hæc igitur sententia Ecclesiæ, quæ Dei etiam
est, summum imperium erit in Christiana Republi-
ca: huic parere oportet, aut pelluntur, extrudun-
turque foras. Ecclesiæ vero nomine, sive solos Episco-
pos, sive totum cœtum Christianorum, id est conci-
lia intelligas, nihil nostra refert: utraque interpreta-
tio, ad id quo pergimus accommodata erit. atque
utramque pro causa nostra nunc lubenter amplecti-
mur. Si igitur conciliis prohibitum sit sacerdotes esse
civilis jurisdictionis, necesse erit omnes principes,
omnes magistratus civiles, legibus conciliorum pare-
re oportere: & patronos ostendimus esse sacrosan-
ctorum canonum non oppugnatores. teque in legem
illam Pauli aperte incidisse. Reges & Principes ei nec
volunt, nec possunt, nisi quantum eis conceditur in
nefariis & gravissimis sceleribus quibusdam, nec vo-
luerunt unquam. in crimine quidem Henricus secun-
dus Anglorum Rex tentavit, quod ita canonibus non-
nulli continere dicerent, ut exposuimus. Fallabatur
enim à quibusdam sophismate nominis curiæ, Tu ve-
ro privatus homo id audes? tu id tentas? tu totis vi-
ribus in clerum impetum facis? Quis tanta te ex eo
ordine affecit injuria? ut totum oppugnes? & si unus
vel nullus, qui te eò adducit? Si quis te privilegiis vel
judiciorum, vel aliarum rerum te spoliaret, dolere-
ne? Quid putas clerum facturum? veritatis dices stu-
dio te adduci? an quicquid venit in mentem semper
verum est? Omnes sancti, inquit, ita intelligunt, quid
intelligunt? an ut Ecclesiæ conciliorumque non sit
summa potestas, ut reliquæ non sint inferiores? ubi-
nam istud non intelligunt? Paulus enim jubet supe-
rioribus parere, & principibus & omnibus quorum
est aliqua potestas: & huic parere supremæ non ju-
bebit? Ait postea, non soium in illo ipso loco Alexan-
dri: sed ad edictum illud. Idem jubet, inquit, beatus
Petrus priori epistola. capite secundo. Subjecti estote
omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi
tanquam præcellenti, sive ducibus ab eo missis. Si igi-
tur omni humanæ creaturæ: ergo & tibi & omnibus
(Molinæe) eos subjici oportebit. Nihil aliud certe ni-
si quod de loco Pauli, potes ex hoc conficere, quo con-
firmatur quod diximus, ut erga superiores servetur
officium, erga Regem, erga Duces & magistratus,
erga patrem, quod Regis est, ducis, patris & magistra-
tus: omnibus suum tribuatur, in pontifices & sacer-
dotes, in Petrum ipsum qui hoc jubebat, & Paulum
qui fert etiam eam legem, quod erat? an Petrus præ-
fecturæ suæ hoc non putabat deberi, quod à Christo
tributum erat? Quare paulò post adjicit, Omnes ho-
nore afficite, necessitudinem fraternam diligite, Deum
timete, Regem honorate. Præterea an etiamsi non es-
sent civilis eorum jurisdictionis, idcirco non parebant
clerici suis Regibus? Officium Regis est, ut omnem
rempub. præsertim sacerdotium tueatur: ut judicium
sacerdotii sacerdotio relinquat: officium viciſſim hu-
jus erit observare, colere, revereri; Regem suum
summo honore prosequi: ei omnia fausta & fœlicia
præcari: nihil charius habere salute & incolumitate
Principis. Est enim Diaconus quoque Dei lacertos ha-
bens, ad validissimè fortissimeque eos defendendos à
præfractorum & procacium contumeliis & injuria, &
audacia, qui jura eorum labefactare contenderent. in
florentissimo principatu sacerdotium tutissimum erit,
& in sanctissimo, id est, remotissimo ab horum injuria
(ita enim sanctum definiunt jureconsulti) principa-
tus divinis precibus, quasi divino præsidio florebit. Gra-
vissime vero coercendus clerus, qui sui principis læ-
serit majestatem, vel ei convicium aliquod fecerit.
quod & sancti patres statuunt gravius, quàm ipsi prin-
cipes velint. Nam canone Apostolorum 83. sancitum
» est, Quisquis Imperatorem aut magistratum contu-
» melia affecerit, supplicium luito. Equidem si clericus
» sit, deponitor: si laicus, à communione removen-
» tor. Tamen lubricum linguæ incipit, Modestinus
» ad legem Juliam majestatis. non est facile ad pœnam
» trahendum: quamquam enim temerarii pœna digni
» sunt: tamen, ut infamibus illis parcendum est. Si
» quis, inquit, Theodosius, Archadius & Honorius,
» in titulo. Si quis Imperatori maledixerit. modestiæ
» nescius & pudoris ignarus, improbo petulantique
» maledicto nostra nomina crediderit laceranda, ac
» tumulentia turbulentus obtrectator temporum no-
» strorum fuerit, eum pœnæ nolumus substinere. quo-
» niam si id ex levitate processit, contemnendum: si ex
» insania, miseratione dignissimum: si ab injuria, re-
» mittendum. unde integris omnibus hoc ad nostram
» scientiam referatur, ut ex persona hominum di-
» cta pensemus, & utrum prætermitti, an exquiri
» debeat censeamus. Neque majestatis crimen, inquit
» Modestinus illo in loco, à judicibus in occasione
» ob principalis majestatis venerationem habendum

Source : BIU Cujas

» est, sed in veritate rei judicatæ & persona spectanda est. ex quo intelligitur in colendo & tuendo principis splendore Apostolos sæviores esse, quam ipsos principes. ex quo explorata quoque est eorum voluntas, quanto eos etiam Ethnicos honore affici vellent. & tamen Paulus in epistola priori ad Corinthios. capite primo. interdicebat Christianis foro Ethnico, Christianum jubebat constitui judicem. ergo jurisdictionem eis adimebat: ergo novam rempublicam condebat: ergo erat princeps: est enim summi imperii hæc summa jurisdictio. Quid ita? tolle mihi, quæso, hanc dubitationem: an repugnabat alteri superiori legi qua præceperat, ut subjecti eis essent? Petrus quoque cum Clementem sibi suffecit, vetuit ne versaretur in profanis negotiis: neve profanarum rerum judex, cognitorque esset: sed laicis ipsis inter se relinqueret: qui si ignorarent à Diaconis edocerentur. non ergo ut ad judicia externa vocarentur laici, volebat: sed judicem dari. id enim compertum habemus ex epistola prima Clementis. & est recitatum à Gratiano 11. distinctione. quæstione prima. Et tamen jurisdictionem, ut ajunt jureconsulti, vel mandatam esse oportet, vel ordinariam: hæc quidem à lege vel principe datur: illa vero ab habente ordinariam vel legato principis. Ecquis igitur his laicis Christianis tribuerat? quæ erat illa jurisdictio, ordinaria ne, an mandata? quis mandaverat illis judicibus? Si ordinaria, quis concessit? si mandata, aliena erat, cujus ergo? Ecclesiam præterea navem esse dicit, gubernatores ejus Episcopum, presbyteros & Diaconos: navigantes, quos Græco vocabulo ἐπιβάτας appellat, laicos esse ait. Quis igitur rogo regebat illam navem? Quis judex erit istorum gubernatorum & magistrorum navis? tu vis dicamus, quod Diogeni dominus ejus dixit: atque post fuit in proverbio, ἄγω ποτὰμῶν. Audivimus item jamdudum ex Tertulliano Episcopos ecclesiæ præfuisse. Infer igitur laicos jus dixisse Episcopis: inferiores superioribus: minores majoribus. acuta omnia ista erunt. omitto quæ Ignatius, qui Apostolorum comes erat in epistolis suis ad Trallianos, Magnesianos & Philaldelphienses scribit de Episcopis. conflarem apud improbos invidiam sacro ordini. Legat qui volet: & intelliget qui debeant parere, quique sub imperio Episcoporum sint. Egregium scilicet istud, ut ovis pastorem, filius patrem damnet & judicet. si pastor in jurisdictione ovis sit, lupum quoque esse par erit. Ejus qui potest extrudere foras estne levis authoritas & potestas? an non dominum istum dicemus, aut certe robustiorem quàm illum, qui pellitur? Nec tamen omnes laici, etiam summi Imperatores & Reges, si unà convenirent: ne quidem universus terrarum orbis totis viribus ullum posset ab Ecclesia ejicere, vel ejectum revocare: unus vero Episcopus per se ipse potest. Sunt igitur Episcopi domini ecclesiæ: habentque vere claves quibus fores aperiant vel occludant: extra ecclesiam, vel maximus quisque se ibit perditum: naufragium faciet. Ecquid ei vixisse profuerit, si (ut exempla quotidiana sunt) dum foris fuerit repente soluto spiritu concidat, ardoreque flammæ perpetuo conflagretur? & ne ulli tam tristis casus obsit, en constituti sunt Episcopi, & adsunt: qui omnes excipiant in civitatem Ecclesiæ. Cur igitur eos qui tantum commodi omnibus afferre possint, dominique Ecclesiæ sint, in ipsa Ecclesia cætariis & laniis & infimo cuique in rebus forensibus adnumerabimus? & loco judicii digniores alii non erunt? cur tu Molinæe ita statuis (ais enim,
» Nec mirum, quia si Papa esset in Gallia, subesset ju-
» risdictioni cujuslibet domini temporalis loci. Subesset
» quidem vi & cruento gladio, ut Christus in Judæorum republica, Petrus Paulusque & cæteri Apostoli: sed non jure, in hac præsertim republica Christiana. nec sane hi quos vocas dominos, adeò præfracti essent, & omnis expertes religionis ut id dicerent. alia est ratio certe, alius locus Petro & Paulo & apostolis nunc apud suos, quàm apud Ethnicos & Judæos. An propterea quod Petrus jusserit à negotiis profanis abstinere eos: quos præesse voluit, subjecit? statuit enim in ea ipsa epistola, Propterea, inquit, ô Clemens « tanquam qui omnibus præesse te noveris, singulos « prout potueris juva, & singulos releva, qui & singu- « lorum onus & sollicitudinem portas: & paulò ante. « Sicut enim tibi impietatis crimen est: neglectis verbi « studiis sollicitudines suscipere seculares: ita & uni- « cuique laicorum peccatum, nisi invicem sibi etiam in « his quæ ad communis vitæ usum pertinent operam « fideliter dederint. Te vero securum facere ex his qui- « bus non debes vacare, omnes communiter elabo- « rent. quod si forte à semetipsis hoc laici non intelli- « gunt, per Diaconos edocendi sunt, ut tibi solius Ec- « clesiæ sollicitudines relinquant, quo ipsam (ut di- « gnum est) dispensare sufficias, & veritatis verbo « abundantius & studiosius deservire. Quapropter ut « finem faciam: si Molinæus censuisset Episcopos & « pontifices abstinere debere ab hujuscemodi rebus fluxis & caducis, nulla fuisset sane controversia: sed quod idcirco propter eas ipsas res fluxas dixit subactos sub potestatem & imperium illorum dominorum, non fuit à nobis ferendum. aliud est ita se gerere, & tapinophrosynem amplecti: aliud subjici: sed tamen audet istud etiam dicere in illo ipso loco Alexandri, Me maxime piget tot tenebrarum quibus involuti « sunt miseri canonistæ, neglectis verbo Dei & scrip- « turis sanctorum. Ecquis negligit bone vir? an igno- « rarunt locum illum Pauli, qui adeò vulgatus est, quem tu notas, quasi nemo observarit? an locum illum Petri, qui est in capite 6. in Gregoriano de majoritate & obedientia. Permultum tibi places, cùm miseros canonistas vocas & in tenebris versari. fingis tu quidem aut somnias te videre, cùm tamen his in rebus omnino cæcus? num sentis teipsum excæcare, ne scintillulam quidem tibi ad cernendum relinquere, cum in tantam te philautiam conjicis, qua te putas vel Baldum, vel alios qui vivunt, vel mortui sunt, superare? Quis tibi persuasit? cur te tam turpiter ipse fallis? Concilia, sanctissimi viri (ne canonistarum causa hæc dicere videar) Respublica tota, senatus & principatus omnis (ne vulgus adjungam) tot seculis cùm jurisdictiones ita distributas esse, ut ait Baldus, existimarunt, verbum Dei neglexerunt? & nos omnes maxime nunc, qui non ignoramus, quæ nos docere voluisti: non tamen tanta esse putamus, ut commoveri nos oporteat. Et eruditissime vir si tantæ erant offusæ tenebræ nobis omnibus quasi cimeriis populis, eas vel sole restituto discutere, vel quo uti ad aspiciendum liceret, lumen aliquod afferre debebas, ut referremus tibi pro tanto beneficio gratiam. At jam altera caligo est: & non solum canonistas, sed constitutiones etiam pontificum vellicat, & mordet, ne profusius exultet, quare ei conabimur respondere: nec quicquam nobis ipsis, id est Gallis nocebimus, aut alteri ulli, quod ipse facit. studio enim Gallorum in alios conciliare odium videtur: nos vero eodem studio conciliare optaremus benevolentiam, id enim probi viri semper esse duximus, & Christiani maximè.

89. ad 116. Non tamen, inquit, omittere possum, « quod ex chronicis Franciæ & decretalibus Innocen- « tii tertij liquet eum fumis multis offusis, facere vo- « luisse adversus illustrissimum illum Francorum Re- « gem Philippum August. hunc autem viriliter & pru- « denter se protexisse. Deinde narrat historiam: po- « stremo quasi ad portas sit Annibal quasi incendio omnia flagrent, cunctáque eant perditum, magno Philoctetæ ejulatu exclamat, Hei mihi, vide decre- « talis fucum. Postquam jubet, videamus. Primum nos rem gestam exponemus, ut nobis compertum est ex annalibus nostris cum Latinis Æmilii & Gaguini,

tum Gallicis quæ venerunt in manus noſtras: complures enim ſunt. quibus in rebus ſi diſcrepet ab ejus narratione, iſta ipſa noſtra: judicabit per ſe quiſque cui magis credi oporteat annalibus ne illis, an Molinæo. Multa jampridem poſſederunt Reges Angliæ in Gallia à Regibus noſtris beneficii & clientelæ nomine: idcirco juriſdictionis Regum noſtrorum fuerunt ſæpe etiam bello cum eis contenderunt, quod reges Angliæ ſint finitimi. Itaque cum Arturus Britonum Comes interfectus eſſet, Conſtantia mater ejus, Joannem Angliæ Regem, parricidii accuſat apud Philippum Auguſtum Franciæ Regem: erat enim is Joannes patruus Arturi. Cum igitur edictis legitimis evocatus Joannes non veniſſet, reus parricidii peragitur & damnatur, omnia quæ in Gallia habebat commiſſa addictáque fiſco pronunciantur. ad rem judicatam exequendam exercitu opus fuit non apparitoribus. Joannes cum copias Philippi adventare intellexiſſet, viribus impar ad Pontificem Innocentium tertium ſcribit, queritur de fœdere violato (erat enim paulò antè, quam accuſaretur ictum cum Philippo) tacet cauſam parricidii tum etiam pontificem rogat, ut Philippum quaſi neglecti fœderis reum, ſua authoritate coerceat: paratum ſe eſſe apud eum, vel Legatos ejus cauſam agere. Pontifex legatum in Galliam mittit, ſimul etiam ad omnes antiſtites Galliæ hanc epiſtolam, de qua agimus. quæ caput eſt 13. de judiciis in Gregoriano. atque à legato cum primum bello eſſet interdictum, Philippus peropportunam rerum potiundi, quas in manu habebat, occaſionem ita labi indignum ratus, pontificem appellat, ut ab illis authoribus eſt traditum: non vero concilium, ut ait Molinæus. neque enim erat neceſſe: cum omni jure ſit cautum, ut à Legato ad eum, qui juriſdictionem mandavit, ſit provocatio: nec aliter Henricus quartus apud Urſpergenſem, & alii permulti & is ipſe Philippus antea, quod ſine cauſa cum Geberga uxore divortium feciſſet. Poſtea rem judicatam magnis viribus & celeritate exequitur Aquitaniam, Northmaniam urbeſque, quas poteſt, quæque ditionis erant Angli in finibus Galliæ capit. pulſi pene Angli, jam non amplius pontificem adeunt, qui de ſcelere factus erat certior. Nec poſt reditum legatorum pontifex illam epiſtolam miſit, ut ſcribit Molinæus, ſed ut primum venerunt in Galliam Legati: quod ex ea ipſa epiſtola intelligi poteſt. ſiquidem nulla mentio parricidii, vel hujus exceptionis & defenſionis Philippi, ſed tantum literarum Joannis in poſtremis verbis. Pontifici enim iſte obrepſerat tacito parricidio, ut ex his verbis intelligitur, Niſi fortſitan Rex Francorum paratus ſit coram nobis, vel Legato noſtro ſufficientem in contrariam rationem oſtendere. Neque probabile eſt, ſed impudentiæ inſignis, facinus hujus Joannis ſuo patrocinio voluiſſe defendere: quod juriſdictionis ejus eſſet impedire: jus jam ſententia quæſitum imminuere. Et hic Innocentius pietate & religione præſtanti fuiſſe ab omnibus traditur. & ab illo ipſo Urſpergenſi (qui de eo acerbiora quàm ullus alius nonnunquam ſcribit) laudatur. docent ejus opuſcula digna certe Petro ſucceſſore: collegit concilium Lateranenſe celeberrimum anno 1215. omnem curam & ſtudium conferebat ad principes conciliandos: effecitque ut pacatis omnibus, bellum ſacrum ſuſceptum ſit: quod antea expoſuimus: & ut Græci Latinis conjungerentur. De ſacramento vero fidei, quo obligatum iri pontifici Joannem illum ſcribis, ut ei præſidio eſſet, nihil tale quicquam illis annalibus noſtris quos enumeravimus continetur: nec, ut opinor, ille Urſpergenſis prætermiſiſſet. At antea dixiſti Alexandro tertio id præſtitum, quid opus erat iſti? quinetiam Reges Angliæ beneficiarios eſſe Eccleſiæ Romanæ. His expoſitis ad eum quem fucum appellat veniamus. Primo, inquit, incipit à proteſtatione, quod nolit juriſdictionem Regis Franciæ deturbare: aut minuere: cum nihil aliud agat, adeo ut Hoſtienſis ibi ſcripſerit eſſe proteſtationem contrariam facto. Quem Hoſtienſem Molinæus habeat haud ſcio: tamen non aliquid tale apud Hoſtienſem comperimus: principio pontificem ſe quidem excuſare ait: præterea nihil. Mox, inquit, pro primo fundamento adhibet evangelium, Math. 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Sed quam impertinenter, non enim ibi loquitur dominus de aliqua cognitione contentioſa, vel judiciali. nec de crimine occulto, vel dubio: ſed de quo jam palam conſtabat, & de ſimplici cenſura Eccleſiæ in loco exiſtentis, & notitiam habentis de illo publico peccato & ſcandalo, & de pervicacia peccantis: ſed quid habet hoc commune ad res judiciales, vel contentioſas? & tamen hoc prætextu Papa (iſque ſolus) volebat judicialem cauſæ cognitionem aſſumere patet ibi, Et Rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere, quod Rex Franciæ peccat in ipſum. Nondum conſtabat de aliquo peccato, nec in confeſſo erat. In ea eſt ſententia Molinæus, ut putet legem illam Chriſti in perſpicuis tantum locum habere. Quod ſi ita ſit, non igitur adhibendi teſtes. nam pervulgata & perſpicua, quæ canoniſtæ notoria appellant, teſtibus non egent, ut nec ſol face: & tamen illa lege cautum eſt, ut duo aut tres proferantur: non igitur nota ſunt aut dilucida vel publica, ſed occulta. quid enim opus eſt teſtibus, ſi omnes ſciunt? quid & quibus probabunt? ſupervacanea certe erit probatio cum fides facta ſit. Chriſtus ait, argue eum privatim remotis arbitris: deinde adhibe teſtes: poſtremo ſi nolit te audire, dic Eccleſiæ. nec igitur adhuc vulgatum. evidentia enim patrati ſceleris, inquit Auguſtinus in Gregoriano de accuſationibus. non indiget clamore accuſatoris: id ipſum quoque Ambroſius ſecunda diſtinctione. quæſtione prima. Omitto, quæ tradita ſunt in Gregoriano de cohabitatione. Quorſum Eccleſiæ id dicet aut nunciabit, quod eccleſia ſatis novit? & cum tres ſint quaſi viæ legitimæ ad maleficia & ſcelera coercenda, accuſatio, denunciatio, inquiſitio. accuſatio non niſi inſcriptione antecedente fieri debet: denunciatio cohortatione vel admonitione benevola & fraterna: inquiſitio vero famam ſequi debet: In perſpicuis tamen, neque inquiſitionem, neque nunciationem, neque accuſationem deſiderabimus: quæ omnia perſpecta ſatis ſunt in capite 31. de ſimonia in Gregoriano. Molinæus tamen ſentit, legem illam (quæ de accuſatione vel denunciatione tantum agit) referri ſolum ad perſpicua & publica: cenſet præterea ad judicialem cauſæ cognitionem non pertinere. An non vult Chriſtus audiri reum ab eccleſia? quorſum teſtes ſi nolit? cur me reum cujus partes æquiores ſunt, quam accuſatorem non audiet? vocabit igitur me: En ergo initium judicii, ut ait Juſtinianus de pœna temere litigantium. Proponit quis eccleſiæ flagitium quoddam in me, illud nego: calumniam & negotium mihi fieri dico odio vel inimicitia in me graviori: inflammatos vel largitione corruptos teſtes, docere me poſſe confirmo: eo loco, eo tempore quo à me admiſſum ſcelus dicitur, abfuiſſe me, demonſtrare volo. num me audiet eccleſia? an judicii iſta non ſunt? ſunt enim exceptiones meæ & defenſiones, quas juriſperiti aiunt naturalis juris eſſe: ut nec cuiquam adimi debeat earum proponendarum & probandarum facultas. Si teſtes mei vel tabulæ procul ab eccleſia, procul à concilio, vel Epiſcopo ſint, denique ab eo ipſo quem nomine eccleſiæ voles intelligere, num dilatio neceſſaria mihi denegabitur? Sed fortaſſe dicet me accuratius iſta perquirere, non recuſatum me admonebit primum eccleſia, quod ſi frugi fiam, jam non ero amplius Ethnicus vel Publicanus. Sint iſta vera: quid ſi iterum, ſi ſæpius me criminentur, quid fiet? toties me hercule delatus niſi me defendam, toties abjiciar à cœtu & congreſſu bonorum, & dedar

Sathanæ.

ſathanæ. an tam leve iſtud eſt, ut defenſionibus, exceptionibus, dilationibus, probationibus non egeat. Sed omittamus, iſta, num tibi videtur ratio aliqua alia, quam ſequi eccleſiam oporteat: vel æquior vel juſtior, quam hic ordo judicii, quem ſacri canones deſiderant, non illi tantum, quos novos vocas, ſed antiquiſſimi. & ſi non ſtatuerent: nonne ſtatuendus tibi videretur: ordinem judicii dico, non anfractus litium: ſed ut primum vocetur reus: audiantur defenſiones, exceptiones peremptoriæ vel dilatoriæ, ſi juſtæ viſæ fuerint, admittantur: fiatque probandi copia: denique id quod ſine ſtrepitu ac figura judicii dici intelligitur in Clementina 2. de verborum ſignificatione. Quod ſi juſta illa ſint, juſtum quoque quod ſcribit Innocentius, nihil enim aliud ſcribit.

» Nondum, inquit Molinæus, conſtabat de aliquo peccato. At idcirco dantur Molinæe judices & legati, ut conſtet.

» Ergo, inquit prætextu contorti evangelii contentioſam & judicialem cauſæ cognitionem uſurpare » volebat, & in quem? niſi excellentiorem totius orbis » Regem, & in ſuo regno Monarcham? Cum jam exploratum ſit Molinæe, ad judicialem etiam juriſdictionem locum illum Mathæi pertinere: judicialem inquam, id eſt, juſtum illum & neceſſarium ordinem: ne indicta cauſa, quis damnetur, non erat contortum evangelium, nec vendicabat ſibi juriſdictionem Auguſti. Nam cognoſcere de jure fœciali, Auguſti non erat. factum enim erat fœdus cum Rege Angliæ non quaſi beneficiario: ſed quaſi Rege Anglorum: neutrius vero principis de pactionibus fœderis notio eſt, cum alter alteri non pareat: de beneficio quidem & parricidio Auguſti quidem certe erat. & Innocentius non attingit, quod etiam profitetur non eſſe ſuæ juriſdictionis, & ſe non requirere notionem: ſed exceptiones proponendi liberam ei relinquit facultatem. proponet Auguſtus de beneficio vel clientela finita, & commiſſa propter parricidium agi: apud ſuos magiſtratus, hanc controverſiam dirimi oportere: ille contra, ſe Regem Angliæ non ſolum clientem vel beneficiarium eſſe: de fœdere, non de beneficio contentionem. tum naſcitur quæſtio, ſit ne beneficiaria cauſa, an fœcialis. Illa quidem ad Auguſtum: hæc vero pontificis erit, ſi ejus hujuſmodi rebus intercedere, pacique reipublicæ Chriſtianæ conſulere ſit, quod an tu neges Mol. an affirmes, nihil nunc mea refert: diximus ſatis nos quæ nobis tradita ſunt à priſca ſanctitate & pietate, quæ pertinebant ad hujus dignitatis amplitudinem: tu tibi jam conſulas, quod hoc vinculum quo principes contineri poſſunt, velis diſrumpere: nam vix ullum aliud habebis, quo pacatior reſpublica Chriſtiana eſſe poſſit, quàm illo ſi in id incumbant totis viribus pontifices. Cogere quidem principes ad pacem & fœdus, ſuam authoritatem interponere, & cenſorio judicio uti: quoties inter ſe bella gerunt, nemo aut certe pauci dixerint: ſed cum fœdus ictum eſt, & violatur, an hanc epiſtolam Innocentii, qua hoc ſtatuebatur, ſalubrem judicare debueris non labefactare, vel oppugnare, optimi viri decernant: noſtrum iſtud non eſt diſſerere.

» Deinde, inquit, ne nimis juriſdictionem turbare » videatur, excipit judicium de feudo: ſed mox eam » exceptionem inanem reddit ibi, niſi forte jure com- » muni per ſpeciale privilegium: vel contra jam con- » ſuetudinem aliquid ſit detractum. Atqui Molinæe juriſconſulti, ut non ignoras, exceptionem confirmare regulam dicunt. non igitur excipiendo inanem reddit eam Innocentius. regula enim eſt, ut ea juriſdictio ſit principum, ut ait: id autem non ſua cauſa Innocentius dicit: ſed antiſtitum ad quos ſcribebat: ne videretur illorum jus ea ipſa regula evertere. Ecquæ regula eſt adeo perpetua, & late patens, ut nonnunquam in anguſtum cogatur? nullam prorſus in jure reperias, quin eam quam Græci ἔνστασιν appellant, patiatur.

In regno autem, inquit Franciæ juriſdictio nihil « habet commune cum feudo. nec ſimplex feudum ju- « riſdictionem tribuit. Id certe verum eſt, feudum enim contractus eſſe definitur à nonnullis: & juriſdictio contractus non eſt. neque Innocentius adeo hebes fuit, ut id non intelligeret. quorſum iſtud? non de feudo ſermonem habet: ſed de juriſdictione feudi: an non feudi aliqua eſt? ut hæreditatis, ut fundi, ædium, equi & aliarum rerum, id eſt, notio de feudo & equo? neque enim de ea quæ ſequitur interdum feudum: ſed de ea qua jus dicitur de feudo, ejus verba accipienda ſunt.

Pro ſecundo, inquit, fundamento adducit dictum « Valentiniani, quod ex hiſtoria tripartita habetur tran- « ſumptive in c. Valentin. 63. diſtinctione. Exhortatur Valentinianus Epiſcopos Molinæe, ut eligerent Archiepiſcopum Mediolanenſem, Eligite, inquit « talem cui nos cum peccaverimus capita noſtra ſub- « mittamus. Ille tex. loquitur, inquit Molinæus, de « ſubmiſſione reſpectu miniſterii eccleſiaſtici: & me- « dicinæ ſpiritualis duntaxat, non autem de juriſdi- « ctione externa: nec in aliqua civili, vel politica « (quam temporalem vocant) poteſtate, ut etiam « expreſſe tenet, Glo. Archidiaco. Card. Alex. & « omnes ibi. & ſic οὐδὲν πρὸς ἔπος. Nec quidem Molinæe Innocentius accommodat iſtud exemplum ad civilem, ſed eccleſiaſticam & peccatum. quare tu οὐδὲν πρὸς ἔπος. & gloſſa illa tibi officit, argumentum enim ait duci ex eo capite, imperatorem minorem eſſe quovis Epiſcopo, ut communione ſummoveri poſſit, imperatorem vero majorem eſſe in profanis: ſi igitur ita imperator poſſet arceri, Epiſcopi haberent hanc notionem & ordinem judicii quem diximus: eſſent ergo juriſdictionis eorum, & cognitionis judicialis & externæ: nam eos vocari oporteret in jus, audiri, defendi. Hæc autem an non externa æque ſunt atque his ſimilia in civilibus? Non differunt certe his rebus, vel ordine judicii, hæ juriſdictiones, profana vel civilis & divina vel eccleſiaſtica, niſi vi ſententiæ & inſtitutione: iſta enim pellit ab eccleſia, & revocat, quamobrem eccleſiaſtica dici poteſt: ligat & ſolvit animum, ideo ſpiritualis dicitur: cœlum aperit, vel occludit, idcirco divina cœleſtiſque poteſtas & admirabilis verè eſt. Illa autem horum nihil poteſt, ſed tantum vim habet in ſocietate civili, capitis deminutione maxima, vel media & his quæ principes ſuis ſententiis dare, aut certe adimere poſſunt, & civilia vel politica ſunt, vel humana. civilia quidem quæ civitatis ſunt propria, ut magiſtratus & privilegia civium, immunitates, munera & honores: & illis contraria, ignominia, relegatio, deportatio, & id genus alia: humana vero, quæ hominum ſunt etiam agreſtium: tametſi non civilia, ut quæ ſunt familiæ, œconomica, vel propria cujuſque commoda corporis & externa, quæ quis poteſt explicatius diſtinguere. At id fortaſſe Molinæus dicere volebat, quod non ſatis aperte ſignificavit, Valentinianum ſentire, ut propter peccata, quæ ultro confitentur, demittere capita intelligantur imperatores: ut Philippus imperator primus Chriſtianus ante Conſtantinum Magnum, centum ferme an. non ante admiſſus eſt ad ſacra ab Epiſcopo quodam apud Euſebium hiſtoriæ libro ſexto, cap. 25. neque Theodoſius ab Ambroſio, propterea quod ad ulciſcendas quorundam injurias, Theſſalonicæ paſſim ſine delectu ſontes & innocentes trucidari juſſiſſet. & tulit poſtea hortatu Ambroſii legem 20. de pœnis. in codice Juſtiniani. ut eſt traditum à Theodorito hiſtoriæ tripartitæ lib. nono. capite 30. atque Theodoſium dixiſſe ſcribit, ex Ambroſio revera quid ſacerdotium eſſet, didiciſſe. Si ita nobis expoſitum velit, ei dicemus verbis Valentiniani illud adjicere: de confeſſis

Source : BIU Cujas

enim nulla mentio. præterea fruſtra Chriſtus teſtes adhiberi juſſiſſet, ſi niſi ſpontanea confeſſio præcederet, ſubmittere ſe eccleſiæ eſſet neceſſe: & ita Ethnicum & Publicanum audiremus neminem.

Pro tertio, inquit, ſolidiori fundamento adducit ſtatutum Theodoſii & Caroli Magni, quo cautum eſt, ut ſi alter litigantium ſubjecerit ſe juriſdictioni Epiſcopi, alter quoque judicium Epiſcopi ſequi cogatur. id inquit Molinæus pertinet ad privatos non principes. Pertineat necne, nihil refert. Siquidem perſpicuum eſt Theodoſii, vel Caroli Magni, & aliorum omnium imperatorum conſtitutionibus non obligari, Philippum vel alios Reges noſtros. nec Innocentius ſecus quàm exempli cauſa illa propoſuit. nec enim omnia, quæ in conſtitutionibus & legibus narrantur conſtitutiones ſunt, ut nec verſus poetarum. vis legis in eo quod verat, imperat & permittit ſita eſt.

Sed, ut ſæpe queritur ſanctus Hieronymus à malis ſacerdotibus diſciplinæ labes incœpit, qui cœperunt pro ſuo jure & quæſtu arripere, ut poſtea neceſſe fuerit principibus, non ſolum eos hoc prohibere, ſed etiam uſurpatam juriſdictionem ſuam ab eis eripere, ut in regno Franciæ tempore Philippi Valeſii fieri cœptum eſt. Ut labes Molinæe à malis ſacerdotibus: ita decus & lux à bonis proficiſcitur ſed non ob juriſdictionem, quam ab eis uſurpatam ais: neque Hieronymus hac de re queritur: neque juriſdictio ipſa per ſe quicquam apportat mali: in ea tamen delenda tu tantopere laboras? ubinam iſta erepta principibus ſunt? quaſi vero ſint adeo imbecilles & inermes, ut iſti nudi illos armatos ſpolient: graviſſimè fert quod religioſiſſimi & fortunatiſſimi Imperatores, & Reges eccleſiis donarint. Cur invidebimus? ubi tantæ clades ex hac juriſdictione? ipſi eam non explicant: ſed magiſtratus eorum, ut pauci etiam principes: cur æque iſti non poterunt juſtis modis quæſitam, conſervare & tueri, ne moleſtia afficiantur ab aliis, ſed ſuos pacatiores pietate & civilibus legibus per magiſtratus contineant?

Orante, inquit, domino Petro Cunerio inclito regio advocato, cujus tamen laudabilem memoriam mali (imo perſonati eccleſiaſtici) contumeliis indignis fœdare conati ſunt, ut refert glo. pragmatices. Contra quem fruſtra permulta ridicula & conficta deliria ſcripſit Petrus Bertrandus, tunc Epiſcopus Heduenſis, poſtea Cardinalis factus. Non laudat certe Guymerius ad pragmaticem illum Cunerium & multum certè abeſt à laude. Anno 1329. unus in Gallia rerum novarum cupidus & gloriæ nimis appetens, apud Philippum Valeſium Regem aliquo fuit in loco: ei nomen Petrus Cunerius. Cum Regem, ut juriſdictione civili, quam temporalem dicimus, ſacerdotium ſpoliaret, quibus poterat modis commovere conaretur: neque Rex facile aſſentiretur ejus ſtudiis, ſacro ordini, ut diem diceret, Regi perſuaſit. magno ingenii eruditioniſque præſidio fretus in ſe recipit, firmiſſimis apertiſſimiſque rationibus eum ipſum ordinem evicturum, ut omnibus, juriſdictionem (quam haberet) civilem jure retinere non poſſe videretur. Itaque vocantur Archiepiſcopi, Epiſcopi reliquique Antiſtites edicto regio, qui ad conſtitutum diem & locum undique conveniunt. Tum in ornatiſſimo Regis conſpectu, totiuſque Galliæ procerum & conſiliariorum ampliſſimo & frequentiſſimo cœtu, ipſe ille Cunerius ſic exorſus eſt, Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo: hoc fuit maximum firmamentum: hoc caput ſuarum rationum: hoc multis verbis amplificavit: hoc denique ipſo disjunctam eſſe dicebat civilem profanamque juriſdictionem à ſacra & eccleſiaſtica. Atque civilem multis jam ſeculis, Regibus cæteriſque principibus viris ademptam ab antiſtitibus, uſurpatam, conſciſſam, laceratam & cum dicendi finem feciſſet: Petrus Bertrandus Heduorum Epiſcopus, totius ordinis mandato & nomine. cœpit, quæ dicta erant à Cunerio explicare: Regis officium eſſe juriſdictionem munificentia principum & juſtis aliis quibuſdam modis clero quæſitam non adimere: ſed ejus, ut omnium, jus tueri: deinde alia multa dixit, quæ nunc Molinæus ridicula & conficta deliria appellat. cum his tamen deliris rebus & nugis, vicit ejus ſententia: adeo ut Rex diceret, amplificabo ego non contraham juriſdictionem ſacro ordini: quid iſtud quæſo? hæc deliratio ridicula majorem vim habuit apud omnium præſtantiſſimum, & graviſſimum Regem, & ampliſſimum cœtum, quàm docta illius Cunerii oratio: hic delirus perſuaſit: ille incliti domini nomine à te ornatus cauſa cecidit: æquum erat, ut hunc quoque pro ejus dignitate dominum appellares: erat enim Epiſcopus eoque nomine in ſenatu Epiſcopi dignari ſolent. & uterque mortuus eſt, ut non magis illum quam hunc revereri debueris. Si hic cauſam agens delirus fuit, quid hi, qui ejus oratione commovebantur? Et non ſolum ille antea inclytus jacturam cauſæ fecit, ſed ejus memoria perpetua & graviſſima infamia notata eſt. quæ ipſa nota & labes ne ducentis quidem annis ad noſtram hanc ætatem eluitur: & haud ſcio, an unquam pòſt. Nam in hac regia urbe Pariſiorum in templo Divæ, quod eſt omnium maximum, eſt ligneus vel lapideus marmorio, quem magiſtrum Petrum Cunerium appellat adeo omnibus vulgo etiam agreſti notus, in tota Gallia, ut cum primum templum quis adit, iſtud imprimis ſoleat percontari, ubi eſt ille Cunerius de quo fama tanta eſt. Et quoniam in loco & angulo obſcuriſſimo latet non face (eſt enim anguſtior locus) ſed candela opus eſt, ut cernatur. & viſus truncus ille nullius pene magnitudinis, dum ita luditur ſpectantium animus ſpe & deſiderio artificioſi & admirabilis cujuſdam ſpectaculi videndi, magnam certe præbet ridendi materiam. & eo præſertim, quod cum lumen ad aſpiciendum propius admovere neceſſe ſit, offuſo fumo & crebro tactu exeſus jam pene lineamentis careat. & paucis poſt annis poterat fortaſſe conſumpto radicitus illo ſtipite quaſi monumento, ab illo ludibrio & infamia Cunerius liberari. At Molinæus nunc ſcriptis, quæ non ita pereunt memoriam ejus excipi vult nobilitarique non modo in Gallia Cunerium: verumetiam ubique terrarum, & dolet tam triſtem ejus caſum. Orante, inquit, domino Petro Cunerio inclito, cujus tamen laudabilem memoriam mali, imo perſonati eccleſiaſtici contumeliis indignis fœdare conati ſunt. Quid agas? fortaſſe ita diis placet ut gloriam quam ex novitate ſententiæ aucupabatur, perpetuum dedecus & macula conſequeretur, quam nemo poſſit unquam abſtergere. Bertrandus vero fuit non ita delirus: ſed ex infimo loco magna animi virtute evaſit primum regius conſiliarius: deinde Reginæ cancellarius, poſt Epiſcopus Heduorum, poſtremo Cardinalis. in quo dignitatis gradu elucebant optimi mores, res certe omnium laudatiſſima. Et actiones utriuſque quæ extant, docent Cunerium non dicam deliraſſe, ut Molinæus, ſed certe non magis eruditum, quam iſtum ipſum Bertrandum, & hoc præſertim exordium ſecundæ actionis, Pax vobis, inquit, Ego ſum, nolite timere. Rex jura veſtra ſarta tectaque conſervare vult: at cauſarum civilium diſcepratio, & juriſdictio veſtra non eſt: habetis enim caput raſum & idcirco vobis raditur, ut omnia temporalia & caduca amittatis. tum unum ex proceribus cachinnum propemodum commoviſſe ferunt, quod ſummiſſa voce ita intulerit, Danda eſt nobis igitur inquit, opera, ut præſto ſemper tonſores ſint, ne creſcente capillo creſcat eorum juriſdictio. Hæc omnia quæ dicimus partim vulgi fama docet: partim annales noſtri: partim actiones illæ. Jam qualis fuerit ille Cunerius nihil refert: promittebat certe multa & maxima: ſed tandem pepererunt montes, & natus eſt ridiculus mus.

Source : BIU Cujas

illa ipsa tantum à nobis dicuntur, ut intelligat Molinęus bonorum & integerrimorum virtutem laudibus hujusmodi inveteratæ notæ hominum vulneratam non esse.

Antea expositum est quanti Imperatores fecerint etiam in causis civilibus Episcopos: Statuit enim Theodosius Magnus, & Carolus Magnus, quod etiam notat illa epistola Innocentii, ut actor vel reus possit etiam altero invito & lite contestata relicto judice laico adire Episcopum, ut suo judicio litem dirimat. Molinæus istud, quod non ignorabat plurimum demonstrare etiam veterem authoritatem Episcoporum, voluit cum antea tum nunc quasi pulvere terraque obducere. ita respondit, tum factum esse, cum » inquit, Principes etiam Franci & Gallici, nullum » faciebant quæstum de litibus subditorum: nec sacro» sanctam jurisdicundi administrationem quæstus habe» bant, sed debito oneri: nec aliud quærebatur, quam, » ut lites, & earum occasiones minuerentur: & sub» diti quam brevissimè & minore sumptu sincerum jus » obtinerent: quo etiam tempore ambitiosi & indo» cti, non fiebant Episcopi: sed viri sanctitate doctri» næ & vitæ conspicui, quorum judicio (si eis vaca» bat) pacificari subditos non solum subditorum inter» erat, sed principum, qui sic eatenus commode exo» nerabantur, nec periculum erat, quod veteres illi » Episcopi hac occasione jurisdictionem principum sibi » vendicarent. & paulo post, Et sic cessante causa legis » videlicet innocentia, doctrina & fidelitate Episcopo» rum ejus temporis: quibus tam principes, quam sub» diti tuto fidere possent, cessat lex. Nunc Censor est Molinæus non modo Episcoporum, verumetiam principum: duas causas nobis adfert, cur Episcopis in laicos ea jurisdictio exciderit: unam quæstum principum esse ait, & olim quæstuosam non esse jurisdictionem: sed principum munus & officium, alteram inclinatam virtutem Episcoporum, quam in tres partes distribuit, innocentiam, doctrinam, fidelitatem. Si prior vera sit Molinæe, extinguet profecto semper hanc posteriorem: extinguet etiam jus, si quod erat in ea re Episcopis: semper enim principes potentia præstant. Quid igitur tu hac dicis, cessante causa legis videlicet innocentia, doctrina & fidelitate, cessat lex? Quid tum opus est Episcoporum innocentia cùm per eam res eis salva non foret, ubi quæstu & lucro res ageretur à principibus? Præterea integerrimis Episcopis non cessaret lex, nam in tanto numero tales esse non negaveris id enim petulantiæ esset, & procacitatis. Quod vero ais: idcirco ademptum Episcopis, quod non fidi essent principibus, & periculum ne sibi vendicarent: nemo tibi credet: inermes enim sunt.

» Tum illud, inquit, statutum Theodosii & Caroli » Magni non loquebatur de Papa: sed de Episcopo » diœcesano in sua diœcesi duntaxat. Papa vero Mo» linæ Episcopus est urbis Rom. ut ita etiam eum tu » nominare soles: ad eum ergo pertinebit. At vere quidem de eo dixisti non loqui. pluris enim faciebant quam ut id de eo statuendum putarent. & Innocentius hoc argumento, istud ipsum tantum demonstrat, ut si Episcopis infimis in causis popularium liceat, ita in majorum causis maximo etiam Episcopo licere videatur.

» Pro quarto, inquit, & fundamento adducit pacem » & juramentum. Sed si peccatum attribuit jurisdictio» nem externam Papæ, quis non videat omnia fere ad » ejus forum trahi? Quod si, ubi de pace vel juramen» to observando agitur, addas, quodnam ab ejus foro » excipietur? nonne jurisdictio principis absorpta erit? Nescio quid hoc quasi involucro verbo externæ jurisdictionis Molinæus velit tam sæpe nos docere. si quidem ignoramus, an aliquam jurisdictionem Pontifici tribuat, non tamen externam: quod si aliquam, internam igitur aut nullam: aut enim internam aut externam esse oportet: id enim necesse est si uspiam & aliqua sit. si internam ut communione interdicere alicui intelligat: ea ergo sine quibus hæc jurisdictio, (ut responso Jaboleni de jurisdictione) legitime explicari non potest, comprehendi necesse est: ut vocetur & defendatur, quod diximus. Quinetiam si velit, provocet. Interdicere verò communione vel congressu alicui (quod excommunicare dicimus) Jurisdictionis est, ex lege Ulpiani IX. de pœnis. & satis intelligitur ex libris Canonistarum de sententia excommunicationis. nec nostra refert extrema sit, an interna, nisi quod verè etiam sit interna, animum enim vinculis obstringit. Omnis Christianus, inquit Augustinus « apud Gratianum 11. distinctione. quæstione tertia. « qui à sacerdotibus excommunicatur Sathanæ traditur: « quomodo? quia scilicet extra Ecclesiam diabolus est, « sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi diabolo « traditur, qui ab ecclesiastica communione removetur. « Sat est, illum ordinem judicii in utraque necessarium. ex concilio Sardicensi & Carthaginensi & aliis apud Gratian. 11. distinct. quæstione tertia. Causa etiam legitima docenda est, ut inquit Justinianus in authentica. de sanctissimis Episcopis. quod etiam apud Gratianum secunda distinctione. quæstione prima. scriptum est: nisi contumax esset ex concilio Triburiensi eo ipso loco. Sin ad expiationem sceleris respiciat, non jurisdictio erit: nisi velimus nomine abuti, ut intelligi potest, ex capite postremo de pœnitentia. Gratiani distinctione prima. & presbyteri quidem istud possunt, jurisdictionis tamen omnino expertes sunt: tametsi hæc expiandi ratio & potestas dici soleat à Canonistis forum pœnitentiale. ex quibus ergo causis jurisdictione illa censoria uti poterit Episcopus, vel Pontifex, ex iis ipsis illa quoque servabuntur. Causas vero Innocentius peccatum esse ait & jusjurandum: id negat Molinæus. Quidnam, inquit à foro ejus excipietur? nonne jurisdictio principum absorpta erit? Equidem Molinæe harum rerum caput est, hæc lex Christi, Si peccaverit in te frater, &c. atque ea ipsa in hac potissimum potestate spectanda est: & docere videbitur (quod Innocentius scribit, ut de peccato sit censorum judicium) hoc verbo, Si peccaverit. Et cum Innocentius in ista ipsa ratione legis quasi firmissima versetur, Molinæus, ita leviter, ut eam refelleret attigit, ut nec attigisse videatur. Erat quidem certe in id ei potissimum incumbendum: hæc enim objectio ejus non tam Innocentium, quam illam legem respicit. Nam idem ipsum contra Ecclesiam dicere possumus quod Molinæus, Si peccatum tribuat jurisdictionem externam Ecclesiæ, quis non videt omnia ad forum ejus trahi? nonne principis jurisdictio absorpta erit? Et tamen, nullus negare potest Christum, Ecclesiæ de peccato decernere notionem & judicium: ait enim, Si peccaverit, dic Ecclesiæ: Quid igitur dicet? an reprehendemus illam legem, quæ ejus objectioni rationem non habet? doceat nos vehementer rogo illud enim Innocentii ex lege illa non debilitatur magis illo allato incommodo, & periculo de jurisdictione principum, quàm Ecclesiæ ipsius: ad quam de scelere referri jubet Christus. Ostendimus autem, ut formula à lege tradita servetur, non publica intelligi & pervulgata flagitia, quæ notoria dici solent: sed quæ latent: quod Augustinus ad cap. Mat. 15. explicat & Gratiani secunda distinctione. quæstione prima. & interpretatur, Si peccaverit in te, id est, in te solum scientem: & reliqui consentiunt, aut certe non repugnant. Publica enim publicè ait reprehendenda esse: privata privatim: illa quidem, ut cæteri terreantur (quam rationem affert Paulus in priori epistola ad Timotheum. capite quinto.) hæc vero, ne quis suo vulgato scelere, impudens fiat & præfractus. idem ipsum Hieronymus ex Paulo (ut opinor) 2. Thessalonicens. 3. & Ambrosius ad caput 17. Lucæ. in pervulgatis quidem nemo impedit quem moneri privatim: neque quis existimet nos negare, quin ita arguere etiam de iis

Source : BIU Cujas

ipsis quis possit, adhibereque testes atque formulam illam sequi quod etiam Hostiensis & Felinus aiunt, tamen necessaria non est, cum neque teste, neque accusatore opus sit, ut ostendimus. De quibus ergo peccatis lex illa est? si de omnibus verbum illud Christi dicamus esse, nihil certe erit, de quo non sit referendum ad Ecclesiam sive in criminibus, sive in civili controversia. omni enim judiciali & negotiali quæstioni subest justum vel injustum & peccatum, nam si quis, ut de actione personali differamus ex aliquo contractu, vel quasi contractu maleficio, vel quasi maleficio obligatus mihi sit (ut obligatio his contineri dicitur, à jureconsultis lege prima. de actionibus & obligationibus. & in institut. Justin. (num peccare videbitur in me si non solvat? is quoque in quem actione in rem, vel interdicto experiri possum, si rem quam vendico, vel possessionem non restituat, an non in me peccare dicam? vel si de omnibus flagitiis, quæ in Deum, vel alium admittuntur? Ecquid igitur relinquetur judicio? Sin contrà intelligamus horum nihil Christum complecti, quid ergo erit Ecclesiæ? quorsum dici, vel quid dici Ecclesiæ imperat? ista omnia primum explicare nobis debuit Molinæus: deinde ostendendus erat Innocentius præter legem illam, vel contra legem aliquid sibi arrogare: tum videri potuisset jure eum reprehendere. nihil tamen tale quiddam facit: sed objicit, quod magis legem illam respiciat quam Innocentium, qui ea utitur, quod etiam Hostiensis, Joannes Andreas, Barbatias & Panormitanus, & alii multi Canonistæ conantur refellere, censentque verbum hoc, *Si peccaverit*, ad hæc tantum pertinere, ad crimen suapte natura ecclesiasticum ut symoniam, hæresim, usuras, nuptiarum causas, jusjurandum pacem, publica delicta, & quibus præterea in rebus civile judicium non datur, ut in obligatione naturali tantum, ad causas, quoque calamitosorum & miserorum, & afflictæ fortunæ hominum, ut viduarum, pupillorum, inopum, ex his, quæ traduntur à Grat. distinctione 87. istis ergo rebus & peccatis comprehendi volunt legis illius sententiam: sed cur potius his quam aliis, non docent? neque nobis id necesse est exponere. tum etiam est de re tanta dicere onus certe longe nostris viribus impar. exponam tamen quod compertum habeo. Primum illa lex Christi Mathæi 18. jurisdictionis ecclesiasticum fundamentum jecit, ut qui eam oppugnant (quorum in numero est Molinæus) legem illam oppugnare videantur ad quam tuendam Christus adjunxit, simul atque eam proposuit, admirabilem potestatem (quæ nunquam hominibus contingit, vel majore contingere potest (firmissimum præsidium his verbis ex recepta interpretatione, Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos testes, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo, Ecclesiæ autem appellatione Episcopi etiam intelliguntur ex sententia Chrysostomi ad illud caput, Christianos ergo, cum Hierosolymis primum conferrent ad Apostolos omnia, ne quicquam cujusquam esset proprium, carere lite necesse erat. nec etiam injuriæ vel maleficii causa adeundus erat judex. si quidem unus credentium erat animus, & cor: ut scriptum est Actorum capite quarto. Nova igitur respublica ædificabatur. cum vero postea effusa esset, ac propagata ubique terrarum, solum collegium clericorum communes fortunas habuit, ut jamdudum expositum est: ipsis enim tum decimas, primitias stipemque dari ostendimus: & idcirco dici clericos, tum quod in hanc sortem victus vocati essent, tum quod regerent hanc rempublicam. Quare inter clericos nulla lis, scelera aliqua fortasse: inter laicos multa. Ista tamen omnia ex illa ipsa sanctione Christi iudicio Ecclesiæ coercebantur, Ethnico vero nullo, nisi vocati in jus ab Ethnicis. necesse enim eis parere erat. ut Paulum quoque & Petrum & omnes sanctos viros vi magis quam ultro: & Paulus appellavit Cæsarem, Actorum cap. 25. nec Christus ipse ab Ethnicis improbis judicibus, & supplicio evasit: erat tamen per se ipse jure liber. Christianus vero cum Christiano apud Ethnicos non agebat. Quamobrem Corinthios increpat Paulus in priori epistola capite 6. jubetque constituere judicem Christianum, Judicium ergo erat Ecclesiæ, vel ejus judicis, quem Ecclesia dedisset: cruenta vero non erat pœna vel imperium: sed quasi relegatio vel deportatio & capitis deminutio, civitasque Christiana amitteb atur, id est à societate & communione Christiana pellebatur, unde excommunicationis nomen. Nam Christus dixit, sit tanquam Ethnicus & Publicanus. erat præterea animi pœna cum sathanæ tradebatur ex aliis verbis illius ipsius legis. Quicquid ligaveritis, &c. hæc omnia testatur Tertullianus, qui Hieronymo teste floruit anno Christi 210. annis centum ante Christianos imperatores. Certe (inquit in « apologetico capite 39. mores & ritus Christianorum « explicans) fidem sanctis vocibus pascimus, spem « erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præcepto- « rum nihilominus inculcationibus densamus: ibidem « etiam exhorrationes, castigationes & censura divi- « na. Nam & judicatur magno cum pondere, ut apud « certos de Dei conspectu summumque futuri judicii « præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communi- « catione orationis & conventus, & omnis sancti com- « mercii relegetur. Laicis quidem in civilibus contro- « versiis dabatur judex, ut ex epis. Clem. intelleximus ex Paulo. Clericorum vero ipse tantum Episcopus erat judex. Paul. ad Timoth. scribit 1. capite 5. in presbyterum sine duobus testibus accusationem ne admittas. Episcopus enim Princeps erat hujus reipublicæ ejus regendæ causa adjuncta habebat, quasi duo genera magistratuum: unum erat presbyterorum: dabant enim operam maximis & summis rebus, quasi consiliarii Episcopi & assessores. Qui bene præsunt, « inquit eo in loco Paulus, presbyteri duplo honore « dignentur, hi maxime qui in orationem & doctrinam « incumbunt, quibus ipsis duabus rebus nihil est ma- « jus aut præstabilius. quod etiam Philosophi docent. « Alterum genus erat judicum, apud quos disceptabant Christiani. Quod autem isti quoque parerent Episcopo ex eo cognoscitur, quod omnis ista jurisdictionis potestas Episcopi erat. si quidem ligare poterat vel solvere, & nemo præter Episcopi voluntatem. neque enim id omnibus à Christo datum, sed Apostolis: quare cum sententia lata erat si quis non pareret, ab Episcopo ablegabatur. nihil tum enim aliud poterat Ecclesia. nec graviori quidem supplicio aliquem jam affecisset. nec enim Ethnici Imperat. & magistratus id essent passi: sed in eos quasi sicarios, quos sine imperio mero, vel mixto, & nulla publica potestate hoc facere putarent, animadvertissent. ignorabant enim hanc rempublicam ab æterno illo principe institutam. Nec vero existimandum est Ecclesiam non habuisse gladii potestatem, tametsi illorum Imperatorem metu ea non uteretur. ista enim potestas civilis & politica est, id est, omnium hominum jure sociatorum cœtus hanc per se ipse habet est enim naturalis & necessaria, sine qua nulla populorum societas esse potest: sed nascitur omnis cum ipsa. nisi enim sint, qui coerceant improbos & flagitiosos, quique defendant ab injuria bonos, ubi consistet societas? gladii autem potestas ex sententia legis tertiæ Ulpiani. de jurisdictione omnium judicum. nihil nisi præfectura erit gladium habens ad animadvertendum in facinorosos homines, id est, præfecti sunt

tuendis bonis comprimendisque malis, quod Paulus scribit ad Romanos. capite 13. & Ethnicorum etiam jubebat ferre imperium. subditosque esse non solum quod metuendi essent qui constituti à Deo sint contra flagitiosos: sed ob conscientiam quod male agendum non sit: hæc enim tum fuit conscientia: & Petrus 1. capite secundo. Reges & præfectos missos esse dicebat, ut sint vindices scelerum. Quocirca hæc præfectura non potest, nisi laudabilis esse in omni societate etiam latronum & pyratarum, si inter eos esset ulciscendorum scelerum aliqua ratio. Cum igitur Christiana fuerit legitima à Deo instituta, non caruit profecto hac civili simul atque constituta fuit. populi & civitates, quæ defectione imperium alicujus diruperunt, hanc habere putantur: nam si ea carerent, in nullum certe jure animadverterent: sed sceleratissimi injuste pœnas darent. hæccine igitur justissima hujus expers erat? Itaque fuit ista ipsa potestas in Ecclesia semper etiam ante Imperatores Christianos. nec extincta tamen propterea erat etiam ea quæ Ethnicorum ipsorum fuit. aut certe Turcarum & Barbarorum nulla nunc civilis esset. Christiani in coercendis suorum delictis capitali supplicio, illa Ethnicorum utebantur: & fortasse nihil interfuit à quocunque flagitia punirentur cum sua ipsi uti non possent. Ex quibus satis exploratum est civilem omnem jurisdictionem in Ecclesia fuisse, eoque jure usos Christianos semper, præter eam quam merum imperium jureconsulti appellant, id est gladii potestatem quæ nec etiam ab imperatoribus aut principibus profecta est: ut Molinæus accommodans locum illum Pauli, nobis interpretabatur. si enim Christiani suum istud merum imperium gerere potuissent, gessissent profecto non minus quam illi Christiani nunc qui in ditione tunc Turcæ. si potentiores evaderent. sed cum æquum sit scelerum pœnas esse, & defendi bonos à quocunque id fiat, nihil interest, quare & ob eam causam tributa pendi & pareri jubet Paul. Quod si potuisset Paulus à vi & gladio ditioneque Ethnicorum Christianos eximere, exemisset certe ut à civili omni alia jurisdictione: dum foro eorum Christianis prohibuit hoc enim poterat: aliud vero minime. nam ut ait in illa epistola priori ad Corinthios, cap. sexto. Indignum est, ut vos qui angelos judicabitis, quibus omnia parebunt, ab impio quasi cane rabido judicemini: curabat id tamen ne quid officeret propagationi Evangelii. Cum vero Christianissimo Imperatores imbuti essent: quid inter magistratus Ethnicos & Christianos factum putandum? non continuo fortasse unum ex omnibus conflatum est genus sed erant Ethnici magistratus & Christiani annis 80. post Constantinum Magnum Theodosio Magno Imperatore: ut Symmachus præfectus prætorio urbis Romæ Ethnicus, quod ex epistolis ejus intelligitur. qui voluit ad paganismum qui jam ferme conciderat instaurandum Valentinianum commovere. in quem scripsit Ambrosius epistolarum libro quinto. Nam tametsi Constantinus primum. deinde Constantius ejus filius, sacrificiis Ethnicis, idolis, templis, & ritu omnibus edicto prohibuerat, ut lex secunda. de Paganis. in codice Theodosiano. & lex prima. de Paganis. in codice Justiniani demonstrant. quo in loco aliis legibus, idem ipsum à Gratiano, Valentiniano, Theodosio & postremo ab Archadio & Honorio factum esse intelligitur: & concilia ut ita constituerent, hortabantur: ut concilium Carthaginense 5. capite postremo. nondum tamen Paganismus erat extinctus, quod ex concilio Africano cap. 27. cognoscitur: sed Imperatores, ut Judæos ferebant, ita Paganos & sancitum à Theodosio ne Christiani eos læderent lege sexta. in eo ipso loco codicis Justiniani. dissuto sensim, & tandem pene consumpto Paganismo (fuit enim postea crimen publicum, ut Leone Imperatore, ibidem in lege postrema perspicitur.) tum unus omnium status fuit magistratuum laicorum, nec jam authoritate Episcoporum & censura opus erat, si quis non pareret: erat enim princeps qui cogeret vel apparitoris severitate vel supplicio. his denique modis qui leguntur in jure civili de jurisdictionibus. de re judicata. & executione. quique erant antea Paganismi. nam jus etiam civile digestorum Paganorum fuit & codicis Justiniani bona pars. Optimus enim reipub. Romanæ status, ut consilio prudentia & æquitate: ita amplitudine splendore & gloria omnem Ethnicum alium qui unquam fuit, superavit, hujus certe reipublicæ Christianæ causa, quo dilataretur commodius, ut docet Ciril. in Julianum apostatam, effecitque illa prudentia Ethnica, ut Christiani Imp. populi & nationes eam retinerent, nisi quæ disciplinæ Episcoporum, moribusque reipublicæ Christianæ repugnaret. tametsi pauca erant, inestque quasi Christiana pietas in illis legibus, ut de tutelis & contractibus, & aliis multis rebus. Atque ut illis ipsis Imperatoribus, quorum erat potentia singularis, principio paganismum ferre fuit necesse ita Episcopis nonnulla, ut usuras, etiam Justiniani ætate: quas tamen Molinæus in suo libro de usuris non jure defendit, tametsi sibi ipse videtur: cum enim nulla prorsus Christianum hominem deceat, quædam tamen nobis ut probetur conatur ostendere quæ sententia explodenda certe est. idque demonstraremus si hujus esset loci, fiet fortasse alias. cum igitur non esset necesse adire Episcopum contra eos laicos qui non obtemperarent magistratibus Christianis, Imperatorum & principum ea omnis cura fuit & non solum hujus jurisdictionis: sed graviorum casuum reipublicæ. nam antea in maximis ejus negotiis & periculis, ut tyrannorum Ethnicorum sæpe immanitate Episcopus summam administrabant, cum presbyteris & primariis laicis. consulebant & decernebant de rebus. Quapropter postea ab omnibus his curis vacuus, & liber potuit diligentius divinis rebus cum presbyteris & clericis dare operam. itaque ut laici magistratus Episcoporum antea laicos: ita magistratus Imperatorum eos ipsos laicos judicabant: nisi cum de religionis præceptionibus esset controversia. Quoties, inquit Archadius & Honorius, (lege priori. de religione in codice Theodosiano.) de religione agitur Episcopos convenit agitare: cæteras vero causas quæ ad ordinarios cognitores, vel ad usum publici juris pertinent, legibus oportet audiri. Si quid erat, quod repugnaret religioni Christianæ, judicium erat Episcopi. Et cum multa repugnarent, multa quoque ejus erant: causæ præterea viduarum, pupillorum & inopum, quod cum ex multis conciliis tum ex Carthaginensi 5. cap. 9. & apud Grat. 23. distinct. quæst. 3. exploratum est. Ab universis, inquit Imperatoribus, visum est postulandum propter afflictionem pauperum (quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia) ut defensores eis adversus potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur. quod eo animo dicimus, ut quanta fuerit cura inopum semper intelligamus: atque Episcopos non solum cibum suppeditasse miseris, quod supra ostendimus: sed ab injuria defendisse. Multarum quoque aliarum causarum notio fuit episcoporum, ut ex conciliis cognoscitur. quæ omnia multum sermonem postulant. Et hæc quidem de laicis. Clericorum vero, ut institutor, probator, ita judex semper Episcopus fuit, nec potuit esse Imperatorum, cum magistratuum episcoporum jurisdictionem nacti solum sint: ea autem in laicos tantum erat. Quocirca cum nonnulli clerici conferrent se ad magistratus Imperatorum Christianorum (ut semper audacia, contumacia & petulantia valuit, nisi comprimeretur) à concilio Carthaginensi id sancitum fuit, quod cum de origine Metropolitanorum diceremus recitatum est. huc pertinent leges superiores Imperatorum, qui magistratibus suis interdixerunt. huc omnia quæ à Gratiano notantur ex conciliis 11. distinctione.

Source : BIU Cujas

quæstione prima. & non solum conveniri apud magistratus civiles : sed nec damnati à suis Episcopis , ab illis juvari debent. aut uterque à communione arcetur ex concilio Agathensi capite 13. apud Gratianum 21. distinctione. quæstione quinta. ubi etiam istud ex concilio Antiochensi, quod fuit paulò post Nicænum : alia multa ex conciliis Gratianus 11. distinct. quæstione prima. ut si presbyter vel diaconus exauthoratus ad Imperatorem confugerit , ob hanc ipsam temeritatem nunquam restituatur : neque veniæ spes ulla ei supersit : sed provocet si velit Metropolitanum vel superiorem , sed horum referta sunt concilia & scripta sanctorum patrum. Episcoporum vero causis Romani esse jamdudum compertum habuimus , & ex Gregorij Magni epistola 33. lib. quarto ad Augustum , quod Gratianus scripsit illa ipsa quæstione. Si Episcoporum, » inquit causæ mihi commissorum , apud piissimos do- » minos aliorum patrocinio disponuntur , infœlix ego in » ista Ecclesia quid facio ? sed ut Episcopi mei me des- » piciant & contra me refugium ad seculares judices » habeant : omnipotenti , gratias ago : peccatis meis » deputo : hoc tamen breviter suggero , quia aliquan- » tulum expecto , & si ad me venire distulerunt , exer- » cere in eos districtionem Canonicam nullo modo ces- » sabo. Quî audet igitur Molinæus magistratus etiam municipales, vel pedaneos dicere fuisse judices Pontificum, cum ne quidem Episcopi ullius etiam infimi fuerint & eo præsertim tempore quo nullam potentiam Pontificum esse dixit ? Ex quibus omnibus satis perspectum est & cognitum , à Christo Ecclesiæ esse, eáque jurisdictionem civilem concessam singulari potestate , quam divinam vel spiritualem dicimus donasse : cujus legis quasi interpres Paul. fuit , dum prohibuit Corinth. Ethnico judicio : usamque eo jure ex Tertul. Ecclesiam cognovimus , quare nihil ab Imperatoribus emanavit. Neque defuisse gladij potestatem cum societas civitásque legitima esset : nec hanc dari exprimíve à Christo fuit necesse. instituendo enim ipsam rempublicam , eam quoque instituisse intelligitur cum sine ea esse non possit. hac quidem non usam Ecclesiam nisi post Christianos Imperatores , certum est. Et tametsi in Ecclesia jurisdictio constituta fuit à Chri- » sto , ab eo quoque usu distincta est ut Petrus est in- » terpretatus, Non enim dixit Clementi in epist. ejus ad » Jacobum fratrem domini , apud Gratianum vero 11. » distinctione. quæst. prima. te judicem aut cognitorem » negotiorum secularium constituo , ne præfocatus præ- » sentibus hominum curis , non possis verbo Dei vaca- » re & secundum veritatis regulam secernere bonos à » malis. Hócque post imperat relinqui laicis. hæc igitur exercitatio causarum forensium inter laicos , jurisdictióque civilis , merum mixtúmque imperium civile, non illud quidem divinum ligandi & solvendi , relinquitur laicis ipsis inter se. Et cum hac semper discrimen Christianorum fuerit , ut clerici essent & laici : clerici quidem præerant. quare laici non erant eorum judices (parebant potius) sed Episcopus vel presbyteri , quemadmodum laicorum ordo suos judices habebat. nisi in quibusdam causis & gravioribus & maximis , præsertim de religione Episcopi decernebant : erant enim hujus reipublicæ Principes & moderatores : quæ digna suo judicio videbatur , notionis suæ esse volebant , ferebántque leges. quod tum ex epistola illa , tum ex Ignatio & Tertulliano : denique ex omnibus quæ hactenus nobis in hoc lib. exposita sunt, intelligi potest ut veterem statum reip. Christ. omnino non videamur omisisse. tum maxime ex hoc cognoscitur , quod Episcopi habebant illam potestatem divinam ligandi , quæ erat vinculum hujus societatis, continebántque per eam ipsa omnes , quare necesse erat , ut colerentur ab omnibus cum nulla alia uti possent Christiani. deinde nisi hujus metu non paruissent judicibus. Postremo quod Apostolorum essent successores , quos nemini dubium est , summam administrationem habuisse , summúmque imperium ut Petrum Paulúmque omnium præstantissimos. Quapropter non potuerunt mutare statum hunc Imperatores , & quoties conati sunt vel eum lædere , suum ipsi mutarunt & imminuerunt , ut Henrici illi & Federici : qui Episcopos dare & pellere & his quasi rebus profanis uti : hinc conjicere nonnulli solent , ut quemadmodum commovebantur in eos , qui patres eorum dicuntur : ita in eos naturales eorum liberi , ut Henricus quartus à filio vexatus misere periit. Federicus secundus à Manfredo filio suffocatur. Henricus secundus Anglorum Rex , qui Thomam Canthuariensem tantopere agitarat à filio propemodum oppressus fuit. Æno-barbus calamitosior à Flamine obruitur. Molinæus tamen mavult imperij intertrimenta Pontificibus tribuere : sed unde illud illis acciderit nihil interest : accidit eis tamen : causæ quidem obscuræ sunt : eventus & casus non latent. Cum itaque ita distributa fuerint reipubl. hujus gubernacula & præfecturæ , distinctáque etiam à Christo , ut docet Petrus : adeóque proficiscatur utraque : colenda utraque etiam & observanda. superat tamen in Ecclesia ecclesiastica , ut quæ ab Ecclesia extrudere potest : cum propter divinam illam potestatem , quod Christi locum repleat , nullúsque ab ea eximatur : quæ cum sit gravissima , nisi gravissimis de causis ejus usus esse non debet. ante Principes quidem Christianos ea utendum fuit propter publicam authoritatem magistratuum ecclesiasticorum & scelerum coertionem : nec enim aliam cruentam exercere poterant : sed hoc erat tantum supplicium : hæc pœna : hic omnis metus : hoc vinculum & nervus totus ejus reipublicæ. at in Imperio & Principatu , jam Christiano non tantopere opus fuit , cum gladius & apparitor præsto sit , qui exequantur , agendum enim est cum hæreditate & rebus , non cum animo , ut confodiatur nec à laico etiam vidua adeundus ecclesiasticus , ne quidem ex constitutionibus Pontificum. capite 11. de foro competenti in Gregoriano. si quis vero per potentiam alicujus jus consequi à civili magistratu non possit , ad hanc conciliis pluribus venire permittitur , non solum in Gregoriano de foro competenti. cap. 15. quinetiam per se ipsi Episcopi curabant, ut judices aut potentes , inquit concilium Turonense « capite 27. qui pauperes opprimant si commoniti à Pon- « tifice suo non se emendaverint , excommunicentur. « Exempla multa leguntur ut etiam propter adulteria « vel divortia in potentissimos viros , Episcopi usi sint hac potestate. Ex quibusdam autem aliis causis , in canonibus conciliorum quis facile intelliget : nec breviter perstringi possunt. nec tamen pro libidine ista ipsa abutendum est. Ipse ligandi atque solvendi potestate « se privat , qui hanc pro suis voluptatibus , & non « subditorum moribus exercet inquit Gregorius Magnus apud Grat. 11. quæstione 1. & paulo post , judi- « care dignè de subditis nequeunt , qui in subditorum « causis sua vel odia vel gratiam sequuntur : non debet « is pœnam sustinere canonicam , in cujus damnatione « non est canonica prolata sententia. quo in loco à Gra- « tiano paulo post quando justa dicatur exponitur. Ali- « quando injusta est ex animo proferentis : justa vero, « ex ordine & causa : aliquando est justa ex animo & « causa , sed non ex ordine : aliquando justa est animo « & ordine. sed non ex causa. Cum autem ex causa in- « justa fuerit , aliquando nullum in eo omnino qui ac- « cusatur delictum est , quod sit damnatione dignum. « aliquando non est in eo illud supra quod fertur sen- « tentia : sed ex alio nominandus est. Ex animo injusta « est , cum aliquis servata integritate judiciarij ordinis « in adulterum , vel quemlibet criminosum non amore « justitiæ , sed livore odij , vel pretio , aut favore adver- « sariorum inductus sententiam profert : justitiam enim « Dei in quem perturbatio cadit , non imitatur , ut in- « quit Beda : aliquanto post, Augustinus ait. quisquis fi- « delium fuerit anathematizatus injuste potius ei oberit, «

Source : BIU Cujas

» Qui facit quam qui hanc patitur injuriam. Spiritus
» enim ſanctus per quem quiſque ligatur aut ſolvitur,
» immeritam nulli ingerit pœnam, non ſecundum arbi-
» trium hominum, ſed Dei petra tenet: petra dimittit:
» columba tenet, columba dimittit. Qui juſtus eſt & in-
juſte maledicitur præmium ei redditur. Et injuſtam ſententiam apud Deum non ligare, ſed apud Eccleſiam quæ occultorum judex non eſt, ut ſi de ſepultura ejus agatur, cenſent Canoniſtæ ad caput 13. de reſtitutione ſpoliatorum in Gregoriano. Quapropter Molinæus multa quidem exempla affert poſtea in Pontifices, qui multis communione interdixerunt: ſed an non jure ab eis ita factum fuerit non docet, ut concitaret in eos lectorum animos: neque enim aliter commovebuntur.

Quod verò poſt ait Innocentium III. à Joanne illo Anglorum Rege largitione & vectigalium promiſſis corruptum eſſe, ut ſua authoritate Philippum Auguſtum commoveret ad reſtituendum Ducatum Aquitaniæ & Normaniæ, Comitatum Pictonum, Turonenſem, Cenomanenſem, in annalibus noſtris tale quiddam non traditur. Urſpergenſis ætati illi æqualis ſcribit hunc Joannem amiſſis propemodum rebus Gallicis, ut expoſuimus, copias conjunxiſſe cum Othone Imperatore IV. Comite Flandrenſi & Bononienſi: iſti enim omnes anno 1213. contra Philippum conjuraverant, regnúmque Galliæ ſpe primum & avido animo inter ſe partiti erant. cæſa & profligata ſunt uno memorabili prælio à Philippo peditum centum quinquaginta millia: equitum vero numerus non eſt certus Comites illi capti: Otho Imperator, ut ſcribit Urſpergenſis, ex periculo vix evaſit. meminit hujus rei Hoſtienſis ad caput illud 13. in Gre. Ita multis acceptis cladibus is Joannes cum divina humanáque perturbaſſet: Epiſcopos ſedibus dejeciſſet (qui in Gallia exules à Philippo perofficioſe obſervabantur, ea ſemper fuit Regum noſtrorum religionis laus) Eccleſias vexaſſet: acrum ærarium expilaſſet, diripuiſſet, ſpoliaſſet: ſexennio cenſus Eccleſiæ abſtuliſſet: ſuos exhauſiſſet: beatus antea & florens feróxque viribus omnium rerum inopia laborare cœpit. omnibus preſſum ærumniis fractúmque, conſcientiæ maleficiorum illorum & parricidij ſtimulabant: erat autem antea ei illas ob cauſas interdictum ſacris ab Innocentio. Innocentium conſulit: apud cujus Legatos regno ſponte ſe abdicat: indignum ſe tanto regno profitetur: & depoſitis regiis inſignibus decernendi de ſumma legatis poteſtatem facit: legati ſexto die inſignibus redditis Regem renunciant, tantum damna data Eccleſiis, raptáque ut præſtet ſtatuunt, ille pro tanto beneficio vectigal annuum pendi ſtatuit. quæ dicimus ex annalibus noſtris explorata ſunt, & illud vectigal centum marcharum auri eſſe ait Platina, Molinæus mille librarum argenti. Sed jam non poſſum ſatis admirari, quid eſt quod ingenuus aliquis pudor, Molinæum non potuerit revocare ne multa in Innoc. ſcriberet, quæ ab unoquoque noſtrum etiam mediocriter in hiſtoria verſato, facile reprehendi poſſint. videtur certe exiſtimare nos omnes ſegniores, qui tamen in literarum ſtudia incumbamus: nec percipiamus, quæ mandata ſunt literis. ait Innocentium conſpiraſſe cum Othone illo & comitibus, ad Philippum opprimendum: regnum invadendum, dividendúmque inter ſe. cum tamen & Urſpergenſis & annales teſtentur, idque vulgatiſſimum ſit, Othonem incredibili in Innocentium odio Philippum tum Innocentii amantiſſimum, cum Joanne bello petiſſe.

Poſtquam Pontificatus amplitudinem, electiones, confirmationes, dationes ſacerdotiorum, decimarum, jus réſque Eccleſiæ juriſdictionem & privilegia attigit, nunc ad ditionem Romanæ Eccleſiæ ſe confert. Sed jam,
» inquit, tempus eſt, ut ex hac ſecunda ecbaſi redeamus
» ad magiſtratus populi Romani, pro quibus ſuppri-
» mendis & temporali juriſdictione quadringentis annis,
tam adverſus Imperatores quàm populum Romanum miris artibus Papæ pugnarunt. Si ita pugnarunt, cur Romæ eis tutum erat vivere? narrandæ nobis ſunt pugnæ veræ tamen, non effictæ. pugnarunt ne cum Carolo Magno, Ludovico Pio & aliis Imperatoribus ad Henricum quartum, & Federicos? At non bello dicit, ſed artibus. Mira fuit horum paucorum & inermium ars, ut infinitorum induſtriam, calliditatem, potentiámque ſuperaverit. Effingit nobis & miſcet multa quæ noſtrorum ſcriptorum confutatione non egent: hiſtoriæ lectione tantum opus eſt: labor videtur, non ingenium: nec credere narrationi Molinæi, cum toties periculum factum ſit, prudentiæ erit: ſed in rem præſentem venire oportet. agendum potius eſt de jure hujus ditionis, atque origine. Nam exempla quæ affert etiam ſi ita ſe haberent, ut vult, ſeditiones ſunt & tumultus populi, conſpirationes, conjurationes quæ non lædunt jus: non magis quàm ſi populus aliquid in ſuum principem moliatur: & factione Federici concitabantur ſæpe Romani, qua de re ante diximus ex Æmilio, & Platina quoque docet, ſed Molinæus tacet, undique carpit tantum primoribus digitis floſculos: illa exempla magiſtratus fuiſſe ſignificant, quibus non propterea negatur ſummum imperium alterius, ut Carolus Rex Siciliæ ſenator erat & vicarius. præfecti urbi vel prætorio ſumma quidem eſt poteſtas atque ſenatus: tamen Principem habet. at ſi jus dicebant Pontificibus, ut ait Molinæus dicere dubium non eſt Summo Imperio Pontifices caruiſſe. Iſti qui imperium dederant Carolo Magno, in magiſtratuum inferiorum juriſdictione erant: iſti qui patritios creabant, quorum ampliſſima dignitas & perpetua poſt imperatoriam, quorum inſigne erat cingulum precioſum, ut ex formula patritiatus Magni Aurelij; Variarum. lib. 6. eam dare Principis tantum erat: & Carolo Magno antequam Imperator eſſet, ut intelleximus, tribuit Adrianus. Quod autem obſervat ex his verbis Platinæ in Joan. 22. Præerant tum urbi inquit, duo ex nobilitate
« Rom. quos Romani Imperatoris vicarios appellabant.
« Hoc idcirco tum factum dicit Platina, cum Pontificum ſedes eſſet Avenione, & Ludovicus Bavarus contra Federicum Auſtriacum invaſiſſet imperium: à factione neque Gibellinorum quæ potentior in Italia erat Romæ Imperator exceptus eſſet. hujus obſervantiſſimus fuit Albericus, de quo antè diximus ad legem Juſtiniani. poſtremam de quadriennii præſcriptione. Et quoniam quaſi non legitimè electo intercedebat Joannes XXII. & alij Chriſtiani Principes, Romæ diſceptatum eſt, an imperium ex Pontificatu pendeat: & Bavarus ſanxit non pendere, ut ſcribit Albericus in eo loco, Reliqua exempla leviora ſunt. nec obeſſe videbuntur, ut nec ea quæ ad noſtram ætatem proponit: & tamen antea numero 77. Nicolao Pontifice anno 1447. Romæ firmam Pontificibus juriſdictionem civilem fuiſſe dixit.

116. 117. Adrianus quartus, inquit, dixiſſe fertur, nul-
« lum in terris vitæ genus calamitoſius Papatu: & ſan-
« guine parare Pontificatum non eſſe Petro, ſed Romu-
« lo potius ſuccedere (qui monarchiæ cupidine fratrem
« occidit) vel ut expreſſius de eodem Adriano refert
« Antoninus. tit. 17. capite primo §. 9. Romulo ſucce-
« dere in parricidiis: non Petro in ovibus paſcendis. Id
« ipſum quidem Molinæe Gregorius Magnus, & alii ſanctiſſimi, qui inviti tantum oneris ſubibant: & non ſolum de Pontificatu ſed Epiſcopatu omni. Etiam nihil
« eſt in hac vita, inquit Auguſtinus in 40. diſtinct. Gra-
« tiani. & maxime hoc tempore facilius & levius homi-
« nibus acceptabili Epiſcopi, aut preſbyteri, aut diaco-
« ni officio, ſi perfunctorie atque adulatorie res agatur:
« ſed nihil apud Deum miſerabilius & triſtius, & damna-
« bilius. Similis eſt ſententia multorum priſcorum hominum, præſertim Philoſophorum, qui ad rempublicam capeſſendam, eò ſe nolle dicebant accedere, quód nihil ſit periculoſius. Nam ut præclare Demoſthenes

Source : BIU Cujas

ait, cum multis adminiſtrantium facta grata eſſe difficile, tum omnibus ut ſint, fieri non poteſt: atque poſt labores, maximas curas, ſolicitudines animi & corporis, noctes diéſque cruciatus, ſolam perſæpe invidiam, odium, inimicitias inſidiáſque ſupereſſe. Huc pertinet pervetus iſta diſceptatio, magis ne ſit expetendum in republica adminiſtranda verſari, quàm privatim vivere. Sanguine quidem nunquam, neque privata adminiſtratio, neque publica eſt capeſſenda: ſed ſi citra cædes juſtis modis fiat, in Pontificatu Petro ſuccedere erit, non Romulo: neque ſanguine Petro quis ſuccedit: neque ſanguine aut bello oves paſcit. tam enim Adriano Petri ſucceſſori ipſa muneris ſui natura bella conveniebant, quam capiti extorquere haſtam & vibrare telum: lacertis vero conſulere, docere, adhortari, objurgare, loqui, videre (hæc enim ſunt capitis functiones, illæ lacertorum) quàm pedibus cernere, quam capite ambulare, atque id in toto ordine ſacro. Cum Eccleſia ſit unum corpus mortale immortali etiam conjunctum. caput habet, & alia membra: caput vero præſtantiſſimum omnium membrorum eſt. in Eccleſia vero præſtantiſſimum & digniſſimum id exiſtit, quod eſt digniſſimæ optimæque rei: id autem eſt vita & fœlicitas ipſa ſempiterna, & via ad eam. capitis igitur erit curare, quæ fœlicitatis illius ſunt, & viam demonſtrare: repudiare vero execrarique & repellere contraria: atque iſtud ipſum utrumque eſt Chriſtum vere docere. ſi quidem utramque rem ſe eſſe dixit, id eſt vitam & viam, Ego ſum, inquit, via, veritas & vita. hæ ſunt omnes partes & munera capitis. lacertorum & laterum robur eſt, & vires, cujus ſunt haſta, ſcuta, gladij, arma. hæc magiſtratus Principes habent: & in his verſari eos convenit in pace & bello: in pace quidem inter ſuos ad defendendos ab improborum injuria probos, in bello vero ab hoſtibus, qua in re elucet magiſtratus & Principes bonorum tantum cauſa inſtituti, ut eorum ſint præſidium, & quaſi mœnia quædam nimirum ut ſint ſepta, domi apud ſuos, & foris contra hoſtes. ſi bonorum cauſa inſtituti ſunt, ergo omnium maxime optimorum: optimum autem eſt, quod diximus quaſi caput corporis, id autem eſt ſacer ordo partibus differens (& idcirco ordinem eum ſolemus appellare) in eo enim ſunt primæ. ſec. & ter. & aliæ deinceps. primæ ſunt Pontificatus maximi, quod ex Cyp. perſpectum & cognitum habemus, qui nobis dixit unum tantum Epiſcopatum eſſe, partibus tamen quaſi gradibus diſtinctum. Caput hic dicimus collatione membrorum ipſius corporis humani, & Eccleſiam illi accommodando: neque enim huic toto ordini aliud membrum ſi comparet quàm capitis, ei tribuere quis poſſit. pedes enim ei non aſcribes, ſed plebi neque robur gladiumve, quo ſit ei interdictum: ſed magiſtratuum erit. Capitis ergo neceſſe eſt ita inſtar habere ſacrum ordinem. ut in re nobiliſſima verſetur. Iſtius ergo optimæ partis, Principes patroni maximè ſunt, ſi Principes verè ſint. tantum enim propter bonos conſtituti ſunt: & iſti conſulunt ſaluti eorum & incolumitati ſempiternæ. quare rectè Adrianus dixit à ſanguine remotum Pontificatum Petri. Denique nihil ei accommodatius quam illud Ovidij de Jano ita loquente. Faſt. I.

Próque metu populum, ſine vi pudor ipſe regebat.
Nullus erat, juſtis reddere iura, labor.
Nil mihi cum bello: poſtes pacémque tuebar.
Et clavem oſtendens, hæc ait, arma gero.

Docuit iſte ritus aras, & ſacra: & arma ejus fuerunt claves, feræ, foréſque à nomine ejus januæ dicuntur.

» Jam ergo cunctis, inquit, liquet quam functionem
» eſſe intelligunt Papatum, & hunc Pontificatum Ro-
» manum Certè non eſt Pontificatus de quo loquitur
» Imperator in L. ſi quemquam. 100. de Epiſcopis &
» clericis. Leo Imperator ut canonibus comprehenſum
erat, ſtatuit ut dejiciatur qui ſanctam, inquit, ſedem & venerandam pecunia nactus fuerit. & Molinæus ſedem non reveretur. Jam Leo ſatis demonſtrat non labefactari eam ipſam ſedem, quam ita ſanctam & reverendam appellat, ambitu vel flagitiis hominum qui in ea ſederent. Tamen tam vehementer diſcruciatus eſt in recenſendis paucorum ſceleribus. Quid igitur omnia illa ad dignitatem? ipſa certè quaſi Idea Platonis incorrupta eſt. qui verò conſequuntur flagitioſiſſimi perſæpe eſſe poſſunt, & artes quibus conſequuntur pernicioſiſſimæ. Aliud dignitas: aliud is qui ad eam accedit: aliud via quæ eſt hinc ad illam. Non debebas tu quidem Molinæe attingere ulla ex parte ſacerdotium ipſum.

Tantum abeſt, inquit, ut ſit de quo loquitur Imperator verbum Dei qui Ozeæ cap. quarto. ait, Quia repuliſti ſcientiam (ſcilicet verbi Dei) ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Epiſcopatus enim nomen eſt operis non tituli. 1. Timoth. 3. a. c. qui Epiſcopatum deſiderat 8. quæſt. 1. c. plerumque in fine. c. non omnes Epiſcopi 2. q. 7. nihílque futilius quadam gloſ. quæ ſuper illud Math. 5. Vos eſtis lux mundi, exponit, id eſt, vos eſſe debetis. Eccleſia enim Dei non ex titulis aut larvis, ſed veris & vivis lapidibus conſtat. Niſi Molinæus Pontificatum conatus eſſet totis viribus evertere, tolerabilia certe iſta omnia videri poterant & digna gravi & ſevero viro. Eccleſia quidem Dei ex veris & vivis lapidibus eſt. Cur igitur veros, vivóſque lapides comminuere voluiſti? pugnare debebas potius cum iis, quas neſcio quomodo, larvas appellas. Cur ſcientiam repellere voluiſti? neque enim Deus eam ſe repellere ait. an nulli tales? cur eos qui officio ſuo fungerentur? ignari, ſocordes, ocioſi, ambitioſique (ſi modo id tuum erat) erant laceſſendi, non ipſa dignitas quæ ſanctiſſima eſt, id eſt, ab injuria hominum remota. fuiſſe vero Pontifices omni ætate, eruditione & moribus præſtantes negare nemo poteſt. nec potuiſti cum maxime conatus fueris, niſi paucos nobis recenſere: ne permiſcens quidem, quæ vera non erant.

118. ad 150. De origine ditionis Romanæ Eccleſiæ: multa poſtea verba facit: atque cum ex duabus donationibus profecta dicatur una Conſtantini Magni: altera Pipini, Caroli Magni & Pij illam eſſe celebratam fabulam ait: hanc vero rem commentitiam de illa ſcribit. Sed jam ſatis detecta eſt, inquit, impoſtura Paleæ, quam decreto 96. diſtinctione. ſuppoſuerat, quam etiam falſam eſſe ſcripſit Papa Pius ſecundus in dialogis. charta 21. Fely. c. ſolite in fi. de major. & obedientia. & late convincit Laurentius Valla. in tractatu ſuper eo edito. Cardinalis de Cuſa. & Georgius Merula. de Vicecomitibus. nec unquam omiſſum fuiſſet à Paulo Oroſio & Platina, qui ne pilum quidem, quamvis Platina in Sylveſtro diligenter enumerat dona Conſtantini, & Helenæ: & in Adriano primo ſcribit, vanam illam opinionem de lepra Conſtantini Magni, forte tunc, videlicet tempore Conſtantini quinti in Oriente Elephantiæ morbo correpti natam, ob ſimilitudinem nominis. Et contrarium aperte ſentiunt. Franciſcus Petrarcha. Baptiſta Mantuanus. libro primo. de patientia. cap. 30. Andreas Alciatus. parergon libro ſeptimo. cap. 19. Baptiſta Egnatius. Romanorum Principum libro ſecundo. Quin repugnat ſeries hiſtoriæ cum poſt Conſtantinum quidam Imperatores Romæ regnaverint & Bonifacius IV. 260. annis, poſt obitum Conſtantini Magni precibus, à Phoca Imperatore Pantheon obtinuit. Alciatus alios eo in loco illis adnumerat: juris civilis & Pontificij periti, ut Accurſius. in Authentico. quomodo oporteat Epiſcopos. & ad paragraphum primum. Bartholus. ad proemium digeſtorum. & aliis multis locis, & alij in aliis: atque Pontificij paſſim diſputant, potuerítne Conſtantinus donare. ſuntque inter ſe conſtituti in varietate ſententiæ. Itaque omnes ferme Juriſperiti in ea quaſi facta ſtilum exercent, cùm de jure ejus differant. Valla verò & aliqui ſuperiores,

facta

facta negant: præsertim Alciatus, qui illo in loco nihil tale tradi à veteribus scriptoribus ait, & observat ex Marcellino, Romæ omnem jurisdictionem Constantij filij Constantini fuisse, misisseque in exilium Liberium Pontificem, quòd Athanasium Patriarcham Alexandrinum sanctissimum virum non ablegaret. Erat enim Constantius in hæresi Arrianorum & Catholicos Episcopos sedibus dejecerat. atque cum Liberio stomachatum hæc dixisse scribit Theodoretus historiæ tripartitæ. lib. 5. cap. 17. Quota pars es totius orbis. » quoniam tu solus hominem vindicas nefandissimum, » & orbis terrarum pacem ecclesiæque dissolvis: ex quo (ne id prætereamus) cognoscitur quanti faceret Romanum Ecclesia ubique terrarum. itaque an facta sit, in controversiam venit. nihil me hercule habeo, quo nobis facta firmissimè probetur: nec tamen fabulam ut Molinæus appellabimus: nec enim quodcunque verum non est continuo fabula est. Fabula enim, ut definit Cicero, neque res veras, neque verisimiles continet. & de hac re nihil impedit quominus singulari quodam religionis affectu facta, pòst effectu caruerit. Valla certe magis excandescere videtur, quam docere. non esse factam negat, quòd Principes gloriæ & dominandi cupiditate flagrare soleant. Hic videtur locus firmissimus orationis ejus, quem luminibus illustrat, & longiori senatus populique & orbis prosopopœia & aliis amplificandi generibus exaggerat. at si ostenderetur Vallæ, inflammari Principes alióque duci interdum animi motu, quam ipsis illis gloriæ, & plærósque Imperatores abdicasse se Imperio, illud ejus » caderet. Diocletianus patris Constantini decessor, Cæ- » saribus creatis, inquit Sextus Aurelius, apud Nico- » medíam sponte Imperiales fasces relinquens, in propriis agris consenuit. Quot Principes religionis causa, ut Lotharius primus Imperator, nepos Caroli Magni, in solitudinem & Monachismum se contulerunt? Et is Sextus Aurelius, quanquam inter liberos divisum post imperium dicat, de eo tamen scribit his verbis. Novissimis annis pupillus ob profusiones immodicas nominatus est. poterat forte Ethnicis, ut huic ipsi Sexto profusior videri Constantinus illam ob causam. Paucis ab hinc annis Nicephorus Græcus author prodiit in lucem, Ferdinandi Romanorum Regis studio & opera Joannis Langi ejus consiliarij est conversus in Latinum sermonem. is scribit vectigalibus multis, Constantinum donasse provinciales Ecclesias tantæ vero illius donationis, non meminit. Et (quod hic Molinæus ridet & Valla) elephantiasi eum laborasse tradit: baptismóque sanatum, Christianis præsertim Sylvestro Pontifice antea magna divini numinis fiducia ita promittentibus. Anthoninus Florentinus Archiepiscopus historiæ suæ libro primo. titulo octavo. capite secundo. paragrapho octavo. illud de ea donatione caput, veteribus libris Gratiani non contineri ait: quare ad Gratianum ascriptum, Paleæ tribuitur, ut multa alia. Nicolaus Pontifex III. qui præfuit anno 1278. ad caput 17. de electione in Sexto. sequi potuit Paleam & Ivonem qui ante Gratianum de ea scripsit. libro 4. Sed an donatum sit nihil interest differere, cum satis constet ante Pipinum ea ditione urbis Romanæ Pontifices non usos, post Constantinum Magnum annos plus 400. quo pertinent omnia quæ Alciatus & alij, quos protulit nobis Molinæus, adferunt ex vetustioribus authoribus. Intelligitur præterea ex epistolis Symmachi præfecti urbi Romæ, ad Valentinianum: qui ei urbis præfecturam tribuit, & ad Theodosium Magnum post Constantium illum, de quo Alciatus, annis non amplius viginti: ex Panegyrico Latini Pacati Drapani (ejus præsertim postremis verbis) Theodosio dicto: ex Ausonio Poëta eodem ferme tempore ejus præcipue oratione ad Gratianum Augustum: ex Claudiano Poëta & consulatu Honorij filij Theodosij Magni. Et privilegia, & immunitatem hic Honorius & Archadius conservari jubent in codice Theodosiano. libro « 11. capite 17. privilegia, inquit, venerabilis Ecclesiæ, « quæ divi Principes contulerunt: imminui non oportet « proinde etiam, quæ circa urbis Romæ Episcopum « observatio intemerata custodit, ut nihil extraordi- « narij muneris Ecclesia, vel sordidæ functionum agnos- « cat, & cætera. Non fuisset autem necesse id statuere: si imperium urbis ita gererent per se, vel per magistratus. De venalibus quoque rebus, ut vino in eo ipso libro. tit. tertio. ad Symmachum præfectum urbi Romæ, Et titulo 16. Julianus ante illos de Italia & Sicilia ita scribit. Exemplo Africæ debent fundi « patrimoniales emphiteutici per Italiam constituti ab « extraordinariis omnibus excusari, non enim per Ita- « liam tantum, sed per urbicarias regiones & Siciliam « parimonialium & emphiteuticorum fundorum vires « servandas esse perspeximus. Hujus Constantinus Magnus patruus erat, ut ipse testatur libro secundo. titulo quinto. qui jure cognomentum Apostatæ nactus est. Nam, ut de eo prætereuntes id dicamus: cum primum monachus fuisset: deinde Imperator: pòst hæreticus: continuo Paganus: ad extremum ἄθεος & amens mortuus est: is enim quasi gradibus (sunt enim gradus, ut prudentiæ, virtutis: ita vitij, temeritatis, insaniæ & stultitiæ) eo furoris provectus erat, ut Christum per contumeliam Galilæum Fabri filium appellaret, una cum familiari suo Libanio Sophista, qui ejus pòst laudes scripsit (hic Libanius, ni fallor, est qui edidit commentationes Græcas in Demosthenem) ei, ut scribit Socrates tripartitæ historiæ libro sexto. capite 44. paucos antè dies quam moreretur, apte responsum est, hunc Fabri filium extruere ædificium Juliano, in quo perpetuo habitet: & ab ignoto pastore telo vulneratus moribundus rabide exclamabat, vicisti, vicisti Galilæe: fuit solus in Imperio ann. uno. & 7. mensibus. erat mira arrogantia & Philautia, & gloriæ cupiditate: omnes ingenio præstare se putabat cum tamen esset omnium stolidissimus. Nam in literis & monachismo multum diúque versatus, eruditionis aliquid certè, parum tamen pro diuturno labore & opera erat consecutus. Ut scribit lib. 17. Ammianus Marcellinus Ethnicus ejus miles, Galli milites cum esset in Gallia eum Asianum Græculum & fallacem appellabant, & specie sapientiæ stolidum, & cum tarditate ingenij, eloquentiæ laudem assequi non posset, cæteris invidebat, inquit Sextus Aurelius. Tulit legem ut defunctorum exequiæ clam fierent, aut noctu potius, codice Theo. libro octavo. titulo 18. Docent præterea non usos fuisse Romanos Pontifices jurisdictione civili, sanctiones Valentiniani, Archadij, Honoriique, quibus, judicibus præfectisque Romanis, pœnas irrogant: & de venalibus rebus statuunt in illo codice. libro decimo quarto. titulo 16. & libro 15. titulo primo. Valentinianus & Valens vetat sine sua voluntate nova ædificia extrui: instaurari vero, & refici vetera permittit. alia multa in eo codice quis poterit observare ad hanc rem pertinentia. Nec certe facilè obtemperassent Romani. valebat enim Paganismus, ut antè diximus, quem Imperatores Christiani magis dissuere, quàm discindere poterant: nec enim steterisset eorum imperium. & ferebant etiam Ethnicos Magistratus, ut Symmachum præfectum Romæ acerrimum oppugnatorem Christianismi, quòd ante intelleximus: erantque consules, ut antea & senatus, & Imperatores ipsi perturbabantur, modo ab hæreticis, modo ab Ethnicis. maximus labor Pontificibus & sanctis viris (ut Ambrosio in Symmachum illum) ad retinendos eorum animos, ne quid, quod de Juliano diximus, accideret. Angeretur (inquit Bonifacius primus Pontifex, epistola ad Honorium, quod etiam Gratianus exscripsit 96. distinct.) pluribus Prin- « ceps Christianissime mater Ecclesia, nisi apud te sua- « rum esset cura causarum, & nisi in oppressionibus

Source : BIU Cujas

» idolorum & hæreticorum correctionibus, fide tua, » divino cultu pariter cum imperio noſtro ſemper vici- » ſet. habet refugium pium tuæ manſuetudinis animum, » cum ſuæ religionis veneratione conjunctum : cum » quicquid hinc proficiat Eccleſiæ vos agatis & confe- » ratis fratribus & conſacerdotibus meis probatiſſimis » viris à me & ab omnibus, qui Eccleſiam faciunt lega- » tis, quibus proſequenter precamur ſacræ cauſa reli- » gionis : ut in urbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, » quo poſtulatis annuitis in perpetuum, ſtatui univer- » ſalis Eccleſiæ conſulatis. & in exordio epiſtolæ, Eccle- » ſiæ meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium vobis » res humanas regentibus deputavit, nos cura conſtru- » xit. Illo Honorio & Theodoſio Archadiij filio Impe- ratoribus, Roma capta eſt ab Alarico Rege Gotho- rum. anno 412. ut ſcribit Proſper Aquitanus. tum im- perium in Occidente Romanum præceps labi, & un- dique diſrumpi cœpit : Et paulò poſt Valentiniano tertio Imperatore, Atila Hunorum Rex vaſtat Italiam: hortatu Leonis Pontificis Roma abſtinet, & ex Italia decedit. Valentiniano, in campo Martio interfecto & Maximo tyranno, Leo & Majoranus imperant : tum Paganiſmus publicum crimen & capitale eſſe conſti- tuitur Leonis lege poſtrema. de Paganis. in codice Ju- ſtiniani. Majorano occiſo tyranni occuparunt aliquot annos Romam & Italiam, ut Severus, Olybrius, Gly- cerius, Nepos, Oreſtes, Auguſtulus, Odoacer, ut à Magno Aurelio, qui tum vivebat eſt traditum. & de Odoacro apud Gratianum 96. anno 482. Theodoricus Rex Gothorum, tum Italiæ potitur. Et non ſolum Pontifices non geſſerunt urbis Imperium, verumetiam eam curam aſpernabantur. Nam ille Magnus Aurelius ſenator patritiúſque & præfectus urbi, qui nomine Theodorici omnia adminiſtrabat (Theodoricus enim ſolebat Ravennæ agere) ita ſcribit ad Joannem Ponti- » ficem Variarum libro undecimo. Nolite, inquit in me » tantum rejicere civitatis illius curam, quæ potius ve- » ſtra laude ſecura eſt. Vos enim ſpeculatores Chri- » ſtiano populo præſidetis : vos patris nomine univer- » ſos diligitis : ſecuritas ergo plebis ad veſtram reſpicit » famam, cui divinitus eſt commiſſa cuſtodia. Quapro- » pter nos decet cuſtodire aliqua : ſed vos omnia. Paſ- » citis quidem ſpiritualiter commiſſum vobis gregem : » tamen neque iſta poteſtis negligere, quæ corporis ju- » ſtitiam videntur continere. Nam ſicut homo conſtat ex » dualitate : ita boni patris eſt utraque refovere : & pau- » lò poſt. Sum judex Palatinus : ſed veſter non deſinam » eſſe diſcipulus. Nam tunc iſta rectè gerimus : ſi à ve- » ſtris regulis non diſcedamus. ſedes illa toto orbe mira- » bilis proprios tegat affectione cultores, quæ licet ge- » neralis ſit mundo præſtita, vobis etiam cognoſcitur & » localiter attributa. tenemus aliquid ſanctorum Apo- » ſtolorum proprium, ſi peccatis dividentibus non red- » datur alienum, quando confeſſiones illas, quas vide- » re univerſitas appetit, Roma fœlicior in ſuis finibus » habere promeruit. Iſte auget dignitatem urbis ſplen- dore Pontificatus, quem ubique terrarum admirabi- lem dicit : Molinæus contra Pontificatum, urbis præ- ſtantia Et quo tum honore afficerentur Romani Pon- tifices, quos Molinæus agreſtibus dominis, non Im- peratoribus & Regibus ſolum vult ſubjicere : attingit hoc de Joanne Marcellinus, non Ammianus, ſed co- gnomento Comes, qui aderat. Joannes, inquit, Ro- » manæ Eccleſiæ Papa 53. anno à Petro Apoſtolorum » Pontificúmque prælule. 485. ſeſſionis ejus annus, Theo- » dorico Rege pro Arrianorum ſuorum ceremoniis re- » parandis laborante, ſolus duntaxat Romanorum ſibi » deceſſorum, urbe digreſſus, Conſtantinopolim venit : » miro honore reſumptus eſt. Dexter dextro Eccleſiæ » inſedit ſolio, diémque domini noſtri reſurrectionis » plana voce Romanis precibus celebravit. Mortuo illo Theodorico, variè pugnatum eſt in Italia cum Go- this, Belliſarij Patritij Juſtiniano miſſi eximia virtu- te : & cum ultro eum Romani excepiſſent, Gotho- rum præſidio pulſo, aliquanto pòſt Roma ab Atila Gothorum Rege recepta eſt : adeóque direpta, ut ſe- natores & uxor Boetij viri conſularis, illius, cujus præclara opera extant, à Barbaris hoſtibus oſtiatim vi- ctum in ſumma mendicitate & mœrore quærere coge- rentur. Urbem cæde & incendiis delere inſtituerat : precibus primum Pelagij, qui pòſt fuit Pontifex, dein- de literis Belliſarij diſſuaſus abſtinuit, tertia parte mu- ri ſolo æquata. urbem Romam deſpiciens deceſſit. & cum Belliſarius eam poſt muniiſſet & firmaſſet, & à Juſtiniano revocatus eſſet Conſtantinopolim, iterum Roma in poteſtatem Atilæ venit. Poſtremo Narſes Eunuchus Sophiæ Juſtini uxoris vir acer & vehemens, & ad res agendas accommodatior, quam eunuchi na- tura poſtulat, in Italiam miſſus, Gothos cædit, profli- gat, pellítque tota Italia. ubi cum poſt præfectus eſ- ſet mortuo Juſtiniano, ei Sophia invidorum quorun- dam oratione commota, per contumeliam, ut Con- ſtantinopolim ad penſa muliebria rediret, juſſit (erat enim id eunuchorum viliorum munus, ut lanificij cu- ram haberent apud mulierculas) his verbis magni ani- mi vir concitatus, poſtquam ego, inquit, ad penſum vocor, eam certe telam texam, quam Sophia poſthac & invidorum nemo retexerit. itaque ex Pannonia Lon- gobardos ſibi amicitia conjunctiſſimos ad occupan- dam Italiam accerſit. hæc partim ex Procopio. partim Paulo Diacono libro ſecundo. cap. quinto. Iſti Impe- ratoribus negotium ſemper fecerunt : intelleximúſque contra eos Gregorium Magnum militibus ſtipendia dediſſe. obſidebant enim ſæpe Romam & fines popu- labantur : ſæpe rogabat Imperatores Gregorius, ut Romanos juvarent. Imperatores annonam largieban- tur magiſtratibus palatij urbis Romæ, ex Gregorij Magni epiſtola 29. libro duodecimo. Statuæ creati Im- peratoris publicè collocabantur. libro undecimo. ca- pite primo. Venit, inquit, Icona ſupraſcriptorum Pho- « cæ & Leontiæ Auguſtorum Romam 7. Calendis Maij, « & acclamatum eſt eis in Lateranis, in baſilica Julij « ab omni clero & ſenatu, exaudi Chriſte : Phocæ & « Leontiæ Auguſtæ vita : tunc juſſit ipſam Iconam do- « minus Beatiſſimus & Apoſtolicus, Gregorius Papa « reponi in oratorio ſancti Cæſarij martyris intra pala- « tium. Mittebatur ab Imperatoribus Romam, pecu- nia eroganda egentibus, qui eò ſe ob belli calamita- tem undique receperant, ut à Mauritio triginta libræ auri. libro octavo. epiſtola ſecunda. Et cum à Grego- rio Mauritius conquereretur, quod immenſis vecti- galibus ſuos in Corſica & Sicilia premeret, ut filios prope vendere & fundos deſerere cogerentur : non eo excuſandum eſſe dicit, quòd illa congiaria Romam mitteret : & hortatur, ut modum adhibeat. epiſtola 33. libro quarto. & epiſtola 31. A præfecto & magi- ſtro Imperatorum militum defendebatur urbs. Et ex his quæ ante de Eccleſia Græca diximus ad Pipinum uſque, cognoſci poteſt, quis fuerit urbis Romæ ſta- tus. Cum vero hæretici eſſent Imperatores, Pontifi- ces interdum ſolvebant Italiam legibus eorum & im- perio : interdum prohibebant, ne Romæ publicè vel privatim nominarentur : neve ſtatuæ ponerentur, ut Philippico. nec hic repetenda ſunt ex quibus omni- bus exploratum habemus non ſatis certum eſſe, an cum juriſdictione civili & imperio fuerint Pontifices. Quapropter ſupervacaneum ſemper erit diſſerere de donatione Conſtantini, qui mortem obiit anno 340. ut ſcribit Hieronymus. nam ſatis antea expoſitum eſt, cum occupata eſſet exarchia Ravennæ & exacti Græci à Longobardis, & vexarentur Romani, Pipi- num non ſolum res Eccleſiæ, ut reſtituerent compu- liſſe Longobardos : ſed etiam donaſſe exarchiam ann. 755. ex annalibus noſtris. Itaque quadringentis annis, non amiſſum imperium, jureconſulti non eſſet defen- dere ſi centum annorum præſcriptio deleat omne jus Eccleſiæ Romanæ : quadraginta vero omne alia- rum, ut authentica poſtrema. de ſacroſanctis Eccleſiis.

Source : BIU Cujas

ſtatuit. Et cum Deſiderius Rex Longobardorum partem exarchiæ invaſiſſet, & omnia vaſtaret, Adrianus Pontifex Caroli Magni opem implorat, captus Deſiderius, libera exarchia Romano fuit, probavitque donationem patris Carolus, & amplificavit. Ludovicus quoque Pius filius ejus, iſtud etiam pacto cum Paſchali: quod eſt apud Gratianum 63. diſtinctione. capite 30. éſtque pervulgatum, & in annalibus noſtris. Hanc ipſam donationem oppugnat Molinæus, & hoc beneficio, hac laude, hac gloria ſpoliare velle videtur Reges noſtros. & cum antea dixerit poſt Nicolaum tertium juriſdictionem firmam & pacificam fuiſſe Pontificibus, annis ab hinc ferme trecentis, cum promulgavit illud caput 17. de electione in Gregoriano. non poſſet igitur eis nunc adimi, uſucaptum enim jampridem iſtud eſſet. Quare Molinæi ſcripta eis nocere non poſſent: ad Reges vero noſtros is conatus tantum pertinet, cum iſtam divinam liberalitatem eorum quæ tantopere vulgata eſt, & ſcriptis lucet, obſcurare contendit, modo donationem factam negans & oppugnans, modo, ne videatur lædere neſcio quo» modo exprobrans dicit enim. Ad abolendam memo» riam Francorum Regum Pipini, Caroli Magni, Lu» dovici Pij, qui eos ſublimarunt, & ditarunt, falſas donationes commenti ſunt. Si hæc fuit beneficentia Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Pij (ut res ita habet, & nemo negare poteſt) cur tantopere, ut id oſtenderet juriſdictionem verbis non fuiſſe Pontificum, in recenſendis improborum quorundam ſeditionibus (ut nonnunquam in Principes) conjurationibus & privatis in Pontifices injuriis elaboravit? cur interdum Imperatores dediſſe Magiſtratus, interdum populum, docere copioſe quidem, fruſtra tamen conatus eſt? an non videt ſe liberalitatem principum noſtrorum labefactare? monumentum trophæumque rerum in Italia geſtarum dejicere? quod maxime hac in re collocatum adhuc ſtat poſt 700. annos: cur ſine ullo Romæ Imperio, ſine ditione ulla, ſine juriſdictione Pontifices demonſtrare tentavit ad hanc fermè ætatem, quam ipſi acceptam referunt Francis, ut Bibliothecarius eorum teſtatur, & libro Gratiani ab eis pro» batus? Tum iſtud dicit, Ad delendam memoriam Fran» corum Regum Pipini, Caroli Magni & liberorum, qui » eos locupletarunt, falſas donationes commenti ſunt. Ubi delent ſi agnoſcunt: ingenuè profitentur, libris editis teſtantur, gratiam referunt? an ipſi illam Conſtantini commenti ſunt? an ex Bibliotheca ipſorum deprompta eſt, vel eam Bibliothecarius protulit in lucem, ut hanc ipſam? iſta emanavit: iſta, non vero illa uſum & poſſeſſionem ad noſtram uſque ætatem conjunctam habuit, ut quæ dixit jam nihil commoverint, quominus ita ſint & videantur. Quas res Reges noſtri, qui quaſi hæreditarium à majoribus ſuis, hoc patrocinium habent, Pontificibus, Romanæque Eccleſiæ tuentur: Molinæus ſcriptis nunc oppugnat: & tamen ubique ſolet in libris ſuis ſe tam ſtrenuum Francum Gallúmque jactare, efferre, & quaſi ad contorquendam haſtam apparare: ubi unquam Galli talia? Gallorum ſemper fuit juvare & augere. Nicolaus tertius tametſi ejus meminit, donationis Conſtantini ut diximus, eam tamen non plurimi facit: ut Molinæus quoque ait, nec effinxit ipſe: nam ante eum multis annis ſcripſit Ivo Carnotenſis. & quoniam Caroli Regis Siciliæ fratris Divi Ludovici Francorum Regis, qui Romæ ſummam rerum, Pontificum nomine adminiſtrabat, potentiam frangere ſemper ſtuduit, ut ſcribit Platina, & annales noſtri teſtantur, odio in eum ſingulari flagrans, & ambitioſiſſimus, qui ſuis res Eccleſiæ dividere ſolebat, edita illa conſtitutione, noluit illius Francorum reminiſci. nec tamen negavit, ſed ſemper teſtatiſſima fuit, etiam in libro eorum, qui praxis Cancellariæ Romanæ dicitur. ubi Conſtantini donatio negatur.

» Raphael Volaterranus. libro tertio geographiæ. » ſcribit ſe legiſſe in bibliotheca eorum his verbis, cum de pietate Ludovici Pij, in Romanos Pontifices multa « Bibliothecarius refert: civitates quas eis dono dedit « enumerat. Ego quoque ex antigrapho vetuſti libri, « quod in bibliotheca Vaticana hodie continetur, ubi « ejus narratur donatio apographo excerpſi. In nomine « Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. « Ego Ludovicus Imperator, concedo tibi beato Petro « Principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo domino « Paſchali ſummo Pontifici, ſucceſſoribúſque ejus in per« petuum civitatem Romanam cum ſua juriſdictione, « omnibúſque terris, civitatibus, portubus ac maritimis « locis Hetruriæ. In ea denique Mediterranea, urbem « veterem Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populo« niam, Roſellas, Peruſium, Maturanum, Sutrium, Ne« pe. Verſus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferenti« num, Alatrum, Patricum, Fruſionem cum omnibus cir« ca oppidis & vicis: nec non exarchatum Ravennæ in« tegrum, ſicuti piæ recordationis pater, & Pipinus avus « noſter Beato Petro dudum conceſſere: videlicet Ra« vennam, Bovium, Æmiliam, Forumpopuli, Forum« livij, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Co« maclum, Adriam, Cerviam. In Marchia, Piſaurum, « Faunum, Senogalliam, Anconam, Auxinum, Numa« nam, Eſium, Forum Sempronij, Feretrum, Urbinum, « Territorium Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugu« bium. In Campania Soram, Aquinum, Arpinum, Thea« num, Capuam. Patrimonia quoque ad noſtram perti« nentia ditionem, Benaventanum, Salernitanum, Ca« labriæ inferioris & ſuperioris, ac Neapolitanum, Du« catum inſuper Spoletinum, Tuder, Otriculum, Nar« niam: reliquáque ejus ditionis. Inſulas quoque inferi« maris Corſicam, Sardiniam, Siciliam. quæ omnia piæ « memoriæ Pipinus avus, deinde Carolus Imperator ge« nitor noſter, per Athereum & Mainardum Abbates « ad hoc ſponte miſſos, beato Petro, ejúſque ſucceſſori« bus ſcripto conceſſerunt: nos item probamus, atque « concedimus. Præterea ſummi Pontificis deligendi Ro« mano concilio poteſtatem eſſe volumus, modo ſine diſ« cordia fiat: ac poſt conſecrationem, legati ad nos ſuc« ceſſoréſque noſtros Reges Francorum conciliandæ cha« ritatis & amicitiæ cauſa, mittantur, ſicut temporibus « domini Caroli Atavi & Pipini avi, & poſtremo Caroli « genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur noſtram voluntatem ſcripto ac jurejurando firmamus, & per legatum S. « R. E. Theodorum domino Paſchali miſimus, manúque « propria mea ſubſcripſi. Ego Ludovicus. Subſcripſerunt « quoque tres ejus filij, Epiſcopi decem, Abbates octo, « Comites 15 Bibliothecarius, Manſionarius, Oſtiariúſque « unus. Inſequente deinde tempore, Otho Imperator « apud eundem librum, ſub Joanne duodecimo, in hæc ſe « ſubſcripſit. (Comprobatur his verbis caput 33. apud « Gratianum 63. eſſe Othonis primi, non ſecundi, quod antè diximus, nam Joannes duodecimus eo Imperatore præfuit.) Ego Otho pro animæ ſalute hæc omnia « ſupradicta tibi beate Petre ſucceſſoribúſque tuis liben« ter concedo. ſubſcripſeréque Epiſcopi 10, Abbates « duo, Comites 5, optimates octo, anno ſalutis 962. in« dictione 5. Sub Henrico ſubſcripſere Epiſcopi 14, Ab« bates quatuor, Duces tres, Comites octo, Optima« tes 8. hæc igitur, quæ de Ludovici donatione compe« ri in vetuſto codice, jam à conſenſu patrum admiſſo, « quo nullum hodie potius teſtimonium habemus. Lu« dovicus præter ea quæ dedit, reliquam reſervavit He« truriam. Marcus Pandulphus jureconſultus, qui ſcri« pſit hiſtoriam Neapolitanorum teſtatur civitates re« gionéſque Italiæ à Carolo Magno donatas, tabulis Du« catus Benaventani contineri. hæc omnia legiſſe opor« tuiſſet Molinæum: denique omnia monumenta tabu« larij Romani, antequam hæc in Bibliothecarium acer« biora conjiceret. Quid autem magis contrarium, in« quit, aut repugnans eſt præfatæ Bibliothecarij ſcripturæ « de donatione Ludovici Pij? certe vel hoc falſitatis con« vincitur: nec tamen uno etiam per ſe ſufficienti exem« plo tantum, ſed etiam ex eo, quod tempore Eugenij «

Source : BIU Cujas

secundi immediati Paschalis successoris Ludovico adhuc pio vivo, Lotharius primus ejus filius politiam ordinavit, & instituit, ut supra num. 18. hoc autem fieri non potuisset si Ludovicus Pius Romam ipsam caput imperii Papæ dedisset. Plurimi facit istud Molin. nihilque aliud antè habuit, quo infirmaret ditionem pontificis. nam reliqua exempla seditiones & tumultus sunt, ut sæpe multi populi impetus injusti & concitationes: quocirca alia leviora sunt quàm confutatione egeant: istud autem obscurius. Idcirco nobis sæpius proponit ex Platina, in Eugenio secundo. Si rogaremus cur potius credendum censeat Platinæ, quam antiquioribus, qui quadringentis prope ante eum annis scripserunt, ut Gratianus, anno 1120. (nam postea natam potentiam dixit, attrito imperio. Volateranus quoque testatur illud, ex vetustissimo libro, videremus aliquid effecisse) nec exemplum istud satis firmum videretur, ut quemquam non modo judicem (si in controversiam similia venirent) contra fidem illorum commovere deberet. Quid enim si Lotharius non suapte authoritate fecit, sed pontificis, ut modo de Carolo Rege Siciliæ dicebamus? At aliter ista explicanda sunt: quæ Platina prætermisit ex Sigeberto, qui scripsit anno 1110. Lotharius à patre Ludovico, qui eum Cæsarem constituerat Romam missus est ad Paschalem pontificem, anno 824. ut fieret Augustus permittatur nobis Augustum imperatorem nominare cum tantum cum consecratus & ornatus sit imperatoriis insignibus ante vero Cæsarem, ut accedamus quodammodo ad veterem differentiam Cæsarum & Augustorum, ut apud Sextum Aurelium. in Licinio, Diocletiano, & Gallerio. Cum Romæ in seditione multi qui propensiores erant in Lotharium interfecti essent: & in Paschalem facinus transferretur, quasi jussu ejus admissum esset, purgavit se jurejurando: pœnas dederunt sicarii: post paucos dies mortuus est Paschalis, & Lotharius constituit magistratus; atque tum Eugenius creatur, ut Platina ait. quare incertum semper fuerit num voluntate Paschalis eam ob causam tumultus, vel mortuo Paschali, cum nullus esset pontifex illud factum sit. ex hujusmodi vero rebus incertis, quod satis sit exploratum, Molinæus conficere nihil potest.

» Quid, inquit, quod Volaterranus longe aliter & » difformiter, quam Gratianus in d. c. ego. 63. dist. re- » fert? Caput illud Gratiani Molinæ est pactum generale: nihil enim singulatim explicat: nec partes ditionis, vel urbes dinumerat. Istud vero Volaterrani est donatio: & nihil impedit, quominus & hoc & » illud ex sententia successerit. Nam ne incertis finibus, » inquit Æmilius, novi motus exoriri unquam possent. » Hetruriæ urbes dicto audientes has fore edixit, Aretium, Volaterras, Clusium, Florentiam, Pistorium, » Lucum, Pisas, Perusiam, Urbem veterem: cæteras » pontificum potestati.

» Et sic illius, inquit Bibliothecariæ scripturæ: unde » tam Bibliothecarius, quàm Gratianus & Volaterra- » nus sumpserunt, sibi non constant, & non solum, » quod domesticæ & è loco suspecto: sed variæ reji- » ciendæ sunt. Non repugnant sibi, Molinæ, quæ primum universè dicuntur: & quæ deinceps in partes distribuuntur, sed species generi, partes toto insunt, ut regula juris non te latet: quod generali sermone & pacto comprehensum erat, donatione explicare licuit: nec enim ex eo intelligas, quid esset Pontificis: quod generale est & anceps, ambiguitatem parit. idcirco explanandum ait Ulpianus lege 111. de solutionibus. & captiosum esse solet, quam ob causam apocham generalem, hoc est singraphan liberationis generalis (quam vulgo quitantiam generalem dicimus) debitori facere nemo cogitur, ut Baldus censet ad legem 3. Ulpiani, de contraria & utili actione tutelæ. ex responso ejus ipsius legis, paragraphi primi & ad imperatoris legem tertiam. quæstione 16. de collationibus. & Bartholus ad Ulpiani legem quintam. de transactionibus. ubi præclarè Ulpianus istud, Liberalitatem enim, inquit captiosam, interpretatio prudentium fregit. Quapropter minime mirum si postea pactum illud obscurum secuta fuerit Ludovici distincta, aperta, perspicua donatio. Si testi quod dixit universè explanare liceat, ut non ignoras: nec sibi propterea dicetur ipse non constare: si lex per aliam distinguenda est, cur de his duabus scripturis, non licebit? an idcirco quasi sibi dissentientes, vacillantes aut nutantes, rejiciendæ sunt, ut censes? an prioribus conventionibus, pactis, legibus nulla alia succedit unquam, quæ aliquid explanatius dicat: dilucidius demonstret: acutius interpretetur? in his tamen miratur Molinæus.

Tum ex eo, inquit, rejiciendæ sunt, quod Volaterranus ibi Calabriam inferiorem, & superiorem, & Ducatum Neapolitanum includit: & alia quæ constat ex fœdere divisionis, inter Carolum Magnum & imperatorem Constantinopolitanum factæ Græcorum imperio cessisse. Vere quidem ista Molinæus conjiceret, si semper principum ipsorum inter se fœdera servarentur: at, ut populares cùm pacti fides violatur, adeunt judicem: ita principes, rupto fœdere, Martem, qui disceptator est, & judex. Illud fœdus certe ictum fuerat Carolo cum Nicephoro Græco Imperatore & termini utriusque imperii circumscripti: à Siponto & Neapoli Alpes versus, fines Latini erant: Græci vero cum adjacentibus insulis reliqua Italiæ pars. Bellum postea propter Dalmatiam commotum est perfidia Græci. Itaque de eo è tota Italia extrudendo Carolus cogitare cœpit: & liberis primum sua divisit: Pipino imperium & Italiam, finitimasque insulas, quæ tamen ex fœderis pactionibus Græci erant, attribuit. Carolo Pannonias, & quicquid de Græcis post sibi adjungeret: Galliam Ludovico & Germaniam, aliis duobus fratribus mortuis, hic solus patri superstes successit cognomento Pius. hunc pater Cæsarem fecit: id ex annalibus. Non est igitur incredibile divisa primum, post fracto fœdere donata Romanis pontificibus non solum quæsita, sed quærenda etiam, quæ Græci tenerent. etiamsi nondum essent in potestate donantis aut ditione. Si cum alio quàm cum Molinæo jureconsulto sermo esset, jure quis hic posset subsidere, ut demonstraret spem, ut jactum retis vendi posse: tametsi incertum quiddam sit ex Celsi lege 13. de actionibus empti. Aliquando & sine « te venditio intelligitur (inquit Ulpianus, lege octava. « de contrahenda emptione.) veluti cum quasi alea « emitur, quod fit cùm captus piscium, vel avium, « vel missilium emitur. emptio enim contrahitur: etiam « si nihil inciderit, quia spei emptio est. Et quod missi- « lium nomine eo casu captum est, si evictum fuerit, nul- « la eo nomine ex empto obligatio contrahitur: quia id « actum intelligitur. Spes item donari potest, ex con- « stitutione Decii Imperatoris de donationibus: Spes fidei commissi remitti, ex constitutione Severi de pactis. Spes præmiorum, ut coronæ sacræ Athletarum (quod Græcis Ἐφαβεῖον dicitur, ut in priori epistola Pauli ad Corinth. cap. nono.) in omni alia rerum inopia in causam judicati pignori capi possunt, ut solent jurisperiti explicare ad legem 40. de re judicata. & ad constitutionem 5. titulo, quæ res pignori obligari possunt. nec mirum istud in his quæ in potestate fortunæ sunt, cum rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio sit: tametsi res emptori « auferri potest, inquit Ulpianus de contrahenda em- « ptione. lege 28. potest etiam legari res hostium, lege « 108. de legatis 1. & donari. nec donans evictionis nomine nisi dolo factum sit vel stipulatione ita cautum (non nudo pacto) tenetur constitutione secunda de evictionibus. Non igitur hæc Molinæi ratio de terminis finibusque imperii constitutis, fœdere violato impe-

Source : BIU Cujas

dire potest quominus donatum sit & videatur. & ne exemplo istud careat, in re non omnino dissimili, Balduinus Rex Hierosolymorum à Paschali pontifice petierat, ut urbes quæ armis sua diligentia in suam potestatem venirent, Hierosolymitano Patriarchæ attribuerentur: quod est traditum à Guillelmo Tyri Archiepiscopo & Cancellario ejus ipsius Regis libro undecimo. de bello sacro, capite 28. anno 1111.

Alio argumento utitur, ut non videatur donatum. » Diu, inquit, Ducatum Neapolitanum & alia in » Græcorum imperio pluribus seculis etiam post Fran- » corum imperium in Germanos translatum, usque ad » Guillelmum Ferrebach Northmanum, Tancredi » Galli Normani filium (qui è Neustria in Italiam tra- » jicientes regnum Apuliæ, sacerdotibus tamen Græcis relictis, occupaverunt) remansisse, id Molinæe, non demonstrat eò donatum non esse, quod Normanni potiti sint, ut nec Græcorum possessio, quod est expositum. tametsi ut scribit Volaterranus in Sicilia, tota Calabria & Apulia Græco relicta erat in divisione illa imperii: tamen bello postea Latini fines propagabant. Nam bona pars illarum provinciarum quibus regnum Neapolitanum continetur, quæsita est Ducatui Beneventano etiam vivo Ludovico Pio, Marco Pandolpho jureconsulto teste libro secundo. historiæ Neapolitanæ. & Calabriam, & Apuliam vectigales fuisse Romanæ Ecclesiæ ait Platina in Nicolao secundo: qua etiam in divisione ipsum illum Ducatum Beneventanum exceptum esse ait: & placuisse imperatoribus, ut quasi terminus limesque communis, utriusque imperii esset. annales nostri Venetias tantum sui juris relictas tradunt: Grimoaldumque ducem à Carolo Benevento datum, ut Græcorum retineret impetus. nec Pandulphus quod illa dixerit in imperio Caroli fuisse negare videbitur Beneventum divisione comprehensum. post illam ipsam donationem, à Græcis cum Calabria & Apulia penè tota defecissent, acciti Machumetani, qui tum nominabantur Sarraceni, Italiam vastant & populantur, anno 910. ut est à Sigeberto traditum: & prædati Beneventum admixti Græcis Italiam incolere cœperunt: ita enim illi Græci homines istud fœdissimum monstrum & teterrimum, tam in suum ipsorum caput quàm Reipublicæ Christianæ perniciem educabant. cum Romam peterent à Joanne decimo pontifice. opera Alberici profligati sunt. Antè vero anno 830. ab his Machumetanis fuerat Roma capta, direpta, atque incensum templum divi Petri, ut is ipse Sigibertus scribit, & Platina in Gregorio quarto. ann. 969. Otho primus Imperator cognomento Magnus Machumetanos & Græcos Apulia & Calabria ejecit: donationem illam Pii comprobavit: jurejurando pontifici fidem suam devinxit, quod scriptum est apud Gratianum 73. distinctione. cap. 33. ut posteriores Imperatores in Clementina. de jurejurando. Postea ejus filio Othone secundo. Imperatore devicto, Græci conjuncti Sarracenis ad amissas sedes redeunt: nec potuerunt expelli, nisi à Roberto Guischardo Normano. De quo varie traditum est. nam Otho Phrising. patruus Fœderici Ænobarbi hunc scribit è Neustria Galliæ provincia, quàm Normaniam appellamus, in Italiam magno cum exercitu se contulisse. pulsisque Sarracenis, Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ potitum esse. & quod ita multas provincias brevi victor peragrasset, Guiscardum id est erronem, Normanorum lingua, esse nominatum: tanta fuit animi magnitudine, rei militaris virtute & felicitate, ut Græcorum Imperatorum vires multis & gravissimis bellis fregerit. anno 1060. beneficii clientelæque nomine quasi acceptam ultro retulit Apuliam & Calabriam Nicolao secundo Romano pontifici: duxque & beneficiarius cum posteris Ecclesiæ Romanæ est constitutus. ut ille Pandulphus lib. tertio. & Michael Ritius Neapolitanus regius Consiliarius, libro primo. de Regibus Siciliæ scribit. & Volaterranus in Sicilia, Platina quoque in Nicolao II. hi tamen authores narrant Guischardum istum filium fuisse Tancredi: & genus duxisse à Rolone (qui & Robertus dictus est) Normanorum duce & filia Caroli cognomento simplicis Francorum Regis. Tancredum duodecim habuisse liberos, & amplissimum agrum in Flaminia (quæ Romandiola dicitur) regione Italiæ. tum vero primum Normanos in Apulia aliquid possidere cœpisse. cum Guilhelmus Ferrebrachius Tancredi filius Molochi legati vel præfecti Imperatoris Constant. perfidia, cum quo ad expellendos Sarracenos societatem contraxerat, deceptus fuisset, atque in Græcos commotus Melphim civitatem occupasset, partemque Apuliæ comesque nominatus esset. quo mortuo, Drogo ejus frater fortunam crebris cum Græcis bellis aliquantum amplificavit: lariissimè vero post Guiscardus ut diximus, quem scribunt illi authores Drogoni successisse: rebusque partis ducem beneficiariumque se dixisse Ecclesiæ Rom. & Rogerius ejus filius, & posteri. Rogerio secundo postulante ab Innocentio secundo Neapolis, quam Græci tenuerant, ducatui attributa est. Quid autem ita necesse fuit, si juris nihil erat pontificum? quid etiam Guiscardo, ubi primum à Græcis & Sarracenis virtute quæsita illa fuerant, clientelæ beneficiique loco data sunt? id enim in historia illa Neap. perspicitur. Et cùm primum essent & nominarentur Comites: deinde duces: postremo illo ipso Rogerio secundo filio Roberti fratris Guiscardi sibi id vendicante & à pontificibus impetrante, Reges dicti sunt. Atque ita ab hac Normanorum familia perveteri & illustri (quæ rerum gestarum gloria omnes alias suæ ætatis superavit, tributumque Afros Machumetanos sibi ferre coegit) Sicilia & Apulia, Regni nomen & jus, beneficio pontificum retinet, ut ab illis scriptoribus est traditum. & dicitur regnum Neapolitanum à Neapoli regia, vel Apuliæ vel Siciliæ: Siciliam enim bipartitò dividunt, cis pharum, & trans pharum, id est fretum Sicilienſe, fuisse enim dicitur Sicilia aliquando continens: deinde terræ motu ab agro Brutio disjuncta, ut Cyprus à Syria & aliæ multæ insulæ creduntur.

Cum de donatione illa duplex sit quæstio, una an donatum sit: altera, an jure donatum: jam quominus donatum à Ludovico videatur eorum nihil quæ Molinæus dixit videbitur impedimento esse: & hanc non infirmat Valla, sed hujus argumento alteram Constantini vult evertere. Nam illam donationem Constantini, tametsi permulti factam negant, eo potissimum argumento, quod scriptorum antiquorum nemo legatur testarimos certe non ita; sed ex eo ipso, dicemus nihil aliud nisi eam non testatam ac esse id quod recte quis potest conficere, non autem idcirco neganda est, aut commentitia dicenda, & quoniam imperatorum in urbe Roma fuisse gubernacula ante Carolum Magnum nobis demonstrant, non quidem Valla (irascitur certe potius, estque stomachosior, & submorosior) sed Alciatus & historiæ monumenta, quæ negare non possumus. Idcirco illa Pontifices non attigisse aut neglexisse dicere cogimur. quod locus illi Magni Aurelii docet. an autem idcirco in eos præscriptio centum annorum fuerit si Justiniani quidem leges sequamur, & caput postremum de præscriptionibus in Sexto. jam jus extinctum videbatur ante Carolum nisi vim vel aliud quippiam legitimum quis opponat. Sed Molinæus & nos, hac in re Andabatæ videri poterimus, & de rebus alienis nimium solliciti: habent Pontifices graviora & firmiora multa, quibus sua confirment quàm egeat his nostris nugis, nobis venia danda erit: differimus tantum de scriptis: præit ille, sequimur nos. Ra-

Source : BIU Cujas

tio enim instituti nostri ita postulat. Alterum autem, quod Molinæus attingit, Albericus quidem quem citat de quadriennii præscriptione. & Accursius in authentico. quomodo oporteat Episcopos. & alii nonnulli, censent non valuisse donationem : Bartholus contrà qui jurisperitorum, coriphæus est, ad proemium pandectarum : quæ sententia est omnium propemodum firmata consensu, ut testantur adnotationes (quas additiones vocamus ad Panormitanum in capite decimo tertio. titulo. qui filii sunt legitimi in Gregoriano.) atque hanc esse Theologorum sententiã ait Antoninus Archiepiscopus Florentinus historiæ parte prima. titulo octavo. capite secundo. paragrapho octavo. cujus verba, quoniam omnia quæ à nobis dicta de utraque donatione sunt (ut finem faciamus) comprobat : & ut videamur authoritate etiam niti, placuit his adjungere. Tertium dubium est, inquit, de donatione facta Ecclesiæ à Constantino; de qua habetur in decretis. distinct. 96. cap. Constantinus. Sed illud caput non habetur in antiquis decretis : quid ergo, & quantum donaverit, non est bene certum : videtur tamen saltem illud quod Ludovicus Rex Francorum, & Imperator promittit sub jurejurando Paschali Papæ, & successoribus ejus : de quo habetur, distinctione 63. cap. ego Ludovicus. & Otho Teutonicorum Imperator primus confirmat Joanni Papæ, eadem distinctione. cap. tibi. Sed & quæstio adhuc agitur, inter Canonistas & Legistas, utrum illa teneret donatio, quod Canonistæ omnino firmant, & Theologi magis confirmant. Quod autem post Molinæus ait, sine consensu populi non potuisse valere donationem, constat ex sententia Bartholi illo in loco. Bartholus certe eam probat, non improbat : nec quidem illa donatio caruit consensu : ut legentibus illud caput 96. principio exploratum erit & si non esset verbis donationis comprehensum, ut nec apparet in alia Ludovici : tamen in rebus antiquissimis omnia solenni more acta judicanda esse nobis jamdudum probatum est. quamquam in hac non desideraverimus, nec assentimur hac in re Molinæo, qui eandem causam hujus putat, quæ illius Constantini. si quidem Pipinus avus Ludovici Exarchiam Ravennatium, quæ Flaminiæ tantum finibus continebatur (hanc Paulus Diaconus 11. provinciam Italiæ scribit inter Alpes Appenninos esse & mare Adriaticum) donavit Ecclesiæ Romanæ : hoc enim satis exploratum est ex annalibus nostris, adjecitque Æmiliam decimam provinciam Italiæ quod initio diximus. istud igitur bello partum à Pipino, ejecto Aistulpho Longobardorum Rege, non erat imperii, nec Romanorum : aut certe Longobardia non erat Longobardorum : nec Gallia, Francorum : Hispania, Gothorum : Britannia, Anglorum : Burgundia, Burgundionum. istæ enim nationes invaserunt & lacerarunt Occidentis imperium. omitto res Orientis & Africæ. quid opus erat voluntate Romanorum ? nec etiam erat antea regni Franciæ, sed nuper quæsitum. quid igitur impediebat, quominus donaret Petri ? si cum his rebus Ethnica essent comparanda, dicerem majus quiddam Pipinum fecisse, quàm Romulum, quem factis magnificum Livius appellat, & Ceninensium opima spolia narrat obtulisse Jovi Feretrio. Postea, capto Desiderio Rege, Carolus potitus est totius regni Longobardorum, nec tum populi Romani desideranda voluntas, si munificus esse voluisset, ut cum patris liberalitatem comprobavit Liguria & Corsica adjecta. nam si jure gentium bello parta erant, ejus non erat istud imperii Romani : aut si imperii, Constantinopolitanum Imperatorem assentiri oportuisset non Romanos. sed cur ipsum idem non Longobardi Reges requirebant aut voluntatem eorum, ut tenerent ipsi Italiam : eodem enim in loco erat Carolus, quo ante Longobardi. Si hostes non solum Imperatorum Constantinopolitanorum & Romanorum etiam donant Petro, hostium id est ipsorum Romanorum desiderabimusne arbitrium ? Qui potest, inquit Ulpianus. de regulis juris. invitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus. Fortasse dicet Exarchiam, Liguriam & Corsicam pontificibus donatam, recipi postliminio à Constantinopolitanis, quapropter semper eorum fuisse, non pontificum. At Labeo ait in leg. postrema. de captivis. Nisi in potestatem domini res redierit, postliminio rediisse non videri, etiam si intra fines imperii nostri sit. Non videtur, inquit, Paulus. in lege « quarta. de usucapionibus. res in potestatem meam « reversa nisi ita habere cœperimus, quemadmodum « habuimus antequam auferretur, quare ita Con- « stantinopolitanos Imperatores habere oportebat, ut ante Aistulphum qui eos expulerat. idem ipsi Imperatores statuunt, ut bello jure gentium quæratur dominium : erat igitur Aistulphi, deinde Pipini. quorsum igitur voluntas sive eorum, sive populi ? dices fortasse, jus hoc gentium Ethnicum esse inter Christianos non bello : sed jure agi oportere. istud, aliam disputationem postulat : non est ea ingenii nostri facultas : relinquimus acutioribus. Sat nobis est, vix plus juris Christiano principi ulli in rebus suis esse, quam ex hujusmodi donationibus quæri, potuit iis quibus voluit Carolus & Pipinus. de rebus vero aliis postea donatis à Ludovico Pio dubitatio major fuerit & præsertim de urbe Roma, nam tum imperii illæ res videbantur. quare eadem causa dici poterit, quæ de donatione Constant. & succedit Theologorum, Canonistarum & juris civilis peritorum illa ipsa authoritas. Regnum quidem Italiæ, Caroli Magni, eodem jure, quo Longobardorum, erat : triginta ferme annis fuisse antequam creatus esset Imperator, satis exploratum est, nec tum erat imperii (si modo ante fuit Longobardorum & amissum ab Imperatoribus,) nec Romani jure potuissent cum eo expostulare (non enim ab eis id consecutus erat) si totum donasset. Decreverat primum Carolus collecto procerum concilio omnia in unam imperii formam redigere, erigereque pristinam nominis Romani gloriam & majestatem, ut scriptum extat in annalibus nostris. & cum id gravissimè proceres ferrent, nec tamen voluntati ejus & studio, quod summum esse significabat, auderent pertinacius obsistere, unus, ut in annalibus traditur, nomine, genere & audacia Vasco dixisse fertur, Noli id tentare Auguste : imperium enim adjunctum est Francis, non Franci imperio. Postea cum tres haberet liberos, Pipino Italiam tantum cum imperii nomine assignarat, reliqua aliis. Et Pius, cùm hoc Pipino & altero fratre vita defunctis solus Carolo successisset, ejus & avi donationem confirmavit, & auxit. Ludovico mortuo divisum est inter liberos ejus omnis ditio in tres partes. & Italia Lotharii primi Imperatoris fuit. Atque fines imperii aliis Imperatoribus fuisse leguntur. & fortasse non satis certi : donec electores constituti fuerunt ab Othone tertio. & Gregorio secundo. qui præfuit, ut Hermannus ostendit, anno millesimo. His enim in interregno curæ res imperii sunt, ut jure esse debent : est enim antiquissima & nobilissima, sacratissima hæc civilis potestas : & interesse videtur principum omnium, ut stet semper : continet enim eos populos, qui Septentrionales dicuntur ne influant & quasi inundent orbem, ut olim factum esse perspicuum. ex ill s enim profecti omnes fermè qui Christianum nunc orbem tenent, & Romanam potentiam fregerunt & omnino deleverunt in Occidente, donec à Carolo Magno restitutum est imperium : quare est quasi propugnaculum non solum Germanorum, verumetiam omnium.

Ante Pipinum, ne id prætermittamus Ecclesiæ Romanæ Cocciæ Alpes erant. Hoc tempore inquit Paulus « Diaconus libro sexto. de gestis Longobardorum. capi- « te 10. Aribertus Rex Longobardorum donationem «

Source : BIU Cujas

» patrimonii Alpium Cocciarium, quæ quondam per-
» tinuerant ad Apostolicam sedem: sed à Longobardis
» multo tempore fuerant ablatæ, restituit: & hanc do-
» nationem aureis exaratam literis Romam misit, &
» cap. 13. eodem Luithprandus Rex donationem pa-
» trimonii Alpium Cocciarium Romanæ Ecclesiæ con-
firmavit. Habebat præterea patrimonium in Illyrico.
Gregorius Magnus epistola 17. libro secundo. atque
in Gallia libro quinto. epistola 110. in Sicilia epistola
18. & 19. libro septimo. ubi constituit curatores, quos
vocat defensores, cum potestate coercendi, & ex
quodam patrimonio tria talenta auri & semis refi-
ciebantur quotannis pontificibus, ut scribit Thara-
sius in Leone Iconomacho. & libro 12. epistola duo-
» decima. ad conductores Massarum. Pensiones, inquit,
» fideliter cum omni diligentia colligite, ut apud
» unumquemque vestrûm, quem cum communi con-
» sensu elegeritis rejiciant, à quo cum veneritis quem
» à latere nostro transmiserimus, eas possit accipe-
» re. & paulo ante, Dispositimus enim hominem no-
» strum qui vos possit tueri & regere, & cum homi-
» nibus commendatitiis ad excellentissimum Regem.
Et paulò pòst epist. 17. Regi & patritio Gallorum. In
Oriente etiam patrimonium Ecclesiæ Romanæ fuisse
Justinianus testatur. Et nisi præscriptionem centum
annorum jure proprio ei non obesse, in authentico.
ut Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præ-
» scriptione. cum principio hæc dixit, Summum ponti-
» ficatus apicem Romæ esse, nemo est qui dubitet. ali-
» quanto post ait, Quod igitur nostra serenitas veneran-
» dæ sedis summi Apostoli Petri dedicavit: hoc habeant
» omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis: quæ us-
» que ad ipsos Oceani recessus extenduntur nostri im-
» perii providentiam: per hoc in æternum reminiscen-
» tes hujus legis prærogativam, ut dictum est: non so-
» lum in Occidentalibus partibus Ecclesiæ Romanæ
» condonamus: sed etiam in Orientalibus partibus, in
» quibus ecclesiasticæ urbis Romæ possessiones sunt, vel
» post fuerint, omnibus. sanctitas itaque tua præsentem
» nostræ mansuetudinis legem piissimam, sive sacro-
» sanctam oblationem, quam Deo dedicavimus, acci-
» piens, intra sacratissima vasa reponat: & à nobis ser-
» vandam & in omnes ecclesiæ possessiones servaturam.
» dat. 18. Cal. Maii, Belliserio vice-consule. Mittebantur munera Petro à Regibus, ut à Reccaredo Rege Hispaniæ. Gregorius epistola 126. lib. 7. & alia multa quis cumulaverit. Manumittebat Romæ Gregorius, civesque faciebat Romanos, ep. 12. lib. 5. Vigilius pontifex ante Gregorium, ut scribit Procopius, lib. 3. cum esset in Sicilia, & Roma durissima Gothorum obsidione & fame premeretur, navium magnum numerum frumento & annona oneravit, Episcopumque præposuit, & misit Romam. Gregorius captos milites & alios à Longobardis redimebat & oppida, ut ait Paulus Diaconus illo lib. 6. cap. 9. & 13. faciebat fœdus ipse cum Longobardis, parvi enim faciebant Imperatores, Gregorium vero plurimi. quæ omnia tum ex illo Diacono: tum ex ejus epistolis intelliguntur. & hæc quidem de fortunis: & rebus ecclesiæ Romanæ ante Pipinum, quæ nobis comperta sunt. & maximas fuisse, stipendia illa militum in perpetuis bellis, victus inopum & sumptus indicant: & ita scribit ad Diac. suum, li. 5. epist. quar. Zenon,
» inquit frater, & coepiscopus noster quosdam in civi-
» tate sua alimoniarum necessitatem innotuit sustine-
» re: quibus quoniam ut possibile est aliquid desidera-
» mus ferre consultum: idcirco dilectionem tuam an-
» tedicto fratri, & coepiscopo nostro mille modios tri-
» tici: aut si levare potuerit usque ad duo millia scrip-
» tis te dare præsentibus deputamus. hortamur igitur,
» ut in his præbendis nullam moram aut excusatio-
» nem adducas: quatenus dum tempus sinit, & hic cum
» Dei adjutorio sine periculo ad propria remeare, &
» citius valeat necessitatem patientibus subvenire. Alia-

rum vero ecclesiarum opes, tum amplissimas fuisse « ex illo Tharasio in Heraclio intelligi potest: aut cer- « te in cogenda pecunia non levem fuisse authoritatem Episcoporum. nam cùm ignavia Imperatorum Græcorum à Machumetanis Alexandria vexaretur an. 618. Cyrus Patriarcha ducentis millibus denariorum pacem quotannis redimebat: qua de re tertio anno, quasi aurum exportaret ad Barbaros, accusatus fuit apud Heraclium Cyrus. De Antiochensi diximus, victum quotidianum præbuisse viduarum & virginum, miserorum tribus millibus amplius & Chrysostomi ætate an. 400. Et quarta pars urbis Hierosolymorum Patriarchæ fuit, tum Constantinopolitanum Imperatorem voluntate, tum Caliphæ Regis Ægyptiorum, cum civitatem occupasset, & post semper dum capta bello illo celebratissimo, quod sacrum dicitur, regia esset nostrorum imperiumque; civile fuit Patriarchæ, ut scribit Guillelmus Tyrius Cancellarius Regis Hierosolimorum de sacro bello, lib. 9. cap. 18. De Constantinopolitano probabile fuerit, non inferiorem his rebus. Atticus Constantinopolitanus, ut scribit Nicephorus lib. 14. capite 24. egentibus non solum suis victum præbebat, sed aliis etiam vicinarum ecclesiarum & quibusdam misisse scribit trecentos aureos nummos. admirabilis videtur nunc pietas istorum veterum.

Ne ullam ecclesiam prætermittat. In primitiva ecclesia, inquit, judicabant Episcopi causas fidei ex sola sacra scriptura: reliquas autem disciplinæ eccleslia- « sticæ quæstiones ex Canonibus, non Papæ, qui non- « dum erat, sed ecclesiæ, hoc est conciliaribus, ut osten- « dit Gregorius Turonensis in præfata Francorum histo- « ria, lib. 10. cap. 18. ubi refert Ægidium Remensem « Episcopum lætæ majestatis, apud Chilpericum Re- « gem Francorum accusatum, Metis tractum, convi- « ctum per Episcopos à Rege vocatos, & ab eis ordi- « ne sacerdotali lectis Canonum sanctionibus remo- « tum. Hæc Molinæus: res vero ita habet. Gunthran- « nus Rex cum ei nunciatum esset Ægidium Rem. Episcopum in eum, & Childebertum Regem, cum Chilperico hoste conspirasse: jussit mortuo Chilperico Ægidium in custodia retineri: vocavitque concilium Episcoporum, in quo Eunidius Dux, Regis nomine causam egit: convictus ille confessusque tandem se gravissimo supplicio dignum dixit, non ut ignosceretur, sed ut puniretur, postulavit: Commiserati Episcopi tristem fratris, inquit Gregorius, casum ab ordine lectis Canonum sanctionibus removent, & « impetrata salute in exilium mittitur. Ex his Molinæus « ratiocinatur, quæ dixit, nondum in Gallia Papam fuisse, id est, ut opinor nondum notum hoc nomen « vel authoritatem pontificum. Atque illa verba Gregorii ex canonum sanctionibus & cæt. interpretatur non Papæ, sed ecclesiæ, hoc est conciliaribus. At Gregorius non id dicit, sed addit Molinæus. Quare relinquitur, ut nobis fidem faciat: nihil enim nobis aliud affert, ut credamus. De hac re aliquid dicendum est, illud in primis satis est exploratum, Episcopos criminis præsertim reos in concilio provinciali ex patrum decretis judicium primum accipere, à quo tamen provocatio est ex concilio Sardicensi: qua de re sæpe diximus. Quare hic Ægidius provocare poterat, sed maleficii conscientia vicit. Observabimus quosdam locos ex hoc ipso Gregorio, Brictio, inquit « is ipse Gregorius Turonensis libro 10. cap. 30. & li- « bro secundo. cap. primo. crimen adulterii est impa- « ctum à civibus Turonicis, expulsoque eo, Justinia- « nus Episcopus est ordinatus. Brictius verò se ad Pa- « pam urbis dirigit: Justinianus autem post eum abiens « apud Verselensem civitatem obiit. Turonici iterum « malignantes Armentium statuerunt. Brictius verò 7. « annis apud Papam degens, idoneus inventus à crimi- « ne ad urbem suam redire jussus est: libro vero secundo. « capite primo. ait Brictius, cum authoritate Papæ Tu- «

Source : BIU Cujas

» ronos redire disposuit, & in cathedram suam regres-
» sus est: hæc autem circiter annum 400. Et ut longius
» ista repetantur: nam ex hoc intelligemus quibus au-
thoribus & auspiciis, Galli ad cultum Christianum
deducti sint: antea ex Innocentio primo didicimus, à
pontificibus missos in Galliam, docendi Christianismi
causa, Petrumque jussisse Clementi. Itaque istud hic
Greg. antiquissimus author, qui anno 630. scripsit, te-
statur libro 1. cap. 27. Decii, inquit tempore septem
presbyteri Episcopi ordinati ad prædicandum in Gal-
» lias missi sunt: sicut historia passionis sancti martyris
» Saturnini denarrat. Ait enim, Sub Decio & Grato con-
» sulibus, sicut fideli recordatione retinetur. Primum ac
» summum Tholosana civitas sanctum Saturninum ha-
» bere cœperat sacerdotem. Hi ergo missi sunt. Turoni-
» cis Gratianus Episcopus: Arelatensibus Trophimus
» Episcopus: Narbonæ Paulus Episcopus: Tholosæ
» Saturnus Episcopus: Parisiis Dionysius Episcopus:
» Arvernis Astremonius Episcopus: Lemovicibus Mar-
» tialis Episcopus (hujus quædam epistolæ extant ad
» Tholosates & Burdegalenses) Ex his vero beatus
» Dionysius Parisiorum Episcopus, diversis pro Christo
» affectus pœnis, præsentem vitam gladio imminente
» finivit. Saturninus vero jam securus martyrio, dixit
» duobus presbyteris suis: A vobis penitus relinquar.
» Cumque comprehensus ad capitolium duceretur, re-
» lictus ab his solus attrahitur. Igitur cum se ab illis cer-
» neret derelictum, orasse fertur: Domine Jesu Christe
» exaudi me de cœlo sancto tuo: ut nunquam ecclesia
» de civibus his mereatur habere pontificem in sempi-
» ternum. Quod usque nunc evenisse cognovimus: hic
» vero taurinis vestigiis alligatus, ac de capitolio præ-
» cipitatus, vitam finivit. Grat. vero Trophimus, Astre-
» moniusque, & Paul. atque Martialis in summa sancti-
» tate viventes, post acquisitos ecclesiæ populos, ac
» fidem Christi per omnia dilatatam, fœlici confessione
» migrarunt, & sic isti tam per martyrium, quam hi
» per confessionem relinquentes terras, in cœlestibus
» pariter sunt conjuncti. libro 10. cap. 30. libro de glo-
» ria confessorum cap. quarto. de Turonicis, inquit Epis-
» copus primus Gratianus an. imperii Decii primo, à
» Romanæ sedis Papa missus est. Tres postea nationes
» potiti sunt totius Galliæ: Gothi Ariani primum Ataul-
pho Rege ingressi sunt anno 414. ut scribit Prosper
Aquitanus illi ærati æqualis, & Hispaniam & Galliam
ad Ligerim usque occuparunt: Burgundiones Arriani
etiam, ut scribit is Gregorius Turonensis libro secun-
do. cap. 11. Lugdunensem Galliam, & partem Nar-
bonensis eodem fermè tempore. Franci primum Bel-
gicæ eam partem, quæ Rheno finitima est: deinde
totam Belgicam & Celticam ad Ligerim usque: po-
stremo sensim totam Galliam. De Clodoveo vero, qui
anno 499. primus Francorum Regum, Christum co-
luit, ita scribit libro secundo. cap. 31. Rex prior po-
poscit se à Remigio pontifice Remensi baptizari: pro-
» cedit novus Constantinus ad lavacrum deleturus le-
» præ veteris morbum, sordentesque maculas gestorum
» antiquorum recenti lance deleturus. cui, ingressus ad
» baptismum sanctus Dei, sic infit ore facundo, Mitis
» depone colla, Sycamber, adora quod incendisti: in-
» cende quod adorasti. Erat enim sanctus Remigius
» Episcopus, egregiæ scientiæ & rhetoricis apprimè im-
» butus studiis. Sed sanctitate ita prælatus, ut Sylvestri
» virtutibus æquaretur. Hic locus Gregorii effecit, ut
quod cæteri negant de donatione, aut lepra Constan-
tini, ut Valla omnium maximè, nobis valde proba-
bile videatur, propter vetustatem. Nullum enim no-
bis occurrit de hac re antiquius testimonium: Nam
Nicephorus, qui ejus lepræ meminit, nuperque ve-
nit in lucem, multo recentior est. Canones & decre-
ta pontificum Gallos Episcopos Innocentii primi &
Syritii secutos jamdudum intelleximus ante Franco-
rum regnum in Gallia. Et in concilio Aurelianensi ter-
tio. circiter annum 530. Childeberto illo Rege, de
quo in loco Turonensis. cap. tertio. ita cautum est,
De Metropolitanorum ordinationibus id placuit, ut
Metropolitani à Metropolitanis omnibus, si fieri pos-
sit, præsentibus Episcopis provincialibus, ordinentur:
ita ut ipsi Metropolitano ordinandi privilegium ma-
neat, quem ordinationis consuetudo requirat. Ipse
tamen Metropolitanus à comprovincialibus, sicut de-
creta sedis Apostolicæ continent, cum consensu cle-
ri & civium In concilio Turonensi, 2. Chereberto Re-
ge, anno 570. capite 21. Quia, inquit, in sententia Pa-
pæ Innocentii ad Victricium Rothomagensem Epis-
copum lata legitur. De virginibus, quæ Christo spe-
cialiter nupserunt, &c. & paulò post. Et quorum au-
thoritas valere possit, nisi quos sedes Apostolica sem-
per aut intromisit, aut apocriphos fecit? & patres
nec semper custodierunt, quod eorum præcepit au-
thoritas: & paulò ante. Quis sacerdotum contra de-
creta talia, quæ à sede Apostolica processerunt, age-
re præsumat? Sed magis molestum fuerit quàm neces-
sarium, huc plura congerere, cum passim talia quis
in conciliis Gallicis, in epi. Leonis I. & aliorum san-
ctorum Pontificum legat. & hoc unum sat fuerit ex
concilio Vasensi, quod Gallicum est, circiter an.
450. canone quarto. Et hoc nobis visum est, ut nomen
domini Papæ, quicunque sedi Apostolicæ præfuerit,
in nostris ecclesiis recitetur. Et Episcopi Galliarum,
ep. 51 in libris Leonis I. Non desinemus Deo gratias
agere, quòd tantæ sanctitatis fidei, tantæ doctrinæ
Apostolicæ sedi, unde origo nostræ religionis, pro-
pitio Christo, & fons emanavit, antistitem dederit.
Itaque illi Canones, de quibus Gregorius, erant de-
creta pontificum conciliorumque œcumenicorum &
provincialium. tamen Molinæus ait, Non erant Ca-
nones Papæ, & decretales epistolæ nondum natæ, sed
Canones conciliares. nempe ecclesiæ Gallicanæ, jussu
Clodovei, in concilio Aurelianensi congregatæ. Erant
certe etiam ante Clodovæum, alia concilia quam illud
Aurelianense, ut Arelatense 1. & 2. Valentinum Gal-
liæ annos fermè 225. Constantino Magno Imperato-
re: Taurinatense & aliquanto post Vasense 1. & 2.
Arelatense 3. & post Clodovæum quam plurima. Sed
an essent epistolæ illæ Augustinus scribit lib. 2. præte-
rea quæ diximus ex concilio Turonensi de doctrina
Christiana. cap. oct. & apud Gratia. 19. distinctione.
in canonicis scripturis, inquit, ecclesiarum catholi-
carum, quamplurimarum divinarum scripturarum so-
lertissimus indagator, authoritatem sequatur: inter
quas sane illæ sint epistolæ, quas Apostolica sedes ha-
bere & ab ea aliis meruerunt accipere epistolas: Sed
pontificum epistolas etiam synodicas in conciliis œcu-
menicis recitari solere exposuimus.

Hinc est, inquit, quod compilatio Gratiani, quæ
principaliter ex illis canonibus constat, nuncupatur
simpliciter decretum canonum: compilatio vero Gre-
gorii IX. facta, circiter anni sunt trecenti, non voca-
tur Decretum, sed extra Decretum: & pariter novæ
supradictæ Paparum compilationes Inno. III. Grego.
IX. & aliorum, quoniam principaliter constant ex no-
vis decretalibus, quas novi pontifices augendæ &
ampliandæ jurisdictionis suæ causa, invenerunt. At
erudite vir, ut non ignoras, totus ille liber Gratiani
epistolis & constitutionibus pontificum confertus est.
Gregorianus; inquit, non vocatur Decretum sed ex-
tra Decretum. Quid tum? dicitur tamen decretalis &
liber decretalium constitutionum. Quæ erit igitur ista
tam acuta differentia, inter decretum & decretale?
Quis dubitat Gregorianum non solum dici, sed etiam
esse extra librum illum, qui decretum nominatur?
non enim intra est. Nec solet dici extra decretum,
sed tantum extra: cujus rei causa hæc est: sunt tituli
complures similes in jure civili, ut de constitutionibus.
de emptione & venditione. & alii permulti. Habent

autem

Source : BIU Cujas

autem interpretes notas, quibus significant juris civilis esse, ut codicis, digestorum vel pandectarum: de Gregoriano vero, nullas. quapropter id ita solitum est usurpari: quod à commentariis & glossis profectum est, brevitatis utilitate & studio, ne cogerentur productiori voce, sæpius Gregorianum dicere. poterat certe hujus literæ G. usus esse. Si origo ejus juris quod canonicum dicitur, breviter exponatur, cum istud, tum superiora, quæ Molinæus dixit, explanatiora erunt. Solebant Romani Pontifices vita functo Petro & Paulo, epistolas mittere, quovis gentium, ad Episcopos, populos & nationes: ut enim Petro & Paulo totus orbis Christianus curæ erat, ita eorum successoribus. id postulabant hæreses & disciplina ecclesiastica, optimique hujus reipub. status instituenda ratio: & non solum quod Principibus Apostolis successissent, sed quod quibus cum vixissent, tradita exploratiora videbantur: quocirca certior fides. id quod dicimus, docent epistolæ Clementis, Anacleti, Alexandri, Evaristi & cæterorum Pontificum: cujusque enim Pontif. epistolæ aliquot extant: ex quibus intelligitur ea, quæ post fuit, & quam videmus, & à veteribus retentam legimus, Christianismi forma & disciplina. Et quoniam Biblia, Evangelia, Epistolæque Apostolorum contexta in unum codicem, non tam omnibus aperta erant & perspicua, quin interpretatione egerent (nec enim eodem sensu idem sermo ab omnibus semper accipitur) successerunt libri sanctorum patrum, Tertulliani, Cypriani, Origenis, epistolæque contra hæreses, adhortationes, objurgationes, quæque ad vitæ institutionem pertinent. Fuerunt præterea dubitationes & contentiones gravissimæ, inclinatáque disciplina vel in toto orbe Christiano, vel quibusdam provinciis. quare ut his quæreretur remedium, concilia œcumenica & provincialia adhibita sunt, decretáque eorum canones dicta sunt. adjunctæ quoque sanctiones principum. Quare quatuor his de rebus conflatum est illud corpus codicis Gratiani, epistolis vel decretis, interpretationibus, canonibus, sanctionibus. Quod Pontifices per epistolas decernebant propriè decreta dicebantur: ut in conciliis in quibus recitantur, perspicitur. Atque hoc nomine inscribuntur capita illarum epistolarum: conciliorum vero canones dicuntur potissimùm non decreta (non nego tamen interdum dici) quibus in rebus Molinæi sententia, qua omnia alia nova appellat, nova est & omnino vetustati adversa. unde epistolæ, à decretis, quæ continentur, decretales dictæ sunt antè Gratianum pluribus sæculis. Leo quartus. cap. 20. apud Gra. & Gregorius Magnus 25. dist. quæst. 1. institutionis nostræ decreta, quæ sunt privilegiis & ordinationibus disposita, perpetua stabilitate sine aliqua constitutionis refragatione servari, sive quæ scripto decrevimus sive quæ in præsentia nostra videntur esse dispositа: nec à quoquam Pontificum, in totum, vel in partem ea qualibet occasione convelli decernimus vel immutari. Erant universi olim tres codices, quibus ecclesiastica regebantur: Sacrosancta Biblia veteri & novo Test. constans: codex canonum conciliorum œcumenicorum vel provincialium. Decreta Pontificum, quæ passim decretales epistolæ, constitutiones & statuta dicuntur, & sæpe sanctiones: hoc perspicitur in cap. 2. dist. 19. Grat. Si quid his non contineretur, tum sanctorum virorum scripta consulebantur, ut docet Leo IV. cap. 20. Gelasius, & alii in tota distinctione Gratiani decima quinta & decima sexta: ubi opuscula enumerantur & concilia, quorum canones erant. Et canones illi perferebantur ad Pontifices confirmandi, ut antè intelleximus. Ecclesiasticarum institutionum, inquit Augustinus, Gratiani distinct. undecima, quasdam in scripturis: quasdam in Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas: quasdam consuetudine roboratas. & paulò pòst. Catholica Ecclesia per orbem diffusa, tribus modis probatur existere quicquid in ea tenetur, aut authoritas est scripturarum: aut traditio universalis: aut propria & particularis institutio, sed authoritate tota constringitur universali traditione majorum, nihilominus tota: privatis verò constitutionibus, & propriis informationibus, unaquaque pro locorum varietate, prout cuique visum est, & subsistit, & regitur. Gratianus universi status & disciplinæ ecclesiasticæ, quasi lectissimos flores contulit in suum librum, omnia quæstionibus & causis distinguens, anno 1120 Tritenhemio teste. Elaborarunt ante alii permulti, ut Ivo Carnotensis, qui paucis annis eum præcessit: & Burchardus VVormacienſis Episcopus, anno 1020. qui libri extant. Gratiani liber cæteris obscuratis, decreti nomen est consecutus. Postea Honorius III. ut Platina in Honorio scribit, posteriorum Pontificum epistolas & decreta collegit, & pauca quæ Gratianus prætermiserat necessaria, ex conciliis & sanctis patribus adjecit. & Gregorius ejus successor digessit omnes, anno circiter 1240. is liber Gregorianus dicitur.

Quod autem posteà dicit Budæum libro de asse, libro quarto invehi in eum Pontificem, qui intemperiis actus concitabat omnes in Gallos. Non labefactat quidem Budæus Pontificatum: potestatem reveretur & colit. Nec enim Pontifices non modo incendere bella decet (cum ne profanos quidem homines) verumetiam ab armis abhorret sacerdotii ratio. nam si arma sint Pontificum, vel sacri ordinis: calices & libri erunt militum. Si bellare sacerdotii, militum erit concionari, docere: & census, qui hujus rei causa dantur, percipere: sacerdotum vero stipendia militum, cum eorum officio fungerentur. Budæi hæc sunt verba ut Thomæ Moro, Roffensi, Zazio, Erasmo, Alciato, & aliis superioribus summis viris adnumeretur. Quid, inquit, nos majorum nostrorum pietas non movebat? illos heroicorum temporum sanctitas non pudebat? cum divus Petrus, Paulúsque & eorum sequaces Ecclesiæ architecti: non armorum splendentium fiducia infesti, ad prælia grassabantur: sed cruce: sed innocentia freti, cætera inermes ad castra Christi tuenda flagrantissimæ charitatis classico ciebantur. & paulò pòst addit, quod ad dignitatem pertinet. O diram, portentosamque vecordiam sacrosanctæ potestatis. Quis enim unquam tanto animo concepit nefas, ut sacerdotum culmen, ut cleri magister, ut sacrorum summus opifex, manus inauguratrices adhuc ab altari calentes, in familiam domini armare sustineret, animóque plusquam gladiatorio grassaretur, ad Christiani nominis columen, mundo stupente delendum? Et nunc mysticum illum ensem, cæsim, punctimque irrito (ut credimus) proposito, vibraret: Nunc à Marte sanguinariam frameam mutuaretur, & consternatos diris execrationibus (quæ fortasse in eum ipsum verterunt) ad internecionem quoque persequi committeretur? en quos pedes, quas manus libens exoscularere, ut inde os cruentum ac pollutum referres. Tu ut transversus & præceps, vesana animi cæcitate raperere, ut nec te nec decorum majestatis sanctissimæ præ odio respiceres: sed ordinem ampliſſimum, sed senatum purpuratum, sed libani gloriam, splendorémque tecum rapiens, invitum bona ex parte & mussitantem arcis Ecclesiæ ruina obruere nos cuperes? Proh superi immortales: tantum de summo sanctuarii vertice licuit male suadæ noxæ, ut œstro vindictæ percitum, per fas ageret, nefasque præcipitem. ubi erat igitur ille Zelus domini? &, quid eum pudebat servum Dei se vocare? cum Franciam Christianorum decus, & Pontificum olim religionisque asylum, bustis ipse Gallicis insignire gestiret? Hæc Budæus: qui non Pontificatum sed flagitia attingit, sacerdotum culmen appellat: cleri magistrum: summum opificem: architectum Ecclesiæ: majestatem sanctissimam. Nec vero Molinæum postea uti oportet in hac causa testimonio Bernardi, libro de

Source : BIU Cujas

consideratione. nullum ferme comperimus, qui potestatis amplitudinem magis suspiciat. Hortatur tantum Pontificem Eugenium, cujus familiaris fuisse videtur: atque primum, Ego mihi tutius judico apud » majestatem timiditate, quam temeritate periclitari: deinde consulit, ut à rebus forensibus & occupationibus civilibus, traducat se ad otium & sacrosanctam lectionem: aliis mandet hujusmodi causas & negotia, nisi imbecillium & afflictorum: & id dicat quod » Christus. quis me constituit inter vos judicem? propter enim crimina, inquit, non possessiones, ut de » iis judicares accepisti potestatem & claves: omnibus » te ipsum præbes, & tibi ipsi te denegas. Non defuerunt Romani Pontifices, qui inter maxima negotia, » ocia invenirent. Obsidio urbis & Barbaricus ensis beatum Gregorium non terruit, quin scriberet, in ocio » difficillimum & obscurissimum locum extremum Ezechielis: hæc Bernardus.

» R. Lucæ 22. Christus inter Apostolos majoritatem, » seu primatum reprobavit, discrimen faciens, inter » eos & Reges gentium, quibus potestatem super subditos, utque ab eis benefici vocentur, concedit: » Apostolis autem adimit, jubens. ut major fiat, sicut » minor, & qui Princeps, sicut qui ministrat. Idem » Mat. 20. Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit minister: & quicun- » que voluerit inter vos primus esse, sit minister vester. » Idem Mar. 10. Scitis, quod qui videntur imperare » gentibus, dominium exercent adversus illas: verum, » non sic erit inter vos: sed quicunque voluerit ex vobis esse primus erit omnium servus. Si diceremus Molinæ hunc locum non pertinere ad præfecturam, sed tyrannidem & acerbitatem in suos, tapinophrosynémque commendari, atque omnis ætatis Christianæ hunc fuisse sensum, ut omnia, quæ hactenus à nobis dicta sunt demonstrant. hæc interpretatio, ita omnium Christianorum firmata consensu, & usu, ei satis facere deberet. nam summa & intolerabilis arrogantia videretur, tanti suam sententiam facere, ut sibi soli veritatem putaret illuxisse, post omnia sæcula Christiani nominis: ut Archiepiscopi, primatésque semper fuerunt: Episcopi præerant Presbyteris ut Timothæus & Titus (ne accusationem, inquit Paul. Presbyteri admittas sine duobus testibus.) Ipsi Presbyteri populo: Qui bene præsunt Presbyteri, inquit Paulus, duplo honore dignentur. non igitur præesse alios aliis ex sententia Pauli Christus prohibuit, aut si Apostolis tantum dicit, vel Episcopis ipsis inter se cur potius illis quam his? an non eadem utilitas præfecturæ? quid ipsa secum apportat mali? Hæc igitur interpretatio, nobis omnibus sufficere deberet. etiam sine alia ratione sed sola per se. Sed aliter placet refellere. Molinæus hac lege primatum improbari existimat: nos vero probari: aut enim Christus. Quisquis inter vos volet primus esse, esto vestrum omnium servus: ergo hic servus erit primus: primatúsque erit omnium servum esse: hunc igitur Paulus habebat priori ep. ad Cor. cap. 11. cum ait, Omnium me servum feci, cum nulli essem obnoxius: non igitur improbat hanc servitutem, quæ Primatus est. hanc docet tantum, & præterea nihil. ea enim sunt ejus verba, & mens, ut sit minister & servus. At dices, ergo in uniuscujusque nostrum potestate erit ut sit primus, ut Primatum habeat: ita sane erit, non igitur inquies Petri solius: confirmo non esse hunc Primatum Petri solius: nam quisque se servum omnium facere, ministraréque omnibus, juvaréque sua opera studio & diligentia potest. quare hic Primatus non erit proprius Petri: ergo, dices, non erat alio præditus. Non id sane, vir doctissime, jure potes ullo modo conficere. non enim de omni loquitur, sed de illo quo vult eos servos mutuò inter se esse & ministrare. & subjungit pòst rationem, cum dixit. Sit omnium servus: Etenim, inquit, filius hominis non venit ut ei ministraretur, sed ut ministraret, exponerétque vitam suam pro multis. Christus an non erat primus, aut non habebat Primatum, id est potestatem ampliſſimam, Pontificatum maximum, præfecturam summam, summum sacerdotium? Et tamen Primatum illum, quem imperat Apostolis, se habere ait: Etenim, inquit, filius hominis venit non ut ei ministraretur, sed ut ministraret. an carebat idcirco alio? an hic illum evertit, vel simul ferre non potest? uterque certe conjungi jubetur etiam ab Ethnicis, id est, ut quanto quis major sit, tanto summissius se gerat. Id enim Cicero & politici omnes docent: præstat quis præfectura, & dignitate, & magistratu, est Rex: est igitur primus, est summus, capútque reip. & Princeps, antecedit omnes dignitate, en ergo Primatus & præstantia dignitatis, præcellit humanitate, clementia, mansuetudine, tapinophrosyne, non est ferox & sævus ut Ethnici, hac re anteponendus est cæteris, erit prior & primus. Rector constitutus es, inquit Ecclesiastes, Noli efferri, sed omni studio, cura & diligentia tuos juva. Ne efferantur reges superbè in fratres suos, inquit summus ille Princeps. Quis se unquam gessit humilius, quam Christus? Cum abluisset pedes suorum ait, Nostis qualem me præbuerim vobis, si ego dominus & magister hæc, vos inter vos quid facere oportet? exemplo fui vobis, ut similiter agatis: fui inter vos quasi ministrans: & Paulus ait, servili habitu apud nos fuit, erat tamen magister: tametsi quò major fuit, eò servus omnium esse voluit. carebátne potestate, aut ampliſſimo sacerdotio? Christus, inquit Paulus ad Heb. existens Pontifex, &c. Quare, cum quærimus an Primatus sit Pontificum, id petimus an aliqua sit summa Pontificum potestas, & ampliſſimum sacerdotium, aut præfectura: eum enim Primatum potestatis esse exposuimus: & Christus id non prohibet: quinetiam claves & potestatem dedit Petro. Paul. Thes. 2. cap. 3. in summo labore noctes diésque apud vos fuimus, ne cuiquam vestrum oneri essemus: non quod non habeamus potestatem, sed ut vos imitaremini nos. qua de re diximus initio in loco Pelagii & Gregorii. Regum autem exemplum proposuit, non omnium sed gentium, Reges, inquit, gentium dominantur, &c. nam tametsi apud Heb. 2. qui Hebræi non erant, gentes dicebantur: tamen feroces, superbi, sævi & impii & tyranni, gentes dici solebant: ut cap. 10. ecclesiastici: Terras gentium evertit dominus, & perdidit eas funditus. & Christus ait. Sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. est enim Græca hæc vox Ethnicus, & gentilem significat. ἔθνος enim gens est. Greg. Magnus in epistola 36. lib. undecimo ad Phocam id docet. Hoc « namque interest, inquit, inter Reges gentium, & reip. « Imperatores, quod Reges gentium, Domini servo- « rum sunt: Imperatores vero reipu. Domini liberorum. Itaque Christus ait, non erit ita inter vos: & postremo sui exemplo utitur. Quare non potest Molinæus aliud quidquam ex hoc efficere, quam Christum noluisse Apostolos similes esse gentium Regibus, sui autem in loco esse & sui similes non prohibuisse. quocirca non sustulisse Petro hac lege potestatem, similiáque gubernacula, quæ ipse habuit, dum hanc mortalium vitam duceret, quæque ei tribuit aliis in locis. id enim tantum in Petro desideramus, & tota hac causa non ut Petrus sit Rex (nec enim ad defendendum instituimus) sed eo tantum sit in loco quo Christus fuit antequam hinc decederet, sitque vicarius ejus, maximúsque Pontifex. Quapropter frusta postea ait.

2. & seq. Ex quibus clarissimis verbis Christi duo « sequuntur, quæ disertè coram Pilato testatus est, Joan. « 13. & consequenter, nec Apostolorum, nec Ecclesiæ « suæ regnum hinc esse & impiam hæresim dicere Chri- « stum cælestis & terreni Imperii jura Apostolis dedis- « se, aut saltem Petro, & successoribus concessisse: « tantum enim abest, ut Christus Apostolis, vel Ec- « clesiæ suæ terrenum Imperium vel regiam aliquam «

Source : BIU Cujas

sive imperialem civilem potestatem aliquos, nedum in Reges, & imperatores concesserit, ut prorsus ademerit. Dedisse quidem Molinæe civile imperium, ex hac lege Christi nemo effecerit: ademisse etiam nec hac ipsa jure potes ratiocinari: propterea quòd non de Regibus tantum aut principatu civili agit, sed gentium & ferocitate & sævitia aut certe si de omnibus velis interpretari, non oportet te existimare illa verba adeo perspicua, ut sint, ut ais, clarissima sed nomen illud gentium ancipitem ambiguamque sententiam semper effecerit. ad nostri autem instituti rationem nō pertinet, ut diximus, an data sit civilis: sed ademptam hac lege, id est, quominus hæreditatem, donationemque & relicta testamento sibi quærere, capereque possit sacer ordo, jurisdictionemque civilem, una certe nunc etiam cum hac pontificatus causa propugnare vehementer cupio, ut ita omni ætati visum est, & legibus imperatorum & armis res Ecclesiæ defensæ nihil autem ille locus obest. Nam verba ista Christi apud Pilatum, Regnum meum non est ex hoc mundo: non negant regnum suum in hoc mundo, tametsi dicat non esse ex hoc mundo vel non attigerit ipse administrationem civilem permultum certe ista differunt esse ex hoc, & esse in hoc: quod non solum Philosophi Ethnici docent, ut Aristot. τῶν μὴ τὰ φύσικα. t. sed jureconsulti etiam in bonis esse aliquid, & ex bonis, ut Ulpianus in lege 1. de vi bonorum raptorum. aliud est ex Gallia, aliud in Gallia: aliud hic esse, vel hinc esse, quod Græca quoque hæc vox ἐντεῦθεν, qua utebatur Christus, quæ motum à loco significat, id demonstrat, Regnum inquit, meum non est ἐντεῦθεν, id est, hinc. nec enim Christi regnum originem ducit ex his terris, sed à seipso & patre, & altissimo, & æterno illo loco, Dominus (inquit Deus apud Psaltem psal. 2.) dixit mihi, Filus meus es tu: ego hodie genui te. Pete à me, Dabo tibi gentes in hæreditatem, & in possessionem tuam fines terræ. Reges eos virga ferrea, & quasi vas figuli confringes eos: jam verò, Reges intelligite, & erudimini qui judicatis terram. Servite domino cum timore, & exultate tremuli. Percipite disciplinam, ne aliquando irascatur dominus: & de via justa vos eatis perditum. cum subitum furor ejus exarserit beati omnes qui eo freti & muniti sunt. & eleganter ei dictum est.

Quicquid habet Phlegeton, quicquid cava viscera terræ,
Quicquid inest Pelago, quicquid secat aëra pennis,
Fecisti, & solus totum hoc opus ipse gubernas.

Quare ex illis verbis, non Apostolis dedisse satis exploratum est, neque prohibuisse, ut munificentia aliorum eis quæratur per alios administrandum.

Secundum, inquit, est ex illis verbis, in spirituali suo regno, cujus gloria non est in terra, & in futuro, non in præsenti sæculo, in quo regnum suum consistit: in ministerio verbi sui, seu Evangelii ad remissionem peccatorum, veramque justitiam, cum fructu bonorum operum per illum assequendum, in hoc (inquam) tam sancto & salutari ministerio, vetat omnem contentionem & studium primatus, jubens & inculcans studium fideliter Evangelii ministrandi, satis indicans, quanto fidelius & amplius ministraverit, & plures ad Evangelii notitiam & obedientiam adduxerit, eo majorem in Ecclesia & regno Christianorum futurum. Erit quidem major vitæ integritate, sanctitate in his terris & præmio emeritis stipendiis. Ita minimus quisque sacerdotum superare pontifices potest, Reges & Imperatores, universum denique orbem. & pontifices dati sunt Ecclesiæ, ut curent, quod dicit Molinæus, ne contendant inter se varietate sententiæ, interpretationibus & discindant hoc amabile concordiæ vinculum. ad istud, si negligerent, adhortandi potius erant ab eo, non sacerdotium evertendum: sed nemo contendit de primatu, sed obtemperant omnibus antè sæculis. Cur igitur omnes pares statuere studet? Nam tum contentio erit, cum nullum metuant, revereantur & colant. & cum nulla sit, aliquam esse vult: cum abhorret à contentione de primatu, tum maxime eum excitat: si à regnis Reges tollerentur, quot videremus pugnas de regno? Non solum potentissimus quisque sed etiam populares evadere niterentur. At cum unus est, ubi istud? si omnes bene beateque viverent, nullusque projectæ & indomitæ cupiditati locus esset, neque me hercule regibus, aut magistratibus, neque Episcopis, aut sacerdotibus, & superioribus egeremus: feras Molinæe æquo animo necesse est præfecturam: aut tollas hominum cupiditatem, libidinem, ambitionem, nova studia, hæreses & infinitas seditiones, bella civilia, & omnia genera malorum homo enim, ut aiunt Philosophi, ut mitissimum & optimum animal est, ita omnium ferocissimum & pernicioſissimum habet enim vires animi non solum corporis, quibus infinita excogitet, & incredibilia possit ad omnia ista comprimenda opus fuit semper præfectorum metu, aut præmio: eo spectant adhortationes Petri, & omnium, quas postea affers, quibus jubet Petrus Episcopis, ne premant clerum, ne quasi mancipiorum dominentur: sunt enim liberi, non mancipia. denique, omnium quæ ad istam quam vocat dominationem & quæstum, quem tam sæpe objicit Molinæus, pontificum Regum inter se & conciliorum ea cura & modus esse debet, non nostrum de his rebus dicere. non lædit ea res sacerdotium, non enim quæstuosa dignitas est. Præcepta ethnicorum recitabimus, qui tamen absunt à luce & pietate Christiana, ut christianos viros ista eò magis amplecti oporteat. Omnino, inquit Cic. de officiis, qui reip. præsunt, duo Platonis præcepta teneant: unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum ut totum corpus reip. curent, ne dum aliquam partem tuentur, reliquas deserant: ut enim tutela, sic procuratio reip. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa, est gerenda. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt seditionem: atque discordias: ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimique videantur, pauci universorum. traderque se quis totum reip. neque opes aut potentiam consectabitur, totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. miserrima est omnino ambitio honorumque conventio, de qua præclarè apud Platonem: similiter facere eos qui inter se contenderent, uter potius remp. administret, ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Nec vero audiendi sunt, qui graviter irascendum inimicis putant: idque magnanimi & fortis viri esse censent: nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius, placabilitate, & clementia. Quis rogo locus accommodatior legibus Christi esse potest? Huc pertinent omnia quæ Mol. observat ex Pet. ep. 1. cap. 5. ut presbyteri & Episcopi curent diligenter gregem, non lucri studio & cupiditate: exempla virtutis sint gregi & quæ ex Paul. 1. Cor. 4. 2. Cor. 6. & Cypriano, Clemente, & reliquis qui ei obsunt, & ca. Amb. 24. qu. cujus posteriora verba recitat & tacet ejus hoc exordium. Quæ, inquit, dignior erit prædicationis ingressu, quàm sancta Romana Ecclesia? & de hæreticis qui ab ea discedunt, agit.

Quid si eorum pontificum exemplum præbet spurcus, & blasphemus monarchialis tractatus, ab impio Jacobo Terano Urbani VI. cubiculario editus, incipiens, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: ubi verba illa exponit temporaliter, scilicet antequam Christus passus esset, & cælos ascendisset, verba enim Christi Joan. 12. cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham ad me ipsum (exponit) id est omnia imperia, regna mundi recuperabo: & auferam à Cæsare, & Regibus & aliis principibus. Postea dolet, quod nonnulli Canonistæ illius sententiam sequantur. sed etiam

Bartholus qui canoniſta non eſt ad conſtitutionem Henrici, ejuſdem ſententiæ eſt & alii multi. Quid agas? ille Teranus eſt in illa ſententia, tu in contraria, ille omnia tribuit: tu omnia adimis. magnum eſt inter vos diſſidium atque diſſentio, eſſet periculum ſi ille Teranus viveret, ne acerbiſſimo ſpurci & impii convicio commotus, objiceret: non ſolum nominis etymologiam à verbo Græco Μολύνω, ſed graviora multa, aut potius manu tecum decertaret.

Unde ait Aug. ſuper Joan. Petrus quando claves accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificavit: in perſona enim Petri, Eccleſia ipſa claves accepit: text. in ca. quodcunque. 24. quæſt. 1. Hieron. eadem quæſt. ca. omnibus. Capita iſta, illa poſteriora verba non habent: ſed concedamus ei. Accepit ergo claves Petrus nomine Eccleſiæ: cujus enim alterius nomine accepiſſe, niſi Eccleſiæ ipſe ejus caput, & Coriphæus nec enim extra Eccleſiam fuit. Sed cur Chriſtus non dixit? Vobis omnibus dabo claves, habet igitur Petrus claves nomine Eccleſiæ: & ſuo, cum habeat: cur igitur tu adimere vis? non metuis non ſolùm ipſum, ſed ne Eccleſiam totam cujus ipſe claves habeat. De his plura ad Theologos.

» Petrus, inquit, à petra non autem caput vel à capite, ut indocti quidam, & linguarum, imò locorum » communium Evangelii ignari putant. Petrus dicitur à petra Chriſto & capite, quare ei cohæret nomine ipſo & vi ejus & nullus inter Chriſtum & Petrum medius eſt, ſed cæteri ſequuntur: erit igitur ita Petrus caput, primus & Coriphæus omnium mortalium, tametſi Chriſtus præcedat: nam priora in ordine capita ſunt poſteriorum, ducuntque ſequentia. Erit etiam ob iſtam aliam rationem caput, quòd in Chriſto immortali fundamento, hoc ipſum aliud mortale jactum eſt. fundamentum autem dici & eſſe caput nemini dubium: omnia enim iſta metaphoræ ſunt & tropi, (quibus Chriſtus uti maximè ſolet) quæ ſignificat præfecturam, & eum qui cæteris præeſt, ut regni caput rex, id eſt omnibus præfectus, & qui omnibus dignitate, poteſtateque præſtat. quocirca primus, maximus digniſſimus: ita in Eccleſia ipſa, id eſt, cœtu toto ſancto, & grege Petrus ad eum paſcendum, continendumque uno amabili concordiæ vinculo, una forma conſenſione, ne in varias ſententias & hæreſes diſtrahatur. Simon igitur filius Jonæ Petrus dictus eſt & petra ſolidumque ſaxum & firmiſſimum, eique claves traditæ. Paulus quoque ei conjunctus, utriuſque ſedes Romæ. quapropter ſedes Apoſtolica vere dicitur prima, maxima, digniſſima: pontificatuſque primus, maximus, digniſſimus, cui ob Petri vetuſtatem, poteſtatem aut dignitatem nullus alius par eſt, nec unquam fuit, ut jam nihil Molin. conatus obeſſe videatur. ſed ut Chriſtianum hominem decet eum revereri, colere & obſervare: non oppugnare, hoc eſt noſtrum omnium erga pontifices officium. Pontificum verò, tantò ſanctitate excellere omnibus, quanto Pontificatu: atque hac utraque re primos eſſe, ut Petrum & Paulum. Sicque utriuſque primas habebunt, ut poſt pontificatum, qui eis diuturnus eſſe non ſolet, ſint etiam primi non poſtremi: nec eis apud æternum judicem eveniat, quod in evangelio dicitur, Erunt poſtremi primi, & primi poſtremi. nec tamen nos officio noſtro deeſſe oportet, ſi ipſi ſuo deeſſent.

FINIS.

SENATUSCONSULTI, AD QUOD MOLINÆUS COMMENTATIONES ſuas ſcripſit, explicatio, partim ex regeſtis ampliſimi ſenatus Pariſiorum, partim ex hiſtoriæ monumentis.

ANNO ſeptuageſimo, poſtquam Pontifices relicta Roma, Avenione ſedem ſuam collocaverant, Gregorius XI. Romam rediit: ubi cum mortem obiiſſet, Cardinales Urbanum ſextum eligunt, anno 1378. de cujus electione variè traditum eſt ab hiſtoriæ ſcriptoribus: alii metu, & minis civium Romanorum factam: alii contra aiunt legitimam fuiſſe, ut Platina in Urb. VI. & alii permulti: inter omnes tamen convenit (ex quibuſcunque cauſis ſit facta) Cardinales quoſdam, paucos poſt dies quàm Urbanus creatus fuerat, Roma diſceſſiſſe, elegiſſeque alium Pontificem, qui Clemens VII dictus eſt. Hinc duæ factiones natæ, non ita brevi extinctæ perdurant annos, uno minus, quadraginta: hic Clemens Avenione: ille Romæ agit. Aliquanto poſt mortuo illo ipſo Clemente, Petrus cognomento Lunas Pontifex conſtituitur, & Benedictus XIII. nuncupatur. In quem & ejus quæſtores illud ipſum ſenatuſconſultum factum eſt. Huic Galli primum, Hiſpani & Angli conjuncti erant: illi, Itali & Germani. principio iſte Benedictus ſatis moderatè ſe geſſit: deinde ſenſim decimis & indictionibus miriſque modis ſacerdotium Gallicum premebat; mortuo ſacerdote ſacerdotium nulli dabat aut dari patiebatur: ſed percipiebat ipſe vel Cardinales ejus fructus denique, ut de Græcis à Cicerone dici ſolet, iſte omnes vias pecuniæ norat: omnia pecuniæ cauſa faciebat, ut aut ſolus per potentiam viveret, aut pontificatùm confirmaret. Interea jus electionis utriuſque pontificis in dubitationem & controverſiam venit Poſt concilium Gallicum ut ex commentariis vel regeſtis conſtitutionum Gallicarum anni 1390. fol. 87. & concilium Piſanum, cujus capita eo ipſo libro continentur, fol. 261. Galli præter comitem Fluxatem & Armeniacum à Benedicto deſciſcunt & neutri obtemperant. Et cum quæſtores iſtius Lunatis per epiſcopatus, per monaſteria, per ſacerdotum ædes, per ſacraria volitarent, de his omnibus querente & agente academia Pariſiorum ipſum illud ſenatuſconſultum factum eſt, ann. 1306. In eo hujuſmodi pecuniæ artes narrantur ab academia, quæ citat iſtud » Ezechielis 34. Facti ſunt greges mei in rapinam & oves meæ in » devorationem, eò quòd non erat paſtor. Eo ſenatuſconſulto pro» hibitum eſt, inpoſterum nihil quicquam colligi vel pendi illis quæſtoribus: & ſi quid apud quæſtores reſtaret, injecta manu regia aſſervaretur, interdictumque dari illi Benedicto. Et in regeſtis anni 1412. ſcriptum extat, trigeſies centena milla aureorum intra quatuor annos ab illo corroſa. Has prædas & calamitates Rex Carolus VI in edicto de reficiendis templis, quod eſt in ſtilo curiæ nuper edito (quod ſolet Molinæus objicere) copioſiſſimè explicat, & ait, tum nudatis ſacerdotibus & templis edentibus ruinam patrimonioque Eccleſiarum ab illis paucis, non comeſo, ſed devorato, ad victum ſacerdotum, cultumque divinum, nihil ſuperfuiſſe. Atque cum patronus ſit Eccleſiæ, & tutelæ rerum & perſonarum Eccleſiaſticarum ſe ſolenni jurejurando devinxerit, ejus eſſe aliis negligentibus curare. ut reficiantur delubra: ne locus quo conveniant, victuſque ſacerdotibus deſit: quo pacata, fauſta fœliciaque omnia ſibi regnoque ſuo impetrent. Atque iſtud tam ſua intereſſe, quam intereſt regnum habere florens & beatum: quod niſi Deo fortunante eſſe non poteſt: non fortunabit autem iratus, ſed placatus: non placabitur cum crebra & continua ſint ſcelera, niſi crebris continuiſque expiationibus: hoc autem nunquam, niſi dum alii aliis in rebus occupantur aliqui ſint, qui in id potiſſimum incumbant: quorum expiandi potestas ſacra & publica: qui ſunt, ut ait Paulus ad Corinthios miniſtri Dei, & à ſecretis ejus: qui ſancti: qui denique ſacerdotes à ſacris dicti. Et cum ille Benedictus, eas ob cauſas tum edictorum & ſenatuſconſulti, tum quod ſe deſertum videret à Gallis famoſo contumelioſoque diplomate Regem ſuoſque laceſſiſſet, ſubductio eſt confirmata. anno 1408. folio 116. ann. 1085. in hoc ſchiſmate, exorta eſt primum hæreſis Huſſitarum in Pontifices (cujus ſunt alia etiam multa capita) authore Joanne Vviclefo Anglo, & Joanne Huz Germano ludimagiſtris à quo Huſſitæ nominantur. Hic tot ſibi ſocios adjunxit novitate ſententiæ, ut regnum Bohemiæ invaſerit & occupaverit. poſtea concilium Conſtantienſe illos Pontifices abdicare ſe Pontificatu compulit: & in illum Benedictum ſententia eſt lata ſeſſione 37 ann. 1407. quo an. ſeſſione 41. in eo concilio ille Hus & Vviclefus & Huſſitæ damnati ſunt, ſeſſione 44. (ubi capita hæreſis ſcripta extant) & decreto concilii Baſilienſis. eam pòſt extinctam hæreſim excitavit Lutherus, anno 1515. cum multum diuque fuiſſet in monachiſmo, multaque longa commentatione excogitaſſet, ut ſe legibus religionis ſolveret.

AINIΓMA.

Εν μέσῳ τέλος ἠ ἀρχὴ, ἠ ἡ ἀρχὴ μέσον ἠ τέλος.

Source : BIU Cujas

FRANCISCI HOTMANNI VILIERII

DE STATU PRIMITIVÆ ECCLESIÆ EJUSQUE SACERDOTIIS.

De Patriarchis, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Primatibus, primæ Sedis Epiſcopis, Chorepiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, Hypodiaconis.

De Pontificis Romani poteſtate atque amplitudine.

De Religione populi Romani ex Numæ inſtituto.

Ad Remundum Rufum defenſorem Pontificis Romani, adverſus Carolum Molinæum Juriſconſultum.

Adjectus eſt index, qui rerum capita commonſtret.

Source : BIU Cujas

AUCTORES quibus in hoc Libello usi sumus.

Libri sacri.

XIII. antiquissima Ecclesiæ Concilia Græcis & Latinis conscripta literis.

Irenæus.

Tertullianus.

Cyprianus.

Chrysostomus.

Hieronymus.

Eusebius.

Socrates auctor hist. Eccl.

Gregorius Nazianzenus.

Eutropius.

Paulus Diaconus.

Codex & novellæ Justiniani.

Rufinus.

Codicis Theodosiani libri XVI.

Source : BIU Cujas

FRANCISCI HOTMANNI VILIERII

DE STATU PRIMITIVÆ ECCLESIÆ EJUSQUE SACERDOTIIS.

Ad Remundum Rufum defensorem Pontificis Romani, adversus Carolum Molinæum Jurisconsultum.

QUUM Remundus Rufus paucis hisce diebus volumen ingens promulgarit adversus Carolum Molinæem, virum, ut Rufus ipse sæpè testatur, in scribendo acerrimum & copiosissimum: non est parva spes, fore ut Molinæus cum ingenio & doctrina, tum causæ bonitate & veritate fretus, ei acriter & copiosè respondeat. Sed quoniam & quibus in terris sit Molinæus, & quid rerum agat incertus sum: ac vereor ne si aut voluntas illi, aut otium respondendi, aut fortasse utrumque desit, novus hic Romani Pontificis patronus quasi parta victoria cervicem jactet, & populo se ad coronam & triumphum præbeat, breviter ad ipsius longum & verbosum volumen respondere institui. Eoque lubentius, quod ille permultis sui libri locis, confidentia (ut apparet) ingenii & eloquentiæ suæ fretus, confirmat perlecto suo volumine, quasi hoc à se confecto bello, tam audacem posthac fore neminem, qui hac de re controversiam moveat. Nam cæteros omnes extra Molinæum, qui sedis Romanæ celsitatem adhuc oppugnarunt (pag. 12.) rudes & hebetes appellat. In hoc negotio nihil necesse est volumen illud ingens scriptis exæquare: primum quia hunc laborem suscipimus, non istorum Balaamitarum & Sycophantarum causa, qui mercede adducti nostras Ecclesias oppugnant: sed candidorum & simplicium hominum, qui veritatem solam exquirunt, quæ minimo negotio potest intelligi. Præterea cum id quod caput est, & rem causamque maximè continet, quam ille perpaucis paginis complexus est, tantum modo tractare mihi in animo sit: nihil attinebit istum imitari, qui otio & literis abutens, ad perpaucas Molinæi libri paginas ita prolixe itàque profusè disputavit, ut menses duo vix ad tanti libri lectionem satis esse videantur. Et cùm integrum propè biennium in isto libro moliendo, consumpserit: tamen non est veritus ita illum exordiri, cùm nuper Molinæus edidisset commentationes suas, &c. quasi ille unum aut alterum ab hinc mensem eas promulgasset. Tametsi cùm iste tantopere verborum interpretatione delectetur, vereor propè ne nobis hic litem de vocis istius. Nuper significatione moveat: & ex Cicerone demonstret, etiam ad multò longioris temporis memoriam accommodari. Ergo qui iste feriatus & otio abundans, in suum volumen extra rem causamque cumulavit, quales sunt illæ ex Jurisconsultorum libris penè pueriliter descriptæ authoritates, digressiones de summissione animi, quam Tapinophrosynem Latinè appellat, Pontificum Romanorum Prosopopeiæ cum Molinæo expostulantium, excursiones de Thoma Cantuariensi, de Erasmo, Alciato, Episcopo Vaurensi, Bunello, & aliis generis ejusdem non ignotis hominibus: ea cum ille ut orationis suæ Ciceronianæ divitias ostentaret, instituisse videatur: ego qui quantum ex paupertate Latinæ Linguæ laborem non ignoro, pueris in Ludo. Corderii vexanda & exagitanda relinquam & simulatque duo quæ modo mihi proposui confecero, perorabo.

Nostra quidem quæ sit contentio non obscurum est. Dicimus Ecclesiæ Christianæ unicum à Deo impositum fuisse sive caput, sive principem, sive etiam summum aut Pontificem, aut Episcopum, aut Papam, aut Pastorem, aut Sacerdotem: sive alio quovis nomine appellari placet. Rufus è Parisiensium (ut ipse dicit) patronorum numero, contra pugnat: & præter Christum, Romanum etiam Pontificem & caput & principem & quocumque nomine appellavimus impositum Ecclesiæ defendit. Ex quo quidem intelligitur hanc ad disputandum propositam esse quæstionem, solusne Christus, an præterea etiam Romanus Pontifex sit caput Ecclesiæ. Hæc quæstio facilis & aperta est: & à me, ut spero, candidè ac perspicuè tractabitur. Si inter nos, Rufe, de numero, utra plura essent: aut de majore ac minore, déve graviore ac leviore dissentiremus, perfacilè nostra controversia calculis, aut mensura, aut lance adhibita disceptaretur. Neque unquam de hisce rebus (ut scribit Plato) longa est dissensio. Simillima & plane gemina est earum, quæ de religione nascuntur, contentionum ratio. Omnes enim ille minimo labore, errore nullo explicantur, adhibita ea regula, quam Deus nobis propterea tradidit. Ea autem perpaucis & minimè obscuris literis continetur, quas sacras appellamus. Quibus tu si de hac nostra dissensione judicandi auctoritatem tribuis, celeriter conciliati amici & concordes discedemus. Quanquam tibi ego Rufe etiam hoc loco gratificari malo. Alium tibi præterea judicem fero, quem te video multò etiam lubentius acceptarum. Extant 13. concilia veteris Ecclesiæ Græcis & Latinis mandata literis, Nicænum, Ancyranum,

Source : BIU Cujas

Neocæsarienſe, Epheſinum, & cætera, quorum volo arbitratu ac judicio noſtra hæc controverſia diſceptetur. Primum igitur de primo, id eſt quæ ſit Scripturæ ſententia cognoſcamus.

» Paulus in epiſtola ad Epheſios ſcripta, cap. 1. ſic
» ſcribit, καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν
» ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἥτις ἐστὶν τὸ σῶμα
» αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Et omnia, inquit, ſubjecit, ſub pedibus ipſius: ipſum verò dedit caput ſuper omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius. At quale corpus? in eadem epiſtola cap. 5. declarat his verbis: ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ: id eſt, ex ipſius carne, ex ipſius oſſibus. Chriſtus, inquit, alit & fovet Eccleſiam, quia membra ſumus corporis ipſius, ex carne ipſius, ex oſſibus ipſius. Nunquid nam eſt præterea quod ad iſtius corporis integritatem perfectionemque deſideremus? Atqui hoc amplius ſcribit Paulus. Corpus Eccleſiæ, inquit, complementum eſt omnia in omnibus complentis: id eſt Chriſti. Quibus verbis ſignificat, atque adeò apertè oſtendit, Filium Dei ſe quodammodo imperfectum arbitrari, niſi nobis qui reliquum ipſius corpus ſumus, ſit conjunctus. Mirifica ſanè hæc conſolatio eſt, cùm cogitamus Filium Dei tum denique omnibus partibus ac numeris conſtare, & integrum velle haberi, cùm ſibi nos conjunctos & quaſi coagmentatos habet.

Quæ cum ita ſint, quæro nunc ex te Rufe familiariter & extra omnem contentionem: cùm Eccleſiæ corpus, ita perfectum itaque ſuis omnibus partibus ac numeris conſtans atque abſolutum eſſe Paulus teſtetur: cùm ipſum Filium Dei Chriſtum, à Deo patre hujus pulcherrimi & perfectiſſimi corporis architecto, caput illi ipſi corpori datum affirmet: quum denique ex eadem natura atque ſubſtantia, ex eadem carne, iiſdemque oſſibus, quibus reliquum corpus eſt, ſit & caput ipſi impoſitum: quid tibi tandem in mentem venerit, alterum præterea nobis aliundè quæſitum caput obtrudere? Etenim, ut tu pro eximia tua eruditione non ignoras, caput alterum imponitur alicui corpori, ut imperator exercitui, aut magiſtratus Reipublicæ vel quòd unus ſolus tantam provinciam ſuſtinere non poſſit, ut cùm dictatori Quinto Fabio alter dictator Marcus Minutius adjunctus eſt: vel quia nimia unius potentia metuitur, veluti cum duo conſules, duóve cenſores creati ſunt. Horum autem nobis à Chriſto neutrum imminere periculum, tu certè minimè omnium ignoras. Quare quorſum nobis alterum iſtud caput importunè obtrudas, non intelligo. Sed quid ſit id de quo diſputamus, nobis ab initio conſtituendum eſt. Caput Eccleſiæ eſt membrum illud, quod univerſum corpus Chriſtianorum vi ſua vitali animat, alit, auget ad vitam beatam & immortalem. Hanc tibi, Rufe, probari definitionem, quæ ex ipſius Pauli verbis deſcripta eſt, mihi quidem non eſt dubium. Quod cùm ita ſit, ſolus autem Chriſtus hoc præſtet, quemadmodum eodem loco Paulus ſcribit, ut quiſque carnem ſuam alit ac fovet, ſic Chriſtus Eccleſiam, quæ conſtat ex ipſius carne & oſſibus? Chriſtum ſolum caput eſſe Chriſtianæ Eccleſiæ, facile cuivis eſt perſpicuum. Ab Eccleſiæ verò nomine ac definitione, licebit opinor hoc breve argumentum conficere. Eccleſia, eſt populus convocatus audiens concionatorem, nimirum Chriſtum, de quo præceptum eſt Math. 3. Hunc audite. Hic autem populus non unius tantum ætatis Chriſtianos, neque unius aut urbis aut regionis, ſed omnium omnino & ſuperiorum & præſentis & quæ pòſt futuræ ſunt ætatum, totiuſque orbis terrarum fidentes electoſque complectitur. Hæc enim eſt Eccleſiæ Catholicæ, id eſt, univerſalis nota atque deſcriptio. Quare quum omnis illa ex omni ætate omnibuſque terrarum oris coacta concio, oratorem perpetuum atque aſſiduum præter Chriſtum habere nullum poſſit: ſequitur eum ſolum adhuc in Eccleſia Catholica concionatorem ſummum fuiſſe, & poſthac perpetuò futurum. Qui enim ab eo in terris concionatores conſtituti ſunt, iis partes ac regiones tantùm Eccleſiæ Catholicæ, & quaſi præfecturæ quædam ſingulatim commiſſæ ſunt.

Quanquam quid erat opus tam multis argumentis? Quum Paulus ſcribit Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ, nunquid explicat iſtius principatus poteſtatiſque rationem? Nihil profectò magis. Eſt enim, ait, ipſius « ſponſus. Vir, inquit, eſt caput uxoris, ut Chriſtus « Eccleſiæ. Ut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ſic uxores « viris: ut Chriſtus amat Eccleſiam, ſic viri uxores « ament: ut uxores caro virorum, ſic Eccleſia caro Chri- « ſti. Declarat præterea, quemadmodum Eva ex Ada- « mi viri ſui natura atque ſubſtantia facta & formata eſt, ut quaſi pars ipſius exiſteret: ſimiliter nos ut vera Chriſti membra ſimus, cum ipſius natura atque ſubſtantia communicare: eaque nos communicatione in ipſius corpus coaleſcere. Propterea ſubjungit duos eſſe in una carne, & eandem eſſe communionis noſtræ cum Chriſto rationem, qualem uxoris eſſe cum viro Moſes oſtenderat. Et 2. Corinthiorum 11. Adjunxi vos uni viro, ad exhibendam virginem caſtam Chriſto. Licet igitur his unum in locum coactis, inter ſeque congruentibus argumentis ſic apertè ac perſpicuè diſputemus. Qui caput eſt Eccleſiæ, is ejuſdem eſt maritus, (non enim aliam ob cauſam caput, quàm quia maritus.) Maritus autem unus eſt: ut Paulus ait, adjunxi vos uni viro. Quare qui ſe caput Eccleſiæ ſtatuit, maritum quoque ſe ſtatuit. Si maritum, ergo adulterum: non enim plures (ut dixi) mariti ſunt. Si adulterum, hoſtem Chriſti teterrimum, ac proinde Antichriſtum: quem Paulus 2. ad Theſſ. 2. cap. deſcribens vocat ἀντικείμενον. Huic arrogantiæ quàm ſit adverſa omnium Apoſtolorum oratio, nemo non videt. Illa certè Joannis multò eſt diſſimillima: Unum eſſe ſponſum, reliquos amicos. Valdè contraria illa Pauli, quam modò commemoravi, ſententia: Adjunxi vos uni viro. Quibus verbis ſignificant omnes Eccleſiæ miniſtros, omnes Apoſtolos, Paſtores, Evangeliſtas, Diaconos, hujus ſacri conjugii paranymphos, & quaſi conciliatores quoſdam exiſtere. Quare tu Rufe quàm doctè hoc modo & quàm eleganter argumenteris, mecum quæſo pauliſper conſidera. Cùm, inquis, Chriſtus ſit ſponſus Eccleſiæ, & Eccleſia ſit ſponſa Chriſti, hæc ſponſa « carebitne ſemper capite? Chriſtus quidem caput eſt « Eccleſiæ ſponſæ ſuæ: ſed tamen an idcircò quòd caput « ſit, ſponſa vel uxor habeat avulſum caput humeris, ut « humanum corpus, quemadmodum cætera membra ſic « humanum caput non habeat? Tibi Rufe, abſurdum « videtur & ſtultum & monſtri ſimile, non integram tribui ſponſam Chriſto: ſed capite diminutam ac mutilam. Et nobis quoque idem videtur. At tu ei caput Romani Pontificis affingis. Nos illud arctè & conſtanter retinemus quod ei ſummum hujus corporis architectum ex eadem natura atque ſubſtantia, ex eadem carne, iiſdemque oſſibus impoſuiſſe modò ex Pauli verbis intelleximus. Verumtamen, inquis, is Chriſtus eſt maritus: quanam igitur, ratione ſimul & caput & maritus eſt? Eadem, inquit Paulus, qua maritus quiſque ſuæ eſt conjugis, quia tamen arcanum ac reconditum myſterium eſſe non diffitetur, τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον, inquit, μέγα ἐστίν: ἐγὼ δὲ λέγω, εἰς χριστὸν καὶ ἐκκλησίαν. Hoc arcanum, inquit, magnum eſt: hoc, inquam, Chriſti & Eccleſiæ conjugium atque conjunctio.

At enim nullum hic à nobis ordinem & quaſi deſcriptionem obſervari dicis, ſi non mortale aliquod his membris mortalibus caput accommodemus. Mi- « rum iſtud, inquis, in omnibus rebus improbamus quod « confuſum eſt, in omnibus rebus expetimus ordinem. « At iſti in ſacerdotio non patiuntur. An ubi æqualia om- « nia, ordo eſt? Ubi nec prius, nec poſterius, neque pri- « mum, neque poſtremum? Oportet ſanè & græci aiunt, « τὰ ὑπαγγελλα τεταγμένα εἶναι, id eſt ſuperiora & inferiora « eſſe

» esse : unde τάξιν ordinem appellant. Mirum verò mihi
» multò magis est, vir doctissime, te istuc ætatis & eru-
» ditionis provectum, nunquam tamen eum ordinem
» eamque partium convenientiam, quam Paulus Ec-
» clesiæ fabricatione demonstrat, animadvertisse. Alios,
» inquit, dedit Apostolos, alios Prophetas, alios E-
» vangelistas, alios Pastores ac Doctores ad instaura-
» tionem Sanctorum, in ædificationem Corporis Chri-
» sti, id est Ecclesiæ. Et 2. Corinth. 13. vos autem
» estis Corpus Christi, & membra ex parte. Et alios
quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertio Doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum. Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores? num omnes Potestates? num omnes dona habent sanationum? num omnes linguis loquuntur? Vides nunc, Rufe, quanta in ista corporis fabricatione εὐμμετρία, quanta venustas, dignitas, pulchritudo? quàm aptè omnia distributa, connexa, collocata? quàm nihil confusum, nihil disjectum, nihil conturbatum? Primùm in summo corporis & dignissimo loco Christus caput ab ipso est effectore ac molitore hujus corporis Deo impositus: Secundo loco Apostoli 12. quasi 12. Patriarchæ, qui novam Israëliam Rempublicam constituant. Tertiò Prophetæ, id est veterum vaticinationum interpretes, quibus Deus præcipuè mysteria suæ religionis enuntiavit, ut eas vaticinationes in rem præsentem accommodarent. Quartò Evangelistæ, qui, item ut Apostoli, Christi adventum nuntiabant, illis tamen dignitate inferiores, quales Lucas, Timothæus, Titus. Quo in grege licet etiam 70. Discipulos annumeremus, qui exemplo illorum antiquorum, quasi 70. novæ Israëliæ Reipublicæ judices ac moderatores constituti sunt. Quintò Pastores sive Episcopi, quibus certi gregis cura commissa est, & qui quasi in certo ac stato præsidio collocati sunt. Sextò Doctores, qui tum instituendis Pastoribus, tum erudiendæ tori alicui Ecclesiæ præficiuntur. His postremò Diaconos subjungere possumus: quorum idem ad Romanos scribens cap. 12. duo genera constituit, ut alii scilicet, quasi διοικήται, id est dispensatores egentibus donatas pecunias administrent: aliis pauperum & ægrotorum procuratio committatur.

Considera nunc Rufe ἄνω καὶ κάτω, ut Plato jubet: & illa tua quæ paulò antè requirebas τὰ ὑπαγόμενα πεπαγμένα animadverte. Vides ut alia aliis subjuncta sint? ut nihil non dispositum, nihil non decenter, non ordine, non congruenter, non aptè sit collocatum? An tu qui τὴν τάξιν à nobis exquiris, ibi negas τὰ πάντα πεφυλαγμένα εἶναι, id est rei militaris disciplinam conservaram, cùm in acie penes unum aliquem summum imperium est, summa potestas, summa denique Reipublicæ: cæteri verò ταξίαρχοι, Legati, Præfecti, Tribuni, Centuriones suum quisque ordinem ducant, neque alter sibi alterius præfecturam arroget? Hoc loco, quia mihi recum, qui exterarum gentium historias subinde ad causam tuam contorques, negotium est: paulisper à Theologorum ratione atque consuetudine deflectendum videtur. An cùm bello piratico administrando Caius Pompeius cum summo Imperio præfectus quinque & viginti Legatos, quos illi Senatus (quod nemini antea) dederat, ita per universum mare Mediterraneum distribuit, ut qua quisque in ora constitutus esset, ibi consisteret: neque alter in alterius regionem excurreret, cum alii quidem columnæ Herculeæ, alii mare Hispanicum, alii mare Gallicum, Ligusticum, Thyrrenum, Jonicum, aliæ denique aliis atque aliis maris Mediterranei partes attributæ essent: unde intra dies 40. piratæ omnes expulsi ac profligati sunt: an tum, inquam, ab illo maximo & sapientissimo Imperatore τὴν τάξιν conservatam esse non putas? At nos πάντων τὴν τάξιν eandem quæ à Christo usurpatam esse rationem dicimus. Cùm enim ille summum sibi in Ecclesia sua imperium ac dominatum retineat: tum verò suos singulis in imperii sui civitatibus Episcopos, quasi præfectos in præsidiis collocatos habet: quorum alter in alterius præfectura atque provincia planè privatus ac sine potestate est: tametsi quomodo in exercitu Consul Legato, Legatus Tribuno, Tribunus Centurioni, Centurio militi tum dignitate, tum etiam potestate præstat: eodem modo Apostoli quidem Prophetis, Prophetæ Evangelistis, hi Pastoribus, id est Episcopis, Episcopi Doctoribus, Doctores Diaconis, Diaconi privatis, id est quibusvis de populo, quos Græci λαϊκοὺς ex eo appellant, & honore, & dignitate, & auctoritate antecellunt. Hanc igitur in Ecclesia ἐυταξίαν, id est descriptionem, ordinem, & quasi œconomiam, quæ ab summo, ut dixi artifice Deo planè χωμετρικῶς instituta est, quandiu vita suppetet, fortiter & constanter teneamus: neque à quoquam non dicam mortalium, sed ne Angelorum quidem ulla ex parte infringi aut labefactari patiamur.

Hactenus Scripturæ sacræ de Christo unico Ecclesiæ capite judicium sententiamque cognovimus. Proximum est, ut quæ sit eadem in re & quæstione veterum Ecclesiæ conciliorum sententia, breviter exponamus. Hoc quum facimus, qualis inde usque ab Apostolorum ætate repetita memoria ad annos amplius quingentos & quinquaginta sedis Romanæ potestas, dignitas, atque amplitudo fuerit, demonstramus. Atque ut summatim ea quæ ex veteris Ecclesiæ monumentis cognovimus, brevitérque complectamur: dicimus in singulis provinciis quum essent singulis Episcopis singulæ attributæ civitates, moris fuisse, ut eorum unus aliquis de collegarum omnium sententia, quasi magister collegii constitueretur: qui quoties res postularet, collegas quasi Senatum cogendi, & ad eos de Ecclesiarum negotiis referendi potestatem haberet, ita planè, ut neque illi sine hujus, neque hic sine illorum consensu atque auctoritate gravius quicquam gereret. Hunc magistrum collegii, Græci modò τὸν πρῶτον, id est primum, modò τὸν πρωτεύοντα, aut πρόεδρον, id est præsidem sive antistitem, modò πατριάρχην id est patrum principem, frequentissimè verò Metropolitam appellabant: nimirum quòd ejus civitatis esset Episcopus, quæ Principis beneficio jus dignitatemque Metropolis esset assecuta. Erant autem Metropoles in quibus Rectores provinciarum conventum & forum agebant: id est, quò ex vicinis ac finitimis civitatibus vadimonium promittebatur. quemadmodum ex Chrysostomo intelligimus, qui Homilia ad populum Antiochenum 17. commemorat de Imperatore Theodosio, qui Antiochiæ dignitatem nomenque Metropolis ob statuarum eversionem ademerat. Et quanquam initio positum hoc nomen in iis tantùm civitatibus videtur, unde deductæ coloniæ fuerant. Cujusmodi Cæsar, Livius, Plinius, & Ptolemæus nonnullas numerant: quarúmque exemplo Pontianus apud Athenæum, vinum eleganter malorum omnium Metropolim appellat: quippe ex quo ebrietates, insaniæ, debacchationes manant. hoc tamen sensim consuetudo tulit, ut illarum similitudine aliæ quoque vulgò Metropoles, nonnunquam matrices civitates appellarentur. Eorum ergo Episcoporum, qui in illis civitatibus collocati erant sedes plerunque ματρίκιοι καθέδραι, plerumque πρῶται καθέδραι, id est matrices & primæ sedes nominabantur. ut Carthaginensis concilii κεφ. ρκδ', κγ' κγ. nonnunquam etiam μείζων πόλις eadem civitas vocabatur, id est civitas major: ut Calcedon. concilii κεφ. δ'. Οὐδὲ ἡ μείζων τυγχάνων πόλει, φησὶν ἔσται, τῇ μητροπόλει: id est qui sedet in majore civitate, hoc est in Metropoli. Sed harum rerum omnium operæ prætium est testimonia cognoscere. In Antiocheno igitur concilio κεφ. δ'. lex est his præscripta verbis: Τοὺς καθ' ὁκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προε-

» ζῶντα ἐπίσκοπον, ἢ τὸ φερόμενα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει, παυλαχόθεν συντρέχειν πάντας
» τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μηδένα τολμᾶν ἄνευ τῆς τοῦ μητροπολίτου γνώμης χειροτονεῖν
» ἐπίσκοπον, ἢ διακόνους, ἢ ἄλλως τινὰ τῶν κατὰ τὸν κανόνα ὑποκειμένων. τὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ κρινέσθω κατὰ τὸν
» κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, τὰ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καὶ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ τὰ τῆς
» ἐπαρχίας μόνα ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸ χώρους. ἑκάστου γὰρ ἐπισκόπου ἐξουσίαν ἔχειν τὴν ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τῷ ἑκάστῳ ὑποκειμένῳ εὐλάβειαν, καὶ προνοεῖν πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. πρωτεύειν δὲ μηδὲν πρᾶττειν ἐπιχειρεῖν δίκαι τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου: μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τοῦ λοιπῶν γνώμης.
» id est Episcopi qui sunt in singulis provinciis sciunto eum qui Episcopus in Metropoli præsidet, curam etiam totius provinciæ gerere. propterea in Metropolim undique concurrunt, qui habent negotia. Quare placet ut ipse honore reliquis antecellat, & alii Episcopi nihil gravius & quod majoris sit momenti sine ipso gerant (secundum decretum, quod obtinuit patrum nostrorum.) & ea sola quæ ad cujusque paroeciam ac præfecturam, ipsique subjectam regionem pertinent. Unusquisque enim Episcopus potestatem & gubernationem habet suæ paroeciæ, eamque pro suo quisque studio & diligentia administrato. Curamque gerito totius regionis, quæ suæ urbi subjecta est, ut & Presbyteros creet, & Diaconos, & cum judicio omnia disponat. Nihil autem audeat amplius gerere sine Metropolis Episcopo: at neque hic ipse sine reliquorum sententia. Perspicuum est igitur & planè manifestum, in singulis provinciis singulos fuisse antistites & quasi magistros collegii, qui suos collegas, quasi Senatum in sua civitate congerent: quod Concilium provinciale appellabant, in quo cuncti de provinciæ suæ Ecclesiasticis negotiis cognoscerent: Episcopos, in his Metropolitam ipsum, crearent: lites & controversias, si quæ ortæ essent, disceptarent: cujus quidem concilii tum erat rata & fixa auctoritas, quum ipse Metropolitanus ei præfuisset. ut eodem concilio constitutum est, κεφ. ις, Τελείαν
» δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον ἢ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως: id
» est, perfectum autem esse ac ratum illud concilium, cui Metropolis Episcopus interfuerit. Et omnino suæ tantùm, ut dixi, provinciæ procurationem illi Metropolitani gerebant: ut neque Thraciæ Antistes Ponticæ, neque Ponticus Thraciæ, non Romanus Alexandrinæ, non Alexandrinus Romanæ Ecclesiæ negotiis sese interponeret. Cujus rei Nicænum concilium testimonio est, cujus capite sexto ita constitutum
» est. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ
» Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων
» ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο
» συνήθες ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καὶ
» ὅλως δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι ἔστι χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸ τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε
» μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. id est, Antiqua consuetudo valeat, quæ in Ægypto, Lybia, & Pentapoli fuit, ut Alexandrinus Episcopus excellentiam super hæc omnia summamque dignitatem habeat: quoniam & Romano Episcopo hæc ipsa consuetudo est. Similiter autem & apud Antiochiam & in cæteris provinciis, primatus, dignitas, amplitudo, auctoritas Ecclesiis conservetur. Illud autem omnino constat, quod si quis sine consensu Metropolitani fiat Episcopus hunc magnum concilium definit Episcopum esse non oportere.

Videmus nunc opinor, Rufe, luce clarius, si modò cæci esse nolumus, cùm attributam Episcopo Romano antea fuisse suam Provinciam, tum ipsius jurisdictionem suis certis ac descriptis finibus ita circumscriptam ac circumclusam, ut omnis omnium Balaamitarum eloquentia, nihil hoc loco inobscurare, nihil calumniari, nihil denique infuscare possit, est enim quædam (ut ille dixit) ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit. Verumtamen ut res quam maximè clara ac testata sit, eum præterea interpretem audiamus, cujus tu nunquam scio, neque judicium, neque auctoritatem defugies. est enim tuus penè gentilis. Rufinus igitur libro decimo hist. Eccles. quo loco Synodi Nicænæ decreta interpretatur. Apud Alexandriam, inquit, & in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut & ille Ægypti, & hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat. Hæc Rufinus: qui fines, ut apparet, Romanæ provinciæ suburbanarum tantum urbium terminis à Nicæna Synodo, circunscriptos esse testatur. Sed nihil horum apertum est, præ ut illa Constantinopolitani concilii cap. 2. quæ cujusque provinciæ terminos ita perspicue ac penè γεωμετρικῶς definiunt, ut rem propè oculis subjicere videantur. Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους, τοὺς ὑπὲρ τοὺς ὁρίους ἐκκλησίαις μὴ ἐπέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας. ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας, τὸν μετὰ ἀλεξάνδρειαν ἐπίσκοπον, τὰ ἐν αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν. τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους, τὰ ἀνατολὰ μόνα διοικεῖν. φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ νικαίαν πρεσβείων τῇ ἁγιοχείων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς τῆς ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους, τὰ κατ' ἀσιανὰ μόνον οἰκονομεῖν. καὶ τοὺς τῆς ποντικῆς, τὰ τῆς ποντικῆς μόνα. καὶ τοὺς τῆς θρακικῆς, τὰ δὲ θρακικῆς μόνον οἰκονομεῖν ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ βαίνειν ἐπὶ χειροτονίᾳ ἢ ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. φυλαττομένου δὲ καὶ τὰ περιγεγραμμένον περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, ἔκδηλον ὡς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὡρισμένα. id est, Episcopi quibus sua diœcesis attributa est, ne in Ecclesias quæ extra fines suos sunt, se inferant: néve Ecclesias confundant. Sed secundum Canones, Alexandriæ quidem Episcopus, ea tantùm quæ in Ægypto sunt, gubernet. Orientis verò Episcopi, solum Orientem administrent, conserveturque sua Antiochenæ Ecclesiæ dignitas, amplitudo, auctoritas, quæ in Nicæna Synodo declarata est. & Episcopi Asianæ diœcesis sive præfecturæ, ea tantùm quæ in Asia sunt, gubernent. qui in Ponto sunt, quæ in Ponto tantùm. Thracii verò ea tantùm, quæ sunt in Thracia. Episcopi autem nisi advocati, ne in alienam præfecturam se inferant, sive ad suffragia, sive ad alias ullas administrationes Ecclesiasticas. Quòd si prædictus canon super præfecturis & diœcesibus conservetur: perspicuum est quòd cujusque provinciæ negotia unaquæque provincialis Synodus gubernabit: quomodo Nycæno concilio constitutum est. Tenemus, opinor, Rufe, nunc quemadmodum provinciæ descriptæ ac definitæ sint, & suis quibusque Metropolitanis Episcopis sive Primatibus attributæ. Intelligimus præterea quod Nicæna Synodo constitutum est, ut Alexandrinus Episcopus ἐξουσίαν, id est præstantiam & summam dignitatem super Ægyptum, Pentapolim & Lybiam habeat, id non ita intelligendum esse, quasi omnes hasce regiones gubernaret, & earum solus Metropolita existeret. Nam hoc concilium Ægyptum illi solam attribuit: & in concilio Carthaginensi complures non magnæ provinciæ Africæ commemorantur, ut Byzacena, quam Plinius Ptolomæus, & alii in Africa minore statuunt, cujus incolæ Libyphœnices appellantur: Tripolis, quam Plinius Neapolim, Ptolemæus Leptim magnam appellat. item duarum Numidiarum, Mauritaniæ, & hujus tum Cæsariensis, tum Sitiphensis: Sarianæ. Quid ergo est? ut Romana, inquit, caput est Italicarum omnium, Antiochena totius propè Orientis, ita Alexandrina præstantiam dignitatis in illas omnes habeat. Nam ἐξουσίαν apparet idem significare, quod illud proximum, τὰ πρεσβεῖα (comparantur enim inter se Alexandrina, Romana, & Antiochena Ecclesia) & quod in sequenti capite appellatur ἀξίωμα, quod Hierosolymæo Episcopo tribuitur. qua de causa quatuor iis semper τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, id est principatus honoris attributus est: ut paulò post ostendemus. Et hoc nomen Plato hac

Source : BIU Cujas

significatione apertè usurpat epistola 3. ubi de assentatione loquens, Οὗ, inquit, κακὸν οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτος τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ὑπεροχῆς δύναμις, id est, Quo malo majus nullum pariunt magnæ opes, & alterius cujusvis præstantiæ potentia. Hanc autem ὑπεροχὴν, sive dignitatem, non in Metropolitanis aut Episcopis creandis constitisse, cùm ex multis locis, tum ex Ephesini concilii capite postremo intelligitur, quo denegata est Antiocheno Episcopo potestas quàm sibi sumebat, creandi in Cypro Insula Episcopos, & jus suum Cypri Metropolitis integrum inviolatumque in sua provincia conservatur. tametsi tam sæpe τῶν πρεσβείων Antiochenæ Ecclesiæ, attributorum mentio fiat, & Chrysostomus qui floruit anno 450. Homilia 3. ad populum Antiochenum de ea loquens, sic scribat civitatum sub Oriente positarum caput & mater est civitas nostra. Atque hæc quamvis per se facilè ac nullo negotio intelligantur: tamen quia Socrates is, qui Ecclesiasticam historiam conscripsit libro 5. de hoc ipso (quod velim à lectoribus attendatur) concilii Constantinopolitani capite mentionem facit, non inutile fuerit ejus verba proferre, atque accuratè perpendere. quòd cùm hunc locum vehementer illustrant, tum verò errorem pervulgatum aperiunt: qui chronographos quosdam non indoctos homines induxit, existimantes tum primum constitutos esse Patriarchas, quum illud Constantinopolitanum concilium coactum est. Quos enim hoc ipsum cõcilium Metropolitas, eos ipsos Socrates diserte ac perspicuè de iis ipsis Primatibus loquens, Patriarchas appellat. Ἐβεβαίωσάν τε αὖθις οἱ ἐν νικαίᾳ πίστιν, καὶ πατριάρχας κατέστησαν διανεμάμενοι ταῖς ἐπαρχίαις, ὥστε τὸν τῶν διοικήσεων ὑπερκόπους, καὶ ἀβροδείοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιβαίνειν. τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγίνετο ἀδιαφόρως. καὶ κληρῶται νεκτάριος μὲν τῆς μεγαλόπολιν, καὶ τῆς Θράκην. τῆς δὲ ποντικῆς διοικήσεως, ἑλλάδιος ὁ μὲν βασιλειν καισαρείας τῆς καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, γρηγόριος ὁ νύσσης, ὁ βασιλείου ἀδελφὸς, καππαδοκίας δὲ καὶ ἥδε πόλις, καὶ ὁτρηῖος ὁ τὸν ἐν ἀρμενίᾳ μελιτηνῆς, τῆς πατριαρχίαν ἐκληρώσατο. τὸν ἀσιανῆς δὲ λαγχάνει ἀφιλέχιος ἰκονίε, καὶ ὄπτιμος ὁ ἀντιοχείας τῆς πισίδιας, τὰ δὲ κατὰ τῆς ἀγχύρου τιμοθέῳ τῷ ἀλεξανδρείας πρωτευμένη. τῶν δὲ κατὰ τῆς ἀποστολικῶν ἐκκλησιῶν, τῆς διοικήσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπισκόποις ἐπέτρεψαν, πλαγίῳ τε καὶ τῷ λαοδικείας, καὶ διοδώρῳ τῷ ταρσοῦ, φυλάξαντες τὰ πρεσβεῖα τῇ ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ἅπερ τότε παρὼν μελετίῳ ἔδωσαν. ὥστε καὶ ἐν ὅσαις ἐπαρχίαις κελεύσει, τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἵνα ἡ τῆς ἐπαρχίας συνόδος διοικῇ. τούτοις δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγγένετο σύμψηφος, ἡ μὲν οὖν σύνοδος τοιοῦτον ἔχε τέλος. id est, Rursus fidem à Nicæno concilio traditam confirmarunt, & Patriarchas descriptis provinciis, constituerunt. ut Episcopi certæ diœcesi præpositi, in alienas Ecclesias ne invaderent. hoc enim antea propter vexationes & persecutiones promiscuè fiebat. sortitur ergo Nectarius Megalopolim (Constantinopolim significat) & Thraciam. Ponticæ autem diœceseos Helladius, is qui Basilio Cæsariæ Cappadocum Episcopo successit, Gregorius Basilii frater Nyssæ, quæ ipsa urbs quoque est Cappadociæ, Episcopus, & Otreius Melitenæ, quæ in Armenia est, Episcopus Patriarchiam sortiti sunt. Asianam verò sortiuntur, Amphilochius Iconii, & Optimus Antiochiæ Pisidiæ Episcopi. Ægyptiaca Timotheo Alexandrino Episcopo attributa est. Ecclesiarum porrò, quæ in Oriente sunt, administrationem iisdem Episcopis commiserunt, Pelagio Laodicensi & Diodoro Tarsensi Episcopo: conservantes tamen primum honoris, dignitatis & auctoritatis gradum Antiochensium Ecclesiæ, quem ei qui tum aderat Meletio dederunt. Statuerunt autem ut quoties res postularet, de cujusque provinciæ negotiis cujusque provinciæ Synodus constitueret. his Rex assensus est. Hæc ille. Apertè igitur Socrates omnes Metropolitas Patriarchas appellat: & in his Alexandrinum, cujus Patriarchiam reliquis comparat: ex quo intelligitur eam non multis partibus reliquis majorem fuisse. Decem autem Patriarchias hoc loco enumerat: Nestorii Episcopi Constantinopolitani, in Thracia: Helladii Cæsareæ, in Cappadocia: Gregorii Nyssæ, in Cappadocia: Otreii Melitenæ, in Armenia: Amphilochii Iconii, in Asia minore: Optimi Antiochiæ, in Pisidia: Pelagii Laodiceæ, in Syria: Diodori Tarsi, in Cilicia: Meletii Antiochiæ, in Syria: Timothei Alexandriæ, in Ægypto. Quam ipsam descriptionem reperio etiam in constitutione quadam Theodosiani codicis, ejus qui beneficio Joannis Tilii viri clarissimi nuper in lucem editus fuit. In libro 16. titulo *de fide Catholica*. libro 3. scriptum est hoc modo. Episcopis tradi omnes Ecclesias mox jubemus, quos constabit communione Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, nec non Timothei intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos, quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi in Asia, necnon Proconsulari atquæ Asianæ diœcesi Amphilochio Episcopo Iconensi, & Optimo Episcopo Antiocheno in Pontica (legendum apparet Pisidica) diœcesi Helladio Episcopo Cæsarienſi, & Otrio Meliteno, & Gregorio Episcopo Nysseno, Terennio Episcopo Scythico, Marmario Episcopo Marcianop. communione constiterit. Hæc Imperator Gratianus, Valentinianus & Theodosius. Ex quorum constitutionibus ejusdem libri illud etiam observavimus, summum Judæorum Pontificem ab iis Patriarcham perpetuò nominari: ut lege superstitionis. De his qui super religione contendunt. lege Judæorum. lege si quis. lege Judæi. lege cuncta. lege dudum. sub eodem titulo. è quibus lex Judæorum translata est in codicem Justiniani, titulo *de Judæis & Cælicolis*. Paulus vero Diaconus ubique Socrati consentit, qui libro 3. ubi de Helia Aquilegiensi Patriarcha mentionem facit, quem satis constat Aquilegiæ, quæ Metropolis & (ut scribit Strabo) nobile Illyrici emporium fuit, Metropolitanum fuisse. Est etiam locus in hanc sententiam apertissimus capite Nicænæ Synodi 7. quem subjiciam. Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν αἰλία ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος. id est, Quoniam consuetudo valuit, & traditio antiqua ut Hierosolymitanus Episcopus honoretur, habeat consequentiam honoris (id est præcedat alios honore) ut Metropoli sua dignitas conservetur. Manifestò igitur Hierosolyma Metropolis nominatur, in qua qui Metropolitanus erat Episcopus, Patriarcham appellatum patet ex locis innumeris, quos passim exposuimus.

Sed hoc loco quæretur ab hominibus studiosis, quænam illæ Matrices civitates fuerint, & quorum arbitrio constituerentur. His respondebimus ex Chalcedonensis concilii κεφ. 16. Matrices illas civitates, quas Metropoles Græci appellant, principum arbitrio ac voluntate singulis in provinciis constitutas esse: quod ex ipsius verbis facilius ac certius intelligemus. Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινὲς παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προϛεγόμενοι δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον, ὡς ὂν τοῦτον δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τὰ λοιπὰ μενέτω τοῖς τοῦτο τολμῶσι περὶ ὑπερκόπων. ὅπου δὲ τοῖς τοῦτο ἐπιχειροῦσι σκήπτειν τὴν ἰδίαν βαθμόν. ὅστις δὲ μητροπόλεως ἐπωνύμησεν ὀνόματι, μόνας ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τῆς ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ὑπερκόπος. δῆλον ὅτι σωζομένων τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων. id est, Pervenit ad nos quòd quidam contra leges Ecclesiasticas potentatus affectantes, opera pragmaticorum quorumdam, unam provinciam in duas divisserunt, ut propterea duo in eadem provincia sint Metropolitæ. Statuit ergo sancta Synodus, ne posthac Episcopus ullus id audeat, alioqui qui hoc ausus fuerit, de gradu ac dignitate sua dejiciatur. Quæ vero urbes per edicta Regum Metropolis nomine decoratæ sunt, solæ hoc honore

Source : BIU Cujas

» fruantur : & qui Ecclesiam ejus civitatis Episcopus
» administrat. scilicet suo (verè & ut decet) matrici ci-
» vitati jure atque honore conservato. Neque me la-
tet , quòd auctor earum epistolarum quæ Clementis
& Anacleti nomine falsò inscribuntur , hac de re tra-
didit. eas videlicet dictas Metropoles , in quibus Eth-
nici suos Archiflamines & Protoflamines habebant.
Sed cùm de sacerdotiis illis nulla usquam fiat mentio
(ut suo loco exponemus) tum verò satis constat Eth-
nicos suarum civitatum dignitatem , non ex sacerdo-
tum præstantia , sed arbitrio principum metiri con-
suevisse , ut quibus in urbibus conventus agerentur,
ex Metropoles , quasi unde essent deductæ coloniæ,
appellarentur. quod etiam ex Chrysostomi concione,
quàm paulò antè citavimus , facilè perspicuum est,
qui jus Metropoleos Antiochiæ à Theodosio Impe-
ratore ademptum scribit , quòd statuas evertissent.

Adhuc & qui Metropolitani Episcopi , & quæ Me-
tropoles , quorumque arbitrio distinctæ ac definitæ
essent , explicavimus. Proximum est igitur ut de Me-
tropolitanum jurisdictione ac potestate disputemus.
Ita enim quanta semper optimis & antiquissimis tem-
poribus Ecclesiæ Romanæ jurisdictio fuerit, planius
ac dilucidius intelligetur. Metropolitanum quidem
jam antea docuimus hoc juris ac potestatis habuisse,
ut & conventum Episcoporum , suæ scilicet provin-
ciæ cogerer , & ad eum de suarum Ecclesiarum nego-
tiis referret. quòd si creandus aliquis esset Episcopus,
eo præsente atque auctore crearetur : Si ipse crean-
dus , ab eadem Synodo dumtaxat : neque aliud in ve-
tustissimis conciliis ea de re constitutum est : Sin ab-
dicandus , de communi totius Senatus sententia re-
moveretur. Veruntamen quid si Episcopus à Synodo
provinciali damnatus , injustè se damnatum putet :
nemóne quem appellare possit reperietur ? Cognos-
camus Antiocheni concilii super hac quæstione de-
» cretum κεφ. ιζ. Si pares sunt , inquit , Episcoporum
» sententiæ , ut alii damnent , alii absolvant , Metro-
» politanus Episcopus ex propinqua provincia alios
» quosdam Episcopos de eo judicaturos advocet,qui am-
» biguitatem tollentes cum provinciæ Episcopis , quod
» alteri parti visum erit , confirment. De Romano E-
piscopo mirum silentium. Quid autem si una omnium
sententia fuerit Episcoporum ejus provinciæ , & Epis-
copus non variè , sed planè conjunctis sententiis sit
damnatus ? Decretum ejusdem Antiocheni concilii
κεφ. ιν. verat ne judicium illud renovetur , néve ma-
jor potestas , ad quàm auxilii ergo provocari possit.
ulla habeatur. Τὸν μηκέτι παρ ἑτέρους δικάζεσθαι, ἀλλὰ
μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῆς ἐπὶπᾶς ἐπαρχίας τῶν ἐπισκό-
πων ἀπόφασιν. id est , Ne amplius apud alios judice-
tur , sed maneat firma unanimis illius provinciæ E-
piscoporum sententia. Quid autem si aliquanto ma-
jor , sed non una omnium sententia ? Capite ejusdem
concilii 12. potestas damnato permittitur universale
concilium appellandi : quemadmodum etiam conci-
lii Carthaginensis ad R. Episcopum epistola declarat.

Atque hæc quidem Ecclesiæ Christianæ instituta
adusque quadringentos amplius triginta annos inte-
gra atque inviolata permanserunt. quod etiam ex E-
phesinæ synodi universalis capite postremo intelligi-
» tur : in quo scriptum est hoc modo , Ἔδοξε τοίνυν τῇ
» ἁγίᾳ , καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καὶ
» διοικήσει καὶ ἀξίαις τὰ αὐτῇ πρόσοντα δίκαια , αὐτῇ ἀρχῆθεν
» ἀνέκαθεν καὶ τὸ πάλαι κρατήσαν ἔθος. id est : Visum est igitur
» sancta & universali Synodo , servanda unicuique pro-
» vinciæ pura & integra jura , quæ ad ipsam pridem
» & ab initio pertinent , secundum morem qui jamdu-
» dum obtinuit. At paucis post annis Constantinopoli-
tanus Episcopus ambitione & cupiditate regnandi in-
census , ausus est præclaram illam Ecclesiæ descriptio-
nem & œconomiam convellere. Cùm enim Imperato-
res sedem imperii sui , Senatumque in ea civitate
constituissent , ille artibus suis perfecit , ut ea Me-
tropolis quæ tantum ornamentum accepisset , digni-
tatem quoque & potestatem aliquam præter cæteras
Metropoles eximiam ac præcipuam obtineret. Ita-
que quod Constantinopolitani 1. capite secundo con-
stitutum erat , ut Asiæ , Ponti , & Thraciæ Metropo-
litæ , suæ quisque provinciæ procurationem gererent,
quod , inquam , eorum quisque ipsi Alexandrino,
quem Metropolitam , sive Patriarcham fuisse constat,
jure , ac potestate par esse declaratur, proximo uni-
versali concilio , id est Chalcedonensi , funditus abro-
gatum est. & novo more , nullo exemplo constitu-
tum , ut harum omnium provinciarum Metropolitas
solus Constantinopolitanus Episcopus constitueret,
qua lege Antiochenæ Ecclesiæ πρεσβεῖα, id est auc-
toritatem ac dignitatem , quæ tum Nicæno , tum Con-
stantinopolitano concilio tantopere commendabatur,
planè extinctam esse nemo non videt : & omnino æ-
quabilitatem provinciarum , quæ à majoribus con-
servata & tradita fuerat , turpissimè confusam ac per-
turbatam. Cùm enim de Alexandrino Episcopo Con-
stantinopolitanum concilium loquatur : eúmque aper-
tissimè Thracio , Pontico & Asiatico Metropolitis
conferat : non est id quidem dubium , quin ut ille à
sua Synodo , sic horum quisque à sua , item ut alii
omnes , constitueretur. Verba Chalcedonensis hæc
sunt. Καθὼς τοῦ τῆς ποντικῆς , καὶ τῆς ἀσιανῆς , καὶ τῆς θρακι- «
κῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους , ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρ- «
βαρικοῖς ὑποκόπους τοὺς προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖ- «
σθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κωνσταντινου- «
πολιτῶν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. id est , Ut Ponticæ , Asia- «
ticæ , Thraciæ diœcesis Metropolitani soli , & «
præterea ii qui inter barbaros sunt , Episcopi prædi- «
ctarum diœcesum crearentur à prædicto sanctissimo «
Throno Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Itaque tum «
primùm quasi Triumviratus ille Cæsaris , Lepidi &
Antonii renovatus est , & in Ecclesiam Christianam
introductus : ut Alexandrinus Africam , Romanus
Occidentem , Constantinopolitanus partem Europæ
& Asiam propè totam obtineret , præter perpaucas
Ecclesias , quæ Hierosolymitano , dicis causa relictæ
sunt , propter urbis auctoritatem & amplitudinem.
qua de causa ipse quoque in hunc ordinem est coop-
tatus. Itaque Quatuorviri tum primùm regendæ Ec-
clesiæ constituti sunt , qui sensim Patriarcharum &
Archiepiscoporum nomen , quod omnibus (ut dixi)
Metropolitis antea commune fuerat , sibi proprium
ac peculiare fecerunt. id quod ex his secundi Con-
stantinopolitani non universalis concilii capite 36. fa-
cilè intelligimus. Διατεθέμενοι τὰ περὶ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει συνελθόντων , καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν χαλκη- «
δόνι συναθροισθέντων τῶν νομοθετησάντα , ὁρίζομεν ὥστε τὸν κωνστα- «
ντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τὸν τῆς πρεσ- «
βυτέρας ῥώμης θρόνου , καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον «
μεγαλύνεσθαι πράγμασι , δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα , «
μεθ' ὃν ὁ τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως , καὶ κατὰ τοῦτον ὁ τῆς ἱερο- «
σολυμιτῶν πόλεως. id est , Renovantes quæ à centum «
quinquaginta sanctis Patribus , qui in hac à Deo ser-
vata & regia urbe conventum egerunt , & sexcento-
rum triginta qui Chalcedone congregati fuerunt in-
stituta sunt , definimus ut Constantinopolis sedes pa-
rem habeat dignitatem sedi antiquioris Romæ , & in
Ecclesiasticis negotiis æquè atque illa magnificetur :
cùm sit post ipsam secunda , postquam Alexandrino-
rum magnæ urbis : & post hanc Hierosolymarum E-
piscopus succedat. Justinianus autem qui fuit æqualis
temporum illorum , cujúsque Imperio concilium il-
lud coactum est , novella constitutione 123. paulò
apertius id declarat. Κελεύομεν , inquit , τοὺς μακα-
ριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας τῆς ἐπὶ τῆς πρεσβυ-
τέρας ῥώμης , καὶ κωνσταντινουπόλεως , καὶ ἀλεξανδρείας , καὶ θεου-
πόλεως ἢ ἱεροσολύμων , εἰ μὴν ἡ συνήθεια ἔχει , & quæ se-
quuntur. id est , Jubemus beatissimos Archiepiscopos
& Patriarchas , hoc est antiquioris Romæ, Constanti-

Source : BIU Cujas

nopolis, Alexandriæ, & divinæ urbis, sive Hierosolymarum Episcopi, si quidem consuetudo est, &c.

Atque ut istius Constantinopolitani Patriarchæ impotentiam planius intelligamus, capita nonò ejusdem Chalcedonensis concilii, jurisdictionem omnibus propè Asiæ & Orientis, Græciæque Metropolitis adimendum curavit, itaque ut decerneretur perfecit. » Εἴ τις θεὸς τὴν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κλήρικος ἀμφισβητοίη, καταλαμβάνετω ἢ τὴν ἔξαρχον τῆ διοικήσεως ἢ τὴν τῆ βασιλευούσης κωνσταντινουπόλεως θρόνον, ἢ ἐκεῖ αὐτῷ δικαζέσθω. » Id est, Si quis cum provinciæ suæ Metropolita Episcopus aut Clericus litem habet, accipiat aut Exarchum ejus præfecturæ, aut hujus regiæ Constantinopolis Episcopum, & ab ipso judicetur. quod paulò post κεφ. ιζ. iisdem verbis repetitum est, & refertur à Gratiano 11. quæstione prima, capitulo si clericus. Cum hoc modo quasi prædæ objecta Ecclesia videretur, Episcopus Romanus suæ quoque ambitioni, infinitæque dominandi cupiditati sæviendum putavit. Ex quo graves inter ipsum & Constantinopolitanum Episcopum contentiones exortæ sunt, quæ Christianam Ecclesiam diu ac vehementer exercuerunt. Tandem coacto Constantinopoli concilio primo, quia Roma sedes imperii orbis terrarum fuisset, id est quòd eam Reges atque Imperatores incoluerant, ac plurimum in ea versati erant, » τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, hoc est primus honoris ac dignitatis gradus ei assignatus est. Quia verò tum sedes ejusdem imperii Constantinopolim translata erat, tum Carthaginensi, tum utroque Constantinopolitano concilio decretum est, ut prima semper Romana Ecclesia numeraretur, Constantinopolitana secunda, non minore tamen, sed eodem prorsus honoris gradu, deinde Alexandrina, postremò Hierosolymitana. nam primi quidem Constantinopolitani capite 3. sic scriptum est. Τὸν μὲν τοι κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν ῥώμης ἐπίσκοπον. διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν ῥώμην. Id est, Constantinopolitanus Episcopus, habeat primatum honoris post Romanum Episcopum, quia ipsa est nova Roma. Quæ verba quamvis ita perspicua sint, ut difficillime calumniari posse videantur, tamen quia Rufus quibusdam verborum involucris ea obscurare conatur, nos clarissima luce adhibita ex omnium Sophistarum argutiis & captionibus vindicemus, in Chalcedonensis concilii capite 28. » scriptum est hoc modo. Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγινωσκόμενον τὸν ἐν ψηφισθέντα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης, ἐν γὰρ τῶν θείων τοῖς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀπεδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινηθέντες οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείαν καὶ συγκλητον τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τὰ ἴσα ἀπολαύουσαν πρεσβεῖα τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλυνθεῖσαν πράγμασι δευτέραν μετ' ἐκείνην καταρχουσαν. Id est, Ubique leges sanctorum Patrum nostrorum sequentes, eadem & nos definimus ac statuimus de dignitate & amplitudine sanctissimæ hujus Ecclesiæ Constantinopolis, novæ Romæ. Etenim sedi antiquioris Romæ, quia tum civitas illa regnabat, Patres nostri meritò primum honoris gradum tribuerunt. Atque eadem consideratione moti 150. Deo amantissimi Episcopi, parem honoris gradum tribuerunt novæ Romæ sedi sanctissimo: meritò decernentes, ut ea civitas, quæ tantum honorem adepta est, ut & sedes esset imperii, & Senatum haberet, & parem dignitatis gradum obtineret, atque antiqua sedes imperii Roma obtinet: etiam in Ecclesiasticis negotiis parem atque illa honorem ac dignitatem obtineat, quum post illam secunda sit.

Manifestò ergo intelligimus, Romæ non alia de causa τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, id est primum honoris gradum delatum esse, nisi quòd in ea sedem ac domicilium suum Imperatores habebant: Senatusque is qui terrarum orbem gubernabat in ea collocatus esset. Cùm enim & princeps terrarum orbis, & Senatus ille qui Regibus (ut scribit Livius) & Tetrarchis constare videbatur, in ea urbe sedem haberet, cùm, inquam, tantus esset ejus urbis splendor, tantum ornamentum, tanta dignitas atque amplitudo, æquum esse existimarent, ut eadem urbe constituta Ecclesia præcipuum atque eximium quendam honorem præter cæteras haberet. ac proinde cùm postea translata illa omnia ornamenta Constantinopolim fuissent, ut illa quoque honoris præstantia in Constantinopolitanam Ecclesiam transferretur. Eaque ratione extat lex Honorii & Theodosii Imperatorum, qui post quadringentesimum à Christo annum vixerunt, ut si quæ per Illyrici provincias controversiæ de religione orirentur, non absque scientia viri reverendissimi sacrosanctæ legis antistitis urbis Constantinopolitanæ (quæ Romæ veteris prærogativa lætatur) conventui sacerdotali sanctoque judicio reserventur. Lege omni. codice. de sacrosanct. Eccles. Alia item Leonis & Anthemii, qui imperium anno ab illis sexagesimo tenuerunt, in qua scriptum est de Constantinopolitana Metropoli hoc modo. Sacrosanctam quoque hujus religiosissimæ civitatis Ecclesiam, & matrem nostræ pietatis, & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & ejusdem regiæ urbis sanctissimam sedem, privilegia & honores omnes super Episcoporum creationibus & jure ante alios vendendi, & cætera omnia quæ ante nostrorum imperium habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiæ urbis intuitu judicamus & sancimus. Hæc illi. Utrum autem rectè an secus de primatu honoris illi viri optimi inter se contenderent: ad causam nostram nihil interest: modò intelligamus, quod fuerit Ecclesiæ veteris de Romano Metropolitano judicium. Intelleximus autem ei primum attributam fuisse suburbanarum (ut Rufinus scribit) Ecclesiarum summam administrationem. Postea verò illum exemplo Constantinopolitani pennas suas in totam Italiam, Galliam, & Hispaniam extendisse: ut hoc modo descriptus ac distributus orbis terrarum in quatuor Patriarchias videretur, quæ summum in suis finibus quasi imperium ac potestatem haberent: sic ut neque Alexandrinus Romani, neque Romanus illius, non Constantinopolitanus Hierosolymitani: non denique alter alterius fines ac præfecturam invaderet. Quod ex Justiniani Novella 123. breviter explicandum est. Εἰ τινες ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς πωλήδων ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν, εἴτε ὑπὲρ ἐκκλησιαστικοῦ δικαίου, εἴτε ὑπὲρ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, πρέπειεν ὁ μητροπολίτης αὐτῶν μὴ ἑτέρων δύο ἢ τριῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τὸ πρᾶγμα κρινέτω. καὶ εἰ μὲν ἐμμείνη ἑκάτερος μέχρις τοῦς κειμένοις, τιμιώτατος ὁ μακαριώτατος πατριάρχης ἐκείνης τῆς διοικήσεως μεταξὺ αὐτῶν ἀκροάσθω, καὶ ἃ εἰρέτω, ἅπερ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις συνάδει, ἑνὸς μέρους κατὰ τῆς ψήφου αὐτὸ ἀπλέγειν δυναμένου. Id est, Si qui ejusdem Synodi religiosissimi Episcopi aliqui inter se controversiam habeant, sive de jure Ecclesiastico, sive de quibusdam aliis rebus: prius Metropolitanus ipsorum cum aliis duobus de sancta Synodo Episcopis rem dijudicato. Et nisi utraque pars judicatis acquiescat, sed appellandum putet, tunc beatissimus Patriarcha illius diœceseos audientiam ipsis accommodato: & illa definito quæ Ecclesiasticis canonibus & legibus concordant, neutra parte contra ipsius sententiam contradicere queunte, & multa passim in hanc sententiam. Ex quibus manifestò constat Patriarchas (ut diximus) in suis Patriarchiis ac Præfecturis summum jus habuisse, neque alterum altero superiorem fuisse: sed cùm summum singuli potestatem haberent, appellationum fines Patriarchiis terminis circumscriptos ac conclusos fuisse. Jam etsi infinitas propè regiones Pontifices

Source : BIU Cujas

Romani sub imperium ditionemque suam subjunctas obtinerent, semper tamen aliquid moliti sunt, ut in alienam possessionem vivendi speciosam aliquam causam nanciscerentur. Nihil autem neque commodius, neque opportunius fore visum est, quàm si quos Episcopus aliæ provinciæ sacerdotio abdicarent, eos Episcopos ipsi in suam pristinam dignitatem restituere conarentur. Quod tum vel maximè opportunum esse visum est, cùm fortè accidisset, ut Episcopus aliquis injustè (ut fit) abdicatus esse videretur. id quod non multò post illud Chalcedonense concilium, de quo supra memoravimus, usu venit. Cùm enim Athanasio cuidam & Paulino (quod refert Socrates hist. Eccles. II.) Asianorum Episcoporum & ipsius Metropolitani sententia sacerdotium abjudicatum esset, Romam illi continuò profecti, facilè ab Episcopo Romano literas ad illos impetrarunt, ut se in pristinum honorem restituerent. Quod istius mandatum atque auctoritatem quo illi animo tulerint, perutile fuerit ex ipsius Socratis verbis intelligere. Sic enim & qualis Episcopi Romani epistola, & qualem idem ab
» Asianis responsionem tulerit, cognoscemus. Γνωσέ-
» ζουσι οὖν τῷ ὁσιωτάτῳ ῥώμης Ἰουλίῳ τὰ καθ' ἑαυτοὺς. ὁ δὲ ἃ
» ἔδει τοὺς νόμους τῆς ἐν ῥώμῃ ἐκκλησίας ἐχούσης παῤῥησιαστικοὺς
» γράμμασιν ὠφέλησαν αὐτούς, ἐπὶ τὴν ἀποστολὴν ὑπεστείλει
» τὴν οἰκείαν ἐκείνῳ τόπον ἀποδιδοὺς καθαπτόμενος τῶν παρόντων καὶ
» θελόντων αὐτοῦ. οἱ δὲ θαῤῥύναντες ἐκ τῆς ῥώμης, καὶ ἰδόντες τοὺς
» τῆς ὁσιωτάτου Ἰουλίου θαῤῥοῦντας τάς τε ἑαυτῶν ἐκκλη-
» σίας καταλαμβάνουσι, καὶ τὰς ὑποστολὰς παρὰ τῶν ἐγγράφων διά-
» πεμπονται. οἱ δὲ δεξάμενοι ὕβρει ὑποῦσαν τὴν ἐπίπληξιν. καὶ
» συνόδου αὐτῇ αὐτοχείρα κυρώσαντες συνελθόντες ἐν αὐτῇ, γνώ-
» μῃ κοινῇ σφοδρότερον δι' ὑποστολῆς αὐτεγκαλοῦσι τῷ Ἰουλίῳ,
» δηλοῦντες μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ εἰ βέλοιντο δέκα-
» μόνειν τινὰς τῆς ἐκκλησίας. μηδὲ γὰρ αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι ὅτε νοσοῦσαν
» τῆς ἐκκλησίας ῥώμης ἤλαυνεν. ταῦτα μὲν οἱ τῆς ὁσίας ὑποστοποι,
» τῷ ὁσιωτάτῳ ῥώμης Ἰουλίῳ διαπέμπονται. Id est, Exponunt
» Julio Episcopo Romano suum negotium. Hic autem
» utpote cum Romana Ecclesia primatum honoris ha-
» beret (τὰ πρεσβύτια. sic interpretor, ut τὰ πρεσβεῖα)
» quod si cui magis placet usitatum Haloandri Privile-
» gia, non reluctabor) liberè & confidenter scriptis
» literis illos munivit, & in Orientem remisit, suum
» cuique locum reddens, eosque objurgans, qui teme-
» rè illos dejecerant. Hi Roma reversi, confisi literis
» Episcopi Julii, suas Ecclesias occupant: & literas,
» quibus erant inscriptæ, miserunt. Alexandrini acce-
» pta ista contumelia, increpationem, objurgationem-
» que composuerunt. Et Synodo Antiochiam indicta,
» cùm illò convenissent, de omnium sententia literis
» acerbioribus & vehementioribus Julium accusant:
» docentes non æquum esse, sibi ab illo præcepta tradi
» aut leges imponi, si vellent quosdam ex Ecclesiis ex-
» pellere. Neque enim se tum illi contradixisse, cùm
» ab Ecclesia Romana Novatum expulisset. Atque suæ
» quidem Orientis Episcopi Julio Romano urbis Epis-
» scopo scripserunt. Hæc Socrates. Quorum planè simi-
» lia extant apud Cyprianum, qui 200. annis ab Eccle-
» siæ Christianæ initio, Carthaginensem Ecclesiam ad-
» ministravit, in libro epist. primo ad Cornelium Ro-
» manum Episcopum scribens, quæritur de Felicissimo
» quodam pseudepiscopo, qui ab Africanis de sacerdo-
» tio dejectus, Romam confugerat. Navigare audent,
» inquit, & ad Petri Cathedram, atque Ecclesiam prin-
» cipalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schis-
» maticis & profanis literas ferre & paulò pòst, nam
» cùm statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter
» ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi
» est crimen admissum: & singulis pastoribus portio
» gregis sit ascripta, quam regat unusquisque & gu-
» bernet, rationem sui actus Domino redditurus: opor-
» tet utiq; eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec
» Episcoporum concordiam cohærentem, sua subdola
» & fallaci temeritate collidere, sed agere illic cau-
» sam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui
» criminis possint, nisi paucis desperatis & perditis mi- «
» nor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa con- «
» stitutorum, qui jam de illis judicaverunt. Hactenus «
Cyprianus. Nunc quæ post illam Orientalium responsionem acciderint, videamus. Paucis pòst mensibus, temporibus Ecclesiæ postulantibus, Sardicam, quod est oppidum Illyrici, concilium œcumenicum, id est universale indictum est. Eò cùm omnes undique convenissent, orta est inter Orientales & Occidentales summa de istis ipsis jurisdictionibus ac finibus controversia. Qua propter se illi re infecta in suas sedes receperunt. Reliqui Occidentales perpauci, rogante Osio quodam, quem epistola Latino concilio præfixa delirum & impium senem appellat, & quòd Arianorum sectam non improbaret, ex Albo ac Recensione Hispaniensium Episcoporum inductum esse testatur) sic statuerunt κεφαλ. β. & ε. Si quis Episcoporum aliquo in negotio condemnari videatur, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, si vobis videtur, in charitate, Petri Apostoli memoriam honoremus. & scribatur ab illis judicibus ad Julium Romanum Episcopum, ut per vicinos provinciis Episcopos, judicium renovetur, & disceptatores ipse præbeat. Idem capite 5. Ut ad sedem Romanam appelletur, & de latere suo presbyteros cognitores constituat. Quæ sanè illius rogatio, ut verba ipsa testantur jus tum novum atque inauditum inducebat. Si vobis, inquit, videtur, in charitate Petri Apostoli memoriam honoremus. Perinde quasi magnus honos inde Beati Petri memoriæ accedat, sed utcumque se res habeat, tamen eo concilio istud constitutum est. Quid est igitur, dicet nunc Rufus, quod amplius disputemus? Fateor tum primùm ad institutum esse: fateor à sene rogatum deliro & impio. Verumtamen institutum est eo concilio, cujus rata est auctoritas. Uide nunc Rufe, quid huic ego tuæ objectioni respondeam. Omitto enim quòd concilium istud non fuit œcumenicum, id est universale: ut non tantum ejus apud nos, quantum aliorum valere debeat auctoritas. Hoc dico, si maximè concilium istud universale fuisset, tamen proxime in sequenti concilio, eoque universali istud totum de appellatione ad Romanum Episcopum, abrogatum esse. Quod est istud concilium? Carthaginense: in quo ducenti decem & septem sancti Patres interfuerunt, ut titulus ostendit, in his Beatus Aurelius, Augustinus Hipponensis Episcopus. Hoc igitur dico, cùm Apiarius quidam, homo (ut concilium ipsum declarat in literis ad Episcopum Romanum missis) nefarius & sceleribus omnibus coopertus, propter scelerum suorum monstra ac prodigia sacerdotio suo abdicatus, ad Episcopum Romanum confugisset, & ab eo similes literas, quas Athanasius, impetrasset, de integro condemnatum ab eodem concilio fuisse: & non uno, sed quatuor decretis, nimirum 28. 98 113. 116. acerrimè interdictum ne quis deinceps trans mare appellaret: & qui hoc faxit, à communione Ecclesiæ & corporis Christi repelleretur. Parum fuit, ut dixi, uno aut altero capite id prohibere, sed quatuor integris capitibus id sancitum est. Quid amplius? Magnum profectò quiddam & quod Episcopi Romani causam funditus evertit. Ad hoc sacrosanctum concilium tuas certi homines, Faustinus, Philippus, Asellus, ab Episcopo Romano cum his mandatis missi sunt: ut jus à Nicæna Synodo suæ sedi tributum, nimirum ut ad eam undique provocaretur, conservandum curaret. Daniel scriba jussus est de scripto mandatum istud recitare. Recitatum esse caput quintum integrum Sardicensis concilii, quòd Episcopus Romanus in suo mandato fraudulenter, impiè ac malitiosè pro Nicæna synodo supposuerat. Omnes qui tum aderant Episcopi & Archiepiscopi negare id se unquam in synodo Nicæna comperisse.

Source : BIU Cujas

Recitatur exemplar Nicænæ ſynodi, quod tum erat in manibus. Nullum de appellatione verbum. Decretum fit, ut certi homines Conſtantinopolim, Alexandriam, Romam denique mitterentur, qui alia exemplaria Nycænæ ſynodi aſportarent: ſed maximè Conſtantinopolim, ubi auctoritas ipſa, id eſt ἀρχέτυπον Nicæni concilii aſſervabatur. Anno vertente allata ſunt, recitata nulla de iſto Epiſcopi Romani privilegio ac præcipuo jure ſuſpicio. Scribitur epiſtola de communi Patrum ſententia Romano Epiſcopo, nuſquam illud in Nicæna ſynodo repertum: imò ex contrario illo ipſo concilio decretum, ut ipſe ſuis ſe finibus, item ut alii Papæ & Metropolitani, contineret. Quare ſi ſaperet deinceps ſuâ diœceſi ac præfectura contentus eſſet: neque in alienam poſſeſſionem invaderet. Huic ſententiæ ſubſcripſerunt ducenti & triginta Patres, in his Fauſtinus Epiſcopus Potentinæ Eccleſiæ, Legatus Epiſcopi Romani, Philippus preſbyter Legatus Epiſcopi Romani, Aſellus preſbyter ejuſdem Eccleſiæ Legatus. Ejus autem Nicænorum Patrum decreti concilium hoc quatuor cauſas adſcribit, quas non
» inutile fuerit cognoſcere. Prudentiſſimè, inquiunt,
» juſtiſſimeque Nicæni Patres providerunt, quæcumque
» negotia in ſuis locis ubi orta eſſent finienda, nec uni-
» cuique provinciæ gratiam Spiritus ſancti defuturam,
» æquitas à Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur,
» & conſtantiſſimè teneatur maximè quia unicuique
» conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum,
» ad concilia ſuæ provinciæ, vel etiam univerſale pro-
» vocare. Niſi fortè quiſquam eſt, qui credat unicuili-
» bet poſſe Deum cognitionis & examinis inſpirare ju-
» ſtitiam: innumerabilibus autem in ſynodo congrega-
» tis ſacerdotibus denegare: aut quomodo ipſum tranſ-
» marinum judicium ratum erit, ad quod teſtium ne-
» ceſſariæ perſonæ vel propter ſexus, vel propter ſene-
» ctutis infirmitatem, vel multis aliis intervenientibus
» impedimentis adduci non poterunt? De Legatis autem illis tribus, Fauſtino præſertim, graves quæri-
moniæ in iſdem literis præſcriptæ ſunt, quòd ſenatui magnas moleſtias exhibuiſſet, quum ſimularet ſe Eccleſiæ Romanæ privilegia defendere. Videmus igitur, Rufe, nunc clientis tui improbitatem, perfidiam, impudentiam, apertè ab œcumenico concilio ducentorum triginta Patrum (in queis etiam Beatus Auguſtinus interfuit) patefactam, convictam & condemnatam. Videmus hoc ipſo concilio abrogatam ſenis deliri rogationem in Sardicenſi concilio præſcriptam. Videmus cujuſque Metropolitani & Primatis juriſdictionem provinciæ ſuæ finibus quaſi cancellis circumſcriptam ac terminatam. Si quantum apud homines, in quibus aliquid eſt reliqui pudoris ac verecundiæ ſatis eſſet, dicendum fuit, abundè cauſa dicta eſt. Sed quia negotium nobis eſt cum homine, quem ſatis conſtat ad hanc defendendam cauſam non ipſius bonitate, ſed ſacerdotii alicujus ſpe adductum, deſcendiſſe: non committemus, ut ſuas à nobis argutias & frigidas jejunaſque captiones non certis exquiſitiſque rationibus convictas eſſe conqueratur.

Hactenus ea breviter explicavimus, quæ ad cauſam noſtram confirmandam ſatis apud homines non planè impudentes fore arbitramur, ſi noſtra ſponte ad defendendam Chriſti monarchiam, ac proinde ad oppugnandam Pontificis Romani tyrannidem deſcendiſſemus, poſſemus multò copioſius & plenius volumen, quàm illud Rufi, conficere. Nam etſi non confidimus ingenio noſtro, quod fatemur eſſe perexiguum: tamen ipſius cauſæ bonitas, argumentorum ſatis magnam copiam non penitus indocto homini ſuppeditaret. Verùm hæc cauſa ita à multis & eruditis Theologis accuratè & copioſè tractata eſt, ut nihil opus ſit hunc laborem ſuſcipere. Reliquum eſt igitur ut Rufi calumnias & ſophiſticem ita patefaciamus, ut de Epiſcopi Romani tyrannidem nemo poſthac dubitare poſſit. In quo eundem ipſum ordinem, quem ipſe nobis propoſuit inſequemur. Hinc autem exorſus eſt pag. 16. Primum dici aliquem
» aut tempore, aut reverentia, aut poteſtate. Roma-
» num Pontificem omnibus illis rebus omnium Pon-
» tificem primum eſſe. Quare jure illi primatum de-
» ferri. Hoc loco Rufus non incautè neque incallidè (ut videtur) à genere locutionis Ciceronianæ pauliſper deflexit. Intelligebat enim ſi Primas dicere voluiſſet, ſe bis in limine (ut aiunt) turpiter offenſurum. Cùm enim Primæ deferri dicuntur hiſtrionibus aut Comœdis neque temporis, opinor, neque reverentiæ, neque poteſtatis ratio ducitur. Sed quod (ut Donatus ait) maximas partes agant: aut (ut ſcribit Aſconius) ſæpius in actu regrediantur. Deinde ſi primas Pontifici Romano deferendas dixiſſet, qui ſibi eas ſumpſit partes, quas Græci κωφὸν πρόσωπον, Latini mutam perſonam appellant, videbat ſe, eam quam obductam exoptat, cicatricem refricaturum. Hoc tamen nos, ne ille tam repente prævaricari velle videatur, tantiſper diſſimulemus. In ipſo quidem ſyllogiſmo tacere vitium manifeſtum non poſſumus. Cùm enim ex enumeratione partium ducta hæc ſit argumentatio, utrumque in ea peccatum, quod dialectici reprehendunt, ineſſe dicimus. Partem enim & deeſſe & ſuperare affirmamus: niſi fortè nobis, Rufe, prima quoque eſſe ordine nonnulla negandum putes: quæ tamen neque tempore, neque dignitate, neque poteſtate cæteris antecellant. Cujus rei ſi exemplum exquiris, ea omnia quæ in numerum vel locum cadunt, ſumas licebit. Poteſtate autem primum appellari aliquem, quibus tandem teſtibus comprobabis? Poteſtas, inquit Paulus, propriè dicitur in magiſtratu, aut parente, aut domino, lege poteſtatis. de verborum ſignificatione. Atqui neque magiſtratus privato, neque parens filio, neque dominus ſervo prior ea ſignificatione dicitur. Cùm enim Reges vel principes primos appellamus, dignitatem in illis atque amplitudinem, ordinem denique intelligi volumus. ex quo etiam Superiores propriè appellantur. Cicero ſe multis locis Prætorem primum, Ædilem priorem, Quæſtorem primum fuiſſe gloriatur, idcircóne ſuos collegas, poteſtate, amplitudine, majeſtate antecelluit? At nactus eſt ſortem peculatus: quam Urbana Provincia multis partibus inferiorem eſſe, teſtis eſt pro Muræna oratio. Quæſturam Lilybæi exercuit. An Syracuſano Quæſtore aut dignitate, aut poteſtate ſuperior? Sed tempus eſt ad diſputationem ipſam accedere. Fuit quidem inquis, (pag. 18.) Orientis & Græca Eccleſia prior Romana, id eſt prius in Oriente Chriſtus notus, quàm Romæ, ſed omnium Apoſtolorum primus Petrus delectus fuit à Chriſto. Petrus autem Romanus Epiſcopus. quocirca Epiſcopus Romanus primi Apoſtoli ſucceſſor: & propterea omnium Epiſcoporum primus, tempore ſcilicet. Dixi jam Rufe, aliquoties, mihi in animo eſſe ſimpliciter tecum & apertè diſputare. quare melius erit tuam argumentationem planius explicare. Petrus tempore fuit primus Apoſtolorum. Petrus Romæ fuit Epiſcopus.

Ergo ejus ſucceſſor primus tempore omnium Epiſcoporum. Hæc eſt tua, Rufe, argumentatio, negare omnino, quamvis multa manifeſta neges, tamen non potes. Quòd ſi neges, non eo tamen minus erit veritas eruditis omnibus perſpicua. nam quamvis non addas Primus tempore, ut homonymiam tollas, & Primum in concluſione de poteſtate vis intelligi: de tempore tamen inſtitutam in argumento diſputationem major propoſitio declarat. Hoc igitur ſophiſticum argumentum ſic refellamus. In Oriente & Græcia prius fuit Eccleſia, quàm Romæ. Ibi enim fateris notum, & prædicatum prius fuiſſe Chriſtum, quàm Romæ, Eccleſia autem nulla ſine Epiſcopo: id eſt Eccleſiaſte & concionatore: Ergo prius

Source : BIU Cujas

in Oriente & Græcia Episcopus, quàm Romæ, ob eámque causam Orientis Episcopus (veluti Antiochiæ) primus est omnium Episcoporum. Assumptio probatur ex relatis: quia nomen Ecclesiæ ex eorum numero est, quæ cum aliquo conferuntur. Ecclesia autem & Ecclesiastes, ut concio & concionator, inter se conferuntur. Neque verò in ejus verbi explicatione longior ero: in qua certè pag. 165. te tam pueriliter versatum esse vehementer miror. Esto, Romæ fuerit primus Episcopus. fuerit etiam omnium aliorum maximus & præstantissimus. valeat, inquam, tua captio in verbo primus: & in conclusione Potestatem, in majore tempus intelligamus. eóne successores ipsius omnes ad longissimas usque ætates omnibus aliis Episcopis anteponendi sunt? Exemplo res erit illustrior. Sicilia prima fuit populi Romani provincia. in ea Prætor primus (sic enim antiqui loquebantur) Appius Claudius Consul pacata quidem & debellata, Marcus Valerius. Vicerint isti, & continentia & vigilantia omnes non modò temporis illius, verùm etiam posteriorum omnium ætatum Prætores. Eóne Verres qui amplius centum post interjectis annis illos secutus est, Prætorum omnium ætatis suæ aut primus, aut maximus, aut supremus judicabitur? Si locum spectemus, omnium, inquit Cicero, nationum exterarum Princeps Sicilia se ad amicitiam, fidemque populi Romani applicuit. prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata. Si Præturam, prima fuit provincialis Sicula. Hoc loco te, Rufe, teneri fatearis necesse est. Ut enim Verres, quamvis re vera primi & in prima provincia Prætoris successor fuerit, nequaquam tamen primus omnium Prætorum vel Asiæ, vel Macedoniæ, vel Galliæ, dici potest: similiter Julius III. si maximè primi & in prima Ecclesia Episcopi successor sit, non tamen primus omnium Episcoporum appellari poterit, neque tempore, neque potestate, neque dignitate, neque alio ullo præstantiæ genere. Quanquam quid est, cur tempore Romanam Ecclesiam cæteris anteponas? Chrysostomus enim Antiochenæ suæ hunc primatum vindicat. Homilia 3. ad populum Antiochenum sic scribit. Civitatum omnium Antiochena nostra Christo est optatissima. Et sicut Petrus inter Apostolos primus Christum prædicavit: sic inter civitates (sicut jam prædixi) hæc prima, tanquam coronam quandam admirabilem, Christianorum tulit appellationem & Homilia 17. Quæ verò est civitatis nostræ dignitas? Contigit primùm Antiochiæ discipulos appellari Christianos. Hoc autem civitatum quæ sunt in mundo, civitas habet nulla, neque ipsa Romuli civitas. Propterea contra omnem terrarum orbem Antiochia oculos erigere potest. Hæc Chrysostomus.

Sequitur altera disputatio. Molinæus probat ex epistola Pelagii 99. distinctione, canone nullus. universalis nomen improbatum esse, & interdictum, ne quis Ecclesiasticam dignitatem sustinens eo utatur. » Nullus Patriarcharum, inquit Pelagius, universitatis » vocabulo unquam utatur, quia si unus Patriarcha » universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris de» rogatur. Sed absit hoc à fidelibus, &c. Videamus » Rufi responsionem, Hæc verba, inquit Rufus, ad » Patriarchas tantùm pertinent: non verò ad Romanos » Pontifices. Sunt enim quatuor Patriarchæ, Constanti» nopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hieroso» lymitanus, pari dignitate & potestate. Deus malè » perdat istam Sophisticem. Gratianus unico interjecto » versu scripserat hoc modo: Primæ sedis Episcopus » non appelletur Princeps Sacerdotum, vel summus » sacerdos, aut aliquid ejusmodi. Universalis autem » nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Hoc, inquam, modo Gratianus scripserat. Si tibi cum homine stomachoso res esset, Rufe, & te nunc nebulonem perditum, impudentem, perfrictæ frontis appellaret, quid lacessitus responderes? at quis erit tam leni animo, cui tanta impudentia stomachum non moveat? Sed non faciam ut naturam meam oblivisear. Ut igitur nomen Episcopi Romani non esset disertè appellatum, & lingua (ut aiunt) nuncupatum, tamen Patriarcharum nomine satis intelligebatur. Falsum est enim quod Rufus ait, Romanum Episcopum non esse Patriarcham. non tam quòd (ut antea dicebamus) Patriarchæ omnes, qui Archiepiscopi, sive Metropolitani erant, dicebantur: quàm quia in Constantinopolitano concilio 2. capite 36. unde isti suos Patriarchas, quasi de cælo delapsos putant, quatuor isti dignissimi & quasi primarii numerantur, Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus. Nam quod (pagina 75.) istos solos quatuor Patriarchas, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, dicis à Gratiano observatos esse ex sexta Synodo distinctione 27. canon. renovantes. hoc totum falsum, fictum, & commentitium esse nullo negotio probabimus. Atque ut istud intelligi planius possit, utraque illa capita & ipsius concilii scilicet, & Gratiani huc transcribemus. ita enim & Gratiani pudorem, & simul unde istam ingenuitatem Rufus didicerit, cognoscemus. Nos enim Gratianum apud omnes bonos & cordatos viros falsi reum facimus: quòd sacrosancti œcumenici concilii decretum, impudenter, malitiosè, fallaciter, & impiè corruperit. Verba concilii hæc sunt. Ἀνανεούμενοι τὰ « παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκ- « τῳ ταύτῃ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακοσίων « τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθέντων νομοθετηθέντα, ὁρί- « ζομεν ὥστε τὸν κωνσταντινουπόλεως ἁγιώτατον τῶν ἴσων ἀπολαύειν « πρεσβείων τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης θρόνου, διὰ τὸ τῇδε βα- « σιλικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλυνθεῖσαν πρεσβείοις, καὶ τοῖς ἐκ- « κλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μετὰ δεύτερον μετ' « ἐκεῖνον τοῦτον τὸν τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ μό- « νον ὁ τῆς ἱεροσολυμιτῶν πόλεως. id est, Renovantes quæ « à 150. sanctis Patribus, qui in hac à Deo servata & « regia urbe convenerunt, & 630. qui Chalcedone « congregati fuere, sancita sunt, definimus, ut Con- « stantinopolis sedes pari fruatur honoris primatu, at- « que sedes antiquioris Romæ: & in Ecclesiasticis ne- « gotiis æquè atque illa magnificetur. cùm sit post il- « lam secunda, post quam Alexandrinorum Megalo- « polis, & post hanc Hierosolymarum urbis. Hæc illi. « Significant autem Constant. 1. capite 3. Chalcedonenses 28. Hoc caput quantà cum fide & religione Gratianus distinctione 22. canone Renovantes. descripse- « rit, videamus. Renovantes, inquit, sancti Constan- « tinopolitani decreta concilii, petimus, ut Constan- « tinopolitana sedes, similia privilegia quæ inferior « Roma habet, accipiat, non tamen in Ecclesiasticis « rebus magnificetur ut illa, sed hæc secunda post il- « lam existens, prius quàm Alexandrina sedes numere- « tur, deinde Antiochena, & post eam Hierosolymi- « tana. In privatis rebus si quis testamenti tabulas cor- « rupisse arguatur: antiquissima lege de saxo dejici jubetur. Lege Cornelia omnibus publicatis ejus fortunis deportatur. In tabulis Ecclesiæ publicis, in monimentis nostris sanctissimis, quæ isti æquè ac sacras literas venerari se & colere profitentur, Gratianus qui tam apertam ac manifestam falsitatem induxit, quos cruciatus commeritus est? Nos totum illud tam ingens volumen Gratiani, quod Decretum appellatur, similimis falsitatibus atque corruptionibus refertum esse testamur, & si quando otium suppeditabit, nos planum facturos profitemur. Sed ad institutum revertamur. Ex ipsius concilii verbis intelleximus falsum esse quod & Gratianus & Isidorus & omnes omnino Canonistæ nobis tradunt: quatuor Patriarchas eo concilii capite constitutos esse. non enim qui Patriarchæ, sed qui primarii & dignissimi omnium sint, dumtaxat exponit. præterea falsum quoque & commentitium esse videmus, quod Rufus ex Magistri sui schola nobis protulerat, Romanum

Episcopum

Episcopum inter Patriarchas non numerari, sed in ejus locum Antiochenum. Et meminerit nos de veteri illo concilio disputare, non de suis Decretalibus. Quod ex Pelagio postea de jure pallii protulit, contra omnes omnium conciliorum leges ab ipso Pelagio Romano Episcopo, ut potentiæ suæ serviret, usurpatum esse, facilè ex his quæ antea dicebamus, licet intelligi. In Nicæna synodo κεφ. γ, & Laodicensi, κεφ. ιϛ. constitutum est, ut Episcopi à suæ provinciæ concilio creentur : Τὸ δὲ κυρος τῶν γνομένων, δίδοται κατ' ἐκάστην ἐπαρχίαν τῇ μητροπόλει. id est, Auctoritas verò & confirmatio eorum quæ facta erunt, sit penes cujusque provinciæ Metropolitanum. In Chalcedonensi κεφ. κα, ut Constantinopolitanus Episcopus creet totius Ponticæ, Asiaticæ & Thraciæ Metropolitas. κα. & ιζ. ut omnes Episcopi quibuscum adversus Metropolitam suum controversia est, ad regiæ urbis Constantinopolis Episcopum confugiant, de Romano Episcopo verbum nullum. de pallio ab Episcopo Romano impetrando nulla suspicio. Quare & quæ nunc Rufus ex Pelagio, & quæ pòst ex Anacleti nomine falsò inscripta epistola proferet, jam nunc duabus hisce rationibus confutata esse volumus. primùm quia nemo in re sua jus aut testimonium dicit. Africanus, inquit Cicero, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret. Deinde, quia potentiam istam legibus omnium conciliorum vetitam esse ostendimus. Quapropter aut concilia Ecclesiæ omnia isti funditus exurant ac deleant, aut contra illorum leges ac sanctiones se istam sibi potentiam parasse fateantur.

Sequitur tertia disputatio. Quia Rufus videbat, universalis nomen tam multis tum Pelagii tum Gregorii manifestissimis judiciis damnari : confugit ad nominis interpretationem, quod ambiguum & anceps esse contendit : quæ usitatissima est latebra omnium
» Sophistarum. Universale, inquit Rufus, aut illud
» est quod complexu suo partes & inferiora quædam
» habere intelligitur : aut pro singulari, una, & solo ac-
» cipitur. Hac significatione vetitum est, ne quis dica-
» tur Universalis : illa verò permissum. Nos istam Sophisticem in hac ipsa nominis interpretatione, quasi belluam in cubili suo deprehensam, mactemus. Qua lingua Constantinopolitanus Episcopus utebatur, Rufe ? Græca non negas. οἰκουμένικον enim se (ut tute ais) nominabat. Cui verbo quæ subsit sententia, nemo ignorat. Significat enim πάσης τῆς οἰκουμένης, id est totius terræ habitabilis Episcopum : quasi diceret Episcoporum omnium totius terræ Episcopum. Teneamus igitur hanc de nomine disputationem, & Cypriani sanctissimi viri antiquissimi Martyris testimonium de hac appellatione audiamus. In oratione quam habuit in concilio Carthaginensi, quod in ipsius vo-
» lumen relatum est, sic inquit. Supereſt, ut de hac
» ipsa re quid singuli sentiamus proferamus. Neque
» enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcopo-
» rum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi
» necessitatem collegas suos adegit : quando habeat
» omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis
» suæ arbitrium proprium, tanquam judicari ab alio
» non possit, quum nec ipse possit alterum judicare.
» Sed expectemus universi judicium Domini nostri Je-
» su Christi, qui unus & solus habet potestatem & præ-
» ponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernationem, & de
» actu nostro judicandi. Hæc Cyprianus. Sed ad Uni-
versalis tamen interpretationem accedamus. Ubi tandiu magister iste atque auctor latinæ linguæ delituit ? qui nos doceret universalis nomine intelligi etiam sin-
» gularem. Ecclesia, inquit, dicitur universalis, id est
» singularis : est enim unica tantùm Ecclesia, quæ etiam
» catholica, id est universalis nominatur. Quid hoc homine miserius ? ut Episcopi Romani à quo sacerdotiolum mercedis expectat, causam tueatur, facilè patitur se non modò calumniatorem, sed etiam indoctum haberi. An cùm dicimus Universus orbis terrarum, idem significamus quòd singularis ? Singularem quidem esse atque unicum inter nos constat. nam etsi Sophistam te haberi pateris, non tamen opinor, etiam Gymnosophista existimari vis : quum satis jam tibi, ut audio, à procuratorum Parisiensium gratia & causis forensibus frigeat. Quid ergo est ? id pueri in ludo ex præceptis dialecticis cognoscunt. Cùm Universum dicimus, quia partium cum toto comparationem significamus, veluti si quis dicat Universus orbis in tres partes dividitur : ad categoriam, quam πρός τι appellant, cogitatio refertur, id est ad relationem. Cùm dicimus eundem esse singularem, ad Quantitatem. Quare cùm universalem Ecclesiam, sive καθολικὴν nominamus, ad partes, id est singulas ejus provincias, diœceses, præfecturas respicimus. Quum singularem, unam, simplicem, solitariam, tum ad quæstionem. Quot sunt Ecclesiæ, mentem animumque referimus. Mihi sanè per molestum accidit, in istis puerilibus disputatiunculis versari : sed me istius importuna calumnia id facere coegit. Tametsi res uno verbo sic expediri poterat. dubitatum non fuisse, an unus duntaxat esset Episcopus in toto orbe terrarum. neque enim quisquam negabat alios esse Episcopos : sed an ille esset totius terrarum orbis Episcopus, & (ut Cyprianus ait) Episcoporum Episcopus, quem Græci œcumenicum, Latini universalem nominarunt. Quare frigidam & jejunam esse Rufi calumniam, qui nomen universalis pro singularis positum affirmabat, facilè, cuivis est perspicuum.

Ad extremum in istum sese angulum retrudit. Non « sunt, inquit, existimandi non esse qui dici nolunt. « Cujus rei exempla nobis undique conquisivit. Pro- « fert Pompeium, Cæsarem, Antoninum, & alios innumerabiles, qui Magni, Domini, Optimi cognomen, quod eis tamen revera conveniebat, repudiarunt. Ita disputat Gregorium universalem quidem Episcopum fuisse : sed dici tamen noluisse, postea dum Pauli & Christianorum hominum modestiam, lenitatem, humilitatem dilaudat, quatuor aut quinque paginas vanissima & inanissima loquacitate contaminat. Si concedamus Rufo, non de re, sed de nomine tantum disputare Gregorium : & eum universalem esse, cui tamen nomen non tribuitur. hoc tamen Episcopi Romani causam graviter lædit. Licebit enim hoc modo concludere : Constantinopolitanum Episcopum esse universalem, tametsi Gregorius ei nomen illud convenire neget : aut certè non propterea non « esse, quia nomen illi denegatur ? Nova, inquit, su- « perbia idem frater meus universalem se Episcopum « appellat. Sed ipsius de se Gregorii verba cognoscamus ex canone Ecce. distinctione 99. Si universalem, « inquit, me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc « esse, quod me fatetur universum. Quid magis po- « tuit perspicuè dicere ? Si universa Sicilia est populi Romani nihil ejus est Carthaginensium, eodem modo si universalis, inquit, Papatus, sive Episcopatus meus est, nullus est extra me nec Papa nec Episcopus. quo in loco Gregorius etiam confirmat quod suprà dicebamus : Papæ nomen aliis quoque Archiepiscopis omnibus commune tum fuisse. Sed in hac longa recensione eorum quos Rufus enumerat, qui id quod erant, dici tamen recusarunt : cogimur in homine doctissimo eruditionem desiderare. Pompeius, inquit, & si Imperator erat victo Domitio, ut Plutarchus refert : se tamen in literis Imperatorem non inscribebat. Plutarchus de nomine Imperatoris verbum nullum facit : sed de Magni vocabulo duntaxat. Inter Magni autem & Imperatoris nomen, multum interest. & Magni appellationem Appianus, Livius, & alii in multo posteriorem ætatem rejecerunt. Sed fortasse memoria lapsus, Plutarchum pro Cæsare nominavit. nam Cæsar commentatio de bello

Source : BIU Cujas

civili 3. prælio in Achaia ad Dyrrachium commisso, scribit Pompeium Imperatorem esse appellatum: eúmque hoc nomen obtinuisse, atque ita postea se appellari passum esse. Sed neque in literis, quas scribere solebat, neque in fascibus insignia Laureæ prætulisse. At Cæsar indignitatis conscientia eum honorem recusasse Pompeium intelligi voluit. nam eo honore decorabantur Duces parta victoria, ut aut conclamatione militum, aut Senatus decreto Imperatores appellarentur: & in fascibus ac literis Lauream, ejus victoriæ insigne, præferrent. Cæsar autem non victoriam illam, sed casum fuisse narrat. cujus rei conscium Pompeium, ab honore illo non modestia, sed conscientia indignitatis abstinuisse, ut si Pontificis Romani recusationem cum illa Pompeii Rufus conferre voluerit, non magnoperè luctemur. tametsi instituta Rufi disputatio, non ejus qui se non appellaret, sed qui ab aliis dici nollet, exemplum postulabat. Livius Drusus, inquit, Quæstor in provincia lictore uti noluit. Hoc quam magnum est? Procuratio minima, quæ neque sellam habebat curulem, neque jus imaginis neque agendi cum populo potestatem, neque auspicia, denique quæ vix magistratus erat digna nomine, fasces non habuit. Si de fascibus dicendum erat, non tibi potius, Rufe, Publicolæ Consulis, quàm istius tenuissimæ potestatis in mentem veniebat? Reliqua sunt ejusmodi. Vitellius Cæsaris nomen, Cæsar Regis, Augustus Domini recusavit. quid tum? at erant hoc ipsum quod dici recusabant. Doceas igitur oportet, Gregorium universalem Episcopum fuisse, priusquàm illius cum istorum, recusationem compares. At Gregorius non tam nomen cuiquam convenire, quàm rem ac veritatem negat. In Epistola 76. libri 6. Corruit, inquit, universa Ecclesia à statu suo, si is qui universalis dicitur cadet. Item epistola 80. Nullus unquam decessorum meorum hoc profano vocabulo uti voluit. quia si unus Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. In isto scelesto vocabulo consentire, nihil aliud est, quàm fidem prodere. & libro 7. epistola 196. Ego autem fidenter dico, quòd quisquis se universalem Sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit: quia superbiendo se cæteris præponit. Quòd si tam longe repetitis exemplis docendum Rufo videbatur, ab iis remota vocabula, in quibus tamen res ac veritas inesset, nunquam ne homini erudito in mentem Regis nomen apud populum Romanum veniebat? an non facilius fuisset, istam totam disputationem uno verbo conficere, quum omnia jura, potestatem, insignia, quæ Regum fuissent, tradita Consulibus dixisset, Regum tamen eis denegatam appellationem?

9. Molinæus damnarat Episcopum Ravennatem, & eum Antichristi præcursorem appellarat, quòd primatum occupare conaretur. Rufus Ravennatem hæreticum inclamat, & ab Ecclesiæ Romanæ societate non descivisse, ut Molinæus dixerat, sed decidisse in hoc enim verbo miras nobis lites commovit. Et dum illud probat, amplius septem integras paginas, suo more, aut morbo potius, verbis inanibus infarcit. quod ego sanè quorsum ille, aut quem ad finem faciat, non dispicio. Utrum gravius est Ravennatem Episcopum Antichristi præcursorem, eique viam munientem: an hæreticum appellare? Quacunque de causa Ravennas sibi in omnes Ecclesias primatum arrogarat, id ille contra omnes omnium conciliorum leges atque sanctiones fecerat. eodem modo quacunque de causa quivis alius istud audebit, in eandem legum offensionem incurret, & Antichristi præcursor, aut verius Antichristus appellari poterit.

12. 13. Hoc loco de Phocæ judicio instituta disputatio est. quare Pauli Diaconi, qui fuit æqualis temporum illorum, & quem Rufus solum, rejecto Platina, audiendum putat, proferamus. Phocas, inquit, extincto Mauritio ejusque filio, Romanorum regnum invadens per octo annorum curricula principatum tenuit. Hic rogante Papa Bonifacio, statuit sedem Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ primam esse: cùm prius Constantinopolitana se primam omnium Ecclesiarum scriberet. hæc ille. Rufus ex his Diaconi verbis, primatum Episcopo Romano quæsitum affirmat: tum quod jus facit sententia libro 3. de lib. agnos. libro 8. de inoff. testam. tum quòd continuata ex eo tempore ejus juris possessio, præscriptionem induxit. Simúlque tum ex civili, tum ex Canonitarum jure quantum ad justam præscriptionem temporis requiratur copiosè exponit. in quo ita se deligit, ac magnificè circunspicit, quasi novum aliquem & adhuc inauditum legis alicujus damnatæ (ut nostri loquuntur) sensum nobis de superiore loco interpretaretur. & revera narrare nobis illum, quæ ipsi nova essent, verisimile est: cùm in rebus tam tritis & pervulgatis, quasi novus aliquis hospes esse videatur. veluti cùm quodam loco narrat omne jus, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinere. Sed ad rem accedamus, valeat ista Phocæ sententia. quid tum? Phocas statuit ut Ecclesia Romana sit prima. utrum tempore, an honore, an potestate? hanc enim nobis partium enumerationem paulò antè tradidisti. Si tempore, stultè. Præterita enim mutare qui potest? Antiochia, inquit Chrysostomus, prima nomen Christianorum tulit. propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest. Si honore, nihil hic judex novi statuit; nam ut sæpe antea demonstravimus, omnibus antiquis conciliis τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, id est primatus honoris Ecclesiæ Romanæ delatus est: ita tamen ut Constantinopolitana, quæ alterum ab illa locum obtinebat, τὰ ἴσα πρεσβεῖα, id est eundem primatum haberet. Justinianus in lege inter claras. cod. de summa Trinitate. scribit se universas Orientis Ecclesias Romanæ sedi ad fidei & religionis unitatem subjungere. Nam de religione tantùm loquitur, quam jubet omnes Ecclesias habere similem Romanæ Ecclesiæ, quod idem Gratianus, Valentinianus & Theodosius antè amplius centum annis constituerant, libro 1. ejusdem tituli. ubi etiam Alexandrina Ecclesia Romanæ conjungitur: neque alium principatum Romanæ Ecclesiæ tribuunt, nisi quòd Trinitatis fidem fortiter & constanter tenuerit: quæ disputatio Orientis Ecclesias mirandum in modum perturbavit. Si potestate, impiè, & contra omnes conciliorum Ecclesiæ antiquissimas constitutiones. An potuit Phocas, mitto dicere, perfidus, proditor, interfector Domini & Imperatoris sui Mauritii: sed an potuit Phocas, si maximè Imperator sapientissimus & invictissimus fuisset, tot ac tanta Ecclesiæ decreta, unius ambitiosi Episcopi gratiæ convellere ac commutare? Nam quid rationis habuerit non percontor. Rogatu, inquit Paulus, & precibus Bonifacii Romani Episcopi, statuit ut Romana sedes prima haberetur. In canonibus, qui dicuntur Apostolorum, sancitum est, ut singulæ provinciæ suos habeant Primos, sive Primates atque Antistites: & ut Episcopi ipsius provinciæ nihil gravius agant sine ipsius sententia. Hoc innumeris postea conciliis ac decretis confirmatum & constitutum est. Si singulæ provinciæ suum habent τὸν πρῶτον, id est Primum, sive Primatem, quid aliud Bonifacius ille à Phoca tanta contentione deprecatus est, dum Primatum solus petebat, nisi ut Primates in singulis provinciis tollerentur? nam etiam antea Primus erat in sua provincia: ut alii item in suis gentibus ac provinciis: ut ipse Constantinopolitanus multis in regionibus, qui si Primatum sibi in omnes provincias vindicarat (ut Paulus Diaconus significat) leges Ecclesiæ violarat, & tyrannidem occuparat eam, quam postea Romani Pontifices sibi arte & industria sua quæsiverunt. Quòd si præscriptionem

Source : BIU Cujas

nobis atque usum multarum ætatum Rufus objicit, proferat simul titulum nobis justum aliquem oportet: & hoc amplius, bonam Romani Pontificis fidem ostendat. Alioqui meminerit legis, Adversus furem æterna auctoritas esto. Furem autem fuisse Bonifacium, vel ex hoc intelligi potest, quòd rem à non domino mala fide accceperit. neque enim Imperatorum hanc in universam Ecclesiam potestatem non esse, aut conciliorum omnium leges ab illo nebulone convelli non posse, ignorabat. Quid? cùm Justinianus statuebat ut omnes Orientis Ecclesiæ, fidei ac religioni Romanæ sedis subjicerentur, pro suóne jure id statuebat, an magistratus civilis fines migrabat, cujus in Ecclesias, & religionem nullum est imperium? Quid enim si Arianorum disciplinam valere in Ecclesia jussisset? utrum ejus imperio parendum putaremus, an populi Romani prudentissima consuetudine uteremur. cujus in legibus id semper adscriptum erat, Si quid jus non fuit rogari, ejus ea lege nihilum
» rogatum? Quod Rufus postea respondet ad præceptum Christi, Quisquis major volet fieri, minister
» esto: & primus cæterorum servus: hoc ad dominandi libidinem non ad præfecturam aliquam pertinere: non dissentimus. Etenim jam antè docuimus, singulas provincias suos Primates habuisse. Sed quum Bonifacius id tanto studio tantáque ambitione contenderit, ut primus Episcoporum appellaretur: audet ne Rufus illum quasi ab ista dominandi & præeundi libidine purum atque integrum defendere? quanquam pagina 56. quæ post aliquot inanes sequitur, utrum defendere videtur, an potius prævaricari? cùm hoc modo
» loquitur. Cùm, inquit, Diaconus dixit Constantino-
» politanam Ecclesiam se primam omnium scribere con-
» sueviſſe, sic locutus est, pro eo quod est, universa-
» lem & οἰκουμενίκὴν scriberet: eadem enim est vis ver-
» borum. Accipio interpretationem, & simul te, Rufe, quasi conceptis verbis præeunte, sic pronuntio. Ergo Episcopus Romanus universalem se & οἰκυμένικον appellandum curavit. Id enim quod alter habebat tantummodo impetravit, ut Pauli Diaconi verba testantur. Hoc autem Antichristo proprium esse, tute paulò antè ex Pelagii & Gregorii verbis disputabas.

Quod eadem pagina Novellam Justiniani profers, qua ille constituit Romanum Episcopum τὸν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων, id est, primum esse omnium Sacerdotum, secundum ordinem Constantinopolitanum retinere: hoc quemadmodum ille accipiat jam antè ex capite 36. Constantinopolit. synodi 2. quæ auctoritate ipsius Justiniani facta est, explicavimus. Eo enim concilio nihil de hoc nomine Primus omnium Sacerdotum, decretum est: sed tantum κανσαν-
» πνουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦτῆς
» πρεσβυτέρας ῥώμης θρόνον, ἐν ᾧ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς
» ἐκεῖνον μεγαλυνέσθω πράγμασι, id est, Constantinopolis
» sedem parem gradum honoris, quem habet veteris
» Romæ sedes, recipere: & in negotiis Ecclesiasticis æquè ac illam magni fieri. Et hoc ipsum voluisse Justinianum, initium Novellæ declarat: ubi Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ, Chalcedonensis, & aliarum legibus se perinde ut sacris Scripturis parere profitetur. Et certè sic se res habet, ut neque ipse Justinianus, quamvis magnus & Augustus, neque Phocas, quamvis ignavus & proditor, neque alius denique de rebus tantis contra conciliorum leges decernendi auctoritate habuerit.

His subjuncta est longa disputatio de lege Constantinopolitani concilii: ut Constantinopolitanæ civitatis Episcopus habeat primatum honoris post Romanum Pontificem, propterea quod sit nova Roma. Eam nos ex ipsius Chalcedonensis concilii (quod nullum debemus meliorem quærere interpretem) capite 38. paulò antè ita perspicuè itáque dilucidi declaravimus, ut nihil nunc ad sex aut septem istius ingeniosi defensoris paginas frigidis & jejunis argutiis refertas

respondere necesse sit. Nam quod pag. 64. 65. & aliquot insequentibus disputat Petrum Apostolorum Principem ei civitati Primatum Ecclesiæ tribuisse: in qua ipse præfuit: ut si Roma non fuisset, sed Syracusis aut Lutetia: non Romanus, sed Syracusanus, aut Parisiorum Episcopus præstantissimus & maximus Pontifex appellaretur: hoc quam absurdum atque ineptum sit, quis non videt? Perinde est enim ac si diceret, Petrus loco dignitatem tribuit, locus Petri successoribus. ex quo quidem illud consectarium tibi referre atque objicere licebit: si urbs esset diruta, aut sub Turcorum imperium subjuncta, ut nullus relictus esset Pontifex in Ecclesia maximus. Quid enim si Petrus Constantinopoli Episcopus fuisset? Ei, ut tu quidem affirmas, urbi Principatum tribuisset, & quandiu in ea Episcopus fuisset, tamdiu fuisset maximus Pontifex, at ea perdita Pontificum quoque Principatus unà periisset. Sed quid argumentamur? Rufus contendit Episcopatum Petri Primatum Ecclesiæ Romanæ detulisse: neque aliunde istam dignitatem quæsitam esse. Hoc concedamus: & illo præeunte verba, sic concludamus. Primatus Ecclesiæ Romanæ non nisi ex Episcopatu Petri profectus est. Petrus non fuit Romæ Episcopus, neque verò potuit. Quare nullum illa Primatum habeat necesse est. Assumptio probatur ex Irenæo & Tertulliano, gravissimis auctoribus, & Apostolorum ætati ferè conjunctis quia Petrus non Episcopus fuit, sed Apostolus, qui nullam certam sedem ac præfecturam habebat (ut Episcopi:) sed obibat & peragrabat singulas provincias. Judæos tantùm non exteros, ac propterea non Romanos docens. Irenæus « igitur libro in Valent. 3. Fundantes, inquit, & instruen- « tes beati Apostoli Petrus & Paulus Ecclesiam Roma- « nam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tra- « diderunt. Succedit autem ei Anacletus post eum ter- « tio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens. Apertè Irenæus Linum primum Romanum Episcopum appellat: secundum Anacletum, tertium Clementem. Præterea cùm cujusque civitatis unus tantùm sit Episcopus, Paulus autem Petro semper adjungatur: utrum quæso illorum Romæ tum Episcopatum habuisse, Rufe contendes? Tertullianus libro de præscriptionibus hæret. 10. Evolvant, inquit, ordines Episcoporum suorum: ita per successores ab initio decurrentes, ut primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis « vel Apostolicis viris habuerit auctorem & antecessorem. Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum ab Joanne « collocatum refert. Sicut Romanorum Clementem à « Petro collocatum. Manifestò igitur Tertullianus Cle- « mentem primum Romanum Episcopum, item ut Po- « lycarpum Smyrnæorum appellat: & ut non horum « Joannem Apostolum, sic neque illorum Petrum, simi- « liter Apostolum. Eusebius autem hoc modo: τῆς ὁ ῥωμαίων « ἐκκλησίας μὴ τὸ παύλου ἢ πέτρου μαρτυρίαν προῖστος κληροῦται « τῶν ὅπου τῶν λίνος. id est, Romanorum Ecclesiæ post « Pauli & Petri Martyrium, primus sortitur Episcopatum Linus. Irenæum enim Eusebius sequitur, qui Linum primum appellat, Clementem tertium, cùm Tertullianus qui multis post Irenæum scripsit annis, hunc primum faciat.

Proximo capite Rufinus Phocæ judicium interpretatur, ut Paulus Diaconus, cùm dixit Phocam sta- « tuisse Romanam Ecclesiam primam haberi, hoc signi- « ficet, universalem, & œcumenicam, in quo quid opus « fuerit tam multas versus contaminare paginas, conjectura assequi non possum. non despicio, inquam, quorsum ille in re parva & confessa tam magnum chartarum numerum otiosis & inanibus verbis infarciat. nisi fortè, quod mihi nuper quidam perridiculè respondit, ut si quando Rufus profluvio ventris æquè laboraret, ac profluentia verborum inanium laborat, haberet miseras chartas, quæ sibi ad eam rem opus essent. Nos autem æquissimo animo illi concedimus quod longa disputatione extorquere velle videtur,

Source : BIU Cujas

Phocam Episcopo Romano roganti & petenti, Universalis nomen, & jus, & potestatem voluisse tradere. quæ nos non propterea dicimus, ut Episcopum Romanum leges Ecclesiæ contempsisse ac pro nihilo putasse doceamus. Sed quia hoc ipsum Universalis nomen in Pontifice Constantinopolitano (pag. 56.) ita condemnat, ut illud Antichristi proprium, ac peculiare esse fateatur. Diaconus autem id ipsum nomen Constantinopolitani Episcopi in Romanum Episcopum translatum & traductum esse demonstrat: neque Rufus negat: quare quid ex istis propositionibus sequatur, lectoribus colligendum ac concludendum relinquamus.

Huic loco subjuncta est disputatio de capite 39. Carthaginensis Concilii, quo prohibitum est ne quis Princeps Episcoporum, aut summus, aut maximus, aut tale quiddam appelletur. Verba primum ipsius legis videamus. εἰς τε τὴς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπον μὴ λέγειν ἄρχιν τῶν ἱερέων ἢ ἄκρον ἱερέα ἢ τοιοῦτόν τι ποτε; ἀλλὰ μόνον ἐπίσκοπον τῆς πρώτης καθέδρας. quod Gratianus 99. distinctione sic de verbo in suum Decretum transtulit. Quòd primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum aut summus Sacerdos, aut aliquid ejusmodi: sed tantùm primæ sedis Episcopus. In Græca lege est Exarchus, de quo vocabulo breviter explicandum est. Apparet autem ex Eutropio & Paulo Diacono, eo nomine magistratum illum intelligi, quem Latini Prætorem, quòd (ut Varro scribit) exercitui præesset, appellabant. Nam Eutropius libro 16. Roma à Totila Gothorum rege occupata, Narsetem Eunuchum & Justiniani cubicularium ab ipso Imperatore Italiæ Exarchum factum scribit: & cum Imperio Romam adversus Totilam missum esse. quo in Imperio idem Narses & Romam recepit: & Totilam qui decem annos jam regnaverat, cæso ipsius exercitu, interfecit. Sed libro insequenti hoc planissimè declarat. Narrat enim Mauritio Imperatore Prætorem exercitus fuisse Petrum. in eóque exercitu etiam Phocam fuisse, eum, de quo suprà diximus, Centurionem: & cùm Mauritii Imperio exercitus parere noluisset. Multitudines, inquit, congregatæ provehunt Phocam Centurionem Exarchum, & super clypeum hunc exaltatum laudibus Exarchum acclamaverunt. His Petrus auditis, in fugam versus est: & omnia Imperatori manifestavit. hæc Eutropius. Ex quibus perspicuum est Phocam pulso Petro, in ipsius locum ab exercitu creatum sive Exarchum sive Prætorem: ut Sabellici sententia nutare videatur, qui Longilium, eum qui Narsi successit, tradit secum attulisse in Italiam novum regiminis nomen, Græcæ superbiæ plenum, ut Exarchus diceretur. Utcunque autem se res habeat, non malè quicunque is fuit de Græca ἄρχοντων ἱερέων convertit Principem Sacerdotum, cùm de ea potestate ageretur, quam habent ii, qui vulgò Principes appellantur. Quare istius legis vim ac sententiam cognoscamus. Metropoles à Græcis dici modò κατ' ἐξοχὴν καθέδρας, modò πρώτης καθέδρας superius dicebamus: hoc autem perspici potest in Carthaginensis concilii κεφ. ιη, κγ, ξλε, λγ. Earum autem civitatum Episcopos, modò Metropolitanos appellari, modò Antistites, interim πρωτεύοντας, nonnunquam πρώτους, aut πρωτοκαθέδρους, ita demonstratum est, ut non sit inculcandum, ne de lectorum ingeniis diffidere videamur. Carthaginense concilium (quod ad rem maximè pertinet) κεφ. κγ, ὁ πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος, id est primæ sedis Episcopum appellat. εἰ μὴ μετὰ ψηφίσματος τῆς πρώτης καθέδρας ἢ ἰδίᾳ ἐκάστης χώρας ἐπισκόπου, ἥτ' ὄντι εἰ μὴ ἀπ' αὐτῆ τὸν πρωτεύοντας κατέχαιρεν λαβῃ. Nisi, inquit, consensu & voluntate primæ sedis cujusque regionis Episcopi, id est, ab ipso Primate specialem & certam Epistolam acceperit. Hoc loco, ut apparet, Primatem primæ sedis Episcopum manifestò appellat. Planum præterea fecimus Romanum Episcopum in sua provincia Metropolitanum, sive primæ sedis Episcopum fuisse. Hæc cùm ita se habeant, aut tollant Romam Episcopi istud Carthaginensis concilii caput, quo prohibitum est, ne primæ sedis Episcopus summus Sacerdos appelletur: exurant, inquam, illud ac deleant: aut fateantur se neque Principes Sacerdotum, neque summos, neque maximos Pontifices appellari posse. Adjectum est enim, aut aliquid ejusmodi. Veruntamen Rufi defensionem audiamus. Primates, inquit, vel primæ sedis Episcopi dicuntur, quibus subsunt & parent Archiepiscopi, sive (ut paulò post ex Aniceto dicit) Metropolitani. Ut enim Archiepiscopi præsunt Episcopis, ita Primates Archiepiscopis, sive Metropolitanis. quod Clemens docet 80. distinctione & Anacletus 99. Primates idcirco dicuntur, quia primas sedes in provinciis tenent. Archiepiscopi vero sive Metropolitani primas non habent, cùm sint inferiores. Quare ad Romanum Pontificem hæc lex non pertinet, qui supra omnes & primæ sedis Episcopos, & Primates, & Patriarchas quatuor constitutus est. Hæc est ingeniosa Rufi defensio. Cui fanè, quod respondeamus, si rationem istam omnia ementiendi & corrumpendi tenere vult, nobis deesse fatemur. Justinianus in lege inter claras. Cod. de sacrosanct. Eccl. quæ lex notissima est omnibus tyrunculis, Epistolam ad Episcopum Romanum sic scribit: Joanni Sanctissimo Archiepiscopo almæ urbis Romæ & Patriarchæ. Idem Novella 123. quatuor Patriarchas enumerans, primum nominat Romanum. Id Rufus non ignorat. eam enim constitutionem quodam loco testem citavit. præterea paulò suprà falsitatem Gratiani demonstravimus: & Romanum in Constantinopolitano concilio Patriarcham primum nominari ostendimus. quid amplius isti referemus, qui hanc legem ad sublimem excelsitatem Pontificis Romani negat posse pertingere? Veruntamen istam ejus præclaram disciplinam de Primatibus & Archiepiscopis cum ipsis conciliorum verbis conferamus. In canonibus, qui dicuntur Apostolorum κεφ. λδ', Τὺς ἐπισκόπους ἑκάστων ἔθνους εἰδέναι χὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον. Episcopos cujusque gentis scire oportet quis inter ipsos primus. In Antiochenum concilium caput hoc ita verbum pro verbo translatum est, ut tamen pro τὸν πρῶτον legatur tantummodo Τὸν ἐν τῇ μητροπόλει πρεσβύτα ἐπίσκοπον, & in fine, τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον. id est Metropolitanum Episcopum. Vides opinor, Rufe, qui Primus paulò antè nominabatur, eundem ipsum Metropolitanum appellari: & de eodem tum illos, tum hos canones mentionem facere. Sed & antea docuimus hunc ipsum Primatem sive Metropolitanum πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπον, id est primæ sedis Episcopum appellari. Quocirca inepta & planè absurda illa sunt dogmata, quæ vos Clementi Episcopo Romano adscribitis. cujus nomine extant Epistolæ, de quibus in præsentia non est disputandi locus. Hoc tamen quasi præteriens commemorare possum, ab impio & indocto nebulone scriptas esse: eodem ipso qui Itinerarium Beati Petri composuerat, quod jam pridem totius Ecclesiæ consensu explosum ac repudiatum est. hoc enim earum epistolarum auctor disertè de se ipse testatur ut illud præteream, quòd uxores communes esse vult, ut patet initio 11. epistolæ. Ejus igitur, ut dixi, Pseudoclementis præcepta, quæ de Primatibus ac Metropolitanis tradidit, planè absurda sunt. item ut illa alterius confícti Anacleti, quæ persimilia sunt, quæ nos commemorabimus, quòd ea Gratianus in suum volumen congessit 99. distinctione. Provinciæ, inquit, multo ante Christi adventum tempore divisæ sunt: & postea ab Apostolis & beato Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata in capite omnium Provinciarum, ubi dudum Primates erant legis sæculi, ac prima judiciaria potestas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatorum, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat: con-

Source : BIU Cujas

fugiebant pro oppressionibus eorum vel injustitiis suis : ipsosque appellabant , quoties opus erat , sicut in lege eorum scriptum erat , ipsis quoque in civitatibus vel locis nostros Patriarchas vel Primates qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina , leges divinæ & Ecclesiæ poni & esse jusserunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent , eosque appellarent : & ipsi nomine Primatum fruerentur. Reliquæ verò Metropolitanæ civitates , quæ minores judices habebant , licet majores comitibus essent , haberent Metropolitanos suos : qui prædictis justè obedirent Primatibus : qui non Primatum , sed aut Metropolitanorum , aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Hoc capite Gratianus Anacleti nomine Primates & Patriarchas eosdem dici tradit : quibus subsunt Metropolitani , qui etiam Archiepiscopi dicuntur. Nos ex certissimis & antiquissimis Ecclesiæ monimentis planum fecimus τοὺς πρώτους τοὺς πρωτεύοντας , τῆς πρώτης καθέδρας ἐπισκόπους. Id est , Primos , Primates , primæ sedis Episcopos , eosdem promiscuè dici τοὺς μητροπολίτας , id est Metropolitanos , & matricis civitatis Episcopos. Utris nunc potius fides habebitur ? Monimentis certissimis , & quæ isti æquè ac sacras literas in prætio haberi jubent : an istis Gratiani confictis & commentitiis fabulis , vix dignis lucubratione aniculârum ? Nam quòd ad Archiepiscopi nomen attinet , quod isti à Patriarcha alienum esse tradunt , & Metropolitarum esse commune omnium affirmant : id falsum & absurdum esse Justinianus Novella 123. multis locis demonstrat , in quibus non alios Archiepiscopos nominat , nisi ipsos Patriarchas, ut eo loco quam suprà descripsimus , in quo quatuor Patriarchas ἀρχιεπισκόπους appellat. Et paulò post , οἵτινες ὑπὸ τὸ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχην εἰσὶν : Id est , Qui sunt sub beatissimo Archiepiscopo & Patriarcha Constantinopolis , & paucis versibus interjectis. Sed aliquanto pòst multò apertissimè his verbis. Εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη ὁ κατηγορούμενος , ἢ τούτῳ μητροπολίτῃ ἐξετάζειν τὰ λεγόμενα. εἰ δὲ μητροπολίτης εἴη , ἢ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον , ὑφ' ὃν τελεῖ. Id est , Etsi quidem is qui accusatur , Episcopus fuerit : hujus Metropolitanus ea quæ proferuntur , examinato. si verò Metropolitanus , beatissimus Archiepiscopus , sub quo censetur. & eadem rursus constitutione. Εἰ δὲ μὴ παρὰ κληρικοῦ ἢ ἄλλου οὗ δήποτε πρωτεύουσι κατ' ἐπισκόπου γένηται , πρῶτον μὲν ὁ μητροπολίτης τὸ πρᾶγμα διακινείτω. μὴ εἰπὼν τοῖς κεκεμμένοις αὐτίκα , ὅτι ἢ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχου τῆς διοικήσεως ἐκείνης ἀναφωνείτω τὸ πρᾶγμα. Id est , Si à clerico aut quovis alio contra Episcopum in jus adeatur , primum Metropolitanus rem disceptato. Quòd si quis rebus judicatis contradicat , & appellare velit , ad beatissimum Archiepiscopum atque Patriarcham illius diœcesis causa defertor. Aniceti proximum caput est ejusmodi , quod Rufus hoc loco protulit. Nulli Archiepiscopi Primates vocentur , inquit , nisi illi qui primas sedes tenent. At alii nulli sunt , ut Conciliorum leges modò prolatæ declarant. Item , quarum sedium Episcopos Apostoli eorumque successores regulariter Patriarchas vel Primates esse constituerunt. Quasi verò tam latè Apostolorum ætate regnum Christi propugnatum fuerit : ut in creandis Patriarchis , qui multis simul regionibus præessent , occupati fuerint. Quum satis constet amplius centum annos post Apostolorum ætatem , Christianis non nisi nocturnos & clandestinos cœtus celebrare licuisse. Sed jam antea demonstratum est tum Patriarchas creatos esse , cum certæ jam nationes ac provinciæ , in suis omnibus civitatibus Episcopos haberent: quorum ut conventus & quasi Senatus bis uno quoque anno facilius cogi posset , Primates & quasi magistri collegii creati sunt , qui ut Consules ad Senatum , sic illi ad totius provinciæ Episcopos , de suis negotiis referendi potestatem haberent. Hos autem modò Patriarchas , modò Metropolitanos , modò Primates appellari solitos fuisse , satis jam copiosè demonstratum est. Sequitur , reliqui Metropolitani nominentur , quia alias Metropoles tenent. Quas , malum , Metropoles ? ubi unquam Metropoles aliæ nominantur , nisi in quibus primates , Antistites , & primæ sedis Episcopi sedes habebant ? Concilio Carthaginensi , κεφ. ιζ. constitutum est , Ὥστε ἐκάστην ἐπαρχίαν διὰ τὸ μηδαμὴν πρωτεύοντα ἔχειν ἴδιον. Id est , ut quæque provincia propter sumptuum magnitudinem suum Primatem habeat. & simul adjectum , ut Mauritania Sitiphensis suum habeat sibi peculiarem Primatem. Quid ita Sitiphensis ? nimirum quia duæ sunt Mauritaniæ provinciæ : duæque in iis Metropoles : quarum alteram Cæsaream Eutropius nominat libro 16. alteram Sitiphin , in qua Primas ille sive Metropolitanus constitutus est. Ex eodem genere sunt illa Isidori distinctione 21. capite 1. ubi tamen tum Aniceti tum Anacleti placitis repugnat. Alios enim Patriarchas , alios Primates facit. Inter eos , inquit, quædam discretio servata est : ut alii Archipresbyteri, alii Chorepiscopi , alii Episcopi , alii Archiepiscopi , seu Metropolitæ , alii Primates , alii summi Pontifices. Unde tandem nobis istam Isidorus tam præclaram descriptionem invexit ? Nam quòd ad sacerdotes attinet sive Presbyteros , vetus Ecclesia, vetus, inquam , non Decretalibus Epistolis constituta Ecclesia , non alios ipsis Archipresbyteros præfecit, quàm ejus urbis Episcopos , cui vici , pagi , oppidula quibus ipsi Presbyteri præfecti erant , subjiciebantur. In canonibus qui dicuntur Apostolorum , de Presbyteris & Diaconis lex est , his conscripta verbis. Οἱ πρεσβύτερος καὶ οἱ διάκονοι ἀνευγνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου , καὶ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀποτισόμενος. Id est , Presbyteri & Diaconi sine consensu & sententia Episcopi , nihil gerunto. Ipse enim est cui populus Domini est concreditus : & à quo populi animorum ratio reposcetur , & in eandem sententiam ac rationem lex in Laodicensi concilio constituta est. κεφ. νς. De Archipresbyteris verbum in omnibus antiquis conciliis nullum. De Chorepiscopis autem mentio fit multis eorumdem conciliorum locis. Erant autem Chorepiscopi , paulò majoribus vicinitatibus præfecti, quàm presbyteri : & , ut opinor, iis vicis, qui muris cincti, non tamen tantum oppidum efficiebant, ut opus esset in iis Episcopum constituere. Hi majorem quàm presbyteri ac diaconi dignitatem ac potestatem habebant : non usque eo tamen , ut illum aut presbyterum , aut diaconum creare possent : sed hypodiaconos tantum , lectores , & exorcistas. Sic enim legibus Antiocheni concilii constitutum est. κεφ. ι. τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους , εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες , ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα , καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας , καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ , καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους ἐπαρκίας , καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι θεραπείᾳ , μήτε δὲ πρεσβύτερον , μὴ τε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν , ἄχρι τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου ἢ ὑποκειται αὐτὸς τε ἐκ ἡχωρεῖ. εἰ δὲ τολμήσειέν τις παραβῆναι τὰ ὡρισμένα , καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς. χωρεπίσκοπον δὲ γινέσθαι ὑπὸ τὸ τῆς πόλεως , ἢ ὑπόκειται ἐπισκόπου. Id est , Qui in vicis aut regionibus Chorepiscopi vocantur , si manuum impositionem ab Episcopis acceperint , placet sanctæ synodo , ut quibus finibus sua præfectura circumscripta sit , cognoscant : & gubernent sibi subjectas Ecclesias. Eorumque procuratione ac solicitudine contenti sint. Constituant autem lectores , subdiaconos , exorcistas (id est , eos qui invocato nomine Christi Dei , quasi jurejurando , dæmones ex furiosorum corporibus profligabant :) & hac illi dignitate atque præstantia contenti sint. Presbyterum

Source : BIU Cujas

» autem, aut Diaconum ne quem cooptare audeant, » sine ejus urbis Episcopo, cui tum ipse tum ea tota » vicinitas cui præest, subjecta est. Quòd si quis hos » fines migrare audeat, abdicetur ea dignitate quam » assecutus est. Chorepiscopus autem creatur ab ejus » civitatis Episcopo, cui civitati ipse subjectus est. Hæc illi. estque hoc ferè translatitium caput ex capite decimo tertio Ancyrani concilii: cujus ipsius concilii extremo capite quæ sit hujus origo procurationis, ac » muneris Ecclesiastici, his verbis explicatur. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα: ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, εἰσὶ τῶν ἀποστόλων εἰς τὸν πλῶτον, τοσοῦτον ἐπιμόνους. Id est, Chorepiscopi instar Septuaginta discipulorum constituti sunt, & ut collegæ in » Ecclesiæ cultu ac ministerio, ob studium in pauperes, » ad Episcoporum honorem ac dignitatem accedunt. hactenus de Chorepiscopis. De Episcopis autem, Archiepiscopis, & Metropolitis, Primatibusque, dictum est suo loco copiosè. Nam ad Papæ nomen quòd attinet, Syracusanorum lingua Patrem significare, Suidas testatur: & eo nomine omnes Episcopos appellari solitos, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Initio concilii Carthaginensis, Aurelius ejus civitatis Episcopus, qui concilio præerat, Papa nominatur, & in oratione Alypii, Αἰτοῦμεν τὸν μακάριτατα καὶ σὸν ἁγιώτατε πάπα Αὐρήλιε. Id est, petimus à dignitate tua sanctissime Papa Aureli. Capite 104. cùm de dissensione inter Romanum & Alexandrinum Episcopos verba fierent: Placuit, inquit, ut ad sanctissimum Papam Innocentium scribatur. Cum Alexandrinum significat. Bonifacius enim tum Romæ præsidebat. Apud Cyprianum, extant aliquot epistolæ ad eum ipsum scriptæ, in quibus Papa nominatur, in epistola 7. libro 2. Romani Presbyteri & Diaconi inscripserunt suas literas Cypriano Papæ. Hieronymus etiam in epistolis Augustinum identidem Papam appellat. Neque video, cur posthac cum duobus patribus scribi debeat ut Rufo placet, cùm Suidas Syracusanos unico usos testatur, & in Græcis conciliis ubique sic legatur. Quòd Isidorus postremo loco de summo Pontifice mentionem facit, eam appellationem ac potestatem communi Ecclesiæ consensu improbatam atque explosam esse suprà docuimus. Quoniam tamen & Rufus de Pontifice maximo populi Romani & Isidorus de Flaminibus mentionem faciunt: de iis quoque breviter & quasi prætereuntes explicabimus. Verba autem Isidori, quæ ex Clementis & Anacleti nomine falsò inscriptis epistolis exscripta sunt, primùm cognoscamus. Horum, inquit, (id est eorum » de quibus modò diximus) discretio à Gentilibus maximè introducta est, qui suos Flamines alios simpliciter Flamines, alios Archiflamines, alios Protoflamines appellabant. Hæc sunt hominis elegantissimi & eruditissimi placita, ex cujus ludo quasi ex equo Trojano omnes se Canonici juris doctores, profectos gloriantur. Nos Varronem, Ciceronem, Dionysium Halicarnassæum, Plutarchum, Livium, & reliquos paulò meliores harum rerum auctores ac magistros audiamus. Primum autem illud ex Cicerone intelligamus. Populi Romani religionem bipartitam fuisse, atque in sacra & in auspicia divisam. Ac Sacerdotes quidem Numa, Augures autem Romulus instituit. Sacerdotum autem alii Flamines fuere, alii Pontifices, alii nec Flamines, nec Pontifices, ut Salii, sed aliud sortiti procurationis ac præfecturæ genus. Flamines unius Dei Sacerdotes fuere: ut Cicero in legibus testatur, & à filo, sive coronis laneis quas in capite gestabant. Flamines dicti sunt. eis enim aperto esse capite non licebat, sed perpetuò apicem gestare jubebantur, ut ex Fabio Pictore Gellius docuit, horum princeps ac maximus, Flamen Dialis fuit, id est Jovis minister ac sacerdos assiduus: quem Numa insigni veste & curuli regia sella adornavit. Super eum in convivio, nisi Rex sacri ficulus, haud quisquam alius accumbebat. Is solus album habebat galerum, vel quòd, ut Varro scribit, maximus erat, vel quòd Jovi immolata hostia albato fieri oportebat. Ei proximus erat dignitate Martialis, deinde Quirinalis, tum Volcanalis, Furinalis & alii deinceps. Archiflamines autem aut Protoflamines appellatos esse nullos legimus: idque ab hoc uno Isidoro confictum esse constat, quem tamen homo non ingeniosissimus qui Lucii Fenestellæ nomine, de Magistratibus Romanorum scripsit, est secutus. Sequitur ut de Pontificum collegio breviter explicemus. Pontificem unum duntaxat à Numa institutum legimus apud Titum Livium: Marcum scilicet M. F. cui sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit. quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa, sacra fierent: atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica privataque sacra Pontificis scitis subjecit. Hunc, inquam, solum à Numa creatum Livius testatur, quem Maximum etiam non nominat, quòd alii scilicet minores non essent, & initio libri 2. cùm de Rege sacrificulo commemorat, non dicit eum Pontificibus, aut Pontifici Maximo subjectum esse, sed tantùm Pontifici, qui tamen Maximus, ut dixi, sacerdotum omnium habebatur. Ex quò intelligi potest, quàm ingenioſi sint homines, qui in orationibus contra Lutherianos Ciceronianæ orationis genere conscriptis, nullum ab iis ordinem ac descriptionem in sacerdotum collegio conservari clamant, qui Maximum Pontificem Romanum in ordinem redigere conantur: cùm ex Pontificibus Romæ, unus princeps atque Antistes perpetuò fuerit, quem Maximum appellabat: quasi verò aut initio Pontifex ille Maximus fuerit, aut Maximus diceretur, quod in omnes qui ubique terrarum sacerdotium gerebant imperium ac potestatem, ac non in Romanæ tantùm urbis sacerdotes haberet. Non multò pòst tamen quatuor sunt creati Pontifices, qui numerus ad Marcum Valerium, Quintum Apuleium Consules, id est annos amplius quadringentos permansit. quo tempore octo primùm lege Ogulnia Pontifices creati sunt: de quibus cum postea Livius loquitur, alios minores Pontifices appellat, unum maximum. Cicero etiam in oratione de Haruspicum responsis, tres minores nominavit. Pontificis verò Maximi tanta potestas in reliquos sacerdotes fuisse dicitur, ut Lucius Metellus eum honorem adeptus, Posthumium Consulem eundemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris discederet, mulcta indicta, urbem egredi vetuerit. Idem præterea de violatis sacris cum collegio cognoscebat. Livius narrat Lucium Cantilium scribam Pontificum, qui cum Vestali virgine stuprum fecerat, à Pontifice Maximo eo usque virgis in comitio cæsum fuisse, ut inter verba expiraret. Idem res omnes singulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: ut Cicero libro de Oratore 2. testatur. Creati autem postea plures sunt à victore Sylla, eorumque numerus ampliatus, ut essent quindecim. His Pontificibus quod simile nostri habeant Romani Pontifices hoc unum reperio, quòd ut illi (quemadmodum Dionysius Halicarnassæus memoriæ prodidit) erant ἀνυπεύθυνοι: sic Romani Pontifices nullius se notioni aut judicio subjectos esse gloriantur, Εἰσί τε, inquit Dionysius, « ἀνυπεύθυνοι πάσης δίκης τε καὶ ζημίας, οὔτε βουλῆ λόγον διδόντες οὔτε δήμῳ. Id est, Sunt liberi ac soluti omni no- « tione atque animadversione, neque Senatui rationem « reddunt, neque populo. Hæc de Romanæ superstitionis Pontificibus Dionysius. Nostri autem, quibus Christiana religio quasi Atlante cælum niti existimatur, causa 9. quæstione 3. capite paret hoc modo. Patet sedis Apostolicæ (cuivis auctoritate majus non « est) judicium à nemine fore retractandum, neque « cuiquam de ejus liceat retractare judicio: & quæ «

Source : BIU Cujas

» sequuntur. item capite Nemo. Nemo judicabit pri-
» mam sedem. Neque enim ab Augusto, neque ab om-
» ni clero, neque à Regibus, neque à populo judex
» judicabitur. Quam potest sibi Deus Optimus Maxi-
mus potentiam sumere majorem? Quam potest, in-
quam, in cujus nutu & arbitrio cœlum, terra, ma-
riaque reguntur, majestatem ista sumere ampliorem?
Lucius Sylla victor, qui solus orbem terrarum gu-
bernabat, imperiique majestatem maximam obtine-
bat, tamen quod in vectigalibus, iis, inquam, quæ
ipse virtute sua quæsiverat, contra populi utilitatem
gessit, à Senatu rescindi passus est. Pontifices Ro-
mani quorum provincia tam angustis suburbanarum
urbium finibus circumscripta fuit, multis se legibus
implicari, nullius vel Senatus, vel populi, vel sa-
cerdotum collegii, vel Regis denique judicium sub-
ire, solam sibi suam libidinem pro lege esse statuunt.
Quòd si veterum populi Romani Pontificum nobis
exemplum proferant, meminerint saltem de univer-
so collegio loqui Dionysium, neque quicquam Pon-
tifici maximo sine collegii sententia decernere li-
cuisse. Audiamus edictum capitis insequentis. Alio-
» rum hominum causas Deus voluit per homines ter-
» minari: sed sedis istius Præsulem suo sine quæstione
» reservavit arbitrio. Item, cuncta per mundum novit
» Ecclesia, quòd sacrosancta Romana Ecclesia, fas de
» omnibus habeat judicandi, neque cuiquam de ejus
» liceat judicare judicio. Denique amplius decem sunt
sub ea ipsa quæstione capita, in eandem plane sen-
tentiam ac rationem conscripta. Ex eodem genere
etiam illa sunt 17. quæstione 4. can. si quis suaden-
» te. in extremo. De judicio summi Pontificis alicui
» disputare non licet, & capite insequenti, nemini est
» de sedis Apostolicæ judicio judicare, aut illius sen-
» tentiam retractare permissum. Et distinctione 89.
can. extremo. ejectionem verò summorum Pontifi-
cum tibi Dominus reservavit, licet electio sit Cardi-
nalium. Verumtamen, quæret aliquis, quid si Ro-
manus Papa religionem officii sui aspernatus, suo
exemplo ita multos corrumpat, (quemadmodum di-
ci solet, quales sunt principes, tales solere esse ci-
ves) ut gregem sibi concreditum secum in exitium
æternum deducat: nulline ipsum de tantis vitiis ad-
monere licebit? Audiamus ipsius Bonifacii Papæ res-
» ponsionem, distinctione 40. can. si Papa. Si Papa,
» inquit, suæ & fraternæ salutis negligens deprehendi-
» tur, inutilis & remissus in suis operibus, & insuper
» à bono taciturnus, & innumerabiles populos cater-
» vatim secum ducit primo mancipio gehennæ cum ip-
» so plagis multis in æternum vapulaturus: hujus cul-
» pas istic, id est in terris, redarguere præsumat mor-
» talium nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à ne-
» mine est judicandus. Sed inepti sumus, qui dubite-
mus, an Romani Pontifices miseriam sibi ac perni-
ciem sempiternam quærere possint. Eadem ipsa di-
stinctione can. 2. pronuntiatur ne quis Papam Ro-
manum sanctum & justum esse dubitet, etiam si qua-
» drupedum omnium esset nequissimus. Beatus Petrus,
» inquit, perennem meritorum dotem cum hæreditate
» innocentiæ transmisit ad posteros: quod illi conces-
» sum est per actuum lucem, ad illos pertinet, quos
» par conversationis splendor illuminat. Quis enim
sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis at-
tollit? In quo si desint bona acquisita per meritum,
sufficiunt quæ à loci prædecessore præstantur. Quæ
cùm ita se habeant, quid est quæso modò quòd dubi-
temus Romanum Pontificem, qui Deum se ac numen
facit, eum ipsum esse quem Paulus 2. ad Thess. 2. his
verbis describit, qui effertur adversus omnem, qui
dicitur Deus aut numen: adeò ut in templo Dei se-
deat, ostentans seipsum, quasi sit Deus?

Sequenti capite disputatur de Cypriani verbis, qui in 4. quæstione 1. capite loquitur, sic inquit, loqui-
tur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Pe-
trus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam
Super unum ædificat Ecclesiam, & quamvis Apo-
stolis omnibus post resurrectionem suam parem po-
testatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, &
ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum: tamen ut
unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab
uno incipientem, auctoritate sua disposuit. Hoc
utique erant cæteri Apostoli, quod Petrus fuit: pari
consortio prædita & honoris & potestatis. Sed exor-
dium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia Christi una
monstretur. Hoc loco quid Rufus calumniari possit,
non dispicio. Principio nobis tradidit hanc partium
enumerationem: ut Primi dicantur tempore, hono-
re, & potestate, iisque tribus rebus suscepit se pla-
num facturum, Petrum cæteris omnibus Apostolis
antecessisse. De tempore, non movemus controver-
siam: neque enim hoc ad rem vel tantulum attinet:
ut superius explicavimus. De honore & potestate, si
Rufus Cypriani judicium non aspernatur: quid ille
pronuntiet, videamus Omnes, inquit, Apostoli pa-
ri cum Petro & honoris & potestatis consortio præ-
diti fuerunt. Paulus quidem 2. Corinth. 12. apertè de
se hoc ipsum ac luculenter confirmat, Nulla, inquit, «
in re sum inferior summis Apostolis. Quòd Rufus ex «
Anacleti nomine falsò inscriptis epistolis commemo-
ravit, fateor his Cypriani verbis repugnare. Sed cùm
satis constet fictas & commentitias esse illas epistolas,
quæ tum Clementis tum Anacleti nomine inscriban-
tur: tum Pontificis Romani in re sua testimonium
repudiamus in quo à Canonistis ipsis non dissentimus,
ut patet ex glossa 16. quæstione 1. can. consuetudo.
in verbo Ecclesiæ. Quid enim illis Cypriani verbis ma-
gis adversum fingit aut commemorari potest, quàm
quod in illa, quam Rufus citat epistola, scriptum
est? Quod tamen ne ille adscriberet, pudor aliquis,
ut mea fert opinio, reliquus, inhibuit. Sacrosancta, «
inquit, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed «
ab ipso domino primatum obtinuit, hactenus Rufus. «
Sequitur in eadem epistola, & eminentiam potesta- «
tis super universas Ecclesias ac totum Christi populi «
gregem assecuta est. Componantur nunc & confe- «
rantur illa Cypriani verba, cum istis Anacleticis. Om- »
nibus Apostolis parem potestatem tribuit. Hoc erant «
utique cæteri Apostoli, quod Petrus, pari consortio «
prædita & honoris & potestatis. Quare aut Cypriani «
auctoritatem Rufus repudiet, levemque ac nullius
momenti æstimandam esse doceat: aut istam epistò-
lam quæ cum illius verbis ac præceptis manifesto pu-
gnat, homine Christiano indignam esse fateatur, nam
quæ adversa sunt & planè contraria, conciliari nullo
modo possunt.

Sequitur ex eodem Cypriano, Episcopatus unus est, cujus à singulis in solidum pars tenetur. Hæc ver-
ba Rufus obscura esse dicit, & multas afferre posse
dubitationes, non modò Jurisconsultis, sed etiam
Philosophis, quo circa à se non explicari, cùm in-
genii sui non sit tanta facultas. Profert enim Ulpiani
& aliorum testimonia, qui statuunt duos in solidum
dominos ejusdem rei esse non posse. ac mirum esse ait,
quòd cùm unus sit Episcopatus, à pluribus tamen in
solidum teneatur. Quid existimabimus? jocarine
Rufum, an asseverare, qui cùm juris utriusque do-
ctorem se in suo libro inscribat, & in Senatu Parisien-
si patronum appellet, tamen in re facili ac pervulga-
ta pueriliter hallucinetur? Duo, inquit, ejusdem rei
in solidum domini esse non possunt. Quid est hoc Ru-
fe? Tibine adhuc illa jurisperitorum vexata & nobi-
lis disputatio de dividuis & individuis ignota est?
Quid? Servitutes cujusmodi sint ignoras? An viæ, iti-
neris, actus, aquæductus plures in solidum domini
esse non possunt? Versarisne hospes ac peregrinus in
istis locis, tyrunculis ipsis tritis ac pervulgatis? De «
quibus nobiles sunt disputationes Jurisconsultorum «
in lege viæ itineris. D. de servitut. lege hæredes. «

Source : BIU Cujas

» paragrapho Anea. D. famil. ercis. lege 2. lege 4. pa-
« ragrapho Cato. lege ſtipulationes non dividuntur.
« digeſtis de verborum ſignificatione. & aliis ſexcen-
» tis. Utrum igitur per ludum & jocum hoc te ignorare fingis, qui te jurium doctorem inſcribis: an planè converſa, & contraria ratione uſus es ei quam Cn. Pompeium tenuiſſe commemorabas, qui ſe, id quod erat, tamen inſcribere atque appellare verebatur? Sumamus aliud exemplum, ut iſtas tuas tam obſcuras & ſpinoſas dubitationes, ex hoc Cypriani loco repellamus. Tribunatus plebis magiſtratus erat, auxilii ergo adverſus Patrum injurias conſtitutus. decem porrò Tribuni fuere. Finge nunc Cyprianum ita locutum eſſe. Tribunatus unus eſt: cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Tibíne videtur Cyprianus obſcurè ac tenebricosè locutus? Sed quid nos inepti exempla confingimus? Perinde quaſi Cyprianus non ſatis multa nobis protulerit. Quomodo, inquit, ſolis multi radii, ſed lumen unum: & rami arboris multi, ſed
» robur unum tenaci radice fundatum. Et cùm de fonte
» uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa
» videatur exundantis copiæ largitate: unitas tamen
» ſervatur in origine. Avelle radium ſolis à corpore, diviſionem lucis unitas non capit: & multa in eandem ſententiam, quæ ipſe quoque Gratianus deſcripſit. Ex quibus quanta ſit omnibus propoſita Juriſconſultis & Philoſophis hoc loco difficultas, nemo mediocriter quidem eruditus, non intelligit.

Aliquantò pòſt, caput quidem Eccleſiæ Chriſtum eſſe fatetur: ſed eum, cùm in domicilium ac ſedem ſuam migraret, à nobiſque decederet, Petrum vicarium, & quaſi miniſtrum atque inſtitorem ait in Eccleſia ſua reliquiſſe. Cur igitur, inquit, nos homines importuniſſimi Petrum nolumus curare, aut moderari totum? Homines tibi, Rufe, non importuni reſpondent, Quia totum non eſt Petro commiſſum. Quòd ſi fuit, graviter Paulus accuſandus eſt, qui ſolam Judæorum procurationem Petro reliquit, ſibi exterarum gentium ſumpſit. ut conſtat ex Epiſtola quam
» ſcribit Galatis capite ſecundo. Ab iis, inquit, qui
» videbantur eſſe aliquid nihil in me collatum eſt. Imò
» contrà, quum vidiſſent mihi commiſſum exterarum
» gentium Evangelium, quemadmodum Petro Judæo-
» rum (etenim qui efficax fuit in Petro ad apoſtolatum
» apud Judæos, idem efficax fuit in me apud externos)
» Quum, inquam, Jacobus, Petrus, & Joannes, qui
» videbantur eſſe columnæ, cognoverunt beneficium
» in me collatum, dextras ſocietatis mihi ac Barnabæ
» dederunt, ut nos quidem ad gentes exteras, illi verò
» ad Judæos proficiſcerentur. Quum autem Petrus An-
» tiochiam veniſſet, reſtiti illi in os: erat enim coar-
» guendus. nam priuſquam quidam à Jacobo veniſſent,
» cibum unà cum gentibus ſumebat. & multa quæ ſe-
» quuntur in hanc ſententiam. ex quibus facillimè ac planiſſimè intelligitur, Petro nullam quàm cæteris Apoſtolis majorem aut digniorem procurationem commiſſam fuiſſe. At enim quum Chriſtus, inquis, deceſſerit, inſtitorem, miniſtrum, ac vicarium nobis aliquem reliquerit neceſſe eſt. Deceſſit quidem ex terris Chriſtus: neque nunc à nobis cernitur, aut tractatur. Sed ita eum deceſſiſſe, ut à nobis abſit, negamus. Quum enim decederet, fidem nobis dedit ſe perpetuò nobiſcum futurum. Ego, inquit, vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Etſi ergo hinc emigrans aſpectabilem ſui præſentiam nobis abſtulit: aſcendit tamen, inquit Paulus, ut impleret omnia, itaque ipſum adhuc præſentem habet Eccleſia, ſemperque habitura eſt. Quòd ſi eam, qua perpetuo nobis adeſt, rationem quærimus, eam Paulus eodem loco perſpicuè declarat, nempe per miniſterium ho-
» minum, quibus Eccleſiæ ſuæ curam commiſit. Dedit,
» inquit, alios quidem Apoſtolos, alios paſtores ad in-
» ſtaurationem Sanctorum, in ædificationem Eccleſiæ,
» ut veritatem ſectantes adoleſcamus in illum per om-
nia, qui eſt caput, nempe Chriſtus. Etenim quam « tandem eſſe putamus Eccleſiarum alimoniam ac paſtionem? eorûmne hominum verba, qui nobis concionantur? At impiæ doctrinæ viri concionari poſſunt: poſſunt ignari, imperiti, omnis doctrinæ rudes. Aut igitur Chriſtum Eccleſiæ ſuæ adeſſe fateamur, qui dona det, ut inquit Paulus, hominibus, ſpiritumque ſuum Eccleſiæ ſuæ impertiat: aut omnium Epiſcoporum & concionatorum clamores vanos atque inanes eſſe concedamus. Vicarium autem neminem quæramus: quum ille ſcilicet ſatis commodè ſuas partes agat, ſuumque munus diligenter obeat. Quibus enim in rebus (ut Cicero ſcribit) ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. in quibus verò ipſi interſumus, eſt inutilis. Et quoniam placet tibi, Rufe, ducta ex navibus ſimilitudo, hujus noſtræ navis, unum hunc gubernatorem retineamus. Sedeat ille in puppi ſolus, ſolus clavum teneat, ſolus gubernaculum tractet: permittamus Apoſtolis, Diſcipulis, Epiſcopis, Doctoribus, cæteriſque Eccleſiæ miniſtris, nautarum ac remigum partes, quæ ſunt illis à ſummo Navarcho impoſitæ: neque ullum eorum à remigandi officio ad onus ſuis viribus majus atque gravius accedere patiamur.

His ſubjuncta eſt Hieronymi ſententia, quam Gratianus præſcribit 93. diſtinctione. can. legimus. Si « auctoritas quæritur, inquit, orbis major eſt urbe ubi- « cunque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, « ſive Rhegii, ſive Alexandriæ, ſive Thebis, ſive Ger- « maniæ, ejuſdem meriti eſt, & ejuſdem ſacerdotii. « Rufus his verbis non adimi cenſet majorem dignitatem Romano Pontifici: quum ſatis conſtet, Archiepiſcopos ſive Primates majoris meriti ac dignitatis fuiſſe quàm cæteros Epiſcopos. Quid ergo eſt? (pag. « 103.) Hoc, inquit, ad vitæ merita pertinet: vel ad « honorem etiam referri poteſt, quo affici Epiſcopi de- « bent, eo ipſo quòd ſint Epiſcopi: ſed non idcirco effi- « citur, ſi ejuſdem honoris ſint, ut paris & non majo- « ris ſint. Hæc eſt peracuta & peringenioſa Rufi defen- « ſio. At Hieronymus quorſum meriti nomen pertineat, oſtendit. Si auctoritas quæritur, inquit, orbis major eſt urbe. Quid iſta calumnia. Frigidius fingi aut commemorari poteſt? Ejuſdem meriti Hieronymus dicit, quod antea dixerat. Ejuſdem auctoritatis, nam quod ad Archiepiſcopos & Patriarchas attinet, de illis quoque intelligi poſſunt verba Hieronymi. Nulla enim eſt, quemadmodam ex Nicæno & aliis conciliis dicebamus, Archiepiſcopi ſine ſuis collegis, id eſt provinciæ ſuæ Epiſcopis, vis aut poteſtas aut auctoritas. Qua de re autem loquatur Hieronymus, ex ipſius epiſtola licet intelligi. Diſputat enim, Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, majorem quàm aliarum Eccleſiarum, vim atque auctoritatem nullam obtinere. Quid mihi profers, inquit, unius urbis conſuetudi- « nem? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſuperci- « lium, in leges Eccleſiæ vindicas? Ubicumque fuerit « Epiſcopus, ſive Romanus (& cætera quæ modò de- « ſcripſimus) tum potentia divitiarum, & paupertatis « humilitas ſuperiorem vel inferiorem Epiſcopum non « facit. Poſtea Rufus duas paginas infarcit referendis « locis Hieronymi, quibus cauſam ſuam confirmet. Quid aſſecutus eſt Rufus iſta tam laborioſa volutatione librorum Hieronymi? cùm totum Hieronymum evolverit, nullam tamen vel minimam literam de Romanæ ſedis præſtantia proferre potùit, nam quæ ille protulit, omnia ad Petri Apoſtoli laudem & commendationem pertinent.

Aliquantò pòſt de jure appellationum tractare inſtituit: ubi primum projectam audaciam ejus Romani Pontificis purgare conatur, quem ſupra à Carthaginenſi concilio, falſi crimine convictum & condemnatum docuimus. Eum, inquam, qui fraudulenter & malitioſè auſus erat Sardicenſis concilii caput 7. pro

Nicæna

Nicæna Synodo antiquissima supponere. Ait enim tantum fuisse errorem in nomine, & Legatos citasse Nicænum pro Sardicensi. Quid? hæc falsa appellatio concilii, utrum ab ipsis Legatis, an à Romano Pontifice inducta est? Nega, nega Rufe perscriptum id habuisse. Legatos in mandato, quod tum Græcè commonitorium appellant, nega Danielem, notarium concilii, mandatum accipere, & clara voce recitare jussum. Quanquam quid de Legatorum mandato argumentamur? Romanus Pontifex qui Legatos ad concilium miserat, quo nomine appellabatur? non negabis opinor nomen ei fuisse Bonifacio. Aurelius enim Papa, sive Episcopus Carthaginensis qui ei concilio præerat, cùm de illa falsitate loqueretur, scribendum ait ad Bonifacium Romanæ Ecclesiæ Episcopum, ut aliud Nicæni concilii exemplar mittat. Is verò, quo Romæ sedente leges concilii præscriptæ sunt, quo nomine vocabatur? Celestinus Papa, ut epistola concilii ad Romanum Pontificem declarat: ubi etiam narratur Bonifacium interea mortuum. Quorsum hæc? ut perspicua omnibus esse possit, non unius Bonifacii, sed duorum Pontificum Romanorum perdita & profligata audacia, qui unius propè, dimidiatique anni moram ducentis decem & septem patribus Carthagine in Concilio coactis injecerunt, dum & exemplaria undique terrarum petita expectantur, & de ipsorum privilegiis summis contentionibus Legatorum Romanorum opera & malitia discepratur. Aude nunc Rufe id dicere: Non est vulnerandus pudor Bonifacii, etiam si in nomine erratum est. Ubi est Celestini pudor, qui tandiu suos Legatos Carthagine continet, & mandata illa quæ à Bonifacio acceperant, curare jubet, tam aculeatis totius concilii literis de Bonifacii improbitate admonitus? Tu mihi etiam Bonifacii pudorem commemoras, cujus os ferreum, non orationis verbere vulneratum, sed Dei summi fulmine post audacissimum facinus in æternos ignes deturbatum est. An si error hic fuisset, ac non improbitas, & fraudulenta circumscriptio Christiani concilii, non continuò Bonifacius ea de re admonitus errorem agnovisset, & literis Carthaginem missis culpam purgasset, quam imprudentia commissam esse diceret? At literis concilii acceptis præstat in impudentia, etiamne morbo correptus, & ad judicium Dei optimi maximi ut rationem suæ procurationis redderet hoc terribili nuntio arcessitus? Res ipsa loquitur, nobis in re perspicua nihil immorandum est. Ac de tuo quidem pudore nihil dico: verumtamen ista tua quæ sequitur oratio, quàm sit homine digna ingenuo ac pudenti, videamus. Nec interea, ne quidem unquam pòst de appellationibus Episcoporum constituerunt, sed presbyterorum tantum & inferiorum: ut intelligi potest ex capite 51. & 92. & apud Gratianum 2. quæstione 6. (7. pro 6. typographus tuus impresserat) fides fiet. Omittamus ipsius concilii canones, quæramus tantùm in illa ipsa epistola, quæ jussu totius concilii ad Celestinum Pontificem Romanum scripta est: ecquid de ipsis Episcopis sit constitutum. Verba epistolæ Latinæ hæc sunt: Deprecamur, ne deinceps ullos hinc ad vestras aures venientes admittatis: quia hoc Nicæno concilio definitum est. (cap. 5.) nam etsi de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveri, quanto magis hoc de Episcopis voluit observari? Presbyterorum quoque in proba refugia repellat Sanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ: & decreta Nicæna, sive inferioris gradus clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertè permiserunt. Hæc est concilii epistola, ex qua de tuo pudore, qui modò Bonifacii præcipitem audaciam defendebas, cuivis facimus existimandi copiam. Nam ad me quidem quod attinet, ego Deum hominesque testor, me in ista Pontificis Romani accusatione, ita integrè, itaque castè versatum, ut literam quæ à me calumniandi causa adscripta sit, ne unam quidem omnes simul sycophantæ reperire possint. Verumtamen quò res clarior ac testatior esse possit, videamus, quæ post hoc ipsum Carthaginense concilium annis amplius centum triginta istarum appellationum ratio fuerit. Justinianus enim, cujus auctoritate Constantinopolitanum secundum coactum est, nobis id Novella constitutione 123. perspicuè declarat. In paragrapho præterea. ejus hæc verba sunt. Si qui ejusdem Synodi Episcopi aliquam inter se controversiam habeant, prius Metropolitanus ipsorum cum aliis duobus rem dijudicato. Et nisi utraque pars judicatis insistat, tunc Patriarcha ejus diœceseos illos audito, eáque definito quæ Ecclesiasticis canonibus consonent, neutra parte sententiæ ejus contradicere queunte. Hæc fuit igitur quemadmodum jam antea dicebamus, Ecclesiæ perpetua & ad longissimas ætates perducta consuetudo, ut Patriarchæ in suis provinciis summum quasi imperium obtinerent, & ab eorum sententia nemo appellare posset. Tuam igitur, Rufe, qui nobis cum tuo Gratiano errorem objicere voluisti, integritatem perspicuam omnibus fecimus, & in lucem conspectumque produximus. De Gratiani verò verecundia, quoniam me cogis dicere, rem verbo conficiam. Eo capite quod nobis protulisti ex 2. quæstione 6. canone Placuit, hoc dico, cùm ille caput 28. Carthaginensis concilii ad verbum exscripsisset, quod & res ipsa clamat, & tute fateris eò pertinere, ne ad Romanum Episcopum appelletur: eum tamen id corrolarium adscripsisse, quod eam legem funditus evertit: nimirum ut ad Romanam sedem ab Africanis provocari possit. Verba concilii hæc sunt. Ἤρεσεν οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ δικαστήρια μεμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκρόασονται αὐτῶν. Ἐὰν μὴ συναρέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαλύσιν οἱ πρεσκαλούμενοι δι' αὐτῶν ἐπίσκοποι. Διὸ εἰ καὶ περὶ αὐτῶν ἐκκλησίαν παρέχειν νομίσωσιν μὴ ὀκκαλλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρωτεύοντας τῶν ἰδίων ἐπαρχιῶν. ὡς καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται. οἱ δὲ πρὸς πέραμαπικὰ δικαστήρια δικκαιούμενοι, παρ' ἑαυτοῖς ἐν τῇ ἀφρικῇ δεχθῶσιν εἰς κοινωνίαν. Gratianus hoc modo, Placuit, ut presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis Episcoporum quæsita fuerint, vicini Episcopi eos audiant: & inter eos quicquid est definiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quòd si ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana concilia, vel ad Primates provinciarum suarum, ad transmarina autem, qui putaverint appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiantur. Sequitur, nisi fortè Romanam sedem appellaverint. Hæc Gratianus. Cujus de improbitate, atque impudentia, vel tibi uni, Rufe, pronuntiare permitterem, modo aliquid in te reliqui pudoris esse ostenderes? qui Gratianum, quem tibi pudoris magistrum proposuisti, modò secutus, confidenter negabas quicquam in isto concilio perscriptum, quod Episcopos ab appellatione ad sedem Romanam removeret. Cùm idem scilicet quod iste furcifer, commisisses: ut versum integrum ex isto capite malitiosè tolleres, in quo ita scriptum ostendimus, Ὡς καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται, Id est, Quemadmodum etiam de Episcopis sæpe numero constitutum est: ne videlicet trans mare appellerent, sed Metropolitarum suorum judicium paterentur. Istum igitur versum, & à Gratiano perfidiosissimè sublatum esse dico, & abs te suppressum: & hoc amplius, quum isto capite non alia de causa transmarinæ appellationes prohibeantur, nisi ut libido & cupiditas Romanorum Pontificum refutetur, sicuti etiam modò confessus es: Gratianum falsi manifesto crimine convictum esse, quòd eam exceptionem ad-

Source : BIU Cujas

ſcripſit, quæ legem totam funditus evertit. Neque ad rem pertinet, quòd Gratianus inſcripſit illum Canonem ex Milevitano concilio, nam ut ex illo ſumptus ſit, ſemper tamen falſitas atque improbitas Gratiani apparet. Neutrum enim concilium illam adſcritionem habet. Eſt in tomo conciliorum primo perſcriptum Milevitanum concilium. Eò aliquot Carthaginenſis concilii capita tranſlata ſunt, in his hoc ipſum XII. quod in Latino eſt 92. & in caput 22. illius Milevitani conjectum. De iſtiuſmodi autem appendicula, atque exceptione, nulla utrobique ſuſpicio. Sexcenta ex eodem genere, ſi nobis id ab initio propoſitum fuiſſet, proferre poſſemus. Sed ſatis multa jam antea, pro inſtituta diſputatione commemoravimus, illud unum adjiciemus, quod ad hunc de appellatione locum magnoperè pertinet. Cauſa 6. quæſtione 1. cap. Judices. ſcriptum eſt hoc modo: Judices autem eſſe non debent, niſi quos ipſe qui impetitur elegerit, aut quos ſuo conſenſu hæc ſancta ſedes aut ejus Primates auctoritate hujus ſanctæ ſedis delegaverint. Id eſt, inquit gloſſa Epiſcopi, qui concilium celebrant auctoritate Papæ. Hoc igitur caput integrum falſum & adulterinum eſſe profitemur, & à Gratiano ſuppoſitum, neque in ulla Nicæni concilii parte reperiri. Quæ cùm ita ſe habeant, quid eſt quòd pluribus verbis iſtorum calumnias confutemus? Explicavimus eorum audaciam in commutandis corrumpendiſque veterum conciliorum conſtitutionibus. Notas omnibus Rufi fraudes ac fallacias fecimus in diſſimulandis veterum auctorum teſtimoniis, quæ digito indicata cauſam ipſius funditus evertebant. Scripturæ ſacræ judicium audivimus de capite Eccleſiæ unico Jeſu Chriſto, quem aut non unum Eccleſiæ ſponſum, aut unicum eſſe caput oportere probavimus, quòd non alia ratione caput appelletur, quàm quia eſt maritus. Hiſtoriam præterea veteris Eccleſiæ perſecuti ſumus, ex qua planiſſimè intellectum eſt, optimis illis temporibus nullam fuiſſe Romanæ Eccleſiæ majorem quàm aliarum, dignitatem aut amplitudinem. Auctoribus autem non aliis uſi ſumus, quam aut ipſis Eccleſiæ conciliis, aut antiquis ſcriptoribus, quorum iſti ſe iudicium atque auctoritatem non defugere profitentur, ſimulque planum fecimus, aut illa concilia, & Patrum Eccleſiæ veterum ſcripta omnia penitus opprimenda, & uno incendio concremanda eſſe: aut iſtam Romani Pontificis tyrannidem in æquabilitatem illam nativam, ac priſtinam redigendam. Quorum quòd illi alterum non poſſunt, alterum nolunt, ſycophantas & calumniatores nobis undique conquirunt, qui mercede ac præmio abducti, ſanctiſſima illa Eccleſiæ monimenta corrumpant, inducant, calumnientur, quibus in locis velint, depravent. In iſtum gregem nuper quidam è Pariſienſium patronorum numero ſeſe cooptari paſſus eſt. Ejus nos calumnias quindecim hiſce proximis diebus in hoc parvum volumen coactas patefacimus, & cuivis ſpectandas hoc brevi libello propoſuimus, neque tamen ejus omnia fraudulenter & malitioſè conficta perſecuti ſumus: partim quòd hoc ſpecimen ſatis ad conjecturam de reliquis faciendam eſſe putavimus: partim quòd ejus reliquum volumen puerilibus & nugatoriis declamationibus refertum eſt, quas ſatius eſſe judicavimus pueris in ſcholis noſtris vexandas, & miſeris modis tractandas relinquere. Quid Eccleſiæ Chriſti commoditatis allaturi ſimus, Deus novit. illud affirmare poſſumus, quod ipſe crebris ſermonibus uſurpat, clamores noſtros nonniſi ab iis quibus erunt aures patefactæ divinitus, exauditum iri.

FINIS.



Source : BIU Cujas

DUPLICATIO
IN PATRONUM
MOLINÆI,
PRO PONTIFICE MAXIMO,
CARDINALIBUS, EPISCOPIS,
TOTOQUE ORDINE SACRO.

Cum probatione ſacræ Theologiæ Pariſienſis Facultatis.

Authore Remundo Rufo Jurium Doctore & Advocato in Pariſiorum Senatu.

Source : BIU Cujas

AUTHORES quibus utimur in hoc Libro.

GRÆCI.

Libri ſacri.

Canones Apoſtolorum.

Concilia Græca.

Athanaſius.

Euſebius.

Baſilius Magnus.

Gregorius Nazianzenus.

Gregorius Presbyter.

Cyrillus.

Proclus.

Theodoritus.

Socrates author Eccleſ. hiſt.

Sozomenus.

Agapetus Diaconus.

Nearæ Juſtiniani.

Procopius.

Dion ethnicus.

Philo Judæus.

LATINI.

Concilia Latina.

Abdias Apoſtolorum auditor.

Irenæus auditor Policarpi diſcipuli Joannis Evangeliſtæ.

Tertullianus.

Auguſtinus.

Hieronymus.

Rufinus.

Prudentius.

Sidonius Apollinaris.

Liberatus.

Ammianus Marcellinus Ethnicus.

Pandectæ.

Codex Theodoſianus.

Spartianus.

Tacitus.

Suetonius.

Source : BIU Cujas

AD CHRISTIANISSIMUM, MAXIMUM, ET INVICTISSIMUM FRANCORUM REGEM HENRICUM II.

MAgna illa quidem audacia vel potius temeritas videri posset, pro tanto splendore, tanta majestate, tanta denique magnitudine Regia, velle, nostros ad eam referre sermones, aut literis mandatos ejus nomini publicè consecrare. Sed cùm religione, Ecclesia, ordinéque ejus sacro, nihil sit præstabilius, publicè & privatim nihil melius atque salubrius: de his dicta vel scripta, nulli magis, quàm ei, qui sit Christianissimus, proponenda, dedicandáque videntur. Cui jam inde ab antiquissimis majoribus suis, sit quasi insitum penitúsque in animo consignatum, ut non modò pro rebus iis gratissima sit oratio: verumetiam singulare tuendi studium, cura, atque propugnatio. Illustrissima sunt monumenta & trophæa, ut nationes & populi ignorari non possint, omnium potentissimos Francorum Reges, non dicam, pro authoritate Ecclesiæ, tranquillo & quieto ejus statu, sed pro ejus fortunis tantùm, bellis gravissimis susceptis, disjunctas terras, suorum exercituum passibus, vel potius cursibus peragrasse, eásque crebris victoriis & triumphis illustrasse. Quare ei, qui Regum Francorum (ut aliorum) nemini fœlicitate, rerum gestarum gloria, virtutibúsque bellicis incipit cedere: pietate verò, lenitate, & clementia omnes superare, omnium maximè, quæ sunt de hujusmodi rebus oratione tractata & explicata deberi videntur, si ea dicerentur ab iis, qui dignitate ingenio & eruditione præstant, quíque eò parem rebus dicendi rationem & vim afferre possent. Sed cùm in nobis ne mediocria quidem illa sint, excusationem nullam invenire viderentur, nisi istud totum qualecunque sit, nihil nisi illarum rerum defensio atque propugnatio esset. Per quos autem defendantur ea, quæ sunt etiam per se ampliſſima, ad res quidem ipsas, quia ab aliis melius, per magni interest, ad eos verò, qui propugnant, fortasse nihil. Summa enim, divina atque humana ab infimis non solùm mediocribus, ut etiam ab omnibus tuenda conservandáque sunt: quinetiam solus ipse per se hujusmodi conatus justus esset atque laudabilis. Equidem antea, cùm eadem defenderimus & dicaverimus, non magis quàm cujusvis alterius, nostra intererat, ista tueri: id tamen nunc, quod mihi cum omnibus commune erat, adversarij mihi proprium esse volunt, scriptis in me acerbissimis libris: ut jam non solùm pro ordine sacro & religione, sed pro me ipso etiam, dicere sit necesse. Quod ipsum, cùm nos veritate nitamur, & omnis antiquitatis, ut ostendemus, præsidio, non solùm non molestum esset, sed quàm gratissimum & jucundissimum, si eorum conatus facilè semper authoritate tua munitus aspernari possim.

Source : BIU Cujas

EXORDIUM.

DEBEBAS *tu quidem, Patrone, moderatius nobiscum agere. Ea enim cum modestia cum Molinæo nos egimus, ut hisce scriptis tuis, quibus te ejus Patronum dicis, acerbius lacessere, vehementiúsque in nos invehi, nullo jure potueris. Nostram enim tantùm de rebus iis diximus sententiam, de quibus ille suam dixerat: magísque ei, nisi in ea sola sententia, quàm offuisse videmur. Quare si illi, cujus ea fuit causa, illud ipsum jure non licuit, multò tibi minus ejus Patrono licere existimare debuisti. Quòd si idcirco gravius succensendum putas iis, qui ab aliquo dissentiunt, quem tandem locum defensionibus disputationibúsque relinquis? Si eo contumeliosum, procacemque, quòd ab altero non sit assensum, quemquam esse oportere existimas: jam isto tuo judicio neque literarum monumenta, neque studia communia esse oportet: neque ulli, quàm tibi & iis, quos vocas tuos, de rebus quicquam disserere licebit. At anteà queri vehementius solebatis, quòd nostri (nam ut tu tuos, ita nos nostros appellabimus) neque audire vos, neque scripta vestra legere vellent: cur igitur jubetis hoc facere, si facientibus postea irascimini? Quòd si velitis, ut vestra legamus, nihil improbari tamen à vobis, sed omnia probari, cur nobis conceditis de rebus judicandi arbitrium? Nec enim vos (credo) Pythagoræ estis, aut legumlatores, quorum sine ratione valeat authoritas: tum etiam nec rationes afferendæ essent, quibus nobis persuasum putetis, si iis nos non persuasos fateri ingenuè, eásque infirmas ostendere non permittitis. Quod ipsum cùm ipse tantùm fecerim, quid est quod te tam inflammatum in hoc certamen descendere oportuit? Equidem cùm instituissem ea, ex aliis tuorum scriptis, quibus contra sanctiones non solùm Christi, sed Ethnicorum etiam, ampliſsimos & principes viros acerbiori contumelia insectari solent, satis conjecturæ capiebam, quòd in discrimen similium maledictorum venirem: quæ res ipsa quidem per se satis idonea esse poterat, quæ ab instituto deterreret, nisi illorum illustrisſimorum & potentisſimorum virorum exemplo, eò magis mihi privato homini ea contemnenda existimassem, quò illos graviora aspernari viderem. Sed jam de te apud te, qui jurisconsultus sis, queri etiam placet, quòd cùm mihi eum ipsum librum tuum dicaveris & disseminaveris apud multos, ad me si non primùm, saltem aliquando, antequam de eo fama percrebresceret, ut perveniret, non effeciſti, per eosdem iisque vestigiis, quibus ad alios, qui magis pertimescendi fuerunt. Nec enim secus nos, quàm de literis, ut volumus omnibus prodesse, obesse nemini: illi plerunque de sanguine disceptant. Quid est igitur quod magis ad illos quam nos perferri voluisti? Quapropter cum me ita de tuis celaveris, omnes qui æqui judices esse volunt, & veritatis studio non affectu duci, vehementer rogo atque obsecro, ne sententiam, si qua sit vel de rebus vel de nobis concepta, prius confirment, quàm ista nostra legerint: intelligent, quanti referat non temere credere: quàm multa de veteribus monumentis patronus iste, eo fido & pio pectore, quo se scribere ait, exciderit, tacuerit, ignorarit: denique quum minimè ad imagines sensus cujusque rerum vetustarum status quærendus sit. Nec egebat fortasse hac opera nostra, satis in alio libro agitata, satísque explicata de ordine sacro quæstio, ut si quis conferat nihil ista ejus obesse videantur. Ad exordium, ut ad alia multa, quæ mihi objicit, seorsum in postrema parte hujus libri respondebimus. Nec enim nobis leviora & privata gravioribus permiscenda videntur. Modus orationis nostræ hic erit, ut fugiam omnem petulantiam: neque enim si tu is sis, idcirco me talem esse oportet. Vitia enim ipsa per se fugienda sunt, & virtutes expetendæ. Hoc solo sophistæ vocabulo mihi utendum erit, ut non modò me longisſimè abesse à sophistice, ad quam refringendam te venisse ais (quamquam, ut vitem, artem non ignoro, sine qua fortasse jamdudum in tua tuorúmve esſem sententia) verumetiam te sophistam & egregium quidem, sive arte, sive natura non magni refert. Sunt enim imbecillitate judicij vel natura ad illam propensiores nonnulli. Agemus autem non ex decretalibus, quibus nec ego, ut ais, usus sum. decretalibus enim ea negantibus opus non fuit. Neque solus Gratianus prodiit antè à Molinæo productus, quòd eum scirem apud tuos nimis infirmum esse. Eum extrudas foras licet: erit sine eo non minus firmum præsidium. Agemus, inquam, ex vetutisſimis cujusque ætatis, de quæ disseremus, authoribus Græcis & Latinis. Eorum autem non modò quæ dixisti, verùm etiam, quæ dicere velle videare, prætermittemus nihil, ne minimum quidem. Nec tamen omnia tua transcribere est necesse: nimis enim multis pauca dixisti. Nam cùm non de Pontificatu solùm respondeſimus, sed de decimis etiam, jure patronatus, Episcoporum creationibus, confirmationibus, investituris, regalibus, datione sacerdotiorum, creatione Pontificum, Cardinalibus, præstantia Episcoporum, ditione Romana, donatione Constantini & Regum nostrorum, rebus Ecclesiæ, Ecclesia Græca, Africana, Hispaniensi, Anglica, Gallica, Italica, origine juris canonici: tu cæteris*

Source : BIU Cujas

omissis rebus præstantiam Episcoporum attingens, ad sex non amplius paginas nostras amplius centum & decem tuis, ut es nimis parcus in scribendo homo, respondere conaris. Et quò alacrior ad hoc certamen accederes, graviora exuens leviora induisti: & ne nimis jejuna oratio tua videretur, verbis Græcorum conciliorum, quorum nos capita tantùm notaramus, libri tui quasi rimas expleviſti. Historia tibi plus ponderis visa est habere, quàm ferre posses, ne attingere quidem: quia fortasse nisi multis annis, multorúmque lectione historiarum varietas decoquitur. Tua & nostra quasi in tabula descripta proponemus, procacibus in antistites & nos verbis exsectis atque rejectis: ut omnibus honestis viris petulantia semper non molestissima esse non potest. Ista disputatio non solùm ad principatum sacrum sed civilem etiam pertinet: communes enim sunt omnium omnino rationes de Christo capite quod mox intelligemus: cùm enim Christus caput immortale sit ordinis omnis sacri & civilis: idcirco vis ista alia mortalia capita negare, quæ ei subjiciuntur. Et cùm controversia in eo posita fuerit, ut in alio libro sæpe quidem diximus, non satis tamen sæpe, ut firmius insideret in animo tuo, an Episcoporum unus sit maximus & Ecclesiæ caput, tu aliò traducis & quæstionem & animum. Christum caput esse nos ex iisdem ipsis locis, ex quibus tu, comprobavimus: sed de mortalibus est ista controversia: de Episcopis inquam, ut iterum dicam, an eorum unus aliquis semper fuerit maximus, & Ecclesiæ caput.

DUPLICATIO
IN PATRONUM MOLINÆI.

DICIS.

Metastasis omnium sophismatum maxima.

NOstra quidem contentio, quæ sit, non obscurum est, dicimus Ecclesiæ christianæ unicum à Deo impositum fuisse caput Christum sive principem, aut Episcopum, aut Pastorem, aut Sacerdotem.

RESPONDEO.

Nostra verò contentio est, & fuit, de iis mortalibus, qui illi subjiciuntur.

D. Paulus in epistola ad Ephesios capite 1. omnia, inquit, subjecit sub pedibus Christi.

R. Cùm omnia, ergo non solùm Ecclesiam.

D. Ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ Ephes. 1.

R. Et caput omnis potestatis & magistratus Colos. 1. caput totius orbis. Psalmo. 11. & Mathæi 28. caput omnis viri. 1. Cor. 2. immortalem Regem, ut scribit ad Timotheum sæpe: immortalem Imperatorem in Apocalypsi passim: immortalem Pontificem Hebræo. 6. Ab eo omnes isti mortales constituti Rom. 13. Ergo infer, ut de Pontificibus & Episcopis facis, Nullus Rex, nullus Imperator, vel caput magistratuum, propterea quòd Christus sit.

D. Ecclesia est Corpus Christi. Ephes. 1. & 5.

R. Ut uxor viri. Ephes. 5.

D. Ex eadem carne & ossibus. Ephes. 5.

R. Immò verò ex una non solùm eadem, utpote quæ uxor sit conjunctione. Ephes. 5. & ortu. Genesis 11. & Cor. 15. Eva enim typus Ecclesiæ, Adam Christi. Rom. 5.

D. Qui se caput Eccles. constituit, maritum quoque se constituit: si maritum, Ergo adulterum.

R. Caput mortale affixum humeris Ecclesiæ mortalis, non erit adulter.

D. Tibi Rufe absurdum videtur & stultum & monstro simile, non integram tribui sponsam Christo, sed capite diminutam, & mutilam: & nobis quoque videtur.

R. Ergo præter Christum maritum Ecclesiam caput habere fateris. Quid igitur certas? Apud Sciapodes, ut ait Plinius, uxores capitis expertes sunt, & perforatos habent humeros, in quibus hærent oculi: non ita apud nos.

D. Et tu ei Romani Pontificis caput affingis.

R. Affixum demonstro, non affingo, nec aliud comperi.

D. Veruntamen, inquies, qua ratione simul caput & maritus. Eadem, inquit Paulus, qua quisque conjugis: quod tamen arcanum ac reconditum mysterium esse non diffitetur, τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον, inquit, μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω, εἰς χριστὸν καὶ ἐκκλησίαν, id est, hoc arcanum magnum est: hoc, inquam, Christi & Ecclesiæ conjugium. ἀλολεχία.

R. Non tamen magnum arcanum dicit uxorem sine cervice & cerebro esse, cùm digitos habeat & pedes.

D. Mirum, inquit, in omnibus improbamus, quod confusum est: in omnibus expetimus ordinem: at isti in sacerdotio non patiuntur, an ubi æqualia, ordo est? ubi nec prius, nec posterius? Oportet sanè, ut Græci aiunt, τὰ ὑπάλληλα τεταγμένα εἶναι, id est, superiora & inferiora esse. unde τάξιν ordinem appellant. Mirum verò mihi multò magis est, vir doctissime, te istuc ætatis & eruditionis venisse, nunquam tamen animadverteris eum ordinem, eámque partium convenientiam, quam Paulus Cor. 13. docet. Primùm posuit, inquit, Deus in Ecclesia Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde Potestates, &c. ἀμβλυωπία.

R. Si in hac ætate mea non animadverterim locum Pauli, jam desine mirari, nec tu in tua, quæ illa est sequi major, satis advertisti. Quare grandioribus locum illum notavi literis, acutius ut cerneres. PRIMUM, inquit, POSUIT IN ECCLESIA APOSTOLOS. Primi ergo in ordine Apostoli. Petrus autem Apostolus fuit & Princeps Apostolatus Circuncisionis, Paulus Præputii. Galat. 2. Petrus præfectus universo gregi, Pasce, inquit Christus, oves meas: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Idcirco ei mutavit nomen. βλέπων.

D. Considera nunc, Rufe, ἄνω καὶ κάτω, ut Plato jubet, & illa, quæ paulò antea requirebas, τὰ ὑπ' ἀλλήλα τεταγμένα: animadverte, ut omnia aliis subjuncta sunt.

R. Non solùm, quod jubes, facio: sed etiam, idem quod tu non facias, miror, & ita soleo conficere, Ergo Apostoli supremi in ordine illo superio-

Source : BIU Cujas

rum & inferiorum, & aliquis maximus: & eam ob causam successores eorum: nisi in Ecclesia sua eorum tempore Christus ordinem tantum esse voluisset, non post.

βίαιον quo pugnare secum cogitur.

D. An tu, qui τὴν τάξιν à nobis exquiris, ibi negas τὰ τάκτικα πεφυλαγμένα, id est, rei militaris disciplinam conservatam? cùm in acie pœnes unum summum imperium est, summáque potestas, summa denique reipublicæ: cæteri verò τάξιάρχοι Legati, præfecti, Tribuni, Centuriones, suum quisque ordinem ducat.

R. Pugnas tecum. Nam aliquis semper erit στρατηγὸς, id est dux & caput exercitus, & sub hoc alia ordine suo, ut Legati, Tribuni, Centuriones, Lochoagi, Decani: ita Pontifex, Patriarcha, Metropolita, Episcopus, Presbyter. Superiora in ordine inferiorum sunt capita Exodi 18. A minimo ad summum perge, alia aliis subjiciuntur, nec eò minus caput Decanus decem militum, quòd quinquagenarium superiorem habeat, vel hic quinque Decanorum quòd Centurionem, ac deinceps ad primum: Nec eò minus Moyses, quòd Deus, aut Joseph, quòd Pharao. Post me inquit, Pharao in Bibliis Genesis 12. tu Joseph summus eris. Aut certè Christus ipse non caput esset, propterea quòd ejus Deus sit 1. Cor. 2. Christus est extremum cujusque ordinis sacri & civilis. Mihi, inquit, data est potestas omnis in cœlo & in terra Math. 18. Inferiora autem sunt & minora, ut suprema sint & maxima. Unius enim tantùm, ut Philosophi docent, non est ὑπεροχή. Neque enim se majus. Ergo gradus necessarii, ut summa sint.

D. Hoc loco tecum, qui exterarum Gentium historias subinde ad causam tuam contorques, an cum bello Pyratico administrando Cn. Pompeius cum summo imperio præfectus, quinque & viginti Legatos quos illi Senatus, quòd nemini antea, dederat, ita per universum mare mediterraneum distribuit, ut qua quisque ora constitutus esset, ibi consisteret, neque alter in alterius regionem excurreret: an tum, inquam, ab illo maximo & sapientissimo Imperatore, τὴν τὴν τάξιν conservatam esse non putas?

Alienum.

R. Si de ordine arborum Catonis, qui eas in quincumcem dirigebat, ageremus, vel de præscriptione quinque pedum, accommodata esset ista tua ratio. Spatia enim terrarum ille metiebatur, nec ullam arborem alteri potestate subjiciebat: quòd tamen in ordine illo τῶν ὑπ' ἀλλήλων τεταγμένων, id est, superiorum & inferiorum est necesse. Est enim formarum & generum atque in omni rerum natura elucet: sine quo confusa omnia philosophi, præsertim Aristoteles, solent ostendere. In eo enim superius omne, potestate esse oportet, quod inferius, & quiddam præterea: ut nihil Centurio quod non Tribunus sit & possit: quare ei par & quiddam majus quo impar. Tu hunc in sacerdotio nobis concedis, & tamen negas alios aliis majores. Non vides te tecum hostiliter confligere, nihilque eò illud Pompeii pertinere. Quanquam istud etiam ostendit Pompeium senatui, Pompeio legatos paruisse. Quocirca tibi obesset. Neque volumus sic urgere, ut dicamus quod Cicero pro domo sua, Multa, inquit, bella Cn. Pompeio extra ordinem sunt commissa, ne alio sensu accipias.

D. Hactenus scripturæ sacræ de Christo unico capite sententiam cognovimus. Proximum est, quæ sit eadem de re & quæstione veterum conciliorum sententia, breviter exponamus. Metropolitani & Patriarchæ Episcopis pares erant: soláque dicimus authoritate ea, qua præses in Senatu, & magister in collegio, præcelluisse. Quam ob causam Metropolitam τὸν πρῶτον πρωτεύοντα πρόεδρον, πατριάρχην appellatum, id est primum Primatem, Præsidem sive antistitem, & patrem patrum: nimirùm, quòd ejus civitatis esset Episcopus, quæ jus dignitatémque Metropolis esset consecuta.

Sophismata ab etymo. πρῶτος πρωτεύων πρόεδρος πατριάρχης.

R. Si hæc nominis argutia vera sit, Magistratuum Romanorum nulla major etiam quàm cæterorum, vel popularium potestas: ut consul dictus, quòd consuleret reipublicæ, ut ait Pomponius de origine juris. Consulere autem imperii non est, neque jurisdictionis: neque consilium, ut mandatum obligat, ut jure consulti statuunt. Erat tamen consulum de capite civis Romani potestas. Dictator dictabat tantùm epistolas, quòd à dictando dicatur. Prætor præibat solùm, quòd, ut Justinianus tradit neara καὶ, ἀπὸ τοῦ πρὸ ἄλλων ἅπαντων ἰέναι, dicatur, id est, à præeundo, quasi preîtor. Nec præsides provinciarum quicquam poterant, quàm præ fere, & duces ducere: cùm tam etiam si non ducerent, si contra mandatum eorum miles & Centurio res bene gesserit, capite puniretur, Ut Modestinus de re militari ait. Nec Magister militum, aut equitum, nisi ut Magister collegii, & præfectus prætorio, nihil nisi custodiam prætorii habuisset. Horum tamen summa post principem potestas, ut Aurelius Jureconsultus docet: forique illius præfecti, erant centum & quinquaginta causarum patroni. Comes is erat, qui quem ut sequatur destinatus est, ex Ulpiani lege de injuriis. Comes tamen Orientis erat maximus magistratus, cujus sexcenti apparitores in codice Justinianí dicuntur. Comes etiam sacrarum largitionum erat fortasse postpositus, non præpositus sacris largitionibus: & Comes rerum privatarum sacri patrimonii, laborum, militum. Hujusmodi firmissimis rationibus, aiunt tui, Petrum nihil nisi docere potuisse, quòd Christus dixerit, Pasce oves meas, neque alii pastores qui Episcopi dicuntur, aliud quicquam: ut nec fortasse Reges, quòd ab Homero ποιμένες λαῶν dicantur, id est, pastores populorum. Plus Christus tribuit & Evangelia Ecclesiæ præfectis, illis pastorum nominibus, quàm Romani Magistratibus suis. nec accómodatius ullum, quodvis queras, nomen comperies, quod principatum non ferocem, sed humanum, mitem, lenem & regium significet, & parendum à grege, quàm pastorum. Si Christus dixisset Petro & aliis suis, Vos Dictatores vel Comites vel Magistros meis do. Num nihil nisi dictare potuisse Petrum sentires, ut Quæstores candidatos principis epistolas in senatu? Qua in sententia tu acutus videri vis in aliis libris tuis. Erat tamen dictatura summus Magistratus. Pretereo centum virorum cum suo communi viri vocabulo summam authoritatem. Quanto minus ex vocabulis illis primorum, Præsidum, Antistitum negare potestatis gradus potes.

Consul.

Dictator. Prætor.

Præses. Dux.

Magister militum & equitum. Præfectus prætorio.

Comites.

Pastorum nomine nullum magis præfecturam significat.

Centum viri.

D. Harum rerum testimonium est Antiochensis concilii κεφ. θ. Ubi constitutum est, Nihil gravius agant Episcopi sine Metropolita, nec hic sine illis.

Sophisma πρὸς τὸ εἰς τὸ ἁπλῶς.

R. De gravioribus causis statuit. Causæ autem graviores communes totius provinciæ dicuntur, non cujusque diœcesis, in concilio Africano, capite 61. Provocationes Clericorum ad Metropolitam erant, ut audiemus. Quare duo judicia: Præsidis in senatu vel Magistri collegii cum quibus eos comparas, unum tantùm: & qui instituunt ista corpora, non singulis dant potestatem, sed universis. In ordine sacro non ita se res habet. quasi verò vocandi etiam essent in reos Clericos infinitos, Episcopi omnes disjuncti tanto locorum intervallo. Et si Episcopus nihil potuisset, nisi cum concilio suorum presbyterorum: & Metropolita, nisi cum concilio Episcoporum suorum: semper erant duo judicia. Quare illa ipsa tua collatio Præsidis & Magistri collegii inepta esset, ut post ridicula videbitur. Istud idem de tertio gradu Patriarcharum intelligetur.

Graviores causæ.

D. Et omnino suæ tantùm provinciæ Procurationem illi Metropolitani gerebant, ut neque Thraciæ Antistes, Ponticæ: neque Ponticæ, Thraciæ: neque Romanus Alexandriæ: neque Alexandrinus Romanæ Ecclesiæ negociis se interponeret. Cujus rei Nicænum concilium testimonio est, capite 6. Antiqua, inquit,

inquit, consuetudo valeat quæ in Ægypto, Lybia & Pentapoli fuit, ut omnium horum Alexandrinus habeat ἐξουσίαν : quoniam Romano Episcopo hæc ipsa consuetudo est. Videmus, opinor, Rufe luce clarius, si modò cœci esse nolumus, cùm attributam Episcopo Romano semper antea suam provinciam, tum ipsius jurisdictionem suis certis finibus ita circumscriptam, ut omnis omnium Balaamitarum eloquentia nihil hoc loco inobscurare, nihil calumniari, nihil denique offuscare possit.

R. Ubi est igitur tam eximius Jovis fulgor in oculis tuis, ut hîc descriptos cernas fines Romani? Quia, inquit concilium, Romano Episcopo hæc ipsa consuetudo. Si hæc ipsa, in Ægypto ergo, Libya & Pentapoli: de alia ne literam quidem. ubi fines igitur cùm hic tùm in omnibus aliis conciliis? Perlegimus enim diligentius, ut video quàm tu, quod ne credas, nisi ostendamus.

D. Rufinus libro historiæ Ecclesiasticæ, Synodi Nicæni decretum interpretatur. Apud Alexandriam, inquit, & in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut & ille Ægypti, & hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat. Hæc Rufinus: qui fines, ut apparet, Romanæ provinciæ, suburbanarum tantùm urbium terminis à Nicæna Synodo circumscriptos testatur. Hujus tu neque authoritatem, neque judicium refugies. Est enim pene tuus gentilis.

R. Si jus gentilitatis fidei causa esset, jam illi mihi non credendum, sed penè credendum, quòd non gentilis meus, sed, ut ais, pene gentilis. Nec quisquam adeo philostorgus & suis indulgens esse deberet, ut suorum potius, quàm concilii Nicæni testimonium vellet. Quare hujusmodi mutuum in se repellunt in privatis rebus civiles leges. Tu nimis largiris Romano. nam Rufinus Ecclesias tantùm, tu verò urbes: non erant fortasse urbes Ecclesiæ illæ. Sed te puduit, ni fallor, cùm tres illæ provinciæ amplissimæ Ægyptus, Pentapolis, Libya, quarum in una sola Ægypto urbium viginti millia fuisse testatur Plinius & Mela, ut alio in libro diximus, Alexandrino decernantur, si Romano urbes non donares. Cur non potius provincias non urbes ut Alexandrino concilium? In nullo libro Rufini compertam habemus tuam lectionem: sed hanc, apud Alexandriam, ut in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut & ille Ægypti, ut hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat: vel hanc, ut vel ille Ægypti vel hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat. Sed hujus nullus est sensus: illius vero perspicuus, & concilio consentiens, atque tibi gratus. comparari enim sentis cum Romano Alexandrinum. Et verum est, exemplo Romani illi illa decerni, sed non ut putas. Cùm omnium potestatem in tribus illis provinciis Alexandrinum habere concilium dicat, hac ratione, Quia, inquit, Romano hæc ipsa consuetudo est: addit Rufinus, in suburbicariis Ecclesiis: nimirum ut eam ipsam potestatem significet, quam Romanus solitus esset non in provinciis habere, sed arctiorem nempe eam, quam in suburbicariis. Nam nulla electio Episcoporum sine decreto Alexandrini in illis tribus provinciis fiebat, ejúsque omnium gubernacula erant. Idcirco auxiliarium habebat Thæbaidos Episcopum. Epiphanius Cypri insulæ Metropolita illi ætati æqualis lib. 11. de Melitio ita scribit. Melitius Episcopus Thæbaidos secundo loco, post Petrum Alexandriæ Episcopum erat, ejus adjuvandi gratia in Archiepiscopatu. Hic enim mos viget, ut Alexandriæ Episcopus totius Ægypti, Thæbaidos, Mareotis, Lybiæ Amoniaci, Mareotidos, atque Pentapolis Ecclesiasticam administrationem habeat: & paulo post. Melitius missus in exilium, constituebat Episcopos, Presbiteros, & Diaconos. Concilium ipsum Nicænum in epistola sua, quæ extat apud Theodoritum Cyrensem Episcopum, qui eo ferme tempore vixit, capite nono illud quod de electionibus diximus, docet. Dilectis, inquit, fratribus Ægypti, Libyæ, & Pentapolis Nicænum concilium, salutem, &c. Si quis Ecclesiæ præsul obdormierit, jus esto paulo ante receptis succedere in locum demortui, si modò & mereri videbuntur, & populus elegerit: sic tamen ut suffragium accedat & quasi consignatio Episcopi Alexandrinæ Ecclesiæ. Sanctissimi patres qui in Nicæna synodo inquiunt Ægyptii Episcopi Chalcedonensis concilii actione 4. regulam dederunt ut omnis Ægyptiaca diœcesis Archiepiscopum Alexandriæ sequatur: nihilque sine ipso agatur ab aliquo ei subjacente Episcopo. Carthaginensis Episcopi potestas huic par erat: minor Antiochensis & Constantinopolitani, ut nobis exponetur.

D. Non ita intelligendum, quasi has omnes regiones Pentapolim Ægyptum, Libyam, is solus gubernaret Metropolita Alexandrinus.

R. Cùm concilium dicat, omnium horum ἐξουσίαν Alexandrinus habeat, & morem esse antiquum: cur ad solam Ægyptum potius refers, quàm Libyam solam vel Pentapolim solam? Metropolitas subjectos habebat non paucos, sed decem: Theodosius & Valentinianus Imperatores in epistola ad Discorum Alexandrinum Episcopum in actis Ephesini concilii 2. recitatis actione prima Chalcedonensis, Sanctitas tua assumptis secum decem Reverendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt diœcesi.

D. In concilio Constantinopolitano 1. cap. 2. scriptum est, Episcopi ne in Ecclesias extra diœcesim suam abeant, neque Ecclesias confundant: sed tantùm Alexandriæ Episcopus, quæ in Ægypto tantùm sunt, gubernet: Orientis Episcopi, quæ in Oriente, servatis presbeis Antiochensi, juxta canones Nicænos: Asianæ diœcesis Episcopis, quæ in Asia: Ponticæ, quæ in Ponto: Thraciæ, quæ in Thracia. Alexandrinus ergo Ægypto tantùm præerat.

R. Tres provincias Ægyptus fertur habuisse temporibus priscis, inquit Marcellinus Ethnicus scriptor illorum temporum libro 22. Ægyptum ipsam & Thebaidem & Libyam: quibus duabus adjecit posteritas Augustanicam & Pentapolim à Libya ficiore. Sextus Rufus tres tantùm illas commemorat, de quibus concilium Nicænum. sunt enim tres primariæ: cujusque verò earum aliæ atque aliæ partitiones sunt, ut ille ipse de quibus modò ex Epiphanio & Marcellino. Principiò Ægyptus dicebatur is quasi triangulus quem Nilus efficit, ab Æthiopibus descendens & diffindens sese, latioribus inter se spatiis, quo magis accedit ad mare. Is ipse triangulus Delta dici solet, ut ait Plinius & Strabo, & proprio nomine Ægyptus, ut eo in loco Marcellini & concilii: cujus ipsius extrema pars ubi findit se Nilus, Thæbais à Plinio libro 5. esse traditur: inferior ad mare cum parte Arabiæ, Augustanica: quod hîc Marcellinus significare videtur. Postea, ut Strabo ait libro ultimo, Regum ditione Romani rerum potiti Ægyptum circumscripserunt, in occasum quidem ad eum usque locum qui Catabathmus dicitur, quem declivem latitudinem Salustius de bello Jugurthino interpretatur. Deinde addita est ea quæ propriè Libya dicitur, atque Pentapolis. Quæ omnes tres Provinciæ Ægyptus vel Ægyptiaca Diœcesis à Gratiano Imperatore appellantur in codice Theodosiano, lege 107. de Decurionibus, & Zenone de privatis carceribus. in codice Justiniani. Idcirco in epistola Theodosii ad Alexandrinum modò legebamus, Decem Metropolitas quæ sub tua degunt Diœcesi: & Ægyptios dixisse, Omnis Ægyptiaca Diœcesis nihil audeat agere sine Alexandrino. Quæ tres provinciæ tametsi à Magistratibus pluribus regebantur, ut scribit Hieronymus ad Esayæ caput 11. & 19. qui ista confirmat: Tamen unus erat omnium maximus qui præfectus Ægypti à Tacito passim vocatur, & ab Ulpiano de

Urbium decem millia in Ægypto sola.

Potestas Alexandrini in multis provinciis.

Decreta electorum Episcoporum ad Alexandrinum.

Alexandrino subjecti decem Metropolitani.

Provinciæ Ægypti.

Primariæ provinciæ Ægypti tres Libya, Pentapolis & Ægyptus.

Descriptio provinciarũ Ægypti.

Thæbais Augustanica.

Ægyptiaca diœcesis in jure quid.

Magistratus Ægypti summus civilis.

Source : BIU Cujas

Augustalis. præfecto Augustali : vel Augustalis vel præfectus prætorio Augustalis, quòd ab Augusto institutus esset, ut is Ulpianus docet. Hujus ipsius Diœcesis illa erat, id est summa administratio : cæterorum verò Magistratuum non Diœcesis, sed provinciæ dicebantur, ipsíque rectores & moderatores. Omnia tributa per Ægytiacam diœcesim, inquit Valentinianus de præfecto Augustali, in cura & providentia claritatis tuæ exigi jubemus à moderatoribus provinciarum : & paulo post. Præfectus prætorio Augustalis ordinariorum sub se judicum flagitia examinandi, &c. Erat etiam alter militaris, qui Dux Ægypti appellatur, cujus summa potestas in re militari in Valentis lege de Legatis. in codice Theodosiano. Atque ut Franciæ nomine Aquitaniam, & alias adjunctas provincias, quæ Francia non sunt, complectimur, quas tamen ab illa interdum solemus distinguere : ita concilium, Nicænum distinguit illas Ægypti primarias provincias : Constantinopolitanum una omnes complectitur appellatione. Pontus ab Asia disjungitur : Est tamen Pontus in Asia: & Asia ea quæ ἡ ἰδίως, id est propriè Asia dicitur, est Asiæ pars : & Pentapolis, & illa proprio nomine Libya Libyæ partes sunt : ita illæ tres Ægypti. Sequi se Constantinopolitanum canones Nicænos ait. Omnium ergo in Ægypto, Libya & Pentapoli, Alexandrinus Princeps ex canone Nicæno. Quod perspicuè ante docuit, qui tum vivebat Epiphanius, & epistola concilii.

Dux Ægypti.

Ægyptus generaliter & specialiter atque Asia & Libya.

D. Quòd autem Libya & Pentapolis Alexandrini fuerint, sed sola Ægyptus, ex eo intelligitur, quòd in concilio Carthaginensi complures non magnæ Africæ commemorantur ut Bizancena, quam Plinius, Ptolomæus, & alii in Africa minori statuunt, cujus incolæ Libyphœnices appellantur : Tripolis, quam Plinius Leptim magnam appellat.

Africæ fines & Ægypti.

R. Nihil ad Africani concilium, ut putas. Nam quamvis Libya (Græcum nomen) Latinis Africa dicatur, Romani tamen ea terrarum spatia, quæ ab aris Philenorum fratrum, in occasum quam longissimè producuntur, Africam tantum vocabant : ab illis verò aris Orientem versus ad sinum usque Arabicum & Mare rubrum, Ægyptum vel diœcesim Ægyptiacam : cujus erant tres illæ provinciæ de quibus modò dicebamus. Nam proficiscenti in Orientem ab illis aris, quæ terminus fuerunt Carthaginensis Imperii, sùntque post Sirtes, ut scribit Salustius, occurrit primum Pentapolis, quæ etiam Libya Pentapolis à Sexto illo dicitur, vel Cyrenaica à Plinio & Strabone, à Cyrene urbe nobilissima : de qua in actis Apostolorum, Et partes, inquit Lucas, Libyæ, quæ ad Cyrenem sunt, &c. Post Pentapolim ea Libya quæ eo nomine proprio vocatur ut Asia ἡ ἰδίως in concilio Nicæno & apud Marcellinum & Rufum : deinde Canopicum ostium Nili : à quo ad alterum ostium quod Peluſiacum vocatur, Delta dicitur, primáque Ægyptus : tum ad extremum Arabiæ pars succedit ad sinum Arabicum vel Mare rubrum : quæ Ægypto tribuitur jam inde usque ab Hebræorum fuga & Pharaone obruto Biblia docent. Quare Ægyptus suos fines habebat partim in Asia, partim in Africa. Nilus enim Asiæ & Africæ terminus est, ut Dionisius scribit : sed Romani Imperatores ab aris illis Occidentem versus Africam tantùm vocarunt, ut ex Spartiano in pasennio intelligitur. Ubi sit Cyrene, fortè nescis, inquit Augustinus ipse Afer libro de Pastoribus, Libyæ Pentapolis est, contigua Africæ : ad Orientem magis pertinet. Nam duobus modis dicitur Africa : Libya, vel ista, quæ propriè Africa, vel illa Orientis quæ contigua Africæ & omnino collimitanea. Hæc Augustinus. Duas Libyas, quas Ægypti provincias esse diximus, id est Pentapolim & alteram Libyam, quæ eo nomine appellatur, τετραπολίτις ἑκατέρας λιβύης, id est unitas vel adjunctas utrasque Libyas Ægypto appellat Justinianus in Neara sua κγ. Ergo tres illæ provinciæ Ægypti de quibus tantùm Nicænum, Africæ verò sex. Per omnem Africam provinciæ sex factæ sunt, inquit Sextus Rufus, ipsa ubi Carthago est Proconsularis, Numidia Consularis, Bizacena, Tripolis, & Mauritaniæ duæ Sitiphensis & Cæsarienſis. Tripolim tu in conciliis putas Civitatem fuisse cùm provincia à tribus claris Civitatibus ut Pentapolis à quinque. In Tripoli, inquit concilium Carthaginense 3. cap. 39. Episcopi sunt quinque. Nec Ptolomæus & Plinius, quorum testimonio uteris, quicquam contrà. Nec soli legendi sunt : describunt enim ipsi orbem magis ad spatiorum & meridianorum rationem, quàm provinciarum & administrationis modum : ut Tingitana provincia, quæ in Africa est transfretum, unde transfretana appellatur, à Plinio Africæ attribuitur : provinciis tamen Hispaniæ à Romanis Imperatoribus adnumerabatur, ut is Sextus docet. Ad hanc Africam concilia omnia Africana & Carthaginensia tantùm pertinent. Et cum sex essent civiles provinciæ, totidem sacræ erant, quibus qui præerant, Primates dicuntur vel primæ sedis Episcopi cùm passim in Carthaginensi sexto & septimo, tum Africano capite 52. 53. 57. 92. & aliis deinceps. Ne diutius, inquit concilium, Episcopi teneantur, qui ad concilium congregati fuerint, placuit ternos judices de singulis provinciis eligi. Et electi sunt de provincia Carthaginensi Vincentius, &c. de provincia Numidiæ, &c. de provincia Bizacena, &c. de provincia Mauritanea, Sitifensi, de provincia Tripolitana, &c. Legatus provinciæ Mauritaneæ, &c. Sex illæ numerantur, & totidem Primates passim leguntur. Quos Græci Metropolitas, Afri Primates appellant. In Ægypto verò decem fuisse ante cognovimus, quorum omnium ut Princeps & caput Alexandrinus, ita illorum sex Carthaginensis. Sermonem meum admittite fratres, inquit in concilio Africano Aurelius Episcopus Carthaginensis, anno 420. contigit nonnunquam ut postulentur ab Ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel Episcopis. Ego enim ut scitis fratres, cunctarum Ecclesiarum, solicitudinem sustineo. Numidius Episcopus dixit, Fuit semper licentia huic sedi, unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinare Episcopum. Unde tibi non potestatem damus sed tuam assignamus, ut liceat voluntati tuæ & semper tenere quem voles, & præpositos plebibus & Ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, unde voles. Et paulo post, Habes tu omnes Ecclesias fulcire. Augustinus epistola 162. contra Donatistas, Lucilæ, inquit, pecunia corruptis Episcopis in Carthaginensi Ecclesia Africæ capite, altare contra altare levatum est. Idem in libro de unitate. Quare æqua hujus fuisse potestas videtur, atque Alexandrini cùm petentibus daret, quos vellet & unde vellet Episcopos. ad Alexandrinum decreta omnium electionum perferebatur, ut probaret, quod intelleximus. Ut Ægypti totius Magistratus unus maximus erat, civilis quidem Augustalis, & militaris, Dux Ægypti : ita Africæ unus civilis, vicarius Africæ lege 9. de susceptoribus. in codice Theodosiano, & aliquando Proconsul Africæ. Militaris verò Comes militum Valentiniani lege de officio vicarii. Sed de his copiosius dicemus in libro de statu veteri Imperii Romani & Ecclesiæ quod attinet ad jus civile & canonicum. Nihil ergo de Africa Nicænum.

Terminus Carthaginensis Imperij. Pentapolis. Cyrenaica Cyrene.

Libya ἡ ἰδίως.

Provinciæ Africæ sex.

Provinciæ civiles Africæ & sacræ totidem.

Primates primæ sedis Episcopi.

Caput primatum Africæ Carthaginensis ut Alexandrinus Ægypti.

Carthaginensis summa potestas in creationibus Episcoporum unde vellet, & quos per totam Africam.

Summus Magistratus Africæ civilis & militaris. Vicarius Africæ. Proconsul Africæ.

D. Cùm concilium Nicænum Græcè dicat, Omnium horum ἐξουσίαν, Alexandrinus habeat, tantùm principatus honoris eo verbo Græco ἐξουσίας intelligitur, non potestatis. Quare Alexandrinus, qui comparatur cum Romano, honore tantùm cæteris Ægypti Metropolitis præstabat.

Vim infert verbo ἐξουσίας.

R. Nihil magis arbitris omnibus, qui in Græcis versati sunt, potestatem eorum, qui præsunt, signi-

Source : BIU Cujas

ficat, quàm ea ipsa vox, qua etiam Paulus Roma. 13. quinquies Græcè usus est. Omnes, inquit, pareant ἐξουσίαις ὑπαρχούσαις, id est potestatibus superioribus. qui resistit, &c. passim in aliis (omitto Ethnicos, quia mihi cum Theologo, ut ait, res est) in Evangelio de Centurione, in conciliis non aliter, ut istud sit solem face illustrare. Creationes illæ Episcoporum, administratióque summa, quam ex Epiphanio & concilii Nicæni epistola cognovimus, erat ne nudus ille honor? & honoris hujus gratia auxiliarium habuit ne Thæbaidos Episcopum? Num etiam Carthaginensis quicquam poterat?

ἐξουσία.

D. Plato hac significatione præstantiæ vel Principatus honoris usurpat epistola 3. οὐ, inquit, κακὸν οὐδὲν μεῖζον ἥμισυ πλοῦτος τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἐξουσίας δύναμις, id est, quo malo majus nullum pariunt magnæ opes, & alterius cujusvis præstantiæ potentia.

R. Si potens quis sit solo honore sine potestate vel opibus, statuæ potentes erunt. Plato de Tyrannide Dionisii, ad quem scribebat, nihil de honore, sed potestate & impressionibus: ut ita tibi vertendum fuerit, Quo malo nullum majus cùm opes pariunt, tum alterius potestatis potentia. Comparat enim Plato opes & potestatem, quòd sæpe pateant assentationi & calumniæ. Potestas Magistratum etiam latinè significat, & dominatum: ut de ea Plato. Qui pro potestate magistratúve. Privatus quid sciens dolo malo gesserit lege Julia majestatis tenetur, inquit Marcianus ad legem Juliam majestatis. ubi Ulpianus ait, Qui cùm Imperium potestatémve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, &c. à magistratu & potestate aliqua legitima evocatus, inquit Cicero in Tusculanis, & alibi, iisdem imperiis & potestatibus parere. Quare Magistratus potentiam dicere solet, ut hic Plato potestatis potentiam. Quam potentiam is ipse Cicero definit idonearum rerum facultatem ad sua conservanda, & alterius obtinenda. Et non solùm potens potestate privata vel publica quis dicitur & magistratu, sed opibus etiam: idcirco Plato illud dixit. Fortasse mendum est in libro tuo quod hysteron proteron Græci vocant, ut dixeris non præstantiæ potentiam, sed potentiæ præstantiam. Nam semper ex te quæretur, cujus præstantiæ potentia, vel qua præstantia potentes? Honoris, dicis. Nam eò accommodas locum Platonis. Si non sit nudi honoris potentia (solo enim honore nemo potens) quomodo erit præstantia ejus? Agapetus Diaconus Græcus author dicit, κρατὸς ἐξουσίας, id est potentiam vel vires potestatis, ut hic Plato cujus sententiam Græcè Aristoteles, ῥητ. 6. planè explicat. & Gregorius Nazianzenus de tyrannide Juliani Apostatæ ἐκεῖθεν δεδοίνος τὸ ἐφικνὸς, τῇ τῶν λόγων οἰκειότητι περιστέλλων καὶ τῷ τῆς ἐξουσίας ὄγκῳ δεδιττόμενος.

Potestas pro magistratu.

ἀντίστροφον.

D. Quòd ἐξουσία honorem tantùm significet, apparet. Nam cùm de Patriarchis concilium Nicænum agat, eam ipsam vocem accommodat Alexandrino, Omnium, inquit, ἐξουσίαν habeat: Antiochensi τὰ πρεσβεῖα, Similiter, inquit, apud Antiochiam τὰ πρεσβεῖα serventur Ecclesiis: Alexandrino τὸν τιμὸν καὶ ἀξίωμα, id est honorem & dignitatem, Hierosolymorum Episcopus habeat consequentiam τῆς τιμῆς, servato Metropolitano ἀξιώματος. Certum est hæc duo posteriora honorem & dignitatem significare, Ergo illa duo priora.

R. Istud pari tecum jure nobis vertendum est. Certum est duo priora præsertim ἐξουσίαν, potestatem significare, ergo duo posteriora: cum potissimum honor & dignitas potestatem etiam complecti soleat. Honor, inquit Calistratus jureconsultus de muneribus & honoribus. est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu sine sumptu: munus cum sumptu. tituli de dignitatibus satis docent apud Jureconsultos. In conciliis quoque cum Græcis, tum Latinis usitatissimum, ut Carthaginensi κε. κς. Episcopus qui alienaverit res Ecclesiæ, honore privetur. Et Ephesini capite postremo, Episcopatus & nomen & honorem amittat.

Honor apud Jureconsultos, & concilia pro administratione reip.

D. Hanc autem ἐξουσίαν sive dignitatem non in Metropolitanis aut Episcopis constituendis intelligimus constitisse ex multis locis.

R. Ex multis & omnibus constitisse intelligimus Alexandrino: tum etiam Carthaginensi, unde vellet, & quos vellet, atque semper.

D. Ut ex Ephesino concilio capite postremo cognoscitur, quo denegata est potestas Antiochæno, quam sibi sumebat, creandi in Cypro Insula Episcopos: & jus sùum Cypri Metropolitis integrum inviolatúmque in sua provincia conservatur.

Sophisma περὶ τὸ πῶς εἰς τὸ ἁπλῶς.

R. Non idcirco minus in aliis, quòd non in Cypro ut non eò minus usquam pluit, quòd non in Ægypto. Divus Melitius Antiochiæ Episcopus, inquit Theodoretus Cyrensis Episcopus, qui tunc vivebat libro 5. capite 4. Diodorum illum, qui Ecclesiæ navigium conservasset, pastorem præfecit Tarsensibus, commissa cura gentis Cilicum: Apamiam verò misit qui Pontificali munere fungeretur Joannem, claro illum quidem ortum genere, sed sua magis, quàm majorum virtute illustrem. Alexander Antiochiæ Episcopus, inquit Socrates tripartitæ libro 12. capite 8. Seleuciæ Episcopum transtulit in Tarsum: Apamia Metropolis erat Syriæ secundæ: Tarsus Pauli patria Ciliciæ quod in actione 1. Chalcedonensis concilii perspicitur, & Theophilacto in Jonam. Falleris autem dum ad unam regulam & exemplum omnes Patriarchas vis quærere. Totum jus eorum erat mos antiquus. Mos antiquus, inquit concilium Nicænum, firmus estò. Et Ephesini capite postremo, serventur unicuique provinciæ τὰ καθαρὰ καὶ ἀδιάπτα τὰ αὐτῇ πρέποντα δίκαια ἐξαρχῆς ἀνωθεν καὶ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος, id est, illæsa & inviolata jura cujusque jam inde ab initio, ex veteri more. Quare in Carthaginensi hoc audivimus, Fuit semper licentia huic sedi, &c. & capite 54. Africanum concilium, hic ordo & à Patribus & majoribus servatus à nobis servabitur. In Cypro quamvis jurisdictionis Antiochensis esset, ut Antiocheni concilii 2. subscriptiones significant: non tamen creatio Metropolitæ ejus erat, quòd in more, ut ait concilium Ephesinum, non esset positum. Erat tamen hoc jus ejus commune in aliis provinciis, adeo, ut illis Cypriis, cùm negarent illud ipsum esse Antiochensis in Cypro, probandi onus concilium Ephesinum imposuerit. Docete an non jus ordinandi ex more veteri apud vos Antiochenus habet, inquit Concilium illud Ephesinum apud Cyrillum. Nam Græca concilia non omnes actiones habent, sed fragmenta tantùm. Erat autem controversia non, ut ais, de Episcopo, sed de Constantiensi Metropolita totius Cypri creando. Id juris, quod Alexandrini & Carthaginenses, non fuit Antiochensis, sed multò angustius. Quocirca concilium Nicænum morem & jus Alexandrini dilucido verbo potestatis expressit, Omnem, inquit potestatem in Libya, Pentapoli & Ægypto habeat. In Anthiochensi non ita potuit, quòd tam varium esset, nisi nomine presbierum, Similiter, inquit, apud Antiochiam presbia serventur Ecclesiis. Presbia enim (græca vox) sunt jura vetustatis & prima, quibus una Ecclesia altera est potior, ut planè explicat postremum illud caput Ephesini nec, quod sciam, Latini habent proprium (doctus fortasse quis invenerit) licet primatus vocabulum quodammodo videatur accedere: sed cùm aliarum rerum primas partes significet, etiam si non sint jus antiquum, non planè respondere videtur. Eo tamen nullum occurrit nobis accommodatius, si jus primum pro vetustissimo accipiamus. Josephus in politia pro jure liberorum majorum natu præcipuo usurpat, quod vulgo primogenituram dicimus. Nam quæ Biblia Græca τὰ πρωτοτόκεια appellant, ipse qui Græcè etiam scripsit, eadem narrans τὰ πρεσβεῖα vertit. Quamvis hoc latius pareat,

Antiochensis Episcopus creabat Metropolitas & transferebat.

Non omnium Patriarcharum idem jus, sed totum erat mos antiquus.

Antiochensis jus angustius quam Alexandrini & Carthaginensis.

Usitatissimum in conciliis Græcis nomen presbia quid.

Primatus.

Presbeia proprie vetustatis jus.

Source : BIU Cujas

quàm φρωτοτυκεῖα, quæ liberorum tantùm sunt : quod utriusque ethimologia ostendit. Verbo presbiorum, quòd generale sit, omnia Græca concilia utuntur. Nam cùm viderent Patres illi ita auctam rempublicam Christianam sine gladio, contra vim & impetus Ehtnicorum, iisdem ipsis modis & vestigiis conservatam iri existimabant. Quapropter nihil tam jubent, quam servari presbia, id est, jura illa vetustatis præcipua cujusque Ecclesiæ & morem antiquum. Causam hujus tam varii diversique juris Antiochensis & aliorum conabimur exponere.

Pugnat secum.

D. Quamvis Chrisostomus qui floruit anno 450. homilia 3. ad populum Antiochens. de Antiochia loquens sic scribit, Civitatum sub Oriente positarum caput & mater est civitas nostra.

R. Basilius quoque magnus epistola ad Athanasium non solùm civitatem, sed Ecclesiam caput cæterarum Orientis esse ait : eásque ejus esse corpus, ἢ ὅιον, inquit, μέρων ἀποτμήματα, id est, quasi partium ejus segmenta : quásque quasi minora flumina ad illam confluere conjungique oporteat. Hoc autem confirmat, quod diximus, ut cùm Antiochensis caput Orientis esset, in tanto locorúm intervallo Episcoporum, non expers potestatis fuerit : cùm nec ejus membra sua potestate carerent, nisi esset ipse trunco similimus hærmæ : atque ei dici pósset, quod vulpes miro artificio confecto Morioni cuidam & Larvæ, apud histrionem, ut narrat Æsopus, cùm acri attentóque animo vultum nutúmque ejus intueretur, nec tamen moveri videret, tandem apprehendere ausa dixit, ô lepidum caput, sed cerebrum non habet. Ita hæc capita tu honoris quodam nitore, unguentis & gemmis splendere vis, carere autem cerebro, id est, jure imperandi. Erant tamen ab aliis Episcopis separati longissimo terrarum spatio.

D. Ut Romana Ecclesia caput est Italicarum omnium & Antiochia totius prope Orientis : ita Alexandrina habebat præstantiam dignitatis.

Auget Romanum.

R. Jam cœpisti augere Romanum, antea urbibus, nunc tota Italia, quem oppugnare instituisti, juvas. Cùm nuper, inquit, Athanasius in Apologetico pacem haberent Ecclesiæ & populi in synaxibus precarentur, Episcopus Romanæ urbis Liberius, ac Paulinus Episcopus Metropolitanus Galliarum, Dionysius Metropolitanus Italiæ, & Luficer Metropolitanus Insularum Sardiniæ, &c. Ergo Romanus non erat caput Italiæ, sed ille Dionysius. Siquidem Metropolitas capita dicis fuisse. Quid igitur erat ? Romanus Episcopus, sedes apostolica, Papa, id est, non Princeps patrum ut Patriarchæ, sed pater tantùm. Et plus cum hoc humili nomine poterat, quàm illi cum illustribus & fulgentibus suis Metropolitarum, Primatum & Patriarcharum & Archiepiscoporum. Athanasius in concilio Nicæno adfuit.

Metropolita Italiæ.

Patriarcharum ortus.

D. Socrates libro 3. de illo Constantinopolitani concilii capite mentionem facit : cujus verba pervulgatum errorem aperiunt, qui Chronographos quosdam, non indoctos homines induxit, existimantes tum primùm constitutos Patriarchas, cùm illud concilium coactum est. Quos enim hoc concilium Metropolitanos, eos ipsos Socrates diserté & perspicuè de iis ipsis loquens, Patriarchas appellat.

Patriarcha quid.

De vocabulis non esse controversiam, sed de potestate.

Patriarcharum nomen commune multis tamen antonomasticos Græcorum quatuor est & ei utendum ut centum virorum nomine Romani olim.

R. De nominibus & vocabulis non est ista controversia, in quorum aucupio tu semper es in aliis etiam libris tuis, sed de potestate : illud grammaticorum est. Patriarcha Græcis nihil, quàm principem Patrum significat : hæreticorum Patriarchæ, inquit Tertullianus in Hermogenem, sunt Philosophi. & Stirpes tribuum in Bibliis Patriarchæ dicuntur, ut tot legibus quas huc congeris, non egeamus. Quinetiam Archimandritas vel Abbates in conciliis eo nomine appellatos quis comperiet. Sed distinguendi causa nobis utendum est eo quamvis communi, ut Romani centumvirorum nomine, antonomasticos. Alexandrinus erat Ægypti totius Metropolita : sub eo alii decem, qui ipsi provinciæ alicujus tantùm erant : ut sub Augustali alii Rectores provinciarum : Antiochensis totius Orientis : alii non totius, sed Ciliciæ vel alterius provinciæ Orientis : ut Comes Orientes alios habuit. Carthaginensis totius Africæ, alii partis : ut præsides sub vicario Africæ. De Constantinopolitano dicemus. Exposuimus in alio libro ex Plinio & Epistola Græca Pii Imperatoris de excusationibus Tutorum in Pandectis. civitatum tria genera, Minorum, majorum, maximarum.

Metropolita dupliciter.

D. Socratis ergo authoris libro 3. (quod velim à lectoribus attendatur) verba non inutile fuerit proferre, atque accuratè perpendere, quòd hunc locum vehementer illustrant. Rursus, inquit, fidem à Nicæno concilio traditam confirmarunt, & Patriarchas descriptis provinciis constituerunt, ut Episcopi certæ diœcesi præpositi, in alienas Ecclesias non invaderent. Hoc enim antea propter vexationes & persecutiones fiebat. Sortitur ergo Nectarius Megalopolim (Constantinopolim significat) & Thraciam : Pontiæ autem diœceseos Heladius, is qui Basileo Cæsareæ Cappadocum Episcopo successit : Gregorius Basilii frater Nyssæ, quæ ipsa urbs quoque est Cappadocæ, Episcopus : & Otrerius Melitenæ, quæ in Armenia est, Episcopus, Patriarchiam sortiti sunt : Asianam verò sortiuntur Amphilogius Iconii : & Optimus Antiochiæ Pysidiæ Episcopi : Ægiptiaca Timotheo Alexandrino Episcopo attributa est. Ecclesiarum, quæ in Oriente sunt, administrationem iisdem Episcopis commiserunt, Pelagio Laodonensi, Dioscoro Tarsensi Episcopo φυλάξαντες τὰ πρεσβεῖα Antiochensium Ecclesiæ : quæ ei, qui tum aderat, Melitio dederunt. Statuerunt autem ut quoties res postularet, de cujusque provinciæ negotiis Synodus constitueret. His Rex assensus est. Hæc ille. Apertè Socrates omnes Metropolitas Patriarchas appellat : in his Alexandrinus Patriarcha. Ex quo intelligitur non multis partibus reliquis majorem fuisse. Decem autem Patriarchias hoc loco numerat. Quam ipsam descriptionem reperio etiam in constitutione quadam Theodosiani Codicis, ejus qui beneficio Joannis Tilii viri clarissimi, nuper in lucem editus fuit. In 16. Tit. de fide catholica. 53. scriptum est hoc modo, Episcopis tradi omnes Ecclesias mox jubemus, quos constabit communione Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, necnon Timothei intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos : quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi in Asia, necnon Proconsularis, atque Asianæ diœceseos, Amphilochio Episcopo Iconensi, & Optimo Episcopo Antiocheno, in Pontica diœcesi : Helladio Episcopo Cæsariensi, Otreio Meliteno, Gregorio Episcopo Nisseno, Teremnio Episcopo Scythiæ, Marmario Episcopo Martio Napolitano hæc Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodosius.

R. Aliquid certè erudito viro nunc attulisse videbere. Quare nos attentos esse oportet, propterea quòd ita te velle dixisti. Socrates decem tantùm sedes, Imperatores in ea lege duodecim numerant : quod ipsum fortasse probabilius est duodecim Apostolorum exemplo & numero : tametsi non appellant Patriarchas. Antiochensem tamen, quem caput Orientis esse diximus, prætereunt. Is enim, cujus meminerunt, est Pysidiæ Ponti : Optimo, inquiunt, Antiocheno in Pontica diœcesi : ille verò in Syria Cœle. Antiochia enim, quæ caput Orientis dicitur in Syria Cœle est, & plures sunt Antiochiæ in Asia) Socrates nominat utrumque, qui ut Imperatores scire potuit. concilium Constantinopolitanum, à quo Socrates constituta illa narrat, cùm in epistola ad Damasum Pontificem Tripartitæ historiæ libro 9. tum in Canonibus suis quatuor tantùm nominat, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochensem,

Source : BIU Cujas

Hierosolymitanum: illorum verò neminem. quid in tanta varietate? ignorasse Imperatores, qui de his rebus leges ferrent, dictu nefas. Quæ igitur authoritas potior? Rem gratissimam fecisses, si istud docuisses. Ex hoc enim libro tuo, in quo sine nervis & articulis huc atque illuc fluctuas, nemo certi quicquam didicerit. Si hæ decem vel duodecim erant tantùm. Patriarcharum vel Metropolitarum sedes, quid de Ephesino? Metropolita erat Eusebio teste libro 5. capite 24. & Ulpiano de officio Proconsulis, Ephesus Metropolis prima Asiæ. Sed de Tyro Phœnices, unde Carthago Colonia: Tyrii, inquit Virgilius, tenuêre Coloni, Carthago, &c. & Theodosius quo Imperatore Concilium illud coiit de Metropoli Beryto in codice Justiniani Tyrum Metropolim fuisse docet, nec vulgarem illam quidem, sed consularem actione 9. Calchedonensis. Ex qua Pœni quasi Phœni, quòd à Phœnicibus orti sint Didone duce. De his tamen neque lex illa, neque Socrates quicquam: neque de Granga Galatiæ secundæ, Aphrodisia Cariæ, Laodicea Phrigiæ Pacatianæ Metropolibus, ut docet concilium Calchedonense actione prima: Ubi etiam Sardis Lydiæ Metropolis, Sidena Pamphiliæ, Apamia Syriæ secundæ: Bostra Arabiæ, Eusebio teste libro 6. capite 16. Basilius Episcopus Seleuciæ Isauriæ & pro absentibus Episcopis sub me constitutis subscripsi, Olimpius Cypri Episcopus & pro absentibus Episcopis sub me constitutis subscripsi. Idem quoque multi dicunt actione 6. Calchedonensis. Mira hujus Socratis oblivio, ut ipse Græcus hos prætermisisset, si Metropolitarum vel Patriarcharum sedes describere ei in animo erat. Sed admirabilior ipsius concilii Constantinopolitani œcumenici, à quo factum dicit, despicentia atque contemptio cæterarum provinciarum, ut Ponto, Cappadociæ, Asiæ τῇ ἰδίᾳ, Ciliciæ primæ, Armeniæ Minori, Syriæ primæ, & Thraciæ aliquos præfecerit, suaque dignos cura putaverit. Quos enim Socrates recenset, illarum tantùm provinciarum sunt: aspernari verò majores partes Asiæ, ut Arabiam, Mesopotamiam, Armeniam majorem, Ciliciam secundam, Liciam, Galatiam, Ioniam, Cariam, Lydiam, Phrygiam, Bithyniam, Pamphiliam, Cholcidem, Persas, Medos, reliquas Asiæ nationes & populos, quos Barbarorum nomine complectuntur Græci & Romani. Num igitur salutis & administrationis horum aliqua ratio? Nulla certè: quid ita? quia, inquis, Socrates tacet. Præclara erit ista tua ratio, ut hujus oblivio & reticentia sit concilii. At concilium non obliviscitur Barbarorum: illos tamen, quos Socrates nominat, præterit: Ecclesias, inquit concilium, apud Barbaros constitutas oportet more majorum regi. Sed neque si ex Bosphoro & Helespontо solventes rediremus Alexandriam, in multis insulis ullum tum Metropolitanum offendissemus neque decem illos Alexandrino subjectos. de quibus antè diximus: neque Carthaginensi in Africa illos primates. Trajecto freto nullum in Hispaniæ sex provinciis Tarraconensi, Carthaginensi, Lusitania, Gallicia, Betyca: ut nec prius in Tingitana. Atque falsò scriptum in Toletanis conciliis Toletanum & Bracarensem Metropolitanus, neque à Pyrenæis montibus in Gallia Narbonensi prima & secunda: Lugdunensi prima & secunda: cùm tamen Sydonius annis ab hinc plus mille scripserit Lugdunensem omnium maximum libro 4. de Lupo, qui Episcopus erat Lugdunensis. Quinque Metropolitanis præerat: & non solùm Metropolitanus, sed etiam Patriarcha dicebatur in concilio Matisconensi 2. capite 1. & postremo. Priscus Lugdunensis Episcopus & Patriarcha & cætera. Non peragranda esset Belgica prima & secunda, ne Trenirensis occurrat apud Sozomenum Trip. libro 5. capite 15. & lege Valentiniani de Decurionibus in codice Theodosiano: ubi ante concilium illud multæ Metropoles in Gallia esse dicuntur. Biturix apud Sydonium libro 8. qui demonstrat capita provinciarum fuisse. Metropolitanosque multos: ut Burdegalensis, Rhotomagensis in Matisconensi illo loquuntur. Nullus in Germania, neque in Italia Albæ Episcopus Metropolitanus dicitur Italiæ apud Athanasium in Apologetico, & Sardiniæ alter. Neque Thessalonicensis legatus perpetuus Romani in Oriente, ut in alio libro ostendimus: atque Coënsis in Ephesino Concilio 2. Tandem Constantinopolin, ubi illud Concilium habitum est, reversi, Episcopos propè infinitos reperiisse audebimus dicere: Metropolitanorum verò neminem, præter illos decem, vel duodecim, eosque in Asia nec tota, sed minori ejus parte: immemores Africæ & Europæ Imperatores illi in ea lege fuerunt, & Socrates. Romani verò nullum vestigium, quia vel minimus erat Episcoporum: idcirco servus servorum dicitur. Sic tamen jubes ut simus attenti? Cùm in me primùm & multis aliis tum in te maximè, & in hoc libro & aliis tuis, non potui satis laudare præclaram Hieronymi ad Vigilantium sententiam, Trade te, inquit librorum lectioni, & disciplinarum studiis, & cùm omnia didiceris, tacere incipies, vel alios, ut taceant, compelles. Multa enim scribere soles, quæ non intelligis; in ea etiam disciplina in qua es totus: quod jure valde multi mirari possunt, si tua intimo judicio perpendant. Tibi, qui brevitatem desideras in nobis, fieri non potest in tantis rebus, quæ in te desiderantur, ut paucis satisfaciamus: sed necesse est historiam exponere, quæ solo nutu vel verbo uno explicari non potest. Cùm Arrius presbyter Alexandrinus procella Reipublicæ Christianæ hæresim excogitasset Arrianam, & à concilio Nicæno non extincta illa quidem, sed deferbuisset aliquantulum, ex ea postea quasi maleoli, plantæ & sarmenta succrescebant. Multi enim ut flagitio illustres essent, ut Arrius suo, qualis Apollinaris cum filio & Photinus, novi quiddam sceleris semper afferebant. Alebantur omnia ista factionum genera ab Imperatoribus, ut Constantio, Valente & aliis. Contra pugnabant decem aut duodecim Episcopi, pauci illi quidem, strenui tamen & forti animo, Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nissænus (quorum scripta Græca extant) & illi ipsi quos Socrates nominat. Erant autem in Asia & Oriente, ubi deflagrabat, Hæresum incendium. tum etiam bini Episcopi in multis civitatibus, Catholicorum unus, alter Hæreticorum. In his tumultibus per religionis speciem rapinæ, incendia, cædes. Imperatores Hæretici triumphabant de Catholicis. Gothi & Barbari, dum Imperatores illi his quasi Nucibus, ut ait poëta, in foro pueri tandiu luderent, triumphabant de Imperio. Valente à Gothis in casa rusticana exusto, illuxit orbi Theodosius cognomento Magnus. Erigit Imperium? fertur lex prima de summa Trinitate in codice Justiniani: & paulo post coit hoc concilium Constantinopolitanum. Hæc partim ex Basilii Magni Epistolis & libris, & Gregorii Nazianzeni Monodia, Hieronymi in annalibus: partim Theodoreto lib. 5. & isto ipso Socrate. Ad cujus loci explicationem veniamus. Primùm Hæreticorum impressionibus perturbata omnia narrat. Quocirca cùm duo essent Episcopi, Constantinopoli Maximus Hæreticus, & Gregorius Nazianzenus: hic abdicavit se sponte in concilio, & Nazianzenum se contulit, ut apud suos in pace & ocio viveret. Rogatu ejus electus est à concilio Nectarius, pulso illo Maximo Hæreticorum Episcopo. Hæc Gregorius presbyter Græcus author in vita Nazianzeni. Quare Socrates dixit, fortitur Nectarius Constantinopolim. Gregorius alter ab Hæreticorum Episcopo ejectus fuerat Nissa, ut Basilius magnus ejus frater scribit in epistola ad Eusebium Samosatensem. Quocirca Socrates ait, Gregorius Basilii frater Nissæ, &c. Mortuus erat paulò ante concilium Basilius magnus, & suffectus Haladius: concilium ejus Episco-

Ephesus Metropolis.

Tyrus Metropolis pro consularis.

Sex provinciæ Hispaniæ & multæ Metropoles.

Multæ Metropoles in Gallia.

Patriarcha Lugdunensis antiquissimus & maximus.

Trenirensis.

Biturix.

Rothomagensis Burdegalensis. Albæ Episcopus Metropolita Italiæ. In Oriente duo legati perpetui pontificum Thessalonicensis & Coënsis.

Source : BIU Cujas

patum confirmavit, ut is quoque Socrates ait. Pugnabat cum adversario Optimus teste Theodoreto libro 4. capite 30. idem de Amphilochio libro 4. capite 11. & 13. de Pelagio: de Diodoro. Tripartitæ libro 9. capite 3. cum tertio libri octavi? hostem habebat Paulinum Hæreticorum Episcopum Melitius Antiochensis Episcopus, ut narrat Theodoretus Trip. libro 9. capite 3. qui etiam Alexandriæ binos Episcopos fuisse scribit libro 5. capite 8. catholicoque successisse Timotheum, de quo Socrates. Eædem perturbationes Melitene capite 11. libri 8. Tripartitæ. Exposuimus omnium causam. Ex quibus exploratum est Socratem Metropolitarum, quos eosdem Patriarchas appellat, tametsi non omnes, sedium describendarum gratia non illos numerasse. Quapropter historici illi, quos non indoctos esse ais, ex hoc loco contrà sensisse (si qui tamen sunt) jure à te reprehenduntur? tum etiam tu doctus videberis quia doctos reprehendis. Quod ipsum facilè quidem est, sed docere difficile. Sed illi non indocti verba Socratis ex interpretatione tua tibi objicient, cùm ita Græca vertis. Patriarchas descriptis provinciis constituerunt. Nam si descripserunt provincias, & constituerunt Patriarchas, jure authoritate Socratis commoverentur. Quare non ita tibi exponenda fuerunt ista ejus verba, ὁ πατριάρχας καθέστων διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, sed ita, Patriarchas constituerunt distributis provinciis. διανέμω, non describo sed distribuo significat, ut pervulgatum apud Græcos, præsertim apud Aristotelem ἠθικ. ε. Unde δίκαιον διανεμητικὸν ἢ διανομῆς, id est, justum distributivum, & distribuo: νόμος, lex quod cuique suum reddat. Illa lex docet quod dicimus. Cum jubet Episcopos hæreticorum ablegari, hos verò & alios eis adjunctos ex concilii decreto stabiliri. Antiochensem Melitium, de quo Socrates eò lex prætermittit, quòd confestim post concilium mortem Constantinopoli obierat, Tripartitæ libro 9. cap. 12. Nec omnes illi Metropolitæ erant. nam Nissa in Capadocia est, ut Socrates hic quoque nobis dixit: & Cæsarienſis solus erat Metropolita: quod Gregorius Nazianzenus in Monodia explicat. Cùm autem idcirco pares judicas, quòd à Socrate unà connumerentur in historia, non dissimile fuerit, si quòd eodem in loco congregati essent, eò æquales diceres: aut cur potius loco quàm scriptis? Postea dum putat se egregiè architectatum Metropolitarum sedes, ait.

D. Sed quæretur ab hominibus studiosis, quænam illæ Matrices civitates fuerunt, unde Metropolitani dicuntur. His respondemus ex Calcedonensis concilii κεφ. ιβ. Matrices civitates, quas Metropoles Græci appellant, Principum arbitrio constitutas: quod ex ipsius verbis facilius atque certius intelligemus. Pervenit ad nos, quòd quidam contra leges, Ecclesiasticas potestates affectantes opera pragmaticorum quorumdam, unam provinciam in duas diviserunt, ut propterea duo in eadem provincia sint Metropolitæ. Statuit ergo sancta Synodus ne posthac Episcopus ullus id audeat: alioqui qui ausus fuerit, de gradu ac dignitate sua dejiciatur. Quæ urbes per edicta Regum Metropolis nomine decoratæ sunt, solo hoc honore fruantur, & qui Ecclesiam ejus civitatis Episcopus administrat, salvis verò Metropolitæ juribus.

Contrarius sibi.

R. Non ergo solo honore excellebant Metropolitæ, ut dicis, neque ab Imperatoribus Metropolitæ fiebant, vel Metropoles Ecclesiæ. Civitates quidem Metropoles propter civilia munera fieri ostendit concilium. Quinetiam hujusmodi Episcoporum conatum coercet severissimè. Quod cùm ex hoc capite, tum ex aliis in alio libro ostendimus. Cùm Imperatores Nicæam jure Metropolico donassent, vellet-que Nicænus Episcopus sibi arrogare jus Metropoliticum, actione 13. Calcedonensis constitutum ad civilia tantùm munera pertinere, pareretque is Nicænus ut antea Nicomedienſi, & statuit illud ipsum. Constantino magno Imperatore Beryti Episcopus Metropolita erat, ut testatur Athanasius de miraculis. cap. 1. cum tertio. Nondum tamen civitas Metropolis, sed multò post ex Theodosii lege de Metropoli Beryto enim codice Justiniani. Ab Imperatoribus cùm Cappadocia in primam & secundam divisa esset, & secundæ Tyana civitas Metropolis facta, Cæsarienſis Episcopus cum aliis non est passus Tyanensem jus Metropoliticum sibi vendicare, ut scribit Nazianzenus in Monodia. Basilius dicebat, inquit, veterem consuetudinem & descriptionem à Patribus & Apostolis factam servandam: Prophana quidem dividi posse: Ecclesiastica verò non posse. Quid enim gladius cum spiritu? Ex his ergo verbis Basilius Gregoriusque docent, non Imperatoribus, sed Patribus ista tribuenda. Scripserunt autem anno 370. Semper enim ante Constantinum primum Christianum Imperatorem erant Metropolitæ, & superiores, ut in Nicæno concilio intelleximus quòd Constantino illo Imperatore convenit. Mos antiquus, inquit concilium, servetur. Et illud ipsum nomen presbeiorum indicat. Tertullianus annis ante Constantinum amplius ducentis (scripsit enim anno 160.) istud in libro de præscriptionibus perspicuè docet, Apostoli, inquit, Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, quibus traducem fidei ac semina doctrinæ cæteræ exinde mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ stant: & proinde Apostolicæ deputantur & soboles Apostolicarum, omne genus ad suam originem censeatur necesse est. Et paulò post, constat omnem doctrinam, quæ cum illis Apostolicis Ecclesiis Matricibus, & Originalibus veritati conspirare deputandam. Primus ergo constitutas Matrices ab Apostolis, deinde à Patribus propagatas, non ab Imperatoribus. Huc pertinent omnia Acta Apostolorum. Hinc jus varium Ecclesiarum natum arbitror, variaque presbeia. Nam cùm aliis alii darentur Episcopi, novis Ecclesiis illa prima institutis in creationibus, judiciis & honoribus, quam pòst aluisset usus & consuetudo, jus effecit vetustum, quod presbeia dictum est. In Asia, & parte Europæ ter Petri, Paulique, & aliorum Apostolorum diversa, ut de Antiochensi diximus, peperit. In Ægypto autem ab uno Alexandrino Marco Evangelista, Romani à Petro misso, ut inter scriptores convenit, alios quasi procreatos Episcopos in tribus illis provinciis Lybia, Pentapoli & Ægypto quæsisse Alexandrino illam, quam dixit concilium Nicænum, omnium potestatem probabile est. Non ita in Asia omnes ab uno. Idem de Carthaginensi, quod de Alexandrino: aliique sibi quærebant alias Ecclesias, in Africano concilio capite 23. Propagandi commodius Christianismi gratia ad amplissimas urbes se conferebant, cùm inquit Philo in legatione ad Caium, sint flumina majora, ad quæ cætera confluant. Quocirca canon Apostolorum cujusque provinciæ unum inter se primum, & pro capite habere jubet Episcopis in una quaque provincia: Sic, inquit postea, erit concordiæ vinculum. Unum enim cùm authoritate, tum metu continere oportuit omnes: ut ita colligatis inter se potestatibus & ordine conjunctio conservaretur. Quare imitabuntur Ethnicam, quæ tum erat, præfecturam. Nam Sylla, ut Cicero pro Flacco scribit, civitates Asiæ in provincias descripsit: & Pompeius devicto Mythridate rege Ponti apud Strabonem: Augustus Ægyptum, ut is Strabo libro ultimo docet, & de Africa & aliis apud Tacitum & Sextum legi potest. Edictum Augusti ante Christum natum in Evangelio hoc indicat. Quare posteriores Patres illum primum provinciarum statum retinebant, quod sæpe multi Imperatores etiam Christiani diruebant, ut ait Poëta, ædificabant, mutabant quadrata rotundis, quo immortale nomen sibi parerent urbis alicujus, vel provinciæ amplitudine &

Civitates Metropoles ab Imperatoribus Ecclesiæ à patribus & primùm ab Apostolis.

Ecclesiæ quædã Metropoles quamvis nõ civitates essent Metropoles.

Causa varii juris patriarcharum & Ecclesiarum.

Apostoli ad amplissimas civitates se potissimum conferebant & imitabantur Ethnicam præfecturam.

Source : BIU Cujas

nomine. Quapropter Patres sacra sibi servari volunt, ut sibi Imperatores prophana. Justinianus Imperator in Nearis, ut in alio libro satis explicavimus, non sua, sed Vigilii Pontificis authoritate duas Justinianæas suas unam in Illyrico, alteram in Africa ad Metropoliticum verticem non extulit.

D. Quasi verò occupati fuerint Apostoli in describendis provinciis, cùm clandestinos & nocturnos conventus agerent.

R. Quasi verò magna fuerit ista occupatio. Descriptæ enim erant & provinciæ, & civitates Majores, Minores, & Maximæ, ut cùm illa superioratum Imperator Pius in epistola Græca de excusationibus Tutorum docet. Mittendi tantùm erant præpositi, non Legiones & Cohortes in eos, qui hoc Apostolorum & Patrum Imperium descriptionumque formulam non ferrent: quasi verò etiam magna occupatio erat Pauli, dum scriberet ad Titum, Idcirco te reliqui in Creta, ut constituas presbyteros, id est Episcopos, ut descripsi tibi. Magis autem publicos conventus, quàm clandestinos fuisse eorum Acta docent cùm passim, tum de Diana Ephesiorum, Martyria, Cædes, carnificinæ Christianorum apud Tacitum, Plinium, Suetonium. Prætereo Ecclesiasticos authores, ne tibi, qui hæc audeas, scribere opus non sit.

D. Proximum est, ut de Metropolitanorum jurisdictione dicamus. Episcopus accusatus, de communi totius Episcoporum senatus sententia movebatur Antiochensis concilii.

Potestas patriarcharum in judiciis de crimine.

R. In Antiochensi Patriarchia Episcopus accusabatur in concilio provinciæ, quod colligebat Metropolita. Quòd si Metropolita suspectus & infensus esset reo, Patriarcha Antiochensis etiam solus dabat judices, ut Cyrillus & Proclus in Epistolis suis, quæ recitantur Actione 13. Calcedonensis, scribunt. In Africa apud Primatem quisquis Episcoporum, inquit concilium Carthaginense 3. cap. 7. accusatur, apud Primates provinciæ ipsius causam deferat accusator. Hic habebat secum quos elegisset: qui electi judices dicuntur in eo loco. In Ægypto non compertum habeo, nisi quòd Rufinus dixit eam potestatem habere Alexandrinum in omnibus tribus provinciis Ægypti, quam Romanus in suburbanis Ecclesiis. Quare ut in electionibus summam fuisse exploratum est, ita in judiciis probabile. Quod illæ epistolæ Procli significare videntur, præsertim cùm ad concordiæ vinculum judicia pertineant. Is Rufinus scire potuit. Fuit enim Romanus Presbyter, ut Synodus septima testatur & ipse in libris suis, & Hieronymus in eum Alexandriæ diu versatum scribit. De Constantinopolitano pòst, & de aliis Clericis, & civili causa.

D. Capite tamen 12. concilii Antiochensis, potestas permittitur damnato Episcopo ad universale concilium provocandi.

R. Ad majus concilium, inquit illud caput, non ad Imperatorem provocet. Non intelligitur autem œcumenicum, ut putas (nam omnes Metropolitas atque Episcopos æquas) sed Patriarchæ: ut totum concilium Antiochense secundum de ea re est. Quatuor genera conciliorum sunt, unum Episcopi cum suis Presbyteris: alterum Metropolitæ cum suis Episcopis. Hoc bis quotannis jubetur haberi in concilio illo Antiochensi, tertia hebdomada Paschæ, & Idibus Octobris: & canone Apostolorum 37. & concilio Nicæno, canone 5. ante Quadragesimam Paschæ & circiter Autumni tempus. Tertium Patriarchæ cum suis Metropolitis, quod in Africa erat primum anniversarium: deinde non nisi re communi postulante. Laboriosum, inquit concilium Africanum capite 61. omnibus fratribus visum est, non sit ultra fatigandis fratribus universaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est totius Africæ

Concilio-rum quatuor genera.

undecumque ad hanc sedem Carthaginensem de hac re literæ fuerint, congregandam Synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit. In Gallia tertio quoque anno Patriarcha Lugdunensis suos Metropolitas vocabat, Matisconensis 2. canone postremo. Hoc genus concilii universale vel plenarium totius Patriarchiæ vocatur, non œcumenicum. Si nec ad concilium universale anniversarium non accurrerit, inquit Carthaginense 3. capite 7. & in illo ipso capite Africani dicitur concilium Africæ plenarium. In Antiochensi Patriarchia, cùm res postularet, tantùm conveniebat, ut secundum Antiochense docet. Hujus generis sunt Antiochensia, Africana, Carthaginensiaque concilia omnia. Reliqua paucis exceptis provincialia sunt, & secundi generis. Quartum est totius orbis: quod idcirco Græco vocabulo œcumenicum vocatur: οἰκουμένη enim orbem terrarum significat. Hic tantùm Romani est: hæc est enim regula Ecclesiastica, inquit Socrates libro 4. Tripartitæ, capite 9. ut sine eo haberi non possit. Hæc nisi in gravissimis hæresibus quæ orbis bonam partem pervasissent, non convenerunt: ut in tot sæculis Christiani nominis Græca non plura, quàm octo. Cùm igitur dicas ad hoc provocare Episcopos, interea, credo, vis in vinculis servatos aut impunè peccasse. Nam à primo concilio Nicæno ad Constantinopolitanum primum, quod secundum fuit, anni quinquaginta intercedunt: ab hoc ad Ephesinum quadraginta: à quo ad Calcedonem triginta: ab hoc ad quintam Synodum, centum & duo: in quo tanto intervallo rei interierunt, & multò magis ad sextam. Centum enim & viginti interfunt, & sexagesimo post coiit septima, postquam, octava octuagesimo.

Patriarcha Lugdunensis tertio quoque anno suorum Metropolitarum concilium vocabat.

Intervalla temporis cõciliorum œcumenicorum.

D. De Romano mirum silentium.

R. Audietur istud, quamvis silentium. Cùm ad majus concilium dicat, quod Patriarchæ est, esse provocationem, quid de Romano dicere, ad quem à concilio provocatio, oportuit? Tu in tuo argumenti genere semper versaris, ut quod in uno non legeris, vel non animadverteris, nusquam ab aliis legi posse putes: & de Socrate antea, ut qui taceat non modò negare, verùm etiam prohibere videatur: cur non potius consentire? Odium te perturbat ne regulæ juris sis memor. Alexander Macedo non satis perito cuidam Philosopho pertinacius neganti Cymerios populos, hac sola ratione, quòd nusquam legisset, respondisse fertur: si tu omnino cæcus esses, vel surdus, num eò minus tonaret vel fulguraret, quòd non ipse audires vel videres? Atque protulit Homerum, cujus erat studiosus, Οδυσ. λ.

D. Itaque Constantinopolitani primi capite secundo constitutum erat, ut Asiæ, Ponti, Thraciæ Metropolitæ suæ quisque provinciæ procurationem gereret, id proximo concilio, id est Calcedonensi κεφ. κη. funditus abrogatum est: & novo more, nullo exemplo constitutum, ut harum omnium provinciarum Metropolitas solus Constantinopolitanus Episcopus constitueret, cùm tamen illud concilium Constantinopolitanum dicat Episcopi Ponti ea, quæ in Ponto, Episcopi Asiæ, quæ in Asia, & Thraciæ quæ in Thracia.

Sophisma παρὰ τὴν διαίρεσιν.

R. Nihil derogatum illi canoni Constantinopolitano, qui nihil de Metropolitis constituendis, sed Episcopis tantùm. quod illud ipsum caput Calcedonense docet verbis posterioribus, quæ tu taces. Ita non solùm Sophistam in hoc tuo libro agis, sed quiddam gravius partim odio, partim ignoratione. Δηλαδὴ, inquit, ἐκείνου μητροπολίτου τὰ παρειρημένων διοικήσεων μὴ τῆς ἐπαρχίας ὀπισκόπων χειροτονεῖν τὸν τῆς ἐπαρχίας ὀπισκόπους κατὰ τοὺς θείους κανόνας διηρῆσθαι, χειροτονεῖσθαι κατὰ θεῖτα τὸν μητροπολίτης τῶν παρειρημένων διοικήσεων παρὰ κωνσταντινοπόλεως ὀπισκόπου ψηφισμάτων, συμφώνων κὴ τὸ ἔθος νομίμων ὧ ἐπ' αὐτῶν διακειμένων. Id est nimirum unoquoque Metropolita earum

Constantinopolitanus creabat tantum Metropolitas non Episcopos: sed Metropolitæ Episcopos.

Source : BIU Cujas

ipsarum diœcesum Ponti, Asiæ & Thraciæ, unà cum Episcopis provinciæ creante provinciæ Episcopos, ut divinis canonibus promulgatum est. Metropolitas verò earum diœcesum creari à Constantinopolitano Archiepiscopo decretis consonis factis & ad eum perlatis. Nec, ut ais, nullius exemplo, sed multorum etiam vetustissimo illud ei concessum, ut Antiochensis ex concilio Ephesino jam accepimus: Alexandrini, ad quem non de Metropolitis tantùm, sed de Episcopis etiam electis decreta perferebantur, ut ipse probaret, quod exploratum est: denique Carthaginensis, cujus erat, petentibus dare unde vellet & quos vellet quod majus quiddam videtur. Cùm verò non peterentur Episcopi, Metropolitæ eos dabant. Quorum etiam major authoritas in creandis Episcopis, quàm Metropolitarum alterius Patriarchiæ. nam mittebant tres tantum Episcopos quos vellent ad Episcopum constituendum, Africani concilii canone 16. & si quæras causam forma, inquit antiqua, hæc est: & canone Apostolorum primo duo tantùm vel tres sufficiunt. In Antiochensi verò capite 19. omnium præsentia vel assensus ex scripto, cum Metropolita, desideratur. In Constantinopolitano idem ipsum jus ut hîc explicatur. Itaque jus Constantinopolitani & Antiochensis quàm illorum duorum angustius. Nihil ergo ademptum Metropolitis Ponti, Asiæ & Thraciæ.

Major potestas Metropolitarum in creationibus Episcoporum in Africa quam in aliis provinciis.

Omnium Episcoporum ejusdem provinciæ cum Metropolita, præsentia & assensus in creatione Episcopi in patriarchia Antiochêsi.

D. Qua lege Calcedonensi, Antiochenæ Ecclesiæ τὰ πρεσβεῖα, quæ tum erant Nicæni, quæ Constantinopolitano concilio tantopere commendantur, planè extincta nemo non videt.

Pugnat secum ex iis quæ dixit.

R. At tu dicebas honoris tantùm illa presbeia esse, non ergo extincta essent. creationes enim illæ honoris solius non sunt. Pontus, Asia, Thracia nunquam fuerunt Antiochensis Patriarchiæ: sed solus Oriens, quocirca Orientis caput dictus est à Chrysostomo & Basilio magno. Oriens autem erat non, ut putas, unde aliis sol oritur, sed Syria, Phœnice, Palestina, Arabia, Mesopotamia, Cilicia secunda Cyprus: quod ex exordio Antiochensis primi & secundi subscriptionibus & Ephesini actionibus apud Cyrillum intelligitur. quibus præerat unus summus magistratus civilis, qui comes Orientis apud Jureconsultos dicitur, cujus sexcenti apparitores traduntur in codice Justiniani. Idem ipse militaris erat, & præfectus utriusque exercitus dicebatur, ut in illo ipso loco Cyrilli. Ut in Ægypto Augustalis & dux Ægypti, & in Africa vicarius Africæ & comes militum: ita hic Orientis. Asia Proconsulem habebat, ut Ulpianus ait de officio proconsulis. cujus Ephesum primam Metropolim esse dicit. Pontus suos summos habuit, quos declarat Justinianus neara κγ. & aliis deinceps: appellanturque Pontica diœceses & Asiana, non solùm in Conciliis, sed ab Imperatoribus etiam, ut Gratiano de fundis patrimonialibus. in codice Justiniani, & aliàs sæpe, ut de Ægyptiaca diœcesi diximus: nihilque commune Oriens cum illis habuit ut Taciti & posteriorum libri demonstrant. Constantinopolitanum concilium ista omnia perspicuè distinguit. Orientis, inquit, Episcopi Orientem solum regant servatis presbiis Antiochensi: Episcopi Ponti, quæ in Ponto, Asiæ quæ in Asia, Thraciæ quæ in Thracia. Sed cujus erant istæ tres antea? Nam aliquem Metropolitas probatorem aut certè judicem habere oportuit primum, id est, ut vulgò dicimus, immediatum, & primi judicii, id est, primæ instantiæ, ut alii in aliis Patriarchiis Patriarcham. Erat Romani, Calcedonensis concilii actione 3. in relatione. Nec quicquam ei derogatum. Nam post eum illi concessa, ut audiemus, & consensu ejus, ut Eusebius ait actione 16. Calcedonensis. Habebat Thessalonicensem legatum perpetuum, ut alio libro ostendimus & Coensem quod diximus.

Orientem quid Romani appellarent.

Orientis summus magistratus civilis & militaris comes Orientis.

Proconsul Asiæ.

Asiana diœcesis & Pontica.

Tres provinciæ Pontus Asia καὶ ἰδίως & Thracia concessæ Constantinopolitano.

D. Neque hoc Calcedonensi concilio tum primùm Triumviratus ille Cæsaris, & Lepidi & Antonii renovatus est, & in Ecclesiam Christianam inductus, ut Alexandrinus Africam, Romanus Occidentem, Constantinopolitanus partem Europæ & Asiam prope totam præter paucas Ecclesias.

Auget Romanum.

R. Quasi verò Africa Alexandrini fuerit, cùm semper Carthaginensis esset, quod intelleximus. Constantinopolitano Asiam totam tribuis, cùm Asia καὶ ἰδίως intelligitur: cujus erat Proconsul ille, de quo antè. Nam Pontus in Asia est: tamen distinguitur à concilio: Episcopi, inquit, Ponti, quæ in Ponto, Asiæ, quæ in Asia administrent: Romano Occidentem, cùm nihil ei concilium. Quanta accessione eum cumulasti urbium primùm, Italiæ deinde, totius nunc Occidentis: tum ad extremùm si ita procedas longius, ut conjicio, concedes orbem. Concilium illud convenit anno 455. tu tamen annis ab hinc quingentis quinquaginta ortam hanc potestatem ejus, ostendere te instituisse principiò dixisti: nec in toto isto tuo libro quicquam de Occidente, in quo tu es & tui, nisi de Africa. Dicis tamen tum decretum ei Occidentem: cur igitur eum oppugnas, quem, ut colas & observes, concilia Oecumenica jubent: tum etiam adde illis tuis quingentis quinquaginta annis, alios sexcentos, ut sint mille centum & quinquaginta à concilio illo.

ἀμβλυωπία

D. Itaque quatuor viri tum primùm regendæ Ecclesiæ constituti sunt, qui sensim Patriarcharum & Archiepiscoporum nomen, quod omnibus Metropolitis erat commune, sibi proprium ac peculiare fecerunt.

Patriarchæ alii quàm quatuor Græci & Carthaginensis & particulares solent dici.

R. Cum igitur Aquileiensis, Grandensis, Pisanus, Biturix etiam hoc seculo dicuntur, ut Boërius Præses Burdegalensis in suo libro de authoritate magni concilii ait, & ante eum Albericus de statu hominum. Mira ambitio Romanorum, ut non modo illos passi sint scribi in libro suo, qui provincialis dicitur, illos præsertim vicinos: verumetiam eos ita appellent, ut Urbanus secundus Grandensem 32. distinctione apud Gratianum, & Biturigem Nicolaus secundus 9. & quæstione 3. Sed vis fortasse nobis persuadere te natum apud Antipodes, dum ais Archiepiscoporum nomina, nisi illorum quatuor fuisse: cùm infinitos propè apud nos audiamus & videamus. Si hæc vulgatissima negare audes, quomodo in aliis tibi vis creditum? hæc perspicua si non cernis, obscuriora quomodo videbis?

D. Abrogatum Antiochensi jus hoc concilio Calcedonensi ex eo intelligitur, quòd concilium Constantinopolitanum secundum ejus non meminit, nec Justinianus æqualis temporum illorum, cujusque imperio concilium illud coactum est, in novella constitutione 122.

R. Lectione opus est: Tum Antiochia à Cæsare rege Persarum incensa erat, soloque æquata, neque, nisi multis post seculis, instaurata fuit, ut Procopius scriptor illorum temporum de bello Persico libro 2. copiosè narrat. Nec isto Justiniano, ut falleris, concilium illud convenit, sed altero Justiniano Constantini filio, annis post illum paulò plus centum, ut in ea cernitur: & dicitur Trullense, quòd in Trullo palatio Constantinopolitano est habitum. Postea Antiochia restituta, viguit Patriarchia, ut Tyrus de bello sacro docet libro 13. Hodie quoque viget in Turcæ imperio. Sacrum enim ordinem iste immanissimus Scytha non sustulit, quod tamen tu imbellis homo tentas. Sed habet sacerdotium suos arctiores nunc in Oriente, quàm antea. Sed ad rem: in Calcedonensi non omittitur Antiochensis actione 7. Nam fuit controversia inter eum & Hierosolymitanum. Et cùm de aliis dixerimus Patriarchis, hunc modò non prætermittemus. Minima omnium Patriarcharum ejus fuit authoritas. Quod significare videtur sextum & septimum caput Nicæni & secundum Constantinopolitani: sed omnia fermè erant

Trullense concilium.

Antiochia eversa à Persis caruit diu Patriarchia deinde restituta est.

Turca non sustulit sacrum ordinem sed omnem principatum profanum.

Source : BIU Cujas

Potestas Hierosolymitani.

erant Antiochensis. Nec Palestinas sine controversia habuit, donec ita transactum inter eos est in illa ipsa actione Calcedonensi, ut haberet tres Palestinas. Hierosolymorum Episcopus sine sanctissima Ecclesia, quæ sub eo & tres Palestinas sub propria habeat potestate, inquit in illa actione concilium. Antiochensis, sibi vindicabat Palæstinas, quod Orientis provinciis adnumerentur, ut Antiochensis primi Græci exordium docet. Orientis autem Antiochensis erat, capite 2. Constantinopolitani: quod caput nec Hierosolymitani meminit. Postea Justiniano Imperatore Hierosolymitorum aucta est Patriarchia, Vigilii Pontificis & Synodi quintæ decreto, ut Tyrius Metropolita de bello Sacro libro 14. scribit. Is scire potuit: fuit enim Cancellarius Hierosolymorum, diligenterque omnia conquisisse narrat. Itaque duos Metropolitas ait attributos Hierosolymitano, Cæsariensem, qui est Cæsareæ maritimæ, & Scythopolytanum qui erant Antiochensis: & duos alios, Alexandrini, Rabensem & Byritensem.

D. Atque ut hujus Constantinopolitani Patriarchæ impotentiam planius intelligamus, capite nono Calcedonensis concilii jurisdictionem omnibus propè Asiæ & Orientis & Græciæ Metropolitis adimendam curavit: itaque ut hoc decerneretur, Si quis cum provinciæ suæ Metropolita Episcopus aut Clericus habet litem, accipiat aut Exarchum (vocat Patriarcham) ejus præfecturæ, aut ejus Regiæ urbis Constantinopolis Episcopum, & ab ipso judicetur.

R. Cùm igitur Metropolitis tantùm reis jus diceret non Episcopis, non adimebat Metropolitis jurisdictionem de Episcopis. Sui enim ipse judex Metropolita non erat, sed Episcoporum: quorum etiam electiones eis salvas jam vidimus. Judex verò primus Metropolitarum erat Patriarcha, ut cùm hoc caput, tum Antiochense secundum & Epistolæ Procli & Cyrilli, quas notavimus, demonstrant. Tantùm potestas sit agenti cum Metropolita Patriarcham provinciæ adeundi, vel Constantinopolitanum: ut de Episcopali audientia. in codice Justiniani Archadius & Honorius, & ante eos Theodosius Magnus eorum pater, post quos omnes Carolus Magnus apud Gratianum 11. distinctione. Laicum quemvis permittunt vocari in jus, in civili causa, ad Ecclesiasticum judicem, vel civilem. Nec ita superior sit Constantinopolitanus, cùm à Patriarchis ad eum provocatio non esset, nec eis ipse jus diceret. Quinetiam nec tanta ejus in Patriarchia fuit potestas in creationibus, quanta Alexandrini & Carthaginensis, ut est expositum. Concursus tantùm est jurisdictionis, eaque de Metropolitis tantùm.

Minor potestas Constantinopolitani in creationibus, & major in judiciis de Metropolitis tantùm quã aliorum Patriarcharum.

D. Atque paria fuerunt τὰ πρεσβεῖα Constantinopolitani atque Romani. Nam in Calcedonensis concilii κεφ. κα. scriptum est hoc modo, πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων ἑκατὸν πεντήκοντα πατέρων ὁρισθεῖσι τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης. καὶ γὰρ διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κοινοῦμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλεία καὶ συγκλήτου τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύσασαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην μεγαλυνόμενα πράγματα δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Id est, ubique definitiones Sanctorum Patrum centum quinquaginta sequentes, eadem ipsa nos etiam definimus, & decernimus de presbeis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ novæ Romæ. Etenim sedi veteris Romæ propter urbis imperium Patres merito reddiderunt presbeia: eodem scopo commoti centum deo amantissimi Episcopi æqualia presbeia impartiti sunt novæ Romæ sanctissimæ sedi, rectè judicantes imperio & senatu ornatam civitatem æqualia presbeia sedis veteris Romæ accipere, ut in Ecclesiasticis ut illa excellat rebus secunda post illam existens.

R. Sic verbum è verbo redditur. Canoni vertendo tu addideras, quare tua non transcripsimus. Minimè mirandum si multos fallatis illo tam fido & pio pectore, quo vos scribere dicitis: à te exsecta est orationis continens pars, quæ separari non potest, & declarat in tribus tantum provinciis Ponti, Asiæ, & Thraciæ. Post enim illa ipsa verba ut in Ecclesiasticis excelleret rebus secunda post illa existens, continua sunt ista, καθ' ὃν τρόπον καὶ τὰ πολιτικὰ καὶ τὰ ἀσταμῆς καὶ τὰ θεσμικὰ διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόποις τῶν προειρημένων διοικήσεων, χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτατης ἐκκλησίας. Id est, atque ita ut Ponticæ & Asianæ & Thraciæ diœceseos Metropolitæ tantùm & Barbarici Episcopi eorum ipsarum diœcesum creentur ab ea sanctissima sede Constantinopolitana. Græca oratio magis, quàm latinè verti possit, significat apertissimè ita conjuncta ista, ut disjungi nequeant, ex verbo χειροτονεῖσθαι, quod orationem ostendit, quam Græci εἱρμὸν appellant, id est, pendentem, & ex hoc καθ' ὃν τρόπον, id est, atque ita ut. quod explicat antecedentia. Hæc in Græcis literis versati satis norunt. Vetustum enim jus in his tribus erat Romani, & nullus erat Patriarcha ut in Oriente, Ægypto, Africa, quod jam demonstratum est. Ipsum quoque nomen presbeiorum significat ejus antea fuisse. Nec enim erat jus vetustatis Constantinopolitano, sed quæ Romani erant in illis tribus provinciis, ea illi decreta, quòd nova Roma facta esset. Si Sophistam agere voluissemus, ut tu natura magis quàm arte, nostra intererat defendere illa presbia ubivis Gentium Constantinopolitani fuisse, abhibito testimonio hujus canonis, intercisa illa media periodo, ut fecisti. Hoc enim sophisma est, quod Græci παραδιαίρεσιν appellant, vel si malis non in foro Philosophorum, sed Jureconsultorum agere, falsi crimen. Tum enim quò majora Constantinopolitani fuissent, eò Romani majora, quòd ille illa post eum haberet hîc & in canone 2. Constantinopolitani primi, de quo mox. Nec læsum jus Romani nisi Magistrorum militum vel Præfectorum prætorio summa potestas pòst Imperatores Imperatoribus noceret. Qua in re in aliud quoque sophismatis genus incidisti, quod παρὰ τὸ πῶς ἐπὶ τὸ ἁπλῶς dicitur, cùm paria habere putas, quod post eum paria: paria quidem non absolutè, sed cum adjunctione pòst. Tum etiam visus esses tecum, ut semper, pugnare, qui negares primatum Romani.

D. Paria fuisse confirmatur etiam Constantinopolitani primi capite 2. in quo sic scriptum est, τὰ μέντοι κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς πατρὸς μὲν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν ῥώμην. Id est, Constantinopolitanus Episcopus habeat presbeia honoris post Romanum, quia ipsa Roma est.

R. Oratio imperfecta aliunde fluere intelligitur ex particula μέντοι, quam Latinè tu prætermittis: & ita dicendum tibi erat, Verumtamen Constantinopolitanum Episcopum habere presbeia honoris, &c. Nam cùm Calcedonensis ille canon, de quo modò se sequi dicat hoc concilium, Canonem, inquit, centum & quinquaginta Patrum sequentes nos eadem definimus &c. Hic autem canon, quem sequuntur presbia in tribus illis tantùm provinciis decernit Asiæ, Ponti & Thraciæ. Ait enim, Alexandrinus Episcopus ea, quæ in Ægypto sunt tantùm gubernat: Orientis Episcopi, quæ in Oriente salvis presbiis ex canone Nicæno, Antiochensi. Asianæ diœceseos Episcopi ea tantùm, quæ in Asia: Ponticæ, quæ in Ponto: Thraciæ, quæ in Thracia. Ne quis invadat in aliena, & Episcopi barbarici secundum veterem consuetudinem gubernent. Et quemadmodum cum de Orientalibus diceret, subjunxit presbeia Antiochensis. Salvis, inquit, presbiis

Presbia Constantinopolitano quam primum concessa.

Source : BIU Cujas

&c. Ita pòst illas tres provincias decernit presbia Constantinopolitano. Verumtamen, inquit, Constantinopolitanum Episcopum habere presbia honoris post Romanum, propterea quòd nova Roma sit. Quæ omnia Calcedonense pòst repetit & interpretatur illa ipsa presbia, id est, jus vetustum, quod erat Romani illi decretum. Utriusque deinde concilii Canones Constantinopolitanum secundum quod Trullense dicitur, renovavit. Quare eo revocandum quod renovat.

D. Quare τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς hoc est, primus gradus honoris & dignitatis ei assignatus est.

R. Καὶ ἐν τοῖς, inquit ille canon Calcedonienſis, ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνῳ μεγαλυνθεῖσι πράγμασι δευτέραν μετ' ἐκείνῳ ἔπαρχοῦσαν. Id est in rebus excellere Ecclesiasticis secundam post illam existentem, atque ita ut Orientis Metropolitæ earum diœcesum, &c. Res Ecclesiasticæ & mandare in illis tribus provinciis munera Metropolitis, erant ne solus honor? excidere ista quoque verba debebas, ut mox sequentia antè vidimus. In hac calliditate vivens, non satis callidus fuisti, ut rectè proverbio dicatur, quamvis in mari salso salsi pisces non sunt egent σέμφιλα ἐλαίῳ, id est olivæ oleo.

D. Manifesto intelligimus Romæ non alia de causa presbeia delata, nisi quòd in eadem sedem ac domicilium suum Imperatores habeant: quæ Rufus quibusdam verborum involucris obscurare conatur.

Duplex causa primatus Romani.

R. Obscurare ne conatus sum, cùm dixi. Si ad imperium referre placeat, non repugno, dummodo intelligamus duabus de causis Romanorum Pontificum principatum fuisse: unam Petri, eamque potissimam: alteram urbis. Hanc contendi solam non esse, neque primam, sed quod Petrus ipse Princeps ad principem civitatem se contulerit, ut alii ad ampliſſimas propagandi facilius Christianismi gratia: citavi Eusebium, Ambrosium, Clementem, & alios atque duabus his quæstionibus jus Romani contineri: una, Petrus ne princeps Apostolorum fuerit: altera, an Romani ei successerint. his sublatis nihil Pontifices magis divinam principatus sui causam, quàm cæteros habere necesse est. utramque confirmant omnes omnino veteres authores concilia & scripta Sanctorum, & historiæ monumenta. Quòd argumento sunt tuorum tot & tantæ disceptationes: qui nisi locum Cypriani quem tu etiam legeris, notare non possunt: de quo in loco dicemus. Cùm presbia Romani in illis tribus provinciis impartiri vellet, an potuit illam Petri accommodare, qui cùm Constantinopolitano communis esse non poterat? non solùm non negat, sed etiam actione tertia relatione ad Romanum explicat: in qua de illis presbeis agitur, quam, inquit, velut aurea textam seriem veste Christi & præcepto legislatoris venientem usque ad nos ipse servasti vocis beati Petri omnibus constitutus interpres ad ejus beatificationem semper omnes adducens, & paulò pòst. Quibus tu quidem, sicut membris caput, præeras: & mox de Dioscoro Alexandrino Episcopo, quod in Pontifices in concilio hæreticorum debacchatus esset. Insuper, inquit, & contra ipsum, cui vineæ custodia commissa esset à Christo, extendit insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam sanctitatem: & Petri loco sæpe dicit in eadem actione, & sedem Apostolicam semper appellat. Interdum magnitudinem urbis adjungit, Sanctissimi, inquit, ac beatissimi Apostolicæ sedis magnæ Romæ Episcopi. Magnæ ergo urbis dicit & Apostolicæ sedis. Constantinopolitanus verò nunquam sedes Apostolica, sed regia vel nova Roma: cujusmodi hoc actione sexta, sancti Leonis Papæ urbis Romæ, qui sedem Apostolicam gubernat, missa ad sanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ urbis Episcopum. Quæ omnia explanatiora pòst fient, cùm de presbiis Romani, & principatu Petri differemus præter ea quæ in alio libro diximus. Hic enim ex his tantùm, quæ affers, tecum certamus.

D. Eademque ratione extat Lex Honorii & Theodosii 400. Imperatorum ad præfectum prætorio Illyrici in codice Justiniani, ut si quæ per Illyrici provincias controversiæ de religione essent, non absque scientia Antistitis Constantinopolitanæ urbis, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur conventui sacerdotali, sanctoque judicio reserventur.

R. Non ergo Constantinopolitano, sed conventui sacerdotali reservari volunt, non inscio illo, nec etiam inscii aliis concilia habentur. Cùm alii negligendi non sint, hunc hujus maximæ urbis, quæ nova Roma esset, parque veteri, eo argumento contemnendam non esse censet. Non Episcopum pari prærogativa dicit lætari, sed urbem? nam ut in alio libro numero istud explicavimus, ille ipse Honorius author hujus legis, urbem Constantinopolitanæ donarat privilegiis & immunitatibus Romæ veteris iisdem ipsis verbis, quæ illic quasi epithetum repetit. Urbs, inquit in codice Justiniano libro 11. titulo de privilegiis urbis Constantinopolitanæ. Constantinopolitana non solùm juris Italici, sed etiam ipsius Romæ veteris prærogativa lætetur. Ante enim licet ornata esset à Constantino, Romaque nova dicta: tamen juris tantum Italici erat. De Episcopo verò Romano nec verbum quidem. Justinianus non quæsivit authoritatem Constantinopolitani ut natalis sui urbem amplificatam summi juris Metropolitici in Illyrico in rebus sacris efficeret, sed Vigilii Pontificis κῦ τὰ ὀειλόμενα ἀπὸ τῆς ἁγίου πάπα βιγιλίου, inquit neara sua γδ, id est, ut constitutum est à Vigilio Pappa. quæ copiosè expositimus ex Procopio, Alciato, & Creneveldio in alio libro.

Privilegia Constantinopolitanæ urbis.

D. Alia item Leonis & Authemii, qui imperium annis ab illo Honorio sexaginta tenuerunt: in qua scriptum est de Constantinopoli Metropoli in illo titulo de sacrosanctis Ecclesiis. hoc modo, Sacrosanctam quoque hujus religiosissimæ civitatis Ecclesiam, & matrem nostræ pietatis, & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & ejusdem urbis sanctissimam sedem privilegia & honores omnes super Episcoporum creationibus, & jure ante alios residendi, & cætera omnia, quæ ante nostrum imperium habuisse dignoscitur, habere in perpetuum regiæ urbis intuitu judicamus & sancimus.

R. Ante verò scriptum est, decernimus & antiquitatis ac infirmitatis funditus, quæ contra ipsum orthodoxæ religionis deum quodammodo facta sunt, in integrum restituantur universa, quæ ante profectionem nostræ mansuetudinis, de orthodoxæ religionis fide & sanctissimarum Ecclesiarum suarum & Martyriorum statu firmiter obtinebant. His quæ contra hoc Tyrannidis tempore innovata sunt tam contra venerabiles Ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostræ pietatis Achatius, quam cæteras (ergo finibus certis Constantinopolitani Patriarchia continebatur non ubivis terrarum) quæ per diversas provincias collocatæ sunt, nec non & reverendissimos earum Antistites seu de jure sacerdotalium creationum, sive de expulsione cujusque Episcopi à quolibet illis temporibus facta. Et aliquantò pòst sequuntur ea quæ dixisti. Quæ ipsa docent presbeia Constantinopolitani non solius honoris (ut Magistrorum vel Præsidum) quem Græci πρεσβεῖαν vel πρωτοκαθεδρείαν appellant. Super, inquit, Episcoporum creationibus & jure ante alios residendi, & cætera omnia quæ ante nostrum imperium habuisse & habere dignoscitur. Nihil ergo ei tribuit, sed renovat & tuetur.

Certis finibus Patriarchia Constantinopolitani.

Non solus honor in sua Patriarchia Constantinopolitani.

D. Intelligimus Romano primò tributam suburbanarum Ecclesiarum summam administrationem: postea verò illum exemplo Constantinopolitani pennas suas in totam Italiam, Galliam, Hispaniam extendisse.

Sibi adversatur.

R. Paulò antè dicebas Orientem ei decretum in concilio Calcedonensi, & totam Italiam (nam caput totius

Source : BIU Cujas

Italiæ fuisse dixisti) concilio Nicæno: cùm neutrum tamen concilium, ut nullum aliud fines describat, nec quicquam tribuerit, vel ademerit, ut intelleximus. Quomodo tui sic obliviseris? In Oriente decreta Romani rata firmaque erant apud omnes anno 160. ut Tertullianus ejus ætatis scriptor in Praxeam docet. In Gallia Hæreticos Episcopos, ut Arelatensem sede movebat: hocque ipsum non solum scribit Cyprianus Christi anno 200. sed etiam rogat Romanum ut hæreticum Episcopum alio substituto Arelate ableget, in tertia epistola libro tertio. In Hispania sede dejectos Episcopos restituere solitum docet in epistola ad Legionis Episcopos libro 1. cap. 4. Istud idem Basilius Magnus docebit in Oriente: istud idem in Antiochensi Patriarchia & Alexandrina & Africa audiemus paulo pòst: in Anglia, quæ tum Britannia dicebatur, explicat Prosper Aquitanus Gallus in Annalibus qui ante concilium Calcedonense scripsit. Ireneus discipulus Policarpi auditoris Apostolorum non solùm Romani in Ecclesia & religione ubivis terrarum imperium fuisse summum testatur, sed etiam esse oportere. Hacque fide & traditione Episcoporum Romanorum, inquit libro 3. capite 2. ab Apostolis Petro & Paulo per successionem confundimus omnes eos, qui quoquomodo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem & malam sententiam, præter quàm oportet, colligunt. Quid igitur contendunt tui à Phoca duci, & ridiculè tu annis ab hinc quingentis? Celebratur Ireneus apud omnes Græcos & Latinos.

Ubique terrarum potestas Romani.

D. Ex Justiniani Novella 123. manifestè constat Patriarchas, ut diximus, summum jus in suis Patriarchiis ac præfecturis habuisse, nec alterum altero superiorem.

Sibi adversatur.

R. At antea dicebas summum solum honorem, non jus, & præterea abrogatum Antiochensi.

D. Ait autem Justinianus, si qui ejusdem Synodi religiosissimi Episcopi aliquam inter se controversiam habeant, sive de jure Ecclesiastico, sive de quibusdam aliis rebus: prius Metropolitanus ipsorum cum aliis duobus de sancta Synodo Episcopis rem judicato: & nisi utraque pars judicatis acquiescat, sed appellandum putet, tunc beatissimus Patriarcha illius diœceseos audientiam ipsis accommodato & illa definito, quæ Ecclesiasticis canonibus & legibus concordant, neutra parte contra ipsius sententiam contradicere queunte.

R. Quamquam Justinianus de causa civili Episcoporum, non de crimine hæc statuit, tamen multa prætermittit in illa ipsa Neara, quæ definita sunt conciliis etiam de jure Parriarcharum, ut quod antè intellexi-

De presbeis (id est jure vetusto) Romani.

mus de concursu, ut liceret adire Constantinopolitanum agenti cum Metropolita ex canone nono Calcedonensis: id tamen præterit, & alia multa, ut audiemus nunc. De presbeiis Romani reliqua erit disputatio.

D. Cùm fortè accidisset, ut Episcopus aliquis injustè, ut fit, abdicatus esse videretur, id quod non multò post illud concilium, Calcedonense concilium, de quo supra memoravimus, usu venit. Cùm enim Athanasio cuidam, & Paulino (quod refert Socrates historiæ Eccles. 2.) Asianorum Episcoporum, & ipsius Metropolitani sententia sacerdotium abjudicatum esset, Romam illi continuò profecti, facilè ab Episcopo Romano literas ad illos impetrarunt, ut se in pristinum honorem restituerent: quod istius mandatum & authoritatem quo illi animo tulerint, perutile fuerit ex ipsius Socratis verbis Græcis, quæ sic vertimus intelligere. Exponunt, inquit, Julio Episcopo Romano suum negotium. Hic autem utpote cùm Ecclesia Romana primatum honoris haberet (τὰ πρεσβεῖα sic interpretor ut τὰ πρωτεῖα: quod si cui magis placet usitatum Heloandri privilegia, non reluctabor) liberè & confidenter scriptis literis illos munivit, & in Orientem remisit, suum cuique locum reddens eosque objurgans, qui temerè illos dejecerunt. Hi Roma reversi, confisi literis Episcopi Julii suas Ecclesias occupant. Alexandrini accepta ista contumelia, increpationem objurgationemque composuerunt, & Synodo Antiochiam indicta, cùm illo convenissent, de omnium sententia literis acerbioribus & vehementioribus Julium accusant, docentes non æquum esse sibi ab illo præcepta tradi, aut leges imponi, si vellent quosdam ex Ecclesiis expellere: neque enim se tum illi contradixisse, cùm ab Ecclesia Romana Novatum expulissent. Atque hæc quidem Orientis Episcopi Julio Romanæ urbis Episcopo scripserunt. Hæc Socrates.

R. Hæc tibi nocent. Nam principio sentit Socrates Romani esse hujusmodi judicia: ait enim, ut dixisti, utpote cùm Ecclesia Romana τὰ πρεσβεῖα habeat: tu autem primatum honoris interpretaris, quasi verò jurisdictio ista sit honoris solius. Sed qui erant isti? tu taces, quod tamen Socrates loquitur. Erant Arriani. Ecqui illi Episcopi duo restituti? vulgares fortasse? dixisti enim cùm Athanasio cuidam & Paulino Asianorum Episcopi, &c. Erant isti quidem quidam, sed tamen unus Alexandriæ Episcopus, alter Constantinopolitanus. Cur hoc non dicebas? Nam Socrates ante locum illum non tacet. Nec rectè conversa abs te sunt verba ista, οἱ δὲ δεξάμενοι ὕβρεις ἐποιοῦντο τῷ ἐπιπλήξει, id est, ut ais, Alexandrini accepta ista contumelia increpationem objurgationemque composuerunt: sed ita, illi autem, cùm accepissent (nimirum literas) objurgationem in contumeliam verterunt. articulus enim, τῷ, hoc efficit, ut Græca grammatica discenda. neque Socrates eis contumeliam factam sentit, sed illos petulantes esse, qui objurgati ita contumeliosè responderent: ut morem istum Hæreticorum & Sophistarum semper fuisse ait, cùm passim, tum Tripartitæ libro 5. capite 44. & libro 5. capite 2. Eusebius princeps Arrianorum, Legatum (inquit is Socrates libro 4. capite duodecimo) misit Romam ad Julium contra Athanasium: Athanasius quidem venit: Eusebius verò non venit. Aderat Paulus (inquit Sozomenus Constantinopolitanus causarum Patronus, qui hæc scire potuit, eodem in libro) Constantinopolis Episcopus, Marcellus Ancyræ (hæc est Metropolis Gallatiæ ut ait Hieronymus in exordio epistolæ ad Gallatas) Asclepas Gazæ, Lucianus Adrianopolis Episcopus ob aliam accusationem Ecclesia sua privatus degebat Romæ. Cognoscens ergo Romanus Episcopus crimina singulorum, & omnes cum Nicæno concilio convenire, eos communioni restituit, tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulisque reddidit Ecclesias suas: & Orientalibus Episcopis scripsit, quorum paucos ad certam diem venire præcepit. Athanasius & Paulus epistolam Julii Orientalibus Episcopis miserunt: & singuli eorum suas sedes adepti sunt. Idem Theodoritus scribit libro 2. capite 4. Julius, inquit, Ecclesiasticam secutus legem, & ipsos Romæ adesse jussit, & diem dixit divo Athanasio, qui cupidè simul, atque citatus est, occurrit: illi autem venire neglexerunt, quòd eorum mendacia facilè deprehensum iri viderent. Jus istud Romani fuisse omnes testantur, tum etiam ipsi Arriani cum illos in jus vocarent: tametsi in Christi naturam assiduo furore, agitati, igni ferroque Episcopos suos & omnes opprimerent, adjunctis sibi Constantii Imperatoris viribus. Horum hujusmodi perditam insaniam, quæ Imperium Romanum in Orientem tandem extinxit, omnia scripta habent, ut à me non sit exponenda. Sed an illi suam Synodum sibi sufficere posse putarunt ad pellendum à Romano restitutum Athanasium, ipsa quamvis Constantii fulti autoritate, videamus. Marcellinus Ethnicus, qui tum vivebat, ita scribit libro 15. Cœtus

Romano jurisdictio in Patriarchâ Constantinopolitanum & Alexandrinum & Metropolitas.

Testimonium etiam

Source : BIU Cujas

Ethnicorum historicorũ de jurisdictione Romani in Patriarchas & alios Episcopos.

in unum quæsitus ejusdem loci multorum Synodus, ut appellant, removit à sacramento: quod obtinuit hunc Athanasium, per subscriptionem abjicere sede sacerdotali paria sentire cæteris jubente principe Constantio Liberius (Episcopus Romanus qui successit Julio) monitus perseveranter reluctabatur, nec visum hominem, nec auditum damnare, sæpe exclamans, apertè scilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Is enim Athanasio semper infestus, licet sciret impletum, tamen authoritate qua potiuntur æternæ urbis Episcopi (Romam ita solet appellare, ut libro 23. missos, inquit, ad se legatos ab urbe æterna, &c.) firmari desiderio nitebatur ardenti. Liberius ægrè populi metu, qui ejus amore flagrabat, magna cum difficultate noctis medio potuit asportari. Hæc Marcellinus, qui Ethnicus est ejus ætatis scriptor. Erat autem decretum synodi illius & subscriptiones: & tamen sine judicio Romani hoc fieri non posse putabatur, propter authoritatem, inquit, qua fruuntur, &c. Quid opus ista authoritate contra Synodi illius & Imperatoris decretum? cùm nollet assentiri contemnendus erat, non audiendus si nulla ejus potestas. Is tamen Constantius cùm vellet eum cogere, dicebat (ut scriptum est à Theodorito historiæ Tripartitæ libro 17.) Quota pars es, inquit, orbis? quoniam tu solus hominem vindicas nefandissimum, & orbis terrarum pacem Ecclesiæ dissolvis. Sed quo tempore ista, post Calcedonense concilium dixisti: tibi ita in literis versato homini, ut te jactas, venia semper temporum, ut rerum insciticæ danda erit, qui ignores Constantii Imperatoris sæculum. Sed tu laudem ex hujusmodi rebus publicè nisi privatim, idcirco cognomentum tuum tacuisti, non quæris. Intererat tamen tua, ne apud tuos privatim etiam videris imperitus. Julius, teste Hieronymo, præesse cœpit anno Christi 335. Constantius filius Constantini magni anno post quinto. Liberius successit Julio: Calcedonense concilium coiit anno 454. Sed placet aliud de hujusmodi rebus Basilii Magni Cappadociæ totius Metropolitæ, cujus eloquentiam & eruditionem in Epistolis suis Libanius Ethnicus, qui Græca commentaria in Demosthenem scripsit, admiratur, sanctitatem & gravitatem Christiani. In epist. 52. ita scribit. Ἐφανὴ δὲ ἡμῖν ἐπιτείχια ἐπισκόπῳ τῆς ῥώμης ἐπιτρέψαντα τὰ ἔντιμα καὶ δυνάμει γράμμα, ἵνα, ἐπειδὴ ἀπὸ κοινοῦ καὶ συμβικοῦ δόγματος ἀποστάλωμεν τινας δυσκόλων τῶν ἐκεῖσε, αὐτὸν αὐτενδῶσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, συλλεξάμενον ἄνδρας ἱκανοὺς μὲν ὁδοιπορίας πονῆσαι δυνατούς, ἱκανοὺς δὲ πρεσβῆσαι καὶ ἀπονία ἥδιστα, τὸν ἐνδιατρίψαντα τῶν παρ' ἡμῖν νουθετῆσαι ἐπιτηδείως δὲ οἰκονομικῶς κεχρημένους τῷ λογῳ. Id est, visum est nobis legatum mittere ad Episcopum Romanum, ut inspectis rebus nostris, illis consulat: & quoniam perdifficilè est communi & comitiali decreto aliquos illinc mittere, ipse interposita authoritate sua, de rebus statuat, deligens viros, qui possint cùm itineris perferre molestiam, tum lenitate & morum facilitate distortos istos apud nos homines flectere, idoneáque & prudenti administrandi ratione moderari: in epistola 84. de Episcopo Sebastiæ quædam quidem, inquit, à beatissimo Liberio ei præscripta: quædam vero quæ cum eo egit ignoramus, nisi quod attulit Epistolam suæ restitutionis, qua in concilio Tiano lecta restitutus est. hæc igitur de duobus Patriarchis Constantinopolitano & Alexandrino ut apud Romanum judicium primum acciperent: reliqui verò ut hic Episcopus Sebastiæ & alii superiores ut Ancyræ Metropolis Gallatiæ ex provocatione. Patriarcha Antiochensis illis duobus adjungenda est concilii Calcedonensis actione 10. ita scriptum est, Circa sanctissimum Maximæ Antiochænæ civitatis Episcopum Leo Romanus Episcopus in communionem recipiens, præsse eum Antiochiensium judicavit Ecclesiæ. & actionis 7. postrema parte, Sanctus & beatissimus Papa qui Episcopatum sancti & venerabilis Maximi qui Episcopem Antiochenæ Ecclesiæ confirmavit justo judicio ejus meritum, approbasse videtur. Hæc ante concilium Calcedonense. Restant Carthaginenses & Afri. Nam Hierosolymitani minima fuit authoritas. De illis dicamus.

Testimonium Imperatorum.

Summa potestas in Oriente Romani, testimonio omnium Episcoporum.

Restituebat Episcopis in Oriente.

Jurisdictio & confirmatio de Patriarcha Antiochensi.

De Afris.

D. Quorum planè similia extant apud Cyprianum, qui 200. annis ab Ecclesiæ Christianæ initio Carthaginensem Ecclesiam administravit: in libro primo epistola ad Cornelium R. Episcopum scribens, quæritur de feliciſſimo quodam pseudoepiscopo, qui ab Africanis de sacerdotio dejectus Romam confugerat. Navigare audent, inquit, ad Petri cathedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre? & paulò pòst, Nam cùm statutum sit omnibus nobis & æquum pariter ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum: & singulis Pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet rationem sui actus redditurus domino: oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam cohærentem, sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint: nisi paucis desperatis & perditis minor videtur esse authoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui jam de illis judicarunt. Hæc Cyprianus.

R. Placet hæc Cypriani, quem unum testem pro se tui solent producere, tractare accuratius, ut intelligatur Cyprianus nihil magis, quàm authoritatem tueri. Ut multa alia facis, quæ tibi nocent, ita excidere debebas ista posteriora verba, Nisi paucis desperatis & perditis minor videtur authoritas. Jam quisque nostrum facilè suspicabitur, Cyprianum sese comparare cum illis, quos perditos Episcopos vocat: non verò de Romano, ad quem scribit, verba facere. Et ita res habet. Nam cùm Fortunatus Hæreticus & facinorosus homo, Carthagine condemnatus esset à Cypriano & aliis Episcopis Africæ minoris ubi Carthago est, ad quosdam Hæreticos Episcopos Numidiæ confugit: à quibus cùm absolutus esset, & Episcopus factus, profectus est Romam, atque apud Cornelium Pontificem calumniatus est Cyprianum, rescindique postulavit sententiam. Scribit ad Cornelium Cyprianus, & ait, potiorem esse debere suam suorumque in illum sceleſtum sententiam, quum præsertim Carthagine crimen admisisset, quàm illorum Numidarum conspirantium & anhelantium idem scelus. Hi quinque, inquit, cum paucis sacrificantibus sibi conscîis Fortunatum Pseudoepiscopum cooptarunt, ut criminibus in unum convenientibus talis esset scilicet rector, quales illi, qui reguntur. Hinc jam & cætera mendacia, frater chariſſime, pores cognoscere, quæ illic homines desperati & perditi ventilarunt. Et paulò pòst, Romam cùm mendaciorum suorum merce navigarunt, quasi veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret, & pòst confert judicium suum & suorum cum illis paucis perditis. Si, inquit, qui de illis priore anno judicarunt, numerus cum Presbyteris & Diaconis computetur, plures tum fuerunt in judicio & cognitione, quàm sunt idem isti, qui cum Fortunato videntur conjuncti: ista enim sequuntur illa quæ recitasti. Quòd autem judicandi facultas Romani fuerit, ex ejus sententia, hæc antecedentia ejus verba demonstrant. Inter cætera, inquit, quæ ad notitiam tuam hinc perferenda fuerunt, etiam de Fortunato isto tibi scripsi: sed dum istic Felicianus vento retardatur vel accipiendis

Cyprianus & alii Episcopi accusantur apud Romanum.

Romani cognoscendi & judicandi potestas.

Source : BIU Cujas

aliis epistolis à nobis detinetur, Fœliciſſimo ad vos properante (hic erat non reus, ut ais, sed unus ex illis Episcopis conjunctis Fortunato) præventus est. Ita enim scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant. Et in exordio epistolæ hortatur Cornelium Pontificem, ne acerbioribus literis illorum, & quibus minabatur Cornelio, deterreatur à judicio & condemnatione ejus, Si ita, inquit, frater ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non possunt, temeritate atque desperatione perficiant, actum est de Episcopatus vigore & Ecclesiæ gubernandæ sublimi & divina potestate. Et tandem ait, Quales putas eos esse, qui sacerdotum hostes & contra Ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur: neque aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus judex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversus sacerdotum collegium quicquam moveret. Hæc Cyprianus. Ad quem scribit? ad Cornelium Pontificem Romanum. Quem unum in Ecclesia ad tempus sacerdotem esse ait & judicem vice Dei, cui si fraternitas universa pareret, nunquam schismata futura, & neminem adversus collegium sacerdotum quicquam moliturum? hæc enim sunt ejus verba. Quam vocat Cathedram Petri & Ecclesiam Principalem, Unde unitas inquit, sacerdotalis exorta est? cur istud ipsum ausus es scribere, quin reticere ut reliqua? Si nulla Romano cognoscendi potestas quid ita scribit pòst, Misi tibi proximè nomina Episcoporum istic constitutorum qui integri & sani in Ecclesia Catholica præsunt: & in postrema parte, Non attendas, inquit, numerum illorum: melius est enim unus timens quam multi impii. Cur se mittere exemplaria actáque omnia dicit libro 2. Epistola 10. Et lib. 3. ad Lucium Pontificem congratulatur & creationem & reditum ab exilio, Vicarias, inquit, pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has vos literas mittimus, frater chariſſime & repræsentantes vobis per epistolam gaudium, obsequium, fidelia obsequia charitatis exponimus. Et epistola quinta ejus ipsius libri, se omnibus in rebus conjunctum esse debere Ecclesiæ Romanæ. Quid autem si quid moliretur quispiam in eam sedem omnes orbis Ecclesias perturbari ait? ut cum Novatus pro Pontifice Romano se gereret contra verum Pontificem Stephanum ita scribit libro 3. epistola 13. Quàm vanum est, frater chariſſime, ut Novato nuper retuso & refutato & per totum orbem à sacerdotibus Dei abstento nunc adulatorem patiamur nobis illudere, & de majestate Ecclesiæ judicare: sed copiosius istud in epistola 2. libro 4. Quo in libro epistola 8. ad Cornelium, Nos, inquit, singulis navigantibus ne cum scandalo ullo navigarent rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse, ut Ecclesiæ catholicæ Matricem, & radicem agnoscerent, & tenerent. Loquitur dominus ad Petrum, super quem ædificanda Ecclesia erat, docens, Quia si contumax & superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen Christianorum non recedit, & illi sunt Ecclesia & plebs sacerdoti adunata, & pastori grex adhærens. & pòst, Unde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sunt, in Ecclesia non esse, & fruſtra sibi blandiri eos, qui pacem cum Episcopis non habentes obrepunt & latenter apud quosdam communicare se credunt: cùm Ecclesia, quæ catholica est, una non scissa neque divisa, sed sit utique connexa & cohærentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata. Hæc Cyprianus, qui hujus unitatis & conjunctionis caput Romanum docuit, Navigare, inquit, audent ad Petri cathedram, & Ecclesiam principalem, unde unitatis origo exorta est: & hic modò Matricem matrémque Ecclesiæ catholicæ. Tu mihi irascéris in hoc toto libro tuo, & dicis me oppugnare Ecclesias tuas. Ego non possum oppugnare Ecclesias, quas nescio ubi sint. Tu circumspice an Sacerdotes tui & Episcopi (si qui tamen sint) ita sint conjuncti glutino illo, ut ait Cyprianus. Nam si non sint, quomodo tibi & tuis magis vis creditum, quàm sanctiſſimo & integerrimo viro Cypriano, & aliis omnibus, ut Ecclesias audeas nominare? sed tu fortasse catachristicos, ut ædes dirutæ, ædes dicuntur, dirutæ tamen: & testamentum nullum Jureconsulti vocant testamentum, sed tamen nullum. Sed videamus, num usquam alibi Romanus quicquam poterat ejus testimonio. Libro 3. Epistola 3. ad Stephanum Pontificem Romanum: Dirigantur, inquit, in provinciam, & ad plebem Arelatæ consistentem à te literæ, quibus abstento Marciano (id est excommunicato, hoc enim verbum ei familiare est) alius in locum ejus substituatur, & grex Christi qui in hodiernum diem dissipatus & vulneratus contemnitur, & significa planè nobis, quis in locum Marciani Arelatæ fuerit substitutus. Hanc urbem, ut arbitror, non ignoras non in illis tuis suburbanis Romæ, sed provincia Narbonensi secunda esse. Hoc est igitur Cypriani testimonium de Africa & Gallia, præterea quæ multa diximus ex aliis in alio libro. de Hispania in Epistola ad Episcopos Legionis Asturicæ & Emeritæ libro primo capite 4. Basilides Episcopus, inquit, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longè positum, & rei gestæ & veritatis ignarum fefellit, ut ambiret se injustè in Episcopatu reponi, à quo justè fuerat depositus. Neque enim culpandus ille, cui negligenter est obreptum, quàm hic qui fraudulenter obrepsit. Restituebat ergo Romanus in Hispania, licet illius Basilidis subdola obreptione injustè factum, ut principi sæpe multi obrepunt. Nihil ergo pro te & tuis Cyprianus, sed contrà acerrimè.

D. Nunc quæ post illum Orientalium responsionem acciderunt, videamus. Paucis pòst mensibus temporibus Ecclesiæ postulantibus Sardicam, quod est Sardicam, quod oppidum Illyrici Concilium œcumenicum, id est universale indictum est. Eò cùm omnes undique convenissent, orta est inter Orientales & Occidentales summa de istis ipsis jurisdictionibus ac finibus controversia. Quapropter se illi re infecta in suas sedes receperunt. Reliqui Occidentales perpauci rogante Osio quodam (quem Epistola latino concilio præfixa delirum & impium senem appellat, & quòd Arrianorum sectam non improbaret, ex albo & recensione Hispanensium Episcoporum inductum esse testatur) sic statuerunt κεφ. ε. Si quis Episcoporum aliquo in negotio condemnatus videatur, & existimet se bonam causam habere, si vobis videtur in charitate, Petri Apostoli memoriam honoremus, & scribatur ad Julium Episcopum Romanum, ut per vicinos provinciis Episcopos, judicium renoveturr, & disceptatores ipse præbeat, & de latere suo presbyteros cognitores constituat. Jurisdictio Romani.

R. Sancta synodus, inquit concilium ipsum Sardinense in epistola sua, quæ est etiam apud Theodoritum, Dei gratia Sardicæ congregata ex urbe Roma, Hispaniis, Galliis, Italiâ, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Misya, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epirus, Thracia, Rodope, Asia, Caria, Bythinia, Helesponto, Phrygia, Pysidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphilia, Lydia, Gallatia, Arabia, Palæstina universis Episcopis & comministris sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ in domino salutem, &c. Idem Athanasius in Apologetico, In magna, inquit, Synodo Sardicæ congregata jussu piissimorum Imperatorum Constantii & Constantini, &c. hic adfuit. Hilarius Pictavensis, qui tum vivebat, in libro de synodis, Sancta Sardicensis synodus, inquit, con- Totus Oriens & Occidens jurisdictionem probat Romani.

Source : BIU Cujas

gregata ex diversis provinciis Orientalium partium Thebaïda, Ægypto, Palæstina, Arabia, Phœnice, Syria Cœle, Mesopotamia, Cilicia, &c. numerat reliquas, quas modò concilium. hoc ipsum concilium fuit celebrius Nicæno. Nam trecentorum septuaginta Episcoporum fuit, ut Socrates scribit, & Athanasius in eo ipso apologetico. Et Constantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonense, omnia denique alia œcumenica concilia octo, ut Græcorum sanandorum causa habita sunt, ita Græcorum tantùm & Orientalium Episcoporum fuerunt, uno Nicæno, & hoc ipso Sardicensi excepto, quod Nicæni appendix est. Nec de jurisdictione illa, ut addis de tuo, controversia fuit. Quamquam hoc tibi obest propter contradictorium judicium, quo confirmatum esset jus & mos, ut Jureconsulti docere solent: sed de eadem ipsa hæresi, de qua Nicænum, quæ orbem occupabat: & utrique præfuit Osius: utcumque omnium pene in orbe provinciarum fuit, ut illa Epistola demonstrat, & Athanasius & Hilarius, & subscriptiones Episcoporum Concilii. Celebrat eam Epiphanius.

D. Sanè hæc rogatio, ut verba ista testantur, jus novum inauditúmque inducebat, cùm dicit, Si placet in charitate.

R. Cyprianus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Athanasius, Alexandrinus Episcopus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellinus Ethnicus, tum etiam Constantius Imperator modò demonstrabant non novum jus fuisse: Omitto quæ in alio libro recitavimus. Principiò caput dicit, Providendum est, & hoc adjicere necesse est, &c. Cùm præfracti illi Arriani ita increpati Julio respondissent, an ne providendum in posterum, rectè dixit Osius? sed quàm acutus es in hac rogatione. Si eò judicare debemus jus novum, ut sentis, quòd dicat, Si pro charitate vobis placet: si odio vestro displicet, jus vetus significaret. Contraria enim sunt. Hæc verba, Si placet charitati vestræ, vel videtur, vel similia usurpare solent Patres in conciliis passim, cùm de religione, fide, aliísque rebus statuunt, ut capite 22. & deinceps in Africano concilio & aliis. Sed istud accommodatum, Si devotus extiterit Episcopus in me, inquit Carthaginensis Episcopus, quid censet charitas vestra. Numidius Episcopus dixit, bonitas sequestrat potestatem, minus de te præsumis frater, unde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus. Iste totidem verbis rogat quibus Osius. Ergo esset jus novum ista rogatio solerti tuo judicio? Quod tamen Epigonius negat, & ante audimus, Fuit semper licentia huic sedi Carthaginensi, &c. Non ergo erat jus novum.

Invidet Petro.

D. Perinde etiam, quasi magnus honor inde beati Petri memoriæ accedat.

R. Si dixisset memoriam urbis Romæ amplissimæ, vel imperii sedis honoremus, rem gratam tibi fecisset: cùm hanc potissimum causam amplitudinis Pontificum antè diceres: sed quod Petri molestissimam. Num etiam Cypriani vox, cùm dixit cathedram Petri & Ecclesiam principalem, dura & indigna teretibus & religiosis auribus tuis? Si non honorifica memoria ista Petri, cur Christus dixit in eo Petro vel Petra se jacturum fundamentum Ecclesiæ? ut corrueret fortasse post mortem Petri. Idcirco ne memoriam quoque ejus scriptis Evangelii consecrari noluit?

Mirum confutandi concilii artificium.

D. Quid est igitur, dicet Rufus, quod amplius disputamus? fateor à sene rogatum deliro & impio.

R. Illa epistola incerti Authoris quam citasti præfuisse concilio Nicæno & Sardicensi narrat, eúmque clarissimum virum, sed tandem decrepitum senem multò pòst, quòd subscripserit Arrianæ hæresi, desipuisse. Constantius, inquit Socrates, tum blanditiis, tum vi in eam Arr. sententiam Osium voluit perducere, id magnum firmamentum putabat fore. Et cùm diu respuisset, vehementissimo cruciatu & ætate confectus, subscripsit. Et minimè mirandum est, si ætate illa centum annorum judicio infirmissima deliraverit. Nam ita hoc ejus senili morbo, convellendo concilium ipsum, jam in media firmiori propè quinquaginta tu deliras. Quo tandem evasurus es, si quò ille, perveneris? Cur non etiam Nicænum, cui præfuit, eodem, argumento? Si hic delirus, quòd rogaret legem, rogati eam ferentes non deliri? hic qui dicit placet ne vobis delirus & impius, totum ipsum concilium quod dicit placet nobis non delirum? Quanquam non ferè fit, ut simul quis delirus sit & impius. Delirus enim potius mente captus est, quàm impius. In Illyrico, Græcia, Thracia, Asia, Italia, & locis Sardicæ finitimis nullus amens, nullus stultus, ut ab ultimis terrarum finibus, iste unus Hispanus Cordubensis Episcopus, qui præficeretur concilio ab Imperatoribus evocandus esset: evocantes & præficientes desipientem non desipiebant: & tu qui ita sentis non desipis. Hæ sunt tuæ eximiæ confutandi rationes, ut quod verè & honestè non potes, turpitudine & procacitate linguæ aggrediare, ut & scribendo & profitendo, ut audio, soles. Sed etiamsi appellationes hujusmodi Episcoporum Romani non fuissent, non eò minus summum Ecclesiæ gradum teneret: si quidem à præfectis prætorio provocatio non est apud Jureconsultos. Principem tamen habet Imperatorem. Sed hoc ipsum declarat potestatem ejus: quod tibi occultandum fuerat, ut alia soles, ne tuis quingentis quinquaginta annis quibus abhinc ortam dicis, addere cogereris alios septingentos. Anno enim 345. Sardinense convenit.

D. Hoc dico, si maximè concilium istud Sardicense universale fuisset, tamen proximo sequenti concilio, eóque universali istud totum de appellatione ad Romanum Episcopum, abrogatum esset. Quod est istud? Carthaginense concilium, in quo ducenti decem & septem Patres sancti interfuerunt, ut titulus ostendit. In his beatus Aurelius Augustinus Hipponensis Episcopus, & non uno, sed quatuor decretis nimirum 28. 48. 123. 116. acerrimè interdicitur, ne quis trans mare appellaret.

R. Quanquam nec concilium Carthaginense, ut nullum Africanum universale œcumenicum est, sed tantùm universale totius Africæ, quod plenarium appellabant, ut exposuimus: tamen concedamus tibi liberaliter œcumenicum esse, & negamus de jure appellationum quicquam detractum, & singula capita, quæ affers, observemus.

Caput 18. quod est Africani 72.

D. Quicunque non communicat in Africa, si in transmarinis ad communicandum obrepserit, jacturam clericatus accipiat.

R. Nihil de appellantibus hoc caput, sed motis communione, id est, excommunicatis, qui obrepunt transmare ad communicandum. Qui enim ablegatus, id alios ignorantes, quibus se adjungit, celat, obrepere dicitur: quare dicit, si in transmarinis provocandum obrepserit. Provocatio palàm fit, obreptio furtim, & clàm, cùm quis inscium & improvisum fallit, tacens dicenda, vel falsa dicens. Qui Præsidi vel Principi obrepserit, vel per acta, vel per libelli interpellationem falsi tenetur, inquit Modestinus ad legem Corneliam, de falsis. Quamobrem prohibitum erat sine literis commendatitiis vel Epistola, quam Græci canonicam, Latini formatam appellant, id est, solemni formula conceptam trajicere mare: cujus Epistolæ formulam, quòd ad dignitatem Romani pertineat, exposuimus in alio libro numero 16. In formata quæ ad Episcopum Romanum datur, intimetur, &c. inquit Concilium Africanum, capite 73. Uteremur hîc Canonistarum præceptis, qui idem quod illud caput, tradunt: sed vereor ne mihi objicias, ut facis sæpius, nescio quos decretalium magistros, co-

Source : BIU Cujas

gor tibi satisfacere. alterius labores nemo sibi vendicare debet. cùm octo jam ab hinc annis, nulli mihi sint nisi muti, ab omnibus omnino ista tam procul affuerunt, quàm à te ipso: neque opus fuit decretalibus negantibus decretalia. quibus nec usi sumus, nec cujusquam est de principiis artis suæ disserere. Et controversia fuit de principiis. Historiæ est magis istud, & antiquitatis. Certabimus tamen tecum de iis rebus & cum quo voles opta & elige. nam tametsi doctiores esse possint, nos veritate nitimur. Gratiano usi sumus, quòd omne præsidium tuorum Gratianus erat, neque ancillari sumus ei: sed eum adjunximus conciliis & aliis libris, unde sua ipse hausit: quos omnes aut certè exceptis admodum paucis, ita legisse audemus dicere, ut nec cæco Dux Gratianus fuerit, quem decreveramus, ut nunc facimus, à causa repellere, ni se concinatorem ejus Cliens tuus, cui respondendum erat, dixisset. Hæc dicimus inviti ut tibi satisfaciamus, qui toties illos mihi objicis cum Gratiano, & taces optiones quas ei, semper dedimus, ut vix unquam solus prodierit. Sciebamus enim apud tuos Gratianum infirmum esse. Interea nisi offenderemus religiosas aures tuas, proferremus de Clericis peregrinis ex Decretalibus hoc unum caput Alexandri tertii, quod non dissimiliter statuit, quod illud ipsum Carthaginense, Statutum, inquit, de transmarinis, ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio minuantur: quod in aliis similiter, qui similiter sunt incogniti, credimus observandum. Nihil ergo de appellatione.

Caput 123. quod est 80. Africani.

Judex Episcoporum diversarum provinciarū in Africa.

Si Episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille Primas det judices in cujus provincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: quòd si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum: à judicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare.

R. A judicibus ergo, quos communis consensus elegerit, non licet provocare, sed an ab aliis quos Primas dederit, non attingit. Isti enim invitis jus dicunt: quare provocatio est: ab illis verò nulla. Quia arbitri sententiæ, inquit Ulpianus de receptis arbitris. sive æqua sive iniqua sit, stari oportet, sibique quisque imputare, quòd eum elegerit. à sententia arbitri ex compromisso aditi non appellari, sæpe rescriptum est, inquit Imperator de receptis arbitris. Itaque illud caput ad rem nihil. Et tu qui Jureconsultus es, citare non debuisti. nec magis hoc ad Romanum pertineret, quàm ad omnia concilia, ad quæ provocationem esse dixisti.

Caput 126. quod est Africani 92.

Placuit, inquit, ut Presbyteri, Diaconi, & cæteri inferiores clerici in causis, quas habuerint de judiciis Episcoporum suorum quæsti fuerint, vicini Episcopi eos audiant: & inter eos quicquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quòd si ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina judicia, sed ad Africana concilia, vel ad Primates provinciarum suarum.

R. Presbyteri ergo, Diaconi, & cæteri inferiores clerici non provocent ad transmarina: sed superiores ut Episcopi. quid? obmutescit concilium.

Caput 28.

ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱ πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι ἢ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχωσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ δικαστήρια μέμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἰκείτωσαν ἐπίσκοποι ἀκροασώνται αὐτῶν, ἢ μὴ συναιρέσεως τὸ ἰδίᾳ ἐπισκόπῳ τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαθῶσιν οἱ παρακαλούμενοι δι' αὐτῶν ἐπίσκοποι. διὸ καὶ ἢ περὶ αὐτῶν ἔκκλητον παρέχειν νομίσωσιν, μὴ ἐκκαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ παρὰ τῶν προτέρων τὴν ἰδίων ἐπαρχιῶν, ὡς ἢ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται.

Similiter placuit ut Presbyteri, Diaconi, & cæteri inferiores clerici in causis suis, si habeant judicia Episcoporum suorum suspecta, vicini Episcopi eos audiant, cum electione Episcopi sui, atque Episcopi rogati litem dirimant. Quòd si provocationem interponendam existimaverint, non appellent ad judicia transmarina, sed ad Primates suarum provinciarum, ut de Episcopis sæpe constitutum est. De Gratiani improbitate atque impudentia vel tibi uni, Rufe, pronunciare permitterem, modò aliquid in te reliqui pudoris esse ostenderes, qui Gratianum, quem tibi pudoris magistrum proposuisti, eum modò secutus, confidenter negabas quicquam in isto concilio præscriptum, quod ab appellatione ad sedem Romanam removeret. Quod idem scilicet, quod iste furcifer commisisses, ut versum integrum ex isto capite malitiosè tolleres, in quo ita scriptum est, ὡς ἢ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται, id est, quemadmodum etiam de Episcopis sæpenumero constitutum est, ne videlicet ad transmarina appellarent. Istum igitur versum, & à Gratiano perfidiosissimè sublatum esse dico, & abs te suppressum.

R. Si libri veteres & recentiores in potestate Gratiani fuerunt, omnes ut induceret, deleret, & corrumperet, tibi certè omnes facilè crederent: sin minus, qui fieri potest perfidiosissimè, ut ais, sublatum sit digito vel humeris? Nec vereri debebas, ne testimonium illius Græci interpretis repellerem. Concilia enim Africana omnia, simul congesta, conversa sunt in Græcum sermonem incerto authore, qui multa de Latinis omittit, multa quoque addit, quæ illis desunt. Nativus enim sermo Africanorum conciliorum Latinus est, non Græcus. Eum tamen Græcum non repudio. nihil enim ego quicquam tale, ut tu soles: qui cùm respondere non possis, more capitis reorum, multis testibus convictorum, in omnes omnia flagitiorum genera conjicis, eósque probos & sanctos. Atque ut illis conviciis in testes, sententiam æquissimorum judicum, qui fidem, dignitatem & gravitatem satis norunt, se effugere posse putant: ita tu aliis delirationem & impietatem: multis falsi crimen, ut audiemus, pleriſque insciticiam, nonnullis potentiam, quam plurimis gratiam objicis. Illum testem tuum quamvis Græcum ego laudo, amplector: quid tibi necesse est ut Gratianum ad eædem cædas? Si furcifer, ut ais, ille est, quid tu lictor ita cædens? non est necesse in refrigidissima usque adeò ut caleas. Grœcus interpres ita dicit, Latina non dicunt, quod etiam adscriptio Milevitani concilii significat. Gratianus Latina sequitur, tu Græca: nos non solùm utraque, sed omnium omnia monumenta, quæ voles, ante tuos Hussitas: & dicimus nihil de provocatione Episcoporum illud caput, sed de provocatione ab Episcopis. Presbyteri, Diaconi, & cæteri non provocent, inquit, ab illis judicibus electis ad transmarina, sed ad Primates provinciarum suarum, ut de Episcopis sæpe constitutum est. Istud non potest intelligi de Episcopis provocantibus. Nam Primates non sunt judices appellationis Episcoporum, sed primi judicii. Quisquis Episcoporum accusatur, inquit concilium Carthaginense 3. capite 7. ad Primates provinciæ ipsius causam deferat accusator. Qua de re antè diximus, quinetiam modò audiebamus Primates dare judices Episcopis & nihil decreviſſe de appellationibus eorum, nisi ab arbitris. Quomodo ergo de Episcopis appellantibus sentiret, cùm ad Primates non appellent? Presbyteri verò & inferiores clerici judicium primum accipiunt apud Episcopum: secundum, quod est appellationis, apud Primatem. Quocirca statuit quemadmodum prohibita appellatio clericis trans mare, ut in alio capite paulò antè diximus, cùm Episcopi ipsi

Africanorum & Carthaginensium sermo nativus an Latinus sit, an Græcus.

Source : BIU Cujas

judicant: ita sancit hoc ipsum, ne cùm Episcopi suspecti non judicant, sed dant judices, à datis judicibus appellent nisi ad Primates. Tum etiam ratio loquendi hujus authoris hoc indicabit: siquidem περὶ pro ab usurpat, εἰ περὶ ἄλλων ἐκκλήτων νομίσουσιν, Id est, si ab eis provocationem interponendam existimaverint. & mox in loco, de quo agimus, illud περὶ repetit, ὡς περὶ ἐπισκόπων ὥρισται, ut non solùm rectè sit, ut de Episcopis constitutum, sed etiam ita ut ab Episcopis constitutum est, nimirum cùm est ab eis provocatio. Potuíne igitur ego subterfugere reticendo, aut, ut ais, supprimere, quod expressum nihil noceat? Ubi igitur illa quatuor capita quibus labefactatum jus appellationum ad Romanum ais, cùm ne unum quidem?

D. Magnum profectò quiddam est, quod Episcopi Romani causam funditus evertit: ad hoc sacrosanctum concilium Carthaginense tres homines Faustinus, Philippus, & Asellus ab Episcopo Romano cum mandatis missi sunt, ut jus à Nicæna Synodo, suæ sedi tributum, nimirum ut ad eam undique provocaretur, conservandum curaret. Daniel scriba jussus est de scripto mandatum, istud recitare: recitatum est caput integrum Sardicensis concilii, quod Episcopus R. fraudulenter, impiè, malitiosè pro Nicæna Synodo suppositum erat: tres qui tum aderant Episcopi & Archiepiscopi negare id se nusquam in Nicæna Synodo comperisse: recitatur exemplar Nicænæ Synodi, quod tum erat in manibus. Nullum de appellatione verbum: decretum fuit ut certi homines Constantinopolitani, Alexandrini, Romani denique mitterentur, qui alia exemplaria Nicænæ Synodi asportarent, maximè Constantinopolim, ubi authoritas ipsa, id est Architypus Nicæni concilii asservabatur. anno vertente allata sunt, recitata, nulla de isto Episcopi Romani privilegio ac præcipuo jure suspicio. Scribitur epistola communi Patrum sententia Romano Episcopo: nusquam illa in Nicæna Synodo reperta: imò ex contrario illo ipso concilio decretum, ut ipse suis se finibus, item ut alii Papæ & Metropolitani, continere. Quare si saperet, diœcesi sua contentus esset, nec in alienam possessionem invaderet. Huic sententiæ subscripserunt ducenti & triginta Patres: in his Faustinus Episcopus Pontinæ Ecclesiæ, Legatus Episcopi Romani, Asellus Presbyter ejusdem Ecclesiæ Legatus.

R. Quanta verborum copia totus perfluis. Quod à legatis esse dicebatur Nicæni, non compertum fuit esse Nicæni, sed Sardicensis: gravissimum crimen, ut tantus in eo esses. Sardicensis esse fateris, quòd ipsum œcumenicum negare non potes, appendixque Nicæni semper est habitum. Quæ igitur fraus vel impietas Legatorum fuit vel Episcopi Romani, in quem culpam magna contentione transfers, cùm etiam si Nicæni fuisset, tua sententia derogari quoque potuisset ab isto ipso Carthaginensi? Hoc dico, inquiebas paulò antè, si maximè illud Sardicense universale fuit, tamen proximo insequenti universali Carthaginensi abrogatum est. Quid igitur intererat Romani hoc, quàm illud potius citare? Anne jus hoc ejus, sive hoc sive illo concilio & ante concilia demonstratum ex Cypriano & aliis? Minæ, quas additas dicis, hæ sunt. Et nunc de tua, inquit concilium in epistola priori, petimus sanctitate, ut quemadmodum apud Nicæam à Patribus acta vel constituta, sic ea à nobis facias custodiri. Et postea, Sed credimus adjuvante misericordia domini nostri, quòd tua sanctitate præsidente, non sumus jam istum typum passuri, & servabuntur erga nos ea, quæ nobis etiam non differentibus custodiri debent, cum fraterna charitate, quæ secundum sapientiam ac justitiam tuam, quam tibi dedit altissimus etiam ipse perspicis servanda, si fortè aliter se habent canones Nicæni. Et in postremis verbis: Hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de Episcoporum causis, ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur. Commonitorium vocant mandatum illud. In posteriori epistola cùm se nihil tale in exemplaribus Nicæni undique exquisitis comperisse dixerint, pericula, & incommoda narrant, quæ inopia testium & navigandi difficultas adfert, similia iis, quæ Honorius Imperator in codice Justiniani, ubi de ratiociniis tam publicis quàm privatis agi oporteat. Tum ad extremum his postremis verbis ferrum flammámque minitantur. De fratre nostro Faustino, amoto jam pro suis nefandis nequitiis de Christi Ecclesia dolendo Apiario, securi sumus, quòd eum (probitate & moderatione tuæ sanctitatis salva) ulterius in Africa sustinere non patiatur. Faustinus erat Legatus etiam ut causam illius Apiarii cognosceret. Apiarius verò Carthagine flagitia sua confessus, damnatus est. Quid ergo illud tua moderatione salva. & in altera facias custodiri, &c. si salva moderatione eam expectare oportuit? Quid ille ratione de testibus & periculo navigandi? Cur non audacter liberéque dicebant, Nos pari tecum jure vivimus, cur in ædes & fundos alienos invadis? Sed malunt post omnia dicere, Salva moderatione tua. Epistolam Romani non habemus, ex qua, quid rescriptum ab eo sit, cognoscatur. Quæ omnia demonstrant nihil etiam de appellationibus Episcoporum à concilio statutum. Nam epistolæ scriptæ sunt post concilium, & jam acta concilii ad Romanum perlata erant, ut ex prioris epistolæ verbis intelleximus: erat enim mos ut probanda ad eum mitterentur decreta conciliorum. Quod epistola 92. Augustini testatur. In libris ejus, & altera 90. quæ eadem est etiam concilii Carthaginensis, Hoc igitur, inquit concilium, gestum domine frater sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut nostræ mediocritatis etiam sedis Apostolicæ adhibeatur authoritas. Et Prosper Aquitanus Gallus illi ætati æqualis, Concilio, inquit, apud Carthaginensem habito ducenti 17. Episcoporum ad Pontificem Romanum Zozinum Synodalia decreta sunt perlata, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est. Hoc autem erat ipsum concilium de quo agimus: Nam epistola prior totidem Episcoporum fuisse narrat. In his verò probationibus Romanos sui juris oblitos persuadebis nemini. Quare nec ab ullo canone Africanorum conciliorum derogatum intelleximus. Sed respondendum tibi esset ad ea, quæ plura de Africa, collata sunt in alium librum numero 17. at tu es strenuus miles Thraso, qui adsis post principia. Et quoniam Augustini meministi, audi, si placet, an pareret. Tamen, inquit Possidonius Augustini familiaris & Afer, omnipotentis Dei præstitit auxilium, ut postea in Cæsariensi Mauritaniæ civitate venerabilis Augustinus, quò eum venire cum aliis Episcopis sedis Apostolicæ literæ compulerunt, ob terminandas alias Ecclesiæ necessitates. Postea hac in re firmamentum maximum constituens, nescio quot paginas muliebri cum vociferatione Pontificem, qui Legatos illos miserat, accusat: ei satisfaciendum est. Dixerant Legatorum errorem esse in nomine concilii Nicæni pro Sardicensi. Quocirca ait.

Probanda conciliorum Africanorum acta mittebantur.

D. Quid hæc falsa appellatio concilii? utrum ab ipsis Legatis, an à Romano Pontifice inducta? Nega, nega Rufe, præscriptum id habuisse Legatos in mandatis, quod tum Græcè tum Latinè, commonitorium appellant. Nega Danielem notarium concilii mandatum accipere, & clara voce recitare jussum.

Bilis.

R. Si ter negarem, ut ter jubes, jam nihil quod vis affirmarem: bis tibi sat erit. Nego Danielem notarium non recitasse, sed an clara voce ignoro. Id autem recitatum quidem & traditum Danieli à Legatis commonitorium docet: à Pontifice scriptum, ut ejus error judicetur, non docet, quod est abs te demonstrandum.

D. Quid

Source : BIU Cujas

D. Quid de Legatorum mandato argumentamur? Romanus Pontifex, qui Legatos ad concilium miserat, quo nomine appellabatur? non negabis, opinor, ei nomen Bonifacio fuisse. Aurelius enim Papa sive Episcopus Carthaginensis, qui ei concilio præerat (cùm de illa falsitate loqueretur) scribendum ait ad Bonifacium Romanæ Ecclesiæ Episcopum, ut aliud Nicæni concilii exemplar mittat: is verò, quo Romæ sedente leges concilii præscriptæ sunt, quo nomine vocabatur? Celestinus Papa, ut in epistola concilii ad Pontificem Romanum declarat: ubi etiam narratur Bonifacium interea mortuum. Quorsum hæc? ut perspicua omnibus esse possit non unius Pontificis, sed duorum perdita & profligata audacia.

Judicat causa non cognita.

R. Imò vero tantùm ab uno missi: aliis autem narrant per epistolas rem gestam Carthaginenses, ut ex eis intelligi potest. Nec perdita illa quidem, sed magna fuit audacia: sed major Sardicensis, totiúsque orbis Episcoporum, teste de his Cypriano, Socrate, & aliis de quibus antè: quorum in numero locupletissimus Athanasius in epistolis suis. Hæc omnium fuit audacia. Quid agas? ita diis placet, ne tu jam vehementer unquam crucieris. Id quod alii largiuntur ut tu invidendo eripias, quod præsertim tuum esse non possit. Livor tabificum malis venenum (inquit Poëta.) Quod quisque furit, invidétque sorti, Intactis vorat ossibus medullas, Sudat frigidus, intuens quod odit, Effundit mala lingua virus atrum, Ut debet, sibi pœna semper ipse est. Utiliora tibi alia forent, quæ possis in rem tuam vertere. Num aliæ honestæ voluptates, qua hæc ipsa & alia tua, quam prætereo, procacitatis fœdissima. Quoniam variè variis in locis volutat sese, idem sæpius inculcans: dicemus quæ ad Africam referenda sunt, deinde alia omnia: nec quicquam omittemus quod videatur causam facere.

D. Huic subjuncta est disputatio de cap. 39. Carthaginensis concilii. Primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, vel aliquid hujusmodi, sed primæ sedis Episcopus. In Græca lege est Exarchus. de quo vocabulo breviter explicandum est. Apparet autem ex Eutropio, & Paulo Diacono, quem Latini Prætorem, quòd (ut Varro scribit) exercitui præesset, appellabant. Nam Eutropius libro 16. Roma à Totila Italiæ rege occupata, Narsetem Eunuchum, & Justiniani cubicularium ab ipso Imperatore Italiæ Exarchum factum scribit: & cum Imperio Romam adversus Totilam missum, ut Sabellici sententia nutare videatur, qui Longilum eum qui Narsi successit, tradit secum attulisse in Italiam novum regimen Græcæ superbiæ plenum, ut Exarchus diceretur.

Exarchus. Prætor.

Eutropius temporibus Justiniani & Narsetis.

R. Ostendimus in alio libro, Primates sex in Africa fuisse, qui etiam primæ sedis Episcopi dicuntur. Quot enim provinciæ, tot Primates & primæ sedis Episcopi: nihil tam defendere Afros, quàm potestatem, quod in hoc quoque de Carthaginensi intelleximus. quamquam abhorrerent à cognomentis illis, à quibus tamen Græcus canon novus Calcedonensis non adhorret. tu ad hæc nihil. sed tuo more rixaris de nominibus, & illa taces. Pontificum quasdam Epistolas ex Gratiano, quas (quòd ex eo sua Molinæus illustraret) nobis notare fuit necesse, aspernaris, & quæ non diximus adjicis, ut si quis conferat, te quo dignus es nomine appellet. Si tibi accommodatus non erat Gratianus, quid alia ex conciliis firmissima omittis? Sabellicus non est à te reprehendendus: ante Longobardorum in Italiam adventum non fuit exarchia Ravennæ. Cùm Narses eos ex Pannoniis acciviisset, atque occupassent Galliam Cisalpinam, necesse fuit constitui summum magistratum civilem & militarem, qui illis oppositis reliquas partes Italiæ defenderet: & quòd cum summo Imperio esset dictus exarchus, quasi Proprinceps: ἄρχος enim Princeps dicitur. Et quales erant Legati, non illi quidem qui in exercitu, sed ij per quos Imperatores divisis provinciis inter se, atque S.P.Q.R. authore Augusto, provincias regebant: talis hic exarchus, quem vulgò Locum tenentem generalem dicimus. ut ex Gregorio magno æquali penè temporum illorum Paulo Diacono variis ex locis in libro de statu Imperii exponetur. Prætoris verò nomen varia habet tempora: ante Imperatores, eorum Imperium fuit in provinciis militare, & civile, ut apud Ciceronem in epistolis ad Quintum, & in actionibus in Verrem, & alias passim & apud Livium. Deinde Imperatoribus omnia in se vertentibus, & nova genera magistratuum creantibus, minimum fuit imperium, nec illud quidem militare in plerisque provinciis: subjiciebantúrque nonnunquam non solùm Præfectis prætorio comitatus Principis, sed etiam Illyrici, Orientis, Africæ, vicariis Comitibus, Orientis præfecto Augustali & aliis: ille verò Exarchus nulli nisi Principi. Nam antequam crearetur annis propè quinquaginta corruerat in Italia Imperium, occupata Italia à Gothis. Eutropius, quem dicis illud de Narsete scribere, ante Narsetem annis plus centum mortuus erat, ut exordium libri ejus ad Valentem Imperatorem docet. Valens enim anno 381. ut Hieronymus tradit, exustus est: Justinianus anno 521. Imperator creatus. Nec Paulus Diaconus aliud scribit. Sed est incertus author, qui è Græco conversus in Latinum sermonem, latini penuria laborasse videtur. Omnes vocat exarchos, vel Prætores, vel Principes: ut illum Narsetem, & alios in aliis provinciis. Sed non novum illud genus præfecturæ institutum dicit, de quo Sabellicus, ut non sit abs te reprehendendus, ne rudis doctum historiæ virum videaris reprehendere. Exarchia enim, quæ post à Carolo Magno, Romandiola dicta est, certis finibus continebatur: quod in alio libro exposuimus.

Exarchus quid, & quando in Italia.

Eutropius ante Narsetem & Justinianum annis plus centum mortuus.

D. Quocirca inepta, & planè absurda illa sunt dogmata, ut Archiepiscopi, Primates, vel Patriarchæ divisi sint secundum provincias. Quas epistolas vos Clementi Episcopo Romano adscribitis: cujus nomine extant Epistolæ, de quibus in præsentia non est disputandi locus. Hoc tamen quasi præteriens commemorare possum, ab impio & indocto nebulone scriptas esse, eodem ipso qui itinerarium B. Petri composuerat. Quod jampridem totius Ecclesiæ consensu explosum ac repudiatum est. Hoc enim earum Epistolarum author disertè de se ipse testatur: ut illud præteream, quòd communes uxores esse vult, ut patet initio epist. 2.

Artificium falsa dicendo omnia confutare.

R. In nulla tale quiddam, sed in quinta scribit non novum institutum Christianorum esse, quo omnia erant Hierosolymis communia, cùm illud priscorum Philosophorum fuerit etiam in uxoribus. Platonem autem significat, qui ita scribit πολιτ. ε. quem reprehendit Aristoteles πολιτ. β. Scotorum natio, inquit Hieronymus in Jovinianum, gens Britanica, uxores proprias non habent, & quasi Platonis politiam legerint Platonis sectantur exemplum. Nulla apud eos uxor propria est. Quinetiam in Epistola quarta illud prohibet, nec adulteria essent, si communes uxores. Episcoporum semper in Ecclesia fuisse tres gradus, atque quartum summum Romani ostendimus jam inde ab antiquissimis Apostolorum temporibus.

D. Dicítque in ea epistola Protoflamines & Archiflamines: idque confictum ab hoc uno Isodoro constat: quem tamen homo non ingeniosissimus, qui L. Fenestellæ nomine de magistratibus Romanorum scripsit, est secutus.

Archiflamines. Protoflamines.

R. Clemens eam ipsam epistolam primam, de qua disserimus, Græcè scripsit, conversaque est à Rufino, qui id ipsum testatur in epistola ad Gaudentium, ante Isidorum annis plus ducentis quinquaginta. Rufino magis credendum est, qui annis abhinc mille ducentis scripsit, quàm tibi hoc seculo nato. Eadem citatur in concilio Vasensi 1. canone 6. anno 450. cujus concilii meminit Arelatense 2. Græca in manus meas non venit. Potuit Rufinus, dum sacerdotiorum nomina

Prima epistola Clementis testatissima.

Source : BIU Cujas

Archiflamines & Protoflamines, an fuerint non nomine sed potestate. Principes sacerdotum Ethnicorum in provinciis fuisse.

exprimere voluit Latinis, istud Græcum, archi, accommodasse, ut Archiflamines, & Protoflamines diceret pro aliis, quibus usus est Clemens. Tu de vocabulis semper disputa. Res ipsa ita habet: flamines & Principes sacerdotum Ethnicorum in provinciis fuisse: ut Carthagine in edicto Constantini Magni ad concilium provinciæ Africæ. libro 12. titulo 6. codicis Theodosiani, & Archadii lege 76. & Theodosii 21. & 75. de decurionibus: Qui ad sacerdotum provinciæ & principalis honorem gradatim & per ordinem pervenerit, &c. Et in concilio Elibertino in Hispania. Quare Phœnicarchia, & Syriarchia principatus erat sacerdotii Phœnices & Syriæ, & Phœnicarchi & Syriarchi primarii illi sacerdotes: erátque magna dignitas. Senatores, (inquit Constantinus tum Ethnicus, de naturalibus liberis in codice Justiniani) vel quos sacerdotii, id est, Phœnicarchiæ, & Syriarchiæ ornamenta decorant, &c. Erat Liciarchia Liciæ sacerdotium maximum, in lege prima, de officio Comitis Orientis. Quocirca sacerdotia provinciæ dicuntur à jureconsultis Ethnici: Sponte provinciæ sacerdotium iterare nemo prohibetur, inquit Hermogenianus de muneribus. Et sacerdotiorum tantus splendor in provinciis quibusdam, ut Pompeius magnus, potitus regni Mithridatis, Archelao regi sacerdotium Comanense quasi honorem omnium maximum mandaverit. Cujus sacerdotii servorum erant sex millia, quos ἱεροδούλους appellabant, id est sacros servos. hos vendere fas non erat. hæc Strabo lib. 12. ubi etiam ait Zelæ, urbis sacerdoti maximo Pompeium multas, quibus præesset, provincias adjecisse. Abdias Apostolorum discipulus narrat, in civitatibus regni Persarum quàmplurimos fuisse sacerdotes, qui de fisco centum & viginti talenta acciperent, atque primarios Pontifices, qui quadruplum: præter agros & alia quæ possidebant. & 70. templorum Pontifices, quorum cuique quotannis quatuor libras auri reges largiebantur. & cùm nulla civitas sine religione & sacerdotio esset, pro modo civitatum sacerdotia quoque distincta erant: erátque munus quod quis cogebatur suscipere, ut Papinianus ait de vacatione munerum. Civitatum autem tria erant genera, μειζόνων, ἐλαττόνων, μετρίων: id est Majorum, Minorum, & Maximarum, in quibus Metropoles gentium. Hæc Antoninus Pius Imperator in epistola Græca de excusationibus tutorum. ubi Modestinus cujusq; provinciæ fuisse Principes sacerdotes, ut magistratus, significat his verbis: ἐθνῶν ἱερωσύνη ἐστὶν ἀσπαρχία, εἰδωαρχία, καππαδοκαρχία παρέχει ἀλειτουργησίαν ἀπὸ ὑπατεύοντων, ἕως ἐστὶν, ἕως αὖτις ἄρχῃ. Id est, Provinciarum sacerdotium, quale Asiarchia, Bithynarchia, Cappadorchia præbet immunitatem tutelarum quandiu quis ei præest. Nihil autem refert sive præponatur, sive postponatur istud Græcum, archi, ut in ordinibus militaribus Græcè dici solet, Pentarchos, Chiliarchos, & similia. Rufinus dixit, Archiflamines, cui ipsi per se credendum est, in provinciis fuisse. Ejus enim ætate valebat Paganismus. Divisio tua sacerdotiorum Romanorum, quam nemo nescit, debilis est & manca: prætermitis enim Vestales, quas Cicero de legibus, & ille Fenestella non prætertit. Hic ita non videbitur, ut ais, non ingeniosissimus, qui te superet.

Phœnicarchi Syriarchi.

Liciarchi.

Splendor sacerdotiorum Ethnicorũ, & opes in quibusdam provinciis.

Civitatum triagener.

Asiarchia. Bithynarchia. Cappadorchia.

Archipresbyteri ex decretalibus.

D. De Archipresbyteris verbum in omnibus antiquis conciliis nullum. Nam quod ad sacerdotes attinet, sive Presbyteros, vetus Ecclesia, vetus inquam, non decretalibus epistolis constituta Ecclesia, non alios Archipresbyteros præfecit, quàm ejus urbis Episcopos.

Archipresbyteri ex conciliis, & eorum antiquissimum institutum.

R. Non negas alibi quàm in priscis conciliis, Carthaginense quartum: quod illis quæ protulisti est antiquius, capite 17. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum, & Archidiaconum agat. In Epaudensi non ita antiquo, sed tamen ante annum millesimum, de Archipresbyteris, Abbatibus, & Abbatissis, cap. 8. Archidiaconi in Græcia in Calcedonensi concilio leguntur actione 16. In Gallia in Agatensi primo. cap. 20. & 23. anno 425. Clerici, inquit, qui comam nutriunt, etiam si noluerint ab Archidiacono tondeantur. Antiochiæ apud Sozomenum. libro 6. cap. 48. In Africa apud Liberatum in Ægypto. Archipresbyteri apud Socratem libro 10. cap. 22. Tripartitæ, Archimandritæ, id est, Abbates, & Archiepiscopi passim cùm in conciliis & codice Justiniani. Non ergo ex decretalibus ista, ut ais, quibus neque ego usus sum: quas cum Gratiano in hac causa repellas licet, tamen, si mihi credas, non movebis stomachum Canonistis, ut hîc sæpe facis: nam qui fis, ut audio, intelligunt. Debebas esse cautior, nec omnibus tua committere. Tacita hominum utrinque sunt studia: tum etiam genus dicendi te prodit. Canonistas in omni bonarum literarum & disciplinarum genere hæc ætas multos habet, qui possint te ex libris tuis Actæonis tabulam, & signum aliquod Polycleti facilè ostendere, & alio judicio opus esse quàm tuo, in pertractando jure. Age interea pacatissimè rem tuam, & disce prius, pòst scribes. De principatu Petri agendum. dixi Petrum ex sententia omnium Romæ successorem reliquisse.

In Gallia. Antiochiæ. In Africa.

Sophisma solutionis παρὰ δόμωνυμίαν. De Petro, an fuerit Episcopus Romanus.

D. Hoc quàm absurdum sit atque ineptum quis non videt? perinde acsi diceret, Petrus loco dignitatem tribuit, locus Petri successoribus. ex quo illud consectarium tibi referre atque objicere licebit, si urbs esset diruta, aut sub Turcorum imperium subacta, ut nullus relictus esset Pontifex in Ecclesia maximus.

R. Quasi verò dixerim reliquisse Romam ipsam, & muros successores. Quàm egregius es sophista, ut duabus paginis in ea re vocifereris.

D. Petrus non fuit Romæ Episcopus: nec verò potuit Irenæus Apostolorum ætati ferè conjunctus. libro 3. in Valentinum. cap. 3. Fundantes, inquit, & instruentes beati Apostoli Petrus & Paulus, Ecclesiam Romanam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab Apostolis sortitur Clemens. Apertè Irenæus Linum primum R. Ecclesiæ Episcopum appellat, Anacletum secundum, Clementem tertium.

R. Apertè quidem tibi: nam quod retrusum & reconditum est omnibus, tibi apertum est. Ubi primum appellat? an quod dicat, Tradiderunt Episcopatum? Ergo erant ipsi Episcopi. nisi quis tradat quod non habet, quod Mydam (ut tu nunc) negasse ferunt. Linus (inquit Eusebius. lib. 3. cap. 12.) Episcopatum tradidit Anacleto. Ergo confice, Linus non habuit. nullo dilucidius Irenæus dicere potuit, quàm verbo tradidit. Valde (inquit Irenæus continuò antè in eo ipso loco) Apostoli perfectos & irreprehensibiles esse volebant, quos successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes. Et quoniam longum esset omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximæ, & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à glorioſissimis Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ sunt. Et paulò pòst, ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, id est, eos qui sunt undique fideles. In qua semper ab his qui sunt undique conservata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio. Deinde continentia sunt ea quæ dixisti. Successores ergo ait. & magisterium Romæ reliquisse, & magisterium tradidisse.

Apostoli tradiderunt successoribus suis magisterium.

Ecclesia Romana princeps ab auditoribus discipulorum Apostolorũ dicitur.

D. Cùm dicat, Tertio loco ab Apostolis sortitur Clemens, jam primùm Linum significat: Irenæum sequitur Eusebius, hoc modo: τῷ δὴ Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ τοὺς παύλου καὶ πέτρου μαρτυρίαν πρῶτος κληροῦται τὸν ἐπίσκοπον λίνος. id est, Romanorum Ecclesiæ post Pauli & Petri martyrium primus sortitur Linus.

Is, à quo quotus quis est, non est in ordine, nec potest dici primus, aut quotus.

R. Mirum videbitur, ut discenda etiam sint Latina, in eis versantibus tandiu. in aliis etiam libris tuis nescio quibus similiter verborum argutiis involvi

Source : BIU Cujas

Ab aliquo esse tertium quid sit.

soles. Cùm dicitur sextus, vel sexto loco ab Hortensio consul fuit Tullius, propterea negare velis Hortensium consulem fuisse. Ignoras ab Hortensio intelligi post Hortensium. Tertio loco, vel tertius ab Apostolis Clemens, id est, post Apostolos. Si quatuor sedeatis, Caius primus, Titius secundus, tertius Sempronius, & postremus tu: sedebis tu quidem tertius à Caio, id est, post Caium: & secundus à Titio, hoc est, post Titium. Nam intermedius est Sempronius, à quo tu etiam primus. idcirco negare Caium, qui primus est sedere, quòd ab eo tu tertius sedeas, caput ordinis est oblivisci. atque eo negandi omnes, quòd unus ab alio sedeat, nec necesse dicere ab hoc vel illo quotus quis sit, si in ordine hic vel ille non sit. Lino secundus Alexander post Petrum & Paulum gubernacula sortitus est quintus, inquit Eusebius. ex lib. 5. cap. 11. intelligemus, an successores, ita scribit, In urbe Roma Clemens, Apostolorum & successor & discipulus. Et Petrus (inquit in annalibus) Christianorum Pontifex primus, cùm primùm Antiochiam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur: ubi Evangelium prædicans 25. ejusdem urbis Episcopus perseverat. Et jureconsulti ut domicilium quis contrahere videatur, etiam si aliam ob causam quis venerit (ut studiorum) decennio contenti sunt. Postea quasi duos Episcopos unius civitatis in ædificanda Ecclesia prohibitum, ut ea pòst ædificata, ait.

Successores Petri.

D. Præterea cùm cujusque civitatis unus tantùm sit Episcopus, Paulus autem semper Petro adjungitur, Romæ Episcopatum habuisse utrum quæso illorum contendis Rufe?

ἀδιαφορία. Si duo sint, unus non est.

R. Sed tu utrumvis elige, Patrone. Nam si duo sint, unus est: tu verò, quòd duo sint, nullum esse vis: ita semper es acutus & dialecticus, & Arithmeticus. Paulus (ut fateris) erat adjunctus Petro: unus Apostolus præputii, alter circuncisionis, ut ad Galatas scribit. Episcopatus unus utriusque fuit: ut circuncisio, & præputium unum effecta: ut Principes etiam isti & consortes principem civitatem regerent.

Episcopatus Petri & Pauli unus, ut circuncisio & præputiũ conjuncta.

D. Tertullianus libro de præscriptionibus. Evolvant, inquit, ordines Episcoporum, ita per successores ab initio decurrens, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris habuerit authorem, & antecessorem. Smirnorum Ecclesia Policarpum à Joanne collocatum, sicut Romanorum Ecclesia Clementem à Petro collocatum. Manifestò igitur Tertullianus Clementem primum R. Episcopum dicit.

Qui habet antecessorem non est successor.

R. Sic etiam semper acutè vides, qui negas successores Apostolorum, quorum antecessores sunt Apostoli. Facilius nihil, quàm ostendere (cùm de facto quæratur, opus esse testibus) Petrum Romanum Episcopum: omnium est ista una sententia. Si cui ocium non datur, argumento erit istorum conatus & adumbratio. Ex omnibus tres possunt proferre tantùm, Eusebium, Tertullianum, & Irenæum: quorum ne divellendo quidem & discerpendo scripta, in sententiam suam pertrahunt. Audimus apud Cyprianum cathedram Petri, qui etiam in lib. 4. epist. 2. factus est, (inquit Cornelius) Episcopus, cùm Fabiani locus, id est, cùm locus Petri & gradus Cathedræ sacerdotalis vacaret. Cùm gradum dicat, qui ergo & quantus? in Conciliis omnibus monumentis sedes Apostolica dicitur. Hieronymus ad Damasum, Si quis Petri cathedræ jungitur, meus est: & Beatitudini tuæ, id est, Petri cathedræ consocior. & ad dextrum Princeps Apostolorum Romæ 25. annis cathedram sacerdotalem tenuit: Prudentius jureconsultus, & poëta antiquissimus in libro peri stephanon.

Omnium sententia & testimonium de Petro Episcopo Romano.

Hîc nempe iam regnant duo
Apostolorum principes,
Alter vocatur gentium,
Alter cathedram posſidens
Primas recludit creditas
Æternitatis ianuas.

Et de Hyppolito,

Vna fides vigeat, sacro quæ condita templo est,

Quam Paulus retinet, quámque cathedra Petri. Hac una fide (inquit Irenæus) in illo ipso loco ab Apostolis per successionem Episcoporum vehementer confundimus, eos qui quomodo per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem, & malam sententiam præterquam oportet colligunt. Romæ primi Petrus & Paulus Apostoli iidem & Episcopi, inquit Epiphanius in Carpocratitas. Ephrem Syrus, qui Syriacè scripsit, cujus laudes apud Theodoritum lib. 8. cap. 5. Quemadmodum Moses societatis illius & conjunctionis Hebræorum Princeps jussu Dei: ita Petrus Ecclesiæ Christianorum: atque ut ille veteris, ita hic novi testamenti Princeps. hæc ille in libro de transfiguratione. Augustinus de Petro loquens libro de tẽpore, serm. 124. Totius, inquit, corporis membrum in ipso capite curat Ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet illo, qui dixerat, Etiam si oporteat me tecum mori, non te negabo. Quid agis rector futuræ Ecclesiæ? hæc Augustinus. Molestum esset observare quoties eum principem, verticémque appellat: ut Chrysostomus, totius orbis Episcopum: quoties etiam omnes tam Græci quàm Latini authores. Sed ocium est in re.

D. Judæos tantùm, non exteros, & propterea non Romanos docebat.

R. Erat Paulus doctor gentium, propterea illi conjunctus. Docebat etiam Petrus Ethnicos, ut acta Apostolorum ostendunt cap. 10. 11. Quasi verò Judæi etiam Romæ non essent. Cùm Romam, inquit Lucas, veniſſemus, Paulus sibi commissus cum custode milite, tertio post die, vocavit primarios Judæorum. Propagatio Judæorum in orbem universum tanta fuit, ut cùm undique præsertim ex Italia & Roma aurum Hierosolymam exportare solerent, Cicerone consule in oratione pro Flacco id testante, illud eis prohiberi necesse fuerit. Et addit istud, Multitudinem Judæorum flagrantem nonnunquam in concionibus pro Republica contemnere, gravitatis summæ fuit. Claudius Cæsar Judæos, inquit Suetonius Ethnicus cap. 30. in Claudio, impulsore Christo assiduè tumultuantes Roma expulit. Postea verò Agrippæ & Herodis rogatu is Claudius edicto liberum reliquit solum Romanum Judæis: quod edictum extat apud Josephum lib. 19. Cùm pòst desciviſſent à Romanis in Judæa, à Vespasiano & Tito ejus filio Hierosolyma capta everſaque est: ut narrat Josephus ipse belli Dux. Tum hominum ducenta millia ea urbs habebat, ut scribit Tacitus Ethnicus lib. 21. Ex Ægypto postea Judæi Andræa duce exercitum Trajani ab Arabia revertentem oppreſſerunt, interfectis militum Romanorum plus ducentis millibus, tanta cum immanitate, ut cùm suum carnibus eis fas non sit vesci, tum humanis vescerentur: dilaniatíſque fœda carnificina militibus, stillantibus adhuc cruore pellibus cingerent sese: quo tempore (ait Dion Ethnicus, qui illa etiam narrat) eò furoris venerunt, ut in universo terrarum orbe hujusmodi cædes indigniſſimas fecerint, in Cypro quidem hominum ad ducenta quadraginta millia. Quamobrem Trajanus missis quocunque terrarum ducibus, genus propemodum delevit: ut post funestum in Christum facinus de excidio eorum vaticinia exitum habuerint. Adrianus tandem Trajani successor Hierosolymam Judæis, & aliis permisit, urbi nomine mutato, ut Ælia Capitolina vocaretur. Idcirco in Concilio Nicæno, cap. 7. Hierosolymitanus Æliæ Episcopus appellatur. Refectis viribus feroces reliquiæ, quæ in Persidem & Arabiam se receperant, instaurant in Judæa denuo bellum, partim, sua partim externa ope. Tum gladio, morbis, fame omnis orbata desertáque Judæa. quo etiam bello scribit is Dion, iterum orbem simili Judæorum clade concussum: templúmque Salomonis Hierosolymæ, quod incolume relictum erat, sponte concidiſſe: Et Tacitus, antea

Ethnicorum testimonio Judæorum calamitates post Christum trucidatum ut erant vaticinia.

Source : BIU Cujas

cùm à Tito obsiderentur auditas divinas voces, templo Deos decedere. hæc illi Ethnici testantur: & omnia post mortem Petri & Pauli.

D. Apostoli non erant Episcopi.

R. Magnus error (inquit unus Jureconsultus, quem nominare non est necesse, qui paucos ab hinc annos scripsit) quòd non intellexerint homines discrimen inter Episcopum & Apostolum. magnus certè si homines nullum Apostolum, Episcopum putarent, cùm omnis sit. πῶν ἐπισκόπιον, id est, Episcopatum ejus accipiat alter. de Apostolatu Judæ. acto. 1.

D. Peragrabat orbem.

Apostoli peragrato orbe sedem suam in amplissimis civitatibus collocabant.

R. Et tandem peragrato orbe Apostoli in maxima quadam civitate collocabant sedem suam & domicilium. Andræas Patris, ubi sedes Proconsularis, ut scribit Abdias Apostolorum auditor, libro 3. & Eusebius libro 2. cap. 2. Mathæus, inquit Abdias, in civitate celeberrima Naddavir Regia Æthiopum sedit ann. 23. & in civitatibus ordinabat Episcopos. Jacobus frater Domini fuit Hierosolymorum Episcopus, apud Eusebium lib. 3. cap. 7. & capite 1. Joannes Ephesi, Irenæus libro 3. Ecclesia apud Ephesum quidem à Paulo fundata est, à Joanne ædificata, qui permansit usque ad tempora Trajani, & Pontificale πέταλον gestans & martyr, & doctor optimus apud Ephesum dormivit, inquit Eusebius. libro 3. cap. 30. apud quem & Abdiam & Hieronymum ad dextrum de aliis quis similia observabit. Ephesus prima Metropolis Asiæ & sedes Proconsulis, quod antè cognitum est. Petrus Romæ non paucos annos, sed 25. ad ultimum vitæ spiritum. satis enim habebant negotii (ne egerent peregrinatione perpetua) in una urbe Roma orbis diversorio.

Andræas Patrarum Episcopus, ubi sedes Proconsularis.

Mathæus regiæ Æthiopum Episcopus.

Jacobus Hierosolymæ Episcopus.

Joannes Epheſ. primæ Metropolis Asiæ Episcopus.

D. Apostolatus igitur aliorum communis cum Petro, orbis etiam totius.

R. Orbis etiam totius. Nam omnibus dictum, Ite per universum mundum, prædicate, &c. quorum remiseritis peccata, &c. Et omnes Apostoli Episcopi erant: at non retro vicissim omnes Episcopi Apostoli. Habuerunt Petrus & Paulus sedem suam, & successores suos in urbe Roma, ut alii alios in aliis.

Omnes Apostoli totius orbis Episcopi.

D. Cùm ergo totius omnes Apostoli essent, Ergo Petrus non erat Princeps.

R. Non ita te docebit dialectica tua, neque ulla ratio: siquidem prohibet nihil, & totius orbis Episcopum vel Apostolum esse, & principem Apostolorum. omni enim gregi Christi præfectus. Quocirca omnia eò redeunt, Petrus Princeps Apostolorum fuerit nécne? quod omnes omnis ætatis scriptores Ecclesiastici ex sententia Evangelii testantur.

D. Successores aliorum totius quoque orbis Episcopi.

R. Sint: & eodem argumento addo, principi suo principis successori obtemperare debere: & Romani causam tui tecum agunt, cùm, ut omnes æquent, contendere solent Apostolos & successores eorum totius orbis non definiti cujusdam loci Episcopos, sed negant principem. Nam sic Romanus probabitur primùm totius, deinde de principatu Petri, atque pareréne deberent, disceptandum esset iis, qui aliis Apostolis successerunt: non tibi nec tuis, quorum nemo Apostolorum successor est, sed de agellis si quos habeas. Nam parendum esset totius orbis Episcopo quamvis non principi. Nec potest non aliorum successor successori se opponere. Quare quoquo te verteres, urgeret ratio. Et cùm Romani hanc testatissimam potestatem negatis, omnium aliorum quamvis minimorum Episcoporum, quæ non ita ab Apostolis, per scriptores Græcos & Latinos celebratur emanasse, negari necesse est. Nam si certum est alios quicquam posse, quòd ita nobis traditum, & hunc maximè posse certissimum: quò si nec hunc, nec ullum: nisi minus certa certioribus potiora esse debeant. Omitto omnes Episcopos à Romano in Occidente primùm institutos atque missos. Quare si nec hujus potestas, nec ullius: aliam enim, quàm quæ data, habere non possunt. in Gallia nullius, in Britannia, & in Hispania, in Germania: nullius denique: usquam in Occidente. Jurgant tantùm de Græcia, & Oriente: & ubi sunt non sentiunt. Sed verendum hujusmodi hominibus ne jam lex, lex non sit. Pugnant cùm omnibus Episcopis, omníque Sacerdotio. quare deleverunt plerisque in locis, præsto ad æquandum solo, omnem profanum principatum nisi ferreus esset: quem contestatione quidem sola non attingere se simulant: nihil tamen magis quàm rationibus, quæ omnes omnium communes sunt. Quasi hostes non sint qui cuniculis non apertè irrepunt: sacro ordine everso, quid ni civilis? quamvis, ut utar verbis Homeri, Jovis esset ὑψηφὲς ἠ χαλκόστεον δῶ, id est excelsa ænea, ferreáque tecta.

Negata potestate Romani, omnium negari.

D. Sequenti capite disputatur de Cypriani verbis qui 4. q. 1. c. loquitur. Sic (inquit) loquitur dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Super unum ædificat Ecclesiam. & quamvis Apostolis omnibus post Resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat, Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum sanctum: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis originem sua authoritate disposuit. Hoc utique erant cæteri Apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur ut Ecclesia Christi una monstretur. Hoc loco quid Rufus calumniari possit, non dispicio.

R. Sed tibi (ne ipse videreris nos calumniari, ut semper) non erant reticendo subterfugiendi loci, quos multos notavimus ex eo ipso Cypriano, quibus ejus satis est explicata sententia, ut Apostolatus quidem honore & potestate pares judicet, principatu verò & primo fundamento illo, quod Ecclesiæ Petram ait esse, & unitatis origine non pares. nisi Apostoli in Ecclesia non essent: nam cùm Ecclesiæ Christi fundamentum dicat, ergo Apostolorum etiam. At tu fundamentum primum, non caput sentire Cyprianum. Quid igitur caput ædificii, si fundamentum non sit? tectáne? taces alia: nos non requirimus quàm hunc ipsum locum. Nam cùm dixit aliàs, ut jam intelleximus, Petri cathedram Ecclesiam principalem, unde unitatis origo (inquit) exorta est: principalem ergo ait, matricem unitatísque originem, quod est expositum: quid hîc aliud? Nunc tamen, inquit, ut unitatem manifestaret, unitatis originem sua authoritate disposuit. Hac ergo unitatis origine & fundamento non erant pares. Quid (obsecro) origo unitatis & conjunctionis regni totius, reipublicæque? necesse est illud esse quod conjungit, hócque vinculum continens totam illam societatem. Quid est illud? præfectura? Sed cur non conficis æquate Christo Apostolos? nam ut probet parem Apostolatum, potestatem datam accommodat, nihil nisi hoc, Sicut misit me pater, ego mitto vos.

Origines & fundamenta regnorum reges esse: ita fundamenta Ecclesiæ Petrum.

D. Quòd Rufus ex Anacleti nomine falsò inscriptis Epistolis commemoravit: satis constat fictas & commentitias esse illas Epistolas, quæ tum Clementis, tum Anacleti nomine inscribuntur, tum Pontificis R. in sua re testimonium repudiamus.

R. Ostendimus in alio libro Anacletum idem istud de pari consortio Apostolatus, quod Cyprianum dicere, & totidem pene verbis: principem tamen Petrum docere. Nunc iste in repellendis testibus versutus & solers, non delirum testem Anacletum ut Osium Sardicenséque concilium antea, sed falsum testimonium testationémque dicit, & nihil affert. Si idcirco falsas credi vult, quòd dicat falsas: & nos veras, quòd dicamus veras. Sed videamus num istud Hieronymi erit falsum libro primo in Jovinianum. Licet (inquit) id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos fortitudo Ecclesiæ solidetur: Infer, jam licet, ex

Source : BIU Cujas

his verbis Hieronymi, qui apertius quàm Cyprianus & Anacletus loquitur, Petrum non majorem fuisse: contra ejus mentem feceris. Continuò enim ait: Tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes electus est virgo? ætati delatum est, ne adhuc adolescens: & pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur: & magister bonus, qui occasionem jurgii debuerat auferre discipulis, & qui dixerat eis: Pacem meam do vobis, & cætera. Demonstrat igitur Hieronymus parem Apostolatum, sed non principatum: quin Petrum caput esse, & præfectum omnibus à Christo, ne schisma sit. Tolle enim caput & præfecturam, ut reges à regno, magistratus à civitatibus, jam schisma, id est, disiunctio est, non communitas consociatioque una. Quocirca capita Reipublicæ, sunt illius unitatis (ut dixit Cyprianus) fundamenta, & origines. nam inde & incipiat, & eò finiatur necesse est. Qua ratione magistratus reipublicæ personam vulgò dicimus sustinere & gerere, eisque niti rempublicam, quasi fundamenta significantes, ut præclarè Nausicaa Alcinoi Phæacum regis filia apud Homerum, Ody. ζ. de patre suo rege ait, τῷ δ' ὀκριόωσιν ἐχύσαι κάρτος τε βίητε.

Capita reipublicæ unitatis fundamenta & origines.

Robur est in multitudine eo quod caput habeat.

Id est, Ex eo (inquit) omnis pendet Phæacum robur, atque potestas. Quapropter qui præsunt, nodi, artus, & nervi sunt, quibus omnis continetur societas. Nam illis sublatis nulla est, aut certè non una diuturnior, etiam si Pyratæ essent & latrones. Hæc autem societas quo major multitudo erit, eo majore vinculo eget: & præsertim quæ disiunctorum est longissimo terrarum intervallo. quia minus natura conjuncti: ut civitas magis eget, quàm familia, quæ sanguinis necessitudinem habet: Provincia magis quàm civitas, & multæ Provinciæ quàm una. Maximè verò omnium regnorum societas, totiusque Christianismi. Nihil denique est, quod possit natura tantoperè disiunctos conjungere quàm præfectura una summa, ad quam conservandam in Ecclesia omnes uno consensu conspirent, quæque credatur omnibus præesse. Christus in Ecclesia sua societatem omnium nostrûm voluit, & imperavit magis nihil: ergo voluit hoc vinculum, sine quo esse non potest. Si inter duodecim Apostolos, multò magis inter omnes: nam si non inter omnes, multò minus inter duodecim. Omnes enim minus natura conjuncti quàm pauci. Atque ita quæstio de principatu Petri, alterum de ejus successione Pontificum pari communitatis & consociationis ratione continebit. Quòd si natura optima res est omnium conjunctio, consensio, & communitas: eos qui eam discindere tentant flagitiosissimos & funestissimos esse necesse est. Quod fit, cùm nodum tollunt. Ergo optimum tueri armis, scriptis, quoquomodo. Tum etiam quod robur est Christianorum, & pernicies Barbarorum: contrà dissipatio, imbecillitas. Habent Christiani principes propositum exemplum Græci Imperii: cùm enim læti omnes Græci hæresum lascivia tandiu luderent, tandem monstrum Turcarum teterrimum, armorum fremitu, & (ut utar verbis Ennii) pavore horrifico omnem illis expectoravit puerilem sapientiam, ut nunc pacatissimi in religione rem agant. Voluit paulò antè Imperator, & principes Græci, cùm jam periculum impendere viderent, Latinis conjungi, sed serò sapuerunt Phriges. Quo igitur ille ludus evasit? Cujus detrimento? Non sacri certè ordinis, qui adhuc stat, nescio an ornatior: nec omnino quidem vulgi, sed principum omnium, quas omnes illa fera (ut nullum præter se patitur) absorbuit. Sacerdotium & Christianismus vixit & vivit invito Nerone, Domitiano, Diocletiano, & cæteris Cyclopibus, ante quos, & post quos est: tametsi duplo potentiores erant illo monstro. Principibus istæ quales Græcorum factiones & hæreses formidabiles esse debent: nec cùm suorum dissipatione, tum discisso communi vinculo, quo unà colligari possint, juvarique infirmiores fiant. Eorum tota ista causa est, tum quòd rationes istorum ad eos pertinere ostenduntur, tum quòd firmiorem Episcoporum statum docet Turcæ Imperium. quod non ita planè intelligi potest, nisi in discrimine: ut nec à Græcis.

Intervallo locorum disjunctos sola præfectura in societate conjungit.

Quæstio de Principatu Petri probat eam quæ de pontificatu est.

Funestissimi qui nodos reipublicæ & conjunctionis tollunt.

Imperatores Græci disjuncti à Latinis, à Barbaris extincti sunt.

Hæreses pernicioſiores fuisse principibus quam sacro ordini.

Turca patitur sacrum ordinem, nō principes.

D. Quod Rufus scribit de loco Evangelii: Quisquis vestrûm major erit, minister esto: Christum non præfecturam, sed ambitionem damnare non dissentimur.

Probat præfecturam Ecclesiasticam esse.

R. Si assentiris & probas præfecturam, quid me accusas, quòd idem quod tu faciam, nec aliud quicquam ego? nam aut eam quæ est paucorum mihi assentiris, aut omnium: id est, an paucos vis esse conjunctos, habereque in Ecclesia præfectum, aut omnes. Si paucos, neque omnes, deterior ergo apud te omnium societas quàm paucorum. Peccas ergo Christo, qui omnium voluit, & vult, jussitque: & qui minus multorum voles, eo magis ei peccabis: & quo plurium quis volet, eò magis placeat necesse est. Nos, ut omnes velle debemus, omnium & volumus, & optamus, cùm ad consensionem omnium concordiamque, tum ad incolumitatem principum Christianorum, ut conjunctis inter se viribus semper floreant, deleant ipsi, non deleantur à Barbaris. Tu contrà, ut varia sunt hominum præsertim improborum studia & judicia, ut Lutheri patris tui. Scribit enim Christiano non licet, armis, barbarorum impetum propulsare, sed omnes venite in potestatem nos pati debere. Quid aliud quàm extinguere vult principes? Quasi verò militiam improbarit Christus, quam jussit esse contentam suis stipendiis. Principibus excisis, quis locus eorum Magistratibus? Quare eorum etiam interest istud tueri, & cogitare quæ pericula afferat religionis dissidium: omnia scripta docent, sed magis Oriens: & si mala quædam sint, ut in rebus omnibus humanis, pejora alia.

Non videt secum pugnare.

Extinguere volunt principes.

D. Decessit quidem Christus ex his terris, neque nunc à nobis cernitur, aut tractatur: sed ita enim decessisse, ut à nobis absit, negamus. Cùm enim decederet, fidem dedit se nobiscum futurum. Quod si eam, qua perpetuò nobis adest, rationem quærimus, eam Paulus eodem loco perspicuè declarat: nempe per ministerium hominum, quibus Ecclesiæ suæ curam commisit: dedit (inquit) alios quidem Apostolos, alios pastores, &c.

Se oppugnat.

R. Dedit ergo alios Apostolos, alios Pastores, & ministros. Jam etiam renovantur veteres sectæ philosophorum Ethnicorum, quin etiam, ut audimus, Diagoræ, Lycophron τὸ ἓν, id est, ipsum quod est, unum tantum esse docebat: quare falsò dici Titius est emptor vel albus, sed Titius emptor vel albus, non verò est. Nam cùm unicum sit, (inquiebat) id quod est, & unica res, eaque sempiterna, reliqua verò fluant, & corrumpantur: consequens esse dicebat ea non esse: atque nefas verbum: Est, eis accommodare: ut iste, quòd caput sit Ecclesiæ Christus, idque sempiternum: idcirco mortalia negat. Plato, & cæteri omnes, ut Lycophron ille, non erant ita religiosi, sed hominem nimis acutum, qui se ipse esse negaret, ridebant.

Renovantur hodie veterum philosophorum sectæ.

D. Aliquantò pòst caput quidem Ecclesiæ Christum fatetur, sed cùm hinc decederet, Petrum & vicarium & ministrum atque institorem in Ecclesia reliquisse: cur igitur (inquit) nos homines importunissimi Petrum nolumus curare aut moderari totum? Homines tibi, Rufe, non importuni respondent, quia totum non est Petro commissum, ut Paulo ad Galatas: ubi Apostolatus gentium ei, ut Petro circuncisionis.

R. Deinde assume, & confice hoc modo: Sed utrique Romani successerunt: Ergo totius Ecclesiæ præfectorum sunt successores. Nam Ecclesia omnis vel gentium est, vel circumcisionis. Ubi partem excepit

Source : BIU Cujas

Christus, cùm dixit, Pasce oves meas? adjecitne has vel illas? Et super hanc Petram fundabo Ecclesiam meam. Quam ergo Ecclesiam vis excipere, opta. Nam si tuam, cur potius quàm alias? Ubinam illa exceptio? omnes ita dicent, nulla ergo commissa. si nulla, cur dixit Pasce oves meas? quam Ecclesiam fundavit in illo Petro? Idcircone adimit curam totius, quòd addiderit Paulum in ea cura? qui addit, adimitne? Paulus negatam non dicit Petro gentium procurationem: & utrique Romam succedunt, ut ex sententia Evangelii testimonium est omnium veterum Patrum, nationum, & populorum: ad quæ omnia, ut omnis Christianismus, referenda sunt.

Vale.

FINEM fecimus eorum, quæ ad sacrum ordinem pertinent. Ista leviora ut nihil prætermittatur, quam ad nos magis, sejunximus. Primùm ut ad exordium tuum veniam, Nos mercede conductos ais, & spe nescio qua, ad hanc de sacro ordine & jure contentionem venisse, id si negarim, ut solent ii, quibus eadem tui semper objiciunt, nihil profecero, nec enim credes: sed, quò intelligas, nihil ista opus esse negatione, addo, cùm pastores dicantur & sint, nihil indignius officio, si disjungi patiatur gregem suum à se distrahi, atque dissolvi Ecclesiam totam, id est, Christianorum ipsorum inter se consensionem & societatem: quam, ut jam pericula & clades Græcorum nimis docent, arctissimam divina humanaque postulant: nihil ingratius si ipsam labefactari quæ eos alit, colit, & observat: denique si se ferant expelli & profligari, nihil turpius. Si ista sunt iniquissima & indignissima, justissima erunt iis contraria, continere tueri, propugnare per se per alios, non per nos quidem, quorum dicendi vis & eruditio est perquam exigua, sed per eos quorum ea est perquàm eximia. Si Reges & Principes neglecta non solùm sua, sed mercenaria etiam opera prædæ suos darent, jam non Reges sed hostes Reipublicæ dicerentur. Quid tu de illis ipsis custodibus Ecclesiæ aliter sentis? Quibus nihil laudabilius etiam apud hostes, quàm magno, forti & constanti animo eam sustinere personam quam susceperint. Si Antistitum militibus, id est, literatis non licet, ut putas, stipendia mereri, multò minus Antistibus ipsis, tot & tantos perpetuos census, ut gregem curent, constitui oportuit: nec eodem argumento, ut istud confirmat Paulus, lac & lanam pastoribus, fructum agricolis, sed obligandum esset os bovi ἀλοῶντι, id est, conculcanti spicas, ut frumentum excutiat. Quis enim, inquit, stipendiis militat suis? Si totam rempublicam mercede defendere licet, hanc ejus nobilissimam & maximam partem num licebit? si singulos Ecclesiæ viros, num corpus ipsum totum? Cujusvis etiam improbi jus, judices & causarum patroni putant laudabile justumque tueri: neque enim de ejus improbitate sed ejus jure jus dicunt: injustum tamen tua sententia istud est, quod est totius ordinis, in quo quàm plurimi sint optimi & honestissimi viri. Si vitam tuam, fortunas, & decus ab injuria inimicorum defendere æquissimum judicas, & esse omnibus natura insitum, solis tamen Ecclesiasticis viris cur iniquissimum & contra naturam judicabis? At argumento est, quàm acriter vos pro rebus vestris propugnaretis, cùm in inferenda aliis injuria tam feroces sitis, acres & inflammati. Et, quod gravius est, Sacerdotium modestissimè defendi non permittitis, inusitata etiam Ethnicis in eos, qui conantur, linguæ rabie: finite alios judicare. Sed callidè quidem ut omnia, ut taceant omnes nostri ut objicitis istas tam præclaras mercedes, nullo tamen exemplo. Nullum propterea tamen, qui judicare velit, adeò delicatum esse oportet, ut mercedis negatione vel affirmatione, causas deteriores vel meliores fieri putet: sed rebus ipsis quæ proponuntur, & testimoniis, & rationibus de quibus judicandum est: cùm præsertim in privatorum etiam jure, non solùm publico & sacro conservando honestissima opera sit, & honorarium. Quinetiam ut te opinio fallat, qui putes minimè licere, quod maximè licet: hujusmodi laboris censeo semper omnibus & sperandum & expetendum uberrimum præmium, in idque incumbendum totis viribus, ne deterreantur cæteri, spesque langueſcat & infringatur eruditissimorum & optimorum virorum, pro religione, universo ordine, & jure sacro, pro maximis cum maximis hostibus, maximis de rebus disputandi. Sed sperent ipsi ampliſſima & summa, in quibus ingenii & doctrinæ sunt omnia summa, si eos in quibus nec illa quidem sunt mediocria, mediocria tamen consecutos videant. Tum etiam ex tuis illi qui ex oppugnatione & injuria aliorum, munera à principibus civilia vel sacra expectabant, & abjecta spe ad tuos se contulerunt, quorum tertia frequentia esse dicitur, ut jam locus eis esse non possit, oppugnatione in defensionem mutata (ut justum semper fuit suum cuique reddi) possint optima cum spe, nostrorum exemplo, ad nostros sibi conciliare reditum. Ex quibus magnum etiam fructum capere poterit Ecclesia. Nam si tanti eos fieri videamus, cùm falsa scribunt, quid sperandum cùm vera scribent? Sed quid tu de mercede nostrorum dicis, quæ nulla unquam fuit prætermissa, nisi cum summo Ecclesiæ detrimento? De tuorum non aucta quidem re familiari, quæ nulla erat, sed quæsita primùm, eaque splendida, cum uxore & liberis, etiam contra prioris militiæ sacramentum, tibi prius dicendum erat, Idcirco tui loquuntur, nostri tacent. Quorum silentium quantas clades attulerit Ecclesiis, jam annis propè quadraginta, tuorum depopulationes in multis provinciis, prædæ, expilationes sacrorum, & contemptio religionis docent: omnes undique sentiunt, graviora perpessuræ, nisi nonnulli, non satis tamen multi, se vobis opposuissent: qui ipsi tandem inopia ad vitæ necessaria conversi post siluerunt: Eorum disputatio quantum publicè privatimque profuisset Ecclesiis, probavit olim Græcia, ubi plus scripta doctorum, quàm concilia profuerunt. Hæresis Arriana non modò non extincta à concilio Nicæno, verum etiam fuit paulò pòst concitatior: eam sensim scripta fregerunt. Conciliorum enim quamvis per se sanctissimorum rationes, quibus homines duci solent, pauci qui adsunt audiunt: soli canones leguntur: disputationum argumenta privatim doctis persuadent. Itaque & conciliis, & scriptis eget Ecclesia. Christianismus nihil nisi doctrina est, bonorum bona, malorum mala. Alii canonibus contenti vivunt: alii non nisi rationibus. Equidem ut de me dicam de quo tu: tentassem, omnia jamdudum, cùm tamen adhuc nihil ne cogitatum quidem: sed jam tuorum illud pectus, quod sentio quàm sit (ut dicitis) fidum & pium, ut posthac faciam, cogit. Quinetiam, quòd non fecerim, ut te magis opinio fallat, gravissimum scelus duco: cùm multos remissiores fieri puto, quòd me nihil reportasse videant.

Et cùm nihil nisi illam ipsam spem possis objicere, quasi hoc unum sit confutandi eximium artificium, passim crebrius dicis, me non bonitatem causæ secutum, sed aliter sentire quàm scripserim. Tibi persuadeas velim, me tanta fide veritatem amplecti & colere, quanta (ut nostros omittam, quorum etiam nemini hac in re cessero) non tu quidem, (qui ut acutus

Source : BIU Cujas

& solers videare, eam violare soles) sed tuorum omnium optimus. Neque enim dubito esse multos, qui non affectu sed veritatis studio ducti, ab aliis apud tuos falluntur. Quæ citare solemus, ipsa per se satis docent, aliterne sentiamus, quàm scripsimus. Sed cur, ut hoc convicium tuum probares, à nobis falsò citatum aliquid non demonstrasti, cùm ne unum quidem locum notare potueris? Sed tu rectè ad tuos tantùm retinendos scribere principio libri tui contestaris: idcirco in omnibus hanc optimam refellendi præ te fers viam. Sed si veritas nos non commovisset, tuorum illa certè gloria commovere debebat. Eos enim ingeniosissimos appellare soletis, qui sunt quàm maximè hæretici. Quasi magnum ingenium, magnaque industria & virtus sit, extructa labefactare & demoliri, delere & abradere: nisi in cujusvis potestate esset, repentè ut hæreticus sit, etiamsi quàm maximè sit vecors. Si eam putassem asperam & difficilem viam ad doctrinam & ingenium, jamdudum flagranti discendi studio essemus eximii hæretici. Tuorum enim (ut audias causam quam tantopere requiris) scripta, ut nihil soleo contemnere, legimus studiosius, audeo dicere, & plura quàm tu. Mihi enim cum tuis apud nostros familiaritas & consuetudo (ut necesse cum multis versari) summa fuit, qui omnia genera librorum suppeditarent plus satis. Ex longa tamen lectione, & quasi peregrinatione Ulyssis non modò non pertraxerunt in sententiam, verumetiam post magnam animi molestiam omnino distraxerunt. Cùm enim rationes & testimonia, magis quam animorum affectus soleam aucupari, dum nihil quàm inflammationis, & acerbioris petulantiæ, & sophismatum; qualia ista tua) conserta omnia viderem, tum tardius quidem, aliquando tamen cœpit, cùm nihil discerem, me pœnitere laboris: nec potui committere, ut justo quasi dolore commotus illa non scriberem. Habes causam quam tam vehementer in libro tuo passim quæris. Quod antè feciſsem dudùm, si graviora aliqua esse putassem, quibus nos opponeremus. Postea alio me contuleram, sed tu me eodem detrusisti invitum quidem certè, Sed potius requirenda esset ex te tua. Sed jam placet hoc loco, narrare sermones quosdam non inutiles, ut ea nostra tibi sit exploratior. Me cogis: nominabo tamen, ut soleo, neminem. Cùm unus, qui ad tuos tandem se recepit, familiariter ostendisset historiam à se in Ecclesiasticos compositam, quam nunc audio apud tuos circunferri (multi enim libri hîc geniti, illic adolescunt) cùm multa aliter se habere dixissem, respondit: Omni arte cum istis improbis agendum est. Tum ego, At propter improbos non violandam veritatem censeo, cùm ne propter probos illis præstabiliores: ne amicos quidem: ut Philosophi etiam Ethnici in suis sectis sanctam veritatem dicebant: nec etiam odio improborum lædendi sunt probi. Ad hæc ille, ut erat vel sophista vel Philosophus: Finis, inquit, bonus est: sic in ordinem cogentur. Si mendaciis cogi in ordinem putas, respondi, hæc mendacia latere diutius oportet: nam si deprehendantur, ut facilè à doctis, lædes te & tuos, ut posthac nulla fides. Alia ineunda est ratio cogendi in ordinem, quàm mendaciis. Deinde tu finem bonum putas, furtum, injuriam, sacrilegium: quo illa spectant. Si in populares vel te ipsum illa nolles, quid ita in sacerdotium? Singulorum culpa, universorum aut dignitatis & potestatis non est. Mittamus, inquit, hæc: quandiu potero, clades afferam: latebunt quandiu poterunt: valebunt apud vulgus ista mendacia. Hæc ille unus è tuis, fortasse tibi cognitus. Si eò falsa adducunt tuos, veritas cur me non poterit? si eos privatum odium, cur nos honorum benevolentia, virtus, dignitas, publica quies? Sed quid ego quæro alios? Cedo, quid te excerpere leviora, graviora tot & tanta prætermittere, quæ in alio libro diximus, impulit? exscindere de Græcis: multa temere scribere, quæ ignorasti? Oppugnatores percontandi sunt qua spe oppugnent, non defensores. Horum enim partes æquiores sunt, semperque necessariæ, & juris naturalis. Nos defensores fuimus, & nunc iterum sumus: idcirco jureconsultorum proprio verbo duplicationem appellamus: duplicatio enim secunda defensio est in replicantem, ut ait Ulpianus. Abhorremus magis nihil, quàm ab accusatione etiam tui, cùm tamen tua non omnibus tandem satis tutò commisisti. Lacessiti tamen sumus abs te nimis graviter. Interea stultissimos semper judicabo eos, si nobis, qui periculum fecimus, & multis optimis & clarissimis, qui eadem ferme de se testantur, in quibus Alciatus, credere nolint, si à tuis illis fallacibus rebus & scriptis ita facilè se eludi patiantur: sed ad antiquitatem, ne ludant operam, se conferent: qua ipsa veritate eludant ipsi tuos.

Postea in quibus quamvis prope ludicris rebus versandum est: quod nobis post graviora æquo animo permitti debet, cùm isto præsertim tanto Patrono, qui unus omnium doctissimus delectus est, sese ut opponeret. Eum tanti faciunt sui, ut hic liber ipsius non solùm separatim excusus, tum publicè apud suos vulgatus, tum apud nostros clàm disseminatus fuerit: sed cum eo etiam Lutheri, & multi multorum libri: qui sacra oppugnarunt) qui exposi jampridem exoleverant) magno sumptu typis contexti, ad nostros aliquot ab hinc dies pervenerint. Qua in re plurimum sibi ejus homines obesse videntur: quòd istam ignorationem, dum in isto tantam non sentiunt, tantopere ostentent & venditent, nisi earum fortasse rerum quas iste in nobis reprehendit, quasque in se summas esse volunt, in nostris ne mediocres quidem. Nam se summos dialecticos, oratores, & Philosophos non solùm affirmant, sed adjurant vehementius. Idcirco à multis eis creditur. quanquam non paucos eruditissimos viros cognovimus, qui eis ne crederent etiam juratis authoritate Aristotelis, Platonis, & aliorum philosophorum impediri se dicebant: quòd eos viderent excerpere leviter satis multa, à multis antea dicta: ad veram tamen doctrinam prope nihil: videri enim quàm esse ducunt potius. At nostra non est illa philosophandi, vel judicandi de eis facultas. In nullo enim genere Philosophiæ sumus excellentes, cùm nec Philosophi quidem: cùm tamen iste quædam, quæ diximus ad Philosophiam & alias disciplinas revocet, necesse est tentare nosmetipsos, ex his quæ jamdudum obliti sumus (nec enim discendi nunc tempus datur) si possumus ad hujus tanti viri tam excelsam Philosophiam non permeare, quidem, sed quodammodo pervenire Si tamen succubuerimus, non propterea fiet causa deterior. Ea enim philosophis, Grammaticis, Dialecticis, Sophistis, vel fuco & fallaciis rhetorum non eget: sed sola per se veritate quæ historicorum, Jurisconsultorum, integerrimorum & clarissimorum virorum, & conciliorum monumentis & testimoniis continetur. Est enim tota facti, ut omnis Christianismus. Idcirco & de ea tota jam diximus: nam ista nunc ad nos tantùm. Vafros illos non quæsivimus: sed iste quærit quo in genere, & si multa me peccasse fateor (si veritatis studio illa artificia negligere peccare sit) nihil tamen quod iste reprehendat: nec enim ubi non peccaveris, fatendum est. Experiamur igitur: nihil prætermittemus: non quòd permagni mea referre putem, sed quòd ad controversiam quodammodo pertinere videtur intelligere, quàm temere omnia ab iis, qui sibi eruditissimi videntur, reprehendi soleant: ut si ignorent quæ sibi & suis putant esse propria, quantò magis illa gravissima remotissima ab eis videbimus (quod etiam sæpe ex multis doctissimis viris audivimus, quod antea vix credebamus) an eorum eruditio magis specie quadam & arrogantia, quæ eos impedit, quo minus discant, contineatur: ut de Gorgia

Source : BIU Cujas

apud Platonem scriptum extat. Sciebat enim omnia, idcirco discebat nihil : Socrates sciebat nihil, idcirco discebat omnia. Quare adeò sunt eruditi, ut nostros (ut iste principio libri sui) Balaamitas appellet.

Dixi primas concedi Petro. Reprehendit, & ait : Hoc loco Rufus non incautè, & incallidè ut videtur à genere locutionis Ciceronianæ paulisper deflectit. Intelligebat enim si primas dicere voluisset, se bis turpiter in limine, ut aiunt, offensurum. cum enim primæ deferri dicantur histrionibus aut comœdis, nec reverentiæ neque potestatis ratio ducitur. Cùm ergo tam familiaris videri vis Ciceronis, cur, cùm scriberet ad Brutum de oratore, non diligenter istud ejus observabat : Primas sequentem honestum est in secundis & tertiis consistere ? nam in Poëtis non Homero soli locus est : nec Aristotelem deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Quòd primas appellavit, id postea amplitudinem. Plato & Homerus erant fortasse histriones : vel Hortensius, cùm de eo dicit, Primas in causis agebat Hortensius : & in libro de natura Deorum de Veleio. Ad eum ex nostris hominibus primas deferebant : ad Brutum nihil crebrius. Et quia Theologum te dicis, Mausonius Episcopus histrio erat apud Hieronymum in Luceferianos. Ei, inquit, primæ deferebantur. Et si Græcos desideras, Themistocles Græciæ Princeps (ut in Academicis Cicero ait) apud Plutarchum tamen histrio erat, quod πρωτεῖα ejus esse dicat, id est, primas vel primatum. Et Gregorius Nazianzenus ad Cæsarium de fratre suo, qui in summo erat loco apud Imperatorem, conjungit ista τὰ πρῶτα καὶ πρωτεῖα : & paulò pòst ait ἐκ ἔχων τὰ πρῶτα τῶν ἐπὶ γῆς, id est, non habens primas in his terris. Basilius in Epistola ad Occidentales de sapientia, idem Græcè dicit. Rationem nunc didicimus ex te, quòd scænica ars sit.

At ait Donatus & Asconius : ita dicunt. Illis certè credendum est, quia docti sint : sed Ciceroni magis, quia doctior. Quanquam nec illi negant : sed vocabuli metaphoram docent. Nam principis etiam nomen à scænicis ortum est, à primis capiendis. Quod etiam Cicero in Verrem indicat. Ergo Principes, tua sententia, comœdiam agunt ? est illa quidem comœdia, sed vera tamen. Quanquam non magnopere etiam mea refert, quibus verbis solus Cicero utatur. nam ut dicebat Antonius, non unus delectat Cicero, sed Fabius, Piso, Lentulus, L. Murena, & Brutus. At ego multò in omnibus rationem magis oblectare, quàm verba arbitror. Duo Cicero postulat, ut Ciceronianus sis. Nam, ut audimus, tu cum tuis magnopere in eo elaboras, quid dicas, & quomodo. Illud ingenii est & doctrinæ, nec à Cicerone petitur : sed, ut ipse ait, ab Academiæ spatiis, & disciplinarum officina : quod tibi deest. Alterum ex Cicerone eloquentiæ parente meritò discitur, ex quo excerpis quidem verba, sed dum tua vis calamistris inurere, illa male accommodas. Jam pueri in ludo Ciceroniani sunt, inani verborum sonitu.

Dixeram in eo loco, quoniam de Primatu agitur, de vi vocabuli mihi cum Molinæo prius conveniat oportet, ne ad nomen magis quàm ad rem exposita sit oratio. Atque, ut omittam alia, quæ de priori & primo à Philosophis traduntur : primus tribus potissimum modis ad rem accommodatis dicitur, &c. hisque Pontifices primos esse : & me confutaturum quæ contrà Molinæus afferret. Hanc distributionem putat syllogismum esse. In ipso quidem (inquit) syllogismo tacere vitium non possumus : & ab una significatione in alteram demigrat. Ignorat dicendi artifex divisionem syllogismum non esse, ut satis disputat Aristoteles ἀναλυτ. πρωτ. 6. Caret enim eo quod μέσον appellat : quantò minus de orationis totius distributione vocisque distinctione ? nisi Hortensius, cum (ut ait Cicero) partiretur ad digitos quibus de rebus dicturus erat, simul argumentaretur. Et si hæc distributio argumentatio est, cur oratores eam ab argumentatione & confirmatione in partibus orationis separant ? Sed ita fortasse quamvis teneas præcepta, usus tibi est difficilior.

Postea ait, Potestate autem primum appellari aliquem, quibus tandem testibus probas ? Nomina quos vis, etiam ipse te. Principes & magistratus num omnibus anteponi tibi videntur ? Ætate non semper : qua ergo in re ? anne potestate ? Idcirco ἀρχαὶ, vel ἄρχοι, & ἄρχοντες à Græcis dicuntur, quod ad primi significationem refertur ut Latinè à primis capiendis Principes dicti sunt. Decaprotis, apud Arcadium jureconsultum de muneribus. qui Decemprimi in actionibus Ciceronis in Verrem vocantur, vectigalium exigendorum nullane potestas ? nec quicquam poterant illi primi vel primarii civitatis, Græcè etiam dicti, qui ejecerunt Paulum, in Actis Apostolorum. cap. 25. & 28. Sed tua interest hoc defendere, ne potestatem Primates ullam videantur habere, ut antea dixisti. Sed Paulus ad Colossenses 1. capite tibi repugnat : Christum enim τὸν πρωτεύοντα esse ait, id est primatem. ἵνα (inquit) γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων. id est, ut sit ipse in omnibus primas. Habes de illis omnibus testem locupletissimum Aristotelem in libro τῶν μεταφυσ. ε. qui tibi cumulatissimè satisfaciet : & præterea vulgus primos potestate, & authoritate, dignitatéque Principes dicit.

Hoc loco, inquit, Rufe, teneri te fatearis necesse est : ut enim Verres, quamvis re vera primi & in prima provincia Sicilia prætoris, successor fuerit, nequaquam tamen primus omnium Prætorum vel Asiæ, vel Macedoniæ, vel Galliæ dici potest : ita Julius II. si maximè primi, & in prima Ecclesia Episcopi successor sit, non tamen primus omnium Episcoporum appellari poterit neque tempore, neque potestate, neque dignitate, neque ullo alio potestatis genere. Si me teneri, ut ais, necesse est, quò tandem poterimus evadere ? num rogandus eris ut pro tua clementia juves ? sed tu inexorabilis es, ut video. nec te egemus. Asiæ & Galliæ primus Prætor Verres non fuit, neque successor primi : cùm enim Prætor non fuerit Asiæ, quomodo erit primus, vel successor primi ? sed Siciliæ Prætoris primi successor erat : ita Petrus non Ethnicorum, & hæreticorum primus Episcopus fuit : neque enim Episcopus eorum, sed gregis Christi, & Ecclesiæ primus, cùm potestate : quia tota ei à Christo commissa, & in eo fundata : tum tempore : quia antea nulli, nec tantopere. Non tenemur certè ut ais : sophismata jamdudum nobis tenuissima sunt vincula : ut istud tum non simplex, sed triplex (idem enim multis modis vitiosum esse potest) τὸ παρὰ συμβεβηκὸς, καὶ τὸ παρὰ ὁμωνυμίαν, καὶ παρὰ παράλειψιν ἀμφισβητουμένου, id est, ex accidenti, ex significatione, & prætermissione ejus, quod facit causam. Nam non disserimus de hoc vel illo, quem accidit esse Episcopum, sed de toto genere, id est, non de personis, sed de potestate aliis quasi per manus tradita jam inde à Petro. Neges oportet, si velis quàm maximè obesse, Petri successores : aut Petri illam summam potestatem & Episcopatum, qui est is ipse de quo disseruimus. Quæ quæstio, cùm facti sit, ut omnis Christianismus, non potest, nisi testimoniis explicari. Quare aut testimonia afferenda, aut in re vetusta tacendum tibi, & tuis non ita pridem natis. Postea ait.

Chrysostomus homilia 3. ad populum Antiochenum, & homilia 17. Antiochiæ scribit : Contigit, inquit, primùm Antiochiæ appellari Christianos. Sine eo ea de re acta sunt Apostolorum capite 11. ut tu nimis diligens sis theologus qui procul à fontibus consecteris rivos : quinetiam Hierosolymis prius erant, licet non appellarentur : imò verò in mari vel littore, vel unde Petrus vocatus à Christo, tempore, honore, & potestate præstitit & præfuit. ubicunque ille erat, erat semper primus & summus : nisi diceres in littore vel muris Christianismum & potestatem hærere non personis. Sed tu putas Petrum, ut mœnibus Romanis inclusit se, ita potestatem suam. Christus tamen dixit ei. Quicquid ligaveris in terris. Non dixit, intra pomœrium Romanum : deinde cœlum, cujus claves ei dedit,

Source : BIU Cujas

dedit, Romæ non est, ergo potestas latior. Sed quid disputamus? Imperatores cum Romam ingrediebantur, num amittebant provinciarum imperium? vel cùm in Palatium aut domũ se recipiebant, aut in triclinium quidni cæterarum partiũ urbis, vel ædium jus? nisi ita ridicula esset, esset acuta ista philosophia tua.

Dixi jam, Rufe, aliquoties mihi in animo esse, simpliciter tecum & apertè disputare. Quare melius erit tuam argumentationem planius explicare. Petrus tempore primus fuit Apostolorum: Petrus Romæ fuit Episcopus: ergo ejus successor primus tempore omnium Episcoporum. Hæc tua, Rufe, argumentatio, quam negare omnino (quamvis multa manifestè neges) non potes: non eò tamen minus erit veritas eruditis hominibus perspicua. Non semper igitur tu simpliciter & apertè: sed (ut ais) aliquoties: captiosè igitur aliàs semper. Licèt multa ignorem, non tamen usque adeò ignarus sum, ut argumentationes meas ita ad perpendiculum dialectices malè, ut tu, exigam: neque enim quod est in conclusione assumptiones continent: sed ita conficere debuisti post illas assumptiones tuas, Ergo quidam Apostolorum primus fuit Romæ Episcopus: quod ipsum verum est. sed tu dialecticus, jureconsultus, & ænobatis verbo tenus non re ipsa videri vis. Fuge gloriolas illas: occupant enim animum tuum, ne discas. In omnibus scriptis tuis Phormio videris apud Hannibalem. Quòd autem tibi videar in credendo paulò durior, tui in causa sunt, propterea quod eos viderem permultos fallere: errare autem, & labi, & temere credere semper turpe duxi.

In Oriente & Græcia prius fuit Ecclesia, quàm Romæ: ibi enim fateris notum & prædicatum fuisse Christum, quàm Romæ: Ecclesia autem nulla sine Episcopo, id est, Ecclesiaste & concionatore. Ergo prius in Oriente & Græcia Episcopus, quàm Romæ: ob eamque causam Orientis Episcopus (veluti Antiochiæ) primus omnium Episcoporum. Assumptio probatur ex relatis. quia nomen Ecclesiæ ex eorum numero est, quæ mutuò conferuntur. Ecclesia autem & Ecclesiastes, ut cõcio & concionator inter se conferuntur. Quid tum, si prima Ecclesia in Oriente, primus tamen Episcopus venit Romam, ubi mortem obiit, & reliquit successores. Vis istud conficere, Episcopum fuisse prius in Oriente argumento à relatis: nam relatum Episcopi, quod est Ecclesia, fuit prius in Oriente: cujus relatum prius in aliquo loco est, ipsum quoque in eodem. Quod istud nisi verum sit, omne illud tuum ingentes ruinas edet. Relatum quidem unum sine altero ipsum per se simplexque esse vel intelligi non potest: sed non quale quantumque, neque ubi unum, ibi alterum taleque aut tantum. ut si pater vel Episcopus sit in triclinio, aut ægrotat & sedet, non idcirco filius vel Ecclesia: hæc enim accidentia sunt. Quin etiam si illud ipsum verum esset, jam nullum relatum haberemus: quia rebus omnibus idem vel in eodem, in quo alterum nullum esse vix potest. Quocirca Aristoteles ῥητορ. β. hoc genus argumenti infirmum esse docet: sed explicatius jureconsultorum tituli, ne filius pro patre. uxor pro marito. & id genus alii, ut non doctè confeceris patrem, maritum, colonum, creditorem, & similes obligatos esse, quòd filius, uxor, dominus, debitor obligatus sit, sine illis tamen isti esse simpliciter non possunt. Quo in genere versantur innumerabiles leges: imò verò vim hujus argumenti totum ipsum jus inquirit. Idcirco Aristoteles illo in loco cavendum admonet, ex eo facilè in sophisma incurramus. Tu tamen, egregie Philosophe & jureconsulte, non cavisti sophisma quod Aristoteles postremis verbis libris τοπικ. β. & σοφιστικ. ἐλέγχ. appellat τὸ πρὸς τὸ ἁπλῶς εἰ κατὰ τὶ καὶ πῆ. Atque ut hoc planè intelligas, per Antistrophon vertere sic tua quis potest, si dicat propter quòd Episcopus primus Romæ fuerit, Ecclesiam fuisse: ut tu de Ecclesia ad Episcopum: quod ipsum per se falsum. Idcirco veritatis studiosis fugiendæ semper istæ fallaces conclusiunculæ, quibus isti perturbant res humanas: tantùm antiquitas diligenter investiganda ejusque solius habenda ratio: ut cùm Christianismus tot seculis vivat, iisdem ipsis modis semper vivat. Mos antiquus (inquit concilium Nicænum, & alia omnia) firmus esto: nos tantùm de antiquitate agimus: idcirco nihil sine testimonio. Si majores nostri primùm mutassent quadrata rotundis: deinde alii atque alii alia vertissent, abrogassent ut isti volunt. Quæ amabo jam ab illis ad nos certa lex? quis mos? ubi tandem Christianismus? Si atomi Epicuri sunt primordia rerum, jam istud quidem fatendum est, Christianismum ut omnia, constare ex atomis: sin minus, qui fieri potest ut tot innumerabiles inter ipsos, tamque discrepantes sententiæ, ut nusquam cohæresçant, nisi ad publicam perniciem? sint Christianismus, sint Ecclesia, sint adversus barbaros robur, sint quies & tranquillitas reipublicæ, salutis aliqua firmitudo, certa spes, certa via. Si tu mihi jubeas hac iter facere, illac alter, alius atque alius sursum, deorsum: qua tandem obsecro via pergam? Itaque semper omnem istorum conatum & versutam dialecticam hoc uno conciliorum consilio & lege infringamus oportet. Mos antiquus firmus esto. Si dicant se habere Evangelium, habemus etiam nos, si ita explanandum: mos antiquus ex scriptis veterum explicabit, non ipsi neque nos nuper nati: denique cogamus eos ad veterum monumenta. Tum danda est opera, eis ne temere credamus. Vetustatem ut jam istum, & alios intelleximus, repetunt jam inde usque ab antiquissimis somnii sui temporibus. Idcirco nunc dialectices opem implorant, nec quicquam citant, aut falso sæpius, membratimque quasi immanes dilaniant scripta, atque discerpunt. Quinetiam ut audio jam effingere incipiunt libros veterum nulli testatos: tanta est probitas, fidum pectus hominum, atque religio ut fallant vulgus. Idcirco conviciis afficiunt eos, qui modestissimè, ne fallant, de rebus disserunt.

Dixi non existimandos non esse qui dici nolunt, cùm multis hoc confirmavi, tum Pompeii exemplo, qui Imperator dici nolebat devicto Domitio. In eam rem, ut est vulgatissima, citavi neminem, sed hæc post adjunxi: Nec prius (ut ait Plutarchus) Magni cognomen agnovit, quàm longo usu & consuetudine, &c. Negat Plutarchum tale quiddam de Imperatore scribere. quod nec nos diximus: sed tantùm de Magni cognomento. Et verba ut semper depravat. Scripsi Drusum quæstorem in provincia nullo voluisse uti lictore aliisque quæstoriis insignibus. Negat quæstores fasces habuisse. Hoc, inquit, quàm magnum est, procuratio minima, quæ neque sellam habebat, neque jus imaginis, neque agendi cum populo potestatem, neque hospitia, denique quæ vix magistratus erat digna nomine fasces non habuit. Cogimur in homine doctissimo eruditionem desiderare. Desiderabis igitur in Cicerone in Verrem actione 4. Quæstores, inquit, utriusque provinciæ, qui isto Prætore fuerunt, cùm fascibus mihi præstò fuerunt, & in Epistolis de Plantio quæstore, Simul ut me Dyrrachium attigisse audivit Plantius, statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abjectis, veste mutata profectus est. Nec fascibus, ut ais, sed lictore non uti voluisse dixi. huic autem lictori tu das fasces, nullum ratus lictorem sine fascibus. Quidni bacilla? quæ sola lictores nonnulli habebant, ut is Cicero testatur in Rullum. & si dixissem fasces, Cicero me defendit, & te ita reprehendis ut cum summa insciția videri volueris doctissimus. Minimam procurationem fuisse ais: imò verò, ut non magnopere, sed maximopere omnibus in rebus simus semper adversarii, erat post præturam maxima, ut idem actione in Verrem prima, sociumque prætoris quæstorem fuisse, filiique loco, docet. Nullam inquit nequa justiorem ne-

que graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm conjunctionem sortis, provinciæ, officii, muneris publicam societatem. Quare nec Prætorem accusare poterat repetundarum, ut tota illa actione contendit: quinetiam Verres nisi unà cum Quæstore suo rationem referre se non oportere dicebat actione tertia. nervorum reipub. & belli, quæ vectigalia & pecuniam publicam pro lege Manilia esse dicit, quorum hic potestatem & custodiam haberet, tu minimam procurationem putas? Quæstores sortiebantur provincias, ut Prætores: ut pro Murena ait, & Ulpianus de officio Quæstoris: estque pervulgatum. Quocirca quæstora comitia apud Livium passim leguntur Atque quæstoria ad Prætoram solebat esse via, ut apud Tacitum cùm passim, tum libro II. legi potest. & quod quasi consortium summi imperii in provinciis esset. Quæstores sæpe numero duces belli erant, ut Drusus pater Claudii Cæsaris, inquit Suetonius in Claudio, in quæsturæ prætura que honore dux Rhetici, deinde Germanici belli Oceanum Septentrionale primus Romanorum ducum navigavit, transque Rhenum fossas novi immensique operis effecit, quæ nunc adhuc Drusinæ vocantur. Quas ob res ovandi jus, & triumphalia ornamenta percepit. Tacitus libro 3. Curtius, Lupus quæstor, inquit, cui provincia veteri ex more obvenerat, is disposita classiariorum copia ceptantem conjurationem dejecit. Origo quæstoribus creandis antiquissima est (ut ait Ulpianus, de officio quæstoris) & pene ante omnes magistratus.

Dixi Vitellium Augusti & Cæsaris cognomen, Cæsarem regis, Augustum domini, repudiasse: pertinacem Augustam uxorem, & filium Cæsarem, Antoninum se dominum appellari passum non esse: neque Alexandrum Imperatorem Romanum, magnum salutari. Quid tum, inquit, an erant hoc ipsum quod dici recusabant? Eò venit doctrinæ & judicii, ut demonstrandum sibi postulet, Imperatores, in quos lege regia lata imperium omnisque potestas collata esset (ut scribit Ulpianus de constitutionibus principum. & Strabo libro ultimo, & Tacitus libro primo) dominos fuisse ac magnos, tum etiam Cæsares & Augustos cognominatos. Si hi qui omnibus præsunt magni non sunt, ii qui nullis, erunt maximi?

Doceas, inquit, oportet Gregorium universalem Episcopum fuisse priusquam illius cum istorum recusatione compares. Num tibi satis ostendi ex ipsis Gregorii verbis (nam cùm objicerentur verba ejus, ex ejus sententia & verbis respondendum fuit: tametsi nolebat appellari, nisi servus servorum) principem tamen se Episcoporum propter Petri summam dignitatem acriter defendere. Quid igitur tu ad illa omnia? leviora attingis firmiora fugiens: hæc est ars eximia scriptorum tuorum.

Objiciebat Molinæus capita quædam ex Gratiano, quibus Pelagius & Gregorius Pontifices universales Episcopos appellari prohibent, quos Græci œcumenicos dicunt: dixi à Pelagio & Gregorio universale intelligi solum & singularem, ut ipsi sese explicant, multisque eorum ipsorum locis hoc comprobavi: nam cùm Græci οἰκουμενικοὺς ab οἰκουμένης id est orbe terrarum dicant, universalem Episcopum intelligebant quasi unum solum orbis terrarum. Ad sententiam & interpretationem illorum, quæ sequenda est cùm de scriptis eorum agatur, nihil respondet sed jactat suam dialecticen, & ait. Quid? id pueri in ludo ex præceptis dialectices cognoscunt, cùm universum dicimus, quia partium cum toto comparationem significamus: veluti si quis dicat, universus orbis in tres partes dividitur, ad Categoriam, quam πρός τι appellant, cogitatio refertur, id est ad relationem, cùm dicimus eundem esse singularem ad quantitatem. Quare cùm universalem Ecclesiam sive καθολικὴν nominamus, ad partes, id est, singulas provincias, diœceses, præfecturas respicimus. Cùm singularem unam, simplicem, solitariam, tum ad quæstionem quot sint Ecclesiæ, mentem animumque referamus. Dicis ergo universale vel universum esse πρός τι. singulare verò quantitatis: quare singulare & universale categoriis distinguis. Si igitur pueri in ludo, ut ais, hoc cognoscunt, mirum erit, quòd tu in tuo vel scholis tuis ignores. Nam quis Philosophorum non modò puerorum unquam dixit, singulare & simplex esse categoriæ quantitatis? Si quantitatis est, non rectè à Græcis omnibus, præsertim passim ἄτομον, id est, individuum appellatur. omne enim quantum, per se dividuum, & nihil nisi quantum dividi potest. Et si quantitas sit Categoria ejus, necesse erit esse vel multitudinem, vel magnitudinem, vel tempus, vel orationem: hæc enim traduntur genera quantitatis, ut ab Aristotele & interpretibus ejus in κατηγ. non est tempus neque oratio: neque enim habet partes orationis vel temporis: non est multitudo vel multa. unum enim tantum, quod singulare dicitur, non est multa: necesse esset esse magnitudinem vel magnum quiddam, aut quantum non erit. At quamplurima sunt singularia & simplicia quæ nullam magnitudinem habent, ut unum in numeris, punctus in lineis, momentum in tempore, atque id quod Græcis: præsertim Aristoteles in Metaphysicis elementa, minima & simplicissima ex quibus cætera prodeunt, quæ ipsa non sunt per se quidem quanta: sed principia quantitatis. Quantitas ergo non est categoria, id est, genus singularium, quia si genus, omne singulare quantum esset. Species enim quàm genus non patet latius: & categoriæ nihil nisi genera sunt rerum. Nec singularem quantitatem vel universalem magis dicunt Philosophi & vulgus, quàm qualitatem, locum, tempus, actionem, passionem, & omnium maximam substantiam. Quocirca Aristoteles in categoriis & Metaphysicis ait singularia potissimum & esse & dici οὐσίαν? id est, substantiam, ex quo maxima controversia ejus non cum pueris, ut ais, ut omnium acutissimus & gravissimus liber Metaphisicorum docet. quare nec mirum si quæ fortasse ignores, contemnis. Universale categoriis distinguis, quasi sis Platonicus, qui præter singularia universalia putes: universale enim categoriæ τῆς πρός τι, id est, relatum ponis, non item singulare. Si igitur universale relatum est, ad quod refertur? anne ad singularia? Universale enim singularium est universale: anne retro vicissim singulare universalis alicujus erit singulare? Genus speciem, & species singularia, quæ Græci τὰ καθέκαστα vel ἄτομα appellant, respicit: nec nisi mutuo complexu quid sint, cognosci possunt. Idcirco Aristoteles in libro φυς. ἀκροασ. α. cùm volumus aliquid scire, oportet, inquit ἐκ τῶν καθόλου εἰς τὰ καθέκαστα προϊέναι, id est ab universalibus ad singularia progredi. Universale autem est duplex, genus & species: ut Aristoteles ait ἀναλυτ. πρωτ. α. Illa accommodari possunt eidem, ut dicimus universale animal, genus vel speciem significantes: & singulare animal, hoc vel illud. Postremò unum & multa sese mutuò spectant. Aristoteles enim (hunc tibi producimus, quia Philosophorum princeps est, ut solemus in aliis principes cujusque disciplinæ: omitto ejus interpretes) in libro τῶν μετὰ φυς. ἀντικείμενα καὶ πρός τι esse dicit, id est, opposita relataque: si ita, ergo singulare & universale: hoc enim multa, illud unum: non igitur categoriis distrahenda, ut facis, sed ejusdem utrumque, quippe cujus erit singulare, illius item universale, contraque, & cujus est species, ejus ipsius genus aut categoria genus non est, & res aliquid essent extra genus suum, cùm tamen sint prorsus nihil; ut retro vicissim universale, quod est genus vel species, nihil etiam est

Source : BIU Cujas

præter singularia : nisi esses Platonicus qui ideas citra singularia esse putes, Sed vos certatis ex Aristotele : & quoniam iste cum suis Balaamitas nostros appellat, aliquid dicere de suis oportet, si post eruditissimos viros mihi istud liceat. Hujus enim summi Philosophi ignoratio, nescio quomodo effecit, ut me jam in aliquo numero reponere audeam, non quidem Philosophorum, sed eorum qui in Philosophia pridem versati sunt. Nostrorum scripta est veram doctrinam semper anteposuerim, quia minimè arrogantes, cùm esse magis quàm videri studeant. Res penitus ingrediuntur, isti contrà flosculis quibusdam undique collectis, ut singulares videantur, tantùm affluant sibi & aliis odores quosdam Philosophiæ. & quod valde juventuti pernicioſum, suas de religione sententias infarciunt : ut magis hujusmodi libris perturbent & noceant, quàm ullo alio scriptorum genere. Præclarè consulerent religioni Ecclesiæ id est consensionis præfecti, quorum ea est & esse debet cura & propugnatio pro tantis Ecclesiæ in se meritis, officiis, cultu, & observantia, pro eaque gratia, quam ei referre debent, si in eos qui apud illos illis in rebus Philosophiæ tanti apud vulgus sunt, ut eis in rebus sacris quasi Pythagoris credatur : quæ tamen ab eis tam procul absunt, quàm sunt illæ disciplinæ, quibus in scholis famam compararunt, excitarent etiam multos mercede & præmiis qui eorum ignorationem ex intima Philosophia, & disciplinas facilè possint ostendere. Neque enim deficiunt Ecclesiam præstantissimi quique, qui minimè arrogantes tantos quidem istorum spiritus non ostentant, viribus tamen pares & superiores : torpent præclara ingenia. Cùm ab Hannibale Romani, vexarentur in Italia, hæc una ejus expellendi & profligandi via optima visa est, si in Africa patrio solo & laribus ipse vexaretur. quare Scipio trajiciens mare, excidit Carthaginem mali caput, tum paulò pòst Hannibal desiit esse Hannibal : ita isti Pithagoræ oppressi in sua disciplina, ex qua concepta arrogantia adeò feroces in aliena invadunt : quæ cum tota antiquitas ante oculos ponenda sit, infinitam prope lectionem desiderant historicorum, jureconsultorum, theologorum, & conciliorum, ante discent quàm ita temere leges hominibus imponant : nec eis dicetur quod Pythagoræ, sed quod à Menedemo Terentiano, Tantumne ab re tua ocii tibi Chreme, aliena ? ut cures potius quam tua. Sed de re nostra agamus hoc est de universali Episcopo : alia est enim ratio & significatio, nec enim ipsum illud universale intelligitur de quo modò, quodque Græci τὸ καθόλου appellant, καθολικὸν, quod de singularibus dicitur, sed id quod œcumenicum : istam ipsam vocem Græcam Gregorius & Pelagius interpretantur solum & singularem, seque dicere solum Episcopum qui ita se nominaret. Nomen, inquit Gregorius, cæteris derogatur, dum unus solus Episcopus vocari vult : tu negas ita accipi, quid igitur non respondes ad verba eorum ipsorum quorum verba objiciebantur quæ tot & tanta recitavimus ? Sed ea dicens de quibus modo disserebamus tuo in omnes etiam clarissimos nostræ ætatis petulantiæ genere, impudenter ais: Nos istam sophisticem in hac ipsa nominis interpretatione quasi belluam in cubili suo mactemus. nondum in tua ipsa quamvis provecta ætate, didicisti modestiæ leges : erant tibi fortasse discendæ aliquando: tua eruditio sola arrogantia continetur. Nam cùm dicitur universus orbis, vel universalis, quem Græci οἰκουμένην, vel οἰκουμενικὸν appellant, an plures orbes significantur ? cum item œcumenicus vel universalis Imperator, an plures Imperatores. Si non plures, quid igitur calumniaris, quòd Gregorius ipse universalem Episcopum ita explicet : in meque es contumelioſus, quòd ejus verba recitarim ? Postea non rectè accommodas locum Cypriani ad Quirinum, qui de sententia liberè in concilio dicenda verba facit, non autem de uno solo Episcopo. Quinetiam Petrus, inquit, super quem fundavit Ecclesiam Christus, tamen liberè dicenti sententiam Paulo non restitit. qua de re diximus in alio libro, numero 26.


Nec video, inquit, cur Pappa duobus p. scribi debeat ut Rufo placet : cùm Suidas Syracusanos unico usos testatur. Cùm Molinæus de nomine disceptaret, recitavi ex Suida & Cælio Pappam Græcè Patrem significare, ducique à πάππος repetita voce & litera per anadiplasiasmum : ex eoque ipso Suida dixi Syracusanos Papam uno p. appellare, sed ut intelligeretur origo nominis : neque de nomine contendendum. Tu nunc idem ipsum inculcas & observas ex concilio Carthaginensi Aurelium Papam dictum : ex Hieronymo Augustum. quod item Molinæus, & plura alia: nam si commune erat cognomentum, quid ita etiam non ex nomine Episcopi, presbyteri, sacerdotis, Diaconi. Paulus enim Sacerdotes Diaconos appellat in Epistola ad Corinthios. Si ostentare tuorum tantam eruditionem volebas, Sydonius Apollinaris unus pro omnibus antiquissimis tibi citandus erat, qui infinitos propemodum Episcopos appellat Pappas : ita Pappæ infiniti erant. Apud Epiphanium passim : atque alii apud Socratem : quod ociosarum rerum studioſi est docere : imò verò presbyteri, Pappæ Abraham supplicavit, inquit in actione quinta Constantinopolitanum concilium secundum : & actione 7. Calcedonensis, interrogetur (inquit) Pappa Eutiches. Hic autem presbyter tantùm erat. Sed quàm sit hæc de hoc vocabulo disputatio ociosa docebit Nausicaa filia Regis Alcinoi apud Homerum Ὀδυσ. ζ. ante omnes Episcopos. Et Christianismum annis amplius mille quadringentis πάππα φίλ' εἴκ' ἀΐ, &c. Id est, pater amantissime. Grammaticorum est ad vocabula quasi ad saxum adhærescere : vis atque potestas rerum est. Sed ut comprimantur ea studia quanquam hoc curioſi hominis, jam placet affirmare audacius, commune quidem omnium fuisse Episcoporum, sed autonomasticos Romani. Basilius Magnus in Epistola ad Meletium Antioch. Epis. Scire te volo, inquit, fratrem Anthimium elegisse Faustum, qui est apud Pappam: & Epis. elegit. Sydonius Apollinaris, cùm ad quamplurimos Episcopos scribat, nomen adjungit, Sydonius Pappæ Lupo salutem. Sydonius Papæ. Pragmatico salutem: Sydonius Papæ Leontio salutem : totus denique liber sextus & septimus refertus est. Cùm verò ad Romanum, libro 6. Sydonius Papæ salutem (nec addit nomen) Ego quoque (inquit) ad Apostolatus tui notitiam accedo, &c. In concilio Vasensi secundo quod Gallicum est, & coiit anno 450. canone 4. Et hoc nobis visum est, ut in omnibus missis, sive matutinis, sive quadragesimalibus, & quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper Sanctus, Sanctus, Sanctus dicatur eo ordine quo ad missas publicas (erant ergo, ut id præteriens dicam missæ privatæ, quod tui novum institutum dicunt in suo libro quem confessionem appellant quæ est omnium, eorum) dici debeat : quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiamsi die, noctuque possit dici, fastidium non poterit generare. & hoc nobis justũ visum est, ut nomen domini Pappæ, quicunque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur. In concilio Calcedonensi, actione 7. Sanctus & beatissimus Pappa, qui Episcopatum sancti & venerabilis Maximi Episc. Antiochenæ Ecclesiæ confirmavit, justo satis judicio, ejus meritum approbasse videtur. Ætas Sydonii an. Christi 480. Basilii Magni Archiepiscopi Cæsarienſis Cappadociæ in Asia, 355. Tui tamen docti historici, qui Chronica non effingunt, scribunt grandioribus literis, Pappatus à Phoca initium sumpsit : cùm neque nomen neque potestas tum primùm, sed semper antea.

Sequitur ex eodem Cypriano, Episcopatus unus est, cujus à singulis in solidum pars tenetur. Hæc verba Rufus obscura esse dicit, & multas adferre posse dubi-

Source : BIU Cujas

tationes, non modò Philosophis, sed etiam jureconsultis, qui statuunt duos in solidum dominos esse non posse. Quid? existimabimus jocari Rufum, qui cùm utriusque juris doctor scribatur, & in senatu Parisiensi Patronus: tamen in re tam facili ac pervulgata pueriliter hallucinetur. Duo (inquit) ejusdem rei domini in solidum esse non possunt: Quid est hoc, Rufe? tibine illa Jurisperitorum vexata ac nobilis disputatio de dividuis & individuis ignota est? Quid? servitutes cujusmodi sunt, ignoras? an via itineris, actus aquæ ductus plures in solidum esse possunt? Satisne hospes & peregrinus in istis locis tyrunculis ipsis tritis ac pervulgatis in L. viæ itineris. D. de servitutibus. L. Hæredes. §. an ea. D. familiæ herciscundæ. l. 2. l. 4. §. Cato. l. stipulationes non dividuntur. D. de verborum obligatio. utrum igitur per ludum & jocum hoc te ignorare fingis? Non jocor certè, in his præsertim rebus, sed soleo agere seriò. nec, si velim, opus est jocis meis: tua enim satis præbent, sunt enim ridicula. Ignoramus quidem multa, sed tamen non illa, quæ ante 17. ætatis annum & didicimus & disputavimus. Sed doce obsecro docte jurium doctor (sed tu non te doctorem, sed jureconsultum vocas, cùm tamen ut audio (ego enim non te novi consuli non soleas contra legem Corneliam de falsis) ubi traditum legisti, partem illarum servitutum, sive rusticorum prædiorum, sive urbanorum à singulis hæredibus teneri? Cyprianus Episcopatus partem dicit teneri: quomodo accommodabis? An igitur unius partem teneri, est unius partem non teneri? hæc conjungi necesse est, si illud de servitutibus ad locum Cypriani pertrahere velis. Concilia, amabo, ista inter se mutuò aliquo fœdere certo: Pars servitutis non tenetur, ergo individua, pars Episcopatus tenetur, ergo dividuus: dividua igitur & individua eademve? At illud de dominio, quod tibi alienum videtur (cùm tamen non magis quàm quod de Tribunatu dicis) facilè conjungi poterat: Ut unius rei pro parte plurium esse potest: ita Episcopatus, quem scribit unum, pro parte plurium: sed quia unum in solidum dicit, & præterea indivisum paulò antè dixerat, Episcopatus unus est, inquit, & indivisus, cujus pars in solidum tenetur: idcirco subjunxit: Si indivisus est, qui fieri potest, ut pars à singulis (ut ait) teneatur? Si pars, quomodo in solidum: ista enim sibi adversari videntur, indivisum esse, & partem teneri: atque partem teneri, & in solidum teneri. Et si in solidum sit pars, quæ & quanta ista pars: hoc reconditum & obscurum dixi. Num igitur nunc tibi etiam videtur, cùm illud, quod putabas, nihil eò pertineat? Est tamen pòst nobis expositum, quod tu, ut graviora omnia, taces. Interea si quid posthac tu & tui, quod scribere velitis de his rebus, habeatis vos vehementer etiam atque etiam rogo atque obsecro, pro animi moderatione, & modestia non solùm Christiana, cùm Evangelio nihil magis jubeatur, sed Ethnica etiam jureconsultorum veterum, qui tantùm absunt à linguæ fœditate, atque ita solent leniter reprehendere, ut sæpenumero interpretibus videantur non reprehendere, id sine omni petulantia & contumelia, sed quàm modestissimè fieri poterit, fiat, conabimur satisfacere. Procacitate, nulla major potest esse virtus aut laus, quàm sit, quæ est maxima, cetariorum, fartorum & mulierc[illegible]arum in foro: quæ in eo genere solent excellere. his rebus (dicebat Demosthenes conviciatori cuidam) facilè vinci me patiar: nam cùm me viceris, Lanii te vincent. Quare illud ipsum à vobis & nobis non modò non expetendum, verumtamen quàm maximè fugiendum, cum honestas ita postulat: præsertim in literatorum & eruditorum numero vos reponatis. Quare vulgò præstare vos oportet. Vale, & ut debes, nos ama.

FINIS.



Source : BIU Cujas

JOANNIS DE SELVA

JURIS UTRIUSQUE

DOCTORIS,

QUONDAM IN SUPREMA PARISIENSI CURIA
Consiliarij & tandem, ut alij existimant, Primi Præsidis
Tractatus de Beneficio.

CVM NOTIS CAROLI MOLINÆI, GALLIÆ
& Germaniæ Iurisconsulti.

ET QUIBUSDAM ADDITIONIBUS CELEBRIS
in magno Regis Consilio Advocati, praxis
beneficiariæ peritissimi DOM. JOLI.

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

ILLUSTRISSIMO
ET AMPLISSIMO VIRO DOMINO
HIERONYMO DE HACQUEVILLE.
EQUITI, SENATUS PARISIENSIS
PRINCIPI INTEGERRIMO.

CUM in animum induxissem, (Illustrissime Princeps Senatus,) *perutilem Domini Joannis de Selva Lemovicensis Juris utriusque Doctoris Senatoríque Parisiensis meritissimi Commentarium, quem olim de re beneficiaria conscripsit, iterum in lucem edere, & eum Librum brevibus aliquot notis à Carolo Molinæo celeberrimo Galliæ & Germaniæ Jurisconsulto fuisse illustratum intellexissem, quæ extabant in Bibliotheca Reverendissimi Domini Joannis de Montchal Doctoris Theologi tunc Sancti Amantij Antistitis, nunc verò dignissimi Tolosani Archiepiscopi, pro ea qua est præditus humanitate ab eo impetravi, ut illas notas transcribi, & ex mea Officina Typographica in publicum prodire pateretur cum novis additionibus percelebris & antiqui cujusdam in magno Regis Consilio Advocati praxis beneficiariæ peritissimi. Hoc opus incœptum & perfectum est eo tempore quo Rex noster Christianissimus & Justissimus Ludovicus decimus tertius te ad amplissimam hanc primarij Præsidis dignitatem, videlicet meritorum tuorum mercedem, evexit, in qua, ut semper antea in prioribus dignitatibus fecisti, pergis unicuique jus suum æqua lance reddere, & majorum tuorum vestigiis inhærens nefas esse ducis in administranda Republica, ne tantillum quidem à recto Justitiæ tramite deflectere: attamen omnes miram in te comitatem & urbanitatem extollunt & suspiciunt; Quapropter sperare audeo tibi non ingratum fore, ut Librum hunc illustrissimo nomini tuo voveam, dedicem atque consecrem. Quod facio libentissimè, & quantum possum te obtestor, ut quemadmodum Tractatum de Beneficio Domini Joannis de Selva diversis temporibus pluries excusum sine istis Notis & Additionibus, & primùm Illustrissimo Cardinali Domino Georgio d'Amboise Apostolicæ Sedis Legato Archiepiscopo Rothomagensi, deinde Reverendissimo Archiepiscopo Lugdunensi Domino Francisco de Rohan Galliarum Primati olim dicatum, illi summi Archipræsules placido & sereno vultu susceperunt, nunc eundem auctum & meliori forma editum in tuam tutelam benigne velis recipere, & adversùs malevolorum calumnias tueri. Bene vale Præses integerrime. Lutetiæ Parisiorum Calendis Martiis anno reparatæ Salutis.* 1628.

Source : BIU Cujas

IN TRACTATU DE BENEFICIO D. JOANNIS DE SELVA.

PROOEMIUM.

PAULUS Apostolus ad Romanos 1. Divina voce scriptum reliquit, se cunctis Gentibus, Græcis, Barbaris, sapientibus, & insipientibus esse debitorem : & Dominus ipse per os Prophetæ inquit : quia mihi non reddidistis decimas & primitias in fame & penuria maledicti estis. Quod dictum omni admiratione dignum interpretans divinarum litterarum Antistes Hieronymus in c. revertimini. 16. q. 1. monet unumquemque in horreum Domini cibos afferre : hoc est, Scripturæ alimenta populo prædicare. Quamobrem me magis Prophetæ, imo ipsius Domini imperio quàm sponte mea ad scribendum offero : etiam Propheta sanctissimus ; Prope est dominus invocantibus eum. Idcirco Deum corde & animo invoco ut aperiantur cataractæ cœli, ut effundatur pluvia spiritualis, ut abundantia rerum omnium in me sit. Igitur ego Jo. de Selva jurium Doctor natione Gallus Lemovicensis aggredior hunc Tractatum de Beneficio : qui habet materiam bonam, largam, utilem, quotidianam, fertilem, & favorabilem : ideo alto studio & summo ingenio est discutienda, prout latè est sparsa per jus positivum. Opportunum autem duxi eam in unum tractatum reducere, & quæstiones in variis locis sparsas in materia beneficiali hoc inserere : ut quærenti detur facilis aditus. Quem præclariori intelligentia dividam in quatuor partes : ad denotandum hominem esse compositum ex quatuor elementis, sine quibus clericus non potest vivere qui beneficium vult habere. c. non debet. de consan. & affi.

In prima parte videndum erit quid sit beneficium, & de ædificatione ipsius.

In secunda parte, qui Prælati beneficia possunt conferre.

In tertia parte quibus beneficia sunt conferenda.

In quarta parte de residentia aut non residentia, & de dispensatione ipsorum. Et primò aggredior definitionem Beneficii : & sic primam partem hujus Tractatus.

TRACTATUS PRIMÆ PARTIS DE BENEFICIO.

QUÆSTIO I.

1. *Beneficium quid est.*
2. *Beneficium quot modis definiatur : & qualiter in quatuor consistit beneficium. num.* 8.
3. *De beneficiis Ecclesiasticis qui provideant.*
4. *Beneficium Ecclesiasticum non confertur nisi clerico.*
5. *Beneficium ut dicatur Ecclesiasticum quæ requirantur. num.* 8.
6. *Beneficium est purè conferendum, & non pro commodo temporali.*
7. *Pensio si assignetur super tali beneficio an dicatur beneficium.*
9. *Beneficij secunda descriptio.*
10. *Beneficij appellatione non comprehenditur beneficium Curatum.*
11. *Beneficium an indistinctè tribuat gaudium capienti.*
12. *Beneficij collatio facta à Prælato an quandoque potius debiti solutio dicatur quam benevola actio.*

CIRCA igitur primam partem Tractatus præsuppono quòd omnis quæstio debet à definitione proficisci : ut inquit Cicer. in primo lib. Offi. & l. omnis definitio. ff. de regul. jur.

1. Quæro primò quid sit beneficium. Et respondetur quod est benevola actio tribuens gaudium capientibus. ut d. text. valde not. & à toto mundo celebratus in c. 1. in quib. cau. amit. feu. in usi. feud. quam definitionem approbat & simpliciter sequitur dom. Abb. Panor. summus Canonista in c. 1. in penult. not. de commer. Idem etiam dominus Abbas simpliciter

sequitur

sequitur in c. ad audientiam. in ultimo notabi. de præscript. Istam definitionem approbat Polyanthea in titu. de Beneficio. Ita etiam tenet & approbat Ange. de Clava. in sua Sum. in titu. de Beneficio. ubi addit quòd ista definitio comprehendit omne beneficium non solùm ecclesiasticum, sed etiam temporale & dicit Pet. de Ancha. in c. beneficium. de reg. jur. in 6. prima col. ver. venio ad quæstionem. quod beneficium in genere definitur: ita videlicet quòd est benevola actio gaudium tribuens capienti. allegat d. c. primum. §. in primis. in quibus cau. feu. amitta. in usi. feudo. ubi feudum etiam appellatur beneficium, ut in pluribus rubricis in usibus feudo. patet in titu. quæ fuit prima cau. bene amitten. & de beneficio fœminæ.

2. Beneficium verò Ecclesiasticum secundum eundem Pet. de Anc. ubi sup. in quatuor consistit. Primò in habilitate & in persona quæ providet. Secundò in persona cui providetur. Tertiò in qualitate ipsius beneficii. Quartò in modo & in provisione.

3. Circa personam providentis exigitur quòd sit Episcopus vel Prælatus Ecclesiasticus. Ad laïcum illud non potest pertinere nisi ex privilegio Papali. de præben. c. dilectus. & in c. fi. de concess. præben. & quòd no. in summa. 6. q. 7. & in c. bene quidem. 96. dist. & in c. massana. c. sacrosancta. de elec.

4. Quoad secundum dicit idem Pet. quòd de beneficio non potest provideri nisi clerico. c. cum à Deo. de rescrip. c. ex literis de transact. c. 2. de insti. cle. quod contingit. §. ut ante. de religio. do.

5. Quoad tertium dicit idem Pet. quòd beneficium ut dicatur ecclesiasticum debet habere aliquid spiritualitatis annexum, vel cui annectitur. unde propter divinum officium datur Ecclesiasticum beneficium: ut c. fi. de rescrip. in 6. & c. si quis sacerdotum. 81. dist. item quia perpetuum est quo ad eum cui confertur. & hoc est propriè beneficium Ecclesiasticum. 70. distin. c. sanctorum. & not. de fil. presby. c. veniens.

6. Quoad quartum requiritur ut provideatur purè & sine pacto, vel conditione, & non pro commodo temporali: alias committitur simonia. 1. c. sanctorum. & 1. q. 2. c. quam pie. & 1. q. 3. c. si quis salvator. & de simo. c. consuluit.

6. Si igitur prædictæ conditiones concurrunt non est curandum quo nomine nuncupetur: utrum beneficium præstimonia pensio vel alio nomine, ut dicit c. salvator. 1. q. 3. quandoque tamen etiam confertur aliquid non in titulum Ecclesiastici beneficii: sed in stipendium ut magistro præbendam conferunt. c. quòd nonnullis. de magi. allegat idem Petr. & Goffre. & Compost. in c. postulasti. de rescrip. & in c. quamvis. de præben. lib. 6.

8. Patet igitur quòd quatuor requiruntur ut beneficium dicatur ecclesiasticum & canonicè collatum, scilicet habilitas ex parte conferentis, & cui confertur. Item qualitas tali beneficio inhærens. Item forma sive modus, in collatione servandus. His ergo concurrentibus beneficium Ecclesiasticum est censendum. allegat idem Pet. Jo. And. in c. in nostra. in 5. q. de rescrip. & cum his transit idem do. Pet. de Ancha.

9. Alio modo magis strictè definit Bart. Princeps Legistarum in l. si finita. §. ex hoc edicto. versi. ulterius inducitur. ff. de dam. infect. dicens quòd illud quod non est contra jus commune meritò appellatur beneficium, & cum illa definitione simpliciter transit. Sed ista definitio non placet mihi: quòd non evacuat bene naturam definiti, quòd per illam definitionem sequeretur, quòd omnes contractus, videlicet emptionis, venditionis, locationis, pignoris, fidejussionis essent beneficium. quòd non est verum, quod non sunt contra jus commune: tamen dicta definitio Bar. intelligitur in materia privilegiativa in qua illud quod Princeps non concedit contra jus commune: vel tertii est beneficium, & sic ampliſſimè interpretandum. c. olim. de verb. signi. Sed quo ad materiam nostram magis placet prima definitio, quam etiam approbat dominus Abb. Panor. in c. olim. super glo. fi. de verb. significa. & ibidem dominus Abb. subdit quòd propriè beneficium dicitur liberalitas quædam seu gratia concessa sine alterius præjudicio præter jus commune: ut quando Princeps concedit aliqua jura ad se spectantia, illud propriè dicitur beneficium, & non privilegium: & illud debet largissimè interpretari: quia solum præjudicat concedenti.

Sed ista definitio concordat cum definitione Bart. quam supra retuli, quia tunc beneficium transit in unam speciem descendentem à genere beneficii: videlicet in materia privilegiativa, quia tunc in illa specie referendo ad ipsum principem propriè dicitur liberalitas: & sic amplè interpretatur. d. c. olim. de verb. sign. c. cum dilecti de dona. cle. auditor. de rescrip. & sic illud beneficium differt à privilegio: quia privilegium appellatur quasi lex privata: quia est contra legem communem. c. privilegium 3. distin. & appellatur beneficium: quia tribuit gaudium ei cui conceditur. no. in c. 1. & 2. de filiis presby. in 6. facit gl. in c. ordinarii. de offi. ordi. in 6. gl. in c. 1. in verbo, noscatur de constit. in 6. glo. in c. fi. de transla. Episcopo. & dicit dominus Abb. in c. ad aures in 2. nota. de pœn. quòd beneficium dicitur benevola actio gaudium tribuens petenti.

Item prædictæ definitiones non satisfaciunt mihi ad materiam subjectam istius tractatus: quod solum intendo hic prosequi de beneficio Ecclesiastico, & non de omni beneficio tam temporali quàm Ecclesiastico: & sic habent locum prædictæ definitiones in genere generalissimo.

Alio modo potest definiri dicendo quòd beneficium est illa utilitas sive benevolentia quæ provenit ex commodato. ut est text. in c. 1. de commu. Tamen licet ista definitio sit vera in se quoad suam speciem, non evacuat naturam definiti quoad beneficium Ecclesiasticum.

Ideo transeo ad aliam definitionem quam ponit Alex. Papa III. in c. cum liberum de sepult. ubi no. quòd illæ oblationes quas curati vel religiosi recipiunt pro sepultura concedenda, appellatur beneficium. Tamen ista definitio est nimis stricta, quæ non evacuat bene naturam definiti: sed solùm evacuat unam speciem beneficii Ecclesiastici provenientem ex sepultura. ut dicit c. cum liberum. c. cum certificari de sepul. cle. dudum. eo. tit.

Quare venio ad aliam definitionem quam ponunt Inno. & Host. in rubri. & in c. relatum de præb. & digni. dicentes quòd beneficium sive dignitas Ecclesiastica est quædam præeminentia in gradu quem quis habet in Ecclesia. Ista definitio non satisfacit: quia solùm refertur ad unam speciem beneficii, videlicet ad speciem dignitatis.

Ideo venio ad definitionem quam ponit Pet. de Ancha. post Guil. in c. 2. de statu Mona. dicens, quòd est quædam præeminentia quoad forum contentiosum gradum tenens: tamen ista definitio non evacuat naturam definiti: ut no. dominus Abb. in c. de multa. de præb. quòd licet quis non habeat præeminentiam in foro contentioso dicitur beneficium. c. fi. de præb. & digni. not. in c. cum in illis. in prin. de præb. & digni. in 6.

Nunc venio ad aliam definitionem quam ponit Hosti. in rubri. de præben. & digni. dicens quod beneficium sive præbenda est jus percipiendi proventus in Ecclesia competens tanquam uni de collegio. Ista etiam definitio non convenit in duobus. Primò in hoc quod dicit in collegio, quia licet quis non recipiat proventus in collegio & in Ecclesia in qua non sit collegium potest dici beneficium. no. in c. fi. de præben. & in c. cum dilecta. de excess. prælato. facit. c. cum de beneficio. de præben. lib. 6. cle. ne in agro. §. cæterum. de statu Mona. Secundò, ista definitio

Source : BIU Cujas

etiam reprobatur in hoc quòd dicit proventus in Ecclesia, quia licet quis percipiat proventus in Ecclesia per modum pensionis non dicitur beneficium Ecclesiasticum. c. quamvis in primo de præbend. & digni. in 6.

Meritò venio ad definitionem quam ponit Archiepisc. Florenti. in tertia parte suæ Summæ tit. 1. d. c. 1. §. 1. dicens, quòd beneficium sive præbenda est redditus deputatus sive assignatus deservientibus clericis in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis in officiis. Ista definitio etiam non satisfacit in hoc quod dicit in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, quia propriè beneficium non est in Ecclesia cathedrali. ut notant Docto. per illum tex. in c. fi. de præben. & digni.

Venio ad aliam definitionem quam ponunt Summistæ in rubrica de præben. & digni. dicentes, quòd beneficium simplex est illud quod non habet curam animarum: tamen ista definitio non convenit, quia licet quis habeat curam animarum, dicitur habere beneficium ut no. in regula beneficium de regulis juris lib. 6.

10. Ideo venio ad aliam definitionem quam ponit Archiepiscopus Floren. in tertia parte suæ Summæ titu. 1. d. c. 1. §. 2. dicens, quòd beneficium dicitur illud quod habet curam animarum: tamen ista definitio non satisfacit, quia licet quis non habeat curam animarum, dicitur habere beneficium: imò propriè & in materia stricta beneficium curatum non comprehenditur in c. cum in illis. in princi. de præben. & digni.

Ego autem assignarem aliam definitionem juxta materiam subjectam in beneficio Ecclesiastico, dicendo hoc modo: quòd beneficium Ecclesiasticum est benevola actio proveniens ex proventibus Ecclesiasticis & Deo dedicatis per habentem potestatem & auctoritatem gaudium tribuens capienti juxta notata in c. ad hoc. de religio. domi. & in c. inter dilectos. de donatio.

11. Si quis vellet dicere quod beneficium non tribuit gaudium capienti: sed tristitiam & crimen & onus accipit, non gaudium c. multi. 49. dist.

Respondeo quò illud habet locum quando quis malè & sine titulo sederit in beneficio: quia injuriam tunc facit beneficio, secus si juste: quia tunc honorem accipit d. c. multi. 49. dist. ad hoc facit c. qui Episcopatum. 8. quæstione prima. ubi dicit textus quod bonum opus desiderat qui Episcopatum desiderat.

Item etiam opponeretur quòd non est beneficium: sed solutio debiti: nam ex necessitate ordinarius tenetur illa beneficia conferre: & sic videtur quòd non est benevola actio, sed potiùs debiti solutio c. inter cætera. de præben. facit cap. 2. de concess. præben. & c. licet. & quasi per totum. de supplen. negligen. prælato. c. ne pro defectu. de electio.

12. Ad istud respondeo & dico, quòd Prælatus in conferendo generaliter referendo solum ad suam jurisdictionem illud potius dicitur debiti solutio, quàm dicatur benevola actio: quia ex necessitate sui officii illud tenetur facere: alias malè facit: & sic habet locum: & debent intelligi jura in contrarium allegata. Si verò nos loquamur in conferendo isti vel illi, dicitur uti liberalitate quadam: licet enim teneatur conferre: non tamen isti vel illi unde liberalitas: & sic beneficium est in conferendo uni, & sic habet locum nostra definitio. Ita specialiter tenet dominus Abbas in c. relatum. in 4. no. de præben. & digni. & sic referendo ad personam cum confertur, dicitur benevola actio: & sic habet locum nostra definitio per c. beficium. de reg. jur. in 6. & cap. cum in illis. in prin. de præben. in 6. c. fi. de præben. cum aliis. simili. & dicitur beneficium liberalitas & meritum, à quo beneficiati vocabantur milites: qui numeris beneficio vacabant: sicut è contrario maleficus dicitur: id est pernicios̃us, unde maleficæ mulieres dicuntur incantatrices, & maleficæ arbores, & maleficæ herbæ, maleficæ serpentes, ut notatur in lib. qui vocatur Cornucopiæ: & dicit Lucanus de beneficio celeres gratiæ dulciores: si autem tardaverit omnis gratia vana neque diceretur gratia. Et Ausonius, Gratia quæ tarda est ingrata est: gratia namque cum fieri properat, gratia grata magis si bene quid facias, facias citò. Nam citò factum gratum erit, ingratum gratia tarda facit: noli in malum virum beneficium conferre: est ac si in mari semines. Et de ista materia vide in Polyanthea in verbo beneficium: & ad plenum in verbo, de amore proximi: & beneficium dicitur quasi bonum dans, & alimentum beneficiato præbens: juxta illud quod clerici vivere debent de patrimonio Christi. cap. cum secundum Apostolum. de præben. & c. cleros. 21. dist. cap. duo sunt genera. 12. quæstione prima.

QUÆSTIO II.

1. *Beneficiorum quot sunt genera.*
2. *Beneficia quæ nobis tribuit Deus non possumus compensare*
3. *Beneficia tria sunt specialia quæ à Deo recepimus.*
4. *Benemeritus seu beneficiatus à Deo vix altero quid habeat cogitare.*
5. *Homo quid habeat cogitare ubi peccavit.*
6. *In beneficio conservationis attendenda sunt quinque.*
7. *Diaboli astutia.*
8. *Beneficia Dei tot sunt quot vitæ momenta.*
9. *Homo debet Deo regratiari pro flagellis sibi illatis ab ipso Deo.*
10. *Beneficia variare diximus à creaturis rationabilibus.*
11. *Homo non potest reddere æquivalens Deo, magistris & parentibus, tamen recompensandi sunt in eo quod fieri potest.*
12. *Benefacientibus reddi dicitur æquivalens secundum naturam beneficii re aut verbo secundum qualitatem personarum.*
13. *Ingratus esse non dicitur pauper qui facit id quod potest: vel si non potest re, saltem verbo.*
14. *Beneficii compensatio debet fieri secundum affectum benefacientis: & an in compensationem debeat plus conferri.*
15. *Obligamur Deo propter quatuor.*
16. *Deus quomodo pro redimendis peccatoribus septies fudit sanguinem suum.*
17. *Animæ infirmitates sunt septem pro quibus Deus nobis constituit septem medicinas.*
18. *Homo nascitur in peccato, & debet cogitare quanta Deus sibi remisit, num. 2.*
19. *Mors peccatorum pessima est: & quomodo non est major pœna in mundo ipsa morte à qua non Deus liberavit cui non possumus reddere æquivalens, num. 14.*
20. *Anima cujuslibet est de nihilo creata.*

Source : BIU Cujas

21. *Deus est omnium dominator & omnia facit propter hominem, & subjecit pedibus ejus. Et quare eum variis rebus in hoc mundo dotavit. num.* 23.
22. *Homines beati quomodo antecellent angelos in paradiso & quomodo habent in paradiso duplicem glorificationem.*
24. *Vasallus quod beneficium habet à domino.*
25. *Beneficium quod dicitur assignatum in contractu depositi.*
26. *Beneficia Ecclesiastica quæ sint.*
27. *Papa an appelletur Pontifex ante consecrationem ut possit beneficia conferre, vel possit nomen suum in bulla exprimere ante coronationem.*
28. *Beneficii appellatione an veniat Patriarchatus & Papatus, num.* 27.
29. *Beneficii appellatione an veniat Archiepiscopatus.*
30. *Beneficii appellatione an veniat Episcopatus.*
31. *Electus confirmatus in Episcopum nondum consecratus, an appelletur Episcopus aut electus. Beneficia an possit conferre electus confirmatus, nondum tamen consecratus. num. seq.*
32. *Episcopi appellatione an veniat electus. num* 31.
33. *Beneficium an sit cardinalatus.*
34. *Cardinalis an quis possit dici ex sola pronunciatione ut pro Cardinali possit se geri. Et quomodo solum esse debent in Ecclesia.* 24. *& quomodo Cardinalatus est quantum beneficium Ecclesiæ & post Episcopum. num.* 33.
35. *Abbatia secularis est sextum beneficium Ecclesiasticum.*
36. *Dignitas est septimum Ecclesiæ beneficium: & qui dicatur habere dignitatem in Ecclesia, num. seq. &* 50.
37. *Dignitas quid sit. num.* 43.
38. *Vicarius Episcopi non dicitur habere dignitatem in Ecclesia.*
39. *Officium quid sit, & qui dicantur habere officium in Ecclesia, & an appellatione dignitatis veniat officium* 37. *&* 41. *& in quo inter se differant, q. seq. num.* 13.
40. *Dignitatis appellatione quandoque non comprehenditur Episcopatus.*
41. *Personatus & officium an differant.*
42. *Dignitas tribus signis potest dignosci.*
44. *Beneficium Ecclesiasticum octavum est parochialis Ecclesia.*
45. *Beneficium dicitur præbenda & canonia.*
46. *Beneficium dicitur personatus & officia.*
47. *Beneficium seculare quod sit, & an sit illud quod non habet curam animarum, num.* 48.
49. *Abbatia an sit beneficium regulare, & an differat ab Episcopatu, num.* 50.
51. *Abbas quomodo præfertur clericis constitutis in dignitatibus secularibus, & Archidiacono cathedralis Ecclesiæ, nu.* 52.
53. *Abbatis tenens locum ut prior quando dicatur habere in Ecclesia privilegia ipsius Abbatis.*
54. *Abbas an quis dicatur ante benedictionem ubi est electus in Abbatem & confirmatus ut possit beneficia conferre.*
55. *Prioratus conventualis, vel claustralis, aut regularis est unum de beneficiis Ecclesiæ.*
56. *Monachatus est de beneficiis Ecclesiæ.*

QUæro secundò quot sunt genera beneficiorum?

1. Et potest responderi quod tot & tanta sunt quæ Deus tribuit nobis ut retribui vel recompensari non possint, juxta illud: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? ut Psalmo 15. Signanter autem dicit Propheta, retribuitur, non conceſſit: quasi præsupponendo nos aliquid prius fecisse Domino, vel dedisse unde retribuit.

2. Sed quid Domino Deo nos retribuimus vel fecimus unde sua beneficia largiretur? certe nihil nisi malum & peccata cum quibus nascimur. In hoc apparet magna Dei bonitas & benignitas erga nos: quia cum ei tribuerimus & fecerimus mala, ipse pro malis retribuit bona scilicet beneficia, ut no. Guil. in summa virtutum, ubi dicit quòd tria sunt genera beneficiorum quæ tribuit & dat Dominus: Primò generalia: secundò specialia: tertiò singularia. De primis scilicet generalibus dicit Ber. Fratres, agamus gratias actori nostro Redemptori & remuneratori nostro: primum nobis præstitit quòd nos ipsi nati sumus: adjecit etiam unde subsisteremus qui jam eramus: faciamus, inquit, hominem ad imaginem nostram Gen. 1. c. & paulò pòst. Ut idem homo præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis terræ Gen. 1. c. Attende etiam tertium opus redemptionis tuæ. Idem fecit te Deus tuus: fecit tam multa propter te: factus est ipse tecum caro una: te quoque faciet, secundum spiritum unum.

3. Beneficia verò specialia sunt tria, s. expectationis, justificationis, & conservationis. Primum est beneficium expectationis, quo Deus patienter peccatores expectat ad pœnitentiam. Unde Esa. 3. c. Expectat vos Deus, ut misereatur vestri: & ideo expectabitur partiens vobis. Et moderatio Dei ac pietas solum nostrum reditum quærit: ac nos cupit sua longa bonitate salvari cap. Diaconi. 93. distinctio. Et notandum quòd circa unumquodque eorum beneficiorum aliqua sunt attendenda, ut cognoscatur magnitudo Dei.

4. Circa primum debet homo cogitare quotiens meruerit ut tempus pœnitentiæ sibi auferatur quotiens mortaliter peccavit hoc meruit: quia peccator indignus est vita cum ingratus sit auctori vitæ. Job. 3. c. quia vita ipsa putabantur indigni.

Secundò debet cogitare quam proximus fuerit quandoque amissioni vitæ seu damnationi: tanto enim misericordia est gratior: quanto pœna proximior est quam paratur. Si enim qui suspendendus est jam laqueum haberet in collo: majus beneficium reputaret si tunc liberaretur. unde debet cogitare si quando fuit in periculo mortis dum in statu erat damnationis quo inisset si in illo statu decessisset & quid promeruit apud Deum ut Deus ei pepercerit. Proverb. 5. c. Funibus peccatorum suorum constringitur impius: quibus scilicet suspendatur in inferno. unde Esai. 38. c. legitur. Tu autem eruisti animam meam ut non periret.

Tertiò debet cogitare quam pretiosam rem Deus ei commisit quando tempus pœnitentiæ ei dedit. pretiositas temporis ex hoc perpenditur: quia in momento temporis potest homo lucrari regnum æternum. ut legitur de illo latrone cui Christus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. juxta illud, Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Psal. 31. & c. dixi. de pœ. dist. 1. & Deus non despicit cor contritum & humiliatum c. sacerdotum de. pœ. dist. 1. & illis qui sunt in inferno plus valeret momentum temporis in quo agerent pœnitentiam quam tota massa auri quæ est in

Source : BIU Cujas

mundo, unde Seneca: Nulla major jactura quam temporis: peccator autem ut tam pretiosa abusus est: unde Job. 24. c. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abusus est eo in superbiam.

Quarto debet cogitare quam malè meruisset ut res causa pretiosa ei conferretur: qui magnum tempus sibi prius datum in contumeliam ipsius Dei concedentis expenderit. Unde Aug. Non est dignus dandis, qui non est gratus datis.

Quintò debet cogitare qualiter eum Deus sciebat esse usurum tanto beneficio. In hoc enim est cumulus divinæ misericordiæ: quod licet Deus sciverit eum usurum tanto beneficio pro magna parte in contumeliam Dei: non dimisit tamen propter hoc dare illi, ut legitur ad Roma. 2. c. an ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.

3. Circa secundum beneficium, scilicet justificationis, debet homo cogitare à quibus vinculis Deus liberavit eum. Tot enim vinculis est peccato ligatus, quot peccatis est irretitus: & sunt adeo fortia ista vincula, quod nec etiam per mortem quandoque solvuntur, & solus Deus potest ea disrumpere seu solvere non aliqua creatura. Unde non parum debet homo esse gratus Deo: quem Dominus ab hujusmodi vinculis, quibus captivus ducebatur ad infernum liberavit quod in se recognoscens Psal. 115. ait ad dominum. Dirupisti vincula mea, &c.

4. Secundò debet cogitare quot & quanta Deus ei dimisit: Pro quolibet enim mortali peccato reus erat mortis æternæ. Si quis enim esset reus temporali morte, quæ momentanea est: nonne pro dimissione illius paratus esset illi servire toto tempore vitæ suæ? Quid ergo faciendum est erga Deum pro dimissione mortis æternæ: quæ etiam uni mortali debetur? Unde Augustinus cui dictum est, Naviga ne submergaris. & distulit cui dictum est: Labora ne moriaris: & piger fuit. Levia jubet Deus, ut in æternum vivamus: & ut obediamus negligimus.

Tertiò debet cogitare ad quantam dignitatem Deus eum elegit quando eum justificavit. Elegit enim eum Deus ad regnum æternum. Unde Apostolus ait ad Roma. 3. c. Ut justi facti & hæredes sumus per gratiã Dei.

Quartò debet cogitare in quo statu Deus eum elegit: hostis enim tunc erat Dei & indignus etiam pane exercens inimicitias peccatis suis, unde Deutero. 32. inquit: Moyses invenit eum in terra deserta. i. in statu à gratia derelicto, & in loco horroris, scilicet meriti æterni damnationis & vastæ solitudinis idem magnæ obscuritatis mentis, in qua habitabant variæ feræ peccatorum.

Quintò debet cogitare quot Dominus reliquit quibus tale beneficium justificationis non præstitit, imò in peccatis suis perire permisit. Psalm. 168. Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis. judicia. i. ad judicandum se, & discernendum peccata sua & puniendum: quibus judiciis homo justificatur.

6. Circa tertium beneficium videlicet conservationis attendenda sunt quinque.

Primò consideranda est difficultas standi quæ appareat specialiter in tribus, in lucifero, & primo parente, & Juda Christi discipulo. Lucifer enim cùm esset maxima arbor in paradiso Dei ad modicum ventum superbiæ in terram corruit. Adam cùm esset absque corruptione naturalium propter cohabitationem unius mulieris paradisum amisit; si potuit mulier ejicere eum qui jam erat in paradiso, non est mirum si eos impediat qui nondum in paradisum pervenerunt. Judas Scarioth cum esset sub tanto Pastore & Magistro & inter tales fratres, occasione tamen modicæ administrationis, cecidit & non adjecit ut resurgeret.

Secundò est intuenda pugnæ continuitas in qua sumus: ut legitur Job. 7. c. Militia est vita hominis super terram; ubi alia translatio dicit, Tentatio est vita hominis. Diabolus assiduè tentat ut saltem tædio vincat: mirari solent homines cum audiunt aliquem bonum cadere in peccatum: cum tamen continuè sit in pugna: sed potiùs mirandum est si aliquando non cadat.

Legitur in vitis Patrum, quòd quidam veniens ad Abbatem Theodorum dixit ei; ecce talis frater reversus est ad sæculum quasi de hoc admirans; cui ille respondit: non mireris, sed si audieris quod prævaluit, aufuge de ore inimici hoc admirare.

Tertiò est advertenda propria infirmitas: tanta est enim humana fragilitas, ut ad sibilum unius verbi dejiciatur ad aspectum seu erectionem oculi prosternatur: ut patet in David erga Bersabem. 2. Reg. 11. c. Unde Psalm. 34. Viæ illorum tenebræ & lubricum: non dicit vias per quas ducimus esse lubricas: sed ipsum lubricum.

7. Quartò est aspicienda impugnantis astutia & potestas. Job. 40. c. non est potestas super terram quæ ei comparetur; habet enim potestatem diabolus ordine naturæ super omnem materiam elementalem, & super corpus humanum, & potentias sensitivas, sed Dei virtute coercetur ne noceat quantum cuperet. De astutia ejus dicitur Gen. 3. c. Serpens erat callidior cunctis animalibus terræ. & Leo Papa in sermone ait: Pervigil iste hostes acrioribus pulsat insidiis quos maxime novit abstinere à peccatis.

Quintò est consideranda periculorum varietas: tot enim sunt pericula, quot cum quis vult unum effugere in aliud incidit: sicut aliquando volens vitare accidiam, incidit in levitatem & vanam lætitiam: & è contra, cupiens vitare vanam lætitiam, incidit in accidiam: & quærens quis vitare gulam & voluptatem incidit in indiscretionem & insensibilitatem, & sub specie discretionis labitur in vitium gulæ & dissolutionis. Unde Esa. 24. c. dicitur. Et erit qui fugiet à facie formidinis cadet in foveam, & qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo, fugietque à facie formidinis cum desiderans divinum judicium attenuat conscientiam, & nimis aggravans peccata sua ex formidine judicii, incidit in foveam desperationis: aliquando autem egrediens de fovea desperationis capitur laqueo præsumptionis: bene ergo dicere habet qui se videt à Deo conservari: quid retribuam Domino, &c.

Debet tertiò quilibet considerare beneficia sibi collata singularia & de singulis gratias agere: ut inquit Ber. Disce ad singula bona gratias agere, diligenter considera quæ tibi apponuntur ut nulla Dei bona debita gratiarum actione frustrentur.

8. Et primò considera, quia tot sunt Dei beneficia erga te quot vitæ momenta: per continuum enim defluxum homo consistit & vivit. unde & Paulus allegans dictum cujusdam Philo. in Actibus Apostolorum 17. c. inquit. Genus enim sumus Dei: in ipso vivimus, movemur, & sumus.

Secundò est attendendum ad opera naturalia interiora vel exteriora, ut intelligere, velle, memorare, videre, ambulare, & hujusmodi quæ omnia à Deo habemus. Unde Plato. Deum dico auctorem omnium naturarum, lumen omnium rationum, finem omnium actionum, sine quo nulla natura subsistit, nulla ratio discernit, nulla actio expedit. de singulis igitur eorum ut magnis beneficiis debemus gratias agere.

Tertiò est inspiciendum ad opera bona seu meritoria quorum omnium principaliter est ipse auctor: unde Esaias. 26. c. ad eum ait: Omnia opera nostra operatus est in nobis. & Aug. Cum coronat merita nostra, remunerat opera sua: quia scilicet ipse dedit virtutem bene operandi.

Quartò etiam de bonis temporalibus sive substantiæ, sive famæ, sive potentiæ, sive dignitatis gratias agere oportet cùm Dei beneficia sint, ut ait Salvator, cui multum collatum est, plus exigetur ab eo. Multo

Source : BIU Cujas

magis agendæ sunt gratiæ Deo de Sacramentis & doctrinarum documentis, & sanctorum exemplis, & miraculis quæ sunt magna occasio nobis proficiendi.

9. Quintò etiam in flagellis Deo est regratiandum. quod Job fecit dicens: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum, ut legitur Job primo cap. Sunt enim & ipsa Dei beneficia in salutem ordinata. Unde dicitur. 2. Macha. 6. c. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim ultionem adhibere magni beneficii judicium est: unusquisque ergo dicere potest illud Psal. Quid retribuam Domino, pro omnibus beneficiis quæ retribuit mihi? Et hoc quo ad beneficia quæ recipimus à Deo cui sumus grati, & gratias referamus de suis beneficiis corde, ore & opere recognoscendo, laudando & obsequendo. Sed etiam creaturis rationalibus à quibus recipimus varia beneficia.

10. Et primò Sanctis & Angelis bonis à quibus recipimus continuè multa obsequia secundum illud Psal. 9. Angelis suis mandavit de te ut custodiant te, & Ecclesia canit: hic est Michael Archangelus qui præstat beneficia populo. grati autem ad eos sumus si efficiamur ad eos, & assentiamus bonis incitamentis eorum, laudando, & honorando eos ut aliquid boni ut femina & hujusmodi faciendo ad honorem eorum.

11. Secundò grati esse debemus parentibus à quibus præcipua beneficia accipimus scilicet essendi, nutrimenti, & documenti. Unde Philo. ait: Diis, magistris & parentibus non potest reddi æquivalens. recompensandum tamen est eis affectu, & effectu in eo quod conferri potest, salva tamen propria salute: hoc tamen magis spectat ad virtutem pietatis. Istud etiam probatur per tex. juncta gl. in c. non satis. 86. dist. & in cap. cum Apostolus. de censi. ubi dicitur tex. quod parentes debent thesaurizare filiis. c. prædicator. 16. q. prima. facit etiam c. cum haberet: de eo qui duxit in ma. & ordine naturæ filius succedit patri l. ascripto. §. non sic parentibus. ff. unde lib. facit c. 2. cum sua glos. de conver. infide.

12. Demum utendum est gratitudine erga quoscumque nobis aliqua beneficia conferentes: & hoc sive sint in fœlicitate constituti & non indigentes, sive suam utilitatem beneficiis intendentes, sive etiam malè eis utentes, modo tamen adhibito; unde Apostolus primæ ad Corinth. ult. cap. In omnibus gratias agentes, scilicet de beneficiis benefactoribus, ut sentit Thomas secunda secundæ. q. 106. art. 1. 3. quia effectus naturaliter ad suam causam convertitur; unde Dionys. dicit primò capitulo de divinis nominibus. quod Deus convertit omnia ad seipsum tamquam causam omnium: semper enim oportet quòd effectus ordinetur ad finem agentis: manifectum est autem quod benefactor in quantum hujusmodi est causa beneficiati: & ideo naturalis ordo requirit, ut ille qui suscepit beneficium per gratiarum recompensationem convertatur ad benefactorem secundum modum utriusque. Et sicut dictum est de patre benefactore cui in quantum hujusmodi debetur honor & reverentia à filio eo quod habet rationem principii: sed per accidens debetur ei subventio vel sustentatio scilicet si indigeat; sic beneficiatus debet benefactori honorem & reverentiam: & cum indigeret secundum quod potest debet ei subvenire; unde pauper ingratus non est si faciat quod potest. Sicut enim beneficium consistit magis in affectu quam in effectu: ita recompensatio etiam beneficii magis in affectu consistit.

13. Unde pauper si opere recompensare non potest benefactori: potest tamen recompensare per gratiarum actiones, & laudem, & venerationem benefactori; hinc Seneca in secundo de Beneficio. ait: Qui grate beneficium accipit primam ejus pensionem solvit: quam grate autem ad nos beneficia pervenerunt, judicemus affectibus quod non ipso tamen audiente scilicet benefactore, sed ubique testemur, & secundum hoc in fœlicitate quantumcunque constitutis potest recompensari beneficium, saltem eos honorando & laudando secundum Philos. 8. Ethi. & aliis modis. Unde Seneca in quinto libro de Beneficio: Multa sunt per quæ quidquid debemus reddere etiam fœlicibus possumus fidele consilium assidua conversatione; sermo communis & sine adulatione jocundus. Indigentibus autem recompensandum est beneficiis collatis ab eis per subventionem si fieri potest: quia etiam à servo potest Dominus beneficium suscipere: & debet tunc ei gratus esse. Nam ut ait Seneca in tertio de Beneficio: Quamdiu servus præstat quod à servo exigi solet, ministerium est; ubi autem plusquam est servo necesse, beneficium est: ubi enim in affectum amici transit, incipit vocari Beneficium. Unde de quibusdam servis legitur suis dominis contulisse magna beneficia, exponendo se periculis mortis, & secundum hoc servis ultra debitum facientibus gratiæ sunt agendæ.

Ad eum etiam qui beneficium contulit extra suam utilitatem intendens gratum servo; diversimodè tamen, quia, ut dicit Seneca in sexto de Beneficio, multum interest utrum aliquis beneficium nobis det sua causa: an sua & nostra ille qui totus ad se spectat, & nobis prodest: quia aliter sibi prodesse non potest: eo idem loco habendus videtur, quo qui pecori suo pabulum spargit si me in consortium admisit si duos cogitavit. Ingratus sum etiam & injustus ubi non gaudeo hoc illi præfuisse, quod proderat mihi summæ malignitatis est non vocare beneficium nisi quod dantem aliquo incommodo afficit ad dantes insuper beneficia non eodem modo quo debent: sed cum contumelia vel tristitia debet haberi gratitudo: & simus erga eos quasi debito modo præstitissent. Nam boni animi est ut magis attendat quis ad bonum quod consideratur cum collatione beneficii, quàm ad malum quod reperitur in modo dandi. Si verò ille qui beneficium dedit malus est effectus: debet tamen sibi fieri recompensatio, ut dicit Seneca secundum statum ejus: ut scilicet ad virtutem reducatur si possibile sit: si autem sit insanabilis propter malitiam, tunc alter est effectus quam prius erat: & ideo non debet fieri recompensatio beneficii sicut prius: & tamen quantum fieri potest salva honestate memoria debet haberi præstiti beneficii secundum Philos. 9. Ethico.

14. Cum autem recompensatio beneficii præcipuè pendet ex affectu: eo modo debet fieri recompensatio: quo magis sit utilis. Si tamen per ejus incuriam postea in damnum ipsius vertatur non imputatur recompensanti. Debet autem beneficii recompensatio attendi seu fieri magis secundum affectum beneficiantis quam secundum effectum. unde Seneca in libro de Beneficio dicit, nonnunquam magis nos obligat qui dedit parva magnificè quam qui magna tribuit, sed non libenter.

Pro cujus declaratione dicit sanctus Thomas secunda secundæ quæstione 106. art. 5. quod recompensatio beneficii potest ad tres virtutes pertinere: scilicet ad justitiam, gratiam & amicitiam.

Ad justitiam quidem pertinet quando recompensatio habet rationem debiti legalis sicut in mutuo & hujusmodi: & in tali recompensatione debet attendi recompensatio secundum quantitatem dati.

Ad amicitiam autem pertinet recompensatio beneficii, & similiter ad virtutem gratiæ secundum quod habet rationem debiti moralis. Aliter tamen & aliter: nam in recompensatione amicitiæ oportet habere respectum ad amicitiæ causam. unde in amicitia utili debet fieri recompensatio secundum utilitatem, quam quis est consecutus ex beneficio.

In amicitia autem honesti debet in recompensatio-

Source : BIU Cujas

ne rei haberi respectus ad dilectionem seu affectum dantis: quia hoc præcipuè requiritur ad virtutem: ut in 8. Ethicorum dicitur. & similiter quia gratia respicit beneficium secundum quod est gratis impensum, quod quidem pertinet ad affectum. ideo gratiæ recompensatio magis respicit affectum dantis quam effectum beneficii: ergo secundum quod laudabile est & ei debetur gratiæ recompensatio materialiter quidem consistit in effectu: sed formaliter & principaliter in voluntate: quæ & si videri per se ab homine non potest: tamen per singula aliqua manifestatur affectus beneficiantis, & cognosci potest: puta quia gaudenter & prompte aliquis beneficium impartit. unde Seneca: Beneficium non in eo quod fit aut datur, consistit: sed in ipso dantis aut facientis animo.

Item secundum sanctum Thom. secunda secundæ. qu. 106. art. 6. in recompensationem beneficii oportet aliquid plus exhibere quam quis accipit si potest.

Ratio hujus est secundum eundem sanctum Tho. quia recompensatio gratiæ recipit beneficium secundum voluntatem beneficiantis, in quo quidem hoc commendabile videtur, quod gratis beneficium contulit benefactor ad quod non tenebatur: & ideo qui beneficium accipit ad hoc obligatur ex debito honestatis: ut similiter aliquid gratis impendat: non autem videtur aliquid gratis impendere nisi excedat quantitatem accepti beneficii: quia quamdiu recompensat minus vel æquale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit. Et ideo gratiæ recompensatio semper tendit ad hoc ut pro suo posse reddat aliquid majus: filius autem & si non possit parentibus recompensare in beneficio æquale vel majus ad id quod accepit ab eis scilicet esse, & vivere quantum ad quantitatem dati: potest tamen reddere parentibus aliquid majus quantum ad affectum: & quia debitum gratitudinis ex charitate derivatur, & quanto plus solvitur, tanto magis debetur secundum illud ad Roma. 3. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. ideo non est inconveniens si obligatio gratitudinis sit interminabilis, & dicit Hugo Cardin. super Psal. quod propter quatuor sumus obligati Deo. Et primò propter beneficium redemptionis: ab ipso enim salutare meum, id est Jesus Salvator à Deo missus. Secundò propter beneficium creationis: nam ipse Deus meus. Tertiò propter beneficium justificationis. ibi, & Salvator meus. Quartò propter beneficium suffragationis in angustiis & tentationibus. ibi: Susceptor meus. & dicit Apostolus ad Roma. 3. Quem Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ejus. Deus s. Pater proposuit. i. pro omnibus posuit: quem, id est, filium suum propitiatorem: id est reconciliatorem & satisfactorem pro nostris iniquitatibus: ipse enim, ut dicit Jo. in primo c. cano. est propitiator pro peccatis nostris: & hæc propitiatio applicatur nobis per fidem nostram quam habemus in sanguine ejus, id est in passione in qua lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo: ut dicitur Apocal. 1. c.

16. Unde septies fudit sanguinem suum, videlicet in circumcisione, in oratione in horto, in flagellatione, in coronatione de spinis, in fixura manuum & pedum cum clavis, in lateris apertione, ut nobis propitiaretur contra septem capitalia vitia. Sanguis, ait Leo Papa, sanguine aufertur, id est sanguis peccati sanguine Christi: cum enim inimici essemus Patri propter iniquitates nostras reconciliati sumus. Ait Apostolus ad Roma. dicto c. per mortem filii ejus ipso pro nobis satisfaciente & sic inimicitiam removente iniquitatum nostrarum; benedic ergo anima mea Dominum qui dedit tibi divinalia. i. filium suum unigenitum in mortem acerbissimam Crucis ut propitiaretur omnibus iniquitatibus tuis, & te Deo Patri reconciliaret, & te pararet ad patiendum adversa pro eo & omnia mala quid retribuam Domino; ut legitur in Psalm. pro omnibus quæ retribuit mihi: cum enim exercerem inimicitias adversus eum propter iniquitates meas, hoc ipse mihi retribuit ut dignaretur mortalitatem meam & miserias meas assumere, & pro me mortem ignominiosam ferre non video aliud majus faciendum pro retributione tanti beneficii ne ingratus sim, quam ut calicem salutaris accipiam, ut sustineam pœnam & passiones prout ipse sustinuit amore mei. Sed in quantum sit peccator ingratus circa tantum beneficium dicit August. in persona Domini sic loquens: Cùm esses inimicus patri meo, scilicet propter iniquitates tuas reconciliavi te per me: & cùm longe esses veni ut redimerem te: & cum inter montes & silvas omnes errares, scilicet vitiorum, & ignorantiarum, quæsivi te; inter lapides & ligna inveni te, scilicet idola & hujusmodi adorantem: & ne luporum ferarumque rabido ore laniares, scilicet dæmonum, collegi te: scilicet revocando à malis verbo & exemplo humeris meis portavi: scilicet in cruce pœnam peccatorum tuorum sustinendo laborem sudavi: caput meum spinis oppositi, lancea latus meum perforari permisi: injuriis & calamitatibus lacessitus sum, & tu divideris à me; omnia hæc feci ut propitiatus & reconciliatus me diligeres: mihi obsequium præstares; & tu es ita ingratus ut me offendas; à me recedas. Benedic ergo anima mea Dominum: recte vivendo qui sanat omnes infirmitates tuas. Et dicit Psalm. Misit verbum suum & sanavit eos. In eo misit quod incarnatum fuit, & sicut ipse Christus constat ex verbo & carne quæ est res sensibilis, ita ut medicus veniens ad sanandum medicinas suas instituit, id est, Sacramenta constantia ex verbis quæ sunt formæ Sacramentorum, & elementis seu rebus elementalibus quæ sunt materia eorum. Nam ut dicit August. Accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum. 1. q. 1. c. detrahe.

17. Sicut autem sunt septem infirmitates animæ nostræ: sic septem constituit medicinas Sacramentales contra eas ut nullam dimitteret insanatam.

Prima infirmitas est peccatum originale, quam sanat Deus medicina baptismi debite sumpta.

Secunda est peccatum mortale actuale quod gratia privat animam: & hanc sanat medicamento pœnitentiæ.

Tertia est peccatum veniale cum quo in paradisum intrare non potest: & hanc sanat extrema unctione quamvis etiam, & aliis Sacramentis.

Quarta est ignorantia agendorum pro salute: & hanc sanat Sacramento ordinis qui ad hoc datur ut instruant ministri Ecclesiæ se & alios de moribus & fide.

Quinta est concupiscentia, pro qua est proclivus ad lascivias & delectationes inordinatas tactus, & hanc sanat Sacramentum matrimonii restringendo ipsam ne feratur ad corruptelas illicitas: sed contentus sit sua uxore, & hæc quidem medicina pro debilibus nimis suam fortioribus aliud extat remedium.

Sexta infirmitas est malitia quædam & inclinatio ad appetendum mala contra quam datur medicina Eucharistiæ.

Septima est fragilitas seu debilitas ad bene operandum, contra quam datur medicina confirmationis. Sanat ergo Dominus omnes infirmitates qui ut medicus de cælo missus. & juxta illud Esa. 61. Ad annuntiandum mansuetis misit me ut sanarem contritos corde: & cum istis medicinis sanat cum actu debito assumuntur.

18. Sed tanta est ingratitudo hominis ut vel contemnantur tanta beneficia, vel indebite sumantur, & ideò pauci sanantur. Unde August. super Job. Quantum est in medico sanare venit ægrotum: sed ipse se interimit qui præcepta medici servare non vult. noli ergo obliviscì retributiones ejus qui redimit de interitu vitam tuam. nam dicit Aug. de consecra. dist.

Source : BIU Cujas

4. c. firmissime. quòd omnis qui concipitur ex viro & muliere, nascitur cum peccato originali morti obnoxius, scilicet æternæ. de qua canit Ecclesia : Libera me Domine de morte æterna. Nam mors peccatorum pessima : & in inferno mors erit sine morte.

19. Unde Gregor. in Moralibus. i. pœna mortalis nunquam deficiens major pœna in mundo esse non potest quàm mors. Nam secundum Philosophum, Mors est ultimum terribilium. Hæc tamen pœna cito transit : sed pœna mortis infernalis numquam, sed Dominus redimit, id est, liberat per gratiam suam pretio sanguinis sui ab hoc interitu mortis infernalis vitam tuam, scilicet amissam per peccatum.

Ecce quantus interitus : ibi enim est privatio divini vultus idem visionis Dei ignis cruciatus, demensum insultus, conscientiæ remorsus, perversorum tumultus, tenebrarum locus, perpetuus fletus seu omnis refrigerii defectus ab hoc interitu infernali redimit Dominus hominem, & totiens quotiens mortale commisit.

O ingratitudo immensa, cæcitas miseranda, & à morte corporali si te aliquis semel liberaret, perpetuo illum laudares, eique servires, & liberantem à morte pessima non recognoscis : noli ergo obliviscì omnes retributiones ejus qui coronat te in misericordia & miserationibus. misericordia autem dicitur quasi miseriam adimens : sed major miseria esse non potest quàm non esse : tanta est hæc quod in appetitum creaturæ cadere non potest absolutè ante conceptum tuum nihil eras.

20. Anima enim cujuslibet de nihilo creata cum corpori infunditur : cum ergo nihil esses tantam misericordiam fecit tibi Deus, ut tibi esse daret & nobilissimum esse. nam in anima posuit imaginem Trinitatis distinctius quam in Angelis. & similitudinem Deitatis magis quam in aliis in quantum sicut Deus est totus in toto orbe, & totus in qualibet parte. ita in orbe suo, id est corpore, tota in toto in qualibet parte corporis. Participationem cum omnibus creatis esse : scilicet commune cum elementis, vegetari cum plantis, sentire cum brutis, intelligere cum angelis.

Repræsentationem universitatis. Ibi enim sunt quatuor humores in corpore conformes quatuor elementis : quandoque sensus exteriores, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus : & quatuor interiores, scilicet sensus communis, æstimativa, fantasia, & memoria quasi non est cæli.

21. Nam decimum empyreum in quo Deus residet per gloriæ manifestationem est pars intellectiva, scilicet intellectus & voluntas : in qua parte videtur Deus & amatur cum sanctis & Angelis ejus. Omnium dominator est, ut inquit Psal. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. Aug. Omnia fecit Deus propter hominem. unde in sex diebus cuncta creando habitationem homini fecit & ornavit.

22. Et postea creando in possessionem posuit. Duplicem in natura substantiam scilicet corporis & animæ ut possideat : duplicem in cælo glorificationem. scil. animæ & corporis, in quo beati homines in futuro Angelos sanctos antecellent cùm ipsi corpora non habeant, unde nec gloriam per consequens.

23. Demum in Deo personalem unionem nam in Christo est humanitas & divinitas unita : nec est in illa humanitate nostra assumptum aliud suppositum quam Dei verbum. Agnosce ergo, ô Christiane, ait Leo Papa, dignitatem tuam & divinæ consors factus naturæ : noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. considerans ergo ingratitudinem hominis super hoc Moyses ait : Deum qui te genuerat dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Deuter. 32. c. Quomodo potes esse ita ingratus ecce quomodo coronavit te in misericordia : quamvis enim omnibus quæ creavit misericordiam fecerit de non esse in esse producendo. in ista tamen misericordia tibi coronam super omnia dedit conferendo tibi tam nobile esse & dominium & regnum omnium. Et miserationes Dei in plurali dici possunt plurima bona spiritualia & corporalia quibus nos consolatur removens miserias nostras in gubernatione nostra. Ita quòd coronat te in misericordia respectu creationis : coronat te in miserationibus respectu gubernationis. coronat inquit undique circumdans te totum animam scilicet & corpus suis beneficiis coronata singulari provisione quasi nil de aliis creaturis videatur curare ut tibi subveniat. unde Sap. 12. dicitur : Cum magna reverentia Domine disponis nos. & Proverb. 8. c. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Miseriæ famis & sitis providet cibariis & potibus variis : ne fastidium generetur, miseriæ nuditatis vestimentis plurimis, laneis, & lineis, & sericis ; miseriæ frigoris, calore ignis, miseriæ tenebrarum, lumine lunæ & solis, miseriæ paupertatis divitiis auri & argenti & cæterorum metallorum & lapidum preciosorum. miseriæ infirmitatum medicinis innumeris sensibus ipsis copiosè & suaviter providit visui de pulchritudine colorum, auditui de suavitate sonorum, cantus & instrumentorum, gustui dulcedine ciborum, odoratui fragrantia odorum, florum, & aliorum, tactui de levitate diversorum objectorum. O quantæ sunt miseriæ animæ Job ait 14. Repletur multis miseriis quas relevat diversis miserationibus. quantas enim inspirationes & incitamenta ad bonum immittit. quot documenta Scripturæ sacræ : quot exhortationes Sanctorum, quot exempla perfectorum, quantas varietates artium & artificiorum ad tollendum ocium, quot evasiones periculorum, quantas expectationes ad emendationes peccatorum, quot auxilia Angelorum, quomodo miseretur Pater filiorum misertus est nobis Deus. Sed tanta est ingratitudo nostra ut conquerendo dicat Esa. 1. Filios enutrivi & exaltavi : ipsi autem spreverunt me. Benedic ergo anima mea Domino qui replet in bonis desiderium tuum. nam ut legitur in Psalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua : ibi enim beati possidebunt bona quæ dicuntur septem dotes quæ implebunt animam & corpus, & totaliter quietabunt videlicet visionem claram quia implebuntur sapientia, comprehensionem qua implebuntur securitate, dilectionem perfectissimam qua implebuntur gaudio seu fruitione : quo ad corpus agilitatem, subtilitatem, claritatem, impassibilitatem, vel septem bona quæ hic desiderantur, sed nunquam possidentur plenè divitias, honorificentias, potentias, seu dominia, delectationes, sanitatem vitæ perpetuitatem, scientiam, virtutem, quæ ibi plenè habentur. Si quidem virtutes morales habebimus in patria, sed ad alium usum, sicut & divitias & honorem per alium modum. merito gratia dicitur : Benedic anima mea Domino ne sit ingrata : nam Deus dedit nobis cunctas possessiones & animalia quæ subjecit sub pedibus nostris c. quo jure 8. dist. Et hæc quoad beneficia provenientia à lege divina, & à lege naturæ.

24. Est aliud beneficium quod vasallus habet à suo Domino : ut in c. 1. in quib. cau. feu. amit. in usi. feu. de quo Abb. loquitur per illum tex. in c. ad audientiam. de præscript.

25. Aliud beneficium assignatur in contractu depositi. de quo per tex. in c. 1. de commo. Et hæc sufficiant quo ad beneficia temporalia : de quibus in isto tractatu non intendo aliquid ultra inferre.

26. Videndum nunc est de beneficiis Ecclesiasticis per ordinem.

Primum beneficium Ecclesiasticum est Papatus : ut dicit Ange. de Clava. in sua Summa tit. de Beneficio. §. 1. ita quod in largissima significatione Papatus potest dici beneficium Ecclesiasticum. ita quod comprehendatur in c. 1. de reg. jur. in 6. ubi sine canonica institutione quis non potest obtinere beneficium : quia intrusus in Papatu per concilium est repellen-

Source : BIU Cujas

dus. c. ſi duo. c. ſi quis pecunia. 79. diſtin. facit. c. ſi Papa. 4. diſtin. do. Abb. in c. licet. de elect. & Papa dicitur quaſi pater patrum. & Papa. id eſt admirabilis à pape quod eſt interjectio admirantis. ut d. gl. in proœ. cle. in verbo Papa. & dicit Bald. in proœ. decreta. in 7 col. quod Papa ante coronationem non appellatur ſervus ſervorum. glo. in proœ. cle. in cle. in verbo, Pontificatus.

27. Dicit quod Papa non appellatur Pontifex niſi conſecratus, benedictus, & coronatus. & ita ſentit Specu. in titu. de reſcrip. præſen. §. 8. verſi. item quod obtentum. ita tenet Abb. in d. proœ. cle. poſt glo. in verbo, Pontificatus. glo. in data ſexti dicit quod conſuetudo eſt in Romana curia. quod poſt electionem ante conſecrationem & coronationem non dicitur Pontifex. c. licet. de elect. licet dicat quod Romanus Pontifex habeatur qui à duobus partibus Cardinalium eſt electus. & dicit Feli. in cap. eam te. col. 4. verſ. 2. reſtringuntur prædicta quod hodie in curia Romana Papa dicitur ante coronationem, & eſt Epiſcopus & ſervus ſervorum Dei. & non appellatur electus, ſed Papa. & contrarium dicens incurrit in excommunicationem Papalem: ut dicit tex. in extravag. Cle. ſexti, quæ incipit, quia nonnulli. de qua multum admiratur ibidem glo. noviter facta quæ dicit quod de ſtylo curiæ etiam moderno ante coronationem non exprimit Papa nomen ſuum in bulla, ſed dimidia bulla utitur, & appellat ſe electum. ideo de illa conſtitutione judicet Apollo ſecundum eandem glo. tamen quicquid ſit de jure electus à duabus partibus Cardinalium eſt verus Papa ante coronationem: ut d. tex. in ca. licet. de electio. ibi. Ille abſque ulla exceptione ab univerſali Eccleſia Romanus Pontifex habeatur qui à duabus partibus electus fuerit & receptus? & iſta videtur eſſe veritas. facit ad præmiſſa. c. in nomine. 23. diſt.

Iſtam opi. ſequitur gloſſator in proœ. regul. cancellariæ dicens, quòd Papa dicitur aſſumptus tempore electionis etiam ante coronationem allegat Domi. de ſanct. Gemi. in c. fi. poſt glo. de conceſ. præbend. lib. 6. & dicit idem gloſſator quod Papa Innocen. licet fuiſſet coronatus 12. Septembris: tamen ea quæ ante ſignavit debebant datari tempore quo ſignavit etiam ante coronationem, & ſtatim quod fuit Papa creatus etiam in conclavi de nocte ſignavit plures ſupplicationes per dictum c. licet. de elect. & ſi ſit electus die Sabbati de nocte & ante mediam noctem, tunc dicitur electus illa die Sabbati: ita quod ſupplicationes debent datari de illa die arg. l. more Romano. ff. de fe. & c. conſuluit. de offi. deleg. & ſi datarius poneret aliam, poſſet probari contrarium per teſtes ibidem exiſtentes juxta gloſ. in c. duobus. & ibi Domin. de ſancto Gemi. de reſcrip. in 6. tamen Papa debet cavere ne in conclavi aliquas ſupplicationes ſignet: quia tunc facit propter gaudium maximum. ideo non deberet valere, quia eſt quaſi extra mentem arg. c. unuſquiſque. juncta glo. *a* in verbo ſaltantium. 22. q. 3. tamen ſtatim dum eſt extra conclave etiam ante coronationem poterit ſignare ſupplicationes. & iſta eſt veritas de jure. Sed quid ſit hodie de ſtylo curiæ Romanæ. ſileo: iſtam opi. reperio tacitè eſſe approbatam per gloſ. in prag. in verbo, ſucceſſione.

a Illa' gloſ' non loquitur de gaudio. C. M.

28. Secundum beneficium eſt Patriarchatus quod obtinet primum locum poſt ſummum Pontificem: & ſolum in toto mundo ſunt quatuor ſedes Patriarchales denotantes quatuor ſedes Evangeliſtarum, ut in c. antiqua. de privileg. & dicitur Patriarcha lingua Græca ſummus Patrum, quia primum idem poſt Apoſtolicum tenet locum: & ideo quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur, & eſt tex. in c. clericos. 21. diſt.

29. Tertium beneficium dicitur Archiepiſcopatus, & Græco interpretatur vocabulo quod ſit ſummus Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet omnibus Epiſcopis ſitis in ſua provincia: & inde dicitur Archiepiſcopus, id eſt Princeps Epiſcoporum. c. clericos. 21. diſtin. & in unaquaque provincia debent eſſe unus Archiepiſcopus, decem Epiſcopi, & unus Rex. c. ſcitote. 6. quæſt. 3. & appellatur ad eos ab Epiſcopis. cap. Romana. de appel. c. paſtoralis. de offi. ordi. in 6.

30. Quartum beneficium in ampliſſima interpretatione dicitur Epiſcopatus, ut dicit Ange. de Clava. in ſua ſumma tit. de beneficio. §. 1. & comprehenditur per ca. 1. de reg. jur. in 6. & dicitur Epiſcopatus quaſi ſuperintendat, ſcilicet curam ſubditorum gerere: ſcopi enim Græcè Latinè intendere dicitur, & Epiſcopi interpretanti ſpeculatores. c. cleros. 21. diſ. & dicit Fran. Vercellen. in c. accedentibus. de exceſ. præla. quod electi ad Epiſcopatum non poſſunt concedere indulgentias per illum tex. in verbo Epiſcopis. & idem Archi. in c. 1. de pœni. & remiſ. Idem & Butri. Imol. & Dom. Abb. in cap. tua. in 2. no. de his quæ fiunt à Præla.

31. Quod electus & confirmatus in Epiſcopum appellatur electus & non Epiſcopus: & idem dicitur hodie in iſtis proviſis per Papam nam proviſio Papæ habet vim electionis & confirmationis, ut n. in c. cum olim. de cau. poſ. & proprie. ex quo not. quod proviſus per Papam in Epiſcopatu debet ante conſecrationem vocari electus. & dicit glo. in Clemen. 2. in verbo, Pontificum: de cele. Miſſa. quod electus & confirmatus nondum conſecratus non dicitur Pontifex. Idem no. do. Abb. in c. tam literis. in 1. not. de teſti. quod electus & confirmatus in Epiſcopum appellatur ſimpliciter electus. Idem Abb. in c. noſti. in ulti. no. de elec. ad idem facit tex. in c. poſt tranſlationem. de renuntia. & ibi But. in 1. no. & in c. cum poſt. de elec. & in c. ad audientiam. de ſponſa. & in c. 1. de teſti. cogen. & in c. dilectus. de purga. cano. & in c. quod ſicut. de elec. & in c. cum dilecti. de dolo & contu. Et præmiſſa habent locum quando eſt quæſtio de ſpectantibus ad Epiſcopum ratione ordinis. ut dicit. But. in conſi. 2. in nomine. per glo. in c. 1. de religi. do. in verbo, dedicando. quæ dicit quod electus in conſecratione aſſumit nomen Epiſcopi. Idem tenet Ana. poſt Cardi. in c. meminimus. de appel. Oldra. in conſil. 14. col. 2. & Domi. in c. ſicut viri. 40. diſtin. in verſi. not. optimum tex. quod appellatione Epiſcopi non comprehenditur electus & confirmatus, ſed demum quando eſt conſecratus. alleg. no. in c. 1. de religio. do. Imol. in cle. 1. de pœni. col. 3. poſt alios Docto. per glo. ibi in verbo, quævis dicentem. Pontifices illos qui renuntiaverunt loco non ordini allegando. c. 1. de ordi. ab Epiſcopo. Electus verò non conſecratus non dicitur Pontifex ſive Epiſcopus. no. Domi. de ſan. Gemi. poſt alios doc. in c. 1. de offi. ordi. in 6. Idem no. Feli. in c. eam te. de reſcrip. col. 1. dicens, quod privilegium conceſſum Epiſcopo de non legendo ſententias non competit electo confirmato nondum conſecrato, quia datum eſt illud privilegium dignitati & honori Epiſcopali, qui honor propriè reſpicit conſecrationem. alle. Jo. An. Pet. de Anch. Domi. de ſancto Gemi. in c. fi. de re ju. in 6. facit tex. in c. 1. de tranſla. Præla. & dicit Domi. poſt Archi. in c. illud. 23. diſt. quod cauſa electi & confirmati non dicitur cauſa Epiſcopi: & ideo in ea decidenda non requiruntur duodecim Epiſcopi. idem etiam eſt dicendum ſi dicatur & fiat mentio de promotis, quia electi non conſecrati non veniunt. tex. & ibi doc. in c. eam te. de reſcript. Idem etiam eſt dicendum ſi in privilegio fiat mentio de Pontifice: quia electus non conſecratus non comprehenditur glo. in cle. 2. de cele. Miſſa. Idem etiam in illis quos Papa pronuntiavit Epiſcopos: quia ante conſecrationem vocantur electi. Abb. in c. tua. de his quæ fiunt à Præla.

32. Præmiſſa limitantur niſi materia ſubjecta concernat ſimpliciter juriſdictionem Epiſcopalem, quia tunc

Source : BIU Cujas

tunc appellatione Episcopi venit electus confirmatus non consecratus. ut est gl. valde nota. in clemen. 1. in verbo Episcopis. de foro compe. ubi dicit quod illa clemen. loquens de Episcopis, extenditur ad electos confirmatos. Ad idem facit. c. transmissam. cum glo. de elec. ubi notatur quod dispositio loquens in materia jurisdictionis de Episcopo verificatur in confirmato. no. Jo. An. in c. cum ex eo. de elect. in 6. volens quod electus & confirmatus potest dare illam licentiam causa studii per septennium, quod beneficiatus possit se absentare à beneficio, & dicit do. Abb. in c. at si clerici. §. de adulteriis. in 12. col. de iudi. quod ubi Episcopi possunt dispensare potest etiam dispensare electus & confirmatus tantum in Episcopum. Idem Inno. in c. suffraganeis. de elec. & dicit sanct. Tho. in 4. sen. dist. 20. q. 1. art. 2. 1. vers. ad secundam. quod confirmatus tantum potest dare indulgentias, quia hoc competit ratione jurisdictionis. Idem do. Abb. in simi. no. in c. suffraganeis. de ele. facit c. 2. de transiat. Epis. ubi dicitur quod confirmatus tantum in Episc. sine licentia Papæ non potest renuntiare Episcopatui, ac si esset consecr. no. But. & do. Abb. in c. accedentibus. de excess. Præl. Calde. in repe. c. nostro. de pœnit. & remiss. Pet. de Ancha. in reg. ea quæ. in 2. oppo. & in regula peccatum. in 3. oppo. de reg. jur. in 6. idem satis diffusè not. Jaco. de Zochis in rep. c. omnis utriusque. de pœni. & remis. facit glo. in c. adjicimus. 16. q. 1. Idem satis diffusè not. Feli. in c. eam te. 3. colum. versi. restringuntur. de rescrip.

33. Quintum beneficium secundum aliquos in ampliſſima significatione dicitur Cardinalatus per c. 2. de cler. non resident. & solum debent esse in Ecclesia Dei num. 24. Cardinales per text. in c. 1. de nume. & quali. Car. in prag. san. & dicit Feli. in c. eam te de rescrip. in 1. colum.

34. Quod cum Basileæ fuisset pronunciatus unus Cardinalis, nondum tamen habuisset insignia Cardinalatus, fuit ipse interrogatus, an possit se gerere pro Cardinali? & videtur concludere quod non, nisi posset probare pronuntiationem de se factam: ut not. dom. Abb. in simili. in c. nosti. in ulti. no. de elect. quod ille qui est pronunciatus per Papam statim potest administrare & probare sua insignia licet ab aliis non sit recipiendus tanquam pronuntiatus: probet per literas Papæ: & statim cum Papa pronuntiat aliquem Prælatum, est verus Prælatus, quia adesse gratiæ non requiritur litera, sed solum sufficit factum principis: sed litera est de substantia probatoria, non autem de substantia gratiæ. Bald. in l. humanum. C. de legi. Joa. An. & Anto. in proœ. sexti. quare concludo quod si constat de pronuntiatione facta consistorialiter pronuntiatus erit verus Cardinalis.

35. Sextum beneficium prosequendo beneficia secularia dicitur Abbatia secularis c. ex transmissa. cum gl. in verbo Abbatis, de renun.

36. Septimum beneficium Ecclesiasticum seculare dicitur dignitas. c. de multa. de præben. & dign. & ibi dicit do. Abb. col. 5. versic. adjicio. quod ille dicitur habere dignitatem qui habet jurisdictionem. unde quilibet rector seu prior Ecclesiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem, ut notat Pan. in cle. 1. de elect. & in cle. ne in agro. de statu reg. Do. de Rota decisione 156. & aliter propriè & strictè appellatur Prælatus ut in c. cum ab Ecclesiarum. ibi bona gl. de offi. ordina. text. cum glo. in c. 2. de judi. licet largo modo rector curatus dicitur habere Prælaturam cap. tua. de cleri. ægro. Pau. in cle. dudum. de sepultu. facit. c. nisi. de præben. ubi prior conventualis dicitur habere dignitatem: & Abbatissa etiam habet dignitatem. c. indemnitatibus. facit. c. primo. de æta. Et ad considerandum dignitatem debemus attendere an vocetur aliquo nomine de dignitatibus quæ in jure sunt expressæ: ut puta appellatur Archidiaconus, licèt nullum ministerium dignitatis exerceat, ut ponit Innocent. exemplum in Archidiaconatu Parmensi.

Item secundum eundem Abb. est recurrendum si in loco reputatur dignitas vel personatus, licet in jure non habeatur pro tali: tamen debet censeri secundum reputationem loci: quod est valde notandum secundum eum.

Item etiam inspiciatur institutio si fuerit institutum à fundatione: ut esset dignitas, habebitur pro dignitate. Subdit quod oportet ut dignitas sit perpetua ad hoc ut includatur sub ista constitutione allegat. c. 1. de consue. in 6. ut dicit Archiepiscopus Florent. in tertia parte suæ Summæ tit. 15. cap. 1. in prin. quod dignitas Ecclesiastica est quædam præeminentia in gradu, & quasi pro eodem sumatur dignitas & personatus, ut Archidiaconatus, Presbyteratus, Decanatus, & hujusmodi. Et intelligitur esse dignitas vel personatus secundum institutionem vel consuetudinem Ecclesiæ: nam posset esse quod aliquis in Ecclesia aliqua exerceret officium Archidiaconi cognoscendo de causis clericorum & aliis: non tamen ob hoc est reputandus esse in dignitate, nisi vocetur nomen quod dignitatem sonat: quod si vocatur aliquo nomine dignitatis vel pro persona in dignitate constituta reputetur, sed nullum dignitatis ministerium faceret, reputandus est in dignitate dum ea perpetuo obtineat. alle. no. in c. 2. & fi. de statu Mo. & ibidem Archidia. subdit, quem refert Pet. de Ancha. post Guil. de Laud.

37. Quod dignitas est quædam præeminentia quo ad forum contentiosum in Ecclesia gradum tenens: qui quandoque dicitur personatus ab honorificentia in qua ponit personam quandoque officium ab ipso officio quod exercet denominantur. de consti. c. cum accessissent. quandoque assumit sua propria & specialia nomina sicut hoc nomen Custodia, Subcentoria, Decanatus, Præpositura, & similia: à nomine autem non debent ista judicari, sed ex effectu: qui colligitur ex actibus & exercitiis, in quibus versatur & ex talibus indicatur, an sit dignitas necne. de verbo. sig. c. intelligentia. & sufficit ad hoc quod sit censenda dignitas quod in modicis causis habeat jurisdictionem sicut habent in Ecclesia Pictavensi Archipresbyteri: nam excommunicant, suspendunt, & absolvunt: & sic propter talem gradum dicuntur habere dignitatem: si autem nullam jurisdictionem habent, sed tantum visitant, tunc censentur habere simplex officium & non dignitatem. & dicit Ang. de Clava. in sua summa. titu. de dignita. in prin. quod dignitas est administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione. Præterea habere dignitatem est habere jurisdictionem, scilicet quo ad forum contentiosum, etiam in modicis causis alleg. do. Abb. in ca. de multa. de præb. & Pe. de Anc. in cle. si dignitatem. de præb. ubi etiam referunt de Archipresbyteris Ecclesiæ Pictavensis qui excommunicant, suspendunt & absolvunt. unde quilibet rector seu prior Ecclesiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem. ut not. do. Abb. in clem. 1. de elect. & in cle. ne in agro. de statu Mona. & Do. de Rota decisione 166. pro hoc facit text. in c. indemnitatibus. de elect. in c. 6. ubi Abbatissa dicitur habere dignitatem. hoc tenet do. Card. in Clemen. 2. de rescrip. & ibi est glo. quæ dicit opi. Abb. esse approbatam. In hoc limitat Inno. in d. c. de multa. si est perpetua alleg. c. 2. §. fi. de statu Mona. & licet non sit perpetua dignitas dummodo possit esse perpetua sicut est in ministris Ordinis Minorum illud sufficit: nam dicitur esse perpetuum quod est in potentia perpetua. ut not. do. Card. in d. Cle. 2. de rescrip. facit c. cler. in vers. perpetuam. juncta. glo. de coha. cleri. & mulier.

Item dicitur dignitas si in Ecclesia ubi est, reputetur pro dignitate, & habeat administrationem temporalium rerum perpetuam, licèt non sit numerata inter dignitates Ecclesiasticas: ministri autem qui sine penitus jurisdictione exercent officium aliquod sicut

Source : BIU Cujas

procuratores, syndici & sacristæ qui pulsant campanas, non habent dignitatem, etiam si essent perpetui: secus si haberent jurisdictionem. ff. de offici. procu. Cæsa. l. ultima. Similiter dicitur dignitas quæ appellatur aliquo nomine de dignitatibus juris: ut Archid. & hujusmodi etiam si non exerceret officium.

38. Ex quibus patet quod vicarius Episcopi non habet dignitatem secundum Pano. ubi supra. Et differt personatus à dignitate, quia personatus est quædam prærogativa in Ecclesia sine jurisdictione, ut habere stallum honorificum in choro, & opriones in capitulo, in processionibus, in vocibus dandis & similibus plusquam alii sui ordinis canonici, & non tanquam alii in dignitate constituti.

39. Officium verò est administratio rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione sicut syndici, procuratores, castaldi. c. salvator. 1. q. 3. & no. Arch. Joan. An. & Dom. de sancto Gemi. in c. 1. in 1. q. de consue. dicens, quod dignitas sumitur diversis modis, ut habetur. 4. distin. c. denique. & in cap. sedes. de rescrip. & de cle. non residen. quia nonnulli. & sic dignitas quando sumitur largè est quædam præeminentia in gradu quæ comprehendit etiam personatum. c. fi. de insti. & hæc quandoque dicuntur inferiora ministeria. de electio. cum in cunctis. §. inferiora. si autem sumatur strictè & propriè accipitur pro Episcopatibus aut pro Archidiaconatibus. ut no. Archi. & Jo. An. in d. c. 1. idem Jo. An. in c. de multa. de præ. & digni. Personatus & officium sunt sinonyma & jura quandoque ponunt unum pro altero per text. in c. cum accessissent. de consti. ubi vocat primiceriatum. primo personatum, secundo loco officium, tertio dignitatem, per c. ad aures. de rescrip. sed illud destruitur per text. in c. 1. de consue. in 6. qui ponit prædicta nomina ut diversa. ut de elect. c. in Genesi. &. c. de multa. de præben. & in extravagan. execrabilis. Alii verò dicunt quod dignitas est præeminentia cum cura. Personatus verò est sine cura: sed ista opi. destruitur per text. in c. 1. de æta. & quali. & c. cum in illis. in primo & secundo responso. & ca. super eo. de præb. lib. 6. & d. extravag. execrabilis. Unde videtur quod prædicti Doctores suprà relati non bene declarant istum articulum quare conclu. Do. de san. Gemi. ubi sup. quod dignitas habet se ad personatum ad officium tanquam genus ad speciem: nam dignitas est quoddam nomen generale generalissimum aptum denotare omnem habentem aliquem gradum præeminentiæ. & istud voluit glos. supra allegata. in c. demum. 4. dist. cum simi. & istud nomen sumitur largè & strictè secundum naturam materiæ in qua fit prolatio vel secundum intentionem proferentis si de ea constat: unde etiam in materia stricta & pœnali comprehenditur Episcopatus & superiores appellatione dignitatis quando exprimitur, ut c. felicis. §. quod si quis. de pœnis. in 6. Quandoque non comprehenditur Episcopatus appellatione dignitatis. ut not. in c. 2. juncta glo. de præb. in 6. & c. dilectus. de concess. præben.

40. Ubi Episcopatus non dicitur dignitas, sed culmen dignitatis.

41. Personatus & officium sunt species comprehensæ sub illo genere: & ista sunt nomina imposita potius secundum consuetudinem diversarum provinciarium quæ suos Prælatos diversimodè nominant & ex diverso modo loquendi. & istud probat. c. cum accessissent. de consti. ubi primiceriatus appellatur dignitas personatus & officium & jura quæ exprimere videntur ista tamquam diversa potius faciunt hoc ad tollendas cavillationes & exceptiones quæ possent opponi, non autem ad finem, ut denotent differentiam esse inter ista. ita videtur notare Guill. de Monte Laudu. in extrava. Jo. 22. execrabilis. super verbo, personatus. secundum hoc verificatur opi. quod ista tria sunt sinonyma: & ista potuit esse causa quare tex. in d. c. 1. de consue. dicit in versiculo quocunque nomine censeatur ad denotandum, quia secundum diversas provincias diversimodè nominantur.

42. Et signa tria ad cognoscendum dignitates ponit Archi. in d. c. 1. de consue. quæ fuerunt etiam posita per Joan. And. in c. de multa. Primum signum est quando quis habet administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione. ut c. volumus. 89. di. & hoc intellige quando administratio est sibi assignata perpetuò secus si esset temporaliter. ut dicit Jo. And. in d. c. de multa. & c. cum non ignores. de præben. Secundum signum est quando habet nomen dignitatis & prærogativas in Ecclesia tam in choro quam in capitulo, licet non habeat veram administrationem vel jurisdictionem, dat exemplum in Archidiacono Parmensi. ubi quasi nullum officium facit Archidiaconus, & tamen dignitas reputatur. allegat notata in c. cum olim. de consue. Tertium est quando de Ecclesiæ consuetudine habetur pro dignitate cui stabitur. ff. de legi. l. de quibus. §. inveterata. & 12. dist. consuetudo. & c. quemadmodum.

Ex his signis posset cognosci secundum eundem Arch. an quis dicatur in dignitate vel non. nam si à jure imponatur nomen dignitati quod sonat in nomen dignitatis, ut censebitur dignitas ut inferioribus ab Episcopo sunt à jure imposita nomina dignitatis quæ sonant in dignitatem: puta Archidiaconatus, Archipresbyteratus propter jurisdictionem & præeminentiam quas habent super alios, & præsertim in subditos & Ecclesiasticas personas, ut patet de offic. Archi. & Archipresb. imò & Archidiaconatus, licet nullam habeat jurisdictionem ex consuetudine: tamen ratione ordinis sonat in dignitatem, ut dictum est sup. not. do. de Rota decis. 272. & 273. in cunctis. Oldra. consi. 50. in prin. 3. col. Ego concludo post alios doc. tenendo. opi. do. Abb. suprà relatam, quam originaliter posuit in c. de multa. in addi. de præben.

43. Quod propriè dignitas dicitur illa quæ habet jurisdictionem Ecclesiasticam, & sic dicitur Prælatus. c. 2. de judi. cap. cum ab Ecclesiarum. de offi. ordi. & ista sunt valde & penitus diversa, videlicet dignitas & personatus, ut est rex. in c. 1. de consue. in 6. & in c. cum in illis. in prin. & in §. illis. de præben. & digni. & in c. 2. de præben. in 6. & sic ille dicitur habere dignitatem qui habet jurisdictionem vel nomen in jure expressum. tex. in c. 1. de æta. & quali. ordi. Restat solum respondendum ad c. cum accessissent. de consti. ubi dignitas personatus & officium ponuntur tanquam synonima, dico quod in illo tex. ibi accipitur impropriè dignitas & in largissima significatione sicut assumitur in c. denique. 4. distin. ubi clericatus dicitur dignitas. non autem in vera & stricta significat. idem esset & in c. tua. de cleri. ægro. ubi cura dicitur dignitas. idem esset in Doctore qui dicitur habere dignitatem. c. quanto. de magist. facit. ca. jus militare. 1. distinct. ubi miles dicitur habere dignitatem.

44. Octavum beneficium dicitur Ecclesia parochialis. c. de multa. c. extirpandæ. de præben. & digni. c. cum in illis. in prin. de præben. in 6. c. licet canon. de elect. in 6.

45. Nonum beneficium dicitur præbenda & canonia. ut dicit Archid. Floren. in 3. parte suæ Summæ tit. 15. c. 1. §. 1. ubi dicit quòd præbenda est jus percipiendi proventus in Ecclesia competens tanquam uni de collegio, & nascitur ex canonia sicut filia ex matre: quia ex quo quis habet canoniam, dicitur habere præbendam. c. relatum. de præben. Præbenda igitur consistit in fructuum perceptione: canonia autem in jure alicujus qui in canonicum est receptus ad quod jus pertinet præben. stallum in choro, vox in capitulo. ut in d. c. relatum. & in c. dilecto. de præben. glo. est valde no. in c. cum tu. de consti. Et nota quod in receptione canonicorum & in collatione præbendarum absentes canonici vocandi sunt, si commodè

Source: BIU Cujas

fieri valeat nisi consuetudo habeat eos ad talia non vocari. alias quod in absentia eorum fieret eis instantibus irritari debet ca. cum in ecclesiis. de præben. & digni.

46. Decimum beneficium sunt personatus & officia. c. cum accessissent. de consti. nam habens tabellionatum dicitur habere officium. c. ut officium. §. ad conscribendum. de hære. in 6. nam. præpositura dicitur officium. de elec. c. dudum. cle. 1. item plebania dicitur officium. c. quod Dei timorem. de statu Mona. Item vicedominus. 99. dist. ca. volumus. ibi casus officium.

27. Undecimum beneficium sæculare est illud quod simplices beneficiati habent in ecclesiis collegiatis & in jure isti appellantur assisi. ut dicit tex. in c. cum ad hæc. de cle. non resi. & ibi gloss. dicit quod illi sunt simplices beneficiati qui non sunt canonici qui servire debent Ecclesiæ, nec vocantur ad communes tractatus cum canonicis. & ibi dicit glo. quod dicuntur assisi quasi assidui in multis Ecclesiis, sunt plures tales qui mansionarii dicuntur: & dicit do. Abb. in d. c. cum ad hæc quod assisi dicuntur qui se exponunt morti Dominis obediendo. & ita isti occidunt animas portando mulieres canonicis.

28. Duodecimum Beneficium sæculare est beneficium simplex quod dicitur illud quod non habet curam animarum. ut no. Archi. Floren. in 3. parte suæ Summæ tit. 15. c. 1. §. 2. per c. fina. de præben. & digni. & illud comprehendit diversa nomina & non requiritur quod habeat maturitatem consilii: ut not. do. Abb. in c. super inordinata. de præben.

49. Decimum tertium beneficium. & sic primum regulare est Abbatia regularis, de qua in c. cum ad monasterium. de sta. Mona. & in c. quanto. de offic. ordi. & dicitur Abbas ante benedictionem: ut not. Oldr. consi. 14. 2. col. per c 1. de sup. neg. Præla. c. quoniam. 69. dist. & reprehendit Host. qui tenuit contrarium de æta. & quali. c. tuam. de re judica c. inter monasterium. & licet posset resisti per exceptionem ne benedicatur. c. meminimus. de accusa. tamen non excipitur, quia non fit Abbas: & ideo per electionem acceptatam vacant ejus beneficia, licet in Episcopo non vacent ante consecrationem. c. cum in cunctis. de elec. Feli. in c. eam te. de rescrip. Et rationem differentiæ inter Episcopum & Abbatem ponit Ana. in c. meminimus. quia consecratio confert ordinem in Episcopo. gl. in proœ. sexti. ergo adhuc restat quod est magis dignum, non sic in benedictionem secundum eum Card. in cle. attendentes. §. statuimus. d. q. & seq. de sta. Mona. ubi dicit quod Abbas etiam sine benedictione potest exercere ea quæ sunt officii per d. c. 1. de sup. neg. Præla. & benedictio potius est de solemnitate & ad bene esse quam de substantia, & ante benedictionem potest uti pastorali baculo: ut ibi per eum & dd. Abb. in c. quanto. de offi. ordi. in 3. col. & Hostien. in c. tuam. de æta. & qua. & idem dicas in Abbatissa per glo. in cle. attendentes. in verbo benedicti. de statu reg. & dicit Domi. in ca. is cui 1. col. ver. vidi dubitari. de elec. in 6. ubi dicit se respondisse in facto quod Abbas datus administrator Ecclesiæ cathedrali vacanti potest conferre subditis illius Diœcesis illos ordines quos Abbates conferre possunt subditis suis de quibus in c. cum contingat. de æta. & qua. quia hic habet ex sua propria virtute. ita tenet Feli. in d. c. eam te. col. 4. de rescrip. & dicit do. Phi. Decius post do. Abb. in c. 2. in no. de judi. per illum tex. quod appel. Prælat. quid dictio alii similitudinem ostendit. c. sedes. de rescrip. l. 2. C. de servis fugi. facit. c. præsenti. de offi. ordina. in 6. ca. ut Apostolicæ. de privile. in 6. c. 1. de æta. & quali. c. tua nos. de appel. immò quod plus est, Abbates dicuntur habere dignitatem tex. in c. sicut deinceps. 16. q. 7. ubi tex. in prin. loquitur de Episcopo & Abbate, & subjicit idem esse in aliis dignitatibus inferioribus: & probatur etiam in c. ut Apostolicæ. de privi. in 6. ubi text. loquitur de Abbatibus, & dicit quib. ex propria dignitate non competit, & eodem modo de Abbatissa loquitur tex. in c. indemnitatibus. §. vero. de elec. in 6. ibi dignitate ista. & tenet Cardi. in clem. 1. col. 2. vers. quæro an nomen Abbatis. de rescrip. & ibi etiam sequitur Imo. alleg. Hostien. in c. tuam. de æta. & quali.

50. Sic etiam Abbatia dicitur dignitas, ut concludit do. de sanct. Gemi. in c. 2. col. 3. vers. sup. 2. dubio. de præben. lib. 6. ubi alleg. Jo. Monac. in c. inquisitores. de hære. in 6. ita etiam tenet Lap. alleg. 84. Joa. Mona. in c. fi. de symon.

Et notandum est quod Abbatia dicitur esse de inferioribus dignitatibus secundum do. Abb. in c. per tuas. per glo. in verbo excellentiores de symo.

Sed in hoc reperio quod contrarium tenet Lap. in alleg. 84. incipit Dominus Papa. col. fina. ubi dicit quod Abbatia dicitur esse in primo dignitatis gradu sicut Episcopatus. per cap. si quis deinceps. 16. q. 7.

Et responderi potest quod Abbatiæ tenent medium inter inferiores dignitates & majores: ut not. do. Abb. post Jo. An. in c. majoribus. de præben. & digni. ubi dicit quòd majora beneficia sunt Episcopatus, media Abbatiæ, & alii personatus minora Præbendæ. & sic Abbatiæ tenent medium inter majora & minora. idem tenet do. Philip. Decius in c. decernimus. de judi. & ex prædictis dicit glos. not. quam Abb. adducit in c. decernimus. de judi. in ca. subdiacono. 93. dist. in verbo Abbas.

51. Quòd Abbas præfertur clericis, & non solùm clericis simplicibus, sed aliis constitutis in dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo: ut not. etiam do. de sancto Gemi. in c. fi. in prin. per illum tex. de offi. deleg. in 6. ubi dicit quod Abbas præfertur canonicis Ecclesiæ cathedralis. idem etiam decidit Bald. in c. pastoralis. in ver. extra quæro. de offi. delega. dicens, quod magis est deferendum uni Abbati foraneo quam uni canonico cathedralis Ecclesiæ: quia est in dignitate cum præsit capitulo: & Canonicus ipse non dicitur habere dignitatem: ut not. do. de sancto Gemi. in c. statutum. in prin. per illum tex. de rescrip. in 6. Et hoc verum videtur nisi Canonici collegialiter procederent, quia repræsentant cathedralem Ecclesiam quæ plus aliis honorari debet: ut notanter dicit do. de sancto Gemi. in c. quamvis. in principio. in §. quanquam. in 3. not. de præben. in 6. & ad hoc bene facit quod no. d. Abb. in c. cum non liceat. in princip. de præscrip. ubi dicit quod Ecclesiæ inferiores debent reverentiam Episcopo & non singulis canonicis.

Etiam quod Abbatia præferatur aliis dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo. facit tex. in c. decernimus. de judi. ibi Abbates Archidiaconi. Item ex priori etiam nominatione major dignitas arguitur. juxta gloss. in c. bene quidem. 96. dist. & in c. quorumdam. de elect. in 6. idem probatur in c. præsenti. in prin. de offic. ordi. in 6. & in c. fina. de offic. delega. in 6.

Ex quibus dicit And. Barba. in d. c. decernimus, se consuluisse. quod

52. Abbas præferatur Archidiacono cathedralis Ecclesiæ pro quo est decisio do. Abb. in c. ex ore. in 4. not. per illum tex. de privi. & ad hoc faciunt plura jura in quibus Abbas prius quam Archidiaconus nominantur in suprascriptione Decretalium: ut patet in c. fi. de dilatio. & in c. dilectus. de offi. delega. & in c. fi. de consue. utili vel inuti. & in c. cùm oporteat. de accusa. idem in aliis dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo. ut in c. penul. de offic. vica. & in c. insinuante. de offi. deleg. in c. 2. de renuntia. in c. cum dilecti. de elec. in c. ex parte. in prin. de verbo. signi. Et quod dictum est de Abbate: idem esset in præposito qui sit loco Abbatis: & idem de tali præposito judicatur quod de Abbate. not. do. Abb. post gloss. in verbo

Source : BIU Cujas

Abbatem in c. cum illorum. de senten. excom. secus verò si præpositus non sit loco Abbatis, sed consideretur simpliciter : quia Archidiaconus præposito præfertur ut Bald. concludit in consilio 331. incip. Archidiaconus. in 3. volum.

53. Et etiam quod dictum est de Abbate habet locum in priore qui habet locum Abbatis : & est principalis Prælatura in Ecclesia regulari collegiata. & Prior ibi ponitur per viam electionis, ut dict. glo. nota. in Clemen. 1. in principio. in verbo Lateranensis. de sup. negli. Præla.

54. Et beneficia electi & confirmati in Abbatem post pacificam possessionem. Vacant ante benedictionem, ut dicit gloss. in c. 2. in §. censuit. in verbo benedictionis. de electio. in prag. per textum. in capitulo de multa. & ibi not. Imol. de præben. & dignita. no. Guil. in Clementina secunda. de statu Monachorum. Et electus & confirmatus in Abbatem dicitur etiam Abbas ante benedictionem, ut not. gloss. in dicto capitulo secundo. in verbo benedictionis. de electioni. in pragmati. per capitulum primum. de supplen. negli. Præla. & c. meminimus. de accusationibus.

55. Decimum quartum beneficium est Prioratus Conventualis per textum in Clement. secunda, de rescript. & ille Prior conventualis dicitur habere dignitatem per textum nota. in capitulo nisi essent viri. de præben. & dignita. & hoc sive assumatur per electionem aut collationem, & poterit esse judex delegatus. tex. in dicta Clemen. secunda, de rescriptis. & non potest per suum superiorem privari à suo Prioratu, nisi in tribus casibus enumeratis. per textum valde nota. in capitulo Monachi. de statu Monachorum.

Decimum quintum beneficium est prioratus claustralis, de quo in capitulo cum ad Monasterium. de statu Monacho. & in Clem. ne in agro. eodem titul.

Decimum sextum beneficium Prioratus regularis juxta no. per Abb. in capitulo super inordinata. de Præben.

Decimum septimum beneficium est Monachatus. ut dicit gloss. in Clem. dispendiosam. in versi. beneficiis. de judic. in Clemen. & Monachatus dicitur beneficium spirituale. ut not. do. Abb. in c. Monachi. in 1. not. de sta. Monachorum. & hæc sufficiant ad decisionem prædictæ quæstionis.

QUÆSTIO III.

1. *Beneficii appellatione quid veniat ubi mandatur provideri de beneficio, & an veniat beneficium curatum in stricta significatione, num.* 3.
2. *Dictio*, alius, *facit positionem ejus qualitatis cum præcedentibus, & similia implicat, num.* 11. *ubi primò.*
4. *Beneficii appellatione quando veniat præbenda ubi mandatur Ecclesiæ quòd provideatur de beneficio, num.* 6.
5. *Nominationes si ad collationem Episcopi se extendunt.*
6. *Beneficii appellatione in materia favorabili non solùm veniunt beneficia simplicia, imò & Præbendæ ac dignitates Episcopatus, nu. sequen.*
7. *Clerici appellatione in favorabili materia veniunt omnes clerici in quacunque dignitate positi.*
8. *Beneficii appellatione quomodo veniat Papatus.*
9. *Hospitalia quando veniant appellatione beneficii,*
10. *Beneficii appellatione veniunt Capellaniæ per Episcopum ordinatæ.*
11. *Pensio annua an veniat appellatione beneficii.*
12. *Dignitatis appellatione in materia odiosa non venit Episcopatus.*
13. *Beneficium & officium in quo differunt, num. seq. & 16.*
14. *Cardinalatus an sit officium vel beneficium, & an sit de jure divino institutus.* 34.
15. *Coquus Principis an dicatur habere officium vel dignitatem in curia Principis.*

QUæro tertiò. Quot vel quæ beneficia aut beneficia aut officia vel dignitates comprehendantur appellatione beneficii.

Et respondet tex. in c. cum in illis. de præbend. in 6. quod non comprehenditur beneficium habens curam animarum, etiam si exprimatur nomen dignitatis seu personatus, & dicit tex. in c. 1. de regul. jur. in 6. quod beneficium Ecclesiasticum non potest licitè obtineri sine canonica institutione. & ibi subdit glo. in verbo beneficium. quod beneficium assumitur ibi largo modo, ut comprehendat dignitates Ecclesiasticas omnes cum cura & sine cura quæ cum titulo habentur.

Interdum autem sumitur strictè ut distinguatur apprehendat. 12. q. 2. alienationes. c. ex parte. de concess. præben. alias & sic largo modo verbum beneficium includit præbendam. 1. q. in c. ulti. de verbo. signi. c. tua. Alibi strictè sumitur pro solis simplicibus beneficiis sine cura. ut c. 2. de præ. & digni. c. cum in illis. eo. tit. in 6. & dicit glo. not. in Clem. gratiæ. de rescript. in verb. beneficium. quod comprehendit curatam dignitatem personatum. per c. de multa. de præben. & dignit. c. literas. de concess. præben. Vel etiam si requirit continuam residentiam no. Imo. in c. fi. de Cle. non resid. & dicit etiam glo. in Clem. quod regulares. in verbo beneficium. de sup. neg. Præla. quod verbum beneficium, comprehendit beneficium Ecclesiasticum. glos. in Clem. in verbo beneficium. de offi. ordi. dicit quod comprehendit beneficium quantumcunque modicum fuerit. allegat. c. si motu proprio. de præbend. in 6. vide etiam glos. in verbo beneficiis. in Clem. dispendiosam. de judic. quæ dicit quod appellatione beneficii non venit hospitale : bene autem appellatione officii allegat. cle. per literas. de præ. & cle. quia contingit. de relig. domi.

Et pari ratione Monachatus dicitur officium, ut dicit prædicta glo. Et dicit etiam glo. in verbo beneficiali. in Clemen. 1. de causa poss. quod verbum beneficium, comprehendit minora & majora beneficia, & etiam præbendas allegat. c. 1. de regul. jur. in 6. idem dicit glo. in Clem. in verbo beneficio. ut lite penden. quod beneficium largè sumitur, comprehendens dignitates. c. 2. de præben. li. 6. ubi dicit glo. quod dignitas non comprehendit Episcopatum nec etiam Abbatiam.

Et appellatione beneficii venit beneficium Ecclesiasticum. ut dicit glo. in verbo super beneficio. in

Source : BIU Cujas

Clement. 1. de sequestra. poss. & fruc. & propter istam indefinitam clausulam appellatione beneficiorum omnia beneficia veniunt, ut not. glo. in verb. beneficiorum. in Clem. 2. de vita & honest. Cle. & istud verbum beneficium largè sumitur, ut dicit glo. in verbo beneficio. in Clem. si Romanus. de præb. & digni.

Vide etiam glos. in Clem. uni. in verbo beneficia. de rerum permu. quod beneficium includit etiam hospitalia & loca similia quæ permutari possunt his casibus quibus in beneficium conceduntur. Et dicit glos. in verbo beneficia. in c. 1. de rerum permu. quod beneficium largè debet intelligi, ut minora & majora beneficia, dignitates & præbendæ comprehendantur, allegat. c. si quis dator. 1. q. 3. & de concess. præben. c. 2. Et dicit glo. in c. mandatum. in verbo beneficio. de præben. lib. 6. quod verbum beneficium, non comprehendit beneficium curatum. glo. in c. dudum. in verbo beneficia. de præben. & digni. lib. 6. dicit quod comprehenduntur beneficia Ecclesiarum cathedralium & etiam inferiorum & dicit tex. quod in beneficiis est facienda plenissima interpretatio in c. quamvis in 1. de præben. in 6. per c. cum dilecti. de dona. & c. olim. de verbo. signi. Doctor. in ca. quod dilecto. de consan. & affi. Et dicit. do. Abb. in c. cum olim. colum. 2. ver. sed quæro. quod si mandatur provideri in Ecclesia de beneficio: & in illa Ecclesia ubi dirigitur illud mandatum sunt præbendæ & alia beneficia minora. quod non est providendum impetranti de præbenda, sed de alio minori. & sic infert quod appellatione beneficii non veniat præben. & ibi dicit do. Card. quod imò veniat præbenda per c. pro illorum. de præben. ubi simpliciter fuit mandatum ut provideretur de beneficio & vigore illius mandati fuit provisum de canonicatu & præbenda. Sed tamen his non obstantibus Dominus Abb. ubi sup. dicit, quod plus sibi placet quod non provideatur de canonia quæ est longè honorabilior quàm aliud beneficium simplex. unde Canonici dicuntur Clerici primi gradus, & alii Clerici simpliciter beneficiati dicuntur secundi gradus: ut not. Inno. in c. sedes. de rescr. ideo cum in rescripto sit fienda stricta interpretatio, debemus in dubio intelligere de beneficio minori per tex. in c. fi. de præben. & digni. arg. c. primi & secundi. de filiis presbyt. in 6. & in c. quamvis. in 1. de præben. lib. 6. Nec obst. d. c. pro illorum. de præb. quia ibi fuit mandatum de beneficio competenti, quo casu dicunt Docto. in d. c. fi. de præben. quod competens beneficium intelligitur secundum qualitatem personæ: unde si meretur canonicatum poterit provideri de eo: licet in Ecclesia sint alia beneficia. & licet ipsi non allegant tex. tex. est valdè nota. & perpetuo menti tenendus in d. c. pro illorum de præben. & digni. Et si mandetur provideri in beneficio præbendali vel alio. Joan. And. post aliquos antiquos Doct. tenet quod tunc venit beneficium curatum per illud verbum quod in mandato continetur de beneficio præbendali vel alio: quia per illam dictionem, vel alio, voluit comprehendere beneficium curatum. in d. c. fi. de præben. & digni. Sed ibi alii Doctores post eum venientes tenent oppositum. & pro ista parte allegat ibidem do. Abb. tex. nota. contra Jo. And. in d. c. pro illorum. ubi dicitur quod nisi fiat expressa mentio de cura non venit beneficium curatum. Nec obst. secundum eundem dictio, alio: nam potius facit pro ista parte:

2. Quia ista dictio, *alius*, facit positionem ejusdem qualitatis cum præcedentibus per c. sedes. de rescrip. debet ergo intelligi mandatum de beneficio præbendali vel alio, scilicet simili, sed curatum non est simile. imò penitus diversum per tex. in c. cum illis. in principio. de præben. lib. 6. nam major idoneitas & major ætas requiruntur in beneficio curato quam in aliis simplicibus: ut notat Dominus Abb. in cap. super inordinata. de præben. & dignita. Et dicit Feli. post Abb. & alios Doctores in c. postulasti. in quinta columna. in versic. circa glo. secundam. de rescrip. quod appellatione beneficii venit præbenda largè sumpto vocabulo. Idem etiam notat Dominus Cardi. in Clemen. prima. in prin. q. penul. de pœni. ubi dicit quod verbum de beneficio aut beneficialibus, comprehendit omnia beneficia cum generaliter loquatur, includit & dignitates & personatus, & etiam feuda juxta definitionem, ut inquit: beneficium enim est benevola actio tribuens gaudium capienti ut in c. primo, in qui. cau. feu. amitta. in usi. feudorum. do. Abb. in c. 1. de commo. & in c. ad audientiam. de præscrip. & in c. ad aures. de pœnis. & in c. olim. de verb. signi. Et sic infert idem do. Cardi. ubi suprà allegans Sene. in 5. lib. de Beneficiis. quod hoc casu beneficium in largissima significatione includit omne commodum quod habetur ab Ecclesia & etiam merè temporale. Et dicit idem domi. Cardi. in Cle. 1. 2. col. in versic. tertio quæro. de cau. pos. & proprie. quod verbum de beneficiis comprehendit minora beneficia & præbendas, & etiam majora. per glo. ibidem primam in ordine, quam etiam approbant Pau. & Ge. in d. clemen. 1. Et verbum beneficium, comprehendit præbendas. pro hoc quia præbenda est titulus de constitutione. Idem etiam notat do. Abb. in d. cap. postulasti. col. 1. super glos. 2. de rescrip. quia si mandatur alicui provideri simpliciter de beneficio in aliqua Ecclesia potest provideri de beneficio præbendali secundum glo. sed tamen do. Abb. ubi suprà contra dictam glo. secundam tenet quod appellatione beneficii largo sumpto vocabulo veniat omne beneficium. ut in regul. 1. de regul. jur. in 6.

3. Tamen in materia stricta appellatione beneficii non venit beneficium curatum per d. c. cum in illis. de præben. lib. 6. nec etiam venit præbenda solita conferri canonico si in illa Ecclesia sunt alia beneficia simplicia. secus non forent nisi præbendæ. [1] allegat Inno. & Jo. And. in c. fi. de præben. & Archi. in c. cui de non facerd. de præben. lib. 6. & etiam Inno. in d. c. postulasti. de rescr. facit ad præmissa cle. auditor. juncta gl. in verbo beneficio. de rescrip. ubi dicitur quod beneficium largè comprehendit dignitates. Facit etiam. c. quamvis. in prin. de præben. in 6. & etiam. c. quicunque. §. hæretici. juncta. glos. in versi. beneficiis de hære. in 6. quod verbum beneficium largè sumitur. idem notant domi. de Rota. in tit. de concess. præben. decis. 7. in novis per. c. tua. de verb. significa. ubi dicit text. quòd appellatione beneficiorum veniunt præbendæ & alia majora beneficia. notat Archi. & Joa. And. in c. gratia. de rescrip. in 6. facit. c. in nostra. de rescrip. & ideo dicit Rota. titu. de præben. deci. 25. in novis. quod legatus habens conferre personis idoneis obtinentibus duntaxat unum beneficium potest conferre habenti adhuc unum & habenti canonicatum sub expectatione præbendæ: quia non dicitur beneficiatus in materia stricta; puta in materia rescriptorum. Appellatione beneficii non venit præbenda, ut notat do. Abb. post Inno. in c. postulasti. de rescript. & in c. fi. de præben. & digni. ubi dicit quod per mandatum de providendo in aliqua Ecclesia non veniunt præbendæ, & sic infertur quod licet Episcopus possit dispensare cum illegitimo super beneficio simplici, non tamen super [2] canonicatu & præben. ut notat Jo. Monach. in c. 1. de filiis presbyt. in 6. quam opi. servat curia Romana secundum Rotam deci. 2. tit. de filiis presbyt. in novis. & tit. de offi. ordi. quarta decisione in antiquis. & ibi dicunt quod simplex dispensatio Papæ cum illegitimo ut possit promoveri ad beneficia non habilitat ad canonicatus nisi dixerit ad quæcunque beneficia. & dicit Rota decisione prima. titu. de filiis presbyt. in antiq. quod in simplici dispensatione non veniunt beneficia cathedralia, & dicit Rota decisio. 2. tit. de proba. in anti. quod licet Episcopus possit dispensare cum illiterato

1 Contrarium Cardinalis Cons. 31. de præb. C. M.

2. Et hoc placet licet Summa Angelica teneat contrarium in verbo beneficium in §. 19. C. M.

Source : BIU Cujas

in beneficio ſimplici ut notat Inno. in c. cum in cunctis. in fine. de electio. & Hoſtien. in c. 2. de inſtitut. non tamen poterit diſpenſare in canonicatu, quia ibi requiritur induſtria & conſilium: quæ verba multum ſunt ponderanda ad plura quæ occurrere poſſunt in practica & notat Oldra. conſi. 215. in 3. colum. & Calde. de filiis preſbyt. conſi. 1. & Butri. in c. fi. 2. col. de filiis preſbyt. in 6. quod Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ad canonicatum.

Sed dato quod illud ſit verum, per hoc tamen non infertur quod appellatione beneficii veniat præbenda, quia illud verbum diſpenſandi, non loquitur in materia ſtricta, ſed recipit largam interpretationem. ut notatur in d. c. poſtulaſti. de reſcrip.

4. Limita primò iſtud non procedere in Eccleſia in qua non ſunt alia beneficia niſi præbendæ, quia ſunt in materia ſtricta: ut puta in materia reſcriptorum appellatione beneficii venit præbenda, & ratio aſſignatur ne gratia ſit fruſtratoria: ut no. do. Abb. in d. c. fi. poſt alios Doct. de præben. & digni. Archi. in c. alienationes. 12. q. 2.

Limita ſecundò non procedere quando in mandato ſive reſcripto dicitur, quod provideatur de beneficio competenti, quia competens beneficium intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ. Unde ſi meretur canonicatum, poterit de eo provideri: licet in Eccleſia ſint alia beneficia ſecundum Archi. in d. c. alienationes. 12. q. 2. & Abb. poſt in d. c. fi. de præben. & digni. ſic intelligentes textum in c. pro illorum. de præben. quod autem dicatur competens ſtatur arbitrio ſuperioris. ut not. Butri. in c. cum dilectus. col. 2. de jure pat.

Limitatur tertiò, ubi colligitur in Eccleſia collegiata, non cathedrali, in qua ſunt præbendæ, quia ſi ſunt electivæ, poteſt provideri de his, ut notat Rota deci. 8. tit. de conceſ. præben. in novis. & ti. de reſcript. deci. 56. & dicit Cald. conſi. 31. de præben. quod quotiens literæ faciunt mentionem de Eccleſia cathedrali, veniunt canonicatus ibi vacaturi etiam ſi de eis non dicatur: & ita dicit tenere gl. & Docto. in d. c. fi. de præben. tamen videtur quod do. Calde. ubi ſuprà voluit hoc intelligere, quod quando ſcribitur ſimpliciter, numquam veniant beneficia Eccleſiæ cathedralis. c. quamvis. in prin. de præben. in 6. tamen ſi nominatur Eccleſia cathedralis, veniunt canonicatus in ea vacantes: non intelligas indiſtinctè, ſed quando in ea non ſunt alia beneficia juxta primam limitationem. & dicit etiam Rota titu. de conceſ. præben. in novis: quod impetrans ad collationem Epiſcopi in forma ſpeciali poteſt acceptare præbendam in Eccleſia cathedrali ſpectantem ad collationem Epiſcopi, quia ſecundum eos tex. eſt in d. ca. quamvis.

Limita quartò in caſu. c. tua de verbo. ſignif. quia ſecundum do. Abb. ibi licet ponat materiam præjudicialem tertiò, tamen quia continet cauſam honeſtam & favorabilem Epiſcopi debitis oneratis includit omnia beneficia & ſic præbendas. ſecus ubi illa indulgentia fieret tertiò per id quod no. Jo. Mona. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. facit etiam. d. c. tua. ubi Pet. de Ancha. in d. c. fi. propter. 2. col. vide ad præmiſſa Feli. in c. poſtulaſti. de reſcript.

Ego ſemper do aliam limitationem: & ſic quintam, [1] videlicet quando in reſcripto continetur clauſula motu proprio: quia tunc extenditur ad præbendas, ut videtur tex. in c. ſi pluribus. de præben. & digni. in 6. Item appellatione præbendæ veniunt omnia beneficia. ut notat Ægi. concluſi. 147. ubi dicit quod ſi expectans beneficium cum cura vel ſine, acceptat parochiam vacantem, & executor providet ſibi de præbenda parochiæ valet proviſio: quia appellatione præbendæ poteſt comprehendi omne beneficium. notat Guil. in Cle. ſi. juxta. de præben. & Rota deciſio. pen. in ti. de reſcrip. in novis. quod præbenda vocatur non à præbendo, ſed magis à pretio, cujus amore datur. ut no. gl. quam ſequitur Cardi. Alex. in c. miror. 50. diſt. quod appellatione beneficii ſimplicis comprehenditur beneficium quod non ſonat in dignitatem per glo. in c. 1. de regul. jur. in 6. quæ dicit quod beneficia ſimplicia intelliguntur illa quæ non ſunt dignitates, nec habent curam animarum. allegat Joan. An. in c. 1. de conſue. in 6. & in c. de multa. de præben. & digni. Et dicit glo. multum not. in c. 1. in §. volens. in verbo beneficio. de colla. in pragma. quod verbum beneficium, comprehendit omnia beneficia majora & minora, collativa, ſive curata ſive dignitates, cùm ſit quoddam privilegium quod largiſſimè eſt interpretandum. l. fi. ff. de conſti. prin. c. olim. c. fi. & ibi per Doct. de verbo. ſig. c. cum dilecti. de don. Sed cùm iſtud privilegium præjudicet ordinariæ poteſtati & juri communi, videtur quod debet ſtrictè interpretari. ca. quod dilecto. de conſang. & affi. c. 1. & 2. de fil. preſb. in 6. c. quamvis. in prin. de præbend. in 6. facit quod no. in c. præſenti. in verbo ad collationem. de offi. leg. in 6. quod reſervationes ſunt odioſæ, quia præjudicant ordinariæ poteſtati. gloſ. in c. fi. in ver. ſimilibus. de verb. ſig. eo. lib. & privilegium in præjudicium tertii ſtrictè eſt interpretandum. ut notat Innocen. in d. c. cum dilectus. Et dicit glo. in d. c. 1. §. volens. in verbo præbendas. de colla. quod appellatione beneficii venit præbenda Eccleſiæ cathedralis per c. dudum. de præben. in 6. dicunt tamen Docto. in c. fina. de præben. quod ſi mandatur provideri alicui de beneficio in aliqua Eccleſia, ſi ſint ibi alia beneficia quam præbendæ, vigore iſtius mandati, non poterit provideri de præbenda & canonicatu qui eſt longè honorabilior quam aliud beneficium ſimplex: unde canonici dicuntur clerici primi gradus: & alii clerici ſimpliciter beneficiati dicuntur ſecundi gradus not. Inno. in c. ſedes. de reſcrip. & major eſt honor eſſe canonicum Eccleſiæ cathedralis quam alterius, licet æqualiter abundet. not. Inn. in c. fraternitatem. de ſepul. ideo cum in reſcriptis beneficialibus ſit facienda ſtricta interpretatio, debemus intelligere de beneficio minori. argu. c. quamvis. c. cum in illis. c. ſi pluribus. de præben. in 6. c. fi. de præben. & dignita. c. 1. & 2. de filiis preſbyterorum. in 6. niſi mandaretur provideri de præbenda ſi impetrans ipſam mereatur habere. tex. eſt not. in c. pro illorum. de præben. ubi ſimpliciter fuit mandatum provideri in aliqua Eccleſia de beneficio competenti & fuit proviſum de præbenda. Idem ſi ſimpliciter mandaretur ad collationem Epiſcopi, provideri poterit de præbenda cathedrali. arg. c. quamvis. à contrario. cum dicit hoc caſu. ut ibi notat Joan. An. per illud enim. c. non probatur, quia literæ beneficiales non extenduntur ad Eccleſiam cathedralem: ſed quod in beneficialibus appellatione Eccleſiarum civitatis vel Diœceſis non includitur cathedralis. Joan. An. in addi. Specul. in titu. de actio. & petitione. §. ſup. actionibus. Rota deciſione 112. & 213.

5. Et ideo dicit prædicta gloſ. quod nominationes univerſitatum ſecundum tenorem privilegii concilii Baſilienſis ad collationem Epiſcopi extenduntur etiam ad præbendas Eccleſiæ cathedralis & ita habet & ſervat conſuetudo.

6. Sic ergo concluderem cum tanta copia Doctorum quod appellatione beneficii in materia odioſa & præjudiciali juri communi aut tertio non veniunt præbendæ, dignitates & beneficia curata. per tex. in d. c. fi. ſæpiſſimè allega. de præben. & dignita. per text. etiam in c. quamvis. & in c. cum in illis. de præb. & digni. in 6. ſed ſolùm veniunt beneficia ſimplicia. Et ratio poteſt aſſignari, quia ultra qualitatem ſimplicis beneficii additur alia qualitas, videlicet canonicatus, dignitas & perſonatus vel cura: & ſic propter illam additionem & multiplicationem non com-

[1] Falſum puto per no. Clem. ſi Roman. de Præb. C. M.

Source : BIU Cujas

prehenduntur dicta beneficia. in simili facit tex. sing. in c. statutum. de elect. in 6. ubi dicit tex. quod in materia pœnali & restringibili pœna. c. licet canon. eo. tit. & libro. quæ loquitur contra tenentes Ecclesias parochiales non extenditur ad Ecclesias parochiales & collegiatas: quia ea quæ speciali nota sunt digna, nisi specialiter & verbaliter notentur neglecta videntur. ff. de jurejur. l. item apud. §. hoc dictum. & c. quamvis. de præb. & digni. in 6. In simili facit etiam tex. in c. quia periculosum. de senten. excom. in 6. ubi dicit tex. quod suspensio juris vel hominis generaliter prolata contra constitutos in dignitate & alios clericos non comprehendit dignitatem Episcopalem, propter adjectionem & præeminentiam quam Episcopus habet super alios. facit & glo. à toto mundo celebrata in c. 2. in verbo dignitatem. de præ. & digni. in 6. quæ dicit, quod illa constitutio dicti c. secundi non extenditur ad Episcopatus in simili est tex. in c. dilectus. de concess. præb. & in c. si compromissarius. de electio. in 6. & in simili no. domi. Abb. in rubri. de vita & hone. cleri. ver. sed circa. quod de stricta significatione seu in materia odiosa appellatione clericorum non veniunt Episcopi. per d. c. quia periculosum. de sen. excom. in 6. & per c. in fidei favorem. & c. inquisitorem. de hære. in 6.

1 Idem Sũma Angelica verbo clericus. in prin. C.M.

Subjicit etiam idem do. Abb. ut suprà quod idem est dicendum in aliis clericis [1] constitutis in dignitate & in canonicis cathedralium Ecclesiarum & rationem assignat, quia in eis est qualitas & suprà alios quæ non reperitur in simplicibus clericis. per d. c. statutum. de elec. in 6. maximè ex notatis ibi per Io. An. ubi dicitur quod appellatione Ecclesiarum parochialium non veniunt Ecclesiæ parochiales collegiatæ in materia stricta, quia habent qualitatem collegij supra curam.

In materia favorabili & ampla dico quod appellatione beneficij non solùm veniant beneficia simplicia personatus officia. immo etiam præbendæ dignitates per tex. & gl. in d. regu. 1. de reg. jur. in 6. per gl. in Cle. 1. de cau. pos. & proprie. & in cle. dispendiosam. de judi. & in Cle. 2. cum multis similibus suprà relatis. Idem etiam no. do. Car. in cle. 2. de deci. & dicit in simili do. Ab. in rub. de vita & ho. cle. ver. circa istam rub.

7. Quod appellatione cleri. comprehenduntur in materia favorabili omnes clerici in quacunque dignitate sint positi, ex quo sunt electi ad servitium Dei. unde omnes qui non sunt laici dicuntur clerici cùm duo sint genera Christianorum, unum clericorum, aliud laicorum, ut dicit tex. in c. duo sunt. 12. q. 1. hoc probatur ex etymologia vocabuli. ut 21. dist c. cleros. & in c. cum secundum. de præb. quia clerici dicuntur à cleros Græcè, quod est sors Latinè, quia sunt electi in sortem Domini. ut innuitur in dictis juribus. hoc etiam probatur in rubro & nigro de vita, & hon. cleri. nam in rub. solum dicit de vita & hone. cle. & in nigro fit mentio nedum de simplicibus clericis, sed de Prælatis etiam Episcopis. ut in c. clerici. de vita & ho. cleri. Idem probatur in ti. de cleri. ægrotan. in 6. & ibi per Io. Mo. privilegium ergo tributum clericis in materia favorabili comprehendit omnes clericos cujuscumque ordinis seu dignitatis sint: nam si est Episcopus, ergo clericus. c. cum à Deo. de rescrip. c. ex literis. de transac. Et sic appellatione beneficij in materia favorabili venit Episcopatus. per c. 1. de re. ju. in 6. Ita no. Ange. de Clava. in sua Summa ti. de Beneficio. Idem etiam est dicendum de Archiepiscopatibus & dignitatibus Patriarchalibus per jura & rationes sup. relatas.

8. Idem etiam credo de jure dicendum in Papatu, quod appellatione beneficij veniat Papatus. ut no. Ange. de Clava. in sua Summa tit. de Beneficio in prin. & sic credo, quod Papatus comprehendat, & Papa per tenorem illius. c. 1. de reg. jur. in 6. ubi beneficium non est tenendum sine canonica institutione: sed sic est quod si Papa non sit canonicè electus, sed per pecuniam aut impressionem laïcalem vel duo in discordia, quod concilium Cardinalium potest illos deponere per tex. in c. si. duo. & in c. si quis pecunia. 79 dist. do. Abb. in c. licet. de elec. & in disputatione, ncipiente Episcopus. Et ratio est, quia non est canonicè institutus: & sic habet locum d. regula prima ita quod liget Papam. Nec obst. si dicatur quod Papa non ligatur constitutionibus humanis. c. proposuit. de concess. præben. quia ad illud respondeo, quod habet locum in concernentibus merè jus positivum. & sic habet locum. d. c. proposuit. de concess. præben. & c. innotuit. de electio. secus autem in concernentibus jus divinum ut in præsenti casu, quia tunc constitutio Papæ ligat eum quo ad mentem legis, licet non quo ad pœnam: ut notat valde singu. do. Abbas, in c. significatti. de foro compe. & in c. fina. de insti. & in c. omnis utriusque sexus. de pœniten. & remissio. & in cap. primo. de fide instru. & in Clemen. 1. super collectis ad glo. Clemen. de probatio. vide ad plenum, ut dixi in tractatu de jurejuran. super quarta parte in illa q. an Papa possit dispensare super juramento.

9. Istud etiam ampliatur in hospitalibus quod appellatione beneficiorum in materia favorabili veniant hospitalia: ut dicit glo. valde notabi. in Cle. 1. in 1. gloss. quam ibi sequuntur do. Cardi. & Abb. de deci. secus in materia odiosa, quia tunc appellatione beneficij non venit hospitale. tex. & ibi Docto. in Cle. 2. de præben. & digni. facit cle. quia contingit. de religio. domi. & glo. in cle. dispendiosam. de judi. Vide glo. multum not. in c. 1. §. statuit. versi. [1] si autem. in verbo beneficium. dicens, quod nominationes & mandata non extenduntur ad hospitalia quæ non veniunt appellatione beneficiorum etiam si talia habeant Ecclesias annexas, & percipiant decimas. ad hoc cle. per literas. de præben. quod not. Pau. in cle. quia contingit. de relig. do. Archid. in c. eum qui. de eo qui mit. in pos. Floria. in cle. 1. de sequest. pos. nisi ad hospitalia consueta conferri religiosis: ut in elemosynariis multorum monasteriorum quarum proventus ad ipsas Præpositi faciunt suos sicut de aliis beneficiis quod non faciunt rectores aliorum hospitalium. C. de. Episcopis & cle. l. orphanotrophos. & cle. quia contingit in fi. Gensel. in cle. per litteras. ideo religiosus nominatus ad beneficia Abbatis potest acceptare tale hospitale, quia dicta Clementina per literas. non habet locum in religiosis, per dictam Clemen. quia contingit. §. præmissa. Et in religiosis videntur esse ejusdem conditionis, & sunt amovibilia dicit Rota. decisione 265. aliter autem hospitalia non comprehenderentur sub nominationibus etiam in casibus in quibus datur hospitale in beneficium secularibus. per notata in dicta cle. per literas. in verbo provideri. & non posset legatus hujusmodi hospitalia conferre. ut ibi not. etiam Panor. licet Joan. And. sentiat contrarium, in d. c. fi. de offi. dele. in 6. de quo dic. ut ibi per Domi.

1 Prag. Sãct. Tit. de collat. C. M.

10. Idem etiam dicas de capellaneis vel beneficiis altarium: ut aliqui qui habent aliquas fundationes annuas super aliquibus altaribus: quia tunc etiam appellatione beneficiorum veniunt ista altaria & capellæ, ex quo sic sunt per Episcopum ordinata. ut est glo. nota. quæ est prima in ordine circa finem. versicu. de quinta. in cle. 2. de deci.

11. Ex quibus etiam infertur quod appellatione beneficii Ecclesiastici non venit pensio annua. ut not. do. Abb. & Feli. in c. ad audientiam. in 2. in prin. de rescrip. per c. quamvis. in primo. de præben. in 6. & rationem assignant: quia licet largè possit appellari beneficium in quantum est benevola actio gaudium tribuens capienti: tamen quia nullam spiritualem habent in se, sed est quid merè temporale. ideo appellatione beneficii Ecclesiastici non venit annua pensio, ut not. idem do. Abb. ubi sup. idem not. dom. de san-

Source : BIU Cujas

cto Gemi. in d. c. quamvis. in prin. de præben. in 6. dicens, quod verbum beneficii positum in literis beneficialibus comprehendit beneficium Ecclesiasticum quod datur in titulum habens jus spirituale: non autem illud quod consistit in sola temporalitate prout est pensio.

Sed advertendum est, quia Andr. Barb. in d. c. ad audientiam. tenet contra omnes, quod imò strictè & propriè loquendo appellatione beneficii veniat etiam pensio. & facit tria motiva.

Primò arguit sic, quod dictio *alius*, implicat similia. glos. & Doct. in c. sedes. de rescrip. sed dictio, *alius*, quæ ponitur in d. c. ad audientiam. inter pensiones & beneficia: ergo pensiones sunt beneficia. Ad istud potest responderi, dicendo, hoc modo, major est falsa, quando per alia jura est declaratum quod aliquid non sit simile. ut not. Doct. in c. sedes. de rescrip. sed ista dictio, *alius*, quæ est posita in dicto c. ad audientiam. est declarata per tex. in c. quamvis. in primo. de præbend. in 6. & sic tollitur illud argumentum.

Secundò arguitur sic. surrogatum sapit naturam ejus: cujus loco surrogatur. c. Ecclesia. in primo. ut lite penden. cum similibus: sed pensio surrogatur loco beneficii: ergo est beneficium. Ad istud respondetur & negatur consequentia, quia non omne quod sapit naturam alterius est sibi simile, patet in proposito: nam patrimonium ad quod quis intitulatur juxta c. cum secundum. de præben. sapit naturam beneficii in hoc quod surrogatur loco illius: & tamen non est beneficium juxta not. per glos. in c. suis. quæ communiter est ab omnibus approbata. de præben. & digni. ubi dicitur quod illud patrimonium sive intitulatio potest vendi: & sic solvitur istud secundum fundamentum. Tertiò arguit de beneficio Ecclesiastico, de quo debet fieri mentio. c si motu. de præben. in 6. sed de pensione debet fieri mentio, ut c. ad audientiam. in 2. de rescript. ergo pensio est beneficium, respondetur quod major non est vera: nam non est verum quod solum de beneficiis debeat fieri mentio: imò ut de præstimoniis & de patrimonio, ut notant Docto. in c. postulasti. de rescrip. & tamen nemo dicet ista esse beneficia. Item de hospitalibus quæ [1] dantur in titulum debet fieri mentio secundum Card. in cle. 1. in 5. q. de offi. ordi. & tamen hospitale non est beneficium Cle. per literas. de præben.

[1] Nec etiam præstimonium, Panorm. Cons. 47. vol. 2. C. M.

12. Item appellatione dignitatis in materia odiosa & restringibili non venit Episcopatus & aliæ dignitates superiores, ut not. do Abb. in c. Vintonensis. col. 2. in glo. in verbo promoverit. ubi dicit quod ubi proces. princeps per viam dispensationis: puta quia dispensavit cum illegitimo ut possit promoveri ad ordines ad dignitates Ecclesiasticas: ibi dispensatio non extenditur ad dignitatem Episcopalem, quia in materia restringibili ut est dispensatio. c. 1. & 2. de fil. presby. in 6. in c. quod dilecto. de consan. & affi. nunquam appellatione dignitatis venit dignitas Episcopalis. tex. est not. in c. dilectus. juncto cap. 2. de concess. præben. & hoc dictum notant Doct. in d. c. dilectus. ad idem facit glos. not. in c. 2. de præben. in 6. quæ tenet quod in reservatione dignitatum simpliciter facta non comprehenditur dignitas Episcopalis: quia est dignitatum culmen. in c. penulti. de præben. Et idem dicendum ut si fiat mentio de dignitate Episcopali non extenditur dispensatio ad dignitatem Archiepiscopalem, & est valde notandum? unde dispensatus in minori non videtur dispensatus in majori, ut notatur in dicto. c. dilectus. de concessio. præben. in simili facit textus. in ca. quia periculosum. de sententia excommunicationis. in sexto. & in c. inquisitores. de hære. in 6. facit. c. si compromissarius. de electio. in 6. & dicit Dominus Abbas in dicto c. dilectus. de concessio. præben. quod in dispensatione super dignitate non extenditur ad dignitatem Episcopalem: & dispensatio in Archiepiscopatum non extenditur ad Patriarchatum. Et hoc habet locum in causa odiosa per jura suprà allegata. secus est in causa favorabili per c. 2. de judi. & dicit Anto. Corset. in suo repertorio quod appellatione dignitatis in dispensatione restringibili non venit Episcopatus. glos. est notabilis in c. 2. de præben. in 6. allegat etiam textum in dicto c. quia periculosum. de sententia excommunicationis. in 6. & glos. in Clemen. 2. de magist. ubi text. in casu illius Clemen. loquitur de dignitate pontificali, quod Episcopus punietur pœna illius Clemen. si contraveniret. glos. ibi addit si non expressisset non comprehenderetur Episcopus. per dictum c. quia periculosum. optime facit text. in ca. si compromissarius. §. hujusmodi. de elect. in 6. & ratio est, quia jura deferunt dignitati Pontif. c. quia Pontif. de offi. delega. in 6. Episcopus dicitur culmen dignitatum. ut in c. venerabilis. de præben. & serenitas, ut in Cle. in plerisque. de elect. idem dicitur apex dignitatis. ut in c. cum dilectus. in verbo ad apicem. de elect. in 6. adeo quod Archid. & Domi. de sancto Gemi. in c. 1. de Cler. conjuga. eodem lib. quæro an Episcopus debeat venire ad vocationem Regis si ab eo teneat temporalia: dicunt quod tenetur venire non ad litigandum, sed ad dandum consilium & auxilium: facit glo. in c. parati. de appella. & c. fin. de vot. & vot. adduco pulchrum dictum Bal. in l. quotiens. super verbo sedendi. C. ubi sena. vel clarif. quod si Episcopus sit accusatus, & compareat coram Judice debet sedere: & hoc propter dignitatem Episcopalem: sed domi. And. Barb. in c. ad falsarior. de crimi. fal. dicit quod in loco inferiori non loco Judicis & refert ibi Host. & Jo. And. & alios quod ille text. non vendicat sibi locum in Episcopo nisi exprimatur per dictum c. quia periculosum. & vide dom. Abb. in c. venerabilis. 2. col. de præben. & dignita. in versi. nota. ibi vix. quod appellatione dignitatis non veniunt ista quæ sunt dignitatum culmina; vide in statuto faciente mentionem de dignitate in materia odiosa non veniunt Episcopatus: quia sunt dignitatum culmen ita allegat glos. in d. ca. 2. de præben. in 6. & satis probatur in d.c. venerabilisi. bi; dum non appellat dignitatem, sed dignitatum culmen: & sic remanet ista quæstio bene declarata quid veniat appellatione beneficii.

13. Et differt beneficium ab officio juxta not. per Feli. in rubri. de offi. & potesta. judi. delegati. ubi dicit quod terminus officium accipitur tribus modis.

Uno modo, ut capiunt Canonistæ, officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine prærogativa chori: ut not. Archi. in c. 1. de consue. in 6. & Anto. in c. de multa. 10. col. de præben. Abb. in cle. dispendiosam. de judi. in apostil. reprobans ibi glos. quæ dicit Monachum habere officium. adde Card. in c. post cessionem. de proba. & ibi do. Abb. in 2. col. Alberi. in quarta parte statutorum. q. 23. ubi dicit quod si statutum prohibet quem habere officia non posset habere orationem apud populum: & Cald. in tit. de translat. Prælat. col. 1.

14. Ubi dicit quod Cardinalatus non dicitur beneficium, sed officium. facit. c. per venerabilem. qui filii sint legiti. & consilium Petri de Ancha. 340. incip. viso themate. ubi dicit quod si statutum faciat mentionem de officialibus populi veniunt officiales Ecclesiastici, si materia non est odiosa. Joan. And. in c. 1. de sagitta.

15. Ubi dicit quod coquus delicatorum ciborum dicitur habere officium & artem. alleg. tex. in c. natales. de consecra. distin. 5. Ludo. singu. 148. col. 74. incip. numquid esse coquus. & ibi dicit quod coquus Imperatoris vel Principis habet dignitatem. alleg. Bal. in c. 1. de feu. gar. Et differunt officium & beneficium, quia unum refertur ad aliud, hoc est beneficium datur

propter

Source : BIU Cujas

propter officium quod clericus exercet. c. fi. de reſcrip. in 6. ſatis apparet de illo officio quod facit Archidiaconus, dum examinat beneficiandos & ordinandos, & beneficiatos mittit in poſſeſſionem. text. in c. ad hæc. de offi. Archi. & illi proventus qui ſibi dantur in recompenſationem officii tranſeunt in beneficium, & appellatur propriè beneficium per dictum c. fi. de reſcript. in 6. juxta illud clericus à cleros Græcè, &c. & qui altario ſervit videlicet in officio exercendo debet vivere de altari: & illud dicitur beneficium. per c. 2. de præb. & dignita. c. cleros. 22. diſt. c. duo ſunt. 12. q. 2. no. in c. poſtulaſti. de reſcrip. & cum iſtis remaneat bene & amplè declarata prædicta qu. quid contineatur appellatione beneficii, officii & dignitatis.

QUÆSTIO IV.

1. *Beneficia an ſint de jure divino inſtituta.*
2. *Ætates mundi ſunt ſeptem.*
3. *Eccleſia in quo dicatur inchoata, num. ſeq. & in quo ſtare dicitur, num.* 8.
4. *Mortem ſuſtinuit Abel à fratre germano.*
5. *Clerici ſunt diverſi in genere.*
6. *Prælatorum ſunt diverſa genera.*
7. *Minores non ſunt à majoribus contemnendi.*
9. *Inſtitutio an ſit de jure divino.*
10. *Mundum rexit Deus à principio; & cui poſtea ejuſdem regimen dimiſit.*
11. *Poteſtas omnis fuit à Deo inſtituta.*
12. *Sacerdotes quibus conceduntur beneficia an ſint Levitici generis.*
13. *Jus divinum quid ſit.*
14. *Beneficia quomodo habuerunt ortum ſaltem figurative in novo Teſtamento.*
15. *Sacerdotum cœtus quomodo appellatur gremium Eccleſiæ, & ſenatus divinus ac ſacrum collegium: & in quo ſacerdotum officium conſiſtat.*
16. *Presbyteri curati videntur habere Apoſtolorum locum, num.* 30.
17. *Urbes, Provinciæ & Epiſcopatus fuerunt diviſæ ante tempus Chriſti.*
18. *Beneficiorum tituli qui videantur inſtituti de jure poſitivo.*
19. *Eccleſiarum parochialium fuit inventor & diviſor Dionyſius Papa.*
20. *Papa quando non habet plenariam poteſtatem in beneficiis jure divino inſtitutis.*
21. *Beneficia Papa ad nutum conferre poteſt & ad tempus & ſub conditione: & habet plenam poteſtatem in his quæ jure poſitivo ſunt inſtituta. Et diſponere poteſt contra inſtitutiones & fundationes beneficiorum & hoſpitalium & regulariorum.*
22. *Beneficia regularia quæ ſint & quo jure ſint inſtituta.*
23. *Beneficia inſtituit ipſa Eccleſia.*
24. *Patriarchatus eſt de jure poſitivo.*
25. *Epiſcopalis dignitas an ſit de jure poſitivo inſtituta, num.* 28.
26. *Epiſcopatus unde dicatur & à quo fuit ordinatus, num.* 28.
27. *Papa Dionyſius primus, fuit ſucceſſor Petri viceſimus quintus.*
29. *Matrimonium ſpirituale contractum cum Eccleſia per clericum non diſſolvit Papa plenaria poteſtate niſi cauſa urgente, num. ſequenti. Et quomodo contrahitur illud inter clericum & ſuam Eccleſiam, num.* 31.
30. *Baptiſmus ſuccedit in locum circunciſionis.*
32. *Presbyteri inferiores quomodo ſint electi de jure divino. Et degradatus retinet privilegium juris divini: ita quod conficit Corpus Chriſti.*
33. *Diſpenſare an poſsit in his quæ ſunt jure divino inſtituta, num.* 29.
34. *Jus divinum propriè ſumptum eſt quod in lege & Evangelio continetur.*
35. *Cardinalatus dicitur pars Papatus nec jurant fidelitatem Papæ tanquam membra & pars corporis: & quo tempore inceperunt nomina Cardinalium.*
36. *Papatus dignitas eſt de jure divino inſtituta: & quomodo Deus Petro promiſit Apoſtolatum ante mortem ſuam: & qualiter intelligantur hæc verba: Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.*
37. *Papa fuit conſtitutus ipſe Petrus poſt reſurrectionem.*

QUæro quartò; An beneficia ſint inſtituta de jure divino aut poſitivo, & primò videtur quod ſint inſtituta de jure divino per authoritates & rationes infrà deductas. Et primò diviſiones gratiarum ſunt videlicet in Eccleſia. Idem autem ſpiritus eas conferens & diviſiones adminiſtrationum ſunt, ut ait Apoſtolus 1. ad Corinth. 22. c. & diviſiones operationum ſunt: unus autem Deus qui operatur omnia in omnibus prout vult. Gratia quidem gratum faciens in omnibus fidelibus qui ſunt in Eccleſia merito eſt: ſed gratia gratis data ut Prophetia operatio miraculorum in Eccleſia ſunt: ſed non omnes eas habent, imò pauci, & unus unam, alius alteram. Adminiſtrationes etiam, officia & ſtatus fidelium ſunt varii. Eccleſia autem eſt nomen Græcum, & Latinè dicitur convocatio ſecundum Iſidorum in libro Etymolo. quia ſcilicet omnes ad ſe vocat: & dicitur catholica quod interpretatur univerſalis. Univerſalis autem dicitur, quod multa diverſa & varia comprehendit in unum ſicut omnia animalia quæ ſunt quaſi innumera & varia comprehenduntur & conveniunt in uno genere animalitatis: ſic Eccleſia ita eſt circundata varietate locorum, temporum, ſtatuum ſeu conditionum hominum, quod unitatem ſervat fidei & dilectionis unius unum verum Deum colens, & ad ipſum ut ad ultimum finem tendens. Varietas ergo Eccleſiæ, id eſt, in beneficiis & in locis oſtenditur, quia non ſolùm in uno loco, ſed ubique terrarum diffuſa eſt per univerſum orbem. ut ſicut ſponſus ejus eſt Dominus univerſorum ſecundum illud Job. Opus manuum ejus ſunt univerſi, ſicut ait Pſalmiſta. Convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, ſcilicet ad fidem Eccleſiæ & adorabunt eum univerſæ familiæ generum. hinc & Hiero. ad Evandrum. nec altera Romanæ urbis Eccleſ. altera totius orbis æſtimanda eſt & Galliæ & Britanniæ,

Source : BIU Cujas

Nam & Africa, & Perſis, & Oriens, & India unum Chriſtum adorant, unam regulam ſervant veritatis. ca. legimus. 93. diſtinctio.

2. Attenditur etiam iſta varietas reſpectu temporum: per varia enim tempora per varias ætates quaſi per ſeptem dies magnæ hebdomadæ, totius temporis in præſenti militat vita. Ut primus dies ſi ætas ab Adam uſque ad Noe. Secundus à Noe uſque ad Abraham. Tertius ab Abraham uſque ad David. Quartus à David uſque ad traſmigrationem Babilonis. Quintus à tranſmigratione uſque ad Chriſtum. Sextus à Chriſto uſque ad Antichriſtum. Septimus ab Antichriſto uſque ad finem mundi. Hæc Eccleſia per vineam deſignata eſt in parabola à Chriſto dicta, ut Matth. 20. c. ab Abel juſto uſque ad ultimum electum qui eſt naſciturus, eſt in fine mundi, quot ſanctos protulit, tot quaſi palmites miſit, ut inquit Gregorius in homilia.

3. Dicitur autem Eccleſia potius inchoaſſe in Abel, quam in Adam, & ſi primo innocens & plenus gratia fuerit & poſt lapſum de peccato pœnituerit, ut dicitur in libro Sapientiæ, & Aug. de pœnitentia diſtinct. 1. ſicut primi. tamen quia per inobedientiam ejus infectum fuit totum genus humanum originali peccato. Ideo non videtur congruere principium Eccleſiæ ſibi ne Eccleſia videatur initium habuiſſe à peccato ſeu peccatore.

4. Sed Abel ſanctus & juſtus fuit, injuſtè perſecutionem & mortem à Germano ſuſtinens. In hoc etiam figura an quod Eccleſia & collectio bonorum à fratribus ſuis perſecutiones & tribulationes paſſura eſt. Vnde Gregorius Abel eſſe tenuit quem Caïm malitia non exercet. §. fina. 7. quæſt. Dicitur etiam Eccleſia inchoare aliquando ab adventu Spiritus Sancti in diſcipulos in die Pentecoſtes quod ponit Iſidorus. & hoc non ſimpliciter, ſed quantum ad plenitudinem in diſcipulorum perſonis & gratiis, & quantum ad dilatationem ejus per orbem & fidem explicitam articulorum & eorum qui veteri Teſtamento fuerant implicita: eadem tamen in ſubſtantia. Quilibet horum ſtatuum diſtinguntur in diverſa officia & exercitia. Nam laïci aliqui ſunt conjugati, alii virgines, alii in viduitate, alii Domini, alii milites, alii Doctores, alii Medici, alii artifices, alii agricultores.

5. Clericorum etiam alii ſacerdotes, alii diaconi, alii ſubdiaconi, alii in minoribus, & horum alii decani, alii archidiaconi, alii cantores, alii vicarii, alii delegati & hujuſmodi religioſorum etiam, alii anachoritæ, alii cenobitæ, alii monachi, alii canonici regulares, alii mendicantes. Et horum etiam ſunt diverſi modi vivendi ſecundum varias regulas & conſtitutiones ſuas, ut Prædicatorum, Minorum & heremitarum & hujuſmodi.

6. Prælatorum etiam diverſi ſunt gradus, quia alii Epiſcopi, alii Archiepiſcopi, alii Patriarchæ, alii Cardinales, denique ſupremus eſt ſummus Pontifex. Unde Apoſtolus ad Romanos 12. 1. ad Cor. 12. Loquitur de Eccleſia ad ſimilitudinem corporis humani: diverſa igitur membra, diverſi fideles in diverſis ſtatibus, actus eorum diverſi ſunt, diverſa officia & exercitia eorum. & membra quidem excellentiora, puta oculi vel caput non contemnitur inferiora ut pedes: ſed diligunt ea, quæ neceſſaria ſunt eis in actibus ſuis.

7. Ita ſuperioris gradus vel officij Prælati & Domini non debent contemnere ſubditos, & ſicut quodlibet membrum contentatur de officio ſuo: nec ſe intromittit de officio alterius niſi in adjutorium: Ita quilibet debet contentari de ſtatu ſuo, nec debet intromittere ſe de alio, vel offerre ejus officium, ſed juvare. Item quodlibet membrum gaudet de bono alterius, & debet & compatitur de malo illius, ita quilibet debet gaudere cum gaudentibus in bonis eorum, & flere cum flentibus in malis.

8. Et ſic Eccleſia regina ſtat à dextris Dei ſuorum honeſtate, in veſtitu deaurato, ſapientiæ claritate, circundata varietate ſtatuum, & officiorum, & exercitiorum diverſitate. Et ſic per prædictas allegationes videtur inferendum quod inſtitutio Eccleſiarum ſive beneficiorum ſit de jure divino. Tamen ad iſtud poteſt reſponderi quod univerſalis Eccleſia in qua Chriſtus eſt caput, & vicarius eſt Papa, tum Eccleſia eſt de jure divino.

9. Secundò probatur quod inſtitutio ſit de jure divino cum regnum temporale fuit in Caïm ex uſurpatione qui condidit civitatem in qua regnare cœpit, vocavitque eam nomine Enoc, ut dicit Auguſtinus 15. de Civitate Dei. Noe autem juſtus arcam fabricat quæ Eccleſiam repræſentat. ut 24. quæſt. 1. c. quoniam. 47. diſtinctio. c. quantumlibet. & Hugo. de Archa. lib. 1. c. 3. dixit quod arca Noe quam facit ſecuribus & dolabris ex materia lignorum ex bitumine Eccleſiam quam Chriſtus fecit per prædicatores ſuos ex collectione populorum in una fidei confeſſione deſignat hanc arcam Chriſtus gubernator ejus inter procellas hujus vitæ regens per ſe ducit. Tamen ad iſtud poteſt reſponderi, ut ſuprà in primo fuit reſponſum.

10. Tertiò Deus per ſe à principio mundum rexit uſque ad Noe cum regimen commiſit populi ſui, & ab eo uſque ad Samuelem rexit per Patriarchas Judices & Reges, qui etiam ſacerdotes erant qui in vicariatu Dei quo ad populum. Iſrael ſucceſſerunt ſic gubernavit & regi voluit populum ſuum Iſrael electum quem præcepit per Moyſem gubernari: ut notat Cardi. Alexan. in c. 1. 3. col. 15. diſtin.

Ad iſtud poteſt reſponderi prout ſuprà fuit in aliis argu. reſponſum.

11. Quartò arguitur hoc modo, quia omnis poteſtas à Deo fuit inſtituta, ad Roma. 13. c. 1. de homi. in 6. & ſic ſi omnis poteſtas à Deo fuerit inſtituta, merito eſt dicendum & per conſequens quod omnia beneficia à Deo fuerunt inſtituta.

Ad iſtud reſpondetur quod reſpectu cauſæ efficientis omnis poteſtas eſt ab uno Deo, hoc eſt, ab unitate proficiſcitur, & ſic habet locum autoritas in contrarium allegata: tamen reſpectu ſingularium beneficiorum inſtitutio videtur eſſe à jure poſitivo per text. in c. 1. 22. diſt.

12. Quintò iſtud poteſt probari, ut legitur Deuteronom. ſi difficile & ambiguum apud te judicium eſſe proſpexeris, recurre ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore. ipſi enim judicabunt tibi judicii veritatem. per tex. in ca. per venerabilem. qui fi. ſint legi. §. rationibus. & ibi beneficiati ſunt Sacerdotes Levitici generis fratres noſtri qui nobis jure Leviticо in executione ſacerdotalis officii coadjutores exiſtunt: ille verò ſuper eos exiſtit cui Dominus inquit, dicens: Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. ut Math. 16. cap. quodcunque. 22. q. 1. & ſic videtur quod ſacerdotes.

13 Quibus conceduntur beneficia, ſint Levitici generis, & ſic de jure divino. jus enim divinum propriè ſumptum eſt quod in Lege & Evangelio continetur. probat tex. in ca. humanum genus. 1. diſt. ſed beneficiati Levitici generis. d. §. rationibus. & quia debent promoveri ad ſacerdotium. c. cum ex eo. cum ſi. de elec. in 6. quibus rationibus patet quod beneficiati fuerunt in veteri Teſtamento, non ſub nomine beneficiorum, ſed alio nomine: in veteri Teſtamento, Sacerdotes Levitici erant conſiliarii. & dicit tex. in c. Eccleſia 16. quæſt. 1. habet ſenatum. i. cœtum preſbiterorum & Roboam filius Salomonis perdidit regnum, quia audire noluit Preſbyteros ſuos: ut habetur 3. Regum 12. ca. ecce nunc. quod Sacerdotes Levitici tempore veteris Teſtamenti erant conſiliarii, & ſic fuerunt de jure divino: licet non ſub nomine beneficiatorum, ergo ſequitur neceſſariò quod beneficiati

Source : BIU Cujas

fuérunt de jure divino non sub nomine beneficiorum, sed alio nomine.

Ad istud potest responderi quod præmissæ authoritates habent locum & intelliguntur in Cardinalibus. & sic habet locum. d. cap. per venerabilem. §. rationibus. qui filii sint legi. & quod And. Barba. in tracta. de præstan. Cardi. q. 1. secus in aliis beneficiatis. ut infrà dicetur.

14. Sextò probatur, quod beneficia habuerunt ortum in novo Testamento, saltem figurativè per c. in novo. 21. distinct. ubi dicitur quod Apostoli videntes messem magnam & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis, ut mitteret operarios in vineam suam, ut habetur Lucæ 10. c. & Matth. 9. unde ab eis electi sunt 72. discipuli. & sic videtur quod beneficia & beneficiati sint de jure divino.

Ad istud potest responderi quod illud habet locum institutionibus discipulorum: secus autem in beneficiatis & beneficiis per nota per Inno. in c. nisi cum pridem. de renuntia.

Septimò facit, quia in novo Testamento seu antequam jura positiva vocassent eos beneficiatos, vocati fuerunt consiliarii. per tex. in c. Ecclesiastici. 12. q. 2. in ver. quia igitur. ubi Greg. appellavit Theo. consiliarium. & idem habetur in c. in parochia. ver. consiliarii nostri. 16. q. 1. & c. convenientibus. 1. q. 7.

Ad istud respondetur quod præmissæ authoritates melius probant contrarium, quia videtur per illa jura quod potius beneficia instituta de jure positivo, ut patet claré in illis juribus, & per notata per Archi. in c. sacrosancta. 22. dist.

Octavò videtur istud probari per dictum Bald. de Peru. in suo tractatu. de schisma.

15. Ubi appellat cœtum Sacerdotum senatum Divinum, & collegium sacrum: & appellatur gremium Ecclesiæ. c. in nomine Domini. 23. dist. & Ecclesia est de jure Divino. juxta illud in Apoca. Vidi Hierusalem sanctam descendentem, &c. cùm ergo Ecclesia sit de jure Divino, ergo cœtus Sacerdotum.

Ad istud potest responderi, quod habet locum in cœtu & senatu Cardinalium, non autem beneficiatorum.

Nonò facit, quia officium Sacerdotum & beneficiatorum consistit in adjuvando, ut consulatur universali Ecclesiæ, & Ecclesia senatum habet. cap. Ecclesia. 16. q. 1. ergo sequitur quod beneficia sunt de jure Divino.

Tamen ad istud respondetur, quod non valet consequentia.

16. Decimò facit, quia Presbyteri, maximè Curati videntur habere locum Apostolorum: ergo sequitur quod sunt de jure Divino: & primo quia ante passionem Christi Apostoli astiterunt Christo, in quo quidem statu omnes Apostoli pares fuerunt, & omnes erant simplices sacerdotes. tex. in §. è contra. de pœnitent. distinctio. 1. & c. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1.

Ad istud etiam respondetur, quod præmissa habent locum in Apostolis, Episcopis & Cardinalibus. d. c. in novo. 21. dist. secus in aliis beneficiatis. per c. 1. 22. dist in.

17. Undecimò facit, quia urbes & Episcopatus, & etiam Provinciæ fuerunt divisæ & distinctæ ante tempus Christi. ca. 1. 80. distin. & c. 1. 99. dist. gl. 3. c. 1. 13. q. 1. & sic videtur quod beneficia sint de jure Divino.

Ad istud etiam respondetur, quod illud intelligitur de Episcopatibus & provinciis, secus est in aliis beneficiis per tex. in ca. 1. 13. quæst. 2.

Præmissis tamen non obstantibus contrarium tenet domi. Abbas. in c. constitutus. de reliq. domi. dicens.

18. Quod tituli beneficiorum sunt de jure positivo, non autem de jure Divino. Idem etiam tenet magis amplè idem domi. Abb. in disputa. incipien. Episcopus. col. 2. ver. ad propositum. allegat text. in c. 1. & 2. 22. distin. ubi dicit tex. quod Papa instituit Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, & alios constituros in dignitate: allegat etiam tex. in c. in illis. 80. dist. & can. 1. 90. dist. & Inn. in c. nisi cum pridem. de renun. & in c. 1. de symo. & cap. olim. 95. dist. Idem etiam tenet Archi. in cap. omnes, 22. dist. ubi dicit quod quamvis de dignitatibus per Romanam Ecclesiam constitutis possit Episcopus cum capitulo suo in sua Ecclesia constituere dignitatem. c. cum olim. de consue. c. cum accessissent. de consti. non tamen poterit instituere Cardinalatum sine authoritate Romani Pontificis, cum non sit per Romanam Ecclesiam ordinatum. Istam partem etiam tenet & sequitur Feli. in c. cum accessissent. de consti. Idem tenet Domi. de san. Gemi. in c. 1. 22. dist. & etiam Card. Alexan. in can. 1. 44. distin. col. 4. versi. & quantum postea succesit tempus. ubi dicit quod constitutum fuit per Pontifices ut variæ essent administrationes & tituli in Ecclesia Dei, & aliqui essent regulares qui postea distincti sunt inter habentes propria in communi, & nihil habentes, id est, mendicantes, aliqui essent clerici sæculares habentes beneficia, ut dicit Spe. in rationali divinorum officiorum. lib. 2. c. 1. clericorum sæcularium usurpato nomine; sæculares clerici dicti abusivè, certè cùm propriè ipsi à sæcularibus hominibus debeant esse semoti. c. denique. 4. distinct. & hoc importat rasura in capite. c. degradatio. de pœnit. lib. 6. & exinde usus majorum; cum approbatione Pontificum creavit beneficia Ecclesiast. diversi generis dignitates, diversas rectorias parochialium Ecclesiarum, personatus, canonicatus & præbendas, beneficia alia diversa simplicia. toto titu. de præben. maximè. in c. de multa. eo. tit. & in c. 1. de consue. in 6. & c. 1. & per totum. 22. dist. & istis sicut datus fuit proprius titulus administrationis: ita & datus fuit quidam modus capiendi fructus, & quoddam jus.

Ego præmissis consideratis concluderem cum prædictis Doct. circa beneficia inferiora ab Episcopatu, quod sint instituta & ordinata à jure positivo & non à jure Divino. & pro ista parte allego tex. valde nota. in c. 1. juncta gl. 1. 13. q. 1.

19. Ubi Dionysius Papa fuit inventor & divisor Ecclesiarum parochialium; ita tenet do. Abb. in c. extirpandæ. §. qui vero. in sua repetitione. col. 2. de præben. & digni. & in c. cum olim. per illum tex. de consue. istud etiam probatur per c. 2. de præben. & digni. in 6. & in cle. 1. ut lite pen.

20. Ubi dicitur quod Papa in beneficiis habet plenariam potestatem, per c. proposuit. de concess. præben. secus si essent ordinata de jure Divino: quia tunc non haberet plenariam potestatem. per c. sunt quædam. 15. q. 1.

21. Istud etiam corroboratur, quia solus Papa concedit beneficia ad nutum & ad tempus & sub conditione. c. si gratiosè. de rescrip. in 6. & c. veniens. de filiis presbyt. & in c. quamvis triste. & c. petisti. 7. q. 1. In simili facit dictum do. Abb. in c. inter quatuor. de major. & obed. ubi dicitur quod licet Papa non possit procedere & sententiare contra non vocatum nec citatum; secus est in beneficialibus in quibus habet plenariam potestatem: ita etiam notatur in c. cum olim. de re jud. Ad præmissa facit etiam. c. cum accessissent. & ibi per glo. & Doct. ubi nota. quod Ecclesia instituit & ordinat dignitates & beneficia. In simili adduco textum in cle. quia contingit. juncta gl. in verbo, Apostolicæ. de religio. domi. ubi Papa disponit contra institutiones & fundationes beneficiorum & hospitalium. facit. c. significatum. de præb. & digni. Item conclusionem suprà relatam ampliarem etiam habere locum in beneficiis regularibus, quæ beneficia regularia habuerunt ortum & originem à jure positivo. per tex. in c. cum de beneficio. de præben. & di-

gni. in 6. & dicit glo. valde nota. in ca. 1. §. item placuit. in verbo, regularibus. de colla. in prag. sanct.

22. Dicens quod beneficia regularia dicuntur illa quæ in fundatione ita fuerunt ordinata, & quod regantur per religiosos: vel quæ consueverunt per eos regi spacio 40. annorum cum titulo, vel tanto tempore cujus initii non sit memoria. c. super quibusdam. de verbo. signi. c. 1. de præscrip. in 6. nam si dicta beneficia regularia essent ordinata de jure divino, non haberet locum præscriptio aut consuetudo contra statutum eorum. c. fi. de consue. quod non est verum: imò contra statutum eorum habet locum consuetudo, ut dicit. c. cum de beneficio. de præben. in 6. & sic ergo est dicendum quod sunt instituta de jure positivo.

Et si diceretur quod licet quo ad nudum nomen beneficia regularia sint ordinata de jure humano & positivo, tamen potestas & jurisdictio ipsorum est à jure Divino. ut in simili facit tex. in d. c. per venerabilem. §. rationibus. versi. sunt autem Sacerdotes Levitici generis. qui etiam Sacerdotes debent esse Abbates & Priores. c. 1. c. cum contingat. de æta. & qualitate. sed Sacerdotes Levitici fuerunt de jure Divino, quia de jure veteris Testamenti ante omne jus positivum Romanorum Pontificum.

Ad istud potest responderi, quia negatur quod i lud c. per venerabilem. §. rationibus. qui filii sint legiti. loquatur in Abbatibus & aliis tenentibus beneficia regularia: sed intelligitur de Sacerdotibus Levitici generis, id est, Episcopis & Cardinalibus. ut ibi per Sacerdotes.

23. Facit etiam quia Ecclesia habet senatum à jure positivo, non autem à jure Divi. c. Ecclesia. 16. q. 1. & sic ergo à fortiori videtur quod beneficia regularia quæ sunt inferiora à senatu sint à jure positivo.

24. Item Patritiatus est de jure positivo introductus. insti. quib. mo. jus patri. pote. solvi. §. filiusfamilias. l. nemini. C. de consue. lib. 12. & sic à fortiori videtur idem dicendum in beneficiis regularibus.

Et sic ex præmissis apparet quod beneficium regulare sit à jure positivo. facit tex. in c. cum ad Monaster. de statu Mona. versic. ne alicui. ubi tex. dicit quod Papa statuit ut Abbates conferant prioratus obedientiales ad tempus, & non in perpetuum. idem est tex. in Clemen. ne in agro. §. cæterum. eodem titu. & sic apparet quod dicta beneficia sunt de jure positivo. probatur etiam per c. inter quatuor. de religio. domib. ubi Papa dispensat ut contra fundationem monasterii clerici seculares instituantur in monasteriis, & sic ergo apparet quod illa fundatio est de jure positivo. per cap. præposuit. de concess. præben. sed si esset de jure Divino. Papa contra illam fundationem non posset. c. sunt quidam. 25. q. 1.

25. Præmissa limitantur non procedere in dignitate Episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de jure Divino, ut sentit And. Bar. in tract. de præstan. Cardina. in 1. q. & istud probo, quia sicut una est Ecclesia à Christo per totum mundum in multa membra divisa: ita Episcopatus unus multorum Episcoporum & concordi numerositate diffusus. ut in cap. Novatianus. 7. q. 1. cap. loquitur. circa medium. 14. quæst. 1.

26. Et dicitur Episcopatus quasi unum caput, seu una cura, seu intentio, cum Episcopus sit nomen Græcum, Latinè interpretetur superintendens. ut in c. qui Episcopatum. 8. q. 1. tamen Episcopatus ante Christi adventum erat ordinatus: & ita reperitur in veteri Testamento: juxta illud Psalm. 118. fiant ejus dies pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter, quod etiam Petrus Apostolorum Princeps & Christi vicarius confitetur. ut Actu. Apost. c. 1. unde est, ut ait Apo. 1. ad Tim. 3. c. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Item & illud; Oportet enim Episcopum sine crimine esse, ut habetur ad Titum primo. & 1. ad Timo. 3. c. item etiam apud Gentiles ante Christi adventum. Jam erant Episcopatus, ut l. numerum civilium. in 2. §. Item ope. ff. de mune. & hono. quorum officium, ut ibi evidenter probatur, erat præesse cunctis necessariis & venalibus rebus pro humana natura dumtaxat substentanda, sic & isto modo est intelligendum illud quod habetur in capitulo primo. de emp. & ven. verumtamen non erant Episcopatus ita distincti sicut decebat, nec distinguebantur, quia hoc nomen, Episcopus, à nomine, Presbyter & promiscuè omnes Sacerdotes in primitiva Ecclesia immediatè post Christi resurrectionem, Presbyteri quandoque Episcopi appellabantur, & omnes in communi in Ecclesia Dei regnabant, ut habetur in c. legimus. 93. di. & in c. olim. 95. di. sed occurrente schismate inter eos dum unus vellet alteri præferri, dicendo: Ego sum melior te, quia fui baptizatus à Paulo: alius contrarium asserendo: quia fui baptizatus à Petro fuit ordinatum per Apostolos alios seniores, quod unus de Presbyteris præponeretur qui vocaretur Episcopus, cui alii obedirent, & sic Episcopatus, prout hodie est distinctus, fuit ordinatione Apostolorum & aliorum seniorum & non jure divino inventus. Ita apertè dicit Hiero. in c. olim. 95. dist. c. legimus. 93. dist. unde est quod Beatus Petrus vocabat se Presbyterum & seniorem hoc modo scribens: Seniores qui in vobis sunt obsecro Consenior & testis Christi Passionum Dei, ut habetur prima Petri. 5. c. quæ verba exponens Hier. Seniores, id est, Presby. Consenior, id est, Compresbyter ut habetur in d. c. legimus. & cum in singulis civitatibus ponerentur per Apostolos Episcopi & in singulis provinciis Archiepiscopi ut habetur in c. 1. 9. dist. & probatur etiam apertè in c. 1. & 2. So. distinctio. tamen adhuc in effectu Episcopatus non erant divisi nec distincti, unde quos unus excommunicabat, ut habetur per d. Abb. post Inn. alius non absolvebat. non Hono. in c. cum causam. in fine. de probatio.

27. Propter quod Dionysius Papa hujus nominis primus, qui fuit 25. Petri successor imperansque in Ecclesia Dei circa annum à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 200. & 73. vel parum antè, Presbyteris Ecclesias & cœmiteria in urbe Romana dimisit: foris autem parochias & Diœceses distribuit, quod quisque finibus suis & limitibus contentus esset, ut evidenter per Chroni. Roma. Pontifi. apparet: sic enim est intelligendum. cap. 1. 13. quæst. 1.

28. Unde ex prædictis patet clarè quod Episcopatus non sunt de jure positivo, sed ordinatio personarum quæ in Episcopatibus præsiderent, est de jure positivo, id est, ordinatione Ecclesiæ, & creatio Episcopatuum, & limitatio, qua mediante, unusquisque finibus suis & limitibus contentus esse debet: fuit & est de mero jure positivo, videlicet ex institutione Romanæ Ecclesiæ; & ita est intelligendum illud quod notatur in c. 1. 22. dist. cum sic ait omnes sive Patriarchæ in cujuslibet apicem, sive metropoleon Primatus, aut Episcopat. cathedras, vel Eccles. sive cujuscumque ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundavit, sed capiendo Episcopos, prout repræsentat Apostolus, ut in c. in novo. 22. dist. & capiendo etiam Diœceses, ut in c. 1. 80. dist. tunc est dicendum quod Episcopatus est de jure Divino, ut suprà dixi. In simili facit tex. in c. sicut alterius. 7. q. 1. ubi dicitur quod, quemadmodum uxor carnalis viro vivente, non potest ab alio desponsari, ita nec sponsa Episcopi, quæ est Ecclesia, cùm sit alligata, non potest ab alio desponsari illo vivente, alias adulterabitur: & post pauca subjicit: si autem utilitatis causa ad aliam Ecclesiam fuerit mutandus, poterit non per se, sed authoritate Papæ transferri. In simili etiam facit capit. quanto. de translatione Prælatorum. ubi dicitur quod matrimonium spirituale consistens inter Episcopum & Ecclesiam, non potest per hominem dissolvi,

Source : BIU Cujas

& quod cum Rom. Pontif. Ecclesiarum necessitate vel utilitate illud dissolvit, non puri hominis, sed Dei vices gerit. Unde pondero verbum necessitate vel utilitate. ad idem facit. c. 2. eo. tit.

29. Et sic Papa sine causa non potest dissolvere vinculum quod est inter Episcopum & suam Ecclesiam. per c. si is qui. 23. q. 4. sicut in simili dicimus de juramento vel voto, & aliis quæ sunt de jure divino: quia sine causa Papa non dissolvit. ut notatur in ca. quanto. de jureju. & dixi in tracta. de jureju. in 3. parte. super 1. q. Inn. in cap. cum inter de renun. & dissolvere tale vinculum ex sola voluntate esset contra dispositionem divinam & ordinationem Apostolicam & Sanctorum Conciliorum & authoritatem Ro. Pontif. atque contra rationem juris naturalis: esset enim contra dispositionem divinam: quia Christus in persona Apostolorum misit Episcopos & omnes Sacerdotes ad prædicandum & ad Sacramenta administranda, quia sine causa ex quo semel sunt vocati non debent revocari: quia qui in Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. c. cum ex injuncto. de hære. cap. licet de reg. c. duæ. 19. q. 2. Dignior enim est lex privata, quæ scilicet infunditur in cordibus hominum per Spiritum sanctum, quam lex publica quæ editur per Papam: Spiritus enim Dei lex est, & nemo potest Spiritui sancto resistere, ut dicit text. in d. ca. duæ. Et si dicere res quod isti fuerunt vocati à Papa & non à Deo.

30. Respondeo quod imo à Deo: nam in ordinatione superior mittit manum, & Deus mirabiliter administrat gratiam, & dat potestatem. c. dictum. c. multi. 1. q. 1. facit. c. cum deputati. de jud. ibi gratia divina vocati: nec Deus voluit removere Judam ab Apostolatu, quem semel vocaverat, licet subesset causa; ex quo illa non erat aliis nota. c. si Sacerdos. de offi. ordi. immò eum misit ad prædicandum sicut alios. Matth. 18. tex. in c. Christus. 1. q. 1. nec Apostoli surrogassent alium, nisi ille se suspendisset. Act. 1. c. & quamquam istæ administrationes spirituales sint de jure positivo. ut in c. 2. 22. dist. tamen dico quod succedunt loco administrationis generalis, ad quam Christus vocavit omnes Sacerdotes, unde debent esse loco illius, sicut de baptismo dicimus quod succedit loco Circumcisionis. c. majores. de baptis. & quod in simili habetur in c. Ecclesia. ut lit. non contest. & per Inn. in c. ex ratione. de appel. & quod hoc sit verum: patet quia dicimus Deum respuisse sibi dissolutionem hujus conjugii. ut in jutibus præalle. tit. de translat. Episco. quod non esset si prorsus esset de jure humano. & idem per omnia dico in aliis Sacerdotibus respectu administrationis Sacramentorum per supradicta, & contra jus divinum Papa sine causa venire non potest. c. sunt quidam. 25. q. 1. Inno. in c. quæ in Ecclesiarum. de const.

31. Pro Sacerdotibus vide bonum tex. in c. sicut in una. 21. q. 2. ubi dicitur quod etiam inter Presbyterum & Ecclesiam suam contrahitur matrimonium spirituale, quia ex quo semel est collata uni non debet dari alteri vel pluribus simul, quia debet esse uxor: & licèt non sit strictum matrimonium sicut inter Episcopum & Ecclesiam suam: quia ipse solus in signum matrimonii portat annulum. juxta nota. in c. clerici. de vita & honest. cleri. tamen largè inter inferiores & Ecclesias contrahitur matrimonium. ut d. cap. sicut. 7. quæstione 1. & cap. ne pro defectu. de elect. ubi per mortem Abbatis Ecclesia dicitur viduata.

32. Item Presbyteri inferiores alio respectu sunt electi de jure Divino. cum ipse Dominus ultra duodecim Apostolos designavit 72. discipulos, & misit eos ad prædicandum. ut Lucæ 15. c. & in §. 1. 21. dist. Quorum vicem & formam gerunt Presbyteri inferiores hodie in Ecclesia Dei, ut dicit tex. in c. in novo. 21. dist. & licet tex. ibi dicat quod Apostoli elegerunt illos, debet intelligi quod ministerialiter: sed Deus elegit authoritate, ut probatur in Evangelio præallegato & no. gl. & Doct. in d. §. 1. 21. dist. & sic eadem ratio est in eis, & ex hoc solo capite potest talis remotio facta vitiari. Item etiam facit glo. in c. degradatio. de pœn. in 6. quæ dicit quod licet Presbyter fuerit degradatus, tamen retinet privilegium juris Divini. ita quod conficit corpus Christi. Idem no. do. Abb. in c. 1. & 2. de Cle. excom. & illud etiam est contra ordinationem Apostolorum: nam Apostoli ordinaverunt ut Episcopi & alii Presbyteti ponerentur in Ecclesiis, & essent perpetui. ergo videtur inferendum quod sit de jure Divino. per c. 1. 99. dist. c. in illis. 80. dist. c. videntes. 12. q. 1. & Actuum 14. c. ubi dicitur quod Paulus & Barnabas constituerunt per singulas Ecclesias Presbyteros, & dicit Apostolus ad Corinth. 17. In ea vocatione qua vocatus quis est, maneat. 21. q. 1. & sic concluditur quod Episcopatus & Presbyteratus sunt de jure Divino.

33. Secundò limito, primam conclusionem non habere locum in Archiepiscopatibus & aliis superioribus dignitatibus quæ sunt institutæ de jure Divino, non autem de jure positivo per authoritates & rationes suprà alleg. per c. 1. 80. di. & per c. 1. 99. distinct.

34. Tertiò prædicta conclusio limitatur non habere locum in Cardinalatu, quæ est de jure Divino, non autem de jure positivo. per tex. in c. per venerabilem. §. rationibus. qui fi. sint legi. ita etiam tenet And. Barba. in tract. suo de præstan. Card. in q. 1. juxta illud quod scriptum est in Deuter. si difficile quod ambiguum apud te judicium esse prospexeris, recurre ad Sacerdotes Levitici generis ad judicem qui fuerit illo tempore: Episcopi enim judicabunt tibi judicii veritatem. ut d. §. rationibus. subdit postea Papa: ibi sunt Sacerdotes Levitici generis fratres nostri qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officii coadjutores existunt: qui verò super eos Sacerdos sive judex exitit ille est, cui Dominus inquit in Petro: quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis. Math. 16. c. transumptive in c. quodcumque. 23. q. 1. & Sacerdotes Levitici generis fuerunt de jure Divino, quia in lege veteris Testa. ut dictum est. Et jus divinum proptiè sumptum est quod in lege & Evangelio continetur. ut c. humanum genus. 1. dist. sed Cardinales sunt Sacerdotes Levitici generis, ut probat tex. in d. §. rationibus: ergo sequitur quod Cardinales fuerunt in veteri Testamento non sub hoc nomine Cardinalium, sed sub alio nomine: nam in veteri Testamento Sacerdotes Levitici erant Consiliarii: & ideo dicit tex. Hiero. in c. Ecclesia. 16. q. 1. quod Ecclesia habet Senatum Presbyterorum licet Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum quia audire noluit Presbyteros suos. ut tertii Reg 12. cap. & Sacerdotes Levitici tempore veteris Testamenti erant Consiliarii, & sic fuerunt de jure Divino, licet non sub nomine Cardinalium, sed hujusmodi Sacerdotes Consiliarii sunt Domini Cardinales hodie sic appellati, ergo sequitur quod Cardinales fuerunt de jure Divino. Et si aliquis diceret quod Cardinales fuerunt loco discipulorum, & sic non fuerunt tempore veteris Testamenti, sed incœperunt in novo Testamento per c. in novo. 21. dist. ubi Apostoli videntes messem magnam & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis ut mitteret operarios in vineam suam. ut Luc. 10. c. & Math. 19. unde ab eis electi sunt septuaginta duo Discipuli, quia ad hoc respondetur, quod illa jura loquuntur de Presbyteris, non autem de Cardinalibus. Item facit istud quod dicitur primi Regum. 2. c. ibi. Domini, inquit, sunt Cardines, & posuit eos super orbem quod intelligitur de Cardinalibus. ut notant Hostien. & alii Doct. in c. 2. de Cle. non resi. sicut enim ostium regitur cardine, ita & Ecclesia Romana regitur consilio Cardinalium, ut dicit Archi. in cap. ubi periculum. & Joan. And. de elect. in 6. & Lau. in c. sacrosancta. 22. dist. ut gl. in cle. ne Rom. de ele. & antequam jura positiva vocassent eos Cardinales simpliciter

Source : BIU Cujas

vocati fuerunt consiliarii. c. Ecclesiasticis. 12. q. 2. & c. in parochia. ver. consiliarii nostri. 16. q. 1. & cap. convenientibus. 1. q. 7. idem videtur sentire Bal. in suo solemni tract. de schisma. quem inseruit. c. si quis aliquem testa. prohi. ubi appellat cœtum Cardinalium senatum Divinum. Item appellatur gremium Ecclesiæ. tex. in c. in nomine Domini. 23. dist. & Ecclesia est de jure Divino. juxta illud Apoc. vidi Hierusalem sanctam descendentem, &c. Cum ergo Ecclesia sit de jure Divino, ergo Cardinalatus qui est gremium ejus.

35. Item Cardinalatus dicitur esse pars Papatus, ita probatur in c. felicis. de pœnis in 6. per Archi. & Jo. And. & Joan. Mona. in c. 1. de schisma. & Jo. de Ligna. in c. 2. de cleri. non resi. unde dicit Host. in ca. antiqua de privile. quod licet Episcopi jurent Romano Pontifici fidelitatem. c. ego. de jure juran. tamen Cardinales non jurant fidelitatem Papæ tanquam membra & pars corporis ipsius Papæ, debent tamen reputare se præ cæteris astrictos ad servandum Papæ fidelitatem, & Papa eos diligere sicut seipsum : sed Papatus est de jure divino ut infrà dicam per illa verba, Pasce oves meas. c. significasti. de electio. c. solitæ. de major. & obedien. ergo sequitur quod Cardinalatus fuit introductus de jure divino cum caput & membra non debeant diverso jure censeri. c. quanto. de his quæ fi. à Præla. item quod Cardinalatus sit de jure divi. probatur alio medio, quia per eos consulitur Papæ ut in veteri Testamento, ut sup. fuit dictum. c. Ecclesia. 16. q. 1. facit etiam quia Cardinales tenent locum Apostolorum, ergo sequitur quod sunt instituti de jure divino saltem figurativè dum dicitur quod sunt sacerdotes Levitici generis. ut not. gl. in c. 1. in verbo Cardinales. de nume. & quali. Card. in pragma. sanct. & d. Old. in consil. 59. quod quando Constantinus Imperator fecit donationem Ecclesiæ in personam Sylvestri Papæ non erant Cardinales, quia non facit mentionem de eis, sed clerici. c. Constantinus. quod est palea. 96. distin. sed postea dum Silvester fecit generalem synodum aliqui erant Cardinales. 2. q. 4. c. præsul. Dicit Archi. in c. ubi periculum. de elect. in 6. quod nomina Cardinalium incœperunt tempore Pontiani Papæ qui non ponitur in catalogo Pontificum, & quod Marcellus Papa constituit quindecim Cardinales in urbe propter baptisma & sepulturas hominum. Nicol. quoque Papa quartus ipsis Cardinalibus concessit medietatem proventuum Romanæ Ecclesiæ, & quod cum ab eo mitterentur legati ad terras Romanæ Ecclesiæ gubernandas, dedit eis licentiam uti capellis rubeis, in generali concilio fuit concessum legato Apostolicæ sedis uti insigniis Apostolicæ dignitatis. c. antiqua. de privileg. ubi dicit Hostien. quod eis utitur quando proficiscitur ultra mare, & sunt insignia hæc : vestis rubea, palafrenus albus, frænum & calcaria deaurata, & non alias neque alius nisi fuerit privilegiatus : ut est gloss. no. in verbo Cardinales. in cap. 1. de nu. & qua. Car. in prag. sanct. Et conclude quod potestas & auctoritas ipsorum Cardinalium est de jure Divino : sed nomina ipsorum Cardinalium & insignia sunt de jure positivo per jura & rationes. sup. alleg.

36. Quartò limito prædictam conclusionem non habere etiam locum in Papatu qui est de jure Divino : non autem de jure positivo, ut probatur hoc modo. Nam primò Christus ante mortem suam promisit Petro Apostolatum & potestatem clavium dum interrogavit discipulos, quem dicunt homines esse filium hominis. & eis respondentibus : alii autem Joannem Baptistam, alii Heliam ; vos autem quem me dicitis esse ? respondit Petrus : Ego dico quod tu es Christus filius Dei vivi : tunc dixit Christus, Et ego dico tibi quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum : & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis. ut Math. 16. c. non tamen per hoc dedit sibi potestatem, nec fecit eum principem, sed tantum permisit, ut patet per illa verba. Et tibi dabo. sup. Item patet quod hæc verba fuerunt prolata ante resurrectionem : sed Christus fecit eum principem post resurrectionem, ut habetur in c. considerandum. & in c. felicior. 50. dist. & in c. in novo. 21. dist. & dum dicit, super hanc petram, &c. voluit dicere quod super illo articulo fidei per eum confessato dum dicit Petrus : Tu es Christus Filius Dei vivi. ut not. gl. in c. ita Dominus. 19. dist. Secundò videtur Christum dedisse adhuc ante mortem omnibus Apostolis potestatem, ut habetur Math. 18. c. cum dicit, Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum, inter te & ipsum solum : si autem non audierit te, adhibe unum vel duos testes : & si te non audierit, dic Ecclesiæ : si autem Ecclesiam non audierit, fiat tibi sicut ethnicus & publicanus, & immediatè subjunxit loquendo omnibus Apostolis. Amen, amen dico vobis, quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcunque solveritis super terram, erit solutum & in cælis.

37. Post resurrectionem verò eandem potestatem recensuit dum insufflavit in Apostolos, & dicit : Accipite Spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ut habetur. 20. c. Sed Petro postmodum dicit : Pasce oves meas, & constituit eum principem aliorum, ut habetur Jo. in ulti. cap. & transmissivè in c. significast. de electio. demum in ascensione. Dedit omnibus exercitium, dum dicit : Ite & prædicate Evangelium omni creaturæ, ut Math. ult. & Marci. c. fi. in Pentecoste verò promissiones Spiritus sancti & omnia promissa confirmavit, & sic apparet quòd Papatus est de jure Divino. Idem etiam not. domi. Abb. & cæteri Docto. in cap. translato. de constitutio. & in disputatione incip. Episcopus.

QUÆSTIO V.

1. *Ecclesia quibus modis dicitur, cujus est caput Christus.*
2. *Ecclesia varia habuit principia, & quomodo figuratur in justo Abel, & post fuit translata in Noe.*
3. *Ecclesia descendit de Noe in Abraham usque ad Christum.*
4. *Abraham fuit sacerdos, presbyter & Propheta, & regnavit in Damaso.*
5. *Deus per se mundum rexit usque ad Noe, cui regem commisit sui populi qui regnavit usque ad Samuelem, numero sequenti.*
6. *Reges habuerunt ortum post Samuelem.*
7. *Apostoli quomodo fuerunt primitiæ populi Christiani.*
8. *Ecclesia quare dicitur Apostolica : & quomodo est una tantum militans, non autem plures.*
9. *Ecclesia quare dicitur universalis.*
10. *Ad populi regimen sex sunt necessaria, nec requiritur pluralitas principum in una politia.*

Source : BIU Cujas

11. *Politiæ conveniunt principatus.*
12. *Reges & gubernatores quare prohibeantur in una politia.*
13. *Angeli sunt majoris virtutis quàm orbis.*
14. *Ecclesia est unum totum cujus partes sunt singuli fideles.*
15. *Gratiæ dona tria sunt.*
16. *Ecclesia vocatur Sancta Sanctorum, & est in sanctis ejus.*
17. *Ecclesia in quo dicatur unita cum suis fidelibus, num. seq.*
18. *Statuum diversitas triplex est.*
19. *Ad unitatem quæ requiruntur : & quomodo Ecclesiæ unitas potest probari.*
20. *Opus Christi fuit in unum colligere dispersa.*
21. *Ad templum Dei ascenditur octo gradibus.*
22. *Ecclesia sumitur pro fidelium congregatione.*
23. *Ecclesia sumitur pro ædificio materiali.*
24. *Ecclesiarum investituram si quis Dominus Dux aut Rex præsumpserit, interdicitur sibi Ecclesiæ introitus.*
25. *Ecclesiæ lapides quid significant.*
26. *Ecclesiarum fundamentum sunt Apostoli & Prophetæ.*
27. *Ad orandum in Ecclesia quare certus locus determinatus requiratur.*
28. *Oratio debet fieri versus Orientem : & quare in Ecclesia oratur, num. 27.*
29. *Ecclesiam ædificare nullus potest sine Diocesani auctoritate qui primum lapidem ponere debet.*
30. *Ecclesia duplex est.*
31. *Ecclesia pluribus modis potest nominari.*
32. *Ecclesiæ caput debet respicere versus Orientem.*
33. *Cementum ex quibus constitat. Ad ædificium Ecclesiæ verum quæ requirantur.*
34. *Statuarium quid significat.*
35. *Latitudo quid significat.*
36. *Altitudo quid significat.*
37. *Tectum quid significat.*
38. *Ostium Ecclesiæ quid significat.*
39. *Pavimentum Ecclesiæ quid significat, num. 47.*
40. *Feneſtræ quid significant.*
41. *Ecclesiæ in modum crucis ædificatæ quid significant.*
42. *Gallus Ecclesiæ quid significat.*
43. *Virga ferrea in qua Gallus sedet quid significat.*
44. *Ostium Ecclesiæ quid significat.*
45. *Columnæ Ecclesiæ quid significant.*
46. *Bases columnarum Ecclesiæ quid denotant.*
48. *Trabes Ecclesiæ quid significant.*
49. *Lumen quod in Ecclesia accenditur quid significat.*
50. *Crux Christi fuit composita ex quatuor generibus lignorum, & quare in altum erigitur in Ecclesia.*
51. *Claustrum quid significat.*
52. *Sedes Episcopales quare sunt ædificatæ in singulis civitatibus, & in cujus memoriam.*
53. *Mulieres debent esse capite velatæ in Ecclesia, & in parte posteriori debent manere : viri autem in anteriori.*
54. *Ad Ecclesias confugientes, vel ad Christi corpus gaudent immunitate.*
55. *In Ecclesia requiritur quod sit altare.*
56. *Altaria qui primò cœperunt extruere.*
57. *Altare unde dicitur, & quid significat.*
58. *Candelabrum in Ecclesia præcepit fieri Deus in Ecclesia ductibile.*
59. *Ociositas generat malitiam multam.*
60. *Charitas est omnibus virtutibus excellentior.*
61. *Altare quare debet cooperi albis & nudis pannis, & quare antiqui illa concava faciebant, num. 63.*
62. *Missa incipi debet & finiri in dextra parte altaris, & in sinistra meditatur.*
64. *In Ecclesia quare ponendæ sunt picturæ & imagines.*
65. *In Ecclesia quare Græci utuntur imaginibus depictis tantum usque ad umbicula.*
66. *Christus in Ecclesia tribus modis depingitur.*
67. *Deus Salvator quare voluit in Ecclesia depingi pluribus modis.*
68. *Angeli depinguntur in ætate juvenili.*
69. *Evangelistæ quatuor quare depinguntur sub specie quatuor animalium.*
70. *Patriarchæ & Prophetæ qualiter pinguntur.*
71. *Apostolus Petrus quare ad Salvatoris sinistram, & Paulus ad dextram depinguntur.*
72. *Confessores pinguntur cum suis insignitis.*
73. *Christus coronatus depingitur, & triplici corona fuit coronatus.*
74. *Virtutes quare depinguntur in specie mulieris.*
75. *Philaterium & philateria differunt, & unde dicatur.*
76. *Candelabra duo quare supra altare exiguntur.*
77. *Vexilla quare supra altare eriguntur.*
78. *Liber quare super altare exigatur.*
79. *Imagines quare in quadragesima cooperiuntur.*
80. *Jejunare quare non debeamus in diebus Dominicis.*
81. *Cortinæ quare in diebus festivis in Ecclesiis extenduntur.*
82. *Campanæ requiruntur in beneficio & Ecclesia, & quid significat ligatura ex ligno plectri ejusdem campanæ & quid significat pulsatio illarum, num 83.*
83. *Campanarum sex sunt genera, quibus pulsatur in Ecclesia, & quomodo pulsandæ sunt fortiùs in diebus festivis quam aliis feriis.*
84. *Campanæ quot vices sint pro mortuo pulsandæ. Et quare pro mortuo pulsantur.*
85. *Campanæ quare silent triduo ante Paschа.*
86. *Religiosi mendicantes non debent habere plures campanas, sed una eis debet sufficere.*
87. *Cœmiterium quare in Ecclesia requiratur;*

Source : BIU Cujas

& unde dicatur cœmiterium.

88. *Cœmiterium unde habuit initium.*

89. *Sepeliri in quadam Eccleſiæ parte quandoque mortuus prohibeatur.*

90. *Sepeliendus an ſit aliquis ubi mortuus eſt vel inventus, & quomodo antiquitus ſolebant ſepeliri mortui in propriis domibus.*

91. *Sepeliri qui prohibeantur in Eccleſia vel communi cœmiterio.*

92. *Exequiæ mortuorum quæ ſint, quarum pompæ ſunt magis vivorum ſolatia quàm mortuorum.*

93. *Officium mortuorum quando fuit inſtitutum.*

94. *Trentenaria quare pro mortuis aliquando fiant.*

95. *Anniverſarium non eſt prolongandum : ſed ſi contingat die ſolemni illud eſt fiendum.*

96. *Sepeliri quis non debet abſque celebratione Miſſæ.*

97. *Suffragia quibus mortuis proſunt.*

98. *Sepeliendum qualiter eſt corpus alicujus.*

99. *Mortuus debet portari à conſimilibus ſuæ profeſsionis.*

100. *Mulieres quare non portant corpora mortuorum ad ſepeliendum ad Eccleſiam.*

101. *Altare debet eſſe conſecratum, & qualiter conſecratur.*

102. *Aquæ benedictio quare fiat in Eccleſia, & cujus ſit effectus, & quæ ſint neceſſaria in benedictione aquæ.*

103. *Aqua & vinum quid ſignificant, ubi etiam ſit ejuſdem commixtio in Miſſarum celebratione.*

104. *In altaris conſecratione quare fiunt quatuor cruces, & quæ alias requiruntur.*

105. *Chriſtus ſcpties ſanguinem emiſit. In altaris conſecratione quid ſignificant ſeptem aquæ aſperſiones.*

106. *Virtutes ſunt quatuor, & deſcriptæ in libro Sapientiæ.*

107. *Altare non poteſt conſecrari ſine corpore Chriſti : nec eſt de ſubſtantia ut reliquiæ ponantur. num.* 109.

108. *Altari conſecrando ſit unum parvum foramen, & quid in eo ponitur.*

110. *Reliquiæ Sanctorum reconduntur cum tribus granis thuris in capſura.*

111. *Lapis rotundus qui ponitur in parvo altaris foramine quid ſignificat.*

112. *Altare aureum fecit Salomon.*

113. *Chriſtus fuit oleo unctus.*

114. *Olei onctio quid ſignificat.*

115. *Cruces quinque de oleo in altaris conſecratione quid ſignificent.*

116. *Crux cum incenſo facta quid ſignificat.*

117. *Oleum ſanctum triplex eſt.*

118. *Balſamum quid ſit.*

119. *Oleum nucum an poſsit Papa facere quod conſecretur.*

120. *Olei conſecrationes quomodo fiant.*

121. *Oleum infirmorum prius eſt conſecratum quam chriſmatum & ſanctum.*

122. *Infirmitas ex peccatis ſæpe procedit tanquam medicina Dei gratia.*

123. *Populus debet clero miniſtrare temporalia ei miniſtrantes ſpiritualia.*

124. *Oleum chriſmale quid ſit.*

125. *Chriſma unde dicitur, & quid dicitur chriſma.*

126. *Miſſa an poſsit celebrari in locis non conſecratis cum altari viatico ſine licentia Epiſcopi.*

127. *Altare ſi mutetur debet iterato conſecrari.*

128. *Eccleſia an polluatur ex delicto hominum.*

129. *Eccleſiam an debeat conſecrare Epiſcopus ſuis propriis expenſis.*

130. *Eccleſia licet ex beneficio debeat eſſe conſecratæ, poteſt tamen in ea cum altari viatico celebrari.*

131. *Conſecrari debet Eccleſia per proprium Epiſcopum & non alienum, niſi de licentia illius, & delegari non poteſt niſi Epiſcopo dicta conſecratio.*

132. *Eccleſia quomodo poteſt reconciliari per ſimplices ſacerdotes.*

133. *Eccleſia eſt tribus caſibus reconſecranda.*

134. *Eccleſia modica ſanguinis effuſione non reconciliatur.*

135. *Eccleſia polluitur homicidio in ea facto.*

136. *Eccleſia polluitur per adulterium in ea commiſſum. Et eſt reconcilianda pro delicto manifeſto : non autem pro occulto.*

137. *Eccleſia polluitur ſi excommunicatus in ea ſepeliatur.*

138. *Eccleſia dicitur polluta, quando conſecratur per notorium excommunicatum.*

139. *Eccleſia polluitur per effuſionem ſeminis.*

140. *Conſecrationes Eccleſiarum & dedicationes initium habuerunt in veteri Teſtamento.*

141. *Eccleſias & altaria poteſt ſolus Pontifex dedicare ac conſecrare, & an poſsit de uſuris conſtrui.*

142. *Eccleſia conſecratur quinque cauſis.*

143. *Eccleſia qualiter conſecratur.*

144. *Aquæ benedictæ quare ſal immiſceatur.*

145. *Deus quare non comedit de carne ſicut de piſce.*

146. *Virga Eccleſiæ triplex eſt, & quare ea utitur Epiſcopus in conſecrando, num.* 145. & 148.

147. *Scientia omnis ſuper quibus literis dicitur contenta.*

148. *In conſecratione Eccleſiæ quare in parietibus cruces depinguntur.*

149. *In conſecratione Eccleſiæ quare ponuntur duodecim luminaria.*

150. *Eccleſia ſemel conſecrata an ſit iteratò conſecranda.*

151. *Altare ſemel conſecratum an ſit iteratò conſecrandum, ſi ligna vel aliquid de eo removeatur.*

152. *Calix ſemel conſecratus ſi deauretur, an ſit iteratò reconſecrandum.*

153. *Eccleſia ſpiritualis dicitur ipſe homo, & quandoque polluitur.*

154.

Source : BIU Cujas

154. *Reconciliatio quomodo fit.*
155. *Ecclesia reconciliatur propter homicidium in ea factum.*
156. *Ecclesia in qua excommunicatus est sepultus reconcilianda est.*
157. *In cœmiterio si sepeliatur paganus vel infidelis, opus est reconciliatione.*
158. *Unctionis duæ sunt species.*
159. *Benedictiones utriusque olei qualiter fiunt.*
160. *Infirmi quare oleo inunguntur.*
161. *Baptizandorum qualis sit unctio, & quare à sacerdote inungitur chrismate.*
162. *Oleum fessa membra confortat, balsamum redolere facit: & quare fuit factum ad baptizandum & consecrandum.*
163. *Presbyterandus quare in manu ab Episcopo oleo inungitur.*
164. *Episcoporum unctio à veteri Testamento sumpsit originem, & qualiter fiat.*
165. *Unctio inter Principes & Pontifices differt.*
166. *Episcopi in die suæ consecrationis consueverunt equitare equis albis, & pannis albis coopertis.*
167. *Presbyterandus debet dotari.*
168. *Beneficiatus quandoque compellitur ad socium aliquem recipiendum.*
169. *Ecclesia debet habere mansum, & quomodo hoc exponatur.*
170. *Presbyteris non est ignominiosum honesto artificio victum quærere.*
171. *Curatus seu Ecclesiæ rector quandoque compellitur habere clericum in sua Ecclesia.*
172. *Dotata quando dicatur competenter Ecclesia vel presbyterandus.*
173. *Ecclesiæ custos & gubernator dicitur ipse Episcopus, & qualiter custodum verbum sumatur.*
174. *Beneficiatus in quibus beneficiis compellatur habere socium: & cujus valoris esse debeat beneficium.*
175. *Beneficia duo quando liceat alicui tenere.*
176. *Domus clericorum omnibus debet esse communis.*
177. *Divitiæ quando sunt bonæ in beneficiatis & beneficiis.*
178. *Episcopi olim habebant suppellectilem vilem, & ad similitudinem pauperum, & quomodo debent hodie honorabilius vivere quàm olim.*
179. *Ad beneficiati sustentationem quando fructus dicantur sufficientes.*
180. *Patronus Ecclesiæ is esse dicitur qui ante consecrationem dat aliquid Ecclesiæ.*
181. *Jus Patronatus an ex donatione post consecrationem acquiratur donanti.*
182. *Patronus in beneficiis dandis non potest aliquod temporale sibi reservare.*
183. *Patronus laicus non potest donare jus patronatus sine consensu Episcopi.*
184. *Dotans Ecclesiam ex necessitate non sibi acquirit jus patronatus.*
185. *Confitenti delictum sponte levis est pœna imponenda.*

QUæro quintò, quæ requirantur in beneficio. Respondeo quod plura.

Primò requiritur quod habeat Ecclesiam. Ecclesia dicitur congregatio fidelium. ca. Ecclesia. de conse. dist. 1. quæ una dicitur collectivè sicut multi homines populus dicuntur. ut 3. Reg. 22. c. populus meus & populus tuus unum sunt. & Actuum 4. c. multitudinis credentium erat cor unum. c. 2. §. verum. & §. rursum. de summa Tri. & fide Catho. & de conse. dist. 4. ca. quæris. quæ una est: ut ca. factus. c. Novatianus. 6. q. 1. c. loquitur. c. omnibus. 24. q. 1. ubi scilicet designatur per tres Theologicas virtutes, fidem, spem & charitatem. Et ideo sancta dicitur Ecclesia non habens maculam, neque rugam. c. quamvis. 21. dist. c. Ecclesia. de pœni. dist. 1. & columba infellita, innocens & immaculata quæ inimicis parcit & eos cibat. 23. q. 4. §. ex his. 35. dist. §. ecce. 2. q. 7. c. non omnis. & in Canti. Canti. 4. & 5. c. hæc autem corpus mysticum dicitur. 1. q. 1. c. in Ecclesia. 3. q. 4. c. Engeltrudam. & Christi corpus Ecclesia dicitur. 22. b. 5. c. de Liguribus. Hæc utpote una ab uno principio Trinitatis esse habet & emanat: aliquando enim appropriatur Patri eo quod est principium totius divinitatis, & unitas habet rationem principii appropriatio ista innuitur. Joan. 17. c. ubi dicitur, Pater serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum, sicut & nos unum sumus. c. fi. §. rursus. de sum. Trin. Appropriatur filio scilic. propter naturam assumptam secundùm quam speciali modo convenit ei quod sit caput Ecclesiæ quantum ad homines propter conformitatem scilicet naturæ ex capite: nam ex capite dependet unio membrorum: ut dicit Apostolus ad Ephe. 4. c. crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum est c. 1. de sacra. unc. Aliquando autem appropriatur Spiritui sancto qui est amor: unire autem præcipue convenit amori. unde super illud Apost. ad Eph. 4. c. unum corpus & unus spiritus. dicit gl. unum corpus multorum adunatione membrorum, & unus Spiritus, quo unum corpus efficimur propter societatem quam facit Spiritus sanctus cum Christi fidelibus in quibus consistit Ecclesia, ut dictum est ad quam insinuandam Apost. in quos Spiritus sanctus venit variis linguis unum Gentium locuti sunt Act. 2. c. de conse. dist. 3. c. fi. & dist. 4. c. proprie. quia per linguas societas humani generis constat. ideo per linguas Gentium societas membrorum Christi futura figurata est: aliquando Petro Apostolorum Principi tanquam capiti vice Christi appropriatur Math. 16. c. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. c. ita Dominus. 19. dist. c. in novo. 21. dist. ca. 1. 22. dist. Item etiam Ecclesia appropriatur Apostolis omnibus iuxta illud Paul. ad Ephes. in c. superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, & Apostol. ad Roma. 4. c. nos ipsi primitias Spiritus habentes.

2. Tertiò præmitto, quod Ecclesia varia habuit principia. Primò in primo homine in statu innocentiæ creato. de pœn. dist. 2. §. Adam & c. quomodo. & c. Princeps. ideo Apost. ad Rom. 15. dicit istum Adam formam futuri, id est Christi, cui dictum est, appropriatur Ecclesia. Istum Adam unicum & solum solus Deus creavit: ut Gen. 1. & 2. c. 33. q. 5 c. hæc imago ut unitatem futuram Ecclesiæ designaret. 16. q. 7. c. sicut. & 24. q. 3. c. loquitur. & sicut à latere Adam formatur Eva. Gen. 2. c. & c. gaudemus. de divor. & c. nec illud ociosum. 23. q. 5. ita à secundo Adam, id est, à Christo, id est ab ejus latere ex quo Sacramenta Ecclesiæ emanaverunt unica & immaculata hæc Virgo sancta Mater Ecclesia conjunx Christi emanavit. Clem. 1. de summ. Trin. & sicut Adam & quilibet vir caput est mulieris: ita Christus caput Ecclesiæ, juxta illud 1. ad Corinth. 11. ca. & ad Ephe. 5. cap. & ad

Source : BIU Cujas

Col. 1. & 33. q.5. c. cum caput. & ita Adam interpretatur teſtimonium eorum, ſcilicet qui futuri erant in mundo, id eſt in Eccleſia. ſ. congregatione Fidelium. Formata autem Eva loco Dei & Chriſti qui caput ſunt Eccleſiæ. Adam ſicut caput erat Evæ: ita Chriſtus primus à Domino erat conſtitutus per Eccleſiam: ut not. Auguſtinus in q. novi & veteris Teſtamenti. c. hæc imago. 33. q. 5. unde Papa ſucceſſor eſt Adæ primi in innocentia creati: Vicarius autem ſecundi Adæ filii Dei pro nobis incarnati. Chriſti, inquam, non puri hominis, ſed veri Dei & hominis poteſtatem habens. c. licet. de tranſlatione Præla. ca. 1. ut Eccle. beneſi. Poſt lapſum autem Adæ cœpiſſe dicitur Eccleſia. In Abel, ut dicit Auguſtinus exponens illud Pſalm. 118. in initio cognovi de teſtimoniis ſuis, quia in æternum fundaſti ea, de Eccleſia loquitur quæ in terris non deferretur ab initio generis humani, cujus primi Abel ſanguis eſt immolatus. & Auguſti. ſuper Pſalm 128. dicit quod olim erat Eccleſia, & ex quo vocantur Sancti, eſt Eccleſia in terra cui aſſentit ſignificatio vocabuli: quia, ut dictum eſt, Eccleſia eſt collectio fidelium. & facit illud Matth. 23. cap. à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, &c. Fuit autem & eſt una & eadem fides in antiquis Patribus ab ipſo quaſi generis humani principio; & in illis qui poſt adventum Chriſti crediderunt: unde Apoſtolus 2. ad Corinth. 4. c. loquens de ſe & aliis Patribus dicit habentes eundem Spiritum fidei quem Patres veteres habuerunt. & exponitur tex. mente Auguſt. quod eadem fides juſtos ſalvavit antiquos quæ ſalvabit nos. ſ. Mediator Dei & hominum: tempora ergo variata ſunt non fides, quia antiqui venturum Chriſtum, paſſurum & reſurrecturum, & aſcenſurum in cælum crediderunt: nos autem venuſſe, paſſum eſſe & aſcendiſſe in cælos credimus. & verè in juſto Abel Eccleſia figuratur: quia, ut dicit Auguſti. lib. 1. de mirabi. ſacr. Scrip. 3. cap. juſtitia hæc Abel eſt virginitatis ſacerdotium & martyrium, quæ triplex juſtitia in Abel primo fuit: quia munera Deo grata obtulit proſapiam generis in ſæculo non relinquit, & martyrii coronam ſanguinis effuſione promeruit: & paulò poſt rectè ergo competebat qui primus in terra juſtus eligitur in eo totius juſtitiæ forma ſervaretur: cui primo in hominibus poſt delictum figuram geſtare conceditur Salvatoris qui virgo, & martyr, & Sacerdos eſſe non dubitatur. Deinde loco Abel fuit Seth, ut Geneſ. 4. c. in fin. qui genuit Enoch, qui ex quo cœpit invocare nomen Domini: nati ex genere Seth, tamquam cultores veri Dei dicti ſunt filii Dei. Gen. 5. c. de quo Augu. contra Fauſtum. lib. 12. Enoch ſeptimus ab Adam Deo placuit, & tranſlatus eſt, & ſeptima requies prædicatur ad quam transfertur omnis qui tamquam ſexta die ſæculi idem ſexta ætate Chriſti adventu formatur. & ſic in ſanctis ſucceſſivè permanſit Eccleſia uſque ad Noe juſtum: regnum temporale autem cùm ex uſurpatione initium acceperit non ex Abel juſto, ſed ex Cayn qui primus ante diluvium condidit civitatem in qua regnare cœpit vocans eam nomen filii ſui Enoch, ut dicit Augu. 15. de Civitate Dei. & ſic omnes ex eo uſurpatione dominium habuerunt. Noe autem juſtus arcam fabricat quæ Eccleſiam repræſentat. c. quoniam. 24. q. 1. & 47. diſt. cum ſi. unde Hug. de arca. lib. 1. cap. 3. dicit arca Noe quam fecit ſecuribus & dolabris ex materia lignorum & bitumine Eccleſiam quam Chriſtus fecit per prædicatores ſuos ex collectione populorum in una fidei confeſſione deſignat hanc arcam: Chriſtus gubernator ejus inter procellas hujus vitæ regens per ſe ducit ad ſe; quod autem in ſuperioribus arca contrahitur, & inferioribus dilatatur: ſignat quod in Eccleſia major eſt numerus Cardinalium quàm ſpiritualium in ſummo ad unius cubiti menſuram arca contrahitur: quia Chriſtus qui eſt caput Eccleſiæ & Sanctus Sanctorum per naturam conſimilem inter homines eſt, per virtutem ſingularem ſuper homines eſt. & ſic Eccleſiam ad unitatem & unum caput perduci ſignificat: & prædicta latè comprobat Auguſtinus de Civitate Dei. lib. 15. & contra Fauſtum. lib. 1. unde Hilarius de Trinitate. lib. 7. inquit proprium Eccleſiæ eſſe ſolet, ut tunc vincat cum læditur: tunc intelligat cum arguitur: tunc ſecuta ſit cum ſeparata videtur. Arca enim Noe per quam deſignata eſt Eccleſia inundationibus concuſſa elevata eſt in ſublime: per Noe autem fabricatorem arcæ deſignatur Chriſtum fabricatorem Eccleſiæ. patet authoritate Auguſt. contra Fauſtum. lib. 12. ſcribentis tam vero illud quod vinea quam plantavit Noe inebriatus, & nudatus eſſe in domo ſua. Gen. 9. ca. cui non apparet Chriſtus in domo ſua, id eſt paſſus à gente ſua. cum tunc eſt nuda mortalitas carnis ejus, Judæis ſcandalum, Gentibus ſtultitia.

3. Et ſucceſſive ex Noe & Sen deſcendit Eccleſia ad Abraham qui fuit filius Dare. Gen. 11. c.

4. Et fuit ſacerdos. Gen. 15. c. ſume mihi vaccam triennem, &c. & Preſbyter appellatus eſt, cap. porro. 83. diſt. & fuit Propheta. Geneſis 20. c. redde uxorem viro ſuo. quia Propheta eſt. & Gen. 24. dum dicit Abraham ſervo ſuo, Pone manum tuam ſub femore tuo, ſignificans Chriſtum de carne ſua naſciturum, ut dicit Aug. de Civitate Dei. lib. 11. fuit vox ut dicit Joſephus qui ait, quod Abraham regnavit in Damaſco: & ideo ſecundum Ambroſium ſuper Lucam. lib. 2. cùm Abraham dictum ſit Gen. 22. c. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, congregatio generum & Sacroſanctæ Eccleſiæ cœtus oraculo divino Abraham commiſſa dicuntur & inſtaurandæ Eccleſiæ primus ſponſionem accepit & ſic perſeveravit quod regia poteſtas & ſacerdotales in uno & eodem capite fuerunt, & repræſentabant Eccleſiam dum multitudinem populi Dei regebant, & pro eo hoſtias offerebant, & preces uſque ad Samuelem, qui de mandato Dei primi Regum 7. c. cum ipſe eſſet Propheta, Sacerdos & Judex populi ipſum regebat, & juſſus fuit Saulem ungere in Regem Iſrael.

Poſt Saulem & Samuelem uſque ad Chriſtum ſummum ſacerdotium remanſit in uno Regum in alio: à ſummo tamen à ſacerdote Reges ungebantur, & ſic cucurrit ſancta Eccleſia à principio mundi conſtituta uſque ad Chriſtum, qui Eccleſiam primitivam novam conſtituit in illo & de illo populo Judæorum unde carnem aſſumpſerat: unde de plebe Judaica primum Apoſtolos eligit quos tanquam fundamentum inſtituit. 35. q. 1. §. hac itaque. verſi. Deus c. fundamenta. de elect. in 6. deinde ſtante perfida Judæorum relicta ſynagoga Eccleſiam novam fundatam jam in gentibus conſtituit. 21. diſt. c. 1. & apud Oſeam Prophetam dicitur. 2. c. In peccatis veſtris diviſi matrem veſtram. & rurſum idem Oſeas: Vocate plebem meam non plebem meam. & ad Roma. 9. c. & in Pſalmo 149. Eccleſia Sanctorum appellatur hæc nova Eccleſia: Pſalmo 25. de ſynagoga legitur. Odivi Eccleſiam malignantium & cum impiis non ſedebo. Nam ſecundum Innocen. & domi. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. de foro competen.

5. Deus à principio per ſe mundum rexit uſque ad Noe, cui Regem commiſit ſui populi, & ab eo uſque ad Samuelem rexit per Patriarchas, Judices & Reges, qui etiam ſacerdotes erant, qui in vicariatu Dei quo ad populum Iſrael ſucceſſerunt, & ſic gubernari & regi voluit populum ſuum Iſrael electum quem præceptis per Moyſem traditis inſtituerat, & per Prophetas de adventu ſuo & redemptione futura promoverat quod etiam ſacerdotium & regnum fuit ex lege naturæ penes alios qui non erant de populo Iſrael: ſed ex gentibus penes aliquos eorum qui fuerant Reges & Sacerdotes. Hinc eſt quod Apoſtolus Melchiſedech Regem & Sacerdotem, dicit ad Heb. 7. ca. Rex enim fuit canturus & ſacerdos dicitur in Pſal. 109. & ibi exponit gl. & ita etiam dicimus de Job qui Rex

Source : BIU Cujas

fuit & Sacerdos : unde dicitur Job 29. cap. cumque sederem quasi Rex circunstante exercitu, &c. & Job. primo dicitur, Offerebat holocausta per singulos : & sic fungebatur officio Sacerdotis, & dicit Isido. li. 7. Ethy. Majorum consuetudo hæc erat, ut Rex etiam esset Sacerdos & Pontifex : unde Romani Principes vel Imperatores Pontifices dicebantur. c. cleros. 21. dist. facit. l. 1. §. hujus studii. ff. de justi. & jur.

6. Postea sub Samuele qui Judex populi fuit : ut habetur primi Regum 7. c. & ex eo populus sibi Regem petiit quem quantum erat ex parte populi Dominus ei concessit in onus peccatorum suorum. c. audacter. 8. q. 1. c. ex merito. 6. q. 1. ideo dicit Dominus Samueli, non abjecerunt te, sed me, ne regnem super eos. Et tunc divisa est administratio, quia sacerdos remansit Samuel, & qui ei postea successerunt in sacerdotio cum summa potestate ungendi Reges & superioritate. Saul autem Rex à Samuele unctus regnum administravit, & qui ei successerunt in regno David, Salomon, & alii; & hoc factum est in figuram ejus quod futurum erat in nova lege; ut sacerdotes expediti à judiciis temporalibus assuescerent imminente adventu Christi vacare spiritualibus, qui Christus veniens Rex fuit & Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui fuit Rex Cananæus & Sacerdos Dei altissimi. Ipse namque Christus sacerdotium quod per accidens servile factum fuerat, & legitur 3. Reg. 2. 1. & 2. c. quia Abiathar per Salomonem de sacerdotio abjectus fuerat ad libertatem sacerdotii legis naturæ reduxit. in qua & in eadem persona juxta cursum legis naturæ & moralem politiam utraque dignitas sacerdotii & regni fuit. Et ideo adveniens idem Christus Dominus per unionem Monarchiam ad se traxit, & sacerdotium & regnum. & hoc est quod dicitur Daniel. 2. c. Comminuet autem & consumet omnia regna hæc & ipsum regnum. s. Christi, stabit in æternum. Et istud est regnum quod designatur per lapidem abscisum de monte sine manibus, qui comminuet testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum : quibus statua illa confecta erat, per quæ signantur quatuor Monarchiæ Assyriorum, Medorum, Græcorum, simul & Ægyptiorum & Romanorum : quæ adveniente Christo comminutæ & absorptæ genitæ sunt. ut dicitur Psal. 8. Omnia subjeciisti sub pedibus ejus : quod verbum refert Apostolus ad Christum ad Heb. 2. dicens : In eo enim quod omnia subjecit nihil dimissum est quod ei subjectum non fuerit. Et idem 1. ad Corinth. 15. c. & Math. ult. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quam omnimodam potestatem Christus postea in Petrum transtulit & successores temporalium administrationem : ut liberius divinis vacarent sacerdotes : & summus Sacerdos saluti animarum intenderet cum ei dixisset Joan. ult. Pasce oves meas Imperatori permittens. ca. cum ad verum. 96. dist. Unde postea Ecclesia sic à Christo renovata Monarchia Ecclesiæ dicta est regnum Apostolorum : quia post Christum in principe Petro fundata est Ecclesia. c. ita Dominus. 19. dist. c. in novo. 21. dist. c. 2. 22. dist. c. loquitur. 24. q. 1.

7. Item Apostolica hæc Ecclesia dicta est : quia in Apostolis inchoata & initiata : ipsi enim fuerunt primitiæ populi Christiani quantum ad tempus gratiæ revelatæ. 35. q. 1. §. hac itaque. cap. fundamenta. de elect. Esayæ 60. c. Qui sunt hi qui ut nubes volant : ac si secundum Gregorium in Moralibus apertè dicat, Nos per terram gradiamur conjugiis & propagatione sobolis implicati. isti verò non ambulant in terram, sed ut nubes volant qui dum cælestia petunt de terrenis desideriis nihil tangunt.

8. Apostolica etiam dicitur Ecclesia, quia Apostolorum prædicatione per orbem diffusa. Psal. 18. In omnem terram exivit sonus eorum : & in fines orbis terræ verba eorum : & ad Roman. 10. c. & 19. dist. c. in memoriam.

Item Apostolica dicitur, quia ab Apostolis gubernata. 11. dist. c. palam. 43. dist. c. dispensatio. & c. fundamenta. de elect. in 6.

Tertiò præmitto secundum fundamentum quod corpus hoc mysticum quod est Ecclesia cujus caput est Christus, & nos membra sumus, ut dicit Aug. sup. Jo. Ego sum vitis vera. Joan. 15. c. & facit quod vult Apost. ad Colossen. 2. c. & quod habetur. in c. quemadmodum. & c. præterea. 23. quæst. 7. & c. de Liguribus. 23. quæstio. 5. instar cælestis hierarchiæ habet. c. ad hoc. 83. dist. & in Apoc. 21. c. Vidi Hierusalem novam descendentem de cælo : proinde & Moysi dictum est quod faceret omnia secundum exemplar quod monstratum esset sibi. Exod. 25. & 26. c. In triumphanti autem Ecclesia unitas est : & in unum auctorem omnia referuntur & unus præsidet toti universo. s. Deus. Apoc. 21. cap. Ipse populus ejus erit, & ipse cum eis erit eorum Deus : ita etiam Ecclesia militans & corpus ejus mysticum una esse debet : & hoc profitemur in articulo, Unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. ut est tex. in extrava. Bonifacii VIII. qui incipit : Unam sanctam. titu. de major. Hæc omnia complectens. una est enim Ecclesia militans & non plures. c. 1. §. una. de sum. Trini. c. Ecclesia. de conse. dist. 1. nec habet Ecclesiasticam ordinationem quæ Ecclesiæ non tenet unitatem. c. factus. c. Novatianus. 7. q. 1. dicimus. 24. q. 1. c. pudenda. c. loquitur. ead. cau. & quæstio. c. fundamenta. de elect. in 6.

9. Et Catholica dicitur eo quod universalis est, & Romanum Pontificem universalem Pastorem habet. c. fundamenta. & c. in nomine Domini. 24. distin. quod etiam ratione demonstratur. nam sive dicamus respectu causæ efficientis, sive formalis causæ, sive finalis, Deus est causa cujuslibet entis & potestatis : ideo dicitur, Non est potestas nisi à Deo. Apost. ad Roma. 13. c. & c. 1. de homi. in 6. Respectu causæ efficientis potestas est ab uno Deo, & sic ab unitate proficiscitur : sicut enim omnia entia derivantur ab uno ente, & omnis substantia ab una substantia : ita omnis principatus causaliter derivatur ab uno principe qui est Deus. ut Daniel. 3. Sciant gentes, quia dominatur altissimus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud. Ratione formalitatis sive ordinationis unitas hæc ex multis colligitur.

10. Primo deducendo secundum Aristo. 7. Politi. In unaquaque politia perfecta & felici vel regni vel civitatis sex sunt necessaria, Scilicet agricolarum genus ad alimenta. Artifices & mercenarii qui arte & laboribus circa necessaria ad victum operentur. Milites bellici ad compescendum rebelles defendendum ab impugnationibus. Abundantia pecuniarum ad opportunitates bellicas prosequendas. Sacerdotium ad cultum Dei. Judices ad dirigendum & regendum. Constat autem quod melior est politia quæ reducitur proximè ad unitatem : & idem dominatus paucorum qui Aristocratia vocatur melior est quàm Democratia quæ est principatus populi & multorum : & Monarchia quæ est principatus unius principis melior est quam Aristocratia, ut inquit Aristo. 3. & 8. Ethico. unde August. in lib. de nuptiis, & concupiscentia principatus magis naturalis unius in plures quam in unum potest esse multorum : & idem August. Principiorum natura amat singularitatem. c. fundamenta. §. ne autem. de elect. in 6. & Ezech. 17. c. Servus meus David super omnes erit & pastor unus erit omnium rerum. Ad unitatem ergo regiminis recta politia tendit. & facit quod vult Aristo. 12. & 14. & 15. Meta. c. in apibus. 7. q. 1. nec pluralitas principatuum in una civitate, regno vel quacunque politia admittendum est. cap. quoniam in plerisque. de offi. ordi. c. non autem. 7. q. 1. dignissimum autem inter prædicta

Source : BIU Cujas

politiæ munera est sacerdotium & magis necessarium: ut vult Phi. 7. Polit. §. quamvis. 23. q. 8. c. solitæ. de majo. & obe. c. cum ad verum. 26. dist. c. jus publicum. 1. dist. 1. §. hujus studii. ff. de justi. & jur. & Judicum etiam potestas inter prædicta munera politiæ digniora ponitur. §. hujus studii. ff. de justi. & jur. Parum enim essent jura in civitate nisi essent qui ea regerent. l. 2. §. post originem. ff. de ori. jur. c. ubi periculum. §. præterea. de elect. in 6.

11. Cum ergo politiæ conveniat principatus unius magis quam multorum, & in quacumque politia duo hæc præfulgeant: scilicet sacerdotium & judicandi potestas: hæc autem fuerunt in Christo incarnato, ut dictum est: quia Rex sive Judex fuit & sacerdos, & ipse illa in terris commiserit vicario suo cui commisit Ecclesiam suam. ergo clarè relinquitur Ecclesiam suam & Papam ejus judicem & sacerdotem esse illam unicam politiam & plenam quæ in orbe etiam ex sententia Aristo. habere potest. Et hoc etiam demonstratur ex unitate signi & legis: sicut enim omnes illi qui eodem signo armantur & configurantur & ejusdem legislatoris legibus subjiciuntur ejusdem principatus & regiminis dicuntur, & ad eumdem principem pertinent: ita omnes Christiani qui sub eodem signo signantur & caractere baptismi Christi de conse. dist. 3. c. quomodo. & sub eadem fide degunt extra quam nemo salvatur. c. 1. de summa Trinit. & fide Catho. ad unum regimen & principatum: videlicet Ecclesiam universalem omnium matrem. c. quamvis. & c. in novo. 21. dist. diriguntur. Et ideo quilibet subditus Christianæ Religionis sicut ejusdem principatus & regiminis & in una Ecclesia unitur ei principaliter in quantum est subjectus dicti principatus: & ad conservationem illius & in ministerium ejus institutus est: & tendit ad ipsius conservationem. c. 1. de sum. Tri. c. justum. c. quicumque. 9. dist. c. non liceat. 10. dist. Ideo ratione pertinet populi Christiani unam debere esse professionem: & per consequens regimen cui omnes secundum quod Christiani subjiciuntur necessario & ad hoc est hodie extravagans unam sanctam. Insuper probatur alia ratione: nam regnum nihil aliud est quàm directio gubernatorum ad finem ad quem utpote bonum omnia tendunt, & bonum omnia appetunt. ut dicit Philo. 1. Ethi. Unitas autem præcipuè pertinet ad rationem boni. ut probat Boe. lib. de conso. ideo sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant unitatem sine qua esse non possunt. unumquodque enim tantum est bonum, in quantum unum est.

12. Unde illud quod intendit intentio gubernantis multitudinem & ipsius multitudinis gubernatæ est unitas, & pax multitudinis in qua unitate consistit bonum. c. omnibus. 24. q. 1. & pulchrè dicit Hugo de sancto Victore circa principium commenti sui super Angelica Hierarchia quod ad decorem & pulchritudinem eorum quæ sapientia ornavit operum ab una virtute & potestate distribuuntur multæ virtutes, & potestates multæ efficiuntur. sed ne rursus multitudo schisma generet vel divisionem & adversum se pugnæ orbis denovatione contraria unum principium est & moderator unus omnium à quo habent quod sunt & sub quo moderantur quod possunt, & differunt ad ipsum omne quod officiunt, ut unitas maneat in omnibus, & pax perseveret in regno cuncta creantis & gubernantis Dei & regentis omnia. & facit. c. loquitur. 24. q. 3. & c. legimus. 93. di. c. olim. 95. di. cum ergo per se causa unitatis est unum, nam & plures non possunt unire multa nisi ipsi aliquo modo uniantur: quare illud quod est per se unum efficacius & melius est causa unitatis, quam plures uniti: ergo sequitur quod multitudo melius regatur per unum quam per plures. & istud probatur, quia sicut Angeli majoris virtutis sunt quam orbis & nobilioris naturæ, & movens excellentioris naturæ est moto, & agens melius est patiente, & actus nobilior est potentia. ut dicit Aristo. 9. Meta. & Aug. sup. Gen. sic in Monarchia Ecclesiæ est dare unum: ut primum movens quod se habeat ad alia subalterna illa movendo in ipso agendo, illa dirigendo, & hi sunt Prælati, Reges, & Principes, & alii fideles, videmus similem Deo cujus potentia licet omnia gubernentur: quia, ut dicit Apost. ad Hebr. 1. omnia perdat in verbo virtutis suæ: agit tamen mediantibus Angelis qui sunt spirituales substantiæ, ut dicit Aug. de Civitate Dei. ita Papa qui gerit vicem Dei in terris. c. 1. ut Ecclesiæ bene. ex parte bonorum spiritualium mundum regit, & illis ministris utitur. sicut Moysi dicit Jetro madiam socer, & hi sunt officiales Ecclesiæ spirituales & temporales ad instar Ecclesiæ triumphantis subordinati. c. ad hæc. & c. fin. 99. di. & ideo una dicitur Ecclesia propter omnium fidelium tam ministrorum quam subditorum unitatem in Christo formaliter per tres virtutes Theologicas, Fidem, ut in c. 1. de summa Trinit. Spem, quia ad unum finem æterni boni omnes fideles in spe ambulant: charitatem, prout dicitur Actuum 4. multitudinis credentium erat cor unum & anima una. ca. dilectissimus. 12. q. 1. & c. 2. de summa Trinit. & Apost. ad Eph. 4. solicitè servare unitatem spiritus in vinculo pacis & hujus unitatis Ecclesiæ unus est modus.

14. Quod Ecclesia & unum totum cujus partes sunt singuli fideles. c. 1. de conse. dist. 1. vel etiam cujus partes sunt particulares Ecclesiæ & collegia. cap. quamvis. 21. di. & sicut in corpore naturali ad cujus similitudinem dicitur corpus mysticum Ecclesiæ. c. dilecta. de excess. Prælat. quædam sunt membra divisibilia ut manus & pedes in digitos, digiti in articulos, quædam membra indivisibilia, quæ licet dividi possint in partes, non tamen dicuntur membra divisibilia. imo non propriè membra, ut puta articuli: ita Ecclesiæ membra divisibilia dicuntur ut particulares Ecclesiæ & collegia indivisibilia singulæ personæ credentium, & sic patet quod Ecclesia est unum totum constitutum ex multis partibus, & sic unum corpus ex multis membris compactum. 23. q. 7. c. quemadmodum. 33. q. 4. c. recurrat. alius est modus unitatis Ecclesiæ per conformitatem in partibus ejus & membris, quæ conformitas attenditur secundum gratiæ dona per quæ sunt, ut dicuntur Ecclesiæ membra, de conse. dist. 4. c. charitas. & ca. 2. §. rursus de sum. Trinit.

15. Hæc autem dona gratiæ sunt fides, spes & charitas. ut glo. super illo ad Corin. 10. unum panis & unus corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus, id est, unione fidei, spei & charitatis, & multa operum exhibitione.

16. Et isto modo sancta Mater Ecclesia est in sanctis ejus. ut c. quamvis. 21. dist. in glo. & vocatur Sancta Sanctorum. c. quæris. de consecratio. distin. 4. & comprobatur unitas Ecclesiæ, & esse unus thalamus Christi. c. loquitur. & c. omnibus. 23. q. prima. Respectu etiam finis modus unitatis etiam deprehenditur in Ecclesia: quia omnes fideles ad unum finem beatitudinis tendunt, & ad unum principium & caput quod est tota Trinitas: sed specialiter homo Christus Jesus secundum convenientiam naturæ & gratiæ, & hic modus unitatis vocatur attributionis. Christum enim dedit Deus caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius & plenitudo ejus, ut dicit Apostol. ad Ephes. 1. & 23. q. 3. ca. pro membris.

17. De his autem modis unitatis loquitur Aposto. ad Ephes. 3. dicens: Unum corpus per quod insignatur unitas totalis: unus Spiritus, per quod demonstratur unitas conformitatis: unus Dominus, per quod demonstratur unitas attributionis: ad unum principium & caput una fides, per quod demonstratur unitas attributionis ad finem beatitudinis æternæ quam credimus unum Baptisma, per quod

Source : BIU Cujas

tangitur unitas conformitatis in professione.

18. Et ita etiam diverso respectu triplex diversitas statuum ad hanc unitatem redacta illam exornat. Prima diversitas statuum, prout quidam aliis sunt perfectiores, & meritò potiores. 40. dis. c. quodcumque & cap. multi. & Joan. 14. c. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. de pœni. dist. 4. §. finis. versi. porro. Ideo inter fideles quidam dicuntur incipientes, quidam perficientes, quidam perfecti. de pœni. distin. 2. ca. dum sanctam. quod etiam consideravit Aristo. inter homines 1. Ethico. Secunda diversitas officiorum quæ ex diversitate bonorum redundat, per quæ aliqui homines ad aliqua officia apti sunt, alii ad alia. juxta Apostol. ad Roma. 12. Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes 89. dist. c. singula. Tertia diversitas graduum, quia in eodem statu vel officio quidam superiores, quidam inferiores. c. nulla. c. à subdiacono. 93. dis. c. 1. c. statuimus. de majo. & obed. l. 1. & 2. ff. de albo scrib. ex hujusmodi diversitatibus perfectio Ecclesiæ conficitur. juxta Apo. ad Ephe. 4. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Evangelistas, alios Doctores & Pastores ad consummationem Sanctorum, id est perfectionem in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. i. Ecclesiæ. & idem Apo. ad Corin. 12. & 21. c. facit. ca. cum ex injuncto. de hære. c. si rector. 43. dist.

Item confert hæc diversitas ad diversas actiones in Ecclesia Dei suo ordine congruentius disponendas & perficiendas. cap. cum singula. de præb. li. 6. ca. singula. 89. dist. unde dicit Bernar. super illo Canti. 2. Ordinavit in me charitatem discretio virtuti ordinem. Ponit ordo modum tribuat decorem & perpetuitatem. Ideo in Canti. Canti. 6. c. dicitur. Una est columba mea, perfecta mea. Convertitur enim Ecclesia ex prædictis in perfectam unitatem. c. legimus. 93. dist. ideo etiam ex hac unitate persistit, id quod dicitur Math. 16. Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, id est Ecclesiam: ipse enim ordo & connexitas in ea fortior est. facit quod legitur Cant. 6. Terribilis ut castrorum acies ordinata. c. pudenda. in fi. 24. q. 1. c. futuram. 12. q. 1. c. nisi ver. bella. 19. dist. c. ita Dominus. & Math. 7. cap. & de pœni. dist. 5. cap. quæ non deficit.

Et ex his Ecclesia dicitur minuta Civitas Cant. 3. Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. ideo glos. super illud Apoca. 22. c. quod civitas habebat murum magnum, & altum exponit, quod per murum convenienter intelligitur Christus qui sanctam Hierusalem undique circundat. & hæc unitas Ecclesiæ ad pacem confert: nam secundum Aug. 19. de Civitate Dei. Pax est tranquillitas ordinis, & pax est hominum ordinata concordia. ut etiam dicit text. 23. q. 1. c. quid colligatur. ideo secundum Isidorum Ecclesia pro cælesti Hierusalem ponitur quæ pacis visio interpretatur. nam ibi absorpta omni adversitate pacem quæ Christus est possidebimus. ideo in Psal. 147. dicitur. Qui posuit fines tuos pacem. & in Psal. 124. dicitur. Pax super Israël. i. super videntes Deum.

Præterea ista unitas etiam suadetur si oculos ad naturam duxerimus quæ est opus Dei cujus perfecta sunt opera. Deutero. 32. c. & c. majores. ver. sed adhuc quæritur. de baptis. c. sunt plures de pœni. dist. 3. c. quidam. 24. q. 3. Omne autem naturale regimen est ab uno quod principaliter in inferiora influit: patet in multitudine membrorum corporis principaliter est unum membrum quod nos movet: scilicet cor & in partibus potentialibus animæ est una potentia quæ aliis præest, scilicet ratio prout comprehendit intellectum & voluntatem facit. 8. quæst. 1. c. in apibus. sic quoque in hoc toto universum unum principium primum est, quod omnia producit & movet. c. 1. de summa Trinit. quare etiam in multitudine humana oportet dicere unum esse rectorem à quo inferiora regantur: quod si unitas gubernantis requiritur ad optimum regimen multitudinis humanæ quæ unitur ex munere gratiæ prout est communitas Ecclesiastica. nam illud quod est secundum gratiam non contrariatur ei quod est secundum naturam, sed illud perficit. ergo dicendum est quod in tanta universitate fidelium & multitudine unus sit rector, hoc regnum Ecclesiæ gubernans. Præterea facit: nam dicitur Deutero. 22. c. Dei perfecta sunt opera. Apost. ad Roma. 13. cap. & perpetuationem Ecclesiæ pollicitus est. Math. ulti. Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. & Hieron. super Psal. Hierusalem quæ ædificatur ut civitas dicit non est adhuc completum ædificium hujus civitatis, sed continuè ædificatur adhuc de lapidibus vivis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ab ipso summo angulari lapide Jesu Christo. Esaiæ 9. Super solium David & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud & corroboret in judicio & justitia amodo usque in sempiternum. c. pro humani. de homici. l. 6. neque in necessariis Ecclesiæ suæ credendum est eum defecisse quem dilexit usque ad mortem Crucis, Apost. ad Eph. 5. & 24. q. 1. c. schisma. & c. princeps. 23. q. 5. sed per unitatem conservantur regna. ut dicit sanctus Tho. in 4. dist. 17. q. 7. juxta illud: Omne regnum in se divisum desolabitur. c. sicut in Sacramentis. de conse. dist. 4. cap. loquitur. 24. q. 1. & c. legimus. 93. dis. ergo credendum est Deum ordinasse hanc ipsam Ecclesiæ unitatem, & per unum regi debere. d. c. 2. de sum. Trin. c. ita Dominus. 19. dist. c. in novo. 21. dist.

19. Insuper hæc unitas Ecclesiæ & unius rectoris ejus probatur. nam patet ex prædictis quod in Ecclesia Dei est ordo. Iste autem ordo secundum prælationem & subjectionem exprimatur. Prælatio autem secundum ascensum & descensum, quia ubi est æqualitas, non est Prælatio. c. innotuit de elec. ascendendo autem superius necesse est, ut sit aliqua reductio ad unum ne sit processus usque in infinitum: ideo aliquem supremum esse Prælatum oportuit, in quo totius potestatis Ecclesiæ esset status: & ideo dicitur per Ezech. 24. ca. Suscitabo super eos Pastorem unum. & 37. c. Et Pastor unus erit omnium vestrum.

Præterea arguitur, ad unitatem Ecclesiæ requiritur quod omnes fideles in fide conveniant. unde Apost. 1. ad Corinth. 1. cap. Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata: sine fidei enim unitate nemo salvatur. c. 1. de sum. Tri. Apo. ad Heb. 10. c. Sine fide impossibile est Deo placere: sed circa hæc quæ sunt fidei propterea quod homines sunt proni ad dissentiendum. cap. quia diversitatem. de concess. præbend. contingere posset dividi sententias fidelium: & sic Ecclesiam discerpi nisi in unitate per unius sententiam conservetur. ut per glos. in c. in istis. 4. distinct. ergo necesse est ad unitatem fidei in Ecclesia conservanda, quod unus sit qui toti Ecclesiæ præsit doctor, rector & pastor ejus, ut impleatur quod dixit Domi. per Esa. 5. ca. Quid ultra debui facere vineæ meæ & non feci. Neque enim æstimandum est Deum minus consuluisse Ecclesiæ suæ quam proprio sanguine redemit, & fundavit, quam consuluit synagogæ quæ prima fuit nostræ Ecclesiæ: imò tanto magis credendum est Deum Ecclesiæ Catholicæ consuluisse, quam synagogæ, quantum sacerdotium Evangelicum existimans: sed in synagoga unus erit Summus Pontifex, scilicet Aaron post Eleazar, & sic de aliis successoribus: & qui summo sacerdoti non obediebat, reus erat mortis. Deuter. 17. c. ergo multò magis dicere debemus in hac Apostolica Ecclesia, unum esse regimen & unum Pontificem cui tanquam superiori omnes obedire teneantur. unde per prædicta pulcherrimè dicit Albertus Magnus in libro de Missa. Hæc ab initio scilicet multorum per omnem ordinem graduum Ecclesiæ ad unum caput in cœlo, refulget in naturis, ostenditur in ope-

ribus, exemplificatur in divinis legibus : præcipitur & in toto corpore mystico obſervatur : in cœlis enim Angeli ad Archangelos, Archangeli ad Principatus, Principatus ad poteſtates, poteſtates ad virtutes, virtutes ad dominationes, dominationes ad thronos, throni ad Cherubin, Cherubin ad Seraphin ſecundum obedientiæ & illuminationis ordinem ordinantur : ideo Job. 38. dicitur. Numquid noſtri ordinem cæli & ratione ejus pones in terra : in naturis oſtendit, ramuſculi ad virgas, virgæ ad ramum, rami ad ſtipitem, & ubi multi ſtipites in una radice funguntur, ut omnia ſocia fiant & participent ex ſucco radicis. c. loquitur. 34. q. 1. & Apoſto. ad Roma. 11. ſocius radicis olivæ & pinguedinis factus eſt, ſi de corpore humano complectitur : Apo. 1. ad Cor. 12. ca. Sicut enim multa membra in hoc corpore habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, in Chriſti operibus unitas commendatur.

20. Quia Chriſti opus eſt in unum ſemper colligere diſperſa. hinc dicitur Jo. 10. c. Fiat unum ovile & unus Paſtor. ut Math. 12. Qui non colligit mecum diſpergit : unitas quoque in divinis legibus præcipitur dicente Dionyſio tex. divinitatis eſtper prima media, & per media ultima reducere quod effici non poteſt niſi in ordine ad primum : hæc enim lex ſicut ſuperior amovet, & ligat ad inferiorum providentiam & curam, ita inferiora ligant ad ſuperiorum obedientiam, ut omnia hoc modo ſint connexa : unde Pſalmo : Diſtribuite gradus ejus ut enarretis in progenie altera. & Danie. 9. c. ſta in gradu tuo.

21. Sic enim octo gradibus aſcenditur ad Dei templum & culturam. ut dicitur Ezech. 45. c. Papatu, Patriarchatu, Primatu, Archiepiſcopatu, Abbatum reverentia, Præpoſitura, qua etiam Archidiaconatus ſignatur, Decanatu, Cura parochiali : hoc etiam in toto corpore myſtico quod eſt Eccleſia, obſervatur, in qua omnia ad unum diriguntur quæ Petri clavibus committuntur uni, committitur ut plenitudo poteſtatis. in uno oſtendatur & in alios ab illo ſecundum partem ſolicitudinis ad quam vocantur, committatur. c. decreto. 2. q. 6. cap. ad hæc. de aucto. & uſu pallii. præterea, ut dicit Ariſto. 2. Meta. in quolibet genere cauſæ oportet unum primum dare ad quod etiam poſteriora reducantur : ita in Eccleſia oportet dare unum primum regentem & moventem totam ejus politiam c. per venerabilem. §. rationibus. qui ſi. ſint legi. alias multis imperantibus & regentibus incideremus in inconveniens de quo Math. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſervire. ut Luc. 16. habetur. & ita c. omnis de pœni. di. 1. §. hoc idem. & c. nemo poteſt. §. Romanos. de pœni. di. 2. c. ita Dominus. 19. di. & ſic ordo politiæ confunderetur quod non eſt dicendum, quia ordo ſecundum Bernar. nihil inordinatum admittit. facit. cap. qualiter. in primo verſi. ideoque. de accuſa. & ſic per iſta inconvenientia & diſſentiones averteremur à vero Chriſtianæ ad quem omnes fideles ordinamur & tendimus ſcilicet à gratia charitatis & unitatis, quæ ſunt vincula perfectionis in via, ut dicit Apoſto. ad Col. 3. c. & ad Eph. 4. & demum à fine beatitudinis æternæ in patria cæleſti, ubi eſt illa unitas, de qua dicitur Pſalm. 121. Participatio ejus in idipſum. & de qua Greg. tanta vis charitatis omnes ibi ſibi aſſociat ut bonum quod quiſque in ſe non accipit, in alio ſe accepiſſe gaudeat : & licet ad hunc finem omnes tam ſuperiores quam inferiores de Eccleſia incedant, tamen aliquid immediatè magis quàm alii ſicut in omni politia contingit ubi plures principatuum gerentes ita ordinati ſunt, ut inferior ordinetur ad ſuperiorem per ſuos gradus, & tandem omnes ordinentur ad finem ſupremi principis, ut dicit quid memorator. 12. Meta. & ſanc. Tho. in Summa contra Gentiles li. 4. ubi dicit quod licet populi Chriſtiani diſtinguantur per Diœceſes & civitates. c. 1. 13. q. 1. una tamen eſt Eccleſia, unus eſt populus Chriſtianus. c. 1. de ſumma Tri. & ſicut in ſpeciali populo requiritur unus Epiſcopus, vel Rex, ut caput. c. 1. de privi. c. quoniam. de offi. ordi. c. legimus. 93. di. ita in populo Chriſtiano unum debet eſſe corpus Eccleſiæ & unum caput. d. c. ita Dominus. & c. quamvis. 21. di. c. loquitur. c. omnibus. c. non turbatur. ca. quotiens. & quaſi per totum. 24. q. 1. ca. Sacroſancta. ubi optimus tex. 22. di. ideo dicit Aug. ſicut unus homo primò creatus eſt, ita ut in eo & ex eo conſtitueretur una creatura : unde poſtea tanta propagatio. c. nec illud. 33. q. 5. ita unus iſtius naturæ totius unus debet eſſe rector principalis in Eccleſia quæ habet diverſa nomina ut infrà dicam. & ſcias quomodo in domo Dei oporteat te converſari, quæ eſt Eccleſia Dei. i. congregatio fidelium, hæc deſignatur parabolicè Math. 13. cum dicitur, Simile eſt regnum cælorum. i. præſens Eccleſia ex omni genere piſcium congregans mare præſens ſæculum piſces homines ſagena immiſſa doctrina Evangelica quæ ex auctoritatibus connexis conſtat hæc capit piſces bonos & malos : quia ſub hac doctrina fidei concluduntur multi boni & mali : ſed in fine diſcernuntur. unde Grego. in c. hæc vita. 23. q. 4. quæ inter cælum & infernum ſcita eſt : hæc vita ſicut in medio ſubſiſtit in utrarumque partium cives communiter recipit, quos tamen ſancta Eccleſia indiſcretè, id eſt indiſtinctè ſuſcipit, & poſtea in egreſſione diſcerneret : ſi ergo boni eſtis, quam diu in hac vita ſubſiſtitis æquanimiter tolerate malos : nam quiſquis malos non tollerat ipſe peritiam ſibi teſtis eſt, quia bonus non eſt. hæc iſte. Iſta mixtura multipliciter figurata eſt, & hoc pretio, & perſecutio bonorum à malis per opera mala exempla.

Ut per Caym & Abel quorum ex uno patre & matre, & una domo Caym interfecit Abel : ſic ex Arca Noë eſt filius unus reprobus inventus eſt Caym : in domo una Abrahæ Iſaac qui perſequebatur Iſmaël fratrem ejus : in domo Iſaac uterini Jacob dilectus & Eſau odio habitus perſequens fratrem ſuum Jacob : in domo Jacob filii perſequentes & vendentes fratrem ſuum Joſeph, hinc & Hieronymus qui ſecundum carnem natus eſt, perſequebatur ſpiritualem : nunquam autem ſpiritualiter carnalem perſequitur, ſed innoteſcit ei quaſi ruſticano fratri : ſcit enim poſſe perficere per tempus. 24. q. 3. iſta autem tollerantia malorum referenda eſt, vel quo ad ſocios, in quibus quis non habet auctoritatem cernendi : vel quo ad ea quæ judicialiter puniri non poſſunt, quia nec & probari, ſed ad prælatos extendatur. nam mali Chriſtiani qui aliis nocent diverſis modis coërceri à ſuis inſolentiis debent cum poſſunt per rectores quod docet Aug. dicens 23. q. 4. quid faciet Eccleſiæ medicina ſalutem omnium materia charitate conquirens, tanquam in fræneticos & litargicos æſtuans, nunquid contemnere, nunquid deſiſtere debet vel poteſt : ſcilicet ad correctionem utriuſque ſi neceſſe eſt, ſit moleſta quæ neutri eſt in cauſa : nam & frænetici nolunt ligari, & litargici nolunt excitari, ſed perſeverat diligentia charitatis fræneticum ligare, litargicum excitare, ambo offenduntur & ambo diliguntur : ambo moleſtari quamdiu ægri ſunt indignanter, ſed ambo ſanati gratulantur : hæc ille. & poteſt fræneticus dici qui aliis nocet : litargicus qui ceſſit à bono id quod tenetur. illud debet refrænari, & iſte ad bonum debitum ſtimulari, & dicitur hæc Eccleſia Prælatus Eccleſiæ. nam uſitatum eſt ut à toto denominetur pars principalior.

22. Secundo modo ſumitur Eccleſia pro congregatione bonorum fidelium qui ſunt per charitatem Chriſti incorporati, de quo poteſt intelligi illud Pſalm. 34. Confitebor tibi in Eccleſia magna. ſ. virtute, & pro id eſt in populo gravi. ſ. manibus virtuoſis laudabo te de hac Hiero. de pœ. di. 1. Eccleſia Chriſti eſt non habens maculam mortalis culpæ nec rugam. ſ. erroris.

Source : BIU Cujas

unde qui est aliqua sorde peccati pollutus de Ecclesia dici non potest nec Christo subjectus : hæc ille. Ad idem facit quod ait Ambro. 24. q. 1. c. quæ dignior domus Apostolicæ prædicationis ingressu quam sancta Ecclesia aut quis præferendus magis omnibus videretur quam Christus qui pedes suos consuevit lavare hospitibus & quoscunque sua susceperit domo, scilicet Ecclesiæ pollutus non patiatur vestigiis : sed maculosos licet vitæ prioris : in reliquum tamen dignetur reformare processus hic solus quem nemo debet deserere, nemo mutare ad quem dicitur divinæ ad quem ibimus verba vitæ æternæ habet : hæc ille : hæc est Ecclesia quæ regitur à Spiritu Sancto, Corpus Christi mysticum quod vegetatur Spiritu ejus : pro qua Christus oravit ne fideles deficerent : unde semper firma manebit quousque transferatur tota in triumphantem. de qua & Hiero. ait 24. q. 1. omnibus consideratis puto me non temerè dicere aliquos ita esse in domo Dei ut ipsi sint ea domus Dei. s. Ecclesia ut dicit glos. quæ dicitur ædificari supra firmam petram. s. Christum quæ unica columba appellatur : quæ sponsa ultra sine macula & ruga & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus cum pomorum fructu : de hac domo dicitur qui habitare facit unanimes in domo. s. Ecclesiæ : hæc ille & doceat ministros Ecclesiæ. s. clericos in virtute laicos & excedere : quia ut dicit Hiero. valde Ecclesiam Dei destruit laicos meliores esse quam clericos. 8. q. 1. qualis tamen si sint mali & quantumcunque mali, dummodo tolerati conficit veritatem & virtutem Sacramentorum, & acceptantur à Deo orationes per officia publicæ eorum : quia respicit Deus ad Ecclesiam, cujus illi sunt ministri, non ad eos qui sunt in hoc ut instrumenta mota à Deo ad justificandum creaturam. unde Augu. Spiritus Sanctus in Sancta Ecclesia ita operatur ut reprobos fugiat, & tamen per eorum ministerium reprobos colligo. 1. q. 1. ita fit : sed nec per injustam exclusionem ab Ecclesia quæ fit à Prælatis efficitur quis extra hanc communionem, nec per indebitam admissionem seu collationem Sacramentorum efficitur quis intra eam. unde Augu. secutis quem sacerdos in Ecclesia tolerat : est tamen extra Ecclesiam & extra corpus cujus caput est Christus si ei hostiarius, scilicet Christus non aperit ; ita non extra Ecclesiam est, ideo & non est de corpore si quis pastoris præjudicio compellitur foris esse. 1. q. 1. c. ut evidenter.

23. Tertio modo sumitur Ecclesia pro ædificio materiali : ut 1. ad Timoth. 3. c. Volo in Ecclesia orationes fieri. de hac notatur de conse. dist. 1. nemo Ecclesiam ædificet antequam civitatis Episcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè atrium designet. 1. q. 1. placuit. dicitur unusquisque Episcoporum meminerit ut non prius dedicet Ecclesiam nisi ante dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem confirmatum accipiat : nam non levis est ita temeritas ut sine luminaribus, vel sine substantiali substentatione eorum qui ibi servituri sunt tanquam domus privata consecretur Ecclesia, & hic de partibus ædificationis quid significent, scilicet status Ecclesiæ militantis, quæ ponit Ricar. in istis ergo Ecclesiis omnibus benedicitur Deus : sed pro nunc de materialibus loquendo à pluribus benedicitur. benedicit ergo vos Patroni Deo in Ecclesiis ædificandis, dotandis & defensandis, benedicite vos omnes Christiani in Ecclesiis venerandis & mentibus ad Deum applicandis, benedicite & vos Episcopi & Clerici Deo, in Ecclesiis consecrandis, officiandis & ordinandis. Primo ergo benedicunt Deum Patroni in Ecclesiis, dum eas constituunt, & dotant, & jura & bona conservant, ut in eis benedicatur Deus : sed hodie videtur de facto mutatum in lege ut verius possint dici latrones quam Patroni, ut meritò eis conveniat illud Esaiæ 1. Principes tui qui fuerunt primi ad ædificandum socii furum decipientes bona Ecclesiarum, omnes diligunt munera, quæ dantur eis à Rectoribus Ecclesiarum, ut defendant eos in malis, sequuntur retributiones. cum scilicet præsentant, non tamen attendunt ad merita personarum, sed unde plus valeant habere emolumentum temporale, sed sacrilegium magnum est. unde 16. q. 7. si quis principium vel aliorum laïcorum dispositionem vel donationem verum vel possessionem Ecclesiarum sibi vendicaverit ut sacrilegus judicetur.

24. Item Gregorius VII. dicit in Concilio generali, si Dominus, si quis Imperator Regum, Ducum vel quilibet sæcularium potestatum vel personarum investituram Episcopatus vel Ecclesiæ dignitatis alicujus dare præsumpserit, sciat sibi introitum Ecclesiæ interdictum. 16. q. 7. si quis deinceps. & c. sequenti. dicitur decernimus, ut nullus clericorum investituras Episcopatus vel Abbatiæ vel Ecclesiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus laïcæ personæ, viri, vel feminæ suscipiat quod si præsumpserit, recognoscat investituram illam Apostolica auctoritate irritam esse & excommunicat. Item in alia dicitur ea. causa, & q. nullus laïcorum Ecclesias vel Ecclesiarum bona occupet vel disponat, qui secus egerit ab Ecclesiæ limitibus arceatur, & eadem causa dicit, omnes basilicæ. i. Ecclesiæ quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur in Episcopi potestate consistant, in cujus territorio positæ sunt : ut dicit ibi glo. nisi aliquo privilegio & jurisdictione ejus exemptæ sunt : ad Episcopum ergo expectat ordinatio instituere rectorem in Ecclesia curata vel simplici, si non habet Patronos, sed habet confirmare præsentatum à Patronis infra tempus eis datum, vel ad capitulum, vacante sede, vel ad plebanos quos ad Ecclesias subditas suæ plebi, ubi sit consuetudo scripta veritas eorum quæ sunt in Ecclesia, designatur per ea ex quibus constituitur Ecclesia materialis & ex ejus congregatione.

25. Unde Ricar. de sancto Victore singuli lapides, scilicet Ecclesiæ materiali sunt significati singulos fideles qui sunt quadri stabilitate fidei & firmi virtute patiendi. cæmentum est charitas, quæ cingulo coaptat atque vivificat, atque ne per aliquem discordiam invicem discrepent uniformiter æquat.

26. Fundamentum sunt Apostoli & Prophetæ, parietes sunt contemplativi fundamento vivifici terrena deserentes, & cœlestibus adhærentes tecum hoc respectu : quia deorsum pendet sunt activi terreni actibus proximi propter imperfectionem suam minus celestibus intendentes, ac necessitati proximorum terrena administrantes in alto sunt, quæ in officiis super alios longitudo Ecclesiæ consideratur secundum diuturnitatem temporum : scilicet tempore legis naturalis Mosaïcæ, & Græcæ latitudo dum multorum populorum numerositas per diversas mundi partes dilatatur altitudo secundum differentiam membrorum & officiorum : in altitudine enim erigitur dum super laïcos est ordo sacerdotalis super sacerdotalem, Episcopalis & super omnes laudes Papa collocatur : sacrarium Ecclesiæ significat virginem ordinem, chorus ordinem continentium, inanis ordinem conjugatorum status & sacrarius est sacrariumque chorus, quamvis sint pauciores, sed digniores virgines quam continentes, quam conjugati trium Ecclesiæ sunt falsi Christiani qui & si sanctificati sunt baptismo & cœmiterium benedictione, tamen pleni cadaveribus, id est corruptione vitiorum, funis, id est, campanile est nomen Domini juxta sacrum. Campanæ sunt Prædicatores verbi Dei : fenestræ vitreæ sunt viri spirituales per quos commercio Dei nobis successit, interior dealbatura significat munditiam cordium, exterior munditiam corporum altare Christus : de Ecclesia igitur materiali videndum est de ejus ædificatione.

27. Et dicit sanctus Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. quod determinatus locus exigitur ad orandum in Ecclesia, non propter Deum qui adoratur quasi loco concludatur,

Source : BIU Cujas

ſed propter ipſos adorantes hoc triplici ratione. Primò propter loci conſecrationem qua ſpiritualem devotionem concipiunt utentes, ut magis exaudiantur. Secundò propter ſacra miniſteria & alia ſigna ſanctitatis ibi contenta. Tertiò propter concurſum multorum adorantium ex quo oratio ſit magis exaudibilis.

28. Et ſecundum quam decentiam quamvis non ſit neceſſarium, ſic diſponuntur ut adoratio fiat verſus Orientem: Primò propter divinæ majeſtatis judicium quod nobis manifeſtatur in motu cæli qui eſt ab Oriente. ut in ſimili no. gl. in cle. 1. de reliq. & vene. ſancto. gl. in c. Eccleſiaſticarum. in verbo qui Orientem. 11. di. Secundò propter paradiſum ad Orientem conſtitutum quaſi quæramus ad paradiſum redire. Tertiò propter Chriſtum qui eſt lux, & Oriens nominantur, & ab Oriente aſcendit, & ab Oriente expectatur ad judicium venturus.

29. Ædificare Eccleſiam nemo poteſt niſi auctoritate Diœceſani qui debet ponere primarium lapidem, crucem figere & cœmiterium deſignare, & etiam petere dotem ſufficientem ſine qua conſecrari non debet. de conſe. diſt. 1. cap. nemo. ubi dicit text. nemo Eccleſiam ædificet antequam Epiſcopus civitatis veniat: & ibidem crucem figat, publicè atrium deſignet, & ante præfiniat qui ædificare vult quæ ad luminaria & ad cuſtodiam & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiunt: & oſtenſa donatione ſic domum ædificet: & poſtquam conſecrata fuerit atrium ejus Eccleſiæ ſancta à quo conſpergat, & hodie ſufficit quod aſſignetur pro dote unus manſus, id eſt, unum prædium ſufficiens pro uno pari boum totaliter liberum. c. 1. de cenſi. talis enim donec in hac paupertate fuerit, non tenebitur ad hoſpitalitatem ſervandam, nec Epiſcopo aliquid perſolvendum niſi quantum poteſt donec perveniat ad pinguiorem fortunam. de conſue. c. cum dilectus. not. Archid. Floren. in 3 parte ſuæ Summæ titu. 11. c. 2. §. 1. 2. & 3.

30. Et dicit Specu. in libro nuncupato rationale divinorum officiorum. lib. 10. ti. de eccle. quod Eccleſiarum alia eſt corporalis, in qua videlicet divina officia celebrantur: alia ſpiritualis, quæ eſt fidelium collectio. de conſecra. d. in. 1. Eccleſia ſive populus per miniſtros convocatus, & in unum congregatus ab eo qui unanimes habitare facit in domo: ſicut enim corporalis ex congregatis lapidibus conſtruitur: ſic & ſpiritualis ex diverſis hominibus congregatur: Eccleſia ergo Græcè dicitur, convocatio Latinè, quia omnes ad ſe vocat: quod nomen magis propriè convenit Eccleſiæ ſpirituali quam corporali, quoniam homines non lapides convocantur: ſæpe tamen nomen ſignati attribuitur ſignanti: Eccleſia autem materialis ſpiritualem deſignat, ut dicetur infrà.

31. Eccleſia Græcè dicitur Catholica, id eſt univerſalis. c. Catholica. 11. diſtinctio. quia per totum mundum eſt conſtituta ſeu diffuſa, quia univerſi in Deum credentes in una debent eſſe congregatione, vel quia in ea eſt innumerabilis doctrina ad inſtructionem omnium fidelium: ſynagoga quoque Græcè congregatio dicitur, quod proprium nomen Judæorum populus tenuit: ipſorum enim propriè ſynagoga dici ſolet, quamvis etiam Eccleſia dicta ſit: Apoſtoli tamen nunquam ſynagogam dixerunt, ſed ſemper Eccleſiam forte diſcernendi cauſa dicitur, & præſens Eccleſia ſgon, eo quod ab hac peregrinatione longè poſita promiſſionem rerum cæleſtium ſpeculatur: & ideo ſgon, id eſt, ſpeculationem accepit, pro futura verò patria ex pace Hieruſalem vocatur. nam Hieruſalem pacis viſio interpretatur: dicitur etiam Eccleſia domus Dei, ſic dicta à dogmate quod Græcè dicitur rectum quaſi dans manere unanimes in ſe: dicitur etiam Eccleſia Keiata, id eſt, Dominicalis: quandoque Eccleſia Baſilica nominatur quid verbum Græcè ſonat, Latinè regia ſeu regalis regis baſilea: carnalium enim regum palatia ſic dicta ſunt; noſtra autem domus orationis domus regia aliquando dicitur Eccleſia, quia in ea Regi regum ſervitur: quandoque Eccleſia nuncupatur templum quaſi luctum amplum in quo Regi Deo ſacrificia offeruntur. 26. q. 2. ſed illud quandoque Eccleſia dicitur tabernaculum Dei. de conſe. di. 4. nec quemquam quia in præſenti vita peregrina eſt & in itinere ad patriam pergens, vel dicitur tabernaculum quaſi taberna Dei prout ſub Eccleſiæ dedicatione dicetur: quare etiam dictum eſt tabernaculum vel arca teſtimonii ſub altari dicetur: quandoque verò Eccleſiæ dicitur martyrium, quando in honorem alicujus martyrio ſit: quandoque Eccleſia nominatur capella; quandoque Eccleſia dicitur cœnobium: quandoque Eccleſia nominatur ſacrarium: quandoque ſacellum nominatur: quandoque Eccleſia nominatur domus orationis: quandoque Eccleſia nominatur monaſterium: quandoque oratorium generaliter, tamen quilibet locus ad orandum ſtatutus oratorium dici poteſt rurſus Eccleſia: quandoque dicitur corpus Chriſti. 26. q. 2. ſed & illud quandoque Eccleſia virgo vocatur, juxta illud: Æmulor enim vos: quandoque Eccleſia eſt ſponſa, quam Chriſtus deſponſavit ſibi in fide: de qua in Evangelio, qui habet ſponſam ſponſus eſt. c. ſicut. 7. q. 1. quandoque Eccleſia vocatur mater, quia quotidie in baptiſmo ſpirituales filios Deo parit. 12. q. 2. c. qui abſtulerit. quanquam Eccleſia filia nominatur, juxta illud Prophetæ: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. 68. diſtin. quorum. Item quandoque ponitur vidua propter preſſuras ingreſſi, & ut Rachel non conſolatur, quandoque meretrix figuratur propter Eccleſiam de gentibus congregatam, ut quia nulli claudit gremium redeundi ad ſe: quandoque vocatur civitas propter communionem Sanctorum civium murata propter munitionem Scripturarum quibus hæretici arcentur habens lapides & ligna diverſi generis: quia diverſa ſunt merita ſingulorum, prout jam dicetur: quicquid autem ſynagoga per legem accepit hoc nunc Eccleſia à Chriſto cujus ſponſa eſt per gratiam recipit. & in melius commutavit ſive non eſt nova oratorii ſive Eccleſiæ inſtitutio. præcepit namque Dominus Moyſi in monte Sinai, ut faceret tabernaculum de cortinis mirificè fabricatum: diviſum enim erat interpoſito velo in duas partes hujus; prior pars ſancta ubi populus ſacrificabat; interior verò Sancta Sanctorum, ubi ſacerdotes & Levitæ miniſtrabant: quare poſtquam vetuſtate conſumptum eſt, juſſit Dominus fieri templum quod Salomon ædificavit opere mirifico duas habens partes ut à tabernaculo. 3. Reg. 8. c. ab utroque vero. ſ. à tabernaculo & à templo noſtra materialis Eccleſia formam ſumpſit in cujus parte anteriori populus & audit & orat: in ſanctuario verò clerus orat, prædicat, jubilat, & miniſtrat: tabernaculum verò quia in itinere factum quando gerit ſiphum mundi qui tranſit & concupiſcentia ejus: unde conſtat ex quatuor cortinarum coloribus ſicut & mundus compactus eſt ex quatuor elementis: Deus igitur in tabernaculo Deus eſt in hoc mundo, vel & in templo Chriſti ſanguine rubricato: expreſsè verò tabernaculum typum gerit Eccleſiæ militantis, quæ non habet hic manentem civitatem, ſed futuram inquirit: ideoque dicitur tabernaculum. tabernacula enim militantium ſunt: Deus enim in tabernaculo, Deus eſt in fidelibus ſuo nomine congregatus: pars prima tabernaculum qua populus in proximi dilectione laborat, pars altera in qua Levitæ miniſtrabant, vita eſt contemplativa in qua dilectioni Dei religioſorum virorum ſyncera converſatio vacat: tabernaculum vertitur in templum, quia de militia curritur ad triumphum, eſt autem Eccleſia ſic ædificata. parato namque fundamenti loco, juxta illud: Bene fundata eſt domus Domini ſupra firmam: debet Epiſcopus vel ſacerdos de ejus licentia ibi aquam aſpergere benedictam ad ejiciendum inde dæmonum fantaſias & primarium lapidem, cui impreſſa

ſit

Source : BIU Cujas

sit crux in fundamento ponere. de conse. dist. 1. c. nemo.

32. Debet quoque sic fundari ut caput rectè inspiciatur versus Orientem, videlicet versus ortum Solis æquinoctialem ad denotandum quod Ecclesia quæ in terris militat temperare se debet æquanimiter in prosperis & in adversis, & non versus solstitialem, ut faciunt quidam, ut suprà fuit dictum : cæterum simile Hierusalem quæ ædificatur ut civitas ædificari per Judæos jubentur secundum Prophetam quanto magis & nos muros Ecclesiæ nostræ ædificare debemus, siquidem Ecclesia materialis in qua populus ad laudandum Deum convenit sanctum significat Ecclesiam quæ in cælis unus ex lapidibus constituitur : ut 21.q.6. sed hoc dicimus : Hæc est domus Domini firmiter ædificata. cujus fundamentum est angularis Christus, super quo fundamento positum est fundamentum Apostolorum & Prophetarum, sicut scriptum est. Fundamenta ejus in montibus sanctis superædificati parietes Judæi nec Gentiles de quatuor mundi partibus ad Christum venientes, & qui per ipsum crediderunt seu credunt & credant, fideles autem ad vitam prædestinati sunt lapides in structura hujus muri, qui semper usque in finem hujus mundi ædificabitur : lapis verò super lapidem ponitur, quando magistri Ecclesiæ minores in proprium studium assumunt ad docendum, & ad corrigendum, & stabiliendum : in sancta verò Ecclesia habet lapides super se ad ferendum pro ædificio quicunque laborem fraternum portat. grossiores vero lapides & politi seu quadrati, qui ponuntur foris extrinsecus, in quorum medio minores lapides jacent, sunt viri perfectiores qui suis meritis & orationibus continent infirmiores in sancta Ecclesia.

33. Cæmentum autem sine quo muri stabilitas esse non potest, qui ex calce, sabulo, & aqua; calx charitas fervens est quæ sibi conjungit sabulum, id est, terrenum opus; quia verò charitas solicitudinem maximam habet mixtam pro viduis, senibus, pupillis debilibus. 87. di. desolatio. & non student operari manibus, ut habeant unde eis bene faciunt, ut autem calx & terra ad ædificium muri valeant, aquæ commixtione conglutinantur, siquidem aqua Spiritus est : sicut enim cæmento lapides muri simul junguntur ad muri stabilitatem : sic homines ad muri ædificium cælestis Hierusalem possunt simul charitate jungi quam Spiritus sanctus operatur : omnes muri lapides politi sunt & quadrati, id est, sancti, mundi, & firmi, qui videlicet per manus summi artificis disponuntur in Ecclesia permansuri, quorum feruntur & ferunt ut medii, alii tantum ferunt & non feruntur nisi à solo Christo, qui est singulare fundamentum, ut perfecti homines quidem una charitas more cæmenti conjungit dum viri lapides pacis compage colliguntur. Christus noster murus fuit in conversatione, & antemurale : in passione sanè Judæis muros Hierusalem ædificantibus aderant inimici volentes illorum opus impedire : ita quod in Esdra legitur adeò ab hostibus infestabantur quod una manu ponebant lapides in muro, & alia manu contra hostes pugnabant, & nobis muros Ecclesiæ ædificantibus adsunt in circuitu inimici. s. vita sive perversi homines opera nostra impedire volentes. unde muros, id est, virtutes ædificando hostes impugnaverunt. & juxta morem Judaici populi teneamus arma nostra, id est, statum fidei, loricam justitiæ, galeam salutis & gladium verbi Dei in manibus nostris, ut nos contra illos defendamus, & sacerdos sit nobiscum vice Christi, qui doceat nos perfectionem, & muniat per rationem populi Ro. ex quibus tabernaculum in veteri Testamento fieret, ostendit Dominus, dicens in Exodo ad Moysem : Sume primitias, id est, pretiosa quæque à populo Israël. sed ab eo tantum qui ultrò obtulerit aurum & argentum & æs, jacentum & purpuream quodcumque distinctum. i. fœtam iacintini, purpurei & crocei coloris bissini. i. genus lini Ægypti asse mole & candidum pilosque caprarum, pelles arietum rubricatas, quas partitas dicimus, quia parte sic colorati eas excogitaverunt, & pelles iacintineas, & ligna sethim : est autem sethini nomen mentis & arboris quæ similis est albæ spinæ in foliis, & est leviſſimum lignum & imputribile, & incremabile, oleumque ad luminaria, & aromata unguenta, & thimiama boni odoris, & lapides enchinos : ita quod sardonites & gemmas sanctuarium faciant mihi, ut habitem in medio horum, ne sit eis labor recurrere ad montem hunc. Hæc plenè magister in historiis prosequitur super Exod. Dispositio autem Ecclesiæ materialis modum humani corporis tenet canicellus : namque sive locus ubi altare est caput repræsentat, crux ex utraque parte. brachia & manus reliqua pars ab Occidente quidquid corpori superesse videtur sacrificium altaris votum significat cordis : sed & secundum Richar. de sancto Victo. dispositio Ecclesiæ triplicem statum in Ecclesia salvandorum significat.

34. Sanctuarium tantum significat ordinem virginum, chorus continentium, corpus conjugatorum : strictius est enim sanctuarium quam chorus, & chorus quam corpus : quia pauciores fiant virgines quam continentes, & isti quam conjugatus. Sanctior enim est locus sanctuarii quam chorus, & chorus quam corpus : quia dignior est ordo virginum tam continentium, & illorum quam conjugatorum : adhuc Ecclesia ex quatuor parietibus consistit doctrina quatuor Evangelistarum longa lataque surgit in altum. i. in alta virtutum longitudo cujus longanimitas est quæ patitur adversa tollere, donec ad patriam perveniat.

35. Latitudo charitas est, quæ dilectione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum.

36. Altitudo verò spes est futuræ retributionis, quem prospera ut adversa contemnunt, donec veniant bona Domini in terra viventium : rursus in templo Dei seu gratiæ est fundamentum fides, quæ est de re non visa.

37. Tectum charitas quæ operit multitudinem peccatorum.

38. Ostium obedientia, de qua Dominus inquit : Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.

39. Pavimentum humilitas, de qua Psalm. Adhæsit pavimento anima mea. Quatuor laterales parietes sunt quatuor principales virtutes : Justitia, Fortitudo, Prudentia, & Temperantia. Hæc sunt in Apocalyp. quatuor sunt latera civitatis æqualia.

40. Fenestræ sunt hospitalitas cum hilaritate, & misericordia cum largitate, de hac domo Dominus ait : Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.

41. Quædam tamen Ecclesiæ in modum crucis formantur, ad notandum nos mundo crucifigi seu crucifixum sequi debere, juxta illud : Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Nonnullæ etiam in modum circuli rotundæ formantur quæ significant Ecclesiam dilatatam esse per circulum orbis, unde illud : Perveniemus ad circulum coronæ æterniratis, sanè chorus clericorum est consensio cantantium vel multitudo in sacris collecta. dictus est autem chorus à corea vel corona. Olim enim in modum coronæ circum aras stabant : & ita Psalmos concorditer continebant : sed Flavianus & Theodorus alternatim psallere constituerunt edocti ab ignaro, qui semper hoc fuit divinitus edoctus, duo jugo chori psallentium designant Angelos & Spiritus justorum quasi reciproca voluntate laudantium, & se ad bonam operationem invicem exhortantium. Alii dixerunt à concordia quæ in charitate consistit : quia qui charitatem non habet, convenienter cantare non potest. Quid autem chorus iste significet, & quare in illo majores sedent posteriores facit gl. in cl. Constantinopolit. 22. dist. & cum unus cantat,

Source : BIU Cujas

dicitur Græcè monodia, Latinè bitumen: cum verò duo cantant, bitinium appellatur, cum multi cantant chorus exodra est absida sive volita: quædam separata modicum à templo vel palatio sic dicta. 13. q. 2. præcipiendum. quia extrueret auro, aut sidon vocatur, & significat fideles laïcos Christi, & Ecclesiæ inferentes criptæ sive specus subterraneæ quæ in quibusdam Ecclesiis sunt heremitæ cultores, siquidem secretioris vitæ, atrium Ecclesiæ significat Christum, per quem in cælestem Hierusalem patet ingressus, quod & porticus dicitur. sic dicta aperta, vel quod sit aperta. 17. q. 4. si quis in atrio. Turres Ecclesiæ prædicatores sunt & Prælati Ecclesiæ, qui sunt munimen & defensio ejus. unde sponsus ad sponsam in Canticis sic loquitur: Collum tuum sicut turris David ædificata cum propugnaculis. Pignaculum turris vitam vel mentem Prælati, quæ ad alta tendit, repræsentat. Gallus super Ecclesiam positus prædicatores designat.

42. Gallus enim profundæ noctis pingit horas, ejus cantu dividit dormientes, excitat diem, appropinquantem præcernit: sed prius seipsum alarum verbere ad cantandum excitat: hæc singula mysterio carent: nox enim est hoc sæculum, dormientes sunt filii hujus noctis in peccatis jacentes: gallus prædicatores qui distinctè prædicant, & dormientes excitant, ut abjiciant opera tenebrarum clamantes & dormientibus exurgere qui dormis, lucem venturam prænuntiant dum diem judicii & futuram gloriam prædicant & prudenter, antequam aliis virtutes prædicent se à somno peccati excitantes corpus suum castigant. 3. q. 7. §. idem testatur. unde Apostolus: Castigo corpus meum, &c. hi etiam sicut & gallus contra ventum se vertunt quam de increpando & arguendo contra rebelles fortiter resistunt ne lupo veniente fugisse arguantur. c. nisi cum pridem. de renun.

43. Virga ferrea in qua gallus sedet rectum repræsentat prædicantis sermonem ut non loquatur ex spiritu hominis, sed Dei, juxta illud: Si quis loquatur quasi sermones Dei, &c. quod vero virga ipsa est supra crucem seu summitatem Ecclesiæ posita, innuit sermonem scripturarum consummatum esse & confirmatum: unde Dominus in passione ait, Consummatum est: & titulus ejus super eum. indelebiliter scriptus est chorus. i. summitas templi eminens & rotunda, supra quam crux ponitur sui rotunditatem significat quam perfecte & inviolatè Catholica fides prædicanda sit & tenenda, quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit absque dubio in æternum peribit. Fenestræ Ecclesiæ vitreæ sunt Scripturæ divinæ quæ ventum & pluviam repellunt, id est nociva prohibent & dum claritatem veri Solis, id est Dei in Ecclesiam: id est in corda fidelium transmittunt, inhabilitantes illuminant, hæ intus latiores sunt quia mysticus sensus amplior est & præcedit literalem. de consecra. distin. 4. c. nullus autem. Item per feneitras quinque sensus corporis significantur qui extra stricti esse debent ne vanitates hauriant & intus patere ad dona spiritualia liberius capienda: per cancellos verò qui sunt ante fenestras Prophetas vel alios Doctores obscuros intelligimus Ecclesiæ militantis, in quibus ob duo charitate excepta quandoque duæ columnæ duplicantur secundum quos Apostoli ad prædicandum mittuntur.

44. Ostium enim est Christus. unde in Evangelio: Ego sum ostium, dicit Dominus: Apostoli & portæ sunt: dictum est autem ostium ab obsistendo his qui foris sunt, vel ab ostendendo aditum: valua verò dicitur à volvendo, porta verò à portando, quia per eum portant quæcunque offeruntur.

45. Columnæ verò Ecclesiæ Episcopi & Doctores sunt qui templum Dei per doctrinam sicut & Evangelistæ quorum Dei spiritualiter sustinent: hi namque propter severitatem divini eloquii argenteæ columnæ dicuntur: juxta illud in Canti. Canti. columnas argenteas. unde & Moyses in ingressu tabernaculi posuit quinque columnas, & ante oraculum. i. Sancta Sanctorum: licet autem columnæ plures sint, tamen septem esse dicuntur. juxta illud: Sapientia ædificavit sibi domum, & excidit columnas septem, quoniam Episcopi esse debent septiformi gratia Spiritus Sancti repleti, &c. jam enim & Josue, ait Apostolus, videbantur columnæ.

46. Bases columnarum sunt Apostoli Episcopi universalis Ecclesiæ machinam supportantes, capita columnarum sunt mentes Episcoporum & Doctorum: sicut enim capitis membra sic mentem verba nostra diriguntur & opere: capitella quoque sunt verba Sacræ Scripturæ, quorum meditationi subdimur, & observantiæ.

47. Pavimentum Ecclesiæ est fidei nostræ fundamentum: in Ecclesia verò spirituale pavimentum sunt pauperes Christi. s. pauperes spiritu qui se in omnibus humiliant, quare propter humilitatem pavimento assimilantur. Rursus pavimentum qui pedibus calcatur vulgus est cujus laboribus Ecclesia sustentatur.

48. Trabesque domorum junguntur sunt principes vel prædicatores sæculi qui Ecclesiæ denotant unitatem, hi verbo, isti facto. Reclamatoria in Ecclesia signant contemplationes in quibus Deus sine offensa quiescit, quia summam divinitatem & æternæ vitæ claritatem contemplantur, auro comparantur: unde in Canticis dicitur: Reclamatorium fecit aureum: signa in Ecclesia sunt Prædicatores qui eam spiritualiter sublevant, laquearia etiam sive celaturæ sunt prædicatores qui eam ornant vel roborant, de quibus, quia per vitam non putrescunt sponsa gloriatur in eisdem Canticis, dicens: Signa domorum nostrorum cedrina laquearia cypressina. Deus enim Ecclesiam sibi construit vivis lapidibus & lignis imputribilibus, juxta istud: Circulum sibi fecit Rex Salomon de illis lignis Libani, & Christus & de Sanctis castitate candidatis cancellus, & caput Ecclesiæ humiliorum reliquo corpore Ecclesiæ mysticat, quanta humilitas debeat esse in cælo seu Prælato, juxta illud: Quanto major es humilia te in omnibus: cancelli verò quibus altare à choro dividitur separationem cælestium significat à terrenis, de quorum stallus ad sedendum in choro designat, quod aliquando corpus recreandum est, quia quod caret alterna requie durabile non est: pulpitrum in Ecclesia est vita præceptorum, & dicitur quanti publicum sive in loco publico constitutum, nempe legitur secundo Paralipomenon 6. quod Salomon fecit basim æneam ponens eam in medio basilicæ, extetit, quia sub eam & extendens manum suam loquebatur populo Dei. Esdras quoque fecit gradum ligneum ad loquendum, in quo stans super universum populum eminebat: analogium etiam dicitur quod in eo verbum Dei legitur, & enuntiatur: logos enim Græcè verbum. Vel secundo dicit quod dictum etiam ambo ab ambigendo, quia intrantem ambit & cingit horologium per quod horæ leguntur, id est, colliguntur; significat diligentiam quam sacerdotes in dicendis canonicis horis debito tempore habere debent, juxta illud: Septies in die laudem dixi tibi, tegulæ tecti quæ imbrem à domo pellunt, sunt milites qui Ecclesiam à paganis ut ab hostibus protegunt, todeæ quarum exemplar à templo Salomonis sumitur sunt viæ muris intervolutæ latenter per quas latenter arcanam cognitionem singulorum accepimus quam soli qui ad cælestia gradiuntur, agnoscunt. sacrarium sive locus in quo sacra reponuntur, sive in quo sacerdos sacras vestes induit uterum sacratissimæ Mariæ significat, in quo Christus se sacra veste carnis induit. sacerdos à loco in quo vestes induit ad publicum procedit: quia Christus ex utero Virginis procedens in mundum venit, locus Episcopi in Ecclesia altior est prope altare, & quod Christum significat quod loquatur piscina seu lavacrum. i. Christum mise-

Source : BIU Cujas

ricordia, in qua manus lavatur ad notandum quod in Baptismo & pœnitentia quæ per illam significatur à peccatorum sordibus diluitur, quod à veteri Testamento tractum est. legi enim Exod. 30. & 40. quod Moyses fecit labium æneum cum basis. nam tabernaculum in quo Aaron sacerdos & filii lavarentur accessuri ad altare, ut in eo offerrent timiama.

49. Lumen quod in Ecclesia accenditur Christum significat, juxta illud: Ego sum lux mundi: & Joannes; Erat lux vera: vel luminaria Ecclesiæ significant Apostolos & cæteros Doctores, quorum doctrina fulget Ecclesia ut Sol & Luna: de quibus Dominus ait: Vos estis lux mundi, id est bonorum operum exemplar: unde ipse admonens eos ait: Luceat lux vestra coram hominibus: illuminatur autem Ecclesia ex præcepto Domini: unde Exod. 27. legitur, Præcepit filiis Aaron ut offerant oleum de arboribus olivarum purissimum ut ardeat lucernam semper in tabernaculo testimonii. fecit quoque Moyses lucernas septem, quæ sunt septem dona Spiritus Sancti, quæ in nocte hujus sæculi tenebras nostræ cæcitatis illustrant quæ super candelabra ponuntur: quia requievit supra Christum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & veritatis, spiritus timoris Domini qui prædicavit captivis negligentiam, pluralitas lucernarum pluralitatem designat in fidelibus gratiarum. Crux triumphalis in plerisque locis in medio Ecclesiæ ponitur, ad notandum quod de medio corde Redemptorem nostrum legimus qui juxta Salomonem corpus suum media charitate constravit propter filias Hierusalem ut omnes signum victoriæ videntes dicant, Ave salus totius sæculi arbor salutifera, & ne unquam à nobis dilectio Dei oblivioni tradatur: qui ut servum redimeret, tradit unicum filium, sed crucifixum imitemur,

50. Crux enim in altum dirigitur per quod Christi victoria designatur, & est composita ex quatuor generibus lignorum. glos. in verbo, cruci. in cle. 1. de summa Tri. Claustrum sicut Suardus Episcopus Cremonensis in mitrali ab excubiis & custodiis Levitarum circa tabernaculum vel ab atrio sacerdotum vel à porticu Salomonis ad templum sumpsit exordium. Præcepit enim Dominus Moysi ne Levitas cum plebeia multitudine numeraret: sed constitueret eos super tabernaculum testimonii ad portandum & custodiendum propter quod Domini præceptum dum divina peraguntur mysteria clerici debent in Ecclesia stare à laïcis segregati: ut c. 1. de vita & honest. cleri. quia pars illa quæ cancellis dividitur ab altari psallentibus tantum pateat, clericis porro sicut templum triumphantem designat Ecclesiam:

51. Sic claustrum cælestem significat paradisum, ubi erit cor unum & idem in Dei dilectione & voluntate, ubi omnia communiter possidebuntur: quia quæ pars minus habebit in se in alio se gaudebit habere, quia Deus erit omnia in omnibus: ideoque regulares unanimiter in claustro degentes ad servitium Dei surgunt, & singularia relinquentes in omnibus vitam communem ducunt: diversitas autem officiorum in claustro, diversitas est mansionum cum diversitate præmiorum in regno, quia in domo Patris mei mansiones multæ sunt, dicit Dominus. c. domo. de pœni. di. 4. moraliter verò claustrum est animæ contemplatio ubi se recipit dum ad verba cogitationum carnalium superatur ut sola cælestia meditatur. 47. di. c. omnes. in hoc claustro sunt latera. s. contemptus sui, contemptus mundi, amor proximi, amor Dei. unumquodque autem totus suum habet ordinem columnarum, contemptus sui habet mentis humiliationem, carnis afflictionem, humilem sermonem & similia. basis omnium columnarum est patientia, in hoc claustro diversitas officinarum est diversitas virtutum, capitulum est cordis secretum refertorium dilectio sanctæ meditationis, cellarium sacra Scriptura, dormitorium munda conscientia: oratorium vita immaculata, hortus arborum & herbarum, congeries virtutum, puteus aquarum viventium, irrigatio domuum quæ hic sitim mitigant, & in futuro penitus extinguent.

52. Sedes autem Episcopales quæ juxta beati Petri dispositionem sunt in singulis civitatibus antiquis consecratæ non in memoriam confessorum, sed ad honorem Apostolorum ac Martyrum ac præcipue beatæ Mariæ Virginis devotè dedicantur: ideo in Ecclesia convenimus, ut ibi delictorum veniam postulemus, & divinis laudibus insistamus, & ut ibi bona sive mala judicia audiamus, & Dei cognitionem discamus, & accipiamus, & ut Dominicum corpus ibi manducemus: in conventu Ecclesiæ mulieres & viri seorsum habitant quod secundum Bedam à veteri consuetudine derivatum accepimus: & inde fuit quod Joseph & Maria puerum dereliquerunt, quoniam alter illum quem sequimur non servabant cum altero esse putabant: causa autem divisionis est, quia caro viri & mulieris si propius accesserunt ad libidinem accenduntur. unde cùm ibi peccata deficere debeamus, necesse est tunc eorum fomenta & delectationes carnales vitari: masculi autem in australi; feminæ autem in boreali sive in aquilonari parte manent ut ostendatur firmiores sanctos debere stare contra majores hujus sæculi tentationes: infirmiores verò contra minores seu minus fortiores, firmioremque sexum in apertiori loco consistere debere, quoniam, secundum Apostolum, fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere: ad hoc etiam pertinet quod Joannes vidit Angelum fortem qui posuit suum pedem dextrum super mare: nam & fortiora membra majoribus periculis opponuntur, secundum alios verò viri in parte anteriori.

53. Mulieres in parte posteriori manent: quia vir caput est mulieris. Ideoque dux ejus mulier quoque velata capite debet esse in Ecclesia. ca. hæc imago. c. mulier. 23. q. 5. quia non est imago Dei, & quia per illam prævaricatio inchoata est, ideoque in Ecclesia propter reverentiam sacerdotis, qui est Christi vicarius coram eo tanquam coram Judice propter reatus originem habeat caput velatum non liberum, nec propter eandem reverentiam habeat potestatem loquendi in Ecclesia coram eo: olim autem viri & mulieres comam sibi nutrientes assistebant in Ecclesia nudo capite omnibus gloriantes, quod inhonestum erat qualis locutio in Ecclesia habenda fuit, Apostolus ostendit, dicens: Loquentes vobismetipsis in Psalmis & Hymnis & Canticis spiritualibus. unde ibi à verbis superfluis abstinendum. c. dolentes. de celebra. Mis. juxta illud Chrysostomi, in aulam regiam ingressurus habitu & in sensu te componas. Angeli enim Domini assumit, quia domus Dei plena est virtutibus incorporeis, & Dominus ad Moysem & Ange. ad Josue. solve calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo estis Sanctus est.

Notandum est quod Ecclesia consecrata reos sanguinis ad se confugientes qui in illa vel contra illam non deliquerunt defendi, ne vitam perdant aut membra. cap. inter alia. de immu. Eccle.

54. Unde legitur quod Joan. in tabernaculum fugit, & cornu altaris apprehendit: idem etiam privilegium habet non consecrata in qua divina officia celebrantur. cap. Ecclesia de immu. Ecclesiæ: corpus autem Christi [a] à talibus sumptum eos non defendit nec confugientes ad illud. tamen domi. Abbas in ca. sane. de celebra. Mis. tenet contrarium quod fugiens ad corpus Christi debet gaudere immunitate Ecclesiæ: & rationem assignat, quia ipsa Ecclesia habet istud privilegium propter ipsum Christum. ergo fortius debet habere corpus Christi. contra gl. in c. tenet. 13. q. 2. & hæc sufficiant quo ad ædificationem Ecclesiæ.

55. Secundum requisitum in beneficio est quod habeat altare in Ecclesia, ut notat Spec. in lib. 1. tit. de

[a] Idem Summa Angelica. in verbo Immunitas. parag. 28. Henric. Bohic. in c. Sanè. de immunit. Eccl. C M.

Source : BIU Cujas

altari. in libro nominato, Rationale divinorum officiorum, dicens, quod altare in Eccleſia fit propter tria. ut eo. lib. titu. de dedicatione.

56. Sciendum eſt, quod Noë primum, deinde Iſaac, Abraham, Jacob altaria ædificaſſe leguntur quem non aliquid quam lapides erecti intelliguntur, ſuper quos ſacrificia mactabant quæ ſuppoſito igne cremabant: Moyſes etiam fecit altare de lignis Sethim, & inde altare timiamatis ex auro puriſſimo, ut Exod. 25. & 27. & 29. cap. ubi etiam ponitur forma ipſius altaris. Salomon quoque ſicut legitur 3. Reg. 7. ca. prope finem: altare aureum fabricavit ab his quidem antiquis partibus altaria modernorum ſumpſerunt exordium quæ in cornua quatuor eriguntur: quorum quædam unius ſunt lapidis quædam ex pluribus componuntur altaria & aræ: aliquotiens indifferenter inveniuntur intereſſe tamen.

57. Nam altare quaſi alta boes vel alta ara dicitur in quo ſacerdotes in intenſum adolebant: ara quaſi area. i. plana vel ab ardore dicitur: quia in ea ſacrificia ardebant. & nota quod multiplex in ſcripturis legitur, altare videlicet ſuperius & inferius, interius & exterius: quorum etiam quodlibet eſt duplex altare ſuperius eſt Deus Trinitatis, de quo legitur: Non aſcendes ad altare meum per gradus: eſt & altare ſuperius Eccleſia triumphans de quo dicitur, tunc imponens ſuper altare tuum vitulos: altare autem inferius eſt Eccleſia militans, de quo legitur, ſi altare lapidem feceris mihi non ædificabis illud deceptis lapidibus: eſt etiam altare inferius menſa templi, de quo dicitur, Conſtitue diem ſolemnem in condenſis uſque ad cornu altaris. & 3. Reg. 7. c. dicitur, quod Salomon fecit altare aureum: altare verò interius eſt cor mundum: eſt & jam altare interius fides incarnationis de qua habetur in Exo. Altare de terra facietis mihi: altare autem exterius eſt ara crucis, hoc eſt altare holocauſtæ ſuper quo cremabatur ſacrificium veſpertinum. unde in Canone Miſſæ dicitur, jube hæc in ſublime altare tuum præferri: altare etiam exterius ſunt Eccleſiaſtica Sacramenta: juxta illud, Altaria tua Domine virtutum, &c. rurſus altare eſt mortificatio noſtra ſeu cor noſtrum, in quo carnales motus fervore Spiritus Sancti conſumuntur.

Secundò etiam altare ſignificat Eccleſiam ſpiritualem: quatuor ejus cornua ſignificant quatuor mundi plagas per quas Eccleſia dilatatur. Tertiò ſignificat Chriſtum ſine quo munus nullum acceptabile patri offertur: unde Eccleſia ſolet orationes ad patrem dirigere per Chriſtum. Quartò ſignificat corpus Domini. Quintò ſignificat menſam in qua cum diſcipulis connumeratus eſt Chriſtus: ſane legitur in Exodo, quod in ara teſtamenti ſive teſtimonii repoſita eſt juſtificatio i. tabulæ in quibus ſcriptum erat teſtimonium, licet etiam quædam repoſita ibi teſtimonia dici poſſunt. & hoc in teſtificatione quod legem naturalem in cordibus ſcriptum ſuſcitaverat in ſcriptis repoſita: eſt etiam ibi urna aurea plena magna in juſtificationem quod panem dediſſet filiis Iſraël de cælo. & virga Aaron in teſtimoniis, quod omnis poteſtas à Domino Deo eſt: & dicta eſt arca teſtimonii vel teſtamenti, ob hoc, quia eſt tabernaculum teſtimonii ſuper arca: à qua verò factum eſt propitiatorium in quibuſdam Eccleſiis, ſuper altare collocatur Eccleſia ſeu tabernaculum in quo corpus Domini & reliquiæ ponuntur.

58. Præcepit etiam Dominus fieri candelabrum ductile ex auro puriſſimum. Exo. 25. 3. Regum 8. c. quod in arca fœderis aliud non erat niſi duæ tabulæ lapideæ quas poſuerat in ea Moyſes in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſraël cum egrederentur de terra Ægypti. & tempore Sylveſtri Papæ Conſtantinus Imperator conſtruxit baſilicam Lateranenſem, in qua poſuit arcam Teſtamenti quam Titus Imperator apportaverat de Hieruſalem, & candelabrum aureum cum ſeptem infuſoriis lucernis; in qua arca ſunt hæc, annuli & aureæ tabulæ teſtimonii, virga Aaron magna, panes ordeacei, urna aurea, veſtis inconſutilis arundo, & veſtimentum S. Joan. Baptiſtæ, & forceps cum quibus tonſus fuit Joannes Evang. Sanè homo ſi habet altare, menſam, candelabrum & arcam templum Dei eſt, oportet, ſiquidem tam altare habere ubi rectè offerat & recte dividat altare ad cor noſtrum in quo debemus offerre. unde in Exodo præcepit Dominus; in altare offeres holocauſta, quia de corde debent procedere opera igne charitatis accenſa: holocauſta dicuntur ab olon, quod eſt totum, & camma quod eſt incendium. unde holocauſta quaſi ex toto incenſa. In iſto igitur altare debemus rectè offerre & rectè dividere, rectè offerimus, quando bonum quod cogitamus, ad productionem perducamus, ſed non rectè dividimus, ſi non diſcretè illud faciamus, quia ſæpe putat homo facere bonum & facit malum. & ſæpe ex una parte facit bonum & ex alia parte facit malum, & ita ipſe ædificat, & ipſe deſtruit: ſed tunc rectè dividimus, quando bonum quod facimus non nobis, ſed ſoli Deo attribuimus: menſam quoque oportet hominem habere ut inde panem verbi Dei ſumat: per menſam ſacram Scripturam intelleximus de qua Pſalmiſta. Paratti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me. i. dediſti mihi ſcripturam contra tentationem dæmoniacam: oportet ut hanc habeamus. i. mente reponamus verbi Dei panis vivamus pro defectu hujus panis dicit Hiero. Per me petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: oportet etiam habere candelabrum ut bonis operibus luceat candelabrum exterius illuminans, eſt opus bonum quod alias per bonum exemplum accendit: de quo dicitur, Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum: lucerna, juxta verbum Domini, eſt bona intentio, quia Chriſtus dicit; lucerna eſt oculus tuus: oculus verò eſt intentio, non debemus ergo ponere lucernam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, quia ſi habeamus bonam intentionem, non debemus accendere, ſed bonum opus aliis in lumen & exemplum manifeſtare: oportet enim habere arcam quæ dicitur ab arcendo: arca ergo poteſt dici diſciplina vel regularis vita per quam crimina à nobis arcentur. In arca autem ſunt virga tabula & magna, quia in regulari vita debet eſſe virga correctionis, ut caro caſtigetur & tabula dilectionis, ut avus diligatur. In tabulis enim ſcripta ſunt mandata quæ pertinent ad dilectionem Dei docet, & ibi eſſe magna divinæ prælibationis, ut qua ſumus eſt Dominus guſtemus & videamus, quia bona eſt negociatio ejus, juxta illud. Prov. De muliere forti guſtavit & vidit, quia bona eſt: ut ergo templum Dei habeamus in nobis altare per oblationem ne appareamus in conſpectu Dei vacui, juxta illud, Non apparebis in conſpectu Dei vacuus. c. omnis de conſecra. diſt. 1. menſam. per refectionem ne deficiamus in via quaſi jejuni, juxta illud Evange. Si dimiſero eos jejunos, deficient in via: candelabrum per bonam operationem, ne ſimus otioſi juxta illud Eccleſi.

59. Multam malitiam docuit otioſitas. c. niſi cum pridem. §. verum. de renuntia. arcam neſcimus quaſi filii Behal id eſt abſque jugo indiſciplinatis. diſciplina enim neceſſaria eſt juxta illud Pſalmiſt. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus. hoc altare ille ædificat qui cor ſuum vera humilitate & aliis virtutibus exornat. unde Greg. qui omnes virtutes ſine humilitate congregat, quaſi qui pulverem in ventum portat: per altare enim cor noſtrum intelligitur quando eſt in medio corporis ſicut altare in medio Eccleſiæ: de quo altari jubetur à Domino in Levit. ignis in altare meo ſemper ardebit, ignis eſt charitas, altare eſt cor mundum, ignis ſemper ardebit in altari, quia charitas ſemper ſervabit in corde noſtro. Unde Salo. in Canticis Canticorum: Aquæ multæ non poſ-

Source : BIU Cujas

sunt extinguere charitatem, quia qui semper ardet, extingui non potest. Vos ergo secundum Prophetam, agite diem lætitiæ in frequentationibus seu in condensis usque ad cornu altaris: quia relinquit cogitationum diem festum agent tibi de hac. Amplius excellentiorem viam nobis demonstrat; excellentiorem viam dicitur charitatem.

60. Quia ipsa est super omnes virtutes: & quicunque ipsam habet omnes virtutes habet, hoc est verbum abbreviatum quod fecit Dominus super terram, quod adeo breve est. ut dicatur habe charitatem & fac quicquid vis vel per altare uniuscujusque animam intelligimus quæ ædificatur Domino ex lapidibus vivis, scilicet ex virtutibus variis & diversis. Porro linteamina alba quibus cooperitur altare carnem sive humanitatem Salvatoris designant quæ multo labore candidantur: sicut & Christi caro ex terra, id est ex Maria orta per multas tribulationes ad resurrectionem & candorem & lætitiam immortalitatis pervenit de qua filius exultat Patri, dicens: Conscidisti saccum meum & circundedisti in lætitia altare: ergo vestiri est animam immortali & incorruptibili conjungi.

61. Rursus albis & mundis pannis cooperitur altare quando cor mundum bonis operibus adornatur. Unde Apoc. 3. c. Vestimentis albis induaris ne appareat confusio nuditatis tuæ, & Salomon: Omni tempore vestimenta tua sint candida, id est opera tua sint munda. Modicum enim præcedet accedenti ad altare summam dignitatem & infirmam vitam habere. unde Ber. Monstruosa res est sedes prima & vita gradus summus & statuas infimus jungens auctoritas & animi instabilitas. & ex pallia verò serva superaltare posita sunt diversarum virtutum ornamenta, quibus anima decorata est: vestimenta quoque quibus altare ornatur sunt Sancti.

62. Principium & finis Missæ fiunt in dextra parte altaris, medium in siniſtra, ut dicit Specu. in 4. par. titu. de mutatione sacerdotis. in lib. nominato Rationale.

63. Antiqui altaria concava faciebant propter illud quod legitur Ezech. 13. c. quod in altare Dei fossa erat ne holocausta suppositra ventus dispergeret, & altare erat reflexum intrinsecus per circuitum, cæterum gradus quibus ad altare ascenditur spiritualiter demonstrant Apostolos & Martyres Christi quos pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, Sponsa in Canticis amoris vocat ascensum purpureum. Exprimuntur quoque quindecim virtutes quæ figurantur per viginti quinque gradus, quibus ascendebat in templum Salomonis, & à Propheta in quindecim Psalmis continuè demonstrantur, qua beatus vir ascensiones in corde suo disposuit. Hanc scalam vidit Jacob, summitas ejus cælos tangebat. 88. di. c. 1. Per hos gradus competenter virtutum gradus intelliguntur, quibus ad altare, id est, Christum ascenditur, juxta illud Psal. Et ambulabant de virtute in virtutem. de pœni. dist. 2. c. dum sanctam. & Job. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. legitur in Exod. Non accedes ad altare meum per gradus ne reveletur turpitudo tua: mundum enim forte antiqui sævioribus utebantur in Concilio Toletano. 26. q. 6. c. quicunque. Cavetur quod clericus causa doloris in alterius perniciem altare vel imaginem extraneis vestibus, vel lucubri veste, vel spinis accingens vel Ecclesiæ luminaria extinguens deponatur: sed si Ecclesia lumine suo indebitè spoliata hoc causa mœroris facere licet vel secundum quosdam, quemadmodum in die Passionis Christi in signum lætitiæ altaria denudantur: quod tamen hodie concilium reprobat Lugdunense. c. si canonici. de offi. ordi. in 6. Denique altaria quæ per somnia & per manes quasi revelationes hominum constituuntur, reprobantur omnino. c. placet. de conse. dist. 1.

64. Tertium requisitum secundùm aliquos est quod in Ecclesia ponantur picturæ & cortinæ & alia ornamenta. nam picturæ & ornamenta sunt laïcorum lectiones & Scripturæ. ut c. Prælatum. de consecrat. distin. 3. Aliud est picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adoramentum adjicere: nam quid legentibus Scriptura hoc idiotis cernentibus præstat pictura, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt: sanè Chaldæi ignem adorant, & cogunt alios idem facere alia idola comburentes: Pagani verò imagines & idola adorant, quod Sarraceni non faciunt qui imagines nec videre, nec habere volunt: moti ex verbo illo, Non facies tibi omnem similitudinem eorum quæ in cælo vel in agris vel sub terra sunt. Exod. 20. cap. & ex aliis authoritatibus quæ statim sequuntur: nos valdè super hoc increpantes, sed nos illas non adoramus, nec deos appellamus, ne spem salutis in eis ponamus: quia hoc esset idolatrare, sed ad memoriam & retardationem rerum olim gestarum eos veneramur. unde versus, Effigiem Christi, qui transis pronus honora: Non tamen effigiem, sed quid designat adora. Esse Deum ratione caret cui contulit esse Materiale lapis effigiale manus, Nec Deus est, nec homo præsens quam servis imago, Sed Deus est homo quem sacra figurat imago, & alibi. Nam Deus est quid imago docet, sed non Deus: ipsa Hanc videas, sed mente colas quod noscis in ipsa.

65. Græci etiam utuntur imaginibus pingentes illas ut dicitur solum ab umbilico supra & non inferius, ut omnis stultæ cogitationis occasio tollatur, nullam etiam faciunt sculptilem imaginem, pro eo quod legitur Exodi 20. cap. Non faciles sculptile neque imagines. Idem legitur Levit. 26. cap. idem Deuterono. 4. cap. Item non facietis vobis deos aureos & argenteos. Item Propheta. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: confundantur omnes qui adorant sculptilia, &c. Item Moyses ait populo Israel, ne fortè errore deceptus adores ea quæ creavit Dominus Deus tuus: hinc etiam est quod serpentem æneum quem Moyses erexerat Ezechias rex confregit: quia populus ille contra legis præceptum juris adolebant incensum. Ex his autem similibus auctoritatibus reprobatur. & Apostol. 1. ad Corinth. ait: Scimus enim quia idolum est in mundo, & nullus Deus nisi unus. Possent namque simplices & infirmi per nimium & indiscretum usum facile ad idololatriam trahi. unde Sapien. 43. c. Idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum & in pedibus insipientium: moderate verò uti picturis, ad repræsentandum mala vitanda & bona sequenda reprehensibile non est; unde Dominus ad Ezechie. Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt: & ingressus vidit omnem similitudinem reptilium & animalium & abominationem: & universa idola domus Israel depicta in pariete. nempe Gregorius hoc exponens in Pastorali. lib. 2, c. 20. dicit. Dum exteriorum rerum intrinsecus species attribuuntur quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur: rursus ad eundem Ezechiam dicitur: Sume tibi laterem: & pones eum coram te & describes in eo civitatem Hierusalem, & etiam dictum est quod imagines sunt laïcorum literæ obviat illud Evangelium. Habent, inquit, Moysen & Prophetas audiant eos. De hoc enim notat Specul. in 4. par. in verbo servitutis. in lib. rationa. divi. offi. facit. c. placuit. de consecra. dist. 3. jubet picturas in Ecclesiis fieri & quod colitur & adoratur in parietibus depingi. sed Gregorius in c. Prælatum. de conse. dist. 3. dicit, quod picturas non licet frangere ea occasione quod adorari non debent, pictura plus videtur movere animum quam scriptura. Per picturam

Source : BIU Cujas

quidem res gesta ante oculos ponitur de consecra. distin. 2 semel. sed per scripturam res gesta quasi per auditum qui minus movet animum ad memoriam revocatur. Hinc etiam est, quod in Ecclesia non tantam reverentiam exhibemus libris, quantam imaginibus & picturis picturarum sive imaginum : aliæ sunt supra Ecclesiam, ut gallus vel aquila. aliæ extra Ecclesiam. s. foris, in fronte Ecclesiæ ut bos, leo : aliæ intra ut statuæ & diversa scripturarum & picturarum genera, quæ vel in vestibus vel in vitrealibus depinguntur.

66. Sciendum autem est quod Salvatoris imago tribus convenientius in Ecclesia depingitur, videlicet aut residens in throno, aut pendens in crucis patibulo, aut ut resi lens in matris gremio : quia verò Joannes Baptista Christum digito demonstravit, dicens: Ecce Agnus Dei. Ideo quidam depingebant Christum sub specie agni, quia tamen umbra transivit, & Christus verus est homo ; statuit Adrianus Papa in c. 6. de consecra. dist. 3. quod ipsum Christum in forma humana depingere debemus : non enim Agnus Dei in cruce principaliter depingi debet, sed homine depicto non obest Agnum in parte inferiori vel posteriori depingi, cùm ipse sit verus Agnus qui tollit peccata mundi.

67. Et ipse Salvator diversis modis depingitur propter diversas significationes. nam picta in præsepio rememorat nativitatem, depicta in matris gremio puerilem ætatem, depicta in cruce passionem ; & quandoque in ipsa cruce Sol & Luna quasi eclipsim pa ientia depinguntur. Depicta verò in stalatum consensu ascensionis picta ut residens in throno seu solio excelso præsentem judicat majestatem & potestatem: data est enim omnis potestas in cælo & in terra. juxta illud, Vidi Dominum sedentem, &c. id est Dei filium super Angelos regnantem. juxta illud, Qui sedes super Cherubim. Quandoque verò depingitur sicut viderunt eum Moyses & Aaron supra montem & sub pedibus ejus quasi opus saphiricum & quasi cælum serenum & quoniam sicut ait Lucas : Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & majestate. Ideo ut quandoque circumcirca pinguntur Angeli qui ei serviunt & depinguntur cum sex alis. Esa. 5. Seraphin extabant juxta illud, Sex alæ uni & sex alæ alteri, & duabus velabant faciem ejus, duabus pedes, & duabus volabant.

68. Depinguntur & Angeli in ætate juvenili florentes : nunquam enim senescunt, quandoque etiam circumpingitur Archangelus Michael draconem subpeditans. juxta illud Apoc. 12. Factum est prælium in cælo Michael cum dracone pugnabat, quæ pugna est Angelorum confirmatio bonorum & ruina malorum. quandoque etiam circumpinguntur. 24. seniores secundum visionem ipsius Joannis in vestibus albis & coronis aureis, per quos significantur veteris & novæ legis Doctores qui sunt duodecim propter fidem Trinitatis quem annuntiant per quatuor climata mundi aut 24. propter opera & observantiam Evangelistarum si lampades adduntur dona Spiritus sancti repræsentantur. quandoque etiam circumpinguntur quatuor animalia secundum visionem Ezechielis, & ejusdem Joannis. Facies hominis & facies leonis à dextris, & facies bovis à sinistris & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor ; hi sunt quatuor Evangel.

69. Unde pinguntur cum libris in pedibus quia quæ verbis & scriptura docuerunt mente & opere compleverunt. Mathæus figuram sortitur humanam eo quia incipit à generatione hominis. Marcus figuram leonis accepit à clamore in deserto. Lucas vitulus est, quia incipit à sacrificio. Joannes aquila, quia cœpit à divinitate Christi : sicut enim aquila cunctis avibus altius volat : ita ipse Joannes altius in sacra Scriptura volavit : ut est glos. in clemen. 1. verbo Ezech. de sum. Trinit. Quandoque etiam circumpinguntur, potius subpinguntur Apostoli qui fuerunt testes ejus verbo & opere usque ad ultimum terræ, & pinguntur criniti quasi Nazaræi, id est sancti. Lex enim fuit Nazaræorum ut à tempore suæ separationis à communi vita hominum novacula non transiret super caput eorum. Pinguntur etiam quandoque sub forma duodecim ovium quia tanquam videntes occisi sunt propter Dominum, sed & 12. tribus Israel quandoque sub forma 12. ovium pinguntur, quandoque tamen plures vel pauciores oves circa sedem majestatis pinguntur, sed tunc aliud figurant : juxta illud Math. 25. c. in fine. Cum venerit filius hominis in majestate sua, tunc sedebit super sedem majestatis suæ statuens oves à dextris, & hœdos à sinistris.

70. Et adverte, quia Patriarchæ & Prophetæ pinguntur cum rotulis in manibus. Quidam verò Apostoli cum libris & quidam cum rotulis : nempe quia ante Christi adventum figurativè ostendebantur, & quo ad multa in se implicita erant, ad quod ostendendum Patriarchæ & Prophetæ pinguntur cum rotulis, per quos quasi quædam imperfecta, cognitio designatur. Quia verò Apostoli à Christo perfectè edocti sunt de libris per quos designantur congruè perfecta cognitio uti possunt : sed quia quidam illorum quod dicerunt ad doctrinam aliorum in scriptis redigerunt : ideo illi congruè tamquam Doctores cum libris in manibus depinguntur sicut Paulus, Evangelistæ, Petrus, Jacobus & Judas. Alii verò qui nihil stabile seu ab Ecclesia approbatum scripserunt non cum libris, cum rotulis in signum suæ prædicationis pinguntur. unde Apost. ad Ephes. & extra. de hære. cum ex injuncto. Dominus quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores in opus ministerii, sed & divina majestas depingitur quandoque cum libro clauso in manibus : quia nemo inventus est dignus aperire illum nisi Leo de tribu Juda : & quandoque cum libro aperto ut in illo quisque legat: quia ipse est lux mundi, & via, veritas & vita, & liber vitæ.

71. Quare autem Paulus ad dexteram, & Petrus ad sinistram Salvatoris depinguntur. vide Spec. in libro nominato ; Rationale divinorum officio. titu. de Evangelistis. & Cardin. Alexan. in c. quamvis. 21. dist. & domi. Philippum Decium in c. translato. in 2. lectu. de consti. quia sinistra est pars mortis quam Christus habebat tempore quo Petrus venit ad Christum ante Passionem. Dextera denotat immortalitatem Christi, quam habuit post resurrectionem ; quo tempore Paulus venit ad Christum. Joannes verò Baptista quandoque depingitur ut heremita. Martyres cum aculeis, ut Laurentius in craticula : Stephanus cum lapidibus : & quandoque cum palmis quæ victoriam signant, juxta illud : Justus ut palma florebit, & sicut palma viret, sic eorum memoria fervet. Hinc est quod qui de Hierosolymis veniunt palmas in manibus ferunt in signum. quod illi regi militaverunt, qui Hierosolymis cum palmis honorificè receptus est postmodum ibidem cum diabolo pugnans victor extitit, & cæli palatium cum Angelis triumphans introivit ubi justi ut palma florebunt & sicut stellæ fulgebunt.

72. Confessores pinguntur cum suis insigniis, ut Episcopi mitrati, Abbates caputiati, & quandoque cum libris qui castitatem designant : Doctores cum libris in manibus, virgines secundum Evangelium cum lampadibus, Paulus cum libro & ense : cum libro, quia Doctor sive propter conversionem suam : cum ense, quia miles. unde versus :

Mucro furor Pauli, liber est conversio Sauli.

Generaliter autem sanctorum Patrum imagines quandoque in parietibus Ecclesiæ, quandoque in posteriori altaris tabula, quandoque in vestibus sacris, & aliis variis pinguntur locis ut illorum actus sanctitatem jugiter non indiscreta vel inutilia meditemur. unde

Source : BIU Cujas

in Exod. divina voce præcipitur ut in Aaron pectore rationale judicii victis ligantibus imprimatur quatenus sacerdotale nequaquam fluxæ cogitationes possideant: scilicet ratio sola constringat in quo & rationali vigilant secundum Greg. XII. Patriarcharum nomina describi videntur, nempe ad scriptos patres semper in pectore ferre est antiquorum vita sine intermissione cogitasse: tunc autem sacerdotes irreprehensibiliter gradiunt cum exempla Patrum præcedentium inde signanter intuetur cum Sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & illicitas cogitationes deprimit, nec extra rationis limitem operis pedem teneat.

73. Considerandum est quod Jesus semper coronatus depingitur. fuit enim Christus coronatus tripliciter. Primo à matre corona misericordiæ in die Conceptionis, quæ corona duplex est propter naturalia & gratuita. ideoque diadema vocatur, quod est duplex corona. Secundò à noverca corona miseriæ in die Passionis. Tertio à patre corona gloriæ in die Resurrectionis; demum coronabitur à familia corona potentiæ in die ultimæ revelationis: veniet enim cum senatoribus terræ in æquitate. Quandoque in Ecclesiis paradisus depingitur, ut aspicientes ad delectationem præmiorum eliciat, & quandoque infernus, ut eos formidine pœnarum à vitiis deterreat: quandoque flores & arbores cum fructibus ad repræsentandum fructus bonorum operum ex virtutum radicibus prodeuntium: picturarum autem varietas virtutum varietatem designat: alii habent per spiritum sermonem sapientiæ, alii scientiæ, &c.

74. Virtutes in specie mulieris depinguntur, quia mulcent & nutriunt, ut dicit Spe. ubi sup. sed & diversæ historiæ tam novi quam veteris Testamenti pro voluntate pictorum depinguntur. nam Pictoribus atque Poëtis quilibet audendi semper fuit æqua potestas. In ornamentis Ecclesiæ in tribus consistunt, scilicet in ornatu Ecclesiæ, chori & altaris; ornatus Ecclesiæ consistit in cortinis & palleis sericis & purpureis & similibus. ornatus chori in dorsalibus, tapetis, subtratoriis & banchalibus. Dorsalia sunt panni in choro pendentes à dorso clericorum. Subtratoria quæ pedibus substernuntur. Tapeta etiam sunt panni, qui pedibus sternuntur quasi stratio pedum, & præcipuè pedibus Episcoporum qui mundana pedibus calcare debent. Banchalia sunt panni qui super sedes vel banchos in choro ponuntur.

Altaris verò ornatus consistit in capsis, in paleis, in philateriis, in candelabris, in crucibus, in aurifricio, in vexillis, in codicibus, in voluminibus & in cortinis: & nota quod capsa, in qua hostiæ consecratæ servantur, significat corpus Virginis Mariæ de qua dicitur in Psalm. Surge Domine in requiem. Quæ quandoque est de ligno, quandoque de ebore candido, quandoque de argento, quandoque de auro, & quandoque de cristallo, & secundum varias suas proprietates, varias ipsius corporis Christi exprimit dignitates. Rursus capsa ipsa continens hostias consecratas sive non consecratas memoriam designat humanam, debet homo recordari acceptorum beneficiorum Dei tam temporalium quæ per hostias non consecratas quam spiritualium quæ per consecratas designantur, quod figuratum est in urna in qua Deus jussit magna reponi quod licet temporale esset: præfigurabat tamen istud nostrum sacrificium spirituale præcipiens ut esset memoriale sempiternum in futuras generationes, sicut legitur in Exod. Capsæ autem positæ super altare, quod est Christus, sunt Apostoli & Martyres palleæ & vestes sunt Confessores & Virgines, de quibus ait Dominus ad Prophetam. Hæc sicut vestimenta vestieris.

75. Aliud autem est philaterium, aliud philateria. Philaterium est cartula in qua decem præcepta legis scribuntur. Hujusmodi cartulam solebant Pharisæi ante se in signum religionis portare, unde in Evangelio: Dilatant pro philaterio. Facit. c. oportet. 26. q. 5. & dicitur philaterium à philare, quod est custodire, & thorax quod est lex. Philateria verò est vasculum de argento, vel auro, vel cristallo, vel ebore & hujusmodi, in quo sanctorum cineres vel reliquiæ reconduntur: & dicitur à philare quod est servare in cornibus altaris.

76. Duo sunt candelabra constituta ad significandum gaudium duorum populorum de Christi Nativitate lætantium quæ candelabra mediante cruce faculas fervet accensas. Angelus enim ait Pastoribus: Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est Salvator mundi.

77. Vexilla etiam super altare eriguntur, ut triumphus Christi jugiter in Ecclesia memoretur, per quem & nos de inimico triumphare speramus.

78. Codex est etiam Evangelicus super illud adaptatur, eo quod Evangelium ab eo ipso scilicet Christo sit editum & ipsi perhibeat testimonium. Vasa & utensilia in domo Domini à Moyse originem habuerunt quæ in veteri Testamento plura & diversa fuerunt, prout in Exod. legitur diversa habentia significata.

79. Sanè omnia quæ ad ornatum pertinent tempore Quadragesimæ removeri vel contegi debent quod fit secundum aliquos in Dominica de Passione: quia tunc divinitas fuit absconsa & velata in Christo. Dimisit enim se capi & flagellari, ut homo tanquam non haberet in se virtutem divinitatis: unde in Evangelio hujus diei dicitur. Jesus autem abscondit se & exivit de templo: tunc ergo cooperiuntur cruces, id est virtus suæ divinitatis. Alii hoc faciunt à prima Dominica Quadragesimæ: quia tunc Ecclesia incipit de ejus Passione agere. unde eo tempore crux per Ecclesiam non nisi cooperta portari debet & secundum consuetudinem quorumdam locorum duo tantum velamina seu cortinæ tunc retinentur: quorum unum ponitur per circuitum chori: aliud suspenditur inter altare & chorum, ne appareant quæ sunt intra Sancta Sanctorum. In Paraseeve enim omne tollitur velum: quia in Passione Domini velum templi scissum est, & per eam revelata est nobis legis spiritualis intelligentia quæ ante ea latebat & cælestis regni janua, & data est nobis fortitudo ut vinci nisi velimus à carnali concupiscentia nequeamus. Verumtamen quod dividit sanctuarium à clero, retrahitur vel elevatur in vespera cujuslibet sabbati Quadragesimæ quando officium diei Dominicæ inchoatur ut clerus possit in sanctuarium intueri: quia Dominica recolit resurrectionem. Hoc etiam ideo fit in sex diebus Dominicis: quia nulla fuit ætas in qua non fuerit gaudium æternum. Gaudium quidem figuratum quod cælo velatur quod per velum illud significatur.

80. Inde est quod diebus Dominicis non jejunamus: & hoc propter gloriam Dominicæ resurrectionis. Nam prima Dominica significat gaudium quod habuerunt primi parentes in paradiso ante peccatum. Secunda Dominica significat gaudium quod pauci habuerunt in arca Noe aliis omnibus diluvio submersis. Tertia, quod habuerunt filii Israel aliis sub Joseph fame afflictis. Quarta, quod habuerunt sub Salomon in pace viventes. Quinta, quod habuerunt redeuntes de captivitate Babyloniæ. Sexta, quod discipuli habuerunt à resurrectione usque ad ascensionem: quando cum eis præsentialiter fuit sponsus.

81. In festivitatibus etiam novem lectionum Quadragesimæ velum ipsum elevatur vel retrahitur: sed hoc non habetur de primaria institutione Ecclesiæ: quia tunc nullum festum celebratur in Quadragesima solemniter: sed si aliquod festum occurrebat quacumque die occurreret in sabbato & in Dominica de eo commemoratio fiebat. c. non oportet. 23. q. 4. postea usus in contrarium obtinuit. ut videlicet festum no-

Source : BIU Cujas

vem lectionum in suo die solemniter celebretur. Cortinæ in festivitatibus extenduntur in Ecclesiis propter ornatum ut per visibiles ornatus ad invisibiles moveatur. Quæ sunt quandoque variis coloribus coloratæ ut ex diversitate colorum ipsorum notetur quod homo qui est Dei templum ornatus esse debet varietate seu diversitate virtutum. Cortina alba significat vitæ munditiam, rubea charitatem, viridis contemplationem, nigra carnis mortificationem, livida tribulationem: sane in primitiva Ecclesia sacrificium fiebat in vasis ligneis & vestibus communibus: tunc enim erant lignei calices & aurei: nunc verò e contra. sed Severinus Papa instituit quod in vitreis non fieret, quia illa fragilia erant. ideo Urbanus Papa in capitulo ut calix. de consecratione. distinctione 1. statuit quod in argenteis vel aureis vasis sacrificetur vel propter paupertatem in stanneis, qui non æruginantur, non tamen in ligneis vel ex auricalco: non ergo debet esse de vitro propter periculum effusionis non de ligno cum sit porosum & spongiosum corpus & sanguinem absorberet: non de ære vel de auricalco, quoniam ob vini virtutem ærugitum vel vomitum provocaret: etiam notat quod nomen calicis à veteri & novo Testamento originem traxit Hiere. 12. calix aureus Babylon inebrians omnem terram. & David calix in domo Domini vini meri plenus mixto: & alibi: Calicem salutaris accipiam & nomen Domini invocabo: & in Evangelio, Potestis bibere calicem illum, &c. Item accipiens calicem gratias egit: calix autem aureus significat thesauros sapientiæ in Christo absconditos. argenteus munditiam culpæ: stanneus innuit similitudinem culpæ & pœnæ: stannum enim est medium inter argentum & plumbum, & caro Christi licet non fuerit plumbum, id est, peccatrix, fuit tamen carni similis peccatrici, & licet non fuerit argenteum. id est passibilis propter suam culpam: fuit tamen passibilis propter nostram culpam quia languores nostros ipse tulit. vide Archiepiscopum Florenti. in 3. par. suæ Sum. tit. 13. c. 6. §. 5.

82. Quartum requisitum in beneficio & Ecclesia sunt campanæ: sunt enim vasa ænea in Nola civitate Campaniæ primo inventa: majoraque vasa campanea regione, minora verò nole à Nola civitate dicuntur: pulsatur autem & benedicitur campana ut per illius tactum & sonitum fideles invicem invitentur ad præmium, & crescat in eis devotio fidei fruges, mentes & corpora credentium sanentur, procul pellantur hostiles exercitus & omnes insidiæ inimici fragor & grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infestaque tonitrua & ventorum flamina suspendantur, Spiritus procellarum & diabolicæ potestates proterantur, & ut hoc audientes confugiant ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium ante sanctæ Crucis vexillum cui flectitur omne genu sicut hic singula habentur in benedictionibus campanæ. notat. Spec. lib. 1. titu. de campanis. in libro nominato. Rationale divi. offi. sciendum autem est quod campanæ quarum sonoritate convenit populus ad Ecclesiam ad audiendum & clerus ad annuntiandum manè misericordiam Domini & virtutum ejus facit. c. Joannes. de homi. & ca. jus militare. id est, significat turbas argenteas quibus in veteri lege populus ad sacrificandum convocabatur, & quemadmodum vigiles in castris tubis, sic & Ecclesiarum ministri campanatum sonitu se excitant: ut contra insidiantem diabolum pernoctet. signa igitur nostra ænea sonoriora sunt tubis veteris legis, quia tunc notus erat Deus in Judæa tantum: nec vero in omni terra: sunt etiam durabiliora. significant enim prædicationem novi Testamenti fore amplius duraturam tubis & sacrificiis veteris legis, quia usque ad mundi finem. Siquidem campanæ prædicatores significant qui fideles ad similitudinem campanæ ad fidem vocare debent, quod significatum est in eo quod Dominus præcepit Moysi ut faceret vestem summo Pontifici habentem. 72. tintinnabula quæ sonaret cum Pontifex in Sancta Sanctorum ingrederetur. 43. dist. fit rector. ipsum ergo vas os prædicatoris designat. juxta illud Apostoli: factus sum velut æs sonans vel cymbalum tinniens duritia metalli fortitudinem designat in mentem prædicatoris: unde Dominus, Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, plectrum seu ferrum quod interius ex utraque parte feriens sonum reddit Doctoris linguæ quæ scientia ornatur & qui utrumque testamentum resonare facit figura. Prælatus ergo absque scientia prædicationis erit quasi campana sine plectro juxta illud Greg. Sacerdos si prædicationis est inscius quam clamoris vocem daturus est præco: mutus est enim quasi canis mutus latrare non valens: ipsa verò percussio denotat quod prædicator primo debet per correctionem in se vitia ferire, & postmodum ad alia exprobranda accedere ne contra doctrinam Apostoli alius prædicans ipse reprobus inveniatur. 3. q. 7. quod testatur. unde Psal. prædicatori autem dicit Deus, quare tamen enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os suum, sanæ namque actionis exemplo plerumque ascendit quos eruditiones: sermones monere nequit. 7. q. 1. §. quod vero. vinculum verò quo plectrum vasi conjungitur seu ligatur, est moderatio quo lingua temperatur quæ ad tractum cordis id est auctoritatem scripturæ linguam movet prædicatoris.

83. Lignum in quo campana pendet lignum Dominicæ crucis signat quod ideo quandoque à superioribus continetur: quia crux ab antiquis patribus nuntiatur. Instrumenta quibus ipsum lignum alligatum seu affixum est oracula Prophetarum. Ligatura verò ferrea qua campana ligno conjungitur charitatem denotat per quam prædicator indissolubiliter cruci affixus gloriatur: mihi absit gloriari in cruce, &c. Cavilla ligno affixa qua mediante campana pulsatur rectam prædicatoris mentem significat, quia divinis mandatis inhærens illa fidelium auribus per frequentem pulsationem inculcat: funis autem pendens quæ campana pulsatur est humilitas seu vita prædicatoris: funis etiam ipsa vitæ nostræ mensuram ostendit ad hæc cùm funis initium habeat à ligno in quo campana pendet per quod crux Dominica intelligitur, rectè sacram Scripturam à ligno Sanctæ crucis descendentem designat: sicut etiam funis ex tribus est funiculis, ita & scriptura ex Trinitate consistit, scilicet ex historia & allegoria & ex moralitate: funis ergo descendens à ligno in manu sacerdotis est scriptura à mysterio crucis descendens in ore prædicatoris: ideo funis usque ad manus quibus continetur, extenditur: quia scriptura usque ad opera transire debet: funis quoque elevatio & depressio in pulsanda denotat quod sacra Scriptura aliquando loquitur de altis, aliquando de inferioribus, seu quod prædicator aliquando propter aliquos alta dicit. 8. q. 1. oportet. 43. dist. §. fi. quandoque propter alios condescendit juxta illud Apostoli, sive extendimus propter Deum, sive condescendimus propter vos, ad hoc sacerdos deorsum funem trahit dum ad activam vitam & contemplationem descendit: ipse verò sursum trahitur dum Scriptura docente in contemplatione erigitur deorsum etiam trahit dum Scripturam ad literam quæ cadit, intelligitur: sursum trahitur dum spiritualiter eam exponit, rursus secundum Grego. deorsum trahit & sursum trahitur dum in ea se metitur, sed & quandoque ex tractu funis campana resonat, populus ad expositionem sacræ Scripturæ adunatur, prædicator auditur, & populus in unitate fidei & charitatis unitur: sacerdos itaque qui se recognoscit prædicationis debitorem non se subtrahit à movendis signis, quoniam & filii Aaron clangebant tubis. Annulus in fine cordæ, per quem in plerisque locis corda trahitur est corona primi seu perseverantia in fine vel est

ipsa

Source : BIU Cujas

ipsa divina Scriptura: & nota quod ad divina officia per duodecim diei horas campanæ communiter duodecim pulsantur, videlicet in prima hora, semel in ultima similiter simul quia ab uno Deo omnia & idem unus erit, omnia in omnibus: in tertia pulsatur ter pro secunda, tertia, quarta horis, quæ sub illis cantantur: similiter & sexta ter pro tribus: videlicet pro quinque, sex, septem horis similiter innovatur pro tribus: ad vesperas verò quæ est nona hora non solùm semel, sed multipliciter: quia in tempore gratiæ multiplicata est prædicatio Apostolorum. Idem in nocte matutinum sæpe: quia exclamandum est, Exurge qui dormis, & exurge à mortuis: communiter tamen ter pulsatur in nocturnis. Primò cum squilla quæ significat Paulum acutè prædicantem. Secunda pulsatio significat Barnabam sibi associatum. Tertia innuit quod Judæis repellentibus verbum Dei Apostoli converterunt se ad gentes quas in fide Trinitatis quatuor Evangeliorum inhibuerunt discipulis. unde & quidem quater pulsant.

83. Et nota sex esse genera tintinnabulorum, quibus in Ecclesia pulsatur: scilicet squilla, symbolum, nola, nolubra, seu dupla campana, signum; squilla pulsatur in triclinio. i. in refectorio, symbolum in claustro, nola in choro, nolubra seu dupla in horologio, campana in campanili, signum in furi quolibet tamen generalis potest nuncupari tintinnabulum: variis ergo designantur vocabulis quia prædicatorem per illa designati ad multa necessarii sunt sane tota Septuagesima sub Quadragesima continentur in diebus pro festis non debet compulsari, nec depulsari, sed simpliciter pulsari ad horas diei matutinas, in Ecclesiis tamen bene ordinatis bis pulsatur ad primam primò ad invocandum, secundò ad inchoandum, in tertia ter secundum numerum horarum, quæ sub illa pulsantur: ut præmissum est una ad invocandum, alia ad congregandum, tertia ad inchoandum. similiter fit in sexta & in nona: & eædem campanæ & eodem ordine pulsantur ad matutinas: ad Missam verò & ad vesperas duntaxat duabus campanis pulsatur: in minoribus verò ecclesiis simpliciter tantum pulsandum est juxta præmissa in feriis. In Dominicis & solemnibus diebus prout in aliis temporibus compulsatur: quia enim prædicatores qui per campanas figurantur tempore gratiæ crebriùs & opportunè insistat: idcirco in festis quæ ad gratiam pertinent campanæ tumultuosius & prolixius concrepant ut dormientes & ebriosos excitent ne dormiant ultra modum.

84. Verùm aliquo moriente campanæ debent pulsari, ut populus hoc audiens oret pro illo: pro muliere quidem bis pro eo quod ipsa invenit alterationem. Primò enim fecit hominem alienum à Deo quare secunda dies non habent benedictionem; pro viro ter pulsantur, quia primo inventa est in nomine Trinitatis. primò enim formatus est Adam de terra, deinde mulier ex Adam, postea homo creatus est ab utroque: & ita est ibi Trinitas. Si autem clericus sit tot vicibus pulsatur, quot ordines ipse habeat: & ultimum verò compulsari debet cum omnibus campanis, ut ita sciat populus pro quo sit orandum: debet etiam compulsari quando funus ad Ecclesiam, & quando de Ecclesia ad tumulum deportatur: campanæ in processionibus pulsantur ut dæmones timentes fugiant: timent enim auditis tubis Ecclesiæ militantis scilicet campanis sicut tyrannus timet audiens in terra sua tubas potentis regis inimici sui, & hæc est causa quare Ecclesia videns concitari tempestatem campanas pulsat. s. ut dæmones tubas æterni regis campanas audientes territi fugiant & à tempestatis concitatione quiescant ad campanæ pulsationem fideles admoneantur & provocentur pro instanti periculo orationi insistere.

85. Silent autem campanæ triduò ante Pascha: ut dicit Spe. in parte sub quinta feria sive libro nomina-

to, Rationale divi. dicens quod in his tribus silent campanæ, quia tunc siluerunt Apostoli & prædicatores & alii qui per campanas intelliguntur: sonus autem campanarum significat sonum prædicationis, de quo dicit, In omnem terram exivit sonus eorum, &c. & à vespera quia Dominus traditus fuit, campanarum silentium inchoatur campanæ tempore interdicti, quia sæpe ob delictum subditorum impeditur lingua Prædicatorum. juxta illud Prophet. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo quia domus, id est populus exasperans, id est inobediens est. c. nisi cum pridem. de renun. §. propter.

86. In oratoriis privatis puta non debent timere campanas publicè ut dicit tex. in c. patentibus. de privile. tamen campanillum possunt habere & privatim pulsare: ut dicit Abb. in d. c. patentibus. & dicit Host. quem sequitur do. Abb. in d. c. patentibus. quod religiosi in monasteriis de jure communi, & potissimè mendicantes non possunt habere plures campanas, sed solum unam campanam: & satis debet eis sufficere ex quo non habent populum: & ita servant fratres minores Observantiæ.

87. Quintum requisitum in beneficio & Ecclesia est cœmiterium ad sepeliendum corpora defunctorum: & debent sepeliri in locis sacris, quia ratione consecrationis loci non possunt ita vexari in spiritibus immundis: ut dicit do. Abb. in rubric. de sepul. alleg. glo. in c. cum gravia. 13. q. 2. ubi dicit text. quod sepultura in locis sacris prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur: quia eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca veniunt suorumque sepulturam aspiciunt recordantur: & pro eis preces fundunt. Tertia ratio ibidem assignatur per glos. quia specialiter commendatur Patrociniis sanctorum illorum, in quo nomine dedicata est Ecclesia illa alle. c. non æstimemus. eadem causa & q. Lex enim assignat quartam rationem ne corpora in civitate sepelirentur, sed in cœmiterio, ne civitas corrumperetur fœtore: ut C. de religio. domi. monumentorum, ubi est argumentum quod ibi potius sepeliendi sunt homines ubi est major concursus populorum ut in cathedralibus Ecclesiis. c. ubicumque. 13. q. 2. no. Doct. in cap. 1. de sepul. & dicitur cœmiterium Græcè, quod est dormitio, quia ibi corpora dormiunt. ut dicit Polianthea in verbo cœmiterium. Et dicit Do. de Sancto Gemi. in capitulo primo Col. 1. quæst. 2. de conse. ec. in 6.

Cœmiterium dicitur secundum derivatores quod sanis Græcè interpretatur dubiis. statio alarum vel potius corporum unde cœmiterium quasi cinisterium, quia ibi cinis mortuorum teritur, vel à cimonio, quod est dormitio, quia mortui ibi dormiunt. alleg. Joan. And. in d. c. 1. de consecra. Eccle. in 6. istud etiam tenet Ange. de Clava. in sua Summa. titu. de cœmiterio.

88. Et cœmiterium initium habuisse dicitur ab Abraham qui emit agrum ab Ebron. in quo erat duplex spelunca, ubi ipse sepultus est: & Sara, Isaac, Jacob, & Adam & Eva. c. Ebron. 13. q. 2. emit enim ut sibi & suis sepultura esset duplex spelunca: ideo ibi erat, quoniam duo ibi sepeliebantur. Continue vel vir & uxor vel in una viri, & in altera mulieres, vel unicuique illic sepeliendo duplex spelunca in modum cathedræ fiebat. unde dicit Hiero. quod tres Patriarchæ sepulti sunt in civitate Ebron in spelunca duplici cum tribus uxoribus suis: sepeliebantur autem quasi sedentes, & superior pars spelunceæ quæ truncum capiebat à naturalibus suprà dicebatur una spelunca: pars verò inferior quæ capiebat pedes, crura & femora dicebatur: alia spelunca: sane non debent passim omnes intra Ecclesiam sepeliri, videtur enim quod locus sepulturæ non prosit. c. sacris. de sepultu. Lucifer namque de cœlo fuit prostratus, Adam de paradiso ejectus: nam quælibet loca occulta sine gratia animam salvare non possunt, quod aliquando in ipsis

Source : BIU Cujas

quoque conſpicimus, nam Loth in ipſa perverſa civitate fuit juſtus, in monte peccavit: quid enim paradiſo jocundius, quid cælo ſecurius, & tamen homo ex paradiſo & Angelus de cælo peccando defecit. c. quælibet. 40. diſt. 2. c. Adam. ea. diſ. Item Jacob in tabernaculo interfectus eſt, & Job in ſterquilinio triumphavit, imò obeſſe videtur, ſi quis indignus & peccator in Eccleſia ſepeliatur. 13. q. 3. c. cum gravia. Legitur enim in dialogo beati Gregorii. lib. 4. c. 56. quod cùm quidam flagitioſus in Eccleſia beati Fauſtini Brixienſis ſepultus fuiſſet, eadem nocte beatus Fauſtinus apparuit cuſtodi ejuſdem Eccleſiæ, ſic dicens: Dic Epiſcopo ut projiciat hinc carnes fœtentes quas hîc poſuit, alioquin ipſa die 30. morietur. Cuſtos verò timuit hæc dicere Epiſcopo: & Epiſcopus die 30. ſubitò mortuus eſt. Legitur etiam ibidem. ca. 57. de quodam alio qui ſepultus fuit in Eccleſia, quod cadaver ejus poſtea injectum eſt extra Eccleſiam, & linteamina remanſerunt in loco ſuo. & Augu. inquit 12. q. 2. quibus. c. & ſeq. quis peccata graviora deprimit ſi in locis ſacris ſepelire ſe faciunt.

89. Reſtat ut de ſua præſumptione judicentur, quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat: nullum ergo corpus debet in Eccleſia aut prope altare, ubi corpus Domini & ſanguis conficitur, ſepeliri niſi corpora Sanctorum Patrum qui dicuntur patroni, id eſt defenſores, qui meritis ſuis totam dedunt patriam & Epiſcopi & Abbates & digni Preſbyteri & laici ſummæ Sanctitatis. c. nullus. 13. q. 2. & do. Abb. in rub. de ſepul. ſed cuncti debent circa Eccleſiam ſepeliri: puta in atrio, aut in porticu, aut in exedris ſive voltis externis adhærentibus, aut in cœmiterio: ut c. præcipimus. & c. non æſtimemus. 13. q. 2. dicunt tamen quidam quod locus. 30. pedum circa Eccleſiam debet ad hoc conſecrari: alii verò ſolum circuitionem quam facit Epiſcopus dedicans Eccleſiam ad hoc ſufficere dicunt. Auguſtinus dicit in libro de Cura pro mortuis agenda in fine, quod ſepelire apud Martyrum memorias in hoc defuncto prodeſt ut commendans cum etiam in martyrii patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

90. Antiquitus ſolebant homines in propriis domibus ſepeliri: ſed propter cadaveris fœtorem ſtatutum fuit ut extra civitatem ſepelirentur: & quendam locum communem ſanctificatum ad hoc deputabant: nobiles verò ſepeliebantur ſuper montes in medio montium & in radicibus eorum & in propriis prædiis.

Cæterum ſi quis in obſidione interficiatur, nec poſſit cœmiterium haberi, ſepeliatur in loco in quo ubi poteſt: ſi vero negotiator vel peregrinus moriatur in æquore, & fuerit terra vicina, ſepeliatur ibi, quod ſi portus remotus ſit in aliqua inſula propinqua ſepeliatur: ſi autem terram non videant, fiat eis domuncula de lignis ſi habere poſſunt & projiciatur in mari: ut not. Specu. lib. 1. titu. de cœmiterio. in lib. 7. nominato Rationale divi. offi. in cœmiterio autem Chriſtianorum: non niſi Chriſtianus baptizatus ſepeliri debet. c. ex parte. c. ſacri. de ſepul. nec tamen omnis quam nullus ex maleficio interfectus, ſi maleficium ſit mortale peccatum: ut ſi ſit interfectus in adjutorio, vel latrocinio, vel in ludis Gentilium. c. 1. & 2. de tornea. & 13. q. 2. c. ſi. & ideo ubi quis invenitur mortuus ibi ſepeliatur propter dubium cauſæ mortis ejus: ut dicit Spe. ubi ſup. ſi verò ſubitò moriatur in ludis conſuetis: ut in ludo pilæ ſepeliri poteſt in cœmiterio: quia nemini nocere intendebat: ſcilicet quia mundialibus occupabatur: aiunt quidam quod ſepeliri debet ſine Pſalmis & ſine cæteris mortuorum exequiis. Sed & ſi quis impetens alium in rixa vel tumultu impœnitens moriatur, nec ſacerdotem petiit. nec debet ſepeliri in cœmiterio, ut quidam dicunt: ſicut nec is qui manu propria mortem ſibi conſcivit. 23. q. 5. ca. ſi non licet. & c. cum. homo. de pœnit. diſt. 3. Judas. ſecus ſi vim ad tutelam ſui vel ſuorum repellebat, & alias in pœnitentia remanebat. ſi verò non propter aliquam manifeſtam cauſam, ſed ſolo Dei judicio quis ſubito moritur, poteſt in cœmiterio ſepeliri: ut notat idem Specul. ubi ſup. tit. de cœmiterio. faciunt notata in ſimili per do. Abb. in cap. cum ad monaſterium. de ſtatu Mona.

91. Et ratio eſt quia juſtus in quacumque hora moritur, ſalvatur: præſertim ſi dabat operam alicui rei licitè defenſori juſtitiæ & pugnanti in prælio juſto occiſo cœmiterium & officium liberè conceduntur interfecti: tamen in Eccleſia non portentur ne pavimentum ſanguine polluatur: ſcilicet ſi aliquis rediens de lupanari, vel de aliquo loco ubi fornicatus ſit in via occidatur, vel in aliquo caſu inconfitens moriatur, non ſepelietur in communi cœmiterio: & hoc ſi legitimè probari poteſt eum fornicatum fuiſſe, nec conſtat eum poſtea confeſſum vel contritum fuiſſe. alle. c. 1. de pœni. diſt. 5. alioquin ſepeliri debet in cœmiterio. Item mulier moriens in partu, non debet in Eccleſia poni, ut quidam dicunt ne pavimentum Eccleſiæ ſanguine polluatur ſed extra Eccleſiam ei dicatur obſequiis, & in cœmiterio ſepeliatur quod non placet, imò contrarium eſt faciendum ne pœna ejus vertatur in culpam. c. baptizari. 5. diſt. unde licitè in Eccleſiâ fertur: ita tamen quod Eccleſia à maculis corporis ne polluatur diligenter caveatur: partus tamen de ventre ipſius extractus mortuus & non baptizatus extra cœmiterium ſepeliatur. Sunt tamen quidam qui dicunt quod partus debet una cum muliere in cœmiterio ſepeliri: eo quod pars viſcerum eſſe cenſetur. de conſe. diſt. 4. ſi quid. quid ſanè vir & uxor in eodem ſepulchro ponendi ſunt. 13. q. 2. c. 1. & unaquæque. c. de uxore. de ſepul. c. is qui. de ſepul. in 6. exemplo Abrahæ & Saræ ubi ſpecialem non elegerint ſepulturam: unde & Tobias præcipit filio ut cum mater illius compleviſſet dies ſuos locaret eam in eodem ſepulchro cum eo. c. Ebron. 13. q. 2. Item quilibet in ſepulchro parentum tumulandus eſt: niſi ex devotione alibi elegerit ſepulturam. ca. 1. de ſepul. & dicit glo. in cle. 1. de pœn. & remiſ. quod Eccleſiaſtica ſepultura non eſt deneganda ſuſpenſo & condemnato ad mortem. per. c. fina. 13. q. 2. & dicit do. Abb. quod corpus leproſi non eſt ſepeliendum in cœmiterio illorum qui non ſunt leproſi. in c. ſacris. de ſepul. & rationem ibi aſſignat: quia cui non communicavimus vivo non communicemus mortuo: quia timor in actu ſepulturæ eſt, & fœtor inficit aerem. ad hoc alleg. c. cum dicta. de ſepul. & ſunt iſepeliendi cum officio nominato agenda mortuorum. & dicitur ab ago, agis, quia inter cæteras ſui ſignificationes agere idem eſt, quod celebrare: inde ergo officium ordinatum ad celebrem defunctorum memoriam agendam vocatur.

92. Quandoque etiam vocantur exequiæ ab exequor, exequeris: quia inter alias ſui ſignificationes exequi idem eſt quod extra alias ſequi officium: ergo ſeu obſequium in ſepulturis mortuorum exequiæ vocantur. Quia celebratur dum moritur extra vivos ſepeliendi feruntur: vel quia extra horas canonicas ſpeciales & ſingulares habent obſervantias: & fit pro his qui in purgatorio detinentur: oramus enim modo pœnam minorem: modo pœnam abſolutionem orationibus impetrantem & commemoratio omnium fidelium defunctorum inſtituta eſt fieri ab Eccleſia tali die: ut generalibus beneficiis adjuventur: quia ſpecialis habere non valent. de conſec. diſt. 1. viſum. ſicut enim Petrus Damianus ait ſanctus Odilo comperiens quod apud Vulcanum Ceciliæ crebræ voces & ululatus dæmonum audiebantur plangentium pro eo quod animæ defunctorum per eleemoſynas & orationes de eorum manibus eripiebantur, ordinavit in ſuis monaſteriis ut commemoratio defunctorum in tota Eccleſia militanti fieret facit.

Source : BIU Cujas

c. animæ. 13. q. 2. ubi dicit tex. quod animæ defunctorum quatuor modis solvuntur à pœnis aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut carorum eleemosynis, aut jejunio cognatorum.

93. Pompæ verò exequiarum magis sunt vivorum solatia quam subsidia mortuorum: & fuit officium defunctorum primo institutum ab Apostolis, ut dicit Isido. in lib. de Ecclesiasticis beneficiis. unde ipsum commendat beatus August in enchiridion dicens, cum fuisse secundum in Ecclesiasticis officiis post Apostolos, hoc officium initium habuit in veteri lege.

94. Nam sicut ait Ambrosius in c. quia alii. 13. q. 2. quod mortuo Jacob Joseph & alii fratres sui cum multis Ægyptiis attulerunt eum in Ebron sed prius fleverunt 40. diebus in Ægypto, & postea fleverunt eum septem diebus in Zac. ut Genes. 50. cap. not. Abb. in rub. de sepul. Idem legitur in Deuterono. ult. ca. quod mortuo Moyse flevit populus Israel. 30. diebus & similiter fecerunt de Aaron & de Maria. Item dicit Salomon luctus filii sapientis mortui septem diebus luctus stalli filii sempiternus. ideo quia in æternum morietur. Et quidam faciunt memoriam pro defunctis tertia die seu per tres dies repræsentantes triduanam Domini sepulturam seu respectum habentes ad resurrectionem Christi, qui tertia die resurrexit resurrectionem cum Christo mortuis peroptantes seu ad Trinitatem: vel quia viventes tripliciter peccaverunt, videlicet cogitatione, verbo, & opere remittantur eidem. Alii verò faciunt Missam celebrari septem diebus seu per septem dies, & utrumque ostenditur in libro Numer. 19. c. ubi dicitur quod qui tetigerit cadaver mortui hominis, immundus erit septem diebus, unde abstergatur aqua tribus diebus & septem & sic mundabitur. de consec. dist. 1. c. aqua. sane mundus propter cadaver mortui hominis significat pollutam animam propter mortua opera celebratur ergo. Primo ut defunctus ad sabbatum æternæ quietis citius valeat pervenire. Secundò, ut ei remittantur omnia peccata quæ commisit in vita. Tertiò propter septennarium animæ & corporis. anima enim tres habet vires, scilicet rationabilitatem, concupiscibilitatem & irascibilitatem: corpus verò constat ex quatuor elementis: ut ergo peccata quæ homo per hoc septennarium sive in hac vita quæ per septem dies ducitur, commisit, deleantur, septennarium mortuis celebratur. Quartò, sicut filii Jacob defuncti fleverunt per septem dies: ut præmissum est: ita ut Ecclesia potius defunctis solebat officium septem diebus. quidam autem faciunt novennale, id est, officium novem dierum, ut per hoc officium mortuorum animæ à pœnis liberatæ novem Angelorum ordinibus associentur. hoc autem à quibusdam non approbatur ne gentiles imitari videamur à quibus hoc sumptum esse videtur qui novem diebus ungebant mortuos suos: & in novo die cineres eorum in piramidibus vel in bustis recondebant: alii verò celebrari faciebant pro defunctis. 30. dies vel trigesimo die. Primò quia sic filii Israel tot diebus fleverunt Moysen & Aaron ut sup. est dictum. Secundò quia ter per decem faciunt triginta: per ter enim Trinitatem, per decem Decalogum intelligimus ter denarium: ergo mortuis facimus ut quod in observatione decalogi seu præceptorum Christi & contra Trinitatem peccaverunt eis Dei misericordia condonetur. Tertiò, quia numerus Lunæ 30. diebus perficitur ratio. 30. die. vel. 30. diebus fit mortuis officium ut opera eorum plena esse intelligantur. Quidam quoque quaterdecies celebrant sive quadragenarium faciunt, ut quod illi in doctrina quatuor Evangelistarum & in decem præceptis legis peccaverunt sibi condonetur rursus qui Dominicam sepulturam optantes mortuo gloriam habere cum Christo qui quadraginta horis jacuit in sepulchro, computata hora qua emisit spiritum. & ultima hora noctis Dominicæ in qua resurrexit secundum August.

Repræsentant etiam ut præmissum est mortuo Jacob filii ejus luxerunt. 40. diebus. Alii quinquagenarium faciunt, quoniam, sicut Beda & Grego. dicunt in gloss. super locum illum ubi habetur quod Abraham quæsivit à Domino volente subvertere Sodomam: si quinquaginta fuerint ibi numquid destruis eos: & respondit Dominus non quinquagenarius numerus es, & significat annum jubileum, id est, octavam ætatem in qua erit remissio & plena libertas: ut ergo animæ defunctorum plenariam libertatem & peccatorum suorum remissionem adipiscantur quinquaginta diebus pro illis celebrant officium: præterea dicitur in Marco unum granum afferebat. 30. & unum. 50. & unum centum. Alii sexagenarium pro eo quia sexagesima significat mœrorem Ecclesiæ propter absentiam sponsi & ei in consolationem duæ alæ dantur & hoc repræsentant mœrorem propter absentiam defuncti sui in quorum consolationem & animæ defuncti expiationem sacrificium Domino offertur & pauperibus animæ largiuntur. Nonnulli etiam celebrant centesimum diem ut mortui transeant à læva in dextram, à malitia in triumphum, à terra in cælum, à misericordia in gloriam, à morte in vitam. optant enim illis æternam beatitudinem quæ per centenarium ultra quem non est numerus designatus: quidam verò anniversarium observant triplici de causa. Primò, ut defuncti de annis calamitatis perveniant ad annos æternitatis sive ad vitam æternam quæ sine fine est, & quasi annus in se revoluitur: vel quia ibi est identitas & nulla reperitur varietas. Secundò, quia sicut sanctorum anniversarium, ad ipsorum honorem & nostram utilitatem celebramus sic & anniversarium defunctorum ad ipsorum utilitatem & nostram devotionem. Tertiò dies anniversarii pro defunctis ideò repetitur: quia secundum Augustinum qualiter fit eis in alia vita, nescimus: ut melius & melius est ut eis supersit beneficium nostrum quam desit. 13. q. 2. non æstimamus.

95. Anniversarium autem si contingeret in die Dominica vel in alia celebrari solemnitatem, non debet mutari ad sequentem diem prout fit in festis Sanctorum: sed fiat in die præcedenti, ut citius occurratur pœnis defunctorum quas in purgatorio sustinent: defuncti enim nostro indigent auxilio & beneficio, sed non sancti. Cle. 1. de reli. & vene. sanct. die quidem festivo anniversarium celebrari non debet, nec Missa pro defunctis dici nisi corpus præsens fuerit: tunc sic quia omni tempore potest Missa pro defunctis celebrari cadavere præsente nisi in Parasceve: tunc enim non debet corpus intumulari, nec Missa pro eo cantari, quia tunc corpus Christi immolari non debet, sed usque in crastinum reservetur: & tunc scilicet in Sabbato potest Missa pro illo cantari, & corpus sepeliri similiter si quis in die Paschæ moriatur corpus ejus usque in crastinum reservetur super terram: & tunc cum celebratione Missæ sepeliatur.

96. Non enim debet corpus sepeliri absque Missa quamvis contrarium fiat in plerisque locis, ut notat Specu. ubi supra in quibusdam locis non dicitur in Ecclesia officium mortuorum à quinta feria cœna Domini usque ad Octavas Pentecostes, dicentes, quod omnia officia illius temporis debent esse brevia, nec in Dominicis diebus. Legitur autem quod quidam Abbas prohibuit Monachos suos celebrare Dominicis diebus pro defunctis, sed mortui propter hoc durissimis verberibus eum afflixerunt: & ideo prohibitionem hujusmodi revocavit. Et nota quod suffragia quæ fiunt in Ecclesiis pro defunctis valde bonis actiones sunt gratiarum: illæ enim animæ quæ sunt perfectè bonæ statim cum egrediuntur à corporibus evolant ad cælos nec subsidiis nostris egent. c. cum Marthæ. in fi. de cele. Miss. 13. q. 2. tempus. Cle. 1. de reliq. pro valde malis fiunt qualescumque consolationes vivorum: eis enim subsidia nostra non prosunt quoniam

Source : BIU Cujas

animæ illorum ſtatim deſcendunt ad infernum : pro mediocriter bonis qui ſunt in purgatorio fiunt propitiationes : pro mediocriter malis ſunt propitiationes ſive pœnarum mitigationes.

97. Nam ſecundum Auguſt. quibus proſunt & ſit plena remiſſionibus. d. c. tempus. 13. q. 2. notat Feli. ad plenum in ſermone ſuo incipiente hodie. do. Abb. in c. ad liberandam. de Judæ. quidam tamen pro eodem ſumunt mediocriter bonos & mediocriter malos, quos vocant non valde bonos, qui videlicet intrant purgatorium qui viventes injunctam pœnitentiam non perfecerunt quibus proſunt eleemoſynæ, orationes, jejunia, & ſacrificia quæ pro eis fiunt. nam ut dicitur eis qui ſunt in inferno nil proſunt. c. animo. & d. c. tempus. 13. q. 2. & ſi ſuffragia fiunt in ſpeciali, magis proſunt illis pro quibus ſpecialiter fiunt quam aliis : ſi fiunt in genere ſeu in communi magis proſunt illis quibus ſpecialiter fiunt quam aliis : ſi in genere ſeu in communi magis proſunt illis qui plus meruerunt in hac vita ut ſibi prodeſſent. ut in c. non æſtimemus. & d. c. tempus. 13. q. 2. ubi dicit Augu. non proſunt omnibus pro quibus fiunt, quia neſcimus tamen quibus proſunt vel non pro omnibus facienda ſunt, ne aliquis prætermittatur: melius namque ſupererunt eis quibus nec obſunt nec proſunt, quam deſint eis quibus proſunt : & ideo dies anniverſarii fiunt, ut ſuprà eſt dictum officium mortuorum imitatur omnem triduanam Chriſti ſepulturam : ſicut enim in illo triduo, ita & in hoc officio omnia laudis cantica ſubticemus & ſolemnitates quaſlibet ſubtrahemus : nam in Miſſa benedictiones ab Epiſcopo non petimus, nec in agenda dicimus Domine labia mea : nec, Deus in adjutorium, nec Benedicamus, nec Invitatorium, niſi corpus præſens ſit, nec Gloria Patri ad reſponſoria, vel in fine Pſalmorum, nec ad lectionem benedictionem, petimus vel damus nec dicimus. Tu autem, vel Deo gratias, nec in Miſſa Alleluia, nec Gloria in excelſis Deo. nam in veteri lege prohibitum fuit oleum lætitiæ & thus ſuavitatis pro peccato offerri: mors etenim eſt vindicta peccati : unde ubi peccatum ibi tenebræ, nec debet eſſe lætitia nec Canticorum lætitiæ decantatio ubi eſt luctus & contriſtatio mentis ac exequiæ pro mortuis celebrantur. ut notat Spe. ubi ſuprà, nec laudes dicimus, quia quo mortui tranſeunt, neſcimus : laudare Dominum debemus de juſtitia vel miſericordia gaudium reprimimus, quia triſtes in hunc mundum intramus, & triſtiores eximus, ut ait Plinius in natu. hiſt. in cap. de homine. Et corpus ſepeliendum eſt hoc modo, quia quando homo videtur agere in extremis, debet poni ad terram ſuper cineres vel ad minus ſupra paleas per quod innuitur quod cinis eſt & in cinerem revertitur : & ſit hoc exemplo beati Martini qui ut ſe aliis daret exemplum in cinere jacens vitam finivit : & ſi moriens literatus ſit, legi debet ei Paſſio Domini vel ſaltem pars illius ante eum. ut ſic ad majorem compunctionem moveatur, & debet eſſe crux erecta ad pedes ut moriens eam cernens magis conteratur & convertatur : debet etiam ſuperius jacere ut ſemper erecta facie aſpiciat cælum exemplo beati Martini & priuſquam expiret ejus anima Domino commendetur : poſtquam verò aſpiraverit campanæ debent pulſari. ut ſup. dictum eſt : deinde corpus niſi noviter functum fuerit dum vivebat debet lavari ad ſignificandum, quod ſi anima per confeſſionem contritionem à culpa mundata ſit, utrumque ſcilicet anima & corpus æternam glorificationem & claritatem in die judicii : conſequenter quoque illi ſecundum Job verè in Domino moriuntur, & beati ſunt qui nullam ſecum portant maculam, ſed in hoc mundo per pœnitentiam derelinquunt ſi cum de hac lotione nec in veteri Teſtamento ſcilicet levi, nec in novo. ſ. actuum. ſup. ca. nil agatur ſi converteretur, nonnullum, ut dicunt quidam, curandum eſſet, & dicit Augu. in libro de cura pro mortuis agenda. corpori humano quod poſt mortem impenditur non eſt ſalutis præſidium, ſed humanitatis officium : tamen cum Maria Magdalena unxerit Dominum ante Paſſionem. Math. 16. c. fecit enim morituro quod non potuiſſet facere mortuo. Math. 13. c. prævenit ungere corpus meum in ſepulturam : ex hoc probari poteſt corpora defunctorum lavanda eſſe. nam ſicut Hieronym. ait ſuper illud Math. 6. unge caput tuum in iſtis partibus unguentis pro balneis utebantur. ut 13. q. 2. qui divina ſtatuit ut qui divina vocatione ab hac vita recedunt cum Pſalmis tantummodo & pſallentibus vocibus ad ſepulchrum deferuntur.

99. Debet autem defunctus portari à conſimilibus ſuæ profeſſionis, & ſi fuerit Diaconus à Diaconibus, ſi ſacerdos à ſacerdotibus ſi ſint ibi, aliter non eſt vis, quia neceſſitas legi non ſubjacet. de obſerva. jeju. c. 2. clericus à clericis, catholicus à catholicis. ſi verò fuerint de aliqua fraternitate deportentur ab illis qui ſunt ejuſdem fraternitatis.

100. Mulieribus verò non licet corpora ferre ne cogantur corpora ſua laſcivia incitantia denudare quod facile contingere poſſet. dum autem de domo ad Eccleſiam ſeu ſepulturam portantur ſecundum quorumdam locorum morem ter in via pauſatur. Primò, ad ſignificandum, quod ipſe in hac vita exiſtens ut poſſet dignè domino præſentari, & cum aliis ſanctis perpetua quiete perfrui in tribus ſpecialiter ſeipſum exercitavit : videlicet in Dei dilectionem, in charitate proximi & in cuſtodia ſui, ſive quod in fide ſanctæ Trinitatis vixit atque vitam finivit. Secundò, ad repræſentandum quod Dominus triduo in ventre terræ pauſabit. Tertiò, tres pauſæ fiunt in via & per tres divinitas Pſalmodiæ quo tunc dicitur ter fiat, & abſolutio à delictis tribus modis, ſcilicet cogitatione, verbo & opere commiſſis. Exod. 3. Viam trium dierum ibimus in ſolitudine. Deinde ponitur in ſpelunca in qua in quibuſdam locis ponitur aqua benedicta ne dæmones qui multum eam timent ad corpus accedant. Debet autem quis ſepeliri ut capite ad Occidentem poſito pedes dirigat ad Orientem: in quo quaſi ipſa poſitione oret & promptus eſt ut de occaſu feſtinet ad ortum de mundo ad ſæculum. Et in quocumque loco extra cœmiterium Chriſtianus ſepeliatur ſemper crux capiti illius apponi debet, ad denotandum illum Chriſtianum fuiſſe : quia hoc ſignum diabolus valde timet & accedere ad locum crucis. Debent quoque fideles Chriſtiani ſepeliri indutis ſudariis. juxta illud Evange. de ſudario & ſindone Chriſti. Clerici verò ſi ſint ordinati illis indumentis induti ſunt qui requirunt ordines quos habent. Si verò non habent ordines ſacros more laicorum ſepeliantur. ut notat Spec. ubi ſup.

101. Sextum requiſitum in beneficio & Eccleſia eſt quod altare ſit conſecratum. ut c. altaria. de conſe. diſt. 1. & c. 1. & 2. de conſecra. eccle. vel alta. & hoc fit propter tria. Primò, ad Sacramentum Deo ibi offerendum. ut Gen. 8. c. Ædificavit Noe altare domino, & tollens de cunctis volucribus & permundis obtulit ſuper altare. Hoc autem Sacramentum eſt corpus & ſanguis Chriſti quod in memoriam Paſſionis Dominicæ immolamus. juxta illud : Hoc facite in meam commemorationem. Secundò, ad nomen Dei ibi invocandum. ut Gen. 12. c. Ædificavit Abraham altare Deo : quia paravit ei & invocavit ibi nomen Domini. hæc autem invocatio quæ fit ſupra altare propriè dicitur Miſſa. Tertiò, ad cantandum. Eccleſia. 47. Dedit illi contra inimicos potentiam & ſtare fecit ſupra altare Cantores, & in ſono eorum fecit dulces modulos. Sane hoc modo & ordine conſecratio altaris fit. In primis namque Pontifex incipit, Deus in adjutorium meum intende. Poſtmodum benedicit aquam : deinde in quatuor cornibus altaris configurat quatuor cruces cum aqua benedicta conſequenter circuit altare ſepties : & ſepties menſam

Source : BIU Cujas

altaris cum aspersorio de hyssopo aqua benedicta aspergit. Ecclesia quoque iterum aspergitur & aquæ residuum ad vasum altaris funditur : deinde in quatuor angulis sepulchri in quo reliquiæ recondi debent quatuor cum chrismate fiunt cruces , & ponuntur reliquiæ in capsella cum tribus granis thuris , & sic reconduntur in sepulchro : deinde supponitur eis tabula cum signo Crucis factæ in medio confirmata post pedum lapis qui mensa dicitur , super altare adaptatur & adaptatus ungit cum oleo in quinque locis & eodem monte inungitur postea chrismate sicut de oleo dictum est. Confirmatur etiam altare in fronte cruce chrismatis , & adoletur incensum in quinque locis. Post hoc altare ungitur & mundis pannis induitur, & demum super altare sacrificium celebratur. Nunc seriatim singula præmissa prosequamur. Primò igitur notandum est quod altare chrismatis unctione & benedictione interveniente consecratur & lapidem solum de conse. dist. 1. altaria primo & secundo. unde Pontifex incipit , Deus in adjutorium meum intende : quia ipse Dominus ait : Sine me nihil potestis facere. & quia hæc dedicatio baptizandos qui præcepta fide ad pugnam se præparant , & qui adhuc sunt inter suspiria & certamina misericordiæ constituti. ideo non dicitur alleluya : qui enim baptizati non sunt laudibus Angelorum digni non sunt. unde tho. pe. & in plateis ejus alleluya , cantabitur. post completam verò Ecclesiæ vel altaris consecrationem cantatur alleluya , quoniam excusatur dæmonum fantasia Deus ibi laudabitur : nam & Christus ad aram Crucis accedens ad æternitatis gloriam manifestandam mortem solvit : sed alleluya duntaxat post resurrectionem cantavit.

102. Secundò circa aquæ benedictionem notandum est quod hujusmodi aquæ exorcizatio fit ad effugandum diabolum. In qua benedictione quatuor necessaria sunt , videlicet aqua , vinum , sal , & cinis , ut c. proposuisti. de conse. ec. vel alta. Et hoc propter tria. Primò quoniam quatuor sunt quæ inimicum expellunt. Primum est lacrymarum effusio quæ per aquam. Secundum est spiritualis exultatio quæ per vinum. Tertium naturalis discretio , quia sparsa aqua : igitur est pœnitentia dignum mentis exultatio sal sapientiæ. Cinis pœnitentia humilitas : unde de inimicis dicitur, quod Rex ipse surrexit de solio suo & indutus est sacco & sedit in cinere : hic & David inquit : Quia cinerem tanquam panem manducabam. ut no. Spe. in rub. de altaris consecratione. li. 1. in li. nominato Rationa. divi. offic. Hinc & Abraham loquar inquit ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.

103. Secundo modo aqua est populus , seu humanitas , quia aquæ multæ populi multi. Vinum Deitas, Sal doctrina Divinæ legis , quæ est sal fœderis. Cinis qui confirmat memoriam Dominicæ Passionis. Vinum aquæ mixtum Christus Deus & homo. per fidem enim Dominicæ Passionis quæ per doctrinam Divinæ Legis habetur : populus per aquam signatus per fidei unionem conjungitur capiti suo Deo & homini. Tertio modo potest dici quod hæc aqua benedicta Spiritum Sanctum significat sine cujus flatione nihil unquam sanctificatur & sine hujus gratia non fit remissio peccatorum : quod Spiritus sanctus aqua vocetur ipsa veritas ostendit , dicens : qui credit in me flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ : quod Evangelista exponens dicit : hoc autem dicit de Spiritu sancto quem accepturi erant credentes in eum : & nota ordinem Sacramenti exterius , aqua interitus spiritu Ecclesia consecratur : hoc est enim quod Dominus ait , Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto , &c. aqua est spiritus. In baptismatis enim Sacramento nec aqua sine Spiritu , nec spiritus est sine aqua : quod quidem ipse Spiritus sanctificabat qui in prima mundi creatione ferebatur super aquas : hac ergo aqua & ipsum altare & totum interius templum quando illud simul & altare dedicantur, aspergitur , licet igitur spiritus & aqua ad baptismi & consecrationis Ecclesiæ perfectionem , sufficerent tamen Sancti Patres qui hoc constituerunt voluerunt nobis satisfacere non solùm in his quæ ad virtutem verum etiam in his quæ ad sanctificationem pertinent Sacramenti. Ideoque apposuerunt sal, vinum, oleum, cinerem & chrisma: non enim chrisma vel oleum habuit Philippus quando eunuchum baptizavit. Act. 8. c. alterum ergo horum deesse non debet & simul commiscere debent , quia populus Dei quæ est Ecclesia sine his simul junctis, neque sanctificatur , neque à peccatis solvitur : de aqua quidem manifestum est , quia nisi quis renatus fuerit , &c. de sale etiam quia sine fidei condimento quod in sale significatur , nemo unquam salvari poterit quantumcunque aqua baptismatis aspergatur: de vino quoque per quod Spiritualis Divinæ Legis intelligentia designatur , unde Dominus in nuptiis aquam in vinum convertit : si quis verò aspersus non fuerit, id est , quicumque de eo non biberit , vel pro præmiantibus non crediderit ad vitæ æternæ beatitudinem non perveniet : cineris etiam aspersio per quam pœnitentiæ , humilitas intelligitur tam necessaria est , ut sine ea non fiat in ultimis remissio peccatorum per ipsam venitur ad baptismum , & ipse est singulare refugium peccatoribus post baptismum unde & non immerito baptismus vocatur , dicente Domino , in Evangelio de Joanne , quia venit in universam regionem Galileæ prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et nota quatuor genera esse in aquæ benedictæ asperstone in libro Rationale divino. offi.

104. His omnibus permixtis Pontifex quatuor cruces cum aqua ipsa in quatuor cornibus altaris & unam in medio facit , quatuor cruces repræsentant quadruplicem charitatem quam hi qui ad altare accedunt habere debent scilicet , ut diligant Deum seipsos, amicos & inimicos de quibus quatuor cornibus charitatis dicit Gen. 27. cap. Dilataveris ad Orientem & Occidentem , Septentrionem & Meridiem. Et ideo quatuor cruces in quatuor cornibus fiunt, ad designandum quod Christus per crucem quatuor mundi partes salvavit. secundò fiunt ad significandum quod quatuor modis crucem Domini orare debemus : scilicet in corde per meditationem , in ore per confessionem, in corpore per carnis mortificationem, & in facie per assiduam impressionem : crux in medio altaris significat passionem quam Christus in medio terræ subiit per quam operatus est salutem in medio terræ , id est in Hierusalem , deinde septies altare Pontifex circuit. Primò ad significandum , quod ipse debet pro omnibus curam impendere & vigilantiam habere quæ per circuitum designatur : unde tunc cantatur , Invenerunt me vigiles qui circuibant civitatem : debet enim solicite vigilare super greges sibi commissos : nam , ut ait Gilbertus , ridiculosa res est. Spe. cæcus , cursor , claudus , Prælatus negligens , doctor indoctus , & præco mutus. secundo septimus circuitus circa altare significat septem meditationes. quas circa septemplicem virtutem humilitatis Christi habere debemus , & per ipsas circuire frequenter. Prima virtus est quod de divite factus est pauper. Secunda quod in præsepio positus. Tertia , quod parentibus subditus. Quarta , quod sub manu servi caput inclinavit. Quinta , quod discipulum furem & proditorem sustinuit. Sexta , quod ante iniquum Judicem mansuetus stetit. Septima , quod pro crucifigentibus clementer oravit. Octava per septem dies Christi significantur. Prima fuit de cœlo in uterum. Secunda de utero in præsepium. Tertia , de præsepio in mundum. Quarta , de mundo in patibulum. Quinta , de patibulo in sepulchrum. Sexta , de sepulchro in limbum. Septima , de limbo in cælum : consequenter Episcopus aspergit altare : quid autem altare in

Source : BIU Cujas

templo significat Apostolus dicit : templum enim Dei sanctum estis vos. si ergo templum Dei sumus, altare habemus, altare nostrum est cor nostrum : hoc enim est cor in homine, quod altare in templo : in hoc altari fit sacrificium laudis & jubilationis, juxta illud sacrificium Deo spiritus, &c. In hoc altari fit commemoratio corporis & sanguinis Christi, in quo preces ad cælum ascendunt : quia ad cor respicit Deus. 4. q. 5. si quid hoc igitur altare aquam aspergit: quando corda hominum per Evangelicam prædicationem à peccatis mundantur. nam & prædicatio aqua est. juxta illud, Omnes sitientes venite ad aquas. hac igitur aqua. i. prædicatione Evangelica & sancti Spiritus sanctificatione & altare cordis totus homo mundatur & sanctificatur. consecratur etiam altare & cordis per conceptum timoris, & initietur ad bonum & perfectum amoris & ut confirmetur in melius. nam, Initium sapientiæ timor Domini. septies autem altare aspergitur aqua, ad notandum quod in baptismo septem dona Spiritus sancti tribuuntur. per hoc etiam figuratur quod habere debemus memoriam Dominicæ Passionis.

105. Septem namque aquæ asperfiones sunt septem sanguinis Christi effusiones. Prima fuit in Circumcisione. Secunda in oratione quando sudor ejus fuit sicut guttæ sanguinis. Tertia in corporis flagellatione. Quarta in capitis coronatione. Quinta in manuum perforatione. Sexta in pedum cruci affixione. Septima in lateris apertione. quidam vero ter aspergunt, quia in sanctæ Trinitatis nomen baptizatur : vel quia Ecclesia à peccatis cogitationis, locutionis & operis emundatur : ut & tunc miserere mei dicitur, fiunt insuper hujusmodi asperfiones : cum asperforio de hyssopo facto per quam herbam contra humilis est Christi humilitas congrue designatur quoniam prædictæ sanguinis effusiones factæ fuerunt cum hyssopo humilitatis Christi & inextinguibilis charitas qui aspersa Ecclesia Catholica mundatur : hæc etiam herba naturaliter crescit in petra & humilitas naturale crevit in Christo petra. nam juxta Apostolum, Petra autem erat Christus calide etiam naturale est & Christi humilitas corda frigida ad exercenda opera charitatis accendit. Item ejus radices saxa penetrat, & humilitas duritias abstinentiæ confringit, valet effectus & contra timorem & hic timorem superbiæ sonat. Item illa nascitur, & renascitur, & radicatur in terra. unde super iram tota fidelium multitudo intelligi possit : præcipuè tamen illi per hyssopum figurantur, qui in Christi fide radicati, & fundati ab ejus amore evelli, & separari non possunt, per quos quid melius quam Episcopos & Presbyteros intelligere possumus, qui quanto majorem in Ecclesia obtinent dignitatem, tanto firmius Christi fidei inhærere debet, per hos siquidem aqua aspergitur, per hos & ab his Christi fideles : his datum est perficere baptismatis Sacramenta, dum vero altare aspergitur, Episcopus cantat : Domus mea, domus orationis est, &c. Et iterum, Narrabo nomen tuum fratribus meis : &, Quia sine Deo nullum opus perficitur, in consummatione orat, ut exaudiatur ingredientes ibi beneficia petituri consequenter, quando Ecclesia simul & altare consecrantur, tota Ecclesia aqua illa aspergitur, ut suprà fuit dictum : quo facto Pontifex ad altare cum Psalmo accedit, & residuum aquæ infunditur ad basim altaris sicut in veteri Testamento residuum sanguinis fundebatur in crepidinem. Quia idem est quod basis, per quod significatur quod residuum, quod excedit vires humanas in tanto Sacramento Deo commendatur, qui est summus Sacerdos, cujus est aliorum sacerdotum supplere defectum : sepulchrum verò sine foramine, in quo reliquiæ recondi debent, significat urnam auream plenam magnam quæ in arca testimonii, posita erat, ut suprà dictum est : si quidem sepulchrum hujusmodi quod à quibusdam confessio nuncupatur, est cor nostrum, quod quatuor crucibus de chrismate factis consecratur.

106. Quia quatuor sunt virtutes, in libro Sapientiæ descriptæ. s. prudentia, fortitudo, temperantia & justitia : quibus cor nostrum quasi inungitur, dum ad suscipienda secretorum cælestium mysteria per donum sancti Spiritus præparatur. fit autem sepulchrum hic quandoque ex superiori parte altaris, & quandoque ex latere anteriori.

107. Sane sine Sanctorum reliquiis, aut ubi illi habere non possunt sine corpore Christi, non fit consecratio altaris : dixi de consecra. distin. 1. c. de fabrica. & cap. placuit. sed viatici vel portatilis sic eadem distin. concedimus.

108. Et dicunt Docto. in c. 1. de consecr. Eccle. vel alta. quod cum consecratur altare fit unum foramen parvum, vel in superiori parte in ipsa mensa lapidea altaris, vel ante altare, vel in latere dextro altaris : & post consecrationem clauditur parvo lapide quadrato vel rotundo, & ille lapis parvus vocatur sigillum, quia est ad instar sigilli : nam sicut sigillum denotat, & signat illum sigillantem : ita ipse lapis denotat consecratum, & in ipso foramine apponuntur reliquiæ. Item nomen Episcopi consecrantis. Item nomen Sancti in cujus honorem consecratur.

109. Et dubitatur utrum de sufficientibus reliquiis posset opponi corpus Christi. & dicit Joan. in c. placuit. de conse. dist. 1. quod sic. Hugo dicit non esse de substantia consecrationis ut reliquiæ ponantur. c. nullus. ea. di. Host. in Summa de consec. eccle. §. 3. refert se consuluisse Inno. Papam super isto dicto. Jo. And. licitè pont. apponit corpus Christi pro reliquiis seu loco reliquiarum : ei dicit Inno. de assistentium consilio quod non reddit rationem : sed Jo. And. dicit quod potest [a] esse ratio : quia corpus Christi est cibus animæ. c. panis. de conse. di. 2. nec debet conservari nisi causa infirmorum, vel alia de causa necessaria. ut c. uni. de custo. Eucha. & uti debemus rebus ad usum destinatum. c. 3. de appel. & hæc opi. multum [b] placet Abb. in d. c. 1. de conse. eccle. vel alta. Fertur tamen quod Leo Papa deficientibus reliquiis dedit partem corporis & Eucharistiæ in consecratione cujusdam Ecclesiæ : reliquiæ siquidem sunt exempla utriusque testamenti auctoritate Passionis Martyrum & vita Confessorum, quæ nobis sunt ad imitationem, relicta hic in capsa recondimus cum ad invitandum ea in corde retinemus. quod si audimus vel intelligimus, & opera non facimus, magis est ad damnationem, quàm ad salutem : quia non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores tantum : unde Apostolus dicit : Invitatores mihi estote sicut ego Christi. solemnis verò reliquiarum deportatio fit ad imitationem ejus quod sicut legitur in Exodo, In arca testamenti erant duo circuli aurei totum lignum penetrantes. 36. distinctione. §. eccle. & per eos de lignis Sethim deaurati immittebantur quibus arca ferebatur & prius quam Pontifex intret Ecclesiam, circuit eam cum reliquiis : ut sint illius Ecclesiæ protectores. Legitur quoque 3. Regum 8. c. quod in templi dedicatione congregati sunt omnes majores natu. Israël cum principibus tribuum & duces familiarum ad Regem Salomonem in Hierusalem, ut deterrent arcam fœderis Domini : veneruntque cuncti senes de Israël : sacerdotes autem intulerunt arcam fœderis Domini in locum suum in oraculum templi in Sancta Sanctorum subter alas Cherubim : si quidem Cherubim expandebant alas super locum arcæ. & protegebant illam & vectes ejus. Rex autem Salomon & omnis multitudo Israël quæ ad eum convenerat gradiebatur cum illo ante arcam : in cujus quidem rei testimonium Prælati Magnates & Apostoli Provinciæ hodie conveniunt ad Ecclesiarum dedicationem, & sequuntur processionaliter consecrantem & reliquiæ per sacerdotes sub papilione seu umbraculo solemniter deportantur.

[a] Vide Sum. Angel. verbo &c. C M.

[b] Et mihi; C M.

Source : BIU Cujas

deinde Pontifex prius quam in Ecclesia cum illis ingrediatur sermonem facit ad populum. nam & Salomon arca deportata convertit faciem suam, & benedicit omni Ecclesiæ Israël, & pro orantibus in Ecclesia oravit, omnis enim Ecclesia Israël stabat, & ait Salomon. Benedictus Dominus Deus Israël, &c.

110. Reconduntur autem reliquiæ Sanctorum cum tribus granis thuris in capsura: quia exempla Sanctorum cum fide Trinitatis. i. Patris & Filii & Spiritus sancti debemus in memoriam retinere: nam debemus credere unum Deum, unam fidem & unum Baptisma: quia justus ex fide vivit: sine qua, sicut dicit Apostolus, impossibile est placere Deo: supponitur ut aptetur ipsi sepulchro quadam tabula signo crucis ex chrismate roborata: si quidem per chrisma intelligitur Spiritus sancti donum quo tabula id est charitas superinungitur, quia cor nostrum ad observanda secreta cælestia Spiritus sancti gratia roboratur. tabula ergo hoc signo roborata reliquiis supponitur, quia per exempla Sanctorum charitas ascendetur, quæ operit multitudinem peccatorum, sicut & tabula reliquias operit. unde Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. & hæc autem tabula sive lapis continet sive dicitur sigillum sepulchri, sicut ait Alex. Papa III. de consecr. Eccle. vel alta. cap. 1. postea verò lapis qui mensa altaris dicitur super altare adaptatur, per quem perfectionem & solidationem notitiæ Dei possumus intelligere qui non propter duritiam: sed propter solidationem fidei lapidea esse debet. de conse.di. i. altaria sicut Dominus ait Petro. Tu es Petrus & super hanc Petram. s. hanc fidei firmitatem ædificabo Eccles. meam. l. dist. 50. fidelior. sicut enim mensa confirmatio & perfectio altaris est, ita notitia Dei confirmatio & perfectio est omnium bonorum. unde dicitur in Sapientia ad Deum: Noscere enim te confirmata justitia est & noscere justitiam tuam & virtutem tuam radix est immortalis. & Dominus per Hier. In hoc glorietur qui gloriatur scire & noscere me.

111. Vel per ipsum lapidem Christus intelligitur, de quo dicit Apostolus ipso summo angulari lapide Christo Jesu: per lapidem quidem Christi humanitas designatur. de quo in Dan. legitur quod lapis abscisus est de monte sine manibus, quia Christus de beata Virgine, quæ propter eminentiam virtutum mons dicitur sine virili semine mirabiliter est natus, & factus in montem magnum totum replevit orbem terrarum. de qua etiam per Psal. dicitur, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes hic factus est in caput anguli. quoniam Christus quem ædificantes. i. Judæi reprobaverunt dicentes, Nolumus hunc regnare super nos, hic factus est in caput anguli: quoniam sicut ait Apostolus. Exaltavit illum Deus & dedit illi nomen, &c. Vel per lapidem charitas intelligitur ut præmissum est qui debet esse magnus & latus: quoniam latum est mandatum charitatis quod etiam ad inimicos extenditur. juxta præceptum Domini: Diligite, inquit, inimicos vestros. non ergo unguntur altaria nisi lapidea, quia Christus per altare significatus est lapis excrescens in mortem, ut suprà dictum est. ipse est mons pinguis oleo lætitiæ præ consortibus suis unctus. veruntamen in Exod. legitur Dominum præcepisse fieri altaria de lignis Sethim quæ sunt imputribilia & altare Laterani ligneum est.

112. Salomon quoque fecit altare aureum, ut legitur. 3. Reg. 8. c. sed illa facta sunt in figura & in comitatu Provinciæ in castro sanctæ Mariæ de Mari est altare ferreum quod ibi fecerunt Maria Magdalena & Martha & Maria Jacobi & Maria Salome. Post hoc aspersio altari & cum aqua baptizato restat ut oleo & chrismate lineatur. Episcopus enim superinfudit oleum & chrisma & cantat. Erexit Jacob lapidem infundens oleum desuper. Illa enim Ecclesia fuit titulus aliarum: quia de Sion exivit lex: & verbum Domini de Hierusalem': faciens primò super illo quinque cruces ex oleo infirmorum secundum ordinem Romanum secundum quosdam verò alias Ecclesias de utroque oleo, unam in medio, & quatuor in cornibus postea modo totidem ex chrismate. Sanè per oleum Spiritus sancti gratia intelligitur. de quo dicit Esaias Propheta: Computrescet jugum à facie olei, quia sicut Episcopus oleum infundit super altare: ita Episcopus qui est summus Pontifex effundit gratiam super altare nostrum quod est cor nostrum: quia ipse est distributio omnium gratiarum per Spiritum sanctum, sicuti Apostolus; Alii datur sermo sapientiæ, alii sermo Prophetiæ, alii fides, alii gratia sanitatum: & sic per oleum Episcopus purificat mensam altaris: ita etiam Spiritus sanctus purificat cor nostrum ab omnibus vitiis & peccatis.

113. Christus quoque oleo fuit unctus, non quidem visibili, sed invisibili: id est gratia Spiritus sancti. unde David: Unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: id est plusquam omnes sanctos qui fuerunt participes gratiæ ejus, id est Christi: unde expressius convenit Christo quam aliis: quia præ omnibus aliis unxit eum Deus ad habendum plenitudinem bonorum: ideoque interpretatur unctus.

114. Unctio quoque ex oleo misericordiam significat. juxta illud Evangelii: Unge caput tuum oleo & faciem tuam lava: quia sicut oleum in liquoribus, ita & misericordia in bonis operibus superior est. Quemcumque enim liquorem oleo superinfundens illud semper desuper natat. De misericordia verò scriptum est, Suavis Dominus universis & miserationes, &c. Et misericordia ejus superexaltat judicium. Hoc igitur oleo liniatur altare cordis nostri ut semper misericordiæ memores aspersionis aquæ & regenerationis baptismi & effectum non admittamus.

115. Quinque cruces de oleo significant quod memoria quinque passionum Christi quas pro nobis in cruce sustinuit semper habere debemus. Ipse namque quinque plagas sustinuit, scilicet in manibus, in pedibus, in latere. Designant etiam quinque passiones misericordiæ quæ nobis sunt necessariæ: necesse enim est ut homo misereatur Christo Passioni ejus compatiendo. unde Job in persona Christi: Miseremini mei, miseremini mei, &c. Oportet etiam ut homo misereatur proximo cujus mala videt. Unde in Ecclesiastico: Miseratio enim hominis circa proximum tuum & sibi Christi. & hoc tripliciter, scilicet pro commissis plangendo illa. unde Hiere. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: quid feci pro omissis. unde Esa. Veni quia tacui. i. quia non sum locutus, &c. quia omisi bonum quod facere potui, & pro bonis minus purè factis. unde Luc. Cum bona omnia fecerimus, dicamus quod servi inutiles sumus, &c. Benefecimus non bene, non purè: & ideo inutiliter fecimus: sicut faciens eleemosynam ad vanam gloriam bonum facit: sed non bene, non purè. De hac triplici miseratione dicitur: Miserere animæ tuæ placens Deo: quia vera compassio mentis debet esse in exhibitione operis. ideo bis fiunt cruces: primo de oleo, postmodum de chrismate. unde Psal. Beatus qui miseretur, &c. non sufficit habere compassionem in mente cum boni operis exhibitione atque odore bonæ famæ. juxta illud Evange. Sic luceant opera vestra ut glorificetur Deus. & ideo fiunt cruces de chrismate quod constat ex balsamo & oleo: balsamum quidem propter bonum odorem significat bonam famam: oleum propter charitatem nitorem conscientiæ quam habere debemus. juxta illud Apostolo. Gloria nostra hoc est testimonium conscientiæ nostræ. c. 1. de sacra unct. tunc autem balsamum oleo rectè compungitur quando bonus odor misericordiæ additur. Rursus per quinque cruces de oleo & chrismate quinque sensus coporis nostri intelliguntur, qui duplicantur & in denarium

Source : BIU Cujas

surgunt : quia quandoque in sensibus corporis bene utendo & nosmetipsos custodimus, & alios exemplo & doctrina nostra in bono opere confirmamus. unde ille bonus negociator gloriabatur, dicens : Ecce alia quinque superlucratus sum : dum autem illæ præmissæ inunctiones fiunt cantatur, unxit te Deus Deus tuus quod de Christo dictum est ter : ergo altare inungitur bis oleo. Tertio chrismate, quoniam Ecclesia fide, spe, & charitate quæ major est cæteris insignitur & dum chrisma infunditur, cantatur. Ecce odor filii mei sicut odor, &c. Hic ager est Ecclesia quæ floribus vernat virtutibus, splendet operibus, fragrat operibus, flagrat ubi sunt rosæ martyrum, lilia virginum, violæ confessorum & viror incipientium post unctionem adoletur incensum quod devotionem orationis significat : qui enim habet septem dona Spiritus sancti & assimilatus est Deo devotam potest illi offerre orationem cujus habet similitudinem in quinque locis adoletur, videlicet in quatuor angulis & in medio : quia sic quandoque sensus corporis exercere debemus ut fama boni operis nostri usque ad proximos extendatur : de qua dicit Apostolus Christi. Bonus odor sumus in omni loco. c. 1. de sacra unctio. & in Evangelio. Luceat lux vestra, &c. ad hoc incensi frequentatio est continua Christi sacerdotis atque Pontificis pro nobis apud Deum Patrem interpellatio.

116. Crucem cum incenso facere est ejus passionem Patri ostendere, & ipsum pro nobis interpellare incensum copiosè in medio, & in angulis comburere est orationes per Hierosolymam & in universa Ecclesia multiplicare : consequenter cum signo Crucis confirmatur, dicendo ; confirma hoc Deus. Quæ confirmatio ex chrismate à Pontifice in fronte lapidis facta significat confirmationem quæ quotidie fit à Spiritu sancto per charitatem in altari cordis, ut nulla tribulatio cor nostrum à charitate Dei valeat separare. unde dicebat Apostolus. Quis separabit nos à charitate Christi, tribulatio an angustia : & subjungit, Gloria Patri & laus Trinitati cantetur. Ultima altaris benedictio significat illam finalem benedictionem quando dicetur : Venite benedicti Patris mei, &c. deinde altare linteo candido extergitur, ad notandum : quod cor nostrum castitate vitæ mundare debemus : deinde benedicuntur vasa, vestes & linteamina divino cultui deputanda. Nam ut Moyses per quadraginta dies edoctus est à Domino facere linteamina & ornamenta in templo necessaria, nempe utensilia benedicere est opera nostra ad Deum referre : post hoc altare albis & mundis pannis vestitur. Postremò ornatur Ecclesia & accenduntur luminaria : tunc enim opera justorum splendescent, tunc fulgebunt justi, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent, & inde super altare hoc ordine consecrato Missa celebratur, & sacrificium altissimo offertur : illud videlicet de quo Propheta ait : Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, &c. non enim debet fieri consecratio sive Missa. c. omnes. de conse. distinct. 1. quia tunc revelatur Sacramentum quod etiam Angelis ab initio fuit absconditum, & in aspersione basilicæ Pontifex lineis duntaxat & minoribus utitur indumentis, sed in Missa vestibus ornatur Pontificalibus & pretiosis recolens quod Legatis Pontifex in lineis sanctuarium expiabat, post locus in Pontificalibus in holocaustum arietem offerebat : sed quia in eisdem lineis hirceum emittebat, &c. Vide Spec. li. 1. tit. de alta. consec. in lib. nominato Rationa. di. offi.

117. Et notandum est, quod oleum sanctum dicitur triplex quod per Episcopos in die Cœnæ consecratur. Primum principale dicitur chrisma quod de oleo olivarum & balsamum fit, & dicitur balsamus aut balsamum, ut dicit Guil. Vorril. dis. 7. in 3. termino super 4. senten. quod arbor, ut quidam dicunt, sed verius frutex, & nascitur in quodam loco circa Babylonem, ubi sunt octo fontes : & si alibi plantetur nec profert flores nec fructum : habet autem stipitem vitæ similem, sed folia rutæ albiora : tamen ad hoc simplici balsamum veniunt tria composita carpobalsamum, opobalsamum, xilobalsamum.

118. Est autem carpobalsamum fructus balsami : carpos enim Græcè fructum significat : opobalsamum est succus balsami : opos enim Græce succus dicitur, xilobalsamum est lignum balsami : xilos enim Græcè lignum est nisi dicatur alius ternarius ut balsamus sit frutex ut pomus arbor balsamum sit succus, sed sponte nascens, ideo pretiosior, ut pomum fructus pomi, opobalsamum succus : sed cum infusione veniens cui in parte concordare videtur Ebradus in græcismo ; inquit enim, Balsamus est arbor folium folii balsamum reddit carpobalsama dat cortex. opobalsama lignum balsama sunt quæ liquantur sponte liquores, in quibus à Plateario differentia dimittatur : allegat Plateárium de Salerno in libro, quem Medici à sui principio circa instans nominat Et dicit Cornucop. super verbo, balsamum, quod de balsamo multi mentiti sunt veteres : arbuscula est uni terrarum, inde quondam concessa & in duobus tantum hortis utraque regio ostendere. Hanc primum usi Imperatores Vespasiani, quorum temporibus simul cum earum gente servire Romanis & pendere tributa cœpit viti similior est quam mirto feritur maleolis ut vitis & colles implet vinearum modo sustinens sese sine adminiculis intra tertium annum est fructifera proceritas intra bina cubita subsistit. Tria hujus arboris genera tenui & capillata coma antericeum vocant. Anterices enim Græcè aristæ dicuntur alterum scabro aspectu incurvum fructicosum odoratius cirtarcum nominant : Græcè enim incurvum significat scabrum, ternum enim messes quod leni cortice ceteris sit procerius : Græcè procerus dicitur, inciditur cortex vitro lapide osepsve : cultellis ferro lædi vitalia odit statim moriens liberatur manus artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet succus à plaga manat quem opobalsamum vocant, quod omnibus odoribus in unguentis præfertur igne hirsuto spirant opobalsama collo tenti aut gutta fluit vix cum qua tota die æstivo implens adulteratur multis modis. Raro quæ ad nos sincerum affertur sarmentum quoque ejus impressio est vocatur xilobalsamum, & coquitur in unguentis pro succo : id est sustinere officinæ corticis etiam ad medicamenta pretium est præcipua gratia lacrymæ, secunda semini, tertia cortici summa opobalsami : probatio est ut lac coagulet & in veste maculas non faciat narcissum quod ex flore narcissi fieri solebat, sed statim obliteratum fuit : & hæc sufficiant quo ad balsamum. Item primum oleum dicitur chrisma sanctum quod de oleo & balsamo fit, & cum isto benedicuntur fontes baptismales, calix & patena, Ecclesia & altare & puer baptizatus in vertice & fronte, & Episcopi quando consecrantur in manibus & in capite & omnes fideles conchrismantur : & istud est annuatim consecrandum & innovandum. c. si quis de alio. de consec. dist. 4. & graviter punitur sacerdos qui in baptismo utitur de alio quam de novo, ut d. c. si quis.

Secundum oleum sanctum est catechumenorum, & dicitur oleum benedictum sive sanctum : & isto inunguntur baptizandi inter spatulas & in pectore & manibus sacerdotis cum ordinatur. Item Principes & Reges in brachio & humero. Item Ecclesia & altare ante chrismationem.

Tertium oleum sanctum est quo inunguntur infirmi in articulo mortis præmissa tria genera oleorum. Ponit Ange. de Clava. in sua Summa. ti. de oleo. & idem Ange. in ver. unctio. §. 1. dicit quod materia est oleum. c. 1. de sacra unc. alle. Pet. Aure. in 4. senten. distin. 23. dicit quod oportet ut sit oleum olivarum & consecratum ab Episcopo solum non ab inferiore, ut dicit Magister in 4. senten. distinct. 23. Et dicit Archi. Florent. in 3. parte suæ Summæ. titu. 14. cap. 15. §. 1.

quod

Source : BIU Cujas

quod requiritur ut sit oleum olivarum.

119. Et licet Papa posset facere quod oleum nucum fieret unctio ad cathecumenos, & unctio manuum sacerdotis, quia Sacramentalia sunt: non tamen posset facere quod oleo nucæ etiam consecrato daretur extrema unctio, quia Sacramentum est: unde si misceatur balsamum vel oleum nucum, vel alius liquor esset præcepti transgressio: & si mutaretur species propter mixturam, esset irritatio Sacramenti. Habet enim oleum olivarum maxima convenientia ad significandum ejus effectum qui est hilaritatis & claritas mentis. Materia autem propinqua est quod illud oleum oportet quod sit ab Episcopo consecratum, nec refert quomodo sit benedictum oleum dummodo sit oleum olivarum, & talis benedictio talis à tota Ecclesia vel Romana consuevit. Unde Papa posset mutare consecrationem olei & alias hujusmodi: sed non posset inungere oleo nullo modo consecrator, sed posset consecrare sicut vult, non autem inferior à Papa.

120. Item notandum est quod in quinta feria cœnæ fiunt consecrationes olei, quoniam hodie Agnus Dei ad victimam, scilicet vesperam immolabatur; de cujus sanguine uterque postis & superliminare domorum, in quibus erat edendus liniebatur, ut hoc signo viso exterminato Ægypti domus sacri convivii præteriret intactas, in quo præfiguratum est quod si frontibus nostris unctione chrismatis quasi sanguinem Christi qui unctus interpretatur signum crucis imprimitur: Diabolus in domibus animarum nostrarum nullam nocendi habet potestatem. ut dicit Specu. lib. 6. tit. de quinta feria. in libro sæpissime nominato Rationa. divi. offic. Et si diceres cur itaque in Sabbatum chrismatis consecratio non differtur. Respondeo, quia ab hac quinta feria usque ad vesperam Sabbati à Missarum solemniis vacamus: ipsum autem Christum non nisi intra Missam solemnem fas est consecrari: sed ante Missam baptismum convenit celebrari, vel ideo in quinta feria consecratio celebratur: quia Christus in quinta fuit unctus ætate. nam in quinta venit qui in sexta sanguinem consecravit: de cujus unctione dicit Daniel. Ungatur Sanctus Sanctorum. & Esa. Spiritus Domini super me eo quod unxit me, &c. & David unxit te Deus, &c. cujus unctio tunc cœpit cum verbum caro factum est. cum plenitudo divinitatis in eo corporaliter habitavit. Tunc autem completa est cum baptismo super ipsum Spiritus sanctus in specie columbæ descendit: ideoque unctio quæ hodie conficitur ad ungendum usque ad baptismum differtur, ut significetur Spiritum sanctum accipere. Ex his itaque patet in vespera Sabbati statim post baptismum esse confirmatum, & postea celebretur Paschale convivium, & quod quibusdam placet saltem in paucis esse, tunc confirmationis ministerium inchoandum: quia igitur de triplici oleo mentio facta est, notandum est quod triplex Sacramentum ex eadem substantia sit olei, ad ostendendum quod licet unus sit Spiritus sanctus multiformis: est tamen secundum dona sua. unde Aposto. 1. ad Corin. 12. cap. Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, &c. Hoc triplici oleo coaptantur quod inde apparebit si olei triplicem proprietatem attendamus: olea enim, ut dicit Isido. est arbor pacis insignis: pinguedo hujus valet ad reficiendos artus lapsos & infirmos, & est pabulum luminis quod est arbor pacis, refertur ad oleum chrismatum quod est luminis, refertur ad oleum cathecumenorum quod artus lapsos infirmos reficit ad oleum infirmorum: hæc igitur tria præcedentibus verbis oleo coaptantur, si quidem in multitudine pacis esse videtur qui dulcedinem internæ suavitatis gustavit. sicut Psal. Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Saporem hujus dulcedinis senserat ille qui dicebat: Gratia Dei sum id quod sum. 1. ad Corint. 15. c. Hæc gratia est donum sapientiæ quæ intelligitur pacis oleum verum: quia hunc saporem libenter in alium derivat vir fidelis: idcirco alii datur sermo scientiæ. Scientia enim est doctrina qua fidelis aliorum verbo vel ad minus exemplo construitur qui per balsamum intelligitur: & quia Apostolus in hoc laboravit: idcirco cùm dixisset, Gratia Dei sum id quod sum, statim subjunxit: Et gratia Dei in me vacua non fuit. hæc duo simul conjuncta scilicet oleum & balsamum, id est dulcor sapientiæ & odor doctrinæ perfectum faciunt fermentum, quæ duo scilicet sapientia & doctrina ad oleum chrismatum pertinent. ad oleum verò cathecumenorum fides quæ mentem illuminat sicut oleum lumen præstat: fides enim valet ad duo, scilicet ad purgamentum, & tamen purgat præterita vitia & tutelam præstat contra futura sicut verba consecrationis hujus olei manifestè ostendunt ad oleum infirmorum pertinet gratia sanitatum, id est sanitas corporis & mentis. Valet enim contra utriusque ægritudinem, sicut ex verbis benedictionis ipsius liquet. Quare autem infirmi & cathecumeni inunguntur & de unctionibus quæ fiunt ex hoc triplici oleo dictum est. Nunc videndum est de ipsorum oleorum consecrationibus. Primò de oleo infirmorum. Secundò de oleo chrismate. Tertiò de oleo sancto.

121. Primò ergo de oleo infirmorum dicendum est. nam illud prius est consecratum quam chrismatum & sanctum: & est ratio quia illius Sacramentum prius fuit tempore quam chrismatis vel sanctum. nam Dominus Discipulos suos docuit infirmos, & curabantur. & Jaco. Aposto. ait. Infirmatur quis, &c. Oleum verò chrismatum & sanctum: scilicet cathecumenorum ab Ecclesia instituta sunt: licet & in veteri Testamento aliqua de utroque habeatur similitudo. Ibi namque duplex oleum invenitur: unum videlicet chrisma quo ungebantur Reges. Præcepit enim Dominus Moysi ut conficeret chrisma quo ungeret tabernaculum in dedicationem templi ut arcam testamenti Aaron Reges & sacerdotes & filios ejus, dicens: Sument aromata prima & oleum inde est quod unctione chrismatis Ecclesias & calices consecramus, Reges etiam & Pontifices inungimus. Moyses tamen oleo materiali non legitur inunctus: sed solum spirituali sicut & Christus. Oleum etiam sanctum à lege sumpsit exordium quo Reges tantum & sacerdotes ungebantur: alii dicunt quod oleum infirmorum Apostoli instituerunt qui cum illo ægrotos ungebant: oleum verò chrismatum & cathecumenorum Apostolici vivi constituerunt: & ideo consecratio olei infirmorum prior est tempore quam chrismatis: & etiam quam olei sancti, quia prior & major & venerabilior est doctrina Apostolorum quam Papæ. Hujus autem olei consecratio non habet tale principium quale aliæ habent, quia non dicitur in eo Dominus vobiscum, nec Oremus, nec Sursum corda, nec etiam talem habet finem: qualem in aliis consecrationibus dicimus: sed sic clauditur in nomine Domini nostri Jesu Christi. & est ratio, quia benedictio ipsius olei sancti non est officium per se: sed est emboliſmus præcedentis officii quod apparet, quia cum ponatur ante illud verbum canonis per quem hæc omnia Domine bona semper creas, statim benedictione ipsa finita subjungitur, per quem hæc omnia, &c. & sic est emboliſmus. i. adjectio præcedentis officii, scilicet illius orationis, nobis quoque peccatoribus, ubi pro pœnitentibus oratur: est enim duplex emboliſmus: sed quare consecratio hujus rei Canon adjicitur? respondeo primò, quia ibi rationabiliter oleum morientium conficitur, ubi mors Domini consummatur: ut sicut mors Domini destruxit mortis auctorem: sic gratia quæ per unctionem morienti confertur, destruat peccata quæ sunt causa mortis. Secundò duo sunt de quibus in hoc officio agitur, scilicet immolatio Christi & immolatio Ecclesiæ: &

Source : BIU Cujas

immolatio Eccleſiæ fit cum peccatum moritur, de immolatione Chriſti fit mentio in introitu ; nos autem gloriari & ſpecialiter in Canone de immolatione Eccleſiæ fit mentio in epiſtola ubi dicitur : Si noſmetipſos judicaremus, non itaque judicaremur. ſunt etiam & alia duo, ſcilicet infirmitas & medicina.

122. Infirmitas ex peccatis ſæpe provenit, medicina de gratia Dei, de infirmitatibus, ait Paulus in Epiſtola : Qui indignè manducat & bibit corpus & ſanguinem Domini, judicium ſibi manducat & bibit non dijudicans corpus Domini : idcirco inter nos infirmi & imbecilles & dormiunt multi de medicina. dicit Jac. Infirmatur quis ex vobis inducat preſbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum ungendo eum oleo, in nomine Domini : & oratio fidei ſalvabit infirmum, &c. & ſi in peccatis ſit dimittuntur ei : ſi igitur propter ea infirmantur : quia manducant corpus Domini indignè, & gratia Spiritus ſancti quam ſignificat hæc unctio eos ſalvat meritò conficiationi corporis Domini adjicitur: conſecratio hujus olei per Paſſionem Domini cujus commemoratio fit in conſecratione corporis proſtratus eſt diabolus & gratia Spiritus ſancti : cujus ſignum eſt unctio diaboli, arma, id eſt, peccata quotidiana tolluntur tertio : ideo conſecratione olei infirmorum conſecrationis corporis Chriſti adjungitur : quia noviſſima oratio conſecrationem corporis Chriſti ex voto pœnitentium fit congrue, igitur ſub ea conſecratur oleum pro pœnitentibus ubi eorum ſacrificia offeruntur Domino, conſequenter attendamus aliqua verba conſecrationis hujus olei. Infirmorum dicitur enim ibi ſic : Emitte ſpiritum paracletum in hanc pinguedinem olei, nempe non ſine cauſa ponitur paracletum, id patebit ſi triplicis olei efficaciam attendamus, oleum ſanctum præcepit ſive in exorciſmo olei ſancti : ſed cathecumenorum præcipitur diabolo ut recedat à cathecumeno qui adhuc reputatur mortuus quouſque non eſt baptizatus oleum chriſmale, jam viventes ſanctificat oleum infirmorum ſanctitatis medelam præſtat, quia verò ægritudine dolor : unde in eadem conſecratione olei infirmorum dicitur ad evacuandum omnes dolores & omnem ægritudinem ſequiturque dolorem conſolatio : ideò rectè ibi ponitur paracletum quod interpretatur conſolator : in mortuo autem qui dolorem non ſentit non ſequitur conſolatio : ſed nec ſanus & ſanctificatus quia in eo non eſt infirmitas ex qua dolor indiget conſolatione circa oblationem ejuſdem olei infirmorum notandum eſt : quia in ordinario ita ſcribitur, offeratur Pontifici oleum quod offerent Deo, antequam dicatur per quem Domine hæc omnia ſemper bona creas. nempe hoc in Exod. 27. c. præfiguratum eſt. ubi dicitur Moyſi, quod accipiat à populo oleum olivarum puriſſimum : oleum ſiquidem cum offertur à populo : tamen liquor eſt, ſed per benedictionem fit Sacramentum : myſticè autem hæc oblatio ſive adminiſtratio ſignificat.

123. Quod populus debet clero temporalia miniſtrare ſpiritualia miniſtranti ei. unde Apoſtolus ait, Si ſeminavimus vobis ſpiritualia non eſt magnum ſi veſtra temporalia meramus. conſecrat autem oleum Epiſcopus cum omnibus ſacerdotibus ei aſtantibus, quia hoc Sacramentum fuit à Chriſti diſcipulis inſtitutum : vel tractum eſt ab antiqua conſuetudine qua conſueverat Eccleſia primitiva ſimul cum Pontifice verbis & manibus corpus Chriſti conficere forte ad teſtimonium, prout hodie in Miſſa de ordinibus cum ordinatore faciunt ordinarii. nam & ſummus Pontifex quotiens divina celebrat ſacerdotes & aſtantes verbis & manibus cum eo conſecrant & quia, ut jam dictum eſt, hujus olei conſecratio eſt emboliſmus canonis, idcirco eam totam ſicut & canonem ſacerdotes cum eo dicunt, inde perficit officium Epiſcopus uſque ad illum locum, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum : & Clerus reſpondet, & cum Spiritu tuo. & tunc tacet, & ſolus Epiſcopus communicat.

124. Nunc reſtat ut videamus de oleo chriſmali. Fabianus Papa ſtatuit ut die cœnæ ſingulis annis deberet confici chriſma, quia novum eſt Sacramentum : & ideo ſemper eſt innovandum & vetus concremandum : ita enim Apoſtolus eorum ſucceſſoribus accepit à cunctiſque tenenda mandavit, circa quod ſciendum eſt quod chriſma conficitur ex balſamo & oleo : ut ſuprà fuit dictum propter myſticam rationem, quoniam per oleum nitor conſcientiæ deſignatur, juxta illud Evangelii : Prudentes virgines acceperunt oleum, &c. Per balſamum verò exprimitur odor famæ per quod in libro Sap. dicitur, Sicut balſamum aromatizans dedi odorem. oleo ergo quod lucet additur balſamus qui redolet : quia fide operante per dilectionem literæ, & bona fama redolere ad honorem Dei, ad utilitatem proximi debemus. odor enim balſami in oleo bonam operationem longè latéque diffuſam gratia Spiritus ſancti cooperante demonſtrat. Secundo additur oleum balſamum ad ſignificandum quod in vultu Chriſti reſplenduit cæleſtis nitor & gratia excellentius quàm in aliis. nam ut Hieremias ait : Virgo de Virgine natus qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri : ſed ex voluntate Dei natus eſt. niſi habuiſſet multa oculis quæ quoddam deſiderium nunquam cum intenti deſiderio ſecuti fuiſſent Apoſtoli, nec qui venerant ad ea comprehendendum corruiſſent, iſte nitor operante Dei gratia vultus electorum exhilarat ut Dominum cum magna electione imitemur. unde in præfatione quæ cantatur in conſecratione chriſmatis dicitur David prophetico ſpiritu gratiæ tuæ Sacramenta prænoſcens vultus noſtros in oleo exhilarandos eſſe cantavit : & paulo poſt hujus olei unctio vultus noſtros & nudos effecit ac ſerenos vultus noſtri ſunt operum noſtrorum manifeſtatio. Tertiò quoque balſamus oleo additur, ut omnes qui ex eo uncti fuerint operante gratia Spiritus Sancti converſioni doctrinam inungere nitantur : & hæc duo. ſ. vita & doctrina ſunt connexa in ſeptem donis Spiritus ſancti propter quod chriſmatis unctio fit. nam ſapientia ad vitam, intellectus ad doctrinam, conſilium etiam ad doctrinam, fortitudo ad vitam, ſcientia ad doctrinam, pietas ad vitam & timor ad vitam refertur, doctrina per balſamum intelligitur ut præmiſſum eſt.

125. Chriſma verò Græcè dicitur unctio Latinè quæ etiam Domino vero accommodavit. nam Chriſtus à chriſmate dicitur. i. unctus : conſecratur autem chriſma in eo loco ubi conſuevit dare pacem ſicut & oleum ſanctum. & hoc ideo ut pax & concordia per unctionem chriſmatis regnet in nobis : chriſmate enim ungitur ut donis Spiritus Sancti repleti Deo & hominibus pacificentur, quia in malevolum animum non introibit ſapientia : habet quidem chriſma officium per ſe quod inchoatur à ſurſum corda, & finitur per Chriſtum Dominum noſtrum qui vivit & regnat. Pertinet enim ad eos qui ſurrexerunt & vivunt in Chriſto ſane tanquam ſolus Pontifex communicavit ut præmiſſum eſt, ipſe vadit ſedere ſuper ſedem ſuam & tunc duodecim preſbyteri parati duodecim Apoſtoli ſignantes, & alii clerici diſcipulos ſignantes deſcendunt ad ſacrarium ad apportandum ſolemniter tam oleum chriſmale quam oleum ſanctum ſive cathecumenorum hoc modo recedunt, namque duo luminaria, & ſequuntur duæ cruces & in earum medio unus acolitus ferens ampullam cum oleo futuro chriſmali ſubſequuntur duo thuribula, & in eorum medio alter acolitus ferens aliam ampullam cum oleo futuro ſancto, ſubſequenter diaconus librum Evangelii ferens : deinde dicti preſbyteri & alii clerici bini ſequuntur quouſque pervenitur ad graduis ante altare : nempe duo luminaria : ſunt Lex & Prophetæ, quem nobis Salvatorem prænuntiaverunt : duæ cruces ſunt duo martyria ſine ſanguine : ſcilicet mortificatio

Source : BIU Cujas

corporis proprii quæ est crux à sinistris : & compassio proximi quæ est crux à dextris inter eas fertur oleum futurum chrismale quo inunguntur pugnatores, qui debent esse parati ad martyrium, & semper duplici martyrio debent se affligere crucem à sinistris habere. 1. ad Corinthios 9. Castigo corpus meum, & in servitutem redigo : crucem à dextris habebat idem qui dicebat 2. ad Corinth. 10. c. Quis infirmatur & ego non infirmor : qui scandalizatur & ego non uror : duo thuribula sunt duplex genus orationis, scilicet oratio pro removendis malis, & oratio pro adipiscendis bonis : hæc duo notat Psalm. cum dicit : Exaudi Deus orationem meam, scilicet quæ est pro adipiscendis bonis : & ne despexeris deprecationem meam, scilicet quæ est pro removendis malis. Inter duo thuribula fertur oleum futurorum cathecumenorum : quia pro cathecumenis est orandum & eos orare oportet ut ad robur quod per oleum chrismale significatur, valeant pervenire. inde Evangelium sequitur, quia in eo totius boni nostri est consummatio : presbyteri & alii bini sequuntur quasi dicant sponsæ Canti. primo. Trahe me post te & curremus in odorem unguentorum tuorum. Potest etiam dici quod ampulla cum oleo futuro cathecumenorum humanitatem Christi significat plenam Spiritu Sancto : duo luminaria duæ cruces : duo thuribula sunt Lex & Prophetæ quæ prædixerunt Christum & Dominum esse venturum : sequens verò Evangelium affirmat quod Lex & Prophetæ prædixerunt. presbyteri & clerici bini & bini sunt testes chrismatis : ministerii hi sunt Apostoli bini ad prædicationis officium destinati cooperatores & testes Christi cantus istorum, scilicet, ô Redemptor prædicationem & orationem significat Apostolorum : ampulla quoque in singulos ordines ad altare defertur per quos innuitur quod Dominus in corpore suo ante Passionem officia septem ordinum adimplevit primi summus deductione olei chrismatis & sancti sive cathecumenorum de sacrario usque ad sanctuarium. nunc dicamus de eadem nusquam usque ad Episcopum. postquam enim prædicta processio venit ad sanctuarium : tunc ante altare ad Orientem ordinatè se disponant ostiarii, lectores & exorcistæ : & acoliti, ita ut sextum locum obtineat subdiaconus qui illa die legit Epistolam. & post omnes est acolitus cum ampulla, ita quod omnes sunt sub umbraculo sub quo ampulla delata est à sacrario quæ defertur de uno ad alterum per quandam connexionem sindonis albæ, qua ex parte velata est ampulla quousque perveniat ad Episcopum, ita ut à medio sursum videri possit : nempe in connexione sindonis connexio intelligitur charitatis, ampulla chrismate corpus Domini ex Virgine Maria assumptum cum divinitate : scilicet Christum vivum esse significat præmissum ordinem quidam Ecclesiæ servant : est & alius ordo quem & alii servant. nam fertur ampulla cooperta sindone alba in sinistro brachio portante ampullam præcedit lumen, & antecedunt duo sacerdotes, unus cum thuribulo, alius cum cruce, & in medio eorum diaconus cum libro Evangelii & super capita eorum fertur umbraculum seu pallium, & duo antecedunt cantando : quo facto repræsentatur processio quam fecerunt filii Israël tendentes ad terram promissionis : quoniam sindon est arca, ampulla urna lumen præcedens ampulla columna ignis quæ præcedebat populum sacerdos cum thuribulo. Aaron cum thuribulo nu. 17. c. sacerdos cum cruce. Josue cum sceptro, diaconus cum lib. Evange. Moyses cum libro legis umbraculum est tabernaculum vel nubes lucidissima quæ filios Israël obumbravit, qui cantantes præcedunt lætitiam eorum significant, qui ad terram promissionis transierunt : vel duo cantatores sunt prædicatores, duo præcepta charitatis annuntiantes. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. in hoc etiam facto repræsentatur processio Christi & Ecclesiæ tendentes de hoc mundo ad patriam : nempe ampulla est Christus : sindon alba est sancta conversatio ejus in sinistro brachio tenetur : quia hæc omnia in hac vita quæ per sinistrum significatur, apta sunt, vel quia conversatus est in vita præsenti. Lumen præcedens est Joannes, qui fuit lucerna ardens : diaconus in medio duorum Sacerdotum est Christus in medio Moysi & Heliæ. Duo præcedentes cum lumine sunt discipuli quos binos misitante faciem suam : ampulla fertur cooperta usque ad altare. & tunc discooperitur, quia quasi Christus coopertus fuit usque ad Passionem : nam pene ab omnibus ejus conversatio sancta dicebatur. sed in passione fuit nudus hominum reputatione : quia qui paucis diebus ante dixerant Benedictus qui venit in nomine Domini, clamaverunt, crucifige, crucifige eum. quidam tamen priusquam ad altare perveniant ampullam mediam cooperiunt & mediam nudam ad altare producunt : quia Christus ante passionem modo latuit ut cum fugit in Ægyptum & cum inter cognatos quærebatur, & cum parentibus subjiciebatur modo se palam exhibuit ut cum prædicavit ultra hominem, dicens : Ego & Pater unum sumus : & cum miracula fecit in quibus virtutem suæ divinitatis ostendit. ampulla statim postquam benedicta fuit cooperta : & ex parte discooperta, ut ablata fuerat salutatur ab Episcopo & Presbyteris, quia Christus postquam transivit ad altare crucis. i. ad immolationem, & se obtulit Deo Patri, sicut ampulla ad consecrationem Episcopi aliqua parte corpus suum nudum monstravit, ut Thomæ & aliis discipulis, ut quos voluit esse testes suæ resurrectionis : aliis verò invisibilis fuit : vel ideo pro parte nuda & pro parte discooperta : quatenus in humanitate manifestus, & in divinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutantur autem ampullæ quinquies ab Episcopo, ut de quinque vulneribus actio Christo reddatur. postquam autem ampulla salutata est à ministris altaris cooperitur ut à nemine nuda videatur & cooperta iterum salutatur, quia Christus postquam salutavit & manifestavit se discipulis suis quos voluit suos suæque resurrectionis esse testes, ascendit in cælum & invisibilis factus est hominibus : sed quamvis & præsentiam corporalem non videamus : tamen venerando eum quotidie salutamus : quia & discipuli eum ascendentem in cælum adoraverunt : tamen ampulla in sacrarium defertur ut Christus in cælum quem veneramur per fidem donec perveniamus ad ipsum : ideo sindon munda est ejus caro vel conversatio immaculata. Sanè Episcopus ter halat in ampullam. primò quia sicut halitus ab interioribus & secretis cedit ad publicum, & vocatur Spiritus : sic Episcopus per Spiritum suum demonstrat Spiritum sanctum à Patre & Filio procedentem in corpore Domini habitare. ampulla enim cum chrismate corpus significat cum divinitate. ampulla verò cum oleo humanitatem plenam Spiritu sancto designat. Secundò etiam halat, quia legitur Evangelio Dominus insufflavit discipulis, dicens : Accipite Spiritum sanctum, &c. Hic igitur alius illam insufflationem significat : ideo autem ter halat, quia tres personæ sunt, & numquam Spiritus sanctus est sine Patre & filio à quibus procedit & à se ipso venit. Datur autem Spiritus sanctus officio sacerdotum, sed non datur ab aliis. sic enim adest virtus Spiritus sancti per insufflationem à sacerdote facta in honore & significatione ipsius Spiritus sancti secuti per verba, quæ dicuntur in nomine suo. His peractis cantatur, Agnus Dei : & communio tertio loco circa oleum sanctum seu cathecumenorum de cujus deductione præmissum est secundum quod hæc olei benedictio proprium habet officium. nam post ejus exorcismum quem Episcopus lenta voce dicit quasi præfationem inchoat dicens : Dominus vobiscum, sursum corda : & finitur, Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum qui tecum vivit, &c. Et in eo loco consecratur ubi dicitur, Pax Domini, &c.

Source : BIU Cujas

Hoc enim est opus gratiæ Dei ut pacem & concordiam inter nos habeamus, & per unctionem pax habeatur. Olea nempe, ut dictum est, arbor pacis & insignis quod præfiguratum est in veteri Testamento, sicut verba hujus consecrationis habent quæ sunt hæc & cum mundi crimina ex diluvio narrentur effuso similitudinem futuri numeri, demonstrans per ramum virentis olivæ pacem terræ redditam nuntiavit: vel etiam hujus olei unctio ad duo, scilicet ad purgationem & tutelam, ad purgationem ut si quæ cathecumeno postquam venit in scrutinium adhærere maculæ recedant ad tutelam, ut diabolus expulsus redire non audeat verba orationis hoc demonstrant dicendo, si quæ illis adversantium spiritum tuum adhæserunt maculæ recedant ad tactum hujus sanctificati olei, hæc de purgatione de tutela sequitur nullis spiritualibus nequitiis locus, nulla refugiis virtutibus facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquentibus.

126. Item circa consecrationem altaris dicit Inno. in ca. 1. de conse. eccle. vel alta. quod in locis non consecratis potest Missa celebrari cum altari viatico. & dicit locum esse consecratum, ex quo ibi est altare viaticum consecratum per Episcopum. & sic secundum eum non obstat compromissarium. de consec. dist. 1. sed advertendum est, quia Archidia. post aliquos antiquos doc. tenet contrarium in d. c. Missarum. de consec. di. 1. dicens quòd ubi in Ecclesiis consecratis non potest celebrari etiam cum altari viatico nisi concurrat licentia Episcopi: [a] in locis autem consecratis & sine altari viatico non sufficit licentia Episcopi. & hanc opi. dicit d. Abb. in rub. de consec. eccle. vel alta. esse de jure veriorem. & pro ea alleg. c. fi. de privil. lib. 6. ubi de gratia est concessum Episcopis ut possint celebrare vel facere coram se celebrari in itinere super altari viatico: si enim hoc liceret de jure communi. prout Innoc. sentit, frustra concederetur privilegium. l. 1. C. de fide instru. ad idem allegat. c. unicuique & ca. si quis. extra de conse. dist. 1. ubi dicitur quod in oratoriis privatis non debet celebrari sine licentia sui Episcopi: & istam secundam opi. credo veriorem per cap. in his. de privile. & dicit tex. & ibi doc. in c. 1. & in c. proposuisti. de conse. eccl. vel alta.

a Hoc intellige nisi infra suam Diœcesim ut Sūma Angelica verbo Missa num. 40. C. M.

127. Quod altare propter fracturam vel mutationem reconsecratur: & si quæratur quæ est major ratio quod res inanimata semel consecrata iterum consecretur, ut patet quando ex aliquo incidenti execratur: secus videtur in re animata semel consecrata. nam nunquam execratur nec denuo consecratur. ut in c. 1. & quasi per totum. de sacra. non iteran. ex quo infertur quod fortior est consecratio quæ adhibetur rei animatæ quam rei inanimatæ, & potest esse ratio diversitatis. nam consecratio in re animata producit effectum suum circa animam. *ut in cap. 1. de sacra unc.* Unde etiam post mortem anima non relinquit effectum consecrationis. nam semel baptizatus vel ordinatus numquam desinit esse etiam post mortem baptizatus vel ordinatus. *ut not. per gloss. in c. 2. 33. q. 7. & domi. Abb. in cap. fraternitatis. de frigidis.* sed in re inanimata consecratio consistit in istis exterioribus, ut in muris sive in istis altaribus lapideis qui ex violatione consecrationis execrantur. *ut not. do. Abb. in c. 1. 2. not. de conse. eccle. vel alta.*

128. Et est notandum, quod Ecclesia vel altare in se non polluitur ex delicto hominum, sed ad terrorem fit illa reconciliatio ut homines videntes ex facto atroci sancta quasi polluantur, ita ut indigeant reconciliatione inducantur ad cogitandum quantum sit elaborandum pro expiatione proprii peccati: ex hoc infertur quod ubi ista fierent occultè non est opus reconciliatione: quia cessat causa inductiva, quod est bene notandum, ut facit glo. *in c. 1. de conse. eccle. vel alta. in 6. no. d. Abbas. in cap. proposuisti. col. 1. versi. sed contra prædicta. de consecra. eccle. vel alta.* ex quibus infertur, quod si dormiendo de nocte in Ecclesia interveniat pollutio nocturna, Ecclesia non indiget reconciliatione: licet quandoque contingat intervenire peccatum in pollutione. *per c. testamentum. 6. dist. & dicit do. Abb. post Io. An. in c. fi. de conse. eccle. vel alta.* quod Ecclesia vel altare isto casu non est reconciliandum: quia talis pollutio contingit occultè, & ea quæ occultè fiunt, non indigent reconciliatione per jura superiùs alleg. & dicit Vincen. *in c. conquerente. de offi. ord.*

129. Quod Episcopus debet & tenetur consecrare vel facere consecrari Ecclesiam expensis suis, quia propter hoc & similia habet redditus: nec obstat secundum eum. *c. cùm sit Romana de simo.* quia loquitur in consecratione, non autem in reconciliatione. istam opi. approbavit Archi. *in c. 1. de censi. in 6.* sed alii docto. in id refert Jo. And. *in d. c. proposuisti. de conse eccle.* distinxerunt, quod aut scitur quis violavit & est solvendo: & tunc expensis illius debet reconciliari. *argu. ca. fin. de iniu. & l. 1. ff. de eo per quem aut nescitur vel non est solvendo:* & tunc recurrendum est ad consuetudinem & statutum Ecclesiæ quibus deficientibus Rector & Parochiani debent procurare Episcopum. *ar. in d. ca.* cum sit in defectum omnium debet Episcopus facere expensis suis. *arg. 10. q. 2. cavendum.* & Jo. de Ligna. *in cle. 1. de censi.* ita tenet do. Abb. *in c. proposuisti. de conse. eccle. vel alta.*

130. Septimum requisitum in beneficio est quod Ecclesia sit consecrata, tamen licet non fuerit consecrata cum altari viatico, aut fixo, & consecrato, & interveniente licentia Episcopi, Missæ, & omnia alia ibi possunt celebrari. ut not. Archi. *in c. Missarum. de conse. distin. 1. & d. Ab. in rub. de conse. eccle. ut sup. fuit dictum.* adde Ange. de Clava. *in sua Summa titu. de consec. eccles.*

131. Tamen per illam consecrationem mutatur sibi nomen de basilica in Ecclesiam. ut dicit gl. *in c. 1. de relig. domi. & do. Abb. in rubrica de conse. ec.* sicut mutatur electo per consecrationem & efficitur Episcopus per jura superius allegata. *not. in cap. eam. de rescript.* & istæ consecrationes Ecclesiarum fiunt à proprio Episcopo, non ab alieno nisi de licentia proprii Episcopi. *per c. tua. & c. aqua. de conse. ec. vel alta.* non Episcopus, ergo non potest consecrare ec. etiam de licentia Episcopi nec & reconciliare. *ut cap. aqua de conse. ec.* & ibi dicit gl. quod ea quæ sunt ordinis, ut est consecratio Ecclesiæ non possunt delegari nisi Episcopo. [b] glo. & ibi doc. *in c. transmissam. facit. c. suffraganeis. de ele.* Et dicit Inno. *in c. aqua. de consec. ec. vel. alta.* quod Papa pluribus Episcopis concessit ut possint per simplices sacerdotes reconciliare Ecclesiam, aqua tamen prius per Episcopum benedicta, & sic patet quod ex concessione Papæ solum possint reconciliare non consecrare: intellige de Ecclesia consecrata, quia Ecclesia non consecrata bene potest reconciliari per sacerdotem aqua exorcizata tantum. *ut c. fi. de consec. ec. vel alta.* & ibi est bona glos. in verbo. *exorcizata* quia aqua exorcizata potest fieri per simplicem sacerdotem: ex quo patet quod non oportet quod fiat per Episcopum vel de licentia ejus, ut notat Angelus de Cla. *in sua summa titu. de consec. eccle. in prin.* Et istæ Ecclesiæ per Episcopum omni tempore possunt consecrari. *c. tua. & ibi domi. Abb. de conse. eccle. vel alta.*

b Vel saltem habenti ordinem ad quem spectat id quod committitur. C. M.

133. Et dicit *do. Abb. post glo. in c. proposuisti. eo. titu.* quod Ecclesia in tribus casibus est reconsecranda. Primus casus est quando nescitur an fuerit consecrata, ut puta quia non habet aliquod signum per quod appareat consecrata nec scriptura nec testis & hujusmodi, *ut de consecratio ecclesiæ. distin. 1.* quia non dicitur iteratum quod nescitur factum. *c. solemnitates. in prin. de conse. dist. 1. c. veniens de presby non bapti.* Secundus casus est in quo Ecclesia reconsecratur quando

Source : BIU Cujas

parietes sunt combusti & decrustati : & ratio est quia consecratio & linitio fit in ipsis parietibus. & ideo licet non corruant si tamen comburantur est reconsecranda. *gl. de conse. dist.* 1. *c. ecclesiis.* secus si tectum comburatur vel destruatur : quia non est reconsecranda. *ut c. ligneis. de conse. Eccle. vel alta.* Tertius casus est, in quo Ecclesia reconsecratur si parietes ita corruerint, quod de novo oportet ipsas reficere & de eisdem lapidibus : & licet glos. & aliqui ibi velint quod si nunc una pars reficiatur, & post alia quod non sit reconsecranda : tamen dominus Abb. [a] tenet ubi. sup. quod debet reconsecrari, & bene quia in spiritualibus consideramus veritatem & non fictionem. ut no. Archi. *in c.* 1. *de voto. lib.* 6. Ideo est verum quod non est illa prima Ecclesia nec consecratio quæ fuit in illa prima est in ista : quia non est liquor quæ commisceatur. & istam opinionem tenet Inno. *in rubri. isto titu. de consecratione ec.* & idem etiam sentit Dominus Abb. *in c.* 1. *de consecr. ec.* & Angelus de Clava. *in sua Summa. titu. de conse. ec. c.* 3. & dicit Dominus Abbas. *in d. c. proposuisti.* quod in sex casibus Ecclesia polluitur.

a Dic contra ut infra, nu. 96. C. M.

134. Primus est quando in ea effunditur sanguis, quod verbum *effusio* significat abundantiam. pro quo alleg. bonum text. cum glos. *in c. cum illorum.* §. *quod si clausirales. de senten. excommu.* & ideo ex modica læsione quamvis modicum de sanguine effluat non indiget reconciliatione quod est valde notandum. adverte quod ista effusio sanguinis oportet quod sit facta ex contentione vel ex injuria : quia si furiosus vel ligno cadente effunderetur sanguis, non esset reconcilianda : ut videtur sentire Hug. *de consecratio. distin.* 1. *ca. Ecclesiis. & Hostien. in c. si Ecclesia. de consecra. ec. vel alta.* istud sentit glos. *in c.* 1. *de consec. eccle. vel alta. in* 6. & Ange. de Clava. *in sua Summa titu. de consec. eccle.* §. 4.

135. Secundus casus est in quo Ecclesia polluitur, quando in ea aliquis occiditur licet sanguis non effundatur. puta quia suspenditur & hujusmodi : & intellige semper de homicidio violento vel injurioso secundum notata. *in c. uni. de consecra. eccle. vel alta. lib.* 6. secus in homicidio casuali : vel cum quis se defendendo alium occidit : vel si sanctus ibi occidatur, quia tunc est reconcilianda. sed glos. *in c. uni.* tenet quod in hoc ultimo casu polluitur & est reconcilianda : sed non lavandus est locus, ubi sanguis effusus est. [b] & istam opi. glos. tenet & sequitur Ange. de Clava. & bene & communiter observatur.

b Scilicet quando vir Sanctus occiditur. C. M.

136. Tertius casus additur in quo Ecclesia polluitur quando in ea committitur adulterium. ut not. gloss. in *dicto c. proposuisti. de consecratione eccle. vel alta.* & hoc intellige nisi esset factum manifestè : quia si occultè ut quia non probatur : tunc propter illud adulterium vel pollutionem nocturnam & occultam non fit reconciliatio, ut not. Dominus Abbas. *in dicto cap. fina. eod. titu.* Item dicit Do. de sancto Gemi. *in d. c. uni. de consecra. eccle. vel alta. in* 6. quod si quis sanæ mentis seipsum vulneret vel occidat in Ecclesia irato animo, tunc Ecclesia reconciliabitur. *per c. contingit. in princi. de senten. excommu.* quia homicida est, secus si esset furiosus & non sanæ mentis. *argu. cle. si furiosus. de homi.*

137. Quartus casus est in quo Eccl. polluitur quando excommunicatus sepelitur in Ecclesia vel paganus, quia si erat consecrata, est reconcilianda, & corpora prædictorum projicienda si discerni possunt ab aliis. *de consecra. dist.* 1. *Ecclesia. & de consecra. eccle. vel alta. c. consuluisti.* & ibi do. Abb. ita tenet.

138. Quintus casus est in quo Ecclesia polluitur, quando fuit consecrata per notorium excommunicatum : nam ea quæ consistunt in exterioribus benedictionibus & consecrationibus facta per notorium excommunicatum non debent per fideles exercitari ante reconciliationem. ut no. do. Ab. *in d. cap. consuluisti.*

139. Sextus casus est quando effunditur semen. *c. significasti. de adulte.* sed quando est occultum non polluitur Ecclesia ut suprà fuit dictum. ut tenet glo. *in d. c. uni.* & fit publicum vel ex confessione eorum qui fecerunt vel rei evidentia : & intelligunt quidam de omni effusione seminis illicita & criminosa. secus de effusione quæ fit in somniis & ea quæ fit in matrimonio causa procreandæ prolis. contrarium tamen tenet glo. *in d. cap. uni.* & ibi per Doct. ut habeant locum in omni pollutione. & hic magis consonat tex. *in c. in Ecclesiis. de consec. dist.* 1. & hoc est tenendum secundum Ang. de Clava. *in sua Summa. tit. de conse.* §. 6.

140. Item notandum est quod istæ consecrationes & dedicationes Ecclesiæ initium habuerunt in veteri Testamento. Moyses Domino præcipiente fecit templum, & sacravit illud cum mensa & altari ejus & æreis vasis utensilibus ad divinum cultum explendum, & non solùm divinis precibus ea sacravit, verumetiam sancti olei unctione Domino jubente linivit. *ut* §. 1. *de consecra. dist.* 1. legitur enim Dominum præcepisse ipsi Moysi ut chrisma conficeret, quo ungeret tabernaculum in dedicationem & arcam Testamenti. Salomon quoque filius David jubente Domino perfecit templum cum altari & reliqua ad divinum cultum peragendum consecravit sicut in libro Reg. habetur. 3. Regum 6. *c. tex. in c.* 1. *de consecra. dist.* 1. Nabuchodonosor etiam rex vocavit omnes satrapas optimates & tyrannos ad dedicationem statuæ aureæ quam fecerant Judæi : ergo sicut legitur in Burcado *in* 4. *cap.* loca in quibus Domino sacrificabant divinis habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis quam Deo dedicatis locis munera Domino offerebant. si igitur illi qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant quanto magis nos quibus veritas patefacta est, & gratia & veritas per Jesum Christum data est templa Domino ædificare : & prout melius possumus ornare atque à divinis precibus & sanctis unctionibus cum altaribus & vasis : vestibus quoque & reliquiis ad divinum cultum implendum utensilibus devotè & solemniter ex institutione Felicis Papæ III. sacrare debemus. Rursus cum insidia in civitate Baruch, Judæi quando imaginem crucifixi pedibus conculcarent, & latus ejus perforarent mox inde sanguis & aqua exivit : Judæi autem hoc viso mirati sunt & infirmi eorum hoc sanguine deliniti ab omnibus infirmitatibus suis liberati sunt, propter quod omnes Christi fide susceptâ baptizati sunt, & synagogas eorum in Ecclesias consecraverunt & inde mox inolevit ut Ecclesiæ consecrarentur cum prius tamen altaria consecrarentur : propter hoc etiam miraculum ordinavit Ecclesiam fieri in memoriam Dominicæ Passionis. 5. Calen. Decembris : & eadem ratione consecrata est Ecclesia in honorem Salvatoris, ubi quædam ampulla cum illo sanguine reservatur & solemne festum tunc agitur.

141. Secundò notandum quod solus Pontifex, ut suprà fuit dictum, potest Ecclesias & altaria dedicare. 26. *q.* 5. *ministrare. & de conse. dist.* 1. *cap. nemo. & cap. quod in dubiis. de consecra. Eccle. vel alta.* quoniam gerit imaginem & figuram Pontificis Christi spiritualiter dedicantis, sine quo nil possumus in Ecclesia stabilire unde ipse ait : *Sine me nil potestis facere.* ut Psalm. *Nisi Dominus ædificaverit, &c.* unde concilium Carthaginense 26. *q.* 6. *cap.* 3. prohibet hoc facere à sacerdote, nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari sine Ecclesia, ut sacri edocent Canones. *de conse. dist.* 1. *c. nemo. & de conse. Eccle. vel alta.* cum sicut dedicanda non est Ecclesia, nisi prius dotata sit & explicitè acquisitis. 1. *q.* 1. *c. non est putanda.* Legitur enim quod dum quidam Episcopus Ecclesiam de usuris & rapinis constructam consecraret : vidit post altare Diabolum stantem in cathedra in habitu Pontificali, qui dixit Episcopo, *Cessa Ecclesiam consecrare*, ad meam enim Jurisdictionem

Source : BIU Cujas

pertinet cum sit ex usuris & rapinis facta. Episcopo verò & clerico territis & inde fugientibus. Diabolus continuò ipsam Ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. Rursus Ecclesia quæ pro quæstu cupiditatis constructa est consecranda non est: *ut c. si quis basilicam. de consecratio. dist.* 1. & cum dos sufficiens assignata non est. *c. cum sicut. de consecra. Eccle. vel alta.* & in qua paganus vel infidelis sepultus est. *c. Ecclesia. primo & secundo. de consecratio. distin.* 1. donec inde fuerit ejectus ab Ecclesia & abrasis prius parietibus vel tignis reconciliata. Idem etiam est de excommunicato. *c. sacris. de sepul.* Si verò mulier prægnans illic sepulta sit ea non ejecta poterit consecrari, licet partus baptizatus non sit facit. *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inspicien. & ff. de statu homi. qui in utero. & de conse. dist.* 4. *si ad matris. & c. sequenti.*

142. Item notandum est quod Ecclesia dedicatur propter quinque causas. Primò ut Diabolus & ejus potestas inde penitus expellatur, unde quædam Ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur & reliquiæ sancti Sebastiani & beatæ Agathæ illuc delatæ fuissent, populus ibi congregatus porcum repente inter pedes huc illucque discurrere senserunt qui fores Ecclesiæ repentes à nullo videri potuit omnesque commovit quod idcirco Dominus ostendit ut cunctis patefieret, quod de oleo eodem immundus habitator exiret: sequenti autem nocte magnus in ejusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est ac si in eis aliquis errando discurreret. Secunda verò nocte gravior sonus increvit. Tertia quoque nocte tantus strepitus insonuit ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset eversa, statimque recessit, nec ulterius apud illam antiqui hostis inquietudo apparuit.

Secundò, ut ad eam confugientes salventur: & Joab in tabernaculum fugit & cornua altaris apprehendit. 23. *quæst.* 5. *cap. reus.*

Tertiò, ut ibi orationes exaudiantur: unde in oratione ad Missam dicitur. Concede ut omnes qui huc deprecaturi conveniunt ex quacunque tribulatione consolationis ut beneficia consequantur: sic etiam oravit Salomon in templi dedicatione, prout legitur. 3. *Regum* 8. *c.*

Quartò, ut ibi Deo laudes solvantur, ut suprà dictum est.

Quintò, ut ibi sacra Ecclesiastica ministrentur: unde ipsa Ecclesia dicitur tabernaculum quasi taberna Dei in qua sacra divina continentur & ministrantur, ut notat Spec. *lib.* 1. *titu. de dedicatione Ecclesiæ, in libro nominato Rationale divinorum.*

143. Item Ecclesia consecratur per Episcopum hoc modo: nam omnibus de Ecclesia ejectis solo diacono ibi remanente recluso Episcopus cum clero ante fores Ecclesiæ aquam sine sale benedicit: & interim intrinsecus ardent duodecim luminaria ante duodecim cruces in parietibus Ecclesiæ depictas. Postmodum vero clero & populo insequente, ter circumeundo Ecclesiam exterius cum fasciculo hyssopi parietes cum aqua jam benedicta aspergit: & qualibet vice januam Ecclesiæ veniens percutit superliminare cum baculo pastorali, dicendo: *Attollite portas principes vestras*, &c. Diaconus deinde respondet, *Quis est iste Rex gloriæ.* Cui Pontifex dicit, *Dominus fortis*, &c. Tertia verò vice referato ostio ingreditur Pontifex Ecclesiam cum paucis ex ministris clero & populo foris manente dicit: *Pax huic domui.* & dicit litaniam. Deinde in pavimento Ecclesiæ fiat cum cinere & sabulo ubi literis Græcis & Latinis totum describitur alphabetum. Et interim aliam aquam sanctificat cum sale, cinere, & vino, & altare consecrat. Deinde duodecim cruces in parietibus depictas chrismate inungit: sanè quæcumque hic invisibiliter fiunt Deus per visibilem virtutem in anima operantur, quæ veri Dei templum est ubi fides facit fundamentum: spes erigit, charitas consummat. Ipsa enim Ecclesia Catholica ex vivis multis lapidibus adunata Dei templum est, quia multa templa unum templum, quorum unus est verus Deus & una fides: domus igitur dedicanda est anima sanctificanda. Et est notandum quod consecratio duo efficit. nam ipsam Ecclesiam materialem Deo appropriat & nostram. s. tam Ecclesiæ quam fidelis animæ desponsationem sumat. Domus namque consecrata est sicut puella viro alicui destinata, non tamen dotata nec maritali commercio in unione carnis unita, sed in consecratione dotatur, & transit in propriam Jesu Christi sponsam quam sacrilegium est, per adulterium ulterius violari desinit unum lupanar esse dæmonum, ut patet in consecratione illius templi, quod antea panteon vocabatur. Primò ita dicendum est de aquæ benedictione, super quo dicit Dominus: *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum.* Aqua enim quæ lavandis corporibus idonea est, tantam divinitus virtutem accipere meruit. s. corpora lavat à sordibus, ita & animas mundat à peccatis. Manifestum quidem est quod hæc aqua cujus aspersione Ecclesia consecratur baptismum significat, quia quodammodo ipsa Ecclesia baptizatur: ipsa verò Ecclesiæ illam utrique Ecclesiam designat quæ in ea continetur, scilicet fidelium multitudinem: unde etiam Ecclesia vocatur eo quod Ecclesia contineat continens videlicet pro contento.

144. Quærendum autem est quare huic aquæ sal immisceatur: cum Salvator noster de baptismo loquens nullam de sale fecerat mentionem. Non enim dicit, nisi quis renatus fuerit ex aqua salsa, vel sale mixta, vel aliquid hujusmodi: sed dicit nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. & id ipsum de oleo & chrismate quæri potest. Sed notandum est quod sal in divino eloquio sæpe pro sapientia ponitur, juxta illud: *Sermo vester sit sale conditus.* & Dominus inquit discipulis suis: *Habete sal in vobis & pacem inter vos.* Itemque, *Vos estis sal terræ, quod si sal evanuerit in quo condietur.* 3. *q.* 7. *c.* Item in Evangelio. Hinc etiam est quod secundum legem nulla hostia sine sale offerebatur, sed in omni sacrificio offerebatur. Ex quibus omnibus committitur quod sal pro sapientia ponitur. Est enim sapientia condimentum omnium virtutum sicut sal omnium ciborum. Hinc ergo est quod nullus baptizatur prius quam sale cibetur & infantes ut quod actu habere non possunt, habeant saltem significationem Sacramenti; nec sine sale benedicitur aqua viva aut interius aut exterius cum hyssopo & aqua benedicta aspersio trinam baptizandi immersionem significat, & fit propter tria. Primò propter dæmonum expulsionem: nam aqua benedicta propriè de sui virtute habet dæmones expellere. unde in exorcismo ejus dicitur, ut fiat aqua exorzizata ad effugandam omnem inimici potestatem & ipsum inimicum eradicare. Secundò, propter ipsius Ecclesiæ purgationem & expiationem. Omnia namque terrena propter peccatum corrupta sunt & fœdata: hinc etiam est quod in lege omnia penè mundabantur per aquam. Tertiò propter removendam omnem maledictionem, & introducendam benedictionem. Terra enim ab initio cum fructu suo maledictionem accepit. eo quod ex ejus fructu decoctio facta fuit: aqua verò nulli maledictioni subjacuit.

145. Hinc est quod Dominus piscem comedit, sed carnem non legitur nominatim comedisse nisi de Agno Paschali, & hoc propter legis præceptum in exemplum. s. abstinendi aliquando à licitis, aliquando eadem comedendi. Rursus apertio in circuitu facta significat quod Dominus curam suorum habens mittit Angelum suum in circuitu timentium se. Tria verò responsoria, quæ interim decantantur, est hilaritas trium ordinum fidem suscipientium. s. Noe, Daniel, & Job: & quoniam ad hanc invocationem gratiæ

Source : BIU Cujas

fidei, spei & charitatis infunditur, ideo ad pedem & ad medium & ad partem parietis superiorem aspergitur: de interiori etiam aspersione statim dicetur. Triplex verò circuitus, quem Episcopus aspergendo facit triplicem circuitum, quem Christus fecit propter Ecclesiæ sanctificationem designat. Primus fuit quando venit de cælo in mundum. Secundus, quando de mundo descendit in limbum. Tertius, quando de limbo rediens, & resurgens ascendit in cælum. Triplex quoque circuitus ostendit quod Ecclesia illa ad honorem Trinitatis dedicatur. Ostendit etiam triplicem statum salvandorum de Ecclesia, qui sunt virgines continentes, & conjugati: quod etiam dispositio ipsius Ecclesiæ materialis ostendit. Porrò trina superliminaria ostii percussio significat triplex jus, quod Christus habet in Ecclesia sua propter quod sibi debet aperiri. Est enim sua creatione, redemptione & glorificationis promissione: nam Pontifex Christum virga ejus potestatem figurat. Rursus per triplicem percussionem januæ cum virga pastorali prædicatio Evangelica intelligitur: quid enim est virga pastoralis nisi sermo divinus juxta illud Esa. *Percutiet terram virga ita sermo*, &c. virga igitur januas percutere est aures audientium prædicationis voce pulsare. Aures enim portes sunt per quas ad corda sanctæ prædicationis verba introducimus: unde Psal. *Qui exaltas me de portis mortis ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion nisi aures & auditus fidelium.*

146. Tertio triplex cum virga percussio, & januarum apertio significat quod per prædicationem Pastorum infideles venient ad fidei consensum. Per illam enim portæ justitiæ aperiuntur, & illas ingressi fidem confitentur: unde Psal. *Aperite mihi portas justitiæ & ingressus in eas confitebor Domino, hæc porta Domini, justi intrabunt per eam.* Percutit etiam Episcopus in superliminari. s. rationis dicens. Super vos principes. i. dæmones seu potius homines tollite, id est, auferte portas, id est, ignorantias vestras, id est, à cordibus vestris. Interrogatio verò Diaconi inclusi respondentis in personam populi, quis est iste Rex gloriæ, est ignorantia populi nescientis, quis est iste qui debet intrare: apertio ostii evacuatio est peccati. Rectè ergo Episcopus ter percutit: quia numerus iste notissimus & sacratissimus est, & in omni dedicatione Episcopus ter januas percutere debet, quia sine invocatione Trinitatis nullum fit in Ecclesia Sacramentum. Trina verò proclamatio, tollite portas, &c. significat triplicem potestatem Christi, videlicet quam habet in cælo, in mundo & inferno: unde in hymno ascensionis dicitur: Ut trina rerum machina cælestium, terrestrium & infernorum condita flectunt genu tam subdita. Consequenter ostio aperto intrat Episcopus ad notandum quod si debite utatur officio suo nil ei resistere potest. juxta illud: *Domine quis resistet potentatui tuo.* Ingreditur autem cum duobus vel tribus, *ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum consecrationis*: vel quia paucis præsentibus Dominus se transfigurans pro Ecclesia orat & ingrediens dicit, *Pax huic domui & omnibus habitantibus in ea*, quia Christus in mundum ingrediens pacem inter Deum & hominem fecit. Venit etiam ut nos Deo Patri reconciliaret: pro hoc cum dicitur Litania prostratus orat pro sanctificatione domus: nam & Christus humiliatus ante Passionem pro discipulis ei credituris omnibus orabat: *Domine Pater sanctifica eos in nomine tuo.* Postquam verò surrexit orat sine salutatione: quoniam non dicit Dominus vobiscum cùm Ecclesia nondum sit baptizata, & quia cathecumeni tantum non sunt digni ut eis fiat applausus cùm nondum sint sanctificati. Est tamen pro eis orandum, clerus orans & Litaniam cantans Apostolos repræsentant qui pro Ecclesia & animarum sanctificatione ad Deum intercedant. In pavimento Ecclesiæ scribitur alphabetum hoc modo: fit enim crux de cinere & sabulo ex transverso Ecclesiæ super quam crucem pulveris scribitur alphabetum in modum crucis literis Græcis & Latinis: non autem Hebraicis, quia Judæi recesserunt à fide, & scribitur cum baculo pastorali: sanè alphabetum super crucem scriptum tria repræsentat. Primò quidem scriptura ex Græcis & Latinis literis in modum crucis facta repræsentat commixtionem seu unionem in fide utriusque Apostoli: Judæi videlicet & Gentilis per crucem Christi factam: juxta illud Jacob, *Cancellatis manibus filios benedixit.* Ipsa vero crux sive versus ex transverso, directis videlicet unus à sinistro angulo Orientis in dextrum Occidentis & alter à dextro Orientis; in sinistrum Occidentis significat quod Apostolus ille qui prius erat dexter factus est sinister. Et qui erat in capite factus est in cauda & è converso. hoc propter crucis virtutem Christus ab Oriente transiens relinquit Judæos in sinistra, quia infideles evenit ad Gentes, quibus licet in Occidente fuissent dictæ in dextera, & tandem agentibus in dextera Orientis positis visitabit Judæos in sinistro angulo Occidentis, quos restat deteriores esse quam prius invenerit Gentiles: ideò autem in obsequium, & in modum crucis, & non in directum hæ literæ scribunt, quia ad hanc sanctam intelligentiam pertingere non valet qui crucis mysterium non recipitur, & Christi passione non se credit esse salvandum, in malevolam animam non introibit sapientia, & ubi Christus fundamentum non est superædificari non potest. 1. q. 1. cum Paulus. secundo scriptura alphabeti repræsentat paginam utriusque Testamenti quod per crucem Christi adimpletum est: in passione namque ei velum templi scissum est, quia tunc scripturæ apertæ sunt & revelata sunt Sancta Sanctorum.

147. Unde ipse moriens dicit *consummatum est*: in his quidem paucis literis omnis scientia continetur: & tunc crux ex transverso ducitur, quia unum est Testamentum in alio continetur: rota enim erit in rota.

148. Tertiò repræsentat articulos fidei: Ecclesiæ enim pavimentum est nostræ fidei fundamentum: elementa ibi scripta sunt fidei articuli, quibus rudes atque neophiti in utroque populo in Ecclesia erudiuntur, qui sedent pulverem & cinerem repræsentare. juxta illud quod dicit Abraham, Gen. 18. *Loquor ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.* Scriptura ergo alphabeti in pavimento est simplex doctrina fidei in corde humano. Sambuca sive baculus, quo alphabetum scribitur monstrat Apostolorum doctrinam, vel doctor ministerium, quo facta est conversio Gentium, & perficienda Judæorum. Consequenter Episcopus ad altare accedens incipit stans, *Deus in adjutorium meum intende*: quia tunc demum incipit quod est in hoc officio principale: & dicitur versus, *Gloria Patri*, &c. quia hæc benedictio fit ad exhibendam gloriam Trinitati, non tamen dicitur alleluia, prout & consecratur altare: in qua quidem consecratione alia aqua benedicitur, ex qua postquam altare septies aspersum fuerit, aspergitur etiam ter interius tota Ecclesia sicut prius absque aliqua differentia majorum lapidum vel minorum: quoniam apud Deum non est acceptio personarum. *de judi. c. novit.* §. 1. *de statu Mona. cap. eaque. in prin.* ideo interius ad notandum quod exterior alluso sine interiore nil prodest. de sacra unctio. c. 1. ideo ter quoniam ut præmissum est, aspersio illa significat aspersionem & inundationem baptismi, qui datur beneficio Trinitatis. juxta illud: *Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*: quia enim Ecclesia non potest in aqua immergi sicut immergitur baptizandus: ideo ter aspergatur aqua quasi loco trinæ immersionis, rursus aspergitur procedendo ab Oriente in Occidentem: & per modum semel in formam crucis, quia Christus totam Judæam aut omnes gentes baptizare præcepit in nomine Trinitatis,

Source : BIU Cujas

cui baptismo tribuit efficaciam in ministerio Passionis : incipiens à Judæis de quibus ortus est, & residuum aquæ ad basim altaris funditur : quidam tamen aliquam aquam non benedicunt : si cum prius benedicta totum officium implevit. Interim autem cantat chorus Psalmum illum, *Exurgat Deus*, &c. & illum, *Qui habitat in adjutorio*, &c. in quibus fit mentio de Ecclesia, & ejus consecratione, ut patet ibi. Qui habitare facit, unius moris in domo. Episcopus verò dicit *Domus mea domus orationis vocabitur*, quia ejus officium est facere, ut Ecclesia domus Dei sit non negotiationis. 1. *q.* 3. *ex multis :* sanè chrismate altare duodecim cruces in parietibus Ecclesiæ depictæ chrismantur.

148. Depinguntur autem ipsæ cruces primò propter dæmonum terrorem, ut scilicet dæmones inde expulsi sint videntes signum crucis, terrentur, & illuc ingredi non præsumant. Secundò propter triumphi ostensionem : cruces namque sunt vexilla Christi & signa rriumphi sui : merito ergo ut ostendat quod locus ille Christi Domino subjugatus ibidem cruces depinguntur. nam & apud imperialem magnificentiam observatur, ut aliqua civitate sibi tradita imperiale vexillum in ea erigatur, & in hujusmodi figuratione dicitur Gen. 28. quod *Jacob lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum*, videlicet in titulum præconialem, memorialem & triumphalem. Tertiò ut earum conspectores Christi Passionem qua suam Ecclesiam consecravit & Passionis fidem ad memoriam reducant : unde in Canticis : *Pone me ut signaculum super brachium*, &c.

149. Duodecim verò luminaria ante cruces ipsas posita significant duodecim Apostolos, qui per fidem crucifixi totum mundum illuminaverunt : & quorum doctrina tenebræ sunt. unde dicit Bernar. *Tota prophetia vera est in fide crucifixi.* & Apost. *Nihil me judico scire inter vos nisi Jesum Christum & hunc crucifixum.* Cruces igitur per quatuor Ecclesiæ partes illuminantur & chrismate inunguntur : quoniam Apostoli cruces misterium prædicantes fidei Passionis Christi quatuor mundi climata illuminaverunt ad cogitationem, inflammaverunt ad amorem, unxerunt ad conscientiæ nitorem, quod per oleum & ad bonæ famæ odorem quod per balsamum designatur : adhuc post chrismationem altaris ipsum altare & Ecclesia ornantur, lampades accenduntur, Missa dicitur, in qua Pontifex aliis vestibus utitur quam fuerit in aspersione usus.

Postremò notandum est, quod Ecclesia dicitur in sanguine alicujus consecrari : unde secundum Pelagium & Nicolaum in martyrio Apostolorum Petri & Pauli Ecclesia Romana consecrata est. 21. *dist. c. quamvis.* 16. *dist. c. sacro.* Consecratur itaque Ecclesia ut præmissum est : & quanquam legatur in veteri Testamento templum ter fuisse consecratum. Primo in Septembri. *de consec. dist.* 1. Secundò in Martio sindario. 1. *q.* 1. *c. prophetavit.* Tertiò in Decembri sub Juda Machabæo. *de consecra. dist.* 1. *solemnitates.*

150. Ecclesia tamen semel consecrata non est iterum reconsecranda. *c. ecclesiis. de conse. dist.* 1. & *c.* 1. & 2. *de sacra. non iteran.* & *c.* 1. *de apostat.* nisi fuerit execrata quod contingit tripliciter. Primò, si fuerit combusta, ita quod parietes omnes vel eorum major pars fuerint decrustati. *ut d. c. eccles.* ut sup. fuit dictum. *ff. de contrahen emptio. l. domum. Levit.* 14. *c. prope finem.* si eorum solummodo tectum vel ejus pars parietibus integris manentibus, vel saltem in modica parte destructis. combusta fuerit reconsecranda non est. *de consec. eccle. c. ligneis.* Secundò, si tota Ecclesia aut ejus major pars simul funditus corruerit, ex toto sive ex eisdem, sive ex aliis lapidibus fuerit reparata. *eo. tit. c. de fabrica.* consecratio etenim Ecclesiæ maxime in exteriori unctione & in lapidum conjunctione & dispositione consistit. *ut d. c. ecclesiis.* Si verò non simul, sed successive parietes omnes fuerint & reparati fuerint, & eadem censetur Ecclesia : ideoque non reconsecranda, sed duntaxat cum aqua exorcizata & Missæ solemnitate est reconsecranda. [a] *de consecra. dist.* 1. *de fabrica.* & *c. si motum.* & *ff. de lega.* 1. *l. quod in rerum.* quamquam eam reconsecrandam quidam scripserint sapientes. Tertiò reconsecranda est Ecclesia si dubium sit : utrum aliquando fuerit consecrata eo quod super hoc nulla scriptura vel pictura, aut sculptura, nullusque etiam unicus testis de visu, vel etiam de auditu, qui, ut quidam dicunt, sufficeret, extat. *de consecra. distin.* 1. *c. Ecclesiæ.* & *c. solemnitate.* 23. *q.* 2. *sane.* 22. *quæstio.* 5. hoc videtur *de consecratio. distin.* 4. *c. parvulos.*

151. Altare quoque semel consecratum reconsecrandum non est, nisi illud execrans contingat. *de consecratio. dist.* 1. *c. si motum. de consecratio. Eccle. c.* 1. & *c. quod in dubiis.* quod fit primò si mensa, id est, superior tabula, in qua fit principaliter consecratio mota, vel in sui forma mutata, vel enormiter puta ultra medietatem fracta sit enormitas : tamen hujusmodi jure valet ad Episcopi arbitrium referri : idem quoque maxime est si tota altaris fractura mora & reparata fuerit Ecclesia, tum propter altare vel fracturæ motionem, vel fractionem, reconsecranda non est. *dicto c.* 1. *de consec. Eccle. vel alta.* quia alia est altaris consecratio, & alia Ecclesiæ : sic e converso si Ecclesia totaliter destructa, altare non læditur Ecclesia ipsa reparata solùm, & non altare reconciliatur, quamvis tunc de feriis sit illud aqua exorcizata lavari. *de consecr. dist.* 1. *c. si motum.* consecratio tamen in majori altari nihilominus alia minora altaria Ecclesiæ, consecranda sunt. *ca. cum sis. de consecra. Eccle. vel alta.* quamvis quidam Doctores dixerunt sufficere in illius consecratione alia digito demonstrari. *argu. ff. de acquiren. possess. in §. si venditionem. C. de naturali. liber. aut item. si quis* tamen primum est tenendum si vero altare modicam exterius patiatur læsionem. non obest reconsecrandum. *ca.* 1. *eo. titu.* Secundò reconsecratur altare, si altaris sigillum, id est, parvus lapis, cum quo sepulchrum sive foramen in quo reliquiæ reconduntur, clauditur, seu sigillatur, motum aut fractum sit. *c. ligneis. eo. titu.* & foramen ipsum quandoque in summitate stipitis : & tunc quandoque aliud sigillum non apponitur : sed principalis mensa supposita loco sigilli habetur. quandoque verò fit in parte posteriori : & quandoque in anteriori, id est, in quo etiam foramen in testimonium consecrationis cautè includi solent literæ consecrantis Episcopi continentes nomen ejus & aliorum Episcoporum in consecratione præsentium, & in cujus sancti honorem consecratur altare, & etiam ipsa Ecclesia, quando simul consecratur utrumque annum quoque & diem consecrationis. Tertiò reconsecratur altare si junctura, qua sigillum foramini vel & qua mensa stipiti ubi aliud sigillum quod mensa ipsa non est mota, adhæret, vel aliquid ex lapidibus ipsius junctura seu stipitis mensa vel sigillum tangens motus vel fractus sit in conjunctione : etenim sigilli & foraminis atque mensæ & stipitis seu constructuræ inferioris præcipuè consecratio intelligitur. Quartò reconsecratur altare, si ei vel conjunctioni mensæ & structuræ inferioris tantum fiat argumentum, quod pristinam formam amittat, quoniam forma est etiam fidei, *arg.* 10. *q.* 5. *cap. hoc jus.* 32. *q.* 2. *quod unde est. ff. de no. oper. nuntia. l.* 1. § *si quis ædificium.* Propter modicum tamen additamentum non execratur, sed tunc sacrum trahit ad se non sacrum. *c. quod in dubiis. de consecra. Eccle.* dum tamen conjunctio mensæ & fracturæ inferioris non multum immutetur. Quintò altare sicut & Ecclesia propter dubium reconsecratur. *d. c. Ecclesia. de consecra. dist.* 1. *Spec. titu. de consecra. Eccle. titu.* 1. Sextò altare viaticum si lapis de ligno in quo insertus est qui quodam modo sigillum repræsentat, removeatur,

[a] Hoc placet magis quam id quod supra. C. M.

veatur, & in eodem vel in alio ligno iterum reponatur, nonnulli reconsecrandum: alteri verò solummodo reconciliandum: quamvis autem sæpe jussu Episcopi de loco ad locum transferatur: & per viam portatur, propter quod portatile vel viaticum appellatur. *c. concedimus. ea. dist. & de privile. c. in his.* non tamen ob hoc reconsecratur aut reconciliatur. istos quinque casus ponit Spec. *ubi suprà.*

152. Ubi etiam quærit quid si calix consecratus deauratur numquid est reconsecrandus, & videtur quod sic; quoniam novus calix esse videtur: novum enim opus videtur facere qui mutat. *ff. de oper. no. nuntia. l.* 1. §. *opus novum.* & reficit qui rei jam factæ remedium facit. *ff. de itinere actuque priva. l.* 3. §. *penult. ff. de usufruct. l. usufructuarius. c. consuluit. de Iudæ.* Si quidem consecratio in superficie consistit, & hinc est quod Ecclesiæ muris decrustatis reconsecrandam esse. a Contrarium tamen verum est quia tunc propter murorum dealbationem, aut propter picturam aut propter modicum additamentum Ecclesia reconsecranda non est. *ut sup. est dictum.* cum enim propter hoc calicis forma non mutetur, idem calix manet, quare reconsecrandus non est, sicut & Ecclesiam reparatam, quoniam eadem manet, reconsecranda non est: si verò forma prior immutaretur secus esset, quoniam forma dat esse rei: *ut sup. dictum est.* Honestum tamen est quod tam propter pollutarum manuum contactum tam etiam propter prophanæ materiæ appositionem calix aqua exorcizata lavetur, priusquam ibi Sacrosanctum corpus & sanguis Domini immoletur. *c. si motum. de conse. dist.* 1. *præmisso. de consecratione* aliqua de reconciliatione dicamus.

a Hoc magis placet quã id quod Summa Angelica in verbo calix. C. M.

153. Circa quod notandum est quod templum spirituale quod est homo quandoque polluitur. 33. *q.* 4. *in eo. & q. ulti. non solum. unde in Leviti.* 15. *c. polluitur.* unde Propheta: *polluerunt templum sanctum tuum, &c.* & hoc similiter hodie aqua lavatur & reconciliatur. *c. proposuisti. & c. consuluisti. & c. si. de consecra. Eccles. vel alta.*

154. Fit enim reconciliatio cùm Missæ celebratione & aquæ cum vino, sale & cinere solemniter benedictæ aspersione. *ca. de fabrica. de consecra. dis.* 1. nempe per salem discretio, per aquam populus. *c. cum Marthæ.* §. *quæsivisti. de celebra. Missa.* per vinum divinitas, per cinerem passionis Christi memoria, per vinum aquæ immixtum unio divinitatis & humanitatis significatur. Hæc ergo simul ponuntur ad notandum quòd populus discreta memoria Passionis Christi imitatur, Christo adunatur: fit & per Episcopum tantum si fit Ecclesia consecrata, & quamquam ipse alteri Coepiscopo possit simul totum, scilicet aquæ benedictionem & reconciliationem, vix solum aquæ benedictionem, vel etiam tantum reconciliationem aqua prius per ipsum benedicta committere, simplici tamen Sacerdoti neutrum committi videlicet. *c. aqua. c. consuluisti. de consecra. Eccle.* nisi forte hoc ex privilegio Papali sibi competat speciali: *ut sup. fuit dictum.* ut in simili notat Innocen. *in c. quanto. de consue.* si vero Ecclesia consecrata non sit, debet statim secundum constitutionem Grego. *in c. si aqua. eo. titu. de consecra. eccle.* aqua exorcizata lavari, quam lotionem quidam fieri posse ascribunt: jussu tamen Episcopi per simplicem sacerdotem: *ut sup. fuit dictum*, cum fieri habeat cum aqua exorcizata quæ fieri potest per simplicem sacerdotem: *ut not. gloss. in c. si. eo. titu.* Secus enim est in simplici oratorio, quod nec sacer nec religiosus locus est, utpote quod unusquisque pro velle, ut placet, ordinat: saltem ad ornandum. *ut nota. in c. si. de cens. & c. inter dilectos. de dona.* licet forte non sine Diœcesani licentia ad celebrandum, & pro velle ad alium usum deputat locum ipsum. *clemen. quia contingit. de religio. domi.* hæc autem Ecclesia reconcilianda in præmisso casu. Item propter adulterium ibi commissum vel fornicationem. *c. si motum. de conse. dist.* 1. & generaliter cujuscunque semine. *c. significasti. de adul. semine.* scilicet maris & fœminæ. Clerici vel laici hæretici vel pagani naturaliter sive non naturaliter studiosè & peccandi libidine ibi emisso, fuerit polluta est Ecclesia etiam si vir ibi uxorem cognoscat, quoniam licet talis concubitus sit alias legitimus & concessus: non tamen quilibet tempore sive loco. *ut not. Specu. ubi sup. in titu. de consecra. eccle. ut sup. etiam dixi.* Secus est in semine emisso, à quocunque animali, tunc Ecclesia non videtur polluta, cùm illud animal careat ratione, *ut not. Specu. ubi sup.* & in simili sentit Ange. de Clava. *in sua Summa. titu. de consecr. eccles. not. in c.* 1. *eo. titu. in* 6.

155. Reconciliatur etiam Ecclesia propter homicidium. *cap. proposuisti. de consecra. eccle.* sive committatur cum sanguinis effusione, sive quocumque modo studiosè fuerit commissum: *ut sup. fuit dictum.* & etiam circa homicidium propter quamlibet violentiam & injuriosam humani sanguinis effusionem. *c. si motum. de consecra. dist.* 1. sive ex vulnere sive absque vulnere ex naso vel ore: nam in veteri Testamento Levit. 14. & 15. c. prohibitum fuit sanguinem in templum fundi & semen emitti & talia agentem, & patientem illud ingredi: si autem absque violentia vel injuria ex naso, vel ore, vel cicatrice, vel alio modo: aut etiam ex emorroidis, vel menstruis, vel aliter naturaliter in Ecclesia fluxerit: aut forte ludo vel casu fortuito ejicitur, Ecclesia non est reconcilianda, ut not. Specu. *ubi sup. ver. reconciliatur. alleg. notata in c. ecclesia. de consecra. dist.* 1. aut etiam si quodcunque animal ibi occiditur, vel quisquis subito per se ibi moritur aut lapide vel ligno cadente aut fulgure occiditur: propter hæc quidem & similia non reconciliatur: nec etiam si alibi vulneratus ad Ecclesiam confugiens illic sanguine multo effuso moritur: quoniam tunc non fuit in Ecclesia perpetratum. juxta nota. per glo. *in c.* 1. *eo. titu. in* 6. *facit.* §. *itaque* 15. *q.* 1. si vero è converso in Ecclesia vulneratus extra moritur, vel extra sanguis ex vulnere fluxerit: secus est etiam si intra Ecclesiam ex virtute sanguis minimè fluxerat: quoniam ictus vulnerum attenduntur. *ff. ad l. Aqui. item.* §. *sed si plures. ff. ad l. Corne. de sica. ultimum, & c.* 2. *de cleri. percus. no. in d c. si. eo. titu. in* 6. sed si supra tectum Ecclesiæ sanguis effunditur, aut semen humanum emittitur: tunc non reconciliatur, quia per hoc extra Ecclesiam emittitur. ut not. Specu. *ubi sup. & glo. in c.* 1. *eo. titu. in* 6. cæterum si furtum aut rapina in Ecclesia committitur: tunc recurrendum est ad consuetudinem loci an Ecclesia sit reconcilianda vel non: ut not. Spec. *ubi. sup. per c. pernicioſus. de cele. Missa.* idem in qualibet violentia absque sanguinis effusione ibi commissa fieri debere quidam affirmant cum illa fornicationi æquiparetur in jure. 16. *q.* 4. sicut qui Ecclesiam: ut si ad eam confugiens inde per violentiam extrahatur. *de immunita. eccle. c. inter.* vel ibi effractio committatur, vel & si præter sanguinis effusionem rixa tumultuosè agatur, vel si quis fracto osse vel livore secuto absque sanguine ibi graviter verberetur, vel ad mortem, vel ad mutilationem ibi præsentialiter condemnatus inde extrahitur ut ad locum executionis ducatur. *c. decet. de immu. eccle. & c. qua fronte. de appella.* & cùm casus isti non sint in jure expressi, necesse non est Ecclesiam solemniter reconciliari per Episcopum: honestum tamen fore putamus per sacerdotem aqua exorcisata jussu Episcopi lavari: ut not. singu. Spe. *in* 1. *parte. titu. de consecra. eccles. in libro Rationa. divino.* Idem etiam videtur dicendum si Ecclesia diu absque tecto & januis plena forte stamine aliisque expurcitiis animalibus & naturali hominum usui quasi locus diversorii passim patuerit, nec esset fortè malum eam in tali casu solemniter per Episcopum reconciliari: ut not. idem Speculator. *ubi suprà:* si autem aliquis extra Ecclesiam occisus mox intra Ecclesiam infertur: occisor verò vel alius mortuum forte

Source : BIU Cujas

non credens corpori adhuc calido plagam infligit: ex quo sanguis fluit reconcilianda est Ecclesia secundum eundem: tum propter errorem & abominationem, tum propter violentiam & peccandi voluntatem: quamvis enim homo mortuus sit ex eo quod homo humanus, tamen sanguis ejus per violentiam est ibi effusus: nam & Episcopi cadaveri violentiam error & in injuria irrogat. *ff. de sepul. vio. l.* 3. §. *non perpetuæ. & §. adversus. & l. sepulti. ff. de rel. & sump. fune. ne corpora. & de Judæis. sicut Judæi.* Secus autem si naturaliter mortuus in corporis obsequium & honorem in Ecclesia demembretur, vel ejiceretur, vel forte pars & ibi & pars ibi sepeliatur.

156. Item reconciliatur & Ecclesia in qua fidelis vel etiam publicè excommunicatus sepultus est: tunc parietes sunt abradendi. *c. Ecclesia. in* 1. *& 2. de conse. dist.* 1. sanè in præmissis casibus in quibus Ecclesia reconciliatur, requiritur ut facta reconciliatione inductus publicè saltem per famam existat. *cap. significasti. de adul.* scandalum enim & horror atque abominatio de turpitudine & potestate atque violentia in sacro loco sive in Ecclesia commissis ubi delictorum venia postulatur, ubi esse debet tutela refugii, ubi immolatur salutaris hostia pro peccatis. Levit. 14. ubi etiam confugientes salvantur, & Deo laudes exsolvuntur reconciliationem inducunt: & etiam propositum & voluntas mortaliter ibi peccantis. *c. consuluisti. de conse. eccle. cap. cum voluntate. de senten. excommu.* si verò occultum sit reconciliari necesse non est, *ut sup. est dictum:* quoniam Ecclesia cum sancta sit coinquinari non potest. *c. vestra. de coha. cleri. & mul.* 15. *q. ulti. c. fina. &* 24. *q.* 1. §. 1. imò ipsius loci sanctitas infamiam loci abolet quamvis in hoc quidam contrarium sentiant ut saltem occultè: ita ut delinquentes non probantur sit reconcilianda: fit enim reconciliatio ad exemplum & terrorem, ut videntes Ecclesiam: quæ in nullo peccavit propter peccatum alterius lavari: & purificari existiment quantum propter suorum delictorum expiationem sit laborandum. *ff. ad l. Iul. repetundarum. l.* 1.

157. Cœmiterium quoque in quo paganus vel infidelis, aut excommunicatus sepultus est reconciliandum est. *extra. eo. ca. consuluisti. de consecr. di.* 1. *Ecclesiam.* 1. *& 2. extra. de sepul. sacris ossibus.* tamen sepulti si ab ossibus fidelium discerni poterunt, inde prius abjectis reconciliatur. etiam in præmissis casibus in quibus Ecclesia reconciliatur: cœmiterium enim ejusdem privilegiis quibus & Ecclesia gaudet, ut supra fuit dictum. Item notandum est, quod in quacunque parte Ecclesiæ, vel cœmiterii violentia vel pollutio committatur quælibet eorum partes propter connexitatem violatæ intelliguntur. *de consti. translato.* quod hodie in parte correctum est per Papam Bonifacium. *in c.* 1. *de consec. eccle. lib.* 6. & si enim consecrationes Ecclesiæ, altaris & cœmiterii sint diversæ: omni tamen una & eadem est immunitas. 17. *q.* 4. *c. sicut antiquitus. & c. si quis. c. miror.* quæ non est alterum eorum tantum vel ad alterius angulum restringenda, quod verum est si Ecclesia vel cœmiterium sunt conjuncta: si enim unum à reliquo distet bene potest unum sine reliquo violari, si igitur altero eorum violato sive polluto, etiam aliud violatum & pollutum est, pari ratione altero tantum eorum reconciliatum utrumque intelligitur reconciliatum. *c consuluisti. de consecra. eccle. vel alta.* quoniam nil tam naturale est quàm unum quodque eo genere dissolvi quo ligatum est: & par est jus ligandi atque solvendi. *ff. de reg. jur. l. nihil. c.* 1. *de consec eccles. vel alta.* & sic violato vel polluto cœmiterio sufficit Ecclesiam reconciliari: nonnulli tamen simpliciter asserunt per unius violationem nequaquam alterum violari, [a] & per consequens quilibet eorum debere specialiter reconciliari: quibus tamen pontificalis libri obviat auctoritas, in qua specialis forma reconciliationis cœmiterii habetur: denique si Ecclesia vel cœmiterium aut aliud quodcumque per Episcopum excommunicatum consecretur, seu benedicatur [b] tali reconciliatione non egent: quoniam sacra talibus in forma Ecclesia collata vera sunt. 9. *q.* 1. *ordinationes.* 1. *q.* 1. *multi prope finem. & de sacra. non iteran. c.* 1. *& 2. de cohabi. cleri. & mulie. c. vestra.* verum cùm sicut præmissum est excommunicati unus cœmiterium & Ecclesia profanet: multo quidem magis exteriora Sacramenta & benedictiones, quæ per manus & os excommunicati transeunt & proficiscuntur quantum ad eorum merita pertinet contaminari, & coram Deo fœtere videntur. 1. *q.* 1. §. *quod autem Sacramenta. & c. sequenti. & c. odit Deus. & c. illi offerunt. & de schis. c.* 1. ideo honestum est quod reconcilientur priusquam fideles talibus sacris utantur, prout sacrorum Canonum lectio edocet evidenter. 81. *dist. si qui sunt.* Ait enim Dominus per Prophetam, *Maledicam benedictionibus vestris. de consecra. distin.* 1. *altaria.* de istis vide ad plenum per Arch. Floren. *in* 3. *parte suæ Summæ. titu.* 12. *c.* 6. §. 1. 2. *&* 3. & Spe. ubi sup. *titu. de consecra. eccle. in libro sapissime nomina. Rationa. divino.*

158. Item circa hujusmodi unctiones notandum est, quod duæ sunt species unctionis. *not. de sacra unc. cap.* 1. exterior quæ materialis sive corporalis & visibilis est. & interior quæ spiritualis & invisibilis est: exteriori visibiliter ungitur corpus: & interiori invisibiliter ungitur cor. De prima Jacobus Apostolus ait: *Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum.* De secunda Jacobus Apostolus ait: & vos unctionem, id est, unctio quod ab eo accepistis, maneat in vobis, ut non necesse habeatis, ut aliquis doceat vos: sed unctio ejus docet vos de omnibus: unctio exterior signum est interioris. Interior verò non solùm est signum id est signatum: sed etiam Sacramentum, quia si dignè sumitur vel agit vel auget absque dubio quod designat, puta salutem: juxta illud, *Super illos manus imponent, & bene habebunt.* Circa tertium sciendum quod ad exhibendum exteriorem & visibilem unctionem duplex oleum benedicitur. *extra de sac. unc. c.* 1. videlicet oleum sanctum vel cathecumenorum quo cathecumeni unguntur & oleum infirmorum, de quo infirmi inunguntur; de qua unctione loquitur auctoritas. *infirmatur quis ex vob. &c.*

159. Qualiter autem fiunt benedictiones utriusque olei & chrismatis suprà fuit dictum.

160. Sed quæritur quare infirmi & cathecumeni oleo inunguntur: respondeo ut ex visibilibus invisibilia facilius capiantur; sicut enim oleum fugando infirmitatem recreat artus fessorum, & de sui natura lumen præstat; sic credendum est quod unctio olei consecrati, quod est signum fidei, peccata fugando, sanitatem animo confert, & lumen ei præstat; siquidem oleum visibile in signo, oleum invisibile in Sacramento, & oleum spirituale intus est: de oleo infirmorum authoritatem accepimus ab Apostolis, de oleo cathecumenorum Apostolicis viris: & licet Deus possit oleum spirituale sine corporali tribuere: quia tamen Apostoli pro infirmis, Apostolici pro cathecumenis, ut arte usi sunt: non sine peccato omitti possunt quod eorum auctoritas consecravit: sicut & antiquitus justi sine circumcisione placuere Deo: sed postquam eis præceptum fuit, ut circumciderentur hoc omittentes peccato subjiciebantur. 35. *distin. ab exordio.*

161. Tertiò dicendum de unctione baptizandorum, & quidam in novo Testamento. *c.* 1. *de sac. unc.* non solùm Reges & Sacerdotes unguntur, ut dicetur, verum etiam quia Christus in sanguine fecit nos Deo nostro regnum & Sacerdotes. i. regales Sacerdotes, juxta quod Petrus Apo. ait: *Vos estis genus electum.* i. electi ex generibus hominum regale sacerdotium.

so. cap. unic. De consecrat. Eccles. vel altar. lib 6 C. M.

b Occultè non notorie ut sup. num. 90. C. M.

a Dic quod polluta Eccles. polluitur cœmiterium contiguum, sed nõ è conver-

Source : BIU Cujas

1. bene eos regentes: omnes Christiani bis ante baptismum unguntur: sed oleo benedicto. Primò in pectore, deinde inter scapulas, & bis post baptismum, sed chrismate sancto: primo in vertice, deinde per Episcopum in fronte: & secundum Augu. 2. *di. Ecclesiasticarum.* Primæ tres unctiones introductæ sunt potius usu quam per aliquam scripturam in pectore quidem in quo est locus cordis baptizandus ungitur oleo primo, ut per Spiritus sancti donum abjiciat errorem & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam: quia justus ex fide vivit, & corde creditur ad justitiam. Inter scapulas verò ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & exerceat bonam operationem: quia fides sine operibus mortua est: ut per fidei Sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, ut per operis exercitium sit fortitudo laborum in scapulis: quatenus fidem per dilectionem secundum Apostolum, operetur oleum: igitur à corde ad scapulas transfertur, quando fides quæ mente concipitur, opere perficitur: quia juxta hoc fides est facere quod dicis, in vertice verò baptizatus chrismate à sacerdote inungitur, ut paratus omni poscenti de fide reddere rationem: quia per caput mens intelligitur, juxta quod legitur oculi, id est, intellectus sapientis in capite, id est, in mente ejus, cujus scilicet mentis superior pars est ratio, & inferior sensualitas: unde bene per verticem quæ est superior pars capitis intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis, de hoc etiam: ideo autem ante baptismum ungitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sacro: quia chrisma solum competit Christianis. Christus enim à chrismate dicitur, vel potius à Christo dicitur chrisma, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem: à Christo verò Christiani dicuntur tamquam uncti deriventur ab uncto: scilicet à Christo, ut omnes concurrant in odorem unguenti illius. s. Christi; cujus verò oleum est effusum, sed secundum vim nominis Christiani à chrismate dicuntur secundum Isidor. Rursus secundum Aug. *de consecra. di.* 4. Prima unctio ex oleo ostendit nos ad auditum plenæ fidei præparatos & ad bonum Christi odorem vocatos, & ad renuntiandum diabolo esse commonitos. Secunda in pectore & inter scapulas fit secundum Rabanum. *ea. distin.* deinde ut per fidem undique juvemur, & ad bona opera perficienda per Dei gratiam roboremur, nempe per pectus fidei virtus, per scapulas verò in quibus onus portatur hominis robur & operatio rectè intelligitur: juxta illud. 26. *q. ulti.* alligant onera importabilia, & imponuntur humeris hominum, &c. Ungitur ergo in pectore, & inter scapulas, ut mente & actu opera diaboli postponat, & ut sit capax ad intelligendum verbum Dei: & robustus ad portandum jugum ipsius, & onus legis. Unctio verò quæ fit in vertice. i. in summitate capitis super cerebrum fit secundum ipsum. *ea. dist. c. postquam. & dist.* 5. *novissime.* ut cælestis regni particeps fiat unitas: & quia baptizari anima capiti, id est, Christo desponsatur, & propterea fit cum chrismate, oleo & balsamo confectio, ut sciamus quod Spiritus sanctus est qui datur, qui invisibiliter operatur.

162. Oleum namque fessa membra fovet & lumen præstat, ut præmissum est: balsamus verò redolere facit, siquidem infessa sunt animæ membra, quando pœnitet sic contra Deum egisse Spiritus sanctus venit ad illum illuminans ejus intellectum, & demonstrans ei peccata sibi esse dimissa vel dimittenda, & præstans illi bona opera quæ in aliis bonum inspirans odorem, quod per fragrantem balsamum designatur. Item quia sedes superbia quæ semper juxta ipsius nominis consonantia superiora appetit in vertice esse videtur: ideò ritè fit ibi hæc unctio sub forma crucis: & sub nomine humilitatis: hanc unctionem Silvester Papa fieri instituit per Presbyteros propter occasionem mortis: unde credibile est, quod ante ejus tempus utraque unctio. s. & verticis & frontis Episcopo reservabatur: cum enim gremium dilataretur Ecclesiæ: nec omnibus Episcopi valerent per confirmationem occurrere: ideò ne sine chrismatis unctione perirent: instituit ut sacerdotibus in vertice super cerebrum ubi est sedes sapientiæ ungerentur ad robur & ad augmentum gratiæ: unde si postea decesserint dixit Ricard. in mitrali. quod pro rata gratiæ augmentum consequerentur & gloriæ: verumtamen & sine unctione credimus solo baptismo salvari, & sine manus impositione Spiritum sanctum dari, cui Deus dare voluerit, prout in Actibus Apostolorum legitur: Arnaldistæ tamen perfidi hæretici asserunt quod numquam per baptismum aquæ homines Spiritum sanctum accipiunt: nec Samaritani baptizati illum receperunt, donec manus impositionem acceperunt: sane utraque unctio sit secundum Raba. *de consec. dist.* 4. Postea in modum crucis: ut ab eo tempore diabolus in vase suo pristino cognoscens signum suæ interemptionis, id est sanctæ Crucis qua interemptus est: jam sibi deinceps illud sicut alienum à se alienatum sit quoque secundum eum. *ea. dist.* deinde unctio in pectore cum invocatione Trinitatis: ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo resideant: sed in fide sanctæ Trinitatis mens ejus confortet & suscipiat & habeat intelligentiam mandatorum Dei: quisquis ergo fidelis bis inungitur, prius oleo, postea similiter bis chrismate: primò in baptismo in vertice, secundò post baptismum in fronte. s. in confirmatione: quia etiam Spiritus sanctus bis fuit Apostolis datus.

163. Quarto loco dicendum est de unctione quæ fit per Episcopum, vide per Spec. *in 6. parte*, sub Sabbato sancto in libro nominato *Rationale divino.* Quinto loco circa unctionem ordinandorum: notandum est quod manus Presbyteri ab Episcopo inunguntur, ut cognoscat hoc Sacramento se per Spiritum sanctum suscipere virtutem & gratiam confecrandi: unde Episcopus eos inungens dicit confecrare, & sanctificare digneris Domine manus istas per istam unctionem & nostram benedictionem: ut quæcumque confecraverint, confecrentur: & quæcumque benedixerint, benedicentur in nomine Domini. 16. *q.* 1. §. *hoc inde. cap. de sac. unc.* ideoque viri devoti osculantur manus Sacerdotum statim post ordinationem eorum secundum Spec. *ubi sup.* credentes per hoc orationum illorum & bonorum participes fieri, & unguntur oleo sacro: ut opera misericordiæ pro viribus ad omnes debeant exercere: per manus enim opera, per oleum misericordia designatur. unde Samaritanus ille approprians vulneratum vinum superinfudit, & oleum vulneribus ejus; unguntur etiam oleo ut hinc inde sint ad offerendum Domino hostiam pro peccatis: & largè ad cætera officia paratis non aridè & cupidè ad retinendum 1. *q.* 1. *sicut urgeri.* utrumque enim valet gratia curationis, & charitas dilectionis per oleum designatur: rursus ideò impositio manus cum oleo super caput ordinandi fit: quia per manus opus, per digitos dona Spiritus sancti, & per caput mens intelligitur: manus ergo imponitur, quia donis Spiritus sancti imbutus ad opera Christi mittitur.

164. Sextò circa Episcoporum & Principum unctionem sciendum est quod Episcoporum unctio à veteri Testamento: sumpsit originem. *de sacra unc. c.* 1. nam Levitici. 21. dicitur *Pontifex super ejus caput fusum est unctionis oleum & cuius manus sunt in sacerdotio consecratæ.* Sanè Episcopus ungitur chrismate quod sicut præmissum est conficitur ex oleo & balsamo, & ungitur illo tam in corpore quàm in corde: ut interius nitorem conscientiæ quantum ad Deum quod per oleum & exterius habeat odorem famæ quo ad proximum quod per balsamum designatur de nitore conscientiæ dicit Apostolus: *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ:* nam omnis gloria filii Regis ab intus scilicet procedit de odore bonæ famæ. Idem

Source : BIU Cujas

Apostolus ait: *Christi bonus odor*, id est, exemplum, & imitatio simus in omni loco: & aliis sumus odor vitæ in vitam. 23. q. 4. Nabuchodonosor. in princ. quasi diceret, sumus exemplum dilectionis & bonæ opinionis ducentis in vitam æternam: aliis odor mortis in mortem, id est, invidiæ & malæ opinionis ducentis in mortem æternam: debet enim Episcopus in se bonum habere testimonium, & ab his quæ sunt intus & ab his quæ sunt foris, ut cortina, id est, fidelis, cortinam. i. fidelem trahat, scilicet ad fidem: & quia audit addicendo & credendo dicat veni, scilicet prædicando & docendo, hoc unguento & manus Episcopi consecrantur. Per caput enim mens intelligitur, juxta illud Evangelii: *Unge*, id est, humilia caput tuum & faciem tuam, id est conscientiam lava lacrymis. Per manus opera designantur, juxta illud in Canticis: *Manus meæ*, id est, bona opera *distillaverunt merum*, id est, dederunt aliis bonum exemplum Caput igitur ungitur balsamo charitatis, primò ut Episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima sua, & etiam Christi exemplo proximum suum, sicut, id est, ad id quod si ipsum oleum etiam in capite est, charitas in mente secundum Gregor. Secundò caput ungitur propter auctoritatem & dignitatem, quoniam non solùm Episcopus, sed etiam rex constituitur. Tertiò ut ostendatur illius scilicet Christi tanquam ejus vicarius repræsentare personam: de quo dicitur per Prophetam: *Sicut unguentum in capite*, &c. Caput enim viri est Christus, caput Christi Deus qui de se dicit: *Spiritus Domini super me eo quod unxerit me & evangelizare pauperibus misit me.* Christus enim caput nostrum unctus est oleo invisibili ipse pro universa interpellat Ecclesia Episcopus pro sibi commissa: manus verò unguntur propter ministerium & officium: manus quidem quæ opera signant unguntur oleo. i. chrismate pietatis & misericordiæ. Primò ut Episcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei nemini claudantur, omnibus aperiantur, juxta illud: *Manus aperuit inopi & brachium extendit ad pauperem, manus arida, manus avara, manus tenacitate contracta aperiri non potest:* ungatur igitur ut sanetur & aperiatur & ut indigentibus eleemosynas largiantur. Secundò ut ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi: unde cum eas consecrator inungit consecrare, inquit, & sanctificare Domine digneris manus istas, &c. *ut sup.* Tertiò ut mundæ sint ad offerendum hostias pro peccatis. Et nota quod licet manus Episcopi inunctæ fuerint oleo cum in Presbyterum ordinaretur. Iterum chrismate inungitur cum in Episcopum consecratur: *extra. de sacra unctio. capitu. un.* Siquidem per manus opera, per oleum Spiritus sancti vel gratiæ copia: per balsamum quod oleo admiscetur in chrismate, odor bonæ famæ designatur. *Ecclesiasti.* 24. quasi balsamum non mixtum odor meus, quia ergo in operibus Episcoporum, & aliorum superiorum plusquam in aliis inferioribus munus Spiritus sancti aperire, & odor famæ sentiri debet: juxta illud 2. ad Corinthios 2. *Christus bonus odor sumus Deo*: nam in cælesti hierarchia superiores Angeli inferioribus donis & gratia eminens. 88. *dist.* ad hoc idcirco in eorum consecratione manus alias oleo inunctæ chrismate rationabiliter inungantur: pollex etiam chrismate confirmatur, ut pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem: nempe in veteri Testamento non solùm ungebatur sacerdos, verum etiam Rex & Propheta sicut in libris Regum habetur: unde Dominus præcepit Heliæ: *Vade & revertere in domum tuam per desertum in Damascum: cumque perveneris illuc unges Azachel in regem super Syriam & Ieu filium Nausi unges Regem super Israel. Eliseum autem filium Saphat qui est de Abel unges Prophetam, pro te.* Samuel quoque unxit David in regem: sed postquam Jesus quem unxit Deus Spiritu sancto sicut in Actibus Apostolorum legitur, *Unctus est oleo præ consortibus suis*, qui secundum Apostolum est caput Ecclesiæ quæ est corpus ipsius principis. Unctio à capite ad brachium est translata ut Princeps à tempore Christi non ungatur in capite: sed in brachio, sive in humero, vel in armo, in quibus principatus congruè designatur. juxta quod legitur, *Factus est principatus super humerum ejus*, &c. ad quod etiam signandum, Samuel enim fecit pomarium ante Saul qui dederat locum in capite mensæ ante eos qui fuerunt invitati. in capite verò Pontificis Sacramentalis est delinitio observata, quia personam capitis. s. Christi qui est caput Ecclesiæ in Pontificali officio repræsentat.

165. Differt autem inter Pontifices & Principes unctio, quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur, & ostenditur quanta sit differentia inter authoritatem Pontificis & Principis potestatem. Et nota quod sicut in Evangelio legitur: *Quidam paterfamilias vocavit servos suos & dedit illis decem mnas*, siquidem vocatio servi est canonica electio Episcopi, quæ fit secundum vocationem Domini vocantis Aaron. *extra. de elec. transmissam.* mandatur eis quando is qui sibi manus imposuit, dat ei textum Evangelii dicens, *Vade prædica*, & ipse cum primo ingreditur civitatem suam præfert Evangelium in pectore suo juxta morem quarundam Ecclesiarum, ostendens, quasi negociator: in quibusdam etiam Ecclesiis cum Archiepiscopus dat illi virgam dicit, *Vade prædica.*

166. Et ille statim benedicit populum in quo signatur quod Moyses cum virga missus est in Ægyptum rursus Episcopi in die suæ consecrationis consueverunt equitare equos albis pannis coopertos, repræsentans illud quod legitur in Apocalypsi 19. *Exercitus qui sunt in cælo sequuntur illum in equis albis*: siquidem exercitus qui sunt in cælo, sunt boni & justi viri, & Prælati qui quotidie sequuntur pro cælestibus Deum in omnibus bonis operibus: qui ideo dicuntur esse in cælo, quia sola cælestia diligunt & quærunt. Unde Apostolus, *Nostra conversatio in cælis est.* Hi exercitus, id est boni & justi viri & Prælati sequuntur Jesum, quando scilicet expugnant in se vitia per correctionem & in proximis per admonitionem. unde Jacob qui converti fecerat peccatorem ab errore vitæ suæ liberavit animam suam in morte. Isti exercitus sunt in equis albis & in corporibus castis. Corpora bonorum dicuntur equi, quia sicut equi diliguntur secundum voluntatem Domini: ita justorum corpora reguntur secundum voluntatem Christi. Ita equi debent esse albi sive albis cooperti, id est, corpora justorum & Prælatorum debent esse casta & munda: si enim casta non fuerint, Christum sequi non potuerunt; sed & clerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ ex confessione Constantini Imperatoris. *96 distin. Constantinus.* Equitant equos decoratos linteaminibus candidissimi coloris. Septimo loco circa unctionem Ecclesiæ altaris & calicis, dic ut suprà fuit dictum. Patena siquidem consecratur & ungitur ad administrationem corporis Christi qui in ara crucis pro omnium salute immolari elegit. nam & omniporens Deus in patenis aureis & argenteis ad altare suum deferri jussit. Calix quoque consecratur ut gratia Spiritus sancti perficiatur novum sepulchrum corporis & sanguinis Christi, & ipse dignetur istum sua virtute perfundere qui calicem Melchisedech famuli sui perfudit. Octavo de extrema unctione, quæ scilicet ex institutione Felicis Papæ IV. & ex præcepto Jacobi Apostoli datur laborantibus in extremis dicendum est, de qua dicunt quidam, quod illa non est ita propriè Sacramentum sicut chrismatio, quæ fit in fronte vel alia, quia sicut asserunt iterari potest cùm sit oratio super hominem quod in Sacramentis non contingit. *c. 1. de sacra unctione. & de consecratio. distin. 4. c. ostendatur. & de consecra. dist. 5. cap. 1.* & hæc unctio per solum sacerdotem fieri potest si plures adesse non possunt, per

Source : BIU Cujas

quam venialia remittuntur, juxta illud Jac. *Infirmatur quis ex vobis, &c.* & iste ungendus debet esse ad minus 18. annorum: & quod ægrotans semel duntaxat debet in anno inungi: licet pluries ægrotetur, & quod nullus inungendus est nisi qui prius compos mentis existens verbis aut similis illud postulaverit. *arg. 26. q. ulti. c. is qui facit. c. à nobis. in 2. de sent. excom.* & de præmissis unctionibus, vide ad plenum per Spec. *in 1. par. tit. de unctio. 4. in lib. sæpissime nomina. Ratio. divino. offi.* & cum istud magis spectet ad Theologos quam ad Juristas: ideo cætera quæ hic possent dici missa pro nunc facio.

167. Octavum requisitum in beneficio est ut habeat dotem. *ut no. in c. 1. de censi. & in ca. ad audientiam. in 1. de eccles. ædifi.* & ista dos debet esse competens ex qua beneficiatus possit vivere & providere in beneficio, & in Ecclesia de luminaribus & ad custodiam: ut est *text. in c. nemo. de conse. dist. 1.* ubi dicit text. ut nemo Ecclesiam ædificet antequam Episcopus civitatis veniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium designet & ante præfiniat qui ædificare vult quæ ad luminaria & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiunt, & ostensa donatione: sic domum ædificet, & postea eam consecrat. & ad minus ut duo ministri possint vivere. *ut c. proposuit. de filiis presbyte.* ibi non enim solus presbyter. ubi gl. arguit in verbo *solus*, quod Ecclesia dedicari non debet nisi tantum assignetur eidem quod duobus sufficiat. Idem tenet *glo. in d. c. nemo. de consecra. distin. 1. quæ glo. allegat. c. illud. 7. q. 1.* ubi dicit tex. quod beneficiatus debet habere aliquem socium ut si contingat sibi aliquod impedimentum ille possit supplere vices, juxta illud: *væ soli c. Monachi. de sta. Mona.* facit tex. *in c. in omnibus. 81. dist. ibi duo quam unus. facit etiam text. in c. hoc quoque statutum. de consecra. dist. 1.* ubi tex. arguit ut nullus presbyterorum Missarum solemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibi respondentibus, ut verificetur illud plurale, *Dominus vobiscum*, & illud in secretis, *Orate pro me, &c. facit. c. placuit. 10. q. 2.* ibi. hoc tamen unusquisque Episcoporum meminerit ut non prius dedicet Ecclesiam nisi ante ea dotem basilicæ & obsequium ipsius per donationem cartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa est ista temeritas ut sine luminariis vel sine substantiali sustentatione eorum. *q. 3. ibidem servituri sunt, &c.*

168. Ad præmissa facit bonus text. *in c. fi. de præsump.* ubi tex. plenè probat, quod beneficiatus est compellendus ad recipiendum aliquem in socium, & ei provideri juxta sustentationem. facit etiam text. *in c. ut quisque, de vi. & hone. cleri.* ubi dicit text. quod presbyter beneficiatus qui plebem regit, debet habere clericum qui secum cantet & epistolam & lectionem legat. & dicit glo. *in c. quicunque. in 2. 16. quæst. 17.* quod dans modicam dotem non efficitur patronus: quia dos debet esse sufficiens ad sustentationem duorum, ut supra fuit dictum. Idem videtur sentire do. Abb. *in c. audientiam. in 1. de eccle. ædifi. super glo. 2.* ubi dicit glos. quod capella non est ædificanda si ex redditibus illius non valet sacerdos congruè sustentari. Hostien. solum illam glo. corrigit in uno: in aliis autem approbat, corrigit in hoc quod gl. dicit non esse capella ædificanda: quia si immineret periculum animarum per illum tex. Debet Episcopus providere de dote competenti: & huic necessitati adhibebit hoc remedium: nam compellet prius populum ad subveniendum Presbytero capellæ, & si populus non sufficit, compellet Abbatem vel Præpositum cui beneficium fundandum est subjectum istis deficientibus Episcopus providebit de suo. *alleg. c. fi. de ec. ædifi.* & si non potest, ultimum refugium erit ut sacerdos institutus in capella quærat sibi victum manibus & industria. *c. clericus victum. 91. dist.* & rationem assignat, nam propter penuriam dotis non deret Episcopus pa ti periculum animarum: puta si pro - pter longam distantiam sæpe discederent homines sine Sacramentis. Ex quibus idem dom Abb. ubi sup. colligit quod ubi de necessitate Ecclesia est ædificanda seu construenda potest construi in prædicto casu sine dote: ex quo non reperitur modus ipsam dotandi: & sic singulariter limitatur. *cap. nemo. de consecratio. distinct. 1.* quod dicit ponendo regulam quod Ecclesia non est ædificanda sine dote. ergo cessante illo casu, semper providendum est de dote competenti. tamen do. Abb. ubi sup. concordat glo. & Hostien. dicens glo. intelligi quando non est magna necessitas ædificandi, sed aliqualis incommoditas: & sic habet locum d. gl. aut est magna necessitas, puta quia populus discedit sine Sacramentis. & tunc procedit opi. Hostien.

169. Et dicit text. in *d. c. 1. de censi.* quod Ecclesia debet habere mansum. aliqui Doct. ibidem exponunt quod mansus est tanta quantitas terræ ex qua potest vivere rusticus cum familia sua quasi innuat tex. quod non minus debet habere Ecclesia pro dote quod sufficere possit rustico cum sua familia: alii exponunt, ut refert do. Abb. *in d. c. 1.* quod mansus appellatur prædium ex quo percipitur vinum & panis ad Eucharistiam conficiendam: & ita videtur exponere *glo. 3. c. secundum canonicam. 23. q. 8. in verbo manso. circa medium.*

Ubi glo. dat aliam expositionem quod mansus appellatur dos ipsius Ecclesiæ: nam dos talis debet esse, ut Ecclesia possit inde sustentari. *alleg. d. c. nemo. de conse. dist. 1.* & ibi subdit glos. ultra prædictos duos intellectus, quod mansus dicitur secundum vulgare. unde unus rusticus cum sua familia possit sustentari arguendo quod Ecclesia de tanto potest sustentari de quanto unus rusticus. *ar. 10. q. 3. c. unic.*

Item dicit glo. *in c. cum sicut* in verbo *consecranda. de consec. ec. vel alta.* quod dos competens dicitur si sit Monasterium, tunc dos debet esse tanta quod Presbyteri, diaconi & subdiaconi cantores & lectores possint ibi esse: si verò alia Ecclesia collegiata dos ad minus debet esse pro duobus *per c. proposuit. de filiis Presby. & c. illud. 7. q. 1.* hoc etiam requiritur quod possit recipere hospites, & Episcopalia jura persolvere. *cap. de Monachis. de præben. & digni.* & ibi dicit Host. quod si tanta deberet esse dos, pauci reperirentur qui vellent Ecclesiam construere: unde sufficit secundum eum quod assignetur unus mansus, & quid sit mansus remittit se *ad tex. & gl. in d. c. 1. de censi.* & dicit etiam quod cùm ista obligatio pervenerit ex mera liberalitate, non debet multum severe agi contra ipsum ædificatorem: nec est opus quod dos detur à principio pro hospitalitate tenenda vel pro juribus Episcopalibus solvendis. nam Ecclesia impotens non tenetur ad ista, imo nec tenetur procurare Episcopum visitantem. *alleg. c. cavendum. 16. q. 3.* sed si Ecclesia pervenerit ad pinguiorem fortunam: tunc poterit exercere hospitalitatem & alia facere. ut in gl. quod dictum Ho. multum emendatur à Domino Abb. *in d. c. cum sicut.* ubi addit opinionem Vincen. qui dicit quod in assignatione dotis attendendum est utrum Ecclesia ædificanda sit parochialis: nam tunc habenda est ratio decimarum, & obligationum, & aliarum obventionum spiritualium: potest enim ex omnibus prædictis inferri quòd dos debet esse tanta ut Presbyter vivere possit saltim cum uno ministro respectu habito ad obventiones spirituales: & si Ecclesia sit collegiata debet dotari secundum quantitatem & numerum collegiatorum & qualitatem collegii. allegat idem do. Abb. ubi suprà post Vincen. *no. in cap. 1. 21. q. 1.* tamen ibi nihil ad propositum: tamen credebat allegare notata. *in c. 1. 21. q. 1. ibi necessitatem.*

170. Ubi glos. dicit quod si clericus habeat pauperem Ecclesiam debet quærere victum artificio honesto. *per c. clericus. 91. dist.* alleg. etiam glo. *in d. c. nemo. in prin. de consecratione di. 1.* & dicit gl. *in c. ut quisque. de vita & honesta. cleri.* quod tanta dos debet

Source : BIU Cujas

assignari Ecclesiæ quò sufficiat ad minus pro duobus. & illam glo. sequuntur simpliciter Imo. & Abb. ibi. idem tenet d. Abb. *in consi. suo 89. incipiente in Christi nomine. in tertio dubio in 2. volu.* Idem do. Abb. *in d. c. 1. de censi.* simpliciter sequitur. s. quod dos debet esse ad sustentationem duorum : & dicit Rochus Curtius in suo tractatu de jure patronatus. 3. q. 8. super verbo *dotali :* quod advertendum est quia Abbas in *præallega. consi.* dicit quod ubi dictum est dotem debere assignari pro duobus : illud procedit etiam ubi altare sacerdotale construeretur, & dicit quod ista opinio non discordat ab opinione approbata in *d. ca. nemo.* quæ suprà fuit relata scilicet quod debeat tanta dos assignari quod sufficiat pro necessariis ministrorum & pro luminaribus : quam opinionem ipse Curtius sequitur, dicendo, quod ille tex. est clarus, & etiam probatur *in cap. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capi.* ibi. in usus Ecclesiæ necessarios, &c. Si ergo Ecclesia erit collegiata, ut quia constituens disponat eam esse collegiatam, erit dotanda secundum numerum collegiatorum. alias erit dotanda secundum numerum eorum qui ibi habent deservire. Item debebunt considerare alia necessaria Ecclesiæ : & ista opinio secundùm eum est de mente omnium communiter data per diversa verba loquentium ad hoc. alleg. *d. c. nemo. & de conse. dist. 1. & d. c. pastoralis* quanti autem clerici vel ministri debeant esse in Ecclesia traditur per *c. ut quisque. de vita. & ho.* & istam opi. & conclu. credit procedere etiam quod Ecclesia verisimiliter sit habitura aliquas oblationes quicquid dixerit Vincen. suprà relatus. quia per hoc non debebit minor dos constitui rationem assignat quia dos debet constitui à princ. *per d c. nemo & ita alleg.* Feli. in *c. cum venerabilis. in 12. colum. de excep.* per rationem prædictam. & cum ista opinione communi transit idem Curtius. & ultra præmissa adde Feli. *in c. fi. colum. 3. versi. ex quibus. de præsump.* dicentem post do. Abb.

171. Quod non solùm Rector Ecclesiæ debet habere clericum, sed potest compelli, ut ipsum habeat in Ecclesia sua : & sic Papa ibi compellit. ita etiam putat idem Feli. *de Episcopo. c. extirpandæ. de præben. & digni.* idem in simili sentit do. Abb. per illum tex. in *c. quoniam de vita & hone. cle.*

a Tamen quidquid infra dicat hæc opinio placet supra relata proximè. C M.

172. Adverte ad istam opinionem [a] quia ego semper dubitavi circa dotem competentem Ecclesiæ quare crederem distinguendum circa istum articulum, an dos sit competens Ecclesiæ & sufficiens. nam dico quod dos non dicitur competens, nisi habeat requisita ad supportandum onera beneficii. Primum onus est circa sustentationem ministri sive beneficiati, & ejus socii, & sic habent locum illa jura superius alleg. Item non dicitur competens nisi habeat ultra præmissa quartam partem emolumentorum quæ de jure debetur Episcopo. *& cap. conquerente. de offic. ord. c. certificari. de sepul.* & sic ergo requirit ut dos Ecclesiæ ultra præmissa supportet, & solvat jura Episcopalia, adeo quod non valet præscriptio in contrarium. *c. cum ex officii. de præscrip. c. venerabili. cum similibus. de censi.* Item requiritur quod beneficiatus provideat fabricæ & reparationi Ecclesiæ. *ca. quicumque. c. de his. de ecc. ædifi.* si ergo jus obliget istum beneficiatum ad præmissa facienda : ergo dos non erit competens nisi possit supportare onera beneficii. Ita etiam requiritur quod iste beneficiatus provideat hospitalitati & paupertati circa pauperes alendos. *cap. sicut. 47. dist. cum similibus.* si ergo beneficiatus teneatur ad ista sicut tenetur ad sustentationem socii : ergo dos non erit sufficiens & competens ad hujusmodi beneficium ædificandum. Nec obstat illud potissimum fundamentum quod dicti Doct. faciunt quod beneficiatus compellitur ad alendum socium in illa Ecclesia : *ut d. c. nemo. de conse. di. 1. & c. illud. 7. q. 1 cum similibus. sup. alleg.* quia ad istud respondeo etiam ipse beneficiatus tenetur supportare alia onera superius relata per jura quæ superius alleg. Et sic necessariò requiritur, ut dos extendatur ad illa sicut ad sustentationem socii, & si diceretur quod verum est quando proventus sufficiunt quia alias non tenetur juxta no. per do. Ab. in *c. 1. de Eccl. ædific.* & semper tenetur providere socio. *c. quisque. de vita & ho. cle.* Ad istud respondeo quod si proventus non sufficiunt, iste beneficiatus nullo modo tenetur providere isti socio. tex. est singulariter notandus, & à toto mundo commendatus in *c. fi. de præsumpt.*

Et sic ergo remanet conclusio verissima, & semper servanda, quod non erit dos competens nisi omnia onera superius relata possit sustinere & solvere. Item ad corroborationem superius dictam reperio text. in *c. quatuor. & in c cognovimus. & c. se. 12. q. 2.* ubi beneficiatus tenet providere de fructibus & proventibus sui beneficii Episcopo fabricæ & pauperibus : & si dicatur quod quoad quartam debitam Episcopo stetur consuetudini. *cap. certificari. de sepul.* & etiam quoad quartam fabricæ sit standum consuetudini. ut no. do. Abb. *in c. 1. de Eccle. ædifi* quæ consuetudo valet nisi quando fabrica remaneret derelicta : quia tunc etiam irrationabilis, & non valeret & sic tenetur dare quartam. Ad istud etiam respondetur quod valet consuetudo etiam ut beneficiatus non teneatur providere socio quæ hodiernis temporibus in toto mundo servatur & quoad quartam debitam pauperibus, non valet aliqua consuetudo in contrarium, quin teneatur providere eis. & no. Ang. de Clava. *in sua summa. in tit. de clerico. in §. 1.* ubi plus dicit quod non solum quartam : sed & omnia quæ superfunt ejus necessitatibus tenetur pauperibus providere, si fabrica non egeat reparatione, vel nisi vellet convertere talia ad ampliandum cultum Dei in tali Ecclesia nulla extrema necessitate in aliquo occurrente : nam in istis duobus casibus licitè desistit ab erogatione in pauperes, alias non sine mortali peccato. Item reperio tex. in *c. de Monachis de præben. & dignita. & in ca. 1. eodem titu. in 6. & in Clemen. 1. de iure Patro.* ubi jura dicunt quod non est instituendus aliquis in beneficio nisi sibi assignetur congrua sustentatio, & jura Episcopalia solvere : & sic ergo necessariò requiritur ut antequam dos dicatur competens, quod possit portare illa onera superius relata. Nec ob. *d. c. nemo. in 1. de conse. distin. 1.* super quo omnes Doctores capiunt fundamentum eorum, quia ad illum tex. potest responderi : dum dicit quod ad luminaria & ad custodiam & stipendia custodum requiritur : ut dos ad illa sufficiat. nam respondeo :

173. Quod illud verbum *custodum*, refertur ad onera solvenda ipsi Episcopo : nam Episcopus dicitur custos & gubernator totius suæ Diœcesis : ita quod in custodia subditorum concurrit cum aliis curatis, ut no. ad plenum per domi. Abb. *in c. cum contingat. de foro compe.* notatur etiam per Docto. in *c. auditis. de præscript. & in c. omnis utriusque sexus. de pœ. & remis. cum similibus.* & sic ergo necessariò requiritur, ut dos illa onera possit supportare. nam text. *in d. c. nemo,* dicit quod ad custodiam & ad stipendia custodum dos sufficiat : nam illud verbum *stipendia custodum*, non solùm debet referri ad sustentationem custodum, sed etiam onera portanda per *d. c. quatuor. 12. q. 2.* in simili notatur in *ca. 1. de succes. ab intesta. & in d. c. nemo.* in verbo *custodum.* dicit exponendo illud verbum *custodum*, id est Sacerdotum & hospitium referendo se ad *cap. de monachis. de præben.* ubi tex. clarus ad probandam istam partem ut sit providendum beneficiato circa victum & onera : & sic nullo modo. *d. c. nemo.* potest obstare ad istam partem. Item nec obstat. *c. illud. 7. q. 1.* ubi dicit text. quod solus beneficiatus sive beneficiandus non est ponendus in beneficio solus nisi habeat socium, juxta illud, væ soli. ad illud respondetur, quia licet non sit ponendus solus : tamen non sequitur quin dos teneatur ad

Source : BIU Cujas

alia onera superius relata & sic etiam non obstat. *c. placuit.* 1. *q.* 2. quia ad illud idem respondetur & sic dicitur quod illa jura solum loquuntur de luminaribus & sustentatione ibidem servientium. nam Episcopus & alii quotidie etiam serviunt illis in Ecclesia, puta visitando, jurisdictionem exercendo. *c.* 1. *& 2. de offic. ordi.* & sic postquam servivit eis providendum est de eorum portione. Item posito quod solùm illa jura loquerentur quod esset providendum illis beneficiato & socio. nam illa jura sunt injungenda cum *d. c. de monachis.* & sic unum jus supplendum per aliud: *ut d. c. de monachis.* referatur ad onera beneficii ad quæ dos debet se extendi: & alia jura referantur ad sustentationem ministri: nec etiam obstant. *c.* 1. *de censi. & c. sicut. de conse. eccle. vel alta.* quia illa jura solum loquuntur de dote & manso ipsius Ecclesiæ: quare dico per jura superius allega. quod verbum dotis est referendum ad illa omnia onera ipsius Ecclesiæ in virum & uxorem: ergo dos necessario se debet extendi ad sustentationem & supportationem onerum sicut ad sustentationem ipsius ministerii per jura superiùs alleg. & hoc quoad dotem necessariam & competentem præmissa procedunt. Si autem loquerentur de alia dote quæ assignaretur per aliquem fundatorem Ecclesiæ quæ solum sufficeret ad sustentationem solius beneficiati, licet illa onera non posset portare: tamen diceretur dos ita, quod posset habere jus præsentandi per gl. *in d. c. quæcunque.* 16. *q.* 7. & sic posset procedere opi. glo. *ipsius. c. secundum canonicam.* 23. *q.* 8. ubi dicitur secundum unam lecturam quod erit dos: dum tamen sit panis & vinum ad Eucharistiam administrandam, & sic illo respectu potest dici dos, non tamen sufficiens.

174. Item in quantum superiùs dicitur quòd iste beneficiatus debet habere socium in divinis administrandis, & dos ad illos se debet extendi per jura superiùs allegata. Istud debet intelligi in beneficio curato per *tex. in c.* 1. *de celebra. Miss. & per c. quisque. de vita & hone. cleri. & c. fi. de præsum.* non ut intelligat ut iste socius sit intitulatus in illo beneficio: quia esset contra prohibitionem concilii generalis: ut in *c. tuæ. & in c. vacante. de præben. & dignita.* sed solum habebit victum sine *tit. p. tex. in c. quin. de offi. ordi.* Ampliat etiam præmissa conclusio habere locum, in Episcopo qui debet habere Vicarium ut sibi coadjuvet in administratione divinorum & temporalium, maximè quando populus in illa diœcesi habet diversitatem linguarum. ut est tex. singularis secundum domi. Ab. *in c. quoniam. de offi. ordi.* & ad illum Vicarium habendum Episcopus est compellendus: licet etiam non sit in diœcesi diversitas linguarum: ut not. do. Abb. *in d. c. quoniam. facit tex. in c. inter cætera. de offi. ordi.* ubi dicit tex. quod Episcopi propter magnas occupationes debent habere viros literatos in administrationibus divinorum & temporalium. Præmissa crederem esse limitanda & non habere locum in præbendis, quia illi præbendati non sunt compellendi, ut habeant aliquos consocios per tex. in *c. tuæ. & in c. vacante. de præb. & dignita.* & hæc procedunt quoad dotem.

Sed potest dubitari circa sustentationem ipsius beneficiati usque ad quem valorem fructus debent extendi: ut beneficiatus dicatur habere congruam & sufficientem vitam. tex. in *c.* 1. *in §. insuper. de colla. in prag.* ubi text. dicit quod ille qui habet in beneficio summam ducentorum florenorum cameræ, non potest aliud beneficium obtinere: & sic ergo videtur per illum tex. arguendum quod ad vitam & sustentationem ipsius beneficiati quod beneficium sive dos ipsius sit valoris ducentorum florenorum cameræ: & ibi dicit gl. in verbo, *censeatur.* quod habens beneficia usque ad valorem ducentorum ducatorum aut duas præbendas cathedrales contentari debet nec pluralitate aliorum beneficiorum onerari. *ad hoc cap. is. cui. de præbendis. lib. 6.*

175. Unde tempore Guil. Episcopi Parisiensis determinatum fuit per Universitatem Parisiensem duo beneficia, (dummodo unum viginti libras Parisienses valerent) ab uno teneri cum salute non posse, ut refertur & alleg. quendam librum nominatum de vita Christi. *parte* 2. *cap.* 7. & alii dicunt de quindecim libris, sed tunc multo plus valebant libræ quàm nunc, ita quod quindecim vel viginti libræ erant sufficientes ad honestam sustentationem alicujus magni viri.

Et refert etiam quod Urbanus V. qui sanctus reputatur taxavit quod beneficia & usque ad quantum valorem possint haberi, dicens, quod nullus clericus secularis non titulatus plusquam duo beneficia posset obtinere quorum fructus in universo secundum taxationem decimæ ubi sunt taxata beneficia: alias verò secundum taxationem communem sex viginti libras non excedant. Titulati verò tria possunt obtinere quorum fructus in universo secundum veras taxationes & æstimationes prædictas ducentum libras non excedant. sacræ verò Theologiæ Doctores canonum vel legum Professores, quatuor dumtaxat obtineant quorum ut præmittitur fructus trecentarum librarum in universo non excedant: cujuscunque verò valoris sit unum beneficium illud quemlibet clericum decernit posse obtinere, ut habetur in extravaganti. execrabilis. Et dicit gloss. in. *c.* 21. *q.* 1. in verbo *necessitatem. post principium. in* 3. *q.* quod Ecclesia quæ habet decem marchas auri est pauper quæ non potest aliquem honestè & sufficienter procurare, & quæ non potest hospites supervenientes recipere. *c. de monachis. de præben.* imo depositio tantum relinquitur quod sufficiat sibi & suis. *ut* 50. *di. c. studeat.* ibi præcipimus ne tale beneficium sibi Ecclesiæ suæ concedatur, quo & ipse & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis solatium. & glo. ibi dicit in verbo, sui enim & filii eadem persona intelliguntur & uxor dicitur pars viri. 23. *quæstione secunda. admonere.* unde videtur quod licet clericus sit suspensus ab homine vel canone. quod tamen ei relinqui debeatur, unde se & suos possit sustentare maximè cum etiam uxor & filii de bonis Ecclesiæ pasci possunt. *ut* 31. *dist. c. omnino.* & hoc habet locum secundum tempora antiqua, quo tempore Presbyteri erant uxorati, & habenda est ratio ne egeant in futurum, ita quod ei aliquid superfit, & cùm omnes hospites indistinctè teneantur recipere. *cap. quiescamus.* 42. *dist.*

176. Et domus clericorum omnibus debet esse communis. *c. quoniam.* 16. *q.* 1. requiritur ergo quod Ecclesia sit ditissima.

177. Nam divitiæ bonæ sunt dummodo fiat ex eis misericordia. 30. *dis. §. hoc scripsimus.*

Expedit enim Episcopis habere divites subjectos, nam imperium abundat si habeat subditos locupletes. *in Auth. ut iudi. sine quoquo suffra.* §. 1. *colla.* 2. & potius eligendi sunt divites quàm pauperes. *in Auth. de defenso. civita.* §. *quibus.* e contra videtur sufficere quod tantum necessaria habeat & illa necessitas arctatur ad victum & vestitum: ut *c. Episcopus.* 12. *q.* 1. sed hoc obtinuit secundum illa tempora. 41. *dist. c. Episcopus.*

178. Ubi dicit tex. quod Episcopus vilem suppellectilem & mensam ad victum pauperum habeat, & dignitatis suæ authoritatem fidei & vitæ meritis quærat, hospitium quoque non longè ab Ecclesia habeat: & ibi dicit gloss. quod hodie non tenet, quia modo Episcopi habent possessiones amplas. *ut* 12. *q.* 1. *c. expedit. & c. vasa. de consecra. dist.* 1. *& c. cum Apostolus. de censibus.* ubi Archiepiscopi & Episcopi possunt habere magnum numerum equorum in visitationibus faciendis, quia hodie crevit decus Ecclesiæ. *ut d. c. vasa.*

179. Quare concludo in ista materia quod non potest dari vera doctrina qui fructus requirantur ad sustentationem beneficiati: ut dicit gl. in *d. c.* 1. 21. *q.* 1. dicens hæc omnia considerandæ secundum qualitatem

Source : BIU Cujas

personæ & situm Ecclesiæ : aliquid enim sufficit uni quod non sufficit alii. *ut* 12. *dist.* non cogantur. & minus sufficit manente extra vias communes quam in viis, & consuetudo provinciæ in hoc servanda est. *c. erit autem.* 4. *dist.* vide in simili bona glos. *in ca.* 1. §. *sanè. in verbo absque penuria. de statu monacho. in* 6. dicente quod canonicus Bononiensis de centum florenis non posset commodè sustentari: & tamen viginti quinque sustentarentur absque penuria: & ipse glossator de seipso loquente dicit, idem dico de meipso. nam in illa commoditate inspicitur consuetudo regionis & qualitas personæ : unde licet non possint commodè sustentari, tamen possunt sine penuria. & sic est concludendum quod in istis non potest dari vera resolutio, sed distinguendum est secundum differentias & distinctiones provinciarum.

Et hodie isti clerici non debent vivere ita strictè sicut olim & dos est assignanda magis ampla beneficiatis hodie quam olim : ut dicit glos. in *c. Episcopus.* 41. *dist.* contra illum text. *per capi. expedit.* 12. *q.* 1. *& c. vasa. de consecratione. dist.* 1. *& c. cum Apostolus. de censibus. & gl. in c.* 21. *distin.* & sic est concludendum, quod Episcopi non debent habere hodie vitam ita strictam in visitatione & procuratione Ecclesiarum, sicut dicebat gl. *in cap. cum instantia. de censi.* & dicit Cardina. Alex. *in d. c. Episcopus post* 12. *distin.* quod aliqui Doctores dicunt quod illud *c. Episcopus.* est de consilio & non ex præcepto : vel dic secundum eundem Dominum Card. quod dictum. *c. Episcopus.* loquitur secundum tempus primitivæ Ecclesiæ quando Ecclesia nullas vel modicas habebat possessiones : sed hodie non est peccatum eos habere possessiones magnas & ampla palatia. ut argu. *d. cap. vasa. de consec. dist.* 1. dum tamen non fiant ex voluptate vel avaritia, quia inde pauperes melius sustinentur. 12. *q.* 2. *c. Arriani.* Idem dicit Dominicus de sancto Gemi. *in dicto c. Episcopus.* 41. *distin.* & sic remanet vera conclusio, de dote competenti Ecclesiæ.

Verum est secundum possibilita. tem, sed & secundum experientiã ipso facto multo minus sustentantur. C. M.

180. Secunda conclusio est quod si Ecclesia non sit consecrata ex dotatione facta Ecclesiæ, dotans acquirit jus præsentandi dum tamen interveniat consensus Episcopi. Ita sentit glos. in *ca. piæ mentis.* 16. *q.* 7. ubi dicit glo. quod si post consecrationem dat aliquid Ecclesiæ per hoc non fit patronus, sed qui ante consecrationem dat aliquid Ecclesiæ fit patronus.

Et ratio est, quia ille perducit rem de non esse ad esse.

181. Item, quia si post consecrationem ut aliquis patronus videtur imponi servitus rei sacræ quod esse non debet. *ff. de servitu. l. servitute.* 1. §. *ultimo.* & quod humani juris esse desinit servitutem non recipit. *ff. communia prædiorum. l. caveri.* Istud sentit domi. Ab. *in c. quoniam. de jure patrona. in* 1. *colum. versicu.* & hoc faciunt ad aliam quæstionem, dicens quod si Ecclesia sit sine dote ex nova dotatione non acquirit quis jus patronatus per *dictam. gl. d. cap. piæ mentis.* per rationem superiùs datam : alleg. Inn. *in rubrica de jure patron.* & Joann. And. *in c.* 1. *eo. tit. in* 6. ubi concludit quod si non potest haberi recursus contrarium qui primo Ecclesiam construxit vel consecrare fecit acquiritur novus patronatus : dummodo de consensu Episcopi quod est valde notandum. In simili facit. *c. filiis vel nepotibus.* 16. *q.* 7. & do. Ab. *in rubri. de jure patro.* Idem etiam tenet Cardi. Floren. *in d. cap. quoniam. de jure patro.* dicens hoc modo, quod si Ecclesia funditus destructa sit ex nova reædificatione acquirit jus patronatus. [b] & do. Abb. *in consi.* 28. *in causa communis. in* 2. *volu. & in consil.* 59. *incip. quidam Dominus Iacobus. in* 2. *colum. vers. secundo principaliter.* 2. *volu. & in consi.* 106. *incipien. casus. circa princip. etiam eodem vol.* & do. Cardi. *in rubri. de jure patro.* & istam opi. videlicet quod acquiratur jus patronatus per donationem etiam post consecrationem Ecclesiæ cum illis modificationibus assignatis per Joan. Andr. tenet & firmat Rochus de Curte. *in tracta. de jure patro. in* 2. *q. super verbo dotavit.* & dicit quod non obstat glo. *in d. c. piæ mentis.* 16. *q.* 7. quia debet intelligi quando jam Ecclesia fuisset dotata : quia tunc non posset acquiri jus patronatus ex alia dotatione post consecrationem factam : secus si nunquam dotata sit, vel dos sit in totum perempta vel alteri secundum eum. Respondeo ad illam glos. quod maximè loquatur, patet quia fundamentum suum est falsum in proposito isto. nam favore Ecclesiæ ipsa constitutio dotis retrotrahitur, & fingitur Ecclesia dotata ante consecrationem, ut quis inducatur ad dotandum propter acquisitionem juris patronatus. Hoc igitur casu secundum eum non imponitur servitus rei sacræ : & istud probat per simile. nam favore matrimonii filii geniti ante contractum matrimonium finguntur geniti. *post c. tanta. qui filii sint legiti.* & sic cum ista resolutione idem Rochus transit.

Tamen mihi videtur cum reverentia quod d. glo. sit vera & bene loquatur. & Doct. non contrariantur, sed solum illam limitant & modificant : *ut sup.* & sustinendo glo. allego tex. & ibi do. Abb. *in c. præterea. in* 2. *de jure patro. in* 3. *notab.*

182. Ubi dicit per illum text. quod Patronus non potest propria auctoritate reservare aliquod servitium sibi vel temporale in Ecclesia : sed hoc debet facere Episcopus ad petitionem Patroni. ad hoc allegat text. *in c. dilectus. de consue.* & Inno. in *c. quoniam. ne prælati vices suas.* & per hoc infertur quod si patronus in Testamento mandavit Ecclesiam construi, & reservavit aliquam pensionem annuatim filiis exsolvenda quod nisi Episcopus illud reservet patrono per statutum suum, non poterunt filii exigere illam pensionem per *c. significatum. de præben. & dign.* & sic ergo si Ecclesia sit consecrata per dotationem de novo factam, non acquiritur jus patronatus nisi interverierit consensus & auctoritas ipsius Episcopi : & ita expresse & in terminis do. Abb. post Joan. And. tenet *in d c. quoniam. de jure patro.* & tenet do. Abb. *in c. cum dilectus. per illum tex. in* 4. *nota. de consuet.* quod patronus etiam tempore fundationis non potest disponere de juribus ipsius Ecclesiæ in præjudicium Episcopi : nec potest transferre in alium prælatum jus confirmandi : quia hoc statuere pertinet ad Episcopum ad petitionem patroni. Si ergo istud patronus non posset imponere, nec illud habeat ante consecrationem à fortiori : nec etiam post, & corroborando allego do. Abb. in *d. ca. cum dilectus. in* 5. *notabi. de consue.* ibi & advertе, quod pro causa hujus præjudicii seu alienationis juris sufficit sola petitio patroni quod est admittendum antequam Ecclesia sit fundata : sed post fundationem Ecclesiæ non est putandum quod sine causa hoc posset Episcopus statuere etiam ad petitionem patroni. nam negari non potest quin in isto casu sit alienatio & præjudicium juris competentis Episcopo : ita quod non habebit plenam collationem in qua de jure communi est fundatus. *ca. conquerente. de offi. ord.* & sic ergo ex illa dotatione facta post consecrationem Ecclesiæ non acquiritur jus patronatus : sed attento consensu ipsius Episcopi & causa dotationis quæ est favorabilis Ecclesiæ hoc modo acquireret jus præsentandi : ita quod jus patronatus potest donari laico extraneo, vel alias alienari : dum tamen interveniat consensus ipsius Episcopi, ut tenet glo. in verbo *emptorem.* & ibi do. Abb. *in c. cum seculum. de jure patro.* Idem tenet do. Abb. in *ca. illud. eo. titu.* & credo quod in isto casu non sufficeret consensus tacitus ipsius Episcopi : quia agitur de alienatione perpetua juris Episcopi, & sic requiritur consensus expressus. ut not. glo. & ibi Doct. in verbo *contradicente. in ca. continebatur. de his quæ fiunt à præla. sine consen. Capi.* & tenet Domin. de sancto Gemin. *in c.* 1. *colum.* 2. *ver. quid si donatio. in princip. de jure patro.*

[b] Interveniente consensu expresso Episcopi. C. M.

183. Quod patronus non potest donare jus patronatus laico sine consensu Episcopi, per illum tex. & idem si clerico jure patrimoniali. alle. notata *in c. illud. de jure patronatus.* Idem tenet do. Abb. *consil.* 76. 2. *lib. Bal. consi.*

Source : BIU Cujas

consi. 4. 5. *lib.* Romanus. *consi.* 454. Oldra. *consi.* 312. do. de Rota. *deciſio.* 404. *in novis. & in antiquis. deciſ.* 255. Cardina. *consi.* 17. & ſic remanet vera reſolutio quod ex dotatione facta poſt conſecrationem Eccleſiæ non acquiritur jus patronatus niſi interveniat conſenſus expreſſus Epiſcopi.

184. Tertia concluſio eſt quod ille qui dotat Eccleſiam ex neceſſitate, non acquirit jus patronatus, ut tenet Card. Flore. *ſuper rub. de jure patro. q.* 6. alleg. Joan. And. *in c. ſicut. de conſecra. Eccle. vel altu.* ubi dicitur velle quod ille qui dotat ex neceſſitate, non acquirat patronatum. & pro iſta opinione hoc modo arguitur: nam non detrahit Trebellianicam qui compulſus adiit ut reſtituat. *l. nam quod. §. qui compulſus ff. ad Trebellia.* ergo in ſimili videtur quod non ſit patronus qui compulſus dotat tandem. idem Cardi. concludit, quod æquius eſt quod talis fiat patronus, & aliter non proſequitur. & iſtam opinionem proſequitur do. Signo. de Homodeis Mediolanenſis *in conſi.* 83. *incipien. Iuſſu Domini Papæ.* tamen reperio domi. Rochum de Curte. *in ſuo tract. de jure patronatus. in* 5. *q. ſuper verbo dotavit.* quod iſte coactè dotans non efficitur patronus. & movetur *per d. § qui compulſus.*

185. Secundò per ſimile: nam videmus quod conſitens delictum ſponte habet privilegium ut ſibi allevietur pœna, ſecus coactè. *c. non dicatis.* 32. *q.* 1. per quem tex. dicunt Inno. & Doct. *in c. qualiter in* 2. & ibi do. Abb. *in* 5. *colum. de accu.*

Tertiò movetur *per l. conditionum. ff. de condi. & demon.* ubi dicitur, quia non dicitur quis ſatisfeciſſe diſpoſitioni teſtatoris quando non adimpleret: nam voluntates non ex propoſito, ſed facto vel caſu nullo: ergo minus ſatisfeciſſe diceretur ſi coactè, ergo, &c.

Quartò movetur, quia jus patronatus eſt quædam gratia conceſſa fundatoribus Eccleſiarum. *c. quoniam. de iure patrona.* Abſurdum ergo eſſet dicere quod exigens vel dotans Eccleſiam coactè haberet illud privilegium. *argu. §. qui compulſus. & l. conditionum.*

Quintò movetur, quia in diffinitione & in multis juribus dicitur quod interveniente conſenſu Epiſcopi acquirit jus præſentandi: & ſic ſatis denotatur quod non ſufficeret ut coactè dotaret. alleg. Joan. Andr. *in cap. nobis. de iure patronatus.* ubi dicit quod violenter conſtruens non acquirit jus patrona. & cum iſta opi. ipſe tranſit: tamen prima magis eſt æqua & in judicando ſervanda: quia quis non debet privari jure ſuo niſi expreſsè ſit cautum. *gloſ. in c. fina. de iure patrona.* [a]

[a] Dico quod efficitur ſi ſibi eſt reſervatum per Epiſcopum in dotatione. C. M.

QUÆSTIO VI.

1. *Eccleſiam ſeu beneficium aut capellam an unicuique permittatur ædificare propria auctoritate.*
2. *Epiſcopus habet videre an ordinatio ſeu adminiſtratio Eccleſiæ rectè procedat ut ſi invenerit malam adminiſtrationem, poterit Rectorem removere, & alium inſtituere. num. ſequen.*
3. *Jus patronatus poteſt dare patronus loco religioſo ſine licentia Epiſcopi.*
4. *Conferre non poteſt Epiſcopus beneficium patronatum ſine licentia & præſentatione patroni.*
5. *Religionem nullus profitetur ſine Prælati licentia.*
6. *Hoſpitalia prophana poteſt quilibet auctoritate propria inſtituere, ibique rectorem præfigere.*
7. *Patroni appellatione quis veniat.*
8. *Hoſpitale religioſum in quo differat à prophano hoſpitali.*
9. *Eccleſia ubi dotatur requirit Epiſcopi conſenſum, & quare debet intervenire dictus conſenſus etiam in donatione.*
10. *In Eccleſiæ fundatione debet Epiſcopi conſenſus intervenire, ſive fundans ſit clericus aut laicus.*
11. *Conſenſus ubi requiritur in aliquo actu, an debeat intervenire à principio vel ſufficiat quod ex poſtfacto.*
12. *Eccleſia fundata ſine Epiſcopi conſenſu, dicitur pium oratorium.*
13. *Eccleſiam fundans & dotans ut presbyter ejuſdem rector teneatur ſingulis diebus celebrare* de noſtra domina, *poterit tunc Epiſcopus illas conditiones uti illicitas tollere.*
14. *Beneficium ſi ſit reſervatum impetranti à ſede Apoſtolica datis executoribus cum decreto irritanti, ſi durante illo tempore Epiſcopus non obſtante reſervatione id contulerit alteri, non valet collatio niſi impetrans recuſaret acceptare. Collatio beneficii quando pertinet Epiſcopo, & Papa mandat ut provideatur de prima vacatura an proviſio facta dicatur auctoritate Papæ vel ordinarij. numer. ſequenti.*
15. *Collatio beneficij facta ſpreto patrono, & non requiſito ipſo jure eſt nulla niſi ejus conſenſus interveniat.*
16. *Eccleſiam nemo poteſt ædificare, conſecrare, vel cæmiterium deſingare, nullus etiam exemptus poteſt ſine Epiſcopi auctoritate.*
17. *Presbyter celebrans in Eccleſia extructa ſine Epiſcopi auctoritate debet deponi, niſi ea neceſſitatis cauſa fuerit conſtructa.*
18. *Oratorium cuilibet habere licet in propriæ domo non in forma Eccleſiæ ſine auctoritate Epiſcopi ibique Miſſam celebrare. In Eccleſia ædificanda debet Epiſcopus primarium lapidem ponere, vel alter ejus tamen conſenſu. Miſſa quomodo poteſt celebrari in propriis ædibus oratoriiſque privatis ſine licentia Epiſcopi.*
19. *Beneficium etiam patronatum quomodo poteſt Epiſcopus patrono conferre.*
20. *Epiſcopus quomodo poteſt concedere aliquid uni Eccleſiæ, in præjudicium alterius. num. ſeq. & 22.*
21. *Papa an poſsit aliquid facere contra mentem fundatoris. num. ſeq.*
22. *Decimas habens laicus ex privilegio poteſt illas ad Eccleſiam cum Epiſcopi conſenſu transferre.*
23. *Statuta quomodo poſſunt ex cauſa alterari. Alteratio quadruplex eſt.*
24. *In Eccleſiæ fundatione ſi Epiſcopus conſentire recuſet ſine cauſa, poteſt per ſuperiorem compelli.*

Source : BIU Cujas

25. *In fundata Ecclesia si dubitetur de Episcopi consensu, an præsumatur quod intervenerit.*
26. *Hospitale quando dicitur religiosum vel profanum.*
27. *Altare privatum quid dicitur.*
28. *Ecclesia quando præsumatur fuisse consecrata.*
29. *Beneficij appellatione an veniat hospitale.*
30. *In Ecclesia ædificanda an sufficiat tacitus Episcopi consensus, ex quo Ecclesiam construere non est odiosum, sed favorabile.*

1 QUæro sextò. An permittatur unicuique ædificare Ecclesiam propria auctoritate & beneficium de bonis suis. Et primò videtur quod sic: quia unicuique licet in domo sua erigere hospitale ad pauperes recipiendos, & de ejus ordinatione disponere ut in propria sicut & oratorium ad orandum construere. *ut in c. unicuique. de consecra. distin.* 1. ubi dicit text. quod unicuique fidelium in domo sua oratorium licet habere & ibi orare. Ad istud potest responderi quod permissum est unicuique habere oratorium in domo privata: Missas autem ibi celebrare non licet, ut dicit tex. *in d. c. unicuique.* & ibi subdit glos. in verbo *oratorium*. i. non sacrum. sacrum autem auctoritate sua facere non licet nisi auctoritate Episcopi: & sic cessat illud arg umentum *per c. nemo. in* 1 *de consec dist.* 1. Secundò arguitur per dictum Innocen. *in c. inter dilectos. de dona.* ubi videtur casus per illum tex. quod non solum quis potest fundare locum pium, imò Rectorem ponere potest: & ipsum locum alteri subjicere & donare. Ad istud etiam respondetur ut suprà in alio fuit responsum, videlicet quod possit ædificare & construere locum pium.

2. Tertiò arguitur *per tex. in aut. de Ecclesia. tit.* §. *si quis ante ædificationem.* ubi dicitur Rectorem præficiendum ut patronus decrevit: sed Episcopus habet videre an ordinatio seu administratio rectè procedat: & si invenerit malam administrationem, poterit Rectorem removere, & alium instituere. & sic videtur per illum tex. quod non requiratur in fundatione auctoritas, & consensus Episcopi in ædificatione beneficii nisi in casu illo ad videndum an administratio recte procedat. Ad istud etiam respondetur, ut supra in aliis fuit responsum.

Quartò arguitur sic, quia secundum qualitatem beneficii patronus obtinet pingue vel tenue jus: videmus enim quod in conventuali Ecclesia habet duntaxat præstare consensum electioni. *ut c. nobis. de iure patrona.* sic ergo à contrario sensu in aliis Ecclesiis non collegiatis habet pleniſſimum jus *per cap.* 1. *& ea. tit. de iure patro.* Ad istud respondetur, & dico, quod illa jura in contrarium alleg. habent locum in præsentatione facienda, quia per fundationem acquirit fundans jus præsentandi. *cap.* 1. *&* 2. *de iure patro.* quod non habet locum in Ecclesia collegiata: *ut d. c. nobis.* tamen per hoc non sequitur ut patronus vel alius propria auctoritate possit ædificare beneficium.

Quintò arguitur, & videtur pro ista parte esse tex. *in clemen. quia contingit. de relig. domi.* ubi fundatores possunt ædificare hospitalia & alia loca pia. Ad istud etiam respondetur ut sup. in primo fuit responsum.

Sextò arguitur sic: Patronus potest dare jus patronatus loco religioso sine licentia & auctoritate Episcopi. *c. illud. de iurepatro* ergo videtur dicendum quod bona pro beneficio ædificando potest donare per illum tex. Ad istud etiam respondetur quod verum est quod jus patronatus potest donare loco religioso, & etiam bona pro beneficio construendo: non tamen Ecclesiam potest construere. *c. nemo. de consecra. dist* 1.

4. Septimò arguitur, quod si Episcopus beneficium patronatum non possit conferre sine licentia & præsentatione patroni, ita quod collatio aliter facta non valet. *dicto cap. illud. in fin. de iure patrona. cap. decernimus.* 16. *q.* 7 ergo videtur quod beneficium Episcopus non possit ædificare de bonis illius fundantis, sed solus fundans potest. * Ad istud respondetur, ut in proximo argumen. fuit responsum.

* Erecto & instituto patronatu, jus patronatus transferri potest cum universitate fundi consulto Episcopo, institui simul & dari non potest. I.

Octavò arguitur hoc modo & fortius, si enim permittatur unicuique ædificare & eligere sepulchrum in aliqua Ecclesia. *ut c.* 1. *& nota. in c. abolendæ. de sepul.* sic videtur quod propria auctoritate Ecclesiam & beneficium possit ædificare, quia sicut Ecclesia dicitur locus sacer, ut dicit glo. *in c. unicuique. in verbo sacro. de consecr distinct* 1. ita sepultura est locus sacer: ita quod non potest vendi. *dicto c. abolendæ. de sepul.* ergo Ecclesiam poterit ædificare per paritatem rationis. Ad istud respondetur quod non est paritas rationis, quia prohibetur unicuique Ecclesiam ædificare *ut c. nemo. & c. unicuique. de consecratio. dist.* 1. tamen sepulchrum potest ædificare, & ibi sepulturam erigere, per jura superius allega. ut faciebant Sancti Patres. *in c.* 1. *&* 2. *&* 3 15. *quæst.* 2. Item posito quod esset paritas, quo ad ista duo potest aliter responderi, quod dato, ut quis possit eligere sepulturam & sepulchrum ædificare, non tamen illum locum non poterit ædificans facere sacrum, quia illud perriner Episcopo. ut no. do. Abb. *in rubri. & in c. abolendæ. de sepul. ut sup. dixi. in* 5. *q.* Sic est dicendum in beneficio ut fundans propria auctoritate possit illud fundare, ita quod largo modo dicatur beneficium juxta diffinitionem. Est benevola actio, &c. per glo. *in Cle.* 2. *de deci.* non tamen beneficium poterit facere sacrum ut ibi ædificare Ecclesiam *per d. c. nemo* notat do. Abb. *in c. ad hæc. & in c. de xenodochiis de relig. do.* & no. Inn. *in c. inter dilectos. de dona.*

Nonò arguitur pro ista parte, nam unusquisque omnia bona sua potest donare Ecclesiæ propria auctoritate & sine consensu Episcopi. *c. duobus. de sepul.* ergo si omnia possit donare Ecclesiæ videtur quod illam possit ædificare. Ad istud respondetur quod non valet consequentia *per c. nemo. in prin. de consecra. dist.* 1.

Decimò arguitur, & videtur quod Ecclesiam possit ædificare, quia unusquisque prout vult de bonis suis potest disponere. *cap. ad Apostolicam. de regul. & transeunt.* & notat *in c. si diligenti. de foro compe.* Ad istud etiam respondetur ut sup. in 1. argum. fuit responsum.

Undecimò arguitur sic quod permittitur unicuique intrare religionem, & eo religioso facto efficitur persona Ecclesiastica. ut not. per Doct. *in c. nullus. de foro compe. & in Cle. dispendiosam. de judi.* do. Abb. *in c. Monachi. de sta. Mona.* Si ergo quis per seipsum & propria auctoritate possit effici de persona laicali persona Ecclesiastica: ergo videtur idem de bonis quod de illis possit Ecclesiam ædificare: & de illis profanis illa ecclesiasticare sive spiritualisare. Ad istud etiam responderur, quod iste ingrediens religionem non efficitur persona Ecclesiastica nisi per professionem. *c. porrectum. de regula.* professio fit auctoritate Prælati. *c. consuluit. qui clerici vel voven.* & sic ergo illa auctoritas Prælati illum ecclesiasticat: *ut no. in simili. in c. ad hæc. de reli. domi.* Item posito quod fieret persona Ecclesiastica propria auctoritate, videlicet per professionem tacitam: tamen illud fit auctoritate juris & summi Pontificis qui longè majorem auctoritatem habet quam ipsi Prælati. primum probatur *per c. nullus. de elect. secundum per c. cuncta per mundum.* & sic cessabit istud argumentum cum cæteris. sup. relatis.

6. Nunc venio ad solutionem istius quæstionis & reperio do. Abb. qui videtur decidere istam quæstionem in disputatione incipiente. *Sempronius clericus. col.* 7. *versi ad tertium dubium.* ubi dicit distinguendo aut hospitale religiosum & profanum: ut hospitale profanum possit unusquisque propria auctoritate sine Episcopo ædificare & liberè ibi rectorem præfigere & de eo disponere ad libitum: sicut de aliis rebus

Source : BIU Cujas

ſuis ; quia per hanc deputationem , non deſignavit eſſe in plena facultate ipſius fundantis : & poteſt ipſe fundans illud deſtruere vel alteri ſubjicere , ſicut ſibi placet , ut eſt caſus ſecundum unam lecturam quam approbat Innocen. & omnes ſcribentes. *in c. inter dilectos. de dona.* & hoc caſu ipſe domi. Abb. ubi ſup. intelligit tex. juris civilis. *in d. authenti. de Eccleſia. titu. §. ſi quis ædificationem. cum ſequ.* & faciunt not. per Doct. in *Cle. 2. de præben. & in cle. quia contingit. de religio. domi.* quæ in hoc caſu intelligitur dum diſpoſitionem liberam relinquit patrono. ad idem alleg. nota. per Phi. *de conſti. 25. & de conſtit. c. 6.* & ſubjicit idem do. Abb. ubi ſupra.

7. Quo l advertendum eſt : quia hoc caſu profanum, non poteſt propriè & ſtrictè dici patronus , ſed Dominus : quia patronus propriè appellatur reſpectu loci religioſi. ſed lato ſumpto vocabulo poteſt patronus appellari propter uſum ſpiritualium , ad quem locus deputatus eſt , ut ſingulariter not. Inno. *in d. c. inter dilectos.* & facit ibi tex. ſecundum unam lect. ex quo infert quod in diſpoſitione reſtrictiva appellatione patronorum non veniunt conſtitu. Domini hoſpitalium profanorum. *arg. c in noſtra. de iniuriis. ff. de neg. geſt. l. 3. §. hæc autem.* & circa talia hoſpitalia profana faciunt hanc conſiderationem : aut etiam Domini veniunt: & tunc non habet Epiſcopus quoquo modo de his ſe interponere : unde nec ipſe viſitabit : quia tunc ipſi Domini habeant dominium loci & plenam adminiſtrationem rerum , & ea etiam deſtruere poſſunt ſi volunt : *ut ſup. fuit dictum. alleg.* etiam Inno. *in d. c inter dilectos.* Si vero deputantes non vivunt & ordinaverunt quod poſt mortem , conſerventur ſeu deputentur ad uſum pauperum : & tunc dico quod licet Dominus vobis de quo ipſe diſpoſuit in Teſtamento , poſſit Rectorem ibi præficere abſque conſenſu Epiſcopi. *ut in d. §. ſi quis ædificationem.* tamen Epiſcopus poterit hoc caſu hoſpitale viſitare , & videre ſi cuncta procedunt ſecundum ordinationem defuncti : & ſi reperit Rectorem per patronum receptum perperam adminiſtrare eum removebit & alium inſtituet , quia ad eum ſpectat ut defunctorum piæ voluntates mandentur executioni , etiam ſi teſtator interdixerit , ut Epiſcopus ſe non impediat. & ut dicit ſing. tex. *in d. §. ſi quis ædificationem. facit. c. tua. & c requiſiſti. de teſt.* eſt enim in culpa patronus talem rectorem nunquam tolerando : ideo Epiſcopus tanquam pater ſupplet tollendo & alium inſtituendo : & ſic patronus pro ea vice privabitur poteſtate rectorem deputando. ſecus puto in alia vocatione. *argu. c cum in cunctis. de ele.* & ſic putat intelligendum & diſtinguendum. *§. ſi quis ædificationem.* ſed alia jura Epiſcopalia non poterit Epiſcopus à tali profano exigere. ut no. Fede *conſi. 25. & 26.*

8. Si verò hoſpitale eſt religioſum : tunc dico patronum habere præſentationem , & Epiſcopum habere confirmationem: ita quod ſolus patronus ſine conſenſu Epiſcopi habeat de præſentatione facere , ſed non poterit per ea qu. ſup. ſunt dicta in parte negativa. & dicit Innoc. *in d. c. inter dilectos. de dona* talem locum ſpectare ad diſpoſitionem Epiſcopi. & ſatis probatur. *in c. ad hæc. & in c. de xenodochiis. de religio dom.* & ibi do. Abb. efficitur aut locus religioſus ſi auctoritas Epiſcopi interveniat. juxta notata ſecundum eundem *in c. ad hoc præallegato. de relig. domi.* & tunc enim offertur Deo & olim Dominus nullam habebat poteſtatem niſi inquantum gratioſè ſibi concedatur ab Eccleſia, vel ex facto oppoſito in fundatione. *c. 3. & c præterea. de iure patro. facit c. cum dilectus. de conſue.* ſi autem dubitatur an intervenerit auctoritas Epiſcopi debet ſecundum eundem domi. Abb. ubi ſupra recurri ad conjecturas : qui enim habet ſigna religioſi loci : ut campanile cum campana , & altare & ſimilia reputabitur religioſum : alias ſecus ex quo eſt in poſſeſſione ſeu quaſi libertatis : ut not. Archid. *in c. nemo. de conſe. diſt. 1.* & Fede. *in conſi. 116. & doct. in c patentib. de priv.*

Et in tali hoſpitali procedant alleg. ſup. ad partem affirmativam : & per hanc diſtinctionem ſilent omnia allegata pro parte contraria , & reducuntur ad concordiam. *& cle. quia contingit. de relig. domi.* debet reduci ad hanc diſtin. *in c. enim.* nil dicitur de poteſtate ponendi rectorem. & ſic cum iſta reſolutione tranſit do. Abb. ubi ſup.

9. Item reperio Rochum de Curte qui iſtam quæſtionem tangit *in ſuo tract. de iure patro. in 1. q. ſup verbo dotavit.* ubi concludit quod in aſſignatione dotis Eccleſiæ requiritur conſenſus Epiſcopi in conſtructione, fundatione & dotatione per deffinitionem juris patronatus. ut not. do. Abb. & Card *in rubr. de iure patro.* & iſtam partem expreſsè tenet Joan. And. cum quo tranſeunt alii Docto. *in c nobis. in 2. col. de iure patro.* ubi dicit quod dos , ædificatio & fundus faciunt quem patronum , dummodo fiant cum conſenſu Diœceſani : ſed ſi alterum iſtorum fieret ſine dicto conſenſu , dicit ipſe quod illi tantum qui haberent conſenſum eſſent patroni : & iſtam concluſionem probat ratione.

Nam fortè ille qui dotans eſt, talis qui de facili ad jus patronatus non erit admittendus : ergo dignum eſt quod conſenſus Epiſcopi interveniat. præterea dignum eſt quod interveniat , ut intelligat quomodo ipſa dos ſit conſtituta , & an ſit congrua. ut dicit domi. Calde. *conſi. ſuo. 20.* quod eſt conſilium ultimum *ſub titu. de iure patrona.* Item idem Rochus de Curte *in ſuo tracta. de iure patro. q. 3. ſuper verbo pro eo.* quod de Diœceſani conſenſu ubi ponit rationem quod conſenſus Epiſcopi debeat intervenire in acquiſitione juris patronatus, ubi dicit quod iſtud debet fieri de conſenſu & auctoritate Epiſcopi alleg. do. Abb. *in conſi. 59. incipiente quidam Dominus Iacobus. in 2. vol. col. 2.* & ratio ſecundum eum eſt , quia Epiſcopi debent examinare locum erectionis Eccleſiæ & dotem diſponere, qualiter ſit regenda & gubernanda : *ut in aut. de mona. §. illud. col. 1. & in c nemo. de conſecra. diſt. 1.* & ita dicit Cald. *in conſi. ſuo. 20.* quod eſt conſilium ultimum de jure patro. vel aliter aſſignant rationem ſecundum do. Abb. *in conſi. ſuo 85. incip. Ieſu Chriſti. in 1. col. 2. vol.* quod conſenſus Epiſcopi vel Diœceſani requiritur favore Eccleſiæ , ne contingat Epiſcopus inchoari & non conſummari vel non ſufficienter poſtmodum dotari vel aliter : & tertiò ſecundum eum eſt ratio : quia iſta ſpiritualia non poſſunt laici propria auctoritate tractare. *c. 2. de iudi. c. omnes baſilicæ 16. q. 7.* Ita do. Abb. *in d. c. conſi. 59. incipiendo. Iaco.* Si autem nos loquimur de conſenſu Epiſcopi requirendo quando jus patronatus jam creatum transfertur de una perſona in aliam : & tunc ratio quare ipſe conſenſus requiratur eſt ut Epiſcopus , videat an expediat Eccleſias mutare patronum. nam ſi vellet patronus concedere vel donare jus patronatus potentiori ſeu tyranno : tunc Epiſcopus non debet conſentire. Item advertat Epiſcopus ne interveniat fraus, & ſic ne ſit ficta donatio & in veritate venditio fiat , quod eſt ſymoniacum. ut dicit do. Abb. *in c. illud. de iure patro.* poſt Jo. And. & Cardi. Floren. & etiam ſecundum eundem poterit intervenire conſenſus Prælati : dummodo habeat Epiſcopalem poteſtatem propter identitatem rationis, ut voluit idem do. Abb. *in. d. conſi. ante dicto. 59. in ult. col. & conſi. 89. incipiente Ieſu Chriſti. circa prin. eo. volu.*

10. Et iſte conſenſus ſecundum eundem Rochum debet intervenire ſive fundans ſit clericus ſive laicus qui Eccleſiam vel capellam fundet , conſtruat , vel dotet. ita firmat Calde. *in conſi ſuo. 20 incip. quidam ædificavit.* & eſt ultimum conſilium *ſub titu. de iure patro.* & movetur *per c. piæ mentis. & c. Frigentius. c. conſiderandum. 16. q. 7. & c. nobis. de iure patrona.* probatur etiam ſecundum eundem ex diffinitione juris patronatus in generalitate ſui. *& in c. nemo. de conſec. diſtinct. 10.* & iſte conſenſus etiam requiritur ex juſſu teſtatoris qui conſtituere vellet contra not. Ange. *conſi. 125 incipiente bona dicti teſtatoris.* Et dicit idem Rochus

Source : BIU Cujas

ubi sup. q. 4. quod sufficit ut consensus Episcopi intervenat post dotationem & constructionem *per c. cura. & ibi do. Abb. in ultimo notabili. de iure patro.*

11. Dicens quod ubi in aliquo actu requiritur consensus alicujus sufficit quod interveniat ex postfacto. Idem videtur in simili sentire glo. quam ibi doct. sequuntur *in c. edoceri. in 1. glo. de rescrip.* & ille actus valebit, ut ex nunc. s. ex tempore consensus præstiti, non ut ex tunc. s. tempore actus facti: ut not. do. Abb. *in d. c. cura.* & ita etiam dicit. do. Cardi. ibi. *in 5. not.* & istud etiam est de mente dom. Abb. *in c. cum sæculum. in fi. & in c subiectum. in ultimo notabili. per illum tex. de iure patro. & do. Abb. in consi. suo. 89. incipiente Iesu Christi. in 1. colu. in 2. volum.* ubi dicit quod licet requiratur consensus Episcopi vel Diœcesani in constructione Ecclesiæ: tamen potest post ea intervenire. idem firmant Domini de Rota in antiquis *decis. ultima. Deci. in titu. de iure patro* quam decisionem aliqui alleg. *sub num.* 373. & aliqui *sub num.* 354. idem etiam firmat Calde. *in consi. suo. incip. an valeat præsentatio. sub titu. de iure patrona.* ubi dicit quod communis opi. habet consensum Episcopi posse intervenire: etiam post legatum factum. eandem opi confirmat Cardin. Floren. *in cle. 8. in q. 5. de rerum permutatione.* ubi dicit quod consensus qui venit præstandus in casu quæstionis quartæ. ibi per eum formare potest, præstari autem ex intervallo vel post. faciunt not. *in c. admonet. & in c. quod in dubiis. de renun.* facit etiam simile, quia sufficit quod patronus consentiat institutioni *ex postfacto. c. si vero. de iure patro. Abb. in c. per vestras. eo. ti.* dato ergo quod præsentatio non procedit institutionem, dummodo postea patronus assentiat institutioni. ipsa institutio tenet ut in dictis locis notatur. & per doct. *in c. cum Bertoldus. de re iudi.* In contrarium urget decisio Jo. And. quam ibi refert do. Abb. in *c. cum secundum. de iure patro.* ubi dicit speciale esse in legato juris patronatus ut consensus Episcopi possit intervenire ex postfacto: & ratio specialitatis secundum eum est favor ultimæ voluntatis: ergo secundum eum in actu inter vivos, puta in donatione juris patronatus vel in constructione Ecclesiæ non sufficiet consensum intervenire ex postfacto ad hoc quod ipsum jus patronatus acquiratur. Secundò pro eadem parte facit: quia in donatione juris patronatus vel legato videtur requiri nedum consensus Episcopi, sed etiam auctoritas: *ut d. c. cura. de iure patro.* ubi auctoritas Diœcesani Episcopi & consensus: & est clarior tex. in *c. subiectum. eo. tit.* sed regula juris est quod ubi auctoritas requiritur non prodest si interveniat ex postfacto. *tex. in §. tutor. institu. de aucto. tuto.* Et ita determinat Innoc. *in cap. cum consuetudinis. de consue.* ubi dicit quod quando auctoritas alicujus requiritur in actu auctor & principalis talis esse debet ut verbum *auctoritas* denotat, ut quod sit differentia inter auctoritatem & consensum: & etiam decretum traditur per glo. & docto. *in ca. 1. in verbo tractatus. de rebus eccle. non alie. in 6. & probat in l. quæcunque. C. de bonis quæ libe. & per docto. in d. c. cum consuetudinis. & plene in l. si quis mihi bona. § iussum. ff. de acquiren. hæredi.* Et per istud fundamentum, & per plura alia ita tenet do. Abb. *in disputatione sua incipiente Augerio. in 4. colum.* ubi plene attingit istum articulum: & ad eum secundum eundem Rochum est recurrendum: quia ei parum boni addi posset: & multa alia fundamenta possunt pro hac parte adduci. Et pro ista opi. videtur facere quod decidit do. Card. Floren. *in c cum sæculum. in 3. q. infrà eo.* Tamen idem Rochus ubi sup. approbat primam opi. quæ magis æqua & majoribus auctoritatibus roborata & eam sequendo. & ad allegata in contrarium posset responderi hoc modo: non obstat igitur prima decisio Jo. And. *in c. cum secundum.* quia posset dici quod illa decisio non est vera: quia non probatur jure vel ratione: quinimmo probatur contrarium. *d. c. cura. de iure patro. & etiam d. c. suggestum.* vel aliter potest responderi quod Joan. And. noluerit id ad quod adducitur: sed voluerit quod in legato sit speciale ut favore ultimæ voluntatis possit consensus Episcopi ex postfacto intervenire. s. quantum ad effectum, ut ipsum legatum valeat, ut ex tunc, scilicet tempore legati facti: sed in actu inter vivos valeat: ut ex tunc. s. tempore consensus præstiti, ut dictum est sup. & ita videtur sentire do. Card. Floren. *in d. c. cum secundum. in 5 q.* ubi dicit quod si testator jussit Ecclesiam construi. & circa hoc legata fecit: constat quod necessarius est consensus Episcopi in constructione. c. *nemo. de consecra. distin. 1.* & tamen legatum tenet. *c. nos quidem. de testamen.* legatum ergo favore ultimæ voluntatis statim valebit: licet concursus Episcopi interveniat post: sed donatio non valebit, nisi tempore præstiti consensus, nullo tamen casu ante Episcopi consensum jus patronatus transfertur in alium: ut dictum est sup. Non obst. etiam dum dicebatur quod in donatione vel legato jus patronatus requiritur auctoritas Episcopi: ergo debet in ipso actu intervenire per supra alleg. quia respondeo quod auctoritas in ista materia stat pro consensu: nec stat propriè hoc probat, quia ut plurimum jura tituli. *de iure patrona.* utuntur promiscuè his verbis: quandoque enim debent exigi consensum, quandoque auctoritatem. patet *in c. cura. & in c. illud. & in c. quod autem. de iure patro. & in simili probatur. in c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à prælat. & in c. fine exceptione. 12. q. 2.* Et ita etiam dicunt Domini de Rota. *in d. decis. ulti. circa medium.* ubi affirmat quod in donatione jus patronatus non requiritur auctoritas Papæ vel Episcopi, sed consensus. Et istam responsionem ad dictum fundamentum satis voluit Abb. *in d. sua dispu. incipiente Augerio.* & licet post ea teneat contrarium ut sup. fuit dictum: tamen istam partem non impugnat. Et pro ista solutione facit etiam quia licet consilium & consensus differant. ut notatur *in c. cum Ecclesia. de ele. & in c. novit. & in c. quanto. de his quæ fiunt à prala.* tamen quandoque sumuntur pro eodem. glo. quam ibi componderat. dom. Abb. *in c. 1. de fo. compe.*

Vel aliter secundum eum potest responderi quod immo auctoritas quandoque etiam post actum intervenire potest. *l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquihære.* maximè quando in vim confirmationis requiritur: ut ibi plene per do. Alex. Et in simili casu decidit do. Abb. *in c. edoceri. col. fi. de rescrip.*

Non obstat etiam ultimum secundum eum, videlicet decisio do. Card. *in d. c. cum secundum.* quia posito quod vellet illud ad quod adducitur posset dici decisionem suam non esse veram. *per d. c. cura. de iure patro.* Vel aliter est dicendum quod decisio sua procedit, quia donans revocavit voluntatem suam in casu per eum formato: unde frustra postea expectaretur consensus Episcopi in tali donatione.

Ad alia quæ adducuntur per do. Abb. in dicta sua disputatione etiam faciliter responderi posset: ideo non refert ipse Rochus, negat tamen quia opi. ipsius do. Abb. *in dicta sua disputa.* sustentabilis sit. In alia autem materia generaliter loquendo an auctoritas, consensus, decretum, & similia debeant de necessitate intervenire in actu, vel ante actum, vel sufficiat ex postfacto intervenire. no. Bal. *in d. l. quicunque. C. de bo. quæ libe.* ubi magistraliter loquitur. allegat etiam do. Abb. & Jo. de Imo. *in c. cum vos. de his quæ fi. à prala. etiam do. Alex. in l. 1 §. fuit quæsitum. in fi. ff. ad Treb. & in l. sciendum. in 8. col. de verb. obliga.* & Bal. & do. Alex. *in l. divortio. ff. so. ma.* & Alexan. *in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. eodem tit. & doct. in capit. cum consuetudinis. de consue.* & Feli. post Abb. & alios *in c. edoceri. versi. sequi potest consensus. de rescrip. & in c. cum dilecta. 14. col ver. 6. amplia eo. ti. & aliquid in c. nonnulli. §. sunt & alij. in 3. col. eodem tit. & Barto. in l. si autem. ff. de aqua plu. arcen. & per doct. in locis ibidem per dom. Alexan. relatis. & per docto. in §. tutor.*

Source : BIU Cujas

institu. de auctо. tuto. & per Barto. & cæteros. in l. si quis mihi bona. §. jussum. ff. de acquiren. hæredi. ubi plene per do. Alex. & sic cum his idem Rochus ubi sup. concludit.

Circa istum articulum ego tenerem istam secundam opi. videlicet, quod licet consensus Episcopi in fundatione beneficii à principio non intervenerit postea potest intervenire, & illud ratificare, & valebit prout & nunc, non prout ex tunc, per jura superius alle. & per alia infrà dicenda.

Et primò istud probo per *c. pe. & fi. de supplen. neg. præla.* ubi dicitur quod ille prælatus qui à principio beneficium infra tempus juris non contulerit collatio, non valet, & est nulla per illa jura nisi interveniat ratificatio superioris: & illa ratificatio facit illam collationem validam prout ex nunc, hoc est, à tempore ratificationis, non prout ex tunc.

12. Secundò probo per textum quem adduco in simili *in cap. quod sicut. de ele.* ubi dicit text. quod si canonici procedant ad electionem non vocatis absentibus: illa electio est irritanda & cassanda nisi illi absentes & contempti illam electionem ratificaverint, & sic ergo idem videtur in casu isto quod si patronus vel aliquis alius Ecclesiam fundaverit sine Episcopo, non dicitur Ecclesia, sed oratorium pium. *c. unicuique. c. nemo. de consecratione. distinctione prima.* sed si post modum interveniat ratificatio & authoritas Episcopi transit in nomen beneficii & Ecclesiæ. *c. ad hæc. & ibi dom. Abb. de relig. domi.* Idem tenent Inno. & do. Abb. & cæteri scribentes *in c. inter dilectos. per illum textum de donatio.*

Tertiò pro ista parte facit. *c. continebatur. & c. sequens. cum glos.* ubi text. quod alienatio facta de bonis Ecclesiæ. per capitulum sine consensu & authoritate Prælati non valet, nisi postea illam approbaverit.

Quartò facit in simili. *c. ad audientiam. in 2. de eccle. ædifi.* ubi Ecclesia quæ erat secularis nunc per Episcopum & novum consensum ipsius potest erigi & converti in statum regularem: si ergo statum beneficii poterit mutare: quare ergo collationem non poterit approbare, & maximè quia agitur de causa favorabili. *c. quoniam. c. ex parte. c. cum tu. de con.*

Quintò facit illud quod notatur per dominum Abbatem per illum tex. *in c. nos quidem. de testa.* ubi si testator ordinaverit Ecclesiam ædificari, vel aliud ad opus pium fieri de bonis suis interveniente casu ipse Episcopus cum herede fundatoris illa bona poterit reducere in alium statum vel beneficium ædificandum prout sibi videbitur: & sic illud quod à principio erat factum per fundantem sive constituentem Episcopus poterit ratificare vel in alium statum cum causa mutare. ut notant ad plenum do. Abb. & Feli. in *c. cum accessissent. de constitutioni.*

13. Sextò facit pro ista parte. *c. significatum. de præbendis.* ubi videtur textus formalis ad decisionem istius. q. illum inducendo hoc modo, quod si aliquis fundaverit beneficium vel certam capellam ut presbyter singulis diebus teneatur celebrare Missam de nostra Domina: ipse Episcopus postmodum illas conditiones illicitas videlicet quod singulis diebus teneatur celebrare de nostra Domina poterit tollere, & penitus removere, & illam in Ecclesiam quo ad conditiones juris approbare.

Septimò facit. *c. ad hæc. de religio. domi.* ubi dicitur quod illa fundatio quæ est facta per fundatorem, Episcopus illam poterit approbare & in statum ecclesiasticum & religiosum reducere.

14. Octavò facit decisio do. Abb. *in c. cum & officii. de præscriptioni.* ubi dicit quod si fuerit reservatum beneficium impetranti à sede Apostolica: datis executoribus cum decreto irritanti: si durante illo tempore Episcopus non obstante reservatione beneficium alteri contulerit non valet collatio nisi iste impetrans illud noluerit acceptare: quia ille tacitus consensus ipsius impetrantis facit collationem ordinarii validam, licet ante diceretur nulla. & amplè prosequitur Feli. *in c. cæterum. de rescript.*

Nonò pro ista parte facit doctrina do. Archidiaconi *in c. nemo. in 1. de consecra. distin.* 1. ubi dicit quod si quis ædificet aliquam domum, non hoc proposito potest per Episcopum in Ecclesiam reducere & consecrare. *per c. unicuique. ea. distin.* sicut Bonifac. templum idolorum dedicavit omnibus sanctis, & tunc Episcopus vel alius loco illius debet venire. & ibi crucem ponere, & locum Deo deputare, & alias nulli licet Ecclesiam facere. *ut 30. dist. si quis extra.*

15. Decimò in simili pro ista parte facit doctrina domi. Feli. *in c. cum Bertoldus. col. 3. versicu. limita prædicta sex modis. de re judicata.* ubi dicit præsupponendo quod collatio facta spreto patrono & non requisito ipso jure est nulla. *c. decerni. 16. q. 7. c. illud.* & ibi dom. Abb. explicando irritanda hoc est irrita nuntianda *de ju. pa.* illud non procedit nisi patronus consentiat illi collationi nullæ ex postfacto. alleg. Host. *in rubri. de jure patro. §. fina. versi. quid si Ecclesia.* Hostien. & Joan. And. *in c. per vestras. de jure patronatus.* Lapus in *additioni. ad Federicum in tractatu permu. quæst. 30. Car. consi. 66. inci. in Ecclesia Belvacensi. in tertio dubio. & etiam alle. c. cum consuetudinis. & ibi Inno. de consue. & Docto. in c. cum vos. de his quæ fiunt à Prælatis.* & ibi subdit idem domi. Feli. ubi sup. quod iste consensus valet ut ex nunc, non ut ex tunc. *per l. per fundum. ff. de ser. ru. prædio. & do. Abb. in dispu. inci. Augerio.*

Undecimò facit in simili illud quod no. do. Abb. post Joan. And. *in c. per vestras. de jure patronatus.* ubi dicitur si Episcopus conferat absque aliqua præsentatione beneficium patrono, valebit illa collatio si acceptetur à patrono. Idem tenet Joa. And. *in regu. qui tacet. in fi. de regul. juris. in 6. in mercurialibus.* Abb. *in c. nonne. 4. col. de præsumptione. cum simi. ut per Feli. in d. cap. cum Bertoldus. col. 3. versi. limita. 2. de re ju.*

Duodecimò facit in simili quod no. do. Car. *in cle. 1. de sup. negli. Prælat.* ubi collatio quæ erat facta spreto patrono nulliter ratificatur per lapsum temporis ad præsentandum. not. etiam do. Abb. *in d. dispu. inci. Augerio. & Feli. in d. c. cum Bertoldus. col. 5. ver. limita. 4. de re judi.*

Decimo tertiò pro ista parte facit. Nam donatio in principio tenuit saltem in præjudicium donatoris & heredis. Nam quantum ad eorum præjudicium non requiritur consensus Episcopi cùm donator disposuerit de re propria: & ideo quantum ad eum & ipsius heredes, non potest venire contra. argu. *l. per fundum. ff. de servi. urba. prædio. & cap. quod in dubiis. de renun.* ideo consensus Episcopi quo ad translationem ipsorum bonorum postmodum poterit intervenire ex quo contractus donationis tenebat. *argumen. d. c. cum consuetudinis. de consue.* quia donatio à principio pendebat sub conditione si Episcopus consenserit. igitur per supervenientem consensum Episcopi fundatio efficitur Ecclesiastica. *per d. c. ad hæc. de religio. domi.* & istud valet ut ex nunc: videlicet à tempore consensus Episcopi præstiti: & cum his ista q. incidens à principali remanet bene declarata.

Nunc revertendo ad primam q. videlicet, an quis potest fundare sive ædificare Ecclesiam, concludo cum Docto. superius relatis, quod aliquis non potest ædificare Ecclesiam sine Episcopo. ut est text. *in c. nemo. in primo. de consecra. distinctio. 1. & in cap. cum olim. in 2. §. insuper. de privile. & in c. placuit. 1. q. 2. §. si quis autem. in aut. de Eccle. tit. colum. 9. in terminis.* ita tenet & transit Pau. de Citadi. Mediolanensis. *in suo tracta. de jure patro. in 3. parte. in 1. q.* Istam partem etiam tenet Archiepiscopus Florenti. in tertia parte suæ Summæ. *titu. 12. c. 2. §. 2.*

Source : BIU Cujas

16. Ubi dicit quod nemo Ecclesiam ædificare potest nisi authoritate Episcopi qui debet ponere primarium lapidem, crucem figere, & cœmiterium designare, & etiam petere dotem sufficientem, sine qua consecrari non debet. *per d. c. nemo. & c. placuit.* 1. *q.* 2. hodie quidem secundum eum sufficit quod assignetur pro dote unus mansus, id est, unum prædium sufficiens pro uno pari bonm totaliter liberum. *c.* 1. *de Eccle. ædifi.* sed ibi nihil ad propositum, sed credebat allegare. *c.* 1. *de censi.* & istud secundum enim eum procedit in personis exemptis: quia exemptus non potest construere oratoria vel capellas in locis non exemptis sine diœcesanorum licentia, nec in sic constructis facere celebrari, vel celebrare tempore interdicti. *c. authoritate. de privil. in* 6. & idem Archi. ut sup.

17. Subdit quod no. secundum Ray. quod non licet habere oratorium in forma Ecclesiæ in domo propria absque authoritate Episcopi, nec debet ibi Missa celebrari nisi de consensu ejus propter necessitatem, ut non fiat præjudicium enorme parochiali Ecclesiæ, & clericus qui sine authoritate Episcopi in tali oratorio celebraverit, debet deponi. *c. unicuique. c. clericos. de consecr. dist.* 1. *& dicit glos. in d. c. placuit.* 1. *q.* 2.

18. Quod in Ecclesia ædificanda quis non debet ponere primarium lapidem sine authoritate Episcopi & dicit tex. *in c. unicuique. de conse. dist.* 1. quod unicuique fidelium in domo sua oratorium licet habere & ibi orare. Missas autem ibi celebrare non licet. & ibi subdit glo. *in versi. oratorium. i.* non sacrum, sacrum autem sua authoritate facere non licet: nisi authoritate Episcopi: ex quibus est inferendum quod Episcopus cum patrono post spiritualizationem Ecclesiæ cum causa potest mutare & alterare statum Ecclesiæ. & primo facit tex. *in c. significatum. de præben. & digni.*

19. Secundò pro ista parte facit in simili quod tenet. do. Abb. *in c. per vestras. de iure pa.* ubi dicit quod licet in fundatione beneficii fuerit ordinatum ut teneatur præsentare ordinario Episcopo clericum idoneum, tamen si Episcopus illud beneficium conferat patrono valet hujusmodi collatio non obstante quod si facta contra ordinationem collatoris: & sic ibi apparet quod Episcopus cum consensu heredis fundationem potest alterare.

Tertiò istud etiam probatur per glos. positam in verbo *castitatum.* & ibi do. Abb. *col.* 2. *per illum tex. in c. cum dilectus. de conjue.* ibi dicit quod in præjudicium fundationis Episcopus cum suo capitulo & de consensu patroni potest statuere.

20. Quartò istud corroborando probatur in *c. constitutus. & hic do. Abb. de religio. domi.* ubi Episcopus tollit jura in præjudicium Ecclesiæ ex causa: & ille tex. loquitur generaliter, & generaliter debet intelligi, non solùm ad Ecclesias non patronatas, sed etiam patronatas: quia ubi tex. non distinguit nec nos distinguere debemus. *c. solitæ. de maio. & obe.* & subdit do. Abb. in *d. c. constitutus. col.* 1. *super gl.* in verbo, *quocumque. in versi. in ea. glo.* per illam gl. quod Prælati inferiores à Papa possunt concedere uni Ecclesiæ in præjudicium alterius quando subest causa rationabilis: & ibi referunt Hostien. & Gof. juxta *no. in c. novit. & in cap. quanto. de his quæ fi. à Præla. sine consensu capi.* Allegat etiam idem dom. Abb. cle. 2. *de rebus eccl. non alie. & in c.* 1. *eo. ti. in* 6.

Quintò istud probatur per tex. formalem qui loquitur indistincte. *in c. cum accessissent. de consti.* ubi tex. dicit quod Episcopus cum capitulo ex causa dignitatem olim fundatam potest supprimere ubi non distinguitur an fuerit fundata ab Ecclesia, vel ne, nec nos distinguere debemus: & hoc maximè, quia solum in beneficiis per laicum fundatis reperitur differentia quo ad fundationes factas per Ecclesias in præsentatione facienda per tex. *in c. cum dilec. de iure pa. iuncto c. dilec. de offic. lega.* Et sic postquam illa sola differentia in jure reperitur: ergo in aliis omnibus debet censeri Ecclesiasticum circa dispositionem Episcopi per illa jura superiùs alle. facit tex. *in c. præterea. in* 2. *de iure patro.* ubi postquam illa fundatio fuit spiritualizata amplius patronus non potest se intromittere: quod etiam novam pensionem illi beneficio non poterit imponere, ex eo quia jam est effectum Ecclesiasticum per tex. & ibi dom. Abb. *in ca. cum dilec. de conjue.* quia solum ipse patronus retinet in tribus jus gratiosum in illo beneficio: videlicet honorem processionis: & si ad inopiam vergat, ab illa Ecclesia sibi modestè provideatur. Item etiam retinet præsentationem: quia in illis simpliciter jus sibi est reservatum. in aliis autem non. tex. *in c. nobis. de iure patro.*

21. Item & si diceretur quod agitur de magno præjudicio circa istam fundationem: ita quod veniunt contra intentionem fundantis. Ad istud respondetur quod aut agitur de præjudicio ipsius fundatoris & heredum, & tunc ipsi heredes contra illud possunt venire. *c. cum propter. de elec.* ubi præsentationi tacitè possunt renuntiare: & tamen veniunt contra intentionem fundatoris. facit tex. *in cap. illud. de iure pa.* ubi si testator relinquat jus præsentandi suis hæredibus: tamen ipsi hæredes & patroni illud jus præsentandi possunt donare Ecclesiæ: etiam sine consensu Episcopi: vel etiam alteri laico cum consensu Episcopi. ut ibi dicit do. Abb. & *in c. cum secundum. post gl. in verbo emptorum. de iure pa.* & illud ipse patronus facit licet veniat contra intentionem fundatoris. *tex. in c. ex insinuatione. eo. ti. de iure pa.* ubi licet duo fratres propter aliquam fundationem habeant jus præsentandi, tamen unus illud jus potest remittere alteri fratri: licet illud fiat contra intentionem fundatoris: aut agitur in præsenti casu de præjudicio Ecclesiæ: tunc dico quod cum causa, sufficiet consensus & authoritas ipsius Episcopi. *c.* 1. *&* 2. *de rebus eccle. non alie. & c continebatur. de his quæ fi. à Præla. sine consen. ca.* & sic ergo arguendo à quacunque parte Episcopus cum causa & consensu hæredis voluntatem testatoris & fundatoris poterit mutare.

22. Sextò facit. *c. cum Apostolica. de his quæ fi. à Præla. sine consensu. cap.* ubi licet aliquis laicus ex privilegio ex aliqua successione descendente ante concilium Lateranense possideat aliquas decimas illas cum consensu Episcopi in alium, hoc est in Ecclesiam poterit transferre.

Septimò facit *cle.* 2. *de iure patr.* ubi tex. quod si sint plures patroni ex fundatione parentum ipsi modum præsentandi possunt mutare, hoc est facere, ut alternativè præsentare possint: licet veniant contra intentionem & ordinationem fundatoris.

Octavò facit, quia licet sit prohibitum Papæ & omnibus aliis per jus commune non alienare res Ecclesiæ. *c. non liceat Papæ.* 12. *q.* 2. tamen ex causa Episcopus cum capitulo suo potest alienare. *c. sine exceptione. cum simili.* 12. *q.* 2.

Nonò facit dictum Inno. *in ca. significasti. de præben.* ubi dicit quod Papa & etiam inferior eo potest convertere relicta ad pios usus, licet alias sint licita si concernunt spiritualitatem: sed si respiciant temporale commodum, tunc inferior à Papa non poterit mutare quod est singulare dictum secundum domi. Anto. ibi. qui dicit istud dubium fore peregrinum: & ad *dictam clemen. quia contingit.* posse responderi: ut suprà fuit responsum: videlicet quia quando sapit spiritualitatem poterit inferior: [a] sed quando sapit temporalitatem, poterit solus Papa: & hoc modo intelligitur *dicta clemen. quia contingit.*

Decimò ponderatur. *d. cle. quia contingit.* dum dicit & erogationibus dotata fuerint: ut pauperes reciperentur ibi & ex proventibus illorum sustenta-

a Ego indistincte puto illam Clem. *quia contingit.* servandam, vide Baldum in l. nulli Cod. de Episc. & cleric. C. M.

Source : BIU Cujas

rentur: & postea dicit, cum jam ea quanquam ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debent & non ad alium converti: & clarum est quod fideles non possunt dare spiritualia ecclesiis, sed bene temporalia: & ideò clarè & bona ratione constat quod d. cle. locum habet in usu profano & non pio.

23. Undecimò facit quod not. An. Barba. *in c. nos quidem. colum. 3. ver. & adde.* ubi dicit quod statutum civitatis in usus pios alterari vel commutari non potest: etiam de loco ad locum, quia plus & minus est in loco sicut in tempore. *l. si testamento. §. fi. ff. de fideiusso.* & Episcopus qui est pater ultimarum voluntatum ad pias causas non debet permittere quod laici spiritualiter usurpent sicut nec è contra laici permittunt jurisdictionem suam sibi usurpari. *l. consulta. C. de testa.* & idem Barba. subdit quod alteratio est quadruplex, necessaria, utilis, tolerabilis, & temeraria: prima conceditur causa conjuncta, quia necessitas facit probabile: quod alias esset improbabile. *l. qui potuerunt. ff. de manu test. 2. & 3.* non videntur censendi nisi principi. vel dicit quod propter utilitatem est permissum. *l. fi. ff. de oper. publi.* sed propter voluntatem non est permissum nisi principi. *l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* per temeritatem autem nullus rationabiliter potest cum adita hereditate sit nata naturalis obligatio, &c.

Duodecimò facit: nam si conceditur ut Episcopus cum extrema & magna necessitate fundarionem piam & merè profanam possit cum consensu heredis mutare. *c. nos quidem. de testa.* ergo à fortiori cum causa necessaria fundationem spiritualizatam poterit mutare: ut in simili no. do. Abb. *in c. constitutus. de reli. domi.*

24. Tertia conclusio est quod si Episcopus nollet consentire fundationi Ecclesiæ sine causa, ad illud faciendum per superiorem potest compelli. *c. nullus. de iure pa.* & ibi dicit Abb. generaliter per illum text. quod ubi requiritur consensus unius in favorem alterius si non vult consentire sine causa legitima potest haberi recursus ad superiorem, ut superior ipse consentiat vel compellat illum ad consentiendum: & ibidem dom. Abb. infert quod si cavetur statuto quod non possit contrahi matrimonium cum minori viginti quinque annis sine consensu duorum agnatorum: quod si agnati denegant consentire sine causa, potest adiri superior ut consentiat, vel cogat dictos agnatos. & ita dicit ibi se alias consuluisse. Et ita reperio eundem do. Abb. tenuisse in *consi. 65. incip. casus quidam Ray. in 2. volumi.* & idem tenet Bartho. Bengi. *in addi.* quas fecit ad Abb. *in d. c. nullus. de iure patro. facit glo. in c. penul. in verbo teneantur. de rescript. lib. 6.* & idem in simili no. dom. Abb. *in c. 2. & in c. ex parte Astensis. de conceff. præben.* & idem etiam dom. Abb. *in consi. 59. incip. quidam Dominus Jaco. in penul. col. in 2. volumi. & in c. avaritiæ. in fi. de præb.* facit etiam tex. *in c. significaverunt. de excess.* & ita tenet expressè Rochus de Curte *in suo tracta. de iure patro. in 5. q. super verbo pro eo quod de Diœcesani consensu.* & ista coactio fiet per Archiepiscopum qui est ordinarius & superior Episcopi. *c. pastoralis. de offi. ordi.* ergo potest eum compellere, ut no. Joan. And. Cald. Cardi. & do. Abb. *in d. c. nullus. de iure pa.* Idem no. dom. Abb. *in cap ex parte Asten. in ulti. colum. de conceff præben & in c. avaritiæ. de præben.* Nec obstat tex. *in d. c. nullus.* qui videtur concludere quod sit recurrendum ad Papam, quia debet suppleri, hoc est ad Papam, vel ad alium superiorem: ut no. idem Rochus, *ubi suprà. in simili facit. c. filiis vel nepotibus. 16. q. 7.*

25. Quarta conclusio est, quod si dubitetur an in fundatione Ecclesiæ consensus Episcopi intervenerit in constructione Ecclesiæ, nec id probari possit, præsumitur quod consensus intervenit, dummodo sit in forma Ecclesiæ: ita quod ibi Missæ publicæ celebrentur, vel sit altare aut campanile sive campana ut not. Dominus Abbas post Inno. *in capit. inter dilectos. de donationi. & in disputatione incipiente Sempronius.* & Archidiaco. *in c. nemo. in 1. de conse. distin. 1. facit glo. in capit. unicuique. eadem distinctione.* & ita etiam sequitur Ludovi. Roma. *in suis singu. singulari. 320. incip. senectutis.* dices quod est singulare dictum. Idem tenet Feli. in *c. de quarta. colum. 4.* ibi alleg. multa circa istud *ver. secunda declaratio.*

26. Ubi dicit quod si hospitale non est ædificatum ad Missam celebrandam, nec ibi est rector perpetuus nec habet dotem, non dicitur locus religiosus nec gaudet immunitate: licet cum authoritate Episcopi sit ibi altare in quo aliquando celebratur in festivitatibus magnis: ut no. do. Card. *in c. fi. de censi. &* Guil. *in cle. quia contingit. de reli. domi.* & dicit Pau. *consi. 245.* quod licet non fundatum authoritate Episcopi non dicatur locus sacer, vel religiosus: tamen dicitur locus pius quod importat ad effectum: & iste locus præsumitur fundatus authoritate Episcopi quando sæpe celebratur in eo vocato populo per signum publicæ campanæ. Abb. in *c. patentibus. de privi.* Cal. *consi. 4. tit. de relig.* do. Butri. *consi. 19. in 3. col.* do. Abb. *in c. sopitæ. de censi.* Ludo. Rom. *in l. sciendum. 15. col. de ver. oblig. & consi. 477. cum similibus:* ut per Feli. *in d. c. quarta. de præscript.* Idem etiam tenet Pau. de Cast. *consi. 181. incipiente dicendum est.*

Ubi dicit quod locus habens formam Ecclesiæ, ut quia ibi sit campanile, vel ibi celebrentur divina & fiant alia signa Ecclesiastica præsumitur cum authoritate Episcopi constructus: & per consequens est subjectus Episcopo, & si hospitale fuerat fundatum cum consensu Episcopi: vel quod Episcopus consecraverit altare tunc potest dici publicum: ut no. Feli. post Inno. in *d. c. de quarta. de præscrip.*

27. Et ideo in istis privatis secundum eum communiter non sunt altaria consecrata, sed privata: & ponitur lapis consecratus super ipsum quando ibi celebratur, & ponderabitur quod isti sentiunt quod si haberet nomen sancti appropriatum sibi in illo loco & non Ecclesiæ parochiali: tunc diceretur hospitale religiosum & publicum. Idem etiam quando concurrit dictum signum campanæ, ut suprà fuit dictum: quibus signis standum est in facto antiquo, ubi modus fundationis non apparet.

28. Quando autem Ecclesia præsumitur fuisse consecrata notat Archidia. *in c. nemo. de conse. dist. 1.*

29. Et circa hospitale consideratur multum an sit hospitale solitum dari in titulum ex ordinatione fundatoris: vel per viam electionis: an verò solitum committi: ut no. *in dicta clemen. quia contingit.* & in primo casu quando est hospitale publicum secundum Feli. *ubi suprà* venit appellatione beneficiorum non secundo: tamen quando datur clerico ut bono viro dicitur titulus Ecclesiasticus: ut not. Feleri. *in tract. de rerum permu. col. 9. versi 14.* qui quo ad ista verba non reprobatur licet dum dicit hoc posse permutari cum beneficio.

Et in materia pœnali appellatione Ecclesiarum non venit hospitale nisi sit religiosorum: ut notat Domi. de sancto Gemi. post Lapum in *c. cupientes. §. 1. 3. col. de elect. in 6.* & sic resultat prædicta conclusio quod præsumitur ut in constitutione Ecclesiæ consensus Episcopi intervenerit, hanc conclusionem sequitur idem Rochus *ubi sup. 3. q. 8.* pro ista parte allegat dom. Abb. *in c. cura pastoralis. de iure pa. super gl. 2.* & etiam dom. Car. Floren. *in consi. suo. 11. incipiente quædam societas. in fi.* ubi refert eumdem Archi. *in d. c. nemo. de conse. di. 1.* & Feder. *in consi. 106. in prin. alias est consi. 111. incip. q. talis.* Idem tenet do. And. Barba. *in consi. suo. 33. incip. scripsit Psalmista. in prin. in secundo vol.* ubi plenè attingit istum articulum: & multa pro ista parte adducit, & ibi subdicit in *tertia col. in fine*, quod in plerisque mundi partibus requisitus fuit

Source : BIU Cujas

de hac quæstione, & ita consuluit: idem etiam consuluit Card. Flore. & Jo. de Imo. quos refert Feli. *in d. c. de quarta colum. 4. de præscript.* & hanc conclusionem. tenendo quod ubi apparet quod Ecclesia habet campanile vel alia signa Ecclesiæ præsumitur authoritas vel consensus Episcopi interveniisse. Et ista est communis opinio secundum eum: & multas alias authoritates alleg. quas vide per eum. & idem tenet Pet. de Anch. *in consi. 68. incip. contra donationem. in 2. col. in prin.* Idem do. Alex. in *consi. suo 79. incip. circa primum. in 3. colum. in 1. volu.* & in proposito nostro hoc tenuit do. Jas. *in l. si certis annis. C. de pac. pen. col. versi. 5. facit.* quæ opinio mihi placet per jura suprà relata: quia postquam ibi est Ecclesia præsumitur authoritas Episcopi interveniisse. *facit cap. cum olim. in 2. §. insuper. de privi. & cap. placuit. q. 2. & cap. unicuique. cum sua glo. de consecra. dist. 1.*

Quinta conclusio quod ubi requiritur consensus Episcopi in Ecclesia ædificanda sufficit consensus tacitus. ut not. domi. Cardi. Floren. *in c. cura. in fi. de jure patro.* & illud videtur probari per glo. ibidem. & hoc secundum eumdem Card. habet locum quando taciturnitas Episcopi habetur pro consensu, quando constat ipsum sciviisse id quod actum est: & nullam causam eum impediviisse ad contradicendum. Tamen contrarium tenet do. Abb. in *d. c. cura. de jure patro.* & movetur quia in isto actu odioso non præsumitur consensus ex taciturnitate. alleg. nota. *in ca. qui tacet. de regu. jur. in 6. & per tex. in c. cum jamdudum. de præben. & digni.* Pro ista parte facit. *clemen. si summus Pontifex. de senten. excom.* & no. Jo. And. *in c. nobis. de jure patrona.* Tamen Rochus de Curte *in tracta. de iure patrona.* tenet primam opinionem. *in 8. q. super verbo pro eo quod de diœcesani consensu.* præsupponendo secundum eum quod Episcopus sciverit constructionem & potuerit contradicere. pro qua opinione alleg. gl. *in c. ea. noscitur. de his quæ fiunt à præla.* & hoc tenendo respondet ad contrariam partem quam tenuit Abb. ubi suprà: nam habet locum in actu odioso: quia construere Ecclesiam vel acquirere jus patronatus non est odiosum, imò favorabile.

Non obstat etiam decisio Joan. And. quam suprà retuli; quia requiritur consensus: potest intelligi de consensu tacito sicut expresso. Et tenendo istam partem in simili facit gloss. *in c. continebatur. de his quæ fiunt à Præla. sine consensu Capi.* & domi. Abb. *in c. quia circa. de consang. & affini. facit tex. in c. ex ore. de his quæ fiunt à majo. parte Capi. & c. dilecto. de præben. & digni.* & ea quæ no. Feli. *in c. cum Bertoldus. col. 3. ver. primo limita. de sen. & re iudi.* d. Abb. *in c. per vestras. de iure patrona.* in simili etiam decidit do. Abb. *in cap. cum in offic. de præscript.* & Feli. *in c. cæterum. de rescrip. facit tex. in c. penul. & in c. fi de sup. negli præla.* Et cum his sit absoluta præsens quæstio cum suis conclusionibus circa alia quæ essent hic dicenda circa istum articulum: videlicet circa fundationes & ædificationes Ecclesiarum. Remitto te ad eundem Rochum de Curte, ubi amplè prosequitur istam materiam in *suo trac. de jure patro. super verbo pro eo quod de Diœcesani consensu, & super verbo dotavit.*

QUÆSTIO VII.

1. *Beneficium an sit quid spirituale.*
2. *Fructus beneficii an possint vendi.*
3. *Beneficium solus Papa ad tempus confert.*
4. *Præbenda an sit quid spirituale ut possideri non possit per laicum.*
5. *Hospitalarius quando possit esse laicus & conjugatus.*
6. *Hospitale ex quibus cognoscitur religiosum vel profanum.*
7. *Beneficium quando laicus potest tenere. numero 9.*
8. *Canonicus quomodo est Franciæ Rex.*
10. *In possessione beneficii apprehendenda quomodo potest laicus esse procurator.*
11. *Beneficia quomodo confert laicus.*
12. *De possessorio mero beneficii quomodo judices etiam seculares cognoscunt.*
13. *Jus patronatus an possit transferri de uno laico in alium.*
14. *Electioni ubi laicus potest interesse quid operetur ejus intercessio.*
15. *Religionem potest laicus conjugatus ingredi uxoris suæ consensu.*
16. *Monachatus an sit beneficium spirituale. num. 29.*
17. *Beneficium an possint habere laici conjugati.*
18. *Clerici an propter conjugium perdant privilegium clericatus.*
19. *In electionibus an principis consensus præstitus aliquid operetur. num. 31.*
20. *Laici quæ officia possunt in Ecclesia habere: & si possunt esse Basinarii an dicantur habere aliquam administrationem in Ecclesia.*
21. *Judex secularis quomodo potest cognoscere de quæstione juris patronatus.*
22. *Baptizare & confessiones audire an possit laicus.*
23. *Spiritualia an possit laicus administrare aliquo jure.*
24. *Beneficia ratione officii & administrationis sunt spiritualia.*
25. *Simonia quomodo committitur super spiritualibus. num. 30.*
26. *Præbenda est jus spirituale quando habet canonicatum annexum.*
31. *Eligere est actus spiritualis.*
32. *Spiritualia vel spiritualibus annexa quæ dicuntur.*
33. *Pecunia quid dicitur.*
34. *Simonia an possit committi precibus aut munere factis Prælato aut alteri ut beneficium conferat, vel vocem præstet.*
35. *Munus unde dicatur.*
36. *Simonia quibus casibus non committatur ubi datur pecunia pro re spirituali. Presbyter si pecuniam recipiat pro re spirituali quibus casibus simoniam non committit.*
37. *Pauperi si aliquid largiatur ad orandum an simonia committatur etiam si detur pro actu prophetandi.*
38. *Prædicator si pecuniam accipiat an simoniam committat.*

Source : BIU Cujas

39. *Simonia committitur ubi pecunia datur pro dispensatione, pro correctione vel viro puniendo ubi quis ex debito sui officii hoc facere tenetur.*
40. *Pro visitandis Ecclesiis si Episcopus aliquid accipiat, simoniam committit.*
41. *Pro justitia conservanda si aliquid detur superiori committitur simonia*
42. *Doctor si pecuniam assumat pro suo consilio præstando super re spirituali non committit simoniam.*
Idem pro doctrina scholarium.
Et si non vult festare nisi pecunia detur an simoniam committat?
43. *Magistris pecuniam exigere non licet pro licentia docendi.*
44. *Simonia an committatur ubi aliquid eligitur pro collatione vel antequam beneficium conferat.*
45. *Canonici si faciant pactum quod canonizent nepotes ad invicem an committant simoniam.*
46. *In canonicum quod is recipiatur, qui tamen Ecclesiæ præstiterit, an istud factum per fundatorem sit simoniacum.*
47. *Simonia committitur ubi per alium datur pecunia ut alius eligatur, & quid si detur ignorante electo.*
48. *Simonia committitur quando datur pecunia pro confirmanda electione.*
49. *Simonia committitur in vendendis aut emendis beneficiis Ecclesiasticis.*
50. *Sepultura vendi non potest aliis si quid pro illa recipiatur quando est simonia.*
51. *Vasa & Ecclesiæ ornamẽta an sint spiritualia.*
52. *Spiritualiter quis illuminatur septem modis.*
53. *Spiritualia tria sunt bona.*
54. *Spiritualis filiatio triplex est.*
55. *Spiritualis militia quæ sit.*
56. *Spiritualis libertas quæ sit.*
57. *Spirituale quodnam propriè dicitur.*
58. *Jus patronatus an sit quid spirituale vel temporale aut spiritualitati annexum.*
59. *Decimandi jus quandoque laicis competit.*

QUæro septimo. An beneficium sit spirituale: & primò arguitur pro parte negativa quod non sit spirituale: sed profanum & temporale.

Et primò: nam fructus beneficii & proventus dicuntur esse beneficium juxta diffinitionem beneficii: est benevola actio gaudium tribuens capienti: ut dixi *sup. in* 1. *q.* Istud probatur per *c. fi. de rescript. in* 6. ubi beneficium datur propter officium, hoc est fructus & proventus dantur propter illud officium exercendum inter laicos & alios subditos.

2. Sed sic est quod fructus beneficii possunt vendi. *c. vestra. de loca. & conduc. no. in c. fi. ne præla. vices suas. & in cle.* 1. *de rebus eccle. non alie.* ergo postquam fructus & proventus possunt vendi: est dicendum quod non est spirituale, sed temporale: quia spirituale non potest vendi. *c. querelam. c. consulere. & quasi per totum. de simo. c. salvator. cum simili.* 1. *q.* 3.

Ad istud argumentum potest responderi: quod si fructus beneficii sive administrationis concedantur ad modicum tempus: tunc dico quod possunt vendi: & sic habent loca jura superiùs allegã. videlicet. *c. vestra. de loca. & conduc.* & tunc non sunt nec dicuntur esse isti fructus concessi ad modicum tempus beneficii, sed quid temporale: secus si considerentur ad longum tempus: quia tunc non possunt vendi, quia videntur transire in beneficium: [a] *d. c fin. & c.* 1. *& 2. & ibi per Doc. ne præla. vices suas.*

3. Et hoc maximè, quia beneficium conceditur ad longum tempus & in perpetuum, non ad modicum tempus. *c. veniens. & ibi per Docto. de filiis presby. not. in c. pastoralis. & in c. quamvis.* 7. *q.* 1. quia solus Papa illa beneficia concedit ad tempus: alius inferior non. *c. si gratiosè.* & ibi per glos. & Doc. *de rescript. in* 6. Dom. Abb. *in disputa. incip. Episcopus. colum.* 2. & sic ergo postquam inferiora Papa beneficium non potest concedere ad tempus: meritò est dicendum quod isti fructus beneficii qui conceduntur & venduntur ad modicum tempus non dicuntur beneficium. *d. c. fi. ne præla. vices suas.*

4. Secundò arguitur pro ista parte. *per glos. in c. cum inter. in verbo receperunt de consti.* quam omnes Docto. ibi illam insequuntur: quæ dicit quod laicus præbendam potest habere & possidere in titulum. si ergo præbendam potest habere & esse præbendatus, sed præbenda est beneficium. *c. fi. & ibi per Doct. de præben. & digni.* sed laicus jura spiritualia non potest possidere. *c. causam de præscript.* nec etiam illa tenere & administrare. *c.* 2. *de judi. c. fi. de rebus eccle. non alie. c. bene quidem.* 96. *dist. cum similibus.* ergo est concludendum quod præbenda sive beneficium non est spirituale, sed quid temporale.

Ad istud argumentum potest responderi quod duplex est præbenda. Una quæ est separata & non habet canonicatum annexum, & illa non dicitur beneficium Ecclesiasticum, sed quid temporale. ut not. Doct. *in d. c. cum post illam. in glo. de constitu.* alia præbenda quæ habet canonicatum annexum, illa dicitur jus spirituale sive beneficium Ecclesiasticum. ut est tex. & ibi Dom. Abb: *in c. dilecto. de præbend. & dignit.*

5. Tertiò arguitur, & videtur quod sit quid temporale: nam hospitale dicitur beneficium, ut est glo. & ibi Doct. *in clemen.* 2. *de deci.* not. Feli. *in c. de quarta. de præscript. col.* 4. & laicus etiam conjugatus hospitale potest tenere & esse hospitalarius. *tex. in cle. quia contingit. juncta glo. in versi. secularibus.* sed laicus jus spirituale non potest possidere, *ut sup. dixi.* ergo beneficium non est spirituale, sed temporale.

Ad istud respondeo, & dico quod est duplex hospitale. Unum quod dicitur hospitale pium & non religiosum: ita quod ibi non est altare fixum, nec ibi Missæ singulis diebus celebrantur. nec etiam est campanile cum campana ut no. Feli. *in d. c. de quarta. de præs.* & tunc illud hospitale non dicitur beneficium, nec venit appellatione beneficii, ut not. idem Feli. *in d. c. de quarta. glos. in cle. dispendiosam. in ver. beneficiis. de judi.* quæ dicit quod appellatione beneficii non venit hospitale: & tunc istud hospitale non dicitur beneficium spirituale, & istud potest possideri & donari laico etiam conjugato: & sic habet locum. *d. cle. quia contingit juncta glos. in verbo secularibus.* si autem hospitale sit religiosum, hoc est fundatum authoritate Episcopi, tunc est religiosum: ut no. Dom. Abb. post Inno. *in c. ad hæc. de religio Dom. & in c. inter dilectos. de donat.*

6. Et sunt signa ad cognoscendum hospitale an est religiosum sive spiritualizatum, quando ibi est campanile cum campana quæ pulsatur publicè ad homines congregandos pro divino officio: ut no. Dom. Abb. per illum text. *in c. patentibus. de privi.* vel etiam si ibi celebrentur Missæ: tunc dicitur religiosum. facit *c. unicuique. juncta glo. de conse. distin.* 1. vel ibi sit altare fixum & consecratum: ut not. Feli. *in d. c. de quarta. col.* 4. *de præscri. ut suprà in præcedenti quæstione*

[a] Hæc ratio falsa, sed ideo quia transit dominium dicitur alienatio. Et requiritur solemnitas. Clem. 1. de Reb. Eccles. non alien. C. M.

Source : BIU Cujas

fuit dictum. & tunc dico quod illud hospitale religiosum est beneficium, & venit appellatione beneficii. *ut dixi suprà in 3. q.* & sic habet locum. *d. glo. in cle. 2. de deci.* quæ concludit quod appellatione beneficii venit hospitale. ita etiam tenet Feli. *ind. c. de quarta. de præscript.* & hoc modo hospitale erit beneficium spirituale : ut not. Felin. *in d. c. de quarta.* & sic hoc modo cessabit istud argumentum.

Quartò arguitur quod beneficium non sit spirituale, sed temporale : quia laicus potest tenere & habere beneficium : ut not. Dom. Abb. in *repeti. §. vero. 13. col. de præben. & digni.*

8. Quæ dicit quod Christianissimus Rex noster Franciæ est Canonicus in multis Ecclesiis sui regni, ut in Ecclesia sancti Hilarii civitatis Pictaviensis : sed Canonicatus dicitur beneficium : ergo est dicendum quod est temporale *ut sup. fuit dictum.*

Ad istud respondetur, quod ipse Christianissimus Rex noster Franciæ illud habuit ex privilegio Papæ.

9. Nam Papa potest privilegiare laicum ut teneat beneficia : ut notant Inno. & Dom. Abb. *in c. quanto. de consue. facit glos. in c. bene quidem. 86. dist. glo. & Doct. cum simi. in c. 2. de judi.*

Quintò arguitur sic : nam laici beneficia possunt fundare, & in illis fundationibus conditiones apponere, ut ibi instituantur aliqui de certis locis. *ut c. cum dilectus. de consue.* sed in spiritualibus non debet intervenire aliqua conditio. ut no. glo. *in c. cum sit proprium. de condit. apposita. facit. c. fina. cum simili. de pact. c. cum venerabilis. de præben c. ad decorem. de insti.* si ergo istæ conditiones apponantur in hujusmodi beneficiis, ergo est dicendum quod beneficium non est spirituale sed temporale.

Ad istud potest responderi, quod antequam istud beneficium, id est ista fundatio beneficii fuerit spiritualizata per Episcopum, iste fundans ante spiritualizationem poterit illas conditiones super beneficio fundando imponere : quia nondum est spiritualizatum : & sic habet locum. *d. c. cum dilectus. de consue.* post spiritualizationem ipsius : & etiam iste fundans non poterit ibi ponere aliquas conditiones tamquam super spirituali : & sic habent locum. *d. c. cum venerabilis. de præben. & dignita. & ca. ad decorem. de institu.*

Et si diceretur quod iste fundans laicus ibi tractabit in fundatione facienda spirituale quod est contra. *c. 2. de judi.* ubi laicus non potest tractare spiritualia.

Ad istud respondetur quod nullo modo tractat spiritualia, sed solum dat bona temporalia, qua donatione facta Episcopus solus ille spiritualizat. *juxta no. in c. ad hæc. de religio. dom.*

10. Sextò arguitur per ea quæ notat Dom. Abb. post Joan. And. *in c. accedens. de præben. & digni.* ubi dicit quod laicus poterit esse procurator in possessione beneficii apprehendenda : & etiam in beneficio acceptando : ergo videtur quod beneficium non sit spirituale, sed temporale : quia laicus non potest aliquo modo tractare spiritualia. *c. 2. de judi.*

Ad istud potest responderi, quod ipse laicus non potest tractare spritualia, hoc est in judicando, & in cognitionem habendo : & sic habet locum. *d. c. 2. de judi.* sed in possessione beneficii apprehendenda nullo modo ibi tractat spiritualia, sed potius dicitur exercere ea quæ sunt facta a d spiritualia, ut notant Doct. *in d. ca. accedens. de præben. & digni.* in simili facit. *ca. pro illorum. de præben. & digni.* ubi possessio beneficii apprehensa per excommunicatum valet & tenet. not. Dom. Abb *in c. veritatis. de dolo & contu.* Vel etiam aliter potest dici quod laicus potest esse procurator in causis spiritualibus. *c. 1. de procura. in 6.* quia quando exercet procurationem, non dicitur tractare spiritualia, quia solum facit quod sibi mandatur. ut not. Dom. Phil. Decius post alios Docto. in *c. decernimus de iudi.* quia ipse procurator illa facit tanquam nudus executor : secus si per illam executionem & procurationem consequeretur aliquid juris spiritualis, quia tunc laicus in spiritualibus non admittitur procurator. Unde non potest laicus esse procurator ad eligendum : ut not. Joan. And. *in regu. quod alicui. col. fi de regu. iur. in 6.* & not. Dominic. *in c. 1. de procur. in 6.* & Dom. Philip. Decius. *in d. c. 2. de iudi. col. 9. ver. subsequenter.* & Feli. *in c. ad Apostolicæ. de excess.*

11. Septimò arguitur : nam laicus beneficia confert, ut dicitur de Rege nostro Franciæ, qui confert decanatum Andegavensem. *ut not. per illum tex. in parte decisa. in c cum inter. de consue. glo. in can. imperium. 10. dist.* & sic ergo videtur quod beneficium sit temporale & non spirituale.

Ad istud respondeo quod ipse Rex facit illud ex privilegio à Sede Apostolica sibi concesso. ut no. glo. & ibi Doct. *in d. c. imperium. 10. distin. in summa. 16. q. 7.* Nam idem Rex habet in beneficiis sui regni ex privilegio, quod vacante Sede Episcopali præbendas possit conferre in Ecclesiis, sive Episcopatibus, & Archiepiscopatibus, qui extant de fundatione regali. & not. Joan. Mona. & Dom. de sancto Gemi. *in c 2. de præbend. & digni. in 6.* & sic cessat illud argumentum.

12. Octavò arguitur : nam quando agitur mero possessorio ad beneficium Ecclesiasticum Judices seculares de illo cognoscunt, ut videtur dicere glos. *in c. literas. de iura. calum.* & ibi Dom. Abb. idem Do. Abb. *in c. fin. de iudi. cum simili.* si ergo de illo possessorio cognoscunt, ergo videtur quod istud sit temporale.

Ad istud respondeo dupliciter. Primò, quia ipsi Judices sæculares illud faciunt ex privilegio à Sede Apostolica eis concesso, ut not. Guido Papa in suis decisio. Parlamentorum *in 1. decisio.*

Vel aliter potest responderi, & sic in puncto juris, quod quando agitur de mero possessorio, quod potest separari à titulo beneficii, tunc de illo possunt cognoscere : & sic habebit locum glos. *in c. literas. de iura. calum.* & ea quæ notat Dom. Abb. *in d. c. fi. de iudi.* Et istud potest separari à titulo beneficii in interdicto recuperandæ possessionis : quia tunc non cognito de titulis, neque de aliqua exceptione spoliatus venit restituendus. *c. in literis. de resti spolia.* & constito judici de isto mero facto, hoc est de possessione & spoliatione illum beneficiatum spoliatum poterit remittere in possessionem suam : quia tunc nullo modo cognoscit, de titulo nec de causa spirituali : sed de mero facto agitur. facit glo *in c. cum dilecti. de elect.* & in simili no. Dom. Abb. *in c. ex literis. in 2. de spon. & ma.* ubi dicit quod quando non dubitatur de sponsalibus sive matrimonio : judex secularis potest compellere partes ad illa matrimonia servanda. facit glo. & ibi etiam Dom. Abb. *in cap. non est. in versi. uxores. de sponsa. & matr.* ibi si vero volens detinetur, tunc per officium judicis vel Episcopi loci. ubi dicit glos. & ibi Dom. Abb. supplet officium judicis, id est, secularis cognoscit, ut puta per illum textum si pater detineat uxorem filio suo, judex poterit illum compellere ad restitutionem uxoris filii, quia ibi nullo modo agitur de viribus ipsius matrimonii, sed solum de mero facto, hoc est, de spoliatione, & detentione uxoris cum simili. ut not. Feli. *in c. 1. de iureiuran.* ubi si constat verè de juramento judex secularis poterit compellere partes ad juramentum servandum. ut plenè dixi *in tract. de iureiur. in 4. parte. super illa q. an laicus possit super iuramento dispensare.*

Nec obstat *c. uni. de eo qui mittitur in possess. lib. 6.* quia habet locum in beneficio possidendo : secus in obtento, quia quando agitur de beneficio obtinendo, puta in institutionibus faciendis, non est facienda missio in possessionem causa rei servandæ propter

Source : BIU Cujas

contumaciam partis adversæ, & sic habet locum *dictum ca. uni. ut sup. fuit dictum.* & dicit Dom. Abb. *in dicto c. ex literis. in* 8. *colum. in versic.* ego vero dico quod aut petenti restitutionem jus commune non obstat & sufficit probare nudam possessionem, nec est necesse aliter colorare: primò movetur ipse Abb. *per text. in dicto c. ex literis.* indistinctè dicentem prius agi debere de violenta ejectione quàm de canonica institutione: & nihil dicit de justificanda possessione. Imò apertissimè innuit contrarium: & sic non habet locum glo. *in cle.* 1. *de causa possess. & proprie.* & ex quo non datur incapacitas in possidente acquiritur possessio. ex solo facto quæ sufficit etiam ad partem possessorii recuperandi. [a]

a Imo est necesse colorare si est quæstio de re possibili, nisi sub certa forma vel causa ut notat glos. Pragmat tit. de Pacif. possess. verb. inquirunt. C. M.

Nec obstat. *c. primum. de regu. iur. in 6.* quia ad illud *c.* respondetur dupliciter: vel respondet Dom. Abb. *in c. in literis. col. 7. ver. ad regulam primam. de resti. spo.* ubi dicit primò quod illud *c.* 1. *de regu. jur. in 6.* proceditur respectu habendi, non autem respectu possidendi. [b]

b Hæc responsio est falsa ut etiam sequēs. C. M.

Vel aliter & secundo potest intelligi etiam respectu possidendi: sed verbum licitè ibi positum solvit contrarium: dicit enim secundum eum quod licitè non possidetur, non quin negat cum illicitè, imò potius innuit contrarium per argumentum à contrario sensu. & per simile probat in raptore & violento possessore qui possident illicitè: tamen lex cum fundum. & lex si colonus. *ff. de vi & vi armata.* Et ita idem Dom. Abb. alle. Dominos de Rota. *deci.* 4. *in fi.* ubi dicunt, quod si unus est intrusus & alius habet legitimum titulum, non potest iste agere nomine Ecclesiæ, quia videtur possessorem spoliare: quod non licet. At idem alleg. *c. per venerabilem.* & quod ibi nota. *qui filii sint legi.*

Nec obstat etiam. *l.* 3. §. *dare.* quæ illic allegatur per Dom. Anto. *ff. de usufructu.* quia loquitur in acquisitione rei incorporalis quæ non potest haberi sine scientia & patientia possidentis. *ut l.* 2. *C. de servituti. & not. in c. bonæ. in* 2. *de postula. præla.* sed beneficium est quid corporale, & eo ipso quod habet corpus Ecclesiæ potest ratione illius possessionis administrare. ut not. Dom. Abb. *in d. c. in literis de restitu. spo.* & Imelius *in c. ex literis. & in c. constitutus. de iure patro. & in c. cum ecclesia sutrina. de cau. pos. & proprie. & in c.* 2. *de restitutio. in integrum.* Et pro ista parte facit text. valde notab. *in c. ex insinuatione. de procuratori.* ubi mandatur inquiri de titulo post restitutionem factam: sed respectu restitutionis fiendæ solum mandatur inquiri de quibusdam inter quæ nisi dicitur de collocanda possessione denotatur *in c. cum ad sedem. de restit. spolia.*

Nec obstat etiam *ca. ad decimas. de restitu. spo.* ubi text. dicit quod quando jus commune fundat intentionem possidentis: tunc non datur restitutio nisi constet quod spoliatus habeat titulum in illo beneficio: [c] ut not. Dom. Abb. *in c. cum ecclesia sutrina. de cau. pos. & proprie. & in c. in literis. col. 9. ver. ergo imputo. de resti. spolia.*

c Dic quod sufficit apparenter docere de titulo. C.M.

Nec etiam obstat *c. constitutus. de filiis presby.* quia habet locum quando petens restitutionem beneficii habet notorium impedimentum propter quod illud beneficium non est sibi restituendum, ut no. Inn. *in c. constitutus. de filiis presbyte.* & Dom. Abb. *in c. literis. de restitu. spolia.*

Nec etiam obstat *dictum cap.* 1. *de eo qui mit. in pos. lib. 6.* quia habet locum in beneficio obtinendo, scilicet an habeat locum in beneficio obtento dicit Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. contingit. in* 4. *colum. de do. & contuma.* & refert ibi post glo. *in d. c.* 1. quod idem est dicendum sicut in obtinendo secundum Archi. Jo. Mo. Hostien. & Spe. *in tit. de do. & contumacia.* §. *sequitur. ver. illud.* ubi recitant quod Clemens Papa & omnes auditores curiæ in hanc sententiam inclinasse. Sed glo. *in d. c.* 1. dicit quod ille tex. facit in contrarium cum tex. loquatur de beneficio: & recitat ibi Joan. And. in novella quendam hanc opinio. tenuisse. & pro prima opinio. contra Joan. And. secundum Dominum Abb. obstant duæ rationes. Prima, quia eadem est ratio in obtento sicut in obtinendo: ergo eadem debet esse juris dispositio ne detur vitiosus ingressus. Secunda ratio, quia cùm possit procedi ad sententiam lit. non contesta. ut probatur per *Clementinam, dispendiosam. de judi.* quæ procedit in istis beneficialibus sive agatur petitorio sive possessorio: ut ibi notatur. & not. Dom. Abb. *in c. literas. de juramen. calum.* nam frustra recurreretur ad remedium extraordinarium cum competat ordinarium: imò non debet competere extraordinarium. *ut l. in causa. ff. de minoribus.*

His tamen non obstantibus, & licet prima opinio sit communis: tamen secunda opinio est verior, ut habeat locum missio in possessionem, ubi agitur de obtento beneficio maximè cum prætenditur spoliatio vel alio tempore possedisse. Hoc probatur per jura superius allega. Et etiam probatur *per d. c.* 1. Nam ibi editur jus de novo, ut patet per verbum *statuimus.* ergo ante dispositionem *illius c.* fiebat missio etiam in beneficialibus, sed illud *c. de eo qui mit. in pos. in 6.* solum loquitur cum agitur de beneficio obtinendo: ergo non debet extendi cum agitur de obtento: quia in tantum debemus recedere à jure antiquo, in quantum reperitur dispositum in contrarium per jus novum. *l. præcipimus. in fine. C. de appel. facit. c. maiores. de baptis.* nec per subauditiones debemus inducere juris antiqui correctionem. ut not. *in cap. cupientes.* §. *quod si. de elec. in 6. in glo. in ver. petere.*

Nec obstat etiam si dicatur eandem esse rationem in obtinendis & obtentis: quia illud negatur: ut not. Dom. Abb. in *d. c. quia conting.* vel intellige dum agitur de obtinendo non respectu possessionis: ut quidam intelligebant, sed respectu juris: ut quia fuit electus & agit, ut confirmetur, vel habet jus ad rem & agit ut fiat sibi collatio: & sic ut obtineat beneficium. hoc enim casu rectè disponitur. *ut d. c. cum qui. de eo qui mit. in pos. in 6.* nec propter contumaciam fiat missio in beneficialibus: quia patet vitiosus ingressus cùm adminiſtret sine titulo cùm adhuc non habeat jus in beneficio: ut in simili facit. *c. nosti. c. qualiter. c. transmissam. de electio. c. avaritiæ. eo. titu. in 6.* sed quanto agitur de obtento: ut quia jam dicit se habere & habuisse jus in beneficio & hoc maxime si probet quod alias habuit possessionem, sed ab ea fuit spoliatus: tunc non patet vitiosus ingressus cùm dicat se habere titulum. Ad hoc facit. *cap. consultationibus. de offi. deleg.* & pro ista parte facit, quia in beneficialibus potest agi possessorio, non obstante quod possit patere vitiosus ingressus: sed præsumptio est in contrarium, ex quo probat alias possessionem, sed præmissa veniunt restringenda quando non traditur vera possessio: sed solum fit missio & restitutio causa custodiæ. Nam ille qui est missus in possessionem, tenetur reo veniente omnes fructus restituere: sed si iste missus in possessionem dignitatis, exerceret expectantia ad dignitatem maximè conferendo beneficia, eligendo, excommunicando & absolvendo: quomodo posset postmodum reo infra annum venienti ista restituere cum consumerentur per exercitium. ut not. Dom. Abb. *in d. c. contingit. de dolo & contu.*

Tamen ad istud potest responderi quod verum est in eo qui numquam habuit possessionem beneficii: quia tunc si ageretur de administratione spiritualium, non esset facienda missio in possessionem, secus in aliis beneficiis. ut not. Dom. Abb. in *d. ca. contingit.* quando esset spoliatus à beneficio: secus est dicendum per jura superiùs allegata: maximè per *c. ex insinuatione. de procu. & c. in literis. de restitu. spolia.* & sic habemus veram resolutionem istius argumenti.

Nonò arguitur pro ista parte: nam videmus quod

Source : BIU Cujas

laici patroni clericos præsentant ordinariis in beneficiis. *ca.* 1. *&* 2. *c. cum dilectus. de iure patro.* sic ergo postquam illud faciunt videtur quod beneficium non sit Ecclesiasticum sive spirituale : quia laicus jura spiritualia non potest tractare. *c.* 2. *de judi. ca. fina. de rebus Eccle. non alie.* & sic videtur quod ista beneficia non sint spiritualia.

Tamen ad istud respondeo hoc modo, quia ipsi patroni Ecclesiarum habent illud ex privilegio clauso in corpore juris : ut clericos possint præsentare in beneficiis, & sic habent locum illa jura superiùs alleg. not. Dom. Abb. in *cap.* 1. *de præben. & dignitatibus.*

13. Item istud jus non transfertur per præscriptionem de uno laico in alium. & no. Dom. Abb. in *c.* 1. *querelam. de elect. & in disputatione incipiente Augerio.* nec etiam potest donari vel legari laico nisi interveniat consensus & authoritas Episcopi. ut not. Dom. Abb. *in c. illud. & in c. cum secundum. post glos. de iure patro.* & sic ergo apparet quod laicus non potest possidere jus patronatus nisi in casibus à jure privilegiatis. puta constructione, ædificatione, aut dotatione : ut no. Dom. Abb. *ubi sup.* Vel etiam potest responderi quod jus patronatus non est merè Ecclesiasticum, imò potius temporale. ut no. Areti. *in rub. & in c. quanto. de iudi.* sed an illud sit verum ego dicam infrà in solutione. sed prohibitum est ne possit transferri de laico in laicum, illud est propter annexionem quam habet in spiritualitate. *ut c. quanto. de iudiciis.* & sic cessabit istud argumentum.

Decimo pro ista parte arguitur. Nam laicus potest interesse electioni dignitatis & beneficii. *ca. Adrianus. cum similibus.* 63. *dist.* & sic videtur quod beneficium sit temporale, & non spirituale per jura superiùs allegata.

Ad istud potest responderi : quia *illud ca. Adrianus.* concessit privilegium laico ut interesset electionibus, secus esset de jure communi.

Undecimò & fortius arguitur pro ista parte. Nam dicunt Doctores *in c. propter. de electio.* quod laicus etiam de jure potest interesse in electione beneficiorum : ergo videtur quod istæ electiones, & per consequens beneficia non sint spiritualia.

14. Ad istud potest responderi quod laicus poterit interesse in electione, ut testis, vel ut notarius : non autem ut habeat vocem & jus eligendi : ut notant Docto. *in dicto c. quia propter. facit. c. cum terra. c. cum inter universas. c. quod sicut. ca. Massana. ca. quisquis. de elect.* & sic cessat etiam istud argumentum.

15. Duodecimò arguitur ista parte. Nam laicus etiam conjugatus potest ingredi etiam Monasterium cum consensu uxoris. *ut c.* 1. *c. placet. c. dudum. & quasi per totum de conver. coniug.* sed Monachatus dicitur beneficium. ut facit glo. *in Cle. dispendiosam. in ver. beneficiis. de iudi.* ergo videtur per jura superiùs allegata quod beneficium sit quid temporale.

16. Ad istud respondetur, quod iste laicus qui est effectus Monachus efficitur persona Ecclesiastica, & censetur clericus. ut no. Dom. Abb. in *c. nullus. de fo. compe.* ergo postquam est effectus vir Ecclesiasticus, non potest obstare illud argumentum, quin Monachatus sit beneficium spirituale. ut no Dom. Abb. *in ca. Monachi. de statu Monacho.* Vel aliter ille Monachatus, qui est datus illi laico, propriè non dicitur beneficium Ecclesiasticum sive spirituale, sed quodam modo sapit quid temporale. Illud probatur per tex. in *c. ex eo. de elect. in* 6. ubi tex. infert quod laicus conversus Monachus non habet vocem in electione prælati facienda : & sic cessabit istud argumentum.

17. Decimo tertiò arguitur *per c. cum olim. de cleri. coniuga.* ubi probatur quod clerici & beneficiati possunt esse conjugati. & sic non videtur ibi esse aliqua differentia inter conjugatos & non conjugatos quare infertur quod si conjugati beneficium teneant : vel non conjugati dicitur temporale.

Ad istud potest responderi pluribus modis. Primò, quia ille tex. habet locum inter Græcos solùm & non inter Latinos : quia Græci retinuerunt illud jus antiquum ut essent conjugati : tamen semper sunt clerici. *facit. c.* 1. *eo. ti. in* 6. Si ergo sunt clerici, licet conjugati, non obstat quin beneficia dicantur esse spiritualia : & sic cessabit istud argumentum.

18. Quia inter clericos Latinos conjugatos per conjugium & matrimonium perdunt omne privilegium clericale, & dicuntur meri laici nisi in duobus, videlicet in privilegio fori [a] & in privilegio canonis. *c.* 1. *de cleri. coniug. in* 6. notat Dom. Abb. post alios Doct. in *c. Joannes. de cleri. coniug.* & ibi infert idem Dom. Abb. quod Episcopus cum clerico conjugato non poterit dispensare, ut habeat beneficium Ecclesiasticum, sed solus Papa. Facit glo. *in cap. imperium.* 10. *dist. in summa.* 16. *q.* 7 *glo. in c. bene quidem.* 26. *dist.* & sic cessabit istud argumentum.

[a] In causa criminali. C. M.

19. Decimo quartò arguitur etiam pro ista parte per *cap. cum terra & c. cum inter universas. de electio.* ubi laicus vel princeps secularis præstat authoritatem & consensum in electionibus factis super dignitatibus & beneficiis : & sic ergo per argumentationes superiùs relatas videtur quod beneficium sit temporale alienum.

Ad istud potest responderi, quod per illum consensum quem præstant isti principes seculares in istis electionibus factis non datur aliquod jus spirituale : sed illud sit ne postmodum aliquid opponat contra istos electos, ut not. Dom. Abb. post alios Docto. in *ca.* 1. *& in c. cum inter universas. & in c. quod sicut. & in c. Massana. & melius in c. cum terra de elect. & in c. ex parte A. de testibus :* & no. Inn. Areti. & Feli. in *c. super his. de accusa. facit gl. in co. Maximianus.* 81. *dist.* notat Dom. Abb. *in c. illa. de accu.* & notatur *in c. nobis. & in c. si vero. de iure patrona.* & sic cessabit istud argumentum.

20. Decimo quintò arguitur pro ista parte per ea quæ notat Dom. Abb. & alii Docto. *in c.* 2. *de iudiciis.* ubi dicunt quod laici possunt habere aliquod officium in ecclesiis sive beneficiis : ut puta esse bassinarii vel alii quæstores per Ecclesiam, & tamen illud animo negatur quin dicatur esse aliqua administratio in beneficiis ecclesiasticis.

Ad istud potest responderi, quod habet locum in nudo officio exercendo per laicos in Ecclesia : quia nullam habent administrationem : sed solùm nudum officium. Nam reddunt compotum de gestis & administratis, & sic habet locum illud argu. quare illud non dicitur beneficium Ecclesiasticum, nec etiam quid spirituale. ut notat Dom. Abb. *in dicto c.* 2. *de iudi.*

21. Decimo sextò arguitur : nam judices seculares possunt cognoscere de quæstione juris patronatus, quod jus dependet à beneficio : ut dicit glo. *in c. filiis vel nepotibus. in verbo propinquis.* 16. *q.* 7. & Dom. Abb. & alii scribentes *in c.* 2. *de iudi. ergo, &c.*

Ad istud potest responderi : quia illud habet locum quando jus patronatus dependet ab universitate possessionum super qua universitate Judex secularis protulit sententiam, quia ratione universitatis illa sententia se extendit ad jus patronatus : dum tamen in sententia non exprimatur, & sic habet locum argumentum in contrarium : secus est dicendum si illam sententiam vellet proferre principaliter super jure patronatus : quia tunc non posset tanquam annexum juri spirituali, hoc est beneficio. *tex. in c. quanto. de iudi.*

22. Decimo septimò arguitur. Nam laicus potest baptizare & confessiones audire. *ut c. quod quidam. versi. quod si laicus.* 1 *q.* 1. *& c. quem pœnitet. de pœnit. dist.* 1. sed ista dependent à beneficio. *ut c. omnis*

Source : BIU Cujas

utriusque sexus. cum similibus. de pœniten. & remissio. & sic videtur quod beneficium dicatur esse temporale.

Ad istud potest responderi ut notat domi. Philipp. Decius post alios Docto. *in cap. decernimus. col. 22. de judi.* quod verum est ut laicus possit baptizare & confessiones[a] audire tempore necessitatis : & etiam baptizatus hæreticus in forma Ecclesiæ posse administrare. *c. in necessitate. c. sanctum est. c. constat. de consecra. dist. 4. & 93. dist. c. diacones. facit text. in c. 1. §. fina. de summa Trinita.* & Dom. Abb. *in c. quanto. de consue.* & Archi. Floren. *in 3. parte suæ Summæ in 14. & c. 13. §. 4.* secus est dicendum si non sit necessitas.

a Dic quod confessiones nunquam ad hoc ut scilicet possint absolutionē administrare. C. M.

Item laicus illud facit ex privilegio sibi concesso in corpore juris clauso : non ut beneficiatus, sed ut merè laicus propter necessitatem quæ non subjicitur leg. *c. quanto. de consue. c. 2. de obser. jeju.*

23. Nunc deveniendum est ad solutionem præsentis quæst. & in terminis reperio Dom. Abb. *in c. consulere.* quem ibi sequitur Feli. *de simo.* ubi notabiliter dicit quod quædam sunt spiritualia per casum ut sunt Sacramenta stricte & large sumpta. Sacramenta enim sunt spiritualia ratione causæ, quia per ea consequimur gratiam : & ista pia corporalia cadunt in pretio & non sub vitio simoniæ, ut *in c. non satis. & in c. cum in Ecclesia de simo.* Quædam sunt spiritualia propter statum, ut est religio, ut notatur per Dom. Abb. *in ca. dilectus. & in c. veniens. eo. titu. de simo.* Quædam sunt spiritualia quæ dependent à potestate spirituali. *ut in ca. ad aures de simo.* Quædam sunt spiritualia ratione officii. ut *in c. ad nostram. de simo.* & in istis non potest intervenire aliqua venditio. unde quicquid competit clerico ratione ordinis ut pulsare campanam, claudere ostium Ecclesiæ & similia : & si est administratio rerum Ecclesiasticarum vendi non potest : habent enim dependentiam quandam à rebus spiritualibus, ut præbenda & beneficia. Quædam sunt annexa spiritualibus, quia sunt deputata ad usum spiritualium, ut vasa sacra, vestes sacerdotales & similia. & idem de jure patro. certum est quod cum sit annexum spiritualibus vendi non potest. *c. de jure. c. consuluit. de jure patrona.* & cum his transit Dom. Abb.

Postremo reperio Archi. Floren. *in 2. parte suæ Summæ titu. 1. c. 4. §. 1.* ubi declarat multa bona circa spiritualia : ubi dicit quod magnitudo peccati simoniæ donum Dei est Spiritus sanctus, quia procedit à Patre & Filio per modum doni : donum Dei est gratia sua & Sacramenta & omnia spiritualia quæ dantur gratis ex dono à Deo, & non ex meritis nostris, unde alleg. Urbanum Papam *in c. salvator. 1. q. 3.* ubi inquit donum Dei est, non solum Spiritus sanctus, sed & res Ecclesiæ. s. spirituales, de quibus in præsenti. *l. nos loquimur.* & dicunt Doct. secundum eum quod simonia non est aliud quam emere vel vendere : aut alium contractum non gratuitum facere pro spiritualibus habendis pretio rei temporalis. Cum ergo simoniacus vendat vel emat spiritualia quæ sunt dona Dei & permaxima videatur secundum apparentiam actus existimare donum Dei posse possideri. unde sic agit de illis ac si esset Dominus Spiritus sancti & bonorum ejus. alle. sanctum Tho. 2. 2. *q. circa* triplici ratione. Prima ex parte ementis. Secunda ex parte vendentis. Tertia ex parte ipsius venditionis. Prima ergo ratio est ista : nam ille qui emit aliquam rem multo minori pretio quam valeat injuste emit : sed sic est quod spiritualia sunt tantæ nobilitatis & perfectionis quod nulli pretio temporalium rerum possunt adæquari. Unde de sapientia quæ est spiritualis dicitur, ut notatur Proverbio 3. c. ubi pretiosior est cunctis opibus : & omnia quæ desiderantur. s. temporalia huic non valet comparari. Injustissimè ergo emit simoniacus cum spiritualia quæ sunt imprætiscriptibilia propter eorum excellentiam, minimo pretio emit : aliquando enim uno floreno, imo & uno bono nummo emet Missam seu Eucharistiam vel pœnitentiam. Sed & si essent mille floreni : minimum est respectu valoris rerum spiritualium sicut secundum eum injustissimum esset qui topasion vel annulum aureum gemmatum maximi valoris emeret uno nummo, nec eum excusat quod vendens scienter est contentus illo pretio quando ille non est Dominus illius rei. & hæc est potissima ratio ad probandum quod venditio est injusta in causa spirituali : sed qui vendit spiritualia. & cum his transit idem Archi. Floren. *ubi suprà.*

24. Circa istum articulum crederem dicendum quod beneficia ratione officii & administrationis sunt spiritualia, ut tenet gl. in Summa. 1. *quæst. 1.* ubi dicit quod spiritualia sunt omnia jura Ecclesiastica, ut administrationes, præbendæ, &c. Ita tenent Feli. & Dom. Abb. *in rubri. de simo. & in c. nemo. & in c. ad nostram. per illum tex. de simo.*

25. Istud etiam probo : quia simonia committitur in causa spirituali, vel in dependente ab illa, ut dicunt doctores, *in rubrica de simo. & glo. in sum. 1. q. 1.* sed simonia committitur in beneficiis vendendis. *c. nemo. cap. ad nostram. cum similibus. & quasi per totum. de simo.* & sic resultant quod beneficium saltem ratione officii est spirituale. facit etiam tex. & ibi Dom. Abb. *in c. dilecto. de præben. & digni.*

26. Ubi dicit quod præbenda est jus spirituale, quando habet canonicatum annexum. *per gl. in c. cum Monac. de constit.* pro ista parte facit tex. & ibi Dom. Abb. *in 1. no. in ca. Monachi. de statu Mona.* ubi dicit quod jus Monachatus est quid spirituale, ut patet ex eo quod simonia committitur si pro eo jure obtinendo aliquid temporale detur : & idem dicit in monialibus *per c. veniens. & ca. dilectus. in 1. de simo.* Et pro ista parte facit tex. *in c. quæsitum. de rerum permuta.* ibi commutationes præbendarum de jure fieri non possunt : cum pactione præmissa quæ circa spiritualia vel connexa spiritualibus labem continet simoniæ. *facit. ca. cum pridem. & ca. pactiones. de pactis. & ca. præterea. de simo.* In simili facit quod no. Cardi. Alexan. *in ca. 1. 63. dist.*

31. Ubi dicit quod eligere in dignitatibus & beneficiis est actus spiritualis. argu. *ca. causam. de præscrip.* facit etiam tex. in *cap. salvator. 1. q. 3. facit tex. in cap. decernimus. & in c. quanto. de judi.* Et idem no. Dom. Anto. de Bu. & And. Barba. & Dom. Philip. Decius *in rubri. de iudi. & etiam in ca. quanto. eo. titu.* & no. Fel. *in d. c. quanto. col. 2. versi. 2.* quando non dependet ubi dicit quod *cap. nobis. de iure patro.* loquitur quod laicus patronus Ecclesiæ collegiatæ non potest in ea dare vocem : quia hoc est spirituale : & ibi probatur *in gl.* pro ista parte facit. *c. literas. de iura. calum. & c. quoniam frequenter. § porro. ver. si vero.* ibi si agatur de spirituali conjugio contracto inter prælatum & suam Ecclesiam melior tex. *in c. inter corporalia. de transla. Episcop. facit. c. 1. de præben. & dignitati. & c. unicum. iuncta rubri. ut Ecclesiasti. benefi. sine diminu. conferantur.* ponderando verbum Ecclesiasticum. id est spiritualia. ut dicit glo. *in summa. 1. q. 1. facit etiam. c. 1. de reg. iur. in 6.* ponderando verbum Ecclesiasticum beneficium. tex. *in clemen. dispendiosam. de iud.* ubi enumerat beneficia Ecclesiastica, id est spiritualia *ut sup. dixi.*

Et pro ista parte facit quod notat Archiep. Florenti. *in 2. parte suæ Summæ. tit. 1. c. 4. §. 1. circa medium.*

32. Ubi dicit. dicuntur autem spiritualia vel annexa spiritualibus : videlicet ista quæ sequuntur. Dedicatio Ecclesiarum, consecratio virginum, & aliarum rerum ad cultum divinum pertinentium, benedictio Abbatum, absolutio ab excommunicatione vel aliis censuris Ecclesiasticis, electio Prælatorum Ecclesiasticorum, confirmatio eorum, renunciatio, visitatio ipsorum Prælatorum, correctio criminum, vel desistere à correctione in judicio Ecclesiæ, prædicatio, oratio, officiatio Ecclesiæ. Ista probantur *per cap. inter cætera. de offi. ord.* Et etiam cura animarum est spirituale. *cap. ve-*

Source : BIU Cujas

niens. de transact. ingressus Monasterii. per c. veniens. cum similibus. de simo. Ecclesia seu beneficium simplex vel curatum præbenda dignitas Ecclesiastica ut Archidiaconatus Præpositura Episcopatus omnia ista sunt spiritualia saltem ratione officii per jura superiùs allegata. officium sepulturæ est etiam spirituale. no. Dom. Abb. *in c. abolendæ. per illum tex. de sepul. & in c. 1. eodem titu. facit c. non satis. & cap. cum in Ecclesiæ. de simo.*

Item etiam locus Ecclesiæ consecratus ad sepulturam: vel ubi jam est sepultus aliquis, intelligendum est quod est locus sacer & spiritualis: non autem per solam sepulturam corporis mortui locus efficitur religiosus, & sacer per jura superius alleg. Capellæ, jus percipiendi decimas, officia Ecclesiastica ubi est aliquid jurisdictionis spiritualis, ut œconomus, vicedominus, & hujusmodi ferre sententiam in judicio Ecclesiastico: & alia similia dicuntur spiritualia. *per text.* & ibi Doct. *in c. 2. de iudi.*

Item permutatio dignitatum vel beneficiorum Ecclesiasticorum est spirituale. *ca. quæsitum. ca. cum olim. cum similibus. de rerum permutatio.* & in omnibus præmissis pro aliquo prædicto cum spiritualium consequendo esset omnis promissio pecuniæ, alias esset simonia per jura superius allega. *& ca. quam pio. 1. q. 2.* in omnibus istis cessat omnis pactio, cessat omnis conventio. *ca. cum pridem de pact. & ca pactiones. eo ti. ca. veniens. ca. præterea. in 1. & 2. cap. super eo. ca. constitutus. de transactio.*

Item dicere Missam, vel conferre ordinem est spirituale per jura superius alleg. Aliud genus spiritualium sunt Sacramenta, ut Baptismus, Chrisma, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-unctio, Benedictio nuptiarum & Ordo: ut infrà latius dicetur, in omnibus istis etiam debet cessare omnis promissio pecuniæ. *per ca. non satis. de simo.* Et dicit Archiepiscop. Flo *in 2 parte suæ summæ. ti. 1. ca. 4. §. 2.* quod quicquid habent homines in terra omnia sunt Dei.

33. Pecunia vocatur, ut puta servus, ager, vas, arbor, pecus, & hujusmodi, & ideo pecunia vocatur quasi à pecu, quia quicquid antiqui Patres habebant in pecoribus. *1. q. 3. per totum.*

Item etiam potest appellari pecunia quicquid pretio temporali æstimari seu mensurari potest non solùm pecunia numerata in monetis auri, & argenti, & æris, vel ea quæ communiter constituerunt venditi & emi, ut vasa aurea, & argentea, animalia, agri, & hujusmodi. & etiam preces & quibus acquiritur favor popularis & obsequia corporaliter præstita. unde dicit beatus Greg. in homilia, Prophetia, scilicet Esa. 33. *ca.* cum describeret virum justum ait: *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.* non dicit tantum à munere, sed ab omni munere, quia aliud munus à manu, aliud ab obsequio, aliud à lingua. A manu est pecunia, scilicet numerata vel simile munus. Ab obsequio est servitus indebitè impensa uni. A lingua est favor. s. mundanus. *c. sunt nonnulli. 1. q. 1.* & per quodlibet horum munerum cum intervenit in spiritualibus committitur simonia. Nam quicumque res Ecclesiasticas, id est spiritualia, qui dona Dei sunt, non ad hoc quod institutæ sunt licet ad propria lucra munere linguæ vel indebiti obsequii vel pecunia largitur vel adipiscitur simoniacus est. *1. q. 3. Salvator.*

34. Et quantum ad munus secundum eum sciendum est quod si quis Prælatus confert beneficium Ecclesiasticum, seu dignitatem Ecclesiasticam, vel aliquod Sacramentum ad preces alicujus ac intentione principali, ut ejus precibus conferenti laus vel fama acquiratur, vel contrarium evitetur, simoniam committit: & si preces porriguntur pro indigno ab alio de beneficio curato, vel simplici, & ille qui porrigit & qui exaudit, simoniam committit. Si ad preces factas principaliter movetur & pro digno & ad idoneitatem respicitur, non ad preces principaliter, nec rogans, nec conferens male facit nec simoniam committit. Si verò quis pro se preces porrigat de beneficio simplici, non reputatur simonia, si alias est dignus. nam si indignus simoniacus reputatur & similiter simoniam inducit secundum eum si preces pro se porrectæ de beneficio curato etiam si alias sit dignus: quia ratione ambitionis & præsumptionis reputatur indignus secundum beatum Tho. *in 4. senten. dist. 25. & 2. q.* licet quantum ad istud ultimum contrarium practicatur: & de hoc dicetur infra ad plenum. Quantum ad munus ab obsequio reputatur simonia, quando quis serviret alicui Prælato obsequio inhonesto: videlicet pro utilitate temporali ipsius Prælati vel consanguineorum ipsius: sed quo ad obsequia honesta videlicet ordinata ad utilitatem Ecclesiæ, vel Prælati non reputatur simonia: ita tamen quod non principaliter serviens faciat propter illud consequendum: unde Grego. ait, *Ecclesiasticis utilitatibus deservientem Ecclesiastica oportet remuneratione gaudere, ut inf. dicetur.*

35. Munus autem à manu est & fundatur pecunia & hujusmodi re qualibet.

36. Et pecunia potest dari & recipi pro spirituali re, vel circa spiritualia licitè & sine simonia quinque modis: scilicet ratione præmiationis, sustentationis, provocationis, punitionis & vitandæ vexationis.

Primo modo. s. præmiationis secundum eum probatur sic, qui vult remissionem peccatorum consequi, debet, si potest, eleemosynas dare. juxta illud Daniel. 4. *Peccata tua eleemosynis redime & iniquitates tuas misericordiis pauperum,* &c. & Ambrosius ait, *Peccatis tuis venundatus es à diabolo redimet te pecunia tua. tex. in c. medicina. & in c. medicamentum. de pœni. dist. 1.* debet etiam quis pro adeptione gratiæ temporalia dare. Juxta illud Lucæ. 15. c. ubi dicitur: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* & dicit Grego. *Regnum cælorum tantum valet, quantum habes.* Ubi etiam est notandum quod non sic est intelligendum hoc tanquam res magna quæcunque possessa quæ datur ut sit pretium regni cælorum ut propriè ematur: sed ipsum meritum quod ibi acquiritur in dando, dicitur per similitudinem quasi pretium: quia sicut pretio acquiritur quæ non habebatur. Item eleemosynis & meritis aliorum bonorum quæ fiunt acquiritur regnum cælorum. Non enim potest attingere meritum nostrum ad perfectam rationem emptionis triplici ratione. Primò quia ex hoc merito nostro Deo qui dat ipsum regnum nihil accrescit: quia in infinitum est donum & augeri non potest: ut ait Psal. *Bonorum meorum non indiges Domine.*

Secundò, quia meritum nostrum non sufficit per se ad vitam æternam: & sic non est æquale prætium, secundum illud ad Ro. 8. *non sunt condignæ passiones, &c.* Tertiò, quia meritum nostrum principaliter consistit in affectu interiori: & non in actu exteriori hujusmodi est emptio & venditio. ut ait Beatus Tho. *in 4. sent. dist. 25.* & dicit glos. nota. *in c. presby. 82. dist.* in verbo *denarium.* quæ dicit, quod denarium jejunio potest dari, nec simoniam committi: quia cum Deo intelligitur contrahere sicut nec *l. Iulia. de ambitu.* non habet locum in Romana civitate: [a] imo in isto casu spirituale datur pro spirituali.

[a] Ineptissima comparatio. C. M.

Secundò potest dari pecunia ratione sustentationis, sicut sacerdos pro Missa quam dicit, accipit pecuniam vel præbendam, non quod illam accipiat pro consecratione seu confectione Eucharistiæ, vel pro orationibus hujusmodi quasi pretium eorum: sed ut stipendium suæ sustentationis. ut ait Augu. *Accipiam sustentationem suæ necessitatis à populo mercedem ministrationis suæ.* adeo sic & Prophetæ antiqui Testamenti si aliquando recipiebant aliquid in prophetando, accipiebant illis per modum eleemosynæ ad sustentationem, non ut pretium Prophetiæ, ut dicit tex. *in c. iudices. 1. q. 1.*

Tertiò ratione provocationis, & sic dantur eleemo-

Source : BIU Cujas

sinæ pauperibus ad inducendum eos & excitandum ad orandum pro benefactoribus suis, ex ipsis eleemosinis ad emendum orationes, Psalteria & hujusmodi. unde Sapiens : *Absconde eleemosinam in sinu pauperis & ipsa orabit pro te.* id est inducet pauperem ad orandum. Oratio enim spiritualis est : & ideo appretiari non potest : tamen ex affectu devotionis unde procedit ex affectu qui intenditur in spirituali, ut ait Beatus Tho. *in 4. sent. dist. 25.* Quartò, ratione punitionis sicut fit in absolutione ab excommunicatione aliquando exigitur pecunia non pro ipsa absolutione, sed quia hoc esset simonia, sed in punitionem : & sic etiam in absolutione à casibus reservatis peccatorum : potest enim imponi pœnitentia pecuniaria quasi pœna præcedentis culpæ. *cap. ad aures. de simo.* sed quia dicitur habere speciem cupiditatis : ideo potius ab eis est abstinendum, vel ita manifestè & cautè agendum quod solventibus constet non sibi reservare absolvere hoc modo talia, sed & pauperibus dimittere. ut no. sanctus Tho. 2. 2. *ubi sup.* & notant Docto. *in c. suam. de pœ.*

Quintò, ratione redimendæ vexationis, ut antequam jus acquiratur alicui in beneficio non licet aliquid ad redimendum vexationem suam, alias simonia est : sed postquam fuerit adeptus & jus acquisitum vexationem sibi injustè factam super Ecclesia, vel beneficio, aut dignitate, licet pecunia redimere licet non justam vexationem ut si justè accusaretur, ut notat sanctus Tho. *in 4. dist. 15.* & Doct. *in c. dilectus. in primo. de simo. cum similibus.* quia de his parum ad propositum. deinde pro ista parte reperio Ricar. de Media-villa *in 4. sent.* ubi dicit quod spiritualia sunt in triplici genere. s. essentialiter ut gratia & virtutes : Causaliter, ut Sacramenta quæ causant gratiam : Actualiter seu effectivè, ut prædicare, corrigere, visitare, orare, & hujusmodi actus spirituales : sunt autem aliqua annexa quæ dicuntur dupliciter secundum bea. Tho. *in 4. sent. dist. 25.* Uno modo sicut ex spiritualibus dependens : ut habere Ecclesiastica beneficia quod spirituali annexum, quia non competit nisi habenti officium clericale. Alio modo dicitur spirituali annexum, quia ad spiritualia ordinatur secundum eundem : sic jus patronatus quod ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia & vasa sacra, quæ ordinantur ad sacrorum usum. Idem etiam tenet Archie. Flo. *ubi sup. c. 5. §. 1.*

Item circa spiritualia notandum est, quod quidam dicuntur spiritualia per comparationem ad Spiritum Sanctum : & quædam alia dicuntur etiam spiritualia per comparationem ad spiritum humanum, ut notant Durandus & Ricar. *ubi sup. in 4. sent.* spiritualia in comparatione ad Spiritum sanctum, aliqua sunt spiritualia per essentiam, ut gratia & virtutes infusæ : alia per causam, ut Sacramenta : alia per effectum, ut officia Ecclesiastica : & ista spiritualia per essentiam nec emi nec vendi possunt de jure, nec de facto, quantum scilicet ad efficaciam transferendi & acquirendi ea, quia non est hominis ea transferre vel dare, sed Dei : videtur tamen quod de facto possint vendi & emi quantum ad simoniam contrahendam, ut dicit Pe. de Palude. *in 4. sent. dist. 25.* quia Simon Magus voluit simoniacè emere gratiam illam Apostolorum, qui erat caracter Episcopalis & gratia miraculorum. s. quod Spiritus sanctus visibiliter descendebat : similiter scientiæ & virtutes acquisitæ quæ dicuntur spiritualia per essentiam per respectum ad spiritum humanum, nec emi nec vendi possunt : ut no. idem Archie. Flo. *ubi sup. in secunda parte suæ Summæ. titu. 1. cap. 5. §. 15.*

Item quædam alia sunt spiritualia per causam, sicut sunt sacramenta, quæ sunt causa gratiæ ; quamvis secundum Pe. de Palude. *ubi sup.* in quolibet sacramento novæ legis sit virtus per efficaciam spiritualis ad causandum caracterem vel ornatum : est tamen corporalis per essentiam, quia sicut est subjectivè in corpore, quo non est nata esse in spiritu : & ista quidem spiritualia de facto vendi possunt & emi.

Nunquam autem de jure est licitum, sed cum vitio simoniæ : in matrimonio autem quod est unum de Sacramentis licitè datur & accipitur pecunia nomine dotis, potest dari absque vitio simoniæ, non ex eo quidem quod ex tali Sacramento non conferatur gratia, quia immò confertur. *gl. in ca. quicquid. 1. q. 1.* sed propterea quia matrimonium non solùm est Sacramentum, sed & naturæ officium. & secundum hoc datur pecunia pro matrimonio ad sublevandum onera ejus : & non, in quantum est Ecclesiæ Sacramentum, ut not. Dom. Abb. *in c. de illis. de conditionibus appositis.* ubi infert quod pro dote vel in recompensationem nobilitatis unus ex contrahentibus potest dare pecuniam in matrimonio contrahendo : alias autem dare pecuniam in matrimonio contrahendo etiam simonia, ut not. Dom. Abb. *in ca. cum in Ecclesiæ corpore. de simo.* & sanctus Tho. *ubi sup.* unde etiam pro benedictione nuptiarum prohibetur aliquid exigere licet sponte oblatum recipi possit, ut notatur *in dicto c. cum in Ecclesiæ. & in c. ad Apostolicam. de simo.* & dicit Guillelmus quem refert Archiep. Florentinus. *ubi sup.* quod si sacerdos aliquis puta ad quem spectat beneficio nuptiarum, non vult dare licentiam alteri sacerdoti, quod benedicat nuptias nisi pro pecunia, siquidem non intendat vendere licentiam benedictionis, sed providere sibi de portione oblationum eum contingente, non est simonia : si tamen ex certa scientia majorem exigat summam quam præsumatur debere valere portio ipsum contingens merito præsumi potest quod ipsam licentiam vendere voluit.

Item pro baptismo tanquam pro pœnitentiali non est danda vel exigenda pecunia. *ut c. baptizandis. 1. q. 1. & c. non satis. de simo.* Unde si sacerdos non vellet baptizare nisi pro pecunia in nullo casu est ei danda. nam si baptizandus est adultus sufficiet ei ad salutem, quia baptizatus est baptismo flaminis : ut no. Dom. Ab. *in c. cum in Ecclesiæ corpore. de simo.* si autem iste baptizandus est parvulus in tali casu ipse offerens, vel quicumque alius potest ipsum baptizare, & debet si puer esset in periculo mortis : imo pro isto parvulo absque periculo simoniæ pecunia potest dari. ut no. gl. *in c. baptizandis. 1. q. 1.* de ista dicuntur quo ad probandum quod baptismus est Sacramentum spirituale.

a Imo si aliter non posset fieri tanquam redimatur vexatio. C. M.

Item etiam pro collatione Eucharistiæ non licet exigere aliquam pecuniam tanquam in re spirituali, ut no. Doct. *per illum tex. in c. non satis. de simo.*

Item pro celebratione Missæ tanquam pro re spirituali, nunquam est licitum dare pecuniam : & hoc maxime si sacerdos teneatur celebrare Missam, puta quia habet beneficium, officiare tenetur, tunc exigere pecuniam esset simonia. *c. vendentis. 1. q. 3.* si vero non tenetur, & non habet sumptus ad sustentationem vitæ, poterit exigere pecuniam. *c. judices. 1. q. 1.* nam & operas suas locare potest sive ad diem aut sub conditione. *c. fi. ne præla. vi. suas.* Si autem sumptus habet ad hoc non tenetur, nec debet exigere pecuniam, quia debet facere gratis aut cessare : aliàs videtur facere ex avaritia dum esset tamen simonia ex eo : quia non debet suis sumptibus militare. *12. q. 2. c. charitatem.* ut not. Archiep. Flo. *ubi sup. c. 5. §. 16.*

Item nec pro pœnitentia seu confessione non debet aliquid exigi. *c. quicquid. 1. q. 1.* & sacerdotes qui audiunt confessiones principaliter intendentes ad lucrum pecuniæ, & si non petant, simoniam committunt mentalem : & hoc tanquam super re spirituali, facit. *c. quam pio. 1. q. 2.* & sacerdos etiam qui non vult dare licentiam suo parochiano alteri confitendi nisi pro pecunia, simoniam committit. ut no. Archiep. Flo. *ubi sup.* & Summistæ *in tit. de simo.*

Item & pro Sacramento Ordinis, prohibetur exigi

Source : BIU Cujas

pecunia, & exacta persolvi. ut no. *per illum tex. in c. 1. de simo.* & hoc ad probandum quod collatio ordinis est quid spirituale.

Item sunt quædam alia spiritualia tertio modo quasi effectivè : ut not. Richar. *in 4. sent. dist. 25.* & sunt spiritualia, quia procedunt ex spirituali gratia & ad eam disponunt : ut prophetare, prædicare, ingressus religionis : vel quia sunt de actibus vel negotiis spiritualibus, ut docere, judicare, testificari & similia. & horum quædam dicuntur spiritualia per comparationem ad Spiritum sanctum, ut prima quædam per comparationem ad Spiritum humanum.

37. Et primo circa ista not. est, quod pro actu prophetandi non licet accipere pecuniam quasi pretium : unde & Prophetæ veteris Testamenti rarissime etiam sponte oblata recipiebant, ne vendere viderentur Prophetiam. & si accipiebant aliquando ad sustentationem ipsorum recipiebant. *c. iudices. 1. q. 1.* & no. Arc. Flo. *in 2. parte sux Sum. ti. 1. ca. 5. §. 17.* & hoc dicitur ad probandum an Prophetia sit actus spiritualis.

Item pauperibus non est danda eleemosina pro oratione ab eis fienda tamquam ex hoc quis intendat emere orationem eorum : sed per gratuitum beneficium debet intendere & provocare animos pauperum ad hoc quod gratis & ex charitate ad orandum procedunt : ut no. sanctus Tho. *ubi sup.* & si detur pecunia ex pacto pro psalterio dicendo est expressè simonia secundum Pe. de Palude *ubi sup.* non autem si daretur pro vigilando super defuncto. s. ratione laboris vigiliæ. esto quod ad vigilias sequeretur dicere psalterium, vel alias orationes. ut no. Host. *in rub. de simo.* & cum ordinatio est in Ecclesia, qui vadit ad talem horam tantum habet ut aliquis vadit ad illam horam principaliter causa lucrandi illud graviter peccat, & simoniam mentalem committit. gl. *in c. 1. de cle. non resi.* tamen non tenetur illam pecuniam restituere. ut dicit gl. *ubi sup* & facit tex. *in c. fi. de ele.* & sic probatur quod illa sunt spiritualia.

38. Item pro prædicatione non licet recipere pecuniam : sed licet prædicanti victum recipere. ut no. Tho. & Pe. de Palude. *ubi sup.* Unde illi qui prædicant principaliter hac intentione, ut recipiant pecuniam vel laudem seu favorem popularem, simoniam mentalem committunt. *1. q. 3. non solum.* sed si super hoc paciscuntur, simonia est, quæ etiam per Ecclesiam puniri potest : dicit etiam. S. Tho. *in suis quotlibetis*, quod cum aliqui prætendentes religionem sive sanctitatem petunt à Sacerdotibus quod procurent eis pecuniam in parochia sua : ita quod Sacerdos habeat inde certam partem, si in hoc interveniat pactum, simoniam committit ipse Sacerdos : quia persuasio Sacerdotis spiritualis est, & creditur ei eo quod sacerdos est, & sacrilegium est respectu illorum religiosorum, quia defraudatio est eleemosinarum, respectu illorum qui dant, & uterque. s. Sacerdos & religiosi illi tenentur de simonia tamquam super re spirituali : & sic probatur quod prædicatio est causa spiritualis. *facit. ca. inter cætera de offi. ord. cum simili.*

Item usus spiritualis potestatis sive prælaturæ non tenet aliquid accipere : cum enim ille cui committitur spiritualis potestas ex officio obligatur ad usum potestatis sibi commissæ in spiritualium dispensatione, & etiam pro sua sustentatione statuta stipendia habeat ex redditibus Ecclesiasticis.

39. Si aliquid acciperet pro usu hujus potestatis non intelligeretur locare operas suas quas ex debito suscepti officii debet intendere, sed intelligeretur vendere usum spiritualis gratiæ : & sic esset simonia, ut no. sanct. Tho. 2. 2. *ubi sup.* unde non licet aliquid accipere pro quacumque dispensatione, ut etiam per hoc quod committat vices suas. Nec pro correctione facienda, nec pro cessanda correctione, nec pro minus puniendo peccatum, nec pro crimine celando.

40. Nec pro expurgando, nec pro visitando : quamvis procurationem liceat recipere visitanti & dedicanti, nec ut minus dignè pœnitentem reconciliet, vel ut dignè pœnitentem repellat in omnibus his tamquam spiritualibus committitur simo. ut no. sanctus Tho. *ubi sup.* notatur in *ca. nemo. de simo.* & no. Dom. Abb. *in ca. cum ab omni. de vita & hone. cleri. per gl. in ca. vendentes. & in ca. seq. 1. q. 3.* & hoc habet locum in jurisdictione spirituali, secus in temporali. [a] ut not. idem Dom. Abb. *in d. c. cum ab omni.*

[a] Ubi non est simonia, est tamen quædam in justicia. C. M.

41. Item aliquid dare superiori ut servet justitiam in causa spirituali & jurisdictione Ecclesiastica, est simonia tamquam super re spirituali. ut no. Pe. de Palude. *ubi sup.* & rationem assignat, quia ista sunt accessoria spiritualibus : & idem secundum eum similibus agatur super temporalibus : & persona judicans sit Ecclesiastica, quæ ratione Ecclesiasticæ jurisdictionis tenetur ad tale jus reddendum : sed si judex sit laicus & super temporali judicet, non est simonia : licet alias graviter peccet. ut no. Archiep. Flo. *in 2. parte sux Summæ ti. 1. c. 5. §. 17.* Similiter testificari in causa spirituali sicut est in matrimonio, vel super decimis & hujusmodi si detur pecunia simonia est : ut no. idem Pe. de Palu. *ubi sup.* & non solum hoc est illicitum : sed etiam simonia cum in causa spirituali & jurisdictione Ecclesiastica pecuniam dare.

42. Sed præstare consilium, ut jurisperitus vel patrocinium ut procurator, vel advocatus, non solùm in causa temporali, sed etiam spirituali pro pecunia non est simoniacum nec peccatum. ut no. idem Pet. de Palu. *ubi sup.* & hoc ad probandum an sit causa spiritualis jurisdictio clericorum.

Item pro doctrina Doctor potest recipere pecuniam à scholaribus non quasi vendens veritatem vel scientiam, sed quasi operas suas : loquens quando ad hoc non tenetur ex officio suo, nam si ad hoc tenetur ex officio intelligeretur ipsa in vendere veritatem : unde graviter peccaret sicut patet in illis qui stipendiantur in aliquibus Ecclesiis ad docendum clericos & alios pauperes, pro quo ab Ecclesia beneficium recipiunt à quibus non licet aliquid accipere. ut no. sanctus Tho. *ubi sup. secunda secundæ.* & si magistro est annexum sufficiens beneficium vel salarium non licet ei à scholaribus exigere, alias simoniam committit, nisi sponte sibi detur. *1. q. 3. c. vendentes.* sed si non est annexum tale beneficium vel salarium quod sufficiat ei potest accipere collectam pro laboribus suis. *facit. c. quicumque. 12. q. 2.* & videtur quod non solùm ab extraneis possit exigere, sed etiam à clericis Ecclesiæ : non tamen à pauperibus cùm ipse potius debeat paupertati subvenire : & talis exactio non debet esse coactoria, ut quod nisi solvant, expellat eos ex scholis, aut recipiat res eorum, sed potius inopiam suam exponat : & multo magis potest exigere Magister vel Doctor, ubi nullam habet provisionem à valentibus solvere, quia non tenetur eis gratis servire, & hæc omnia intelligenda sunt secundum eumdem Flo. *ubi sup.* quando Doctor est sufficiens ad docendum : nam si insufficiens est, non est ei ex debito providendum : sed imputet sibi culpam, & hoc ad probandum an officium docendi sit quid spirituale.

Item eriam secundum Summistas quando Magister non vult concedere festum alicujus Sancti quod est colendum ad celebrandum nisi pecuniæ sibi dentur, simoniam committit, quia spirituale vendit. *facit. cap. vendentes. 1. q. 3.* & similiter si festum non est celebrandum vult festare, nec vult legere in eo nisi pro pecunia : etiam simoniam committit tanquam super re spirituali.

43. Item pro licentia docendi in quacunque facultate non licet aliquid exigere : sed secundum Richardum *ubi sup.* quamvis probando talem licentiam aliquid exigere sit illicitum : *ut c. non de magistris.* tamen ibi non committitur simonia. & dicit Archie. Flo. *in 2. parte sux Summæ. titu. 1. c. 5. §. 17.* quod si Episcopus pro

Source : BIU Cujas

pro pecunia dat licentiam eundi ad studium mortaliter peccat, quia dat pro pretio quod gratis tenetur dare. *c. vendentes.* 1. *q.* 3. circa annexa spiritualibus etiam committitur simonia. s. quando pro eis datur quodcunque munus.

44. Et primò sciendum est secundum beatum Tho. *in* 3. *senten. ubi sup.* quod circa collationem beneficiorum & præbendarum, si Episcopus antequam alicui beneficium vel præbendam conferat, ordinavit aliquid subtrahere de beneficio aut præbendâ & fructibus aliqua justa causa: tunc non est simonia, ut notat. per Dom. Abb. & alios per illum tex. *in cap.* 1. *ut Ecclesiastica beneficia.* facit tex. *in c. si propter tua debita. de rescrip. in 6.* & licet illud sit spirituale per jura supernùs dicta: tamen causa rationabilis facit cessare simoniam. si autem pactio interveniat ut ante vel post receptionem accipiat ab eo cui beneficium confert, vel aliquid sibi exhiberi de fructibus beneficii vel præbendæ: tunc non caret vitio simoniæ. ut notant Doct. *in d. c.* 1. *ut Ecclesiastica beneficia.* Et sicut non licet pecuniam dare immediate pro beneficio consequendo, ita etiam nec pro probanda vacatione beneficii ut postea conferatur, quia præambulum est & via ad collationem. ut no. Arch. Flo. *in* 2. *parte suæ Summæ. tit.* 1. *c.* 5. §. 21.

45. Item cum dicunt sibi aliqui majores canonici, canonicemus nepotes nostros, & placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo, vel de eo qui dicit nunquam me vivente fiet canonicus in Ecclesia, nisi fiat talis pro quo rogavi, dicit Ray. *in sua Summa de simo.* quod tanquam super jure spirituali committit in utroque casu simoniâ. *facit. c. quam pio.* 1. *q.* 2.

Item si dicat unus canonicus alteri, tu fuisti exauditus in una petitione, ego debeo exaudiri in alia: & tunc si preces sunt spirituales non est simonia. *facit. c. quia sancta.* 63. *dist.* si autem sunt preces carnales vel ex pacto in quodam facto vel nunc faciendo simonia est vel non. Idem Ray. *ut sup.*

46. Item si in fundatione Ecclesiæ fiat satis constitutio: quod qui dederit tantum in redditibus vel tantam quantitatem pecuniæ: quod possint emi possessiones talium reddituum recipiatur in canonicum: & qui dederit habeat præbendam si illud non fiat in fraudem, & ea sit intentio statuentium quod non pro rebus dandis, sed principaliter propter divinum cultum augmentandum, & propter devotionem dantis recipiatur ad spiritualia: tunc non videtur committi simonia, ut no. Doct. *in cap. cum. de consti.*

47. Item si detur pecunia pro electione alicujus non ab eo, sed ab alio: & electio facta est à majori parte de eo aliquibus contradicentibus eo sciente & non contradicente, simonia committitur tanquam super re spirituali. *ca. Mathæus. cap. nobis. de simo.*

Similiter si ante electionem detur pecunia ab aliquo, ut ipsi eligant Petrum eo ignorante, electio tanquam simoniaca repellenda est, nisi constaret illos qui fecerunt promissionem vel dolo aut fraude hoc fecisse. s. in dispendium ejus, qui erat eligendus. tex. & ibi Docto. *in d. c. nobis. de simo.* Si autem datur pecunia pro electione Imperatoris, vel Regis, aut potestatis civitatis, non committitur simonia, quia temporale est. ut no. sanctus Tho. *secunda* 2. *q.* 65. & Arch. Flo. *in* 3. *parte suæ Summæ. ti.* 1. *c.* 5. §. 21. *circa medium.*

48. Item si detur pecunia ab aliquo pro confirmatione suæ electionis est simonia. ut no. Pet. de Palu. *in* 4. *sent. dist.* 25. nisi faceret secundum eum ad retinendum vexationem suam. Nam sicut liceret jure civili redimere sanguinem suum: sic jure canonico vexationem. *ca. dilectus. in* 1. *de simo.* si autem pro confirmatione, vel benedictione, aut consecratione daretur pecunia eo nesciente, vel contra voluntatem & prohibitionem suam à qua numquam recessit nihil ei noceret nisi esset consanguineus. vel nisi postea consenserit solvendo pecuniam. *ut d. c. nobis. de sim. & ibi Doct.*

49. Item emere vel vendere officia Ecclesiastica tamquam spiritualia simonia committitur. *ca. si quis Episcopus.* 1. *q.* 1. *& cap. Salvator.* 1. *q.* 3. & hoc sive sit præpositus, sive œconomus, qui præest rebus canonicorum, aut vicedominus qui præest rebus Episcopi, vel Archipresbyter, Archidiaconus, Monachus, & sic de aliis mancipatis officio: ut no. idem Archiepiscopus. *ubi sup.*

50. Circa sepulturam quæ sumitur multipliciter: quandoque enim sepultura accipitur pro officio Ecclesiastico quod impenditur sepeliendis, & illud dicitur spirituale ita quod vendi non potest: *ut no.* 1. *q.* 1. *dictum.* 13. *q.* 2. *præcipiendum.* notant Summistæ *in rubrica. de sepul.* no. Archiepiscopus Flo. *in* 2. *parte suæ Summæ. tit.* 1. *c.* 5. §. 22.

Quandoque sepultura dicitur & accipitur pro ipsa terra in qua defunctus sepelitur: & tunc si est de cœmiterio vendi non potest tanquam quid spirituale. facit. *c. non satis. de simo.* & no. Dom. Abb. *in c.* 1. *& in c. abolendæ. per illum textum. de sepul.*

Alio modo accipitur sepultura pro tumba marmorea vel lapidea: & ista non est quid spirituale, quia vendi potest si sit pura, id est si nullus sit ibi sepultus: si autem aliquis sit ibi sepultus locus est factus religiosus, nec potest vendi secundum Arch. Flo. *ubi sup. per c. questa.* 13. *q.* 2. sed an illud sit verum non est præsentis speculationis. tamen Dom. Abb. *in d. cap. abolendæ.* videtur tenere contrarium. Alio modo sepultura accipitur pro terra pura ad usum sepulturæ deputanda: & hæc vendi potest. *facit. c. aurum* 12. *q.* 2. & sic potest distingui an sepultura sit spiritualis.

51. Item vasa sacra ut pura calices, vestes sacræ, paramenta & hujusmodi ante consecrationem non sunt spiritualia: ita quod vendi possunt, tamen post consecrationem non sunt annexa spiritualibus ratione consecrationis vendi non possunt. & hoc referendo ad consecrationem, sed referendo intentionem ad temporale non est quid spirituale, & vendi possunt Ecclesiis, & in eadem forma: sed laico vendi non possunt calices nisi fuerint conflati aut confracti. *ut* 10. *q.* 2. §. *hoc jus.* & no. Pet. de Palude *in* 4. *distin.* 25. ubi dicit quod vasa sicut laicis ut vendi non debent nisi conflata: quibus tamen possunt obligari: [a] & idem secundum eum est dicendum de reliquiis quæ gratia auri & argenti vendi possunt & obligari non aliter. no. *in l. nemo. C. de sacrosan. eccle. & in c.* 2. *de reliquiis. & vene. san.*

[a] Hoc falsum quia non sunt in commercio. C. M.

Item circa materiam spiritualitatis septem modis quis illuminatur spiritualiter seu aperiuntur oculi ejus mentales.

52. Et primò per pœnæ afflictionem. Esa. 28. *Vexatio dabit intellectum*, hoc est per illuminationem spiritualem: vexatio valet per infirmitatem, persecutionem, infamationem. & in figuram istorum legitur Gen. 3. *c. de parentibus.* quod aperti sunt oculi eorum: censerunt enim rebellionem carnis, & inde pœnam confusionis & erubescentiæ, unde dicit gl. Greg. *Oculos quos culpa claudit pœna aperit*, ut patet in Manasse Rege Juda pessimo & involuto in omni scelere & mente excæcato: & tamen sustinuit pœnam incarcerationis & vinculationis & amissionis regni à Rege Assyriorum, ibi aperti sunt oculi mentis ejus ad recognoscendum sua scelera.

Secundò spiritualiter quis illuminatur per considerationem fragilitatis: ad sensum patet quod qui habet albuginem in oculo, non videt: sed pupillam quæ nigra est, benè videt. Moraliter autem albuginem habet in oculo quæ veritatis lucem videre non scivit, quæ arrogantia sapientiæ seu justitiæ excæcatur, sed pupilla oculi nigra videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis si excultum se peccatorem qui intelligitur cognitionem intimæ claritatis apprehendit: & in figuram ejus legitur Jo. 9. ca. *quod Dominus Jesus luto impositio super oculos cæci nati eum illuminavit.* Lutum autem secundum eum super oculos signat fragi-

Source : BIU Cujas

litatem & miseriam propriam in consideratione mentis habitam. Amos etiam Propheta cum dicit Amaziæ considerando suam utilitatem etiam. *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ: sed armentarius ego sum bellicans Sycomoros, & hac humiliatione & recognitione suæ conditionis recepit tunc actualiter lumen prophetiæ à Domino*, ut patet Amos. 7. c.

Tertio modo illuminatur quis spiritualiter per pœnitentiam, & tunc aperiuntur oculi pœnitentia: certum est quod tollit peccatum, unde dicit Petrus turbis Judæorum quæ audiebant verbum ejus. *Pœnitemini & convertimini, & deleantur peccata vestra.* Actuum 3. *c. cum simili.* ut no. Archi. Flo. *in* 1. *parte suæ Summæ tit.* 3. *c.* 5. §. 1.

Quarto modo illuminatur quis spiritualiter per propriam vel alienam orationem: unde cæcus qui sedebat in via mendicans & petens illuminationem dum clamabat, *Miserere mei fili David* &c. ut Lucæ. 18. c.

Quinto illuminatur per Zeli habitationem. Apocal. 2. c.

Sexto illuminatur quis spiritualiter per prægustationem æternæ suavitatis: ut Psal. legitur: *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.*

Septimo illuminatur spiritualiter per infusionem gratiæ: ut ait Psal. *Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte.* & de istis septem illuminationibus spiritualibus vide Archiepiscopum. Flor. *in* 1. *parte suæ Summæ ut sup.*

53. Item circa spiritualia notandum est, quod sunt tria bona spiritualia. Primum est merita agendorum, ut ait Apostolus: *Propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* ut no. Archi. Flo. *in* 1. *parte suæ Summæ. titu.* 7. *c.* 3. §. 3.

Secundum bonum spirituale sunt merita gestorum. ut ait Aug. *Congregaverunt mercedes*, id est merita ex bonis factis in gratia, & miserunt eas in sacculum & pertusum, id est perforatum illud denotat quod qui acquirit aliqua merita per opera virtuosa, ea amittit per peccatum quod postea committit: ita quod si perseveret in eo usque ad mortem præmium non percipit illorum meritorum propter defectum suum: ut ait Archi. Flo. *ubi sup.* Tertium bonum spirituale sunt subsidia particularia. Sciendum est quod sicut corpus mortuum non potest aliquem juvare nec ab aliquo juvari: ita mortuus per peccatum in anima non est capax operis boni quod fit in eo in quantum est opus satisfactivum. ut no. idem Archi. Floren. *ubi sup.*

54. Item circa spiritualia notandum est quod est triplex filiatio spiritualis. Prima contrahitur in Baptismo & Confirmatione: quia is qui baptizatur seu confirmatur, est filius spiritualis ejus qui baptizat vel confirmat, ac etiam est filius spiritualis ejus qui tenet & levat eum in Baptismo aut Confirmatione: ita quod inter eos non potest esse matrimonium propter illam conjunctionem. Similiter qui audit aliquem in confessione sacerdos, dicitur pater ejus spiritualis, & confitens dicitur filius ipsius. De primis probatur *in c.* 1. *& 2. de cogna. spi. in* 6. *& in cap.* 1. 2. *&* 3. & quasi per totum. eo. tit. *in* 6. Secundum probatur *in cap. omnes.* 30. *q.* 1. ubi ponitur gravis pœna sacerdoti qui cognovit filiam suam spiritualem quam audivit in confessione. Dicitur & pater spiritualis alicujus qui inducit eum ad conversionem fidei vel bonorum morum per doctrinam, prædicationes vel admonitiones quæ fiunt à Prælato. unde Apostolus 1. ad Cor. 4. *c.* ait. *Et si centum millia pædagogorum habeatis: sed non multos patres in Christo enim ego vos genui per Evangelium.* & ad Gala. 4. *c. Filioli quos iterum parturio donec filius formetur in vobis.* & Greg. ait de rectoribus Ecclesiarum qui habent populis Sacramenta & monitiones præbere quis dubitat sacerdotes Christi Regum, Principum, & omnium fidelium patres censeri & magistros nonne miserabilis insaniæ esse dignoscitur si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjugare. ut Gen. 9. c. vide Archie. Flo. *in* 3. *parte suæ Summa titu.* 1. *cap.* 26. §. 4.

55. Item circa spiritualia reperio etiam militiam spiritualem ut ait Job. 5. *ca. Militia est vita hominis super terram: militia*, id est tentatio voluntarium militem Christus sibi elegit. 15. *q.* 1. *ca. non est.* militia spiritualis est communis omnibus fidelibus qui utique spiritu sit, non corpore. no. *in ca.* 1. *& 2. de consec. dis.* 5. unde Chrys. ait, *Tu Christiane delicatus es miles, si putas te sine pugna posse vivere, sine certamine dimicare, exercere vires, attende pactum, aspice sponsionem quam facis in baptismo.* s. servare fidem, abrenunciare diabolo. vide Archie. Flo. *in* 3 *parte suæ Summæ. ti.* 4. *c.* 1. §. 3.

56. Item reperio libertatem spiritualem, ut no. gl. in *ca. cum sit proprium. de conditio. appo. in matrimonio.* in verbo *hac conditione.* & potest in homine attendi dupliciter. Uno modo secundum ad quod agitur interius: & sic accipitur conditio status spiritualis in homine per comparationem ad judicium Dei qui scrutatur corda, ut dicatur in statu servili peccator, & in statu libertatis justus. Alio modo accipitur status spiritualis secundum ea quæ exterius geruntur per comparationem ad Ecclesiam: & sic tunc est sermo de statibus. vide Archie. Flo. *in* 3. *parte suæ Summæ. tit.* 16. *cap.* 1. *&* §. 1. & hæc sufficiant.

57. Sed nunc declarandum est quid propriè dicitur spirituale, & reperio Polianteam in suo libro suæ Summæ, in verbo *Spiritus*, ubi dicit quod Spiritus dicitur, id est spiro. Et spiritualis dicitur Spiritus sex modis: sic aër, ventus, corpora beatorum, animæ beatorum, virtus imaginativa, mens & Deus secundum beatum Tho. *in* 1. *parte suæ Sum. q.* 41. *ca.* 3. *& in* 1. *sen. dist.* 10. *q.* 4. & Spiritus sanctus est tertia Persona in divinis. Postremo dicit Guil. Vor. *in* 1. *lib. sen. dist.* 1 *sup. declaratione primi termini*, ubi dicit quod Spiritus tripliciter derivatur: Uno modo dicitur Spiritus aspirare, quod est idem quod tortuositas: & secundum hoc venti dicuntur Spiritus qui tortuosè mundum circuunt: ut ait Psalm. *Ignis, grando, nix Spiritus tempestatis:* isto modo in mundo sunt tres quaterni Spirituum, id est duodecim venti, & in homine isto modo triplex est Spiritus secundum metaphys. vitalis, naturalis & animalis: vitalis quidem habet sedem in corde, naturalis in epate, animalis in capite: unde Philosophus *in lib. de differentia.* ubi talem Spiritum diffiniens. Spiritus est quoddam subtile corpus quod in humano oritur corpore ex corde, & fertur pulsus in venis ad vivificandum corpus & operatur vitam in anhelitum & pulsum. Derivatur Spiritus à spiritualitate, & sic opponitur corpori: unde isto modo dicuntur Angeli Spiritus: & isto modo etiam secundum eum, tam pater quàm filius sunt Spiritus: appropriantur tamen in nobis portioni superiori, secundum Aug. *in lib. de differentia Spiritus & animæ:* unde in nobis ista tria se habent per ordinem, anima, Spiritus, & ratio, licet idem sint in essentia. Anima enim dicitur in quantum corpus animat & informat: Spiritus in quantum, scilicet in superna tendit. unde in Cantico Matris Dei dicitur: *Magnificat anima mea Dominum. Et exultavit, &c.*

Secundo, ratio dicitur qua ex spiritu in animam descendimus. Dicitur Spiritus à spirare, & hoc potest esse secundum tripliciter: vel aspirare ad se activè, & sic soli convenit Patri: vel aspirare ab alio, & sic convenit filio, quamvis verius dicatur isto modo Pater & Filius spirantes aut spirato quod Spiritus tertio modo dicitur spirari passivè: & sic dicitur de tertia Persona solum, quia illa sola aspiratur, & sic capitur secundum eum.

Et dicit idem Guil. Vor. *in* 3. *senten. dist.* 2. *in tertio termino*, quia Spiritus potest capi illis modis quos nominat ibi sanctus Tho. *art.* 2. *q.* 1. Uno modo. i. corpus subtile, ut aër. Secundo, dicuntur Spiritus corpora beatorum subtilia habita resurrectione. 1. ad

Source : BIU Cujas

Cor. 16. c. 3. *dicitur Spiritus quælibet anima brutorum.* Eccles. 3. c. Alio modo dicitur Spiritus virtus imaginativa. 1. ad Corin. 14. c. *Psallam spiritu, psallam & mente.* Alio modo dicitur Spiritus ipsa mens hominis vel Angeli. ad Ephe. 4. c. *Renovamini in Spiritu mentis vestræ.* Alio modo dicitur Spiritus ipsa divina substantia. Joan. 4. *Spiritus est Deus.*

58. Item etiam jus patronatus dicitur annexum spirituali: ideo emi vel vendi non potest, alias committitur simonia. *c. de jure. de iure patro. no. Summista in rub. de iure patro.* & Doc. *in c. quanto. de iudi.* & Archi. Flo. *in 2. parte suæ Summæ. tit. 1. ca. 5. §. 24.* tamen circa istum articulum est magna altercatio inter Docto. Et ad eliciendum veritatem istius articuli no. Dom. Ant. *in ca. quanto. & in rub. de iudi.* post alios Docto. quos ipse refert, ubi concludit quod jus patronatus sit merè spirituale, & hoc probat: nam jura dicunt tale jus patronatus esse communicatum laicis ex gratia. *ut in c. 3. de iure patro.* ergo datur intelligi quod sit spirituale: quia si esset temporale laici, de jure communi, absque gratia laicis concederetur. & in simili no. Dom. Abb. *in c. 1. de præben. & digni.* ubi dicitur quod istud jus ex gratia videtur concessum laicis.

Sed ad istud argumentum respondet Dom. Philipp. Decius in rub. *de iudi. col. 10. versi. sed ad hoc respondetur.* ubi dicit quod jus patronatus laicis competit, non per hoc infertur, quod de natura ejus sit spirituale: & si illud ex gratia concedatur alio respectu, quam respectu quod sit merè spirituale. Nam dato quod esset temporale, est tamen annexum spiritualibus, & ratione connexitatis: idem judicatur de eo quod de spiritualibus rebus. *cap. quanto. de iudi.* unde sicut transactio prohibetur in spiritualibus. *c. super eo. de transact.* Ita & secundum eum in jure patronatus. *cap. præterea. eo. tit.* & simonia sicut in spiritualibus. Ita etiam in jure patro. committitur. *c. veniens. in prin. de testi.* quia in connexis spiritualibus simonia committitur. *ut not. gl. 1. q. 1. in Summa.* & suprà dixi. & cum spiritualia non cadant in laicum. *ca. Sacrosancta. ca. Massana. de elect.* ita est dicendum de jure pa. quod est connexum spiritualibus: & de connexis idem est judicandum: sed tamen secundum eum contra istud dispensatum fuit ut jus patronatus licet connexum sit spirituali, tamen conceditur laicis, ut invitentur ad benefaciendum Ecclesiis. ut no. Are. *in rub. de iudi.* Et istam responsionem dedit idem Decius *ubi sup.* ego etiam concordando ad illud fundamentum Domini Anto. darem aliam instantiam sicut dicimus in gradu prohibito per affinitatem: tamen licet affines non sint consanguinei, sed propter conjunctionem quam isti qui efficiuntur affines habent cum consanguineis, non poterit esse matrimonium. ut no. *in ca. non debet. de consan. & affi.* & licet non sint re vera consanguinei: tamen propter illam conjunctionem quam habent cum consanguineis, non poterit stare matrimonium. Sic in simili de jure pa. propter annexitatem & propinquitatem quam habet cum causa spirituali non potest vendi. *d. c. de iure.* ut non dicatur spirituale, sed propter conjunctionem quam habet cum spirituali, sicut dicimus de corpore excommunicati mortui quod est expellendum à cœmiterio. *ca. sacris. de sepul.* tamen si non potest separari ab aliis mortuis propter connexitatem quam cum illis habet, non debet separari, non propter illud sequitur quod sit corpus Catholicum seu propter aliqualem conjunctionem quam habet cum aliis mortuis. ut no. Dom. Abb. *in d. ca. sacris. de sepul.*

Item reperio aliam opi. & sic tertiam in ista materia quod jus patronatus sit temporale de sui natura. quam Dom. Abb. tacitè in *rubri. de iudi. & in cap. quanto. eo. titu.* & illud probatur mediis sequentibus. Et primò, quia per præsentationem quam patronus facit nullum jus præsentato quæritur: & ideo patronus laicus variare potest. *cap. cum autem. de iure patro.* ex præsentatione secundum eum datur initium quoddam ad jus spirituale obtinendum: ut no. Dom. Abb. *ubi sup.* tamen ad istas rationes ipsius Dom. Ab. respondet Dom. Philip. Decius *in d. rub. de iudi. col. 11.* ubi dicit, quod non valet consequentia: quia licet non quæratur jus præsentato per præsentationem factam à patrono, ergo non est spirituale. Similiter secundum eum jura non dicunt prout Dom. Abb. refert, quod sit initium ad futurum jus spirituale, sed tantum dicunt quod per præsentationem patroni sit vulgatum negotium. *ut d. cap. quod autem. de iure patro.* & an istud principium sit spirituale, hoc non declaravit: & in dubio potius esset dicendum, quod tale initium spirituale sit ex quo institutio ad quam præsentatio ordinatur spiritualis est: ut idem judicetur de medio. *argu. leg. oratio. ff. de spon.* & quod not. in *cle. dispendiosam. de iudi.* Ego etiam ad istud responderem, licet opi. Abb. sit verior, ut infrà dicetur. Nam per præsentationem acquiritur illud & tale initium ad beneficium in quo quis est præsentatus ita quod ordinarius tenetur illud donare præsentato: alias non valet collatio. *cap. cum Bertoldus.* & ibi Docto. *de re iudi. cap. illud. de iure patro. ca. decernimus. 16. quæst. 7.* sicut dicimus in literis ad beneficia impetranda, quæ non possunt vendi. *cap. in nostra. cap. ad audientiam. in 2 de rescript.* tamen his non obstantibus Are. sequitur opi. Dom. Abb. videlicet quod jus patronatus sit temporale, *ut in rubr. de iudi.* pro qua adducit tres rationes, quas ipse rationabiles dicit.

Prima ratio est. Nam spiritualia non possunt præscribi per laicum. *cap. causam. de præscrip.* sed jus patro. per laicum præscribit:[a] ut no. Dom. Ant. per illum tex. *in ca. querelam. de ele.* ergo videtur temporale.

Secunda ratio secundum eum est, quia spiritualia quæ laico quandoque conceduntur detinentur per laicum & non possidentur. ut dicit Anto. de Bu. per illum tex. in *ca. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Præla.* facit quod no. Inno. *in cap. quod sicut. de elect.* Joann. Andr. *in cap. 2. de præbend. in 6.* sed jus patron. possidetur per laicum. *cap. consultationibus. de iure patronatus.*

Tertia ratio secundum eumdem Are. est & assignatur per tex. *in ca. certis. 63. distinct.* ubi jus postulandi consecrationem potest à laico præscribi, & sic non videtur spirituale: ita ergo in jure patro. & sic secundum eumdem Are. tota vis est quod jus patro. est merè temporale: quia præscribitur & possidetur per laicum, quod in spiritualibus non procedit. tamen rationibus Are. respondet Dom. Phi. Decius *ubi suprà.* & primo negando quod jus patro. possit præscribi.[b] Imò contrarium videtur verum, ut no. Archi. in *ca. hortamur. 81. distin.* & no. Dom. Abb. *in d. cap. quærelam. colum. 3. de elect.* & idem Dom. Abb. *in dispu. inci. Augerio. in 1. dubio. in 6. colum.* Nec etiam secundum eum obstat quod jus patro. per laicum dicatur possideri. *consultationibus. de iure patro.* quia illud verum est in patrono, prout ille tex. loquitur cum quo dispensatum fuit ut habeat jus patro. sed per alium laicum quod non esset patronus, non potest possideri. ut per Abb. *ubi suprà.* vel dicamus secundum eum quod possessio ibi non ponitur propriè, sed pro detentatione. facit tex. *in l. stipulatio ista. §. & quoque. ff. de ver. obli. & l. qui legatorum. §. filium. ff. pro hærede.* Nam verbum *possideant*, nullo modo ibi stare potest propriè, quia jus patronatus est jus incorporale, & incorporalia non possidentur. *l. servus. §. incorruptibiles. ff. de acqui. re. dom. no per glo. in cap. conquæstus. de fo. compe. & in cap. cum venissent. de in integ. resti.* Vel aliter secundum eum potest responderi ad omnia quæ Are. dicit, quod spiritualia merè quæ nullo modo communicata sunt laicis, non possunt præscribi nec possideri per laicum. sic loquuntur jura alleg. per Are. sed jus patronatus quamvis sui natura esset spirituale: in eo tamen est dispensatum cum laicis. unde non est mirum si potest præscribi à laico & possideri.

[a] Idem & vide Joh. And. in cap. quod alicui. de Regul. Jur. l. 6. in Mercurialib. C. M.

[b] Imo potest & etiam quasi possideri quia laicus non est hujus juris incapax. C. M.

Source : BIU Cujas

Et istam responsionem expressè sentit Are. *ubi suprà*, sed postmodum illam reprobat, dicens, quod ista communicatio quæ facta reperitur in laicum de jure patronatus, non debet operari quod præscribi possit: quia videmus.

59. Quod jus decimandi etiam quandoque laicis competit, ut no. *in cap. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Præla. & in cap. 2. de deci. in 6.* & tamen extra illos casus qui conceduntur, tale jus non potest præscribi. *cap. causam. de præscrip.* ita secundum eum dicamus in jure patronatus. Sed ista æquiparatio non videtur procedere, quia in jure patronatus est facta major communicatio laicis quam in illo jure decimarum, quod privilegio quandoq; laicis conceditur. Jus enim patronatus ad laicos generaliter pertinens transit in hæredes. ut in *cap. 1. de iure patro.* & cum universitate transit. *cap. literis. de jure patro.* quod non est in jure decimandi. tamen ipse Decius approbat *ubi suprà.* & sequitur opi. Dom. Abb. pro qua alleg. & ponderat. *d. ca. quanto. de judi. & ca. de jure. de iure patro.* in quibus juribus dicitur, quod jus patronatus est annexum spiritualibus: & si ergo annexum est, datur intelligi quod de se non sit spirituale: quia illud quod est annexum essentialiter distinguitur, & videtur quid diversum & separatum ab eo cui conjungitur, sicut dicitur quod nullum simile est idem. *l. quod Nerva. ff. depositi.* Ista enim connexio manifestè arguit diversitatem, quia una & eadem res non potest sibi conjungi. *cap. fin. de inst. cap. fi. de baptis. not. in leg. 2. ff. de stipu. ser.* & cum ista opi. transit Dom. Decius *ubi suprà.* Deinde reperio Rochum de Curte *in tracta. suo de jure patro. in 1. quæst.* super verbo *jus.* ubi recitat opi. Dom. Card. *in rubri. de jure patro. in 2. quæst.* ubi dicit idem Cardin. quod jus patronatus potius dicitur annexum spirituali quam partim spirituale, & partim temporale: motus quia jus patronatus est indivisibile: ergo non potest dici pro parte spirituale, & pro parte temporale.

Sed ad istud arg. respondet glo. *in d. c. piæ mentis.* quod ista divisio potius ad intellectum quam ad actum referenda est: opinionem dicti Card. videtur tenere Archid. *in d. c. piæ mentis. 16. q. 7.* tamen And. Barba. tenet & sequitur opi. Dom. Ant. de But. *in rub. de judi. & in ca. quanto. eo. tit.* & ibi subdit quod jus patronatus est spirituale. sed secundum eum necessaria esset declaratio Papalis: tamen idem Rochus *ubi sup.* approbat opi. Dom. Abb. & sequacium, & movetur, quia si jus patronatus esset merè spirituale. *cap. quanto. de iudi.* non diceretur quod esset annexum spirituali. Ista enim sunt diversa, ut de se patent: & istam opi. tenet Feli. *in cap. quanto. de iudi.* & idem Rochus respondet ad arg. allegatum in contrarium, dum dicitur quod jus patronatus est spirituale, quia vendi non potest: ista non est bona consequentia, quia si dicimus quod sit mixtum jus vel annexum spirituali, sequeretur idem effectus, quia vendi non potest: nam connexorum idem est judicium. *cap. translatum. de consti. & d. c. quanto.* Mihi placet communis opi. quod jus patronatus dicatur potius temporale quam spirituale: ad istud facit. *cap. ex literis. de iure patr.* ubi jus patronatus transit cum universitate possessionis: & sic videtur quod magis participet de temporalitate quam de spiritualitate: nam si jus spirituale vel aliquid haberet de spiritualitate, traheret ad se temporalitatem, hoc est universitatem possessionis. *per tex.* quem ad hoc allego in simili. *in c. quod in dubiis. de conse. eccle. vel alta.*

Istud etiam probo, quia jus patronatus transit ad successores. *cap. 1. & 2. & quasi per totum. de iure patr.* quæ successio non habet locum in spiritualibus. *cap. apostolica. ca. licet. & quasi per totum. 8. quæst. 1.* & sanctuarium de jure hereditario teneri non potest. *c. consuluit. de iure pat. c. ex transmissa. ca. ad extirpandas. de si. presby. c. 1. cap. dilecto. de præben. & digni.*

Item si jus patronatus esset spirituale, laicus patronus posset donare laico cum licentia Episcopi: quod tamen potest, *ut not. glo. in cap. cum saculum.* in verbo *emptor.* & ibi Dom. Abb. & idem Abb. *in ca. illud. de iure patro.* & illa licentia Episcopi requiritur propter connexitatem & parentelam quam jus patronatus habet cum spiritualitate: & tamen solus Papa potest concedere spiritualia laico: ut not. glos. & ibi Doct. *in cap. 2. de iudi. glo. in cap. impium. 10. distin. & in cap. bene quidam. 96. dist.* ergo sequitur quod jus patronatus est spirituale in totum nec in parte. Nec obst. *d. ca. quanto. de iudi.* in hoc quod tex. dicit quod laicus non potest esse judex in causa juris patronatus, quia ad illud respondetur quod propter hoc non sequitur quod sit jus spirituale, sed prohibetur laicis propter conjunctionem & connexitatem quam habet cum spiritualitate. Idem etiam respondetur *ad cap. de iure. eo. titu. de iure patr.* in simili facit. quia *in d. cap. quanto.* dicitur quod est ita annexum spiritualibus: ergo sequitur quod non est idem, imò diversum, sicut dicitur inter maritum & mulierem fit conjunctio: ut patet in diffinitione viri & mulieris conjunctio & tamen inter virum & uxorem nulla contrahitur affinitas: ut not. Dom. Abb. *in cap quod sup. de consang. & affini. facit etiam. cap. 2. de relig. dom.* ubi tex. & ibi Doct. quod licet beneficium sit annexum alteri beneficio, tamen dicitur penitus diversum à beneficio cui unitur: ita quod quodlibet illorum requiritur secundum statuta & consuetudines suæ diœcesis: & sic videtur idem dicendum in jure patronatus, quia postquam jura dicunt illud annexum spiritualibus: ergo sequitur quod non est spirituale: sed per consequens temporale. Et cum his causa brevitatis sum expeditus de ista quæstione, & viso de beneficio constructo & ædificato: tunc imponam finem primæ Parti: & per consequens descendam & veniam ad secundam Partem istius Tractatus quæ erit de Collationibus Beneficiorum: & sic est finis per Dei gratiam.

Explicit Prima pars Tractatus de Beneficio.

Source : BIU Cujas

SECUNDA PARS
TRACTATUS
DE BENEFICIO.

QUÆSTIO I.

1. *Conferre an posſit Papa beneficia collativa aut dignitates electivas in præjudicium ordinariorum.*
2. *Diſpenſare an posſit Papa contra utilem ſtatum Eccleſiæ.*
3. *Diſpenſare an posſit Papa ut clerici contrahant matrimonium.*
4. *Papa non poteſt Epiſcopatus omnes tollere & beneficia ad inferiores ſpectantia donare.*
5. *Legem ſuis ſucceſſoribus non imponit Papa aut Princeps ut illa imitari cogantur.*
6. *Papa quomodo poteſt in præjudicium collatorum providere de uno beneficio, ubi ſunt decem collationes vel ultra.*
7. *Papa ſi alicui concedat aliquod privilegium, an illud posſit revocare.*
8. *Papa olim raro faciebat reſervationes & gratias beneficiales.*
9. *Epiſcopatuum diſpoſitio olim ad ſolum Papam ſpectabat.*
10. *Pro electionibus faciendis Reges Franciæ ſemper inſudaverunt.*
11. *Papa in omnibus habet poteſtatis plenitudinem, & eſt omnium ordinariorum Judex. num. 25.*
12. *Epiſcopatuum collatio vel conceſsio an ſit de jure poſitivo, & quomodo tempore Chriſti non erant Epiſcopi. num. 24.*
Principatus vel regnum unde habuit originem.
13. *Beneficiorum diſpoſitio quomodo eſt apud Papam libera. num. ſeq & 15.*
14. *Matrimonium ſpirituale quomodo contrahitur inter Epiſcopum & ſuam Eccleſiam.*
15. *Papa quomodo ad Dei judicium non dicitur legibus ſolutus, ut videatur habere poteſtatis plenitudinem contra blandientes dicentes Papam omnia poſſe.*
16. *Petro Apoſtolo tradita eſt poteſtas paſcendi, & non turbandi oves ſuas.*
17. *Papa an posſit alteri vices ſuas committere.*
18. *Dignitates electivæ an cadant in præventionibus.*
19. *Beneficium ſpectans ad collationem ordinarii, ſi Papa illud conferat dicitur ordinarium gravare.*
Fallit in beneficiis vacantibus per præventionem.
20. *Papa an ceſſante negligentia Prælatorum posſit conferre beneficia totius orbis. num. ſequent.*
21. *Beneficia an dicantur hodie vacare omnia in Curia Romana ut posſit illa per præventionem indiſtinctè conferre. num. ſeq.*
22. *Doctori aſſerenti ita eſſe in his quæ ſunt facti non creditur.*
23. *Papa ſibi retinuit majus jus quam conceſſerit; & quomodo poteſt conferre beneficia in præjudicium electorum ſeu collatorum. num. 17.*
26. *Beneficia poteſt Papa conferre ad tempus vel ſub conditione.*
27. *Papa poteſt compellere litigantes de beneficio ad concordiam.*
19. *Papa licet non posſit providere contra aliquem non citatum, hoc tamen non procedit in beneficialibus.*
20. *Papa an posſit quem jure ſuo privare ſine culpa. num. 23.*
21. *Diſpenſare poteſt Papa cum clerico conjugato ut beneficium teneat.*
22. *Papa poteſt limitare & reſtringere formam & electionem.*
24. *Decimæ licet ſint de jure divino; poteſt tamen Papa diſpenſare ne ſolvat illas.*
25. *Papæ obediendum & nullo modo reſiſtendum. Fallit ubi cauſa dat occaſionem delinquendi. num. 33.*
26. *Epiſcopatus unit & dividit ſolus Papa.*
27. *Epiſcopus poteſt ſolus Papa de una ſede in aliam transferre; & ſolus ipſe deponit.*

Source : BIU Cujas

28. *Beneficii provisionem potest Papa revocare ante tamen illius attestationem.*
29. *Dispensando super voto an Papa veniat contra jus divinum, ut dispensatio teneat.*
30. *Circa provisiones Apostolicas contra eligentes quod sit consilium.*
32. *Papa an possit reservare beneficia ex quo potest venire contra prohibitionem juris positivi. num. seq.*
34. *Beneficium si Papa infanti minori septennio conferat an teneat collatio.*
35. *Dispensare an possit Papa quod si sit unicus filius regis Monachus ut contrahat matrimonium.*
36. *Beneficium unum vel duo an si Papa vellet sibi reservare semel in vita conferendum, an videatur venire contra jus ex quo collatio spectat ad alios ratione privilegii.*
37. *Concilium non debet absque Papa congregari, alias dicitur conventicula.*

QUæro primò, an Papa possit conferre sive providere de beneficiis collativis, aut de dignitatibus electivis in præjudicium ordinariorum, collatorum, aut eligentium: & prima facie ista quæstio videretur facilis: tamen concilium Basilense dat magnam dubitationem circa decisionem istius quæstionis, quare arguam hic & vide.

Et primò venio ad partem negativam, videlicet quod Papa non possit conferre sive providere: & istud probo per tex. *in c.* 1. *de reserva. in prag. tex. est. & in c.* 1. *circa principium. de colla.* quæ jura dicunt quod Papa non potest ad sui dispositionem reservare provisiones dignitatum & beneficiorum: & sic videtur quod nullo modo Papa possit.

Ad istud arg. potest responderi quod illa jura habent locum in dignitatibus & beneficiis non vacantibus: secus si vacarent: & an istud habeat locum indistinctè: ego dicam latius *infra. super solutione.*

Secundò pro ista parte arguit, quod Papa non possit: nam Episcopatus habent institutionem à jure divino, ut no. *in c.* 1. 80. *dist.* & ample dixi. sup. *in* 1. *parte tracta.* si ergo sint de jure divino: ergo Papa non poterit disponere contra jus divinum. *c. sunt quidam.* 25. *q.* 1. *cum sim.*

Ad istud arg. etiam potest responderi quod licet Episcopi & Cardinales, & alii superiores habeant originem & nativitatem in potestate à jure divino: non autem in nomine ut sup. dixi *in* 1. *parte.* nec etiam in electionibus habent originem à jure divino, sed à jure positivo. *c. quanquam. & ibi bona glo. de elect. in* 6. & Papa contra jus positivum potest disponere prout voluerit. *c. proposuit. de concess. præben. c. innotuit. cum sim. de elect.*

Tertiò pro ista parte facit, quia Papa non disponit contra universalem statum Ecclesiæ. *c. & si illa.* 1. *q.* 7. & Dom. Abb. *in dispu. incip. Episcopus. & in* 6. *licet. & in c. significasti. de elec.* & si Papa in isto casu disponeret universaliter circa istas provisiones Episcopatuum, & aliorum beneficiorum, tolleret universalem statum Ecclesiæ. ut facit glo. *in simili. in c. per principalem. 9. q.* 3. & no. Dom. Abb. post Inno. *in ca. quanto de consue.* ubi dicit quod Papa non potest dare laicis potestatem conferendi ordines. Et dicit idem Dom. Abb. *in d. c. significasti. de elec.* quod Papa contra universalem statum cum causa rationabili dispensat: secus quando decoloraretur status Ecclesiæ: quia tunc non solum requiritur quod causa sit rationabilis ad dispensandum: sed etiam quod sit utilis. ut no. Dom. Abb. *in c. literas. de resti. spo. & in c. proposuit. de concess. præben. & in c. cum ad monasterium. de sta. mona. facit gl. in c. super eo. de bigamis. & glo. in c. quæ ad perpetuam.* 25. *q.* 1.

Ad istud argu. potest responderi quod Papa etiam contra universalem statum Ecclesiæ potest dispensare per illam regulam. *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in calis.* [a] Matthe. 16. c. & pro ista parte est tex. not. *in c. non debet. de consang. & affi.* ubi Papa statuit contra universalem statum Ecclesiæ: [b] facit glos. *in c. sunt quidam.* 25. *q.* 1. Nec obstat. *d. c. & si illa.* 1. *q.* 7. quia ille text. non probat bene illam conclu. sed solum dicit illa præcavenda sunt quæ recipi non possunt sine manifesta decoloratione: tamen ille tex. non imponit legem Papæ, nec potuit imponere nisi status Ecclesiæ decoloraretur etiam in tangentibus jus divinum: quia tunc successor potest ligari à prædecessore. ut not. Dom. Abb. *in c. significasti. de elect. & in c. fina. de institu. & in cap. omnis utriusque sexus. de pœni. & remissio.* Et pro ista parte facit glo. *in c. sunt quidam.* 25. *quæstio.* 1. ubi dicit quod Papa consuevit dispensare contra universalem statum Ecclesiæ: & dicit Dom. Abb. *in dispu. incipien. Episcopus. col.* 15. quod Papa dispensat contra universalem statum Ecclesiæ nisi decoloraretur. ita videtur sentire Feli. *in c. si quando. col.* 15. *de rescriptis.* ubi etiam tenet, quod Papa dispensat contra universalem statum Ecclesiæ: & omnia præmissa sunt intelligenda in continentibus directè aut indirectè jus divinum: quia tunc Papa non potest mutare universalem statum Ecclesiæ sine causa: & tunc decoloraretur status universalis Ecclesiæ in concernentibus jus divinum. ut in simili. no. Dom. Abb. *in c. cum teneamur. de præben. & digni.* secus in concernentibus jus positivum in præsenti casu: & sic debet intelligi. *d. ca. non debet. de consang. & affini.* ad istud facit. *c. proposuit. de concess. præben. & glo. in c. quanquam. de elec. in* 6. & tunc Papa non ligatur per jus positivum. *c. innotuit. de ele.* in simili facit quod no. Dom. Abb. *in c. cum olim. de cle. conju.*

3. Ubi tener quod Papa posset hodie dispensare & statuere ut clerici contraherent matrimonium, nisi essent ligati ex voto: & sic debet cessare istud argumentum.

4. Quartò pro ista parte arguitur per glò. *in cap. per principalem. 9. q.* 3. quæ dicit quod Papa omnes Episcopatus non potest tollere & inferiores privare ab illis Episcopatibus. ut in fi. no. Inno. quem sequitur Dom. Abb. *in ca. quanto. de consue.* & sic apparet & videtur dicendum quod Papa omnia beneficia spectantia ad inferiores non potest donare. Ad istud potest responderi quod verum est quod Papa non potest privare Episcopos ab Episcopatibus eorum: quia illud videretur fieri contra jus divinum: quia *quod Deus conjunxit homo non separet.* habet etiam locum in matrimonio spirituali quod est inter Episcopum & suam Ecclesiam. *ca. inter corporalia. de transla. Episcopi. in terminis.* ita decidit Dom. Abb. *in disputa. incip. Episcopus. & in ca. constitutus. de relig. Dom. cum simi.* ut not. Feli. *in ca. quæ in Ecclesiarum. de constitu.* circa Episcopatus & alias dignitates vacantes videtur dicendum quod Papa possit de illis providere in præjudicium eligentium: quia electiones & collationes videntur esse in istis beneficiis ordinatè à jure positivo. facit glo. *in cap. quamquam. de elect. in* 6.

Item in istis electionibus eligentium agitur de modico præjudicio ipsorum. ut in simili. no. Dom. Abb. *in ca.* 1. *de in integ. restitu. col. fi.* & faciliter Papa illis præjudicat. ut no. Feli. *in ca. quæ in Ecclesiarum. de consti.*

Quintò pro ista parte arguitur *per tex. juncta.* 1. *glo. in ca.* 2. *de præb. & digni. in* 6. ubi tex. dicit quod dignitates vacantes in Curia Romana solus Papa de illis providet. & ibi addit glo. quod illud non debet

a Hoc falsū quia est ei datum uti non abuti. C. M.

b Sed ita absque decoloratione imo cum justa causa. C. M.

Source : BIU Cujas

extendi ad dignitates Episcopales & Abbatiales quæ non vacant in Curia Romana, sed in partibus. & sic videtur quod Papa de illis non potest providere.

Ad istud potest responderi, quod licet de jure istæ dignitates non viderentur vacare in Curia Romana: tamen non sequitur quin Papa illas possit conferre: & de illis providere si voluerit: imò hodie videtur quod solus Papa de illis provideat. per tex. in regula Cancellariæ quæ est secunda in ordine, ubi Papa reservavit ad suam dispositionem & idem etiam in regula tertia cancellariæ.

Sextò pro ista parte arguitur *per ca. 1. de electio* ubi text. dicit quod ubi sunt duo vel tres solum provideatur per electionem illi Ecclesiæ & non alio modo. & sic videtur quod Papa non possit provideri de illis.

5. Tamen ad istud potest responderi, quod verum est quod aliquis inferior à Papa non poterit illis providere: sed Papa etiam in præjudicium electionis. ut no. Dom. Abb. in. *d. ca. 1. de electio.* & ratio est, quia ille summus Pontifex qui fecit illud. *c. 1. de elect.* non potuit imponere legem suis successoribus, ut teneantur servare illam constitutionem. per *c. proposuit. de concess. præben. & cap. innotuit. de electio.*

Septimò & fortius facit tex. *in ca. 1. §. visum. de collatio. in prag.* ubi tex. dicit quod præventiones Apostolicæ sedis vel legatorum ejus factæ in præjudicium collatorum & patronorum aut eligentium, non debent valere: & rationem assignat quia indultum à jure beneficium & maximè à sacris Canonibus nemini debet auferri absque sui culpa. ut ait Grego. in registro. rem qui culpa caret in damnum vocari non convenit: ergo Papa de illis non poterit providere.

Ad istud argu. potest responderi, quod ille tex. non loquitur dispositivè, sed supplicativè dicendo, quod Oratores destinati ad concilium generale debent instare erga illud ut concilium generale statuat & ordinet, ut Papa de cætero non provideat in beneficiis per præventionem: tamen concilium generale illud non determinavit, ut patet ibi per illum tex. & posito quod ita determinasset non potuit imponere legem in his quæ sunt juris positivi, ut in præsenti casu. & latius infrà dicetur per *c. proposuit. de concess. præben. & c. innotuit. de electio.*

Vel aliter & sic secundo potest responderi ad illum tex. superius in contrarium alle. quod ille tex. non est authoritatis quia fuit factus in congregatione Bituricensi per Regem nostrum Franciæ cum Principibus & aliis consiliariis sui regni ibi determinaverunt ut Oratores regni instarent erga consilium ut ordinaretur quemadmodum superiùs fuit dictum: & ibi refert gl. in verbo *provideat:* quæ dicit provideat, ergo non providit, non remansit ejus decretum in suo robore, hoc est jus commune quantum ad præventiones: quod enim non mutatur stare debet. *l. sancimus. C. de testament.* & sic secundum eum malè dicunt aliqui non sapientes illum textum juncto decreto quod præventiones non habent locum cum ille tex. non sit dispositio, sed avisamentum ad impetrandum provisionem à concilio.

Item non potuisset etiam congregatio gallicana tollere præventiones cum sit contra jus commune. *per c. 2. de præb. & digni. in 6.* de hoc etiam est tex. *in d. ca. 1. in prin. ver. adjicient.* ubi & hoc maximè: quia Principes seculares super causis Ecclesiasticis non possunt aliquid statuere etiam in favorem Ecclesiarum. *cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. & c. quæ est in Ecclesiarum. de consti. & in ca. fi. de reb. eccle. non alie. cum sim.*

6. Octavò pro ista parte arguitur per tex. *in d. c. 1. circa prin. de colla. in prag. sanc.* ubi tex. solum permittit summo Pontifici in præjudicium collatorum providere de uno beneficio, ubi sunt decem collationes, ubi sunt quinquaginta vel ultra solum possit providere de duobus semel in vita: alias autem videtur esse prohibitum summo Pontifici.

Ad istud arg. potest responderi, quod ille tex. solum in reservationibus quæ sunt prohibitæ Papæ nisi in illis duobus casibus. & hoc ut impediatur votum captandæ mortis, ut satis probatur *in ca. ne captandæ. cum simi. de concess. præben. in 6.* secus autem in beneficiis vacantibus, quia Papa illa potest conferre sive de illis providere in præjudicium ordinariorum collatorum per præventionem, vel alias prout voluerit per tex. *in c. 2. de præben. & dignita. in 6. & per ca. 1. versi. neque etiam. de colla. in prag.* Et ratio est, quia Papa in beneficiis habet plenitudinem potestatis. *cle. 1. ut lite pendente. cap 1. & 2. 22. dist. facit. c. si gratiosè. cum sua gl. de rescri. in 6. & c. pastoralis. 7. q. 1. & c. in memoriam. 19. dist. & c. veniens. juncta glos. de filiis presby.*

7. Nonò pro ista parte facit, quia Papa concessit istud inferioribus, ut haberent potestatem conferendi & eligendi in beneficiis: quæ conceptio fuit facta per viam privilegii: & etiam videtur quod per viam contractus: ita quod illud non potuit nec potest revocare Papa. ut no. Doct. per illum tex. *in c. 1. de proba. & in c. quæ in Ecclesiarum. de consti.* facit *lex bene à Zenone. de quadrien. præscrip.*

Ad istud potest responderi quod illud non fuit concessum inferioribus per viam contractus, sed solum per viam legis contra quam Papa potest venire & de novo ordinare. *c. 1. cum si. de consti. in 6.* Imò contrarium ordinavit & statuit, ut patet *in d. c. 2. de præben. & digni. in 6. facit etiam c. dudum. cum sim. eo. titu. de præben. in 6.* etiam posito quod Papa illud concessisset per viam contractus etiam in beneficialibus Papa potuisset venire contra. ut no. per Doct. *in c. novit. de iudi. in fi.* Dom. Abb. *in c. inter quatuor. de majo. & obe.* Et pro ista parte videtur bonus tex. *in c. cum olim. de re iudi.* & hoc habet locum quando non agitur de magno præjudicio: & de jure in re, & de commodo bursali. Primum probatur per Dom. Abb. *in c. 1. col. fi. de in integ. resti.* Secundum probatur per Dom. Abb. *in c. constitutus. de relig. do.* Tertium probatur per Dom. de sanc. Gemi. *in c. dudum. de præben. & digni. in 6.* Et alia argumenta quæ possunt inferi pro ista parte: & etiam pro parte adversa expedientur infra in solutione.

Nunc causa brevitatis venio ad solutionem præsentis quæstionis. Et primò reperio glos. ordinariam in præsenti materia *in c. 2. in prin.* in verbo *reservationes. de elect. in prag.* quæ dicit quod Jo. Andr. in Addi. Spec. *super rubri. de concess. præben.* quæ sequitur Dom. Abb. *in ca. mandatum. de rescri.*

8. Quod olim Romanus Pontifex raro faciebat gratias beneficiales: unde in volumine decretorum non fatigabamur in his. Incœperunt demum dare Roma. Ponti. primò rogando, postea præcipiendo & executores dando: nec facile gravabat Papa Ecclesiam nisi de uno tantum, & in illis reservationibus ponebat clausulam si pro alio non scripserimus vel æquipollentem facit. *ca. constitutus. & ca. capitu. & ca. ex insinuatione. & ca. mandatum. cum duobus sequentibus. de rescri.* Procedente tempore à principio factæ sunt gratiæ datis executoribus. *ca. pro illorum. & ca. dile. in 2. & 3. de prabend. & ca. proposuit. de concess. præben.* Demum tempore Innocentii IV. dabatur beneficium acceptandi. *c. quia cunctis. de concess. præben. in 6.*

Ad quod fortificandum addita est clausula decreti irritantis. *Cle. 1. de concess. præben.* sic in reservationibus quæ Romani Pontifices ea non faciebant, nec unam invenies. *in vol. decret. ut no.* Doct. de sanct. Gemi. *in c. duobus de rescri. in 6.* incœperunt postea Roma. Pontif. dare speciale super certo beneficio & pro certa persona. *ca. cum dilectus. de jure pa.* ubi tex. facit mentionem de reservatione legati. *ca. deliberatione. cap. præsenti. de offi. leg. in 6. facit ca. si eo tempore. eo. titu. in 6.* ubi fit mentio de reservatione Papali postmodum

Source : BIU Cujas

cœperunt generales & etiam ſpeciales reſervationes ad certa beneficia. *ca. 2. de præben. in 6.* facit tex. *in extrava. Jo. XXII.* quæ incipit *execrabilis.* Demum generales reſervationes omnium beneficiorum electivorum per extravagantem *ad regimen.* & per regulas cancellariæ.

9. Item olim diſpoſitio omnium Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum ſpectabat ad Papam. *ca.* 1. 22. *diſt. ca. perlectis.* 25. *diſt. gloſ.* & ibi Doct. *in c. quamquam. de elect. in 6. facit. c. decretis.* 21. *diſt.* ubi habetur quod majorum & minorum ſacerdotum diſcretio veteris & novi Teſtamenti ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tamquam majores ſacerdotes inſtituit diſcipulos 72. quaſi minores. & quod Apoſtoli hanc formam ſecuti in ſingulis civitatibus Epiſcopos & Preſbyteros ordinaverunt. & Moyſes Aaron in ſummum ſacerdotem, & filios ejus in minores ſacerdotes elegit. ut not. in *d.* §. 1. 21. *diſt.* Et Romana Eccleſia in primitiva Eccleſia à principio Epiſcopatus & ſuperiores dignitates inſtituit, & ordinavit & in primitiva Eccleſia Epiſcopi ad regenda loca tranſmiſſi omnia providebant. ut no. Jo. And. *in c. quamquam. de elect. in 6. & in ca. quod alicui. de reg. iur. in 6. in mercurialibus.* Hen. *in ca. querelam. de elec.* & ſic illo tempore proviſio & plena diſpoſitio Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum ad ſolum Papam pertinebat: & illud ipſe probat, quia ſolus Papa poteſt erigere Epiſcopatus & ſuperiores dignitates, ut not. *in ca. quod translationem. de offi. lega. & in ca. ſicut unire. de exceſſ. præla.* & ſic ſecundum eum habet locum. §. *primus.* 21. *diſt. & ca.* 1. 22. *diſt.* Poſtea Eccleſia cathedralis poſtquam eſt erecta non invenies jus quod Papa eam ſuæ diſpoſitioni reſervaverit: ſemper enim fuit eidem proviſum per electionem vel cleri aut populi vel utriuſque ſecundum varietatem temporum. *ut* 61. *&* 62. *&* 63. *diſtin. quaſi per totum.* Ad iſtud reſpondetur quod propter hoc non ſequitur, quin Papa poſſit reſervare iſta beneficia, & non currit præſcriptio contra Papam. ut not. Dom. Abb. in ſimili. *in ca. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia.* Et contra ſupremam poteſtatem Papæ non currit præſcriptio contra eum. no. Dom. Abb. poſt alios in *c. cum inſtantia. de cenſibus.* Et mortuo Juda Apoſtolo alii Apoſtoli proceſſerunt ad electionem, & ſors cecidit ſuper Mathiam Actuum 1. *c. facit. c. cleros.* 21. *diſt. &* 26. *q.* 2. *c. non exemplo.*

Ad iſtud reſpondeo: quia Papa cum Cardinalibus providet per electionem ſive proviſionem ipſorum, quod importat idem ut electio Apoſtolorum: quia Papa cum Cardinalibus repræſentat ipſos Apoſtolos. *c. per venerabilem.* §. *rationibus. qui ſi. ſint legi.* Deinde Romani Pontifices electiones à fratribus fieri voluerunt, *ut* 61. 62. *&* 63. *diſt. per totum.* & ſacra generalia concilia electiones fieri voluerunt. *ut cap.* 1. *& quaſi per totum. de elect.*

10. Et pro iſtis electionibus faciendis Reges Francorum ſemper inſudaverunt, ut refert Vincen. in Specu. Hoſtien. *lib.* 22. *c.* 23. ubi Clodovæo primo Rege Franciæ Chriſtiano, qui convocatis Prælatis ſui regni Aurelius, inter quos erat ſanctus Melonus, ſtatuit electiones confirmationes fiendas eſſe ſecundum Canones antiquos, ut refert gloſ. *ubi ſup.* Similiter Rex Carolus Magnus ſtatuit, ut *ca. ſacrorum.* 63. *diſtin.* & Phil. Deo datus avus beati Ludovici: nec invenies quod à principio Eccleſiæ uſque ad tempora dicti beati Ludo. Francorum Regis Romani Pontifices ſe de electionibus prælaturarum & dignitatum intromiſerint. Sed quia tunc incœperunt electiones impedire, & onera pecuniaria beneficiis imponere: iterum decrevit electiones in ſuo regno fieri debere exactioneſque ceſſare, quæ decreta inviolabiliter obſervari fecerunt Lud. Philip. & Joan. multique alii Reges Francorum. ut not. idem glo. *ubi ſup.*

Ad iſtud reſpondet. *c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. & c. quæ in Eccleſiarum. de conſti.* Nec obſtat ſecundum eum. *ca. bene novit.* 61. *diſt.* ubi Grego. providit Eccleſiæ Apruciorum. *& c. Reatina.* 63 *diſt.* ubi Leo Papa providit Eccleſiæ Reatinæ, quia ibi non per reſervationem Papa providit: ſed ex negligentia vel remiſſione eligentium facta fuit proviſio: illi enim Epiſcopatus longo tempore vacaverant, nec poterat adhuc aliquis idoneus inveniri: ideo Papa appoſuit manum, & ſic ſecundum eandem gloſ. poteſt intelligi. *d. c. quanto. cum duobus ſequent.* 63. *diſt.* ubi ad Papam eligentes remittunt electionem: quo etiam caſu bene faciet ſi remittat electionem ad eligentes. *c. obitum.* 61. *cum c. ſequent.* 61. *diſt.* ut licet Papa Grego. ſciviſſet vacationem Panormitanæ & Cathanenſis Eccleſiarum, noluit eis providere, ſed remiſit electionem ad eligentes. *ut d. c. quanto.* Papa remittit electionem ad eligentes quia non poteſt habere notitiam de perſonis idoneis ubilibet promovendis: ideo debet dimittere hujuſmodi proviſiones eligentibus qui habent notitiam illorum quos debent eligere. *facit. c. bonæ. in* 2. §. *quia vero. de poſtu. prælat.*

11. Ad iſtud reſpondetur quod Papa iſta faciet ſi voluerit, alias non tenetur cum habeat plenitudinem poteſtatis ſuper iſtis. *ca.* 2. *de præbend. in 6.*

12. Item conceſſio Epiſcopatuum videtur etiam de jure poſitivo. Nam olim tempore Chriſti non erant propriè Epiſcopi: ſed propter ſchiſma, Apoſtoli congregato concilio preſbyterorum ſtatuerunt ut ordinarentur Epiſcopi, qui eſſent ſuper alios: unus enim volebat præferri alteri, dicens ſe eſſe meliorem, quia fuerat baptizatus à Paulo: alius quia fuerat baptizatus à Petro: & ſic fiebat ſchiſma. Ad quod ſedandum fuit ſtatutum inter Apoſtolos & alios: ut ex preſbyteris eligerentur aliqui qui vocarentur Epiſcopi quibus alii obedirent. *cap. cum olim* 95. *diſt.* & ibi not. Archi. quod Epiſcopi in ſuis diœceſibus ſunt Papæ vicarii. 2. *q.* 7. *puto.* & not. Archi. in tracta. contra hæreticos quod Papa ut ſupremus Judex omnium ordinariorum poteſt inhibere & reſervare. *de pœniten. diſtin.* 6. *ca.* 1. *in fin.* & latè per Pet. de Peruſio. *in tracta. reſerva.* videtur ergo ſecundum eum quod pro libito poſſit Papa reſervare omnes Epiſcopatus. & not. Dom. Abb. *in c. fi. de conſtr. utili.* quod Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum. *c. in novo.* 21 *diſt. c. quorum vices.* 68. *c. videntes.* 12. *q.* 1. & Chriſtus tribuit poteſtatem ſoli Petro dum ſibi ſpecificè dicit, *Paſce oves meas: ut d. c. in novo.* 21. *diſtin. & c. ita Dominus.* 19. *diſtin.* omnibus enim Apoſtolis dixit, *Accipite Spiritum ſanctum; & quorum remiſeritis peccata*, &c. Joan. 20. c. *& quæcunque ligaveritis in terris, erunt ligata & in cœlis.* loquendo omnibus Apoſtolis. Math. 18. *Et euntes prædicate Evangelium omni creaturæ.* Math. ultimo. c. ſed Petrum conſtituit principem Apoſtolorum: dicendo ſibi particulariter, *paſce oves meas*: ut dictum eſt Joan. ultimo cap. *tex. in c. ſignificaſti. de elect.* & not. Dom. Abb. poſt Compoſt. *in c. tranſlato. de conſtitu.* ideo poteſtas Eccleſiaſtica eſt penes totam Eccleſiam univerſalem: ſed debet explicari per Papam tanquam per caput niſi in defectu Papæ. c. 1. & 2. *de poteſtate ſacrorum conciliorum. in prag.* & ſic ſecundum eum apparet quod electiones ſint de jure poſitivo: tamen Papa non poſſet removere omnes Epiſcopatus, ſi vellet cum repræſentet omnes Apoſtolos, notatur *in c. per principalem.* 9. *q.* 3. ſic nec reſervare omnes Epiſcopatus cum ex hoc turbetur Eccleſia.

13. Et ſi dicatur quomodo apud Papam libera eſt diſpoſitio beneficiorum. *ca.* 2. *de præben. in 6. cle.* 1. *ut lite pen.* illud intelligitur de vacantibus beneficiis in Curia Romana. *ut d. c.* 2 *de præben. in 6.*

Item ſecundum eum eſt apud Papam alio modo libera diſpoſitio beneficiorum ſecundum quod videlicet, quod poſſit liberè diſponere de omnibus cùm viderit ex cauſa juſta & rationabili non indiſcretè,

ſicut

Source : BIU Cujas

ſicut in ſimili dicit gl. *in ca. relatum. de præben.* quod licet apud ordinarium ſit libera diſpoſitio beneficiorum ſibi ſubjectorum. *de offi. ordi. ca. conquerente.* tamen illa liberalitas attenditur, dumtaxat ut de illis poſſit providere cui velit: dum tamen idoneo. *ca. grave. de præben.* non quod poſſit pro ſe retinere vel illicitè de illis diſponere.

14. Inſuper conſiderandum eſt quod inter Epiſcopum & Eccleſiam ſuam eſt matrimonium ſpirituale. *ca. requiſiſti. de teſta. ca. ſicut alterius. 7. q. 1. ca. 1. ca. inter corporalia. & quaſi per totum. de transla. Epiſcopi.* non eligendus eſt à ſponſa voluntariè: & ſine illo conſenſu Papa non poſſet in illo caſu providere: ſicut dicitur in diſpenſatione concedenda illegitimo: ut no. Dom. Abb. *in ca. per venerabilem. qui fin. ſint legiti.* not. idem Dom. Abb. *in cap. fina. de ſpon. duo.* cum ergo per electionem initietur hujuſmodi matrimonium firmetur per confirmationem, conſumetur per conſecrationem. *ca. licet. de transla. prala.* & ibi Dom. Abb. non ergo ex reſcripto principis perimatur tale matrimonium ad inſtar nuptiarum carnalium. *l. ſi nuptiæ ex reſcrip. perod.* l. 1. nec detur invitæ ſponſæ ſponſus. 61. *diſt. ca. nullus invitus.* & no. Inno. *in c. innotuit. eo. ti.* quod in electionibus Papa utitur plenitudine poteſtatis, qua non eſt generaliter utendum: ſed ex cauſa dumtaxat, ut voluit tex. *in d. c. 1. de reſer. in prag.*

Ad iſtud reſpondetur quod etiam per proviſionem Papæ intervenit conſenſus ſponſæ: quia ipſe Papa repræſentat Eccleſiam. *ca. quocumque. ca. loquitur. 24. q. 1.* & conſenſus etiam ſponſi interveniet per ſuam acceptationem factam per proviſionem per *ca. cum inter canonicos de elect.* Unde dicit Gerſon *in tract de Eccleſiaſtica poteſtate*, ut ſummus Pontifex meminerit poteſtatem ſibi datam à Deo ſummam in Eccleſia ad ædificationem ejus, non ad deſtructionem ordinis Hierarchici, nec velit tot jura, tot leges, tot decreta & decretales ſummorum Pontificum & generalium conciliorum tantis vigiliis edita ad providè & utiliter regendam Eccleſiam per electiones & collationes canonicas unico verbo reſervatorio ſubvertere. *arg. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. & ca. Eccleſia veſtra. in 2. eo. tit.* quæ quamdiu obſervata fuerunt, Eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis fœlici pubertate producit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtetit, &c. ut eſt text. *in proœ. prag. § quibus ad plenum. ver. quæ quamdiu.* ubi enumerantur inconvenientia quæ proveniunt ex hujuſmodi reſervationibus & gratiis expectativis. no. etiam *in cap. 1. de colla.* alias enim jura eſſent in dubio quod eſſe non debet. *C. de bonis quæ lib l. fi. §. ubi autem. & c. commiſſa. §. porro. eo. tit. in 6.* & de codicibus deleri deberent: quid enim membranas occupant cum non habeantur accepta. *c. ſi Romanorum. 19. diſt.* & ipſe Papa eſt qui jura debet tueri. *ut §. decretis. 21. diſt. & 25. q. 1. per to.* unde dicit Gregor. *Si ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt non conſtructor, ſed everſor eſſe juſte comprobarer:* teſtante voce veritatis, quæ ait: *Omne regnum in ſe diviſum non ſtabit. 25. q. 2. ſi ea.* & dicit Iſido. *Juſtum eſt principem ſuis obtemperare legibus. ca fi. de reſcript in 6.* tunc enim exiſtimet ſua jura ab aliis ſervanda, quando ipſe prius eis reverentiam præbet. *c. imperatores. 9. diſt.*

15. Ad iſtud poteſt reſponderi, quod habet locum in reſervationibus ut de ſe patet. & Dom. Jeſus improperabit eis qui imponunt aliis onera gravia & importabiliate digito ſuo nolunt ea movere. Math. 23. c. & 26. q. 1. allegant. Unde quantum ad Dei judicium Papa non eſt ſolutus legibus quantum ad vim directivam earum, & debet voluntarius, non coactus eas ſervare, & ipſe eſt ſupra legem in quantum expediens fuerit poteſt eam mutare, & in ea pro loco & tempore diſpenſare: & licet habeat Papa plenitudinem poteſtatis. *c. quanto. cum ſimilibus. de tranſla. Epiſcopi.*

Ad iſtud reſpondeo quod habet locum in concernentibus jus poſitivum, quia tunc non erat jus poſitivum, videlicet tempore Chriſti. Et notant Doct. *in c. propoſuit. de conceſ. præben. & in cap. per venerabilem. qui filii ſint legi.* tamen ſecundum eum non debet Papa uti ſua plenaria poteſtate ſine cauſa: quia jura ſunt fundata ſuper ratione. *c. conſuetudo. 1. diſt.* Hoſtien. *in c. ad decorem. de uſu pal.* Jo. Mona. *in extravagan. Bonifacii VIII.* quæ incipit, *Unam ſanctam.* Joan. And. *in c. de multa. de præben.* ubi dicit quod Princeps non debet ſine legitima cauſa contra jus ſcribere vel ſtatuere: alias faciendo non facit ut bonus paterfamilias jus poſitivum violando, data eſt enim ſibi poteſtas paſcendi oves, non turbandi, & debet procedere ex rectitudine juſtitiæ & æquitatis non ex affectione ſpeciali: unde Chriſtus cujus Vicarius eſt in terris, non venit ſolvere legem, ſed adimplere. Math. 5. c. 11. q. 1. *magnum. & 25. q. 1. §. is ita. & in cap. ſunt quidam.* & licet omnia poſſit non debet prætermittere clavem diſcretionis. ut no. Ho. *in d. c. quanto. & c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. in 6.*

Ad iſtud poteſt reſponderi quod Papa providendo per præventionem non prætermittit clavem diſcretionis poſtquam jus ſpecialiter illud determinavit. *c. 2. de præbendis. in 6.* attento maxime, quia olim iſtæ proviſiones Epiſcopatuum pertinebant ad Papam.

Item per gl. *in c. quamquam. de elect. in 6.* Item plenitudo poteſtatis in executione bonitatis non authoritate pravitatis conſiſtit alias mutato vocabulo, non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis diceretur: reſtringit ergo ſub ratione poteſtatis. 11. *quæſt. 3. illa.* ut Romana Eccleſia quæ mater eſt juſtitiæ in nullo ab ea diſcedere videatur: & ſub rationis æqualitate omnia moderentur, &c. *d. §. his ita. 25. q. 1.* Ad iſtud reſpondeo quod Papa providendo non venit contra æquitatem & bonitatem rationis, poſtquam jus illud ſibi permittit. & dicit idem glo. quod ſi alicui poteſtati tribuatur plenum arbitrium, non poteſt propter ea ex tali plenitudine contra rationem aliquid indiſcretè facere. *l. credito. §. Lucius Titius. ff. mandati. notatur in c. cauſam. de elect.* Bar. *in l. filiusfamilias. ff. de dona. & in extrava. ad reprimendam. &* no. *in cle. ſæpe. de verb. ſign.* Ad iſtud reſponde. *ut ſup. proximè fuit reſponſum.*

Item dicit Car. Flo. *in tract. ſuper unione Eccleſiæ.* ubi vehementer inſurgit contra iſtos blanditores, dicentes, Papam poſſe omnia: dicens eum non poſſe niſi quod licet non quod libet: & dicit quod ex his blandimentis infiniti ſurrepſerunt errores, Papæ enim inferiorum poteſtates uſurpant quod non fecit.

Ad iſtud dictum poteſt reſponderi quod habet locum in concernentibus jus divinum. *cap. ſunt quidam. 25. q. 50.* & notavi ad plenum. *in tra. de iure pa. in 4. parte ſuper prima. q.* tamen in concernentibus jus poſitivum illud dictum Cardi. non poteſt habere locum maximè in diſpoſitionibus beneficiorum factis vel faciendis à Papa. *c. propoſuit. de conceſ. præben.* & hoc maxime, quia in illis agitur de pauco præjudicio inferiorum. ut not. Dom. Abb. *in c. 1. col. fi. de in integ. reſt.*

16. Item idem dicebat glo. quod Petrus quamvis eſſet princeps Apoſtolorum, & Papa ſanctiſſimus contentus fuit Antiochæna ſæpe cum titulo principatus: cum autem vidit magnam neceſſitatem urgere ſe tranſtulit Romam. & illa ſede contentus alios Apoſtolos in ſibi commiſſis provinciis non turbavit. *7. q. 1. c. mutationes.* Et licet quæſtione mota in Eccleſia Hieroſolymitana ipſe beatus Petrus Hieroſolymis eſſet: Beatus tamen Jacobus loci Præſul protulit ſententiam diffinitivam ſuper illa legalium. *q. ad tuum. 15. c.* Nam ut dicit ibi Lyra. & etiam Vin. in Speculo hiſtoriali. *lib. 9. ca. 11* quia quæſtio erat mota in Eccleſia Hieroſolymitana cujus Jacobus erat Epiſcopus, nec poterat ad alium transferri, niſi per appellationem protulit ſententiam: facit

Source : BIU Cujas

glo. *in c. inter corporalia. de transla. prœla.*

17. Ad istud etiam potest responderi, quod ipse Jacobus fecit illud ex commissione beati Petri, & aliorum Apostolorum. Nam multotiens Papa permittit, & committit vices suas alteri in conci. aut in aliis negotiis. *ca. convenientibus. 1. q. 7. facit. c. Nicena. 21. dist.* tamen illud non obstat, quin ipse Papæ committens sit superior illi cui committit. *ca. sane. in 2. de offi. deleg.* & quod fit authoritate Papæ dicitur fieri authoritate Dei, cum ex justa causa facit. *ut 23. q. 1. quicumque.*

Item dicit idem Ger. *in tracta. suo de Ecclesiastica potestate* quod cessent reservationes & gratiæ expectativæ quæ non ex charitate, sed ex cupiditate ambitiosa, & avaritia quærente quæ sua sunt crescentibus beneficiorum dotationibus impudenter excreverunt. dum tamen Ro. Pontificis & totius Ecclesiæ vel Concilii generalis circa provisionem beneficiorum sequatur, uti Moyses qui de hoc familiariter loquebatur sicut amicus amico, audivit etiam Concilium gentilis hominis in regimine totius Synagogæ. Exo. 18. ubi sic habetur: Stulto labore consumeris & tu & populus tuus qui tecum est ultra vires tuas, est negotium, solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea atque consilia & erit Dominus tecum: esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referat quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cerimonias & ritum colendi viamque per quam ingredi debeant, &c. Provide autem de omni plebe viros sapientes & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitues ex eis tribunos & centuriones, &c. quibus verbis reprobantur judicia minora, in Moyse. Amplius ergo in summo Pontifice qui non est consumendus in continuis earum occupationibus, in beneficiorum reservationibus & gratiis expectativis, annatarum exactionibus & similibus, relicta omni cura, solicitudine vel studio, de omni illo quod spirituale est, quod divinum est fidem concernit, religionem Christianam & morum reformationem. *ut cap. 1. circa princ. de collat. in prag.*

18. Ad istud etiam respondetur, quia non habet locum in præventionibus beneficiorum & dignitatum vacantium, sed in beneficiis reservatis, & non vacantibus, ut de se clarè constat: sed an Papa beneficia possit reservare, infra dicam.

Concordata Germaniæ à Nicolao V. & Franciæ à Leone X. inita sunt, ut ordinarii à reservationibus Papæ quæ nondum excedebant, liberarentur. I.

19. Item dicebat Dom. Abb. *in c. mandatum. de rescrip.* quod olim poterant ordinarii multum conqueri cum ex reservatione Romani Pontificis & ex literis expectativis jus conferendi erat quasi abdicatum ab ipsis quod est contra. *c. esse. 99. dist.* quia non debet Papa ita providere suis commodis seu utilitatibus Romanæ Curiæ cum tanto gravi præjudicio ordinariorum. facit text. *in c. 1. de colla. circa prin. & c. 1. de causis, in prag.* nam etiam ex jure antiquo ordinarius dicitur gravari, cum Papa confert beneficia ad ipsius collationem spectantia. *ut d. cap. mandatum. de rescri.*

Ad istud etiam respondetur dupliciter. Primò, quod non procedit in beneficiis vacantibus per præventionem, ut de se patent jura alleg. in contrarium *arg. c. 2. de præben. & digni. in 6.* sed habet locum in beneficiis non vacantibus, sed reservatis ut de se illa jura patent. Item & secundo illud dictum Domini Abb. non imponit necessitatem: sed dicit illud ita debere esse de honestate. & cum his prædictis glossator transit non concludendo aliquid expresse per supradicta: tandem reperies eumdem glos. *in §. item placuit.* in verbo *culpa. in c. 1. de col. in prag.* ubi recitat Dom. Abb. *in ca. diversitate. de concess. præben.*

20. Quod licet Papa etiam cessante negligentia Prælatorum possit conferre beneficia totius orbis *per ca. 2. de præben. in 6. & Clemen. 1. ut lite penden.* & possit concurrere in collatione beneficiorum cum quolibet ordinario: quia ipse est ordinarius totius orbis. *9. q. 3. ca. cuncta per mundum.* non est tamen honestum ut auferat aliis potestatem contra rationem. *ca. etiam. 99. dist.*

Item reperio eandem gl. *in c. 2. in §. cupiens. in verbo fiant.* quæ gl. dicit per illum tex. quod Ecclesiæ cathedrales regulares, collegiatæ, & electivæ non cadunt sub præventionibus, sicut nec vacant in curia facit. *c. deliberatione. de offi. lega. in 6.* facit etiam secundum eum tex. *in c. 1. nec etiam. de colla.* ubi dicit text. quod beneficia collativa cadunt sub præventionibus: secus ergo in veris electivis. *argu. l. 1. ff. ad municipalem. c. nonne. de præsumpt. cap. præsenti. de præben. in 6.* & de isto casu sunt arresta sive sententiæ, ut ipse glossa. refert.

Ad istud respondeo: & primò in quantum dicit quod ille tex. *in c. 2. de elect. in prag.* facit quod præventiones non habent locum: ad illud dico quod ille text. non impedit præventiones sedis Apostolicæ, quia ibi tex. dicitur electiones in Ecclesiis sine impedimento aut obstaculo omnino fiant, &c. in illo tex. nullum verbum reperitur quod præventiones impediantur: sed illa verba absque aliquo impedimento debent referri ad inferiores, non autem ad Papam: hoc est inferiores respectu Papæ nullo modo debent impedire electiones: & sic ille textus debet referri solum *ad c. 1. de electioni.* ubi videtur similis tex. quod solum provideatur Ecclesiis per electionem, & non alio modo. tamen dicit ibi Abb. *in primo no.* quod illud non impedit quin Papa per præventiones possit providere etiam in dignitatibus electivis, quia illa verba generalia nunquam videntur nec intelliguntur, ut Papa ligetur, quia etiam si specialiter illud dicerent nullo modo Papa ligarent in concernentibus jus positivum: ut in præsenti casu per *c. proposuit. de conces. præben. & c. innotuit. de electio.* Vel etiam aliter potest responderi quod inferior etiam legatus sedis Apostolicæ dignitates electivas per præventionem non poterit conferre: & sic ille tex. potest referri ad illum legatum vel ad inferiorem. *c. deliberatione. & c. præsenti de offi. lega. in 6.*

Item non obstat in hoc quod d. gl. arguit à contrario sensu *d. c. 1. versi. nec tamen.* ubi tex. permittit quod Papa beneficia collativa possit conferre: ergo à contrario sensu. secus in beneficiis electivis.

Ad istud respondeo, & dico, quod arg. à contrario sensu in concernentibus jus positivum non habet locum in Papa. argu. *c. innotuit. de ele.*

Item do instantiam, quia solum reperitur prohibitum à jure, ut legati per præventiones non possint conferre dignitates electivas. *c. deliberatione. de offi. lega.* ergo à contrario sensu illud non est prohibitum: imò mero jure videtur esse concessum summo Pontifici, quia omnia sunt sibi concessa nisi specialiter & expresse fuerint sibi prohibita per illam regulam tam generalem juris divini & sacri Evangelii, *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Math. 16. *c. quodcunque. 24. q. 1.*

21. Item non obstat illud quod dictus glossator dicit quod si dignitates electivæ non vacent in Curia Romana per mortem curialis, ut dicit glo. communiter approbata. *in c. 2. de præben. in 6.* quæ glo. loquitur in dignitatibus Episcopalibus & Abbatialibus: ergo, &c.

Respondeo & dico quod imo hodie de jure dicuntur vacare in Curia Romana per tex. in regula cancellariæ quæ est secunda: & etiam tertia in ordine: & sic debet cessare illud arg. Vel aliter posito quod regula cancellariæ non sufficeret ad reprobationem illius gl. potest dici quod illæ dignitates non vacant in Curia scilicet in partibus: tamen non sequitur quin si Papa illas voluerit conferre per præventionem poterit per jura superiùs allegata.

Item non obstat in hoc quod idem glo. dicit, quod

Source : BIU Cujas

fuerunt diversa arresta in ista materia contra præventiones Apostolicas in favorem electionum.

22. Quia illud sibi negatur & doctori asserenti ita esse in his quæ sunt facti non est credendum sibi: ut no. Alex. *in l. post dotem. col. pe. ff. so. ma.* & Archid. *in consi 233. inci. in causa quæ vertitur. col. 3.* Et posito quod essent lata arresta illa non faciunt fidem in materia beneficiali & causa Ecclesiastica. nam proferentes illa arresta ut sunt senatores Regis nostri Franciæ super illis Ecclesiasticis sententiæ eorum non habentur pro lege. *per tex. in Ecclesia sanctæ Mariæ. cum similibus. de constitu.* & sic satis videtur esse responsum ad illa argumenta quæ faciunt pro parte adversa.

Ego verò circa istum articulum crederem dicendum quod Papa per præventiones dignitates electivas poterit conferre. ut no. Dom. Abb. in terminis. *in cap. 1. in 1. no. de elect.* ubi ita decidit expressè.

Secundò istud probo per tex. *in ca. 2. de præb. in 6.* ubi dicit tex. indistinctè quod Papa dignitates omnes per præventionem poterit conferre: sed non reperitur aliquod expressè quod illud sibi prohibeat: & sic singulariter illud. *ca. de præb.* est intelligendum, quia ubi tex. non distinguit, nec etiam nos debemus distinguere. Istud etiam probatur per tex. in *c. 1. §. nec tamen. de colla. in prag.* qui tex. Concilii Basili. præventiones permittit summo Pontifici: ergo indistinctè Papa præventiones poterit facere etiam in beneficiis electivis.

23. Tertiò pro ista parte facit tex. juncta prima glo. *in capit. quamquam. de elect. in 6.* ubi dicitur quod Papa olim providebat dignitatibus & electiones non fiebant: tandem Papa illud jus per viam legis concessit Canonicis Ecclesiarum: *ut cap. 1. cum similibus. de elect.* non ergo mirum si Papa voluerit multotiens providere Ecclesiis electivis, quia res faciliter revertitur ad sui naturam, & in habentibus symbolum facilior est transitus. *cap. ab exordio. 35. dist.* & Papa non tantum jus concessit eligentibus quin majus sibi retineat. tex. *in cap. dudum. de præben. & digni. in 6.* & sic ergo Papa præventionibus in dignitatibus electivis poterit uti.

24. Quartò pro ista parte facit quod ordinatio personarum in Episcopatibus est de jure positivo. ut not. glo. *in c. 2. in verbo reservationes. de elect. in prag.* & idem tenet Guil. de Monte Serrato in additionibus quas fecit ad gl. Concilii Basilien. in prima additione. facit tex. *in cap. 1. 22. dist.* sed Papa est supra jus positivum, & contra illud potest disponere. *c. proposuit. de concess. præben.*

Quintò facit illud quod not. Dom. Abb. *in c. quia diversitatem. in 1. colum. in antepe. no. de concess. præben.* ubi tenet quod Papa potest conferre & providere de omnibus beneficiis totius orbis: etiam cessante negligentia. facit gl. in verbo *culpa. in 1. §. item placuit. de colla. in prag.*

Sextò facit tex. *in c. 1. & 2. 22. dist.* ubi Papa habet ordinationes & provisiones Episcopatuum & omnium dignitatum. no. Dom. Abb. *in disputatione sua incipiente Episcopus.*

25. Septimò pro ista parte facit, quia Papa in beneficiis habet plenitudinem potestatis. *Clementi. 1. ut lite pendente. cap. 2. de præben.*

Octavò facit, quia tituli beneficiorum sunt instituti & ordinati à jure positivo, ut suprà dixi in prima parte. & no. Dom. Abb. *in sua disputatione incipiente Episcopus. col. 2. per tex. in c. 1. & 2. 80. dist. c. 1. & 2. 22. dist.* & Papa est supra illud jus positivum. *ca. innotuit. de electio.*

26. Nonò facit, quia Papa beneficia potest conferre ad tempus & sub conditione, ad denotandum quod in illis habet plenitudinem potestatis. ut est text. & ibi glo. *in c. si gratiose. de rescri. in 6. facit. cap. pastoralis. 7. q. 1. & ca. veniens. cum sua glo. de filiis Presbyt.*

Decimò facit text. *in c. dudum. de præben. in 6.* ubi Papa mandat conferre alicui legato beneficia vacantia in certa provincia.

27. Undecimò facit dictum Feli. post alios Doct. *in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitu.* ubi dicit, quod quando agitur de collationibus beneficiorum est quæstio de modico præjudicio ipsorum collatorum aut eligentium, quia ipsi in conferendo, aut in eligendo non possunt consequi aliquam utilitatem. *cap. 1. ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* & in simili facit quod no. Dom. Abb. *in c. 1. colum. fi. de in integ. resti.* ubi dicit quod si Canonici fuerint gravati in non eligendo non veniunt restituendi adversus illam læsionem: & rationem assignat, quia agitur de modico præjudicio & de particulari interesse eorum.

Duodecimò pro ista parte facit tex. *in c. cum olim. de re judi.* ubi text. dicit quod Papa providebat de dignitate electiva in præjudicium eligentium, & valuisset illa provisio nisi ante eis reservasset jus providendi sive eligendi.

Decimo tertiò facit quod no. Dom. Abb. per illum tex. *in c. cum inter. R. seniorem. de elect.* ubi dicit quod Papa potest compellere beneficiatos & litigantes adinvicem super beneficio, ut veniant ad compositionem quasi ostendendo quod in beneficiis habet plenitudinem potestatis.

19. Decimo quartò pro ista parte facit quod not. Dom. Abb. *in c. quatuor. de majori & obe.* ubi licet Papa non possit procedere contra aliquem non vocatum & citatum per *c. 1. de causa pos. & cle. pastoralis. de re judic.* secus est in beneficialibus in quibus Papa habet plenitudinem potestatis per jura superiùs allega.

20. Decimo quintò facit glos. *in c. per principalem. 9. q. 3.* quæ dicit quod Papa potest privare Episcopum suo Episcopatu.

21. Decimo sextò facit quod no. Dom. Abb. *in. c. Joannes. de cleri. conju.* ubi dicit quod Papa potest dispensare cum clerico conjugato ut possit obtinere beneficium ad ostendendum plenitudinem suæ potestatis in beneficialibus.

22. Decimo septimò facit pro ista parte illud quod no. Innocen. *in c. 1. de his quæ fiunt à majo. parte ca.* ubi dicit quod Papa remittens electionem ad eligentes potest restringere vel prorogare tempus juris celebrandi electionem facit gl. *in c. 2. in §. cupiens.* in verbo *aliud de elect. in prag.* & Papa potest limitare certam formam vacationis absentium in electione. facit. *c. ubi maius periculum. de elect. in 6. & c. cum olim. in fi. de re judi.* Nam illud quod præsentes solum vocentur ad electionem faciendam illud procedit de speciali mandato Papæ, ut no. Hostien. *in d. c. cum olim.* & Archiep. *in c. cum in Ecclesiis. de præben. in 6.* Henricus *in c. cum inter universas. de elect.* & rationem assignat, quia formæ datæ ad eligendum sunt de mero jure positivo. no. Inno. *in cap. quod sicut. de elect.* in quo quod placuit Papæ habet vim legis. *ff. de constit. principum. l. 1.*

23. Decimo octavò facit glo. per illum tex. *in c. 2. §. cupiens.* in verbo *rejecta. de elect. in prag.* ubi dicit à fortiori quod etiam electio canonica causatur sine culpa electi, non tamen sine causa legitima propter publicam utilitatem propter quam potest quis privari dominio suæ rei. *l. item si verberatum. ff. de rei vendica. & de evictio. l. Lucius. C. de quadrien. præscrip. l. bene à Zenone.* no. Dom. Abb. Feli. Dom. Philipp. Decius post alios. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constitu.* licet ibi ageretur de jure in re & de commodo bursato: & sic de gravissimo præjudicio: ut in simili not. Dominic. de sancto Gemi. *in c. dudum. de præben. in 6. facit quod no. in c. 2. de constitu. & in c. 1. de rescrip.* & in simili quod not. Inno. *in c. nisi cum pridem. de renun.* & Jo. *in c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. in mercurialibus.* & quod ibi subest magna causa publicam utilitatem concernens potest Papa transferre Episcopum invitum

Source : BIU Cujas

de uno Episcopatu ad alium sine culpa ipsius Episcopi, puta populus aut tyrannus persequitur Episcopum sine causa justa, & nimis cor eorum indurat contra eum si periculum est destructionis Ecclesiæ vel magni scandali & periculosi, vel in spiritualibus vel temporalibus. tunc potest Papa qui est Dei Vicarius ut totum corpus Ecclesiæ sit sanum illud membrum præscindere. *facit. c. scias. 7. q. 1.* sed tamen debet dare sibi bonum cambium ex quo sine culpa sua fit remissio: ut no. Inno. *in d. c. nisi cum pridem. de renun.* si ergo Papa possit quem privare à jure in re, licet ageretur de magno præjudicio cum causa: ita etiam quando non agitur de magno præjudicio, sed de levi: etiam sine causa poterit illud facere sicut in simili dicimus in rescriptis ad lites in præjudicium ordinariorum. *ut c. 1.* & ibi Doc. *de rescript.* & cùm quis privatur re sua sine culpa propter publicam utilitatem, debet recompensari in pretio rei suæ. *l. 2. C. pro quibus causis ser. pre. ac. nota in l. si locus. ff. quemlib. ad ser. amit.* Fede. *in tract permutationum. q. 25.* Archiep. Flo. *in 3. parte suæ Summæ. tit. 15. c. 3.* Dom. Abb *in c. quod Dei timore. de stat. Mona.* & si presbyter sit exosus populo, nec potest ibi administrare jus prælaturæ sine scandalo populi poterit removeri. argu. *c. tua. secundum unum intellectum. de cle. ægro.* sed de fructibus Ecclesiæ est sibi providendum. ut in simili no. Dom. Ab. *in c. quæsitum. de rerum permu.*

24. Decimo nonò pro ista parte facit glos. *in c. à nobis. de deci.* ubi Papa privilegiat aliquem de decimis non solvendis, licet debeantur de jure divino. *c. tua. eo. tit. de deci.* ergo à fortiori electionem potest tollere quæ est juris positivi.

25. Vigesimò facit, quia in istis semper est obediendum Papæ: & nullo modo est resistendum: ut est tex. *in ca. in memoriam. 19. distin.*

26. Vigesimo primò pro ista parte facit, quia solus Papa unit & dividit Episcopatus. *c. sicut unire. cum simi. de excess. præla.* & sic ergo videtur quod ad eum debet pertinere provisio Episcopatuum.

27. Vigesimo secundò facit quia solus Papa transfert Episcopos de una sede in aliam. *c. 1. & 2. & quasi per totum. de translat. epi. c. quod translationem. de offic. lega.* ergo videtur quod solus debeat providere Episcopatibus vel Prælaturis.

Vigesimo tertiò facit: quia solus Papa deponit Episcopum & alius inferior non. *c. accusatus. c. quamvis. 3. q. 6.* si ergo solus deponat, ergo solus illos debet ordinare, & eis de Episcopatibus providere per tex. in simili. *in c. admonet. de renun.* ubi ille qui privat confert, & ille qui confert privat.

28. Vigesimo quartò pro ista parte facit quod not. Dom. Abb. *in c. accedens. col. 1. ver. sed oppono.* ubi dicit quod ille qui providet, aut eligit nomine proprio antequam provisio fuerit accepta per provisum absentem illam provisionem poterit revocare, & alteri conferre sive providere ut Papa solus potest.

29. Vigesimo quintò pro ista parte facit: nam Papa venit contra jus divinum dispensando super voto. *ut c. non est voti. de voto & voti redemptione.* & etiam dispensat super Monachatu: ut no. gl. & ibi Dom. Abb. *in c. cum ad monasterium. de statu Mo.* & idem Dom. Ab. *in c. ex publico. de voto.* & etiam dispensat super matrimonio non consummato. ut dicit glo. *in c. ex publico. de conver. coniu.* si ergo super istis quæ sunt juris divini Papa dispensat à fortiori poterit in his quæ sunt juris dispositivi. *& d. c proposuit de conces. præben.* & sic resultat vera conclusio quod Papa potest providere in præjudicium eligentium de dignitate electiva.

30. Sed ad evitandum omnia quæ contra provisionem possent opponi, bonum esset & erit ut provisus in sua provisione faciat mentionem sive derogationem constitutionum Concilii generalis: hoc est de illo. *c. 2. de elec. in prag. sanc.* in hoc super illis verbis dicit tex. nonobstante aliquo impedimento aut obstaculo electionis fortiantur effectum. ad hoc facit text. *in c. ex parte. de capel. Mona.* & etiam tex. *in cap. nonnulli.* & ibi Doct. *de rescrip.*

Ampliatur primò ista conclusio habere locum in casu negligentiæ & in casu etiam in quo fuit peccatum in forma electionis, Papa tunc poterit providere: *ut c. Reatina 63. dist.* & facit. *c. quamquam. de elec. in 6.* & hoc propter moram vacantium Ecclesiarum quæ Ecclesiis est valde suspecta & damnosa. *c. ne pro defectu. de elec. c. cum nobis olim. eo. ti.* ad istud facit. *c. sacrosancta. 22. di.* cujus interest oves populi pascere. Juxta illud. Joan. 21. *c. Pasce oves meas.* propter quam negligentiam concilium universale in quo præcedebat Innoc. III. determinavit quod istæ Ecclesiæ majores haberent tres menses & Ecclesiæ inferiores haberent sex. Probatur per dictum *c. ne pro defectu. de electio. & c. 2. de concessio. præbend.* quod tempore elapso potestas providendi devolvitur ad superiorem. *d. c. ne pro defectu. & c. 2. de concess præben.* tandem post modum Papa dedit interpretationem ad illa jura per *c. quamquam. de electio.*

Secundò amplia, quod Papa cum consensu eligentium poterit providere Ecclesiis & dignitatibus electivis: ut no. per Doct. *in c. causam quæ. & in c. quia propter. de electio.*

32. Limita prædictam conclusionem non procedere in reservationibus beneficiorum vacaturorum, quia Papa illa non potest reservare: ut est tex. *in c. 1. de reservationibus. in prag.* ubi dicitur quod Papa non potest reservare beneficia specialiter vel generaliter nisi in casibus ibi enumeratis. ubi text. ponit causas propter quas prohibentur istæ reservationes fieri, quia reservantur personis incognitis, & datur occasio affectandi mortem alterius, quod plurimum præjudicat saluti animarum videtur esse ordinatum & prohibitum à jure divino. Juxta illud: *Nolo mortem peccatoris. ut in d. c. 1. de consec. dist. 1.* contra quod Papa non potest providere aut dispensare: & in illo casu constitutiones Romanorum Pontificum ligant successores in concernentibus jus divinum: ut not. Dom. Abb. *in c. significasti. de foro compe. & in c. fi. de insti. & in c. omnis utriusque sexus. de pœni. & remis. & in simili. in c. 2 de fide instru. & in c. cum nobis. de testi. & in cle. unica. de proba.* sic ergo est concludendum quod illa constitutio concilii Basilien. ligat Papam quo ad mentem constitutionis, non autem quo ad pœnam. Et si contra istud argueretur. *d. ca. proposuit.* ubi text. permittit reservationes non obstante prohibitione superioris. Ad illud c. respondetur quod hodie videtur illi derogatum per concilium Basilense tanquam contrarium juri divino, ut sup. dixi. Et si diceretur quod ibi Papa videtur determinasse contrarium dum dicit quod est supra jus positivum. & est contra prohibitionem juris positivi contra quam Papa potest venire. *d. c. proposuit. de conces. præben.* Tamen ad istud respondeo, & dico quod mens & intentio illius reservationis est contra jus divinum, ut sup. dixi: ad quod Papa tenetur & est obligatus, ut sup. dixi. sed quo ad pœnam quæ à jure imponitur contra reservantes beneficia illud est de mero jure positivo, & sic habebit locum. *d. c proposuit. de conces. præbend.* ita quod Papa reservando non debet incurrere pœnas impositas à jure, ut assignatur per *c. 2. de conces. præben.* & hoc modo illa jura possunt concordari, ut alias dixi in *tract. de iure iur. in 4. parte. super 1. qu. argumen. 19. in parte. negativa.*

Item circa istas reservationes interveniunt alia inconvenientia, videlicet quod contentiones inter servos Dei excitantur & rancores & jurgia nutriuntur, pluralitas beneficiorum fovetur, ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & provinciarum mirum in modum exhauriuntur pauperes discurrendo ad Romanam Curiam innumerabiles vexationes subeunt: & inter viarum discrimina nonnunquam dispolian-

Source : BIU Cujas

tur, occiduntur, & variis affliguntur pestibus, atque & suis patrimoniis ac parentum operibus exhaustis gravi egestati subjacere coguntur, & plurimi absque justo titulo beneficia sibi vendicant & non quibus jure debentur illi obtinent: sed nonnumquam hi quibus aut circumveniendi proximum major justitia aut alligandum facultas suppetit uberior sub involutionibus quoque prima rogativarum & alias fraudes plurimas ac deceptiones contingit invenire: & juvenibus qui studio literas & virtuosis operibus intendere deberent datur materia evagandi, qui sæpius per litium anfractus & varios discursus ratione gratiarum ipsarum turbantur & inquietantur ordinariis quoque collatoribus suum ministerium subtrahitur, & confunditur ordo Ecclesiasticus dum unicuique sua jurisdictio non servatur, Romani Pontifices dum officia inferiorum sibi nimium vendicant à majoribus & magis fructuosis operibus universale bonum concernentibus retrahuntur: nec inferiorum directioni atque correctioni invigilant sicut publica utilitas exposcit. Istæ sunt causæ propter quas reservationes in beneficiis fieri prohibentur à Papa per alias rationes infrà dicendas. Nam istud videtur contra universalem statum Ecclesiæ postquam concernit jus divinum contra quod Papa non potest dispensare, nec aliquo modo providere: ut no. Domi. Abb. in *c. significasti. & in c. licet. de elect. & in c. literas. de resti. spo. & in c. proposuit. post glos. de concess. præben. & in c. cum ad Monasterium. de statu Mona. & in c. omnis utriusque sexus. de pœni. & remis.* no. communis schola. *in c. 1. & in c. quæ in Ecclesiarum. de consti.* ut sup. *dixi in princi. istius quæstionis. & in tract. de jurejuran. in 4. parte. super 1. quæst.*

33. Item etiam in isto casu si Papa faceret reservationes, daret occasiones peccandi: ut est text. in *ca. 1. in prin. de collatio. in prag.* & licet Papa habeat plenitudinem potestatis per illa verba, *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Math. 16. tamen non habet potestatem peccandi, imò penitus est sibi prohibitum. ut est tex. in *c. 1. 40. dist.* & no. Dom. Abb. *in disputatione incipien. Episcopus.* & tunc si Papa aliquid subditis percipiat nullo modo est sibi obediendum, imò penitus resistendum. *c. Julianus. cum duobus sequen. & c. qui resistit. & c. si Dominus. 11. q. 3.* no. Dom. Abb. & Feli. *in c. si quando. de rescript. & in c. quæ in Ecclesiarum. & in c. 1. de consti. & in c. si quando. de offi. dele. tex. in c. inquisitioni. de senten. excom. in simili* no. Dom. Abb. *in c. cum teneamur. per illum tex. de præben. & dig.*

34. Et dicit Feli. in *c. si quando. de rescript.* quod si Papa conferat beneficium infanti sive minori septennio, inferiores non debent sibi obedire: & sic remanet vera limitatio quæ hodie est approbata per Concilium Basilien. ut suprà dixi. videlicet quod Papa non potest reservare beneficia vacatura.

Fallit primo in reservationibus clausis in corpore juris, quia illas potest facere, ut tex. in *c. 1. de rescri. in prag.* ut sunt uniones beneficiorum quæ dicuntur reservationes juris. ut dicit gl. in *dicto c. 1. de reserva. in versi. exceptis per c. sicut unire. de excess. præla.* Et etiam translationes Episcoporum quæ spectant ad solum Papam. ut dicit glos. in *c. 1. in princi. in ver. clausis. de elect. in prag.*

Secundò fallit in beneficiis stantibus in terris Romanæ Ecclesiæ ratione directi seu utilis dominii. ut est tex. in *c. 1. de reserva. in prag. & in c. 1. in princ. de ele. eo. titu.* ut est Ecclesia Panormitana quæ est sita in regno Siciliæ: quod regnum est de patrimonio Ecclesiæ & de terris ipsius. *Cle. Pastoralis. cum similibus. de re judica.*

35. Fallit tertiò quando esset magna causa rationabilis & evidens in literis Apostolicis nominatim expressa. ut dicit tex. in *c. 1. de electio. in prag.* Et quæ dicuntur causæ rationabiles ut Papa inducatur ad dispensandum. vide Dom. Abb. in *c. quanto. colum. 3. eo. tit. de jureju.* ubi dicit quod justa causa est si non continet turpitudinem ex parte recipientis. *per c. 1. & c. debitores. eo. titu. de iurejuran.* aut si intervenit metus. *c. debitores. eo. titu. de iureiur.* vel etiam quando propter scandalum evitandum. glos. in *d. c. quando. eo. titu.* Innocen. in *c. venerabilem. de elect.* aut etiam dicitur causa ubi major utilitas imminet in commutatione. Inno. in *c. debitores. eo. titu.* aut quando commutatur in melius. *c. pervenit in 2. eo. titu.* Causa etiam dicitur favor publicus. per tex. in *l. si verberatum. ff. de rei vendi.* ubi fundus tertii datur militibus favore Reipublicæ. Barto. *in proœ.* Florum. *in 2. colu. per tex.* quem dicit meliorem de mundo. in *l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio.* Feli. in *c. quæ in Ecclesiarum. colum. 8. de constitu.* In simili facit illud quod dicit Dom. Abb. in *c. cum ad Monasterium. de statu Monacho. & in c. ex publico. de conver. coniu.* ubi dicit quod si sit unicus filius Regis Monachus Papa dispensat cum eo ut contrahat matrimonium, vel si infidelis velit venire ad fidem sub illa conditione, dum tamen contrahat matrimonium cum filia alterius Regis Monacha, tunc Papa dispensat. no. Dom. Abb. *in c. 1. in fi. de voto.* causa etiam est ut evitetur pactum futurum. tex. in *c. quanto. de divor.* ubi permittitur venienti à fide contrahere secundum matrimonium, si prima uxor non vult venire ad fidem: & non potest manere cum illa sine pacto: causa etiam potest dici ut in *c. innotuit. de elect.* ubi dicit tex. quod multum facit ad dispensationem obtinendam à Papa requisitio Principis, cleri & populi: facit etiam tex. *in c. super hoc. de renun.* ubi dicitur quod causa legitima ad revocandum resignationem est quando intervenit metus, oppressio, aut pecunia, cum etiam dicitur legitima, quando desponsatio est valde debita. no. Dom. Abb. in *c. at si. ff. de adul. colum. fi. de iudi. facit. c. de multa. de præben.* causa etiam est quando ille qui petit dispensationem est minor. no. Dom. Abb. in *c. 1. de eo qui cog. consan. & tex. in ca. 2. de voto & voti.* causa magna potest dici propter bonum pacis. *facit. c. 2. de desponsa. impu. facit. c. nisi essent. de præben. & c. cum inter. & ibi glo. de elect.*

36. Fallit quartò quando Papa semel in vita vellet reservare unum beneficium ubi sunt decem collationes. Aut duo reservare ubi sunt quinquaginta collationes, vel ultra: ut dicit tex. no. in *c. 1. circa. prin. de colla. in prag.* quia tunc propter istam unicam aut binam reservationem, non videtur venire contra jus divinum: ut in simili facit glos. in *c. per principalem. 9. q. 3. & in c. à nobis. de decimis.* & istæ reservationes in isto casu fallentiali sunt faciendæ juxta formam. *c. mandatum. cum duobus seq. de rescri.* ut dicit tex. congregationis Bituricen. in partibus nostris Galliæ: ut dicit tex. in *d. c. 1. §. item placuit. de colla. in prag.*

Quintò fallit in reservationibus quæ erant concessæ tempore datæ Concilii Basiliæ: quia illi debent demandare executioni. ut dicit tex. *in d. c. Conci. Basi. in c. 1. circa prin. de colla. in prag.*

Sextò fallit in præbenda Theologali, in Ecclesia Cathedrali, aut Metropolitana. ut est tex. in *c. 1. §. sequuntur. de colla. in prag.* ubi tex. videtur ligare ipsos ordinarios: ut primam præbendam vacantem habeant conferre Theologo qui vacet lectioni & sermoni.

Septimò fallit in tertia parte beneficiorum, quæ ipso jure est reservata & est conferenda viris graduatis & literatis. ut dicit tex. in *c. 1. §. insup. de colla. de prag.*

Item solemnitas sive nobilitas & literatura *ca. de multa. de præben. facit. c. cum ex eo. de elect. in 6.*

Item propter Reges & Reginas & eorum filios relaxantur jura. *c. ne aliqui. de privile. in 6. ca. fi. in prin. de offi. dele. cle. 1. de bap. extravagans execrabilis.* Joa. XXII. & dicitur causa evidens quando in jure est expressa. facit. *c. pastoralis. in prin. de appel. ca. nisi cum pridem. §. verum. de renun.*

Item dicit Guil. de Monte Sarrato. *in secunda ad-*

Source : BIU Cujas

ditione ad gloss. concilii Basili. quod tex. in titu. de elect. in prag. ubi dicit, quod electiones sine impedimento aut obstaculo omnino fiant. & dicit ipse quod si durante termino ad eligendum præfixo vel etiam ante, Romanus Pontifex per ejus reservationem vel provisionem etiam motu proprio de electiva dignitate, de proxima vacatura, vel jam vacante singula singulis referendo, ut verbis suis utar, electores prævenerit: quod non obstante tali facto secundum eum & non juris præventioni poterunt regulariter electores libere ad electionem canonicæ faciendam procedere: & ejusdem electionis Canonicæ celebratæ petere confirmationem: quia cùm potestas & jurisdictio generalis concilii sit distincta, & separata à potestate & jurisdictione Papæ: & illa sit secundum eum privativa, & non accumulativa ad Papam, ut dicit ipse: non licuit Papæ mittere falcem in messem alienam, & si misit, nulla oritur juris præventio: ideo non obstante tali præventione facti quæ nulla est possunt electores ad ulteriora procedere: ut ipse probat *in c. licet. de foro compe. & no. per glo. & doct. in c. pastoralis. & in c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi.* facit etiam secundum eum. *c. novit. de iudi. & c. causam quæ. qui filii sint legi.* tunc & dicit quia motus proprius non præjudicat tertio in jure quæsito vel quærendo. *c. si pluribus. de præben. in 6. & per glo. in cle. 2. eodem. titu. de præbend.* igitur secundum eum Ecclesia Gallicana juxta populi doctrinam dicentis: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* ut habetur Math. 22. & Marci. 12. c. poterit Romano Pontifici respondere tibi extra terminos & limites tuos jus dicenti non paretur impunè. *c. ut animarum. de consti. in 6. & l. fin. ff. de iurisdi. om. iudi.* facit glos. *in c. sacerdotes. 2. q. 7.* quæ vult quod Prælato Canones non servanti licitè subditus levet obedientiam.

Ad ista levia argumenta respondetur. Et primò in hoc quod dicit, quod potestas Papæ est distincta & separata à jurisdictione Papæ, quia illud sibi negatur, & miror quod talia dicat.

37. Quia imò concilium non debet congregari absque Papa, & non meretur dici concilium: sed conventiculam, aut conciliabulum, ut dicit tex. *in c. multis. 17. distin.* & non reperiretur aliquod jus quod faciat separationem inter potestatem Papæ & concilii nisi in casibus in quibus Papa veniret deponendus, aut esset negligens in reformatione status universalis Ecclesiæ, ut dicit tex. & ibi bona glo. *in c. 2. de aucto. & pote. sacrorum conci. in prag. per ca. si Papa. 40. dist. per ca. si quis pecunia. & ca. si duo. 79. distin.* & no. Dom. Abb. *in disp. incip. Episcopus. & in ca. licet. de elect.* facit glos. & ibi Dom. Abb. post Dom. Anto. *in ca. tua. in 1. de decimis.* & Feli. *in c. super literis. de rescri.* alias autem non reperiretur distinctio jurisdictionum inter Papam & concilium: imò exceptis illis casibus superiùs nominatis, Papa est supra concilium. *c. significasti.* & ibi Dom. Abb. *de elect.*

Item in quantum idem de Monte-Serrato dicit quod Papa non intendit aliquid facere aut præjudicare tertio. *per c. causam. qui filii sint legi. & c. novit. de iudi.*

Ad illud respondetur quod illa jura loquuntur in jurisdictione temporali quam Papa non intendit occupare in præjudicium judicis sæcularis: tamen in præsenti casu, hoc est in electionibus Papa illud facit sine magno præjudicio ipsorum eligentium. ut infrà dicam per ea quæ notat Dom. Abb. *in c. 1. col. fina. de in integ. resti.* & in quantum ipse dicit quod extra terminos & limites non paretur Papæ. alleg. *ca. ut animarum. de constitu.* quia ad illud respondetur quod istud non est extra terminos potestatis Papæ. *per c. cuncta per mundum. 9. q. 3.*

Et dicit idem de Monte-Serrato quod intentio electi & electorum & non provisi sit per sanctam Synodum Basilien. fundata. unde est quod si eorum senatoribus provisus offerat separatum incontinenti id esse infra breve tempus se probaturum de jure suo non eadem provisio, sed electio & electoribus de prædictis & moderatis expensis est providendum: cùm talis exceptio pro parte provisi opposita habeat & contineat disceptationem in facto, respectu probationum, & dubitationem in jure ratione titulorum, & non sæcularis judicis, sed Ecclesiastici.

Ad istud sibi respondeo quòd salva pace quod præmissa dicta sua non sunt vera: nec probantur aliquo jure, imò potius continent truffam per dictum *ca. 2. de præben. in 6. & clemen. 1. ut lit. penden.* quia in omni causa Ecclesiastica Papa habet jurisdictionem *ca. fi. de foro compe. ca. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* & causa electionis est causa Ecclesiastica: *ut clemen. dispendiosam. de iudiciis.* ergo Papa in illa causa electiones tanquam emanatas à jure positivo. ut no. Innocen. *in ca. quod sicut de elect.* Papa potest disponere super illis. *ca. proposuit. de conces. præben.* & sic videntur cessare omnia argumenta: & per consequens finem impono hujus primæ Quæstionis, & aggredior ad secundam Quæstionem.

QUÆSTIO II.

1. *Concilium an possit beneficia conferre.*
2. *Papa an sit supra concilium.*
3. *Papa licet possit erruare & esse hæreticus an sit deponendus.*
4. *Papa non solus est sufficiens ad regimen Ecclesiæ nisi cum concilio & in causis arduis. nu. 6.*
5. *Sententiam suam potest Papa in melius mutare, non autem concilium.*
6. *Appellari an possit à sententia Papæ ad concilium.*
7. *Petrus electus est à Christo Apostolorum Princeps, & licet Deus misisset omnes ad prædicandum: cæteri tamen Apostoli prædicandi potestatem ab eo receperunt. num. 14. Apostolis omnibus mortuis relicto Barnaba & Mathia fuit sorte electus in Monarcham, ipse Barnabas.*
8. *Papa mortuo Cardinales cum toto clero excommunicant invasorem seu intrusum in Papatu.*
9. *Concilium vacante sede, an habeat plenam in omnibus dispositionem ubi circa electionis actum quo ad provisionem de Papa potest. num. 14.*
10. *Cardinales possunt substituere aliquem Camerarium Papæ mortuo, & providere de Papa non tamen beneficia conferre. nu. 12.*
11. *Beneficia confert legatus à latere sedis Apostolicæ & quæst. seq. nu. 1.*
13. *Concilium generale an sit supra jus positivum, ut possit contra illud venire.*
14. *Papa est Vicarius, & caput Christi.*
15. *Concilium generale quomodo possit providere de dignitatibus necessitate imminente vacante sede.*
16. *Concilium generale duobus casibus providet*

Source : BIU Cujas

de beneficiis sine Papa, necessitate urgente.
17. *In beneficiorum provisione quando agitur de gravi vel levi præjudicio.*
18. *Concilium generale quando potest congregari.*
19. *Papa non dicitur Vicarius Christi in terris sine concilio, sed diabolus.*

a Dic absolute verum scilicet in universali. quicquid, alii dicant. C. M.

QUÆRO secundò. An concilium generale possit beneficia conferre. [a] Et primò videretur quod sic. *per tex. in c. 2. de auctoritate & pote. sacro. concilio.* ubi dicit text. quod concilium est supra Papam : si ergo sit supra Papam, ergo beneficia poterit conferre : quia si conceditur Papæ. *c. 2. de præben. in 6.* à fortiori est concedendum superiori. *ca cum in cunctis. in princi. de electio.*

Ad istud argumentum potest responderi, quia Papa non est inferior concilio, imo superior : ita quod non dicitur concilium sine Papa. *c. multis. 17. dist.* Et quod Papa sit major concilio probatur per tex. *in ca. significasti. de electionibus.*

2. Ubi dicit tex. quod Papa est supra concilium, & hoc procedit regulariter, tamen istud non procedit in talibus casibus enumeratis. *in d. c. 2. & ibi glo. in verbo obedire. de pote. & auctori. sacro. conci. in prag.* quos casus etiam enumerat Dom. Abb. *in disputa. incip. Episcopus.* In aliis autem concilium sine Papa nihil est. *d. c. multis. 17. dist.*

Secundò pro ista parte facit quod concilium possit conferre beneficia.

3. Quia solus Papa potest errare & esse hæreticus. *c. si Papa. 40. distin.* & ardua non solet Papa explicare sine consilio Cardinalium. ut not. *in c ad Apostolicæ. de re iudi.* & no. Host. & Dom. Abb. *in c. ex gestis. de cleri. non resi.* & notant Moder. *in cap. 1. de consti.* & sic ergo videtur, quod beneficia possunt conferri per concilium.

Ad istud potest responderi, quod non valet consequentia : nam si Papa potest esse hæreticus, debet deponi, & alius est ponendus in locum ejus : ut no. *in c. si quis pecunia. 79. dist.* ergo non sequitur quod beneficia possit conferre Concilium generale.

4. Tertiò pro ista parte facit, quia Papa potest esse insufficiens ad regimen Ecclesiæ : ut *in c 1. de renun. in 6.* sed tota Ecclesia hoc est Concilium generale errare non potest. ut *c. à recta. 24. q. 1. facit. c. majores. de baptis. & eius effectu.*

Ad istud etiam potest responderi, ut suprà proximè fuit responsum.

Quartò pro ista parte facit. *c. veniens. & c. sententiam. 35. q. 9. & c. cum ex literis. de in integ. resti.* ubi dicitur quod sententia Papæ potest in melius commutari : si ergo possit in melius commutari, videtur quod habet superiorem, hoc est Concilium, ut suprà fuit dictum. si ergo Papa possit beneficia conferre, ergo etiam Concilium tamquam superior Papæ poterit conferre.

5. Ad istud respondeo, & dico quod Papam & suam sententiam mutat in melius : non autem Concilium. ut *d. c. cum ex literis. de in integr. resti. facit. c. cum olim. de re iudi.*

6. Quintò pro ista parte facit quod in arduis & concernentibus statum totius Ecclesiæ, ut in causa fidei recurritur ad Concilium. ut not. *in c. Anastasius. 19. distin. & in c. sicut. 15. dist.* & facit *Act. 15. c.* cum enim fuit in primitiva Ecclesia dubitatum an conversi ad fidem deberent circumcidi, missum fuit non solum ad Petrum, sed ad totam Ecclesiam quæ erat Hierosolymis : nec legitur quod Petrus præstiterit majorem auctoritatem quam reliqui Apostoli & seniores : sed omnes communi consensu statuerunt, quod non fieret Circumcisio : & sic communi nomine fuit facta responsio. ut *d. c. Act. 15.* ergo cum est opus recurrere ad Concilium, etiam inter illos qui erant Spiritu sancto pleni & satis informati de potentia Papæ & Ecclesiæ, ergo potuit hoc casu nostro appellari ad Concilium, & sic videtur quod collationes beneficiorum possint fieri per Concilium generale. Ad istud respondeo, & dico quod agebatur de causa ardua, & de causa fidei : & tunc Papa illa negotia debet tractare cum Concilio generali, ut suprà dixi. notant Docto. *in c. super eo. de hære. in 6. facit. cap. per venerabilem. §. rationibus.* & ibi Dom. Abb. *qui filii sint legiti.* secus quando agitur in negotio levi, quia tunc Concilium non requiritur, ut est causa provisionis beneficiorum, quæ videtur dici levis. ut in simili not. Dom. Abb. *in c. 1. col. fina. de in integ. rest.* & sic ergo solus Papa poterit beneficia conferre.

Sextò pro ista parte facit illud quod no. Dom. Abb. *in disputatione incip. Episcopus. in secundo dubio super solutione illius colum. 14.* ubi dicit quod à sententia Papæ potest appellari ad Concilium generale tamquam ad superiorem. facit dictum. *c. 2. de potestate & auctoritate sacrorum Conciliorum. in prag.* Si ergo ad Concilium possit appellari : ergo videtur quod Concilium ista beneficia possit conferre.

Ad istud potest responderi, quod imò non est appellandum à Papa ad Concilium per tex. *in c significasti. de elect.* jungendo cum *c. Romana. de appel. in 6.*

Tamen illud fallit in talibus casibus, in quibus appellatur à Papa ad Concilium quos enumerat Dom. Abb. *in sua disputatione incipiente Episcopus. super solutione. secundi dubij. col. 15.*

Primus casus est cum Papa præcipit aliquid contra fidem in hac causa Concilium est supra Papam : & licitè receditur à Papa, ut *c. Achatius. 24. q. 1. & c. Anastasius. 19. distin.* Nam in eo quod Papa est hæreticus dicitur minor quolibet Catholico. ut dicit gloss. *in d. c. Achatius. 24. q. 1.* nec tunc ipse Papa est caput Ecclesiæ, sed extra Ecclesiam, & sic in illo casu, id est Concilium generale habuit cognitionem. facit. *c. si Papa. 40. distin. & glo. in c. 1. de renun. in 6.* vide etiam glos. per illum tex. in verbo *obedire. de potestate & auctoritate sacro. Conci. in prag.*

Secundus casus. in quo appellatur à Papa ad Concilium, est quando Papa præcipit aliquid in quo decoloratur, seu immutatur universalis status Ecclesiæ : nam communiter tenetur Papa hoc facere non posse. *facit. c. literas. & ibi gloss. de restitu. spolia. facit. etiam c. proposuit.* & ibi Doct. post glo. *de concess. præben. & in c. cum ad Monasterium. de statu Monacho. facit tex. in c. & si illa. 1. q. 1. & c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1.* & qualiter iste casus intelligatur dixi sup. *in proxima quæstione in principio.*

Tertius casus in quo appellatur à Papa ad Concilium generale, est quando Papa præcipit id quod est in se malum vel vehementer ex suo præcepto præsumitur scandalum futurum. nam tali præcepto non est obediendum Papæ. ut no. Inno. & Dom. Abb. per illum tex. *in c. inquisitioni. de sen. excom. facit tex. in c. si is cui præst & c. qui resistit. & c. Iulianus. c si Dominus. 11. q. 3. facit etiam tex. in c. 1. 40. dist.* & debet tunc concilium resistere scandalis futuris : & ne mala contra legem Dei committantur, ut no. in simili. Dom. Abb. *in c. cum teneamur. de præbend. & digni.* & Feli. post alios *in c. si quando. de rescrip.* ad instar Pauli qui reprehendit Petrum ; & asina Balaam Prophetam. *ca. Paulus. & c. nos si incompetenter. 2. q. 7.* & pro istis tribus casibus vide bonum tex. & ibi glo. *in 2. de potestate sacro. conci. in prag.*

7. Septimò pro ista parte facit : nam potestas fuit tradita à Christo omnibus Apostolis & repræsentando Ecclesiam, ut Math. 18. c. & sic videtur dicendum quod concilium beneficia possit conferre : & hoc maximè Papa mortuo vel deposito Ecclesia potest hanc potestatem exercere, & concilium legitimè congre-

Source : BIU Cujas

gatum de dignitatibus & beneficiis providere cùm Christus ordinandi & disponendi Ecclesiam omnibus Apostolis potestatem contulerit, ut suprà dixi. Et pro ista parte facit bonus tex. *Act.* 15. *c.* ubi patet quod vacante Episcopatu, hoc est, Apostolatu per mortem & secessionem Judæ, omnes Apostoli & discipuli simul tractaverunt de successore & elegerunt duos ex omnibus: scilicet Barnabam & Mathiam: & postea super eis sorte quis illorum duorum præferretur cecidit sors super Mathiam: & sic fuit illis assumptus per concilium generale, ut suprà fuit dictum.

Ad istud argumentum potest responderi, quod in illo concilio seu congregatione, de qua *Act.* 15. *c.* Petrus ibi erat & ipse tanquam principalis vicarius Episcopi fecit ad majorem firmitatem, & propter Ecclesiæ novitatem: nam & postea ipse solus providet de Episcopatibus, ut *in c. in illis.* 80. *dist.* & Apostoli receperunt potestatem prædicandi à Petro & ab eo ut eum in superiorem recognoscerent, Deus misisset omnes. no. Archidia. *in c. ita Dominus.* 19. *dist.* & no. Dom. Abb. *in disputatione incip. Episcopus.* & sic Papa posset facere concilium si vellet. & ad ardua illud convocat. *c. ex gestis. de cleri. non resi.*

8. Octavò pro ista parte facit tex. *in cap. si quis pecunia.* 79. *dist.* ubi patet quod mortuo Papa Cardinales cum toto clero excommunicant invasorem, seu intrusum in Papatu.

9. Ad istud potest responderi, quod verum est quod plena dispositio vacante sede circa electionem Papæ est penes concilium: in aliis autem negotiis exercendis concilium vacante sede se non intromittit: immò primitus debet providere Ecclesiæ de Vicario Christi, ut est tex. *in c. ubi maius, §. idem quoque. de electio. in 6.*

Nonò pro ista parte facit: nam si vacante sede potestas non remaneret apud Ecclesiam universalem sede vacante, sequeretur quod Papa mortuo Ecclesia remaneret sine aliquo pastore in terris, quod non est præsumendum quia secundum hoc cum reverentia loquendo, Christus Dominus noster non videtur fecisse tanquam bonus pater familias. *c. pro humani. de homi. in 6.*

Ad istud potest responderi ut dicit gl. *in cle. ne Romani. de elec. & glo. in cle. ad nostrum. de hære.* quæ gl. dicunt quod mortuo Papa Ecclesia non est sine Pastore: quia Christus est Pastor Ecclesiæ, Papa autem Vicarius: & mortuo Vicario non debet esse secundus Vicarius. argu. *c. clericos. de offi. vica.* & sic Ecclesia semper habet Pastorem.

Decimò facit: nam si sede Apostolica vacante cœtus Cardinalium vult mittere unum Cardinalem pro defensione Ecclesiæ super terris ipsius: & sic videtur in simili quod vacante sede concilium possit beneficia conferre.

Ad istud potest responderi, quod iste casus est reservatus Cardinalibus vacante sede. ut *c. ibi maius. §. idem quoque. de elect. in 6.* sed non legitur quod vacante sede Cardinales & concilium beneficia possint conferre, in simili & de isto arg. no. Dom. Cardi. *in cle. ne Romani. §. irritum. in 2. q. de elect.*

Hoc intelligè si moriantur, non ut à Cardinalibus possint destitui, & alii in eorum locũ instituì. I.

10. Undecimò pro ista parte facit tex. *in cle. ne Romani. de elect.* ubi dicit tex. quod mortuo Papa, Cardinales possunt substituere aliquem in Camerarium eo mortuo vel etiam in Pœnitentiarium: & sic idem videtur in aliis beneficiis conferendis.

Ad istud argumentum potest responderi, quod Cardinales habent illum casum à jure specialiter reservatum, ut sede vacante possint substituere aliquem in Camerarium vel Pœnitentiarium ad tempus: donec fuerit provisum Ecclesiæ Romanæ de Pastore. & sic procedit & habet locum istud argumentum: secus in aliis beneficiis conferendis, quia illa non possunt conferre.

11. Duodecimò pro ista parte arguitur: nam legatus à latere sedis Apostolicæ missus beneficia confert: ut *c. 1. & 2. & quasi per totum. de offi. lega. in 6.* si ergo legatus illa beneficia possit conferre, à fortiori poterit concilium generale qui est major.

Ad istud argumentum potest responderi quod legatus facit illud ex beneficiis juris, sed consilium generale illud non habet expressè sibi reservatum à jure: ergo non poterit conferre, ut suprà dixi. nec valet consequentia, quod si inferior conferat: ergo & superior.

Nam videmus in simili quod Episcopus qui est inferior Archiepiscopo beneficia suæ diœcesis confert, & tamen Archiepiscopus qui est superior non potest conferre. *c. quia diversitatem. de concess. præben.*

12. Decimo tertiò pro ista parte arguitur: & videtur quod Concilium possit beneficia conferre, quia si potest providere Ecclesiæ Romanæ de Papa. ut *c ibi maius. de elect. & Clemen. ne Romani. eo. titu. & c licet. de elect. cum simi.* ergo à fortiori alia beneficia poterit conferre.

Ad istud potest responderi, ut suprà in aliis argumentis fuit responsum: videlicet quod circa provisiones ille casus istius argumenti fuit reservatus Cardinalibus: ergo alii casus in materia prohibitiva non videntur concessi. *argum. c. inter corporalia. de translat. Episcop.*

13. Decimo quartò pro ista parte facit: nam Concilium generale est supra jus positivum: & contra illud potest venire. *arg. ca. non debet. de consangui. & affi.* & sic videtur quod sit supra dispositiones & provisiones beneficiorum, quæ sunt de jure positivo. *c. 1. & 2. 22. distin. & c. 1. 80. distin.* Ad istud argumentum potest responderi quod Concilium in quo Papa præsidet potest beneficia conferre: & illud dicitur esse factum à Papa cum suo Concilio: ut in simili no. Doct. *in c. 1. de pactis. & in c. Ostius. de elect. & in c. 1. de sponsa.* secus in alio Concilio in quo non est Papa: quia illud non potest fieri sine eo nisi in illis tribus casibus superiùs expressis.

14. Nunc devenio ad solutionem præsentis quæstionis: & reperio Dom. Abb. in terminis qui decidit istam quæstionem. *in disput. incipien. Episcopus super. 4. dubio. col.* 20. ubi dicit quod Christus commisit istam potestatem beato Petro tamquam capiti. *ut cap. quodcumque. 24. q. 1.* & dicit Aug. *in lib. 2. de doctrina Christiana.* quod universalis Ecclesia absque Papa sit corpus repræsentatum. Papa verò loco Dei sit caput illius corporis. Hinc Petrus fuit appellatus Cephas, id est caput. ut *c. 2. 22. distin.* ergo Concilium non potest sine Papa dona Dei diffundere in corpus seu membra Ecclesiæ. facit. *c. loquitur. 24. q. 1.* ubi dicitur quod ut unitatem in Ecclesia Dominus designaret super uno scilicet Petro Ecclesiam fundare voluit per illa verba, *Tu es Petrus, & super hanc Petram, &c.* ipse enim tantum fuit Prælatus. *c. 2. 22. distin. & in ca. in illis.* 80. *distin.* non ergo potest Concilium de dignitatibus providere cum non Apostoli, sed ipse Petrus teneat vicem Dei in terris. *c. 2. de transla. Præla.* & sic in Petro ratione unitatis, ad quam designandam Dominus Petrum solum præfecit ut dictis juribus. Item faciunt illa jura quæ dicunt quod mortuo Papa Ecclesia vacat. *ut Clemen. ne Romani. de elec. & c. 1. de schisma. in 6.* si vacat, ergo potestatem Papalem exercere Concilium non valet. arg. à 6. vocabul. *c. cum secundum Apostolum. de præben. & digni. & c. cleros. 21. dist.* Item facit quia Ecclesia militans est divinitus exemplata ab Ecclesia cælesti. *c. ad hæc. 88. distinct. & nota glos. in clemen. ad nostrum. de hære.* sed in cælesti curia est unus qui cuncta ministrat & cui omnia parent, scilicet Deus sine quo nihil fit: ergo in hac nostra Ecclesia militante unus debet esse, scilicet Papa qui omnia ministrat: & sine quo potestas Papalis exerceri non debet: & ovile debet esse distinctum à Pastore. Ecclesia enim est loco ovilis, & Papa loco veri Pastoris, scilicet Christi. Non ergo debet ovile

pascere,

Source : BIU Cujas

pascere, sed pasci, nec occupare officium Pastoris.

Ad istud potest responderi, quod licet Ecclesia militans sit facta & ordinata ad instar Ecclesiæ triumphantis: tamen in omnibus non æquiparatur, quia Deus præsidens in Ecclesia triumphanti nullo modo potest peccare, nec peccatum in eo cadere. ut dicit glos. valde notabi. *in clemen. de Sum. Trini. & fide catho. facit text. in §. fina. de pœni. distin.* 2. sed peccatum potest cadere in Papa ut dicit tex. *in c.* 1. 40. *distin.* & sic resultat quod in omnibus non est æqualitas. Idem satis constat quod in paradiso omnes beati dicuntur esse inferiores habendo respectum ad Deum. ut dicit glos. *in c. ad hæc.* 89. *distin.* in simili facit glo. magna quæ loquitur *de oratione. in clemen. unica. de reliq. & vene. san.* sed inter Papam & concilium generale videtur esse æqualitas: ita quod illud quod potest Papa poterit concilium. juxta illud Evangelii, dum Christus loquebatur omnibus Apostolis per illa verba: *Quodcumque ligaveritis super terram erit ligatum & in cælis.* ut Math. 17. c.

15. Item dicit Dom. Abb. ubi sup. semper remanendo in illa solutione, quod si nulla urgebat necessitas providendi de dignitatibus ante creationem Romani Pontificis non debet concilium de talibus se intromittere: nam de jure & antiqua promissione Ecclesiæ potestas providendi de Episcopatibus pertinet ad Papam, ut dicit glos. *in c. quanquam. de ele. lib.* 6. probatur per *c. in illis.* 80. *distin.* ubi patet quod solus Petrus de Episcopatibus & superioribus dignitatibus providebat. *c.* 1. 72. *distin* Potestas verò providendi de inferioribus beneficiis fuit tradita Episcopis. *c. omnes basilicæ. de consec. dist.* 1. *& cap. regenda* 10. *q.* 1. *c. ex frequentibus. de instit. & c cum ex injuncto. de hære. c. conquerente. de offi. ordi. & c. ordinarij. eo. titu. in* 6. non debet ergo concilium sine Papa infringere antiquas ordinationes, nec jura, nec præeminentias Papæ violare. *clemen. ne Romani. de ele. cap significasti. eo. ti. de ele. c. cum inferior. de majo. & obe. facit. c. licet. de ele. & c. per venerabilem. qui si. sint legiti.*

Ad istud etiam posset responderi quod Papa illud facit. *d. c.* 1. *cum similibus.* 22. *dist.* hoc est Papa cum concilio: quia quanquam verba dirigantur ad Papam referuntur ad Ecclesiam sive ad concilium in personam Papæ. *c. loquitur. c. à recta.* 24. *q.* 1. & quando Christus oravit pro Ecclesia sive pro Papa. *ut c. à recta.* 24. *q.* 1. *c. majores. de baptismo.* illud intelligitur, *Oravi*, ut inquit Christus, *pro te Petre*, hoc est pro Ecclesia, quia in uno solo Ecclesia sive concilium est. ut not. *in §.* 1. 21. *dist* & not. Dom. Abb. *in disputa. incipien. Episcopus.* & post illam ordinationem à Christo factam Petrus peccavit: & Ecclesia remansit in sola virgine Maria. ut no. *in c. nova. de pœni & remis.* Item dicit Dom. Abb. ub. sup. quod sicut capitulum repræsentat Ecclesiam cathedralem. *c. relatum. in* 2. *de testa.* non succedit in potestate conferendi beneficia spectantia ad collationem Episcopi. *c.* 1. *ne sede vacante. lib.* 6.

Item nec concilium repræsentans universalem Ecclesiam debet succedere in potestate conferendi dignitates pertinentes ad provisionem Papæ: ita non potest dici plenum concilium, & plena Ecclesia sine Papa. 17. *dist. c. mulier. & cap. significasti. de ele.* & hoc generaliter in omnibus quæ voluntatiè geruntur per concilium: sicut in simili dicimus capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante. ut not. glo. *in clemen.* 1. *de hære. & in cap. unico. de majo. & obed. in* 6. Sed ubi necessitas multum urgeret, nec posset aliter provideri tanquam per concilium necessitas patitur dilationem in eventum rationis: ex quibus idem Dom. Abb. ubi sup. dat conclusionem, quam de omnibus pertinentibus ad Papam concilium potest se impedire si necessitas magna urget de præsenti, nec aliter potest per constitutiones jam positas provideri nec sine magno damno expectari post creationem Pontificis: erit ergo concilium administrator necessarius: non autem voluntarius, & hoc est æquissimum: & secundum eum cessant omnes rationes hinc & inde ad invicem conflictentes.

16. Ergo circa istum articulum ponderarem duos casus circa concilium generale.

Primus casus erit quando agitur de his quæ sunt meri juris positivi, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis: & tunc dico quod non bene loquitur Dom. Abb. quia ponderando in illis istud vocabulum, concilium non est, nec dicitur, nec meretur vocari concilium nisi in eo præsidet Papa: ut est tex. not. *in c. multis.* 17. *distin.* & in isto casu assumendo concilium pro concilio in quo præsidet Papa poterit beneficia conferre: & sic habet locum. *Act.* 15 *c.* ubi beatus Petrus cum aliis Apostolis elegit Mathiam in locum Judæ olim Apostoli: & in istis licet Papa solus posset facere: tamen postquam est in concilio illud facit cum consensu & consilio concilii. arg. juxta ea quæ not. *in c.* 1. *de pac. & in c. Osius. de elec. & in c.* 1. *de consan. & affinita.* & licet ibi fiant constitutiones super his quæ sunt meri juris positivi: tamen adhuc intervenit auctoritas concilii. juxta ea quæ notantur *in c.* 1. *de judi. per jura superius alleg.* & sic resultabit conclusio quo ad istum casum, quia concilium in his quæ sunt meri juris positivi, quando super illis præsidet, beneficia poterit conferre: hoc est Papa cum suo concilio: & sic etiam habebit locum illa regula juris divini. *Quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cælis.* ut Math. 18. in simili facit quod dicitur quod *Christus oravit pro Petro ut non deficeret in fide. c. à recta.* 24. *q.* 1. *c. majores. de bap. oravit pro Petro. hoc est pro Ecclesia universali. ca. quodcunque.* 24. *q.* 1. *& c. in novo.* 21. *dist.* & sic ista conclusio quo ad istum casum debet intelligi, & hoc maximè quia quando agitur de causa ardua Papa sine concilio illud non explicat, quia illud videtur esse ordinatum à jure divino, ut est tex. *in c. per venerabilem. §. rationibus. qui filij sint legi.* ubi tex. infert quod in negotiis arduis, & in quibus oritur magna difficultas, requiritur consensus sacerdotum Levitici generis, hoc est Cardinalium qui repræsentant concilium generale: & Ecclesiam universalem. ut dicunt ibi Doc. in simili no. per Hostien. & alios quos refert Dom. Ab. *in c. ex gestis. de cleri. non resi.* & no. Dom. de sancto Geminiano post alios Doctores. *in cap. super eo. de hæreti. in* 6. & no. Moder. *in rubri. de constitutionibus.*

17. Et si in isto casu diceretur quod in provisione beneficiorum agitur de causa levi. ita quod non requiratur consilium Cardinalium, ut dixi sup. à per illud quod no. Dom. Abb *in c.* 1. *colum. fina. de in inte. resti.* dico quod illud procedit quod agitur de levi præjudicio habendo respectum ad præjudicium ordinariorum. & sic habet locum illud quod not. Dom. *in d. c.* 1. *de in integ. resti.* secus quando agitur de provisione beneficiorum habendo respectum ad illos quibus conferuntur, quia tunc potest dici causa gravis ad eligendum & perscrutandum personam idoneam cui conferatur. facit in simili. *c. fi. §. his autem. de offi. deleg.* & in simili no. Dom. Abb. *in c. cum teneamur. de præben. & digni.* & Feli. *in c. si quando. de rescript.*

Limito istum casum quando sedes Apostolica vacaret: quia tunc Concilium congregatum ad futuram electionem faciendam non posset beneficia conferre, nec alia negotia exercere, nisi illa quæ sunt sibi concessa. per tex. in *c. ubi periculum. § idem quoque. de ele. in* 6. *& in Cle. ne Romani. circa prin. de ele.* ubi dicit tex. quod Cardinales non possunt conferre officium Camerarii, vel Pœnitentiarii vacans: sed solùm illud debent commendare alicui donec fuerit facta electio de summo Pontifice. Et in simili facit quod cœtus Cardinalium habet talem jurisdictionem quæ sibi in jure permittitur. *ut d. c. ubi periculum. de ele. in* 6. secus in illis in quibus expressè sibi à jure non est permissum. ut no. Car. per illum tex. *in Cle. ne Romani. ver. irritum. de ele. in q.* 3. Ex quibus infertur quod cœtus Cardina-

Source : BIU Cujas

lium non potest sede vacante indulgentias concedere, quia potestas mortuo Papa dormitat. ut no. Cardi. *in d. Clemen. ne Romani. versi. irritum. in 4.q. de ele.* Sicut in simili dicimus quod sede Episcopali vacante capitulum non potest beneficia conferre. tex. *in c. 1. ne sede vacan. lib. 6. facit tex. in c. 1. de inſti. eo. lib.* & no. Dom. Ab. *in ca. cum olim. de majo. & obe.* sic etiam cœtus Cardinalium, qui facit collegium sede Apostolica vacante, beneficia non poterit conferre. ut in simili facit gl. *in Clemen. ne Romani. de ele.*

Secundus casus est in concernentibus jus divinum ut in casibus in quibus Concilium generale congregatur ad deponendum Papam, quia tunc solum congregatur ad depositionem faciendam & ad exercendum sive ad revocandum illa, quæ Papa malè administravit: tunc Concilium beneficia non poterit conferre. & sic habebit locum opi. Dom. Abba. quam supra retuli: & istud probatur, quia solum reperitur in jure quod quando Papa est Hæreticus aut schismaticus vel electus per simoniam aut impressionem laicalem in illis casibus est deponendus.

18. Et concilium poterit congregari ad ista exercenda. ut est tex. *in c. si Papa. & ibi glo. 40. dist. & in c. si quis pecunia. & c. si duo. 99. dist.* no. Dom. Abb. *in sua disp. incip. Episcopus. & in c. licet. de ele.* & illis casibus Concilium potest congregari per Cardinales aut Principes seculares in negligentiam Cardinaliū. ut no. Do. Abb. post gl. & Do. An. *in c. tua. in 1. de deci.* & Feli. *in c. super literis. de rescr.* ergo sequitur quod postquam in illis casibus Concilium sine Papa potest congregari.

19. Et potest dici Concilium sine eo, ita quod tunc Papa non dicitur Vicarius Dei in terris, sed Diabolus, ut notant Moder. *in c. 1. de consti.* ergo in aliis casibus in quibus Papa non subjicitur Concilio. tunc non dicitur Concilium nisi ibi præsideat Papa. *d. c. multis. 17. dist.* ergo postquam in illis quæ sunt juris positivi Concilium beneficia poterit conferre, postquam ibi est Papa: & non potest dici Concilium nisi ibi præsideat Papa *ut d. c. multis. 17. distin.* & cum his est expedita & declarata præsens quæstio.

QUÆSTIO III.

1. *Legatus Papæ quando possit beneficia conferre. nu. 34.*
2. *Legatus & Archiepiscopus pari passu ambulant in provincia eis deputata.*
3. *Legatus non potest aliquid contra constitutionis formam, nec illam prætermittere.*
4. *Legatus ut cognoscat de causa appellatione remota, non potest clausulam illam subdelegare.*
   Papæ soli quæ sunt ipso jure reservata, per totum.
5. *Dispensare non potest legatus contra constitutiones.*
6. *Papa subest concilio in casu hæresis.*
7. *Legatus non potest unam Ecclesiam cathedralem alteri subjicere.*
8. *Votum terræ sanctæ potest Papa commutare.*
9. *Degradatos restituit solus Papa.*
10. *Episcopum à sua administratione solus Papa removet & unit, nisi specialiter legato committitur.*
11. *Legitimat solus Papa illegitimos.*
12. *Bigamos ordinat solus Papa.*
13. *Delegari non potest causa cum clausula appellatione remota nisi per Papam.*
14. *Supplere potest solus Papa defectum contractuum.*
15. *Regno vacante potest Papa supplere Regis defectum.*
16. *Imperatorem deponit solus Papa.*
17. *Dispensat solus Papa cum simoniaco.*
18. *Dispensat solus Papa super juramento quod tendit ad præjudicium Romanæ Ecclesiæ.*
19. *Solvere ejus est, cujus ligare.*
20. *Interpretatur suam constitutionem solus Papa.*
21. *Dispensat solus Papa cum irregulari.*
22. *Excommunicatum qui Sacramenta ministravit hæreticis solus Papa absolvit.*
23. *Beneficia plura curata aut personatus quod quis tenere possit dispensat solus Papa.*
24. *Concilium generale facit solus Papa.*
25. *Legibus solutus est solus Papa.*
26. *Papa solus facit de Monacho, non Monachum.*
27. *Dispensare non potest legatus super impedimento consanguinitatis.*
28. *Dispensare & venire potest Papa contra concilium generale.*
29. *Spiritualia concedit laico solus Papa.*
30. *Dispensat solus Papa cum presbytero qui post excommunicationem celebravit.*
31. *Ordinatus in apostasia est excommunicatus, & cum eo solus Papa dispensat.*
32. *Dispensat solus Papa ut arma portentur Judæis.*
33. *Dispensat solus Papa super ætate ad beneficia obtinenda.*
34. *Beneficia confert legatus Cardinalis de latere.*
35. *Absolvere potest excommunicatos per manuum injectionem legatus.*
36. *Legitimatus potest cum dispensatione legati paternum beneficium tenere.*
37. *Legatus audit causas per viam querelæ.*
38. *Legatus de quibus potest cognoscere.*
39. *Legatus quando confert beneficium de patronatu laici.*
40. *Beneficia de patronatu laici non cadunt sub nominationibus.*
41. *Legatus an possit conferre devoluta per negligentiam patroni.*
42. *Tempus juris currit legato ad conferendum.*

QUÆRO tertiò, an Legatus Papæ beneficia possit conferre.

Et primò pro parte negativa quod non possit videtur tex. *in c. 1. de offic. leg.* ubi dicit tex. quod Legatus non potest beneficia conferre.

Ad istud potest responderi, quod illud habet locum in Legato misso aut nato, secus in Legato à latere Papæ misso, ut sunt Cardinales, quia illi beneficia possunt conferre, ut dicit tex. *in præalle. c. 1. de offi. Leg. in 6.*

Secundò arguitur pro ista parte per tex. *in c. cum dilectus. de jure pa.* ubi dicit tex. quod Legatus etiam à latere non potest beneficia conferre.

Source : BIU Cujas

Ad istud argumentum respondetur quod Legatus non potest conferre beneficia quæ sunt de præsentatione patroni laici: & sic habet locum ille text. & ratio est ne subtrahantur à fundatione Ecclesiarum laici, ut no. Dom. Abb. *in c. 1. de præben. & digni.* Item aliquis inferior contra fundationes beneficiorum non potest venire nisi solus Papa, ut dicit tex. & ibi glo. in verbo *Apostolicæ. in Cle. quia contin. de relig. do.* Abb. Feli. & Dom. Phi. Decius *in ca. cum accessissent. de constitu.* secus est dicendum in aliis beneficiis quæ non sunt de patronatu laicorum *per c. dilectus. de offi. Lega.* & sic debet cessare istud argumentum.

Tertiò pro ista parte facit text. *in c. deliberatione. de offi. Leg. in 6.* ubi dicit tex. quod Legatus etiam à latere non potest beneficia conferre in præjudicium inferiorum.

Ad istud argu. potest responderi, quod habet locum in dignitatibus cathedralis Ecclesiæ quæ obtinent primum locum post Pontificalem aut in dignitatibus regularibus, quibus providetur per electionem: & Ecclesia dicitur viduata, & sic habet locum ille tex. quod in præjudicium eligentium Legatus illa beneficia non possit conferre: secus est in beneficiis pertinentibus ad collationem inferiorum *per c. 1. de offi. leg. in 6.*

Quartò pro ista parte arguitur quod Legatus non possit beneficia conferre: nam videmus quod Archiepiscopus non potest beneficia conferre in præjudicium Episcoporum: & illa quæ spectant ad collationem illorum per tex. *in c. quia diversitatem. de concess. præben. facit. c. illa. ne sede vacan.*

2. Sed sic est quod Legatus & Archiepiscopus in provincia eis deputata pari passu ambulant. ut not. Dom. Abb. *in c. sicut unire. de excess. Præla. & in c. fi. de conjugio servorum.* ergo postquam Archiepiscopus non potest nec etiam Legatus.

Ad istud argumentum duobus modis potest responderi quod verum est quod Legatus & Archiepiscopus pari passu ambulant in beneficiis spectantibns ad collationem ipsius Archiepiscopi, quia ipse Legatus ita illa beneficia poterit conferre sicut Archiepiscopus. & sic habent locum illa jura in contrarium alleg. Vel aliter & secundo potest responderi, quod illa æquiparatio procedit in Legatis non à latere missis, qui non possunt beneficia conferre. *ut c. 1. de offi. leg. in 6.*

Quintò arguitur pro ista parte. *d. c. dilectus. in 1. de præben. & digni.* ubi dicitur quod Legatus non potuit beneficium adjudicare alicui prætendenti jus contra formam juris.

Ad istud argumentum potest responderi, quod ibi Legatus adjudicabat beneficium cum pacto illicito & continente simoniam quod non poterat facere. ut ibi tex. & Doct. secus est quando conferret juxta dispositionem juris. *per c. 1. de offi. lega. in 6.* & sic debet cessare istud argu.

Sextò pro ista parte arguitur: nam conferre beneficia in præjudicium ordinariorum illud est prohibitum per constitutiones humanas sive Apostolicas. *ut c. illud. de jure patro. & c. penul. & fina. de sup. neg Præla.*

3. Sed contra constitutiones & formam juris Legatus non potest venire, nec illam formam prætermittere. ut no. Doct. post Do. Abb. *in c. 1. in prin. de rescri.* facit. glo. magna. *in c. fi. de hære. in 6.* & no. Dom. de sancto Gemi. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constitu.* & not. Dom. Abb. post glos. *in c. dilectus. in prin. per illum tex. & in c. pro illorum. de præb. & digni. & in c. quod translatione. per illum tex. & in c. nisi. de offi. leg.* & no. Jo. de Ana. *in c. cum in diœcesi de usuris.* & no. Dom. Ab. *in c. dilecti. col. 2. de judi. & in c. super quæstionum. in prin. 1 col. de offi. deleg.* & no. Card. *in Cle. 2. in fin. de judi. & in clementina sæpe. post glos. in quæst. 10. de verbo. sig.* Bal. *in l nec quicquam. §. fin. ff. de offi. Procon. & leg.* idem etiam no. Vitalis *in tracta. clausularum.* & Alex. *in l. nemo potest. col. 1. de leg. 1.* & Dom. *in c. judex. penul. col. de offi. dele. in 6.* & Feli. *in c. postremo. 3 col. de appel.* & idem no. Dom. Abb. *in c. 1. col. 1. de transactio.* ubi dicit quod Legatus non potest supplere defectum juris commissum in contractu. & dicit Dom. Abb. *in c. fi. in 2. not. de confir. uti.* quod omnia tendentia ad violationem juris sunt prohibita à Legato, ut videntur collationes beneficiorum: in simili no. Sali. *in l. fina. C. de senten.* ubi dicit quod Legatus non potest committere causam appellatione remota. no. Dom. Abb. *in d. c. 1. de rescri.* & Alex. *in consi. 107. in 4. parte.* & no. Imol. *in l. 1. §. fi. ff. à quibus appell. non licet.* & facit gl. *in d. c. quod translatione. de offi. leg.* & no. Domini de Rota *in tit. de judiciis. decisione 6. in antiquis.* quod talia prohibentur Legato: etiam si partes consentirent quod ea agitaret. & dicit Bal. *in l. 1. ad finem. ff. de offi. præfec. præto.* quod Legatus Papæ non facit contra prohibitiones juris not. Jo. An. *in c. nemo. de electio. in 6.* pro ista parte etiam facit glo. *in clemen. 2. de rescrip. & in cle. sæpe. in verbo mandamus. de ver sig. & gloss. in c. indemnitatibus. in verbo sine strepitu. de ele. in 6.* no. Spec. *de legato. §. superest. & in §. nunc ostendendum. ver. Legatus.* quod Legatus non potest committere causam quæ alibi pendet. ut in simili no. Feli. *in cap. ut nostrum. in 3. q. de appell.* & dicit Fede. *in consi 200.* quod Legatus Papæ non potest tollere jus alterius. facit quod not. Bal. *in l. 2. col. 10. ver. & ideo. C. de servitu. & aqua.*

4. Et idem est dicendum si Papa istud committeret Legato appellatione remota: quia licet operetur quo ad sententias per eum ferendas, non tamen potest Legatus hoc concedere suo delegato *facit. c. super quæstionum. in prin. & in §. si vero. de off. deleg.* idem etiam si Papa illud committeret cum plena & omnimoda potestate. ut not. Inno. *in l. 2. ff. à quibus appell. non licet.* & idem Bal. *in l. 1. circa medium ff. de testa. mili.* & sic per istas infinitas allegationes videtur dicendum quod legatus beneficia non possit conferre.

5. Ad istud arg. potest responderi, quod Legatus contra constitutiones conciliares, & facta à concilio non potest dispensare, nec contra illas venire per jura superiùs alleg. nisi specialiter constitutiones illud permittant legato ut in casu.

6. Septimò pro ista parte facit, quia si solum concilium possit judicare Papam in casu hæresis qui casus est reservatus concilio. *d. c. si Papa. 40. distin.* & Legatus non possit Papam judicare nisi se submittat Legato. ergo videtur quod Legatus non possit conferre nisi specialiter Papa concesserit.

Ad istud respondet quod Legatus habet istud à lege. ut *c. 1. de offi. Lega. in 6.*

Octavò pro ista parte facit, quia solus Papa de novo ordinat & erigit Ecclesias cathedrales. *c. felix. 16. q. 1. cum simi.* & ipse solus dignitates instituit. *c. 1. 22. di. no. in cap. cum olim. de consue.* & sic ergo videtur postquam Papa sibi reservat præmissa idem videtur in collationibus eorum.

Ad istud respondetur ut sup. fuit responsum in proximo arg.

Nonò pro ista parte facit, quia Reges à Papa impetrant à quo inungantur: hoc est ad ipsum Papam pertinet diffinire. ut no. Spe. *tit. de legato. §. nunc ostendendum. per c. 10. §. unde in veteri. de sacra unc.*

Ad istud respondetur ut sup. fuit responsum.

7. Decimò facit quia solus Papa subjicit unam Ecclesiam cathedralem alteri, quod Legatus facere non potest. tex. & ibi Doct. *in c. quod translationem. de offi. lega.* Ad istud respondetur ut sup. proxime.

Undecimò etiam facit quia solus Papa duos Episcopatus in unum unit, aut dividit unum in duos. *c. & temporis. 16. q. 1.* & hic specialiter interdicitur Legato à latere Cardinali ut *d. cap. quod translatione. de offi. leg.* Ad istud respondetur ut sup.

Duodecimò facit, quia solus Papa mutat sedem Episcopalem de uno loco in alium *c. 1. & quasi per totum. de transla. Episcopi. facit c. in illis. 80. dist. & c. 1 de privi.* Ad istud respondetur ut suprà fuit responsum.

Source : BIU Cujas

Decimo tertiò facit, quia ſolus Papa transfert Epiſcopum de una Eccleſia ad aliam. *c. mutationes. 7. q. 1. & per tot. de transla. epi.* & iſtud Legatus etiam à latere non facit. *c. gratum. de poſtu. præla. facit. c. niſi. de off. leg.* Ad iſtud reſpondetur ut ſup.

8. Decimo quarto facit quia ſolus Papa poteſt commutare votum Terræ ſanctæ. *ut c. magnæ. & c. quod ſuper his. & c. ex multa. de voto.* ergo eſt prohibitum legato. Reſpondetur ut ſup.

9. Decimo quintò facit quia ſolus Papa reſtituit ſolemniter degradatos ut no. Doct. poſt glo. *in c. degradatio. de pœn. in 6. & in c. quamvis de reſcrip. eo. li. & in c. tranſmiſſa. de renun. c. at ſi clerici. §. de adulte. de judi.* Ad iſtud reſpondetur ut ſup. fuit reſponſum.

10. Decimo ſextò facit, quia ſolus Papa removet Epiſcopum à ſua adminiſtratione etiam deſerentem ſuam Eccleſiam niſi ſpecialiter committatur Legato. *c. ex tuæ. facit. c. quamvis. c. accuſatus. 3 q. 6.* Ad iſtud reſpondetur, ubi ſuprà.

Decimo ſeptimò facit quia ſolus Papa eximit Epiſcopos. *ut c. fina. 16. quæſt. 1. facit. c. 1. §. 1. 13. q. 2.* & Legatus non poteſt unam Eccleſiam alteri ſubjicere vel conferre & ordinario præjudicare. *facit c. ſi. de confirma. uti. & c. 1. de ap. & c. dilectus. in primo. de præben. & digni.* Reſpondetur ubi ſup.

11. Decimo octavò facit, quia ſolus Papa legitimat filios illegitimos. *c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.* Reſpondetur ut ſuprà.

12. Decimo nonò facit, quia ſolus Papa promovet & ordinat bigamos. *c. lector. 24. diſt. c. & quicunque. in 2. 50. diſt.* & ſolus legitimos promovet. *ut c. fin. de pœ. & de filiis presby.* & minores. 30. annis ad Epiſcopatus. *c. cum nobis olim de ele.* Ad iſtud reſpondetur ut ſup.

Vigeſimò facit quod nullus poteſt cauſam committere appellatione remota niſi ſolus Papa. *ut c. ſup. quæſtionum. §. 1. de offi. dele.* & no. Dom. Abb. & Feli. *in c. 1. de reſcript.* Ad iſtud reſpondetur ut ſup.

Vigeſimo primò facit quod à ſolo Papa non appellatur cum ſuperiorem non habet. *c. licet. in fi. de ele.* & à Legato poteſt appellari. *c. 1. de appel.* Ad iſtud reſpondetur ut ſup.

14. Vigeſimo ſecundò facit, ſolus Papa ſupplet defectum in contractibus & judiciis. *cap. 1. de tranſac.* no. Spe. *in ti. de lega. §. nunc oſtendendum.* Reſpondetur ut ſup.

Intellige de Rege Neapolitano non alio. I.

15. Vigeſimo tertiò facit, ſolus Papa ſupplet defectum regis vacante regno. *c. cum inter univerſas. de ele. c. licet ex ſuſcepto. de fo. compe.* Reſpondetur ut ſup.

16. Vigeſimo quartò facit, quia ſolus Papa deponit Imperatorem. *c. Apoſtolicæ. de re jud. in 6.* & etiam Reges. *ut 15. q. 6. c. alius.* & ſolus dat eis curatorem *c. grandi. de ſup. neg. præla. in 6.* Reſpondetur ut ſupra.

Vigeſimo quinto facit, quia ſolus Papa recipit renuntiationes Epiſcoporum. *§. eſſe. 7. q. 1. c. poſt translationem. de renun.* & Legatus non poteſt. *c. quod translationem. de offi. leg.* Reſpondetur ut ſuprà.

17. Vigeſimo ſextò facit, quia ſolus Papa diſpenſat cum ſimoniaco in ordine *ut 1. q. 1. quis à ſimoniacis.* quando vera ſimonia intervenit: ſecus ſi ſimoniacè fuiſſet promotus. *cap. ſi alicujus. de elec.*

18. Vigeſimo ſeptimò facit quia ſolus Papa diſpenſat ſuper juramento quando tendit in præjudicium Eccleſiæ Romanæ. *c. venientes. cap. quanto.* & ibi Dom. Abb. *de jurejur.* & *dixi in tractatu de jurejurando ſuper quarta Parte.* Reſpondetur ut ſuprà.

19. Vigeſimo octavò facit, quia ſolus Papa poteſt abſolvere illos quos excommunicavit, quia cujus eſt ligare, ejus eſt ſolvere. *cap. cum inferior. de majo. & obe. facit. c. venerabilem. de ele.* Reſpondetur ut ſup.

20. Vigeſimo nonò facit, quia ſolus Papa interpretatur ſuam conſtitutionem. *c. inter alia de ſen. excom.*

21. Trigeſimò facit, quia ſolus Papa cum irregulari dipenſat. 11. *q. 3. ſi quis Epiſcopus. & c. veniens. de eo qui furt. ordi. ſuſcepit. c. cum illorum. de ſen. excom. c. 1. eo. tit. in 6. & c. cum æterni. de re judi. c. 1. de electio. in 6.* Reſpondetur ut ſuprà.

22. Trigeſimo primò facit, ſolus Papa abſolvit excommunicatum, eo quod Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtraverat hæreticis. *c. excommunicamus. §. ſane. de hære.*

Trigeſimo ſecundò facit, quia ſi eſt quæſtio de articulis fidei: ſuper hoc dubitetur, ſolus Papa cognoſcit, *c. cum majores. de bap.* Reſpondetur ut ſuprà.

23. Trigeſimo tertiò facit, quia ſolus Papa diſpenſat ut quis habeat plura beneficia curata aut perſonatus. *c. de multa. de præben.* Reſpondetur ut ſup.

Trigeſimo quartò facit, quod ſolus Papa facit legem generalem. *c. 1. de conſtitu.* Reſpondetur ut ſup.

Trigeſimo quintò facit, ſolus Papa admittit & confirmat electionem Imperatoris, conſecrat & coronat. *c. venerabilem. de ele. c. ad Apoſtolicæ. de re judica.*

24. Trigeſimo ſextò facit, quia ſolus Papa facit concilium generale. *c. multis. & quaſi per totum. 17. diſt.*

Trigeſimo ſeptimò facit, quia ſolus Papa canonizat ſanctos. *c. 1 de reliquiis & vene. ſanc. cap. venerabili. de teſti.* Reſpondetur ut ſuprà.

Trigeſimo octavò facit, quia ſolus Papa ſemper & ubique portat pallium. *c. ad honorem. de uſu. pal.* Reſpondetur ut ſup.

Trigeſimo nonò facit, quia ſolus Papa concedit pallium. *cap. ſignificaſti. de ele.* Reſpondetur ut ſup.

25. Quadrageſimò facit, quia ſolus Papa eſt ſolutus legibus. *c. 1. & ibi glo. de conſt.* Reſpondetur ut ſuprà.

Quadrageſimo primò facit, quia ſola ſententia Papæ habetur pro lege. *c. in cauſis. de re ju.*

26. Quadrageſimo ſecundò, quia ſolus Papa facit de Monacho non Monachum. gl. & ibi Doct. *in c. cum ad Monaſterium. de ſta. mo. & legatus non poteſt.*

Quadrageſimò tertiò facit, Legatus non poteſt diſpenſare in majoribus criminibus, ſed ſolus Papa. *cap. ut ſi clerici. de adulte. & de judic.* Reſpondetur ut ſup.

27. Quadrageſimo quartò facit, Legatus non poteſt relaxare impedimenta conſanguinitatis, ſed ſolus Papa. *cap. non debet. de conſan. & affi.*

Quadrageſimo quintò facit, ſolus Papa & non Legatus ordinat ad ordines ſacros diebus feſtivis. *c. 1. c. de eo. de temp. or.* Reſpondetur ut ſup.

Quadrageſimo ſextò facit, quia ſolus Papa & non Legatus eodem die ad duos ordines ſacros promovet aliquem. *c. dilectus. de temp. ordi.* Reſpondetur ut ſup.

Quadrageſimo ſeptimò facit, quia ſolus Papa facit ordinationem & non Legatus in die ſuæ conſecrationis. *c. quod ſicut & præterea. de ele.* Reſpondetur ut ſup.

Quadrageſimo octavò facit. ſolus Papa poteſt dare jus ad beneficium vacaturum & non Legatus, licet Legatus poſſit illud reſervari etiam pro certo: ut no. Dom. Abb. *in c. dilectus. in primo. de præbend. & dig.* Reſpondetur ut ſuprà.

Quadrageſimo nonò facit, ſolus Papa privat quem jure ſuo in re acquiſita & non Legatus. facit glo. *in c. per principalem. 9. q. 3.* Reſpondetur ut ſuprà.

28. Quinquageſimò facit, ſolus Papa poteſt diſpenſare & venire contra concilium generale. *cap. ſignificaſti. de elect.* Legatus non poteſt. *c. dilectus. in 1. c. pro illorum. de præben.*

Quinquageſimo primò facit, quia ſolus Papa & non Legatus concedit Epiſcopalia inſignia Abbatibus & inferioribus, videlicet mitram, annulum, baculum paſtoralem, ſandalia, ut no. Spe. *tit. de legato. §. nunc oſtendendum.* Reſpondetur ut ſup.

29. Quinquageſimo ſecundò facit, quia ſolus Papa concedit ſpiritualia laico: ut no. gl. & ibi Doct. *in c. 2. de judi.* & Legatus non poteſt, ut no. Spe. ubi ſup. facit gloſ. *in c. imperium. 10. diſt. & glo. in c. bene quidem. 96. diſt. facit. c. Menam. 2. q. 5. facit glo. in §. verum. 32. di.* Reſpondetur ut ſuprà.

Quinquageſimo tertiò facit, ſolus Papa, & non Legatus poteſt concedere preſbytero ut chriſmet infantes

Source : BIU Cujas

in fronte. *c. pervenit.* 95. *dist.* notant Inno. & Dom. Abb. *in c. quanto. de consue.* Respondetur ut sup.

30. Quinquagesimo quartò facit, solus Papa & non Legatus dispensat cum Presbytero qui celebravit post excommunicationem: *ut c.* 1. *& 2. de clerico excommunicato ministrante.* Respondetur ut suprà.

Quinquagesimo quintò facit, solus Papa & non Legatus dispensat cum novitio aut clerico non professo, ut promoveatur ad dignitatem Abbatialem, ut not. Doct. *in c. officii. de elect.* & Spec. ubi suprà.

Quinquasimo sextò facit, solus Papa dispensat ut Monachus laicus, aut laicus in minoribus fiat Episcopus. *cu. miramur.* 61. *distin.* & Spec. ubi suprà.

31. Quinquagesimo septimò facit, quia solus Papa & non Legatus dispensat cum illo qui fuit ordinatus in Apostasia. *ca. fi. de apostat.*

Quinquagesimo octavò facit, quia solus Papa & non Legatus dispensat in gradu consanguinitatis. *arg. c. quod dilect. de consan. & affi.* & Spec. ubi sup. Respondetur ut suprà.

Quinquagesimo nonò facit, solus Papa dispensat & non Legatus ut irregulares possint audire leges. ut not. Abb. *in c. non magno. ne cle. vel Mona.* Respondetur ut suprà.

Sexagesimo facit, quia solus Papa eximit à solutione decimarum. *c. à nobis. & c. ex parte. de deci.* Respondetur ut suprà.

Sexagesimo primò facit, solus Papa dispensat & non Legatus ut arma portentur Judæis. ut no. Spec. *ti. de Legato.* §. *nunc ostendendum. per c. significavit. de Judæis.*

33. Sexagesimo secundò facit, solus Papa dispensat super ætate ad beneficia obtinenda: ut not. Spec. *ti. de Legato.* §. *nunc ostendendum. no. per Doct. in c. cum ex eo. & in c. licet. de elect. in 6.*

Et sic per præmissa fundamenta postquam Legatus in illis casibus non potest disponere, videtur dicendum quod beneficia non possit conferre.

34. Tamen præmissis non obstantibus contrarium est de jure verum quod Legatus Cardinalis à latere missus in provincia ad quam est destinatus beneficia potest conferre. per tex. *in cap. 1. de offi. Leg. & c. dilectus. de offi. Leg.* pro ista parte tenet Spe. *in ti. de Legato.* §. *nunc tractemus.* ubi tenet & dicit quod Legatus Cardinalis potest ex officio suæ Legationis beneficia vacantia conferre: sed Legatus natus hoc non potest. *d. c.* 1. *de offi. Leg. in 6.* nisi ei specialiter sit indultum. *c.* 1. *de ap. & c. dudum. de præben. in 6.* nec potest Legatus unam præbendam conferre duobus. *c. dilect. de præben. & digni.* & dicit Archi. *in c. hortamur,* 71. *distin.* quod Legatus Cardinalis potest conferre beneficia per *c. dilectus. de offi. Leg.* & ita tenet Lapus alleg. 91. Istam partem tenet Martinus Laudensis in *suo tract. de Legato principum.* ubi dicit Legati Papæ habent jurisdictionem ordinariam in his quæ sunt jurisdictionis. *c.* 2. *de offi. deleg. lib.* 6. tamen quo ad conferenda beneficia habent extraordinariam jurisdictionem, quia ex officio proprio non venit Legatis potestas conferendi: & hoc in Legatis non Cardinalibus, qui non conferunt nisi ex speciali privilegio: secus in Legato Cardinali. *c.* 1. *de offi. leg. in 6. facit gl. in cle.* 2. *de offi. ord.* & ibi infert Dom. Abb. *in suis collectis,* quod Legatus Cardinalis in conferendo beneficia non habet jurisdictionem ordinariam, sed extraordinariam. pro ista parte quod Legatus possit conferre beneficia sentit Rochus de Cur. *in tract. suo de jure pa. in* 3. *q. super verbo honorificum.* Tandem in terminis istius q. reperio Dom. Phil. Dec. *in cons.* 159. *incip. divino implorato præsidio. col. fi. ver. & breviter.* ubi concludit quod Legatus de latere beneficia confert. *per c.* 1. *de offi. Lega. in 6.* & licet in Vicarium generalem talis potestas non conferatur nisi exprimatur. *c. fi. de offi. vic. in 6.*

Secus tamen est in Legato de latere cui statim quod est Legatus ex munere legationis hoc sibi competit: ut no. Bal. *in l. aliquando. in 4. q. ff. de offi. pro consu. & lega.* & si diceret quod videretur ut non esset idem dicendum in beneficio regulari: ut est text. *in c. deliberatione. de offi. lega. in 6.* & ille text. debet intelligi in omni beneficio regulari quocumque nomine appelletur: ut not. Domi. post Archi. & alios *in d. c. deliberatione. colum.* 1. *de offi. lega. in 6.*

Sed ad hoc etiam responderi potest quod ille tex. loquitur in Ecclesiis regularibus in quibus providetur per electionem, ut dicitur ibi, habent per viam electionis, & debent assumi; sed quando beneficium regulare non est electivum cum ibi provideatur: per collationem: illud. c. secundum eum, non extenditur ad prioratum collativum, & istud confirmatur quia intentio Legati de latere videtur fundata ex regula quæ habet quod beneficia potest conferre. *d. c.* 1. *de offi. Leg. in 6.* & sic exceptio sive limitatio ab illa regula non debet extendi extra casum limitationis: quia exceptio facta confirmat regulam in aliis non exceptis. *l. quæsitum.* §. *denique.* ubi Bart. *de fundo instructo.* §. *ut autem. ubi glos. in auten. de non alie. col.* 2. *c. Dominus.* 32. *q.* 7.

35. Et ista est communis resolutio à qua non est recedendum propter magnam prærogativam quam habet Legatus Cardinalis à latere qui & potest absolvere excommunicatos pro injectione manuum. *cap. quod translationem. de offi. leg. & c. ad eminentiam. de senten. excom.* & istud procedit. & si injuria sit enormis: ut no. Archi. *in c. si quis suadente.* 17. *q.* 4. & not. Henricus. *in c. quoniam. de vita & ho. cle. & in c. prævenit. de sent. exc. gl. est. ordinaria. in c.* 1. §. *si vero. in verbo Romanum Pontificem. de elect. in prag.* tamen Legatus natus non potest beneficia conferre. ut not. Dom. Phil. Decius per illum text. *in c.* 1. *in* 3. *not. de appel.*

36. In simili facit glo. communiter approbata. *in c. dilectus. de fi. Presby. in ver. non obstante.* quæ dicit circa medium quod filius legitimè natus potest cum dispensatione Legati à latere habere beneficium paternum. Item in simili facit quia ad officium Legati pertinet habere provinciam suam purgatam & eam purgare malis hominibus & eos punire. *l.* 3. *& l. congruit. ff. de offi. Præsi. & c.* 1. *de offi. ordi.* & quies populorum & disciplina spectaculorum ad Legatum spectat. *ut ff. de offi. præfec. ur. l.* 1. §. *quies.* quia constitutus est super gentes & provincias sibi decretæ ut evellat vitia & dissipet malos, ædificet virtutes & plantet bonos. *c. solitæ. de majo. & obe.* Item ad officium Legati pertinet provincialium causas audire quæ per appellationem deferuntur ab ea: *ut c.* 1. *de offi. Lega. & 2. q. 6. c. decreto.*

37. Per simplicem autem querelam potest causas audire in subditis immediatè Papæ: secus si in subdito: tamen dicit Spec. in *tit. de leg.* §. *superest.* quod Legatus potest in provinciam sibi decretam cognoscere per simplicem querelam de omni quæstione Ecclesiastica omisso quolibet ordinario. *c. fi. de fo. compe.*

38. Item Legatus cognoscit de causa matrimoniali propter errorem conditionis. tex. *in c. fi. de conjug. ser.* Item etiam Legatus cognoscit de quæstione quæ vertitur inter clericum & laicum. *c. cum causa. de re judic. facit. c. cum Bertoldus. eo. tit. de re jud.* & sicut Papa per simplicem querelam potest adiri qui ordinarius est singulorum. *c. si quis.* 2. *q.* 6. *& c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. *& c. antiqua. de privi.* sic & Legatus ejus qui ipsius vicem gerit: ut no. Spe. ubi sup. Item & ipse Legatus habet jurisdictionem ordinariam. *c.* 2. *de offi. leg. in 6.* Item etiam Legatus Abbatem vel priorem exemptum transfert. ut no. Spec. ubi sup. & etiam electionem exempti confirmat. *c. si*

Source : BIU Cujas

Abbatem. de elect. in 6. & c. cum venerabilis. de consue. potest etiam committere prædicationem alicui & etiam crucem, & excommunicare, absolvere, dispensare & injungere pœnitentias si fuerint sibi commissæ. *c. fi. §. ult. de offi. deleg.* Item potest etiam Legatus statuta facere. *ut c. fi. de offi. lega.* potest etiam indulgentias pro ædificatione pontium & Ecclesiarum concedere, & illæ perpetuò durant. *c. cum ex eo. & c. seq. de pœniten. & remis.*

Item provinciæ Episcopi & omnes alii subsunt Legato, & sibi obedire debentur. *c. cum parati. de appel. facit. c. in Galliarum. 25. q. 2.* & ipse debet cogere clericos obedire prælatis suis: nec debet dissimulare quin significet Domino Papæ ea quæ malè aguntur. *c. ad decorem. de institu.* creditur etiam sigillo Legati de latere. *c. cum dilecta. de constit. uti.* potest etiam Legatus cogere ut beneficiati dimittant beneficia illa quæ minus canonicè sunt adepti non obstante confirm. à Sede Apostolica obtenta. *ca. quia diversitatem. de concess. præben.*

Item Legatus ex causa revocat indulgentias Papæ. *c. pe. de cle. non resi.*

Item potest Legatus Cardinalis Ecclesiam inordinatam ordinare. *c. proposuit. de cleri. excommunicato.* Potest etiam Legatus clericos & heremitas propter inobedientiam excommunicatos absolvere. *c. super eo. de senten. excom.*

Item etiam Legatus potest se opponere guerris & discordiis. *c. novit. de judi.* Potest etiam Legatus Regem & Reginam malè conjunctos separare. *c. per venerabilem. & versi. videbat qui filii sint legi.*

Item etiam Legatus in provincia sibi commissa concurrit cum Episcopo etiam in his quæ pertinent ad Episcopalem dignitatem. *c. 1. de offi. leg. & c. 2. eo. tit. in 6.* ita tenet Dom. Abb. *in cap. fi. de conjugio servorum.* Et dicit Dom. Abb. *in c. sicut unire. de excess. Præla.* quod Legatus sicut Episcopus potest beneficia unire: quia omnia quæ potest facere Prælatus, sive Episcopus, aut Archiepiscopus, potest facere Legatus in legatione sua: & hoc est tenendum sine dubio. Et ibi subdit quod Legatus potest unire unam Ecclesiam mensæ Episcopali, licet Episcopus hoc facere non posset quod est valde notandum pro limitatione Clementinæ 2. *de reb. eccle. non alie.* & hoc sive beneficia spectent ad Legationem Legati sive non: ut puta quia sunt devoluta ad Papam: ut no. Dom. Abb. *in d. c. sicut unire.* & Joan. And. *in addi.* Spec. *tit. de Legato. §. nunc ostendendum.*

Et ita omnia ista habent locum: ut sup. dixi in Legato Cardinali, quia ultra superius sibi concessa habet novem privilegia: quia insequens illum incurrit 37. pœnas: ut nota. *in c. felicis. de pœnis. in 6. & in cle. si quis suadente. eo. tit. de pœn.*

Secundum privilegium est: quia quando Cardinales sunt Legati conferre, possunt beneficia etiam ad Papam devoluta: ut no. glo. *in extrava.* Joan. 22. quæ incipit *execrabilis. tit. de præben. in ver. sublimitatem.*

Tertium privilegium quia Legati excommunicatos pro immissione manuum absolvunt. *c. ad eminentiam. de sen. ex.*

Quartum privilegium est quod Legati de latere mare transeuntes, uti possunt insigniis Apostolicæ dignitatis videlicet palefreno, equo albo, vestimentis rubeis, fræno & calcaribus deauratis: ut no. Hostien. *in c. antiqua de privile. & gl. in c. 1. de numero & qua. Car. in prag.*

Quintum privilegium quod isti Legati possunt dici Patricii, quorum nomina in diademate principis scribi consueverunt: ita tenet glo. in d. c. *extravaganti execrabilis. in verbo sublimitatem.*

Sextum privilegium quia isti Legati Cardinales faciunt partem corporis Papæ ad instar senatorum. *5. q. 1. §. verum. & no. gl. ubi sup.*

Septimum privilegium quod isti Legati statim cùm sint creati sunt liberati à Patria potestate.

Octavum privilegium quod Cardinali asserenti se Legatum, creditur absque literis.

Nonum privilegium quod assertioni Legati Cardinalis absque actis creditur super his quæ coram eo acta sunt. Ista novem privilegia enumerat glo. *in verbo sublimitatem. in dicta extravaganti execrabilis.* Item Dom. Feli. *in cap. postulasti. in fi. de foro compe.* quod Legatus à latere confert beneficia sita in sua provincia licet pertineant ad collationem alicujus Prælati qui non est de sua provincia.

Limito primò istam solutionem non habere locum in beneficiis, quæ sunt de patronatu laici: quia Legatus non potest illa conferre. ut est text. *in c. cum dilectus. de jure pa.* & not. Dom. Abb. *in c. fi. eo. tit.* ita not. Rochus. *in tract. de jure pa. in 3. q. in verbo honorificum.* & idem tenet. Spec. *in tit. de Legato. §. nunc tractemus.* & Archi. *in c. hortamur. 71. dist.*

39. Et idem tenet Dom. Phil. Decius *in suo consi. 149. col. fi.* ubi dicit quod Legatus non potest derogare patronati laicali. ut not. Doct. *in c. dilectus. de offi. lega.* & iste casus sive limitatio procedit quando jus patronatus esset acquisitum laico fundatione vel dotatione. Secus si ex privilegio acquisitum sit: quia tali privilegio juris patronatus Legatus derogare potest, ut not. Federi. *consi. 68. incip. infrascriptæ quæstiones.* & illud non solùm secundum eundem Federi. habet locum quando jus patronatus non est acquisitum ex privilegio, sed ex præscriptione: ut videtur sentire Dom. Abb. *in c. dilectus. de offi. lega.* & Cardi. *in cle. per literas. in 3. q. de præben.* ubi dicit quod Legatus de latere potest conferre beneficia spectantia ad præsentationem laici non patroni, prout est in præsentatione quam laicus facit ex fundatione: sed ex præscriptione vel privilegio: quia tunc cessat ratio propter quam fuit prohibitum Legatis ut non conferrent beneficia de patronatu laici: videlicet ne retrahantur à fundatione Ecclesiarum. Idem tenet Card. *in clemen. 1. in 7. q. ut lite pen. cum simi.* ut not. Feli. *in tracta. quando litera Apostolicæ præjudicent Patronis. carta. fi. col. pe.* Idem etiam quando concurrunt duo patroni, unus laicus ex fundatione, & alius clericus: quia tunc Legatus poterit conferre beneficium in præjudicium patroni clerici cum consensu solius patroni laici. ut no. singu. Dom. Abb. *in c. fi. super q. fi. de jure pa.* & istud facit & etiam idem videtur dicendum si beneficium spectet alternativè ad patronum laicum, ut ad clericum patronum, vel clericum collatorem: quia tunc Papa aut Legatus poterit illud beneficium conferre, quando erit in turno clerici, non autem in turno laici: quia tunc Legatus non potest, ut in simili facit gl. *in §. ita. c. 1. in verbo faciendæ. de colla. in prag.* Et dicit glo. *in c. 1. §. ita. in verbo patrono. de colla. in prag.* quod beneficia patronorum laicorum non cadunt sub nominationibus & gradibus concilii Basilienſis, de quo *in §. statuit. c. 1. de collatio. in prag.* & hoc secundum eum quando pertinet ad præsentationem laici: secus secundum eundem videretur ubi laicus & clericus simul præsentarent: quia tunc beneficia saparent naturam clerici tanquam dignioris. *c. per tuas. de arbi. ff. de rei ven. l. quæ religiosis. facit. c. quod in dubiis. de conse. ec. vel al. & c. unicum. de jure pa. in 6.* facit. quod no. Jo. And. *in regula. jure communi. de regu. jur. in 6. in mercuria.* Henricus. *in c. pastoralis. de jure pa.* quod ubi clericus & laicus simul præsentant, laicus non potest variare in præjudicium patroni clerici. ut not. Dom. Abb. *in c. cum propter. de jure pa.* & Domini de Ro. *deci. 261.* qui volunt. quod mandatum de providendo extendatur ad talia beneficia. Tamen in contrarium juxta prima dicta facit quod no. Federi. *consi. 62.* ubi dicit quod Legatus non potest conferre beneficium spectans ad præsentationem simul clerici & laici: imò laico. ut

Source : BIU Cujas

no. Do. Abb. *in d. c. fi. de jure patrona.* in 6.& rationem assignat quia non debet privari laicus jure suo propter mixturam clerici. facit quod not. Dom. Abb. per illum tex. *in c. sacris. de sepul. facit. l. si communem. ff. quemadmodum servit. amitt.* ubi dicit quod propter communionem quam quis habet cum privilegiato gaudet ejus privilegio ut in præsenti casu clericus propter communionem quam habet cum laico qui est privilegiatus, gaudebit privilegio laici. facit glo. notabilis. *in c. 1. de jure pa. in 6.* quæ dicit quod ubi Ecclesia & laicus simul præsentant, habent sex menses, ita quod ratione communionis privilegium Ecclesiæ transeat ad laicum. ut not. Dom. Abb. *in cap. eam te. de jure patro.* Henricus *in c. 1. eo. tit.* Gaspar. *in cap. non est. de sponsa.* consequitur enim per alium quod per se consequi non potest. C. *de in integ. resti. l. petenda. facit. c. authoritate. de concess. præben. in 6.* quod notant Innoc. & alii Doct. *in c. auditis. de in integ. resti.* quod non privilegiatus restituit per minorem aut Ecclesiam privilegiatos in facto connexo. *c. 1. eo. tit. de jure patrona in 6.* secus in facto diverso & separato. *l. cum minor. ff. de minoribus.* & istam partem finalem idem glossator putat de jure veriorem: & ista juxta æquitatem & rationem cum limitationibus superiùs datis est tenenda.

40. Limita etiam prædictam conclusionem non procedere in beneficiis regularibus aut dignitatibus secularibus, sive sit prima dignitas post pontificalem, per mortem quorum Ecclesia dicitur viduata : ut dicit tex. *in c. deliberatione. de offi. leg. in 6.* tamen illud limitatur circa beneficia regularia non electiva quæ Legatus Cardinalis poterit conferre: ut no. Dom. Philippus Decius *in cons. 149. col. fi.* Item dicit glos. *in c. 1. §. visum. in verbo Legatorum. de colla. in prag.* quod si beneficia sunt devoluta ex negligentia alicujus Prælati qui non erat de sua provincia suæ legationis, videtur quod illa possit conferre. [a] *per c. 1. de offi. leg. in 6.* tamen contrarium sentiunt Domini de Rota *decisione* 308. *alias* 316. per ea quæ notant Inn. *in c. cum inter. & in c. cum in cunctis. de electio.* & Arch. *in c. 1. ne sede vacante. in 6.* & Joan. And. *in c. quanquam. de elect.* ubi concludit Inn. quod licet in beneficiis quæ jure proprio spectabant ad collationem Episcopi suppleat negligentiam Episcopi. secus ubi ex accidenti fit devolutio, quia in illis non censetur communitas inter Prælatum & capitulum, ut in proposito videtur, quod Legatus non possit conferre accidentaliter devoluta extra provinciam. & cum isto dicto transeunt Dom. Ant. & Inno. *in c. 2. de concess. præben.* & facit quod actus debet attribui principio & non fini. *cle. literas. de rescri. c. hi qui. §. 2. de præben. in 6. ff. de verb. ob. l. filius familias. & de stipu. servorum. l. fi.* ad hæc jura quæ volunt in itium spectari. *ut ca. dudum. in 1. de elect.* & Joan. And. *in regula in obscuris. de reg. jur. in mercu.* & ad ponderandam naturam actus attendit origo rei non accidens. *ff. de fide instru. l. tutor. C. ad Macedonianum. l. si filius familias. ff. de dona. l. qui id.* cum ergo Legatus non potuisset conferre illud beneficium ante sui devolutionem nec post. facit *cle. literas. de rescrip.* non enim ex persona Prælati provinciæ Legati prima conditio beneficii initiari debet. *ff. de verb. obli. l. 2. §. & his igitur.* Dicunt tamen dicti Doct. illud non esse sine dubitatione & pro & contra facit quia res denominatur à fine. *l. stipulatio. §. opus. ff. de novi ope. nuntia. facit c. majores. §. sed adhuc. de baptis.* & finis designat qualis res sit censenda. *c. fraternitatis. de frigidis & maleficiis.* & licet ante devolutionem Legatus non potuisset conferre: tamen post devolutionem videtur quod possit cum ex mutatione personæ sequitur mutatio status rei. *ff. de senato. l. senatoris filium. c. dilectus. in 3. de præben.* & notant Doct. *c. 1. de jure pa. in 6.* facit pro ista parte. *cle. si de beneficio. de præben.* quia si impetravi à collatione Episcopi executor non provid. bit de beneficio cujus collatio ex negligentia Episcopi est devoluta ad suum capitulum, & executor providebit de beneficio spectante ad collationem ipsius Episcopi sive jure proprio, sive devoluto. & sui capituli vel alterius cujuscumque negligentia, pariter dicendum est de delegato quod poterit conferre dictum beneficium post devolutionem ad prælatum suæ Provinciæ, sicut posset facere ille qui est Prælatus, & hoc videtur verius de jure : & ratio est, quia jurisdictio delegati & Episcopi accumulativè & pari passu procedunt. *ut c. 1. de offi. lega.* & not. Dom. Abb. *in c. sicut unire. de excess. præla. & in c. fi. de conjugio servorum.* & dicit Dom. Abb. *in cap. cum olim. de major. & obe.* quod sicut capitulum vacante sede Episcopali non succedit in collatione beneficiorum spectantium ad liberam collationem Episcopi jure proprio : ita nec spectantium jure devoluto paritate rationis.

41. Idem est dicendum quod potest conferre devoluta ad Episcopum suæ provinciæ ex negligentia patroni laici, quod est valde notandum : licet ante devolutionem non posset invito patrono laico conferre. *c. cum dilectus. de jure pa.* & Archi. *in c. deliberatione. de offi. leg. in 6.* ut suprà dixi & legatus potest conferre Ecclesias collegiatas, quarum collatio est ad Papam devoluta, licet ibi Laurentius & Domi. teneant contrarium [b] quod non posset conferre devoluta ad Papam, quæ sunt sita extra provinciam suæ legationis, *dicta clementina. si de beneficio.* ubi executor datus ad providendum ad collationem Episcopi providere de beneficio cujus collatio ex negligentia inferioris est ad Episcopum devoluta quamdiu est in manibus Episcopi. si autem devolutum esset ad Papam non conferret [c] quia primus collator non est de his qui gravabantur per literas executoris : & hoc casu procedit dictum Laurentii secus in primis casibus, quia legatus post devolutionem adhuc invenit beneficia in manibus Episcopi suæ legationis. Item videtur dicendum, quod legatus possit conferre beneficia exempta & regularia quæ sunt devoluta ad Episcopum ex negligentia prælati regularis. *Clementina. quia regulares. de supplen. negligen.* quia concurrit cum quolibet ordinario suæ legationis, sive sit Abbas sive Episcopus : ita quod quicquid isti possunt in jurisdictionibus tam de jure communi quam de consuetudine poterit Legatus ut suprà dixi. *ut l. si in aliam. ff. de offic. procon. & c. 2. de offi. leg in 6.* notat Spec. *tit. de legato. §. nunc ostendendum. versi. præmissa.* & Dom. Abb. *in c. fi. de confirma. uti. vel inuti.* Item poterit ea conferre ante devolutionem Legatus de latere qui potest conferre beneficia spectantia ad collationem exemptorum. *c. 1. de verb. sign. in 6. c si Abbatem. de elect. in 6.* & notatur *in c. 1 de offi. leg.* ergo etiam post devolutionem & si forte ad Papam cujus vices gerit in provincia devoluta conferret : tamen Episcopus non posset in casu prædicto sua authoritate, sed vice Papæ, *ut dicta Clemen. 1. de supplen. negli.*

42. Item circa istum articulum notat Laurent. & alii. *in c 2. de offi. leg. in 6.* quod tempus juris datum collatoribus ad conferendum currit Legatis sicut aliis ordinariis collatoribus. & Inno. *in c. nulla. de concess. præben.* & licet sibi currat tempus, tamen poterit conferre donec prælatus suæ legationis jure proprio vel devoluto potest conferre. Sed postquam devoluta esset collatio ad prælatum extra suam legationem ex sua & aliorum negligentia, tunc conferre non posset nisi devolverentur ad Papam, quia tunc poterit. *cap. venerabilis. de præben. & facit d. clemen. si de beneficio. de præb.* & dicit Inno *in c. nulla.* post Dom. Anto. quod Legatus natus ratione dignitatis si ad eum devolvatur potestas conferendi ex negligentia inferiorum, habebit tantum unum semestre, & non habebit unum tamquam Legatus, aliud tamquam Archiepiscopus : quia non potest supplere suam negligentiam

[a] Et hæc veritas, quamdiu sunt in manu Prælati de provincia. Ratio, quia concurrit Prælatus cum omni Prælato suæ Provinciæ, & potest quicquid ille potest, ut not. ad Gemi-nianum. cap. 1. de Officio legati. C. M.

[b] Placet. C. M.

[c] Intellige nisi tempore datæ rescripti devolutio & collatio esset tunc ad Episcopū vel gravatum, ut per Panorm. & Zabarell. d. Cl. si de beneficio. ut ergo executor Papæ possit conferre devoluta ad papam, requiritur quod gravatus sit primus Collator, vel quod gravatus tempore datæ habuerit collationem. C. M.

Source : BIU Cujas

ſicut nec à ſeipſo appellatur. *c. 2. de conſue. in 6.* nec in facto proprio authoriſat. *Clement. ſi una. de rebus Eccle. non aliena.* pro quo videtur caſus. *in c. licet. de ſup. negli. præla.* qui loquitur in Legato. & Dom. de Rota. *deciſi.* 316. & unico actu, quando jus eſt ad eum devolutum debet providere. ut not. Dom. Abb. *in c. cauſam. de elect.* circa iſtud vide glo. valde notabilem. *in c. 1. §. viſum. in verbo reſpective. de colla. in prag.* & cum his remanet iſta quæſtio bene deciſa.

QUÆSTIO IV.

1. *Conferre an poſsit beneficia collator ordinarius ſine conſenſu & conſilio coadjutoris.*
2. *Beneficium quando poterit coadjutor conferre.*
3. *Coadjutor habet adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus.*
4. *Coadjutori quæ qualitates requiruntur.*

QUæro quartò: An collator ordinarius habens coadjutorem poſſit ſolus beneficia conferre ſine conſenſu & conſilio coadjutoris, ut puta ſi ſenio vel alio impedimento perpetuò idem ordinarius eſt detentus vel cæcitate coadjutorem ſibi aſſumat de conſilio & conſenſu capituli ſui, & colligendo dicta Doctorum eſt dicendum, quod quando datur coadjutor alicui ſanæ mentis exiſtenti, puta propter certam cauſam aut timorem dilapidationis: & tunc exercitium illius cauſæ propter quam datus eſt coadjutor, non erit illud exercendum ſine conſilio & aſſenſu coadjutoris. *c. venerabili. de offi. delega.* Si autem propter mentis alienationem & nimiam ſenectutem vel infirmitatem, datur coadjutor, videtur habere in ſpiritualibus & temporalibus liberalem & generalem poteſtatem. *ut c. 1. 6. q. 1. & c. quamvis triſte. c. petiſti. 7 q. 1. & c. grandi. de ſup. negli. præla.* & quod faciet ille coadjutor, non faciet nomine ipſius ordinarii vel conſtituentium eum, ſed nomine Eccleſiæ. ut not. Inno. *in cap. fi. de procu. ad finem ultimæ glo.* [a] ex quo habet generalem & liberam poteſtatem poteſt illa exercere, de quibus eſt text. *in c. is cui de elec. in 6.* & ſi nos loquamur in collatione beneficiorum, requiritur conſenſus vel conſilium coadjutoris. ut no. Oldra. *conſi. 44. titu. de cleri. ægrotan.* ubi etiam ſubdit quod commiſſiones ille faciet, & dabit literas ſub ſuo ſigillo quod omnia illa fient per coadjutorem per ſuperiùs dicta, excepta collatione beneficiorum quæ non videtur ad talem coadjutorem pertinere. *c. Eccle. de ſup. neg. Præla.* & not. Archid. *in c. unico. de cleri. ægro. in 6.* ſed iſtud ſecundum eundem Oldra. non videtur poſſe ſtare, quia ſi habet generalem & liberam poteſtatem. *ut d. cap. is cui. de elec. in 6.* & ſi ordinarius habet continuum mentis exilium: tunc coadjutor debebit providere, quia neſcitur quando ipſe ordinarius recuperabit ſanitatem, aut morietur. *C. de uſufruct. l. ambiguitatem.* & ideo iſto caſu hoc ſibi licere videtur. *arg. l. inter bonorum. ff. de adminiſtra. tut.* Si verò eſſet talis ſenectus in cauſa dandi coadjutorem, qui mentis exilium non induceret, ſed ad exteriora quæ ſolius facti ſunt cùm redderet impotentem, quia ſæpe accidit quod ſenectus & infirmitas corporis virtutem cordis augmentant. *c literas. & c. niſi. cum pridem de renun. & l. poſtliminium. § fi. de cap. & poſtli. rev.* & tunc eſt dicendum ſecundum eum, quod collatio non videtur pertinere ad coadjutorem, ſicut nec nuptiæ ad curatorem adulti. *ut C. de nup. l. in copulandis.* & ſic ſecundum eum, opi. Doct. ad concordiam reducuntur: & ſi dicatur quod alienatio eſt prohibita coadjutori. *d. c. is cui. de elec. in 6.* illud intelligitur voluntaria alienatione. ut no. Oldra. *ubi ſup.* ſed collatio beneficiorum eſt neceſſaria per ſupradicta. Idem tenet & ſequitur Domi. de ſancto Gemi. poſt Joan, Mona. & Joan. And. & Lapum. *in c. unico. §. præſenti. in 1. q. de cleri. ægrotan. in 6.* ubi tenent per illum tex. quod ex quo alienatio eſt prohibita coadjutori. *d. c. is cui. de elec. in 6.* quælibet ſpecies alienationis videtur eſſe ei prohibita, quia in generali mandato non veniunt requirentia ſpeciale mandatum. *c. fi. de offi. vica. in 6.* & ſi datus eſt coadjutor ad ſpiritualia prælatus confert beneficium de conſenſu coadjutoris ſui, & ſi idem collator ordinarius non ſit ſanæ mentis, tunc coadjutor beneficium confert: ut notant Lapus & Dominicus de ſancto Gemi. & Oldra. *in locis ſuprà allegatis.*

2. Ubi concludunt quod quando cauſa propter quam coadjutor, concludit perfectum impedimentum alienationis mentis & intellectus, ut puta quia eſt effectus demens: & tunc coadjutor poterit conferre beneficia, quia ſi diceremus contrarium Eccleſiæ diutius vacarent cum ignoratur quando moriatur vel reſipiſcat. *C. de uſufruc. l. ambiguitatem.* & ex quo iſte habet liberam adminiſtrationem beneficia poteſt conferre. *d. c. is cui. de elec. in 6.* nec obſt. quod alienatio ſit ei prohibita, quia ille tex. prohibet voluntariam alienationem: ſed in iſto caſu ſecundum eos collatio beneficiorum eſt neceſſaria. & ideo dicit Bar. *in l. 1. ff. de offic. procur. Cæſa.* quod procurator habens liberam poteſt conferre beneficia, quorum collatio ſpectat ad Dominum: & hoc fit propter periculum vacationis, & in iſto caſu ſecundum eos eſt magna differentia inter alienationem voluntariam & neceſſariam. *ut l. alienationes. ff. fami. her.* vel ſecundum eos cauſa dandi coadjutorem non concludit alienationem mentis, ſed ſolùm reddit impotentem quo ad exteriora in facto conſiſtentia, cùm poſſit eſſe ſenectus vel infirmitas aggravans corpus, ſed mentem augmentans. *d. c. literas. & c. niſi cum pridem. de renun.* & tunc collatio non videtur pertinere ad coadjutorem, ſicut nec nuptiæ ad curatorem adulti. *ut l. in copulandis. C. de nupt.* & iſto modo ſecundum eos opiniones Doctorum poſſunt reduci ad concordiam. Iſtam concluſionem tenet & ſequitur Joan. de Imo. *in c. fina. de cleri. ægro.*

3. Ubi tenet quod quando coadjutor eſt datus quo ad ſpiritualia, Prælatus confert beneficia de conſenſu coadjutoris niſi ubi Prælatus non eſſet ſanæ mentis: tunc coadjutor beneficia conferret, ut notant Docto. ubi ſuprà quod quando cauſa propter quam datus eſt coadjutor concludit perpetuum impedimentum: ut puta quia eſt Prælatus: tunc coadjutor confert, ut no. & ſequitur gloſ. *in c. 1. in §. cui gravi. in verbo juriſdictio. de collatio. in pragma.* ubi comparat iſtum coadjutorem curatori furioſi, qui habet poteſtatem: ſicut tutor infantis: quia ætas ignorat quid videt. *C. de falſa moneta. l. prima.* & tutor habetur loco Domini in rebus pupilli. *ff. pro emptore. l. qui fundum. & de furtis. l. interdum. §. qui tutelam.* no. Brixienſis in quæſtione Dominicali 88. ubi tenet quod tunc tutor vel curator præſentat nomine infantis, aut nomine furioſi, ut not. glo. & ibi Docto. *in cap. ex eo. de elec. in 6.* & Archidiaco. *in c. decernimus. 16. q. 7.* Si autem cauſa dandi coadjutorem non includit alienationem mentis, ſed ſolùm reddit impotentem quo ad exteriora in facto conſiſtentia, quia poteſt eſſe ſenectus vel infirmitas gravans corpus, ſed

[a] Scilicet juriſdictionem & etiam quæ ſunt ordinis, modo ſit Epiſcopus. C. M.

Source : BIU Cujas

sed mentem augmentans. *c. 1. nisi cum pridem. §. alia vero. de renun.* tunc collatio non pertinet ad coadjutorem. ut sup. fuit dictum. & ita est concludendum & tenendum, ex quibus est inferendum, quod quando infirmitas impedit administrationem in temporalibus & spiritualibus, tunc coadjutor habet administrationem in utrisque, & debet dare congruam portionem Prælato infirmo, & etiam congruam pro se retinere, & reliquos fructus convertere in utilitatem Ecclesiæ suæ & dispensare sicut tenetur bonus rector. *cap. penulti. de cleri. non residen. facit text. in c. tua nos. de cleri. ægrotan. & c. pervenit. de appellatio.* aut infirmitas solum reddit Prælatum impotentem in spiritualibus: & tunc officium coadjutoris non extenditur ad temporalia: quia Prælatus percipit omnes reditus, & dabit congruam portionem hoc casu coadjutori. ut no. Dom. Abb. per illum tex. *in c. de rectoribus. in versi. & ex his. de cleri. ægrota.* & quando reditus non sufficiunt ad sustentationem Prælati & coadjutoris, tunc Prælatus infirmus est præferendus in illis fructibus: & parochiani sunt compellendi ad providendum coadjutori, ut notat Dom. Abb. *in d. c. de rectoribus.* allegat glos. in simili. *in c. omnis. de consecra. dist. 1.* & idem Dom. Abb. in simili. *in c. de his. de Eccle. ædifican.* ubi notat quod si presbyter non potest congruè vivere ex reditibus Ecclesiæ, parochiani possunt compelli ad subveniendum sibi: & hoc debet intelligi, quando sacerdos aliter vivere non potest. alias autem tenetur propria industria victum quærere, & imputandum est sibi, quod beneficium exiguum acceptavit. *ca. clericus victum. 91. dist. & c. 1. de celebra. Missa.* & notant Doct. *in c. ex præsentium. de pigno.* ubi tenent & ibi Joan. And. quod etiam res Ecclesiæ potest Prælatus pignorare pro sua sustentatione, si aliter vivere non potest. facit *c. aurum. 12. q. 2.* ita etiam tenent Cardi. & Dom. Abb. *in d. c. de rectoribus. circa fi. de cleri. ægro.* & dicitur coadjutor à coadjuvando, sicut tutor à tuendo, & procurator à procurando, ut no. Dom. Abb. *in c. fi. de cleri. ægrotan.* ubi etiam subdit quod coadjutor si deputatur in temporalibus, debet esse providus & discretus. ita ut temporalia bene sciat regere & gubernare, si datur in spiritualibus, videlicet ad curam animarum.

4. Tunc debet habere scientiam, per quam sciat populum regere, & alias sit discretus & honestus: & debet habere requisita ad illud officium in quo deputatur coadjutor. Ideo si datur Regi debet esse magnanimus & potens. *ut cap. grandi. de supplen. negligen. Præla. in 6.* & etiam coadjutor debet esse illius ætatis, quæ requiritur in administratione illius officii, unde si datur curato parochiali debet habere 25. annos: videtur tex. *in c. nemo. de elect. in 6.* & si datur Episcopo debet compleviſse trigesimum annum. ut no. Dom. Abb. *in d. c. fi. de cle. ægrotan.* quia illa ætas requiritur Episcopo. *c. cum in cunctis. de electio.* tamen dicit Dominus Abb. ubi suprà, quia quando deputatur coadjutor Episcopo in temporalibus solum, tunc videtur sufficere quod habeat 25. annos, quia illa ætas est perfecta quo ad administrationem temporalem: nam in tali ætate potest esse tutor, & etiam procurator. *l. fi. ff. de legitima tutela. c. qui generaliter. de procuratoribus. in 6.* si autem deputatur coadjutor in spiritualibus Episcopo: tunc requiritur quod sit ætatis 30. annorum, quia illa ætas est multum matura quæ requiri debet in administratione officii Episcopalis cùm multa ardua sit explicandus. & si non sit Episcopus, non poterit exercere Pontificalia, sed jurisdictionem Episcopalem tantum: si verò est Episcopus Episcopalia poterit exercere. *facit. c. is cui. de elect. in 6. & c. aqua. de conse. ec. vel alta.* & laicus non potest deputari coadjutor illi officio cui præesse nomine proprio non potest, sed bene officio cujus est capax poterit coadjutor deputari: unde potest esse coadjutor Regis vel Principis. *ut d. c. grandi. de supplen. negligentia Prælatorum. in 6.* laicus non potest esse coadjutor clerici in spiritualibus, quia laicus spiritualia administrare non potest. *c. 2. de judi.* nec etiam in temporalibus: quia laicus non debet esse generalis administrator Ecclesiæ. *c. judicatum. 79. dist.* & Dom. Abb. ita tenet *in d. c. fi. de cle. ægrotan. & in c. 2. de judiciis.* sed ea quæ competunt soli sacerdoti ut est confectio Eucharistiæ non potest Papa committere laico. ut not. gl. *in c. pervenit. 95. dist.* & ratio assignatur, quia Deus hoc commisit solis sacerdotibus. *c. 1. §. una. de Summa Trinita. & fide Catho.* & licet Papa sit solutus legibus suis, non tamen est solutus lege divina. quia usque ad sanguinem & animam illam debet servare. *c. sunt quidam. 25. q. 1. cum similibus.* ut notat Dominus Abbas. *in c. significasti. de foro competenti. & in c. quanto. post Inno. de consuetu.* Item femina non potest esse coadjutrix homini, quia non debet se immiscere cœtibus virorum. *cap. mulieres. de judi.* & ratio est, quia istud officium est virile quod non cadit in fœminam. *cap. dilecti. de arbit.* masculus autem non videtur posse deputari fœminæ, quia non debet se immiscere cœtibus mulierum: sed fœmina potest deputari fœminæ in officio in quo potest esse ipsa principalis: unde monialis potest deputari in coadjutorem Abbatissæ seu Prioriſsæ cum possit esse Abbatissa seu Prioriſsa, ut not. Dom. Abb. post alios Doct. *in cap. fin. de cleri. ægro.* Item Religiosus potest deputari & esse coadjutor Episcopi, Abbatis vel Rectoris Curati. Nec obst. si dicatur quod illud officium non est perpetuum, quia mortuo Prælato civiliter vel naturaliter est extinctum officium suum: & sic cum non designat esse clauſtralis, & sub obedientia sui Abbatis, non videtur, quod possit promoveri cùm non habeat velle: sed dependet à voluntate Abbatis. *cap. nolo. 12. quæst. 1.* tamen Joan. And. *in d. cap. fi. de cleri. ægro.* hoc non obstante tenet primum dictum: & ibi communiter omnes Doct. Nam videmus, quod ipse Religiosus promovetur ad vicariatum alicujus Episcopi: quod quidem officium est temporale. *clemen. & si principaliter. de rescript.* & est hoc officium curatum & ordinarium. *cap. ex frequentibus. de institu.* Nec obst. objectum contemplationis: nam tolerantur propter bonum publicum seu majus bonum: nam otium Monachale non est præferendum necessitati Ecclesiæ. *c. vos. & c. qui vere. 16. q. 1.* Nec etiam obstat defectus propriæ voluntatis, quia illud suppletur per licentiam sui superioris: facit tex. *in cap. 2. de testa. in 6.* ubi executor testamenti Religiosis deputatur cum licentia sui superioris illi officio cui præesse non potest principaliter, non potest coadjutor deputari. ut not. Dom. Abb. *in d. cap. fi. de cleri. ægrotan.* & Papa dat coadjutorem Episcopo & aliis Prælatis superioribus. *cap. 1. de cleri. ægrotan. lib. 6.* & Episcopus dat coadjutores illis quibus beneficia confert aut instituit: & si collatio beneficii spectat ad Prælatum inferiorem Episcopo: Episcopus etiam dat coadjutorem tantum nisi illud beneficium pleno jure esset subjectum illi Prælato inferiori, ut not. Dom. Abb. *in dicto cap. fi.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO V.

1. *Mulier an posſit beneficia conferre.*
2. *Præſentatio appellatur donatio.*
3. *Mulier eſt ordinis incapax.*
4. *Jus præſentandi an habeat mulier.*
5. *Præſentare poteſt pupillus.*
6. *Mulier an ſit admittenda ad vocem præſentandam in præſentatione.*
7. *Mulier licet ex ſuo turpi quæſtu non poſſit facere oblationes an poſsit facere Eccleſiam.*
8. *Mulier prædicare poteſt ſi à ſuperiore ſibi committatur.*

QUæro quintò: An mulier poſſit beneficia conferre, & omiſſa diſputatione dicit Dom. Abb. per illum tex. *in c. dilecto. in* 1. *nota. de teſtibus.* quod mulier eſt capax juris conferendi præbendas etiam ſacerdotales: & ſi vis intelligere quod verbum *donatio* poſitum in textu ſtet pro collatione. *c. fi. de offi. vica. lib.* 6. ſed iſtud ſecundum eum debet intelligi quando habet ex privilegio Papæ facit tex. cum gloſ. *in c. Mennam.* 2. *q.* 5. *&* 63. *diſtin. c. Adrianus*, alias autem mulier non poſſet juxta not. *in cap.* 2. *de judi.* nec ex [a] conſuetudine poteſt hoc licere laico etiam per tantum tempus de cujus initio memoria non eſt. *ca. cauſam. de præſcript.* Joan. And. & Do. de de ſancto Gemi. *in c.* 2. *de præben. in* 6. tamen ſubdit Dom. Abb. *in dicto c. dilecto. de teſti.* quod ſi vis intelligere tex. in præſentatione, tunc poteſt procedere ſine diſpenſatione ſeu privilegio. [b] & quod poſſit ille text. ſic intelligi probatur *in c. fi. de conceſ. præben.*

a Quia eſt incapax. C. M.

b Scilicet ex præſcriptione qua non eſt incapax. C. M.

2. Ubi præſentatio appellatur donatio etiam loquitur text. *in dicto. c. dilecto. de teſtibus. de comitiſſa Flandrenſi.* & ſic etiam loquitur de eodem caſu de quo loquitur tex. *in c. fi. de conceſ. præb.* & illud puta verius Do. Abb. *in dicto c. dilecto. de teſt.* & ex illis ſubdit ibi Feli. quod jus conferendi præbendas poteſt laico, etiam fœminæ competere: ſed quia illud videtur contra. *c. ſi quis deinceps.* 16. *q.* 7. *& c. cum terra. & c. Maſſana. de elect.* quare dicunt Hoſtien. & Joan. And. *in dicto. c. dilectus.* quod ille text. loquitur: & habet locum ex privilegio Papæ quod eſſe poteſt ſecundum eos ad præmiſſa. facit gloſ. *in c. imperium.* quæ eſt prima in ordine. 10. *diſt.* dicens quod Papa poteſt privilegiare laicum in beneficiis conferendis. Idem tenet gloſ. *in Summa.* 15. *q.* 7. quæ dicit quod Rex Apuliæ habet ex privilegio Papæ inveſtituras beneficiorum. Et illam gloſ. ſequitur Joan. And. in addi. Specu. *titu. de Leg.* §. *nunc tractemus. ver. ſed numquid egatus.* Idem tenet Innocen. *in c. quod ſint. in gloſ. quæ incipit Epiſcoporum. de elec.* & ibi Joan. And. Dom. Ant. & etiam ſequitur ibi Dom. Abb. & idem tenent Pet. de Ancha. & Dom. de ſancto Gemi. *in c.* 2. *de præben. in* 6. & Joan. And. & Dom. Ant. *in c. nobis. col. penulti. de jure patro.* & idem etiam tenet Joan. And. in addi. Specu. *rubri. de præben.* §. *penulti. & gloſ. in c. laicis.* 16. *q.* 7. & Archi. & Dom. *in c. hortamur.* 71. *diſtin.* & Bald. loquens de Rege Anglorum. *in l. reſcripta. colum. penult. C. de preci. Impera. offeren.* & Pet. de Ancha. *in clementi. per literas. de præben. & dignitati.* & Dom. Ant. *in c. Maſſana. de elec.* & *in ca. in noſtra. de reſcript.* & Dom. Abb. *in c. dilectus. de offi. leg.* & idem tenet Dom. Ant. *in c. quanto. de judi. & in c. præterea in* 1. *de jure pa.* & Imol. *in c. quod in dubiis. in* 1. *notab. col. ulti. de renuntia. & in c. ad ſupplicationem. in* 4. *nota. de renun.* & Dom. Abb. & Jo. de Imo. *in c. dilectus. in* 3. *de præben. & dignit.* & Dom. Abb. *in rubri. de judi. col.* 3. facit etiam tex. *in c. Adrianus. in* 2. *& in c. in Synodo.* 63. *diſt.* & iſto caſu non habet locum ille modus arguendi: videlicet quod tantum operatur conſuetudo cujus initii memoria non extat, ut not. Doct. *in c.* 2. *de præben. & dignit. in* 6. & ubi non eſt capacitas, non procedit hujuſmodi æquiparatio. [c] ut tenet Jo. And. *in d. c.* 2. *de præb. in* 6. & ita ita etiam ſequitur Card. *in conſi.* 58. *incipien. propoſita quæſtio.* & ex his infertur quod mulier ſuccedens in dignitate, efficitur capax juriſdictionis. ut not. Dom. Abb. & Feli. per illum tex. *in c. dilecta. de majo. & obe.* Item tenet Ange. *in repeti. l. eam quam. C. de fideicommiſ. & in l. fœminæ.* & ibi Barto. *ff. de regu. jur. & in l. cum prætor. ff. de judi.* ubi idem tenet dicens, quod poteſt adminiſtrare juriſdictionalia etiam per ſeipſam: & ita dicit feciſſe reginam Joanninam, ut dicit Feli. ubi ſup. quam vidit ſedentem in ſolio regali, & ferentem ſententiam capitalem contra illos de Balſo: & iſtud exemplificat etiam in Comitiſſa Matilda, de qua facit mentionem gloſ. *in l. ulti. C. de arbit.* & cum iſtis concordat Dom. Abb. per illum tex. *in c. ſignificavit. de reſcr.* & dicit Hoſtien. *ubi ſup.* & Rota. *deciſione* 21. *titu. de præben. in antiquis*: quod licet curam animarum non poſſit cadere in mulieribus quo ad exercitium actuale: tamen jus curæ poteſt competere Monaſterio monialium, ut exercitium committat viro capaci illius poteſtatis. & idem ſequitur Feli. *in d. c. dilecto. de majorita. & obed.* tamen ea quæ ſunt ordinis non poſſunt competere mulieribus. ut no. Feli. *in c. ſi ſacerdos. de offi. ordi.* & *in d. c. dilect. de majori. & obedien.* & ſi conſuetudo eſſet quod Abbatiſſa poſſet excommunicare, non valet illa conſuetudo. ut not. Inno. *in d. c. dilectæ de majorit. & obedien.* Nec obſtat dictum Inno. *in c. olim. in* 3. *de reſtitu. ſpoliato. cum ſimilibus.* ut not. Feli. *in c. ſi ſacerdos. de offi. ordi.* ubi tenet quod conſuetudo poteſt dare facultatem excommunicandi ſimplici clerico: ergo fortius videbatur quod Abbatiſſæ quæ dicitur habere dignitatem. *cap. indemnitatibus. de elec. in* 6.

c Idem Hypolytus de Sing. Marſl. 80. C. M.

3. Tamen ad iſtud reſpondetur quod mulier eſt incapax ordinis. ut not. Doct. *in d. c. dilecto. de majorita. & obe. per c. ſacratas.* 23. *diſt.* & conſuetudo nihil operatur circa perſonam incapacem. *ca. cauſam. de præſcript.* & Joan. And. *in d. c.* 2. *de præben. in* 6. & Doct. *in cap. quanto. de conſuetu.* & ſi dicatur quod mulier poteſt eſſe Diaconiſſa. *c. Diaconiſſam.* 27. *q.* 1. tamen dicit quod ibi non ordinatur, ſed conſequitur quidam ſpirituale officium forte legendi homilias vel Evangelium ad matutinum, vel aliud quod non licebit aliis: & ſi mulier ordinaretur, non reciperet caracterem. ut notat Archi. *in d. cap. Diaconiſſam.* & & ita tenet Paulus in repetitione. *cap. ſi celebret. de cler. excommunic. miniſtran. colum.* 7. ubi ſciendum eſt quod mulier non recipit ordinem, ſed benedictionem ſufficientem ad dicendum ſolemniter officium, licet non ſit de ſeptem ordinibus Eccleſiæ, nec conferatur caracter. ita etiam tenet Goffre. *in Summa. de ata. & quali.* §. *quid de muliere.* ex quibus infert Marianus *in repetitio. c. ad audientiam. art.* 5. *ad fi. de homic.* quod mulier non poteſt incurrere irregularitatem: quia ex quo ordinari non poſſit ceſſat in ea effectus irregularitatis: qui videtur eſſe ad impediendum promotionem ad ordinem promotum vel ad miniſtrandum in ſuſceptis: nec placet ſibi quod poſſit incurrere irregularitatem etiam quo ad benedictionem prædictam: ex quibus infertur vera concluſio quod mulier non

Source : BIU Cujas

possit beneficia conferre sine privilegio Papæ. Istud limitatur in jure præsentandi, quia mulier, sive sit constituta in dignitate, sive sit privata, in beneficiis potest habere jus præsentandi. ut not. Dom. Abb. *in c. fi. versi. sed quæro. de concess. præben.* Idem etiam notant Doct. post glo. *in c. filiis.* 16. *q.* 7.

4. Et mulier dans dotem Ecclesiæ acquirit jus præsentandi. ut notant Dom. Abb. & Feli. *in c. dilecto. per illum textum. de testibus.* ubi tenent quod jus patronatus cadit in fœminam. & quamquam ille tex. secundum eum loquatur in fœmina habente dignitatem: idem est dicendum in privata. facit glo. notabilis per illum tex. *in c. quoniam investituras.* 16. *q.* 7. & Dom. *in Cle.* 2. *de jure pa.* ubi tenet quod hæredes masculi & fœminæ, æqualiter succedunt in jure patronatus, cum similibus. ut notant Doct. *in d. ca. fi. de concess. præben.* Ita tenet Rochus de Curte *in suo tracta. de jure patro. in* 1. *q. super verbo competens.* & ratio assignatur quod jura concedunt jus patronatus constructoribus, fundatoribus & dotatoribus Ecclesiarum. *c. filiis.* 16. *q.* 7. *c. quoniam. c. nobis. & quasi per totum. de jure pat.* ubi jura loquuntur per verba masculini generis: tamen masculinum comprehendit fœmininum. *l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de lega.* 2. *l.* 1. *ff. de verbo. signi. c. si quis suadente diabolo.* 16. *q.* 7. *& c. mulieres. de sent. excom. glos. in c. generale. de elect. in* 6. & illud non solùm procedit in lege humana, sed etiam in lege divina. ut est text. *in c. majores.* & ibi Dom. Abb. *in col.* 2. *de baptis.* & istud probatur per *d. c. fi. de concess. præb.* ubi tex. loquitur de quadam Comitissa quæ habebat jus patronatus, & non solùm istud procedit in muliere constituta in dignitate. ut notant Doct. ubi suprà. sed etiam in muliere privata. ut sup. dixi. & dicit Dom. Anto. *in d. c. fi.* quod ita servatur quotidie, ubi allegat Dom. de Rota *decisio.* 19. tamen hodie reperitur *decisio* 22. *incipien. fuit dubitatum utrum valeret consuetudo. titu. de jure pa. in novis.* facit etiam.

5. Quia pupillus potest præsentare. *ut d. c. fi. de concess. præben.* ergo à fortiori fœmina poterit præsentare, ut tenet gl. *in c. quoniam investituras.* 16. *q.* 7. idem tenent Joan. And. & Dom. Abb. & alii Doct. *in c nobis. de jure patro.* & idem Dom. Abb. *in consi.* 54. *incipiente Christi. insi. in* 1. *volu.* idem etiam tenet Card. Flo. *in cle. fi. q.* 6. *eo. tit.* & And. Barba. *in c. quanto. circa si. de judi.* quod de jure patronatus tantum habet puellula quantum Rex, & præmissa etiam tenet Calde. *in consi.* 4. ubi format quæstionem, & illam decidit, quod relicto jure patronatus fratribus suis heredibus, & aliis eorum descendentibus masculis, quibus deficientibus ipsum jus patronatus deveniat ad Episcopum, quod si ipsi heredes moriantur ante testatorem, qui postea etiam moritur relicta filia: quod ipsa filia succedit in jure patronatus. & illud consilium reperitur *in tit. de jure pa.* & ita omnes Doct. tenent. & dicit Inno. *in c. cum ex injuncto. in fi. de novi ope. nun.* quod etiam si jus patronatus competat universitati, fœminæ virgines & viduæ sunt vocandæ. Et licet non loquatur in specie de jure patronatus, tamen hunc casum includit, dum dicit quod tales personæ sunt vocandæ in gerendis per universitatem. & subdit Inno. ubi sup. quod tales personæ sunt vocandæ in gerendis per universitatem: & subjicit tamen Inno. quod consuetudo tales non admittit: attendenda ergo esset consuetudo in hoc casu, ut ipse sentit, quod est valdè & singulariter notandum, ut not. idem Rochus ubi sup.

6. Et præmissa faciunt, quod quando jus patronatus competeret illis de parentela, ut multotiens practicatur, fœminæ admittuntur ad vocem dandam in præsentatione: ergo potest dici, quod si fœminæ non sunt nuptæ extra parentelam quod vocem habeant, & pari modo si nondum sint nuptæ, quia nihil est quod obstet. tunc mulieres admittuntur: ut not. Rochus ubi sup. & si fœminæ sint nuptæ extra parentelam, illud dependet à quæstione, an fœmina nupta dicatur de domo vel parentela patris sui. de qua habetur per Barto. *in l. quotiens. C. de privileg. scholarium. lib.* 12. & Bal. *in l. voluntas. C. de fideicommis.* & Fel. plenè *in cap. super eo. in* 2. *col.* 1. *de testibus & attestationibus.* & Doct. *in l.* 1. *C. unde vir & uxor.* & in dictis locis concludit quod consideranda est in hoc consuetudo. ut not. Doct. ubi sup. & etiam consideranda esset in primis mens fundatoris, per jura superiùs allegata: ex quibus infertur, quod si fœmina esset meretrix, an possit esse patrona, & habere jus præsentandi. Istam quæstionem videtur decidere gl. *in c. non est putanda. in verbo ex illicitis.* 1. *q.* 1. quæ dicit quod si de illicite acquisitis, puta de pecunia simoniaca Ecclesia fundata est, non debet ipsa Ecclesia demoliri. & dicit ibi Archidia. circa finem.

7. Quod licet de turpi quæstu non sint oblationes faciendæ, possunt tamen inde fieri aliæ Ecclesiæ. facit in simili quia non licuit triginta denarios pro quibus fuit venditus Christus mittere in corbonam: quia pretium sanguinis erat, sed licuit agrum figuli emere in sepulturam peregrinorum: & sic videtur, quod licet meretrix Ecclesiam fundaverit de meretricio, quod licitè est facta fundatio: & per consequens ipsa acquirit jus patronatus. ita etiam tenet gl. & ibi Doct. Abb. *in c. ex transmissa. de jure patro.* & Rochus *in d. tracta. suo. de jure pa. in* 1. *q. in verbo competens.* & ex his inferunt Doct. *in c. decernimus. de judi.*

8. Quod mulier prædicare potest si à superiore sibi committatur. ut tenet glo. *in c. adjicimus.* 16. *q.* 1. quam glos. videtur impugnare Dom. Abb. *in d. c.* 2. *de judi.* assignando rationem, quia illud est virile officium prædicandi. ut not. glo. per illum tex. *c. mulierem.* 33. *q.* 2. sed ille tex. parum facit; quia esset dicendum, quod de consensu mariti posset, sicut in aliis actibus, de quibus ibi habetur, & pro dicto Dom. Abb. facit tex. *in c. mulier.* 23. *dist.* ubi dicitur, quod mulier non potest propria authoritate, ut denotat illud verbum *præsumat*: secus videtur si cum authoritate superioris: ut not. Dom. Philipp. Decius. *in d. c. decernimus. de judi.* & contra illam glo. *in d. c. adjicimus.* facit tex *in d. c. mulier.* 23. *distin.* ubi mulier absolutè prohibetur & adversativè dicitur: quia laicus invitatus à clericis: potest ergo adversativè, intelligitur quod mulier nullo modo potest, & illa invitatio clericorum debet intelligi pro authoritate superioris: quia aliter is non videtur habere authoritatem prædicandi: & sic videtur opi. Dom. Abb. ubi sup. verior tamen glos. *in d. c. adjicimus.* potest salvari, quando mulier haberet potestatem à Papa. per text. *in c. Mennam.* 2. *q.* 5. vel etiam illa glos. potest habere locum, quando mulier inter alias mulieres prædicaret; quo casu non videtur prohibita. ut not. Doct. *in d. c. mulier.* 23. *distin.* ita etiam tenet & concordat glo. & dicta Doctorum. Dom. Phil. Decius. *in d. c. decernimus. col.* 22. *de judi.* & sic remanet vera resolutio, quæ in spiritualibus mulier potest exercere: & per consequens remanet expedita præsens Quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO VI.

1. *Conferre beneficia an posit minor.*
2. *Procurator cum libera an posit beneficia conferre.*
3. *Canonicus promotus ad sacros ordines ante legitimam ætatem debet habere vocem in capitulo.*
4. *Illegitimus dispensatus ad Episcopatum, videtur etiam dispensatus ad presbyteratum.*
5. *Dispensatus minor ad beneficium curatum, an videatur dispensatus ad sacerdotium, ut sic dispensatio posit extendi.*
6. *Minor an posit præsentare.*
7. *Præsentatus à tutore, vel pupillo, quis præferatur.*
8. *Conferre non potest minor beneficia nisi habeat ætatem competentem.*

QUærò sextò: An minor dispensatus ad obtinendam Prælaturam beneficia possit conferre spectantia illi Prælaturæ, & omissa disputatione. Ista quæstio videtur decisa per tex. *in c. cum nobis. circa fi. de elect.* ubi Papa dispensando cum minori ut possit tenere Episcopatum pendente minoritate ætatis: ille minor habebit administrationem tanquam procurator donec pervenerit ad ætatem legitimam. & ibi infert Dom. Abb. *in ulti. not.* quod Ecclesiæ vacanti datur quandoque procurator, cum libera potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus: & illud etiam procedit in Ecclesia cathedrali, cujus datio sive constitutio competit soli Papæ: ut est bonus tex. *in c. is cui. de elect. in 6.* & secundum eundem Dom. Abb. iste alio vocabulo appellatur procurator sive visitator. *ut d. cap. is cui.* ubi habetur de potentia istius procuratoris seu visitatoris: & solet Papa hunc titulum concedere Cardinalibus cum commendat eis Ecclesias cathedrales seu regulares: & ex illo text. infertur ad unam causam legitimam propter quam potest fieri ista concessio: scilicet cum exigit utilitas seu necessitas Ecclesiæ habere certam personam in Prælatum quæ tunc non est legitimæ ætatis.

2 Unde potest interim constitui procurator, seu visitator illius Ecclesiæ cum libera potestate administrandi in temporalibus & spiritualibus: quod est valde notandum secundum eum, ubi etiam subdit quod beneficia spectantia ad collationem Episcopatus poterit conferre: & sic ibi est vera decisio istius quæstionis. & in simili facit quod not. Dom. de sancto Gemi. per illum tex. *in cap. is cui. in 4. q. versi. vidi dubitari. de elect. in 6.* ubi tenet, quod quando Abbas est datus administrator Ecclesiæ cathedrali vacanti, potest conferre minores ordines clericis subjectis illi Ecclesiæ cathedrali: quia ex quo Abbas aliàs habet potestatem ex sua propria virtute conferendi minores ordines. *ut c. quoniam 69. dist. & c. cum contingat. de ætat. & quali.* ergo videtur quod illos possit conferre: non enim poterat Abbas tales primò ordinare ex defectu jurisdictionis: non autem ex defectu quo ad habitum potestatis. *c. Abbates. de privileg. in 6.* sed datio administrationis tribuit sibi jurisdictionem, ut patet *in d. c. is cui.* in eo concurrit utraque potestas requisita ad collationem talium ordinum, scilicet potestas Sacramentalis & jurisdictionis, & sic potest conferre: ergo dicendum est quod iste minor qui tanquam administrator in Ecclesia est, beneficia poterit conferre. Et pro ista decisione pondero text. *in d. c. cum nobis. circa fi. de elec.* ibi *præfatum subditum nostrum vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei tam in temporalibus quam in spiritualibus committentes:* quæ verba important ut beneficia possit conferre. ut not. Oldra. *in consi. 44.* & Dom. de sancto Gemi. *in cap. unico. de cleri. ægro.* & pro ista parte facit tex. *in c. is cui. de elec. in 6.* ubi tex. dat plenariam administrationem circa ea quæ sunt jurisdictionis Episcopalis: & dat etiam plenariam potestatem administrandi in illis in quibus electus confirmatus potest: sed electus confirmatus beneficia potest conferre, ut est gloss. & ibi Docto. per illum tex. *in c. transmissam. de elect.* ergo concludendum est, quod iste minor beneficia poterit conferre. In simili facit quod not. Dom. Abb. *in c. cum in cunctis. §. cum vero. colum. 2. versi. nota primo. de electio.* ubi tenet post Joan. And. quod obtinens dispensationem ut non teneatur consecrari infra annum non dicitur negligens: ergo accessoriè non vacabunt priora beneficia.

In simili etiam facit quod no. Dom. Abb. post gl. *in c. quia in tantum. super 1. glo. de præben. & digni.* ubi tenet quod licet dispensatio contra jus sit stricti juris, & sit fienda stricta interpretatio. *c. quod dilectio. de consang. & affi. c. 1. & 2. de filiis Presby. lib. 6.* nihilominus ista dispensatio extenditur ad necessaria consecutiva, seu dependentia ex eo super quo est dispensatum. & ex his dicit glo. *in c. si quis in clero. 7. q. 1.* quod ex quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum, videtur etiam dispensatum super residentia. idem tenet glo. *in c. non potest. de præben. & digni. in 6.* & si dispensatur cum minori, ut possit habere Ecclesiam curatam, videtur dispensatum, ut non teneatur se facere promoveri ad sacerdotium infra annum. *perc. licet canon. & c. commissa. de elect. in 6.* ut not. Dom. Abb. *in d. c. quia in tantum. de præb.* & dicit idem Dom. Abb. *in c. pro illorum. de prebend. in 3. nota.*

3. Quod canonicus promotus ad sacros ordines ante ætatem legitimam debet habere vocem in capitulo. ita tenent Doct. *in Clemen. 2. de ætat. & quali.* & dispensatio concessa super id quod est plus: videtur esse concessa super id quod est minus accessoriè dependens ab illo pluri. ut not. Pet. de Ancha. *in Clement. unica. col. 15. versi. 5. apponitur. de conces. præbend.*

4. Nam si est concessum illegitimo, ut possit habere Episcopatum, est etiam concessum quod possit presbyterari: quia sine sacerdotio non posset esse Episcopus. *ca. ex literis. de excess. præla.* facit quod not. Jo. And. *in regula. accessorium. de regu. jur. in mercu.* ubi tenet quod dispensatus ut non teneatur disputare, est etiam dispensatus ut non teneatur dare conclusiones bidello ex forma statuti: & idem est dicendum in omnibus accessoriis. *c. quia in tantum. de præben.* & ibi Dom. Abb. & Dom. de sancto Gemi. post Arch. & Joan. And. *in cap. cum ex eo. §. fi. colum. 1. de elect. in 6.*

5 Ubi tenent quod habens ætatem imperfectam quo ad sacerdotium, licet sit dispensatus ad curatum, non est dispensatus ut possit ordinari ad sacerdotium: quia dispensatio cùm sit stricti juris, tantum operatur quantum exprimit: & illa dispensatio operatur ut evitetur pœna. *c. licet canon.*

6. Quia aliàs dispensatio esset elusoria, ut ibi per eos, *& Nicolaus Milis in suo repertorio. fo. 41. ante finem.* Ita etiam tenet But. *in c. cum in cunctis. colum. 7. de elect.* & istud debet intelligi quando illud consecutivum & accessorium ad quod extenditur

Source : BIU Cujas

dispensatio sit tale sine quo ipsa dispensatio stare non potest. secus est si dispensatio stare potest : quia tunc non trahitur ad consequentiam secundum prædictos Doct. facit tex. *in l. si. §. Lucius. ff. de condict. indeb.* ubi restitutio in integrum concessa minori favore ætatis super contractu rescindendo non extenditur ad accessorium. s. ad usuras solutas. facit quod no. Dom. de sancto. Gemi. post Joan. And. *in c. 1. in fi. de filiis Presby. in 6.* & Oldra. *consi. 200. incip puncta brevia. col. 4.* & Joan. An. in additione Spec. in *titu. de jure patr. facit gl. in clemen. 2. de æta & quali. in verbo annexi.* quod dispensatus ut possit habere præbendam etiam habentem sacrum ordinem annexum, non est dispensatus ut habeat vocem in capitulo : quia dispensatio operari potest sine illo accessorio, cum operatur super canonicatu. & illud facit magnam dubitationem ad casum præsentem ; tamen concordando omnia ista, potest dici quod illa dispensatio operatur circa omnia alia quæ sunt exercenda præter vocem in capitulo: quia illa sunt separabilia quasi non habentia annexitatem, ut probatur in *d. clemen. 2.* & ibi *glo. 1.* quia licet quis non habeat sacros ordines, potest esse canonicus. ut *d. clemen. 2.* tamen non habebit vocem : sed in præsenti casu iste dispensatus super etiam minori ætate ut possit habere Prælaturam, videntur sibi omnia concessa quæ sunt de jurisdictione ipsius. ut suprà dixi : quia dispensatio nihil operaretur, & esset elusoria nisi iste posset beneficia conferre, & exercere ea quæ sunt jurisdictionis. & hinc dicit glos. in *c. statutum. in principio. in versi. canonicis. de rescrip. in 6.* quod major septennio & minor vicennio dispensatus super canonicatu, non est dispensatus ut possit esse delegatus. facit glo. *in d. clemen. 2. in ver. constitutus. de æta. & l. qua.* ubi tenet quod dispensatus ut celebret ante ætatem, non est dispensatus ad curatum. facit. *c. ex ratione. in ver. congruam de ætate & quali.* quod factus per dispensationem capax alicujus actus, non est factus capax ad alios actus competentes majoribus. facit in simili *gl. penul.* & ibi Doct. *in c. ei cui de præb. in 6.* & quod no. Bar. *in l. in quæstionibus. ff. ad legem Juliam majest.* quod lex dispensans ut in probatione criminis admittantur testes alias inhabiles ; non intelligitur eos habilitare ad probandum adminicula criminis. *c. per tuas de fimo.* ita tenet Bal. *in authen. si dicatur. C. de testi.* tamen istud ultimum limitatur nisi adminicula essent de substantia ad fundamentum accusationis. ut not. Ang. *in d. l. in quæstionibus.* & Paul. *consil. 219. col. 2.* ubi ponit an dispensatus non obstante defectu natalium ut possit succedere patri, dicatur etiam dispensatus ut excludat substitutum, [a] & ista debent intelligi ubi dispensatus est etiam inhabilis in illo consecutivo ad quod quis vult extendere dispensationem : secus si non est alias inhabilis ad illud : quia per dispensationem habilitatus ad unum principale virtute hujus dispensationis potest exercere principale & accessorium & separabile, in quo non erat inhabilis, non tamquam ipsa dispensatio habilitet ad illud accessorium : sed tamquam removeat obstaculum per quod illud accessorium exerceri non poterat : ut no. Doct. *in c. nos consuetudinem. col. penul. 12. dist.* ubi alleg. glo. *in c. statutum. §. 1. in verbo dignitatem. de rescript. in 6.* ubi si major 20. annis, & minor 25. est dispensatus ad dignitatem, poterit esse judex delegatus : quia habilis erat respectu ætatis : sed inhabilis propter carentiam dignitatis. cum similibus. ut not. Feli. *in c. postulasti. de rescript.* & sic resultat vera resolutio, quod minor dispensatus ad prælaturam beneficia poterit conferre : quia si simpliciter loquamur de provisionibus & dispositionibus beneficiorum illa possunt exerceri per majorem septennio. facit glo. *in c. ex eo. de elec. in 6.* nisi illa dependerent ab aliqua prælatura quæ requirerent certam ætatem. *c. cum in cunctis. in prin & in §. inferiora. de elect.*

6. Ex quibus infertur, quod major septennio potest præsentare clericos ad beneficia ob causam juris patronatus : secus est in minore septennio, quia ille præsentare non potest. ut not. Archid. *in c. decernimus. 16. q. 7.* & Dom. Abb. *in c. si de concess præben. & in c. 1. de jure patro.* Joan. An. in *c. ex eo.* & ibi Dom. de sancto Gemi. post glo. *de ele. in 6.* & Dom. Anto. in *consi. 29. incip. visis puncto & quæsitis. in fi.* idem etiam tenet Lapus *alleg. 8. incip. præsentatus. in prin. & in alleg. sua. 75. incip. casus talis est* & Bal. in *consil. 65. incip. ordinatio Testamenti. in 4. vol. cum similibus.* ut no. Rochus *in tracta. de jure pa. in 3. q. super verbo competens.* ubi etiam subdit in 4. *q.* quod major infante potest præsentare sine auctoritate tutoris. alleg. Dom. Anto. in *d. consi. 29.* & movetur quia talis potest contrahere sponsalia. ut *c. 1. & 2. de despon. impu.* & potest ad beneficium Ecclesiasticum assumi sine tutore vel curatore. alleg. not. in *c. si eo tempore. de rescrip. in 6. facit. c. ex parte.* & ibi Dom. Abb. *de restit. spo.* idem tenuit Pet. de Anch. *in consi. 356. incip. in nomine Jesu Christi. facit gloss.* [b] *in c. ex eo de ele in 6.*

7. Ubi concludit quod si pupillus præsentat unum, & tutor alium, præsentatus à pupillo præfertur si pupillus est major septem annis. licet Dom. Abb. illud firmare non videatur in *d. cap. fi. de concess. præbend.* idem tenet cum glos. Archid. in *d. c. decernimus. 16. q. 7.* ubi assignat rationem, quia pupillus est Dominus illius Patronatus. in simili facit quod no. Dom. de Rota in *dec. incip fuit dubitatum. titu. de jure pa.* ubi dicunt quod si uxor dedit in dotem hereditatem vel universitatem in qua sit jus patronatus & maritus præsentet unum, & uxor alium, præsentatus ab uxore præfertur. alleg. no. per Joan. An. in *d. c. ex eo.* tamen Dom. Ab. istam quæstionem attingit in *d. c. fi. de concess. præb. cum similibus.* ut per Rochum *in d. suo trac. in verbo vel is. a quo causam habuit.* Et de isto pupillo tenet Cal. in *consi. suo. 9. titu. de jure pa.* & licet pupillus possit præsentare, non potest tamen eligere. *c. ex eo. de elec. in 6.* & ratio est, quia licet possit contrahere sponsalia ; non tamen potest contrahere matrimonium, sed per electionem contrahitur matrimonium spirituale. *c. cum inter canonicos. de elec.* non autem per præsentationem, ut no. Dom. Abb. in *c. quanto. de judi. & in c. quod autem. de jure pa.* Ita tenet Lapus ubi sup. & Dom. de sancto Gemi. in *d. c. ex eo.* & quando jus patronatus competit universitati, pupilli & majores septennio sunt vocandi in præsentatione facienda. ut not. Cald. in *consi. sup. alleg.* nam secundum eum cum isti sint de universitate & sentiant onera ipsius, per consequens debent sentire commodum, per regulam juris. *qui sentit*, &c. allegat Inno. & Host. in *c. cum ex injuncto. de. novi ope. nunt.* & Archi. in *c. si plures. 16. q. 7. cum si.* ut not. Roch. ubi sup. *in verbo competens. in 5. q.*

8. Quare concludendum est quod minor non potest beneficia conferre ; nisi habeat ætatem competentem ad suam Prælaturam à qua dependent collationes : tamen si reperiatur quod aliquis conferat ut privatus ; debet esse ætatis 20. annorum. arg. *c. cum vigesimum. de offic. deleg.* quia quis non potest exercere jurisdictionem nisi sit ætatis 20. annorum. *d. c. cum vigesimum.* sed collatio beneficiorum est jurisdictionis. *c. novit. de offic. leg.* ergo &c. & sic est expedita præsens Quæstio.

[a] Debent attendi verba conditionalia substitutionis. C.M.

[b] Illa glossa videtur tenere contrarium. C. M.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO VII.

1. *Conferre beneficia an possit possessor qui non est proprietarius.*
2. *In possessione juris conferendi, eligendi vel præsentandi quando quis dicatur esse.*
3. *In conferendi juris eligendi, præsentandi, aut eligendi ut quis esse in quasi possessione dicatur, quæ requirantur.*
4. *Eligendi jus si dubitetur an quis habeat, an sufficiat probare quod vocem in capitulo dederit.*
5. *Dominium quomodo differat à possessione.*

QUæro septimò: an possessor qui non est proprietarius possit beneficia conferre. & in terminis istam q. decidit Dom. Abb. per illum text. in *c. cum olim in 3. no. de causa. pos. & proprie.* ubi tenet quod electio seu collatio spectat ad possessorem, & non ad proprietarium. Unde cum quæritur de ipsius validitate, non quæritur apud quem est possessio. *c. querelam. de ele.* quia sicut fructus sequuntur possessorem, ita & collatio cum sit quasi fructus. no. in *c. cum olim. de majo. & obe.* Inno. & ibi Dom. Abb. in *c. consultationibus. de jure pa. & in c. in literis. de restitu. spo. & in c. cum Ecclesia. de causa pos. & proprie.* tamen iste possessor debet esse cum bona fide, alias non valeret electio vel collatio: sicut possessor malæ fidei non facit fructus suos. ut notant Innoc. & Dom. Abb. in *c. 2. de resti. in integ. & in d. c. in literis. de resti. spo.* & ideo ponderatur in litera illius capituli quod sine reclamatione Episcopus contulit duobus ad denotandum quietam & spontaneam possessionem, & non violentam. Et istum articulum prosequitur Dom. Phi. Decius. in *consi. suo. 129. inci. Divino igitur implorato præsidio & pro tenui facultate. & in consi. 134. inci. Viso puncto. & not. in c. ex literis. de jure patro.* ita etiam consuluit Car. Flo. in *consi. suo 69. incip. Vacante quadam parrochiali Ecclesia. colu. 2. in princi.* quod quantum ad effectum præsentandi non refert an quis sit patronus: vel in quasi possessione juris patronatus. Et assignatur ratio in collectione, aut electione, vel præsentatione, quia præsentatio est fructus juris patronatus & fructus spectant ad possessorem. §. *si quis à non Domino. insti. de rerum divi. & not. in c. gravis. de restit. spo.* facit in simili in eo qui est in quasi possessione eligendi, quia potest dare vocem in electione: licet aliter de jure suo non appareat: ut not. Dom. Abb. in *c. querelam. de elect.* ita tenent Domini de Rota. *deci. 5. de præben in antiquis.* & Alexan. de Imo. *in consil. 75. inci. Visis. in 4. vol. col. pe.*

2. Sed quando quis dicatur esse in quasi possessione juris conferendi, aut eligendi, vel præsentandi: & no. Dom. Abb. in *d. c. 2. de in integ. resti. & in d. c. consultationibus. de jure pa.* ubi videtur concludere quod ille dicatur constitutus in quasi possessione, qui semel beneficium contulit, aut in illo præsentavit, vel elegit cum bona fide, scilicet credendo se esse collatorem. Unde si postea talis secundo loco conferat ista collatio dicitur facta à quasi possessore jus conferendi. & dicit Calde. in *consi inci. Quæ requirantur. in tit. de jure pa.* dicit quod plura requiruntur ut aliquis dicatur esse in quasi possessione juris conferendi.

3. Primò enim requiritur, quod collatio fuerit facta cum bona fide: ut not. etiam Dom. Abb. in *d. c. cum olim. & in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. & in c. 2. de in inte. restit.* & ita bona fides probatur: ut declarant Docto. maximè Inno. in *c. 2. de in integ. resti.* & Calde. in *consi. 13. incip. An requiratur. tit. de jure pa.* & Dom. Abb. in *c. cum Ecclesia. de causa possess. & proprie.* & Alexan. in *consi. 75. vol. ult.* & dicit Calde. quod sufficit unica collatio: ut sentit Dom. Abb. *in simili. post gl. in cap. si vero. de jure pat. & in cap. 1. versi. & hæc faciunt. de reli. domi.* & Card. in *c. ex literis. colu. 2. in secunda oppositione. de jure pa.* & Bal. in *consi. suo. 32. incip. Quidam nobilis. in fi. in 3. vol. facit gl. in c. cum Ecclesia. in verbo trium. de causa pos. & proprie.* quæ dicit quod ad recuperandum quasi possessionem eligendi sufficit datio vocis in una electione. & ibi Dom. Abb. idem tenet Innocen. in *d. c. 2. de in inte. resti. in 2. col.* & ibi Dom. Abb. circa fin. Idem firmat Alex. in *consi. suo. 73. inci. viso puncto. in 3. col. in 4. vol.* facit illud quod not. Bart. in *l. 1. §. 2. ff. de itinere actuque priva.* & Bal. in *l. 1. col. 1. C. de servitu.* ubi dicunt quod in his quæ non solent concedi ratione facultatis vel amicitiæ: sed tantummodò permittuntur his qui habent jus id faciendi, unicus actus sufficit ad acquirendam possessionem, vel quasi exemplificatur ibi per eos. & per Bar. in *l. sicuti. §. si quæratur. ff. si servi. vendi.* Idem tenet Calde. *in suo consi. 3. sub tit. de causa pos. & proprie.*

Secundò requiritur ut tenet Cald. in *d. consi. 12.* quod collatio fuerit admissa, & ille cui facta fuit collatio habuerit effectum collationis: videlicet possessionem beneficii, alias conferens possideret tantum labia sua. ut no. Dom. Abb. *d. c. cum olim. in 4. not. de causa pos. & proprie.* alle. Inn. loquentem de electione *in c. 2. de resti. in integ.* & tunc ad probandum possessionem seu quasi, sufficit unica collatio, seu una electio: ut no. in *c. cum de beneficio. de præben. in 6.* & no. Dom. Abb. in *d. cap. cum Ecclesia de causa pos. & proprie.* & idem est dicendum de præsentatione, videlicet quod requiritur ut fuerit admissa, & confirmata per superiorem per suam institutionem: ut not. Cald. *in d. consi. 12.* Istud etiam firmat Card. in *d. c. ex literis. in 2. oppo. de jure pa.* & Dom. Abb. in *consi. suo 54. incip. Casus contingentiæ. circa prin. in 1. vol.* ubi multa alleg. & idem Dom. Abb. tenet in *consi. 105. incip. casus. in colum. pe. in 2. vol.* ubi tenet quod quando secuta est institutio: ex tunc quis dicitur in quasi possessione & non prius. ita etiam tenet Bald. in *consi. sup. alleg.* dicens quod si quis non est admissus, neque repulsus, vel est apposita conditio, de cujus veritate incerti sumus quod per talem præsentationem non dicitur quis possidere. Et idem tenent Docto. in *d. cap. cum Ecclesia. de causa pos.* ubi loquuntur de quasi possessione electionis, quia intelligunt quasi possessionem electionis acquisitam, quando electio est confirmata & non prius. idem etiam tenet Dom. Anto. in *repe. c. fi. col. ult. de causa pos. & proprie.* & etiam in præsentatione est necesse quod institutio, vel confirmatio, aut collatio sit consecuta effectum: puta per possessionem pacificam illius beneficii: ut no. Dom. Abb. in *d. c. cum olim. de causa poss. & proprie.* secus ergo esset si non fuisset adeptus possessionem, vel ab institutione esset appellatum, & in causa appellationis fuisset causata ipsa institutio vel confirmatio, quia tunc talis institutio vel confirmatio nullum produceret effectum. *argu. c. quod autem. in fi. de jure pa.* & in hoc casu perinde esset ac si ipsa institutio facta non fuisset. ut no. Calde. *consi. suo. 13.* & dicit Dom. Philip. Decius in *consi. 134.* quod circa præmissa considerandum est an quis dicatur esse in quasi possessione juris conferendi aut præsentandi, quod illud habet effectum ex unico actu præsentationis, aut collationis, ut no. Oldra. in *consi. 312. inci. thema quæst. circa fi. versic. & dato sine præjudicio.* ubi alleg. tex. in *c. cum Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie.* Idem tenet Fede. in *consi. 294.*

Source : BIU Cujas

super 1. *& 2. dubio.* Dom. Abb. in *d. consi.* 54. *col.* 2. *li.* 1. ubi tenet quod per præsentationem secuta institutione probatur quasi possessio. *cap consultationibus. de jure pa. & c. querelam. de ele.* & no. Inno. in *c.* 2. *de in inte. rest.* & idem etiam probat Calde. *consi.* 12. *tit. de jure pa.* & cum aliquis sit in possessione conferendi per ultimas collationes, absque dubio isti habebunt illa beneficia, quia semper attenditur tempus vacationis, an conferens habeat quasi possessionem. *c. consultationibus. de jure pa. & d. c. querelam. de ele.* ut not. Oldra. in *d. consi.* 212. & Fede. in *d. consi.* 294. & Dom. Abb. ubi sup. in *consi.* 54. & Cal. in *consi* 23. *ti. de præben. & consi. ult. ti. de jure pat.* & Rota. *deci.* 14. *tit. de jure pa. in antiquis.* facit tex. *in d. c. cum Ecclesia.* & ibi Dom. Abb. *de causa pos.* & adeo ista quasi possessio consideratur quod præsentatio facta ab eo qui reperitur in quasi possessione prævalet præsentationi factæ à proprietario juris patrona. ut not. Dom. Anto. & Dom. Abb. in *d. c. consultationibus.* post Inno. *de jure patro.* & ideo voluit Car. *in consi.* 69. *incip. quo ad primum. in* 2. *dubio.* quod ad præjudicandum præsentationi laicorum, si alii in veritate patroni sint, & alii in quasi possessione juris patronatus, non est opus in gratia facere mentionem de veris patronis, quia illis non præjudicatur cum non ipse, sed existentes in quasi possessione habeant præsentare, ut no. Inno. in *d. c. cum Ecclesia. de causa pos.* & præsentatio est fructus juris patronatus & fructus ad possessorem pertinent. *ca. gravis. de resti. spo. cum similibus.* ut sup. dixi.

Tertiò requiritur quod institutus fuerit habitus tamquam rector vel capellanus in possessione illius beneficii: ut not. Cal. *ubi sup.* & Host. in *c.* 2. *de restit. in integ.* & Jo. in *d. c. consultationibus.* sed tamen istud requisitum videtur in effectu idem cum præcedenti. Item etiam requiritur secundum Cald. *ubi sup.* quod ille in cujus præjudicium quasi possessio juris patronatus acquiritur, hoc sciat & patiatur: ut no. Jo. An. in *c. bonæ. in* 2. *de postu. Præla. & in c. conquerente. de offi. ordi. & in c. cum Ecclesia.* & ibi Dom. Abb. *de causa pos. & proprie. & in c.* 2. *de in integ. resti.* ex quibus infertur quod si aliquis Prælatus præsentaverit aut beneficium contulerit pluribus vicibus alicui, & quidam alius Prælatus ultimo loco præsentavit vel contulit, quis istorum dicatur in quasi possessione, & sic, quis erit potior in collatione, aut præsentatione de novo fienda, & tenet Fede. de Senis in *consi.* 234. *colum. pe.* quod ille qui ultimo loco præsentavit est præferendus. alleg. tex. in *d. cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie.* Idem etiam tenet Old. *consi.* 312. *inci. Thema quæstionis. circa fin.* ita etiam tenet Dom. Car. Flo. in *c. ex literis. in* 2. *oppo. de jure patr.* Idem etiam tenet Joan. An. & Dom. Abb. in *d. c. cum Ecclesia Sutrina. col.* 7. *de causa pos.* ubi tenet quod non est necesse quod electus vixerit per tempus quadraginta annorum ad hoc ut electores dicantur constituti in quasi possessione eligendi: sed sufficit unicus actus & ultimus, & sic unica electio aut collatio, & ultima sufficit: ut no. Feli. in *c. cum accessissent. col. antepe. de consti.* & Fede. in *d. consi.* 234. ubi dicit secus esse quando ageretur petitorio: quia possessio non præscripta legitimo tempore non tolleret præcedentem præscriptam. alleg. no. in *c. cum de beneficio. de præben. in* 6. & ita etiam sentit Bart. in *l.* 1. §. 2. *ff. de itine. actuque privato.*

4. Ubi tenet quod si dubitatur an quis habeat jus eligendi sufficit probare quod dederint vocem in proxima præcedenti electione, contra præmissa facit illa regula generalis quæ habet quod junior possessio præsumitur clandestina. *cap. licet causam.* & ibi Inn. Dom. Abb. in *primo not. de probationi.* & ita in simili Bart. tenet in *l. Celsus. col.* 5. *ff. de usuc.* quod ubi possessio antiquior appareat, novus possessor præsumitur in mala fide: & probans de antiquiori possessione vincere debeat, ut firmat Bart. in *l. si duo. in princip. col. penult. ff. uti possidetis.* ergo videtur, quod ille qui prius fuit constitutus in quasi possessione præsentandi, præferatur posteriori in præsentatione de novo fienda, retenta prædicta conclusione.

Ad istud potest respondeti, quod dicta regula generalis non procedit in istis incorporalibus, ut no. Joa. An. in *d. c. licet causam. de proba.* Et istud sentit Bart. in *d. l. Celsus. col.* 5. ergo quasi possessio juris conferendi aut præsentandi poterit esse licitè apud eum qui ultimo loco præsentavit. Vel aliter potest dici quod in istis terminis quasi possessio junior præfertur antiquiori. Et ratio assignatur, quia antiquior possessor fuit privatus quasi possessione sua patiendo, & non contradicendo ultimò præsentanti. ut no. Inno. in *d. c.* 2. *de in integ. resti.* & Bal. in *l.* 1. *col. ulti. in sua glo. magna. versi. tu ad intelligentiam. C. de servit. & aqua.* & Dom. Car. in *d. c. ex literis. in secunda. oppo. de jure pa. in secundo contrario.* nisi scientia & patientia primi possessoris interveniisset ultimus præsentans non acquievisset. & ita firmat Calde. in *d. consi.* 15. *incip. Duo ideo præsentant.* Vel aliter potest dici quod vera est dicta regula, scilicet quod junior possessio præsumitur clandestina, sed præsumptio ista tollitur, quando in casu isto præsupponimus, quod ultimus præsentator fuerit in bona fide: & quod ejus præsentatio fuerit confirmata per judicem ad quem spectat confirmatio, vel institutio, quod alia concurrerint necessaria ad legitimè acquirendum ipsam quasi possessionem, ut sup. fuit dictum: ut no. etiam Bar. & Imo. *in l. si de eo.* §. *fi. ff. de acqui. pos.* & Alexan. in *d. l si duo. in apostillis. ad Bar.* & Soci. in *repe. l. rem quæ nobis. in* 4. *q. & in l.* 2. *ff. de acquir. pos.* & sic ergo ille qui ultimo loco præsentavit præfertur in præsentatione vel collatione de novo fienda aliis, qui ante ea etiam pluribus vicibus præsentaverant, ut no. Roch. in *q.* 16. *in verbo competens. in suo tract. de jure pa.*

5. Et ex præmissis resultat differentia inter dominium & possessionem, quia olim Dominus nunc præsumitur Dominus: secus in possessione quod non procedit: ex quo quis allegat tunc se possidere ad commodum sui. ut no. Do. Abb. in *d. c. cum Eccl. de causa pos. & proprie. & in c. cum ad sedem. de restitu. spo.* & Bar. in *l. Celsus. C. de usuca.* & probatur in *c. olim. in* 3. *de resti. spo.* ubi ad consequendam restitutionem sufficit probare quod aliquo tempore possederit, quia tunc præsumitur tempore spoliationis possedisse hoc: & secundum opinionem aliquorum Doctorum, tamen ad majorem cautelam est ut probetur possessio tempore spoliationis. ut no. Inno. in *d. c cum Ecclesia. de causa pos. & proprie.* & ibi Dom. Abb. *col.* 3. ubi tenet quod sunt aliqui actus qui non solent concedi de facili ratione amicitiæ seu facultatis: ut puta habere vocem in electione: & tunc in dubio sufficit unicus actus requisitis aliis, de quibus sup. fuit dictum. Quidam sunt actus qui solent concedi ratione amicitiæ & cujusdam facultatis: non tamen multum frequenter, & tunc non sufficit unicus actus, sed requiruntur plures: ita quod verisimile sit utentem fuisse usum: ut pro jure suo & dominium ita fuisse passum. & ideo si quis semper vocabatur ad electionem cum fiebat licet vocem non daret quod probaretur quasi possessio interessendi: secus si probaretur de aliquibus vicibus tantum. ut not. Inno. & Dom. Abb. in *d. c. cum Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie.* & sunt alii actus qui etiam plures & sæpenumero solent de gratia concedi: & tunc non sufficit probare exercitium actuum: ut no. Inno. in *c. bona. in* 2. *de post. Præla.* Et ex præmissis inferunt Doct. quod si electio est facta à proprietario ex una parte & à possessoribus malæ fidei: licet Innoc. in *c. Cumana. de electio.* quod valet illa quæ est facta à proprietario: tamen contrarium est tenendum quod non licet proprietario sibi reassumere possessionem propria auctoritate: [a] & sic ergo utraque istarum cassabitur, si constat de mala fide possessoris: ut no.

[a] Hoc verum nisi tempore præsentationis vel electionis lis esset contestata in petitorio vel possessorio, quia tunc illius præfertur qui obtinet ut infrà, C. M.

Source : BIU Cujas

Innoc. & Dom. Abb. in *d. c. cum Eccleſia. de cauſa poſ.* & *in c. conſultationibus. de jure pa.* & *in c. 2. de in integ. reſti.* & ſi nullus eſt in poſſeſſione præſentandi, tunc valebit præſentatio, aut electio vel collatio facta à proprietario. ut no. Inno. in *c. Cumana. de elect.* & ſequitur Dom. Abb. in *d. c. cum Eccleſia. de cauſa poſ.* & *proprie. colum. 4.* in ſimili facit quod no. Dom. Abb. in *c. tranſmiſſam.* & *in c. qualiter.* & *in c. noſti. de elect.* ubi tenet quod ceſſante conſuetudine proviſus à Papa de aliqua Prælatura habens literas proviſionis, licet nondum fuerit adeptus poſſeſſionem: & alius non poſſideat, ille poterit conſtituere vicarios ad beneficia conferenda.

Ex quibus etiam inferunt Docto. quod ſi aliqui tantum poſtulaſſent, an videatur acquiſita poſſeſſio eligendi, & tenet Goffre. quod ſic: qui dicit quod ſi clerici interfuiſſent legitimo tempore quod ſufficiat ad præſcribendam ſi cum canonicis poſtulaſſent nec elegiſſent: quia ex hoc eſt eis quæſitum jus eligendi: ut no. Dom. Abb. in *d. c. cum Eccleſia. in fi. de cauſa poſ.* & *proprie. per l. is qui. ff. quibus. mo. uſusfruc. amit.* ubi dicitur quod habens uſumfructum hoc ſciens & non utatur, & nihilominus retinet uſumfructum. facit etiam tex. in *c. cum in tua. de deci.* ubi patet quod ex perceptione certæ ſpeciei fructuum decimarum præſcribitur decima illius fundi: quo ad quoſcumque fructus inde percipiendos, quia non habetur reſpectus ad qualitatem fructuum, ſed ad ipſum jus decimandi. facit quod no. Innoc. in præſcriptione juriſdictionis. in *cap. dilectus. de Capel. Mo.* & quod no. in *c. in cauſis. de elec.* Et iſtud procedit ſecundum Jo. de Lig. quem refert & ſequitur Dom. Abb. *ubi ſuprà*, quando clerici ſemper ſunt uſi poſtulationis actu: ſecus ſi aliquando elegerunt, & aliquando poſtulaverunt, & clerici ſolum admiſſi fuerunt ad poſtulandum, & non ad eligendum: quia tunc illud jus poſtulandi ſolum eſſet præſcriptum quod eſſet poſſeſſum. ut no. Dom. Abb. *ubi ſup.* Ex quibus infertur quod pendente lite [a] quod ſive ſit unus in poſſeſſione pacifica ſive duo contendunt ſe eſſe in poſſeſſione, poteſt quilibet eligere pendente lite, & non revocabitur electio propter litis pendentiam: ſed illius electio confirmabitur qui obtinebit in cauſa. ut no. Innoc. & Dom. Abb. in *c. 2. col. fi. de reſti. in integ. facit. l. 1. ff. uti poſſidetis.* Nec ad præmiſſa obſtat tex. in *c. fi. de matri. contract. contra interdictum Eccleſiæ.* quia ad illud reſpondent Innoc. & Dom. Abb. quod illud ſpeciale in matrimonio, ut non contrahatur lite pendente ſuper alio matrimonio: & ratio ſpiritualitatis eſt, quia contrahendo matrimonium quis quodammodo alienat perſonam ſuam, quia non dicitur habere amplius poteſtatem ſui corporis, *c. non debet. de conſang.* & *affi.* & ſic alienaret rem quodammodo litigioſam: & ibi verſaretur periculum, ne committeretur adulterium cum ſecunda, ſi poſtea pronuntiaretur pro primo matrimonio. & ad *c. 2. de novi ope. nun.* Reſpondet Innocen. quod etiam illud eſt ſpirituale in denuntiatione novi operis, ut nihil debeat ædificari poſt novum opus nuntiatum: quia ibi non poteſt ædificari ſine præjudicio alterius: ſed Hoſt. ſic diſtinguit quod lite pendente præſentatio fieri non poteſt, & ſic poteſt intelligi. *c. ex literis. de jure pa.* & ratio quia non multum præjudicatur patrono ſi non præſentat infra tempora, quia ſi non deciditur lis infra tempus juris Epiſcopus Eccleſiæ providebit. *c. quoniam. de jure pa. in 2. caſu.* ſi eſt contentio de jure eligendi cum non ſint determinata tempora ad litem decidendam poterit fieri pendente lite electio. ut no. Dom. Abb. & Inn. per illum tex. in *c. 2. de reſti. in integ.* & ratio diverſitatis eſt ſecundum eos: quia patronus innititur gratiæ. ut *d. c. quoniam, de jure pa.* capitulum vero inititur juri communi. *c. 1. de ele.* tamen illa diverſitas inter præſentationem & electionem non placet Dom. Abb. *ubi ſup* & ibi dicit poſt Dom. An. quod ſi præſentatio fuit facta à bonæ fidei poſſeſſore ante litem motam debet fieri confirmatio, licet ante confirmationem ſit mota lis ſuper jure ſeu proprietate juris eligendi. Et ratio poteſt eſſe ſecundum eum quia ex quo præſentatio fuit facta ante litem motam non ſubjacet amplius reſtitutioni per conteſtationem poſtea factam. Nam ſicut fructus percepti non ſubjacent reſtitutioni niſi à tempore litis conteſtatæ: ita nec virtus iſtius electionis jam præſentatæ ſuperiori ante litem conteſtatam debet impediri per conteſtationem ſupervenientem: & iſta poſſeſſio ſecundum eum juris eligendi requiritur tribus intervenientibus: primò quod eligat, ſecundò requiritur patientia eorum qui erant in poſſeſſione eligendi: tertiò confirmatio electionis per ſuperiorem facta: & ratio eſt, nam per ſolam electionem quis poſſidet labia ſua tantum: & illa poſſeſſio non poteſt acquiri ſine ſcientia & patientia. ut not. Dom. Abb. in *d. cap. 2. de reſtit. in integ. cum ſimilibus.* ut ſupra dixi. & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

[a] Sive in petitorio ſive in poſſeſſorio. C. M.

QUÆSTIO VIII.

Qui habet jus præſentationis ex ſola præſcriptione eadem jura non habet, ac is cui ex fundatione aut dotatione competit, quia non habet deſtituëdi poteſtatem, non admittit reſignationem. Flamin. lib. 7. c. 10. n. 9. de reſig. Rebuff. q 14. de decim. Gonſal. ad reg. de menſ. & alt. gl. 8. n. 18. nec impedit collationem ordinari. Dec. conſ. 117. I.

QUÆRO octavò: An ille qui acquiſivit jus conferendi ex præſcriptione beneficia poſſit conferre: & reſpondet Dom. Abb. in *c. cum contingat. per illum text. col. 14. de fo. compe.* quod ſic: & ibi ſubdit quod quando inſtitutio minimè competit alicui, nec etiam deſtitutio: quia de jure communi cui competit inſtitutio regulariter competit deſtitutio. *c. cum ex injuncto. §. fi. de hære.* & quando collatio ſpectat ad aliquos ex præſcriptione eis non competit deſtitutio, nec poſſunt conſentire ceſſioni; quia præſcriptio eſt odioſa. *c. vigilanti. de præſcrip.* & præſcriptio in uno non extenditur ad reliquum. *c. cum contingat. de decimis.* ita tener Paul. in *cle. 1. de renun.* & Doct. in *c. cum ex injuncto. de hære.* ita etiam tenet Dom. Abb. per illum text. in *c. cum ex officij. in 5. nota.* & *in c. auditis. de præſcrip.* quod inſtitutio auctoriſabilis, per quam fit traditio curæ animarum poteſt per inferiorem præſcribi. Nec obſtat. *cap. cum ſatis. ibi præter alicujus conſuetudinis. de offi.* & *Archi.* & ita tenet ibi Hoſt. & in *c. cum olim. de præſcr. pt.* Ad illud reſpondetur quod procedit cum mala fide, quia tunc iſta inſtitutio non poteſt præſcribi: ſecus eſt quando habet bonam fidem, ut *d. c. auditis. de præſcrip.* & iſtam partem quod collatio ſive inſtitutio poſſit præſcribi tenet Imo. in *c. cum olim. de præſcrip. per tex. in cle. 1. de exceſ. prala.* & ibi Doct. idem etiam tenet Dom. Abb. *c. cum olim. in 8. not. de præſcrip.* ubi tenet quod reſponſio Hoſtien. ad illum tex. facit violentiam illi literæ ſimpliciter loquenti. & idem tenet Dom. Abb. in *c. cum non liceat. de præſcrip. circa fi.* & Car. in *cle. 1. in 6. oppoſitione. de exceſ. prala.* ubi tenet quod inſtitutio non poteſt præſcribi jure proprio, ſed præſcribi poteſt, ut quis exerceat eam tamquam vice Epiſcopi: ubi patet ſecundum eum quod religioſi poſſunt habere Eccleſiam ſubjectam pleno jure etiam curatam, quo caſu poſſunt inſtituere & deſtituere, & hoc non poteſt eſſe niſi ex conſuetudine aut priv. legio: & ſic patet quod poſſunt illam quærere ex præſcriptione, alias non diceretur Eccleſia pleno jure ſubjecta. facit tex. in *cle. 1. de ſuple. neg. prala.* & idem no. Imo. in *cle. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu Mo.* ubi ſentit quod ea quæ non ſunt ordinis Epiſcopalis, & juriſdictionis poſſunt præſcribi per inferiorem, & exemplificat in unione, quia inferior Epiſcopo poteſt uniones facere

Source : BIU Cujas

facere ex præscriptione. ut tenet ibi in gl. idem etiam tenet Domi. Abb. in *c. sicut unire. de excess. præla.* & illud intelligitur de præscriptione temporis cujus initii non sit memoria in contrarium: [a] *c. 1. de præscrip. in 6.* & sic ergo est concludendum quod jus conferendi sive instituendi potest præscribi. ut no. etiam Feli. in *d. c. auditis. col. 3. ver. in quantum Abbas firmat. de præscrip.* facit in simili quod no. Dom. Abb. post Innoc. & in *c. consultationibus. de jure pa. in c. 2. de resti. in integ. & in ca. cum Eccles. 1. & in c. cum olim. de causa pos. & proprieta. & in c. querelam. de elect. & in c. Abbate. de verborum. signi.* & sic ergo patet quod iste qui collationes præscripsit, beneficia poterit conferre, & cum his sit expedita præsens Quæstio.

a Quia resistit jus commune, & hoc nisi adsit titulus, quia tunc sufficiunt 40. anni. C. M.

QUÆSTIO IX.

1. *Sequester an possit conferre aut præsentare.*
2. *Sequestratio quare est introducta.*
3. *Possessione sua non privatur quis manu regia apposita super re litigiosa.*
4. *Sequester habet aliqualem titulum in re apud eum sequestrata.*

Coras. Miscell. lib. 3. c. 2. Duare. de sacr. Eccles. Ministr. l. 3. c. 10. sequestrū posse præsentare [a] affirmant. I.

a Et mihi omnino placet hæc opinio, & sic plus potest sequester quam is cui recredentia seu fruitio fuit adjudicata pendente lite possessorij, quia non potest conferre efficaciter quin collatio per alium facta prævaleat, si is in fine obtineat quod potest id quod in præcedenti quæstione habetur de eo qui contra verū possessorem agit petitorio, & si post litem contestatam conferat, valet si obtineat in causa. C. M.

QUæro nonò: An sequester datus per judicem ad colligendum fructus alicujus prælaturæ beneficia possit conferre, vel clericos in illis præsentare pendente sequestro. & tenet Inno. in *ca. examinata. de judi.* quod ipse sequester poterit præsentare aut conferre secundum naturam beneficiorum, & rationem assignat: quia ipse sequester debet fructus rei sequestratæ percipere, etiam si non fuerit possessor: ex quibus sentit Innoc. quod potestas eligendi seu præsentandi est penes eum apud quem est potestas fructus colligendi, licet non sit possessor, quod si esset verum multum extenderet. *c. consultationibus. de jure pa. & c. querelam. de elect.* tamen Hostien. in *d. c. examinata. de jud.* tenet contrarium, & rationem assignat: quia ipse non percipit fructus tamquam patronus, & sic videtur velle quod ad hoc, ut quis possit præsentare, oportet quod sit in possessione, & fructus percipiat. & istud dictum Hosti. sequitur Dom. Ant. in *d. c. examinata. & alle. c. cum Bertoldus. de re jud.* ubi debitor habens in pignus jus patronatus cum universitate non præsentat quia fructus colligit nomine alieno: sed Jo. de Ligna tenet opinionem Innoc. quam supra retuli in *d. c. examinata. de jud.* & ibi dicit Dom. Abb. *colum. 5. versi.* ego puto quod lite pendente non possit sequestrari: neque ille qui primo possidebat, neque ille qui nunc possidet validè possit præsentare.

2. Et sequestrum ad istud ne fructus dissipentur, ut possint restitui obtinenti victoriam in causa: ut *c. 2. de sequest. pos.* Sed sequester præsentaretur & admitteretur ipsius præsentatio, dissiparentur fructus jus patronatus, nec possent restitui vincenti: quod est contra finem sequestri, nec etiam ille qui primo possidebat, & nunc possidet, quando sequestrum fuit necessarium potest præsentare, quia non potest colligere fructus: ad hoc enim fuit factum sequestrum ne possit ab aliquo hoc jus exerceri. & sic habes secundum eum casum, in quo ille qui est possessor non potest præsentare: imò etiam si sequestrum factum non sit pendente lite, ille qui non est possessor non potest validè præsentare quo ad hoc ut admittatur ejus præsentatio, quia si succumberet in causa non posset tempore sententiæ restituere fructus perceptos post litem contestatam. *l. certum. C. de rei vendi.* & de hoc est casus in *c. ex literis. de jure pa.* & similis non esset sopita infra quatuor menses, si patroni sunt sæculares vel infra sex, si sunt clerici non debet præjudicare juri ipsius Episcopi quo minus ipse postea possit providere. *c. quoniam. de jure pa.* & ille qui possidet nomine proprio, quando habet conscientiam rei alienæ non præsentat, quia est malæ fidei possessor: & sic non potest uti fructibus quominus teneatur eos restituere. ut no. Inn. & ibi Dom. Abb. in *c. 2. de resti. in inte. & in c. in literis. de resti. spo. & in c. consultationibus. de jure pa.* & in specie decidit istam quæstionem glo. in *c. unico. §. item voluit. in verbo vicario circa finem. de colla in prag.* ubi quærit an sequester pendente sequestro possit præsentare vel conferre. & alleg. Inn. *ubi sup. in c. examinata. de iudi.* ubi tenet quod sic, & rationem assignat, quia habet colligere fructus, & collatio est in fructu. ut no. in *c. cum olim. de maio. & obe. & in c. cum Bertoldus. de re iudi.* Idem etiam tenet Joan. de Lig. in *d. c. examinata.* & Rota. *deci. 324.* & Pau. in *clemen. 1. de sequest. pos.* & Federi. *consi. 166. incip. in sequestro posito. per tex. in cle. 1. de sequest. pos.* qui dicit illum habere administrationem omnium fructuum spiritualium & temporalium. tamen Dom. Ant. & Dom. Abb. ibi tenet contrarium. in *d. c. examinata.* ut supra dixi. quia sequester præsertim necessarius auctoritate judicis positus non possidet. *l. interesse puto. ff. de acqui. pos. & l. 1. C. de prohibita sequest.* & dicit Hen.

3. Quod manus regia apposita rei contentiosæ non privat aliquem possessione sua: & talis sequester fructus colligit nomine alieno quos habet restituere victori. *c. 2. de sequest. pos. & d. cle. 1. eo. tit. facit. c. cum Bertoldus. de re iud.* & dicit gloss. ubi supra quod pro opi. In. fuit latum arestum in senatu Parisiensi pro quodam sequestro Comitatus de Stampis. Tamen circa istum articulum concordando opi. Doct. ego dicerem sic quod aut est sequester solum necessarius & positus simpliciter auctoritate Judicis qui habet custodire fructus vincenti, & iste pendente lite non posset præsentare vel conferre. ut no. Dom. Abb. in *d. c. examinata. de iud.* ita etiam refert Rochus de Curre. in *tract. suo de jure patr. in q. 36. super ver. ipse vel is à quo causam habuit.* assignando rationem: quia sequester fructus colligit nomine alieno quemadmodum creditor pignoris, unde cum fructus restituere teneatur sequester & fructus præsentationis vel collationis factæ non possent restitui. ut not. Doct. in *c. ex literis. de jure pa.* igitur sequester præsentare non poterit. [b] Aut est sequester voluntarius solum videlicet de consensu partium positus, vel necessarius, & voluntarius, quod est positus per Judicem de consensu partium: & communiter hodie ita servatur in practica. & tunc dico quod ille sequester beneficia poterit conferre: aut in illis præsentare. & sic debet intelligi opi. Inn. & Joan. de Lig. in *d. c. examinata. de judi.* & Car. & Paul. in *cle. 1. in fi. in ver. no. de sequest. pos. & fructuum.* qui dicunt quod cùm sequester habeat administrationem, & percipiat fructus, potest præsentare aut conferre. facit etiam quod no. Jo. An. in addi. Spec. in *rub. de sequestra. fruct. in fine.*

b Hæc distinctio non placet, quia si intelligatur de purè voluntario in quem partes intendunt possessionem transferre, de hoc non loquimur: Et de illo qui imminente necessitate sequestri assumptus est à partibus in talem non transit possessio quia non intendunt. C. M.

4. Ubi tenet quod negari non potest quin sequester habeat aliqualem titulum, ex quibus apparet quod differt sequester ab habente pignus qui nec titulum nec administrationem habet: facit etiam quod no. Ægid. *deci. 201. incip. si possessor. ad fi.* ibi *ne diutina vacatio.* ubi tenet quod patronus cui mota est lis super castro habente jus præsentandi potest pendente lite præsentare cum iste sit fructus qui conservari non potest pendente lite. facit etiam quod no. And. Bar. in *d. c. examinata. col. 27. ver. tu pondera. de judi.* dicens quod est favor Ecclesiæ ut ita beneficia conferantur vel

Source : BIU Cujas

in illis præsentetur : & quia non præsentare, esset dissipare fructus sequestri cùm non possit restitui ipsi vincenti, illa præsentatio, quæ tunc decursa est respondet secundum eum ad *c. cum Bertoldus. de re judi.* quod ibi semper est Dominus qui potest præsentare, sed in sequestro neutra partium potest præsentare vel conferre propter dubium litis : & ista sunt verba Joa. de Imo. in *d. c. examinata. col. 2. ver. & adde in d. c. examinata de jud.* ubi dicit quod forte opi. Inno. suprà relata potest sustineri. & est verum quod duo de Dominis Rotæ dubitaverunt, ut refert Feli. in *d. c. cum Bertoldus. de re jud.* ubi tenet quod ipse Feli. qui habuit causam in Rota de consensu aliorum, Dominorum de Rota pronuntiavit valere præsentationem factam à sequestro : & illi duo Domini assignabant causam dubitationis. ut ipse Feli. refert *per tex. in cle. 1. in fi. principii. de sequest. pos. & fructuum.* ubi sequester habet restituere fructus vincenti: & sic etiam iste posset expectare finem temporis dati à jure ad præsentandum : & si lis non esset tunc finita præsentaret : sed ante ea non & aliter faciendo tolleret vero patrono fructum pro illa vice, quia forte voluisset alium in sua Ecclesia & non præsentatum à sequestro: sed tenendo auctoritates suprà relatas, quod sequester præsentet : ipse Feli. dedit responsum ad illam auctoritatem illorum duorum, quod illud non procedit maximè in sequestro beneficii : quia sicut administrat Sacramenta : sic etiam confert beneficia. *c. is cui. de electionibus. in sexto.* ita eligit & præsentat : ut no. Card. in *dicta clement. 1. de sequestr. possess. & fructuum.* Istam partem etiam sequitur Domi. de sanct. Gemi. in *c. nemo deinceps. colum. 3. in fi. ver. an autem commendatarius. de elect. in 6.* Idem etiam tenet Rochus de Curte in *tra. suo de jure pa. in q. 32. super verb. ipse vel is à quo causam habuit.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO X.

1. *Conductor alicujus Prælaturæ an conferat beneficia.*
2. *Firmarij beneficio an possint præsentare.*
3. *Collatio beneficij non transit in conductorem.*

QUæro decimò : An conductor alicujus Prælaturæ beneficia possit conferre, & primò videbatur quod sic, quia si locatio sit perpetua, vel talis per quam utile dominium in conductorem sit translatum tunc [a] indubitanter transit jus præsentandi nisi fuerit in locatione exceptum. ut est tex. & ibi Doct. in *c. ex literis. de jure pa.* si autem locatio sit facta ad tempus modicum glo. & ibi Dom. Abb. in *d. c. ex literis.* tenent quod non transeat jus patronatus. quia dicunt quod in *dicto casu. c. ex literis.* quod in eum transit utile dominium quando locatio fit ad longum tempus : sed ubi utile dominium non transfertur ut in locatione ad modicum tempus tenent quod jus patronatus non transit. Ita etiam tenet & sequitur Pau. de Cast. in *consi. 57. incip. venerabilis vir. in 1. col.* & movetur inter cætera, quia locare nihil aliud est, quam fructus rei vendere. ut no. Barto. in *l. dotem. §. qui maximos. ff. de publica.* unde non censetur venditus fructus juris patronatus : & sic præsentatio vel jus præsentandi non potest locari quemadmodum nec vendi potest. *c. de jure. de jure pa.* & idem etiam refert & simpliciter sequitur Feli. in *c. cum Bertoldus. col pe. de re judi.* tamen contrarium in isto membro tenet Car Flo. in *d. c. ex literis. de jure pa. in 1. q.* & movetur, quia in conductorem ad tempus modicum transit commoditas dato quod non tranleat utile dominium : igitur præsentatio debet transire sive jus præsentandi quod est in fructu.

Idem etiam per aliam rationem, quia quemadmodum colonus percipit alios fructus, ita debet percipere istum fructum præsentationis. Item alia ratione movetur idem Car. *ubi sup.* quia tex. in *d. c. ex literis.* loquitur indistincte : & sic debet intelligi in omni locatione : tamen Rochus de Curte in *tract. suo de jure pa. in q. 26. in verbo ipse vel is à quo causam habuit.* tenet primam opi. quod locator sive conductor ad modicum tempus non possit præsentare : quia opinio videtur magis communis illam approbando tali fundamento. Nam conductor ad modicum tempus non facit fructus suos qui brevi tempore non renascuntur. *l. divortio. §. si fundum.* & ibi Bal. & Doct. notant. *ff. sol. ma.* sed fructus præsentationis est hujusmodi, quia non renascitur omni anno, sed tantummodò percipi potest talis fructus vacante Ecclesia vel capella : ideo non spectabit ad conductorem.

2. Et tenendo istam conclusionem secundum eum non obstat fundamentum Car. suprà relatum. Et primò etiam non obstat dicere quod conductor habet alias commoditates & alios fructus : ergo istum fructum præsentationis habere debet : quia consequentia non est bona ex quo ut sup. dictum. præsentatio est fructus qui brevi tempore non renascitur. Vel secundum eum respondetur ut per Pau. de Castro. *ubi suprà* quod fructus præsentationis emi non possunt quemadmodum alii fructus : sed conductor censetur fructus emere, ut suprà dictum est, ergo, &c. Nec etiam obstat illud in quo dicebatur quod conductor vel colonus possidet naturaliter : ergo præsentare potest : quia verior opinio est quod colonus non possidet sibi aliquo modo nec civiliter, nec naturaliter. *l. non solum. §. quod vulgo.* ubi gl. & Bar. *ff. de usuca. glo. in §. possidere. instit. de interdictis.* & Bar in *l. 1. in fi. principij. 2. de acquir. pos.* & faciunt notata in *l. colonus. eo. tit.* Non obstat etiam ultimum. s. quod dictum *cap ex literis.* loquatur indistinctè, quia non est absurdum intelligere illum tex. & limitare ut tantum procedat in conductorem ad longum tempus propter fundamenta suprà relata. *arg. l. non est novum ff. de legi.* & sic idem videbatur in collatione facienda, ut transeat in conductorem universitatis.

3. Tamen his non obstantibus contrarium crederem dicendum in collatione beneficiorum, quod non transeat in conductorem universitatis : [b] & istud probo per glos. valdè nota. & ibi Dom. Abb. in *ca. quærelam. de simo.* per illum tex. ubi jus merè spirituale non transit cum universitate possessionis : & collatio beneficii est jus spirituale. ut sup. in 1. *parte :* ergo non transit istud jus conferendi tanquam spirituale in conductorem fructuum illius Prælaturæ. facit. *c. fi. de offi. vica.* ubi per administrationem generalem datam vicario non transit jus conferendi. Nec obstat jura sup. in contrarium allegata : quia habent locum in jure præsentandi, quod est annexum spirituali. & transit cum universitate possessionis. ut *d. c. ex literis. de jure pa. cum similibus.* ut not. Docto. in *c. quanto. de judi.* secus est in jure merè spirituali quod non transit cum universitate possessionis, ut est collatio beneficii. *d. cap. quærelam. de simo.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

[a] Ego dico quod aut jus præsentandi competit ratione personæ, ut Prælato, & tunc nunquam transit, quia non potest principaliter alienari nec etiam accessoriè, quia per se principaliter subsistat : Aut ratione rei alienabilis ut est castrum, & tunc re alienata transit cum universo jure rei, ideo ut transeat in colonum vel quemcunq; alium requiritur quod res ipsa alienetur saltem quo ad utile dominium, alias nunquā transit. C. M.

[b] Hoc est certum in ea quæ competit Prælato ratione personæ, sed quid si ex privilegio Papæ alicui competat ratione castri. C. M.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO XI.

1. *Capitulum ſede vacante an conferat beneficia. num. 6.*
2. *Capitulum ſede vacante recipit beneficiorum reſignationes.*
3. *Confert capitulum ſede vacante commendas.*
4. *Capitulum ſede vacante indulgentias confert.*
5. *Capitulum ſede vacante dat pœnitentiarium.*
6. *Epiſcopalis juriſdictionis & quæ ordinis eſſe dicantur.*
7. *Conferre beneficia eſt quaſi alienare.*
8. *Beneficia Eccleſiaſtica quæ ſunt & quæ perpetua.*

QUÆRO undecimò: An capitulum ſede vacante beneficia poſſit conferre. Et primò videtur, quod ſic[a] per regulam generalem, quia mortuo Epiſcopo naturaliter vel civiliter, puta quia captus ab hoſtibus, capitulum ſuccedit in juriſdictione tam ſpiritualium, quam temporalium. ut not. Doct. per illum tex. in *c. cum olim. de majo. & obe.*

Item capitulum ſede vacante poteſt dare licentiam electo in Prælatum Eccleſiæ alterius diœceſis ſe transferendi ad illam Eccleſiam ut no. Joa. And. & ibi Dom. Abb. *col. 2. in ſecundo caſu. de majo. & obe.* Idem etiam tenent Domini de Rot. *dec.* 301. nam prima regula eſt quod capitulum ſuccedit in juriſdictione ſpiritualium & temporalium: ergo idem dicendum in poteſtate dandi licentiam electo vel volenti ſe transferre ad aliam diœceſim: nam hoc eſt juriſdictionis. *c. ſi religioſus. de elect. in 6.* nec eſt illa propriè alienatio ſicut contingit in rebus Eccleſiæ: nam res Eccleſiæ non poteſt alienari ſine ſolemnitate de qua 12. *q. 2. c ſine illa ſolemnitate. ut dicto c. ſi religioſus. de elec.*

Item ſi clericus decedit, ſtatim reperitur ſucceſſor, ſed non ſic reperiuntur bona ſuccedentia in locum rerum alienandarum: ergo non eſt bonum argumentum arguere de alienatione rerum ad perſonam: & ſic ergo videtur quod capitulum poſſit beneficia conferre per jura ſuperiùs allegata.

2. Item facit pro iſta parte: nam capitulum recipit reſignationes beneficiorum ſede vacante: ut concludit major pars Dominorum de Rot. licet aliqui contradicant, ut refert Dom. Abb. in *d. c. cum olim. de majo. & obe.* & ſede vacante poteſt reſtituere, & quem privare ex cauſa legitima: ergo poteſt reſignationem tranſmittere quæ fit ex cauſa: & etiam capitulum ſede vacante poteſt privare quem ex cauſa beneficio ſuo per jura ſuperiùs alleg. facit etiam quia capitulum ſede vacante poteſt ſtatuta facere diſtringentia totam diœceſim. ut no. Fede. *conſi. 16. arg. c. fi. de conſtit. in 6.* in qua quidem juriſdictione capitulum ſuccedit & talia ſtatuta durant etiam in tempus futuri Epiſcopi, quia de natura ſtatuti eſt ut ſit perpetuum, licet extinguatur poteſtas ſtatuentis. *c. fi. de offi. leg.* Epiſcopus vero poterit illa ſtatuta revocare, quia non poteſt capitulum ſtatuere in præjudicium futuri Epiſcopi, ſicut nec prædeceſſor in præjudicium ſucceſſoris, quia par in parem non habet imperium: & pro iſta parte facit, quia capitulum poteſt ſede vacante diſpenſare in caſibus, in quibus permittitur Epiſcopo. ut no. Fede. in *conſi. 29.* & rationem aſſignat, quia diſpenſatio dependet à juriſdictione. idem tenet Dom. Abb. in *d. c. cum olim. de majo. & obe. in 8. caſu.* ergo idem videtur in collationibus beneficiorum.

Item etiam facit, quia capitulum ſede vacante poteſt facere commendas Eccleſiarum donec fuerit Eccleſiæ proviſum per habentem poteſtatem. ut no. Joa. An. in *c. unico. ne ſede vacante. in 6.* & Dom. Abb. in *d. c. cum olim.*

4. Item etiam facit, quia capitulum ſede vacante poteſt dare indulgentias, de quibus in *c. cum ex eo. & in c. noſtro. de pœni. & remiſ.* ut no. Doct. & in *c. accedentibus. de exceſ. Præla.* & idem tenet Dom. Abb. in *d. c. cum olim. in 13. caſu. de majo. & obe.* quia cum jus dicat quod capitulum ſuccedit in juriſdictione, nec diſtinguat inter juriſdictionē contentioſam & voluntariam.

5. Item etiam capitulum ſede vacante poteſt dare confeſſorem ſeu pœnitentiarium, qui abſolvat in caſibus reſervatis Epiſcopo, ut no. Dom. Abb. in *c. his quæ. & in d. c. cum olim. de majo. & obe.* ex quibus omnibus videtur concludendum per prædicta quod capitulum ſede vacante beneficia poteſt conferre.

6. Ad iſtud fundamentum per prædictas rationes corroboratum poteſt reſponderi, quod habet locum in his quæ ſunt juriſdictionis, per jura ſuperiùs alleg. tamen illud non procedit in collationibus beneficiorum. tex. in *c. unico. ne ſede vacan. in 6. & in c. illa. eo. titu. in 6.* tamen olim ante jura ſexti erat magna dubitatio poſtquam capitulum ſuccedit ſede vacante in juriſdictione Epiſcopali, niſi quatenus ex ſpeciali indulgentia reperietur expreſſum: vel ex conſuetudine ſeu præſcriptione, ut no. gloſ. & ibi Doct. in *c. ſcriptum. de elect.* Et circa præmiſſa ratio diverſitatis inter collationem & ea quæ ſunt juriſdictionis aſſignatur per Joan. And. in *c. quanquam. de elect. lib. 6.* ubi tenet quod collatio beneficiorum non eſt propriè juriſdictionis Epiſcopalis cum multi reperiantur non Epiſcopi habentes collationem: & multi ſunt Epiſcopi non habentes collationes beneficiorum, ſed confirmatio & inſtitutio ſunt propriè juriſdictionis Epiſcopalis. *c. conquerente. de offi. ordi. & c cum ex injuncto. in fi. de hære.* tamen dicit Dom. Abb. in *d. c. cum olim.* quod iſta ratio diverſitatis aſſignata per Joa. And. ſibi non placet, quia collatio beneficiorum ubi non eſt dare patronum de jure communi, ſpectat ad Epiſcopum: & ſic eſt juriſdictionis Epiſcopalis unde inferiores non poſſunt ſibi hanc poteſtatem vendicare, niſi de jure ſpeciali. Hinc eſt quod gratioſè fuit patronis conceſſum, ut poſſint præſentare inſtituendos: reliqua verò fuerunt pro Epiſcopis reſervata. ut probatur in *c. 1. 16. q. 5. & c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. cum multis ſimilibus. & c. 1. de capel. mo.* & olim antequam jus eligendi eſſet tranſlatum in Eccleſias collegiatas Epiſcopi providebant omnibus Eccleſiis de miniſtris in Eccleſiis inferioribus: & Papa providebat de Epiſcopis Eccleſiis cathedralibus. ut no. glo. in *c. quanquam. de ele. in 6.* unde non video quod alio jure ſpectet collatio ad Epiſcopum quam confirmatio vel inſtitutio. Quare idem Dom. Abb. aſſignat iſtam rationem diverſitatis, videlicet quia collatio eſt quædam donatio. ut in *c. fi. de offi. vica. in 6.* utitur enim Prælatus quadam libertate in conferendo. ut in *c. relatum. de præben.* nam poteſt conferri cui vult. & hoc reſpectu appellatur donatio: & hoc modo procedit ratio gloſ. in *d. ca. cum olim.* in eo quod dicit quod collatio computatur inter fructus. Nam videtur quidam fructus habere hanc præeminentiam & poteſtatem donandi beneficia quibus vult: ideo voluerunt jura, ut iſtæ libertates tranſirent in capitulum, quemadmodum nec libertas diſpenſandi fructus provenientes ſede vacante. ut *cap. quia ſæpe. de electio. in 6.* ſed in confirmatione & inſtitutione hæc libertas non reperitur, quia ſi electus & præſentatus eſt dignus tenetur ſuperior illum con-

[a] Duaren. li. 3. c. 6. Tholoſanum capit. à Greg. XIV. Papa obtinuerat bullam, qua canonici alternis (prout eſſent in cavilla, inquit bulla) omnia beneficia ſede vacante Archiepiſc. vacantia conferrent, & cum expedita Greg. vivente non fuiſſet à Clem. VIII. anno 1601. Octob. *informa rationi congruit conceſſa*, & eo jure utuntur Canonici. Abbate ad quem jus præſentandi in parochiali Eccleſia cõpetit defuncto plenum jus conferendi ad Epiſcopum pertinere ſæpe Judicatum. I.

Source : BIU Cujas

firmare vel instituere *c. postquam. de elect. in 6.* & cum confirmatio seu institutio sit debita, non exercetur ibi aliqua liberalitas: ideo transit hæc potestas in *c. quemadmodum.* in aliis actibus jurisdictionalibus: ita tenent & concludunt Dom. Abb. & Feli. in *d. c. cum olim. de majo. & obe.* Ita etiam tenet Fra. Panuinus. in tracta. suo *de potestate. c. sede vacante. in 1. q. secundæ partis:* & hoc quando collatio spectat ad Episcopum mortuum per *c. illa. ne sede vacan.* ubi etiam subdit quod si talis collatio confirmaretur per Papam in forma communi, non validaretur: ponit rationem, quia non invenitur cautum in jure, quod capitulum sede vacante fungatur vice Episcopi in collationibus beneficiorum, & sic consequenter illud videtur esse prohibitum. *arg. cap. inter corporalia. de transf. Prala.* facit tex. in *c. 1. de inst. in 6.*

7. Et alia ratio assignatur, quia conferre est quasi alienare, & gratiam facere mandando. ut in *ca. fi. de offi. vica. in 6.* & est quasi donare. ut no. in *cap. cum accessissent. de consti.* facit etiam quia collatio est in fructu. ut no. in *c. cum olim. de majo. & obe.* & fructus sunt reservandi futuro successori. *c. quia sæpe. de ele. in 6. & clem. statutum. eo. ti. de ele.* & no. in regula negativa in *rub. ne sede vacan.* & istud non solum habet locum in collatione præbendarum, sed in omnibus aliis beneficiis largè sumendo cum eadem sit ratio. facit tex. in *c. 1. ne sede vacante. in 6.* & ibi Joan. An. super verb. *præbendarum.* & super verbo *beneficiorum.* facit illud quod no. in *regula beneficium. de reg. juris. in 6.* & idem est dicendum ubi collatio non est ex toto libera, sed etiam cum consilio capituli haberet fieri collatio per Episcopum, ut tenetur de jure communi de præbendis Ecclesiæ cathedralis juxta no. in *c. cum Ecclesia Vulterana. de ele. & in c. novit. & in c. quanto. de his quæ fiunt à Prala.* & notatur in *cap. 1. ne sede vacante. lib. 6. in 2. responso.* & idem est dicendum quando ad solum Episcopum cum consilio vel assensu capituli alternativè pertineret collatio: quia perinde est ac si consilio tantum haberet fieri, quia ad veritatem alternativè sufficit alteram esse veram, ut notatur in *c. inter cætera. de rescrip.* & istud limitatur quando ad Episcopum & capitulum pertinet collatio beneficiorum, vel ad Episcopum cum consensu capituli, quod idem est, ut no. Lapus in *c. à collatione. de Ap. in 6 & in c. pastoralis. de dona.* licet Joan. An. in *novella. in d. cap. à collatione.* contra: quem sequitur Dom. quia aliud est conferre, aliud collationi consentire. *l. aliud. ff. de reg. jur. junctis notatis in c. ad dissolvendum. de despon. impu.* & no. Archi. in *ca. presbyteri. & in c. 1. 24. dist.* & collectarius in *d. c. cum olim. de majo. & obe. versi sed quid si Episcopus habet conferre beneficium cum alio vel aliud facere.* ubi consentit quando periculum est in mora, vel ubi habet locum jus accrescendi, alias non. *per cle. primam. de jure pa.* etiam si Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi ut Prælatus quod qualiter fit, & cognoscatur, illud notatur. in *d. c. à collatione. de Ap. in 6.* & multò fortius si habeat in collatione interesse simpliciter ut canonicus, quia propter mortem ejus non impeditur tunc capitulum conferre sicut nec per mortem inferius concanonici. ut no. Vincen. & Host. ut refert gl. in *d. c. 1. ne sede vacan. li. 6.* all. ad hoc Jo. Mo. & Archi. 50. *dist. c. ita autem. alias incipit quidam decens.* & Episcopus est caput & canonici membra. *d c. novit.* & quia inter eos est spirituale conjugium. *c. requisisti. de testa.* ideo propter societatem collegii devolvi potest de uno ad alium. *c. fi. 65. dist.* nec est dare rationem efficacem differentiæ inter devolutionem quæ fit ex mora Episcopi, vel ex morte in casu quo collatio communiter spectat ad Episcopum & capitulum, vel requiritur consensus capituli in conferendo, licet in casu quo requiritur consilium tantum vel alternativè consilium vel consensus possit ille dici quasi novus & jus novum, in quo minor supplet negligentiam majoris: cujus contrariam tenuerat Inn. in *c. quia diversitatem. de conces. præben.* dicens quod cum pœna non esset à jure imposita Episcopo vel Prælato, debebamus transire cum juribus antiquis. *argu. ca. Romana. de sup. neg. Prala. lib. 6.* sed ibi erat delictum sive negligentia, ut ibi notatur.

8. Nec ibi negatur capitulum eo casu posse supplere, sed solùm excluditur Archiepiscopus & superior cum quo non est aliqua communio. & idem dicendum est de præstimoniis & præstimonialibus portionibus, quia sunt beneficia Ecclesiastica & perpetua. ut tenet Old. *consi. 113. incip. Ecclesia Calagurritana.* de quibus præstimoniis facit mentionem tex. in *c. fina. de conces. præben. lib. 6.* & Rota *decisio. 303. in antiquis quæ incipit. Papa facit gratiam.* alias est. 414. & idem est dicendum in hospitalibus quæ consueverunt dari in titulum perpetui beneficii. secus verò quando datur ad nutum: quia tunc cessant rationes contrariæ huic. & hospitalia gaudent privilegio 40. anno. sicut Ecclesiæ: sic & alia privilegia favorabilia concessa Ecclesiis videntur concessa hospitalibus & piis locis: quia videntur æquiparari. *c requisitis. de testa.* Jo. An. in *c. 2 de resti. in integ. in 6.* & Dom. Abb. in *c. 1 de resti. in integ.* & Barto. in *l. omnia. de episc. & cleric.* & Abb. antiquus in *c. accedentibus. de privile.* & Rota *decisione 104. in antiquis.* & Doct. in *clemen. quia contingit. de relig. do. & in cle. 1. de sup. negli. prala.* & Doct. in *c. fi. de elect. in 6.* secus est dicendum secundum Doct. in eleemosinaria Jerundensi & similibus, quæ propriè non sunt beneficia, ut no. Feli. in *c. de quarta. de præscri.* & no. Doct. in *cle. per literas. de præb.* in verbo *de xenodochiis.* & idem in stipendiis. ut no. But. in *consi. 3. inci supposita formalitate.* & idem in operaria. ut no. Card. *consi. 19. tit. de conces. præb.* & idem in capellaniis. ut no. But. in *consi. 51.* & ubi non apparet aut sit hospitale vel beneficium præsumi debet in dubio quod sit hospitale. facit glo. in *cle. si de beneficio. de præb. cum si.* ut sup. dixi in prima Parte, & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XII.

1. *Conferre beneficia an possit Episcopus criminosus.*
2. *Beneficium nullus potest administrare ex sola possessione: nisi præeminētiam à superiore habeat.*
3. *Excommunicatus an possit conferre beneficia.*
4. *Beneficia an conferat fornicator notorius.*
5. *Criminosus an possit beneficia conferre.*
6. *Ecclesiæ non præjudicant gesta in ejus damnum.*

QUæro duodecimò: An Episcopus criminosus beneficia possit conferre & capiendo dicta Doctorum potest dici. ut no. Dom. Abb. in *c. nihil. col. 5. de elect.* quod quando gerebat se pro Episcopo & Prælato, tamen non erat in possessione: & tunc indubitanter non valent gesta. *arg. c. consultationibus.* & quod ibi no. *de jure pa.* nec hoc casu communis error sustineret gesta ex quo deficit possessio, facit. *l. Barbarius. ff. de officio præsidis. c. dilectus. de relig do. & §. tria 3. q. 7.* & Dom. Abb. in *c. veritatis. de do. & contu.* & Inno. in *c. 2. de resti. in integ. & in c. in literis. de resti. spo.* facit glo. & ibi Dom. Abb. in *d. c. nihil. de ele.* in eo quod ponderat aliquem fuisse in quasi possessione etiam si credatur verus Prælatus, non tenent gesta in damnum Ecclesiæ: unde isti solventes eis pensionem non liberantur nisi cum illis contraxissent: ut in *l. si urbana ff. de condi. indeb.* & ibi Bar. & Inn. in *c. in literis. de resti. spo.* unde si intrusus aliquid alienavit, debet id revocari, ut in *c. alienationes. 12. q. 2.* & ibi per gl. & Archi. sed si aliquem contractum fecisset de rebus

Source : BIU Cujas

Eccle. puta loquendo tunc pensionem sibi solventes essent liberati, quia solum erant obligati ratione contractus initi cum intruso. *ut in d. l. si urbana.* & not. Inno. *in d. c. in literis. de resti. spo.* & Dom. Abb. *inc. nihil. de elec.* Secus secundum eos si fuissent pensionarii Ecclesiæ ex contractu prius inito cum prædecessore, quia tunc non liberarentur solvendo intruso. ut not. Bar. *in d. l. si urbana.* & Inno. *in d. c. in literis.* nec in isto casu communis error juvat ex quo deest authoritas superioris. Nec obst. *l. Barbarius. ff. de offi. Præsi.* quæ fundat se super communi errore & super authoritate superioris. nam ille servus qui putabatur liber, habuit officium à superiore, & sic concurrebant ibi duo, scilicet authoritas superioris, & communis error: secus autem ubi adesset unum tantum. ut tenent Inno. & Dom. Abb. *in d. c. nihil. de elec.* & Bal. *in repetitione. d. l. Barbarius.* Nec obstat. *c. querelam. de elec. & c. consultationibus.* in quibus patet quod sufficit sola possessio ad validitatem actus.

2. Nam illa jura loquuntur, quando jus non resistit possessioni: non enim potest quis administrare ex sola possessione, nisi habeat authoritatem superioris: ut *in regula beneficium. de reg. jur. in 6. c. ex frequentibus. de insti.* & sic ergo si aliquis habeat conferre beneficia ratione alicujus prælaturæ, & ipse sine authoritate superioris in illa prælatura fuerit intrusus, non poterit illa beneficia conferre, nec valebit collatio per eum facta, ut sentit Do. Abb. *in d. c. nihil. de elec.* Secus est in jure præsentandi, aut in jure eligendi, vel etiam conferendi, quod facit ut privatus. & non ob causam beneficii, quia tunc sufficeret possessio cum bona fide. ut not. per Inno. & Dom. Abb. *in d. c. 2. de resti. in integ. & in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprie. & in c. consultationibus. de jure pa.* Item quando aliquis se gerit pro prælato, & habuit confirmationem à superiore: sed ex aliquo defectu, non tenuit confirmatio vel electio, & tunc gesta per istum non debent retractari: ex quo alias legitimè gesta sunt postquam interveniunt authoritas superioris & communis error: & sic habet locum. *d. l. Barbarius. ff. de offi. præsi.* facit tex. *in §. tria. versi. verum. 3. q. 7. cum sim.* ut not. Dom. Abb. & Feli. *in c. sciscitatus. de rescri.* facit. *l. si arbiter. C. de senten. & interlo. om. ju.* ubi tenet sententia lata à delegato qui putabatur liber. licet postea appareat eum fuisse servum. & sic tenent gesta à delegato propter communem errorem authoritate superioris: multò fortius debent tenere in ordinario in cujus officio versatur major utilitas publica. & idem est dicendum in præsenti casu, quod valebit collatio beneficiorum per illos facta: ex quo iste electus habeat potestatem administrandi authoritate juris debent tenere omnia gesta, alias legitimè facta: licet postea cassetur sua electio vel pronuntietur nulla postquam communis error concurrebat cum authoritate superioris: ut no. Dom. Ab. per jura superiùs alle. post glo. *in d. c. nihil. col. 6. de elect.* Item cum is qui gerebat se pro prælato fuit electus & confirmatus seu provisus per superiorem. tamen postea aliquid egit seu commisit aliquod crimen propter quod fuit privatus ipso facto prælatura, ut puta quia incidit in hæresim. *c. quo jure 8. dist.* & tunc si ista privatio fuit occulta tenent omnia gesta sive collationes, sive alia spiritualia & temporalia: ut not. Dom. Abb. *in d. c. nihil.* & idem secundum eum est dicendum quando dubitatur de privatione. Nam ex quo tolerabatur in officio, debent tenere acta omnia interim gesta. *c. nonne. 8. q. 4.* & ibi Archi. sed si suspensio vel privatio esset notoria vel inhibitio superioris præcessisset: tunc non tenerent gesta per eum. *c. veritatis. de dolo & contu.* & ibi Dom. Abb. *&* §. *verum. 32. dist.* & dicit Dom. Abb. post glo. *in c. cum non liceat. circa prin. de præscrip.*

3. Quod quando prælatus est ab Ecclesia præcisus: ut puta quia est excommunicatus. *c. pastoralis. de appel. & c. excommunicatos. & c. cum excommunicato. 11. q. 3.* & Inno. *in c. 1. de schisma.* tenet quod quantumcumq; iste tolleretur dummodo probari possit, si vocat aliquem subditum ad ordines vel ad alia sacramenta potest ei dici, non recipiam hoc à te, quia es excommunicatus: unde tibi participandum non est: & ex hac causa legitimè potest appellari, ut not. Innoc. *in d. cap. 1. de schisma.* quod sequitur Dom. Abb. *in d. cap. cum non liceat. de præscript.* secus dicit *in d. c. cum non liceat. de præscript.* secus dicit in aliis criminosis, quia contra eos non esset admittenda talis exceptio, videlicet, non recipiam hoc à te, quia es irregularis: sufficit enim quod tolleretur. *d. c. nonne. 8. q. ult.* & ratio diversitatis est, quia cum excommunicato non potest communicari sine periculo, sed in aliis secus, ut not. Dom. Abb. post Inno. *in d. c. cum non liceat. de præscript.* idem sentit Inno. *in c. inter dilectos. de excess. Præla. & in c. sciscitatus.* & ibi Dom. Abb. & Feli. *de rescript. & in c. cum sup. de offi. deleg.*

4. Et quod dicitur de excommunicato, idem est dicendum in notorio fornicatore & simoniaco; & hoc ea ratione quia ab eorum obedientia & authoritate licet recedere. *ut §. verum. 32. dist.* notant Inno. & Dom. Abb. *in d. c. cum non liceat.* & ibi bona glo. ex quo notandum quod non solùm in divinis possumus propria authoritate vitare fornicatorem notorium & simoniacum in ordine: sed etiam possumus recedere ab eorum obedientia, facit quia isti secundum communem opinionem sunt ipso jure suspensi ab officio. ut not. *in c. vestra. de coha. cleric. & in c. per tuas. de majo. & obe.* & à beneficio, ut not. *in cle. cupientes. de pœnis.* & suspensus ab officio, est suspensus à jurisdictione: ut not. *in cap. cum dilectus. de consue.* & idem est dicendum in aliis præcisis ab Ecclesia, ut in suspensis & depositis, & est ratio specialitatis in hæretico qui est privatus omnibus juribus & bonis. & est excommunicatus: *ut c. excommunicamus. de hære. & ca. vergentis. eo. tit. & c. cum secundum leges. de hære. in 6.* schismaticus etiam est excommunicatus: *ut in c. in nomine Domini. 23. dist.* facit glo. *in c. sacerdotes. 2. q. 7.* quæ dicit quod si Prælatus non servat canones subditi possunt ab eo recedere. & illud debet intelligi in non observante canones illos, quia non credit Ecclesiam habere potestatem condendi: talis enim debet puniri ut hæreticus: ut not. glos. *in c. generali. de elect. in 6.* & not. Joan. And. & Host. *in cap. 1. de censibus.* & Host. *in c. licet. de offi. ordi.* quod si Prælatus corrigens subditum eodem peccato mortali æquali vel minori notorio sit detentus, videtur appellandum ab eo. ut not. *in c. de priore. de appel.* ubi notatur quod à Prælato & religioso constituto in mortali peccato cujus crimen est notorium vel famosum, si est incorrigibilis potest appellari. ut not. Dom. Abb. *in d. c. cum non liceat. de præscript.* Item in gestis ab excommunicato no. Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contuma.* & præmissa habent locum in administratione jurisdictionis voluntariæ aut contentiosæ.

5. Item in collatione Sacramentorum per istos criminosos, ut puta quando sunt schismatici largissimè, ut puta quia sunt in peccato mortali: & tunc talia gesta tenent & in illis Sacramentis imprimitur caracter: & valet collatio illorum quo ad characterem & quo ad executionem Sacramentorum, quia licet existens in peccato mortali sit suspensus quo ad se non quo ad alios. *ca. fi. de cohabita. cleri. & mulie.* unde gratia divina per quam confertur Sacramentum transit per istum tanquam per canale lapideum, unde peccatum sacerdotis non potest ista inficere. *cap. vestra. de cohabi. cleri. & mu.* & idem de ordinatis ab excommunicato minori excommunicatione: quia tales excommunicati remoti sunt à participatione, non tamen à collatione. *c. si celebret. de cleri. excom. mi.* Si verò sunt schismatici largè: ut quia sunt excommunicati. & idem de aliis præcisis ab Ecclesia, ut quia sunt suspensi vel depositi, vel etiam schismatici stri-

Eleganter, sed in can. sciscitantibus. 1598. I.

Source : BIU Cujas

ctiſſimè: & tunc aut ſcienter quis recepit hæc Sacramenta ab eis citra formam Eccleſiæ: tunc nihil recipit & character non imprimitur. *ut c. detrahe. 1. q. 1.* & Dom. Abb. *in c. 1. de ſchiſma. per c. 2. eo. tit. de ſchiſma.* & per ea quæ no. *in c. 1. de baptiſmo.* Si verò fuit ſervata forma Eccleſiæ: & tunc character imprimitur, ſed executio non confertur. ut tenet Do. Abb. *in d. c. 1. poſt gl de ſchiſma.* Nam ordo bene confertur à talibus: quia ipſi ordinem habent & character imprimitur à Deo cum ſit quædam qualitas impreſſa in anima per quam quis diſponitur ad facilius recipiendum gratiam Dei: ſed executio non confertur, quia omnes iſti ſunt ſuſpenſi ab Eccleſia: ideo conferendo non poſſunt dare executionem quam non habent. Si verò ignoranter à talibus Sacramenta ſunt recepta ſi ignorantia erat probabilis. tenet Inno. quod confertur ordo & etiam executio his qui erant occulti, quia ordo imprimitur à Deo. *ut 32. diſt. in Summa. & in §. porro.* unde indignitas miniſtri non debet impedire cum ordinatus non reperiatur in aliqua culpa: tamen alii Doct. *in d. c. 1. de ſchiſma.* tenent contrarium, & ibi Hoſtien. concludit, quod quamdiu eſt occultum conferentes conferunt ordinem & executionem. & ſic cedit opinio veritati, ſed poſtquam hoc fuerit patefactum, requiritur diſpenſatio: [a] etiam ſi totus orbis eſſet involutus, quia ex quo ordinantes non habebant executionem, non poterant eum conferre. & iſta opinio eſt tutior: ut not. Dom. Abb. *in d. c. 1. de ſchiſma.* cum propter ignorantiam ſit facta ordinatio. *ut in c. 1. de ordinatis ab Epiſcopo.* ſed quamdiu hoc eſt occultum opinio habetur pro veritate ut perinde ſit ac ſi iſti non ſint ſuſpenſi: & quando iſta Sacramenta ſunt talia ſpiritualia, quæ ultra gratiam nihil habent: & tunc aut ignoranter fuerunt iſta recepta ab iſtis: & tunc confertur gratia nec eſt neceſſaria aliqua diſpenſatio aut ſcienter: & tunc Sacramenta receperunt: ſed à talibus recipiendo peccaverunt niſi in caſibus permiſſis: ut not. *in §. verum. 32. diſt.*

6. Et ſi loquamur de geſtis erga temporalia aut erant ſchiſmatici largiſſimo modo: & tenent geſta, quia peccatores non ſunt remoti ab adminiſtratione temporalium: idem ſi erant ſuſpenſi à temporalibus & ſpiritualibus: vel excommunicati vel ſchiſmatici ſtrictiſſimo modo: & tunc geſta in damnum Eccleſiæ non tenent, quod intelligo niſi fuiſſent tolerati, quia ratione publici officii debent tenere ſi fuit forma ſervata, & caſus erat permiſſus: ſed Eccleſia læſa poterit petere reſtitutionem in integrum. *ut d. c. nihil.* & ibi Dom. Abb. *de elect. & in cap. veritatis. de dolo & contum.* geſta vero ad commodum Eccleſiæ tenent ut eſt gloſ. *in d. c. 1. de ſchiſma.* tamen ibi dicit Hoſtien. quod quando contractus qui fuerunt geſti cum eadem perſona & permixtim & tunc commodum cum incommodo compenſantur: ſed ſi contractus fuerunt ſeparati, vel cum diverſis perſonis agitati, tunc geſta ad commodum tenent, & ad incommodum non tenent: & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

regularitas. parag. 30. Sed hodie ex conſtitutione Concilii Baſilienſis. tit. de excommunicatis non vitandis licet etiam ſcienter recipere & communicare talibus niſi ſint à Judice nominatim denuntiati publicè vel notorii, ſic ut nulla poſſit tergiverſatione celari. C. M.

[a] Hæc opinio erat de jure verior ut in Summa Angelica, verbo ir-

QUÆSTIO XIII.

1. *Conferre beneficium an poſſit auditor.*

2. *Auditor quando poſſit ordinare vel beneficium conferre.*

QUæro decimo tertiò. Quando eſt datus auditor à Papa ad audiendum & ordinandum patronos ſuper jure præſentandi: an poſſint auditis partibus illa beneficia conferre? & videtur quod ſic ad præſentationem illius quem declaravit eſſe patronum: hoc enim important verba commiſſionis poſtquam fuit ſibi injunctum quod ſi conſtiterit jus præſentandi ad alterutram partium pertinere, quod tunc ad præſentationem illius debet ordinare Eccleſiam de perſona idonea: & illa verba ordinare Eccleſiam ſunt multum lata, & non poſſunt verificari niſi in inſtitutione ſeu collatione propter illa verba præcedentia de perſona idonea: alias enim illa verba nihil operantur ſi ordinatio eſt fienda per alium quod eſt contra. *c. ſi Papa. de privi. in 6.* quia verba debent aliquid operari: & ſic videbatur quod iſte adjutor poterat illud beneficium conferre: tamen contrarium eſt de jure verum, ut eſt tex. & ibi Dom. Abb. poſt glo. & alios Doct. *in c. ſuper eo de offi. deleg.* ubi tenent quod iſta verba ordinent Eccleſiam, id eſt pronuntient eam ordinandam. ſic debent intelligi, tamen ibi ſubdit Dom. Abb. quod illa expoſitio impropriat literam: nam eo ipſo ſecundum eum quod pronuntiat jus patronatus ad alterum pertinere ſatis pronuntiat Eccleſiam ordinandam ad præſentationem illius & ideo poteſt dici ut illa aliquid operentur: & minus quam poſſit præjudicetur.

Ibi videtur renunciare. Hæc renunciatio non tribuit jus auditori in præjudicium ſuperioris, ſed ad eum devolvitur ex Concilio Lateranenſi,

2. Tertiò quod iſte auditor ultrà pronuntiationem ſuper jure patronatus debet inſtare ſuper ordinatione Eccleſiæ quantum poteſt ſine præjudicio alterius: unde poterit mandare habenti inſtitutionem ut ordinet Eccleſiam ad præſentationem illius: & ſi non vult ordinare, poteſtas devolvitur ad eum. *arg. ca. prudentiam.* & ibi Hoſtien. *de offi. deleg.* & habens inſtitutionem conſentit auditori ut inſtituat valebit inſtitutio. & ratio eſt, quia tunc ceſſat præjudicium tertii. ut not. Dom. Abb. *in d. c. ſuper eo. de offi. deleg.* & habens inſtitutionem ſi non contradicat, quando auditor inſtituit, valebit inſtitutio ipſius auditoris. ut not. Inno. *in d. c. ſuper eo.* tamen ibi aliqui Doct. tenent contrarium quos refert ibi Dom. Abb. dicentes, quod niſi expreſsè ille conſentiat non poteſt delegatus inſtituere cum ſibi mandatur cauſæ cognitio, & non inſtitutio: ſed Dom. Abb. approbat dictum Inno. & bene, quia hoc non mandatur ſimpliciter cauſæ cognitio, ſed etiam ut de perſona idonea ordinet Eccleſiam, unde habens inſtitutionem & non contradixit videtur conſentire & renuntiare in hoc juri ſuo. & per hoc facit tex. *in d. c. ſuper eo.* dum dicit quod iſte ordinarius debet appellare ſi juri ſuo infertur præjudicium. facit tex. *in c. pe. de ſup. negli. præla.* & in ſimili facit quod no. Feli. *in c. cum Bertol. colum. 4. ver. 4. limita. de re judi.* & ſi jus inſtituendi in caſu præſentis quæſtionis ſpectet ad Papam: puta ex devolutione poterit auditor inſtituere, quia hoc caſu ceſſat præjudicium tertii: & verba debent intelligi latè in præjudicium mandantis: *ut in c. cum dilectus. de conſue.* facit *cle. auditor. de reſcrip.* & Dom. Abb. & Joan. And. *in d. c. ſuper eo. de offi. deleg.* licet ibi contrarium teneat Joan. de Lig. & iſte auditor poterit declarare per quem debeat fieri inſtitutio. ut not. Pet. *in d. c. ſuper eo.* tamen ibi Dom. Anto. tenet contrarium, & rationem aſſignat: quia auditor non fuit deputatus inter tertios, ſed inter patronos: tamen ibi Dom. Abb. tenet opinionem Petri in eo caſu, in quo eſſet contentio de inſtitutione. Nam cum mandatur iſti ut ordinet Eccleſiam de perſona idonea, omnia videntur ſibi mandata ſine quibus Eccleſia ordinari non poteſt. *ut c. 1. & c. præterea. de offi. deleg.* & ſic ergo tenenda eſt iſta reſolutio quod auditor deputatus à Papa, ut audiat patronos ſuper jure præſentandi, & poſtmodum ordinet, non poterit conferre vel inſtituere ad præſentationem

ſolo enim conſenſu non transfertur poteſtas conferendi. I.

Source : BIU Cujas

patroni in præjudicium ordinarii instituentis: ut est tex. & ibi Doct. *in d. c. super eo. de offic. deleg.* & tenendo istam partem non obstat *cle. auditor. de rescript.* Ubi text. dicit, quod si auditor deputatus à Papa pronuntiat beneficium alicui esse debitum potest habere postea conferre: & sic ergo est fortissimum argumentum, tamen ad illam clemen. respondetur hoc modo ut procedat ille tex. quando auditor fuit datus in Curia Romana: & sic habet locum & debet intelligi. *d. cle. auditor.* secus est quando auditor est datus extra Curiam Romanam: & sic habet locum. *d. c. super eo. de offi. deleg.* videlicet quod auditor non poterit conferre vel instituere: ita solvit *glo. 2. in d. cle. auditor. de rescrip.* Vel aliter & secundò *illa cle. auditor.* procedit, quando auditor pronuntiat beneficium alicui debitum ex jure quæsito à Papa vel suo delegato: ita quod in collatione quæ fit postea per auditorem non fit alicui præjudicium nisi ipsi Papæ ad quem spectat collatio: sed *d. c. super eo.* loquitur quando jus est aliunde quæsitum, & præjudicium fieret tertiò ad quem spectat institutio. ut not. glos. pe. & ibi Pau. & Card. *in d. cle. auditor. de rescript.* & ibi subdit idem Pau. quod collatio *in d. c. super eo.* non erat executio pronuntiationis: imo erat multum remota ab ista pronuntiatione cum *in d. c. super eo.* non esset contentio an beneficium esset alicui debitum: sed contendebatur solum de jure præsentandi, unde executio pronuntiationis erat adjudicare hoc jus patrono: secus est secundum eum ubi collatio est executio, vel saltem proxima ad pronuntiationem: cum declaratur beneficium alicui debitum: ideo illi potest conferri. Ita tenet Dom. Anto. licet de Paulo non faciat mentionem *in d. cap. super eo. de offi. deleg.* sed contra istam solutionem facit secundum Dom. Abb. *ubi sup.* nam si fuerint apposita illa verba, *ordinet Ecclesiam, &c.* non potest auditor instituere contra proprium significatum verborum, ne fiat præjudicium tertio habenti institutionem: ergo fortiùs in casu *dictæ cle. auditor.* non debet fieri præjudicium habenti collationem, ubi non fuerunt apposita illa verba lata: nec est verum quod collatio ibi sit executio, quia in collatione jus creatur de novo: sed executio est meri facti. *ut l. executorem. C. de execu. rei judica.* tamen quia ibi reddit aliam rationem quare auditor potest conferre in casu *d. cle. auditor.* scilicet ut evitetur circuitus: si autem esset mera executio posset auditor hoc facere etiam ubi cessaret circuitus: *ut in c. 1. in literis. de offi. dele.* quare est concludendum. ut tex. *in d. cle. auditor.* restringatur quando ad Papam delegantem pertinebat collatio: secus si ad tertium spectaret. ut not. Abb. *in d. c. super eo. de offi. deleg.* Et ratio differentiæ est, quia Papa numquam intendit præjudicare tertio nisi exprimat. *ut c. quamvis. de rescript. in 6.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XIV.

1. *Vicarius Episcopi an possit beneficia conferre.*
2. *In concessione generali vel renuntiatione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.*
3. *Collatio facta per Episcopum virtute mandati præsenti vicario, an teneat ubi jam contulit vicarius tanquam videatur gravari in hoc Episcopus. num. 5.*
4. *Vicarii creatione non diminuitur Episcopi potestas qui beneficia conferat quando vult ipse Episcopus.*
6. *Vicarii generalis refutatio an devolvat potestatem conferendi ad superiorem.*
7. *Mandatum de providendo an sufficiat præsentari uni vicario tantum ubi sunt plures vicarii.*
8. *Collatio beneficii extra territorium fieri potest.*
9. *Vicario jam revocato facta præsentatio vel insinuatio an valeat ubi revocationem ignorat.*
10. *Vicarius primus an revocatus censeatur per constitutionem secundi.*
11. *Ecclesiasticis viris variatio & illusio est prohibita.*
12. *Vicarius an possit exercere jurisdictionem in præsentia Episcopi.*

Guid. Pap. quæst. 374. Non valet collatio vicarii, nisi sit ei specialiter data conferendi potestas & vicariatum insinuaverit in publico insinuationum registro diœcesis monasterii à quo beneficia dependent, licet monasterium exemptum sit Edict. 1553. I.

QUæro decimo quartò. An vicarius Episcopi possit beneficia conferre, & videbatur quod sic *per c. ex frequentibus. de institutionibus.* ubi dicitur quod vicarius Episcopi potest ex officio suo instituere: tamen contrarium est dicendum quod vicarius beneficia non possit conferre: ut est tex. & ibi Doct. *in c. fi. de offi. vica. in 6.* ubi dicitur quod vicarius nisi sibi expressè committatur, non potest beneficia conferre Et dicit Dom. Abb. *in d. c. ex frequentibus.* quod aut loquimur in collatione beneficiorum: & tunc vicarius generalis non potest. *ut d. c. fi. de offi. vica.* secus est in institutione, quia tunc vicarius generalis potest clericos instituere in beneficiis. & sic habet locum text. *in d. c. ex frequentibus. de insti.* & licet collatio & institutio sæpe sumantur pro eodem: tamen in veritate inter se differunt: ut not. Dom. Abb. *in c. authoritate. de institit.* nam propriè institutio fit de præsentato per patronum, & sic est quædam collatio non libera: ut not. Dom. Abb. *in d. c. ex frequentibus. de insti.* quia ex quo præsentatus est idoneus debet institui per superiorem. *c. decernimus. 16. q. 7. & c. nobis. de jure pa.* sed collatio est libera, quando. s. sine præsentatione alicujus superior providet alicui de beneficio: ista enim cùm sit quædam donatio non transit in vicarium.

2. Quia non est verisimile quod in generali concessione transeant ea quæ in specie non esset quis concessurus: *ut d. c. fi. de offi. vica. in 6.* sed instituere est necessitas nec exercetur aliqua liberalitas meritò ista in generali concessione transit in vicarium: simile videmus quia jus instituendi transit in capitulum sede vacante. *c. cum olim. de major. & obe.* sed non sic jus conferendi. *c. unico. ne sede vac. lib. 6.* & ita communiter servatur: ut not. Dom. Abb. *in d. c. ex frequentibus.* quamvis ille tex. posset cavillari ut intelligatur de illis officialibus quibus hoc fuit specificè commissum per hoc relativum, *qui*, quod habet restringere præcedentia. ut not. Bar. *in l. omnes populi. ff. de justi. & ju.* & Cal. *in cap. fi. de cle. non resi.* & dicit glo. *in c. unico. in §. item voluit. in verb. vicario. de colla. in prag.* quod ad afficiendum beneficium & ligandum manus ordinarii sufficit præsentare mandatum Apostolicum suo vicario in ejus absentia facit. *c. eam te.* cum ibi not. per Inno. *de rescrip.* & idem insinuatione nominationis & gradus in vim concilii Basilienſis: ut est tex. *in c. 1. §. statuit. de colla. in*

Source : BIU Cujas

prag. tamen contrarium tenebat Compoſt. *in c. capitulum. de reſcript. in glo. mag. verſi. item quid.* & Joan. *in c. ſi ſoli. de conceſ. præben. in 6.* & idem Joan. And. *in cap. ſi capitulo. eo. titu. de conceſ. præben. in 6.* ubi tenent non ſufficere fieri præſentationem vicario. *d. c. ſi capitulo. & c. ſi ſoli.* ibi *ſi ſoli ordinario*, vel ibi capitulo, &c. facit. *cle. cauſam. in princi. cum ibi notatis.* in verbo *ſpecialiter. de elect.* & not. Specu. *titu. de appellatio.* §. 1. *circa medium.* Ideo Joan. And. *ubi ſup.* dicebat quod ſi Epiſcopo in remotis agente mandatum fuit præſentatum ejus vicario vel capitulo: & Epiſcopus hoc ignorans præbendam primo vacantem contulit, tenet collatio etiam ſi vicarius haberet ſpeciale mandatum ad conferendum.

4. Quia per conſtitutionem vicarii non aufertur poteſtas Epiſcopo quin conferat quando vult. *ff. depo. l.* 1. §. *pe. facit. cap. dudum.* §. *nos igitur. & c. quamvis. in* 2. *de præben. in 6.* nec poterat præſentatio facta vicario vel capitulo ligare Epiſcopum ignorantem niſi fieret in ſubſidium cum Epiſcopi copia haberi non poſſet. ut not. Joan. And. *in d. c. ſi ſoli. de conceſ. prabend. in 6.* & tunc ſufficiebat intimatio taliter facta: & Epiſcopo exiſtente in loco ſufficiebat ſcientia. *dicta cle. cauſam. de elec.* ubi ſufficit facere intimationem in tali loco quo ad notitiam intimati poſſit veriſimiliter pervenire. ut ibi not. Lauren. facit glo. in verbo *diœceſanis. in clement. quamvis. de foro compe.* ex quo ſequitur, quod licet Epiſcopus abſens contulerit beneficium vacans ignorans inſinuationem mandati Apoſtolici vel nominationis fuiſſe factam ſuo vicario non valere collationem in præjudicium Apoſtolici vel nominati, cum Epiſcopus vel vicarius ejus in hac parte pro eodem reputentur. *c.* 2. *de conſue. in 6. c. Romana. de appel. eo. lib.* unde poteſt dici quod Epiſcopo excommunicato vel ſuſpenſo officium vicarii conquieſcit. *cap.* 1. *cum ibi notatis. de offi. vic. in 6.* alias nihil operaretur præſentatio facta vicario niſi ligaret Epiſcopum qui tenetur de facto ſui vicarii. ut not. Rota. *deciſio.* 432. notatur etiam *in ca.* 1. §. *facta.* in verbo *ea vice. de elec. in prag.* & Rota *deci.* 282. & illud quod eſt geſtum à vicario Epiſcopi, dicitur geſtum ab Epiſcopo. gloſ. *in c.* 1. *de capel. mona. lib. 6.* in verbo *Epiſcopos.* & ex præmiſſis infert gloſ. *ubi ſup.* ſecundum aliquos Doct. quod ſufficit mandatario vel nominato petere à vicario generali beneficium vacans, quia licet ipſe vicarius generalis non poſſit ea quæ ſunt meræ gratiæ: poteſt tamen facere & expedire ea quæ ſunt juſtitiæ & neceſſitatis. ut notat Guil. *in cle.* 1. *de offi. vica.* & not. Doct. *in cap. ſi. eo. tit. de offi. vica. in 6.* ut puta licentiare ordinandos. *cap. cum nullus. de tempo. ordi. in 6.* & excommunicatos abſolvere. *c.* 1. *de majo. & obe.* & inſtituere præſentatos à patronis. *cap. ex frequentibus. de inſtitutio.* & ibi Doct. glo. *in cle. auditor. de reſcript. facit c.* 1. *de inſtitu. in 6.* & confirmare electos. *c. dilecto. de prab. argu. c. cum olim. de majo. & obe. nota. in d. c. ſi.* & in eum videtur generaliter tranſlata poteſtas Epiſcopo abſente ſicut in capitulum mortuo Epiſcopo: cum mors & abſentia æquiparentur ut notant Inno. & Doct. *in c. ad abolendam. de hære.* ad hoc facit. *l. mulier. §. ſi. ff. de verb ſig. & cap. ſi delegatus. de offi. deleg. in 6. & cap. quamvis. de procura. eo. lib. & cap. ſi. de ſepul.* & no. Jo. And. *c. ſi quæ unum. de offi. deleg. in 6.* Henri. *in c. prudentiam. eo. tit. ad finem.* & not. Dom. de ſancto Gemi. *in d. c. ſi. de offi. vica. in 6.* & vicarius generalis cui Epiſcopus dedit poteſtatem recipiendi reſignationes ex cauſa permutationis, poteſt conferre beneficia ſic reſignata. Nec obſtat. *d. c. ſi. de offi. vica. in 6.* quia loquitur in collatione libera non neceſſaria ſicut eſt illa quæ eſt fienda cum permutantibus. *cle.* 1. *de rerum permu.* & veriſimile eſt quod Epiſcopus dando mandatum de recipiendo reſignationes cauſa permutationis voluit dare poteſtatem conferendi quæ neceſſariò illis debet fieri maximè quod eodem contextu in beneficiis renuntiantis animo permutandi recipiatur utriuſque renuntiatio & fiat utriuſque collatio.

5. Contrarium tamen tenent Domini de Rota *deci.* 43. ergo vicarius poterit conferre beneficia mandatariis aut nominatis cùm talis collatio non ſit libera, ſed neceſſaria: ita quod collatio per Epiſcopum alteri facta, non valeret. *d. c.* 1. §. *ſtatuit. de colla. in prag.* nec videtur in hoc gravari Epiſcopus cum in conferendis beneficiis hujuſmodi nominatis careat liberalitate dandi: ideo non videtur donare. *arg. ff. de dona. inter virum & uxo. l. ſi quis pro uxo. & de leg.* 2. *l. unum ex familia.*

6. Tamen contrarium eſt de jure verum quod vica. generalis non poteſt conferre [a] beneficia, niſi habeat ſpeciale mandatum. ut eſt tex. *in d. c. fina de offi. vica. in 6.* ita tenet glo. *in d. c.* 1 §. *item voluit.* in verbo *vicario. de collatio. in pragma.* nec iſte vicarius generalis poteſt conſentire in collatione Eccleſiæ vacantis pro Epiſcopo abſente. *arg. c.* 1. §. *ſi vero. cum ibi not. ne ſede vacan. in 6.* & Feder. *conſi.* 259. licet Archi. teneat contrarium *in cap Reatina. 63. diſt.* ergo in vanum petetur collatio ab eo, cum non poſſit dare quod non habet. *c. Daibertum.* 1. *q.* 7. *& c. quod autem. de jure pa.* refutatio ergo vicarii generalis nihil operabitur, nec devolver poteſtatem conferendi ad ſuperiorem. & ratio eſt, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. *ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. l.* 1, & ubi nulla petitio, nulla refutatio. *l. ſi pupillus ff. de verb obl.* & privatio præſupponit habitum. *c. ad diſſolvendum. de deſpon. impu.* & ubi de collatione beneficiorum non fit aliqua mentio quod poſſit fieri per vicarium: imò ſatis innuitur quod non poſſit fieri: *ut d.* §. *ſtatu t.* & licet. capitulum ſede vacante gerat vices Epiſcopi, non tamen poteſt providere expectanti de beneficio cujus collatio ad Epiſcopum ſpectat.

[a] Libera collatione. C. M.

7. Et ſi plures ſint vicarii ſimpliciter conſtituti, an ſufficiat præſentare mandatum vel nominationem uni ex illis vicariis: & videtur quod non, quia cum ſint ordinarii: ut not. Inno. & Joan. And. *in c. tua. de offi. vica.* & Joan. And. *in c.* 2. *eo. tit. in 6.* & illi habent juriſdictionem in ſolidum: & quilibet poteſt ſeparatim procedere niſi aliud dictum fuerit in eorum conſtitutione. *arg. l.* 1. *ff. de offi conſu. & l. Imperatores. ad muni.* facit gloſ. *in c. ut officium. de hæret. in 6.* juncta gloſ. *in c.* 2. & ibi Dom. & Joan. And. *de arbit. in 6.* & Dom. Abb. *in c. prudentiam.* §. 1. *de offi. delega.* ex quo tamen cauſa eſt inchoata coram uno poteſt alter ſe impedire niſi primus ſit impeditus. & cum unus ſine altero procedere poſſit utriſque eſt fienda præſentatio: ad hoc ut utriuſque impediatur poteſtas conferendi. Tamen contrarium eſt dicendum, quod omnes vicarii cenſentur una perſona, & repræſentant perſonam conſtituentis à quo ſumitur eorum poteſtas. *c.* 2. *de conſue.* unde ſecus in inſinuatione facta vicario, quia ligat Dominum multo fortius debet ligare ejus vicarium: ut no. gl. ubi ſup. & illud arg. contrarium procedit quando plures habent poteſtatem conferendi in ſolidum: nec unius poteſtas dependet ab alio, nec repræſentant perſonam unius, puta ſi eſſent duo Epiſcopi qui ex ſpeciali diſpoſitione Papæ poſſunt præfici eidem Epiſcopatui: *ut c. non autem.* 7. *q.* 1. & not. Jo. And. *in c. duobus de re judi.* vel duo ordinarii habentes collationem in ſolidum ex privilegio & conſuetudine, vel de jure, ut in duobus Epiſcopis diverſarum diœceſum, quibus eadem Eccleſia eſt ſubjecta: quia poſita eſt in limitibus diœceſum utriuſque. ut not. Dom. Abb. *in d. c. duobus. de re judi.* in his enim caſibus & eriam ſimilibus non ſufficit facere inſinuationem uni, ut ligetur alterius manus: & iſta præſentatio mandati de providendo poteſt fieri vicario habenti mandatum ad conferendum beneficia. ut not. *in c. novit. de offi lega.* & Inno.

in

in *c. quia diversitatem. de conces. præben.* not. Dom. Abb. *in d. c. duobus. de appel.*

Etiam per hunc vicarium generalem qui est ordinarius & placet licet Baldus teneat contrarium in l. 1. ff. de offi. procon. sul. Sed istud habeat locum in vicario solo ad beneficia cōferenda generaliter qui non est officialis, quia non est ordinarius. Potest tamen jure dici quod etiam dicunt quidam quod quantum ad specialem commissus non est ordinarius, sed delegatus, sed placet quod est ordinarius quia simul & commissus not. in cap. 2. de offic. leg. C. M.

8. Et conferre est voluntariæ jurisdictionis: ideo extra territorium fieri potest. *ff. de offi. procon. l. 2.* not. Dom. Abb. *in d. c. fina. de offi. vic.*

9. Nec obstat. *c statutum. de præben. in 6.* quia illud est speciale in beneficiis vacantibus in curia. ut not. glo. ubi sup. & ibi subdit quod si vicarius fuerit revocatus, & ignorat revocationem, & etiam mandatarius, valet insinuatio, & rationem assignat. nam non valent gesta per vicarium si ignorat revocationem. *l. si forte. ff. de offi. præs.* ubi licet per adventum successoris primus sit revocatus. *l. 1. ff. de offi. præto.* & Ange. *in l. meminisse. de offi. consul.* & valet quod agitur per primum si ignorat revocationem. ut not. Ludo. Ro. *in singulari.* quod not. Bar. *in l. Barbarius. ff. de offi. præto.* & Bal. *in l. falsus. C. de furtis.* quod gesta per Episcopum remotum vel translatum, aut judicem revocatum inscium suæ revocationis valent nisi esset revocatus ob delictum suum. *c. 1. §. objiciebatur. de conces. præben. lib. 6.* & Inno. *in c. qualiter & quando. de accusa. & in c. veritatis. de dolo & contu.*

10. Et vicarius Episcopi primus censetur revocatus per constitutionem secundi vicarii. ut not. Joan. And. *in c. sua. de offi. vica. in 6.* & Doct. *in c. 1. eo. tit. in 6.* facit. *l. si quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procu. &* no. *in c. non injuste. de procu.* & ibi Dom. Abb. *in 4. no.* ubi tenent quod per dationem secundi procuratoris revocatur tacitè primus alio tempore datus. facit tex. *in l. si quis eum. §. fi. ff. de procur.* & per illum tex. dicit glo. *in c. 3. 25. q 2.* quod Papa dando secundum legatum videtur revocare primum. [a] & illa fuit opi. Calde. *in c. volentes. de offi. lega.* & ibi Dom. Abb. *in tertio notabili.* ubi infert quod per dationem secundi vicarii censetur primus revocatus ipso facto: tamen ibi subdit Dom. Abb. quod contrarium credit de jure verius. nam vicarius habet ordinariam jurisdictionem. ut not. glo. *in c. licet. de offi. vica. in 6.* & Innoc. *in. c. sua. eod. tit. de offi. vica.* unde sicut per dationem secundi legati non videtur primus revocatus: *ut d. c. volentes. de offi. leg.* Ita nec per dationem secundi vicarii videtur primus revocatus: & id quod dicitur de procuratore quod per dationem secundi videtur primus revocatus, potest dici illud procedere ex eo quod plures procuratores sæpius se impediunt per concursum: & quandoque unus affirmat quod alter negat. Juxta not. *in c. pe. de elect. in 6.* meritò jus præsumit quod quando Dominus constituit secundum videtur revocare primum. secus est in pluribus ordinariis cùm habeant potestatem insolidum, & solent plures deputare in eodem officio, ut facilius possit reipublicæ consuli. *l. unica. ff. de offi. procon.* facit *cle. & si principalis. juncta glo. de rescrip.* & sic Doct. super isto articulo reperiuntur contrarii: tamen reperio Bar. *in suo tract. de Episcopo. in 7. parte quarti libri.* in verbo *de vicario Episcopi. in q. 21.* ex quibus infert quod collatio beneficii Ecclesiastici facta per primum vicarium de speciali mandato Episcopi non tamen facta post constitutionem secundi vicarii sed si facta fuit post notificationem factam primo vicario de revocatione sua vel de constitutione secundi, alias tenet: ut no. Joan. de Plat. *in d. l. si quis. §. fi. ff. de procura.* ubi dicit sic fuisse de facto determinatum Paduæ in q. tunc occurrente *per l si forte. ff. de offi. proconsul.* qui etiam dicit verum esse nisi primus fuisset amotus culpa sua, quia non teneret collatio vel alia gesta per eum etiam ignorante de constitutione secundi per tex. singularem secundum eum à Canonistis non ponderatum *in c. 1. §. adjiciebatur. de conces. præben. in 6.* Tamen opi. Do. Abb. de jure credo veriorem.

11. Primò capio illam regulam generalem pro ista parte, quæ dicit, quod illusio & variatio sit in personis Ecclesiasticis prohibita: *ut cle. 1. de renun.* quare non est verisimile quod per constitutionem secundi vicarii videatur primus revocatus postquam illud non reperitur de jure expressum: imò potiùs videtur contrarium cùm Episcopus debeat habere plures vicarios. *cap. inter cætera. de offi. ordi.* & pro ista parte facit tex. *in d. c. volentes. de offi. leg.* ubi per constitutionem secundi legati non videtur primus revocatus? & videtur etiam quædam æquiparatio inter legatum & vicarium: quia sicut legatus habet jurisdictionem ordinariam: *ut cap. 1. & 2. de offi. leg. in 6.* ita etiam vicarius habet jurisdictionem ordinariam: & communiter isti vicarii gerunt vices Episcoporum in eorum absentia: & quando Episcopi illa non possunt exercere, ut est tex. *in c. quoniam. de offi. vica. & in c. 1. §. item voluit. de collatio. in prag.* facit. tex. *in cap. nullus. §. Episcopo. de tempo. ordi. lib. 6. & cap. statutum. de præben. & c. ut commissi. & c. fi. de hære. in 6.* ergo à contrario videtur quod vicarius in præsentia Episcopi non posset jurisdictionem exercere, ita quod non sufficeret insinuare vicario in præsentia prælati: nam præsentia Domini suspendit jurisdictionem ejus vicarii si fuerit à Domino constitutus quotiescumque eum abesse contingeret. *arg. cap. si quem. de procurato. lib. 6.* & *c. antiqua. de privil.* ubi Patriarcha non debet deferre crucem in præsentia Papæ. *l. penulti. ff. de pœnis. & ff. de offi. proconsul.* ubi proconsul qui erat deputatus ad regendum provinciam, statim cum ingreditur urbem, debet deponere imperium; & sic nullam potestatem potest exercere propter reverentiam principis qui eum constituerat. facit *l. meminisse. ff. eo. titu. & c. volentes.* cum ibi notatis per glo. & Doct. *de offi. leg.* & quod notat Host. *in summa de majo. & obe. §. & ad quid.* versiculo *quid si duo.* quod ubi minor habet jurisdictionem à majore non potest eam exercere in præsentia majoris, quia eam revocat in casu quod potest. *ff. de judi. l. judicium solvitur.* & Hen. *in d. c. antiqua. de privile.* & Dom. Abb. *in c. dilecto. de ap. & in cap. si quis contra clericum. de foro compe.* & quod de appellatione interposita à delegato Episcopi non potest cognoscere ejus vicarius, si Episcopus est in diœcesi vel in loco propinquo. *arg. c. si contra unum. de offi. deleg.* & Joan. And. *in addi Spe. tit. de offi. vic.* tenrit quod ex sola præsentia Episcopi non revocatur vicarius: dicit enim quod aliqua possunt vicarii in absentia Episcopi quæ non possunt in præsentia: ut not. Dom. Abb. *in consi. 89.* facit *c. Romana. circa finem. de offi. or. in 6.* & quod notatur *in cle. quamvis. de fo. compe.* in verbo *diœcesanis.*

12. Dom. *in c. licet. de offi. vica. in 6.* quod vicarius Episcopi potest exercere illa quæ potest in præsentia Episcopi sicut in absentia præter illa quæ sunt à jure excepta: & si absentia Episcopi fuit causa finalis vicariatus Episcopo reverso finitur vicariatus. puta Episcopus volens peregrinari constituit vicarium simpliciter, certè finita peregrinatione, quæ fuit causa mandati finitur mandatum vicariatus. facit. *c. si pauper. & c. non potest. de præben. in 6. & l. actione. §. item si alicujus. ff. pro socio. & l. pe. C. de testa. mili. & C. de cura. furio. l. fi. & d. c. si quem. de procur. in 6.* & de procuratore ad negotia dato à Domino volente peregrinari quod revocatur finita peregrinatione, sed ubi absentia non esset causa vicariatus non finiretur per præsentiam Episcopi, ut de officiali qui jurisdictionem exercet in præsentia & in absentia Episcopi. *ut c. 1. §. item voluit.* in verbo *absentia. de colla. in prag.* & idem est dicendum si solitus esset habere vicarium in præsentia, & in talibus consideranda est principaliter intentio constituentis. *c petitio. de procur.* & ibi Doct. tamen si Episcopus & vicarius eadem hora idem corpus beneficii conferant, & non constat de prioritate datæ præfertur collatio Episcopi: ut tenet Feli. *in cap. ex parte decani. & in cap. capitulum. de rescrip.* collator dicitur absens, quando non est in eadem provincia. *l. fi. C. de præscrip. long. temp.*

Source : BIU Cujas

& c. placuit. §. *præscriptionum.* 16. *q.* 3. & *c. Romana.* §. *pe. de of. or. in* 6. vel etiam quando non est in civitate. *c. ubi periculum.* §. 1. *de elect. in* 6. *& cle. causam. eo. tit. de elect. & c. sua. de offi. vica.* vel etiam quando non est in diœcesi. *c. statutum. de præben. in* 6. *cle. quamvis. de fo. compe. & c. novit. de offi. leg.* tamen ille dicitur absens cum non est in civitate, vel villa, vel in continentibus ædificiis vel in suburbiis. *l. præsens. & l. sequenti. ff. de procura.* vel illud relinquitur arbitrio judicis quando dicatur præsens vel absens. *arg. l. prima. ff. de jure deliberan.* not. Hostien. *in c. relatum. de sen. excom.* Archi. *in c.* 2. *de testa. in* 6. Joan. And. *in c. cum nullus. de tempo. ordi. in.* 6. *cle. causam.* in verbo *remotis. de elec.* & bonus judex arbitraretur an esset in tali loco: ut facile possit adiri, vel non, faciunt notata *in authenti. de fide instru.* §. 1. *colla.* 1. & Bart. *in l.* 3. *ff. de duobus reis.* Bal. *in authen. hac ita. C. eo. tit.* & mortuo Episcopo non valet insinuatio sive præsentatio mandati facta suo vicario cum morte Episcopi cessat ejus jurisdictio. *arg. c. Romana. de offi. vica. in* 6. text. *in cle. fin. & ibi glo. & Doct. de procur.* & not. Jo. And. *in c. sua. de offi. vica.* & Doct. *in c. quoniam Abbas. de offi. deleg.* Dom. de sanct. Gemi. *in c. si Episcopus. de sup. neg. præla. in* 6. nec etiam ipse vicarius posset perficere causas etiam inchoatas. ut not. Spec. *tit. de judice ordinario.* §. 1. & ibi Bal. *in sua additione*: sed an sufficiat præsentare mandatum vel nominationes. capitulo mortuo Episcopo, & videtur quod sufficiat, cum gerat vices Episcopi sede vacante. *c. cum olim. & c. is qui. de majo. & obe.* facit. *c. eam te. de rescri.* & per mortem videtur Episcopus abesse: abest enim ea res quæ in rebus humanis non est. *l. mulieris.* §. *fi. ff. de verb. sig. c. si delegatus. de offi. deleg. in* 6. tamen contrarium est dicendum, videlicet quod ista insinuatio sive præsentatio debeat fieri collatori, aut ejus vicario: ut est tex. *in c.* 1. §. *statuit.* & etiam §. *item voluit. de colla. in prag.* sed sic est quod capitulum sede vacante non est collator beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi. *c. illa. ne sede vacante.* tamen forte valebit insinuatio facta capitulo: quia electus in Episcopum erat tunc de capitulo, & scivit insinuationem. ut est tex. *in d. c. eam te.* & ibi Doct. *de rescript.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XV.

1. *Electus in Episcopum an possit beneficia conferre.*
2. *Possessio an sit necessaria ad actum administrandi ubi Prælatus est confirmatus. num. seq. & 7.*
3. *Possessio parti adjudicata debet per Judicem decerni, nec potest propria authoritate apprehendi.*
   Fallit in usufructuario. num. 6.
4. *Administrandi potestas qualiter transit in Episcopum per electionem & confirmationem.*
5. *Electus in Papam an habeat potestatem administrandi absque confirmatione. num. 7.*

Rebuffus in tract. de Simo. in resig. distinguit si per resignationem obtineat, non potest conferre ante aditam possessionem sed resignas, si per obitum statim ab admissa à PP. resignatione potest conferre. I. a Et nota quod illa extravagans loquitur in promoto confirmato vel consecrato in Curia Papæ. C. M.

QUæro decimo quintò. An electus in Episcopum vel Prælatum possit beneficia conferre? & est dicendum quod non ante confirmationem. ut est tex. *in c. nosti. & in c. transmissam. & in c. qualiter. de elect. & in c. avaritiæ. eo. tit. in* 6. & dicit Dom Abb. *in d. c. qualiter. de elect. in* 6. *notabili.* quod per solam confirmationem potest quis se ingerere administrationi prælaturæ. & est ponderandum secundum eum quod ille tex. *in d. c. qualiter.* nihil dicit de installatione prius fienda: hodie tamen per extravagantem a Bonifacii *quæ injunctæ.* est provisum quod antequam habeat literas Apostolicas super sua promotione, non debet administrare, nec debet recipi ab Ecclesia tanquam præfatus: alias recipiens & receptus incurrunt pœnam ibi contentam. ex quo tempore Dom. Abb. infert quod licet pronuntiatus per Papam habeat rem certissimam de pronuntiatione, non per hoc potest aliquid administrare de bonis prælaturæ, nisi prius habeat literas Apostolicas, & dicit se semel fecisse istud servari: nam quidam pronuntiatus vicinus Curiæ volebat post pronuntiationem constituere vicarium in Ecclesia, quod facere non poterat secundum eum, tamen per illam pronuntiationem est verus Prælatus, quia litera sive bulla est de substantia probationis: non autem de substantia gratiæ suæ provisionis. ut notant Joan. And. & Arch. & ibi Dom. de S. Gem. *in proœm. sexti.* & Bal. *in l. humanum. C. de legi.* & Dom. Abb. *in d. c. qualiter. & in c. in nostra. de elect. & in c. nostra. de rescrip. & in c. cum venissent. de resti. spol. cum similibus.* ut not. Philip. Decius. *in rubri. de consti.* & in præmissis est inferendum quod si Papa transtulit prælatum absentem ad majorem Ecclesiam propter meritum personæ, ut communiter hodie fit, non videtur prima Ecclesia vacare à tempore pronuntiationis factæ per Papam, sed à tempore quo consensentit translationi: secus ubi Papa principaliter translationem illam fecisset propter utilitatem seu necessitatem Ecclesiæ: quia tunc incipit prima vacare statim à tempore pronuntiationis quod est valde notandum secundum Joan. And. post Joan. Mo. in regula *quod ob gratiam. de regu. jur. in mercurialibus.* ita etiam tenet & sequitur Dom. Abb. *in* 8. *notabili. in c. cum nobis olim. de elect.* ex quibus infero quod iste prælatus per Papam translatus eo absente ad majorem Ecclesiam propter meritum personæ antequam illi collationi consenserit beneficia primæ prælaturæ & alia quæ sunt jurisdictionis poterit exercere postquam illa prælatura non dicitur vacare. facit illud quod not. Dom. Abb. *in c. fi. in fi. de postu. præla.* ubi tenet quod in concilio Pisano cui præfuit Alexander Papa propter imprudentiam quorumdam summorum Pontificum fuit statutum, & ipsi Episcopi & Abbates non possent transferri inviti, nisi subesset causa evidens & rationabilis utilitatis Ecclesiæ: ita tenet Feli. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constitut.* & ita etiam fuit ordinatum in concilio Constantiensi. ut not. Dom. Abb. *in cap. cum pridem. de pactis.* & resolvendo istam materiam videtur quod ex sola confirmatione iste electus & confirmatus non adipiscatur potestatem conferendi: sed requiratur quod præcedat inductio in possessionem seu installatio. facit. *cap. ut nostrum. de offi. Archi.*

2. Ubi fit mentio de ista inductione in possessionem: quæ si non esset necessaria ad potestatem administrandi, non fuisset à jure inventa. facit. *c. in nomine Domini.* 23. *dist.* ubi dicitur quod si Papa non potest installari seu intronizari in urbe: potest tamen administrare: ergo à contrario installatio videtur necessaria ad actum administrandi. facit tex. *in c. si quis ordinatus. cum sequenti.* 92. *dist.* & solvendo istud contrarium Inno. & Hostien. Compost. & Jo. And. & communiter Doct. *in c. transmissam. de ele.* tenent quod inductio in possessionem non est necessaria: sed eo ipso quod quis est confirmatus vel habuit aliquid aliud loco

Source : BIU Cujas

confirmationis, ut puta quia fuit institutus seu provisus per superiorem de illa dignitate, potest in continenti administrare quantumcunque non fuerit apprehensus corporalem possessionem prælaturæ. facit. *d. c. transmissam.* in eo quod dicit quod ex quo ipse acceperat confirmationem suæ electionis, poterat administrare & jurisdictionem exercere. facit etiam tex. *in c. nosti. de elec. & c. qualiter.* ubi jura solum videntur exigere confirmationem ad potestatem administrandi: & ipsi respondent ad contraria quæ faciunt mentionem de installatione quod procedunt secundum consuetudinem locorum: nam ubi est consuetudo ut prius non administret, quam fuerit missus in possessionem, facienda est installatio vel secundum eos installatio est de solemnitate, non autem de substantia, sicut videmus in judicio: nam multa sunt de ordine substantiali: multa verò de solemnitate non substantiali: ut not. *in summa. 2. q. 1. cum similibus.* ut not. Dom. Abb. & ibi Feli. *in ca. cum I. & A. de re judi.* Quidam verò Doct. quos refert Dom. Abb. *in d. cap. transmissam.* tenuerunt contrariam opinionem, dicentes quod antequam Prælatus judicatur in possessionem prælaturæ, non potest administrare quantumcunque fuerit confirmatus seu institutus vel provisus. ut not. Arch. *in c. eum qui. de præb. in 6.* ubi etiam addit per illum tex. quod si propria authoritate quis apprehenderet possessionem prælaturæ, perderet jus quod haberet in eo: per illum text. in §. 1. & istam opi. tenuit. Dy. *in reg. 1. de reg. jur. in 6.* & Pet. de Ancha. *in reg. sine possessione. de reg. jur. in 6.* & motus quia confirmatio habet vim diffinitivæ sententiæ. *ut c. fi. de elect. in 6.*

3. Sed post sententiam diffinitivam non est licitum parti propria authoritate capere rem sibi per Judicem adjudicatam: sed oportet quod per istum judicem decernatur sibi possessio. *ut c. in literis. & c. quærenti de offi. deleg. & c. cum nostris. de concess. præb. & l. quæ restituere. ff. de rei vindi. & l. non est singulis. ff. de re judi.* facit. *cle. quamvis. de foro. compe.* ubi spirituale est in Episcopo expulso à sede sua, ut possit administrare juxta formam ibi traditam: ergo regulariter non existens in possessione prælaturæ non potest administrare: quia exercitium jurisdictionis dependet à possessione sicut perceptio fructuum, *ut l. bonæ fidei. ff. de acqui. re. do.* not. Inn. *in c. cum dilectus. de reli. do.* sicut in tutore & usufructuario quibus prælati æquiparantur. *c. 2. de donat.* & no. *in c. fi. de pigno.* sed usufructuarius non capit fructus nisi decernatur ei possessio. *l. 3. ff. de usufruct.* facit. *l. qui tutores. C. de admini. tuto.* Et reducendo istas duas opiniones ad concordiam, potest dici sic sequendo opinionem Do. Abb. *in d. c transmissam. de ele. col. 2.* quod aut alius est in possessione prælaturæ licet injustæ: & tunc non est licitum confirmato seu provisо administrare nisi prius inducatur legitimè in possessionem: quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria authoritate quod non licet. *c. eum qui. de præben. in 6.* qui tex. loquitur in violento possessore. *c. placuit. 16. q. 6. l. si quis in tantam. C. unde vi. & §. nedum talia. instit. de vi bono. rap.* not. Doct. *in c. per venerabilem. qui. fi. sint. legiti.* vel si prælatura vacat, ita quod nemo est in possessione illius tanquam Prælatus: & tunc est tenenda communis opinio, videlicet quod post confirmationem seu institutionem licitum sit administrare per jura superiùs alle. videlicet. *c. transmissam. c. qualiter. & c. nosti. de elect.* quæ solum faciunt mentionem de confirmatione. Ad idem facit tex. *in c. avaritiæ. eo. tit. de elect. in 6.* & nihil operaretur confirmatio, si de necessitate requireretur investitura ad potestatem administrandi. facit glos. *in cap. quanto. 63. distin.* quæ dicit quod per electionem datur potestas administrandi in habitu: post confirmationem verò datur in actum, unde confirmatio deducit potestatem quæsitam per electionem ad actum. facit glo. *in l. privatorum. C. de jurisd. om. ju.* ita tenent Domi. de Rota. *deci. 4. cum simi.* ut not. Feli. *in c. cum Bertoldus. de re judi.* Et circa istum articulum cogitavi eum expedire per casus.

Primus casus erit quando in loco est consuetudo ut confirmatus seu institutus vel provisus administret: & isto casu est servanda consuetudo. ut not. Dom. Abb. *in c. transmissam. de elect.* facit text. *in cap. in his. 11. dist.* not. Inno. *in c. literis. de resti. spo.* ubi dicit quod nisi fiat in loco solito non acquiritur aliqua possessio.

Secundus casus est, quando consuetudo habet simpliciter de installando: & tunc debet fieri installatio ex quo consuetudo hoc habet, sed non est de substantia potestatis administrandi, ex quo consuetudo solum habet ut fiat installatio. Nam videtur potius de solemnitate quam de substantia: sicut Missa Spiritus sancti in actu electionis: est enim de solemnitate: sed non de substantia: [a] ut not. Dom. Abb. *in c. quia propter. & in d. c. transmissam. de elect.*

[a] Sed per concilium Basilienſe existimatur de substantia, vi. decreti. *De elect.* C. M.

Tertius casus est quod aut subest consuetudo de non ministrando ante installationem, & etiam confirmationem: & in isto casu tenuerunt aliqui Docto. quod refert Inno. *in d. c. transmissam.* valere consuetudinem ut quis possit administrare ante confirmationem. sed ipse Inno. & Hostien. ubi suprà tenent contrarium. & ibi Dom. Abb. & mihi etiam placet. & ratio est, quia hæc consuetudo potest tendere in maximam perniciem Ecclesiæ: quia nonnumquam indignus dilapidaret bona Ecclesiæ administrando ante approbationem factam per superiorem. facit. *c. 1. de consue.* Item frangitur bonum obedientiæ & nervus Ecclesiæ disciplinæ contra. *c. cum inter. de consue.* Et pro hac opinione quod non valeat consuetudo optimè facit quod not. *in c. cum venerabilis. de consue. & c. avaritiæ. de elect. in 6.* sed in istis collegiis secularibus tenuit Bal. *in authen. habita. C. ne filius pro patre.* & ita de facto practicatur in electione rectoris. ut not. Do. Abb. *in c. transmissam. de elec* tamen alio modo est dicendum in dignitatibus habentibus curam animarum, quod aut consuetudo tribuit plenum jus electo ex sola electione ita quod ipsa electio habet vim provisionis, seu electionis, & confirmationis: & tunc valet consuetudo. Nam poterunt electores præscribere istud jus eligendi. *argu c. cum dilectus. de consue.* Ita tenet Dom. Abb. *in c. nihil. col. 5. versi. aut dubito. de elec.* aut consuetudo habet ut electus administret ante confirmationem quam tamen tenetur à superiore petere: & tunc non valet talis consuetudo, quia potest esse damnosa Ecclesiis: quia nonnumquam contingeret quod indignus administraret. & sic habet locum. *d. c. cum venerabilis. de consue.*

Quartus casus est quando nulla subest consuetudo, & tunc est dicendum quod aut alius est in possessione prælaturæ licet injustæ. & tunc non est licitum confirmato seu provisо administrare: ita quod beneficia non poterit conferre nisi prius inducatur legitimè in possessionem: quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria authoritate, quod non licet. ut not. Dom. Abb. *in d. c. transmissam. de elec. per cap. eum qui. de præb. in 6.* qui tex. etiam loquitur in violento possessore. *c. placuit. 16. q. 6. l. si quis in tantam. C. unde vi. & §. nedum. insti. de vi bono. rapto.* aut prælatura vacat, ita quod nemo est in possessione illius tamquam Prælatus, & tunc post confirmationem, seu institutionem, vel provisionem antequam adeptus fuerit possessionem, dum tamen habeat literas suæ provisionis licitum sit ei administrare ut beneficia conferre, & vicarium creare, & alia exercere: & sic habet locum illud quod not. Do. Abb. *in c. nosti. & in c. transmissam. de elect.* Et respondendo ad contraria primo *ad c. in nomine Domini. 23. dist.* ut respondet Inno. *ubi suprà*, quod à contrario ibi colligitur, quod potest Papa administrare antequam intronisetur: & quatenus facit mentionem ille tex. de intronisatione habuit

Source : BIU Cujas

respectum ad consuetudinem, quia secus esset de jure. *ut capit. licet. de elect.*

5. Ubi colligitur quia eo ipso quod quis electus est in Papam consequitur plenam potestatem administrandi.

Nunc restat ut respondeam *ad c. si quis. 92. dist.* qui tex. loquitur non de potestate administrandi in Ecclesia, ad quam fuit deputatus: sed in Ecclesia ad quam se transtulit. & ibi loquitur, quando non potuit habere possessionem de facto: & eodem modo potest responderi ad *clemen. quamvis. de fo. compe.* per locum à speciali: procedit enim in expulso, & sic quando alius est in possessione: nec etiam obstat quod dicitur quod confirmatio habet vim sententiæ, illud verum est in favorem electi, alias autem non per omnia æquiparatur sententiæ, quia sententia fertur inter litigantes, & quando actor petit rem alio possidente: sed nos loquimur quando vacat prælatura: ita quod confirmatus non intendit alicui vim inferre: nam sicut liceret Domino propria authoritate intrare in rem suam vacantem & capere inde fructus. ut not. Innocen. *in cap. querelam. de elect.* ita licere debet confirmato qui habet titulum propria authoritate intrare in possessionem, & administrare ibona prælaturæ.

6. Item non obstat quod dicebatur de usufructuario: quia cùm Dominus habeat possessionem, non debet ipse propria authoritate possessionem apprehendere. Idem ad id quod dicitur de tutore, dic quod major est potestas prælati quam tutoris: ut est glos. *in c. fi. 5. q. 3.* & illud quod dicitur de prælaturis, idem est dicendum de aliis beneficiis inferioribus. ut not. Inno. & Dom. Abb. *in dicto c. transmissam. de elect.*

7. Item in quantum dicebatur suprà, quod electus non confirmatus non potest beneficia conferre. Istud fallit in Papa, quia Papa habet plenum jus ex sola electione, quia non habet superiorem à quo petatur confirmatio electionis. *c. licet. de elect.* & not. Dom. Abb. *in c. nihil. de elect.*

Secundò fallit in casu illius. *c. nihil.* in electo ab omnibus de capitulo cujus confirmatio spectat ad Romanum Pontificem ante confirmationem poterit conferre: & ea quæ sunt jurisdictionis exercere, quando est ultra montes à Curia Romana. ut est text. *in dicto c. nihil.* & idem ibi dicit Dom. Abb. quod ubicumque concurrunt distantia locorum saltem tanta quanta est à Romana civitate usque ad terminos Ecclesiæ semper habebit locum ille tex. ita quod Itali gaudent privilegio illius capituli, quando Papa est ultra montes puta in Gallia, aut in alia provincia ex paritate rationis.

Tertiò fallit in electione Abbatissæ, ut est text. *in c. indemnitatibus. §. si vero. de elect. in 6.*

Quartò fallit in electione Imperatoris, ut hodie est introductum, ut electus possit immediatè administrare: ut not. glos. *in cle. Romani. de jurejur.*

Quintò fallit, quando consuetudo tribuit plenum jus ex sola electione: ita quod ipsa electio habet vim provisionis, seu electionis, & confirmationis, & tunc valet consuetudo: nam poterunt electores præscribere istud jus eligendi, ut not. Dom. Abb. *in d. c. nihil. col. 5. de elect.* facit glos. *in c. 1. verbo colorato. circa medium. de pacificis possessoribus. in prag.* & de effectu confirmationis vide Barto. *in suo tract. de Episcopo. in lib. 3. in 4. parte secundæ principalis.* in verbo *de effectu confirmationis.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XVI.

1. *Collatio beneficiorum ad quem spectat mortuo collatore.*
2. *Carere idem est dicere sicut non habere, & privationem inducit.*
3. Habere *verbum inducit effectualem impletionem.*
4. *De Episcopo an solus populus possit providere.*
5. *Ecclesiæ cathedrali carenti clero & populo nullus potest providere absque licentia Papæ.*
6. *Collegii appellatione an veniat Prælatus.*
7. *Capitulum & Prælatus fiunt diversimodè, & qui veniant appellatione capituli.*
8. *In capitulo an habeant vocem omnes beneficiati Ecclesiæ.*
9. *Archidiaconus an sit de capitulo.*

QUæro decimo sextò. Si Prælatus ad quem spectat jus conferendi moriatur, quis illa beneficia poterit conferre? & notant Doct. *in clemen. in plerisque. de elect.* & Archi. *in c. cum sumus. 9. q. 3.* ubi tenent quod jus conferendi devolvitur ad proximum superiorem: unde propter negligentiam collegii vel mortem omnium de collegio jus providendi devolvitur ad eum qui habebat potestatem confirmandi electum, sive sit Episcopus, sive sit alius Prælatus: ita quod patrono mortuo sine hærede jus providendi devolvitur ad illum, ad quem pertinebat institutio: ut est glos. valde notabi. & ibi Docto. *in clemen. 1. in verbo provisionem. de sup. negligen. præla.* ita tenet & sequitur Dom. Abb. *in c. 1. 2. col. ver. quæro quid si omnes de collegio. de elect.* & dixit tex. *in clementi. in plerisque. de elect.* quod Ecclesia cathedralis carente clero & populo Christiano provisio illius Ecclesiæ spectat ad Papam: & ex illo text. inferunt Doct. quid si habet alterum tantum. glo. ibi in verbo. *populo* & disputat & alii Doct. post eam. & primo quod non sit locus illius *clementi. in plerisque.* facit illa regula generalis, in qua dicitur quod ad veritatem copulativè requiritur utramque partem esse veram. *digestis de verbo. oblig. l. si quis ita. & §. penulti. instit. de hæred. instit. & c. 2. de rescrip.* ergo ut sit locus. *d. clemen.* expedit ut Ecclesia careat utroque. Nam copula, & *in d. cle. in plerisque.* bis repetitur, quia primò dicit *clero & populo Christiano:* secundò dicit *clero & subditis Christianis.* facit *l. si hæredi. ff. de condi. instit. & de leg. 3. l. ea tamen. & c. is qui. de elect. in 6.* Facit etiam quod si aliter diceretur quod non requireretur, ut careat utroque, non esset differentia inter conjunctivam & disjunctivam: & idem esset quod textus diceret carenti clero & populo: ac si diceret clero vel populo: quod esset absurdum. *cap. inter cæteras. de rescript. & c. ex literis. de sponsa. & ff. de lega. 3. l. non aliter.* & standum est per illa jura propriæ significationi. *c. ex literis. de sponsa.* & contra propriam significationem est, ut copulativa habeat vim disjunctivæ, & absurditates quæ sunt impropriæ tales sunt excusandæ non sequendæ. ut notant *in cap. præterea. de verb. signif.* & ibi glos. facit etiam quia si Ecclesia habet clerum tantum, vel habet populum tantum: absurdum est quod non provideatur ipsi. per clerum, quæ ratio, ut dicit glos. *in d. clemen. in plerisque.* multum urget in contrarium: quia debet attendi mens conditoris qui voluit præcludere viam improvidæ provisioni

Source : BIU Cujas

superiorum, & temeritati petentium, & hæc imprudentia & temeritas sic locum habere possunt: & facilius in Ecclesia habente clerum tantum vel populum, quam carente utroque: mens autem præferenda est verbis. *l. scire. §. aliud. ff. de excu. tuto. ca. si postquam. de elect. in clemen. Romani. §. verum. de jurejur.*

2. Item quia carere idem est quod non habere, sed si dixisset si Ecclesia non habeat clerum & populum, requireretur quod haberet utrumque. ut no. Docto. in *d. clemen. in plerisque.* & facit illa ratio de copulativa quæ requirit utramque partem per jura superiùs alleg. facit. *c. eam. de æta. & quali.* & clerus & populus non copulantur ibi simpliciter si inter ea ponitur verbum *carentibus. in princi. ibi. clero carentibus & populo Christiano.* & post circa finem: ibi. *clero careat & subditis Christianis:* unde potest esse sensus clero careat, scilicet quantum & post copulam, & sequentem repetetur relativum *quæ*, præcedens, ut sit sensus: quæ Ecclesia careat populo & subditis Christianis si tantum, & sic illa duo distributivè ponuntur: quia melius intellectui conveniunt. *arg. c. ut privilegia. circa fi. de privi.* & glo. *ubi sup.* tenet primam partem, licet dicat quod tex. in *d. cle. in plerisque.* egeret declaratione. & ibi Pau. dicens quod verbum *careo*, inducit privationem, quæ cum requiritur in duobus conjunctis non perficitur altero habito.

3. Sic verbum *habeo*, inducit effectualem impletionem *ff. de ver. sign. l. nomen filiarum. §. habere.* qui non est nisi utrumque habeatur: & sic verbum *carere* & verbum *habere* non important idem si de duobus conjunctim proferantur: sic dicimus quod in alternativo negato neutrum fieri debet: & in affirmativo propter disjunctivam sufficit alterum. *c. 1. de mutu. petit. c. in alternativis. de reg. jur. in 6.* & non idem significat carere & non habere, patet: si enim dico careo filio & filia: si habeo filiam non careo utroque: sed Gensel. in *d. clementi. in plerisque.* tenet primam partem contrariam per rationes pro illa parte factas. *l. cum ejusdem. ff. de ædil. edi.* ubi vendit Comœdos qui recitant Comœdias simul fuit constitutum pretium pro pluribus simul, quia erant ejusdem officii, si unus est morbosus rescinditur venditio: licet secus esset si pretium fuisset constitutum pro singulis singulariter consideratis: pro quo etiam facit in aliis jumentis paribus: & idem in casibus similibus. *ut d. l. plerumque. l. si plura. & l. ædiles. §. si jumenta. & §. si forte. & §. cum autem.* ut locus sit huic præcepto sufficit quod subtrahatur altera de qualitatibus: vel quod Ecclesia non habet populum vel quod non habet clerum. facit quod notat Archi. in *cap. si forte. de ele. in 6.* ubi si expositus examini: de quo ibi docuerit oppositiones, veritate destituit puniendus est opponens: & si quis opposuit plura, & probat aliqua, sed non omnia locus est pœnæ & sic dicit clarè sonare tex. & ibi dicit Jo. An. quod non est sibi clarum, & quod illa dubitatio incidit in aliam contra Archi. *ubi sup.* pro eo quod tenet glo. & Pau. *ubi sup.* sed opi. Archid. præsupposita pro vera. facit. *cap. 2. & c. olim. de rescript.* & est similis dubitatio. ut *in clemen. sæpe. de verb. sig. in prin. in verb. figura.* ubi glos. non facit differentiam an verba illa simpliciter de plano, &c. ponantur cum copula an sine. quod facit pro opinione Genselini secundum quem ad contraria respondet Car. in *d. cle. in plerisque.* & primo de copula quæ habet vim disjunctivæ, ut sæpe fit. *d. c. 2. de rescrip.* & ad illud de proprietate non sequenda dicit quod frequenter fit interpretatio contra propriam significationem verborum, ubi res salva esse nequit juxta mentem proferentis. ut notatur in *c. intelligentia. de verbo. signi. ad tertium.* de absurdo quod non est providere Ecclesiæ si habet alterum tantum, dicit quod illud cessat in constitutione prohibitoria, & pluribus consideratis ut conjunctis, vult dicere quod non debemus extendere istam prohibitionem extra suos terminos, & absurdum.

4. Dic quod Papa, vel alius de ejus mandato poterit tali Ecclesiæ providere. Bertran. distinguit: quia aut Ecclesia caret clero tantum, aut populo Christiano tantum: si clero tantum habet locum hæc prohibitio, quia populus solus non potest providere de Episcopo, nec Metropolitanus nisi in casibus à jure expressis & permissis, ut per devolutionem ratione negligentiæ, *ut suprà eo. ne pro defectu.* quæ negligentia non cadit ex quo Ecclesia non habet clerum qui possit eligere: si autem caret populo & non clero, quia clerus qui ante habuit jus eligendi potest eligere, quia electio spectat ad clerum, non autem ad populum. *de elect. c. Ostium.* & sublatis omnibus de clero præter unum, solus retinet jus eligendi. *de postu. c. 2.* hæc procedunt secundum eum quod Ecclesia prius erat Episcopalis, secus si nunquam fuisset ibi Episcopus, quia tunc prima institutio Episcoparus spectat ad Papam. *c. de locorum. de consecra. dist. 1.* facit *c. nisi. & c. quod translationem. de offi. lega.* facit. *c. cum inferior. de majo. & obe. c. primum. ne sede vacan. & c. sicut unire. de excess. prælato.* quod ibi notatur: quando autem ab initio Ecclesia habuit Episcopum recedentibus parochianis, aut recedunt animo nunquam redeundi, & desiuit esse parochialis, & cathedralis, aut animo redeundi & non desinit esse. ut no. Card. in *d. clemen. in plerisque. de elect. & ibi per eum.* & ita tenet glos. *in cap. 1. circa prin. in verbo Episcopatuum. de electio.*

5. Ubi tenet quod sine speciali licentia Papæ nullus providere potest Ecclesiæ cathedrali clero carenti & populo, ut *dicta clemen. in plerisque.* nec alius à Papa providet Trevirensi & Colonienſi Ecclesiis. *can. 4. porro. suas. 63 dist.* ubi dicit gl. quod idem est in Ecclesia Ravennatensi, nec quatuor parochialibus sedibus alius potest providere quam Papa quamdiu sunt in potestate infidelium, aut schismaticorum, ut est tex. *in extravagan. Bonifacij VIII. incipiente sancta Romana.* ita tenet Joan. An. in *d. cle. in plerisque.* ubi tenet quod quamdiu schisma durat ipsis vacantibus ad electionem, postulationem, vel provisionem quovismodo procedi non potest, nisi prius ad notitiam sedis Apostolicæ deducatur: & hinc est quod si unus solus in collegio remanserit jus providendi sive eligendi residet in uno omnibus aliis mortuis. *ca. gratum.* & ibi gl. & Dom. Abb. *de postu. præla.* & no. Dom. Abb. & alii Docto. in *c. 1. titu. de electio.* & ad esse collegii non requiritur de necessitate prælatus. *arg. l. primæ. ff. quod cujusque universitatis.* & Innoc. in *c. cum non ignores. de præben. & dignita.* quia licet habere caput sit de signis collegii, non sequitur tamen quod si ibi non sit caput quod non possit esse collegium. & hoc intellige de capite speciali, quia non posset esse sine capite generali, puta Episcopo vel Papa: alias esset universalis Acephalas, contra jura in *c. nulla. 93. dist.* & no. Dom. de sancto Gemi. in *c. statutum. de ele. in 6.* & Bald. in *authenti. habita. C. ne filius pro patre.* ubi reprobat dictum Inn. quod potest salvare isto modo.

6. Item prælatus non est propriè de collegio, nec venit appellatione collegii, ut est gl. notabilis. & ibi Doct. *de æta. & qualita. in clemen. 2.*

7. Quia Prælatus & capitulum sunt diversa. *de his quæ fiunt à Præla. c. 1. & c. novit.* facit. *c. requisisti. de testa.* & Joan. An. in *cap. post electionem. de concess. præben.* & præmissa sunt vera in odiosis, secus in favorabilibus: quia appellatione capituli bene veniret Prælatus sicut appellatione familiæ venit Dominus. *ff. de verborum significatio. l. familiæ.* & appellatione exercitus venit Dux vel Princeps belli. *ff. de his qui not. inf. l. 2. in prin.* & Præses venit appellatione Decurionum. *ff. quando appellare sit necesse. l. 1. §. & si Præses.* & nomine Monachorum venit Abbas. *ca. fina. de simonia. & c. ex ore. de privile. & d. c. post electionem. de concess. præben.* ubi appellatione capituli venit Decanus sic intelligit Dom. Abb. ibi quod principalis Prælatus Ec-

Source : BIU Cujas

cleſiæ qui eſt ejus caput, & habet juriſdictionem in illos de collegio, ſicut Epiſcopus vel Abbas non venit appellatione collegii, cum jus Prælaturæ ſit diſtinctum à jure capitulari : ut *d. c. requiſiſti. de teſtamentis.* & inferior Prælatus puta Decanus in Eccleſia cathedrali bene veniret per *dictum ca. poſt electionem. de conceſ. præben.* contra illud quod notat Dom. Abb. in *c. 2. de inſti. & in c. dilecti. de maiorita. & obedien.* ubi tenet quod inſpecto jure communi ſolum habentes jus Canoniæ ſunt de capitulo. ut *d. c. fi. §. præcipimus. de ſta. Mo.* & Inno. in *d. c. 2. de inſtit.* Joa. Archidia.

8. Et alii Prælati inferiores, & alii beneficiati in Eccleſia cathedrali, niſi habeant canonicatum, non ſunt de capitulo nec habent vocem in capitulo, ut no. Do. Abb. de habentibus perſonatum vel dignitatem. *in c. cum inter univerſas. & in c. ſcriptum. de elect.* & de capellanis qui non ſunt de capitulo, nec habent vocem. no. Dom. Abb. per illum tex. in *c. Cumana. de elect. & in c. penult. de cle. non reſiden.* facit. *cap. fi. de præben. in 6.* & ibi Dom. de ſancto Gemi. & in *d. c. dilecti.* ubi ſpiritualis fit mentio de Archidiacono & capitulo : ſi enim Archidiaconus fuiſſet incluſus in capitulo, non debebat de eo fieri mentio ſpiritualis : & ibi admittitur non tanquam pars capituli, ſed pro intereſſe ipſius Eccleſiæ cathedralis. facit. *c. ad hæc. de off. Archi. & c. 1. & 2. & quaſi per totum. de off. Archipresby.* in quibus iſtorum inferiorum ponitur officium. nec videtur quod debeant ſe impedire de factis capitularibus : & jura dicunt quod Epiſcopus & canonici faciunt unum corpus, ita quod Epiſcopus eſt caput & canonici membra. *cap. novit. & c. quanto. de his quæ ſi. à Prala.*

9. Nil autem dicitur de Archidiacono aut aliis habentibus inferiores dignitates in hujuſmodi Eccleſia cathedrali. idem no. Car. Floren. in *d. cle. ut hi qui. de ætate & quali.* & ibi Pau. facit tex. in *c. eam te. de reſcrip.* qui tex. facit pro & contra an Archidiaconus ſit de capitulo dicit Dom. Abb. in *cap. poſtulaſtis. de conceſ. præben.* quod caput non eſt de capitulo per jura ſuperiùs allega. facit tex. & ibi gl. & Docto. in *c. à collatione. de appellatio. in 6.* & Dom. Abb. in *cap. auditis. de electio. & in c. cum olim. de re judica.* & ibi glo. & Doctores. & ſi canonicus eligatur ad dignitatem quæ ex conſuetudine habeat vocem in capitulo debeat habere duas voces : unam ratione dignitatis, aliam ratione ſimplicis canoniæ. & ibi notant Doctores quod recurrendum eſt ad conſuetudinem. & pro ornamento iſtius articuli Abbas aut Prior conventualis dicitur Prælatus facit. *c. 1. de ætate & qualitate. & c. 2. de judi. & cap. indemnitatibus. de ele. in 6.* ubi probatur quod Abbates habent dignitatem : & de Priore conventuali facit *cle. & ſi principalis.* & ibi Joan. de Ligna. & Car. *de reſcrip. & in clem. 1. de ele.* & Dom. Abbas, & ibi Feli. & Dom. Phil. Decius in *c. decernimus. de jud. & in c. cum ab Eccleſiarum. de off. ord.* facit. *c. congregatio. 16. q. ulti. & c. cum terra. & c. 1. de elect. & c. nobis. de jure patrona. & c. cum dilectus. de conſuetudi.* & quod dictum eſt de conventu illud eſt intelligendum ſanè. Nam ſi unum Monaſterium ſubeſt alteri Monaſterio vel ab Epiſcopo noſcitur dependere Abbas Prior vel monachi illius monaſterii ſubditi vel dependentes non habebunt vocem in electione Abbatis ſeu Prioris monaſterii ſuperioris, licet etiam ad illud monaſterium ſuperius poſſunt liberè revocari per jura allegata ſuprà : tamen ſi conſuetudo eſſet in contrarium, valeret & eſſet ſervanda. *arg. c. cum dilectus. de conſue. & c. ſcriptum. & c. cum Eccleſia. de ele.* notant Doct. in *c. volentes. de privileg. in 6.* quæ conſuetudo non tollitur. *clemen. ne in agro. §. ſanè. de ſta. mona.* & ibi Joa. And. per quod patet quod Priores Prioratuum qui ſunt extra monaſterium, vel monachi ſtantes in iſtis Prioratibus non ſunt de conventu monaſterii principalis. no. Henri. in *in d. c. 1. de elect.* & Docto. in *cap. fi. de reli. do.* & ſic reſolvendo & concludendo eſt dicendum quod ſi proviſio ſive collatio beneficii ſpectat ad aliquem Prælatum eo mortuo jus conferendi devolvitur ad proximum ſuperiorem, ut ſuprà fuit dictum, & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XVII.

1. *Collationes ubi ad plures ſpectant ſi plures conferant, an requiratur major pars cujuslibet corporis.*
2. *Capitulum non poteſt dici ubi non eſt major pars.*
3. *Ad officium unum plures deputati ſunt omnes loco unius.*
4. *Pars major requiritur quod interveniat quando duo corpora requiruntur ad aliquid applicandum.*
5. *Rector univerſitatis ad eligendum notarium tantam habet vocem ſicut tota univerſitas.*
6. *Electio non valet niſi major pars interveniat.*

QUæro decimo ſeptimò. Quando jus conferendi & providendi pertinet diverſis corporibus, an requiratur major pars cujuſlibet corporis in collatione, vel ſufficiat major pars omnium de illis corporibus. & dicit Dom. Abb. per illum tex. in *c. ſcriptum. in 3. not.* quod ubi diverſa corpora conjunguntur in unum ad aliquem actum explicandum non ut diverſæ univerſitates : ſed faciunt unum corpus, computantur voces per capita, & non ſecundum corpora. & in hoc ſecundum eum tene benè menti illum tex. in *d. c. ſcriptum.* ubi enim conveniebantur tria corpora erat ibi capitulum per ſe. Item univerſitas Prælatorum Eccleſiarum conventualium & Præpoſiti. & tamen ad validitatem electionis non requiritur major pars corporum, ſed conſideratur numerus ſingulorum quod non contingit ex alio niſi quia non conveniunt ut diverſa corpora : ſed ut faciunt in hoc actu unum corpus : ſimile eſt dicendum cum conveniunt homines diverſorum officiorum vigore alicujus ſtatuti ad aliquid explicandum : nam ſi conveniunt in illo actu uti unum corpus ſatis eſt habere majorem partem ſingulorum, licet non conveniat major pars ipſorum corporum : ſecus ſecundum eum eſt dicendum, quia diverſa corpora convenirent ad aliquem actum explicandum tamquam corpora diverſa : non autem ut faciant tunc unum corpus. Nam ad validitatem actus non ſufficit tunc major pars ſingulorum : ſed oportet quod conveniat major pars ipſorum corporum : ut ſi ſunt tria corpora conveniat ſaltem major pars duorum corporum. pro hoc facit bonus tex. juncta glo. & ibi Doct. in *c. paſtoralis. in 1. reſpon. de reſcrip.* ideo dicit Joa. An. in *d. c. ſcriptum. de ele.* quod ſi electio ſpectaret ad certum Prælatum pro tertia parte, & ad capitulum pro alia tertia parte, & ad clerum civitatis pro reliqua tertia parte : non ſufficit ad validitatem electionis quod electus habeat totum clerum & minorem partem capituli : licet Epiſcopi ſint plures numero, & quia in hoc exemplo non concurrit niſi una vox, quia clerus totus non habet niſi unam vocem : capitulum vero aliam.

Source : BIU Cujas

2. Sed non potest dici capitulum ubi non est major pars. ut *in c. 1. de his quæ fiunt à ma. parte ca.* & secundum eum si Prælatus & major pars capituli eligeret unum, & clerus cum reliqua parte capituli eligeret alium, valeret electio facta à Prælato : & à majori parte capituli, licet in numero personarum illi essent pauciores aliis, quia ut sup. fuit dictum in isto casu habetur respectus ad corpora, & non ad capita personarum & idem dicendum hodie in Concilio generali: nam proceditur per nationes, & sic per corpora : non autem per capita. oportet enim ad validitatem actus secundum Dom. Abb. *ubi sup.* quod concurrat major pars nationum. licet forte in majori parte nationum essent pauciores numero, ut quia fortè aliæ nationes dissentientes sunt plures in numero personarum, & hoc est benè notandum secundum eum, & ex variis autem circumstantiis poterit comprehendi an isti conveniant ut diversa corpora aut ut facientes unum corpus. si enim dantur voces in unum non potest dici nisi ut conveniunt tamquam unum corpus sicut in casu electionis. *d. c. scriptum.* aut in casu collationis. gl. in *c. sicut. de ele. in 6.* vel in casu præsentationis. ut no. Dom. Abb. in *c. quoniam. de jure pa.* & ex his infertur per glo. sing. in verbo. *plures. in ca. pastoralis. in prin. de rescrip.* & ibi Doct.

3. Quod deputati ad unum officium sunt omnes loco unius, & ideo si habent convenire cum deputatis ad aliud officium, cum illi etiam sint loco unius non statur majori parti numero personarum si plures sunt in uno officio quam in alio. & ibi *glo. in fi.* videtur hoc aliquatenus limitare. & Vincen. hic multum instat. sed Compost. cujus dictum communiter approbatur & est verissimum dicit semper eumdem fore ad arbitros nisi saltem major pars judicum cujuslibet rescripti conveniat, exemplum si sunt deputati tres judices in quolibet rescripto, non statur eorum diffinitioni nisi saltem duo judices unius rescripti conveniant cum duobus alterius rescripti : nam si haberetur major pars cujuslibet rescripti per consensus, haberetur interpretativè consensus omnium : quia quod facit major pars omnes facere videntur. *ut c. 1. de his quæ fi. à ma. par. ca. gl. in c. cum inter canonicos.* quæ ibi singulariter commendatur per Dom. Abb. *de ele.* facit : lex *refertur. ff. de reg. jur.* non autem sufficeret quod unus ex judicibus unius rescripti conveniat cum tribus alterius rescripti : quia licet hoc casu esset major pars alterius rescripti, quia ille unus pro nihilo reputatur : ex quo major pars rescripti remansit in contradictione : & sic limitatur glos. *ibi circa. fi.* per Doct. in *d. c. pastoralis.* alias malè diceret.

4. Ex quibus ibi infert Dom. Abb. unum dictum valde singulare quod alibi non ita benè probatur, videlicet quod quando conveniunt duo corpora ad aliquid explicandum non sufficit habere majorem partem personarum, sed requiritur major pars cujuslibet corporis. Et ratio est, quia non potest dici quod illa corpora hoc fecerint nisi habeatur major pars utriusque. & ita etiam firmat ibi per no. Dom. An. no. Jo. in *cap. unico. ne sede vacan. in 6.* & ibi gl. ordinaria quod si Episcopus & capitulum habent aliquid agere non valet actus nisi cum Episcopo concurrat major pars capituli sicut non sufficeret major pars capituli sine Episcopo quia veniunt duo corpora separata. ut no. Dom. Abb. in *d. c. pastoralis. in prin. de rescrip.* ita etiam sentit Jo. An. & ibi alii Doct. in *c. statutum. de elect. in 6.* ubi præmissa limitat : videlicet nisi ubi convenirent duo corpora in unum ut ad illum actum facerent unum corpus, quia tunc statur judicio majoris partis personarum : & ita limitat dictum præcedens, ponendo exemplum in studio Bononiensi : ubi Artistæ faciunt corpus per se, & Juristæ per se, & quandoque in factis concernentibus studium conveniunt ambæ universitates : nam tunc constituunt unam universitatem & non duas ratione materiæ subjectæ : tunc enim staretur judicio majoris partis personarum & hoc sentit Bar. in *l. fi. ff. de colle. illi.* & Dom. Abb. *ubi sup.* dicit quod etiam est dicendum in civitate Senensi quod si in factis concernentibus totum studium convenirent Doctores & scholares, hoc casu faciunt unam universitatem, & staretur judicio majoris partis personarum quod est menti tenendum : & istud secundum Dom. Abb. *ubi suprà* ex variis conjecturis, ac ex verbis statuti & materiæ subjectæ potest discerni utrum conveniant ut corpora separata an faciant unum corpus. Ita tenet Dom. Abb. in *d. c. pastoralis. de rescri. in fi. principij.* & quando Episcopus habet interesse in capitulo in decisione alicujus actus, quod si interest ut canonicus habet vocem sicut quilibet canonicus, nec vox sua prævalet licet sit ponderosior ratione dignitatis suæ. *c. dudum. in prin. de ele.* ita tenet Hostien. & Dom. Abb. in *c. postulastis. de concess. præben.* quod est bene notandum secundum eos : quia licet in prima collatione sit aliquis Prælatus, puta Episcopus tamquam unus de collegio exemplum in universitate scholarium : nihilominus vox ipsius Episcopi est ponderosior ratione dignitatis. *d. c. dudum.* ex quo notandum est quod non omnino est ibi ut singularis de collegio : si verò interest ut Episcopus tunc secundum Host. in *d. c. postulastis.* tantam vocem [a] haberet, ipse solus Episcopus quantum haberet totum capitulum : ita quod si Episcopus habet secum saltem unum canonicum prævalet quicquid ipse facit, tamen istud idem Hostien. restringit ad ea quæ pertinent ad Episcopum cum consilio capituli seu consensu : secus secundum eum in his quæ pertinent ad Episcopum & capitulum, licet simul. & quicquid ipse dicat, dicit Dom. Abb. in *d. c. postulastis.* quod communiter tenetur oppositum, & ubi Episcopus debet habere consensum vel consilium capituli oportet ad hoc ut actus teneat quod habuerit saltem majorem partem capituli : & fortius hoc habet locum ubi actus pertinet simul ad Episcopum & capitulum, ut probatur in *c. tua. & in c ea noscitur. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capituli. & nota in c. 1. ne sede vacan. li. 6.* & istud probatur ratione : non est capitulum ubi est minor pars. glos. per illum tex. in *c. cum inter canonicos. de elec.* si ergo Episcopus debet habere consensum vel consilium capituli vel actus pertinet simul ad Episcopum & capitulum, non potest dici quod Episcopus habuerit capitulum nisi saltem habuerit secum majorem partem. ut tener Jo. An. in *c. penul. de appel. lib. 6.* & Fede. de Senis *in suis consiliis* quem refert Dom. Abb. *ubi suprà.* ex quibus infert quod si Episcopus interest capitulo, ut Prælatus & canonici sunt viginti, non sufficit quod habeat secum decem : quia non haberet majorem partem capituli : secus si ipse Episcopus interesset ut canonicus, quia tunc computatur in numero ut canonicus & si essent undecim. ut no. Dom. Ab. in *d. c. postulastis. de concess. præben. circa finem.* & dicit Dom. Abb. in *c. 1. circa fi. de parochiis & aliis parochianis.* quod quando partes divisæ conjunguntur ad faciendum certum actum, statur judicio majoris partis totius corporis : non autem requiritur major pars cujuslibet partis. facit bonus tex. in *d. c. scriptum. de elec.* licet tex. videatur in oppositum in *d. cap. pastoralis. in prin. de rescrip.* sed potest dici secundum eum quod in casu. *d. c. pastoralis.* non conjunguntur ambæ partes ut faciant unum corpus sicut conjunguntur. in *d. c. scriptum. de elect. & in c. 1. de parochiis.* ex quo infertur illud quod suprà fuit dictum quod si scholares Juristæ & Artistæ conveniunt simul ad aliquod expediendum sufficit judicium majoris partis omnium : non autem requiritur major pars Juristarum, & major pars Artistarum loquendo in illo casu ubi Artistæ faciunt universitatem *de per se* : habentes etiam per se rectorem ut Bononiæ, Paduæ, Papiæ. & in hoc casu non contineret dubium cum semper faciunt unum corpus, & habent unum caput & duo corpora confusa in unum

[a] Falsum. C. M.

Source : BIU Cujas

habent exercere actum. ita quod non remanent ambo integra, tunc ſtatur majori parti reſpectu omnium perſonarum in ſimul unitarum: ſecus quando plura corpora quorum unum in aliud non confunditur, junguntur quia oportet quod habeatur major pars utriuſque corporis conſiderando utriuſque partis utrumque corpus. ut no. gloſ. & ibi But. Imo. Dom. Abb. And. Barba. & Feli. in *d. cap. paſtoralis. de reſcri.* Ita etiam tenet Bal. in *l. ſi ad ſcribatum. ad ſi. C. de appell.* ubi tenet quod quando actus debet expediri à duobus collegiis non ſufficit major pars jungendo unum collegium totum cum minori parte alterius: licet requiritur major pars utriuſque, quia minor non reputatur membrum collegii. & dicit Dom. Abb. in *ſuo conſi.* 58. *alias.* 57. *in* 1. *vol.* quod ſi Papa mandat Epiſcopo ut aliquid expediat cum conſulibus populi, non ſufficit quod Epiſcopus cum aliquibus faciat majorem partem: ſed requiritur major pars ipſorum conſulum. per tex. in *d. c. paſtoralis. juncta gloſ. de reſcrip.* & idem ſentit Bar. in *l. ſi. ff. de colle. illicitis.* & ita etiam tenet Joan. Bap. de ſancto Seve. in *repeti. l. omnes populi. ff. de juſti. & jur.* & Dom. Abb. in *ca. cum te. circa ſi. de offi. delega. & in conſi.* 132. ubi latè ponit quomodo computantur voces diverſorum corporum ad hoc ut quodlibet corpus videatur repræſentari debito numero vocum. & ibi vult quod ſi certis conſulibus & hæredibus committitur diſtributio piorum relictorum veniunt conſules ut principales habito majori numero eorum & hæredes requiruntur ab eis. & idem Dom. Abb. in *cap. in ſingulis. col.* 1. *de ſtatu Mo. & in c. fin. colum.* 2. *de majo. & obe.* & Ludo. *conſi.* 99. *incip. viſo propoſito quæſtionis.* ubi tenet quod ſi teſtator committit diſtributionem conſulibus certæ artis & hæredibus ſuis conſules habebunt unam vocem tantum, & heredes unam aliam. & dicit Ang. in *l.* 2. *de rei vindi.* quod ſi duæ villæ, vel duo caſtra, vel duo monaſteria religioſorum confluunt ad habitandum in unum non erit una villa, non unum caſtrum, non unum capitulum. & idem de populis, & ſimilibus propter gloſ. 2. in *d. c. paſtoralis. & in d. l.* 2. niſi ita ſe miſcuerint ad cohabitandum ut conſtituerent unum corpus, ſicut videmus in unico grege: ut no. Inno. in *c. dilecta. de exceſſi. præla.* tamen ſciendum eſt quod ubi actus committitur uni nomini collectivo & alteri perſonæ: illud collectivum eſt pro alia dimidia: ut no. Ange. & Imol. in *l. liber homo. §. Titius. in* 1. *ff. de hær. inſti.* dicentes per illum tex.

5. Quod ſi rectori & univerſitati ſcholarium daretur poteſtas eligendi notarium: tantam vocem haberet rector ſolus, quantam tota univerſitas. niſi ſecundum Imo. *ubi ſuprà.* de mente ſtatuentium appareat aliud fuiſſe ordinatum. *l. cum virum. C. de fidei com.* & in ſimili tenent Ange. & Imo. in *l. interdum. in prin. ff. de here. inſtit.* quod ſi in aliquo actu dantur voces capitaneo & ancianis: capitaneus habebit unam vocem, & anciani unam aliam. & dicit Bal. in *l. ſi. in princip. C. de impub. & aliis ſubſti.* quod nomen collectivum ponitur pro ſingulari perſona. ideo ſi ei adjungitur alius ſpecialiter nominatus, ille habebit dimidiam vocem & tota univerſitas illa aliam dimidiam: quia apud intellectum habetur pro ſingulari perſona. facit tex. in *l. ſi quis Titio. ff. de uſufructu accreſcendo.* ubi tantum habet unus nominatus quantum plures innominati conjuncti per nomen collectivum: & ibi Bal. infert de pœna impoſita capitaneo & ancianis, & de arbitrio dato capitaneo & prioribus: quia in iſtis caſibus quilibet eſt pro dimidia ac ſi eſſent duæ ſingulares perſonæ: ex quibus inferunt Bal. & Ange. in *l. quoniam. C. de appel.* quod ſi Papa condemnavit Abbatem & conventum in centum, dimidiam ſolvet Abbas, & aliam dimidiam conventus. & ibi dicit Sali. quod ſi poteſtas cum ſuis officialibus condemnatur in centum poteſtas ſolvit dimidiam. & dicit Bal. in *c.* 1. *qui feu. da. poſ.* quod ſi Prælatus cum capitulo incidit in pœnam. *l. ſi quis in tantam. C. unde vi.* capitulum tenet pro dimidia, [a] Prælatus pro alia ut no. Dom. Abb. in *c.* 1. *de dolo & contu.* & illa perſona quæ habet ſecum vocem unius perſonæ alterius corporis obtinebit, quia ibi eſt major pars propter dimidiam junctam cum una voce alterius dimidiæ. ut no. Albe. de Roſa. in 2. *parte ſtatutorum. q.* 188. *incip. Paduæ eſt ſtatutum.* dicens, quod ſi quis non poteſt torqueri niſi ſit deliberatum per poteſtatem & priores obtinent, vox poteſtatis & unius prioris: quia ibi eſt major pars. ut no. Hoſtien. in *d. c. poſtulaſtis. de conceſ. præben.* ſed illud communiter eſt reprobatum ut ſup. dixi. & ubi oportet quod illud nomen collectivum verificetur in majori parte, tamen propter nullas alias rationes quas dat Joan. An. in *c. à collatione. de appel. in* 6. probans quod ſi Epiſcopus habet ſecum unum canonicum concordem: non prævalet votum ſuum voto aliorum canonicorum: quia ad hoc ut cognoſcatur vox capituli acquiritur major pars, ergo habendo vocem unius canonici, non habet vocem capituli. & ibi Dom. de ſanct. Gemi. ita etiam tenet Fede. *conſi.* 232. & Lapus *alleg.* 52. & Butri. in *d. c. poſtulaſtis.* & ibi Dom. Abb. *de conceſ. præben. & in c. quanto. de his quæ fiunt à præla.* & Doct. in *c. ſi. de reg. in* 6. & Bal. in *c.* 1. *in ſi. prin. tit. cui dabitur Sacramentum. gl. in d. c.* 1. *in verb. aſſenſu. ne ſede vacan.* 6. & Dom. Abb. in *d. c. paſtoralis. & in d. c. ſcriptum.* & Ludo. Roma. in *conſi.* 366. ad finem. quæ omnia ſunt benè notanda: & ſi arbitri pronuntiarent illos eſſe Judices, qui non ſunt & ab eis appellaretur illi poſſent cognoſcere & ſic Doct. ſuper iſto articulo valde contrariantur ad invicem. Ego circa iſtum articulum dicerem quod quando iſte actus eſt expediendus collegialiter per iſta duo corpora, tunc illa corpora confunduntur in ſimul ita, quod reputantur pro uno corpore & non requiritur major pars cujuſlibet corporis: ſed ſolùm major pars omnium perſonarum. ut eſt tex. & ibi Dom. Abb. in *c. ſcriptum. de elect.* & iſtud potiſſimè procedit in aliqua electione facienda quæ eſt expedienda collegialiter: tunc omnia illa corpora reputantur pro uno corpore, ne videatur electio ſingulatis inter ipſos eligentes: quod eſſet contra formam & tenorem *capituli in Geneſi. de elec.* & ita tenet Dom. Abb. in *d. c. paſtoralis.* loquendo *de elec. de reſcrip.* & in *c. poſtulaſtis de conceſ. præben. & in c.* 1. *de parochiis & aliis parochia.* & ſic habet locum tex. & ibi Dom. Abb. in *c. ſcriptum. de ele.* & tenendo illud non obſtat deciſio gloſ. in *c.* 1. *ne ſede vacan. in* 6. communiter ab omnibus approbata quæ vult quod quando aliquis actus eſt determinandus per Epiſcopum cum ſuo capitulo.

6. Quod non valet actus ſive fuerit electio ſive alius actus interveniat major pars capituli cum Epiſcopo: quia ad iſtud reſpondetur quod illud eſt de jure quod Epiſcopus non eſt de capitulo: ut eſt gl. valde notabi. in *clem.* 2. *de æta. & quali.* & ſic ergo poſtquam illa cauſa eſt decidenda per Epiſcopum cum capitulo requiritur major pars cujuſlibet corporis: & ratio eſt, quia Epiſcopus non confunditur cum capitulo: quia illud eſt de jure quod illa per ſe ſemper maneant tanquam diverſa poſtquam Epiſcopus non eſt de capitulo. ut no. Dom. Abb. per illum tex. in *d. c. poſtulaſtis. de conceſ. præben. & in c.* 1. *de parochiis & aliis parochia.* facit tex. & ibi gloſ. & Doct. in *c. à collatione. de conceſ. præben. in* 6. & iſtud eſſet quodammodo iniquum ut Epiſcopus in ſua diœceſi repræſentaret perſonam Epiſcopi & perſonam canonici: quia certum eſt de jure quod habentes dignitates non habent vocem in capitulo. ut no. Dom. Abb. in *cap. ſcriptum. & in c. cum inter univerſas. de elect.* & illud eſſet valde iniquum, quod quando Epiſcopus & capitulum conveniunt in ſimul: quod capitulum ſupprimeret nomen capituli: & hoc ut dixi. ſupra habet locum de Epiſcopo exiſtente in ſua diœceſi, quia tunc illud facit tanquam Epiſcopus niſi ſtatutum aliud haberet vel ipſe Epiſcopus intereſſet ut Epiſcopus ſecus eſt ſi ut canonicus. ut no. per gl. & Doct. in *d. c. à collatione. de appel. in* 6.

ſecus

[a] Hoc puto falſum niſi hoc fecerit Epiſcopus tanquam Prælatus, & capitulum tanquam capitulum ex conſilio deliberato, & de hoc conſtet: alias non cenſentur delinquentes habere rationem unius corporis, ſed quilibet per ſe principaliter cenſetur, quia ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio. C. M.

Ita ſi mandetur in Eccleſia provideri non poterit obtineri Eccleſia, cap. ult. de præbend. I.

Source : BIU Cujas

secus est in Episc. extra suam diœcesim: quia tunc nomen Episcopi confunderetur cum universitate aliqua, sicut dicitur de Episcopo existente in aliqua universitate, quia ibi non esset ut Episcopus, sed ut scholaris. ita no. Doct. & ibi Feli. in *d. c. pastor. de rescri.* & Dom. Abb. in *d. c. postulastis. de concess. præb.* & hoc modo tollitur illud contrarium & illud quod sup. dicebam de electione. Idem est dicendum in collatione facienda per diversa corpora, quia se ad invicem confundunt & reputantur pro uno corpore postquam illud est faciendum per illa diversa corpora, per jura superiùs alleg. & ratio est, quia actus collationis collegialiter est exercendus. ut dicit gl. valde no. in *c. sicut. de ele. in 6.* & idem etiam potest dici in præsentatione facienda per diversa corpora, quia se confundunt ad invicem postquam debent convenire insimul. juxta no. per Dom. Abb. in *c. quoniam. de jure pa. & in c. scriptum. de elec.* jungendo omnia illa insimul.

Nunc ad respondendum ad *c. pastoralis. in princ. de rescrip.* ubi illa duo corpora se confundunt ad invicem, quia ad illud respondetur ut ibi tenuit Dom. Phi. Decius, vel aliter quod ibi est casus specialis. q. ibi non conveniebantur ad decisionem totius causæ: sed solum ad declarandum de validitate & prioritate rescriptorum: & cum his per Dei gratiam sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XVIII.

1. *Executor datus ad mandatum de providendo exequendum an possit beneficium conferre.*
2. *Collatio indigno facta per executorem an valeat.*
3. *Ad mandatum de providendo datus executor si conferat beneficium etiam indigno an teneat.*

Convenit cum quæst. 13. sup. I.

QUæro decimo octavò: An executor datus ad executionem mandati de providendo possit beneficia conferre? & omissa disputatione est dicendum quod non, nisi ad hoc fuerit specialiter deputatus: ut no. Dom. Abb. & ibi alii Doct. per illum tex. in *c. super eo. de offi. de lega. & in c. proposuit. de concess. prabend. & in c. dilectus. in 2. de prabend. & in c. fin. de præsumpt.* not. Docto. per illum tex. in *c. si capitulo soli. de concess. prabend. in 6.* & dicit Dom. Abb. in *d. ca. fin. de præsumpt. circa fin. versic. venio nunc.* quod si collatio fiat per executorem cum illa clausula in rescripto apposita non verificatur: & ibi recitat Innocen. quod quando illa clausula importat monitionem & instructionem, videlicet si est idoneus, tunc valet collatio secundum eum, licet in veritate non sit idoneus: & rationem assignat, quia cum illa clausula intelligatur ipso jure si exprimatur non dat novam formam mandato, ut *c. significasti.* & quod ibi no. per glos. & Docto. *de elec. & in cap. significeatum. de præben.* no. *in l. 3. ff. de leg. 1.* & in simili no. Innoc. in *c. prudentiam. de offi. deleg.* ubi tenet quod si exprimatur clausula concernens instructionem circa merita causæ quæ alias intelligebatur non dat novam formam mandati. & hinc dicit quod si executor pro executione mandati excommunicat contradictores, tenet excommunicatio & rationem assignat, quia ipse executor jurisdictionem habet: si verò clausula sapiebat conditionem: tunc nisi prius verificetur collatio, non tenet cum daret novam formam mandati, non licet commissario egredi formam rescripti: quod si fecerit actus est ipso jure nullus, neque tenet excommunicatio ab eo lata. *c. cum dilecta. de rescript. & cap. cum venerabili. de offi. deleg.* & ipse executor hoc modo datus non habet potestatem antequam purificetur conditio. ut *l. cedere diem. de ver. sig.* & hoc limitatur per Inno. ubi sup.

Si est nulla ipso jure vacabit Beneficium, ut ante collationem, nec necesse erit impetrare per nullitatem tituli cap. non præstat. de reg. ju. in sext. nisi per aliquod tempus is cujus nulla collatio, publicè & pacifice possederit, tunc oportet per nullitatem tituli impetrare.

2. Nisi collatio fiat scienter indigno. quod dictum singu. not. Dom. Abb. in *d. c. fi. de præsum.* quod collatio facta scienter indigno per executorem est ipso jure nulla. quod clarius tenet Innoc. loquens expressè in commissario Papæ. in *c. inter dilectos. de excess. præla.* & ibi loquitur de collatione facta scienter notoriè indigno. & in *d. c. fi.* nullam mentionem ipse Inno. facit de qualitate notorietatis: tamen contra illud dictum facit illud quod not. Joan. And. post Compost. in *c. capitulum. de rescrip. col. pe. circa. fi.* ubi dicit quod collatio facta criminoso non est ipso jure nulla. sed annullanda. alleg. tex. in *c. inter dilectos. de excess. præla.* tamen Dom. Abb. tenuit unam opi. valde singularem si contineret veritatem in *d. cap. fi. de fide instrum.* ubi dicit, quod quando collatio fit incapaci, feminæ, laico vel infanti. juxta no. per Inn. in *cap. nostris. de concess. præben.* & non tenet collatio, quia Papa per verba generalia non intendebat secum dispensare cum ignoraret defectum. facit. *l. Barbarius. ff. de offi. prato. & c. 2. de schisma.* aut secundum eum fit capaci, licet alias indigno, quia minori juxta ætatem requisitam canonibus vel alias indigno ea indignitate quæ reddit ipsam collationem ipso jure nullam juxta notata. in *c. cum in cunctis. de ele. in fi. juncto c. quamquam. in fi. eo. tit. li. 6.* & tunc licet collatio ordinarii vel ipsius commissarii sit ipso jure nulla juncto. *c. si compromissarius. eo. tit. de ele.* secus secundum eum est quando collatio est facta per executorem sive commissarium Papæ quia jura inducentia nullitatem sunt pœnalia, & loquuntur in ordinariis: & ideo non debet extendi ad Papam vel ad suum commissarium. *l. Princeps. ff. de legi. c. innotuit. de ele.* & hoc cum nullo jure cavetur, ut extendatur ad executorem secundum eum ubi sup. & pœnæ non debent extendi ad casus non expressos. *c. pœnæ. de pœni. dist.* 1. no. *gl. in c. fi. de jure pa.* facit gl. in *cle si de beneficio.* in verbo *Episcopi. de prab. & digni.* quæ dicit quod licet executor differat conferre beneficium vacans infra sex menses, non per hoc perdit potestatem conferendi. *cap. 2. de concess. præb.* & cum his idem Dom. Abb. ubi sup. transit: tamen illud nunquam mihi placuit in hoc quod dicit quod collatio facta per executorem indigno valet: quia certum est de jure, quod si beneficium conferatur indigno aut criminoso non valet nec tenet collatio:[a] ut no. Dom. Abb. in *c. cum in cunctis. §. fi. de ele. & in c. accepimus. de pac. & in c. querelam. & in c. tua. de jureju. in c. fi. de excess. præla. & in c. grave. de præb. & dig. cum fi.* ut no. Feli. in *c. 2.* & *in c. suscitatus. de rescri. & in c. querelam. de jureju. cum fi.* ut dixi *in tract. de jureju. super quinta parte.* & dum Dom. Abb. dicebat in *d. c. fi. de præsump.* quod si executor conferat indigno, valet collatio: tamen contrarium est dicendum per jura superiùs alleg. & in simili facit quod no. Inn. & ibi Dom. Abb. in *d. c. inter dilectos. de excess. præla.* quod si Papa conferat beneficium indigno, non valet, nec tenet collatio: & jus conferendi devolvitur ad ordinarium collatorem: ergo si collatio Papæ non valeat: à fortiori non valebit collatio ipsius executoris. Et istam partem veniendo contra primam opinionem tenuit idem Dom. Abb. in *c. 1. circa fi. de sen. & re judi.* quod quando notoriè constat de conditione apposita per Papam non existere vel illum pro quo scripsit fore notoriè indignum: ita quod verisimi-

laciis. de cleric. conjug. & Inno. III. in d. cap. inter dilectos. in mente non habuit regulam statuere ut reo criminis postulato collationem factam non esse nullam, sed annullandam cap. omnipotens. de accusat. Hoc amplius dicendum & intelligendum de crimine per quod vacaret ipso jure beneficium, ut notat Felin. in cap. postulasti. de rescrip. num. 15. I.

[a] Verum est si est notorium. C. M.

Source : BIU Cujas

liter si Papa sciviſſet nunquam pro illo ſcripſiſſet, & tunc proviſio eſt nulla: quia ceſſat præſumptio quæ eſt pro facto executoris ex quo notorietas eſt in oppoſitum per jura ſuperiùs alleg. aut ceſſat notorietas, & tunc quædam ſunt quæ committuntur cognitioni ipſius judicis, ut puta ſi reperit eum vitæ laudabilis, &c. quædam verò veniunt extrinſecus verificanda: utputa provideas tali ſi nullum poſſidet beneficium vel acceſſerit conſenſus capituli.

3. Primo caſu tenet proviſio, licet conditio vel monitio in veritate non exiſtat, dummodo executor fecerit aliquam examinationem ſeu inquiſitionem. & ratio eſt, quia cum iſta veniunt verificanda per judicis cognitionem præſumptio eſt, quod inſint ex quo judex ſic declaravit: tamen ſi poſtmodum ſuperior ex officio procedens poterit proviſionem caſſare ſi non reperit requiſita. *arg. c. paſtoralis. de offi. deleg.* & non tenet proviſio niſi conditio ſit verificata. *arg. c. ſi pro te.* & quod ibi no. *de reſcrip. in 6.* quia illo caſu ceſſat præſumptio ſurgens ex facto judicis cum iſta non dependeant à ſua cognitione. facit illud quod no. Bar. in *l. is cui. ff. de verb. obli. cum ſi* ut no. Dom. Abb. in *d. c. fi. de præſump.* & ibi ſubdit Feli. quod in prædictis caſibus in quibus collatio ordinarii facta non idoneo eſt nulla: idem etiam collatione executoris Apoſtolici & hoc per duplicem rationem: primò quia ſi non præſumitur Papa uti diſpenſatione cum incapaci cui executor provideat. ut no. Doct. in *d. c. fi.* eo modo cum alias indigno præſertim, quia non omnis promotio Dei inhabili facta etiam ab ipſo Papa obtinet vim diſpenſationis & habilitationis, ſed inter cætera requiratur quod ſciat inhabilitatem. ut no. gl. in *ca. ſtatutum.* in verb. *literarum. de reſcrip. in 6.* probatur in *c ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. cum ſi.* & not. Feli. in *c. præterea. de teſti. cogen.* ſed quando executor confert non dicitur quod Papa ſciat de defectu promovendi: ergo nulla eſt diſpenſatio, imo dicit Joan. An. in *c. cum adeo. de reſcrip.* quod ſi Papa ſcribit non ex certa ſcientia pro notoriè indigno non eſt ei obediendum: & ideo dicit Calde. in *conſi. ſuo. 20. in tit. de præb. & in conſi. 4. tit. de accuſa.* quod licet collatio facta criminoſo teneat ipſo jure: non tamen tenet impetratio literarum ſuper collatione non facta mentione de crimine vel etiam de infamia orta ex pendentia inquiſitionis *juxta c. omnipotens. de accuſa.* imò etiam ſi Papa ſcriberet ex certa ſcientia pro indigno tanta indignitate vel inhabilitate quod immineret peccatum non eſt ei obediendum. ut no. Dom. Abb. & ibi Feli. poſt alios. in *d. c. cum adeo. & in c. ſi quando. de reſcrip.* & etiam ut collatio Papæ facta indigno ad hoc ut valeat requiritur ejus ſcientia. & ſic executor Papæ, cui nihil dicitur in literis de indignitate promovendi non videtur poſſe plus quam alii: & facit illud quod not. Inn. ibi Dom. Abb. in *d. c. inter dilectos. de exceſ. prala.* ſecunda ratio eſt contra opi. Dom. Abb. quia ſi Papa committit ſimpliciter vices ſuas alteri non videtur committere cum plenitudine poteſtatis quam ipſe habet: licet ergo ipſe poſſit indigno ſcienter providere, quia non dicitur ei cur ita facis. §. *qui autem. 17. q. 4.* non tamen ſequitur quod ſimplex commiſſarius ſive executor poſſit cum eadem plenitudine poteſtatis. & iſtud probatur per tex. & ibi Doct. in *c. quod tranſactionem. de offi. lega.* & per dictum Inno. in *c. dudum. in 2. in gl. hoc intellige ante ſi. de ele.* ubi tenet quod ſi Papa mandet alicui quod diſpenſet cum aliquo, non valet diſpenſatio niſi ſit ſublimis & literata perſona, quia mandatum Papæ, & poteſtas data referri debet ad hujuſmodi perſonam. *c. de multa. de præ.* ſecus ſi Papa diſpenſet, quia de factis ejus non licet judicare. ut not. Inno. in *c. cum ad Monaſterium. in fi. de ſtatu. mo.* & *in c. veniens. ad fin. primæ glo. de filiis Presby.* ex quo dicto cum ſupradictis tenendum eſt contra Dom. Abb. quem ſup. retuli. & ita Dom. Abb. in *d. c. 1. col. fi. de re judi.* videtur retractare dicta ſua ſuperiùs relata. & ſi notoriè conſtat conditionem requiſitam à Papa non exiſtere vel illum pro quo ſcripſit eſſe notorie indignum: ita quod ſi Papa ſciviſſet nunquam ſcripſiſſet: tunc proviſio eſt nulla, quia ceſſat præſumptio quæ eſt pro facto executionis, puta ſi inveneris vitæ laudabilis, quædam veniunt extrinſecus, puta ſi nullum poſſidet beneficium: vel ſi capitulum conſenſerit, & primo caſu [a] tenet proviſio ſi executor aliqualiter cognovit, quia præſumitur pro eo. ut not. Bal. in *l. 1. col. fin. C. quando provo. non eſt neceſſe.*

a Quando committitur cognitioni Judicis. C. M.

Secundo caſu non tenet proviſio: quia non præſumitur pro eo, ex quo non pendebat à ſua commiſſione: ut in ſimili no. Bar. in *l. is cui. ff. de verbo. ob.* loquens in quæſtione de judice qui dedit tutorem adulto [b] vel prodigo, tenet, quia ſumitur pro judice in cujus arbitrio hoc conſiſtebat: ſed datio facta adulto non tenet, quia majorem vel minorem natura declarat. prodigum arbitrio judicis cum ſimi. ut not. Feli. in *d. c. fi. de præſump.* & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

b Tanquam prodigo. C. M.

QUÆSTIO XIX.

1. *Laici converſi an poſſint beneficia conferre.*
2. *Eligendi quomodo jus ſibi acquirunt laici ex ſpeciali conceſſione.*
3. *Laici quomodo præſcriptione acquirunt ſibi jus eligendi.*
4. *Beneficia quo caſu licitè per laicos conferri poſſunt.*
5. *Laicus vel Eccleſiaſticus quando quis purè dicatur.*
6. *Converſi quo privilegio gaudeant.*

QUæro decimo nonò. An laici converſi ad aliquam religionem beneficia poſſint conferre? & videbatur quod non: quia [a] iſti reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ. *ut c. tuarum. & c. ut privilegia. de privi.* ubi converſi gaudent privilegio religioſorum. Idem etiam no. Domi. Abb. in *c. nullus. de foro compe.* tamen in contrarium eſt rei veritas de jure communi quod laici converſi beneficia non poſſunt conferre, ut no. Joa. An. & Dom. de ſancto Gemi. in *c. ex eo. §. in Eccleſiis. per illum tex. de ele. in 6. cum ſimi.* ut no. Feli. in *c. cauſam. de præſcrip.* Ex quibus infertur quæſtio: An laici converſi ad aliquam religionem poſſint acquirere jus conferendi per præſcriptionem. Et primò videbatur quod non per tex. in *c. cauſam. de præſcrip.* ubi laici jura ſpiritualia non poſſunt præſcribere vel poſſidere; & idem videbatur dicendum in iſtis laicis converſis.

a Sic converſus dicitur laicus quia nullum habet ordinem qui ſe & ſua obtulit monaſterio & profeſſus eſt. Summa Angelica verbo monachus. parag. 1. C. M.

Ad iſtud poteſt reſponderi quod illud *c. cauſam. de præſcrip.* habet locum in meris laicis: ſecus eſt in laicis converſis, ut tenent Dom. Abb. & Feli. in *d. c. cauſam. de præſcrip.*

Secundò pro iſta parte negativa facit text. in *ca. 2. de judi.* ubi laici nullo modo negotia Eccleſiaſtica poſſunt tractare. *ca. quanto. eo. titu. ca. ſi diligenti. de foro compe. cap. fin. de rebus Eccleſiæ. non alie. can. bene quidem. 96. diſtinctio. ca. imperium. 10. diſtinctio.* & ſic ergo videtur per illa jura quod laicus converſus non poſſit præſcribere jus conferendi beneficia.

Ad iſtud poteſt reſponderi, ut ſup. proximè fuit

Source : BIU Cujas

reſponſum quod illud procedit in terminis juris communis, videlicet quod laicus merus aut converſus non poteſt tractare negotia Eccleſiaſtica de jure communi : ergo à contrario ſenſu ſecus eſt dicendum quando habet illud ex privilegio, aut præſcriptione, ut infrà dicetur ad plenum.

Tertiò pro iſta parte negativa facit tex. in *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu.* ubi dicit tex. quod laici etiam converſi vel etiam religioſi nullo modo poſſunt tractare negotia Eccleſiaſtica : & ſic ergo videtur dicendum, quod iſti laici beneficia non poſſunt conferre.

Ad iſtud argumentum reſpondetur quod *d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.* loquitur in ſtatutis faciendis, quod laici non poſſunt ſtatuere ſuper cauſis Eccleſiaſticis, quia illud pertinet ad Papam, imò clerici non poſſent ſtatuere niſi eſſet eis ſpecialiter conceſſum, quia ſive ſint clerici, ſive laici ſuper cauſis Eccleſiaſticis non poſſunt ſtatuere. Vel aliter & melius poteſt dici, quod ille tex. procedit de jure communi vel laici & converſi negotia Eccleſiaſtica non poſſint tractare : ſecus eſt ſi illud haberent ex præſcriptione, ut infrà dicam.

2. Quartò pro iſta parte negativa facit, quia laici nullo modo poſſunt habere jus eligendi in beneficiis Eccleſiaſticis niſi eis ſpecialiter fuerit conceſſum. ut *c. cum terra* & *c. ſacroſancta.* & *c. quod ſicut.* & *c. quiſquis. de ele. cum ſimi.* & ſic ergo ſi non poſſent habere jus eligendi, à fortiori nec jus conferendi, quia collatores conferunt majus jus quam ipſi eligentes in eligendo : ut not. Doct. in *c. ſi tibi abſenti. de præb. & dig. in 6. cum ſimi.* ut no. Feli. in *c. cum Bertoldus. de re jud.*

Ad iſtud argumentum reſpondetur quod illa jura in contrarium alleg. procedunt & habent locum in meris laicis, quia illi jus eligendi non poſſunt præſcribere : imò etiam nec jus præſentandi : [a] ut not. Dom. Abb. in *c. querelam. de ele.* & *in diſputatione ſua inci. Augerio.* & notant Archi. & Domi. de ſancto Gemi. & Car. Alex. in *c. hortamur. 17. diſt.* ſecus eſt in laicis converſis, quia illi ex præſcriptione jus conferendi aut eligendi poſſunt acquirere : ut no. Dom. Abb. & Feli. in *cap. cauſam. de præſcrip.*

3. Quintò pro iſta parte negativa facit quod laici etiam converſi non poſſunt habere jus eligendi, ut eſt tex. in *c. ex eo.* §. *in eccle. de elec. in 6.* ergo idem & à fortiori dicendum eſt in collatione. ut ſup. dixi.

Ad iſtud poteſt reſponderi quod illud procedit de jure communi, videlicet quod laici converſi non poſſunt eligere vel conferre, ſecus eſt quando laici illud haberent ex præſcriptione, ut no. glo. & ibi Dom. de ſancto Gemin. in *d. cap. ex eo. de ele. in 6.*

4. Sextò pro iſta parte negativa facit, quia ſolum reperitur unus caſus in jure in quo laicus poſſit habere jus conferendi beneficia, videlicet ex privilegio Papæ : ut no. gloſ. valde notabilis. in *c. imperium. 10. diſt. & glo. in ſum. 16. q. 7.* & ſic ergo poſtquam ſolus Papa poteſt laicum habilitare ad ſpiritualia : ergo alio modo ipſi laici circa ſpiritualia penitus reputantur incapaces ut no. glo. in *c. bene quidem. 96. diſtin. & in c. Mennam. 2. q. 5. gloſ.* & ibi Doct. in *c. 2. de judi.* & not. Inn. & Dom. Abb. in *cap. quanto. de conſue.*

Ad iſtud poteſt reſponderi quod habet locum in meris laicis : quia illi ſolum circa ſpiritualia efficiuntur capaces per privilegium Papæ : alias autem penitus reputantur incapaces, ſecus eſt in laicis converſis, quia imo illa circa ſpiritualia efficiuntur capaces per præſcriptionem : ut not. in *d. c. ex eo. de elec. in 6.*

Septimò pro iſta parte negativa facit, quia ſoli clerici ſunt habiles ad beneficia poſſidenda. *c. ex literis. de tranſla. c. cum adeo. de reſcrip.* ergo ſi ſoli clerici ſint habiles ad beneficia : meritò eſt dicendum, quod converſi circa collationem beneficiorum ſint penitus incapaces.

Ad iſtud reſpondetur ut ſup. in aliis fuit reſponſum : quare præmiſſis non obſtantibus contrarium de jure credo verius, videlicet quod laici converſi in Eccleſiis regularibus vel ſecularibus poſſint præſcribere jus conferendi vel eligendi. ut no. glo. in *d. c. ex eo.* §. *in Eccleſiis. in glo. fi. de elec. in 6.* & facit illud quod not. Hoſtien. in *c. ea. de ſta. Mona.* ubi tenet quod de conſuetudine aut privilegio vel pacto in fundatione appoſito ſecularis clericus poteſt vocem habere in capitulo regulari & in electione Abbatis. ut no. Oldra. *conſi. 69.* & Calde. in *conſi. 28.* & ita tenet Domi. de ſancto Gemi. in *d. c. ex eo. de elect. in 6.* & idem tenet Dom. Abb. in *c. cauſam. de præſcrip.* quod laici converſi poſſunt præſcribere jus eligendi vel conferendi : & idem tenet Dom. Abb. in *ſua diſputatione incip. Augerio.* & idem tenent Feli. & Do. Bald. in *d. c. cauſam. de præſcript.* videlicet quod converſi poſſunt præſcribere jura ſpiritualia. per glo. fin. in *c. ex eo. de ele. in 6.* Idem tenet Ludo. Roma. *in ſing. ſuo.* [b] 156. ubi idem tenet quod tales converſi præſcribunt vocem in electione : & illud intelligitur de converſis Eccleſiæ regularis : quia converſi Eccleſiæ ſæcularis iſtud jus eligendi ſpirituale non præſcriberent [c] ſecundum eum. *per c. novit. de his quæ fiunt à præla.* ubi actus capitularis ſpectat ſolum ad canonicos. & idem no. de iſtis converſis Inno. Butri. & Imo. in *c. 2. de inſtitu.* & Dom. Abb. in *c. cum olim. col. pe. de arbi. & in c. circa. fi. de procura.* & iſta reſtrictio de converſis Eccleſiæ ſecularis procedit, ut dixi in concernentibus vocem non in aliis puta præſcribendo decimas : quia non ſunt incapaces. no. Dom. in *c. mulier. 23. diſt.* ubi latè declarat.

5. Quando dicantur puri laici, & quando Eccleſiaſtici. no. Archi. in *c. Abbas. 18. q. 2.* & Spe. in *tit. de ſyndi.* §. *1. verſi. quid de converſis.* & Imo poſt Inno. in *c. cum M. colum. 19. de conſti.* & Dom. Abb. in *c. & ſi Chriſtus.* ubi eſt bonus tex. in *fin. juncta ſupraſcriptione.* probans quod converſi non dicuntur de capitulo. ut no. Feli. in *d. c. cauſam. de præſcript.* & pro iſta parte quod converſi poſſint iſtud jus conferendi præſcribere facit. *c. ut privilegia. & c. tuarum. de privile.*

6. Ubi converſi in monaſteriis reputantur & gaudent privilegiis religioſorum. & in ſimili facit quod not. Dom. Abb. in *cap. nullus. de fo. compe.* ubi iſti converſi gaudent privilegio fori & canonis : ac ſi eſſent clerici, & de iſtis converſis vide ad plenum per Feli. in *c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. circa princ.* & tenendo iſtam communem opi. quod laici converſi poſſint præſcribere jus conferendi : non obſtat illud quod no. Joa. & Dom. de ſancto Gemi. in *c. 2. de præbend. in 6.* ubi tenent quod laici non poſſunt præſcribere jus conferendi : quia illud habet locum in meris laicis : ſecus eſt in laicis converſis. ut ſup. dixi & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

[a] Imo poteſt laicus jus præſcribere. c. querelam, & ibi Joan. Andr. de ele. quæſt. 7. C. M.

[b] 8. cap. 53. C. M.

[c] Ludovic. Rom. non dicit quod non poſſint præſcribere. Et ibidem dicit quod ſive ſint converſi Eccleſiæ ſæcularis ſive regularis non habent vocem in capitulo ſive in ſpiritualibus ſive in temporalibus, & hoc placet. Sed ego indiſtinctè teneo, quod habent vocē indiſtinctè ſi præſcripſerint, & quod indiſtinctè converſi ſæcularis Eccleſiæ poſſunt vocem in capitulo præſcribere, quia non ſunt meri laici ex quo profeſſi, & ſic non videntur incapaces ſpiritualium. C. M.

QUÆSTIO XX.

1. *Conferendi beneficium habens poteſtatem, ſi uni committat quod de illo beneficio valeat alicui providere, & ille providet alicui qui conſentire noluit, vel poſtea quam conſenſit recuſavit an poterit delegatus alteri providere.*

2. *Delegatus ut beneficium tale conferat alicui ſi contulit alicui qui noluit vel acceptavit : poſtea tamen recuſavit poteſt alteri providere.*

Source : BIU Cujas

QUæro vigesimò. Quando habens potestatem conferendi beneficia committit uni quod de illo beneficio valeat alicui providere. *juxta. ca. is cui. de offi. delega. in 6. & c. is cui. de præben. in 6.* & ille providet alicui qui consentire noluit vel consensit: & postea renuntiavit an poterit alteri providere, & videtur quod non, quia functus est officio suo alteri providendo semel: *ut c. in literis. de offi. deleg. & c. venerabili. eo. lib. de offi. deleg.* ita no. *in ca. consti. de concess. præ.* facit. *c. si compromissarius. de elect. in 6.* ubi semel eligendo non potest amplius eligere: sic pari ratione semel providendo non potest amplius providere.

2. In contrarium tenet Lapus & Bene. in *d. c. si compromissarius. §. & idem. de ele. in 6.* & ratio assignatur, quia dicta commissio aut provisio debet intelligi cum effectu. *arg. c. relatum. de cleri. non residen. & §. hæc autem verba. de pœni. distin. 1.* facit tex. in *cap. is qui. in primo responso. de procura. in 6.* facit quod no. Joan. An. in *c. in literis. de offi. deleg. & in c. 1. de reg. jur. in 6.* & *in c. cum in multis articulis. de rescrip.* Circa istum articulum potest dici hoc modo quod aut commissio est facta favore illius cui est data potestas providendi, vel illius cui provideri mandetur: & tunc non poterit iterum providere, aut facta est provisio favore Ecclesiæ cui provideri mandatur. *c. is cui. de offi. deleg.* & tunc iterato poterit provideri quousque Ecclesiæ sit provisum. & est ratio, quia major favor debetur Ecclesiæ quam personæ. *c. 1. ne sede vacante. in 6.* & quia durat adhuc causa principalis & finalis commissionis factæ, scilicet necessaria clericis & utilis provisio quibus durantibus durare debet effectus & accessorium. *c. si super gratia. de offi. de leg. in 6.* & *c. cum cessante. de appel.* & *§. verum. 63 distin.* ita tenet Dom. de Sancto Gemi. in *d. c. si compromissarius. §. & idem. ver. ultimo quæro. de ele. in 6.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XXI.

1. *Vicarius quando possit constitui ab Episcopo generaliter vel specialiter ad conferendum beneficia.*
2. *Metropolitanus si post vacationem Ecclesiæ delegat confirmationem vel infirmationem ipsius, an valeat si postea delegatus procedit super confirmatione vel infirmatione illius.*
3. *Committere quid sit.*
4. *Citatio quid sit.*

QUæro vigesimo primò. An Episcopus possit constituere vicarium specialiter ad conferendum beneficia. & dicit Dom. Abb. post glo. & Doct. in *c. constitutus. per illum tex. de constit.* quod Episcopus non potest constituere vicarium specialiter: sed bene generaliter ad conferendum beneficia. & hoc in beneficiis vacaturis, secus in vacantibus: quia tunc Episcopus potest committere collationem unius beneficii vacantis specialiter alicui vicario: quia tunc cessat ratio prohibitionis Concilii generalis, & illud probatur per illum textum secundum eum in *d. c. constitutus. de concess. præben.* ubi prohibetur dare potestatem conferendi specialiter certum beneficium vacaturum: ergo vacans non prohibetur. ut not. Dom. Abb. in *d. c. constitutus. de concess præb.* alleg. Joan. And. in *c. deliberatione. §. inhibemus. de offi. lega.* tamen in genere potest Episcopus delegare potestatem conferendi omnia beneficia suo vicario. Et quærunt Dom. de Rota. *deci. 272.* an Episcopus possit dare potestatem vicario suo recipiendo resignationem certi beneficii, & illud conferendi: & concludunt quod non *per d. c. constitutus. de concess. præbend. & d. §. jubemus. de offi. leg. in 6.* & sic no. rescriptionem *ad c si. de offi. vica.* & recitat Joan. An. in *d. c. constitutus. de concess. præbend.* [a] quod cuidam scholari suo affectanti concedere suo vicario potestatem conferendi primum beneficium vacaturum consuluit, ut per literas suas daret vicario suo potestatem generalem conferendi beneficia: sed per secundas literas inhiberet ne procederet ad secundam collationem antequam insinuaret sibi primam collationem & spectaret secundum responsum, an vellet habere ratum. quod consilium Joan. An. non est secundum conscientiam. ut no. Dom. Abb. in *d. c. constitutus. de concess. præben.* & ibi Dom. Ant. quia illud consilium est in fraudem. *d. c. constitutus.* & ibi subdit Dom. Abb. quod posset sustineri quod non valeret illa translatio potestatis cum habito respectu ad secundas literas inhibitorias, non videtur delegata potestas generaliter, & quia uno prohibito, omnia censentur prohibita per quæ pervenitur ad illa. *l. oratio. ff. de spon.* ita etiam tenet Oldra. in *consil. 77.* ita etiam tenet gl. in *c. 1. §. statuit. de colla. in prag.*

2. Et no. Jo. Mon. in *c. si confirmationem. de elec. in 6.* quod si Metropolitanus post vacationem Ecclesiæ & ante electionem cathedralis Ecclesiæ delegat confirmationem vel infirmationem ipsius, an valeat si postea delegatus procedit super confirmatione vel infirmatione ipsius: & tenet quod non, alleg. *l. nam quemadmodum. ff. de judi.* ubi dicit esse casum. Nam ibi ponitur differentia inter judicia & contractus & quasi contractus, & obligationes eorumdem principales. unde obligatio fidejussoria quæ accedit principali potest præcedere principalem: non tamen ipsa accessoria erit nata ante principalem, sed erit in pendenti, secus in judicio si est in potestate judicandi, & ibi sumitur. ut in *l. judicium solvitur. ff. de judi.* & hanc potestatem judicandi debet præcedere existentia causæ, cui adhæret commissio sicut secundum accidens, & hoc probatur ratione naturali, non esse album præsupponit esse per naturam: substantia enim est prior natura omni accidenti, quia non potest esse accidens sine subjecto. sic enim patet in moribus: nam bene vivere præsupponit vivere: nam gratia qua habetur bene vivere non destruit naturam: sed perficit, ergo eam præsupponit: omne enim perficiens præsupponit perfectibile, aliàs non haberet in quod ageret: & sic potest dici in proposito.

Potestas judicandi à legitimis debet incipere. I.

3. Nam committere est causæ cognitionem indagare: & hæc indagatio per esse rationis præsupponit causæ existentiam quæ in quæstione proposita tempore commissionis per Metropolitanum factæ non erat nata: ergo non valuit. *ff. quod cujusque univer. l. item eorum. §. sed si ita.* quod probatur in *c. Romana. de offi. ordi. in 1. & 2. responso.* Nam citatio quæ est exordium actionum instituendarum. *insti. de pœna temere litigantium. §. fi.* debet fieri jure jam creato. *c. bonæ. in 2. de ele.* fortius & commissio secundum eum. tamen. Jo. An. in *d. c. si confirmationem. de ele.* tenet contrarium: quia futura negatio per universitatem causarum delegari possunt. *ca. per hoc. de hær. in 6.* & quod licet in toto, licet esse in parte. *ut ibi. & de offi. dele. pastoralis. §. 1.* delegatur etiam per privilegium. *de privi. c. 1.* & idipsum *in 6.* Nec obstat secundum eum. *c. fi. de rescr.* dupliciratione, prima, quia ibi præjudicatur ordinariæ potestati, hic non: quia ordinarius cujus erat cognitio committit. Idem ibi non extenditur ad futura quod non fuit cogitatum nec expressum: & sic potest responderi

[a] Hoc Papa potest cap. ex parte 1. de off. & potest. jud. deleg. C. M.

Source : BIU Cujas

ad cl. literas. de rescript. & istam opi. sequitur Dom. de sancto Gemi. *in d. c. confirmationem. de ele. in 6.* tamen plus mihi placet opi. Joan. Mo. per jura per eum alleg. maximè *per cap. fi. de rescript. & d. c. bonæ in 2. de elect.* & cum [a] his sit expedita præsens Quæstio.

[a] Et placet nonobstante responso Jo. Monac. quia verum est quod ipsa indagatio causæ non potest præcedere causam: tamen potestas indagandi seu judicandi potest præcedere judicium & causam, quia non est accidens judicii nec causæ. C. M.

QUÆSTIO XXII.

1. *In collationibus & provisionibus beneficiorum an de jure communi sit fundatus Episcopus.*
2. *Delegatus non admittitur nisi fidem faciat de sua potestate.*
3. *Patronus potest providere de rectore Ecclesiæ.*
4. *De prælato possunt providere ipsi Ecclesiæ jure communi, qui sunt de collegio.*
5. *Beneficiatus omnis qui ad residentiam tenetur quomodo debeat esse in suo beneficio sine socio, quomodo intelligatur.*
6. *Papam an eligant concilium vel Cardinales.*
7. *Papa an possit deponi per Concilium universale.*
8. *Cardinales creat solus Papa.*
9. *Ecclesiarum provisio ad quem spectat de jure communi.*
10. *Electio cui de jure communi pertineat. numer. 12.*
11. *Confirmationem cui debet petere electus in Archiepiscopum.*
12. *Eligere quando non possunt Canonici Ecclesiæ cathedralis.*
13. *Patronus debet præsentare rectorem Ecclesiæ Episcopo.*
14. *Collatio dignitatum Ecclesiæ cathedralis ad quem spectat.*
15. *Præbendas Ecclesiæ Collegiatæ quis confert.*
16. *Episcopus seu prælatus per quem provideri possit Ecclesiæ Collegiatæ.*
17. *Collatio in beneficiis sonantibus in nomen Rectoriæ ad solum Episcopum pertinet.*
18. *Monachorum creatio ad quem spectat. numer. 20.*
19. *Electionem conventus quis confirmabit.*
20. *In Abbatem electum non potest præsentare Monasterium alteri subjectum, nisi prius denuntiatum fuerit Abbati cui subest, ut ipse superior & electores simul electum præsentent.*
21. *Abbates patres possunt confirmare electiones Abbatum sibi subditorum.*
22. *Provisio Ecclesiarum non collegiatarum cui spectet.*
23. *Ecclesiæ constructæ per Episcopum in alia diœcesi ad quem spectet provisio.*
24. *Ecclesiæ fundator si dicat quod illius institutio non spectat ad Episcopum sed ad inferiorem, an Episcopus instituat.*
25. *Conferre an possit beneficia Episcopus, quæ sunt in titulis Cardinalium.*
26. *De beneficiis vacantibus quis provideat sede vacante.*

QUæro vigesimo secundò. An Episcopus aut alius inferior sit fundatus de jure communi in collationibus & provisionibus beneficiorum. Et primò pro parte negativa videretur quod non: quia Papa est fundatus de jure communi, in collationibus & provisionibus beneficiorum. *ca. 2. de præben. & digni. in 6. & cle. 1. ut lite penden.* & ipse Papa est ordinarius ordinariorum. *c. cuncta per mundum. 9. q. 3.* & sic ergo videtur quod postquam Papa est de jure communi fundatus: ergo non alius inferior, quia non debent esse duo Prælati in eodem beneficio. *cap. majoribus. c. vacante. c. dilecto. de præben. & digni. cap. olim. 95. distinct.*

Ad istud argu. potest responderi: quod licet Papa sit fundatus de jure communi: ita etiam Episcopus in collationibus, ut inf. dicetur. Nec obstat illud quod essent diversi Prælati in eodem beneficio, quia illud procedit quando esset æqualitas inter eos: & sic habet locum. *d. c. olim. 95. distin.* secus quando unus esset superior, & alius inferior, ut in præsenti casu. *arg. c. loquitur. 24. q. 1.* ubi diversi rami hic & diversi prælati descendunt ab eodem capite, & diversi rivuli ab eodem fonte. facit. *cap. 1. 80. distin.*

Secundò pro ista parte facit, quia solus Papa ordinavit & instituit dignitates, & alia beneficia. *ut c. 1. & 2. 22. dist.* facit. *ca. 1. 21. distin. & c. in illis. 80. dist.* si ergo Papa illa beneficia instituit & ordinavit: ergo illis vacantibus debet eis providere de prælato arg. *c. admonet. de renun.*

Ad istud etiam potest responderi, quia licet Papa à prin. dignitates, & alia beneficia ordinaverit: tamen non sequitur inferiores illa beneficia occurrente vacatione posse conferre, quia illud fuit ordinatum per jus commune. *arg. cap. conquerente. de offi. ordin.*

2. Tertiò pro ista parte facit: quia aliquis non est admittendus, nec audiendus ad faciendum aliquem actum, nisi probaverit illud ad eum pertinere. *c. cum in jure. de offi. deleg.* ubi legatus non admittitur nisi probaverit potestatem sibi concessam, & aliquis qui se dicit Episcopum aut provisum ad Episcopatum non auditur: nec sibi creditur nisi probet per literas authenticas *extravagans injunctæ. tit. de elect. arg. c. transmissam.* & *c. qualiter. de elect. & in fin.* & not. Dom. Abb. *in cap. nosti. de elect.* ergo videtur quod Episcopus non possit beneficia conferre nisi probaverit ad eum pertinere per jura superius alleg.

Ad istud potest responderi: & primò ad *c. cum in jure. de offi. deleg.* quod loquitur in judice delegato, non autem in Episcopo sive judice ordinario: & est longe diversum inter eos. ut patet, quia habent diversos titulos: *de offi. deleg. & de offi. ordin.*

Ad *extravagantem injunctæ.* respondetur quando aliquis dicit se provisum debet probare per literas qualiter ita est: & hoc probato constito quod sit Episcopus talis diœcesis beneficia illa poterit conferre. *arg. c. ex frequentibus. de insti.*

3. Quartò pro ista parte facit, quia ille qui fundavit, construxit, aut dotavit Ecclesiam, ad eum spectat provisio beneficii. *c. 1. & 2. & 3. & quasi per totum. de jure pa. & c. ad audientiam. in primo. de eccle. ædifi. & c. piæ mentis. 16. q. 7.* & cum Ecclesia non debeat esse sine fundatione & dote. *c. nemo. de conse. dist. 1.* ergo sequitur quod nunquam Episcopus in illis erit fundatus de jure communi.

Dummodo in fundatione aut dotatione jus patronatus sibi suisque reservaverit: ni fecerit, Episcopi erit collatio. can. omnes basilicæ. 16. q. 7. 1.

Ad istud arg. respondetur dupliciter. Et primò quod

isti dotantes & fundantes beneficia, solum acquirunt jus præsentandi cui præsentationi requiritur, & est necessaria institutio in qua facienda Episcopus est fundatus de jure communi, & sic tolluntur omnia illa argumenta. facit. *c. ex frequentibus. de institu.* & *c. de mona. de præben. & digni.* & *c. 1. eo. tit. in 6.* & *cle. 1. de jure pa.* & *c. 1. de capel. mo. in 6.*

Vel aliter & secundò potest responderi quod contrarium habet locum quando constat de fundatore: secus si non constaret, quia tunc Episcopus est fundatus de jure communi. ut not. Dom. Abb. post alios Doct. *in Ecclesia vestra. in primo. de elect.*

Quintò pro ista parte facit, quia collationes beneficiorum sunt in fructu. *ut cap. cum olim. de majo. & obe.* sed ille qui est possessor est fundatus de jure ad illa beneficia conferenda, licet non sit verus dominus illarum collationum. *c. 2. de in integ. resti. cap. cum Ecclesia Sutrina. & c. cum olim. de causa pos. & proprie. c. consultationibus. de jure pa.* si ergo solus possessor sit fundatus ad illa conferenda: ergo non Episcopus.

Ad istud respondetur quod illa jura habent locum, quando constat de possessore cum aliquo titulo contra Episcopum, *arg. c. ad decimas. de resti. spo. & c. pe. de præscript. in 6.* secus est dicendum ubi non constaret de aliquo possessore, quia tunc Episcopus est fundatus de jure communi. facit. *cap. ordinari. de offi. ordina. in 6.*

4. Sextò pro ista parte facit, quod illi qui sunt de collegio, sunt fundati de jure communi ad providendum de prælato Ecclesiæ & alius non potest. *c. 1. de elect.* & sic ergo ibi est text. quod Episcopus non habet intentionem suam fundatam de jure communi circa collationes illorum.

Ad istud potest responderi, quod illud argu. procedit in Ecclesia collegiata, quia tunc Episcopus non poterit illis providere, sed solum eligentes, hoc est eligentes in eligendo, & Episcopus in confirmando. not. Dom. Abb. *in cap. Ecclesia. in primo. de elect.* secus est in aliis beneficiis, quia in illis Episcopus habet suam intentionem fundatam de jure communi.

Inde dicuntur omnes prioratus simplices sociales, quia priori socius datur: scriptum est enim, *væ homini soli, si ceciderit non habet sublevantem.* I.

5. Septimò, pro ista parte facit, quia omnis beneficiatus qui tenetur ad residentiam non debet esse in suo beneficio sine socio. *ut c. fi. de præsumpt. c. ut quisque. de vita & ho. cleri. c. monachi. de sta. mona.* si habet socium: ergo sunt duo in beneficio: sed ubi sunt duo, providendum est Ecclesiæ per electionem: & sic ergo illi duo erunt fundati de jure ad provisionem illius Ecclesiæ. *c. 1. de elect.*

Duo non faciunt collegium, sed tres. l. Neratius. de verb. signif. I.

Ad istud argumentum respondeo dupliciter. Primò, quod ille beneficiatus qui debet habere socium illud intelligitur, dum tamen fructus beneficii sufficiant ad sustentationem duorum: ut sup. dixi in prima Parte: & iste socius non erat intitulatus in illo beneficio. ut not. Doct. in juribus in contrarium allega. & *c. 1. de elect.* habet locum quando isti duo aut tres sunt intitulati in illo beneficio. Vel aliter & secundo potest responderi, quod illa jura hoc est. *c. 1. de elect.* habet locum quando sunt duo per modum collegii: & à principio est ordinatum, quod illi facerent collegium: & tunc requiritur quod ad minus sint duo ultra prælatum, quia appellatione collegii non venit prælatus: nec prælatus dicitur de collegio. ut not. Dom. Abb. *in c. 1. de elect. glos. est nota. in cle. ut hi qui. de ata. & quali.* secus est quando isti duo non sunt per modum collegii: & sic habet locum. *c. fi. de præsum.* & in illis Episcopus erit fundatus de jure communi.

Septimò pro ista parte facit: quia capitulum Ecclesiæ est fundatum de jure ad Episcopum eligendum. *c. 1. & quasi per totum. de elect.* si ergo in electione prælati de jure habeant electionem: ergo à fortiori debet habere in aliis beneficiis inferioribus: quia quando conceditur majus, minus videtur esse concessum. *arg. ca. 1. de arbi. in 6.* & *c. cum in cunctis. in prin. de elec.* & *c per venerabilem. qui filii sint legi.*

Ad istud arg. potest responderi quod non valet consequentia in præsenti casu. *arg. c. ex frequentibus. de insti.* sicut dicimus in simili quod Cardinales eligunt Papam. *c. licet de elec.* & *c. ubi periculum. eo. tit. in 6.* tamen ipsi Cardinales alia beneficia inferiora non possunt conferre ut suprà dixi. *in 2. q. istius secunda Partis.*

Octavò pro ista parte facit *cle. quia contingit. de reli. do.* ubi fundator habet omnimodam dispositionem in hospitali donando: ergo videtur quod Episcopus non sit fundatus de jure communi.

Ad istud respondetur quod illa cle. habet locum in hospitalibus non spiritualisatis: & tunc solus fundator habet intentionem fundatam in illis donandis. ut no. do. Abb. post Inno. in *cap. inter dilectos. de dona.* & *inc. ad hoc.* & *in c. de xenodochiis. de reli. do.* Secus est in aliis hospitalibus religiosis, quia in illis Episcopus est fundatus de jure communi, & sic habet locum quod not. Dom. Abb. *in d. c. de xenodochiis.* idem etiam in aliis beneficiis Ecclesiasticis, quia in illis Episcopus est fundatus de jure communi.

Nonò pro ista parte facit, quia Episcopus nihil potest sine capitulo tamquam caput sine membris. *c. novit. c. quanto.* & *quasi per totum. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capi.* & sic videtur quod Episcopus non sit fundatus de jure communi nisi cum capitulo.

Ad istud respondetur, quod verum est quod Episcopus illa tenetur facere cum capitulo, ut infra dicetur.

Nunc venio ad solutionem præsentis quæstionis & colligendo dicta Doct. hinc & inde sparsa solvendo per casus.

6. Primus casus erit de elect. Papæ, in quo reperio Dom. Abb. *in disputatione incipiente Episcopo. super quinto dubio. col. fi.* ubi concludit quod Concilium universale non potest nec ad eum spectat electio summi Pontificis: sed de jure communi pertinet ad Dom. Cardinales sive Ecclesia Romana vacet sive per renuntionem sive per depositionem. & hoc probat *per cle. ne Romani. juncta. gl. posita* in verbo *moriente.* ibi enim disponit de elect. Papæ certo modo fienda in casu mortis. & glos. dicit idem est quod Papa sedente. nam tunc quo ad sedem censetur mortuus. *7. q. 1. §. esse.* in quibus eadem est ratio in casu successionis, scilicet favore Ecclesiæ. & cum esset ambitio debet cessare contrarium. *d. c. susceptum. de rescrip. in 6.* In simili facit tex. & ibi Dom. Abb. *in c. ad petitionem. de accusatio.* ita dico in proposito ad favorem Ecclesiæ universalis fuit ordinatum quod electio spectat ad Cardinales semper faciliorem expeditionem quærentes: *ut cap. in nomine Domini. 23. dist.* & cessat hoc casu ambitio debet esse idem jus in alio modo vacandi. *& d. c. in nomine Domini.* ubi tex. non fundat se super morte, sed narrative de ea facit mentionem & habuit respectum ad id quod communiter accidit: & tunc Papa deposito satis videtur mortuus quo ad Ecclesiam suam. *d. cap. esse.* in simili facit illud quod not. Dy. *in l. ex ea. §. insulam. ff. de verbo. obliga.* quam sequitur Bal. *in l. Deo nobis. C. de Episco. & cleri.* ubi dicunt quod quando mors civilis operatur omnem effectum quem mors naturalis dispositum in morte habet locum in morte civili, quod videtur probare *per d. l. Deo nobis.* & *l. inter disci. ff. de condi. & demo.* & *l. actionem.* & *publicationem. ff. pro socio.* & licet Joan. And. non probet illam opi. & *in c. cum sis. de conver. conjuga.* ubi allegat opi. contrarias. tamen ipse sequitur istam opi. in sua glos. sup. alleg. *in cle. ne Romani. de elec.*

Item facit etiam illud quod in jure dicitur quod ex identitate rationis dispositionem extendit. *c. cum dilecta. de confir. utili. vel inuti.* & *l. non possunt. ff. de*

Source : BIU Cujas

legi. & quod plus est hoc procedit etiam in dispositione pœnali. ut est text. not. *in l. 2. ad Turpilia*. facit. *c. si postquam. de elec. lib. 6*. facit glos. *in c. 1. de tempo. ordin. in 6*. & *in cle. 1. de elec*. non enim apparet aliqua ratio specialis quare electio debet spectare magis ad Cardinales in casu vacationis per mortem quam per renuntiationem vel depositionem.

Item etiam facit sicut inferiores eligunt prælatum in omni casu vacationis, ita & collegium Cardinalium cum faciant unum corpus cum Papa, & sint pars sui corporis: facit etiam. *c. per venerabilem. §. rationibus. qui si. sint. legi*. & *c. fundamenta. de ele*.

7. Item etiam facit, quia solum reperitur jure cautum quod concilium universale habet potestatem deponendi Papam, ut in casibus à jure expressis: ut *c. 2*. & ibi bona gl. *de authoritate & potestate sacrorum conci in prag*. & Do. Abb. *in disputatione incip. Episcopus*. & *in cap. significasti*. & *in c. licet. de elec*. & sic ergo postquam non reperitur jure expressum quod concilium universale eligat Papam: meritò ergo non habet jus eligendi, & cum jura permitant Cardinalibus eligere summum Pontificem Ecclesia vacante. *cap. in nomine Domini. 23. dist*. & *c. licet. de ele*. & *c. ubi periculum. eo. tit. in 6*. & *clem. ne Romani. eo. tit*. & sic ergo in omni casu vacationis jus eligendi ad eos pertinet postquam aliquis casus non est eis prohibitus quia omnia videntur eis concessa. *c. inter corporalia. de translat. Episcopi*. & verbum *vacationis* comprehendit omnem vacandi modum sive morte, renuntiatione, permutatione aut dispositione. glos. *in cap. si propter tua debita. de rescript. in 6*.

Item in simili facit, quod de jure electio pertineat ad eligentes. *d. c. 1. de elec*. & si Papa deponat Episcopum, remittit jus eligendi electoribus. ut est tex. *in c. ad petitionem. de accusat*. Idem videtur dicendum in isto casu. & ita etiam arguit Dom. Abb. *in d. c. ad petitionem*. & ista opi. fuit servata in concilio Constantien. & etiam Pisis: ubi post longam altercationem inter concilium & Card. jus eligendi fuit remissum Cardinal. ut eligerent nomine concilii & Papæ. ut not. Domin. *in c. licet. de ele. colum. 3. versi. sed adverte*. tunc dicit ibi Dom. Abb. de jure alia opi. procedit quod pertineat ad concilium: & tenendo istam opi. quod pertineat ad Cardi. Nec obstat si diceretur quod constitutio disponens circa modum vacationis per mortem non extenditur ad alium modum vacandi. *cap. susceptum. de rescrip*. illud procedit & habet locum in ambitiosis & odiosis, ut est materia rescriptorum. *c. quamvis. in 1. de præben. & digni. in 6*. sed concessio facta per jus commune Cardinalibus est favorabilis & in favorem Ecclesiæ facta: ut citius fiat provisio, ideo debet reputari favorabilis, licet afferat præjudicium concilio: reputatur enim constitutio favorabilis vel odiosa ab eo quod principaliter intenditur. ut no. *in l. exceptionem. ff. de condi. indebiti*. & per glo. *in c. si autem*. & *in c. fi. de ele*. Non obstat quod per hoc etiam indicatur legum correctio: quia jus arrogativum non debet extendi ad correctionem alterius juris per identitatem rationis, sed jus derogativum bene extenditur, & in veritate potest dici quod non est extensio, sed potius voluit ex mente: unde declaratur potiùs mens constituentis ex identitate rationis: ut no. glos. *in c. 1. de tempo. ord. in 6*. & notata per Bal. *in l. si constante. 7. & 9. q. ff. sol. matri*.

7. Item etiam non potest obstare. *c. si duo. 79. dist*. ubi electis duobus ad Papatum, qui contendunt de eo quod ibi numerus clericorum nova ordinatione elegerunt, &c. quæ verba videntur referri ad Concilium universale: quia ille tex. debet intelligi quod loquatur antequam potestas eligendi esset translata ad Cardinales: nam ipsi Cardinales faciunt collegium & universitatem: *ut d. cle. ne Rom. de ele*. facit glo. magn. *in c. 1. de schismaticis*. nam concilium non debet se impedire de pertinentibus ad Papam nisi ubi necessitas urget. *d. c. ubi majus periculum*. & non potest tollere constitutionem Papæ: *ut c. significasti. de ele*. Nec etiam potest obstare. *c. si transitus. 79. dist*. ubi religiosi vocantur ad consensum electionis factæ & non faciendæ. & sic debet intelligi. d. c. & reducitur ad terminos. *c. in nomine Domini. 23. dist*.

8. Secundus casus est circa creationem Cardinalium, quia solus Papa illos creat & de jure communi ad eum pertinet: ut not. Joan. And. quem sequitur Dom. Anto. *in c. sane. de conver. conjuga*. & est glos. not. *in cle. ne Romani*. in verbo *potestatis. de ele*. & illam glo. sequitur ibi Dom. Abb. ita etiam tenet Dom. Philip. Decius *in rub. de consti. col. 3. ver. 2. conclusio*. & ibi omnes posteriores. Istud etiam probatur in simili *per c. 1. & 2. 22. dist*. & *c. in illis. 80. dist*. & solus Papa dignitates creat. *c. cum olim. ff. de consue*. & not. *in c. cum accessissent. de constit*. & Papa etiam deponit cum causa ipsos Cardinales. ut not. gl. & ibi Dom. Abb. *in c. 2. de cle. non resi. in Ecclesia vel capella*. facit. *c. primum. de schismat cis. in 6*.

9. Tertius casus est in Ecclesiis Cathedralibus: nam olim provisio illarum de jure pertinebat ad solum Romanum Pontificem; & in inferioribus pertinebat provisio ad Episcopum. ut not. glo. 1. *in c. quamquam. de ele. in 6*. & not. Dom. Abb. *in c. cum Ecclesia. col. 3. ver. primo casu. de elec*. sed postea tractu temporis fuit per Papam data potestas cuilibet collegio eligendi sibi prælatum sive sit Ecclesia cathedralis sive inferior. *ut c. 1*. & *in c. ne pro defectu. cap. quia propter. de elec*. & *c. congregatio. 16. q. 7*. facit gl. *in c. quamquam. de elec. in 6*. & Joan. And. *in regula quod alicui gratiose. de reg. jur. in 6. in mercu*.

10. Et sic resultat quod electio in dignitate Episcopali pertinet de jure communi ad ipsos canonicos eligentes ipsius Ecclesiæ cathedralis per jura superius alleg. not. Dom. Abb. *in c. cum Ecclesia. col. 3. de ele*. Ita etiam tenet Dom. de sanct. Gemi. *in cap. 1. col. 2. ver. quantum. 21. dist*. Ubi dicit quod quando agitur de electione Archiepiscopi de jure spectat electio ad capitulum Ecclesiæ metropolitanæ. *alle. c. cum Ecclesia. de elec*. & Archi. *in c. quia igitur. 63. distinct*. nisi consuetudo aliud disponeret quod posset istud jus tribuere suffraganeis; & ita intelligitur text. *in c. Valentinianus*. & ibi not. *in glos. 63. dist*. & idem ibi tenet Card. Alex. post glos. illud secundum eumdem Dom. non procedit in Ecclesia Trevirensi, Colonien si, & Ravennatensi, ubi electio spectat ad Papam: ita intelligitur text. & ibi glos. *in cap. porro. 63. dist*.

11. Confirmationem autem ipse electus in Archiepiscopum debet petere à Primate si illi subest, alias spectat ad Papam nisi aliud obtineat consuetudo: ut not. glos. *in c. quia igitur. 63. dist*. electio Episcopi de jure communi spectat ad capitulum: ut suprà dixi. & not. idem Doct. *in d. c. 1. 21. dist*. nisi de consuetudine spectaret ad alios, quia tunc valeret consuetudo: *ut c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss*. & ita tenet & simpliciter recitat Card. Alex. *in d. c. 1. 21. dist. col. 6*.

12. Limita istum casum non procedere quando canonici illius Ecclesiæ cathedralis non essent constituti in sacris ordinibus, quia tunc superior debet illos expectare per tempus juris an promoti fuerint ad ordines sacros: & si non fuerint promoti absque devolutione jure proprio superior poterit providere Ecclesiæ cathedrali. ut not. glo. *in cle. ut hi qui de ætat. & quali*. ita tenent & sequuntur Dom. de sancto Gem. & Card. Alex. *in d. cap. 1. 21. dist*.

Secundò limitatur iste casus, si Ecclesia cathedralis careret capitulo, id est clero & populo, quia tunc potestas providendi pertineret jure proprio Papæ, ut est tex. *in cle. in plerisque Ecclesiis. de elec*. ita tenet Card. Alexan. *in c. 1. 21. dist. col. 5*.

Tertiò limitatur iste casus non procedere si omnes

Ad alios numquam transfertur jus conferendi sine devolutione introducta à Concilio Lateranensi, sed proprio jure & ordinario, ut hic, & in clem. ne in agro. parag. Abbate de statu Monac. & in c. nulla. de cõcess. præb. I.

Source : BIU Cujas

canonici illius Ecclesiæ essent excommunicati, quia tunc potestas providendi pertineret superiori. *argu. c. cum inter. R. de elec.*

Quartò limitatur iste casus non procedere quando canonici essent mortui, quia tunc jus remanet penes superiorem. ut not. Card. Alex. *in c.* 1. 21. *dist.* & Dom. Abb. *in cap.* 1. *& in c. cum Ecclesia Vulterana. de ele.*

Quartus casus quando agitur de aliis beneficiis, hoc est, de præbendis Ecclesiæ cathedralis tenet una opinio *in d. c. cum Ecclesia. de elec.* quod provisio pertinet ad Episcopum cum consensu capituli. Et istam opi. tenuit Compost. pro qua facit. *c. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælato.* Hostien. tenuit quod Episcopus habet hoc facere cum consilio capituli. *c. novit. c. quanto. de his quæ fiunt à præla.* & hoc habet locum nisi omnia bona possiderentur simul per prælatum & capitulum, quia tunc simul haberent explicare nisi interesset alicujus specialiter: quia tunc haberet Episcopus hoc facere cum consensu illius *c. ad hoc. de offi. Archi.*

Tertia opi. quam dat glo. *in c. cum Ecclesia. de elec.* est ut provisio præbendarum simul pertineat ad Episcopum & capitulum. & hæc opi. differt à præcedentibus: aliud est quod Episcopus cum consensu capituli. *c.* 1. *ne sede vacan.* & istam opi. tenet. glos. *in c. irrefragabili. de offi. ordi.* & *in c. fi. de sup. negli. præla. & in* §. 1. 21. *dist. & in cap.* 1. 100. *dist.* & istam opinionem tenuerunt Philip. Vincent. Goffre. *in d. c. cum Ecclesia. de elec.* & Joan. And. *in cap. quod quibusdam. de fideiusso. & in c. quia nonnullis.* §. *utrum. de magist.* & Domini de Rota. *decis.* 160. Et dicit Dom. Abb. *in d. c cum Ecclesia. col.* 4. *de elect.* quod si constat præbendas fuisse institutas de bonis communibus placet opi. ut simul ad utrumque pertineat, videlicet ad Episcopum & capitulum collatio præbendarum. Et rationem assignat, quia ex bonis communibus institutæ sunt: tunc etiam, quia interest omnium de Ecclesia habere canonicos gratos: unde cum in hoc casu concurrant duo vincula, dicendum est quod simul habent providere per illam regulam generalem: *quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. c. ad hoc. de offi. Archi.*

Omne jus collationis in Cathedralibus & collegiatis pendet à consuetudine: nullum ejus in illis certũ & generale jus scriptũ, hoc diversus Episcoporum & collegiorum usus demonstrat. I.

13. Sed quando præbendæ habent patronum, quia fundatæ ex bonis illius, patronus tunc dicitur præsentare Episcopo: ut not. Dom. Abb. *in c. nobis. de jure pa.* & Episcopus debet instituere cum consilio, vel saltem cum consensu canonicorum. *arg. c. nullus.* 16. *q.* 7. & potiùs secundum eum debet requirere consilium quam consensum. argu. *c. novit.* & *cap. quanto. de his quæ fiunt à præla.* & hoc casu debet intelligi opi. Host. superiùs recitata in dubio quando dubitatur de quibus bonis præbendæ sint fundatæ: tunc præsumuntur ordinatæ & institutæ ex bonis communibus Ecclesiæ, *ut* §. *fi.* 12. *q.* 1. Idem not. Innoc. *in cap. dilectus. de majo. & obed.*

14. Ubi no. quod dignitas & jura Ecclesiæ possidentur per Episcopum & capitulum. facit. *c. cum clerici. de ver. sig.* & istam limitationem de præbendis Ecclesiæ cathedralis credit Dom. Abb. ubi sup. procedere in provisione dignitatum ipsius Ecclesiæ cathedralis eisdem rationibus. & dicit Dom. de sancto Gemi. *in c.* 1. 21. *dist.* quod si istæ præbendæ essent patronatæ, ut potest esse de jure etiam laici essent patroni præbendarum in cathedralibus. *c. dilectus. in* 3. *de concess. præben.* & *c. fi.* & not. Doct. *in c. nobis. de jure pa.* Archi. *in c. imperium.* 10. *dist.* tunc patronus præsentabit: & Episcopus cum consilio capituli vel majoris partis habebit de jure confirmare sive instituere. *cap. novit. de his quæ fiunt à præla.* nisi Episcopus præscripsisset contra capitulum ut communiter hodie ita servatur: tunc solus Episcopus faceret confirmationem. *arg. c.* 3. *de consue. in* 6. aut illa beneficia sive præbendæ non sunt de patronatu alicujus: & tunc si consuetudo aliquid disponit, ut quia spectat ad solum Episcopum, vel ad solum capitulum, & illa est servanda. *ut c. cum Ecclesia.* & quod ibi not. glo. *de elec.* & notatur *in c. dilecto. de sup. neg. præla.* facit. *c.* 1. 60. *dist.* si autem consuetudo nil disponit, & Episcopus non potest habere consensum vel consilium capituli, quia omnes sunt mortui vel alias de jure impediti: & tunc prælatus solus providebit. ut not. Joan. And. *in c. cum Ecclesia. de elec.* facit. *c. primum. ne sede vacan. in* 6. aut canonici sunt habiles ad eligendum, & administratio Ecclesiæ non est divisa inter Episcopum & capitulum: & tunc collatio spectat ad Episcopum cum consensu capituli. ut not. Hosti. *in d. c. cum Ecclesia.* & sic habebit locum. *c. à collatione. de appella. in* 6. facit. *c. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælatis.* & *c. edocere. de rescript.* & ita procedit opi. Compost. quam suprà recitavi, quando bona & administratio inter Episcopum & capitulum sunt discreta & separata de jure, collatio spectat ad Episcopum cum consilio capituli: ut no. Hostien. *in d. c. cum Ecclesia.* & facit. *ca. novit. de his quæ fiunt à præla.* ubi tex. loquitur de consilio Archi. *in c.* 3. *de consue. in* 6. ubi patet quod in destitutione requiritur consilium capituli: sed institutio & destitutio pari passu ambulant. *c. novit. de his quæ fiunt à præla. c. cum ex injuncto de hære.* ergo sufficit consilium capituli. ita videtur decidere Ægi. *deci.* 69. *qua incip. Palatinum.* Ego circa istum articulum solum reperio prædictos Doct. contrariantes quando dubitatur quis fundaverit præbendas: mihi placet in isto casu opinio Dom. de sancto Gemi. contra Dominum Abbatem, quod plenaria collatio debet fieri per Episcopum cum consensu capituli. ad hoc facit. *c. novit.* & *c. quanto. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli.* ubi jura dicunt quod Episcopus ista debet facere cum consilio capituli in concernentibus alias Ecclesias & in tangentibus negotia istius capituli & Episcopi, tunc Episcopus cum consensu sui capituli debet illa exercere, ut not. Dom. Abb. *in c. novit. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli.* Istud etiam probatur per rubricam, quia rubrica dicit de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli, & sic præsupponit quod omnia illa sunt exercenda per Episcopum cum consensu capituli. Istud etiam probatur per glos. *in clem. ut hi qui. de æta. & quali.* quæ dicit quod prælatus non est de capitulo: nec venit appellatione capituli. not. Dom. Abb. *in c.* 1. *de elect.* & sic ergo istud non debet exerceri per Episcopum & capitulum æqualiter, sed per Episcopum cum consensu ipsius capituli per jura superiùs alleg. Nec obstat. *c. à collatione. de appel. in* 6. ubi tex. loquitur de facto: & non ponit regulam juris communis, sed decidit solum illum casum quando donatio beneficii communiter pertinet ad Episcopum & capitulum.

15. Quintus casus est quando agitur de collationibus præbendarum Ecclesiæ collegiatæ inferioris à cathedrali: & tunc dicit Joan. Cal. *in c. cum Ecclesia. de elect.* quod prælatus & capitulum illius Ecclesiæ non requisito Episcopo providebunt sicut faciunt in aliis negotiis ipsius Ecclesiæ. Et rationem assignat, quia non est tanta communio inter Episcopum & Ecclesiam inferiorem sicut inter Episcopum & Ecclesiam suam cathedralem. *c. requisisti. de test.* Meritò aliud dicendum in præbendis Ecclesiæ cathedralis, quam in præbendis Ecclesiæ inferioris.

Item secundum eum facit, quia præbendæ præsumuntur institutæ ex bonis illius Ecclesiæ inferioris: provideat ergo prælatus & capitulum illius Ecclesiæ sicut habent administrationem aliorum bonorum. Et istam opinionem tenuit Hostien. *in c.* 2. *de institut.* & Dom. de Rota. *decis.* 160. licet fuerint varii Nam quidam tenuerunt quod præsentatio pertinet ad prælatum & capitulum illius Ecclesiæ inferioris: institutio verò ad ipsum Episcopum loci, sed collector decisionum tenuit præcedentem opinionem, ut provisio pertineat

Source : BIU Cujas

pertineat ad prælatum & capitulum illius Ecclesiæ. Tandem Joan. de Ligniano tenuit ut præsentatio pertineat ad Ecclesiam inferiorem, & institutio ad Episcopum: & istam opinionem Joan. de Ligniano tenuit Fede. de Senis *consilio* 223. & ita etiam tenuit Do. Abb. *in c. cum Ecclesia. colum. 4. de elect.* Et istud probat quia jura dicunt generaliter quod institutio beneficiorum pertinet ad Episcopum: & quod ipse habet providere de præben. & aliis beneficiis. facit text. *in c. nullus. 16. q. 7. & cap. cum ex injuncto. de hære. c. 1. q. 1.* ubi probatur quod videtur si alienus Episcopus capellam construat in aliena diœcesi reservatur sibi dumtaxat præsentatio sicut cuicunque patrono privato: institutio verò & alia jura Episcopalia reservantur Episcopo loci: ergo præsuppositio quod ex bonis Ecclesiæ inferioris fuissent institutæ præbendæ: ex quo tamen sunt bona redacta ad spiritualia beneficia, debet institutio pertinere ad Episcopum: sed ubi præbendæ non essent annexæ canonicatibus, sed consisterent in mera temporalitate: tunc secundum eum est tenendum quod institutio pertineret ad Episc. & præsentatio ad capit. & dicit.

16. Dom. de sancto Gemi. *in c. 1. 21. dist.* quod electio prælati Ecclesiæ collegiatæ de jure spectat ad capitulum ipsius Ecclesiæ. *c. 1. de electio.* nisi consuetudo disponeret quod spectaret ad collationem Episcopi, quia esse potest. ut notat Joan. And. post Host. *in c. cum venerabilis. de excep. & in c. 2. de in integ. restit. & in c. nobis. de jure pa. & in c. accedentibus. de excess. præla.* Aut agitur de creatione aliorum clericorum, vel canonicorum Ecclesiæ collegiatæ: & tunc si consuetudo aliquid disponit, illa est servanda. & sic secundum eundem Dom. procedit opinio illorum, qui tenent quod ad capitulum & prælatum Ecclesiæ collegiatæ inferioris spectat collatio, aut consuetudo nil disponit. Et tunc quando agitur de ordinatione ipsius Ecclesiæ à principio, quando Ecclesia erigitur in Ecclesiam collegiatam: & tunc spectat ad Episcopum. *c. quoniam. de vita. & hone. cleri.* Aut agitur de ordinatione ipsius postquam jam est erecta in collegiatam: & tunc ad prælatum ipsius Ecclesiæ pertinet præsentatio & institutio ad Episcopum. *c. cum & plantare. de privileg. c. ad audientiam. in 1. de Eccle. ædifi.* Istam opi. de verbo ad verbum sequitur Cardi. Alex. *ind. c. 1, colum. 7. 21. dist.* mihi placet ista opi. tanquam communis, & istam corroboro. nam sive ageretur de Ecclesia collegiata, sive de alia Ecclesia, intentio Episcopi circa institutiones aut confirmationes est fundata de jure communi. *c. ex frequentibus. de instit.* facit glos. *in cle. 1. de sup. neg. præla.* & not. Dom. Abb. *in ca. 1. de elect.* facit etiam tex. *in c. ad audientiam. in 1. de eccle. ædi. & c. de monachis. de præben. & digni.* ubi quando monachi habent beneficium unitum debent præsentare clericum Episcopo, qui debet illum instituere, & sic videtur esse text. quod Episcopus habet institutiones in ecclesiis subditis Ecclesiæ collegiatæ. facit text. *in c. 1. de præben. in 6. & in clem. 1. de jure patro. & in cap. 1. de capel. monac.*

17. Sextus casus est in beneficiis sonantibus in nomen rectoriæ, quia in illis de jure communi collatio seu institutio pertinet ad solum Episcopum, & in majoribus beneficiis providebit cum consilio capituli sui, in minoribus sine consilio: ut not. *in c. novit. & in c. quanto. de his quæ fiunt à Præla.* & si ista beneficia habent patronum, præsentatio fiet per eum ipsi Episcopo. *ut per totum titulum. de jure pa.*

Circa istum casum est advertendum, quia quando beneficium seu capella est fundata in ipsa Ecclesia inferiori, & tunc inferior ratione fundi, hoc est ipse rector illius Ecclesiæ habebit præsentare unam cum patrono: nam ratione fundi acquiritur jus patronatus. *c. ad audientiam.* & ibi per glos. & Doct. *de eccle. ædifi.* & not. *in c. nobis. de jure pa.* facit glo. *in c. piæ mentis. 16. q. 7.* & not. *gl. 83. dist. in c. 1.* & Do. Abb. *in c. ad audientiam. in 1. de eccle. ædi.* & *in d. cap. cum ecclesia. col. 5. de elect.* Si capella est ædificata extra Ecclesiam in parrochia, tamen alicujus Ecclesiæ: & tunc est distinguendum post Dom. Abb. ubi sup. quod aut Ecclesia parrochialis contribuit in dote, & habet præsentationem unà cum patrono. *ut d. ca. ad audientiam.* Aut nihil tribuit, & tunc non potest prætendere præsentationem, ut not. Dom. Abb. *in d. c. cum ecclesia. de elect.* & tunc præsentatio pertinet ad solum patronum. Si autem non constat de patrono, quidam dixerunt quod præsentatio pertinet ad parochianos, [a] licet tenendum est quod libera collatio pertinebit ad Episcopum. & idem dicendum de ipsa Ecclesia parrochiali si non constat habere patronum. ut not. Inno. *in c. cum venerabilis. de excipt.* & Joa. And. *in c. unico. de capel. mona. in 6.* & not. Dom. Card. Alex. *in c. 1. 21. dist.* & dicit glos. *in c. eam te. de æta. & quali.* quod si Ecclesia parrochialis ædificat in fundo suo aliam Ecclesiam poterit ibi ponere vicarium & prælatus majoris Ecclesiæ erit prælatus utriusque: tamen Dom. Abb. intelligit illam glos. quando Ecclesia parrochialis ædificabit sibi capellam vicinam quasi in adjutorium sui: non autem ut esset beneficium per se stans: nam tunc habebit ibi præsentare rectorem perpetuum. ut not. Dom. Abb. *in d. c. cum ecclesia. de causa poss.*

[a] Imo si non constat de patrono, non constat de reservatione juris patronatus, & sic cessat per notata supra in 1. parte. qu. 5. in fine. C. M.

18. Septimus casus est quando agitur de beneficiis regularibus, & dicit glos. *in c. fi. de regula. lib. 6.* quod creatio Monachorum pertinet de jure ad Abbatem & conventum simul: nisi aliud habeat consuetudo. facit. *c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præla.* qui tex. non probat illam opinionem, nec aliquo jure probatur. Unde dicit Dom. Abb. *in d. c. ea. de his quæ fi. à præla. & in c cum Ecclesia. de elect.* quod de jure creatio Monachorum pertinet ad Abbatem. *c. nullam. 18. q. 2.* & si omnes illius Ecclesiæ essent mortui superior immediatus providere debet de præla. not. Comp. *in c. ne pro defectu. de elect.* & Fede. *cons. 33.* facit gl. *in c. 1. 18. q. 2.* facit gl. *in cle. un. de sup. neg. præla.* & Dom. Abb. *in c. 1. & in c. cum Ecclesiu. de elect.* & dicit Do. de sancto Gemi. *in c. 1. col. 3. ver. 2. casu. 21. dist.* quod quando consuetudo aut privilegium disponit in Ecclesia regulari quod superior habeat conferre: tunc ipse confert ut est casus & ibi Doct. *in c. Sacrosancta. de elect.* aut consuetudo nil disponit, & tunc prioratus regulares habentes Monachos non populum, & ex sua fundatione superiores habentes obtinent temporalia in eisdem, & in istis superiores Abbates ponunt priores, & ad libitum removent ut in eis magis vigeat obedientia: ideo isti prioratus appellantur obedientiarii. *de statu mo. c. cum ad Monasterium. §. tales.* & isti non possunt sibi assumere authoritatem continuæ prælationis, sed sine contradictione removeri possunt per superiorem sicut dicitur de præsidentibus capitulis generalibus. *de statu Mona. c. in singulis.* & si per Episcopos instituerentur non possent per Abbates postea removeri sine consensu Episcopi. *c. ad hoc. de offi. vica.* In talibus ergo superiores removebunt & ponent tales pro libito voluntatis: ut not. Archi. *in summa. 16. q. 2.* & tales Ecclesiæ collegiatæ non sunt obedientiariæ: tunc collegium ipsius Ecclesiæ habet sibi de jure eligere prælatos. *c. 1. de ele. c. 2. de statu reg. §. fi.* & *16. q. 7. §. fi.* Sed quid iste confirmavit electos in Abbates si consuetudo, vel privilegium, aut constitutio regulæ aliquid de hoc disponat illa est servanda. *c. ne Dei timore. de simo.* & not. Host. *in c. 1. de sup. negligen. præla.*

19. Si aliquo jure speciali non disponitur, de jure communi, superior Episcopus illius Monasterii confirmabit electionem conventus: quia cum ipse præficiatur curæ collegii & regimini animarum totius diœcesis spectat ad Episcopum. *c. nullus. 16. q. 7.* nec ob. *c. cum dilectus. de consue.*

20. Ubi Monasterium Karofense confirmabat ex

Source : BIU Cujas

ſtatuto Epiſcopi, quia concedebat ſibi confirmationem: & ſic illud obtinebat ex conceſſione Epiſc. & ſi non conceſſiſſet de jure communi ſpectabat ad Epiſcopum confirmatio. & ſi tale Monaſterium eſſet ſubjectum alteri Monaſterio, quia incongruum videtur quod Abbas ponatur inſcio ſuo ſuperiore, tunc electio quæ celebratur in tali Monaſterio denuntianda eſt Abbati cui ſubeſt, & per eum & per electores præſentetur diœceſano. *arg. ca. ad audientiam. de eccle. ædifi.* & *c. Sacroſancta. de elect.* & Epiſcopus confirmabit: ut not. Archi. 16. *q.* 2. *in ſum.*

21. Iſtam partem etiam tenet Hoſt. *in c.* 1. *de ſup. negli. præla.* ubi dicit quod patres Abbates non poſſunt confirmare de jure alios Abbates ſibi ſubjectos, niſi habeat ex conſuetudine vel privilegio. Et ita etiam tenet Domin. de ſancto Gemi. *in c.* 1. 21. *diſt.* vide etiam Card. Alex. *in c.* 1. *col.* 8. *verſi.* 2. *caſu.* 21. *diſtin.* ubi dicit quod quando conſuetudo vel privilegium diſponit quod ſuperior habeat conferre Eccleſias regulares collegiatas: & tunc valet quando ſunt prioratus obedientiarii ut prioratus habentes Monachos: non autem populum & Abbates obtinent temporalia in eiſdem. & in iſtis ſuperioribus Abbates habent conferre & ad libitum removere. ut not. Bella. *deci.* 203. ubi dicit quod in dubio tales prioratus ſunt manuales & ad nutum amovibiles. facit. *c. cum ad Monaſterium. §. tales. de ſtatu Mo.* & iſti non poſſunt ſibi aſſumere authoritatem continuæ prælationis, & ſine contradictione removeri poſſunt per ſuperiores, ſicut dicitur de præſidentibus. capitulis generalibus. *de ſta. mo. c. in ſingul.* & ſi per Epiſc. inſtituerentur non poſſint per Abbates removeri. *c. ad hæc. de offi. vic.* & propter hoc non confirmantur tales prioratus. *c. porrecta. de confir. uti.* Si autem iſti prioratus ſint conventuales aut iſtæ Abbatiæ: & tunc electio pertinet collegio per jura ſuperiùs alleg. & confirmatio ſpectabit ad ſuperiorem Epiſcopum niſi conſuetudo aut privilegium contrarium diſponeret, ut ſup. dixi idem tenet Feli. *in c. cum venerabilis. colum.* 10. *verſi. fallit tertio.* ubi alleg. Hoſtien. *in ſumma. de capel. Mona.* §. *quid juris.* & Dom. Abb. *in c. cum deputati. de judi.* Marianum latiſſime *in repe. de Monachis. de præben.* & Doct. *in c.* 1. *de capel. Mona.* facit gl. *in cap. fi. de regu. in 6.*

22. Octavus caſus eſt quando agitur de proviſionibus Eccleſiarum non collegiatarum: & tunc quando ſunt patronatæ patronus præſentat de jure communi, & Epiſcopus inſtituit, nec poſſet Epiſcopus talia beneficia conferre. *c. illud. de jure pa. in fi.* & *c. decernimus.* 16. *q.* 7. quando non ſunt patronatæ: tunc Epiſcopus pleno jure confert. *c. ordinarii. de offi. ordi. in 6. c. omnes baſilicæ.* 26. *q.* 7. aut iſtæ Eccleſiæ ſunt ſubſtitutæ in parrochia alterius Eccleſiæ, & tunc rector parrochialis Eccleſiæ præſentat, Epiſcopus inſtituit. not. *in c. ad audientiam. in* 1. *de Eccle. ædifi.* & not. Hoſt. & Joan. And. *in c. cum inter. de excep.* Archi. *in c. nullus.* 16. *q.* 7. & *in c quando.* 24. *diſt.* Si autem non ſunt in parrochia, ſed in titulis Eccleſiarum ſecularium, ut in plebibus in illis capellis: tunc inſtitutio pertinet ad Epiſcopum. *c.* 1. 16. *q.* 7. *c. cum ex injuncto. de hære. c. conquerente. de offi. or.* not. Inno. *in c. dilectus. de capel. Mona.* & Archid. *in c. Presbyteri.* 16. *q.* 1. & *in c. nullus.* 16. *q* 7. & hoc habet locum niſi conſuetudo contrarium diſponeret. ut not. Dom. de ſancto Gem. *in c.* 1. 21. *diſt.* Aut iſta beneficia particularia ſunt poſita in corpore Eccleſiarum regularium: & iſti habent curam animarum, debent ibi poni rectores ad præſentationem monach. & Epiſc. confirmabit, quando tales capellæ non ſunt ſubjectæ: tamen pleno jure Monaſterio, vel licet ſint ſubjectæ: tamen habent populum non exemptum. & ſic habet locum. *c.* 1. *de capel. mo in 6.* not. Dom. Abb. *in d. c. cum Eccleſia. de ele.* notant Dom. de ſancto Gemi. & Card. Alex. *in c.* 1. 21. *diſt.* & Feli. *in c. cum venerabilis. colum.* 10. *verſi. circa dicta. de excep.* alleg. *c. omnes.* 16. *q.* 7. facit tex. *in d. c. cum venerabilis. de excep.* & But. *in fi. col.* 1. *de cauſa poſ.* Nicol. Milis. *in ſuo reperto. in verbo Epiſcopus.*

23. Ubi dicit per illa jura quod Epiſcopus fundat intentum ſuum de jure communi in ſubjectione omnium Eccleſiarum ſitarum in ſua diœceſi: & iſtud ſecundum eumdem Feli. ampliatur procedere etiam ſi alienus Epiſcopus conſtrueret Eccleſiam de novo in aliena diœceſi: quia tunc ipſe Epiſcopus conſtruens habebit ſolum præſentationem. *c.* 1. 16. *q.* 5. facit. *c. ſignificaſti.* & quod ibi nota. *de jure patro.*

24. Ampliatur ſecundò etiam ſi fundator Eccleſiæ ordinaret, quod inſtitutio non ſpectaret ad Epiſcopum, licet ad inferiorem non obſtante illa ordinatione Epiſcopus inſtituet. not. Innoc. *in c. in Lateranen. de præben. & dig.* & Dom. Abb. *in c. requiſiſti. colum. pe. verſi. ex quo infero. de teſta.* & *in c. nobis. col.* 2. *verſi. ex hoc infero. de jure patro.* facit. *c. ſic quidam.* 10. *q.* 1. Et dicit Bar. *in l. quotiens.* §. *fi. ff. de admi. tut.* quod ſi aliquis fundat Eccl. hoc pacto, quod ſubſit Abbati, nihilominus erit ſub Epiſc. per illum tex. facit bonus tex. *in c. cum dilectus. cum ſua gloſ.* in verbo *conſtitutum. de conſue.* & ſi teſtator dixiſſet quod ſi illa Eccleſia non gubernaretur ut ipſe ordinavit, irritabat omnem diſpoſitionem ſuam iſta pœna per teſtatorem appoſita contra legem rejicietur: ut not. Rota *titu. de teſta. deci.* 7. *in antiquis.* amplians hoc etiam ſi mandaret in pœnam quod redditus illi Eccleſiæ deputati converterentur in alios pios uſus, valeret dicta ordinatio conſentiente Epiſcopo. ut not. Inno. *in d. c. in Lateranenſi.* & Abb. *in c. nobis. de jure pa.* Et ſi Epiſcopus injuſtè recuſat conſentire, agi poteſt coram ſuperiore ut compellatur. not. Innoc. *in c. in Lateranenſi. de præben.* & facit. *c. nobis. de jure pa.* & ſi Epiſcopus conſentit non poteſt ejus ſucceſſor revocare, cum non agatur de præjudicio juris Eccleſiæ quæſiti. ut not. Dom. Abb. *in c. cum dilectus. de jure pa.* & ita conſuluit And. Barba. ut ipſe refert *in c. requiſiſti. colum.* 30. *verſi. ego vidi. de teſta.* facit quod not. Inno. *in c. in Lateranenſi. de præben. & digni.* & Ludo. Ro. *conſi.* 177. *incipien. Licet ipſi notario.* & ſic reſultat ex iſto caſu quod Epiſcopus in beneficiis ſuæ diœceſis habet plenam diſpoſitionem.

25. Fallit in eccleſiis quæ ſunt de titulis Cardinalium, quia in illis Cardinalis etiam non Epiſcopus habet pleno jure. ut not. Domi. de ſanct. Gemi. & ibi etiam Card. Alex. *in c.* 1. 21. *diſt.* not. Joan. Mon. *in* 1. *de majo. & obe in* 6. ubi dicit Papam alias iſta ſibi reſpondiſſe. Imo. *in clem. ne Romani. col.* 5. *de elect.* But. *in c. dilecto. colum. fi. de offi. Archi.* Inno. *in c. dilectus. de capel. Mo.* facit text. ſing. *in cap. is qui. de majo. & obedien.* & ibi Feli. poſt alios Doct.

Fallit ſecundò niſi plebs vel alia Eccleſia inferior haberet ex privilegio vel præſcriptione jus inſtituendi: ut not. Dom. de ſancto Gemi. *in c.* 1. 21. *diſtin. per c.* 1. *in fi. ne cleri. vel Mona. in* 6. & ita conſuluit Car. *conſ.* 67. *incipien. Thema tale eſt.* & Fel. *in d. c. cum venerabilis. de excepct.* cum cæteris limitationibus, quas dat Feli. *in dicto c. cum venerabilis. colum.* 10. *de exceptio.*

26. Nonus caſus eſt in beneficiis vacantibus ſede Epiſcopali vacante, quia capitulum illa non confert. *ca.* 1. *ne ſede vacante. in 6. c. illa. eo. tit. c.* 1. *de inſtit. in 6. cum ſim.* de quibus vide Fran. de Pavinis. *in tracta. ſuo de poteſtate capituli ſede vacante. in* 2. *par. q.* 1. & cum his ſit declarata Quæſtio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO XXIII.

1. *Rex Franciæ an posit beneficia conferre, & alii Principes possint etiam super illis aliquid disponere.*
2. *Episcopus ne detur suspectus potest Princeps se opponere. num.* 18.
3. *Regi Franciæ quæ privilegia fuerunt sibi concessa.*
4. *Concilio generali Papæ quare debent Principes seculares interesse ubi non potest interesse in generali concilio clericorum, demptis casibus quibusdam. num* 13.
5. *Quare non conferunt laici beneficia, nec eligunt in beneficiis Ecclesiasticis, ubi ex consuetudine immemorabili non præscribere potest jus conferendi. num.* 16.
6. *Laicus esse non potest administrator generalis Ecclesiæ, nec aliquid statuere etiam in favorem, nec cognoscere etiam super annexis. num.* 11.
7. *Vicarius Episcopi esse non potest laicus.*
8. *Prædicare non potest laicus.*
9. *Decimæ principalis non potest esse collector laicus.*
10. *Arbiter esse non potest laicus in causis spiritualibus.*
12. *Electioni Prælati interesse non potest laicus, & licet alias posset Rex an videatur hodie sublatum. num.* 21.
13. *Laicus quibus casibus potest interesse concilio universali clericorum.*
14. *Beneficiatus esse non potest laicus.*
15. *Laici non debent se immiscere inter clericos in Ecclesia nisi sint à clericis invitati; & tunc cum illis possint cantare, ut in Gallia sunt communiter laici coniugati boni cantores.*
16. *Conferre potest laicus beneficia ex privilegio.*
17. *Consuetudine potest induci, ut canonici non eligant prælatum antequam denuntient principi mortem Prælati. num.* 21.
18. *Princeps potest se opponere adversus Prælati electionem, ne sibi detur suspectus, etiam si sit per Papam provisus. num.* 37.
19. *In electione facta vel fienda quomodo requiratur Principis consensus.*
20. *Eligendi potestas an possit in totum per consuetudinem tolli.*
22. *Regalia tribus modis dicuntur.*
23. *Rex olim habebat collationem præbendarum Ecclesiæ Andegavensis.*
24. *Rex Franciæ est Canonicus in pluribus Ecclesiis sui regni.*
25. *Conferendi patrono laico non potest jus concedere inferior à Papa.*
26. *Laici sunt jurium spiritualium incapaces.*
27. *Contractus à principio sunt voluntarii, & ex post facto necessarii.*
28. *Dispositio hominis est intelligenda in casu vero & non ficto.*
29. *Ad Episcopatum unum Rex debet nominare plures, ne videatur sublata potestas eligendi ipsis electoribus nominando unum tantum.*
30. *Extraneus non debet præferri in electione regnicolis alias militat justa causa recusandi.*
31. *Electus in Episcopum an sit confirmandus, ubi Rex dederit sibi investituram ex quo habet se ita consuetudo.*
32. *Investituram recusandi quæ est causa justa.*
33. *Patronus potest hodie præsentare clericum undecunque originem duxerit.*
34. *Beneficia sunt potiùs conferenda compatriotis quam extraneis, & Rex Franciæ habet privilegium ut extraneo conferri nequeant in suo regno. num.* 36.
35. *Beneficia an possint hodie conferri extraneis.*
37. *Principes & parrochiani admittuntur ad opponendum crimina contra promovendum.*

QUæro vigesimo tertiò. An Rex noster Franciæ aut alius Princeps secularis possit beneficia conferre, aut super illis aliquid disponere.

In quo nulla mentio Andegavensis decanatus, sed Sancti Petri Cœnomanensis, cujus præbendæ sunt meræ collationes Regiæ, unde error sit natus non constat, cum ipse alleget. c. 27. dilectus. de præb. qui loquitur de decanatu Andegavensi.

Et primò pro parte affirmativa facit text. in parte decisa. *in c. cum inter. de consue.* ubi ipse Rex conferebat decanatum Andegavensem.

Ad illum tex. potest responderi, quod procedit ex privilegio. ut not. glos. *in c. imperium.* 10. *dist.* & *glo. in summa.* 16. *q.* 7.

Secundò pro ista parte facit tex. *in c. dilectus. in* 3. *de præbend. & dign.* ubi dicit tex. quod Rex dedit collationes præbendarum Ecclesiæ Andegaven. decano ipsius. Ad illum tex. potest responderi quod Rex illud habebat ex privilegio, quia aliter non poterat sibi competere, ut not. Dom. de sancto Gem. post alios Doct. *in c.* 2. *de præben. & digni. in* 6.

Tertiò pro ista parte facit tex. *in c. hinc est etiam.* 16. *q.* 1. ubi dicit tex. quod sine regali provisione ipsius Regis Franciæ & Monachorum electione nullus assumatur in Abbatem istius monasterii non nominati in illo tex.

Ad istud etiam potest responderi quod ille tex. intelligitur privilegiativè & non jure communi: ut inf. dicetur.

Quartò pro ista parte facit tex. *in c. Adrianus in* 2. 63. *dist.* ubi dicit tex. quod propter servitium impensum Ecclesiæ Romanæ per Regem Carolum concilium universale ubi præsidebat Papa concessit eidem regi electionem summi Pontificis, & investituras Archiepiscoporum & Episcoporum sui regni.

Ad istud potest responderi, quod illud fuit concessum eidem Regi ex privilegio, ut patet in illo text. quod privilegium fuit postmodum revocatum: ut est text. *in §. verum.* 63. *dist.*

Quintò facit quia ipse Rex Franciæ sede vacante Episcopali ipse confert præbendas jure regali in multis Ecclesiis sui regni. ut est glos. nota. *in c.* 1. §. *voluit in verbo regali. de annatis. in prag.* & not. Dom. post Joan. Mona. *in c.* 2. *de præben. & digni. in* 6. ubi loquitur de Ecclesia Lugdunensi. Tamen malè intellexit de illa Ecclesia: quia capitulum præbendas confert &

si quod intelligendum Ecclesiæ collegiatæ D. Martini cujus collatio ad Regem pertinet. Hoc xenodochiũ est Augustoduni apud Burgundos, ut videre est apud D. Gregor. lib. 11. epist. 10. ex qua can hinc est. desumptus est. Licèt proponat de Rege Franciæ loqui, hoc cap. cum universas. de elect. non de

Source : BIU Cujas

Rege Franciæ, sed de Rege Neapolitano loquitur. I.

non Archiepiscopus. Sed potest poni exemplum in Ecclesia Carnotensi, quod vidi servari meo tempore.

Ad istud respondetur quod illa procedunt ex privilegio, ut patet in illis juribus.

Sextò pro ista parte facit tex. *in c. cum inter universas. de elect.* ubi in electione prælati requiritur consensus regis.

Ad istud potest responderi quod per illum consensum non acquiritur jus: ut patet ibi per Doct.

2. Septimò pro ista parte facit quod not. Car. Alex. *in c. porro. 63. dist.* ubi dicit quod Princeps potest se opponi, ne detur sibi Episcopus suspectus in suo regno cum similibus, ut infrà dicetur.

Ad istud potest responderi, quod illa oppositio non habet vim electionis aut provisionis ut inf. dicetur.

Octavò facit. *c. Agathosa.* & quod ibi no. Card. *63. dist.* ubi dicitur quod valet consuetudo ut electio Papæ præsentetur Imperatori: & quod aliquid sibi detur electione facta.

Ad istud potest responderi, quod per illum consensum principis non datur aliquod jus spirituale: ut inf. dicetur: ut not. Dom. Abb. *in c. cum terra.* & *in c. 1. & in c. quod sicut.* & *in c. Massana. de elec.* & *in c. ex parte. de testi.* & Inno. *in c. illa. de accusa.* & *in cap. super his. eo. titu.* & not. glos. in verbo *pontifex. in cap. 2. de elect. in pragm.*

Nonò facit dictum Inno. *in c. quod sicut. de elect.* ubi dicit quod valet consuetudo ut mors prælati nuntietur principi, & requiratur licentia ipsius ad futuram electionem faciendam: & electio aliter facta est irritanda.

Ad istud respondetur quod per illum consensum non acquiritur jus electo vel eligendo, ut in simili facit glos. & ibi Dom. Abb. *in cap. si vero. de jure patro.*

3. Decimò pro ista parte faciunt multa privilegia quæ olim fuerunt concessa Regi Franciæ.

Et primò fuit concessum divinitus Regi Franciæ, quod ipse inungeretur divinitus, hoc est, per unctionem divinitus missam in Monasterio sancti Remigii diœcesis Remens. ut not. Joan. Mona. & ibi Dom. de sancto Gem. post eum. *in c. 2. de præb. in 6. glo. in proœ. prag. in verbo Carolus.*

Secundum privilegium concessum eidem Regi Franciæ, est quod arma & lilia divinitus fuerunt missa. *glo. in proœ. prag. in verbo Carolus.*

Tertium privilegium concessum eidem Regi, quod ad solum tactum infirmos à quadam infirmitate liberat, ut not. Joan. Mona. quem sequitur Domi. *in c. 2. de præben. lib. 6.*

Quartum privilegium fuit concessum eidem Regi, quod vacante sede Episcopali in Ecclesia quæ est de fundatione regali ipse Rex confert præbendas. ut not. Dom. de sancto Gemi. *in c. 2. de præben in 6. glos. in c. 1. in verbo regaliæ. de annatis. in prag.* potest poni exemplum in Ecclesia Carnotensi, prout ego ita tempore meo vidi servari.

Quintum privilegium est concessum eidem Regi, quod ipse est canonicus in aliquibus Ecclesiis sui regni, ut est canonicus in Ecclesia sancti Hilarii civitatis Pictavensis: [a] ut not. Dom. Abb. *in cap. extirpandæ. §. qui vero. in repe. col. 11. de præb. & digni.* not. etiam glo. *in c. 1. in verbo regaliæ. de annatis. in prag.*

a Apud Cleriacum & S. Anianum Aurelliis. C. M.

Sextum privilegium concessum eidem Regi Franciæ est, quod aliquis qui non est de regno non potest habere beneficium in suo regno sine dispensatione: ut dicit glo. *in proœ. prag. in verbo nonnunquam.* & in simili facit glos. *in capit. si proponente. de rescript.*

Septimum privilegium est, quod si aliquis oraverit Deum pro Rege Franciæ obtinebit decem dies indulgentiæ. ut not. sanctus Thom. *in 4. sent. distin. 19.* & est glos. *in proœ. prag. in verbo tuetur.*

Octavum privilegium concessum eidem Regi Franciæ, quod aliquis non est recipiendus in Papam nisi ab ipso Rege fuerit electus: vel aliquis non est habendus Archiepiscopus vel Episcopus nisi à Rege fuerit investitus. *c. Adrianus. in 2. 63. dist.* tamen ipse Rex illi privilegio quo ad electionem Papæ renuntiavit. *tex. in §. fi. 63. distin.*

Nonum privilegium concessum eidem Regi continetur *in c. hinc est etiam. 16. q. 1.*

Decimum privilegium concessum eidem Regi continetur *in c. dilectus. in 3. de præben. & digni.* & sic videtur dicendum per ista privilegia quod idem Rex habeat plenariam dispositionem in beneficiis.

Ad istud respondetur, ut satis apparet evidens responsio quod illa fuerunt privilegia: & non jus commune, ut suprà fuit dictum.

4. Undecimum argumentum pro ista parte facit, quia principes seculares debent interesse in Concilio generali, ut videtur tex. *in c. ad Apostolicæ. de regu. jur. in 6.* ubi Papa fuit pollicitus se vocaturum ad Concilium generale & alios principes seculares, ut veniant ad Concilium generale de Imperatore. facit. *c. nunc autem. 21. dist. & c. Adrianus. in 2. 63. dist.* ubi tex. dicit quod Carolus Rex Francorum constituit Concilium generale cum Adriano Papa: & non solùm interfuit, sed etiam auctor in constituendo, quia in synodo fuit translata potestas instituendi prælatos: facit etiam. *c. in Synodo. ea. dist.* & non solùm principes, sed etiam judices inferiores leguntur interfuisse Concilio generali. *ut c. ad sedem. 35. q. 9.* ubi Papa vocavit ad Concilium judices diversarum provinciarum.

Ad istud argumentum potest responderi ut respondet Dom. Abb. *in disputatione incip. Episcopus. super 3. dubio.* & hoc fit propter interesse ipsorum laicorum.

Duodecimò facit, quia Concilium generale repræsentat Ecclesiam universalem. *c. sicut. 15. dist.* sed Ecclesia dicitur, hoc est collectio fidelium. *c. Ecclesia. de consecra. distin. 3.* & sic videtur quod quilibet fidelis etiam laicus possit conferre Ecclesias.

Ad istud potest responderi: quod omnis laicus dicitur de Ecclesia ut subditus: & sic debet intelligi illud. *c. Ecclesia.* non autem ut Prælatus, & habens administrationem. *de judi.*

Decimo tertiò, facit quia cum ipsi Reges ungantur ex præcepto Dei tam veteris quam novi Testamenti. *c. 1. de sacra unct.* & *c. nos incompetenter. §. item cum Balaam. 2. q. 7.* & sic per illam unctionem videntur personæ Ecclesiasticæ, ut sentit Dom. Abb. *in disputatione incip. Episcopus. super 3. dubio.* & sic ex istis argumentis oriebatur magna dubitatio ad decisionem istius quæstionis.

5. Nunc venio ad solutionem istius argumenti, mihi videtur quod ista sit vera conclusio quod principes seculares beneficia non possint conferre vel in illis habere jus eligendi, ut est tex. *in c. quod sicut.* & *in c. cum terra.* & *in c. quisquis.* & *in c. Massana.* facit. *cap. cum inter universas. de elec.* & *c. ex eo. eod. titu. in 6.* Et ratio assignatur, quia spiritualia non possunt à laicis possideri. *c. causam. de præscrip.* facit. *c. fin. de rebus Eccle. non alie.* & tex. *in c. bene quidem. 96. distin.* & *c. pervenit. 95. distin.* & *c. imperium. 10. dist.* & dicit glos. *in summa. 16. q. 7.* quod isti principes non possunt beneficia conferre nisi ex privilegio Papæ facit etiam glos. *in c. imperium. 10. dist.* & glo. *in cap. bene quidem. 96. distin. & in simili glos. in cap. 2. de judic.*

6. Idem facit etiam quia isti principes seculares super causis Ecclesiasticis non possunt aliquid statuere etiam in favorem Ecclesiarum, ut est tex. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.* facit. *c. quæ in Ecclesiarum. eo. ti.*

Item etiam isti laici non possunt cognoscere etiam de causis quæ habent annexitatem ad spiritualia, ut est tex. *in c. quanto. de judi.* facit gl. *in c. piæ mentis. 16. q. 7.*

Source : BIU Cujas

Secundò facit, quia laicus non potest esse administrator generalis bonorum Ecclesiæ. ut no. Dom. Abb. post Host. & alios Doct. in *c. 2. de judi. per tex. in c. judicatum. 89. dist. & in c. in nova. 16. q. 7.* ubi dicit tex. quod laicus non potest esse œconomus Ecclesiæ, quia œconomus debet esse clericus. *c. quoniam. in 2. 16. q. 7.* & no. Specu. in *tit. de œconomo. §. 1. versi. item quod est laicus.* facit. *c. 2.* & ibi But. in 3. no. *de ætate & quali.* ubi dicitur quod universalis administratio bonorum Ecclesiæ laico demandari non potest. Secus videtur si administratio temporalium dumtaxat laico committatur: ut not. Dom. Abb. in *c. 2. de judi.* facit glos. in *ca. judicatum. 89. dist.* quia redditus Ecclesiæ laicis locari possunt. *c. vestra. de locato. c. querelam. ne prælavices suas.* ergo à fortiori poterit laicus ut nudus minister in talibus curam suscipere. idem no. Dom. Abb. *col. 1. in c. unico. de syndico.* & *in c. edoceri. de rescrip.*

Sed contra istam conclusionem Dom. Abb. tenet Arch. & etiam Feli. in *d. c. 2. de judi.* ubi dicunt quod administratio temporalium Ecclesiæ laico committi non potest. illud probant *per cap. in nova. 16. q. 7.* ubi dicit tex. ne laici habeant præeminentiam in clericos. Item dicit, quia talis cura non debet committi laico, qui est disparis professionis.

Item movetur idem Are. *per d. c. in nova. ad fi.* ubi tex. loquitur in administratione temporalium, ubi colligitur dum dicit quod ille qui contra facit est obnoxius pauperibus, quibus bona Ecclesiæ eroganda sunt.

Item secundum eundem Are. ubi sup. facit tex. in *c. judicatum. 89. dist.* ubi dicit quod administratio debet committi clerico, quia facilius poterit conveniri coram Episcopo, quia subjectus est cum similibus. ut not. Dom. Philip. Decius in *d. cap. 2. de judi.*

7. Tertiò pro ista solutione facit, quia laicus non potest esse vicarius Episcopi. ut no. Dom. Abb. & alii Docto. in *c. 2. de judi. per tex. in c. in nova. 16. q. 7.* ibi indecorum enim est vicarium Episcopi laicum esse, & viros Ecclesiasticos judicare, & laico causa spiritualis committi non potest. glos. in *d. c. 2.* ergo à fortiori non poterit esse vicarius, qui jurisdictionem habet ordinariam etiam in spiritualibus. facit. *cap. 2. de consue. in 6.* & maximè hoc procedit si laicus fuisset judex maleficiorum: ut no. Bald. in *proœm. decretalium. colu. 8. versi. fui interrogatus.* ubi dicit quod qui non potest ordinari, ordinatos judicare non potest. no. Inno. in *c. 1. de accusa.* Et istud etiam habet locum in clerico conjugato qui non potest esse vicarius Episcopi, quia pro laico habetur, exceptis casibus de quibus in *c. 1. de cleri. conjug. in 6.* no. Dom. Abb. in *c. 2. de judi.* & *in c. sanè. in 1. de cleri. conjuga.* & Domi. de sancto Gemi. post Joan. And. in *c. 1. versi. in cæteris. de cleri. conjuga. in 6.* Et licet clericus conjugatus non desinat esse clericus: quia retinet characterem. ut no. Dom. Abb. in *c. Joannes. in 2. not. de cleri. conjuga.* tamen à jure reputatur non clericus, & pro laico habetur nisi in casibus de quibus in *c. 1. de cleri. conjuga. in 6.* & not. Domi. Philip. Deci. in *d. c. 2. de judi.*

Quartò pro ista parte facit, quia laicus non potest prædicare, ut not. Dom. Abb. & alii Docto. in *c. 2. de judi.* facit. *c. sicut in uno. de hær.* ubi dicitur quod laici prædicare prohibentur. facit etiam tex. in *ca. cum ex injuncto. in princi. eo titu.* facit tex. *in l. nemo. C. de sum. Trini.* & *c. quicumque. §. 1. de hær. in 6.* & præsertim mulier prohibetur prædicare. *c. mulier. 23. distin.* & *c. mulierem. 23. q. 5.* facit. *c. in nova. de pœni. & remis.* & *c. inter cætera. de offi. ordi.* Imò etiam clerici & religiosi prohibentur nisi habeant licentiam à superiore. *c. adjicimus. 16. q. 1.* & *c. excommunicamus. §. quia vero. de hær.* & de commissione superioris laicus bene posset. ut no. Dom. Abb. in *d. c. 2. per c. mulier. 23. distin.* & Roma. *in consilio. 266. incipien. iste Petrus.* Et quod plus est ipsa mulier prædicare poterit si commitatur sibi à superiore, ut no. glo. in *ç. adjicimus. 16. q. 1. cum simi.* ut per Dom. Philip. Decium. in *d. c. 2. de judi.* ubi satis disputat istum articulum.

9. Quintò facit pro ista parte, quia laicus non potest esse collector decimæ Papalis. ut not. Dom. Anto. in *c. 2. col. penult. de judi.* & Archi. in *c. in nova in prin. 16. q. 7.* Roma. *consi. 166. incip. iste Petrus.* ut not. Dom. Philip. Decius. in *d. c. 2. de judi.*

10. Sextò pro ista parte facit, quia laicus in causis spiritualibus non potest esse arbiter. text. in *c. contingit. de arbi.* & hoc habet locum in arbitro, secus in arbitratore secundum communem opi. quam tenent Doct. in *d. c. 2. de iudi.* a

11. Septimò facit, pro ista parte, quia laici de rebus spiritualibus vel Ecclesiasticis aliquid statuere non possunt. *ca. bene quidem. 96. distin. c. fin. de rebus eccle. non alienan.* & *c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.* & ibi Docto.

12. Octavò pro ista parte facit, quia laici non possunt interesse electioni Prælati: *ut c. Massana. cum simi. de elect.* & istud ita procedit quod consuetudo in contrarium non valet, ut ibi tex. etiam si sit consuetudo cujus memoria non sit in contrarium. ut not. Joan. in *c. 2. de præben. in 6.* & Dom. Abb. in *c. Massana. de ele. in 1. nota. & in cap. quisquis. col. 1. de elect.* & hoc etiam procedit in laico patrono Ecclesiæ, non habet jus exigendi in Ecclesia collegiata. *c. nobis. de jure patrona.* etiam per compositionem factam cum Prælato & capitulo ad hoc habilitare non potest. *c. sacrosancta. de ele.* & ibi Dom. Abb. *in 7. not.* ubi concludit quod requiretur auctoritas Papæ pro illa auctorizatione facienda.

13. Nonò facit, quia laicus in concilio universali clericorum intervenire non debet, exceptis quibusdam casibus, quos ponit glos. in *c. fina. de his quæ fiunt à majo. parte capituli.* & ita concludit Dom. Abb. in *disputatione incip. Episcopus. in 3. dubio.* & no. Dom. Philip. in *d. c. 2. de judi.*

14. Decimò pro ista parte facit, quia beneficia Ecclesiastica non possunt conferri laico. *c. cum adeo.* & ibi Dom. Abb. *de rescrip.* & ideo laicus non potest præsentari ad beneficium nec rescriptum illud impetrare potest. ut no. Dom. Anto. in *c. consultationibus. de jure pa.* & laicus canonicus esse non potest. *c. 2.* & ibi Do. Abb. *de institu.*

Undecimò facit quia clerici beneficia de manu laicorum accipere non debent. *c. præterea. de iure patrona.* facit. *cap. si quis deinceps. 16. q. 7.* & *c. per laicos.* & *c. laicis. eadem causa. & q.* Ita quod contraria consuetudo non valet. *c. ex frequentibus. de institu.*

15. Duodecimò facit, quia laici non debent se inter clericos immiscere in Ecclesia. *cap. 1. de vita. & hone. cleri.* nisi sint invitati à clericis: & tunc cum illis cantare possunt quando sunt boni cantores, ut communiter sunt in Gallia. ut no. ibi Dom. Abb. *in dicto ca. 1.*

Decimo tertiò facit *c. ad hæc. de relig. do. & ca. ad nuptiarum. de conse. distin. 1.* & cum his resultat vera conclusio, quod laici non possunt beneficia conferre.

16. Limito primò istam conclu. non habere locum quando ipsi à laicis sede apostolica sunt privilegiati ut beneficia possint conferre, quia tunc ratione privilegii ipsi laici beneficia conferunt: & sic habet locum. *c. dilectus. in 3. de præben. & dig.* & *c. cum inter. in parte decisa. de consue.* gl. *in ca. imperium. 10. distin.* & *in summa. 16. q. 7.* & istud obtinet Rex noster Franciæ, ut præbendas in multis Ecclesiis sui regni conferat vacante sede Episcopali. ut no. gl. *in c. 1. in verbo regaliæ. de annatis. in prag.* & not. Jo. Mo. quem sequitur Dom. de sancto Gemi. in *c. 2. de præben. & dig.* & pro ista parte facit tex. in *c. dilecto. de test* qui tex. loquitur de Comitissa Flandrensi. & dicit Feli. ibi. in *d. c. dilecto.* quod jus conferendi præbendas potest laico etiam fœminæ competere, sed quia hoc est contra. *c. si quis deinceps. cum multis ibi positis. 16. q. 7.* & *c. cum terra. cum simi. de elect.* qui de hoc dicit Host. Joa. An.

a Ludovic. Rom. conf. 173 sed pro ut arbitrator tenet melius consil. 299. C. M.

Source : BIU Cujas

& alii quod ista Comitissa habebat potestatem conferendi præbendas ex privilegio Papæ quod esse potest secundum eos. & pro ista parte alleg. glos. in *c. fi.* & *c. imperium.* 10. *dist.* & glos. *in summa.* 16. *q.* 7. quæ dicit quod Rex Apuliæ habet ex privilegio Papæ investituras beneficiorum, quas glo. approbant Jo. An. in Spe. *tit. de legato.* §. *nunc tractemus. versi sed nunquid legatus.* Idem tenet Inno. in *c. quod sicut. in* gl. *quæ incipit Episcoporum. de elect.* & ibi Jo. An. Dom. Ant. & Dom. Abb. & Jo. An. Pet. de Ancha. & Dom. de sancto Geminiano. *in c.* 2. *de præben. in 6.* & Jo. An. & Dom An. in *c. nobis. in pe. col. de iure pa.* & Joann. And. in Add. Spec. *tit. de præben.* §. *pe.* & glos. *in c. laicis.* 16. *q.* 7. & no. Arch. in *c. hortamur.* 71. *dist.* & no. Bal. loquens de Rege Anglorum. in *l. rescripta. in pe. colum. C. de preci. impe. offe.* & Pet. de Ancha *in clemen. per literas. de præb.* & Dom. Ant. in *c. Massana* & *in c in nostra. de rescrip.* & Dom. Abb. in *c. dilectus. de offi. lega.* & Do. Ant. in *c. quanto. de iudi.* & *in c. præterea. in* 1 *de iure pa.* Imol. in *c. quod in dubiis. in* 1. *not in ult. col. de renun.* & *in c. ad supplicationem. in* 4. *no. eo. tit.* & Dom. An. Imol. & Dom. Abb. in *c. dilectus. in* 3. *de præb. & dig.* Abb. *in rubrica. de iudi. in* 3. *col.* tex. *in c. Adrianus. in* 2. & *in c.* 1. *in synodo.* 63. *distin.* & in isto casu non habet locum ille modus arguendi quod tantum operatur quantum consuetudo cujus initii memoria non extat privilegium. *l. hoc iure.* §. *ductus aquæ ff. de aqua quoti. & æsti. c. super quibusdam. de verbo. sig.* ergo consuetudo talis posset idem inducere, si hoc potest privilegium Papæ, quia illud habet locum data capacitate: sed ubi non est capacitas non procedit hujusmodi æquiparatio de privilegio ad consuetudinem: ut no. singulariter Joan. An. quem sequitur Dom. in propriis terminis. in *c.* 2. *de præben. & digni in 6.* & secundum ejus dicta consuluit Dom. Card. requisitus ab aliquo Comite, *ut consilio* 58. *incip proposita quæstio.* & sequitur Domi. in *c. Catholica. circa finem.* 10. *distin.* & Dom. Ant. in *repe. c. pervenit. in 6. col. de censibus.* ut Dom. Abb. in *ca. novit. in* 12. *col. de judi.* & *in c. quanto. in* 1. *no de consue.* & *in c. ad aures. in* 1. *notabili.* & *in c. causam. de præscri.* & Feli. in *d. c. dilecto. de præb. & digni.*

17. Secundò prædicta conclusio limitatur juxta dictum Inn. *in c. quod sicut. de ele.* ubi dicit quod potest ex consuetudine introduci ut canonici non procedant ad electionem prius quam denuntient mortem principi ut petant ipsius assensum in electione futuri Prælati: aliter cassabitur electio attentata contra consuetudinem. *per c. literis.* 63. *dist.*

Item etiam potest Princeps hoc dicere contra electum quod est sibi suspectus in regimine: non enim tenetur admittere Prælatum de quo non possit confidere, ne quia forte revelaret adversario secreta, ut no. Inno. in *c. super his. de accusa.* quod est singulariter notandum per illud dictum inferri potest quod Princeps non admittet provisum per Papam si potest probabiliter ostendere illum sibi suspectum. ut no. Dom. Abb. in *c.* 1. *colum.* 2. *ver. item respectu.*

19. Et etiam tenet Dom. Abb. per illum tex. in *c. cum terra. col.* 1 *in* 5. *nota. de elect.* ubi dicit quod potest induci ex consuetudine: ut post factam electionem in Ecclesia requiratur consensus Principis vel Patriarchæ: & iste erit consensus secundum Inno. ubi suprà requiratur post confirmationem, nisi aliud habeat consuetudo: sed quod aut consuetudo super hoc nihil disponit nec Princeps vel alius ex patronis: & tunc de jure non tenetur requirere ante vel post consensum Principis alterius, ad quem spectat confirmatio electionis: & maximè hoc procedit in singularibus. facit. *c. bene quidem.* 96. *distin. & cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & c. si. de rebus Eccle. non alie.* potest tamen de honestate Princeps requiri ut consentiat, non quod consensus habeat præstare robur, sed ut non possit in futurum opponere contra electum vel electionem. nam per maximè Princeps potest opponere contra electum vel electionem exceptiones legitimas: maximè si dubitat de proditione patriæ vel revelatione consiliorum & secretorum suorum. ut no. Inno. in *c. super his. de accusa.* aut Ecclesia habet patronum & tunc debet requiri consensus patroni post electionem factam & non ante. *c. nobis. de jure patro.* si autem non vult consentire sine causa rationabili non propter hoc cassabitur electio: sed requiretur consensus ut audiantur suæ exceptiones legitimæ si quas habet ut imposterum non possit opponere. & hoc modo potest intelligi secundum eumdem: *dict. c. cum terra. de ele.* quia poterat esse quod ibi Princeps vel Patriarcha erat patronus Ecclesiæ, aut consuetudo disponit super assensu requirendo: & tunc si consuetudo habet ut requiratur assensus post electionem valet: non tamen debet induci retractatio electionis si ille dissentit sine causa legitima. *ut d. c. cum terra.* aut consuetudo habet ut electio dependeat à facultate seu voluntate Principis vel alterius: & tunc talis consuetudo non valet, quia tollit libertatem eligendi. *d. c. cum terra.* secus autem si restringeret ipsam libertatem ut teneantur eligere Prælatum de alieno collegio: tunc valeret consuetudo. *c. Abbatem. de verb signi. c. cum dilectus. de consuet. c.* 2. *de in integ. resti.* in simili facit. *ca. scriptum. de ele.* ubi potest induci consuetudo ut collegium teneatur admittere forinsecos ad colligendum: facit. *c. cum Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie.*

20. Potest etiam per consuetudinem in totum tolli potestas eligendi *c.* 2. *de in integ. resti.* ubi Episcopus prætendebat habere potestatem eligendi Abbatem. ut no. ibi Joan. And. consuetudo autem non potest tollere libertatem eligendi, ipsa electione remanente. Et ratio assignatur, quia tolleret substantialia ipsius electionis, quia non est electio ubi adimitur libertas eligendi. *c. ubi periculum.* §. *caterum. de ele. in 6.* sed consuetudo bene potest restringere libertatem eligendi, ut suprà fuit dictum: vel in totum auferre potestatem, quia tollendo potestatem in totum remanet seu devolvitur libertas eligendi ad electores, ad quos postea per consuetudinem deducitur.

21. Idem etiam tenet & sequitur Dom. Abb. in *c. quod sicut. de ele. colum.* 2. *super glo. in verbo impedire.* ubi dicit quod laicus etiam patronus non potest ex consuetudine sibi vendicare jus interessendi electioni Prælati, quia laicus non est capax, nec potest effici capax ad spiritualia per consuetudinem. *c. causam. de præscrip.* & illud privilegium quod olim erat concessum Regi ut continetur in *c. Adrianus.* 63. *distin.* tractu temporis fuit revocatum. ut est bonus text. in §. *verum. ea. distin.* tamen potest induci consuetudo ut canonici eligentes nuntient mortem Prælati Regi, aut Principi, & ab eo petatur licentia eligendi Prælatum: ita secundum eum post Innocen. quod electio aliter facta non tenet. Interest enim Principi ne eligatur aliquis sibi suspectus, qui possit revelare secreta regni sui. *arg. l. omne delictum.* §. *exploratores. ff. de re jud.* & contra electionem factam potest Rex objicere quod habet Episcopum electum ratione prædicta suspectum: & si poterit hoc probare debet electio retractari. ut not. idem Innocen. in *c. super his. de accu.* ex quo dicto est notandum singu. secundum Dom. Abb. *ubi suprà*, quod ex prædicta causa suspicionis potest Princeps sæcularis recusare & non admittere Prælatum provisum à Papa. Sed advertendum est secundum eumdem Abba. contra dictum Innocen. originaliter positum. in *dicto c. quod sicut.* videtur multum, facit ille tex. *c. quod sicut. versi. & si secus.* ubi innuitur quod contrarius usus est potius abusus: & sic videtur quod non possit induci consuetudo ut electio retractetur, si non fuit petita à principe licentia eligendi. Pro hoc facit, quia aliquo modo impeditur libertas eligendi. *c. cum terra. eo. titu.* Idem videtur etiam notare Dom. Abb. in *c. cum inter universas. & in c. Massana. & in c. quisquis. de ele.* &

Source : BIU Cujas

dicit Archi. in *c. imperium.* 10. *distin.* quod super prima glos. quod Rex Angliæ de quo loquitur ille tex. est patronus & Dominus omnium Ecclesiarum cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum Angliæ & Normanniæ : & habent magna feuda ab ipso Rege : & ideo vel ratione juris patronatus aut ratione feudorum confert præbendas ipsarum Ecclesiarum dum sedes vacat. Et idem videtur notare Bald. in *c. quanto. de judi. circa istum articulum.* vide etiam Dom. Abb. *in c. ex parte. de testi.* & *in c. illa.* & etiam *in c. super his.* & ibi Feli. & Aret. *de accusa.* & Domi. de sancto Gemi. & Cardi. Alexan. in *dicto. c. imperium.* 10. *distin.* vide etiam glos. valde notabi. in *c.* 2. §. *cupiens.* in verbo *Pontifex. de elect. in prag.* ubi dicit quod Princeps se potest opponere confirmationi electi, & contra eum objicere quod habet eum suspectum de proditione aut revelatione secretorum : & si poterit hoc probari debet electio retractari. ut not. Innoc. in *c. super his. de accu.* & ibi Dom. Abb. facit glos. in *c.* 1. 62. *dist.* facit *tex. in c. cum inter universas. de ele.* & *in c. Adrianus. in* 2. 63. *distin.* & 8. *q.* 1. licet & idem Dom. Abb. tenet *in dicto c. ex parte Adæ. de testi.* & *in c. quod sicut. eo. titu. de ele.* Hostien. *in c. nobis. de jure patro.* nam interest Principis ne eligatur aliquis sibi taliter suspectus. *arg. l si quis aliquid.* §. *transfuga. ff. de pœnis.* & *d. c. omnes.* §. *exploratores.* & potest ex consuetudine introduci secundum eandem glos. insequendo dictum Innocen. ut mors Prælati nuntietur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi Prælatum, seu requiratur ejus assensus. Ita quod electio aliter facta debeat retractari. argu. *c. lectis.* 63. *distin.* & *c. Abbatem.* 18. *q.* 2. & *cum longe.* 63. *dist.* quod dictum servatur secundum eum in multis Ecclesiis Franciæ, ut no. Henri. *in dicto. c. nobis. de jure pa.* licet sit contra dictum Panor. in *c. quod sicut. de ele. argu. cap. cum terræ. eo. titu.* & in civitate Salernitana dicitur esse consuetudo quod mortuo Prælato fiat notificatio populo civitatis, ut nequaquam procedatur ad electionem : & si populus non vult consentire, electio per collegium facta non est irritanda. facit glos. in *ca.* 1. 63. *dist.* nisi oriretur scandalum populi, quia tunc non debet quis præfici, etiam interveniente electione canonica. *arg. c. cum teneamur. de præben.* & ibi Dom. Abb. facit tex. in *c. nisi cum pridem.* §. *pro gravi.* & ibi Innocen. *de renun.* unde Episcopus debet conari in quantum potest deputare rectorem cum beneplacito populi. *argu. c. nullus* 61. *dist.* & *c.* 1. 62. *distin.* Henri. *in c. Osius.* & *in c. querelam. de ele.* Dom. Abb. in *c. cum venerabilis. de excep.* & ubi timetur scandalum potest fieri prohibitio ut quis non eligatur in certa Ecclesia : licet ipse in nullo deliquerit, ut in simili no. Dom. Abb. *in c. consideravimus. de electio.* & *in c. cum teneamur. de præben.* & glos. in *d. c.* 2. §. *cupiens. in verbo Pontifex.* & etiam glo. ibi in *verbo rejecta. de ele. in prag.* & hoc maximè habet locum in Ecclesiis quæ sunt de fundatione regali. *arg. c. generali. de ele.*

22. Et ibi dicunt Docto. quod regalia tribus modis dicuntur. Aliquando assumuntur regalia pro collecta quæ fit ratione Regis vel Imperatoris aut tributo quod debetur Regi. *c. si tributum. undecima. quæstione prima.* Aliquando regalia sunt illa jura quæ ad Imperatorem vel Regem pertinent, ut sunt portus, & vectigalia & similia. *c. regalia. quæ sunt regalia.* §. *sunt Imperialia. collatio.* 10. Aliter capiuntur regalia pro juribus quæ Rex capit in Ecclesiis vacantibus quibus plenis Prælati perciperent illa sicut Rex Franciæ & Angliæ vendicat sibi in quibusdam Ecclesiis cathedralibus suorum regnorum collationem præbendarum aut aliorum beneficiorum sede vacante exceptis parochialibus Ecclesiis quæ non cadunt in regalibus, & illo etiam tempore ipsarum Ecclesiarum temporalia recipiunt, & sibi applicant, & circa hoc providet Grego. X. ut in *c. generali. de ele.* tamen de jure conferendi nil ibi tex. providet, & potest eis competere ex privilegio Apostolico. *c. Adrianus.* & *c. in synodo.* 63. *distin.* facit. *c. hinc est.* 16. *q.* 1. & Henri. *in c. præterea. de jure patro.* & sic potest intelligi. *c. dilectus. in* 3. *de præben.*

23. Ubi patet quod Rex habebat olim collationem præbendarum Ecclesiæ Andegaven. *c. cum inter. de consue. in parte decisa.* ubi Rex contulit decanatum dictæ Ecclesiæ Andegaven. gl. & ibi Archi. & alii Doct. in *c. imperium.* 10. *dist.* & Specu. *in tit. ne sede vacan. in fi.* & *in titu. de Legato.* §. *nunc tractemus. versi. sed numquid Legatus.* & ibi Joan. And. in addi. Specu. not. per glos. in *summa.* 16. *q.* 7.

24. Item ad istum propositum facit ut suprà dixi, quia Rex Franciæ in pluribus Ecclesiis sui regni est canonicus : ut no. Dom. Abb. in *repetitio. c. extirpandæ.* §. *qui vero. de præben. col.* 11. & Reges Angliæ & Ungariæ in eorum regnis conferunt beneficia ex privilegio Papæ, ut no. Bal. *in l. rescripta. C. de precibus imperator. offeren.* vel etiam potest ei competere ex compositione facta. in fundatione beneficiorum. arg. *c. Eleutherius.* 18. *q.* 2. & facit. *c. nobis. de jure pa.* & hoc habet solum dum tamen talis compositio sit approbata per Papam.

25. Alias non puto inferiorem à Papa posse concedere laico patrono jus conferendi quod est mere spirituale. *c. decernimus. de judi.* & *c. Massana. de ele.* & no. Docto. in *d. c. nobis. de jure pa.* Alii volunt quod competat eis ex præscriptione temporis immemorialis. *c. super quibusdam. de verbo. signi.* & no. *in summa.* 63. *dist.* & *in c. Reatina. ea. dist.* Et quia reges inuncti personam meri laici obtinere non videntur. ut no. Joann. Mon. in *c.* 2. *de præben. in* 6. ideo hoc jus conferendi videtur posse cadere in personam eorum : sed istud non potest procedere de juris rigore : quia licet inungantur, *ut c.* 1. *de sacra unct.* non tamen recipiunt potestatem super juribus Ecclesiasticis, nec recipiunt ordinem Ecclesiasticum. ut no. Spe. *tit. de Lega.* §. *nunc ostendendum ver.* 39. Paul. in *clem. Romani. de jureiur.* glos. *in c. Valentinianus.* 63. *dist.* sed laicorum numero continentur. ut no. Dom. Abb. *in dispu. incip. Episcopus. super* 3. *dubio.* no. *in c. tua. in primo. de decimis.* laici [a] autem sunt incapaces jurium spiritualium *c. causam.* & ibi Doct. *de præscript.* & *c. quamvis. c. prohibemus. de decimis.* nec possunt illa possidere. *ut c. causam. de præscrip cum similibus.* ut sup. dixi. Adde ultra Car. Alexan. in *c. imperium* post Domi. de sancto Gemi. 10. *dist.* & adde etiam glo. in *c.* 1. *in verbo regalia. de annatis. in prag.* & no. Do. Abb. in *c. dilectus. in* 3. *de ele.* & Genzel. *in extrava.* Joan. 22. *incip. suscepti. in prin.* Joa. An. *in additione Specu. de præben.* §. *restat.* & redeundo ad propositum reperio Guil. de Monte Serrato. *in addi. ad concilium Basilienſe.* ubi dicit quod Rex Franciæ cessantibus omnibus comminationibus & cujuslibet violentiis potest uti precibus benignis atque benevolis pro personis benemeritis & zelantibus bonum reipublicæ & regni. ut est tex. in *c.* 2. §. *item nec credit. de ele. in prag.* & tales preces ut justæ nullam inducunt simoniam : & tanquam benemeritæ sunt audiendæ. *c. veniam.* 25. *q.* 9. facit. *c. cum ex literis. de in integ. resti.* & *c. tua. de æta.* & *quali.* & tales Regis preces in his casibus in dubio semper præsumuntur justæ atque benignæ. *c. nobis Dominus.* 63. *dist.* & cum sit actus qui prima fronte præsumatur injustus ex quo certo casu justificari potest si justus extitit à provido & honesto viro non præsumitur injustus. *c. nisi essent. de præben.* quis enim providum & honestum dubitet esse quem apex tantæ dignitatis attollit ? *c.* 1. 40. *dist.* unde est dicendum ut sup. dixi quod valet consuetudo ut mortuo Prælato capitulum non prius procedat ad electionem quam nuntietur Principi vel Regi mors Prælati & ab eo petatur facultas & consensus eligendi ut cum consensu suo procedant ad electionem : & si fiat electio contra consuetudinem aut privilegium cassabitur. *c. lectis.* 63. *dist.* facit. *c. Abbatem in monasterio.* 18. *q.* 2 nec per hoc tollitur libertas eligendi juxta

[a] Ideo etiam tempore immemoriali præscribere non possunt Hyp. de Marsiliis sing. 80. C. M.

Source : BIU Cujas

originale dictum Innoc. in *c. quod ſicut. de elect.* quem omnes Doct. ibi ſequuntur & Dom. Abb. in *d. c. cum terra.* & *in c. cum inter univerſas. de ele.* facit. *c. innotuit. eo. tit.* & hinc eſt ſecundum eum quod poteſt audacter affirmari quod in caſu in quo Regis preces reperiantur benignæ atque benevolæ pro perſonis benemeritis & zelantibus bonum Reipublicæ & regni in dubio præſumuntur juſtæ : ita quod ſi non admittantur & fiat electio de alia perſona quam de nominatis per Regem, quod electio contra Gallicano permiſſionem Regi conceſſam facta non teneat, & veniat caſſanda & irritanda. [a] Certum eſt enim quod conſuetudo reſtringens libertatem eligendi eſt de jure valida. & tenet. *cap. cum dilectus. de conſue.* & *c. 2. de in integ. reſti.* & *c. Abbate. de verb. ſig.* ubi habetur quod valet conſuetudo ut collegium ſeu conventus teneatur ſibi eligere Prælatum de alieno collegio ſeu conventu : & ſic de certo genere perſonarum capacium. ut no. Dom. Abb. poſt Jo. An. in *d. c. cum terra. de ele.* & *in c. licet. eo. tit.* & Dom. Card. Alex. in *c. cum locum. de ſponſa.* dicit quod per talem conſuetudinem non admittitur libertas eligendi, licet talis poteſtas ſive libertas reſtringatur & limitetur, ut in dictis juribus ſuperiùs alleg. quod ſecus eſſet ſi contra ſubſtantiam & eſſentiam electionis fieret : puta quia compellerentur eligere certam perſonam : quia tunc non valeret. *c. ubi periculum.* § *cæterum. de ele. in 6. arg. c. cum terra. de elect.* ſed communis conſuetudo nil aliud eſt quam quidam contractus mutuo conſenſu eorum de univerſitate celebratus : ut *l. de quibus. ff. de legi. c. fi. de conſue. in 6.* quod patet, quia habet eadem extrema quæ habet ipſe contractus, cum ejus principium ſit voluntarium cum judicatur de communi conſenſu totius univerſitatis. *c. conſuetudo. 1. diſt.* habet finem neceſſarium, quia poſtquam inducta eſt omnes ad ejus obſervantiam obligat & aſtringit : ut in *l. minime. ff. de legi.*

a Hoc non puto verum. C. M.

27. Et contractus habent principium voluntarium : finem verò neceſſarium, ut eſt tex. in *l. ſicut ab initio. C. de act. & obli.* ſed contractus cui de jure tacitè inſunt ſpiritualibus etiam ſi expreſsè exprimantur nullam inducunt ſimoniam, & ſunt de jure permiſſi. *c. ſignificaſti. de ele. c. Eleutherius. 18. q. 2.* & *c. 2. 10 q. 3.* ſed benignæ & benevolæ Regis preces etiam pro Pontifice, ſcilicet Epiſcopo eligendo admittuntur de jure. ut *c. nobis. de jure pa. cum ſit. ſuperius alle.* igitur licet tales preces per viam contractus & prag. ſanc. expreſsè deducantur nullam inducunt ſimoniam, & per conſequens talis contractus & prag. eſt de jure permiſſus : quæ quidem prag. ſan. dicitur illud quod Rex de conſenſu partium ſentit & ſtatuit in cauſis arduis univerſitatis. *l. ſi. C. de diver. reſcrip.* & ad hoc Eccleſia Gallicana potuit obligari prout remanet obligata per ſuam prag. ſanc. ut *d. §. decrevit.* In ſimili facit. *c. cum longe. 63. diſt.* ubi Rex Hiſpaniæ ex permiſſione & contractu totius Hiſpaniarum Eccleſiæ decedentibus Epiſcopis ſucceſſores nominat, qui ſi digni eſſe probantur in prædeceſſorum ſedibus præficiuntur : & ibi dicit gloſ. quod nihil hodie ſubtrahitur Regi Hiſpaniæ : quia ſicut prius eligebat & nominabat : ita & modo, & hoc ſecundum eum confirmatur.

28. Quia diſpoſitio hominis diſponens in materia juris communis, id quod jus commune diſponit alterat diſpoſitionem juris communis illam ampliando : unde eſt quod licet diſpoſitio hominis debeat intelligi in caſu vero & non in caſu ficto *l. ſi. C. de his qui ve. ætat. impe.* & *c. ſuſceptum. de reſcript. in 6.* & *l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt* etiam ſi ſit juramentum appoſitum. *cap. ad noſtram. in 1. de jurejur.* tamen ſtatutum, & ſic diſpoſitio hominis diſponens in materia juris communis quod jus commune valet ſuper reſidentia beneficiorum, etiam ſi ſit juramento firmatum verificatur non ſolùm in reſidentia vera : ſed etiam in ficta, & ſic alterat [b] & ampliat diſpoſitionem juris communis ut non ſolùm habeat locum in reſidentia vera, verum etiam in ficta : quæ eſt quando quis eſt in ſervitio Papæ vel Epiſcopi. *c cum dilectus. ca. ad audientiam. de cler. non reſi.* facit etiam ſecundum eum quod ſi ſtatuto cavetur vel pacto partium quod victus victori condemnetur in expenſis : quod licet de jure communi ſit quod habens juſtam cauſam litigandi relevetur à condemnatione expenſarum. *c. finem litibus. de dolo & contu.* & *c. calumniam. de pœnis.* & *l. properandum. §. ſin autem. C. de judi.* tamen talis hominis diſpoſitio diſponens in materia juris communis, id quod jus commune alterat & ampliat diſpoſitionem juris in hoc quod etiam ſi habeat juſtam cauſam litigandi [c] condemnabitur in expenſis : de ſtatuto eſt glo. in verbo *cauſam.* & ibi Ang. *in authen. de exhiben. & intromit. reis. colla. 5. de pacto partium.* Eſt etiam glo. notanda, in verbo *fortaſſis. in l ſi mulier dotem. §. ſi quis rem. ff. de lega. 3.* & ſic ſtatutum diſponens in materia juris communis id quod jus commune cum citatio principaliter debeat fieri ad perſonam & in ſubſidium ad domum. *c. cauſam. de dolo & contu.* & per hanc hominis diſpoſitionem alteratur diſpoſitio juris communis. cùm igitur ſecundum eum d. pragm. ſan. ſit Chriſtianiſſimi Regis Franciæ privilegiativa, & diſponat in materia juris communis id quod jus commune diſponit debet alterare & ampliare jus commune in hoc & illi addere quod licet de jure teneret electio contra Regis nominationem : tamen ut aliquid addat ad jus commune, eſt ita & taliter intelligenda atque interpretanda : quod dato quod fiat electio de alia perſona quam de nominata & expreſſata per Regem quod electio caſſetur & annulletur : *ut d. c. cum longe.* & *c lectis. 63. di.* & *c. Abbatem in monaſterio. 18. q. 2.* cum fruſtra concedatur quod jure communi permittitur : *ut l. 1. C. de theſauris lib. 10.* & *in d. c. ſuper his.* cum verba in quacumque diſpoſitione maxime privilegiativa poſita debeant ſemper aliquid operari ultra jus commune. *c. ſi Papa. de privile. lib. 6. c. ad audientiam. de deci.* quia verba ſemper ſunt cum effectu intelligenda. *c. relatum. de cleri. non reſi. l. 1. ff. quod quiſque jur.* & *c. hæc autem. de pœ. diſtin. 1.* cùm ſit lex impoſita rebus non verbis. *c. commiſſa. de ele. in 6.* & licet prædictæ rationes ſint ſatis apparentes & concludentes ſecundum eum : tamen ratio finalis decidendi ad *c. cum longe.* fuit Regis prerogativa propter quam præcepta canonica relaxantur & tranſgrediuntur. Pro cujus corroboratione facit. *c. per venerabilem. §. rationibus. qui ſi. ſint legi.* ubi tex. dicit rationibus inductis *Regi gratiam fecimus*, &c. facit. *c. Principes.* & *c. Regum. 23. q. 5. c. cum parati. de appel.* & *c. ſolitæ. de majo. & obe.* & *c. cum fruſtra. 23. q. 5. cum ſimi.* & per eum & pro hujuſmodi Regis prærogativis ſolent dari tres rationes. ut no. Do. Ab. in *d. c. quod ſicut.* & *in cap. cum inter univerſas. de ele.* videlicet quia forte Eccleſia habet feudum à Rege. facit. *c. ſi quis laicus. 22. q. 5.* Alia ratio eſt quod forte Rex eſt Eccleſiarum patronus. *ut c. nobis. de jure pa.* Vel alia ratione, quia forte hoc habet conſuetudo aut ſtatutum vel privilegium, ut etiam expreſsè probatur *per c. nobis. de jure pa.* facit. *c. quod ſicut.* & *c. cum terra. c. cum inter univerſas. de elect.* & ſub iſta ratione comprehenditur permiſſio Regis. *arg. c. cum longe. 63. diſt.* & hoc maxime quia diſpoſitio. *d. cap. cum longe.* loquitur dumtaxat ſuper his quibus Papa non ſubjicitur nec ullatenus eſt obligatus. & conſenſus Gallicanæ Eccleſiæ per ſuam prag. & rectè palam & ritè præſentatus vitat & fugat ſecundum eum omnem ſcrupulum. *arg. c. n. ſi. de præbendis.* Ex quibus reſultat ſecundum eum quod ad hoc ut Regis preces dicantur benignæ atque benevolæ pro perſonis benemeritis & zelantibus bonum Reipublicæ regni non debent niſi pro una dumtaxat perſona emanare : quia tales preces non ſunt benignæ neque benevolæ cùm ſint contra ſubſtantiam electionis cum electores compellantur certam perſonam eligere contra ſubſtantiam electionis. *ut d. c. ubi periculum. §. cæterum. de ele. in 6. c. cum terra.* &

c Hoc puto falſum. C. M.

b Contra videtur, quia debet ſecundum jus cõmune intelligi l. 2. Cod. de noxalib. actio. C. M.

in

in c. quod ſicut. eo. tit. facit. *cap. 2. de conſue. in 6.* ſed potius debeat pro tribus perſonis ad minus emanare. ut in ſimili no. Dom. Abb. *in d. c. cum terra.* & *in ca. licet. de ele.* & *in c. Abbate. quod metus cauſa.* quia tunc licet reſtringatur & limitetur poteſtas & libertas eligendi : non tamen illud adimitur quod de jure fieri poteſt. *arg. c. cum dilectus. de conſue.* & *c. Abbate. cum ſimilibus. de verbo. ſig.*

29. Ita quod hæc pluralitas videlicet trium perſonarum per Regem nominatarum intelligatur collectivè & non diſtributivè. *arg. c. fi. de conſue. in 6.* & ibi glo. in verbo *dumtaxat.* ſic intelligitur ſecundum eum. *d. c. cum longe. 63. diſt.* ſic poſſunt intelligi. not. per Do. *in d. c. quod ſicut. de ele.* dum ibi tex. dicit quod per nominationem Regis de aliqua perſona ad aliquam electivam dignitatem etiam Pontificalem factam non acquiritur jus nominato : nec talis nominatio impedit electionem de alio fiendam, quia illa ſunt vera quando unus ſolus nominatur : ſecus ſi tres vel plures collectivè ex permiſſione Eccleſiarum, ut dictum eſt.

Tamen advertendum eſt ſecundum eum *in d. §. item nec credit. in c. de ele.* ubi tex. dicit item nec credit ipſa congregatio Bituricenſis fore reprehenſibile ſi Rex & Principes regni ſui ceſſantibus omnibus comminationibus quibuſlibet violentiis aliquando utentur precibus benignis & benevolis pro perſonis benemeritis & zelantibus bonum Reipublicæ, regni & Delphinatus, quia ſecundum eum dictum adverbium *aliquando* ibi poſitum verificatur dumtaxat in prima vice. & ſic ſemel ſuæ tales benignæ preces dirigantur ad ſingulares Eccleſias totius Gallicanæ Eccleſiæ, vel dirigantur ad Apoſtolicam ſedem : & cum omnis actus affirmativus & ſucceſſivus qui per aliquem venit applicandus : prout eſt hæc permiſſio utendi precibus benignis intelligantur de primo dumtaxat in primo extinguantur. *l. boves. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſig.* facit glo. *in l. hoc genus. ff. de condi. & demon.* & ibi Bar. & Bal. *in l. ſi ut proponis. in 2. oppo. C. quomodo & quando ju.* & dicit Cy. *in l. ubi. §. his autem. ff. de eden.* quem etiam refert Bal. *in d. l. ſi ut proponis. circa. fin.* quod actus ſucceſſivus debet fieri iterato quando committitur vel mandatur à lege : ſecus ſi ab homine ut in iſto caſu : quia ſemel tantum facit *c. non poteſt. verſi. 1. de præben. in 6.* melius facit tex. & ibi Dom. Abb. *in c. venerabilem. de ele.* & cum talis permiſſio utendi precibus benignis atque benevolis extinguatur in prima vice intelligitur non collectivè ad totam Gallicanam Eccleſiam, ſed potius diſtributivè ad ſingula capitula cathedralium vel ſuperiorum Eccleſiarum : & ad ſingulos conventus vel Eccleſias collegiatas in quibus per mortem Prælati Eccleſia dicitur deſtituta paſtore. facit. *c. ne pro defectu. de ele.* & in quibus ſervatur forma. *c. quia propter. eo. tit.* cum ſit theorica quod ubicunque diſpoſitio refertur ad univerſalem ſeu generalem univerſitatem ex pluribus aliis univerſitatibus & membris conſiſtentem, & materia ſubjecta eſt talis quæ non congruit univerſali ſeu generali univerſitati collectivè, ſed tantum ſingularibus univerſitatibus & membris de univerſali ſeu generali talis diſpoſitio debet ſimul diſtributivè quo ad omnes ſingulares univerſitates de ipſa generali univerſitate intelligi. ut in ſimili facit gloſ. in verbo *conventum.* & ibi Dom. de ſancto Gemi. *in cap. præſentium. de teſti. in 6. cum ſi. ut per eum.*

Tamen circa illum. §. *item decrevit.* non eſt tex. de quo ſit tantum diſputandum : quia non eſt tex. auctoritatis in cauſis Eccleſiaſticis, quia ſolus Rex cum ſua congregatione non potuit imponere legem. *arg. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.*

Tandem ſubdit quod Rex uſus fuerit precibus non benevolis : quando fuerunt emanatæ pro una dumtaxat perſona cùm tollatur libera facultas eligendi.

31. Circa iſtum articulum ego inſequendo Doc. Do. Abb. *in d. c. cum terra. de ele.* dicerem ſic quod quando non eſt aliqua conſuetudo ex diſpoſitione juris : ille qui eſt electus in Epiſcopum vel Archiepiſcopum non eſt conſecrandus & confirmandus niſi ipſe Rex dederit ſibi inveſtituram. ut tex. *in c. Adrianus. 63. diſt.* qui tex. loquitur de Rege Franciæ, cum conceſſum eſt ut utatur privilegio iſto propter ſervitia impenſa Eccleſiæ Romanæ : de quibus in illo tex. Nec obſtat ſi diceretur quod illud privilegium eſt hodie revocatum *per §. verum. eadem diſt.*

Ad iſtud reſpondeo, quia ille tex. loquitur de revocatione privilegii reſpectu electionis Papæ : non autem in aliis eidem Regi conceſſis, hoc eſt circa illas inveſtituras : & ſic ergo poſtquam non conſtat de revocatione meritò debet remanere in ſuo eſſe : quia revocata vel annullata una parte aut uno articulo privilegii : alia in eo contenta non videntur revocata. *c. ſi eo tempore. de ele. in 6.* no. Dom. Abb. & alii Doct. *in c. ſuper literis. de reſcrip.* & in ſimili facit tex. concordando *ad d. c. Adrianus. in cap. hinc eſt etiam. 16. q. 1.* & in iſto caſu opi. Dom. Abb. & aliorum, ut ſuprà dixi in Rege Franciæ procedit. In aliis autem principibus credo quod opi. Dom. Abb. ſit vera : tamen ſi Rex Franciæ ſine cauſa juſta recuſaret inveſtituram malè faceret.

32. Et cauſa juſta eſt recuſandi : ſi eligatur aliquis qui non ſit de regno ut eſt gloſſ. valdè nota. *in proœ. prag. in §. exinde.* in verbo *nonnumquam.* quæ dicit inconveniens eſt ut illi qui non ſunt de regno oriundi ſint præponendi regnicolis. ſi idonei ſint & reperiantur in regno. facit in ſimili *in c. nullus invitus. 61. diſt.* & quamquam ille tex. loquatur in Epiſcopis ratio ipſius tamquam communis ad alia beneficia debet extendi ; facit. *l. in Eccleſiis. de Epiſcop. & cle.* & *c. 1. §. ſtatuit.* ibi *de ipſa diœceſi.* & de *colla. in prag. ar. ex ordine literæ.* ubi præferuntur de diœceſi oriundi extraneis. *cap. hortamur. 81. diſt.* cum ibi no. per Archi. facit. *ca. fi. de cleri. peregri.* per quæ jura no. Hugo. *in c. ſignificaſti. de jure pa.* quod patronus neceſſe habet præſentare Epiſcopo clericum ejuſdem diœceſis : ſed ibi dicit Hoſt. quod.

33. Hodie de conſuetudine poteſt præſentare clericum undecumque originem duxerit : dum tamen ſit idoneus. & dicit Dom. Abb. *in c. ad decorem. de inſt.*

34. Quod eſſet valde honeſtum & fructuoſum, ut quiſque in patria ſua beneficiaretur ut ſic unus non occuparet beneficia vel ſtipendia alterius : nec daretur materia depauperandi beneficia, quia inducuntur facilius ad reſidentiam tales indigenæ quam extranei. tex. *in extravaganti Jo. XXII. quæ incip. Execrabilis.* ibi *in diverſorum regnorum partibus*, &c. ubi dicit Genz. contra proviſionem quæ fieret ad dignitatem unius regni de regnicola alterius regni. admitteretur exceptio Domini temporalis ſi promovendum haberet ſuſpectum de proditione terræ ſuæ, vel conſiliorum & ſecretorum ſuorum. *argu. l. ſi quis aliquid. §. transfugæ. ff. de pœnis.* & *ff. de re mili. l. omne. §. exploratores.* & *de jureju. capit. petitio.* no. Inno. & ibi Hoſtien. & alii Doct. *in ca. ſuper his. de accu.* Nam non convenit alicui ſcrutari arcana alterius regni. *C. de commer. l. mercatores.* unde ſi forenſis & non regnicola impetraret à Papa beneficium in alienis partibus non facta mentione de loco ſuæ originis, & provinciæ gratia eſſet ſubreptitia. ut eſt gloſ. ſingula. & ibi Doct. *in c. ſi proponente. de reſcrip.* quam approbat ibi Dom. Abb. & in dubio Papa intendit providere unicuique in patria ſua : ideo raciturnitas nationis reddit gratiam ſubreptitiam, quia ſi nationem expreſſiſſet Papa ſibi non dediſſet gratiam in partibus alienis vel ita de facili : ut eſt bonus tex. *in c. bona. in 2. de poſtu. prælatorum. circa fi.* nec ullatenus ei præficeret alienum. *c. 1. de cleri. peregri. c. Epiſcopum. 61. diſt.*

35. Et quamvis indigenæ extraneis deberent præferri valeret collatio ordinaria facta cuicumque idoneo : ut eſt tex. *in d. c. ad decorem. de inſti.* ubi dicitur quod

Source : BIU Cujas

extranei poſſunt præfici, dumtamen idonei: ſed ibi reprobatur Patriarcha Conſtantinopolita. ex eo, quia ſolum conferebat beneficia hominibus certæ nationis: ut puta Venetis tantum quaſi illa eſſent eis debita, & hoc eſt contra nonnullos Epiſcopos qui ferè omnia beneficia ſuæ collationis conferunt ſuis compatriotis & indigenis ſuarum diœceſum & civitatum contemnunt providere: facit quod habetur in regula cancellariæ Apoſtolicæ, quæ dicit quod ſi contingat Papa alicui perſonæ de parochiali Eccleſia providere vel gratiam expectativam concedere niſi dicta perſona intelligat, & intelligibiliter loquatur idioma loci ubi Eccleſia hujuſmodi conſiſtit, proviſio ſeu mandatum & gratia deſuper nullius eſt roboris & momenti.

36. Et alia regula generalius loquitur quod nullus expectativam gratiam extra ſuam nationem impetret niſi idioma quod communiter homines loquuntur ibidem intelligat & intelligibiliter loqui ſciat. & ibi ſubdit d. gl. quod Rex Franciæ habet privilegium quod extraneus & alienigena non beneficietur in ſuo regno ſine ejus permiſſione.

37. Item eſt alia cauſa propter quam Princeps poterit impedire ne ſubditus ſive electus poterit habere prælaturam in ſuo regno quando ille electus eſt criminoſus aut incapax ad illam prælaturam. ut not. Dom. Abb. poſt gl. *in c. ex parte. de teſti.* & illud etiam procedit ſecundum eum in patrono vel parochiano: quia eorum intereſt habere bonum rectorem. unde ſaltem admittetur ad denuntiandum. *c. filiis vel nepotibus. 16. q. 7.* & eſt bona gl. *in c. ut circa. in verb. aliqui. de ele. in 6.* quæ dicit quorum intereſt ut canonici parochiani aut patroni & quilibet de diœceſi admittantur contra electum in Epiſcopum. & ibi Do. de ſancto Gemi. *col. 5.* & Innoc. *in c. ſuper his. de accu.* ubi dicit quod Reges & Principes admittuntur ad excipiendum contra promovendum ſi habent eum veriſimiliter ſuſpectum de proditione terræ vel conſiliorum ſuorum. Si enim ſit patronus & admittatur ad proſequendum ſuam vel ſuorum injuriam, fortius debet admitti quando iſta pro ſalute animæ ſuæ & ne Eccleſia vergat in pejorem ſtatum maximè cum parochiani tenentur alere rectorem. gl. *in capit. omnis Chriſtianus. de conſe. diſt. 1.* & *not. in c. 1.* & *in c. de his. de Eccle. ædifi.* Idem etiam tenet Domi. Abb. poſt gl. *3. in c. illa præpoſitorum. de accu.* ubi dicit quod patroni Eccleſiæ & parochiani poſſunt agere ſimiliter de crimine contra Prælatum ut privetur Eccleſia: quia eorum intereſt habere bonum Prælatum. *c. audacter. 8. q. 1.* gl. *in c. Maximianus. 81. di.* & *in c. filiis. 16. q. 7.* & *in c. venerabili. de offi. deleg.* & idem no. Dom. Abb. *in c. ſuper his. in no. fi. de accuſa.* ubi alle. Fede. *conſi. 28. alias. 23.* & idem Dom. Abb. *ſuper 1. glo. in c. cum P. de accu.* vide etiam Feli. *in c. ex parte. de teſt. col. 3. ver. fallit primo.* ubi dicit quod patronus vel parochianus poteſt ſimiliter crimen denuntiare contra Prælatum promotum aut promovendum. allegat gl. quam ſuperiùs allegavi. & alleg. Hoſtien. & Dom. Abb. *in c. quod Dei timorem. in 3. no. per illum tex. de ſtatu Mona.* facit. *c. 2. cum gl. 62. diſt.* & *c. nullus. 61. diſt.* ſi enim pro injuria ſimplici poſſunt accuſare. *c. de cætero. de teſti.* fortius propter periculum animarum. Similiter etiam ſi ſint perſonæ viles, admittentur iſto caſu ſecundum Lapum *alle. 11. per c. omnibus. 4. q. 5.* & hinc eſt quod contra Prælatum electum poſſunt laici quorum intereſt excipere de crimine vel defectu: ſecundum glo. *in c. ut circa.* in verbo *aliqui. de ele. in 6.* & ibi Do. & idem Do. de S. Gemi. poſt Arch. *in c. qui Epiſcopus. ult. col. 23. diſt.* & *in c. illud. ea. diſt.* & Do. Ant. poſt Inno. *in c. cum Bertoldus. in 7. col. de re judi.* & Dom. Abb. *in c. conquerente. ulti. no. de cleri. non reſi.* facit gl. *in c. cupientes. §. ſi vero. in verbo unicus. de ele. in 6.* & Jo. de Ana. *in c. illa. de accu.* Idem etiam tenet Feli. *in c. ſuper his. de accu.* ubi dicit quod contra eligendum poteſt excipi de crimine etiam occulto dummodo probari poſſit *per ca. ſuper eo. de ele.* Item contra electum non confirmatum, & etiam contra confirmatum ne ordinetur, & contra ordinatum ne conſecretur, & contra conſecratum ne adipiſcatur poſſeſſionem. vide Card. *conſi. 141. col. 2. in princ.* & Hen. *in c. innotuit. col. 1.* de eo qui furtivè ordinem ſuſcepit. & cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

Explicit ſecunda Pars Tractatus de Beneficio.



Source : BIU Cujas

TERTIA PARS
TRACTATUS
DE BENEFICIO.

QUÆSTIO I.

1. *In Eccleſia quibus modis providetur de Prælato.*
2. *Electo quod jus acquiritur per electionem. nu. 5.*
3. *Confirmatio nil novi juris addit ad electionem, ſed ſolum exercitium adminiſtrationis.*
4. *Inſtallatio quid propriè appellatur.*
6. *Patronus quis dicatur.*
7. *Præſentatio eſt facienda ſenſibus corporis. Et quid ſit præſentatio. nu. ſeq.*
8. *Præſentatio in quo differat ab electione.*
9. *Electio an comprehendat præſentationem.*
10. *Inſtitutio quid & quomodo triplex eſt.*
11. *Collatio in quo differat ab inſtitutione.*
12. *Inſtitutio in quo differat à confirmatione.*
13. *Nominatio quot modis ſumitur, & quod jus acquirat ipſi nominato in Eccleſiis.*
14. *Eligentibus an liceat variare ſcrutinio publicato.*
15. *Diſpoſitio quomodo comprehendit electionem, & quid alias importat. nu. 25.*
17. *Proviſio quid ſit.*
18. *Poſtulatio quid ſit.*
19. *Collatio quid ſit.*
20. Committere *verbum quid ſit, & in quo differat ab electione.*
21. Aſsignare, *verbum quid importat, & an differat à verbo* conferre.
22. *Receptio quotuplex eſt, & quomodo differat à collatione.*
23. *Promovere & eligere in quo differant.*
24. *Præſentatio, collatio & inſtitutio in quo differant.*

QUÆRO primò. Quibus modis provideatur Eccleſiis de Prælato aut beneficiato? & omiſſis diſputationibus reſpondet Dom. Abb. *in c. auctoritate. de inſti.* quod multis modis providetur.

Primo modo providetur per electionem quando canonici alicujus Eccleſiæ eligunt Prælatum. *perc. 1. de ele.* ubi dicit tex. quod quando ſunt duo vel tres in collegio procedendum eſt per electionem. facit. *c. 1. & 2. de ele. in prag.* & dicit gloſ. in *c. quanto. 63. diſtin.* quod acquiritur jus prælaturæ & jus adminiſtrandi: ſed non exercitium prælaturæ vel adminiſtrationis: & per confirmationem nihil novi juris acquiritur, ſed tantum exercitium, ut no. Feli. *in c. cum Bertoldus. in prin. de re iud.* & Jo. An. *in addi Spe. tit. de act. & peti. §. ſuper actionibus. verſi. pe.* facit. *c. ſuper his. de accu.* & ibi dicunt But. & Imo. quod per ſolam electionem acquiritur jus in re, non ad rem. nam videtur quod ſaltem habitu acquiratur jus in re. per gl. *in d. c. quanto.* & ſequitur Dom. Abb. *in c. 2. & in c. nobis. col. 2. de jure pa. & in c. ſacroſancta. de ele. & in c. auctoritate. de inſti. & in ea. tranſmiſſam. col. 3. de ele.* Archi. *in c. in nomine. 23. diſt. & in c. expedit. 12. q. 1. & in c. ſi quis. 7. q. 1.* & Dom. Abb. *in c. noſti. de ele.* & Domi. de ſancto Gemi. *in c. de Siracuſana. in fi. 28. diſt.* ubi declarat dictam glo. & ibi etiam dicit Arch. quod ante confirmationem nullum jus quæritur electo, quantum ad exercitium adminiſtrandi in ſpiritualibus vel temporalibus: quia illud exercitium quæritur in confirmatione, ut not. Dom. de ſancto Gemi. *in c. quam ſit. §. 1. per illum text. de ele. in 6.* ubi dicit quod electio nondum acceptata confert jus ad rem: adeò quod de illa debet fieri mentio ab eo qui impetrat talem Eccleſiam: pro quo facit, quia etiam ſi tempore quo electus acceptat eligentes diſſentirent, ejus diſſenſus ſibi non nocet, nec tollit jus electi. *c. publicato. de ele.* Dom. Abb. *in c. inter canonicos. ulti. no. de ele.* ergo ſola electio contulit aliquod jus ante acceptationem: & ſic infertur quod non valet impetratio facta poſt electionem alterius, quamvis acceptatio ſecuta fuerit illam impetrationem. & dicit But. poſt Joan. An. *in c. in noſtra. col. ſi. de reſcrip.* quod per illam electionem & acceptationem ejus ante confirmationem non dicitur jus quæſitum in re [a] ſicut nec per receptionem in canonicum, & attento quod electus non habeat exercitium, licet habeat habitum ad exercitium non videtur verè poſſe dici habere jus in re, nec videtur ſolus habitus operari quod habeat jus in re: attento etiam quod beneficium dicitur vacare uſque ad confirmationem, ut no. gloſ. *in clem. 1. in verbo collato, ut lite pen.* & ibi Dom. Abb. de ſancto Gemi. *in c. ſi electio. col. 3. de ele. in 1.* dicens per eam quod beneficium

[a] Limita ex cap. nihil eſt. de elect. in quo licet impeditis juſto impedimento citramontanis adminiſtrare tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus ante confirmationem. I.

Source : BIU Cujas

non dicitur esse clerici per solam electionem : hinc videmus quod electus potest renuntiare electioni sine auctoritate superioris in manibus eligentium. gl. *in c. 2. in verbo renuntiavit. de restit. in integ.* & glos. no. *in c. si electio. eo. tit. de ele. in 6.* glo. *in cap. 2. in verbo confirmatus. de transla. præla.* & *in c. cum inter. in verbo conjugale. de ele.* But *in cap. in nostra. col. ult.* & ibi Inno. *col. 8. de rescrip.* But *in c. cum nostris. de concess. præben.* Inno. *in c. ex insinuatione.* & ibi Jo. de Ana. *de simo.* Imo. *in c. quod in dubiis. col. 6. de renun.*

3. Et dicit Oldra. *consi. 166. incip. factum est. de consuetudine. circa medium.* quod confirmatio nihil novi juris addit ad electionem : sed solùm administrationis exercitium. Spe. *tit. de actio. & peti. §. superpetitionibus.*

4. Ubi infertur quod installatio potest habere vim confirmationis. Item si capitulum eligit & solemniter & non sequitur post illam electionem confirmatio installatio illa æquipollens dicitur beneficium collectivum, non electivum : quia illa electio importans tacitè & simulativè confirmationem dicitur provisio. facit glo. 3. *in c. 1. de ele. in 6.* glo. *in c. in synodo. 63. dist.* & *in cap. cum inter canonicos. in verbo confirmavit. de ele.* Dom. Abb. *in c. causam.* & *in c. nosti. in prin.* & *in c. cum in cunctis. §. cum vero. col. 2. de ele.* & *in c. super his. 2. no. de ele.* Ægi. *deci. 225.* & Feli. *in c. eam te. col. 3. versi. idem in omni electo. de rescrip.* & idem Feli. in *c. in nostra. 31. corollario. de rescrip.* ubi dicit quod beneficium dicitur electivum propriè quando in eo proceditur per electionem quæ exigit confirmationem superioris : secus ergo si non requirat confirmationem. alleg. Cardi. post glos. *in 4. notabi. de religio. do. clem. quia contingit.* ex quibus infert quod si mandatur provideri de benficio spectante ad collationem capituli, non veniunt canonicatus, in quibus capitulum eligit & Episcopus confirmat, quia dicuntur beneficia electiva, non autem collativa, & literæ Papæ nunquam derogant electoribus nisi exprimatur. facit. *c. cum in illis. de præben. in 6.* & *clem. 1. eo. tit.* Oldra. *consi. 146. incip. factum tale est. titu. de consue.* ubi infert quod licet non sit confirmatio, possit esse propriè electio. & dicit quod si est ibi installatio etiam quæ fiat à præposito vel alio dicitur electivum. Et dicebant aliqui quod per electionem acquiratur solum jus ad rem & consensum præstitum electioni : jus autem in re per solum actum confirmationis. ut no. Imol. *in clem. 1. ut lite pen.* & ibi Jo. An. ubi dicit quod electus non potest dicere beneficium sibi esse collatum, nec esse suum, licet possit dicere illud sibi debitum : ideo si electus in decanum Ecclesiæ Brixien. moriatur in curia ante confirmationem non dicetur vacare decanatus in curia, atque ante confirmationem non potest dicere suum, sed sibi debitum : tunc autem per mortem morientis beneficium dicitur vacare in curia quando beneficium erat suum, ut no. Archi. *in c. si electio. de ele. in 6.* Domin. de Rota. *deci. 489.* facit. *c. quam sit. de ele. in 6.* Jo. An. & alii *in cap. avaritiæ. eo tit.* vide glos. valde nota. *in c. 1. in §. cui rei.* in verbo *nominationes. de ele. in prag.* Et sic resultat quod per electionem & consensum electi acquiritur jus in re. ut not. Arch. in *ca. super his. de accu.* facit *tex. in c. nihil. de ele.* ubi electus non confirmatus habet administrationem : [a] facit. *c. cum inter canonicos. de ele.* & ita videtur communis resolutio.

a Falsum puto. C. M.

5. Nam per confirmationem non acquiritur jus, sed solum confirmatur jus olim acquisitum. *c. inter dilectos. de fide instrum.* & ista est communis & vera resolutio : licet Car. Alex. voluerit tenere contrarium *in d. c. quanto. 63. dist.*

Secundo modo providetur Ecclesiis per præsentationem & institutionem. ut no. Doct. & ibi Dom. Abb. *in c. auctoritate. de insti.* & Roch. *in suo tracta. de jure pa. in prin. q. 2. quæro.*

6. Ubi dicit quod patronus qui habet præsentationem, dicitur patronus ad similitudinem patris, quia sicut pater alit filium, ita patronus Ecclesiam de non esse deducit ad esse.

7. Et ista præsentatio est exhibitio quædam facta de clerico præsente sensibus corporis illius cui fit præsentatio. ut no. Dom. Abb. *in c. ea noscitur. in 2. notabi. de his quæ fi. à præla sine consen. capi.* per glo. no. *in cle. dudum.* in verb. *præsentari de sepul.* quam approbant & communiter sequuntur Doct. Idem etiam not. Dom. Abb. *in cap. cum parati in 1. col. de appel.* ubi dicit quod ille qui debet se præsentare non potest mittere nuntium nisi præsentatus sit notus Episcopo : ut no. Dom. Abb. *in c. ea noscitur. de his quæ fi. à præla.* Et isti duo modi differunt, quia præsentatio non tribuit jus præsentato : ut no. Feli. *in c. cum Bertoldus. de re jud.* secus per electionem : ut suprà dixi. & not. idem Rochus ubi suprà *in 4. q.*

8. Alia differentia est, quia electio fit à collegio vel à capitulo, præsentatio fit à personis singularibus : ut no. Dom. Abb. *in c. auctoritate. de instit.*

Est alia differentia, quia electio fit de Prælatis : præsentatio autem fit de aliis beneficiis. facit tex. *in c. nobis. de jure pa.* & Dom. Abb. *in cap. auctoritate. de instit.* facit tex. *in c. cum in illis. §. 10 de præben. in 6.* no. Feli. *in c. in nostra. de rescrip. corollario. 32.* ubi dicit quod de jure communi in beneficiis minoribus non proceditur per viam electionis in dignitatibus.

9. Est alia differentia, quod pendente lite super jure eligendi non currit tempus eligentibus. ut no. *in c 2. de in integ. resti.* secus quando est quæstio super jure præsentandi, quia pendente lite tempus currit eis. ut est tex. & ibi Dom. Abb. *in c. 3. col. 10. versi. & hæc adducuntur. de jure pa.* & istæ differentiæ procedunt in propriis terminis juris loquendo : secus est in materia larga favorabili, quia tunc electio comprehendit præsentationem. tex. *in c. querelam. de electio.* & *in c. 2. de jure pa.* & circa istos duos modos providendi, valet circa electionem aliquid ultra in isto tract. non dicam, sed remitto ad Guil. de Mandagoto : *in tracta. suo. de ele.* & de jure pa. & præsentatione ipsius. videas Roch. de Curte *in suo tract. de jure patrona.* & etiam Pau. de Citadinis *in suo tract. de jure pa.*

10. Et ad istam præsentationem fit institutio, & dicit Dom. Abb. *in c. auctoritate. de insti.* quod institutio est triplex : Propriè autem sumitur institutio pro translatione juris non libera à superiore facta, quando scilicet præsentatus per patronum instituitur. nam ubi transfertur jus plenum cùm patronus nullum jus spirituale transtulerit : sed est illa translatio non libera, quia superior velit nolit tenetur illud jus conferre in præsentatum ex quo est idoneus.

11. Et in hoc institutio differt à collatione, quia collatio propriè est juris translatio libera, quia habens collationem beneficii non tenetur conferre isti vel illi, sed libere cui vult, dummodo sit idoneus. *c. relatum. de præben. & digni.* & ibi Dom. Abb. ideo jus instituendi & confirmandi transit in capitulum sede vac. *c. 1. de institu. in 6. c. cum olim. de majo. & obe.* sed jus liberè conferendi non transit in capitulum, si collatio spectabat ad solum Episcopum. *c. unico. ne sede vacan. lib. 6.* Alio modo videtur institutio, & tunc capitur pro collatione libera. *ut c. ex frequentibus. de insti.* Alio modo capitur institutio pro institutione auctorisabili, quæ fit quo ad curam populi tantum : ut si collatio beneficii spectat ad inferiorem pro cura populi non exempti recurritur ad Episcopum : *ut c. 1. de capel. mo. in 6.* quandoque institutio capitur pro inductione in possessionem & ista pertinet ad Archidiaconum de jure communi. Nam post translatum jus in beneficio Archidiaconus habet inducere illum in possessionem corporalem : *ut c. ad hæc. & c. ut nostrum. de offi. Archi.*

12. Et institutio differt à confirmatione, ut no. Dom. Ab. *in c. nobis. in 5. no. de jure pa.* ubi dicit quod propriè loquendo differentia est inter institutionem & confirmationem : confirmatio enim fit de electo à collegio : &

Source : BIU Cujas

dicitur superior confirmare quasi simul firmare, quia per electionem jam fuit translatum jus, sed per institutionem transfertur plenum jus, ut suprà dixi. institutio differt à missione in possessionem: ut not. Archi. *in c.* 1. *de insti. in* 6. ubi dicit quod admittere idem est quod recipere, & examinare: instituere est approbare & confirmare, ut not. Roch. *in suo tracta. de jure pa. in prin. in* 7. *q.*

13. Item est alius modus providendi ad beneficia, aut appellatur nominatio, & nominatio sumitur multis modis: ut dicit glo. *in c.* 1. *in §. volens.* in verbo *nominationes.*

Primo modo assumitur & capitur pro electione. *c. cum olim. de re judi.* & ex tali nominatione acquiritur jus nominato sicut ex electione electio. *c. si tibi absenti. de præben. in* 6. & illud jus acquiritur in habitu, in actu autem solum acquiritur per confirmationem. *c. transmissam. de elec. c. avaritiæ. eo. ti. in* 6. *c. quanto.* 61. *dist.* Dom. Abb. *in capit. si postquam. de ele. & in capit. super his. de accusa.* & de ista satis fuit dictum superiùs in primo membro istius quæstionis.

Est alia nominatio solemnis quæ æquipollet postulationi, & fit quando duo vel tres nominantur Papæ, ut de uno illorum provideat Ecclesiæ: & ex hac nominatione non acquiritur propriè jus nominato, sed quodam modo. *c. contra Sanctorum.* 16. *q. ulti.* sed nominantes non poterunt variare ex quo illam nominationem præsentaverunt superiori, sicut dicitur in postulatione. *c. bonæ in* 2. *de postu. præla.* & de ista loquitur. *c. bonæ. in* 1. *in fi. eo. tit.* & ibi vult Hostien. istud licet glo. aliter capiat nominationem quando omnes eligentes absque solemnitate concordant in aliquo ineligibili assumendo: & vadunt ad superiorem ut cum eo dispenset & provideat Ecclesiæ. & ista nominatio æquiparatur postulationi.

Est alia nominatio quæ fit ante scrutinium de aliquo eligendo quando aliqui proponuntur in collegio tanquam boni viri ut de eis fiat scrutinium, de quo *in c. quod sicut. in prin. de elect.* nec per illam quæritur jus nominato: sed possunt nominantes transire ad eligendum alium.

14. Alia est nominatio quæ fit in scrutinio electionis in quo vota secretè & sigillatim sunt exprimenda. *c. si quis justo. in fi. de elec. in* 6. nec per talem nominationem acquiritur verè jus nominato. *arg. c. si tibi absenti. de præben. & digni.* & de ista nominatione habetur *in c. perpetuo. de elec. in* 6. sed nominantes publicato scrutinio non possunt variare. *c. publicato. de elec.* quando sequi potest electio, quia nominatus habet majorem & saniorem partem vocum: nam si publicato scrutinio non posset sequi electio: quia vota eligentium reperiuntur æqualia aut non consensit in aliquem major pars: tunc poterunt electores variare. *c. quia propter. c. Ecclesia vestra. in* 2. *de ele.* nulla enim injuria aut infamia irrogatur nominato ex variatione cum non habuerit majorem partem capituli. ut not. Dom. Abb. post alios Docto. *in cap. publicato. de ele.* ubi dicunt quod minor pars potest accedere ad majorem partem publicato scrutinio, quia quando ex votis minoris partis non potest sequi electio, & nullum jus est acquisitum nominato. facit. *cap. quod sicut.* & glos. *in c. cum in jure. de elect.* & prædictæ nominationes fiunt ad beneficia vacantia.

Est alia nominatio quæ fit ad beneficia vacatura quarum quædam sunt gratiæ expectativæ quæ dicuntur nominationes: ut est tex. *in d. c.* 1. *§. volens. & in versi. exceptis. de colla. in pragm.* & tunc si expectans est receptus in canonicum sub expectatione præbendæ habet ad eam jus ad rem non in re. *c. penul. de præb. & digni. in* 6. *c. fi. de conces. præben. eo. lib.* si verò non est receptus in canonicum: sed dumtaxat habet gratiam sub expectatione beneficii sibi conferendi: tunc solum habet jus implorandi officium executoris ut provideat vel faciat sibi provideri. ut est gl. no *in c. veniens. de renun.* gl. & Inn. *in ca. literis. de rescri.* Inn. *in c. constitutus. eo tit.* Spe. *tit. de præb. in prin.* Do. Ab. *in c. capitulum. de rescrip.* licet Host. & Henr. aliter dicant. *in d. cap. literis. de rescrip.* quod per literas executoriales acquiritur jus ad rem petendi beneficium cum vacat. *cap. constitutus. de rescript. & cap. accepimus. de ætate & qualitate.* Joan. And. *in c. si soli. de conces. præben. in* 6.

15. Aliæ sunt nominationes quæ fiunt ab universitatibus de suppositis graduatis, de quibus est tex. *in c.* 1. *§. insuper. cum aliis sequentibus. de colla. in pragm.* nec per eas quæritur jus in re vel ad rem ad beneficia, sicut dictum est in gratiis expectativis: sed consequitur nominatus quoddam jus præparatorium ad beneficium cadens in turno nominatorum obtinendum sicut præsentatus: tamen non omnino æquiparantur nominatio & præsentatio cum per præsentationem acquiratur jus ad rem ad beneficium petendum & actio personalis contra substituentem. *c. cum autem. c. pastoralis. de jure patrona.* Hostien. *in c. quoniam. de jure patrona.* Docto. *in clem.* 1. *de sup. negli. præla.* glos. & Docto. *in cap. dilectus. de offi. leg.* Henri. *in cap. cum Bertoldus.* & alii Doct. *de re judica.*

16. Item est alius modus providendi qui appellatur dispositio, & electio includitur sub verbo *dispositionis.* ut dicit glos. not. *in c. unico.* in verbo *dispositionem. de reserva. in prag.* & hoc in materia favorabili: secus in materia odiosa. *cap. cum in illis. de præben. & digni. in* 6.

17. Est & alius modus providendi qui appellatur provisio, & est latum verbum quod comprehendere potest nominationem, postulationem, præsentationem & collationem, ut est glos. not. *in cle. fi.* in verbo *provisioni. de elect.* & hoc habet locum in materia favorabili, secus in materia odiosa: quia tunc non venit electio per verbum *provisionis.* ut not. Dom. Abb. *in clem. fin. de electio.*

18. Est alius modus providendi in beneficiis qui appellatur postulatio ut per totum tit. *de postu. præla.* & per istam postulationem non acquiritur jus postulato. *c. pe. & fi. de postu. præla.* not. Feli. *in c. cum Bertoldus. col.* 2. *de re judica.* & Dom. de sancto Gemi. *in repe. c. postulasti. in fi. de rescrip.* & postulatio & electio differunt. ut not. glos. *in c. unico.* in verbo *vera postulatio. de postu. præla. in* 6. & etiam not. Summistæ. & ibi Do. Ab. *in rubr. de postu. præla.* & dicit Do. Ab. *in c.* 1. *col. fi. de postu præla & in rub. de ele. in c. quia propter. col.* 4. *in prin. eo. tit.* quod est duplex postulatio. ut ibi per eum.

19. Est alius modus providendi qui appellatur collatio & differt ab electione ut ab aliis modis providendi. *c. cum in illis. de præben. & dig. in* 6. glo. *in c. unico.* in verbo *collationem. de reser. in prag.* ut patet etiam ex diversitate titulorum. *ut tit. de elec.* & *tit. de collat. in prag.*

20. Et quid autem importat verbum *committere*, & in quo differat à collatione: vide per glos. *in cle.* 1. in verbo *committere. de sup. negli. præla.* & ibi Dom. Card. *in* 3. *no.*

21. Et an differant *assignare* & *conferre*, not. Card. Flor. *in c. referente.* 8. *no. de præben.* & quid importet verbum *provisio* vel *providere.* vide glos. *in c. ut circa* in verbo *electionis.* & ibi Dom. de sancto Gemi. *de elec. in* 6. & Feli. *in cap. cum Bertoldus. col.* 2. *de re jud.* ubi etiam declarat quid importet installatio: vide etiam Dom. Abb. *in c. transmissam. de elect. in c. cum M. de consti.*

22. Quid autem importet verbum *receptio*, & quotuplex sit, & quomodo differat à collatione: vide Dom. de sancto Gemi. per illum tex. *in c. cum Ecclesiis. de præben. in* 6. & Joan. de Imol. *in c. majoribus. col.* 2. *eo. tit. de præben.* & in quo differat verbum *receptio* à verbo *electio.* vide Cardi. *consil.* 103. *incipien. discutiam præmissa.*

Source : BIU Cujas

23. In quo autem differat promovere & eligere, colligitur per Dom. Abb. & alios Doct. *in c. omnipotens. de accusa.*

24. In quo etiam differant collatio, præsentatio & institutio. tex. & Doct. *in c. cum in illis. §. cum autem. de præb. in 6.*

25. Quid autem importet verbum *dispositio*, & quod beneficium dicatur spectare ad dispositionem alicujus: & quid differat dispositio à præsentatione. vide glos. *in clem. unica.* in verbo *dispositionem.* & ibi Card. *in 1. oppositione. de sup. negl. prælat.* & text. *in ca. cum in illis. §. 1. de præbend. & digni. in 6.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO II.

1. *Criminosus an sit privatus beneficio vel sit privandus.*
2. *Contra electum & confirmatum an admittatur aliqua exceptio.*
3. *Sententia Judicis excommunicati tamen tolerari quomodo valet.*
4. *Beneficium secundum si quis incompatibile accipiat vacat primum.*
5. *Electi confirmatio per simoniam est ipso jure nulla.*
6. *Collatio facta perjuro est nulla ipso jure.*
7. *Beneficio non est privatus criminosus ipso jure.*
8. *Perjurus quando est privandus beneficio.*
9. *Pœna an possit aliqua imponi ubi à jure non exprimitur.*
10. *Simoniacus an sit ipso jure privatus beneficio.*
11. *Electio facta de perjuro aut alio criminoso an valeat.*
12. *Simoniacus an sit ipso jure suspensus quo ad se & alios.*
13. *Eligi an possit qui est in peccato mortali vel veniali.*
    Peccatum mortale quid sit, & quando non est notorium.
14. *Ad beneficium quisnam sit præferendus, aut ille qui peccavit vel qui nunquam peccavit.*

QUæro secundò. An criminosus sit privatus à beneficio vel privandus? pro parte negativa videretur quod non veniret privandus, quia crimen non repellit judicem ordinarium à judicando. ut not. Dom. Abb. & alii Docto. *in c. sciscitatus. de rescrip.* & Specu. *tit. de leg. §. 8. versi. item quod compromisit.* Idem etiam not. Inno. & Dom. Abb. post glo. *in c. cum non liceat. de præscript.* Bal. *in l. cum fratrem. col. 3. vers. unum scias. C. de his qui. ut indig.* ubi dicit quod crimen etiam notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum vel privandum nisi sequatur sententia depositionis. & ideo licet aliquis prælatus sit notoriè criminosus: non tamen per hoc est depositus ipso jure, etiam si sit homicida. alleg. Inoc. *in c. cum contra. de hære.* nisi sit ei interdictum per sententiam.

Idem etiam videtur tenere Archi. *in c. nonne. 8. quæst. 4.*

2. Ubi dicit quod Abb. opposuit simoniam Episcopo petenti jura Episcopalia & unus Cardinalis judex in hoc fuit interlocutus non esse audiendum Abbatem Procurator Abbatis appellavit, Papa cum Cardinalibus illum Abbatem repulit cum verecundia, quia quamdiu Prælatus ab Ecclesia toleratur, non debet repelli: imò ut Episcopus debet ad omnia admitti. *ut 2. q. 1. c. multi.*

Item contra electum & confirmatum non auditur quis in modum exceptionis, sed in modum accusationis. *c. super his. de accusa.* ergo multominus excipitur contra Episcopum forte tamdiu in possessione existentem. Refert Gofre. dixisse in suis libellis quod ista sententia fuit dura: sed ad jura per eum alleg. respondet Domi. *in d. c. nonne.* quod in his casibus in quibus confirmatio non valet, sed ubi valet. secus est, quia per eam confertur jus administrandi. *c. transmissa. de elec* unde licet postea removetur, tamen authoritate confirmationis valent illa quæ fecit, ut not. *in c. nihil.* & ibi Dom. Abb. *de elec.* vide Bald. *in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infa.* quod clericus perdit beneficium post sententiam: sed ante sententiam licitè retinet, etiam si sit homicida.

Item tenet Inno. & ibi Do. Abb. *in c. cum in nostris. de conc. ſ præb.* & in simili dicit Bald. *in l. Cassius. in prin. ff. de sena.* quod in his quæ ratione officii puta si sit prælatus tenet quod facit infamis donec sit privatus.

Item etiam not. Inno. *in ca. qualiter & quando. in 2. in fi. de accu.*

Item irregularis & homicida remanet in sua prælatura donec removeatur: *ut c. cum in nostris.* & ibi Doct. *de concess. præben.*

Idem etiam Comes condemnatus in mille pro furto vel falso testimonio aut alia falsitate, non perdit Comitatum quem habet à Rege à quo non reperitur amotus: ut not. Inno. *in d. c. qualiter & quando.* & judici ordinario non potest opponi infamia. ut not. Inno. *in c. sciscitatus. de rescript.* & etiam dicit Ang. *in l. prætor. §. non autem. ff. de judi.* quod si impetrans judicem delegatum, & tacet quod est adulter vel homicida propter hoc rescriptum non est nullum tamquam tacita veritate impetratum. alleg. Inno. *in c. superliteris. col. 4. de rescrip.* Idem etiam dicit Bald. *in l. Barbarius. ff. de offi. præto in sua lectura. col. 8. versi. quid dicemus.* quod in omnibus dignitatibus quibus est annexa jurisdictio sive sint seculares sive Ecclesiasticæ, valent gesta ab ordinario, licet minus digno: & cui officium esset per superiorem interdicendum. alleg. Inno. *in d. c. sciscitatus.* & etiam subdit quod subditi nihil possunt opponere ordinario existenti in tali possessione jurisdictionis superioris sciente & patiente.

Præterea dicit idem Bal. *in d. l. Barbarius. in repeti. colum. 10. ver. quid decidunt.* quod homicida est verus Episcopus quousque privetur: sed removendus est tamquam indignus. not. Inno. *in c. cum in nostris. de concess. præben.* & dicit Rota. *dec. 1. tit. de excep. in antiquis*, quod non est bona exceptio si contra provisum exponitur crimen in modum exceptionis, quia per exceptionem criminis quis non deponitur nisi ponatur per viam accusationis. *cap. super his. de accusat.*

Item valet processus judicis, licet haberet defectum impeditivum suæ potestatis. ut not. Feli. & ibi alii Docto. *in d. c sciscitatus. de rescript.* facit. *c. ad probandum. de re judi.* & *d. l. Barbarius Philippus.* & ita etiam tenent Inno. Imo. & Dom. de sancto Gemi. *in d. c sciscitatus.* ubi dicunt quod istæ sunt exceptiones dilatoriæ inductæ à jure positivo: & ideo si non

opponantur, valet processus. no. Specu. *tit. de except.* §. 2. *ver. sed quæro de his.* & Archid. 3. *qu.* 7. *in summa.* no etiam Bar. *in l. quidam consulebant. ff. de re jud.* & Pet. de Ancha. *in d. c. sciscitatus. per glo. in l. ita demum. C. de procur.* & ita videtur sentire idem Bar. *in l. 1. C. de testam.* & Bar. *in c. 1. de accusa.* ubi valeret judicium cum accusatore inhabili: si non opponatur. facit. *capit. pia. de excep. in 6.* facit glos. *in cap. 1. de judi. in 6.* & *in l. quamvis. C. de adul.* & *in l. filius-familias.* §. *veterani. ff. de procur.*

Item pro ista parte facit, quia non se excusatis cui fit commissio prætextu infamiæ vel alterius inhabilitatis, ut not. Inno. & alii Docto. *in d. c. sciscitatus.* & Specu. *tit. de leg.* §. *excipi. versi. sed numquid. per l. nec infamis. C. de decuri. lib.* 10. & hoc habet locum quando inhabilis promovetur per superiorem. *ut d. l. Barbarius.*

3. Ad omnia ista potest responderi quod habent locum & debent intelligi in judice tolerato, & communiter judice reputato, quia non obstantibus prædictis criminibus remanet [a] judex quo ad mundum & ad Ecclesiam. *ut c. ad probandum. de re judi.* & §. *tria. 3. q. 7.* & *d. l. Barbarius.* nam si judex excommunicatus & toleratus sententiam proferat, valet & tenet sententia. ut not. Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contu.* facit. *c. pia. de excep. in 6.* [b] item si sit ordinarius collator excommunicatus & toleratus valet collatio beneficii per eum facta. ut not. Dom. Abb. *in c. dilectus. in 2. de præben. & digni. & in c. postulastis. de cleri. excommuni. mini. & in d. c. veritatis. de dolo & contu.* secus esset si illa crimina essent probata, quia tunc Judex posset repelli & removeri à suo officio.

a l. libertus. parag. in quæstionib. ff. de munerib. & honorib. veterem dignitatem retinent, novos honores adipisci non possunt. I.

b Occulte hodie sufficit quod non sit publice denuntiatus vel notorius quod tergiversatione celari nequeat. C.M.

4. Circa istum articulum pro contraria parte facit. *c. de multa. de præben.* ubi statim quod quis adeptus est secundum beneficium incompatibile vacat primum ipso facto. facit etiam tex. *in extrava. Pauli II. in tit. de simo.* quæ dicit quod simoniacus ipso facto à suo beneficio est privatus: ergo non est privandus, sed ipso jure privatus.

5. Et ita etiam tenet Feli. *in d. c. sciscitatus. de rescript. col.* 1. ubi dicit quod confirmatio electi per simoniam est hodie ipso jure nulla nullum jus conferens. alleg. extravagantem Martini V. quæ incipit, *multæ.* ut est alia quæ incipit *cum detestabile.* de quibus facit mentionem summa Pisana. in verbo *simonia 7. in additione ulti.*

Item pro ista parte facit quod quando inhabilitas causatur à defectu naturali: puta quia furiosus, pupillus, vel aliud simile, processus talis Judicis est nullus: ut not. Doct. *in d. c. sciscitatus. de rescrip.* & dicit And. Bar. *in c. 2. de rescript.* contra communem opi. quod criminosus ipso jure est privatus beneficio: & ad hoc ponderat illum tex. in verbo *amovetur.* & *c. querelam. ibi removentis* [c] *de jure jur.* & Butr. *in c. fi. col. 3. de postulando.* ubi dicit hoc verbum *spolietur*, licet sit de futuro, tamen denotat solam amissionem manualem, & imponit privationem jam jure factam: & sic dicit fuisse dictum in facto. Præterea in illo *c. 2. de rescrip.* ista duo æquiparantur renuntians & perjurus: sed renuntians est privatus. *c. quod in dubiis. ibi spoliari. de renun.* & ita tenet ibi But. contra Hostien. item infamia privat ipso facto militem à sua militia. *l. 2.* §. 1. *de his qui not. infa.* sed perjurus est infamis. glos. *in cap. querelam. de jur. jur.* & facit. *l. si quis major. C. de transac.* ergo & clericum juxta glos. *in l. miles. ff. de re judi.*

c Intellige secundum articul. 46. ordinat. Bles. cum vacat ipso jure. I.

Ad ista argumenta respondet Feli. *in d. c. 2.* & dicit quod ipsa renuntiatio non privat ipso jure. ut not. Innoc. & Hostien. *in d. c. quod in dubiis. de renun.* & respondet *ad d. l. 2.* quod militia non æquiparatur in proposito ad beneficia ut not. Dom. Abb. *in d. c. querelam.* & *in c. 1. de cleri. ægro.* nec est expeditum quod perjurus sit infamis. *c. testimonium. de testi.* & ad illa argu. magis clarè respondet Dom. Philip. Decius *in d. c. 2. de rescript.*

6. Item pro ista parte facit. *cap. postulasti.* in verbo *spolietur. de cle. excom. mini. juncto c. clerici. eo. tit.* dicit Fed. *consilio* 50. quod collatio facta perjuro vel alias criminoso [d] est nulla alleg. Hosti. *in c. inter dilectos. de excess. præla.* idem not. Dom. Abb. *in c. querelam. de jure jur.* & not. Dom. de Rota. *tit. de jure pa. decis. 5. in novis.* reprehendendo quendam Cardinalem qui est secutus Innoc. *in c. cum nostris. de conces. præben.* quia male ponderabat. *c. postulasti. de cleri. excom. mi.* & *c. cum bonæ. de æta. & quali.* & *c. accedens. de accu.* & hanc partem etiam tenet Inno. *in c. constitutus. in 2. de appel.* & Dom. Abb. *in c. cum nostris. ad fi. de conces. præben.* & Nicolaus Milis *in repertorio suo fol. 79. in* §. *irregularis ut homicida.* dicens quod non est verum. ut Innocen. aliter dicat *in d. c. cum nostris.* licet velit quod beneficium acquisitum in illis defectibus licitè teneatur quousque isti priventur, non dicit collationem valere. & in hoc communiter errat vulgus allegando Innocen. idem tenet Dom. Abb. *in c. cum in cunctis.* §. *fin. de elec.* per illum tex. in verbo *admittat.* quod importat ipso jure secundum eum, & fortè malè. per glos. *in l. admissione. in* §. 1. *ff. de capi. dimi.* quæ dicit quod sonat in futurum. facit glos. & ibi Docto. *in l. si quis in tantam.* in verbo *admittat. C. unde vi.* & sic etiam respondebitur ad *cap. quamquam.* in verbo *devolvatur. de elec. in 6.* & istam partem etiam tenet Dom. Abb. *in c. 1. col. ulti. de re judi.* & *in c. fin. ulti. col. de præsump.* & *in c. grave. de præben.* Istud intelligo quando beneficium confertur indigno tali indignitate quæ ipso facto impediat vires collationis ut in quatuor defectibus: de quibus *in ca. cum in cunctis. in prin. de elec.* ita tenet Ægi. Bella. *conclusione* 172. secus si beneficia quis habuerit antequam efficiatur criminosus: quia tunc beneficia non vacarent ipso jure: sed per sententiam veniret privandus: ita decidit Feli. & ibi Dom. Philipp. Decius *in d. cap. 2. de rescript.*

d Si crimen sit tale, per quod ipso jure sit privatus, non per quod sit puniendus. Felin. in ca. postulasti. num 15 de rescript. I.

7. Circa istum articulum & quæstionem principalem ego dicerem sic concordando opiniones Doctorum quod criminosus sive homicida, aut perjurus sive alio crimine convictus non est ipso facto privatus beneficio: sed est privandus per sententiam. ut not. Dom. Abb. *in c. querelam. de jure jur. per illum. text. ibi:* dum dicit removentes quod verbum videtur requirere sententiam. not. Inno. *in c. inter dilectos. de excess. prælat.* ubi dicit quod petenti beneficium non potest opponi exceptio perjurii, aut alterius criminis non inducentis privationem ipso jure à beneficio. Idem not. Dom. Abb. *in c. tua. eo. tit. de jure jur.* & Dom. de sancto Gemi. *in c. quo jure. col. penul. 8. dist* ibi dicit quod nullum crimen privat quem ipso jure à suo beneficio. alleg. Inno. *in cap. cum nostris. de conces. præb.* idem etiam tenet Dom. de sancto Gemi. *in c. studeat. col. 2. 50. dist.* ubi dicit quod in homicidam & irregularem cadit etiam jus beneficii. Idem etiam not. Dom. Abb. *in c. fi. de præsumpt.* & *in c. 1. de re judi.* & *in c. 2. de rescript.* & *in c. cum nostris. de conces. præben.* & *in c. inter dilectos. de excess. præla.* & *in c. si constiterit. col. 2. de accu.* & *in c. item cum quis. in penul. col. de resti. spo.*

8. Facit *c. 2. de rescript.* ubi convicto & probato de perjurio amoveretur ab Ecclesia. & *in c. fi. eo tit. de jure juran. in 6.* ibi silentium imponi debebit. Feli. latè *in c. querelam. eo. tit. de jure juran.* & *in d. c. 2. de rescrip.* & pro ista parte facit. *c. pervenit. de fide jus.* & non solùm debet privari beneficio, sed etiam ad futura inhabilitatur. not. Abb. *in c. tua nos. per illum tex. de jure jur. in 2. not.* & ratione perjurii quis ab ordine deponitur. *c. cum non ab homine. de judi.* & etiam ratione perjurii emphytheota privatur ab emphytheosi: ut not. Dom. Abb. *in c. querelam. de jure juran.* & ratione perjurii quis agere prohibetur. glos. fi. *in cap.*

Source : BIU Cujas

parvuli 22. *q.* 5. & hoc in causa in qua perjurus fuit: secus in aliis not. Alex. *in c. si quis major. col. fi. C. de transact.* Feli. *in c. dilecti. de except.* quod etiam habet locum in Episcopo qui pro perjurio gravius punitur. *ca. sunt quidam. de jureju.* Dom. Abb. *in c. fi. in 6. nota de excess. præla.* Card. *in cle. constitutionem. de ele.* Bald. *in l. cum fratrem. col.* 2. *C. de his quibus ut indig.* & ista est communis opi. à qua non est recedendum : licet And. Barba. teneat contrarium. ut supra dixi. *in c.* 2. *de rescript.* post Dom. Anto. per aliqua fundamenta, suprà relata satis debilia. Tamen ad ista respondetur, ut respondent Feli. & Dom. Phil. Decius quos suprà retuli : & illi concludunt cum communi opi. *in d. c.* 2. *de rescript.* & pro ista communi opi. facit gl. pen. *in c. fi. de jure pa.*

9. Quæ dicit quod pœna non est imponenda nisi exprimatur à jure. facit glos. *in clemen.* 2. in verbo *suspensus. de vita & hone. cleri.* ubi dicitur quod quis non incurrit irregularitatem nisi exprimatur à jure: & in dubio præsumitur quod pœna sit imponenda per sententiam non ipso jure. ut not. Bal. *in l.* 1. *in fi. C. de legi.* facit glos. *in c. unico. de sagittariis. & in c.* 2. *de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.* facit glos. *in summa* 15. *q.* 8. quæ dicit, quod nullum crimen inducit privationem beneficii, nisi exprimatur in jure. glos. *in c. Apostolus.* quæ est glos. fi. 80. *distin.* facit glos. *c.* 2. & *in c. cum vos. de offi. ordi.* & Dom. Abb. *in c. cum venerabilis. colum.* 10. *de excep.* & sic possunt concordari omnia jura & opiniones Doctorum, quas superiùs retuli faciendo illam distinctionem ; An beneficia conferantur criminoso. Et sic habebit locum contraria opinio. Aut post beneficia adepta committatur crimen : & sic habebit locum ista finalis opinio.

Et in quantum jura quæ superiùs retuli dicunt quod perjurus venit privandus beneficio : limito non habere locum in perjuro non temerario, quia ille non privatur beneficio. tex. not. *in c. sicut nostris. de jure jur.* not. Dom. Abb. *in c. tua nos. de jure jur.* & glo. *in c. Archi.* 85. *dist* nisi constituat se inter duo juramenta contraria : & tunc privatur beneficio, licet juramentum sit temerarium, ut not. Dom. Abb. per illum tex. *in c. tua nos. colum.* 2. *de jure jur.* & etiam ratione fidei violatæ quis privatur beneficio sicut perjurus. [a] ut not. Dom. Abb. *in c. querelam. de jure jur.* Et ratio est, quia juramentum & fidei præstatio æquiparantur. ut est glos. not. *in c.* 2. *de sponsa.* glos. *in c. fi. ne præla. vi. suas.* glo. *in c. constitutus. de transac.* Idem not. Dom. Abb. *in c. ad aures. quod metus cau. col. fin.* Joan. And. & Archid. *in c.* 1. *de sepul. in* 6. Et ratio est, quia jurans per fidem ita affirmat Deo teste sicut si per Evangelia quibus non debetur major reverentia quam ipsi Deo seu fidei suæ, nec oportet quod juramentum sit præstitum super re sacra. *c. & si Christus. de jure jur.* Et istam opi. approbat Feli. *in c. querelam. col.* 3. *de jure juran.* [b] & collatio facta, ut sup. dixi, perjuro est ipso jure nulla quando constat notoriè illum esse perjurum. ut not. Dom. Abb. *in c. inter dilectos. de excess. præla. & in c. querelam. de jure jur. & in c. fi. de præsump. & in c.* 1. *de re judi. & in c.* 2. *de rescrip. & in c. cum nostris. de concess. præben. & in c. grave. de præben.* facit text. extravagantis Pauli II. quæ est in titu. de simo.

10. Et ibi dicitur quod beneficium collatum simoniaco ipso jure est privatus not. Fede. *consi.* 50. *incipien. quæritur.* & not. Feli. *in d. c. sciscitatus.* & hoc maximè quando crimen infamat *per cap. testimonium. de testi. & c. querelam. de jure juran.* Hostien. *in c. inter dilectos. de excess. præla.* ubi exponit irritanda. i. irritam nuntiandam cum simi. ut per Feli. *in c.* 2. *de rescript.* & puto istam partem continere veritatem, licet Feli. videatur sentire contrarium. *in d. cap. querelam. de jurejuran.* magis tamen peccat homicida quam perjurus, & graviùs punitur. ut not. glo. *in cap. prædicandum.* 22. *q.* 1. & ratio assignatur per Ricar. *in* 4. *sent. distin.* 39. *q.* 4. *art.* 1. ubi dicit quod homicidium directè contrariatur actui & virtuti : perjurium autem directè est contra actum virtutis latriæ : sed charitas est nobilior quam latria, quia nobilius est proximum diligere, quam verum ex causa legitima jurare : ergo homicidium est gravius quam perjurium. Istam opinionem approbat Ange. de Clava. *in sua sum. tit. de perjurio.* vide ea quæ dixi circa istum articulum *in tract. meo de jurejuran. in prin. quintæ Partis.*

11. Præmissa limitant aliqui Docto. non habere locum in electione. ut not. Joan. And. *in c. auditis. super glos. ulti. de elect. ibi :* sed quid si eligitur criminosus, quem ibi sequitur Butri. & Dom. de sancto Gemi. *in c. in scripturis.* 8. *q.* 1. ubi dicitur electionem factam scienter de criminoso non esse ipso jure nulla: nisi crimen inducat irregularitatem vel suspensionem majorem. ut not. *in c. si celebret. de cleri. excomm. mini.*

Tamen contra istam limitationem tenet But. *in c. cum nostris. col.* 8. *de concess. præb.* ubi dicit electionem de criminoso factam non valere. ita not. Calde. *in d. c. querelam. de elec.* & Nico. Milis. *in suo reper. fol.* 29. *col.* 2. §. *clericus licet sit homicida.* & quod electio non valeat, tenet Hostien. *in c.* 1. *de postu. præla. & in c. cum in cunctis per illum tex. de elect.* Archi. *in d. c. scripturis. in fi.* 8. *q.* 1. Idem etiam tenet Inno. *in d. c. auditis. per c. cum in cunctis. eo. titu. de ele.* facit. *l. non dubium. C. de legi.* idem no. Dom. Abb. *in c. dilecti.* 3. *not. de excep.* & ista est mera veritas. licet Imo. videatur dicere contrarium *in d. c. auditis.* quia illa habet in se inclusam confirmationem, & respondet ad *l. non dubium.* quod cum. *ca. cum in cunctis.* ponat pœnam privationis potestatis eligendæ : ergo actus tenet quando nullitas ejus respicit præjudicium alterius non illius qui punitur not. Bar. *in l. prætor. in fi. ff. de no. ope. nun.* & cum tanta varietate doct. dicendum quod electio si fiat de persona irregulari ut de homicida vel incapaci, aut de fœmina vel infanti electio est ipso jure nulla. & ita concludit Feli. *in c.* 2. *col.* 3. reprobando & retractando suam opi. quam tenuerat. *in c. querelam. de jurejuran. & in c. fi. de præsump.* & ita etiam videtur tenere Inno. *in c. cum nostris. de concess. præben.* ubi dicit non tenere electionem factam de illis in quibus jus dignitatis cadere non potest, ut sunt omnino illiterati, mulieres, infames & infantes. Idem tenet Joan. Calde. *in suo consil.* 20. *tit. de accu.* quod provisio facta criminoso infami est ipso jure nulla. Idem sentit Bal. *in repe. l. Barbarius. col.* 10. ubi dicit quod si Papa confert Episcopatum Apostatæ, non tenet collatio, quia hoc jus non cadit in Apostatam, alle. Inno. *in c. cum nostris. de concess. præben.* & dicit Innocen. *in c. inter dilectos. de excess. præla.* quod petenti beneficium suum non potest opponi exceptio perjurii, vel adulterii, alterius criminis non inducentis ipso jure privationem beneficii. & Dom. de sancto Gemi. sequitur *in c. studeat. in* 2. *col.* 50. *dist.* & Dom. Abb. *in c. si constiterit. col* 2. *de accu.* & *in cap. item cum quis. col. pe. de resti. spol.* & quantumcumque quis sit criminosus, non tamen perdit ipso facto beneficium acquisitum per prius etiam si esset homicida. ut probatur *in c. clericis.* ibi *privetur. ne cleri. vel mo.* & *c. si ex literis.* ibi in verbo *admonentes. de excess. præ.* & tamen homicida est detestabilior canonibus. ut no. Dom. Abb. & Feli. *in d. c. querelam. de jure jur. per glo. in c. fi. de jure pa.* quæ dicit quod pœna privationis non imponitur nisi cavetur lege. & ibi dicit Imo. *in d. c. querelam.* quod nullum crimen inducit privationem beneficii nisi exprimatur à jure. *per glos. in summa.* 15. *q.* 8. & *in c. Apostolus.* 80. *distin.* tamen si collatio aut electio fiat criminoso est ipso jure nulla, ut not. Fede. *consil.* 50. *incip. quæritur.* & dicit Ange. de Clava. *in sua summa. tit. de simo.* 6. § 8. ubi refert extravagantem

[a] Hoc puto falsum quia pœna non est imponenda nisi jure exprimatur. gl. d. Clem. 2. de vita & honest. cle. C. M.

[b] Et Felinus in c. 2. de rescrip. post l. duo patroni parag. finali. ff. de jurejurand. C. M.

Source : BIU Cujas

vagantem Martini, & ordinatio facta à simoniaco de aliquibus clericis ipso jure sunt suspensi & electiones, postulationes, confirmationes, & provisiones simoniace Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque deinceps factæ nullæ sunt ipso jure: nullumque per illas jus cuicumque acquiritur, nec promoti confirmati aut provisi faciunt fructus suos: sed ad illorum restitutionem tanquam injustè ablatorum teneantur statuentes quod dans & recipiens sententiam excommunicationis incurrit, etiam si pontificali aut Cardinalatus refulgeat dignitate, & sic apparet quod beneficium collatum simoniaco aut alteri criminoso est ipso jure nullum per jura superiùs relata. in simili facit tex. *in c. inter dilectos. de excess. præla.* ubi non valet collatio facta criminoso notorio, in simili facit quod collatio facta excommunicato non valet. tex. *in c. postulasti. de cle. excom. mini.* & no. Dom. post Joan. And. *inc. dilectus. in secundo de præben. & digni.* & *in c. veritatis. de dolo & contuma.* & electio facta de excommunicato etiam non valet. *c. cum inter. de elect.*

12. Et etiam simoniacus in ordine, simonia commissa quantumcunque sit occultus est suspensus ab officio quo ad se & quo ad alios: quia tunc alii peccant audiendo divina ab eo, *ut* §. *verum.* 22. *dist.* & not. Inno. *in c. tanta. de simo.* & Dom. Abb. post glo. primam *in c. accusatum. de simo.* Si verò est simoniacus quo ad beneficium, si est manifestus & notorius suspensus est quo ad se, & quo ad alios: *ut d.* §. *verum.* & Inno. *in d. c. tanta.* si verò est occultus, tunc est suspensus quo ad se, & non quo ad alios. ut not. Do. Abb. *in d. c. accusatum. de simo.*

13. Item circa istam materiam dicit Dom. Abb. *in c. dudum. in* 2. *col.* 6. *vers. ego. de elec.* quod si tempore electionis electus est in peccato veniali, non repellitur ab electione vel promotione: quia nemo posset promoveri cùm nullus vivat sine peccato. *ut cap.* 1. 81. *dist.* facit tex. *in* §. *criminis.* 25. *distinctione.*

Aut est in peccato mortali & in eo perseverat tempore electionis, & tunc puto electionem non valere: & ratio est, quia in tali peccato existens non debet celebrare. Est enim suspensus quo ad se. *c. quotidie. de conse dist.* 2. *c. si. de coha. cle. & mulie.* ergo non potest eligi in prælatum sicut dicimus de excommunicato minori excommunicatione: qui propter rationem prædictam non potest eligi. tex. *in c. si celebret. de cleri. excom. mini.* & tamen excommunicatio minor quæ oritur ex communione non semper est mortale. ut not. Dom. Abb. *in cap. sacris. quod metus causa* & pro prædicta conclusione facit. *c.* 1. 81. *dist.* ubi habetur secundum Apostolum, quod debet esse sine crimine promovendus, & crimen appellatur ibi peccatum mortale, cum privet vita æterna. §. *alias.* 25. *dist.* facit. glo. *in c. Florentinum.* alias incipit *Archidiaconum.* 85. *dist.* quæ dicit quod juramentum temerarium repellit quem à promotione si ille non agit pœnitentiam.

Aut ille non perseverat tempore electionis in peccato mortali: & tunc aut commisit delictum manifestè & notoriè: & non valet electio nisi prius fuerit secum dispensatum: [a] quia non potest talis delinquens exercere ordinem sine dispensatione. facit. *c. si. de temp. ordi.* puto tamen quod in hoc sufficit dispensatio proprii Episcopi. facit quod not. per Archi. *in d. c. si.* & Joan. glo. *in cap. si quis deinceps.* 16. *q.* 7. glo. *in cap. quisquis. de elect.* Dom. Abb. per illum tex. *in cap. & si.* §. *de adulte. de judi.* & *in d. cap. dudum. de elect.*

Aut peccatum non fuit notorium, & tunc aut est tale quod impediat ordinis executionem etiam post peractam pœnitentiam, ut homicidium, simonia, tale delictum impedit electionem, vel saltem dat causam cassandi. *d. c. si. de temp. ordi.* & *in ca. ex tenore. eo. tit.* & no. Inno. *in c. celebret. de cleri. excom. minist.*

14. Aut non est tale delictum, & tunc potest dici quod non impedit electionem post pœnitentiam. *ca. Florentinum.* 85. *distin. d. c. si. de temp. ordi.* facit. *c. fidelior.* 50. *dist.* ubi patet quod Petrus fuit promotus in summum Pontificem postquam negavit Christum: & hoc postquam egit pœnitentiam. & ibi glos. infert quis sit præferendus in promotione, an is qui numquam peccavit, an ille qui peccavit, & correctus est cùm Christus non elegerit secundum videlicet beatum Joannem qui numquam peccavit, sed Petrum qui eum negaverat: & ibi dicit glo. quod potius est eligendus qui peccavit & pœnituit, quam qui semper fuit bonus, quia magis scit compati, nam infirmus fortior resurgit. *de pœ. dist.* 1. *c. potest.* quam glo. simpliciter sequitur & approbat Dom. [b] Abb. *in c. dudum. in* 2. *col. in* 6. *de ele.*

Et circa istum articu. vide Card. *in c. Apostolus. per illum tex.* 81. *dist.* ubi infert quod requiritur ut promovendus sit sine macula criminis secundum Card. *in d. c. Apostolus.* ut Apostol. 1. Timo. 3. & ad Tit. 1. facit. tex. *in* §. *criminis.* 25. *dist.* & istud est necessarium necessitate præcepti salutis ut promovendus pro tempore promotionis debet esse sine macula criminis, & etiam sine macula peccati mortalis. Et istud probatur Leviti. 21. c. de semine Aaron qui habuerit maculam, non offerat panes coram Domino, nec accedat ad ministerium ejus, & ibi subdit glo. quod per maculam vitium intelligitur. ergo ista consequentia est vera. facit. *c. tales.* 22. *dist.* ubi colligitur quod sanctitas vitæ requiritur in susceptione ordinis ut sit idoneus ad exequendum, & tamquam præsumptuosus: & mortaliter peccat qui cum conscientia peccati mortalis ad ordines suscipiendos accedit: & dum superiùs dixi quod peccatum mortale repellit promovendum, & dejicit jam promotum, illud non habet locum quando peccat mortaliter ante baptismum & in mortali peccato existens se promoveri permittit aut in ordine susceptо permanet quantumcunque egerit pœnitentiam nisi sit cum eo dispensatum. ut no. Card. Alex. *in d. c. Apostolus.* facit. *c.* 1. 25. *dist.* & crimina occulta per pœnitentiam abolita non impediunt promovendum, nec dejiciunt promotum. Istud patet ex exemplo Christi circa Petrum. *ut d. c. fidelior.* & *per c. si. de temp. ordi.* nisi ista crimina post pœnitentiam impedirent ordinis executionem sicut homicidium habens annexam irregularitatem & crimen hæresis quod relinquit cicatricem & simonia. *d. cap. fin.* si autem crimina mediocria, si sint manifesta per sententiam aut confessionem factam aut evidentiam facti repellunt promovendum & dejiciunt etiam promotum. *cap. de his.* 50. *distin.* & *cap. fin. de tempo. ordin.* nullum autem crimen repellit à promotione per pœnitentiam abolitum & dispensationem. *cap. at si clerici.* §. *de adulteriis.* & ibi Docto. *de judi.* & cum his sit expedita ista Quæstio.

[a] Hoc puto falsum, nisi cum comitetur infamia juris vel facti, quia nullo jure cavetur. C. M.

[b] Sed ego non approbo cæteris paribus. C. M.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO III.

1. *Clericus quibus criminibus posit ab officio deponi.*
2. *Delictum grave quod esse dicitur. num. 4.*
3. *Delicto quolibet gravi non deponitur clericus.*
5. *Deponi an possit clericus propter fornicationem. num. seq.*
6. *Monialem si quis cognoscat tria crimina committit.*
7. *Clericus pro simplici fornicatione debet suspendi & pro inobedientia, sed non deponi. Fallit si cognoscat filiam spiritualem. num. seq. vel si sit Episcopus.*
8. *Episcopus pro gravi delicto debet deponi.*
9. *Presbyter si filiam spiritualem cognoscat debet deponi. Dispensari quare facilius non debet super cognatione spirituali.*
10. *Filia spiritualis quæ dicatur.*
11. *Religiosus propter fornicationem deponitur. Presbyteri ex constitutione Ecclesiæ obliganter ad castitatem.*

QUæro tertiò. Quæ sunt crimina digna depositione ab officio & beneficio? respondet Dom. Abb. *in ca. at si. in prin. col.* 10. *ver. ad secundum.* ubi dicit quod sunt & reperiuntur super hoc diversæ glo. Prima est *in c.* 1. 81. *dist.* & glos. *in summa* 15. *q.* 8. quæ ponunt duas opiniones. Una est quod omne crimen exigat depositionem nisi casus in jure sit exceptus. Alia opinio facit regulam in contrarium, videlicet quod nullum crimen exigat depositionem nisi in jure reperiatur, & ista opinio secundum glo. & Dom. Abb. videtur magis æqua nisi detur incorrigibilitas, nec sufficit prima contumacia. glo. *in c. si.* 1. *q.* 5. dicit quod aliquis non est deponendus nisi pro maximo crimine. facit. *c. tuæ. de pœnis.* & tex. *in c. inventum.* 16. *q.* 7. qui singulariter dicit quod quis beneficio privari non debet nisi pro gravi crimine.

2. Et crimen grave dicitur secundum arbitrium Judicis, si Judex informavit motum animi sui ex his quæ in jure exprimuntur: ut not. Dom. Abb. ubi sup. & circa istum articulum non debet superior attendere multum canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depositionis. facit text. *in c. fraternitatis.* 24. *dist.* qui dicit quod ætas nostri temporis, in qua non solùm merita, sed etiam corpora defecerunt, censuram antiquorum canonum non patiuntur manere. not. Gof. *in summa de coha. cle. & mulie.* quod omne delictum & crimen mortale de juris rigore requirit depositionem. 50. *di. c. Episcopus.* & 81. *di. c. si diaconus.* illud autem non procedit de æquitate & misericordia Judicis nisi habeat aliquam aliam qualitatem aggravantem. & dicit Dom. Anto. *in d. c. at si clerici.* post Goff. aliquas esse qualitates quibus concurrentibus judicii debet fieri depositio, quia omne delictum cum omni incorrigibilitate. *c. cum non ab homine. de judi.* tamen non sufficit prima contumacia. ut not. glo. *in c.* 1. 81. tex. *in c.* 1. *de jud.* Item secundum eum omne delictum cum irregularitate sufficit. *c. nisi cum pridem. §. propter conscientiam. de renun.* Inno. *in c. cum nostris. de conces. præben.* Item etiam si delictum est publicum & scandalosum. 10. *q.* 1. *cap. non debet.* Item etiam si delictum est diu continuatum. 82. *dist. c. Presbyter.* facit. *c.* 1. *de cler. percuss.* Item etiam si habet qualitatem enormitatis. *ca. tuæ. de pœnis.* Idem si habet in se infamiam juris: ut dixit Dom. Abb. *in d. c. at si clerici. cum simi.* ut suprà dixi *in proxima q.* & sic ergo crimen debet esse maximum ad depositionem faciendam: nam qualitates prædictæ faciunt & inducunt enormitatem criminis: & quæ crimina dicantur enormia. facit glo. *in l.* 1. *C. de requi. reis.* glo. *in l. ad ea. ff. de reg. jur.* & cum his transit Dom. Abb. ubi suprà. & dicit Dom. *in c. cum non ab homine. de jud. col.* 6. quod ad cognoscendum quæ crimina dicantur gravia est recurrendum ad Bar. *in l. non solum.* §. *si mandato. ff. de inju.* ubi optimè loquitur & dicit ipse quod clericus pro gravi crimine deponitur: pro graviori verò detruditur in Monasterium: & si est impœnitens, tunc debet depurari ad perpetuum carcerem: pro crimine autem gravissimo sufficit detrusio in Monasterium, licet jus civile pro his criminibus imponeret pœnam mortis. alleg. *ca. clericus. de excess. præla.* ubi pro crimine sodomitico imponitur pœna detrusionis in Monasterium vel major: & tamen de jure civili imponitur pœna mortis. & dicit Feli. *in d. c. at si clerici. col.* 9. *de judi.* quod depositio non imponitur nisi pro gravi crimine: ut est glo. fin. *in c.* 1. *de capel. mo. in* 6. & glo. 1. & ibi Dom. And. *in c. sicut. in* 2. *de jurejur.* & *in cap. ex tenore. de temp. ordi.* & *in c. Apostolicæ.* in verbo *gravissima. de re judi. in* 6. & omne delictum infamans inducit depositionem: ut not. Dom. *in c. satis perversum.* 56. *distin.* & omne crimen scandalosum, ut not. Dom. de sanct. Gem. *in §. de his.* 50. *dist.* & *in c.* 1. 35. *dist.* & ibi infert quod regulariter pro nullo crimine potest clericus deponi nisi jure aliud exprimatur. Quæ autem dicantur gravia crimina statur arbitrio Judicis: ut not. Do. Abb. *in c. tuæ. de pœnis.* facit glo. *in c. cum illorum.* in verbo *membri. de sen. excom.* & Spec. *tit. de leg. §. nunc tractemus.* & Feli. *in d. c. at si clerici. col.* 9. *de judi.* & ibi Do. Phil. Decius dicit quod depositio non imponitur nisi pro gravi crimine: illud probatur *per c. tuæ. de pœnis.* & *c. inventum.* 16. *q.* 7. facit glo. *in c. si.* 1. *q.* 5. in verbo *supplicari.* & glo. *in c.* 1. *quæ est fin. de capel. mo. in* 6. & glo. *in c. sicut. in* 2. *in* 1 *gl. de jurejur.* & Dom. Abb. *in c. ut famæ. per illum tex. de sen. excom.* & *in c. quod in dubiis. de pœn.* & *in c. si. per illum text. de celebra. Miss.* ubi tex. videtur probare quod etiam pro levi crimine quandoque deponatur: puta quando celebraret Missam sine lumine nisi dicatur quod reputatur grave: quia respicit Sacramentum. *c fin. de bap.*

3. Et advertendum est, quia Doct. etiam videntur loqui de privatione beneficii: *ut d. cap. inventum.* 16. *q.* 7. & *d. c. tuæ. de pœnis.* facit tex. & ibi Dom. Abb. *in* 3. no. *in c. si constiterit. de accu.* & omnes dicti Docto. loquuntur negativè, sed non affirmativè, quia pro quolibet gravi crimine non videtur quis deponendus: ut probatur *in c.* 2. *de sortile.* ubi gravissimum delictum dicitur: & tamen suspenditur ad tempus & etiam delictum fornicationis grave dicitur. *c.* 1. 31. *dist.* & tamen non deponitur, sed suspenditur clericus pro concubina quam publicè tenet. *c. clericos. de cohabi. cleri.* facit. *c. si. de purg. cano.* & *c. quam gravia. de excess. præla.* & sic ergo est dicendum per illa jura quod non omne delictum inducit depositionem: tamen quis non est deponendus nisi pro gravi crimine per jura superiùs alleg.

4. Et dicit idem Do. Phil. Dec. *in d. c. at si cle. de jud.* quod gravia crimina dicuntur secundum arbitrium

Source : BIU Cujas

Judicis. per glo. *in d. c. cum illorum.* in verbo *membri. de sen. excom.* Dom. Abb. *in c. tua. de pœ.* Bart. *in l. non solum. §. si mandato. ff. de injur.* Ange. Are. *in §. atrox. insti. de injur.* Are. *in c. cum non ab homine. col. 8. de judi.* & ista est communis resolutio à qua non est recedendum. in simili etiam facit illud quod not. Feli. *in c. 2. col. 2. & 3. de rescrip. & in c. sciscitatus. eo. tit. & in c. querelam. de jurejur. cum simi. ut distin. 11. sup. in proxima quæstione.*

Vide tit. de public. concubin. in cō cordat. I. a Dic quod non. Anto. Corset. in singular. in verbo fornicatio. C. M.

5. Et ex prædictis quæritur an propter fornicationem quis debeat deponi :[a] & dicit Dom. Abb. *in d. c. at si clerici. col. 11.* quod glossæ & jura videntur varia. & primo tex. *c. presbyter. 81. distin.* ubi videtur notare quod fornicatus clericus pro fornicatione est deponendus ab officio & beneficio : in contrarium facit text. *in c. presbyter. 82. dist. & in c. lator. 2. q. 7.* facit glo. *in c. Maximianus. 81. dist.* & not. Dom. Abb. post Gof. *in d. c. at si clerici.* quod si fornicatio est notoria & scandalosa vel diu continuata est digna depositione. *c. quam sit. de excess. prala. & c. ex parte Ada. de testi.* facit. *c. presbyter. 81. distin.* si non habeat illas qualitates & committatur cum moniali.

6. Tamen hoc casu non committitur simplex fornicatio, imò concurrunt tria crimina, videlicet adulterium, quia sponsa Dei ; sacrilegium, quia lædit sacrum ; incestus, quia cum consanguinea nostra, quia filii Dei sumus & quolibet istorum potest accusari : ut est glos. not. *in c. virginibus. 27. q. 1.* & de pœna istorum not. *in c. si quis Episcopus. 27. q. 1. & in c. si qua monacha. & c. si quis rapuerit. eadem causa & q.* ut not. Dom. Abb. ubi sup. idem etiam debet fieri depositio si cum virgine, vel cum nupta. *81. dist. si quis clericus. & 2. q. 7. c. lator.* idem si cum consanguinea : ut ibi not. idem si cum filia spirituali vel cum ea quam ad pœnitentiam recepit. *30. q. 1. c. non debet.* Idem etiam si cum soluta non virgine, si eam duxerit in uxorem de facto : *ut 34. dist. c. fraternitatis.* & *81. dist. si quis à modo. & c. 2. qui cle. vel voven.* si non ducit eam in uxorem sed simpliciter eam cognovit, nec concurrit aliqua de qualitatibus prædictis : & tunc si est in sacris idem, quia ibi est annexum adulterium spirituale. facit. *c. fraternitatis. de frigid.* & hoc tenet Pau. de Lea. *in cle. 1. de offi. ordi. & c. à multis. de ata. & quali.* licet ad præmissa est advertendum secundum Dom. Abb. *quia in veritate. in conclusione penul. & fin.* prædicti Doct. minus rigorosè procedunt : nam videmus text. *in c. clericos. & in c. sicut. de cohabi. cleri. vel mu.* quod Papa mandat istos nedum simplices fornicatores, sed etiam concubinarios primò admoneri ad dimittendas concubinas, & postmodum urgeri per sententiam interdicti & suspensionis, & ultimo loco si non acquieverint deponi. Idem facit. *c. si autem. eo. tit. de cohabi. cle.* & dicit quod si non dimiserunt concubinas ad primam & secundam monitionem Episcopi, quia tunc liceat ipsi Episcopo prædictos clericos contemptores à beneficiis suis removere & interdicere eis officium : & sic duo ex illis colliguntur. Primo dum dicit, liceat quod non præcisè Episcopus hoc tenetur facere, licet contemnant si potest ad aliam pœnam mitiorem procedere : quod verbum etiam ponderavit Domin. Abb. ubi suprà.

Secundò in eo quod in fine dicit quod debet interdici eis officium : & sic non mandat deponi etiam secuta inobedientia in dimittendo, & ipsemet Papa. *in c. ex parte Ada. de testi.* sacerdotem non mandat deponi propter delictum concubinatus : sed solum privari beneficio suo, & ideo concludit Dom. Abb. ubi sup. & *in c. sicut. de coha. cleri. & mulie.* quod cum jura circa delictum fornicationis & concubinatus vario modo loquantur quandoque apponendo pœnam acerbam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, quandoque mediam viam amplectendo, ut patet per jura superiùs alleg. hoc relinquitur arbitrio superioris ut consideratis circunstantiis & scandalo inde surgente & consuetudine patriæ apponat pœnam, quandoque depositionis, quandoque suspensionis, & quandoque sine monitione privet ex quo constat de delicto : sibi enim videtur data optio ex quo varias pœnas & modos procedendi à jure reperimus traditos. juxta not. per glos. *in c. fraternitatis. 34. dist. & c. à crapula. de vita & hone. cleri. & 21. q. 2. in summa.* & not. Hostien. *in cap. 2. de cleri. non residen.* In simili q. ita tamen quod semper in isto delicto Judex declinet ad meliorem partem, quia pauci, ut dicit Grego. sine vitio incontinentiæ reperiuntur. ut dicit tex. *in cap. quia tua. 50. dist.* & ætas nostri temporis non solùm corpora, sed etiam ætas de se ferunt. *ut c. fraternitatis. 34. dist.* & glos. *in c. Maximianus. 81. distin.* & melius est à Deo redargui de misericordia quam de severitate. *alleg. 26. q. ultim.* & sic potest intelligi illud quod not. Goffre. *in summa. de cohabi. cleri. & mulie.*

8. Ubi dicit quod prius pro simplici fornicatione clericus debet suspendi, & postea data inobedientia debet deponi. & idem videtur Hostien. *in summa. de cohabi. cleri. & mulie. §. qualiter imponatur.* & hoc not. quia sæpe illa jura vario modo disponentia faciunt magnam dubitationem. vide Card. Alex. *in c. 1. 18. dist.* & dicit Archi. *in c. votum. 2. q. 5.* quod pro fornicatione simplici clericus debet deponi.

Tamen communis opinio est in contrarium quod non debet deponi in perpetuum : sed solùm suspendi ab officio & beneficio ad tempus. ut not. Jo. de Fantu. *in c. lator. 2. q. 7.* & Glo. hoc etiam tenet glos. & ibi Joan. de Imo. *in c. ut clericorum. de vita & honesta. cleri.* ubi dicit quod ista est communis opi. quod clericus non debeat deponi ab officio & beneficio pro simplici fornicatione, & probatur hoc modo : nam fornicatio est minus peccatum quam mendacium dolosum, non deponitur ut ibi per eum. ergo nec pro simplici fornicatione. Ita tenet & sequitur Feli. *in cap. at si clerici. col. 9. de judi.* & dicit Dom. Philip. Decius *in d. c. at si clerici.* quod pro simplici fornicatione clericus non debet deponi : licet Are. teneat contrarium *in cap. cum non ab homine. de judi.* ubi tenet opi. Dom. Anto. quam dicit esse communem : & concludit quod immò clericus in sacris deponatur. Istud probat *per c. à multis. de ata. & quali. & in c. erubescant. 32. dist.* tex. *in c. si quis. 10. q. 6. in fi. ver. si quis vero.* quæ Abb. adducit. & dicit quod habet locum quando procedit per viam inquisitionis quo casu minor pœna imponitur. *c. inquisitionis. & c. qualiter. de accu.* & hoc comprobatur, quia clerici in sacris castitatem promittunt. *28. dist cap. nullum.* & grave delictum videtur committere ille qui violavit votum : unde in talibus non dicitur simplex fornicatio, sed adulterium secundum Pau. quem Imol refert *in cle. 1. de offi. ordi.* immò secundum glos. *in l. 2. C. de Episco. & cle.* esset incestus. & Bar. & Doct. ibi sequuntur ea.

9. Et Feli tenet quod communis opi. est cum Dom. Abbate : videlicet quod pro fornicatione presbyteri vel clerici non sint deponendi. ut not. Joan. de Fantu. *in c. lator. 2. q. 7.* glos. 1. *in cap. Maximianus. 81. dist.* dicit quod hodie pro simplici fornicatione clericus non deponitur per tex. *in c. quia tua. 50. distin.* & idem tenet Imo. *col. 2. versic. extra glos. in c. ut clericorum. de vita & hone. cle.* & Goffre *in summa. tit. de coha. cle. & mulier.* facit glos. *in c. presbyter. 82. dist.* Idem tenet Card. Floren. *in clem. ad nostrum. versi. 7. 2. q. de hære.* & Dom. Abb. *in c. fi. de purg. cano.* & istam opi. sequitur Joan. de Ana. *in cap. significasti. col. 3. de adulte.* & *in c. cum dilectus. de accu.* Imol. *in cap. si autem. de vita. & hon. cler.* Idem tenet An. Barba. *consi. 13. in fi. lib. 3.*

Source : BIU Cujas

Nec obstat secundum eum allegata in contrarium: & primò dum dicitur quod clerici in sacris promittunt servare castitatem, quia illud est ex constitutione Ecclesiæ, nec ex tali promissione simplici votum inducitur: licet secus sit in religiosis: ut not. Dom. Card. post Pau. *in cle. ad nostrum. ver. 7. in fi. de hære.* Non obstat dum dicitur quod committit incestus vel adulterium, quia illud non est verum: nam etiam in presbytero dicitur simplex fornicatio. *c. quia circa. de bigamis.* & *c. presbyter. 28. dist.* not. Fede. *consi. 167.* & etiam Card. *in d. clem. ad nostrum. ver. 7. in 2. q.* glo. *in l. 2. C. de Epis. & cle.* & idem not. Joan. de Ana. *in d. cap. cum dilectus. de accu.* & *in c. significavit. de adulte.* Et istam partem ego tenerem tanquam communem opi. quod pro fornicatione aut pro concubinatu clericus non est deponendus: sed solùm suspendendus ab officio, & beneficio nisi post monitionem superioris noluerit desistere: quia tunc potest deponi ab officio & beneficio, ut est tex. valde not. *in c. unico. de concubina. in prag.*

8. Limita istam communem conclusionem non habere locum in Episcopo, quia in eo dicitur crimen grave, & erit dignum depositione: ut not. Dom. Abb. *in c. fi. col. 3. de purga. cano.* & Feli. ita tenet *in c. at si clerici. colum. 9. de judic.* Ita etiam tenet & sequitur Dom. Philip. Decius *in d. c. at si clerici. in prin. de judi.* per tex. *in cap. fi.* & ibi Dom. Abb. *de purga. cano.* facit tex. *in ca. lator. in prin. 2. q. 7.* sed Feli. ubi sup. multum dubitat in isto casu assignando rationem quod minus agitur cum Episcopo. *c. 2. de offi. deleg. in 6.* Sed ad illud potest responderi secundum Dom. Abb. *in c. cum quidam. de jurejuran.* quod illud est intelligendum. de consecrato in Episcopum: quia electus non dicitur proprie Episcopus ante consecratione. *c. tua.* & ibi Dom. Ab. *in prin. de his. quæ fiunt à præla.* & *in c. eam te.* & ibi Dom Abb. & Feli. *de rescript.*

9. Secundò istud limitatur in sacerdote cognoscente filiam spiritualem: ut not. Dom. Abb. *in d. c fi. de purga. cano.* & ibi dicit quod sæpe reperitur quod Ecclesia dispensavit in cognatione carnali: sed non in spirituali quod est valde notandum circa illos qui habent commatres. Nam istud verbum alibi non legitur: secundum Feli. *in d. c. at si clerici. colum. 9. de judi.* facit etiam glos. *in c. fi. 30. q. 1.* quæ dicit quod magis peccat sacerdos cognoscens filiam spiritualem, quam uxorem alterius.

10. Et filia spiritualis dicitur illa quæ est de parrochia ipsius curati: ut not. Dom. Abb. *in dicto c. fina. de purga. cano.* & ibi dicit quod non reperitur quod Ecclesia dispensaverit in cognatione spirituali. Ita etiam tenet & sequitur Dom. Philip. Decius *in dicto c. at si clerici. de judi.*

11. Tertiò limitatur in religiosis, quia ipsi expressè profitentur castitatem. *c. cum ad Monasterium. cum sim. de statu mo.* non tamen sic est dicendum in clericis constitutis in sacris ordinibus, quia ipsi soli ex constitutione Ecclesiæ ad castitatem obligantur: ut not. Cardi. post Paul. *in d. cle. ad nostrum. versi. 7. in fi.* facit. *c. per tuas. in fi. de simo.* & *c. accusatus. in fi. de hære.* vide etiam Dom. Phil. Decium *in d. cap. at si clerici. de judi.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO IV.

1. *Collatio beneficii facta excommunicato valet. num. 23. per totum.*
2. *Actus quem exercet arbitrator non est spiritualis.*
3. *Arbiter esse non potest excommunicatus.*
4. *Testari an possit excommunicatus.*
5. *Excommunicati tolerati ratione publici officii an valeant acta etiam spiritualia. num. 8.*
6. *Contrahere an possit excommunicatus. numer 8.*
7. *Notarius excommunicatus potest instrumentum recipere.*
9. *Lege prohibente aliquid fieri sub pœna actus contra legem prohibitivam tenet, licet pœna committatur.*
10. *Excommunicatus quomodo non potest contrahere cum alio excommunicato.*
11. *Donatio facta per excommunicatum valet.*
12. *Excommunicatus quomodo potest contrahere matrimonium.*
13. *Monachatus assumptus per excommunicatum valet.*
14. *Beneficii appellatione non venit monachatus, & quomodo inter se differunt.*
15. *Possessionem sui beneficii apprehendere potest excommunicatus.*
16. *Excommunicatus durante excommunicatione poterit doctorari.*
17. *Excommunicatus potest fundare Ecclesiam.*
18. *Excommunicato non sunt interdicti actus qui consistunt in facto.*
19. *Præsentatio præsentantis vel præsentati si est excommunicatus an valeat.*
20. *Postulari non potest violator interdicti superioris alicujus Ecclesiæ in prælatum.*
21. *Excommunicatus an possit esse Judex ubi toleratur.*
22. *Excommunicatus non potest rescriptum impetrare, & à quibus actibus sit excluſus, & quomodo non potest divinis officiis interesse.*
23. *Excommunicatus an possit constitui procurator.*
25. *Procurator quod esse nequeat excommunicatus quomodo intelligatur.*
    Cum excommunicato gesta quod valeant quomodo intelligatur.
26. *In excommunicatione stans per annum, an sit privatus vel privari possit beneficio.*

ntellige de Iominatim ıxcommuıicato, ut non possit nisi absolu-

QUæro quartò. An valeat collatio facta excommunicato? & primò videretur quod sic, ut in simili no. Joa. And. *in c. dolo facit. de reg. jur. in 6. in mercur.* ubi ponit quæstionem quod quando aliquis est publicè excommunicatus tamquam in arbitratorem tenet laudum & compromissum quando capitur à partibus ut mediator ita quod arbitramentum habuerit effectum & substantiam ex consensu partium, & non ex dicto arbitratoris.

2. Ad istud potest responderi, quod illud habet

tus beneficium obtinere, cæterx excommunicationes tolluntur per

Source : BIU Cujas

clauſulã, & *cum abſolutione à cenſuris.* I.

locum in arbitratore qui eſt mediator inter partes, quia non obſtante excommunicatione illud poterit exercere : quia ille non dicitur actus ſpiritualis ſicut eſt conferre beneficium excommunicato, ut ſup. dixi : & quod iſte actus non ſit ſpiritualis : no. Dom. Abb. *in c. contingit. & in c. per tuas. de arbi.* & Dom. Phil. Decius. *in cap. 2. de judi.*

3. Item excommunicatus non poterit eſſe arbiter. ut no. Joan. And. *in regula dolo. de reg. jur. in 6. in mercu.* ubi dicit quod in excommunicatum tamquam in arbitrum non poteſt compromitti : & idem tenet Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contu. de judi.* quia arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum. *l. 1. ff. de arbi.* ſed excommunicatus non valet, nec poteſt eſſe judex. *c. ad probandum.* & ibi Doct. *de re judi.* Specu. *titu. de arbi. §. reſtat.* & *§. differt.* & Joan. An. *in c. pia. de except. lib. 6.*

4. Secundò pro iſta parte facit, quia excommunicatus poteſt facere teſtamentum ut eſt gl. & ibi Doct. *in c. decernimus. de ſen. excom.* etiam ſi ſit notoriè excommunicatus. ut no. Fede. *conſil. 71.* & Bar. *in l. ſi quæramus. ff. de teſt.* Idem no. Jo. And. *c. pia. de excep. in 6.* & Calde. *in c. ad probandum. de re judi.* & *in ſuis diſputationibus.* & idem in ſimili facit quod beneficium excommunicato non poſſit conferri. Ad iſtud poteſt reſponderi quod excommunicatus poteſt facere teſtamentum, quia ille actus eſt temporalis : ſecus eſt in collatione quæ eſt actus ſpiritualis quem excommunicatus non poteſt exercere, ut infra dicetur.

5. Tertiò pro iſta parte facit, quia ſi excommunicatus toleratus à populo ratione publici officii illa quæ exercet, valent & tenent, ita quod communi opinione habebatur pro non excommunicato. In ſimili facit. *l. Barbarius. ff. de offi. præto.* & *§. tria. 3. q. 7.* & Inn. *in c. ſi vere. de ſen. excommuni.* & *in c. nihil. de ele.* Inno. & ibi Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contu.* & ſic in ſimili videtur in collatione beneficii facta excommunicato.

Ad iſtud etiam poteſt reſponderi, quod illud habet locum quando aliquis facit aliquem actum ratione publici officii, quia tunc tolerantia habet approbationem : & ſic habet locum. *d. l. Barbarius.* & etiam *§. tria. 3. q. 7.* ſecus quando fit collatio excommunicato, quia referendo actum ad illum cui beneficium confertur illud fit ei tamquam privato : & tunc communis error non habilitat. ut no. Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contu.*

6. Quartò pro iſta parte, quia alienatione rerum Eccleſiæ facta per excommunicatum toleratum valet & tenet, quia ipſe Prælatus excommunicatus facit illud ratione publici officii : ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis. de dolo & contu.* no. per Doct. *in ca. ad probandum. de re judi.* & ſic in ſimili facit quod debet valere collatio beneficii facta excommunicato.

Ad iſtud poteſt reſponderi, ut ſup. in proximo arg. fuit reſponſum.

Quintò pro iſta parte facit, quia valet inſtrumentum confectum per excommunicatum à communi opi. toleratum : facit gloſ. *in c. decernimus. de ſenten. excom. in 6.* & ſic idem videtur dicendum in collatione facta excommunicato.

Ad iſtud poteſt reſponderi, ut ſuprà proximè fuit reſponſum.

8. Sextò pro iſta parte facit, quia ſi excommunicatus aliquid emerit vel vendiderit, locaverit aut contraxerit nomine proprio valent, & tenent licet tempore contractus eſſet excommunicatus, ut no. Innoc. *in c. veritatis. de dolo & contu.* per tex. *in capit. quoniam multos. 11. q. 3 per c. ſi vere.* & ibi Inno. *de ſenten. excom.* ubi dicit quod etiam contractus cum excommunicatis licet inire : & per hoc dicit quod excommunicatus poteſt eſſe procurator ad negotia, ita quod oritur actio mandati directa & contraria inter eos : nec refert ſecundum eum an contrahens ſciret, vel ignoraret eum excommunicatum : ſed an hoc ſit publicum vel occultum in jure cum non reperitur talis contractus non valere, dicit tamen quod contrahens ſecum poterit agere contra eum durante etiam excommunicatione, ſed ipſe excommunicatus non admittetur ad agendum durante excommunicatione. *ca. intelleximus. de judi.* ſed abſolutione facta poterit agere : & idem concludit *in c. ſi vero.* ubi ponit ad iſtum articulum bonam limitationem dicens, quod licet excommunicatus non poſſit agere ex tali contractu durante excommunicatione, tamen ſi non eſt excommunicatus agit & poteſt conveniri ratione contractus initi durante excommunicatione. & dicit Dom. Abb. *in d. c. veritatis. de dolo & contu. col. 9.* quod obligatio excommunicati eſt reſpectiva ad obligationem non excommunicati, utputa promiſit dare librum ipſe excommunicatus ſi ille dederit ſibi centum vel quid ſimile : ſecus autem ubi duæ eſſent obligationes non reſpectivæ, ſed diverſæ : quia tunc eſſet potius reconventio quam defenſio : ideo non debet audiri. juxta nota. *in c. cum inter. de excep.* & ſic ſecundum eumdem Dom. Abb. videtur intellexiſſe iſtum articulum. Innoc. & etiam Hoſt. *in d. c. ſi vero. de ſenten. excom.* & *in c. veritatis. de dolo & contu.* ubi concludit quod in odium excommunicatorum tenebunt contractus : ſed in favorem excommunicatorum non tenebunt, ita quod excommunicati aliis obligantur : ſed ſibi alios non obligant cum effectu, ut ſic diſtricti facilius convertantur. multa ad hanc opi. idem Inno. ubi ſup. adducit & principaliter movetur, quia contrahendo, ingerendo ſe communioni peccat & facit contra legem. *c. illud. de cleri. excom. c. cum deſideres. de ſen. excom.* indignum eſt ergo per legem ſibi ſubveniri. *l. non dubium. C. de legi.* & *c. vides. 10. diſt.*

Item etiam movetur, quia ſi antiqua debita contractat ante excommunicationem impediuntur & ſuſpenduntur per excommunicationem ſupervenientem, ſed poſt abſolutionem reſtituuntur : ut no. idem Inn. *in d. c. veritatis.* ſatis debet apparere juſtum & rationabile cuilibet fideli & Catholico quod excommunicatus contrahens nullum poſſit ſibi obligare, & quantum ad ipſum adeò intelligantur mortificati contractus cum eo initi quod nec poſt abſolutionem poſſit agi ex eiſdem.

Item movetur, quia ſi diceremus contrarium excommunicati efficerentur ſuperiores, & minus reverenter cenſuram Eccleſiaſticam timerent quod eſt contra auctoritatem. & *c. juratos. 15. q. 6.* & eorum quæ no. Inno. & Joan. And. & ibi Dom. Anto. *in d. cap. veritatis.* & idem tenet Dom. Abb. *in c. veritatis. col. 9. ver. ego proſequor.* ubi dicit quod contractus initi cum excommunicato valent. & ita tenet Jo. An. & ibi alii Doc. *in c. decernimus. de ſen exc in 6.* Et ratio aſſignatur, quia iſta quæ dependent ex conſenſu non prohibentur excommunicatis. Ita etiam tenet Feli. *in cap. ſi vere. de ſent. excom.* Idem Cal. tenet *in diſputatio. incip. excommunicatus.* & Fede *conſi. prælleg.* & Abb. antiquus & multi alii *in cap. pia. de excep. in 6.* facit gloſ. *in c. nos ſanctorum. 15. q. 6.* & ſic ergo videtur quod idem ſit in collatione beneficii facta excommunicato. Ad iſtud poteſt reſponderi quod illud argumentum habet locum in cauſa mere temporali, in qua ſolum requiritur conſenſus : ſecus eſt in cauſa ſpirituali, ut infrà dicetur, & contractus factus per excommunicatum tenet : tamen iſte contractus claudicat, ita quod excommunicatus non poterit reconvenire durante excommunicatione : & illi contractus pendent ex voluntate hominum & excommunicatus habet velle & nolle. & facit tex. *in c. inter dilectos.* & Dom. Abb. poſt Inno. facit tex. ſingularis, ad iſtud propoſitum & in terminis. *in c. felicis. §. cum autem. de pœ. in 6.* ubi dicitur quod finita excommunicatione poterit agere pro contractibus initis tempore excommunicationis : ergo contractus habitus in favorem excommunicati valet,

Source : BIU Cujas

licet posſit repelli ab agendo donec fuerit absolutus: valeret tamen judicium super tali contractu si non repelleretur ab agendo. *c. pia. de excep. in 6.* facit gl. *in c. 1. de rescrip. eo. lib.*

Nec obstant rationes alleg. in contrarium per Hostien. Et primò dum movetur quod contrahitur contra legem. Ad illud respondet Dom. Abb. ubi sup. quod lex seu canon non resistit consensui obligatorio seu contractui simpliciter, sed prohibet communionem sub excommunicationis pœna. *ut ca. excommunicatos. 11. q. 3.* & *c. cum excommunicato. eadem causa & quæstio.* & sic ergo contra faciens incidit in excommunicationem minorem, & excommunicatus magis peccat. *c. illud. de cleri. excom. mini.* actus tamen remanet validus.

9. Nam cùm lex prohibet aliquid sub pœna tenet actus licet pœna committatur: ut no. Cy. *in l. non dubium. C. de legi.* & Dom. Abb. *in c. 2. de testi.* saltem hoc est verum ubi per aliam legem potest actus sustineri: ut no. Bart. *in l. prætor. ff. de no. ope. nunt.* & Dom. Abb. *in d c. veritatis. de dolo & contu.* Et quod actus gestus cum excommunicato remaneat validus patet per jura superiùs alleg. si enim lex expressè resisteret contractui: tunc non nasceretur aliqua obligatio, nec civilis neque naturalis. *ut l. cum lex. ff. de fideju.* & ibi Bar. quod tamen in præsenti casu est falsum per jura superiùs alleg.

10. Item & hoc maximè, quia Host. directè concludit contra opi. suam: nam ipse vult contractum non tenere, ut non excommunicatus obligetur excommunicato: sed ut excommunicatus obligetur non excommunicato cujus contrarium infertur ex ratione sua: nam non solus excommunicatus peccat contrahendo, imò etiam non excommunicatus: prohibitio communiter dirigitur in non excommunicatum ut evitet communionem excommunicati. *ut c. excommunicatos.* & *c. cum excommunicato. 11. q. 3.* & *c. nuper. de senten. excommu.* ergo cùm ipse principaliter faciat contra legem non deberet tenere contractus etiam in favorem sui: cujus contrarium ipse Host. dicit item si lex expressè resisteret contractui, nulla nasceretur obligatio etiam naturalis. *ut d. l. cum lex.* & ibi Bart. cujus contrarium sentit Hostien. *in d. c. veritatis.* & clarius *in summa. tit. de sent. excommu. §. & quæ sit pœna.* & *§. quid si tenor. versi. sed quid dum aliquis.* ubi videtur velle quod ex contractu inito cum excommunicato oritur obligatio naturalis, ex qua saltem secundum canones agi poterit absolutione obtenta nisi dicatur quod in odium excommunicati agi non possit, sed propterea non remanebit pretium penes contrahentem cum eo, sed erit pauperibus erogandum. & sic idem Host. temperat ibi opinionem suam *in d. c. veritatis.* tenet ut sup. dixi, ut oriatur hinc inde obligatio naturalis & civilis, sed quo ad excommunicatum illa obligatio est inefficax durante excommunicatione.

Ad secundam rationem Hostien. potest dici secundum Dom. Abb. ubi sup. quod non sequitur obligatio antiqui contractus, suspenditur per excommunicationem supervenientem: ergo non oritur obligatio durante excommunicatione; patebit instantia in casibus & argumentis, infrà proximè nominandis: nam multa fieri non debent quæ tamen facta tenent. *c. rursus. qui cle. vel voven.* & *l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. jur.*

Nam videmus quod matrimonio contracto priora sponsalia etiam jurata tenent licet contrahens peccet. *ut c. sicut.* & *cap. si. inter. de spon.*

Item jurans non vendere librum peccat illum vendendo, quia non servavit juramentum à Deo & Ecclesia præceptum, & tamen venditio tenet licet sit perjurus, ut no. Inn. & ibi Dom. Abb. *in c. dilecto. de præben.*

Ita ergo dicendum est in proposito licet peccet excommunicatus ingerendo se communioni & contrahens secum etiam peccet: contractus tamen qui causatur ex obligatione naturali tenet cum directè sibi non interdicantur ea quæ sunt de jure gentium. ut dicit idem Dom. Abb. *in d. c. veritatis.*

Ad tertium argumentum Host. respondet Dom. Ab. ubi sup. quod ex validitate contractus non efficiuntur superbiores, cum nonnunquam contractus magis cedant in ipsorum odium quam favorem. Item cum sit medicina non debet extendi ita ut tollat & inhabilitet consensum.

11. Septimò pro ista parte arguitur, quia valet donatio facta per excommunicatum, ut est tex. & ibi Dom. Abb. post Innoc. *in c. inter dilectos. de dona.* & Dom. Abb. *in c. veritatis. col. 9. versi. ultra. de dolo & contu.* ergo idem videtur in collatione facta excommunicato.

Ad istud respondetur, ut sup. proxime fuit responsum.

12. Octavò pro ista parte facit, quia excommunicatus potest contrahere matrimonium, ut est tex. *in c. significasti. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulterium.* glo. *in c. illud. 95. dist.* Dom. Abb. *in d. c. veritatis. col. 10. de dolo & contu.*

Sed matrimonium spirituale contrahitur inter beneficiatum & suam Ecclesiam. *c. sicut alterius. 7. q. 1.* sed ista duo matrimonia, videlicet spirituale & carnale æquiparantur. *c. inter corporalia. de transla. Episcop.* ergo videtur quod valeat collatio facta excommunicato.

Ad istud potest responderi quia matrimonium carnale contrahitur solo consensu. *c. cum locum. de spon. & matrimo.* sed excommunicatus habet consensum, ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis.* secus est in matrimonio spirituali, quia collatio facta etiam non interveniente consensu ipsius beneficiati valet. *c. si tibi absenti. de præben. & dignita. c. gratia. de rescrip. in 6.* imò ex causa beneficium datur in invitum. *c. 1. 2. & 3.* & ibi glos. *74. dist* sed matrimonium carnale sine consensu non potest esse etiam ex præcepto principis, ut no. per Doct. *in c. cum in Apostolica. de sponsa. & matrimo.* & *in c. si. de sponsa. duo.* & *in c. ad dissolvendum post glo. de desponsa impub.* & sic per illa patet quod illa matrimonia sunt longè diversa.

Do instantiam: nam beneficium non potest conferri excommunicato. *c. postulasti. de cleri. excom.* tamen valet matrimonium carnale. *d. c. significasti.*

13. Nonò, pro ista parte facit, quia valet monachatus assumptus per excommunicatum. *c. cum illorum. de sen. excommun.* Dom. Abb. *in d. c. veritatis. col. 10. de dolo & contu.*

14. Ad istud potest responderi, & quod ista duo, videlicet Monachatus & beneficium non æquiparantur in omnibus, imò sunt penitus diversa, quia propriè Monachatus non venit sub beneficio. glo. *in clem. 2 de jud.* & valet Monachatus favore religionis. *d. c. cum illorum.*

15. Decimò pro ista parte facit, quia excommunicatus potest apprehendere possessionem sui beneficii: ut est tex. *in ca. pro illorum. de præben. & dignita.* & Dom. Abb. ita tenet *in c. veritatis. de dolo. & contu. col. 12.* & sic ergo videtur dicendum quod valet collatio facta excommunicato.

Ad istud potest responderi, quod illa quæ consistunt in mero facto & super spiritualibus valent & tenent: secus in his quæ consistunt in jure prout est collatio beneficiorum, ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis. col. 12.*

16. Undecimò pro ista parte facit, quia excommunicatus durante excommunicatione potest doctorari. ut no. Card. Floren. *in repeti. c. perpendimus. q. 40.* & Dom. Phi. Decius *in c. intelleximus. in prin. de jud.*

Ad istud potest responderi, quod ista sunt longè diversa, videlicet beneficium & Doctoratus: imò etiam Card. Alexand. *in proœmio decreti col. 5.* quod

Source : BIU Cujas

excommunicatus non potest doctorari.

17. Duodecimò pro ista parte facit, quia excommunicatus potest fundare Ecclesiam, & illam construere cum licentia Episcopi & jus patronatus acquirit licet sit excommunicatus: ut notant Joan. An. & Dom. Ab. & alii *in cap. nobis. de jure patronatus.*

Ad istud potest responderi, quod Episcopus malè facit, admittendo excommunicatum, tamen si cum consensu Episcopi fundaverit ipse erit patronus, sed exercitium non habebit ante absolutionem: cum enim excommunicatus, ut no. dicti Doct. *in d. c. nobis.* cum religionem profiteatur & matrimonium contrahat, & alia faciat quæ suprà dixi. & no. Joan. An. *super regula dolo facit. de regu. jur. in 6. in mercuri.* & Dom. Abb. *in d. c. veritatis.* ergo secundum eos poterit effici patronus. & licet excommunicato Ecclesiam ingredi ad audiendum verbum Dei. *cap. responso. de sen. excom.* & etiam poterit ingredi Ecclesiam causa orandi: ut no. *in c. nuper. de senten. excom.* ergo excommunicatus Ecclesiam poterit construere, & per consequens acquirere jus patronatus. ita sentit Dom. de sanc. Gemi. *in c. 1. §. fi. col. pe. de jure pa. in 6.* dum dicit, quod ille qui emit villam à patrono excommunicato statim poterit præsentare; ergo sentit quod excommunicatus potest esse patronus & jus patronatus in alium transferre, licet ipse non possit præsentare. & idem Domi. de sanc. Gemi. post Archi. *in c. pia. §. 2. col. 4. de excep. in 6.* & istud videntur tenere Dom. de Rota *deci. 2. tit de jure pa. in antiquioribus.*

18. Et pro ista parte facit quia actus qui consistunt in facto non sunt interdicti excommunicatis. ut no. Do. Abb. *in d. c. veritatis. col. 12.*

19. Et istam opi. approbat & sequitur Rochus de Curte *in tract. suo. de jure pa. q. 8.* super verbo *competens.* ubi concludit quod excommunicatus, licet possit Ecclesiam construere & jus patronatus acquirere: non autem præsentare durante excommunicatione, & in simili facit, quia excommunicatus non potest eligere. ut no. Doct. ubi suprà, tex. *in c. cum inter. de ele.* & *in c. cum dilectus. de consue.* sed præsentatio patroni dicitur electio. *c. 2. de jure pa. c. querelam. de ele.* ergo non poterit præsentare. Ita etiam tenet Lap. *alle. sua. 8 incip. præsentatus. circa medium:* ubi dicit quod si præsentatus vel præsentans est excommunicatus non valet præsentatio. Nec posset obstare si dicatur quod præsentatio sit actus facti: & ea quæ sunt facti excommunicatus potest exercere: ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis. de dolo & contuma.*

Ad istud potest responderi quod actus præsentandi bene est facti, sed ad ista præsentatio est juris. ut no. idem Rochus ubi supra, & hoc probat, quia dicitur jus annexum spiritualitati, id est institutioni, ut no. Dom. Abb. *in c. quanto. de judi.* & si ista præsentatio facta per excommunicatum admittatur, & Episcopus instituat ad præsentationem excommunicati tenent Dom. de Rota. *deci. 2. tit. de jure pa. in antiquis.* quod non valet institutio quando præsentatio est facta à patrono clerico excommunicato. secus si à patrono laico. Et ratio diversitatis est ut ipsi sentiunt, quia patronus laicus nihil vel parum juris habet circa dispositionem beneficii nisi de quadam gratia, *ut c. quoniam. de jure pa.* unde totalis dispositio potius censetur dependere à potestate Episcopi, & per consequens institutio Episcopi tamquam sola jus in beneficio tribuit, quæ potius erit attendenda quam præsentatio patroni laici excommunicati, sed in patrono clerico loquendo impropriè ejus præsentatio habet vim electionis. *c. cum autem.* & ibi notatur *de jure pa.* & per consequens ex tali præsentatione transfertur jus: unde hoc casu totale jus non transfertur in beneficiato per institutionem Episcopi: & sic cum reperiatur actus factus à persona inhabili scilicet à patrono clerico excommunicato non potuit pro alia parte valere secundum eamdem decisionem. & idem etiam no. Rota *deci. 1. tit. de insti. in antiquis.* & Rochus ubi suprà: ego dico quod indistinctè non valet præsentatio nec etiam institutio: quia beneficium non potest dari excommunicato excommunicatione minori. [a] tex. & ibi Do. Ab. *in c. si celebret. de clerico excommuni. mini.* sed iste clericus præsentatus incurrit excommunicationem minorem communicando cum patrono excommunicato, quia illa præsentatio non potest fieri nisi interveniat persona patroni & persona præsentati & superior. ut no. Dom. Abb. *in cap. eam. de his quæ fiunt à præla sine consensu cap.* ergo non valet præsentatio, & sic istud argumentum non videtur contrariari.

Nunc venio ad solutionem præsentis quæstionis quam reperio decisam in terminis per tex. *in c postulastis. in prin. de cle. excom. mini.* & idem tenet Dom. Abb. *in cap. veritatis. col. 12. versi. nunc venio.* ubi dicit post Inno. & alios quod ea quæ sunt juris, excommunicatus non potest exercere, ut conferre, confirmare, sententiare, & similia. Idem tenet Feli. *in c. si vere.* post Inno. *versi. numquid actus. col. 1. de senten. excom.* ubi dicit quod actus spirituales non possunt exerceri per excommunicatum: ut no. Dom. Ant. & Dom. Abb. *in c. ad probandum. per illum tex. de sent. & re jud. & in c. ne pro defectu. de ele.* Cald. *in dispu. incip excommunicatus.* no. Jo. An. & Dom. de sancto Gemi. *in c. decernimus. de sent. excom. in 6.* & Doct. *in c. illa quotidiana. & in c. inter. de ele.* & Dom. Ant. *in c. cum dilectus. de consue.* Jo. An. & Dom. *in cap. pia. de excep. in 6.* facit. *c. nullus. 3. q. 6.* facit etiam. *c. 1. de rescrip. in 6.*

20. Et pro ista parte in simili facit, quia electio facta de excommunicato non valet, ut est tex. *in c. cum inter. de ele.* tex. etiam *in c. cum dilectus circa fi. de consue.* in simili facit tex. *in cap. 1. de postu. præla.* ubi ille qui violavit interdictum superioris, videlicet legati, non potest postulari in Prælatum alicujus Ecclesiæ: ergo à fortiori non poterit eligi per illum tex. In simili etiam facit ut sup. dixi, quia excommunicatus non potest præsentare.

21. Secundò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest esse judex, ut est tex. & ibi Doct. *in c. ad probandum. de sent. & re judi.* nisi esset toleratus, puta quia excommunicatio non erat publicè lata, & tunc gesta regulariter per ipsum judicem excommunicatum tenent favore juris publici, quia dignitas videtur exercere & non persona. *ut l. Barbarius. ff. de offi. præto. §. tria 3. q. 7.* text. & ibi Docto. *in d. c. ad probandum. de re iudi.* ubi valet confirmatio facta ab excommunicato tolerato: ita quod collatio & similia facta per excommunicatum valent & tenent. ut no. Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. veritatis. de dolo & contu.* Inno. & alii Doct. *in c nihil. de ele. & in c si vere. de sent. excom.* & Cald. *in dispu. quæ incipit excommunicatus. & in d. cap. ad probandum. de re judi.* idem etiam tenet Feli. *in c. sciscitatus. de rescrip.*

Tertiò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest excommunicare alios: & ratio est quia cum excommunicatus sit extra Ecclesiam, non potest opponere alium extra Ecclesiam, ut tenet gloss. 24. *q. 1. in summa. & in c. audivimus. per illum text.* idem no. Hostien. & Jo. An. & Domi. de sancto Gemi. *in cap. pia. de excep.* & Calde. *in dicta dispu. incip. excommunicatus. & in cap. ad probandum.* & ibi Doct. *de re judi.* & Goff. *in sua summa.* Inno. & ibi Feli. post alios Doct. *in cap. si vere. de sent. excom.* nisi esset toleratus. ut no. Dom. Abb. *in d. c. vere. de sen. excom.* post Inno. & ibi Feli. idem tenet Dom. Abb. *in c. veritatis. col. 12. de dolo & contu.* & ista est communis opi. secundum eosdem Doct. ubi suprà, ex quo tolerabatur in suo officio. & ratio assignatur, quia dignitas videtur conferre & excommunicare & non persona. ut no. Doct. ubi suprà, *per d. l. Barbarius.* & sic ex quo tolerabatur dignitas & non persona videtur excommunicare. *ut d. §. tria 3. quæstio. 7.*

Quartò pro ista parte facit, quia etiam in spiritua-

[a] Et requiritur quod præsentans sit publicè denuntiatus vel notorié, & hoc magis placet. Immo sufficit quod sit publicè excommunicatus seu nō occulte, quia per Pragmaticam tit. de excommunicatis non vitandis. non validantur actus gesti per excommunicatos aliter quam de jure, nisi in hoc quod communicantes non illigantur, nisi sit taliter publicatus ut ibi habetur. C. M.

Source : BIU Cujas

libus in his quæ exercentur ratione privati officii ut eligere. & ista non tenent sive sint gesta à publico excommunicato, sive à tolerato, ut no. Inn. & ibi Dom. Abb. *in c. cum dilectus. de consue. in c. considerauimus. & c. cum Vintonienſis. de ele. & in cap. gratum. de postula. præla.* & idem tenet Dom. Abb. post alios Doct. *in c. veritatis. de dolo & contu.* & Joan. An. *in c. 1. de rescrip. in 6.* & Calde. *in dispu. incip. Episcopus.* & jura quæ distinguunt inter excommunicatum publicè & occultè procedunt in his quæ geruntur ratione officii publici: & hoc ratione publicæ utilitatis: sed in his quæ geruntur ratione officii privati cessat illa distinctio. ut no. Inn. *in d. c. cum dilectus. de consue.* & Joan. An. *in c. 1. de rescrip.* & Dom. Abb. *in d. c. veritatis. col. fi. de dolo & contu.* ergo concluditur quod electio facta ab excommunicatis quantumcunque occultis non tenet sive ante electionem sive postea probetur excommunicatio, ut in dictis juribus. Et si diceretur nunquid electio competit ratione publici officii. *c. 1. de elect.* Ad hoc respondetur secundum Inn. & Dom. Abb. ubi suprà, quod licet ad capitulum pertineat ratione publici officii ad canonicos: tamen ad singulares pertinet ratione canonicatus seu spiritualis fraternitatis: non enim quilibet canonicus habet officium publicum in eligendo. ut no. Dom. Abb. *in c. veritatis. de dolo & contu.*

22. Quintò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest rescriptum impetrare sive sit excommunicatus occultè sive publicè; ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis. in fi. per text.* & ibi Jo. An. & Dom. de sancto Gemi. *in c. 1. de rescrip. in 6.* nisi in illis duobus casibus ibi exceptis. *in d. c. 1. de rescri. in 6.*

Sextò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest esse procurator in judicio. text. & ibi Doct. *in cap. post cessionem. de probatio.*

Septimò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest esse advocatus in judicio, ut est tex. *in c. decernimus. de sent. excom. in 6.*

Octavo modo facit, quia excommunicatus non potest esse Judex. *cap. ad probandum. de re judi.* facit. *ca. prudentiam. de offi. deleg.*

Nonò facit, quia excommunicatus non potest esse actor in judicio. *c. intelleximus. de judi.* & ibi Doct.

Decimò facit, quia excommunicatus non potest esse arbiter. ut no. Dom. Abb. post alios Doct. *in c. veritatis. de dolo & contu.* & *in c. Quintavallis. de jurejuran.*

Undecimò facit, quia excommunicatio privat quem à participatione aliorum. Nam excommunicatus tenetur evitare alios, ut no. Dom. Abb. *in c. nulli. de sent. excom.* & *in c. à nobis. per illum tex. de excep.* & contemnendo evitare alios totiens peccat mortaliter. facit. *c. illud. de cle. excom. mini.* & *c. sicut 2. q. 3.* facit gl. *in cap. quoniam. 11. q. 3.*

Duodecimò pro ista parte facit, quia excommunicatio excludit hominem à Sacramentis Ecclesiæ. *c. Engeltrudam. 3. q. 4.* & *c. à nobis. de except.*

Decimo tertiò facit, quia excommunicatio privat excommunicatum suffragio Ecclesiæ, quod suffragium valet ad quatuor secundum sanctum Tho. *in 4. sententiarum. dist. 22.* videlicet ad augmentum gratiæ, quam habent ad merendam gratiam, quam non habent ad protectionem Dei habendam, & ad defensionem ab hostibus promerendam: & propterea dicitur tradi sathanæ. *c. audi. 11. q. 3.* unde sacerdos excommunicatus non potest dicere, Dominus vobiscum in officio, ut no. Ang. de Clava. *in sua summa* in verbo *excommunicatio. ult. per c. nihil. 11. q. 3.*

Decimo quartò non prodest excommunicato interesse divinis officiis aut cum aliis orare in Ecclesia, alias peccaret mortaliter, nec debet etiam stare prope & juxta Ecclesiam ita quod audiat. facit. *c. quod in te. de pœni. & remiſ.* tamen posset solus in Ecclesia orare. ut no. Ang. de Clava. ubi sup.

Decimo quintò facit, quia excommunicatio excludit à regno cælorum. *c. quocunque. 24. q. 1.* & *c. nemo. 11. q. 3.*

Decimo sextò pro ista parte facit, quia si excommunicatus ingerit se in divinis existens in aliquo ordine efficitur irregularis. ut no. Ang. de Clava. *in sua summa* in verbo *irregularitas. primo.* §. 40.

Decimo septimò pro ista parte facit, quia excommunicatus efficitur infamis. *c. infamis. 6. q. 1.*

Decimo octavò facit pro ista parte, ut suprà dixi. quia excommunicatus non potest acquirere aliquod beneficium Ecclesiasticum. *cap. postulastis. de cle. excom. mini.* & *c. cum bonæ. de æta. & quali.*

Decimo nonò facit, quia excommunicatus non potest eligere, ut sup. dixi. facit. *c. constitutus. de appel.*

Vigesimò facit, quia ipse excommunicatus ab officio & beneficio est suspensus. *c. pastoralis. de appel.*

Vigesimo primò facit, quia obligati ex debito fidelitatis sicut sunt vassali, non tenentur ei obedire quamdiu durat excommunicatio: ut no. Dom. Abb. *in d. c. veritatis. de dolo. & contu.*

Vigesimo secundò facit, quia licet ipse excommunicatus possit contrahere matrimonium, tamen illud non potest facere sine peccato mortali, ut not. Ang. de Clava. *in sua summa.* in verbo *excommunicatio. ultimo.* §. 15.

Vigesimo tertiò pro ista parte facit, quia nullus potest pro excommunicato orare solenniter: ut no. Ange. de Clava. ubi suprà.

Vigesimo quartò pro ista parte facit, quia excommunicatus non potest procuratorem constituere. *cap fi. de procura.* & hoc in actore, secus est in reo, ut no. *in c. intelleximus. de judi.*

Vigesimo quintò facit, quia excommunicatus stans per annum excommunicatus potest privari beneficio. 11. *q. 3. c. rursus.* & *cap. quicunque* facit. tex. *in c. cum bonæ. de æta. & quali.* & glos. *in c. cum. contumacia. de hæreti. in 6.* & Dom. Ant. & Dom. Abb. & alii posteriores *in c. 1. de judi.*

Vigesimo sextò facit, quia secundum statutum aliquorum Episcoporum excommunicatus debet solvere pro singulo die unum grossum antequam absolvatur, licet videatur simoniacum. *c. ad nostram.* & *c. nemo. de simo.* tamen Host. & Joan. An. *in c. ad aures. de simo.* determinant contrarium quod potest exigi aliqua pecunia ut no. *in c. ad aures. de simo.* & hoc intelligitur verum si illud apponatur in pœnam, ut citiùs quærat absolutionem, ut tenet Ang. de Clava. ubi suprà. §. 18.

Vigesimo septimò pro ista parte facit, quia si excommunicatus pendente excommunicatione moriatur debet carere Ecclesiastica sepultura. *c. sacris. de sepul.*

23. Et sic resultat vera conclusio quod collatio facta de beneficio excommunicato non valet, & est ipso jure nulla. & idem etiam est dicendum si beneficium conferatur ab excommunicato notorio, secus si ab occulto & tolerato excommunicato, quia tunc valeret, ut suprà dixi.

Limita illud singulariter nisi excommunicatus occultè contulerit beneficium alicui qui sciebat illum esse excommunicatum, quia tunc non valet collatio, ut no. Jo. And. & ibi Dom. Abb. *in c. dilectus in 2. de præben. & dig.* & *in c. veritatis. de dolo & contu.* quod dictum dicitur singulare secundum eos ad limitationem *legis Barbarius. ff. de offi. præto.* & *d. cap. ad probandum. de re judi.*

24. Sed in quantum superiùs fuit dictum, quod excommunicatus non potest constitui procurator dicit Dom. Abb. *in c. post cessionem. col. fi de proba.* quod secundum Inno. ubi valet constitutio procuratoris nisi excipiatur alias tenent omnia gesta sicut tenerent cum actore excommunicato ante repulsionem. *c. pia. de excep. in 6.* Spec. *tit. de procu. in prin.* tenet processum non valere cum excommunicato tempore constitutionis,

Source : BIU Cujas

tionis, licet secus si fuisset excommunicatus potest: & illud tenet Jo. An. & etiam Dom. Anto. & Cal. & communiter Docto. & ita sequitur Dom. Abb. *in d. c. post cessionem. de proba.* de hoc videtur esse ibi tex. & sic gesta cum isto non debent valere sicut nec gesta cum falso procuratore. *c. ex parte decani. de rescrip.* & *c. ex insinuatione.* & *c. in nostra. de procur.* & *l. licet. ff. de judi.* & notatur per Doct. *in d. c. veritatis. de dolo & contu.* ubi Dom. Abb. concludit quod excommunicatus potest aliis obligari & alium sibi obligare licet exercitium actionis sit sibi interdictum tempore excommunicationis, & tamen videtur *in d. c. post cessionem.* quod licet procurator obligetur alteri, & alium sibi obliget: tamen non tenet actus, & ratio est, quia hoc officium publicum defertur sibi, *ut l.* 1. *ff. de procu.* Tamen contra istud facit, quia licet tempore assumptionis mandati esset absolutus. *c. licet. de procu. in 6.* ubi patet quod si procurator constitutus semel discesserit, nihilominus potest postea consentire Domino in eadem voluntate permanente. *l. observare. ff. de offi. procon.* ubi delegatio facta per consulem ante ingressum provinciæ qui tunc non valuit convalidare tempore ingressus ipsius si pro consule in eadem voluntate: ergo idem videtur dicendum in casu nostro quod licet impedimentum esset tempore constitutionis, ex quo nunc erat absolutus tempore assumptionis constituente in eadem voluntate manente debet constitutio convalidari. [a] Et idem erit dicendum quando erat excommunicatus tempore constitutionis & assumptionis, ex quo nunc est absolutus Domino in eadem voluntate manente: ut no. Vincen. Pe. Abb. antiquus. & Joan. An. *in dicto. c. post cessionem.* & Spec. *tit. de procurato. post prin.* ubi tenet primam partem: & respondet *ad d. c. licet.* quod actus constitutionis tenuit à principio: nec desiit valere per discessum procuratorum: merito Domino in eadem voluntate manente confirmatur. Et etiam respondet *ad l. observare.* quod delegatio non fuit ibi ex toto nulla, quia proconsul ibi ante ingressum provinciæ habebat jurisdictionem, saltem in habitu unde potuit illam transferre, ut no. *in c. pastoralis.* §. 1. *de rescript.* per ingressum ergo provinciæ assumit exercitium jurisdictionis, & illud delegato communicat si illum non revocat ex vi præcedentis habitus, sed in præsenti casu nostro actus constitutionis fuit nullus cum incapacitas esset tempore delationis vel utroque tempore, scilicet relationis & susceptionis per jura superiùs alleg. & dicit Dom. Abb. ubi sup. quod *dictum. c. licet.* ibi voluntas constituentis non fuit erronea, ideo perseverantia potuit ille acceptare quandocumque voluerit per ea quæ no. *in c. si tibi absenti. de præben. in 6.* sed in casu præsenti hoc est tempore, quo ipse procurator erat excommunicatus, voluntas constituentis fuit erronea, quia credebat illum non esse excommunicatum aut respectu juris, quia putabat excommunicatum posse constitui procuratorem: unde superveniente absolutione constituens videtur perdurare in priore consensu erroneo, merito ex sola nova susceptione nil agitur. *c.* 1. & *cap. proposuit. de conjugio servo.* no. *in cap.* 1. *de eo qui duxit in matri.* ex quibus est inferendum quod si constituens nunc certificatus de absolutione perseverat in sua voluntate, quod tunc ex nova voluntate iste potest acceptare de novo, quod satis videtur de jure, verum etiam sine expresso consensu Domini, ut no. Dom. Ab. *in d. c. post cessionem.* licet Dom. Anto. voluerit tenere, quod requiratur expressus consensus Domini post absolutionem: sed tunc nullum esset dubium unde sufficeret consensus tacitus. facit quod no. Inno. *in c. ex parte decani. de rescrip.* Idem videtur dicendum secundum eundem Abb. si perseverans in consensu erroneo ex post facto ratum habuit gestum per istum nomine suo: quia quis potest ex postfacto ratificare gesta suo nomine. *ut c. rati. de reg. jur. in 6.* & *l. licet. C. de procu.* & *l. licet. ff. de judi.* & ex prædictis patet decisio, quod sive sit excommunicatus tempore constitutionis, sive tempore susceptionis, sive utroque tempore impeditur validitas procurationis, quia causatur ex consensu utriusque, data ergo incapacitate in altero non valet. *c. ei cui. de præben. lib. 6.* nisi ratificetur ex voluntate continuata modo prædicto. ita tenent Dom. Abb. & alii Doct. *in d. c. post cessionem. de probat.* & si tempore constitutionis, & tempore assumptionis non erit ligatus excommunicatione, sed tempore exercitii dicunt Jo. And. & Dom. Abb. *in d. c. post cessionem.* quod valet procuratorium, sed quamdiu sic ligatus manet non proceditur cum ipso, sed cum fuerit absolutus utetur primo procuratorio. Repellitur ergo hoc casu propter communionis periculum, sed non propter defectum procurationis. facit. *c. pia. de except. in 6.* Item etiam tenet Dom. Philip. Decius post alios Doct. *in c. post cessionem. circa finem. de proba.* & dum dicebatur quod excommunicatus non potest esse procurator illud procedit indistinctè sive sit procurator rei, sive procurator actoris: ut tenet Dom. Abb. *in d. c. post cessionem.* & no. Doct. *in c. intelleximus. de judi.*

Et subdit Dom. Abb. *in d. c. post cessionem.* quod si excommunicatio fuit lata post constitutionem procuratoris valent gesta per eum antequam repellatur. *d. c. pia. de except. in 6.* quia in isto non defuit potestas, sed solum poterit repelli propter communionis periculum: sed secundum Joan. And. post Specu. *in d. c. post cessionem.* quod quando constitutio procuratoris non valuit impediente excommunicatione, tunc processus non tenet. tamen Joan. Calde. ubi sup. aliter quam Joan. An. distinguebat, dicendo quod si erat publicè excommunicatus non valuit constitutio: nec ea quæ postea fecit. *c. ad probandum. de re judi.* sed si erat occultè excommunicatus: sed constituens sciebat eum excommunicatum quantum ad ea quæ tenderent in favorem ipsius scientis non valerent. Si autem ignorabat, & ille erat occultè excommunicatus, tunc tenent gesta ratione publici officii, *ut d. c. ad probandum. de re judi.* & *l. Barbarius. ff. de offi. præto.* & sic intelligit no. *in c. fi. de procu.*

Istud dictum Calde. non placuit Dom. Anto. *in d. c. post cessionem.* ubi dicebat quod officium procuratoris non est publicum, sed privatum: ideò non debet esse differentia inter publicum & occultum. *c. veritatis. de dolo & contu.* & *c. nihil. de ele.* alleg. Inno. *in c. cum dilectus. de consue.* & Jo. And. *in c.* 1. *de rescript. in 6.* & ideo idem Dom. Ant. indistinctè tenet non valere gesta, quem sequitur Dom. Abb. *in d. c. post cessionem. per l.* 1. & quod ibi no. *ff. quod cum falso tuto.* ubi patet quod gesta cum falso tutore qui putabatur verus non habentur rata nisi Judex à principio aliter decreverit. & ibi per Barto. in propriis terminis de procuratore.

25. Et ex his est notandum, quod de gestis ratione officii valere procedit in officio publico auctoritate & utilitate, secus si est publicum, auctoritate & utilitate est privatum ut officium tutelæ & officium procuratoris & similium. ut no. Dom. Abb. *in dicto. c. post cessionem.* Et si diceretur quare valent gesta cum actore excommunicato antequam repellatur. *d. c. pia. de excep. in 6.* & non sic cum procuratore excommunicato.

Ad istud potest responderi, quod in ipso Domino non deest potestas agendi, sed poterit repelli propter communionis periculum: si ergo non fuit repulsus tenent gesta sicut si de facto contraxisset. ut no. Dom. Abb. *in dicto. c. post cessionem. col. fi. de probat.* sed in excommunicato qui fuit constitutus procurator deficit potestas agendi, cùm non valuerit constitutio. ut suprà dictum est.

26. Ex quibus infertur ad quæstionem an ille beneficiatus qui sterit excommunicatione ultra annum possit privari à suo beneficio per superiorem. [b]

Ad istud respondet glo. *in c.* 1. *de judi.* quod ante lapsum anni non debet beneficio privari: sed elapso

[a] Sed ego dubito, cum talis collatarius non teneatur eam vitare per Concilium Basil. Sed dic quod hic bene dicitur, quia non sequitur quod sit validior potestas excommunicati, quia duntaxat intendit concilio auferre periculum participationis & reliqua manent in vigore suo, dic quod concil. Basilienſe intendit participantes quamvis scientes præservare ab omni periculo & damno, ideo sicut talis occultus habet exercitium potestatis & valet de jure antiquo facta collatio ignoranti, valebit, etiam nunc facta scienti. Ita tenet Felinus & Rodolphus col. 28. de rescript. & est veritas. C. M.

[b] Non C. M.

Source : BIU Cujas

anno bene potest privari, & sic illa glos. sentit quod perseverans in excommunicatione per annum debet perdere beneficium, infra annum non est privandus. per tex. & ibi Doct. *in d. c. 1. de judi.* & ibi infert Joa. An. quod illud verum nisi crimen esset infra annum notorium. *cap. evidentia. de accusa.* quasi ipse Jo. An. sentiat quod tunc non spectetur lapsus anni: unde dicit Dom. Abb. *in d. c. 1. de judi. col. 9. ver. unde omissis verbis.* Dom. Anto. qui superfluè in isto articulo aliqua narrat, nec plenè discutit intellectum istius articuli propter diversitatem jurium, in quibus dantur diversi intellectus: & primò alleg. Spec. *tit. de accu. §. sequitur. ver. porro. in princi.* ubi tenet quod excommunicatus non auditur amplius super illo crimine post lapsum anni: sed ex tacita contumacia habetur pro confesso: & sentit quod non sit ipso facto privatus beneficio: dicit enim quod post annum excommunicationis poterit aggravari sententia procedendo ad suspensionem vel privationem beneficii. allegat glos. *in c. rursus. 11. q. 3.* dicit tamen quod auditur super crimine, sed non super beneficio. Et idem etiam sentit glo. *in d. c. 1. de judi.* & Collectarius. *in d. c. contingit. de dolo & contu. in versi. constituatur. in princi.* ubi sentit quod ex solo transcursu anni non habetur pro confesso. Item etiam tenet Inno. *in c. cum bona. de ætate & qualitate.* & Archi. *in d. c. rursus. 11. q. 3.*

Deinde Dom. Abb. ubi suprà declarando istum articulum dicit quod. *c. rursus.* & *c. quicumque. 11. q. 3.* illa duo jura nullam faciunt mentionem de beneficiis, sed tantum dicunt quod nulla vox eorum penitus audiatur: & sic aperte innuunt, quod super crimine non sunt audiendi quasi juris interpretatione habeantur pro confessis: & ideo non videtur quod pro quolibet delicto debeat esse privatus vel privari beneficio quare non debet operari plus ficta confessio quam vera: si enim verè fuisset confessus parvum crimen beneficio suo non privaretur. *capit. inventum. 16. quæstio. 7.*

Ideo distinguit hoc modo quod aut causa pro qua excommunicatur est digna privatione beneficii ipso jure, & data perseverantia in excommunicatione per annum erit privatus ipso jure à suo beneficio: si autem est causa digna privatione per sententiam, & tunc per lapsum anni non erit privatus ipso facto, sed opus est sententia: & sic secundum eum opiniones contrariæ possunt reduci ad concordiam, aut illud delictum pro quo fuit excommunicatus non inducit privationem ipso facto, nec dat facultatem privandi quia parum est respectu privationis: & tunc secundum eum non erit privatus per lapsum anni, nec privari debet, sed imponetur pœna arbitraria ac si fuisset verè confessus, ex quo pœna pro illo delicto non est in jure expressa, alias illa imponeretur. Nec secundum eum potest obstare si dicatur & pro illo novo delicto, quia stetit tanto tempore in excommunicatione debet privari, quia sufficit quod propter hoc delictum habeatur pro confesso: non enim debet duplici pœna coerceri, seu affligi. *c. at si clerici. de judi.* nec pœna ex pœna procedere debet. *c. quia diversitatem. de concess. præben.* & gl. *in regula imputari. de regu. jur. in 6.* fatetur tamen secundum eum quod si post lapsum anni adhuc sustineret excommunicationem indurato corde quod ex hoc novo delicto contracto postquam fuit habitus pro confesso per lapsum anni: & tunc non caret scrupulo hæreticæ pravitatis poterit privari beneficiis: & sic secundum eum potest intelligi. *c. cum bona. de ætate & qual.* ubi ponderat quod per triennium steterit in suspensione: non enim sufficiebat solus annus sicut communiter ibi dicunt Doct. & hoc secundum eum est valde notandum pro limitatione eorum quæ no. Dom. *in d. c. cum bona.* & ad præmissa facit gl. no. *in c. cum contumacia. de hære. in 6.* quæ dicit quod si in aliis criminibus ab hæresi stat per annum habetur pro convicto de illo crimine, & ibi simpliciter pro convicto unde debet ut hæreticus condemnari: non enim privatur tantum beneficiis, & si hoc procedit in crimine hæresis ubi non proceditur de facili ex præsumptione. *c. literas. de præsump.* fortius procedit in aliis delictis, & inde surgit ista tacita confessio & convictio. ut colligitur *ex c. nullius. de præsump. juncto c. contumacia. de hære. in 6.* nam ex sola contumacia quis præsumitur nocens. Et confiteri licet illa confessio non sufficiat ad condemnationem, ut no. *in d. c. nullus.* sed secuta postea excommunicatione & data perseverantia per annum augmentatur illa præsumptio & efficitur vehemens: *ut d. c. cum contumacia.* Idem etiam tenet Card. Flo. *in c. perpendimus. in q. 33. de sen. exc. cum simi.* ut no. Feli. & Dom. Phil. Decius *in d. c. 1. de jud.*

Sed nunc advertendum est ad illa verba, in quibus Dom. Abb. concludit, quod si causa pro qua quis fuit excommunicatus sit digna privatione beneficii post annum erit privatus vel privandus secundum naturam delicti. Nam istud non videtur verum secundum eumdem Dom. Phil Decium. ubi sup. quia licet delictum pro quo fuit excommunicatus sit dignum privatione de sui natura, hoc verum videtur quando constat de delicto, & non sufficit contumacia. *argu. l. fi. ff. de evict.* & quia lis non est contestata. ut dicit gl. *in d. c. 1. de judi.* sed proceditur *ad c. penul. de purg. cano.* ubi revocatur sententia privationis beneficiorum, quia lata erat propter contumaciam & lite non contestata. ut no. *in c. veritatis. de dolo & contu.* & ad hoc facit quod Dom. Abb. dicit *in d. c. 1.* quod levi crimine pro quo post annum satis punitur: quia habetur pro confesso, & illa pœna non debet puniri. Nam ista ratio quam Dom. Abb. adducit in illo secundo casu agitur de gravi crimine: nec obstat quod post annum si perseveraverit in excommunicatione quod ex isto novo delicto poterit privari. *d. c. cum bona. de æta. & quali.* & secundum eum non deberet fieri differentia, an pro gravi crimine vel levi sit excommunicatus, quia tota vis est in excommunicatione in qua perseverat.

Item non videtur verum, quod propter excommunicationem in qua perseveravit post annum quod privandus sit beneficiis, quia hoc jure cautum non reperitur. ut no. Car. *in d. c. perpendimus. in q. 33.*

Nec obstat tex. *in d. c. cum bona. de æta. & quali.* quia loquitur ille tex. de triennio & ponderatur ubi pro tanta contumacia & cõtemptu Apostolico privatus fuit à summo Pontifice: cui visum fuit illum privare beneficiis in quibus secundum eum habet plenitudinem potestatis. *c. 2. de præb. in 6. cle. 1. in fi. ut lite pen.* tamen istud mihi non satisfacit, quia Papa non præsumitur quod voluerit uti plenitudine potestatis: imò jure communi postquam illa decisio fuit incorporata in volumine decretalium, & habetur pro jure communi. facit glo. *in c. consultationi. de temp. ordi.* & *in d. c. cum bona*, tria concurrebant.

Primò, quia duravit contumacia per triennium.

Secundò, quia respectu Apostolicæ sedis commissa fuit contumacia.

Tertiò, quia privatus fuit à summo Pontifice: unde ille tex. non potest argui ad istum casum, nec facit ad propositum. Et notandum quod Dom. Abb. intelligit. *d. c. cum bona.* quod ibi possit privari, sed tamen tex. ibi probare videtur quod ipso jure privatus sit: primo dum tex. dicit quod non licet illi beneficia aliquatenus retinere: verbum enim *aliquatenus* præcisè excludit. *l. liber homo. in primo. ff. de acqui. rerum do.* facit tex. *in c. accepimus. de pactis.*

Et secundò dum tex. dicit non differat spoliare. Nam hoc verbum *spoliare* denotare videtur quod ipso jure privatio facta sit, quia sonat in factum in executione juris, ut no. Dom. Abb. *in c. ex parte. in 3. no. de cle. non resi.* & Dom. Ant. *in c. fi. in 3 col. de postul.* & Fel. *in c. 2. de rescrip.* & perseveranti in excommunicatione per annum etiam alia pœna imponi potest, ut no. Joa. An. & alii Do. *in c. 1. de ho. in 6.* & Jo. de Ana. post alios *in*

Source : BIU Cujas

in c. excommunicamus. §. moveantur. in 2. col. de hære. Are. *in c. qualiter. in 2. §. ad corrigendos. in 4. col. de accu.* facit tex. *in c. fi. de pœ.* & sic ergo resultat clarus intellectus *ad d. c. cum bonæ. de æta. & quali.* quare ergo postquam non reperitur à jure expressum : meritò est dicendum quod stans in excommunicatione per annum non debeat privari suo beneficio , ut in simili facit glos. *in ca. fin. de jure patrona.* & glos. *in summa. 15. q. 7. cum simi.* ut sup. dixi in 7. *q.* ergo propter illam excommunicationem non debet privari suo beneficio. Et cum his est expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO V.

1. *In beneficiatis quæ requirantur qualitates.*
2. *Scientia triplex est. nu. seq.*
3. *Papa an requiratur quod habeat scientiam, & cujus ætatis esse debeat nu. 14.*
4. *Beneficiati qua scientia debeant esse præditi. num. 3. & cujus ætatis esse debeant. nu. 13.*
5. *Episcopus quam scientiam habere debeat , & cujus ætatis esse debeat. nu. 15.*
6. *Cardinales cujus scientiæ ac ætatis esse debeant. nu. 18.*
7. *Abbas & abbatissa quam scientiam & ætatem habere debeant nu. 16. & 19.*
8. *Prælatus habens jurisdictionem contentiosam debet scire jura.*
9. *Presbyteri scire debent canones pœnitentiales & psalterium ac compotum.*
10. *Monachi ex ordine eremitarum magis indigent contemplatione quam scientia.*
11. *Clerici Ecclesiæ debent scire id quod pertinet ad illorum officium.*
12. *Scientia qualis esse debeat in laicis.*
17. *Archidiaconus & alij in dignitate constituti quam scientiam & ætatem habere debeant. num. 13.*
20. *Priores conventuales vel per seipsos curam habentes debent esse ætatis 25. annorum , & si sint simplices priores requiritur ætas 14. annorum. num. 22.*
21. *Ætas quæ requiratur in viris Ecclesiasticis. nu. 24.*
22. *Religionem ingrediens & profitens esse debet ætatis 14. etiam si sit monachus , ut monachalem portionem possit accipere.*
25. *Præbendarij collegiatæ Ecclesiæ cujus ætatis esse debeant.*
26. *Canonicus an possit esse minor septennio.*
27. *Quæ beneficia Ecclesiastica possit tenere major septennio & minor 14.*
28. *Ordinandi cujus ætatis esse debeant.*
29. *Inquisitores esse debent ætatis 40. annorum.*
30. *Doctorari potest vir in quacunque ætate dum tamen sit sufficiens.*
31. *Presbyteratus gradum an videatur non posse assumere , qui non est corpore perfectus , ut quia claudus , monoculus , vel caret pollice, aut excedit in membris , vel quia gibbosus, lipposus , seu scabiosus , petigiosus , ponderosus , aut cæcus , aut habet unum oculum majorem alio , vel albuginem , seu qui morbo caduco laborat.*
31. *Promoveri an possit infamatus vel crimine accusatus.*
32. *Presbyterandus non est seu promovendus qui morbo caduco laborat , vel bigamus est , seu illegitimus , vel unam meretricem in matrimonio assumpsit , aut sibi membrum abscidit indignatione etiam justo seu injusto timore.*
33. *Episcopus debet habere gravitatem morum & sapientiam quo ad spiritualia , sitque de legitimo natus matrimonio.*

QUæro quintò. Quæ qualitates requirantur in beneficiatis. Ad istam quæstionem respondet Dom. Abb per illum tex. *in c. cum in cunctis. in prin. de ele.* ubi dicit quod requiritur quod beneficiati debent habere scientiam.

2. Et ibi infert Inno. quod est quædam scientia eminens : & illa dicitur per quam quis scit quæstiones difficiles explicare & diffinire in promptu sine revolutione librorum.

Est alia scientia , quæ dicitur mediocris , per quam difficiles quæstiones deciduntur cum revolutione librorum.

Est alia scientia , quæ dicitur sufficiens : & illa dicitur sufficiens quam quis habet secundum qualitatem officii seu beneficii , unde quis dicitur habere scientiam sufficientem quando sufficienter potest explere ea quæ necessario incumbunt officio suo : & hæc sufficientia consideratur arbitrio boni viri secundum qualitatem loci ubi habet iste vivere & conversari & secundum qualitatem officii sui.

3. Ideò secundum eumdem Dom. Abb. ubi sup. dicit quod Papa debet habere majorem scientiam omnibus aliis cum sit præpositus curæ totius Christianitatis : & ibi subdit quod Episcopi debent habere notitiam novi & veteris Testamenti cum teneantur reddere rationem de fide Deo omnipotenti. facit tex. *in ca. quia Episcopus. 23. di.* & *c. 1.* & *2. 62. dist.* & secundum Host. ubi sup. Episcopi debent habere scientiam juris canonici cum secundum illam debeant judicare præsertim in causis matrimonialibus. *c. 1. de consangui. & affi.* Item Archidiaconus & Præpositus secundum Inno. ubi sup. debent scire jura cum habeant secundum illa judicare : sed hoc intelligit Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis.* in his Archidiaconis & præpositis qui habent jurisdictionem contentiosam : illi verò qui solum habent nudum nomen ut Archidiaconus & Præpositus Senen. non requirerent talem scientiam quia secundum eum satis est ut habeant sufficientem scientiam & sufficiens appellatur secundum qualitatem officii & dignitatis suæ : religiosi & eremitæ magis indigent contemplatione quam scientia : argumen. *c. lege. 16. q. 1.* & perfectio qualitatis supplet defectum scientiæ. & *c. 2. de renun.* & dicit Inn. quod in Abbate non requiritur magna scientia. & dicit Archid. *in d. c. legi.* quod sufficit Abbati ut sciat cantare & legere. & Collec. *in d. c. cum in cunctis.* dicit hoc verum nisi habeat curam animarum. & Dom. Abb. ubi sup. dicit quod opinio. Archi. de jure non potest procedere cum quilibet Abbas habeat saltem curam fori pœnitentialis respectu Monachorum suorum. & Presbyteri debent scire canones pœnitentiales & illa quæ habentur *in c. quæ ipsis. 38. dist.* ex quibus infertur quod omnino illiterati

Source : BIU Cujas

non debent ordinari. facit. *c. fina. de tempo, ordi. in 6.* si tamen ordinarentur acciperent characterem secundum Doct. quia ex quo quis est baptizatus est capax cujuslibet Sacramenti. *c. veniens. de presbytero non baptizato.* parum autem scientes non debent promoveri nisi secundum Inno. sint dociles ad addiscendum quod procedit secundum Hostien. dispensativè & ex magna causa quasi non sufficiat quod quis sit docilis ad hoc ut promoveatur : & bene loquitur ut no. Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis. de elect.* & ibi subdit quod in istis multum consideratur qualitas loci : nam in proposito hominibus modicæ conditionis non requiritur tanta scientia sicut in eo qui præponitur curæ magnorum virorum : [a] & concludit idem Innoc. quem sequitur Dom. Abb. *in d. cap. cum in cunctis.* unum dictum notabile quod peccat acceptans dignitatem vel officium si non habet sufficientem scientiam ad exercendum ea quæ incumbunt ei illi dignitati aut officio. & illud dictum probatur secundum eos. & ultra rationem naturalem. *in d. c. cum in cunctis.* & idem est dicendum de promovendis ad doctoratum : habentes enim sufficientem scientiam non peccant petendo gradum cum petant facultatem communicandi aliis scientiam quam habent quod pertinet ad charitatem, sed in minus instructis est peccatum præsumptionis. ut no. glos. *in cle. 2. de magist.* & ex his infert Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis.* quod pauciſſimi digni attingunt gradum Doctoratus *ut l. cunctos populos. C. de sum. Tri.* & ibi Doct. ad inferendum secundum eum quod illis temporibus promovebantur indigni. Circa istum articulum ego distinguerem per casus.

a Concordata parochiis in villis muratis graduatos præfici jubent. I.

Primus casus erat in Papa quam scientiam debet habere ipse Papa : & credo quod Cardinales debent eligere hominem sanctitatis vitæ. *ut c. in nomine Domini. 13. dist.* ubi dicit tex. quod debent eligere idoneum : tamen dicit Card. Alex. *in c. illiteratos. dist. 63.* quod si eligant illiteratum quod propter defectum scientiæ non debet repelli electus à Papatu assignando rationem, quia contra Papam ista exceptio non est admittenda. ut patet *in cap. licet. de elect.* ubi dicit tex. quod non obstante aliqua exceptione electus à duabus partibus habendus est Papa. Item Monachus posset eligi in Papam. *c quam sit.* & ibi glos. 18. *q. 2.* & Monachus potest esse illiteratus. 16. *q. 1. c. legi.* facit tex. cum sua glos. in verbo *insufficientem. in c. 1. de renuntia. in 6.*

4. Tamen iste casus videtur mihi multum dubitabilis, quia scientia est multum necessaria circa administrationem Ecclesiæ, & ut ait Dominus : tu scientiam repulisti & ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi, ut legitur Oseæ. 4. *c.* & *in c. nisi cum pridem. de renun.* ex quibus apparet quod scientia de jure divino est necessaria : ergo requiritur quod Papa illam habeat quia ipse ligatur in his quæ sunt juris divini. *c. sunt quidam. 25. q. 1. cum simi.* si ergo illud requiratur de jure divino merito requiritur quod eligendus in Papam sit literatus. Item istud probatur quia omnis ratio scientiæ in eo est qui est caput earum & auctor. ut est tex. *in c. legitur. §. sed & contra. 37. distin.* facit etiam quia Deus prius ex gratia sua donum scientiæ recepit, & postea assecutus est administrationem regni : & Salomon non divitias non longa tempora hujus vitæ, sed sapientiam à Deo expetit & impetravit. hinc etiam Dominus prius posuit verba in ore Prophetæ : & postea constituit eum super gentes & regna dicens ad Hieremiam : *Ecce dedi verba mea in ore tuo : etiam constitui te super gentes & regna.* & Malachias. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem exquirunt de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est :* & Salvator noster prius in medio Doctorum sedit audiens illos & interrogans : & postea prædicare cœpit, quia prius quisque dicere & postea prædicandi officium usurpare debet : & ait Salomon, Prius tempus tacendi, & postea loquendi : quia veritas prius tacendo discitur : & postea loquendo prædicatur. & ait Dominus : *Qui audit dicat veni.* & inquit Salvator, Prius Apostolos docuit : deinde ad prædicandum eos misit, dicens : *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit & scripturas explanavit : & postea dicit eis : *Euntes in mundum universum.* ut est tex. *in §. hinc etiam. 36. distin.* ex quibus apparet quod scientia est requisita & necessaria de jure divino : & constitutiones divinæ ligant Papam. *d. c. sunt quidam.* & etiam constitutiones humanæ quo ad mentem & effectum ligant Papam in concernentibus jus divinum, ut no. Dom. Abb. *in c. omnis utriusque sexus. de pœn & remiss.* & *in cap. si. de insti.* & *in c. 1. de fide instru.* & pro ista parte facit dictum Dom. Abb. quod sup. retuli, quod requiritur major scientia in Papa quam in aliis Prælatis inferioribus : & sic ergo est concludendum quod nisi esset extrema necessitas omnino illiteratus non potest eligi in Papam : & sic habent locum illa jura quæ pro ista parte induxi : tamen si sit aliquantulum literatus : ita quod non videatur repugnantia ad jus divinum potest esse Papa, & sic habebit locum, & debet intelligi opinio prædicti Car. Alexan. & *c. 1 cum sua* glos. *de renun. in 6.*

5. Secundus casus de scientia Episcopi aut alterius Prælati superioris, & requiritur quod habeat cognitionem veteris & novi Testamenti, ut no. Docto. & ibi Dom. Abb. *in c. cum in cunctis.* & etiam debet habere canones pœnitentiales. *c. omnes. 38. dist.* & etiam debet esse vir peritus in jure canonico. ut no. Docto. per illum tex. *in c. 1. de consang. & affi.* no. Dom. Abb. *in c. cum in cunctis. in prin. de ele.* & Car. Alex. *in c. illiteratos. 36. distin.* sed inquantum dicitur quod Episcopus debet habere cognitionem veteris & novi Testamenti. istud intelligo habere locum ubi sunt hæretici : secus quando non sunt hæretici, quia tunc merus Canonista licet non sit Theologus poterit esse Episcopus : ut no. Hostien. quem sequitur Dom. Abb. *in d. c. 1. de consang. & affi.* Nec obstat si dicatur quod Episcopus tenetur prædicare. *c. inter cætera.* & ibi Docto. *de offi. ordi.*

Ad istud respondetur quod etiam merus Canonista potest esse bonus prædicator : ut no. Hostien. & ibi Dom. Abb. *in d. c. 1. de consang. & affi.* ex quibus inferunt quod merus Theologus sive Canonicus non potest esse Episcopus : & illud probatur quia convictio causarum matrimonialium spectat ad Episcopum. *cap. accedentibus. de excess. præla.* sed causæ matrimoniales non possunt decidi sine canonibus. ut est tex. *in d. c. 1. de consang. & affi.* & inquantum dicitur quod Episcopus debet esse Canonista. istud intelligitur, licet non fuerit graduatus, quia non requiritur quod Episcopus sit Doctor Canonum. [b] ut no. Hostien. & Dom. Abb. *in d. c. 1. de consang. & affi.* sed sufficit quod habeat scientiam sufficientem inspecta qualitate subditorum : ut no. Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c cum in cunctis. in prin. de elect.*

b Innocent. III modica ac succincta scientia contentus fuit in Archiepiscopo Capuano. c. cum nobis. de elect. I.

6. Tertius casus est in Cardinalibus qui debent esse viri periti in Theologia aut in jure humano. ut est tex. *in c. unico. de numero & qualita. Cardi. in pragm. sanctione.*

7. Quartus casus est in Abbatibus qui debent esse aliqualiter Juristæ, hoc est habere Canones pœnitentiales postquam habent curam religiosorum. ut sentit Dom. Abb. *in d. capit. cum in cunctis.*

8. Quintus casus est de Prælatis qui habent jurisdictionem contentiosam, quia isti debent scire jura ut per illa sciant causas tractare : *ut c. 1. de consang. & affi.* no. Dom. Abb. post alios Docto. *in d. c. cum in cunctis. de ele.* & Cardi. Alexan. *in d. capit. illiteratos. 36. distin.*

9. Sextus casus est in Presbyteris qui debent habere scientiam canonum pœnitentialium & scire psalterium & compotum & alios libros. ut est tex. *in c. quæ*

Source : BIU Cujas

ipsis. 38. *dist.* & Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. cum in cunctis.* & Cardi. Alex. *in d. c. illiteratos.* 36. *dist.*

10. Septimus casus est in Monachis ex ordine eremitarum, quia illis non requiritur scientia, sed magis indigent contemplatione quam scientia. *c. legi.* 16. *q.* 1. Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis. de ele.* & Car. Alex. *in c. illiteratos.* 36. *dist.*

11. Octavus casus est de scientia clericorum, quia illi debent scire id quod pertinet ad officium suum ut si est cantor debet habere peritiam cantus: & sic de aliis secundum quod à jure requiritur: ut no. Card. Alex. *in dicto capit. illiteratos.* 36. *dist.*

12. Nonus casus est in ordinandis ad minores ordines parum sciunt & ipsi sunt deputati in Ecclesia, quæ numquam indiget eorum promotione ad majores ordines, tunc tales possunt ordinari in minoribus: si autem Ecclesia indiget tunc aut est spes quod possunt discere, & ordinari poterunt ad minores. si verò non est spes ut addiscere possint, tunc non sunt promovendi. ut no. Archi. *in d. c. illiteratos.* sed illud limitatur per Hostien. verum *in d. c. cum in cunctis. de ele.* quando Episcopus cum illo cum quo est spes quod addiscat dispensaret: ut no. Car. Alexan. *in d. c. illiteratos.* 36. *dist.* & ita sentit Inno. *in cap. cum nostris. de concess. præb.* ubi dicit quod penitus illiteratus esse inhabilem ad beneficia illud procedit quando penitus est illiteratus non in illo qui habet aliqua principia, de quo est spes proficiendi. & no. Pe. de Anchar. post Imo. *in cle.* 1. *de æta. & quali.* quod tales illiterati faciendo se promoveri peccant mortaliter. *c. omnes.* & *c. qui Episcopus.* & ibi Car. 38. *distin.* & isti clerici si possunt intendere scientiis trivialibus, quæ triviales dicuntur quasi trivium, quia triplex est via ad idem, scilicet eloquentiam quæ sunt Grammatica, Dialectica & Rhetorica: *ut c.* 1. *c. quia nonnullis. de magist.* dum tamen illud non faciant ad voluptatem, sed ut sciant discernere verum à falso: *ut* 37. *dist. c. cur ergo.* multo magis in sacra scriptura Theologia & jure canonico necnon in Philosophia naturali & morali. 37. *dist. c. turbatur.* & *c. qui de mensa.* & *c si quid veri.* & *c. relatum.* in scientiis vero quadrivialibus, scilicet Arithmetica, Musica, Geometria & Astrologia clerici non debent intendere excepta Musica, quia tales scientiæ licet in se contineant veritatem, non tamen ducunt ad pietatem. *c. si. quis Grammaticam.* 37. *dist.* imo habent maximè Astrologia multum curiositatis, & aliquando noxiæ voluntatis. leges autem & Physicam possunt similiter audire nisi sint religiosi vel sacerdotes, aut habentes dignitates vel personatus: *ut capit. non est* & *capit. super specula. ne cleri. vel mona.*

12. Et Ang. de Clava. *in sua sum.* in verb. *scientia.* sunt autem inexcusabiles apud Deum qui præfatis scientiis intendentes quæ eis sunt necessaria vel ad eorum officium ignorant: *ut* 28. *dist. c. quæ ea.* & quæ scientia requiratur à quocumque exigit cognitio illorum præceptorum & prohibitionum cognitio quæ ad eum pertinet vel ratione officii aut status vel alio modo Christiani tenentur scire communiter quæ pertinent ad fidem quædam explicitè & quædam implicitè: ut no. Dom. Ang. de Clava. *in sua summa.* in verbo *fides.* §. 6. & propterea dicit tex. *in c. vos ante omnia. de consecrat. dist.* 4. quod patrini debent docere eos quos tenuerunt in fonte, videlicet Symbolum & orationem Dominicam, unde parentes qui non docent filios & filias se signare dicendo: *In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.* & *Credo parvum*, & *decem Præcepta Legis*, & *Pater noster*, videntur peccare mortaliter quando omittunt ex negligentia docere vel doceri facere si possunt simpliciter non excusantur à mortali, qui nescientes talia non addiscunt si possunt cum sint necessaria ad salutem: ut no. Ang. de Clava. *in sua summa.* in verb. *scientia.* tamen advertendum est quia quis posset scire præcepta, puta si interrogatur adorare Deos alienos contra præceptum respondet sic, & idem de aliis unde tali sufficit licet nesciat ordinatè dicere: & idem posset dici de aliquo qui nescit Credo parvum: tamen si interrogaretur, Deus est unus, respondetur quod sic & quod creavit omnia: Jesus Christus est filius ejus: & sic de cæteris. responderet quod sic sufficeret sibi licet nesciret præfatum Credo: & idem secundum eum est dicendum de *Pater noster*, quod quando quis scit est orandum, & petenda salus & gratia & remissio peccatorum & hujusmodi, licet nesciret dicere *Pater noster*, quod excusaretur licet consulendum sit omnibus potius tam *Pater noster* quam *Credo* addiscant: ut no. Ange. de Clava. *in sua summa* in verbo *scientia.*

13. Secunda qualitas ad istos beneficiatos est quod habeant ætatem: ut est tex. *in c. cum in cunctis.* & *in c. cum nobis.* & *in c. dudum. de ele.* & *in c.* 1. & 2. & *quasi per totum. de ætate & quali.* & *in c. super inordinata.* & ibi Dom. Ab. *de præben. & dig.* & dicit Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis. in prin. in versi. extra glos. quæro.* quod Episcopus debet habere 30. annos per illum tex. in Abbate jure clarè cavetur non, sed in Abbatissa. est tex. *in c. indemnitatibus. de ele. in 6.* ubi dicitur quod debet esse 30. annorum. & etiam quod debet esse virgo unde vidua non potest esse Abbatissa quantumcunque castè vixerit in monasterio. ut no. gl. *in cle. attendentes. de stat. reg.* in Abbate vero communiter dicitur sufficere si attingat 25. annum per tex. *in* §. *inferiora. in d. c. cum in cunctis. de ele.* nam ista est ætas requisita in omnibus dignitatibus inferioribus unde ex quo tex. *in d. c. indemnitatibus.* providet solum de Abbatissa videtur voluisse se relinquere Abbatem in communi regula aliorum Prælatorum & minorum. nam olim promovenda in Abbatissam debebat esse sexagenaria. nam tempus in eis debet supplere defectum sexus & discretionis in inquisitore hæreticæ pravitatis requiritur ætas 40. annorum, ut est tex. *in cle. volentes. de hæret.* de quo miratur ibi glos. quod in Episcopo sufficiant 30. anni qui est etiam inquisitor hæreticæ pravitatis à jure deputatus, ut est tex. *in c. per hoc. de hæret. in 6.* unde dicit quod hoc est de arbitrariis quasi non posset reddi ratio sufficiens inter Episcopum & inquisitorem: sed forte hoc contingit quia promovendi in Episcopos transeunt cum magna inquisitione & non ipsi inquisitores circa istum articulum pro clariori intelligentia insequendo dicta Doct. prosequar per casus ut faciliter intelligatur.

14. Primus casus erit in Papa, & credo quod ipse debet esse ætatis 30. anno. licet Doct. nihil dicant. & pro ista parte bene facit tex. *in c. presbyter* 78. *dist.* ubi dicitur quod antequam Christus inceperit prædicare, erat ætatis 30. ann. & idem de Joanne Baptist. & non est verisimile quod Vicarius Christi debeat esse minoris ætatis. facit etiam, quia Episcopus debet esse ætatis 30. an. *c. cum in cunctis. de elect.* sed Papa est Episcopus ut in procemio Decretalium. Item ista est una ratio, & causa quare Christus elegit Petrum in principem & non Joannem, quia ipse beatus Joannes erat puer, & Christus voluit committere Petro tanquam seniori, ut non esset discordia inter Apostolos, quia Christus diligebat Joannem præ cæteris, ut ait Hie. contra Jovinianum *in* 1. *parte epist.* 5. *c.* 14. & ita etiam ait Catholicum. in verbo *Petrus.* & Dom. Philip. Decius. *c. translato. de constitu.* pro ista parte facit tex. *in c. singulis.* 77. *dist.*

15. Secundus casus erit in Episcopo & superioribus qui debet esse ætatis 30. anno. ut est tex. *in c cum in cunctis. de elect.* ubi dicit tex. quod Episcopus debet habere 30. annum completum. facit. *c. presbyter.* 78. *distin.* glos. & ibi Docto. *in cle. generalem. de æta. & quali.* Dom. Abb. *in c. super inordinata. col.* 2. *de præben. & dig.* Ange. de Clava. *in sua summa.* in verbo *ætas.* §. 3. ita etiam tenet Archi. Flo. *in* 3. *parte sua sum. tit.* 15. *c.* 1. §. 3. ita etiam tenet Card. Flo. *in cle. generalem. col.* 3. *ver. tertio quæro. de æta. & qua.* & Car. Ale.

Concord. in tit. de reg. ad Prælat. nominat. annũ 27. tantum desiderat in Episcoporũ promotione. l.

Source : BIU Cujas

in c. de his. 28. dist. colum. 2. Feli. *in c. cum vigesimum. de offi. deleg. circa fi.*

16. Tertius casus est in Abbate qui secundum communem opi. Docto. debet esse ætatis 30. anno. [a] ut not. Dom. Abb. *in cap. cum in cunctis. in prin.* & etiam *in §. inferiora. de elec.* & *in c. super inordinata. de præben. & dig.* & Card. Flo. *in d. cle. generalem. de æta. & quali.* & Ang. de Clava. *in sua summa.* in verbo *ætas.* & Archi. Flo. *ubi sup.* Cardi. Alex. *in d. c. de his. 28. dist.* & Feli. *in d. c. cum vigesimum. de offi. deleg.* Circa istud cogita, quia ego multum dubito: nam dicit glos. *in c. 2. de præben. & dign. in 6.* ubi istæ duæ dignitates, videlicet Episcopatus & Abbatia æquiparantur, [b] text. *in c. ne pro defectu. de elect.* sed Episcopus debet esse ætatis 30. anno. ergo idem videtur in Abbate, & hoc maximè, quia illa ætas requiritur Abbatissæ, ut est text. *in cap. indemnitatibus. de elect. in 6.*

17. Quartus casus erit in Archidiaconis, Præpositis & aliis constitutis in dignitate qui debent esse ætatis 25. anno. ut est text. *in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec.* facit. *c. indecorum. de æta. & quali.* Dom. Abb. *in c. super inordinata. de præben.* Ange. de Clava. ita tenet. *ubi sup.* & Card. Flo. *ubi sup. in d. cle. generalem.* & Arch. Flo. *in 3. parte sua sum. tit. 16. c. 1. §. 3.* & Cardi. Alex. *in d. §. de his. 28. dist.* & Feli. *in d. c. cum vigesimum.*

18. Quintus casus non servando ordinem dignitatum est in Cardinalibus, qui debent esse ætatis 30. anno. ut est tex. *in c. unico. de nume. & quali. Car. in prag.*

19. Sextus casus in Abbatissa, quæ debet esse ætatis 30. annorum, ut est text. *in c. indemnitatibus. de ele. in 6.* Dom. Abb. *in c. cum in cunctis. in prin.* & *in §. inferiora. de elec.* & *in cap. super inordinata. de præb. & digni.* idem tenet Archi. Floren. *ubi sup.* & Ange. de Clava. *in sua summa* in verbo. *ætas.* §. 3. & Cardi. *in d. clem. generalem.* & Feli. *ubi sup.* & Card. Alex. post Dom. de sanct. Gemi. *in d. c. de his. 29.*

20. Septimus casus in prioratibus conventualibus vel per seipsos curam exercentibus debent esse ætatis 25. anno. [a] ut est text. *in cle. ne in agro. §. cæterum. de statu. mo.* ita tenet Dom. Abb. *in d. c. super inordinata. de præb. & digni* & Card. Alex. post Dom. de sanct. Gemi. *in c. de his. 28 dist.*

21. Octavus casus est in prioratibus curatis non conventualibus in quibus exercetur cura animarum per alios, & non per ipsos priores: ipsi priores debent esse ætatis 20. annorum. ut est tex. *in cle. ne in agro. §. cæterum. de statu regu.* & not. Dom. Abb. *in c. super inordinata. de præben. & digni.* & Cardin. Alex. *in cap. de his. 28. dist.*

22. Nonus casus est in simplicibus Prioratibus qui debent esse ætatis 14. annorum: *ut in c. indecorum. de æta. & quali.* not. Dom. Abb. *in d. c. super inordinata. de præben. & digni.*

23. Et ratio assignatur quare requiritur ætas 14. annorum: quia ante non potest esse professus: *ut c. 1. & 2. & quasi per totum. de regula. & transeuntibus.* & tales prioratus non dantur nisi professis, *c. nullus. de elec.* & *§. prior. in d. cle. ne in agro. de statu mona.* facit. *c. 3. §. 1. eo. tit. de statu mona.* ita tenet Cardi. Alex. *in d. c. de his. 28. dist.*

Decimus casus est in portione monachali quæ assignatur pro monacho in monasterio vel canonico regulari debet esse ætatis 14. annorum cum requirant professionem regularem non requiritur minus tempus. facit. *c. ad nostram. de regula.* & *c. 1. eo. tit. in 6.* ut not. Cardi. Alexan. ubi sup.

Undecimus casus in portione monachali quæ assignatur fœminæ quæ debet esse ætatis 12. annorum. *ut c. indemnitatibus. de elec in 6.* & quare requiritur major ætas in masculo quam in fœmina rationes assignat Dom. Abb. *in c. ubi. de despon. impu.* ubi dicit quod mala herba cito crescit & mulier citius pubescit & crescit & citius etiam decrescit.

24. Duodecimus casus est in personatibus non habentibus curam animarum: quia illis requiritur ætas 25. annorum. *c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio.* nisi Episcopus cum talibus dispensaret in 20. anno, ut est tex. *in c. 1. de æta. & quali. in 6.* not. Dom. Abb. *in c. super inordinata. de præben. & digni.* & *in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec.* & Cardi. *in cle. generalem. de æta. & quali.* & Ange. de Clava. *in sua sum.* in verbo *ætas. §. 3.* & Card. *in d. c. de his. 28. distin.*

Decimus tertius casus est in beneficiis quæ dantur in titulum si sunt principalia & requirentia suum principalem administratorem, ut sunt beneficia sine cura quæ reguntur per suos spirituales rectores: & tunc si talia ex consuetudine, privilegio aut statuto requirunt sacrum ordinem pueris conferri non possunt: ut not. Card. Alexan. *in c. de his. 28. dist. per c. si eo tempore de rescr. in 6. juncta glos.* facit. *cle. ut hi qui. de æta. & quali.* & sic requiritur ætas conveniens ordini sacro. si autem non requirunt ordinem sacrum quidam tenent quod minor 25. annorum non possit assumi, quia Ecclesia, ædificatur ut illam obtinens debeat ibi Missam celebrare & alia officia. *c. 1.* & *2. de consec. dist. 1.* sed Missam celebrare non potest nisi sit sacerdos. *c. cleros. 21. dist.* & minor 25. annis non potest esse sacerdos. *ut cle. generalem. de æta. & quali.* ergo tale beneficium obtinere non poterit.

Tamen Joan. Cald. tenet contrarium *in c. super inordinata. de præb. & digni.* ubi dicit quod illa opinio est contra multa jura, quia sive loquamur de impetratione seu electione, aut collatione, vel præsentatione semper jura distinguunt inter beneficia curata & non curata. pro primo facit tex. *in c. si eo tempore, de rescript. in 6.* de secundo facit. *c. cum in cunctis. §. inferiora.* & pro tertio facit. *c. licet canon. de ele. in 6.* & pro quarto facit. *c. eam te. de æta. & quali.* sed illud clarum est quod in beneficiis curatis sufficit ætas 25. annorum. *d. c. cum in cunctis.* ergo in aliis non requiritur tanta ætas, nec obstat ratio contraria, quia ex quo jura non arctant in istis beneficiis rectores ut personaliter celebrent videtur satis in talibus, quod per alium secundum dispositionem Episcopi officiabitur Ecclesia ut ad regimen talium Ecclesiarum non sit idoneus minor 14. annis. & istud probatur secundum eum *in c. indecorum. de æta. & qua.* licet glo. intelligat de curatis. secundum Joan. Calde. & istud etiam videtur esse de mente Petri de Ancha *in d. c. si eo tempore.* & sic secundum Joan. And. *in d. c. si eo tempore.* respectu tituli major septennio est habilis, sed respectu administrationis & exercitii non est habilis, nisi post annum quartum decimum. & ita intelligunt. *c. indecorum. de æta. & quali.*

Communis opinio habet quod etiam respectu tituli talia non possunt assignari minor 14. annis. ut not. Cardi. Alexan. *ind. c. de his. 28. dist.* & ita etiam tenet Dom. Abb. *in c. super inordinata. de præben.* ubi quod si istud beneficium sonat in nomen rectoriæ: utputa quia est Ecclesia vel capella per se stans & habens clericum ad suum regimen, & tunc ad minus requiritur tempus 14. annorum. & de hoc videtur casus *in d. c. indecorum. de æta & quali.* ponderando bene tex. licet glo. aliter ibi intelligat: nam in hoc beneficio rectoriæ non debet requiri tempus 25. annorum. quia cum hoc caveatur specifice in curatis. *ut d. §. inferiora.* videtur aliud dicendum in non curatis. *arg. c. nonne. de præsumpt.* nec videtur sufficere ætas 7. annorum, quia cum habeat regere Ecclesiam, indecens est ut talis dicatur idoneus, qui nescit gubernare seipsum. *ut d. c. indecorum.* & per istam impugnatur dictum Fede. si intellexit de prioratu seculari.

25. Decimus quartus casus est in beneficiis minoribus non principalibus in Ecclesiis collegiatis & ca-

[a] Imo sufficit si incœperit 25 annum, quia est abbatia de inferioribus dignitatibus d. parag. inferiora, ita tenet summa Angel. in verbo ætas. C. M. Abbatis 23. legitimum fecit idem Concord. parag. monasteriis. I.

[b] Sed non in omnibus ergo non infertur quod hic. C. M.

[a] Eadem extant 23. annorum. C. M.

Ergo hodie sextodecimo qui edicto Blæsensi. art. 28. idoneus dicitur ad professionem utrique sexui. I.

Source : BIU Cujas

thedralibus, ut sunt præbendati in Ecclesia cathedrali: & si quæratur an pueri sint habiles ad illam præbendam, ut puta quia deputantur ad aliqua servitia Ecclesiæ quæ possunt per minores 14. annis impleri, & tunc illi minores possunt talia exercere: quia tales præbendæ possunt etiam meris laicis conferri: ut not. glo. *in c. cum M. de consti.* facit. *c. secundum. de instit.* & sic ergo majores septennio possunt obtinere præbendas separatas à canonicatibus, non sacerdotales. ut no. Cardi. Alexan. *in d. c. de his. 28. distin.*

26. Decimus quintus casus est in canonicatu & præbenda simul: & tunc si consuetudo Ecclesiæ disponit quod major septennio possit habere propter certa officia data in Ecclesia, puta ad candelabra deferenda, & tunc possunt; tamen eorum vox suspenditur usque ad ætatem legitimam: & ita potest intelligi secundum unam lecturam. *c. ex eo. de ele. in 6.* ut no. Host. *in c. super inordinata. de præben. & dig.* quem sequitur Card Alex. *in c. de his. 28. distin.* si autem consuetudo nil disponit circa istos canonicatus: & tunc major septennio & minor 14. annorum non potest esse canonicus secundum eos: quia ipsi assumuntur ut consulant Ecclesiis in quibus intitulantur. ut not. Card. Alex. ubi sup. assignando rationem, quia minor 14. annis non habet maturitatem consilii. *l. fi. C. de testa. mi.* & *§. tria. 3. q. 7.* ergo tales assumi non poterunt. nec ob. secundum eum post Arch. *in d. c. si eo tempore.* tex. *in c. ex eo. de ele. in 6.* Ad quod respondetur dupliciter: uno modo quod loquatur de aliis Ecclesiis inferioribus collegiatis & cathedralibus, vel aliter potest intelligi de eo qui obtinet canonicatum ex dispensatione Papæ, unde secundum eum de jure minor 14. annis non potest esse canonicus & prebendatus Ecclesiæ cathedralis, quod tamen est dubium: & dicit Dom. Abb. *in d. c. super ordinata. de præben.* quod in canonicatibus cathedralis Ecclesiæ, in quibus requiritur maturitas consilii: & tunc secundum Hostien. & Archi. *in d. c. si eo tempore. de rescrip. in 6.* requiritur ætas 14. annorum: nam ante illam ætatem non potest sapienter tractare jura: sicut dicimus in milite volente testari ante illam ætatem. *l. licet. ff. de testa. mili.* glos. *in d. c. si eo tempore.* sentit oppositum per tex. *in d. c. ex eo.* sed Archi. respondet quod illud continet dispensationem: & quia dispensativè ille fuit promotus ad canonicatum ante 14. annum in casu illius capituli, & subdit Dom. Abb. quod ipse audit quod curia servat opinionem Archi. & ad hoc facit. *d. c. super inordinata. de præben.* & sic Doct. super isto articulo varia dicunt.

Et cum non debemus reducere jus commune ad dispensationem, ego dicerem sic quod clericus non potest esse canonicus in Ecclesia cathedrali nisi habeat 14. annum completum: in Ecclesiis collegiatis inferioribus cathedralis minor 14. dum tamen habeat decem annos poterit esse canonicus in Ecclesiis collegiatis. ut est hodie tex. qui concordat omnes prædictas opiniones in regula cancellariæ quæ est 17. in ordine. & ita etiam sentit. Card. Alex. *in d. c. de his. 28. distin.* & sic concordantur opinio. Doct.

27. Decimus sextus casus est in aliis beneficiis stantibus in Ecclesiis cathedralibus aut collegiatis, ut sunt Altaria & similia, & tunc ad ista bene est habilis major septennio & minor 14. qui ex quo possunt ordinari per consequens debent reputari habiles ad beneficia, ut dicit glo. *in c. de his. 28. distin.* & illud verum est nisi haberet beneficium ordinem annexum. ita decidit Card. Alex. *in dicto capit. de his. 28. distin. per capit. significatum. de præben.*

Decimus septimus casus est in beneficiis quæ appellantur pensiones, & dantur personis pro defensione Ecclesiæ: & ad ista pueri sunt inhabiles cùm non habeant discretionem quæ requiritur pro defensione. ut not. Joan. And. *in c. super inordinata. de præb. & dig.* & Card. Alex. *in d. c. de his. 28. dist.*

28. Decimus octavus casus est in ordinibus recipiendis, quia in ordine Episcopali requiritur ætas 30. annorum, ut est text. *in d. c. cum in cunctis.* in ordine Presbyterali requiritur ætas 25. annorum: in ordine diaconali ætas viginti, in ordine subdiaconali ætas 18. ut est tex. & ibi Card. *in 3. q.* post glo. *in d. clem. generalem. de æta. & qua.* & ibi inferunt quod in talibus annus incœptus habetur pro completo. & hoc quando ponitur sub ablativo secus si cum accusativo: quia tunc requiritur annus completus, ut not. Abb. *in d. c. cum in cunctis. de elect.* in ordinibus minoribus sive etiam sit prima tonsura sufficit quod sit major septennio. *c. nullus. de tempo. ordi. in 6.*

29. Decimus nonus casus est in inquisitore, qui debet esse ætatis 40. annorum. tex. *in cle. volentes. de hære.* & Feli. *in c. cum vigesimum. de offi. deleg.*

30. Vigesimus casus est in doctore quia omnis ætas sufficit ad doctorandum data sufficientia. ut no. Feli. *in d. c. cum vigesimum.* post Card. *in proœmio Decretalium. col. 2.* tamen ibi refert opi. aliquorum quod debet excedere 17. annum.

31. Tertia qualitas ad beneficiandos & in beneficiis perficiendis circa idoneitatem personæ quæ assignatur in veteri Testamento. ut Levitici. 21. c. & beatus Greg. in suo pastora. exponit, quæ verba transsumptivè sunt posita *in c. hinc etenim. 49. dist.* ubi dicit tex. quod superna voce ad Moysem dicitur ubi suprà, loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo nec accedat ad ministerium ejus, ubi repentè subjungitur, si cæcus fuerit, si claudus: si vel parvo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si mancus, si lippus, si gibbosus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem, in corpore vel ponderosus: & ibi exponitur tex. Cæcus quippe est qui supernè lucem contemplationis ignorat, qui præsentis vitæ tenebris pressus dum lucem venturam nequaquam diligendo conspicit quoque gressus operis porrigat nescit, hinc etenim ter propheratem Annam dicitur in libro Regum: Pedes Sanctorum suorum servabit & impii in tenebris conticescent: claudus verò est qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infirmitatem mentis vitæ viam perfectæ non valet tenere quam videt, quia videlicet quis ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur quo desiderium ejus nititur illud gressus operis efficaciter non sequuntur: hinc etenim Paulus dicit ad Hebræos: Remissas manus & dissoluta genua erigite: hæc gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret magis autem sanetur: parvo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est: naso quippe odores fœtoresque discernimus: rectè ergo per nasum discretio exprimitur per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus: unde etiam in laudibus sponsæ dicitur in Canticis Canticorum: Nasus tuus sicut turris quæ est in libano: quia nimirum sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant per discretionem conspicit, & ventura vitiorum vela ex alto deprehendit sensum, nonnulli qui dum se existimari hebetes nolunt sæpe in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur: unde hoc quoque subditur vel grandi vel torto naso: nasus quippe grandis & tortus est discretionis subtilitas moderata quæ dum plus quam decet excreverit actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. fracto autem pede vel manu est qui viam Domini pergere omnino non valet, atque ab omnibus actibus funditus ex ore vacat quatenus hæc non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnibus alienus omnino existat: gibbosusverò est quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat, sed solis his quæ infimis calcantur intendit, qui & si quando aliquid ex bono

Source : BIU Cujas

patriæ cæleſtis audierit ad hæc nimirum perverſæ conſuetudinis pondere prægravatus cordis faciem non attollit, quia cognitionis ſtatum erigere non valet, quem per terrenæ ſollicitudinis vias curvum tenet: ex eorum quippe ſpecie dicitur in Pſalmo 37. Incurvatus & humiliatus ſum uſquequaque, quorum culpam per ſemetipſam veritas reprobans ait in Luca. Semen autem quod in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt verbum & à ſollicitudinibus & divitiis & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructus: lippus verò eſt cujus quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, ſed tamen hæc carnalia opera obſcurant: in lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluenti infirmantes palpebræ groſſeſcunt, quorum quidem quia infuſione crebra atteritur & acies pupillæ vitiatur: & ſunt nonnulli quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat, qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant: ſed uſu pravorum actuum caligantur. ſi autem ſibi candorem juſtitiæ ſeu ſapientiæ tribuit à luce ſupernæ cognitionis ſe excludit & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat quo ſe apud ſe per arrogantiam exaltat ſicut de quibuſdam dicitur in Epiſtola ad Roma. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: jugem verò ſcabiem habet cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur: in ſcabie etenim fervor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur quod etiam ſi cordis ecutatio uſque ad operationem proſilit, nimirum fervor intimis uſque ad cutis ſcabiem prorupit, & foras jam corpus ſauciat, quia dum in cognitione voluptas non reprimitur etiam in actione dominatur, quaſi enim cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere cum dicebat ad Corin. Tentatio vos non apprehendat niſi humana: ac ſi apertè diceret, Humanum quidem eſt in corde, tentationem perpeti: dæmoniacum verò eſt in tentationis certatione & operatione ſuperari: impetiginem quoque habet in corpore quiſquis avaritia vaſtatur in mente, quæ ſi in parvis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur; impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tædio excreſcens membrorum faciem decoram fœdat, quia etiam avaritia capit animam dum quaſi delectat; exulcerat dum adipiſcenda quæque negotia cogitatione objicit, inimicitias excutit, & dolorem in vulnere non facit: quia æſtuandi animo ex culpa abundantiam promittit, ſed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo depravatur, & quaſi totum corpus exaſperat: quia per univerſa vitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait ad Timotheum, Radix omnium malorum eſt cupiditas: ponderoſus verò eſt qui turpitudinem opere non exercet ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderatione gravatur in mente, qui nequaquam quidem uſque ad opus nefarium rapitur: ſed ejus animus voluptate luxuriæ ſine ullo repugnationis ſtimulo delectatur, vitium quippe ponderis eſt cum humor viſcerum ad virilia labitur, quæ profecto cum moleſtia decoris intumeſcunt: ponderoſus ergo eſt qui totis cogitationibus ad laſciviam defluens pondus turpitudinis geſtat in corde: & quamvis prava non exerceat opera, ab his tamen non evellitur mente, nec ad uſum boni operis in aperto valet aſſurgere, quia gravat hunc in abſconditis pondus turpe: quiſquis ergo cuilibet horum vitiorum ſubjicitur, panes Domino offerre prohibetur, ne profectò aliena delicta non valeat his diluere quem ab his propria devaſtant. Quia igitur paucis ad paſtorale magiſterium dignus qualiter atque indignus hoc pertimeſcat, oſtendimus; nunc is qui ad illud dignè pervenerit, in eo qualiter vivere debeat, & nunc declarando illum textum, an prædicta impedimenta habeat impedire, quem à promotione attendendum eſt ante effectus totaliter obſtet exercitio beneficiorum ad quæ quis promoveri vult, & tales defectus impediunt, etiam ſi non eſſent niſi in primis membris: Nam ille qui caret pollice non eſt promovendus, ut not. Dom. Ant. poſt glo. *in c.* 2. & *in cap.* 1. *de corpore vitiat.* facit gloſ. & ibi Doct. *in cap. licet. de ele. in* 6. & ſi non eſſet multum apparens, prout ſunt multi cæci, qui aſpectu non apparent cæci, tunc etiam talis defectus impedit. *cap. ſi Evangelica.* 45. *diſt.* & ſi defectus nullatenus impedit exercitium ordinum, ſed tamen eſt minus ſcandaloſus & enormis viſu, & tunc etiam impedit promovendum, ut not. *in cap.* 1. & *in cap.* 2. & *in cap. expoſuiſti. de corpore vitia.* & ſi defectus eſt modicus, ſive parvus, & tunc ſi culpa ſua: puta quia dando operam rei illicitæ incidit in illud vitium: puta quia digitus in duello ſibi abſciſſus fuit: tunc impedit promoveri, tamen cum eo Epiſcopus poterit diſpenſare, *ut cap.* 1. *de corpore vitia.* & ſi ſine culpa ſua incidit in defectum modicum, non impeditur ejus ordinatio: *ut d. cap.* 2. & *cap. expoſuiſti.* & Dom. Ant. *in cap. fin. de corpore vitiat.*

Item de cæco ſi intelligatur myſtice, videlicet pro ignorante, tunc à promotione tanquam ignorans repellitur: *ut d. cap. illiteratos.* 36. *diſt.* & *cap. qui Epiſcopis.* 38. *diſt.* & iſtud vitium etiam intellectum ad litteram, prout loquitur, habet repellere, etiam ſi ſit unius oculi tantum, *cap. ſi Evangelica.* 55. *diſt.* & ibi Archangelus. facit glo. in verbo *manifeſtum, in cap.* 2. *de verbo ſig. in* 6.

Indoctum offerre Deo eſt cœcum animal offerre. D. Hieronym. de cœco. Can. Sacerdotes. 49. diſt. I.

Item ſi haberet oculos, unum tamen majorem alio, an ſit repellendus, vel non à promovendo: illud relinquitur arbitrio judicis, ut not. Card. Alexand. *in cap. hinc etenim.* 49. *diſt.*

Item in quantum dicitur declarando poteſt, dicit quod ſi iſtud ſumatur myſticè per claudum debilis & infirmus in operibus Domini, quia licet nitatur ad cæleſtia, pedem tamen fixum in terrenis extrahere non valet & non repellendus eſt: *ut in cap.* 3. 49. *diſt.* facit *cap. nolo.* 12. *quæſt.* 1. ſi autem ſumatur ad litteram ut text. ſup. alleg. loquitur, talis ſecundum Hug. quem ſequitur Card. Alexand. ubi ſuprà, non repellitur niſi deformitatem inducat: tamen contra illud *d. c.* opponit Arch. *l. qui clavium. ff. de edil. edicto.* ubi dicitur quod claudus eſt morboſus: ſed dicit Arch. ubi ſuprà ſecundum Hoſtien. quod claudus de conſuetudine admittitur, quia omnia vitia in illo tex. expreſſa non vitiant ad litteram, ut not. ipſe Hoſtien. *in ſua ſumma. tit. de corp. vitia.* §. *ſi. verſi. quid de claudo.* imò ſecundum Card. Alex. *in d. cap. hinc etenim.* 49. *diſt.* poteſt concludi quod aut quis eſt claudus, ut per ſe ſuſtentari ſive ſuſtinere non poſſit ſine baculo, & tunc talis eſt rejiciendus, aut poteſt ſe ſuſtentare, licet ſit claudus, non tamen repellitur: facit gl. *in cap. nullus. in* 3. *de conſe. diſt.* 1. & ſentit Joan. And. *in c.* 2. *de corpore vitiat.* & Card. Alexand. *dit. cap. hinc etenim.* 49. *diſt.*

Item ille qui habet parvum naſum, per parvum naſum modica vel nulla intelligitur diſcretio, per magnum vel tortum naſum intelligitur immoderata diſcretio, cùm quis plus vult ſapere quàm oporteat ſapere, ut ita ex nimia ſubtilitate fallitur, & errat, & efficitur hæreticus: & hoc potius debet dici indiſcretio quàm diſcretio, cùm tali facto incurrat hæreſim: ſicut fecerunt quidam Philoſophi, quicumque ergo habet talem naſum repellitur, ut not. Card. *in cap. hinc etenim.* 49. *diſtin.* ſi autem ſumatur iſtud ad litteram, & tunc aut inducit nimiam deformitatem: & tunc non repellitur propter parvitatem vel magnitudinem naſi, ut not. Hug. & Arch. *in cap. hinc etenim.* 49. *diſt.*

Item ille qui habet pedem fractum vel manum, ſi iſtud ſumatur myſticè, iſtud denotat totalem defectum in via Domini, unde differt à claudo, quia licet ille imperfectè gradiatur via Domini, iſte verò fractum

fractum pedem habens nullo modo habet viam Domini, unde repellitur à promotione, ut no. Card. ubi supra: si verò istud sumatur ad litteram, id est, si caret pede vel manu, repellitur à promotione: si verò habet pedem vel manum, sed vitiosum, tunc si inducit nimiam deformitatem, etiam repellitur, ut no. Arch. & Domin. de sancto Gemin. *in cap. hinc etenim. 49. dist.*

Item ille qui habet pedes, sed habet aliquam deformitatem, ut quia habet plures digitos rectos & tales ante, & similia, & tunc per tales defectus non repellitur si veste vel sotularibus tale vitium honestè tegi posset, ut notat Card. post alios Docto. 1. *in d. cap. hinc etenim. 49. dist.* & idem si haberet sex digitos in manibus, quia propter hoc non impediretur, ut no. Arch. *in cap. fin. 51. dist.* & Joa. And. *in ca. 11. de corpore vitia.*

Item de excedentibus in membris principalibus, ut puta, quia habet tres manus vel tres pedes: si habet istud superfluum membrum enormiter, ut quia sunt distincta membra & apparenter tunc repellitur à promotione: ut no. Docto. Summistæ. *in rubrica. de corpo. vitia.* aut non sunt enormiter apparentia, & non repellitur: nam ex quo habet talem deformitatem apparentem est quasi monstrum & ostentum. *de verb sig. l. ostentum.* nec obstat. *l. quæret aliquis. eo tit.* ubi dicitur quod ea quæ taliter accidunt, non debent imputari: quia illud verum in aliis in quibus non est tanta deformitas: unde si esset factum legatum Titio si filium haberet, licet sit ostentum, nihilominus valet legatum, & debetur: & ita procedit illa lex secus quantum ad legem promotionis, quia quantum ad illam legem illa vitia bene imputantur propter deformitatem: *ut cap. 2. de corpore vitia.* & notat Archiep. & ibi Cardi. *in c. hinc etenim. 49. distinctio.*

Item gibbosus quando illud sumitur mysticè, iste denotat terrenam solicitudinem & immoderatam, qui hominem repellit à promotione: si autem illud sumatur ad litteram, & tale vitium inducit nimiam deformitatem, & talis repellitur. ut notant Hugo, & Archid. & alii sequaces. *in dict. c. hinc etenim. 49. distin.*

Item lipposus si illud sumatur mysticè, illud denotat naturalis ingenii depressionem: hebetationem per carnalia opera, & ille qui sic lippus est removetur à promotione, & si sumatur ad litteram, & tunc aut inducit nimiam deformitatem & repellitur: aut non inducit nimiam deformitatem, & non repellitur: ut notat Card. Alex. *in dict. cap. hinc etenim. 49. distin.* & ille dicitur lippus qui non caret oculis, sed ex superabundanti humore videre nequit.

Item ille qui habet albuginem in oculo, si sumatur mysticè illud denotat arrogantiam, & qui arroganter attribuit sibi bonum quod non habet, vel de habito superbit: ille tanquam criminosus repellendus est: si autem sumatur ad litteram, & tunc si illud vitium inducit nimiam deformitatem, repellitur à promotione, aut non inducit nimiam deformitatem, & illud relinquitur arbitrio superioris: ut notant Hug. & Archid. *in d. c. hinc etenim per c. cum de tua. de corpore vitia.*

Item scabiosus quando sumitur mysticè illud denotat luxuriam: & talis benè repellitur à promotione: si autem sumitur ad litteram & scabies inducit nimiam deformitatem & tunc repellitur: si autem non inducit nimiam deformitatem, non repellitur nisi esset leprosus, quia tunc bene repelleretur, ut notat Car. Alexand. post Archid. & Domin. de sancto Gemin. *in dict. cap. hinc etenim. 49. distin.*

Item in perigioso si sumatur mysticè & non ad litteram: ista enim impetigo dicitur sicca scabies proveniens cum asperitate & cum rotunditate: & hanc quidem appellant volaticum, unde ista designat avaritiam propter quam quis repellitur à promotione: si autem sumatur ad literam, & inducit nimiam deformitatem, & illa repellit, aliàs non: ut notat Archid. *in d. c. hinc etenim.*

Item de ponderoso, & pondus dicitur turpis & immunda cogitatio, qua quis gravatur ut turpia exteriùs non exerceat, tamen repellitur; ut est tex. *in d. c. hinc etenim.* unde ponderosus dicitur criminosus, quia licet turpi voluntate inquinatur, exteriori tamen actu vacans reperitur: & iste talis repellitur, quia non implet præcepta & operatur bonum, ut no. Hug. & Archid. ubi suprà: & ubi ista inducit enormitatem, vel deformitatem, aut scandalum, recurrendum est ad arbitrium ordinantis, sive sit Episcopus, sive alius ordinarius, vel etiam delegatus cui Papa commiserit ordinationem: & generaliter ubi quis est ex aliquo defectu irregularis, ut notat Card. Alex. *in dict cap hinc etenim. 49. dist.* Joa. An. & Dom. Anto. *in c. cum de tua. 2. de corpore vitia.*

31. Item si aliquis de crimine fuerit infamatus super quo tamen à nemine accusatur, non potest promoveri secundum Gil. quem refert Card. *in c. tantis. 81. dist.* per arg. secundum eum à contrario sensu. *d. c. fi. de fur.* & ideo ad gradum suum ordinans tale facilius onus quærit: & secundum Archid. ordinans suum gradum cunctare debet. *c. fi. 62. dist.* & eo ipso quod ordinatus apparet indignus, & ordinans similiter. *c. cum sit ars. de ætate & qualit.* sed illud non est intelligendum quod eo ipso ordinans cadat vel instituens cum effectu cùm institutus apparet malus, quia potest esse quod instituens non est in culpa. *ff. de adult. l. denunt asse. §. quod tamen.* secundum Vincen. *in d. c. cum sit ars.* & si aliquis pendente accusatione vel denuntiatione promoveatur removeri debet quamvis innocens sit. *ff. de re mil. l. qui statu.* & *l. qui cum uno. §. reus.* nisi appareat ipsum per calumniam accusatum: ut notat Card. *in d. c. tantis 81. dist.* & notat. Imo. & Dom. Anto. *in c. innot. it de ele.* & in promotione ad beneficia confirmatis vel consecratis, si pendente accusatione fuerint electi vel confirmati, non valet electio aut confirmatio: & hoc habet locum quando est infamatus, secus si non esset infamatus, quia tunc bene valeret, ut notat [a] Dom. Ab. *in c. omnipotens. de accu.* & Joan. And. in addi. Spe. *tit. de accu. §. sequitur in additione magna quæ incipit, est & alia quæstio:* ubi dicitur quod prohibitus acceptare officium respectu certæ qualitatis, videtur tacitè prohibitus ad illud eligi. facit. *c. si celebret.* & Dom. An. *in 3. col. de cle. excom. mini.* ubi excommunicatus minori excommunicatione non potest eligi ad beneficium, quia non posset Sacramenta ministrare: & sic debet inspici an tempore electionis electus sit habilis ad exercitium, requiritur beneficium nec, superveniens habilitas quæ potest supervenire annectit: iste enim excommunicatus minori facillimè absolvi potest: & sic ergo pendente accusatione repellitur à promotione si præcedente infamia, secus si non præcedat, ut notat Dom. Ab. *in d. c. omnipotens. de accu* & Card. *in d. c. tantis. 81. dist.*

32. Item laborans morbo caduco non est promovendus, ut notat. *in c. cum inter Canonicos. de ele.*

Item bigamus non est promovendus ad beneficia. *ut c. 1. & 2. & quasi per totum. de big.* nec etiam est promovendus obligatus ad ratiocinia. *cap. unico. de obli. ad ratio.*

Item etiam non est promovendus illegitimus. *ut c. 1. & 2. & quasi per totum. de fi. Presbyt. & c. innotuit. de elect.*

Item etiam habens uxorem aut filios non est promovendus ad dignitatem Episcopalem, ut no. Dom. Ab. *in c. 1. de testi. per text. in c. de Syracusanæ. 28. distinctio.*

Item ordinandus in Episcopum debet habere sacrum ordinem. *c. à multis. de ætat. & qual.*

[a] Idem dicit de elect. parte 2. c. 25. C. M.

Can. de Syracusanæ, in Episcopum eligi & ordinari patitur, virum liberos & nepotes habentem, si modo facultates suæ & bona inventario describantur, ut defuncto Episcopo, liberis, aut hæredibus inventario comprehensis & restituatis, cætera Ecclesiæ dicuntur tanquam ex suis reditibus parta, vide c. 1 & 2. & tit. de pecul. 1.

Source : BIU Cujas

Item in ordinando aliquem debet habere puram voluntatem, quia debet esse liber non servus *ut cap.* 1. & 2. & *quasi per totum. de servis non ord.*

33. Item etiam debet esse gravitas morum. *c. cum in cunctis. in prin. de elect.*

Item etiam debet habere sapientiam, nedum quo ad spiritualia, sed etiam quo ad temporalia: unde simplex & inexpertus non debet promoveri in Episcopum, si tamen fuerit promotus non debet dejici propter hanc simplicitatem quoad temporalia, sed debet dari sibi coadjutor, ut probatur. *in c.* 1. 39 *dist juncto. c. quia frater.* 7. *q.* 1. Dom. Abb. *in d. c. cum in cunctis. in prin. de elect.*

Item requiritur quod sit natus de legitimo matrimonio, ut est text. *in d. c. cum in cunctis.*

34. Item non est promovendus qui unam concubinam vel meretricem in matrimonium assumpserit, nec etiam ille est promovendus qui semetipsum abscindens aliquod membrum indignatione aliqua vel justo vel injusto timore superatus truncaverit, neque illos qui usuras accepisse convincantur aut in scena lusisse nunciantur, nec eum qui publica pœnitentia mortalia crimina deflevit: nec etiam ille est promovendus qui in furiam aliquando versus insanivit. vel afflictione diabolica vexatus est, neque eum qui per emptionem ad imitationem Simonis magi, ut est text. *in cap. juratum.* 39. *distin.*

QUÆSTIO VI.

1. *Beneficia an possint laicis conferri repertis in habitu & tonsura clericali, per totum.*
2. *Novitii defuncti bona monasterio applicantur.*
3. *Populi appellatione quomodo venit clerus, nu. seq. & 9.*
4. *Privilegium datum laicis authoritate Apostolica, an videatur datum clericis.*
5. *Beneficium an possit conferri laico conjugato.*
6. *Christianorum duo sunt genera.*
7. *Clericus esse non reputatur qui portat vestimenta dispartita.*
8. *Excommunicato non est parendum quamvis juraverit parere mandatis Ecclesiæ & composuerit cum parte.*
9. *Excommunicato toto clero an videatur etiam excommunicatus totus populus.*

QUæro sextò.

An collatio beneficii facta laico reperto in habitu & tonsura clericali valeat. Pro parte affirmativa, videtur quod collatio valeret: ut notat Compost. *in cap. cum adeo. de rescript.* ubi dicit quod valet impetratio dicentis se clericum, si defert habitum clericalem, & gerit se pro clerico, & nullum ordinem habeat. facit glos. *in c.* 2. *de instit.* & Paul. *cons.* 440. *incip. videtur quod dicta sententia.* ubi dicit quod si statutum prohibet non civem emere in loco immobilia, sufficit quod aliquis sit civis tempore traditionis, licet non tempore contractus. facit. l. 1. §. *fin. ff. de bo. pos. ex testamento mili.*

Ad istud argumentum potest responderi videlicet ad illud dictum Compost. quod non continet veritatem, quia non valet collatio facta non clerico, quia laicus est penitus inhabilis ad beneficia possidenda. *cap* 2 *de institut.* & fictio sive tolerantia non habet locum in beneficio obtinendo in titulum, [a] ut in simili not. Domin. Abb. post Joan. And. *in c. dilectus. in* 2. *de præb. & dignit.* & *in c. veritatis. de dolo & contu.* ubi dicit quod non valet collatio facta excommunicato tolerato & occulto, quamvis reputetur non excommunicatus: & bona ratio est, quia non permittitur possidere beneficium absque institutione canonica: *ut c.* 1. *de reg. jur. in* 6. & sic statim quod apparuerit illum non esse clericum non valebit collatio: in simili facit. *c. ex parte Adæ. de test.* nec etiam obstat glos. *in d. c.* 2. quia loquitur de laico converso: & sic est casus longè diversus, dictum Pauli. *in suo cons.* 340. mihi facit ad propositum.

Secundò pro ista parte affirmativa facit dictum Spec. *titul. de actio. & peti.* §. *super actionibus. ver. sed nunquid scholaris.* ubi dicit insequendo dictum Compost. quod licet literæ illius non valeant sibi factæ de illo beneficio: tamen assumunt vigorem si postea iste ordinetur: & secundum eum ista fuit opinio Clementis Papæ IV. & ita sequitur And. Barba. *in d. c. cum adeo. de rescrip.* facit etiam decisio Dominorum de Rot. *de prob. dec.* 11. *in antiq.* ubi tenent quod non clerico reputato clerico propter habitum & tonsuram, & animi destinationem potest conferri beneficium: ubi alleg. dictum Compost. ubi suprà, & glos. *in d. c.* 2. *de inst.* tamen ad istud potest responderi ut suprà in primo arti. fuit responsum: vel aliter potest dici, quod valet illa collatio facta laico clerico reputato donec constiterit illum non esse clericum: vel aliter potest responderi, ut not. Innoc. *in d. c.* 2. *de institut.* ubi dicit, quod illa glos. non continet veritatem: & ibi Dom. Abb. contra illam glos. dicit quod videtur esse ibi text. dum dicitur quod debet esse talis quod deserviat per Ecclesiasticos ordines, & extra: ergo oportet quod sit ordinatus antequam fiat canonicus & beneficiatus: & facit etiam illa littera quod conversi non ordinati non censentur idonei ad serviendum Ecclesiis in divinis, licet ad Ecclesiam sint destinati.

Tertiò pro ista parte arguitur quod isti laici possunt beneficia possidere, quoniam sunt destinati clerici, & facit dictum Archi. *in c. si quis suadente. col. pe.* 17. *q.* 4. ubi dicit quod ille qui nullum ordinem habet, sed tantum coronam portat, & est clericus animi destinatione, gaudet privilegio illius canonis, alleg. Lauren. *in d. c.* 2. *de insti.* facit. *l.* 4. & ibi glos. *ff. de fundo dota.* ubi fundus destinatus ad dotem dicitur ante matrimonium fundus dotalis & inalienabilis: sed ad illud potest responderi, & primò ad dictum Archid. quod procedit in casu suo, videlicet propter intentionem ipsius percutientis, quia solum in ista percussione attenditur animus percutientis ex eo, quia ipse intendebat percutere clericum: facit ibi ille text. dum dicit si quis suadente diabolo: nam si quis non habeat malam intentionem percutiendi, non incurrit in illum canonem. *si quis suadente. c.* 1. & 3. *de senten. excom.* & in simili facit, quia si quis percutiat clericum, ignorans probabiliter eum clericum, excommunicatus non est, ut text. *in cap. si vero, in* 2. *de sent. excom.* sed in istis collationibus beneficiorum potius attenditur veritas quàm fictio & tolerantia: ut supra dixi ad illam. *l.* 4. *ff. de fundo dota.* Respondetur quod ibi erant contracta sponsalia, quæ faciunt rem esse quasi dotalem quoad prohibitam alienationem,

[a] Vide Summam Angelicam verb. excommunicatio. 5. §. 25. C. M.

Source : BIU Cujas

ut est glos. *in l. de divisione. ff. solut. matr.*

Quartò pro ista parte affirmativa facit quod notat Bal. *in l. ex facto proponebatur. ad finem. ff. de hæred. instit.* ubi dicitur quod si quis legat vestes quas habet in domo, veniunt quæ erant extra domum factæ de novo, postquam erant destinatæ ad usum uxoris cui legabantur: quia videntur esse in domo propter destinationem & propter finale propositum testatoris, facit quod notat Alexand. *Consil. 16. incipien. viso titulo. col. pen.* facit tex. *in l. 2. si non sunt. §. quid ergo. ff. de auro & ar. leg.* ubi appellatione argenti venit argentum aptum fabricari, licet nondum factum. Ad istud potest responderi quia ille casus est longè diversus à causa beneficiali.

Quintò pro ista parte affirmativa facit quod notant Dom. de Rot. *decis. 1. tit. de test. in anti.* ubi tenet quod pro bonis destinatis ad ædificationem Ecclesiæ potest peti restitutio in integrum jure Ecclesiæ, licet nondum sit Ecclesia ædificata, sicut partus conceptus in his quæ concernunt ejus præservationem, ut producatur in esse gaudet privilegio jam notorio, facit. *l. prægnantis. ff. de pœnis. & l. si quis in utero. ff. de statu hom.*

Ad istud argumentum potest responderi, quia licet nondum sit Ecclesia, tamen postquam illa bona sunt donata ad usum pium, & dominium jam est translatum, quia ante spiritualisationem dicitur locus pius, ut notat Dom. Abb. *in cap. ad hæc de relig. Dom. & in cap. inter dilectos. & Doct. de ele. clem. quia contingit. de relig. Dom.* sed ista loca pia restituuntur adversus læsiones, ut notat Dom. Abb. *in c. 1. de in integ. rest.* & sic ergo restituitur ex eo, quia jam dominium est translatum in viros Ecclesiasticos, & res non est destinata, imò jam est de dominio Ecclesiæ: & sic parum illud argumentum facit.

Sextò pro ista parte facit illud quod notat Dom. de san. Gem. *in cap. ponderet. in fin. 50. dist.* & *in cap. cum illis. §. 1. de præben. & digni.* ubi dicit quod deputatus ad officium scribendi in cancellariam Papæ non mentitur appellando se scriptorem licet nondum incœperit scribere, & idem notat Maria. *in cap. de multa. col. 3. de præb. & dig.*

Ad istud argumentum & fundamentum potest responderi quod potius facit pro contraria parte quàm pro ista, quia postquam locus scriptoris est sibi datus, ipse est verus scriptor, & potest se nominare scriptorem: quia possessio non dat sibi jus, ut in simili notant Doct. Abb. *in cap. nosti. & in cap. transmisso. de elect.* ubi tenet quod facta pronuntiatione de aliquo provisо ad dignitatem Episcopalem, licet nondum cœperit possessionem, potest dici verus provisus.

2. Septimò pro ista parte facit quod notat Petr. de Ancha. *in consil. 65. incip. contra donationem. ad fin.* ubi habet quod bona novitii defuncti applicantur monasterio, [a] quia animi destinatione religiosus erat: & ita etiam notant Doct. *in cap. in præsentia, de proba.* Ad istud potest responderi, quod illud fit favore monasterii, nam ille novitius videtur illa bona donasse monasterio postquam moritur in illa voluntate, ut notant Doct. *in cap. in præsentia. de prob.*

[a] Hoc puto falsum, ut etiam vide infra. C. M.

3. Octavò pro ista parte facit, quia appellatione populi venit clerus. facit text. *in §. plebiscitum, instit. de jure natu.* ubi dicitur quod populus est genus, & sub nomine ejus variæ hominum conditiones continentur: ideo plebeii, Senatores & Patricii includuntur: ergo idem videtur in Clericis. Sed ad istud potest responderi, quod ille text. intelligitur in hominibus ejusdem professionis, qui sunt omnes laici, & subjiciuntur Imperatori; non autem videtur habere locum in Clericis qui sunt extra jurisdictionem Imperatoris, ut ibi loquitur text. facit. *cap. novit. de ju. & cap. cùm ad verum. 86. dist.* facit tex. *in cap. à nobis. de sent. excom. & cap. secundum. de const. in 6.* Ita Doct.

Philip. Decius. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de const.*

4. Nonò pro ista parte facit tex. *in cap. dilecti. de fo. compe.* ubi privilegium datum Anglicis, etiam Clericis competit: si ergo nomine Anglicorum veniunt Clerici, videtur dicendum quod beneficium possit conferri laico. Ad istud argumentum potest responderi, negando æquiparationem, quia verbum illud *Anglicis* videtur respicere naturam & originem, nam verum est dicere quod Anglicus quis dicatur, licet sit Clericus. Per hoc enim quod clericus efficiatur, ratio nativitatis non admittitur, non sic videtur sub nomine populi, quia propter caracterem clericî eximuntur ut non dicantur esse de populo, ut notat Card. per illum text. *in cler. in plerisque. de elect.* Vel aliter potest responderi quod illud privilegium datum Anglicis à sede Apostolica ex qualitate concedentis intelligatur Anglicis, scilicet clericis qui sunt de foro Ecclesiæ: cum enim ibi virtute privilegii concedatur à sede Apostolica quod Anglici citra mare non possunt conveniri; & ita forus remittatur, intelligitur de clericis qui erant in foro Ecclesiæ. Et sic cessabit istud fundamentum.

Decimò pro ista parte facit text. *in auth. de quæstore. in prin. collat. 6.* ubi appellatione populi veniunt forenses: ergo pariter videtur quod clerici comprehendantur.

Ad istud potest responderi, quod in clericis alia ratio videtur quod in forensibus simpliciter, cum ipsi sint exempti à jurisdictione seculari, adeo quod se illi subjicere non possunt, secus in aliis forensibus. Vel aliter potest responderi, quod ille text. intelligitur dumtaxat in civitate Romana: ut declarat Bal. *in rub. C. qui accus. colum. fin. vel aliter.* Et sic tertiò potest intelligi de forensibus qui haberent ibi domicilium.

Undecimò pro ista parte facit, quia clerici dicuntur esse de districtu, ut notat Joan. And. *in cap. fin. de offi. deleg.* & Domin. de sancto Gemin. *in 6.* & probatur hoc. *in cap. accedens. in secundo. ut lite non conteft.*

Ad istud etiam potest responderi quod verbum, *districtus*, respicit territorium, *ut d. c. accedens.* ibi *de districtu Comitis*: unde licet clericatus non eximat aliquem de territorio, videtur tamen eximere de qualitate populari, quæ respicit personam.

Duodecimò pro ista parte facit glos. *in capit. cum M. de const.* quæ dicit quod præbenda potest conferri laico.

Ad istud potest responderi quod habet locum præbenda stante in mera temporalitate, quia illa potest conferri laico: secus est in præbenda quæ habet Canonicatum annexum, quia illa non potest conferri laico nisi sit clericus, ut notant Doct. *in dict. cap. cum M. de const.* & *in cap. secundo per illum text. de inst.* & *in cap. dilecto, de præbend. & digni.*

5. Decimo tertiò pro ista facit text. *in Clem. quia contingit. de rel. Dom.* ubi beneficium confertur laico etiam conjugato.

Ad illum text. potest responderi, quod habet locum in hospitali non spiritualizato: secus in hospitali religioso, ut dicit ibi glos. vel in beneficiis Ecclesiasticis, ut suprà dixi quæ sunt conferenda clericis, ut est text. *in cap. ex literis. de transact.* & *in cap. cum adeo. de præscript.*

Decimo quartò pro ista parte negativa facit, quia laici possident & decimas habent, ut est tex. *in cap. cum Apost. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu cap.*

Ad illud potest responderi quod laici illud habent ex privilegio Papæ, qui solus potest laicos habilitare ad sponsalia, ut est glos. *in cap. 2. de jud.* glos. *in cap. bene quidem. 96. dist.* & glos. *in cap. Mennam. 2. q. 4. aliàs 2. q. 5.*

Source : BIU Cujas

Nunc ſolvendo iſtam quæſtionem dicunt communiter omnes Doct. *in cap. 2. de inſt.* quod beneficium non poteſt conferri laico etiam præſumpto Clerico & Calde. impugnat dictum Clementis IV. quod ſupra retuli. *in cap. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6.* per quod ponitur quia non ſufficit habilitatio ſuperveniens, & ibidem Calde. ſubjicit quod ita fuit determinatum Bononiæ: quod ſi dicitur *quem cupit militia, &c.* ſi recipiatur talis in Canonicum ante Clericatum, valet receptio. *per l. fin. ff. de teſta. mili.* Cald. ubi ſupra tenet contrarium, quem ſequitur Domin. de ſancto Gemin. *in cap. cum adeo. de reſcript. per l. ex eo. ff. eo. tit. de teſt. mil.* ubi ex tempore quo in numero relatus eſt, non autem reſpondent *ad d. l. ſi ratio ejus non eſt.* quia proximo ſit eligendus, ſed quia deceſſit in loco hoſtili ad quem miſſus erat ex cauſa & non privilegium militis in teſtando prorogatur ad talem: etiam dato quod non intenderet accingi militiæ cingulo, & pro iſta parte adducit And. Barba. *l. nulli. C. ne ſanctum bap.* per quam dicit ibi Bar. quod ſi ille qui ſtetit in civitate decem annis, debet tractari ut civis, & interim durante illo tempore non tractabitur ut civis, in ſimili facit quod notat Bar. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ.* ubi dicit quod bona morientis infra annum probationis non ſunt monaſterii, facit *ca. beneficium. cum glo. de reg. in 6.* & poteſt reſponderi ad conſilium Pauli quod ſupra retuli, quod ibi ſatisfiebat menti ſtatuti, quæ erat quod non ſubeuntes onera non poſſent acquirere: & ſic qui percipit fructus ſuberat onera, merito ſufficit quod tempore quod recipiet fructus poſſit gravari pro honoribus ut civis, & pro iſta communi opi. facit tex. cum gloſ. *in l. ſi nondum. C. de furtis.* ubi res deſtinata animo & voto ut ſit ſacra non habetur pro ſacra ante conſecrationem, & ibi dicit Bald. quod aliquid non recipit determinationem ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt: imo licet teſtator mandet fieri Eccleſiam in domibus ſuis, non tamen eſt Eccleſia, & facit illud quod notatur *in cle. fin. de reſcrip.* & pro iſta parte facit illud quod notant Dom. de Rota. *tit. de præben. deciſio 17. in antiquis.* & *deciſio 10. in tit. de jure patro.* ubi tractat quod *dict. cle. fin.* habet locum in beneficio nondum per Epiſcopum confirmato, licet patronus ipſum fundaverit & dotaverit, appoſitis etiam conditionibus, & modis quibus volebat eum regi; & ibi multa allegant, & in ſimili pro iſta parte facit illud quod notat Inn. *in c. abolendæ. de ſepul.* ubi tenet quod licet ſepultura non poſſit vendi per illum tex. tamen vas lapideum vel ligneum deſtinatum pro ſepultura poteſt vendi, in ſimili etiam facit illud quod notat Car. *dict. cle. fin. de reſcrip. circa fi.* ubi dicit poſt Paul. ſecus eſt ſi beneficium erat creatum, licet non dotatum tempore datæ: & in ſimili facit illud quod notat Domin. de ſancto Gemin. *in cap. 50. ad fi. de reſt. in integrum in 6.* ubi tenent contra Dom. de Rota quod in cauſa bonorum quæ teſtator reliquit pro Eccleſia ædificanda, non poteſt peti reſtitutio in integrum, quia jura loquuntur in illa materia de Eccleſia, facit *cap. ſicut ex literarum. de homic.* ubi non eſt irregularis nec homicida qui interficit partum nondum vivificatum: ad idem facit quod notat. *in cap. Eccleſ. de immu. Eccleſ.* ubi habetur quod locus gaudet privilegio Eccleſiaſtico, eo ipſo quod eſt ibi poſitus per Epiſcopum primus lapis, adeo quod non poſſit ad humanos uſus redire: antea verò non gaudet dicto privilegio, licet deſtinatione animi ſit deputatus, ut ſit Eccleſia; & eſt addendum ad reſponſiones quas dedi ſupra in reſponſionibus argumentorum in ſimili facit quod no. Arch. *in §. fi. 12. quæſt. 1.* ubi ſequitur iſtam communem opinionem contra Compoſt. ubi dicit quod Bonifacius VIII. iſtud ſervavit in perſona ſui nepotis, & refert ibi Joa. de Fant. & idem tenet Hoſt. *in ſua ſumma. tit. de reſcrip. §. poſſunt objici. ver. profeſſio.* ubi dicit quod laicus eſt incapax beneficii, & idem notat Dom. Abb. poſt alios Doct. *in cap. ex literis. de tranſact.* per illum tex. facit *lex cætera. §. ſed ſi paraverit. ff. de leg. 1.* ubi deſtinatum non habetur pro impleto, unde res legata ut adjungatur ædibus poteſt alienari antequam ſit adjuncta, & prohibitio ſenatuſconſulti de non alienando res affixas ædibus non habet locum in rebus ad id deſtinatis, & ibi dicunt Bal. Ang. & Imo. quod ſi conſuetudo eſt quod mortua uxore mobilia ſpectant ad virum: immobilia verò ad hæredes uxoris, licet pecunia ſit deſtinata ad emptionem prædiorum, erit viri, quia deſtinatio non attenditur nec habetur pro facto, non obſtat. *l. 3. quid ergo. ff de contra. act. tut.* ubi videtur quod pecunia depoſita ad emptionem prædiorum non poſſit alienari ſine decreto, ſicut nec res immobilis, de quo tex. facit magnum feſtum Ludov. [a] Rom. *in l. ſi ex legati cauſa. col. 4. de verb. obl.* & And. Barba. *in repe. rubr. de reb. Eccleſ. non alie. fo. 30.* ibi & inquantum ſuperius, quia reſpondet Alex. *in d. §. ſed ſi paraverit. in l. 1. §. fuit quæſitum. col. 3. ff. ad Treb.* quod non dicitur ibi quod illa pecunia depoſita poſſit haberi per tutorem, requiratur illa ſolemnitas in alienatione rei immobilis, de qua *in l. magis puto §. ne paſſim. cum ſim. ff. de reb. eo. &c.* & ſolum dicitur ibi tutor qui erat creditor pupilli fuit in culpa ſi non fecit cogere illum depoſitarium per Judicem ut de illis pecuniis depoſitis ſibi ſatisfaceret: ideo non poteſt tutor pro ſe ſibi exigere uſuras pecuniæ ſibi debitæ antequam negexerit exigere, & reprobat Alexand. *in d. §. ſed ſi dicta.* & Albe. *in 2. parte ſtatutorum. quæſt. 305.* & iſta materia eſt multum brocardica: ut dicit Alexand. *Conſil. 361 incip. alias de facto conſultus.* & Fra. de Ant. *Conſil. 6. col. ult.* ubi reſpondet quantum debeat eſſe cauſa approximata ad effectum, ad hoc ut deſtinatum dicatur eſſe pars illius ad quod deſtinatur, & iſta fuit opinio Feli. *in cap. cum adeo. de reſcript.*

[a] Vide ſummam Ang. verbo alienatio. §. 6. C. M.

Et ultra præmiſſa primò pondero tex. *in cap cum in cunctis. de ele. juncto cap. perpetuæ. eo. tit. in 6.* ubi dicitur quod eligentes ſcienter indignum ſunt privati poteſtate eligendi, *ut dicto cap. cum in cunctis.* quæ pœna non extenditur ad nominantes ſcienter indignum, licet res fuerit incepta & deſtinata ad futuram electionem, *ut dicto cap. perpetuæ. de electio. in 6.*

Secundò pro iſta parte pondero tex. *in cap. beneficium. de regul. & tranſeuntibus ad religionem. in 6.* ubi dicit quod ſi beneficiatus intraverit religionem & fuerit deſtinatus infra annum ad futuram profeſſionem faciendam per lapſum anni durante illa deſtinatione & proximitate temporis beneficium non dicitur vacare.

Tertiò pro iſta parte pondero dictum Doct. Abb. *in cap. fin. de deſpon. impub.* ubi dicit quod quoniam non conſtaret de potentia cognoſcendi uxorem per ſigna, quod ante ætatem completam non tenet matrimonium niſi in ultima die extremi anni.

Quartò pro iſta parte pondero illud quod beneficia non ſunt conferenda niſi Clericis: ut eſt tex. *in cap. ex literis. de tranſact.* ergo ſi iſte non fuerit Clericus quamvis deſtinatus, non tenet neque valet collatio.

Quintò pro iſta parte pondero quod ſunt duo genera Chriſtianorum, videlicet Clerici & Laici: *ut ca. duo ſunt genera. 12. q. 1.* Clerici ad ſpiritualia, Laici autem ad temporalia. *cap ſolitæ. de major. & obe. cap. lator. cap. cauſam matrimonij. qui filij ſunt legi.* ergo ſequitur quod beneficia non ſunt conferenda niſi Clericis.

7. Sextò pro iſta parte pondero tex. *in Cle. 2. de vita & hon. Cle.* ubi tex. dicit quod ille Clericus qui portat veſtes diſpartitas, non eſt habendus tanquam Clericus, ita quod beneficium non poteſt ſibi conferri.

8. Septimò pro iſta parte pondero tex. *in cap. cum deſideres. de ſent. excom.* ubi dicit tex. quod non eſt

Source : BIU Cujas

communicandum cum excommunicato : quamvis juraverit parere mandatis Ecclesiæ vel composuerit cum offenso.

Octavò pro ista parte facit quia si beneficium conferatur criminoso etiam occulto, quamvis destinato ad pœnitentiam, & licet illam egerit : tamen beneficium non potest sibi conferri : ut notat Dom. Abb. post Innoc. *in cap. inter dilectos. de excess. Præl.*

Nonò pro ista parte facit tex. *in cap. commissa. de elect. in 6.* ubi dicit tex. quod ille qui est de proximo privandus per lapsum anni à suo beneficio, quamvis sit certum quod infra illum annum non possit promoveri ad ordines requisitos suo beneficio, non erit privatus beneficio : quamvis certum sit illum esse destinatum ad futuram privationem.

9. Decimò pro ista parte facit, quia appellatione populi, Clerici non veniunt, *ut cap. duo sunt genera.* 12. *in cap. Cleros.* 21. *dist.* & *c. cum secundum. de præben. & dig.* & propter illas diversas qualitates jura distinctè loquuntur de Clero & populo.

Undecimò pro ista parte facit. *cap. si sententia. de senten. excom. in 6.* ubi si sententia interdicti proferatur in Clericum, populus interdictus non videtur, & è contra, & si uno ipsorum interdicto alius licitè admittitur ad divina : ergo datur intelligi quod appellatione populi Clerus non includatur, & idem è converso videtur, unde sicut appellatione Cleri populus non continetur, ita è contra appellatione populi non debet Clerus contineri. Et ista est communis resolutio & verior in judicando & consulendo, quod non valet collatio facta laico, licet reperiatur in habitu & tonsura Clericali. Nec obstat si dicatur, quod ista conclusio limitatur non procedere in laico sanctæ vitæ, ut est tex. *in §. his omnibus. 61 dist.* quia ad illud respondet ibi Arch. quod illa exempla specificata *in §. his omnibus*, continent miracula divina non trahenda in consequentiam : vel fuit secundum eum cum illis dispensatum : & illa quæ sunt concessa in privilegium singulorum, ut ait Hieronymus, communem legem omnino facere non possunt : ut est tex. *in ca non exemplo. 26. quæst. 2.* Et cum his sit expedita & bene declarata præsens Quæstio.

QUÆSTIO VII.

1. *In conferendis beneficiis quis præferatur, an dives vel pauper, aut nobilis, per totam quæst.*
2. *Abbas debet se melius cæteris induere.*
3. *Expensæ meliores sunt conferendæ & præstandæ familiaribus Cardinal. quàm cæteris.*
4. *In expensis rustico taxandis non habetur respectus ad equum, quia pedester ire debet.*
5. *Nobiles sunt hodie pro majori parte superbi, inimici popularium, gulosi & luxuriosi.*
6. *Divitiæ hodie nobilitant rusticos. numero 8.*
7. *Scientia præponitur formæ & pulchritudini corporis.*
8. *Malus qui semel fuit, si de crimine fuerit emendatus, præponitur illi qui nunquam peccavit.*
9. *Divitias licet appetere bono ordine & qualiter intelligatur illud ; quod impossibile est divitem intrare in regnum Dei.*
10. *Honor superioris datur quandoque alicui respectu amicorum vel officij.*
11. *Nobilitas quandoque alleviat pœnam.*
12. *Nobilis nullus dicitur qui facit artes mechanicas, & quomodo ex natalibus nullus fit nobilior.*
13. *Nobilis quis dicitur tribus modis, additur quartus modus, videlicet scientia.*
14. *Scientia non facit nobilem superbum, sed bene rusticum inflat.*
15. *Nobiles omnes jure naturali primævo nati sumus.*
16. *Rex primus fuit Asinas quærens de minima familia.*
17. *Nobilitatis animi quæ sunt signa num. seq.*
18. *Leo dicitur Rex animalium.*
19. *Doctoribus aliis præfertur Theologus.*
20. *In Episcopatu quis præferatur Theologus vel Canonista.*

Et consulatur Ecclesiæ, Papa sæpissimè parochialibus Ecclesiis in vicinio Hæreticorũ positis religiosos Mendicãtes, Doctores, Prædicatores, ruinis deformatos prioratus, secularibus divitibus commẽdat ad vitam, ut de suo restaurent Ecclesias & beneficia. I.

QUæro septimò. Quis sit præferendus in beneficiis conferendis, an dives, vel pauper, aut nobilis Clericus. Breviter colligendo dicta Doctorum potest responderi quod data paritate inter Clericos præferendus est ditior seu potentior pauperi, ut melius consulatur Ecclesiæ per potentiam seu divitias ipsius : & beneficium non datur sibi solùm ut inde vivat, sed uti bene regat & dispenset, ut tenet glos. *in cap. constitutus. in secundo. in verbo potentia de appella.* & ibi subdit Hostien. quod in istis debemus considerare qualitatem & situm Ecclesiæ : ut si Ecclesia indiget potentia vel divitiis, tunc potentia etiam præferetur scientiæ. *arg. c. officium. de electio.* ubi verò non indiget potentia tunc scientia præfertur potentiæ. *arg. c. cum causam. de ele.* & si Ecclesia indiget divitiis, puta quia est onerata, debilis, tunc divitiæ præferentur potentiæ & scientiæ. *arg. cap. hoc jus porrectum.* 10. *quæst.* 2. cessantibus autem prædictis considerationibus, ut puta, quia Ecclesia non indiget potentiis vel divitiis, tunc licet prædicta gradum adjiciant, [a] non tamen propter hoc reprobabitur electio facta de eo qui non est dives, vel potius ex quo aliàs est idoneus, & dicit Dom. Ab. insequendo doctrinam Host. *in dict. cap. constitutus.* quod doctrina ipsius Host. est valde ponderanda, quia tacitè sentit quod ubi Ecclesia indiget viro potenti ut puta, quia habet possessiones circa inimicos, vel indiget divitiis : tunc electio facta de non potenti vel divite, est retractanda, quod multum sibi placet assignando rationem, quia licet in se iste sit idoneus : non tamen est utilis Ecclesiæ, & Prælatus non solùm debet esse idoneus in se, sed etiam utilis Ecclesiæ. Et ibi subdit an quis præsumatur pro potente aut pro nobili, ipse allegat glo. *in cap. illud. 40 distin.* quæ præsumit pro nobili : est alia glo. in contrarium. *in cap. quoniam vetus. 24. quæst. 1.* quæ narrat quod cùm duo eligerentur fuit oppositum per alteram partem de impotentia alterius, replicatum fuerit quod Petro Piscatori Fabri filio succesSorem quærimus non Augusto, id est, cùm iste debeat succedere, non Imperatori, ubi consideratur splendor domus, sed in administratione Ecclesiastica, in qua præfuit Petrus, qui fuit Piscator & Filius Fabri, non est curandum de nobilitate. *cap. venerabile. de præben.* & hoc est intelligendum secundum doctrinam Hosti. supra relatam, nisi Ecclesia indigeat potentia. Idem etiam tenet & sequitur Feli. *in cap. cum adeo. per illum tex. col. 3. versi. nobilitas. de rescrip.* ubi dicit & tenet quod in beneficiis conferendis nobilitas & potentia habentur in consideratione : & idem secundum eum in victualibus præstandis, quia majora victualia sunt præstanda potentioribus quàm pauperibus, & familiaribus

[a] Ego teneo quod pauperior esset præferendus modo esset virilis non imbecillis. C. M.

Source : BIU Cujas

Cardinalium quàm aliis clericis, ut not. Feli. post Dom. Abb. *in cap. cum omnes. colum. 16. versi. adde* Dom. Abb. *de consti.*

2. Dicens quod Abbas debet se melius cæteris induere facit glos. *in cap. conquerente. de cleri. non resid.* & *in cap. clericus ab instanti. 21. quæst. 1.* & *in cap. cum adeo. in glos. fin. de rescript.* quæ etiam dicit quod in consideranda sufficientia beneficii attenditur nobilitas & dignitas clerici; facit *lex habitatio. ff. de ven. in pos. mit.* ubi cibaria præstanda sunt secundum dignitatem.

3. Et ibi subdit Nico. de Neap. quod meliores expensæ debent fieri familiaribus Cardinalium quàm aliis: ex quibus infert text. *in §. criminis. 25. dist.* quod peccatum est administrare pauperibus delicata cibaria, & dicit glo. *in l. item quæ. §. Labeo. ff. mandati.*

In concord. de reg. ad prælat. nom. §. consanguineis. nobilitas & doctrina eximia eodem pede ambulant, tamen in assecutione Bacalaureatus per triennium studuisse nobili sufficit §. præterea. de collat. in cõcord. I.

4. Quod in taxandis expensis rustici vincentis non computatur equus, quia debuit ire pedester, & dicit Inno. *in c. dudum. in 2. circa fin. de elect. in ver. item si Papa.* ubi sentit quod sola nobilitas absque litteratura est justa causa dispensandi super pluralitate: ut est text. *in cap. de multa. in fin.* ibi *sublimes & litteratas, de præben. & dig.* facit etiam glo. circa potentem, *in d. cap. constitutus. de appel.* & ibi Philip. post alios Doct. *col.* 5. ubi sequitur opi. Host. supra relatam quod quando potens præferatur pauperi, necessitas Ecclesiæ debet attendi: in simili etiam facit illud quod not. Hostien. & sequitur Dom. Abb. *in c. 1. de consang. & affini.* quod Theologus præfertur Canonistæ ubi pullulant hæreses; aliàs præfertur Canonista. Item etiam tenet sanctus Thom. *quolibeto 6. articul. 9.* ubi dicit quod licet Episcopus conferendo beneficium debeat præferre meliorem bono *c. licet. 8. quæst. 1.* tamen potest aliquis dici melior duplici de causa: videlicet, quia est sanctior plus habens de charitate. Alio modo dicitur aliquis melior quoad aliquid: unde aliquando contingit aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc quod beneficium percipiat, quia alius potest magis juvare Ecclesiam vel consilio doctrinæ aut auxilio potentiæ: vel quia diutius servivit in Ecclesia. non ergo Episcopus tenetur dare meliori simpliciter nisi inspecta qualitate Ecclesiæ præmissa. Limitat Feli. ubi supra, nisi superior sciat istum utiliorem Ecclesiæ esse malum, quia quamvis possit juvare Ecclesiam ratione divitiarum: tamen in talibus requiritur per maximè bonitas vitæ, aliàs sine peccato non potest exercere curam: & istud non esset præferre minus bonum, sed simpliciter malum: ita tenet magister Robertus de Lertio *in suo quadragesimali sermone. 34. incip. Si quis voluerit major fieri.* alleg. Albertum magnum dicentem, quia promoventes ad ordines, vel curam scienter indignum absque dubio peccant mortaliter, nec nobilitas excusare potest quod promoveatur malus, & quanto nobilior, tanto debet esse docibilior, & contra nobiles invehit Bal. *in l. per adoptionem. ff. de adopt.*

5. Ubi dicit quod nobiles pro majori parte sunt superbi & inimici popularium, gulosi & luxuriosi plusquam populares: & tales qui virtutibus abutuntur nunquam sunt dicendi nobiles ex quo nobilitas sola illa est quæ animum moribus ornat. de qua. *in cap. venerabilis. de præben.* & ex quo nobilis dicitur à sanguine claro: ut not. *in cle. 2. in prin. de sent. excom.* & ibi Landulpus & Card. inquit Juvenalis.

Totalicet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est ac unica virtus.

6. Et dictum Bal. procedit hodie prout astra disponunt, quia rustici omnes per divitias nobilitantur: & ut nobiles regnant in vitiis, nobiles verò pervenientes ad paupertatem & viles artes ignobiles reputantur & non nobiles, ut not. Soci. *cons. 247. in c. elegantes. in 2. parte.* Et sic dicatur quod alius non sit ita utilis omnino, ista ratio nil valet, quia utilitas spiritualis temporali est præponenda: nec excusat paucitas ministrorum Ecclesiæ secundum Albertum, quem supra retuli, & dicit Arch. Flo. *in 2. parte suæ summæ. de statu summi Pontificis:* quod si contingat aliquos assumi ad Pontificatum, qui non sunt boni homines, sunt tamen aliquando boni Prælati propter prudentiam & scientiam quæ conferunt ad regimen aliorum, & in hoc secundum eum apparet singularis prudentia Dei, quæ regit Ecclesiam suam etiam mediantibus malis prædictis, tex. *in §. fin. in fin. 83. dist.* ubi dicitur quod prædicatio criminosi Sacerdotis non debet contemni, quia teste Hieronymo. Sicut liscivia per cinerem humidum fluens lavat & non lavatur: ita bona doctrina animas credentium lavat à sorde peccatorum. facit *cap. si fuerit 1. quæst. 1.* ibi per lapideos canales transit aqua ad areolas, ex quibus forte limitatio Alberti Magni est dubia, maximè quando electus esset malus: & hoc etiam occultum, quia licet Prælatus sciret, tamen non videtur imminere damnum spirituale, quia talis malus potest etiam bono exemplo ædificare bonos mores: & per illa potest intelligi *cap. venerabilis. de præben.* & quod not. glos. *in cap. quoniam vetusto. 24. q. 1.* de electoribus Papæ quam supra retuli, qui redarguti quod illi præferant ignobilem, responderunt Petro, piscatorem successorem quærimus non Augusto: & dicit Bal. *in l. in dando. ff. de tut. & cura. dandis*, quod nobilitas sola non supplet literaturam in Clerico, & dicit glo. *in l. societatis. ff. pro socio*, quod in Canonicatu non minus debent poni literati quàm nobiles: & in hac materia capitur nobilitas secundum communem usum loquendi pro potentia sanguinis & divitiarum, aliàs autem largo modo sola literatura facit quem nobilem, ut not. Cy. *in l. providendum. per illum tex. C. de postu.* & Ludo. *in l. si vero. §. de viro. 54. fallentia. solu. matri.* & ille qui habet virtutes est præferendus illi qui est natus de nobili genere carens virtutibus: ut not. Car. Alex. *in cap. illud. in 3. notabi. per illum tex. 60. dist.* & dicit glo. *in cap. nunquam. in verbo nescio. 56. dist.* quod ille qui est natus ex parentibus prorsus alienis à virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, dicitur melior, quàm ille qui natus de bonis parentibus, licet etiam ipse sit bonus: & sic circa istum articulum tenenda est opi. Hostien. quam suprà retuli, & istud est arbitrandum secundum discretionem superioris inspectis qualitatibus Ecclesiarum & personarum, ut in simili not. Dom. Abb. & Hostien. *in d. c. constitutus. de appel.* & ibi subdit Dom. Phil. Decius quod cæteris paribus potentior & ditior præponitur: & in simili alle. Bal. *in l. nemini. circa fi. ff. de advo. diver. jud.* ubi dicit quod data paritate in scientia præhonoratur ille qui est de meliori sanguine, & Bar. *in l. 1. ff. de obseq. liber.* tenet quod quando eo tempore aliqui Doctorati sunt, tunc ætas & aliæ conditiones debent considerari: sicut Doctor in utroque jure præfertur habenti unum gradum, ut not. Doct. *in cap. clerici. de judi.* & hoc debet intelligi cæteris paribus, ut not. Joan. de Ana. *in cap. quinto. de Magi.* & idem Dom. Decius ubi suprà insequendo Host. quod in istis debet attendi illa qualitas quæ magis expedit Ecclesiæ allegando Host. *in cap. 1. de consan. & affin.* Et istud ita procedit quod si aliter qui non expediret Ecclesiæ eligatur non valeret electio, ut not. Doct. *in d. c. constitutus.* tamen Imo. ibi tenet contrarium, videlicet quod non retractetur electio aliàs facta de idoneo: tamen secundum eumdem Dom. Philip. Decium ubi supra probabilior videtur illud quod ibi tenet Hostien. & Dom. Abb. quia quando Ecclesia indiget tali qualitate quæ in electo non concurrit, non videtur idoneus ille qui eligitur, quia per eum utilitati Ecclesiæ non consulitur contra istum text. & ibi subdit quod scientia præponitur potentiæ, quod intelligitur quando Ecclesia non indiget potentia, & potentia non

Source : BIU Cujas

ſupplet defectum litterarum in Clericis. ut no.

7. Bal. *in l. in dando. ff. de tuto. & cura. dandis.* ſic etiam formæ & pulchritudini corporis ſcientia præponitur, ut in rectoribus ſcholarium: ut no. Bal. *in proœ. decre. col.* 11. *ver. ſed pone.* ubi tenet quod ſi duo electi ſunt in rectores paribus ſuffragiis, & alter parum ſcit, ſed habet pulchram perſonam: alter verò gibboſus eſt, ſed doctus, ſecundum eum doctus gibboſus præponitur.

8. Ex quibus idem Decius ubi ſupra ſubdit, quod ille qui fuit malus & nunc emendatus de crimine, bonus fit, præponitur illi [a] qui ſemper bonus fuit: ut no. glo. *in ca. fidelior.* 50. *diſt.* & Ro. *ſingu.* 534. *incipien. Sunt electi duo Rectores.* & Dom. Abb. 3. *cap. dudum. in* 2. *de ele.* Et pro ornamento iſtius materiæ ſunt quatuor qualitates, quibus aliquis dicitur major altero, videlicet per divitias. ut no. Dom. Abb. & Feli. *in cap. ſup. eo in* 1. *de teſti.* ubi tenet quod divitiæ exaltant hominem: & ſic non ſunt reprobatæ. *cap. hæc ſcimus. in fi.* 30. *diſt.* glo. *in cap. habebat Dominus loculos. & in cap. Clericus.* 12. *quæſt.* 1. & dicit Bal. *in c. nam concupiſcentia. de conſt.*

a Falſum eſt cæteris paribus. C. M.

9. Quod licitum eſt appetere divitias bono ordine & bona conſcientia ceſſante omni fallentia, ſicut faciunt boni Doct. ſalariati, & boni, & laudabiles mercatores. Iſtud limitatur quando eſt prohibitus hanc negotiationem exercere. *l. ſed ſi abjiciatur. ff. pro ſocio.* & no. Bar. illum tex. *in l ſi quis ſtipulatus fuerit. §. fi. ff. de verb. obli.* ubi divitiæ ſine moribus faciunt videre aliquem non idoneum: & ſecundum iſtud eſt intelligendum illud *camelum intrare, &c. quàm divitem in regnum Dei.* ut no. Fel. *in dict. ca. ſuper eo. de teſti.*

10. Secunda qualitas ſuperioritatis dicitur potentia reſpectu amicorum. ut no. Dom. Abb. per illum tex. *in cap. ſuper eo. de teſti.* alleg. tex. gl. *in c. conſtitutus. in* 2. *de ap.* facit. *cap. officij. de ele.*

Tertia qualitas ſuperioritatis eſt præeminentia honoris, & illud exponunt Doct. quando eſt judex, Ballivus, Doctor, Conſiliarius Principis: ut no. Doct. *in dicto cap. ſuper eo. de teſti.*

11. Quarta qualitas ſuperioritatis eſt nobilitas, & colligunt Doct. *in dicto cap. ſuper eo.* quod per Canones fit diſtinctio inter nobiles, & ignobiles, & cæteris paribus nobiles præhonorantur. *cap. de multa. de præben. & cap. pe. eo. tit.* facit gl. *in cap. qui contra paren.* 23. *quæſt.* 1. ubi propter nobilitatem alleviatur pœna, de materia nobilitatis no. Bart. *in repe. l.* 1. *C. de dig. lib.* 12. & dicit tex. *in cap. numquam.* 56. *diſt.*

12. Quod ex natalibus nemo unquam fit nobilior, facit gl. in ver. *invidia. in dicto. ca. quoniam vetuſto.* 24. *quæſt.* 1. Et nullus poteſt dici nobilis qui facit artes mechanicas, ut eſt tex. & ibi Bal. *in l. nobiliores. C. de commer. & merca.* & filii nati ex nobili nupta plebeio non ſunt nobiles, ut no. Bal. *in l. fi. C. de ſer. fug. & in l* 2. *col.* 2. *de jure emphy.* facit tex. *in l. exemplo. C. de decu.* per quem tex. dicit ibi Bar. probari quod nobilitas non trahitur à genere materno, etiam ſi ſtatutum vel conſuetudo id diſponit & illegitimus natus ex nobilibus non poteſt dici nobilis: ut no. Bal. *in l. cum legitime. ff. de ſtatu ho.* & Imo. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col.* 14. *ff. ad Treb.* & Bar. *in d. l.* 1. *col* 5. & dicit Bal. *in dicto cap. ſuper eo. de teſt.* quod nobilitas compenſatur cum pecunia: & ſatis eſt nobilis qui eſt dives ſecundum eum, pro quo facit illud Hierony. ad Cromatium. In patria mea ille ſanctior eſt qui ditior eſt, & multo fortius eſt nobilis ille qui habet famam illuſtrem. facit *l. fi. C. de condi. inſ.*

13. Et nobilis dicitur tribus modis.

Primo modo, propter ſtirpem, & ita vulgaris accipit, ut no. Feli. *in dicto. cap. ſuper eo. de teſti.*

Secundo modo dicitur nobilis propter virtutem, & ita intelligit Philoſophus.

Tertio modo dicitur nobilis propter utrumque, & illa eſt perfecta nobilitas, ſcilicet generoſitas, quaſi magnitudine decorata, ut no. Bal. *in d. l. nobiliores.* & boni mores & virtutes ſunt ſpecies nobilitatis. ut no. Bar. *in l. fi. C. de condi.* & nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili: ſed nobilis non virtuoſus non præfertur ignobili excellenti virtutibus: ut no. Dom. Ab. *in cap. venerabilis. de præben. per illum tex.* quod non valent ſtatuta quæ volunt Canonicos debere eſſe nobiles, quia nocent virtuoſis ignobilibus: ut no. Roma. *ſingu.* 501. ubi tenet Epiſcopum non poſſe diſpenſare contra tale ſtatutum. alleg. Innoc. *in cap. fi. de Cler. non reſi.* & dicit idem Rom. *in ſing.* 47. quod nobilitas ſcientiæ, præfertur nobilitati generis, dicit Hieron. ad Celantiam, vera eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus, & Caſſio. in Epiſtola. Hæc eſt indubitata nobilitas quæ moribus probatur & ornat. Et Juve.

Nobilitas ſola eſt ac unica virtus.

Et Ariſto. *in* 3. *polit.* Ingenuitas eſt virtus ad quam divitiæ antiquæ. Et Seneca ad Lucilium. *Animus nobilem facit cui ex quacumque cauſa licet ſupra fortunam ſurgere:* & in libro de Moribus.

Nobilitas eſt generoſus animus.

Et Claudianus.

Exaltat virtus nobilitate parens.

& Tullius contra Saluſtium. *Ego moribus meis virtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerant à me nomen excipiatur.* Tamen poteſt dici quod ubi fit mentio de nobilibus in ſtatutis, intelligitur de illis quos communis uſus loquendi appellat nobiles: ut no. Bar. *in d. l.* 1. *C. de dign. l.* 12. & ſic puto eſſe intelligendas regulas Cancellariæ, quæ præferunt nobiles ignobilibus: & ſi duo ſunt æquales in ſcientia, ille eſt magis honorandus qui eſt de meliori ſanguine, ut no. Bald. *in l. nemini. C. de advo. diver. judi.*

14. Et ſcientia non facit nobilem ſuperbum, ſed ruſticum bene inflat. ut no. Bal. *in l. mercalem. C. de condi. ob turpem cau.* & multiplicatur gloria domus alicujus, videlicet divitiis & aliis ex nobilitate generis unde ſe jactant, quia nati ſunt de ſtirpe Regis vel alicujus magni Principis, vel de magna familia, & fama, & hujuſmodi: ſed multum varia & irrationabilis eſt iſta jactantia.

15. Nam omnes ſumus geniti prima noſtri origine ex uno bono patre Adam, non enim fecit Deus unum Adam de argento, vel auro, ex quo orti ſunt nobiles, & alium de luto, ex quo nati ſunt ignobiles, ſed fecit Deus unicum Adam de limo terræ, ut Gen. 1. c. dicitur, aut ergo omnes nobiles, aut omnes ignobiles, unde Malach. 2. dicitur, *Nunquid non Pater omnium noſtrorum unus Deus, unus creavit nos, quare ergo deſpicit proximum ſuum unuſquiſque veſtrum?* ſcilicet jactando ſe de nobili familia natum: ſed ſi aliquid magni eſſet in tali nobilitate generis, magis eſſet illorum à quibus deſcendit, quam unde non habet ipſe inde gloriari vel ſe jactare, ſed potius illi unde Sene. *Venio in gloriam veſtram dixit, nec quid ante nos fuit noſtrum eſt, animus nobilis facit: ne autem homines multam æſtimationem facerent de hujuſmodi nobilitate generis Deus jam videtur contigiſſe.*

16. Nam in veteri Teſtamento primum Regem de minima familia aſinas quærentem ſcilicet ſalutem, aſſumpſit ſervum, ſolus ſcilicet David ſuſtulit eum de gregibus divinis minimum inter fratres, in tempore gregie legit piſcatores ignobiles in principes cæterorum, ut dicit Apoſto. 1. ad Cor. 1. *Videte vocationem veſtram fratres, non multi nobiles, non multi potentes, non multi ſapientes, ſed quæ ignobilia & contemptibilia ſunt eligit Deus ut confundat fortia:* non ergo æſtimatur etiam à Themicis ſapientibus nobilitas carnis, ſed animi ex optimis moribus reſultans, unde Sene. *Nemo altero nobilior niſi cui rectius ingenium, & bonis actibus aptius.* Et Plato inquit, *Neminem Regem niſi*

Source : BIU Cujas

ex civibus oriundum esse, neminem servum nisi ex regibus, omnia ista longa varietas miscuit & sursum & deorsum fortuna adversavit. Hæc ille. Sicut autem ex eadem radice procedit spina & rosa, rosa quidem nobilis est & grata, quia non cessat beneficium facere eis qui juxta eam sunt, scilicet odorem suum spargendo: spina vero vilis & exosa, quia pungit quos tangit: ita ex eisdem parentibus nascuntur aliquando duo, unus verò nobilis minoribus gratiis serviens omnibus aliis, cui nobilis gravis & displicet & cunctis, sicut pote de Esaü, & Jacob, uterinis & de Tito & Domitiano filiis Vespasiani Imperatoris, nobilitas ergo vera est animi quæ moribus ornatur.

17. Ut inquit Sapiens, *Signa hujus nobilitatis animi sunt liberalitas, mansuetudo, virilitas, magnanimitas, gratitudo.*

Primum signum nobilitatis est liberalitas. Nam & Deus qui nobilissimus est, liberalissimus est: quanta enim est ejus liberalitas, ut non solùm sua, sed & seipsum dederit, & non solùm suis & sibi servientibus, sed etiam hostibus: *Iste enim solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos*, ut Math. 5. cap. ad dandum fecit, quodcumque fecit: nam creaturas rationabiles fecit, ut eis daret, irrationales ut eas daret.

18. Leo qui dicitur rex animalium & nobile animal, est liberale, unde & Aristo. dicit, quod est animal communicativum: è contra ergo non dare est magna rusticitas: quidam milites interrogaverunt semel magnum Alanum audita fama ejus scientiæ, quæ esset maxima curialitas, & nobilitas, & respondit quod dare, quod cùm placuisset eis, interrogavit ipse eos ut conferrent ad invicem super hoc quid esset maxima rusticitas: & cùm conferendo non concordarent: nam unus dicebat unum, alius aliud. Respondit Alanus: Ego posui vos in via solvendæ quæstionis & nescitis considerare, nam si curialissimum esset dare, sequitur quod rusticum sit, ejus contrarium scilicet auferre: & ideo vos estis rusticissimi qui incessanter aufertis à pauperibus.

Secundum signum veræ nobilitatis est mansuetudo & misericordia: ut ait Seneca, nullum enim magis ex omnibus quàm clementia Regem & Principem decet. Proverbio. 20. *Mansuetudo & veritas custodiunt Regem, & clementia firmatur thronus ejus.* 3. Reg. 20. cap. *Reges Israël clementes sunt. Rex apum solus non habet aculeum, cùm omnes aliæ apes habeant: quod iracundissime in vulnere compungunt, relinquunt.*

Tertium signum nobilitatis est virilitas in eos qui repugnant: unde militibus datur ensis quo uti debeant in hostes non subjectos, & si in hostes corporis, multo magis in hostes animi, scilicet resistendo tentationibus, ne efficiantur servi diaboli: à quo enim quis victus est ei servus addictus: & servus permaximè est contra nobilitatem.

Quartum genus nobilitatis est animi magnitudo, qua quis modica contemnit & magna appetit, unde non sunt veri nobiles qui ponunt amorem suum in uno milite potius quàm in cæli Rege: & cùm omnis terra sit unus punctus respectu cæli, & omnia quæ sub sole sunt vanitas sunt: non nobiles, sed viles sunt qui appetunt, & finem suum ponunt in terrenis, cælestia contemnentes.

Quintum signum nobilitatis est gratitudo, demum multiplicatur aliquando gloria domus iniqui in diversis corporalibus bonis, in quibus vani homines se jactant ut in sanitate, & dicitur Jacobi 4. cap. quæ est vita nostra vapor ad modicum parens, & deinceps æstimabitur, nullum animal reperitur ita infirmum sicut homo: & ita lesibile: jactat se aliquis de pulchritudine, ut dicitur Proverbio. ulti. cap. fallax gratia, scilicet humana & vana, & pulchritudo citò admittitur, & nisi cum amore Domini conjungatur, occasio est multorum malorum sibi & aliis; sicut patet in Maria Magdalena quæ erat in civitate peccatrix: & de istis nobilitatibus vide Arch. Flo. *in 2. parte suæ Summæ. titu. 4. cap. 4. §. 6.* sicut scientia præfertur scientiæ.

19. Ita Theologus præfertur aliis Doctoribus scientiarum: ut tenet glo. *in cap. unico. §. insuper.* in verbo *habeant. de colla. in prag.* & ita etiam tenet Aug. de Anchona. *in lib. de potestate Ecclesiastica.* & Archiepiscopus Floren. *in 2 parte suæ Summæ. tit.* 21. §. 8. ubi tenet quod cæteris paribus magis est eligendus in Papam Theologus quàm Jurista per triplicem rationem. Primò est ex parte Ecclesiæ cui præficitur, per quam non intelliguntur muri, ædificia, & processiones, ex quibus insurgunt litigia quæ tolluntur per jura, sed animæ fidelium. *cap. Ecclesia. de conse. dist.* 1. quæ informantur de fide & moribus per Theologiam: nec Christus mortuus est pro temporalibus bonis: imò ea contempsit, scilicet pro redemptione animarum & salute. *cap. 1. de ele. in prag. circa prin.* & per prædicationem sacræ Scripturæ. Secundò ex parte scientiæ, quia summus Pontifex præficitur: sicut enim ipse præfertur omnibus Prælatis & Pontificibus. *2. quæst. 7. c. puto.* ita scientia qua debet esse præditus, præfertur omnibus scientiis. Tertiò ex parte judicij: est enim Papa Judex omnium quæstionum emergentium. *c. per venerab. §. sane. qui filij sint legi.* constat autem quod jura non corrigunt omnia mala, sed multa dimittunt impunita, & per Theologiam omnia vitia reprehenduntur, & punienda extendunt.

20. Et qui autem esset bonus Canonista, & alius Theologus, Canonista præfertur Theologo. ut no. Host. & Dom. Ab. *in c. 1. de consang. & affi.* & Feli. *in c. cum adeo. de rescrip.* & Doct. *in c. Clerici. de judi.* gl. *in d. c. unico. §. insuper.* in verbo *habeant. de colla. in prag.* ubi etiam limitant illud dictum non habere locum quando essent hæretici, aliàs Canonista præfertur, & rationem assignant: quia non est bonus Canonista, qui prædicare nescit: ex solis enim canonibus posset sermonem eleganter formare: cùm omnes leges & Canones ad honorem Dei, & salutem animarum & Ecclesiæ regimen factæ sunt. de qualibet potest quilibet secundum quod congruum sibi videbitur, ut no. glo. ubi supra alle. *c. 1. 10. distin.* & *c. novit. 12. dist.* si autem Ecclesia consistit in spiritualitate & hæreticis vicina est, tunc erit Theologus præferendus. *c. in causis. de elec. in fi.* & *c. excommunicamus. §. fi. qui mixtum. de hære.* ita etiam tenet. Dom. Ab. *1. c. fraternitati. de cle. non resi.* & ideo infert Cardi. Alexan. *in proœ. decre.* quod post Theologiam scientia juris Canonici dignior est cæteris: imo dicit idem Cardi. Magistrum Theologiæ præferendum Doctori juris Canonici, & Doctorem Canonicum præferendum Doctoribus aliarum scientiarum: ut no. Joan. An. *in ca. Clerici. de judi.* nisi essent Doctores ignari: nam ex quo dicerem bonum Doctorem Legistam præferendum doctorello ignaro Canonum. *c. quæ ipsis. 38. dist.* dum narrat plura quæ requiruntur ad sacerdotes, & subjicit: quod si unum defuerit sacerdotis nomen vix constabit. facit glo. in verbo *omnino. in §. ordinatione. in auth. de Monachis.* & Lud. Ro. post Aug. *in l. eum qui. ff. si cer. pe.* & Bal. *in suprascriptione ff. in fine.* & Archi. *in c. de quibusdam. 31. dist.* facit. *l. 1. C. de Apost. 6.* & *l. 1. C. de anno. civi. lib. 11.* & ibi Bar. *in l. Magistros. c. de profess. & medi. li. 10.* Bal. *in l. 3. C. de tiro.* ubi dicit Doctorem juvenem non habere privilegium Prælationis, & dicit Jo. And. post Hosti. *in cap. 1. de consang. & affi.* quod in beneficiis conferendis præferendus est Canonista Theologo, nisi beneficium esset in loco ubi hæreses pullularent: ut no. Gemin. *in ca. Episcopos. 18. dist.* & propter hujusmodi excellentiam in qua versantur illi qui in aliqua scientia sunt doctorati dicimus illos, ut dicunt Doct. *in proœmio. ff.* & ibi Alb. præclaris nominibus honorandos, & ideo dicemus etiam illos esse in honore, ut notat. Bar. *in l. generaliter.*

In concord. §. statuimus. de collat. Doctor Theologus, Doctori in jure Canonico. Doctor in jure Canonico, Doctori in jure Civili. Doctor in jure Civili, Doctori in Medicina præfertur. I.

Source : BIU Cujas

generaliter. §. 1. *ff. de decurio* & dignitatem habere dicuntur : ut notat Bar. *in prima constitutione. C.* & not. Doct. *in l. ex eod. ff. de test. mili. in prin.* & *in l.* 1. *in princip.* & ibi Bald. *ff. de jurejuran.* & Bar. *in l. fi. C. de Judæis.* & *in l. generaliter.* §. 1. *de decurio.* & dicit Barto. *in l. omnes. C. de decurio. lib.* 10. quod Doctor in medicina dicitur habere dignitatem : & idem est dicendum in Doctore artium. ut no. glos. *in l. Julia. in prima. in verbo oratores. ff. ad l. Juliam.* & etiam sola ratione dignitatis Doctoratus Doctor dicitur nobilis. *ut l.* 2. §. *fi. ff. de excus. tut.* & Bart. *in l. judices. C. de dign. lib.* 12. Bald. *in l. nemini. C. de adv. diver. jud.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO VIII.

1. *Papa quando possit conferre beneficium indigno. nu.* 15.
2. *Dispensare quibus casibus Papa recusat, & non possit usque ad finem quæstionis.*
3. *Testis jurare debet, & hoc de jure divino.*
4. *Furtum quod non committatur potest facere pars ubi remittit rem substrahendam. Fallit si fieret contra jus divinum.*
5. *Papa non potest facere de peccato non peccatum.*
6. *Papa facere non potest ut mendacium jocosum sit peccatum, licet possit prohibere.*
7. *Dispensare non potest Papa ut matrimonium valeat, in quo non intervenit consensus.*
8. *Papa non potest facere novos articulos fidei aut editos removere.*
9. *Dispensare non potest Papa cum Rege habente uxorem sterilem, ut aliam ducat.*
10. *Papa super quibus non possit dispensare etiam de potestate absoluta, & quomodo non potest sibi successorem eligere.*
11. *Alienare potest Papa res Ecclesiæ.*
12. *Papa non potest dare non Presbytero facultatem conferendi Sacramentum Eucharistiæ.*
13. *Dispensare non potest Papa in præjudicium tertij super juramento aut voto sine causa.*
14. *Papæ constitutio est fundata jure divino & ipsum astringit.*
15. *Papa non subjicitur constitutionibus suis aut prædecessoris sui.*
16. *Papa in quibus casibus potest dispensare.*
17. *Episcopatus duos potest facere Papa de uno.*
18. *Dispensare potest Papa super matrimonio contracto per verba de præsenti, non tamen consummato copula carnali.*
19. *Imperatorem potest Papa deponere.*
20. *Papa Regem Franciæ potest deponere.*
21. *De articulis fidei cognoscit Papa, & ardua explicat.*
22. *Papa præfertur toti concilio & solus transfert Episcopatum de uno Episcopatu ad alium, & dicitur tenere fidem.*
23. *Papa multipliciter sic vocatur.*
24. *Judex esse potest Papa in causa sua propria.*
25. *Papa quomodo potest seipsum absolvere, & se submittere jurisdictioni laici & de Monacho non Monachum facere.*
26. *Clausula ex certa scientia Papæ quomodo importat dispensationem: & ex quibus verbis resultet clausula ex certa scientia. num.* 28.
27. *Papæ quibus casibus non est obediendum : ubi mandat quod sub pœna excommunicationis mandatum exequatur.*

QUæro octavò. An Papa possit conferre beneficium indigno & an subditi debeant sibi obedire ? & primo pro parte negativa videretur quod non posset : nam si præcipiat aliquid in quo contineatur scandalum in Ecclesia, non est sibi obediendum, quia Deus qui est superior præcipit malum vitandum, & potius est Deo obediendum, quam ejus vicario : ut no. Dom. Ab. *in ca. cum teneamur.* per illum. tex. *de præb. & dig.* & *in c. inquisitioni. de sent. excom.* facit. *ca. si is qui præst.* & *ca. Iulianus.* & *ca. si Dominus.* 11. *q.* 3. & sic ergo videtur quod beneficium non possit conferri indigno.

Ad istud potest responderi, quod illa jura habent locum in concernentibus jus divinum, & continentibus pactum : quia in illis non est obediendum Papæ, sed potius Deo : sed in concernentibus jus positivum obediendum est Papæ, ut est causa beneficialis. *cap proposuit. de concess præb.*

2. Secundo pro ista parte facit, quod Papa non consuevit dispensare, nec legitur quod unquam dispensaverit super cognatione spirituali, ut inter illos conjunctos sit matrimonium : ut no. Dom Abb. *in ca. fi. de purga. cano.* & dixi *in tract. meo. de jureju. sup.* 4. *parte.* & *in* 1. *q. col.* 8.

Ad istud potest responderi quod non sequitur quin Papa possit dispensare si voluerit. Tertiò pro ista parte negativa facit : quia Papa non recepit potestatem resuscitandi mortuos, infirmos curandi, quia Christus videtur sibi istud reservasse. *per ca. quærendum. de pœn. dist.* 2. quia solum videtur sibi data potestas super necessariis : non autem super voluntariis, quia illa non requirunt aliquod remedium, facit gloss. *in clem.* 1. *de summa Tri.* & istud est de jure naturali ; & jus naturale est immutabile. 5. *dist. per totum.* ergo, &c.

Ad istud etiam respondetur quod Papa non facit aliquid contra jus naturale : secus contra jus positivum : ut in præsenti casu.

Quartò pro ista parte facit, quia Papa recepit potestatem à Christo pascendi, non potestatem necandi. *ca. significasti. de ele.*

Ad istud etiam potest responderi quod illud arg. procedit in concernentibus jus divinum : secus in concernentibus jus positivum.

Quintò pro ista parte facit, quia Papa nil potest facere nisi quod Deus fecit. *ca. cum æterni. de sent. & re judi.* & Papa illud ostendit ligatum in terris quod est ligatum in cœlis gloss. *in ca. quocunque.* 14. *quæst.* 1. facit tex. *in c. à nobis. in* 2. *de sent. excom* & illa auctoritas. *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis.* intelligitur, dum tamen justè, & clave non errante, ut no. Abb. per illum tex. *in c. à nobis. in* 2. *de sent. excom.* sic ergo videtur dicendum quando confert beneficium indigno.

Ad istud potest responderi ut suprà proximè fuit responsum.

Sextò pro ista parte facit, quia Papa non potest generaliter statuere ut usuræ statuantur, quia faceret

Source : BIU Cujas

contra Evangelium in quo dicitur : *Mutuum dantes, & nihil sperantes :* ut not. Feli. *in c. fi. circa fi. de major. & obed.*

Ad istud potest responderi ut suprà proximè fuit responsum.

Septimò pro ista parte facit, quia Papa non potest dispensare, ut stetur dicto unius testis in præjudicium alterius partis, ut est text. *in c. judicas. 3. q. 9.* quia istud est de jure divino, ut requirantur duo vel tres testes. Juxta illud : *in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.*

Ad istud potest responderi, ut suprà in aliis fuit responsum.

3. Octavò pro ista parte facit, quia Papa non potest dispensare, ut in ferendo testimonio in judicio non interveniat juramentum, quia hoc est de jure divino quod testis juret, ut legitur. Gen. 30. cap. ubi Jacob voluit testimonium soceri sui Laban confirmare per juramentum, etiam ita tenet August. de Anchona. *in tract. de potestate Ecclesiæ.* & si pars potest remittere hoc juramentum. *c. tuis. de test.* quare etiam Papa non potest hoc remittere.

4. Dicendum est quoniam istud argumentum est fallacia, sicut in simili dicitur quod pars remittendo rem subtrahendam potest facere quod non sit furtum: tamen Papa non potest facere quod res subtracta non sit furtum : ut notat. Feli. *in c. constitutus. colum. 8. de rescript.* & idem videtur dicendum in dispensatione facienda super beneficiis concedendis indignis.

Ad istud respondetur, quia contrarium habet locum quando faceret contra jus divinum, secus quando contra jus positivum.

5. Nonò pro ista parte facit, quia Papa non potest facere de peccato non peccatum : & illud est sibi reputandum impossibile, ut no. Car. Flo. in repetit. *c. perpendimus. col. 7. de sen. excom.*

Ad istud respondetur ut supra in aliis fuit responsum.

6. Decimò pro ista parte facit, quia Papa non potest facere ut mendacium jocosum sit peccatum mortale, licet possit præcipere ne fiat mendacium jocosum. ut no. Fran. de Merone. *in quarto sententiarum. dist. 19.* dic ut supra.

7. Undecimò pro ista parte facit, quia Papa non potest dispensare ut valeat matrimonium in quo non intervenit consensus. ut no. Joan. And. *in c. per venerabilem. qui filij sint legi.* dic ut supra.

8. Duodecimò facit, quia Papa non potest facere novos articulos fidei aut editos removere, ut not. sanctus Thom. *in 4. sent. dist. 17.* dic ut supra.

9. Decimo tertiò facit, quod Papa non potest dispensare cum Rege qui habet uxorem sterilem, ut aliam possit ducere aut habere concubinam : quia scriptura dicit : *Erunt duo in carne una ;* ut no. Bal. *in c. lator. de re judi.* & Feli. *in c. quæ in Ecclesiarum. col. 6. de consti.* dic ut supra.

10. Decimo quartò, facit quia Papa non potest tollere in totum jus divinum tanquam inferior. *Cle. ne Romani. de ele.* quia jus divinum est immutabile. *ut 6. dist. per totum.* licet ex causa possit interpretari : ut no. per glo. & Doct. *in c. à nobis. de dec.* dic ut supra.

Decimo quintò facit, quia Papa non dispensat nec limitat jus divinum, ubi aliàs non reperitur limitatum, puta si Papa vellet dicere ut quis possit contrahere matrimonium cum matre, ut no. Feli. *in ca. quæ in Ecclesiarum. colum. 4. de consti.* & Bald. *in l. fi. c. 2. si contra jus vel uti. pub.* ubi dicitur quod virtute statuti permittentis occidere bannitum, non est illicitum mulierem bannitam adulterare, [a] cùm adulterium nunquam sit de jure permissum. dic ut supra.

Decimo sextò facit, quia Papa non potest facere quod ipsemet non sit animal rationale, vel solutus legibus naturæ. not. Bald. *in c. fi. si de feud. fue. contro. inter domi. & agna.* & not. Feli. *in c. 1. colum. 8. de constitutio.* dic ut supra.

Decimo septimò pro ista parte facit, quia Papa non potest sibi eligere successorem, quia illa electio refertur ad tempus in quo non est Papa, ut no. Dom. Ab. *in c. accepimus. de pact.* facit gloss. *in §. his omnibus. 8. q. 1.* Archi. *in c. si transitus. 9. dist.* Joan. de Lignia. *in Clem. ne Romani. de ele.* dic ut supra.

Decimo octavò facit, quia Papa in causis in quibus non habet plenam potestatem in præjudicium tertii non potest dare fidem scripturæ privato. ut notat Dom. Abb. *in c. 1. in 2. not. de fide instru.* facit *Clem. Pastoralis. de re judi.* not. Dom. Abb. *in c. cum nobis. colum. 2. de testibus.* dic ut suprà.

Decimo nonò facit, quia à mala informat one Papæ Clericus potest appellare, ut no. Dom. Phili. Dec. *in c. cum omnes. in 2. lectu. de constitu. per l. 1. §. quæsitum. ff. de appella.* dic ut supra.

Vigesimò facit pro ista parte, quia Papa non potest quem privilegiare, ut non teneatur venire ad eum, aut sit exemptus à Romana Ecclesia, ut no. Joan. An. & Dom. Abb. *in c. cum instantia. col. 2. de censibus.* quia cùm Papa teneat locum Dei. *in 3. ca. de transla. Præl.* non debet posse aliquem eximere à sua potestate, cùm per hoc eximeretur à potestate Dei, & contra summam potestatem Papæ non valet præscriptio, ut no. Innoc. *in c. bonæ. in 2. de postu. Præl.*

Ad istud respondetur ut suprà in aliis fuit responsum.

Vigesimo primò pro ista parte facit, quia Papa in causis in quibus non habet plenariam potestatem non potest causam committere judici suspecto, quin possit recusari, ut not. Dom. Abb. *in cap. cum interpriorem. de exceptio.* & *in cap. ad hæc.* post gloss. *de rescriptis.* quia istud videtur quodammodo naturale. *cap. quod suspecti. 3. quæst. 5.* facit. *Clem. Pastoralis. de re judi.*

Ad istud respondetur ut suprà in aliis fuit responsum.

Vigesimo secundò pro ista parte facit, quia Papa dispensat, nec generaliter statuit ut festa non serventur, ut no. *in cap. 1. de feriis.* Juxta illud. *Sabbata sanctifices.* dic ut suprà.

Vigesimo tertiò pro ista parte facit, quia Papa non potest dispensare, ut quis non teneatur dicere horas, ut no. Dom. Abb. *in cap. 1. col. 2. de cele. Mis.* & horæ sunt de jure divino. Juxta illud. *Septies in die*, &c. nam omnes tenentur laudare Deum, sive homines, sive bestiæ, sive arbores, ut Psal. 128. *Et istud orare Deum est ita bonum quod nulla intentione potest fieri malum.* ut not. Dom. Abb. *in cap. cum ab omni. de vita & hone. cle.* & illud verum est quod Papa non potest facere generalem constitutionem de horis non dicendis, sed bene potest dispensare cùm uno, ut non dicat horas, ut not. Fel. *in cap. fi. de majo. & obe.* & Card. *in Cle. 2. in 6. notabili. de cele. Mis.*

Ad istud respondetur ut supra in aliis fuit responsum.

Vigesimo quartò pro ista parte facit, quia Papa non potest seipsum absolvere à suo peccato. ut no. Dom. Abb. *in c. fi. de insti.* quia confessio est instituta de jure divino, ut no. *in c. omnis utriusque sexus. de pœni. & remis.* & Papa ligatur per jus divinum. *c. sunt quidam. 25. q. 1.* & inquantum ipse est peccator est minor omnibus aliis. ut not. gloss. *in c. 1. 24. quæst. 1.* dic ut supra.

11. Vigesimo quintò facit, quia Papa non potest alienare res Ecclesiæ. tex. *in c. non liceat Papæ. 22. q. 2.* quia dominium illarum rerum est penes Christum. ut no. Inno. & Dom. Abb. *in c. cum sup. de Conc. præb. per c. cum ex eo. de elec. in 6.*

Ad istud potest responderi quod immò Papa potest alienare res Ecclesiæ, ut sentit gloss. & Archi. *in*

[a] Si non fuerit copula, liquet, quod potest dissolvere alius, non tamen ex maxima causa posset tolerantiam inducere. C. M.

Source : BIU Cujas

d. c. non liceat. intelligendo de honestate illum tex. & sic istud arg. parum concludit.

12. Vigesimo sextò pro ista parte facit, quia Papa non potest dare non Presbytero potestatem conferendi Sacramentum Eucharistiæ. glo. *in c. pervenit. 96. dist.* & Dom. Abb. post Inno. *in c. quanto. de consue.* Item Papa non potest mutare sedem Romanam in alium locum. ut no. Dom. Abb. per illum. tex. *in c. per venerabilem. qui filii sint legi.* facit. *c. rogamus. 24. q. 1.* & illud habet locum de honestate, quia Papa de plenaria potestate potest mutare sedem Apostolicam. ut no. Card. Alex. *in c. nolite. 11. dist. per c. præsenti. de præben. in 6.* Item Papa committit simoniam recipiendo pecuniam, & vendendo beneficia, in quibus datur executio clavium. ut no. Dom. Abb. & Inno. *in c. 1. de simo. & in c. ex parte. in 1. de offic. delega.* ita quod in illo casu Papa non potest dispensare: secus in aliis beneficiis, in quibus non daretur executio clavium. ut no. Dom. Abb. *in d. c. de simo.*

13. Vigesimo septimò pro ista parte facit, quia Papa non potest dispensare in præjudicium tertii super juramento. ut no. Dom. Abb. *in c. quanto. de jurejur.* Item etiam Papa non dispensat super voto sine causa, ut glo. no. *in c. non est. de voto & voti redemp.* sed juramentum & votum æquiparantur. ut no. Abb. *in c si vero. de jurejur.* Item Papa non dispensat circa substantialia regulæ Monachorum. ut not. glos. & ibi Dom. Abb. *in c. cum ad monasterium. de statu mo.* nec potest dispensare, ut Monachus contrahat matrimonium sine causa ut not. Domin. Abbas. *in c. 1. de voto & voti. & in d. c. cum ad monasterium.* & Papa non dispensat etiam contra statuta Apostolorum. ut not. glos. *in c. cum ad monasterium. de statu mo. per cap. sunt quidam. 25. qu. 1* Item Papa non dispensat in secundo gradu inæquali inter consanguineos, ut contrahant matrimonium. ut est glos. *in c. posuit.* in verbo *supra jus de concess. præb.* notatur *in c. literas. de restit. spoli.* Item Papa obligatur ex suo contractu ita quod illum non potest revocare in præjudicium tertii. no. Dom. Abb. & Feli. *in c. 1. de proba.* & Cyn. *in l. digna vox. C. de legi.* facit lex *Cæsar. ff. de publi.* Item etiam Papa non dispensat super matrimonio consummato, ut notatur. *in c. ex publico. & in cap. verum. de conver. conjug.* quia quod Deus conjunxit homo non separet. *cap. de infidelibus. de consang. & affi.* Item Papa non potest se subjicere jurisdictioni Laicorum, quia illud esset in magnum præjudicium dignitatis Pontificalis, ut not. Joann. And. & Dom. Ab. *in ca. Ecclesia sanctæ Mariæ. de const.* & respondet. *ad c. nos si incompetenter. 2. qu. 7.* quia ibi judicium accipitur pro discretione, & Papa fecit illud ex nimia humilitate, licet contraria pars videatur verior, ut dixi. *in tractatu de jurejuran. in 1. quæstione. 4. Partis.*

Ad istud argumentum potest responderi quia illa argumenta procedunt & habent locum in his quæ sunt juris divini, ut suprà dixi: secus in his quæ sunt juris positivi.

14. Vigesimo octavò pro ista parte facit, quia quando constitutio Papæ est fundata super jure divino, astringit ipsum Papam quo ad mentem, licet non quo ad verba & ad pœnas quæ adduntur ultra jus divinum, ut not. Dom. Abb. *in cap significasti. colum. 4. de for. compe.* Item Papa non potest facere ut facta habeantur pro non factis, ut no. Domin. Abb. 3. *cap. cum te col. 2. de re judi.* ubi dicit quod Papa non potest tollere infamiam facti. *per l. in bello. §. facta ff. de capt.* facit. *c. si Paulus. 22. quæst. 5.* ubi dicit Hieron. audacter dicam cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam: valet quidem liberare de pœna, sed non valet coronare viduam Virginem, quia illud importaret contradictionem, ut not. Jas. *in l. 1. §. viæ. ff. de acquiren. poss. f.* Item Papa non potest mutare voluntates hominum, nec eorum expressiones, ut est tex. *in cap sicut. 47. dist.*

Ad istud respondet ut suprà in aliis fuit responsum.

15. Nunc venio ad solutionem præsentis quæstionis: & dico quod si Papa scribit non obstante aliquo impedimento si constet de certa scientia ipsius & de dispensatione, quod tunc valet collatio facta indigno, ut not. Dom. Abb. *in cap. teneamur. de præb. & digni.* & Feli. *in cap. si quando. de rescript.* In simili facit quia Christus dixit Petro. *Si diligis me pasce oves meas. Ioan. ult. cap.* & *cap. significasti. de ele.* & Christus dixit Petro. *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in cælis. ut cap. quocumque. 44. quæst. 1.* & Math. 16. *ca.* & *ca. in novo. 21. dist. c. & ita Dominus. 19. dist.*

16. Item pro ista parte facit, quia Papa non subjicitur constitutionibus suis aut sui prædecessoris. *c proposuit. de conces. præb.* quia par in parem non habet imperium à quibus ipsa impedimenta processerunt. *in cap. innotuit. de ele.* & omnes appellant ad eum, & nemo ab eo appellat. *cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* facit. *l. princeps. ff. de legi. & l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. §. fi. inst. quibus mo. test infir.* & ipse Papa est supra constitutiones [a] Concilii: & illas potest revocare. *ca. significasti. de elect.* glos. *in ca. ubi majus. de elect. in 6.* facit. *ca. multis. 17. dist.* not. per Doct. *in ca. nonnulli. de rescrip.*

a Tangentes suppositum simplex. C. M.

17. Item facit, quia Papa potest venire contra jus positivum & contra illud potest dispensare. *ca. proposuit. de conces. præb. ca. innotuit. de elect. ca. lect. 34. dist.* & Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis. ut in præsenti casu. tex. *in ca. 2. de præb. in 6.* & *in Cle. 1. in fi. ut lite pe.* facit. *ca. 1.* & *2. 22. dist.* & *ca. in illis. 80. dist.* facit glos. in verbo *devolvetur. in c. quamquam. de ele. in 6.*

Item pro ista parte facit, quia Papa dicitur Deus in terris. ut no. Bal. *in l. fin. C. sent. rescin. non pos.* & Dom. Phil. Dec. post glos. in verbo *ab omnibus. in c. de consti.* facit. *c. si quis pecunia. 99. dist.* & hoc procedit, quia Papa cum Deo facit idem consistorium. ut no. Hostien. *in ca. quanto. de translat. Prælato. per ca. 2.* & *2. eo. titu.* & in simili facit etiam quia Papa est Vicarius Dei in terris. *cap. inter corporalia. ca. 1.* & *ca. licet. de transla. Præla.* & omnes appellant ad Papam: & nemo ab eo appellat. *cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* & solus Deus Papam judicat. *ca. nunc autem. 21. dist. ca. auditum. 2. quæst. 5.* hinc dicit glos. *in ca. Anastasius. 19. dist.* quod ipse Anastasius Papa dum assellaret emisit intestina ex permissione divina. Item in simili facit, quia Papa non habet superiorem. tex. *in ca. licet. de elect.* & facit. *Cle. ne Romani. eo. titul. de elect.* & *cap solita. de majo.* & *cap. fi. de for. compet.* & *ca significasti. de elec.* in simili facit, quia licet decimæ debeantur de jure divino. *ca. revertimini. 16. quæst. 1.* tamen Papa potest unum eximere à solutione decimarum, sed non omnes, ut tenet glo. per illum. tex. *in ca. à nobis. de decimis.* Dom. Abb. *in disputa. incipien. Episcopus.* & *in ca. in aliquibus. de deci.* Et licet jus divinum disponat quod in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. *ca. novit. de judi ca. in omni negotio. de test. ca. relatum. ca. cum esses. de test* tamen Papa statuit contra illud, ut est. text. *in ca. præsul. 2. qu. 4.* & *in l. si unus. C. de test.* & Domin. Abb. ad plenum. *in repetit. dict. ca. cum esses. col. 4.* & *5. de test.* Item in simili facit, quia Papa potest quem privare suo Episcopatu etiam sine causa. glos. *in ca. per principalem. 10. q. 1.* [b] facit. *ca. in memoriam. 19. dist.* & ratio est, quia Papa in beneficiis habet plenam potestatem. *c. 2. c. dudum. de præb. in 6. ca. 1.* & *2. 22. dist.*

Hoc non admittitur in Francia, dictum est enim descendam & videbo. I.

b Non deposuit, sed deponentibus assensum præbuit. C. M.

18. Item in simili facit, quia Papa in uno Episcopatu potest ponere duos Episcopos. *ca. non autem. 7. quæst. 1. ca. quomodo. de offic. ord.* & Papa concedit

Source : BIU Cujas

uni Clerico duos Episcopatus ut sit Episcopus utriusque. *cap. relatio.* 21. *quæst.* 1. Papa dividit & unit duos Episcopatus. *ca. & temporis.* 15. *quæst.* 1. *c. sunt unita. de excess Præl.*

Item facit, quia Papa relaxat sponsalia contracta per verba de futuro, ac etiam super illis dispensat tex. *in c. commissum, & in c. præterea. de sponsa.*

19. Item Papa dispensat super matrimonio per verba de præsenti contracto non consummato copula carnali, ut est glos. *in cap. ex publico.* & ibi Dom. Ab. post alios Doct. *de conjuga.*

Item Papa aliquando dispensat super matrimonio copula carnali consummato. tex. *in c. quanto. de divor.* licet sit contra jus divinum, in quo dicitur *quod Deus conjunxit homo non separet. cap.* 1. & 2. *de transl. Episcop.* & Papa potest concedere beneficium ad tempus, & sub conditione. *c. si gratiosæ. de rescrip. in* 6. facit. *cap. Pastoralis. 7. quæst.* 1. & *in cap. veniens. de filiis Presbyter.* & etiam illud procedit, quia Papa dicitur Episcopus Episcoporum: ita quod potest omnia quæ ipsi Episcopi. *c. loquitur.* 24. *qu.* 1. *cap. Novatianus.* 7. *quæst.* 1.

Item in simili facit, quia Papa dat plenariam indulgentiam in remissione omnium peccatorum. text. *in Clem.* 2. *de pœn. & remis.* & in extravag. Bonif. cap. 8. *quæ incipit antiquorum. in titu. de pœn. & remis.* Dom. Abb. *in cap. ad liberandum. de Jud.* & not. Fel. *in suo sermo. incipien. Hodie mecum eris in Paradiso.*

20. Et Papa solus potest deponere Imperatorem. *cap. ad Apostolicæ. de re jud. in* 6. & not. Doct. post glos. *in ca. venerabile. de ele.* & *in Clemen. ne Romani. de jurejuran.*

Nullam exauctorationis sententiam tulit in Childericũ Zacharias Papa: sed quærentibus Pipino & Francis à Zacharia, uter regno dignior esset, is qui sola imagine dignitatis contentus in otio torpescebat, an is qui actu regia summa cum virtute munia obibat. Verè Regem eum dicendum qui se Regiæ dignitatis exhibeat capacem respõdit, neque de dejectione Childerici pronunciavit, sententiamve tulit, neque id sibi licere putavit Aymonius. lib. 4. c. 61. Rhegino lib. 2. Chron & alii. I.

21. Præterea facit, quia Papa potest deponere Regem ut aliàs deposuit Regem Franciæ, quia erat effeminatus. *ca. alius.* 15. *quæst.* 6.

Item Papa potest creare Cardinales. glos. *in Clem. ne Romani.* in verbo *potestatis. de ele.* & Domin. de sancto Gemin. *in ca. nullus.* 79. *dist.* & Dom. Philip. Dec. *in rub. de constitu.* & Papa solus eosdem Cardinales potest deponere. tex. *in c.* 1. *de schismati. in* 6. gl. & Docto. *in ca. ex gestis. de Cleric. non resi.*

22. Item in simili facit, quia Papa solus potest explicare ardua. ut no. Dom. Ab *inc. ex gestis. de Cle. non resi.* & Feli. *in rubri. de consti.* & Papa cognoscit de articulis fidei. *c. majores. de bapt.* facit. *c. hæc est fides. q.* 1.

23. Item Papa præfertur toti concil. tex. & ibi glo. *in c. placuit.* 34. *q.* 2. facit etiam quia Papa solus transfert Episcopum de uno Episcopatu ad alium Episcopatum. *c.* 1. & 2. *de transl. Præl.*

Item etiam facit quia Papa deponit Episcopum à suo Episcopatu, & ab ordine Episcopatus. *c. accusatus. c. quamvis. in quæst.* 6. & Dom. Abb. *in c.* 1. *de judi.* & *in c. veritatis. de dolo. & contu.* Item etiam facit, quia Papa demandat voluntatem Dei executioni. tex. *in c. hæc est fides.* 24. *q.* 3.

Item etiam facit, quia Papa dicit tenere fidem. *c. hæc est fides.* 24. *quæst.* 1. & ipse Papa potest remittere usque ad septuagies septies, ut legitur Math. 19. cap. Item Beatus Petrus abscidit aurem illi Judæo, quia ipse est qui claves regni cælorum accepit, ut dicit Gregor. super Joann. 18. cap. ut no. Dom. Abb. *in c. à nobis. in* 2. *de sent excom.* & Christus dicit. *Dicite discipulis ejus & Petro.* ut Marc. 16. c. quasi sibi reservando spiritualiter omnimodam potestatem solvendi omnia. Item valet appellatio de concilio ad Papam. *c. in ipsis.* 29. *quæst.* 3. ubi dicitur quod ipsi Canones appellationem totius Ecclesiæ ad examen sanctæ Sedis admittunt. ut no. Dom. Car. Alex. *in c.* 1. 15. *distinct.* & Papa dicitur admirabilis. glos. *in proœmio. Cle.* in verbo Papa & Concilium fatetur non judicare Papam tex. *in c. nunc autem.* 21. *dist.* tex. *in §. hinc.* 17. *distinct.*

24. Item facit quia Papa dicitur Pater patrum. glo. *in proœmio. Cle.* in verbo *Papa.*

Item in statutis conciliis semper intelligitur excepta auctoritas Papæ. tex. *in c. significasti. de ele.* & Deus commisit judicio Papæ omnes fideles. tex. *in c. audivimus. in* 24. *q.* 1. & nil erit ligatum vel solutum in cælis, nisi quod beatus Petrus ligaverit. *c. manet.* 24. *q.* 1.

Item in simili facit, quia non turbatur navis quam beatus Petrus habebat. tex. *in c. non turbatur.* 29. *q.* 1. & Christus dicit Petro. *Duc in altum navim.* Lucæ 5. c. tex. *d. c. non turbetur.* 24. *quæst.* 1.

Item Christus jubet solum Petrum piscari dicens. *Mitte hamum & piscem quem primo ascenderit tolle. c. aliud.* 34. *q.* 1.

Item Deus principaliter collocavit potestatem in Petro tanquam in capite *c. ita Dominus.* 19 *d.* & ordo Sacerdotalis cœpit à Petro post Christum, quia ipsi primo Pontificatus est datus. *c. in nono.* 21. *dist.*

Item facit, quia Christus dicit Petro, *Ego pro te Petre rogavi Dominum ut non deficiat fides tua* tex. *in d. can. novo.* 21 *dist.* & omnis libertas dicitur in Papa. tex. *in c. officij.* 24. *q.* 1. & omnia majora negotia sunt tractanda per Papam. tex. *in ca. regamus.* 24. *quæst.* 1. & sanctus Petrus accepit principatum à Christo. *ca. cum beatissimus.* 24. *quæst.* 1. & Papa dicitur primus omnibus, sicut arbor præfertur ramis, & fons rivulis. tex. *in ca. loquitur.* 24. *quæst.* 1.

Item Papa habet divinitus potestatem super cunctas nationes. tex. *in Cle. Pastoralis. in prin. de re jud.* & in simili facit, quia uxoratus potest eligi in Papam glos. *in ca. si quis pecunia.* 79. *dist.* & Dom. Ab. *in c. licet. de elect.*

Item in simili facit, quia Papa potest esse Judex in causa propria, ut no. Dom. Abb. & alii Doct. per illum. tex. *in ca. cum venissent. de judi.* glo. *in ca. cum dilecta.* in verbo *procurationem. de confir. uti vel inuti.*

25. Item in simili etiam facit, quia Papa potest seipsum absolvere à juramento, ut no. Dom. Philip. Decius. *in c.* 1. *super glo.* in verbo *ab omnibus. de const.*

Item Papa potest seipsum absolvere à peccato in foro pœnitentiali, ut no. Fel. & Dom. Philip. Decius. *in ca.* 1. *de const.* allegant in simili. *l. si consul. ff. de adop.* facit. *c. per venerabilem. qui filij sint legi.*

Item in simili Papa potest sibi eligere coadjutorem. *ca.* 1. 8. *quæst.* 1. & Papa dedit potestatem Imperatori sibi eligendi successorem. tex. *in ca. Adrianus. in primo. & in ca. in Synodo.* 63. *dist.* & Papa potest committere causam Clericorum Laico. text. *in ca. Mennam.* 2. *quæst* 5. & *in ca. verum.* 32. *d.* glos. *in ca. bene quidem.* 79. *dist.* glo. & Doct. *in ca. decernimus. de jud.* & Papa potest committere causas Clericorum mulieri. tex. *in ca. Mennam.* 2. *q.* 5. & etiam Papa potest dare privilegium Laico conferendi beneficia. glo. *in ca. Imperium.* 10. *dist.* glos. *in summa.* 16. *qu.* 7. & Dom. de san. Gemin. post alios Doct. *in ca.* 2. *de præben. in* 6. & Papa potest dare decimas Laico. *ca. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Præla. sine consen. ca.* not. *in c. causam quæ. de præscrip.*

Item in simili facit, quia Papa potest se submittere jurisdictioni Laici. tex. *in ca. nos incompetenter.* 7. *qu.* 1. & Papa potest facere de Monacho non Monachum. glos. & ibi Dom. Abb. *in ca. ad Monasterium. de statu Mon.* & idem Dom. Abb. *in ca.* 1. *de voto.* & *in ca. proposuit. de concess. præbend.* & Papa dispensat cum Monacho ut possit comedere carnes, aut super habitu, vel aliis quæ non sunt de substantia Monachatus, sed de solemnitate, ut not. Dom. Abb. post glos. *in cap. Deus. de vita & honest Cler.* & Papa potest revocare privilegia, sicut revocavit illud quod concessit Imperatori de eligendo Papam. *c. Adrianus.* 63. *distin. sicut. de elect.*

26. Et ex præmissis resultat conclusio quod Papa dispensativè potest conferre beneficium indigno: vel etiam si scienter illud faciat, quia certa scientia ipsius Papæ importat dispensationem, ut est glo. fi. *in Cle. & si principalis. de rescrip.* & *in Cle.* 1. *de ele.* & ita tenet

Non est quærendum an Papa possit indigno beneficium conferre,

Source : BIU Cujas

nemo ambigit, sed an valuerit, quia omnia justa & Ecclesiæ decori congrua velle semper præsumitur, ideo inhabilitatis gratiã feciſſe, conſtare debet. c. ſi motu proprio. in fin. de præb. in ſex. gloſſ. in verb. ob hoc. I.

Do. Abb. & Fel. *in c. ſi quando. de reſ.* & ibi ſubdit idem Fell. quod quando actus ſuperioris non conſiſtit in pati, ſed conſiſtit in agendo: tunc certa ſcientia Papæ importat diſpenſationem, alleg. Butri. & Dom. de ſan. Gem. *in cap. veniens. de filiis Presbyt.* & tunc promovendo inhabilem videtur diſpenſare & omnes Legiſtæ *in l. quidam conſulebant. ff. de re jud.* & per Ana. poſt alios *in ca 2. de ſchiſma.* & Ludo. Ro. *in conſi.* 307. *incip. in caſu. cùm ſim.* ut per Fel. *in cap. præterea. de teſti. cogen.* & ſi Papa dicat in proviſione quod tali illegitime nato volumus provideri & ex certa ſcientia, tunc illud importat diſpenſationem: ſecus eſt quando verba non denotant aliquam inhabilitatem: & tunc etiam ſi ex certa ſcientia Papa hoc facit, non videtur diſpenſare: ut puta ſi Papa nominaverit aliquem in Prælatum, aut ſi ſcripſerit tanquam tali Prælato, per illam ſcripturam non videtur ſibi conferre: ut eſt text. *in cle. ſi ſummus Pontifex. de ſenten. excom.* & iſta certa ſcientia Papæ non eſt in proviſione exprimenda, ſed ſufficit ſi de ea conſtat ex narratis in reſcripto, ut not. Dom. Abb. *in cap. cùm inter priorem. de excep.* alleg. Inno. *in cap. ſtatutum. de reſcript. in 6.* Idem not. Dom. Abb. *in cle. 2. in fin. de reſcript. & in cap. ad hæc. de reſcr. & in cap. nonnulli. in prin. col. 2. eo. titu.* & gloſ. in verbo *ex certa ſcientia. in cle. 1. de judi.* & 1. *cap. Paſtoralis.* §. 1. *de offi. deleg.* Bart. *conſi.* 195. *col.* 2. Paul. de Caſtro. *conſi.* 222. Spec. *titu. de leg.* §. *excipi.* Arch. *in cap. ſervatis.* 25. *quæſt. cùm ſim.* ut per Fel. *in cap. cùm inter priorem. col. 1. de excep.* & dicit Bart. *in cap. cùm adeo. col. 4. de reſcrip.* quod ſi Papa exprimeret in ſua proviſione ætatem imperfectam, licet non dicatur ſe diſpenſare ex certa ſcientia, valebit proviſio, ita & ſequitur Card. *in ſuis notis cauſarum.* 147. & in ſimili facit quod not. Ægi. *deci.* 228. ubi dicit quod ſtante conſtitutione Papæ quod minor 14. annis non poſſit habere Canonicatum & Theſaurariam, ſi Papa ſcribit pro uno cum clauſula non obſtante defectu ætatis 14. annorum: tunc videtur diſpenſare ſuper ætate illius, & ita ſentit Joan. And. *in cap. fin. de jud.* & dicit Barthol. de Zaba. *in conſi. 11. incip. Martinus. Epiſcopus.* ubi tenet quod ſi Papa in litteris conceſſis Priori manuali narrat paritatem Prioratus, & confert in perpetuum, tunc dicitur conferre ex certa ſcientia: & eſt ſatisfactum diſpoſitioni. *c. porrecta. de confir. uti. vel inuti. cum ſim.*

27. Ut per Fel. *in cap. nonnulli. in prin. de reſcript.* & hoc intellige quando illa certa ſcientia eſt poſita in aſſertiva & diſpoſitiva ipſius proviſionis, ſecus ſi ſolum in narrativa, quia illa narrativa proviſionis Papæ non importat certam ſcientiam Papæ: facit. *cap. ſi Papa. de privil. in 6.* & text. *in c. unico. de ſublatione Clementinæ literis. in prag.* ſic ergo ſtat concluſio quod Papa diſpenſativè beneficium poſſit conferre indigno circa impedimentum quod provenit à jure.

28. Limita iſtud primò non procedere quando Papa conferret beneficium curatum infanti aut furioſo, quia tunc non eſt ſibi obediendum, ut in terminis tenet Bal. *in c. cùm adeo. de reſcrip.* & Feli. *in cap. ſi quando. eo. tit. de reſcript.*

Secundò limita non procedere quando Papa conferret beneficium curatum aut prælaturam omnino illiterato, quia non eſt ſibi obediendum, ut ſentit. Fel. *in cap. ſi quando. de reſcrip.* & dixi in tractatu meo *de jurejuran. ſuper 1. quæſt. quartæ partis. col. 8.* & ratio ibi aſſignatur, quia iſtud eſt contra jus divinum in quo dicitur. *Tu ſcientiam à te repuliſti, & ego te repellam,* &c. ut Oſee 4.

Tertiò limita iſtud non procedere quando Papa etiam ex certa ſcientia conferret beneficium leproſo, quia tunc non eſſet ſibi obediendum, & ratio eſt, quia communio leproſi in veteri Teſtamento fuit prohibita, ut dicit text. *in cap. hoc ipſum. 33. quæſt. 2.* glo. & ibi Dom. Abb. *in cap. 1. de conjugio leproſi.*

Quartò limita iſtud non procedere quando in proviſione Papæ generaretur ſcandalum, & committeretur peccatum inobediendo Papæ, quia tunc non eſt ſibi obediendum: ut not. Dom. Abb. *in c. ſi quando. de reſcrip.* facit. *c. cum teneamur.* & ibi Dom. Abb. *de præben. & digni.* facit text. *in c. inquiſitioni. de ſent. excom.* & dicit gloſ. *in c. 1. in §. dum autem.* in verbo *idonei. de colla. in prag.* quia ſi Papa ſcribit notoriè indigno, ut ſibi conferatur certum beneficium, ſi eſt tanta infirmitas quod non poſſit fieri ſine peccato, non eſt ei parendum. alleg. Dom. Abb. *in d. c. ſi quando. de reſcrip.* & rationem aſſignat, quia Papa non habet poteſtatem peccandi. *c. 1. 40. diſtinct.* & principis mandato contra Deum non eſt obediendum. *c. Julianus. c reſiſtit. 11. quæſt. 3.* Inno. *in c. inquiſitioni. de ſentent. excommun. & in c. paſtoralis.* §. *quia vero. de offi. deleg.* Joan. de Lignia. *in Clem. paſtoralis. de re jud.* Bart. *in 1. conſtit. ff.* & Archi. *in c. jus civile. 10. diſtin.* & *in c. non licet. 12. diſtin.* Et cum his ſit ſoluta præſens Quæſtio.

QUÆSTIO IX.

1. *Beneficium ſi contulerit Epiſcopus ante lapſum menſis introductum in favorem impetrantis à Papa, de quo* in Clem. 1. de conceſ. præbend. *& habens gratiam juxta illam Cle. non acceptavit illud infra menſem, nunquid convaleſcat dicta collatio, cùm infra menſem ordinarius collator habeat manus ligatas, per totam quæſtionem.*
2. *Collatio facta per ordinarium infra tempus juris patronatus, & patronus non præſentat, valet collatio, quamvis ſit & fiat contra decretum irritans.*
3. *Epiſcopus an poſſit ad tempus conferre beneficium.*
4. *Decretum quando apponitur in lege aut in reſcripto eſt differentia.*

QUæro nonò.

1. Si Epiſcopus contulit beneficium ante lapſum menſis introductum in favorem impetrantis à Papa, de quo *in Clem. 1. de conceſſ. præb.* & habens gratiam juxta illam Clem. non acceptavit beneficium infra menſem: nunquid convaleſcat dicta collatio cùm infra menſem ordinarius collator habeat manus ligatas.

Secus in vacantibus in curia. cap. 2. de præb. in ſex. I.

a Dic quod ſic, Panorm. in cap. cum

a Et primò pro parte negativa videretur quod non, ut not. in terminis Card. *conſil. 116.* ubi tenet per plures reſponſiones quod non valet collatio ordinarii, nec convalidatur per lapſum menſis. Et iſtud potiſſimè probat quia collatio eſt actus legitimus qui non poteſt eſſe in pendenti neque vagari in incerto. *c. 2. de ele. in 6.* juncta gloſ. ibi in verbo *incerta.* ubi addit Archi. quod Eccleſia cùm ſit ſine macula non patitur diu vota ſua eludi: ſed ſi infra menſem fiat collatio: incertum eſt an valeat, cùm pendeat ex futuro eventu: ergo debet dici nulla.

Tamen ad iſtud argum. poteſt reſponderi quod

ex officii. de præſ. & placet quia ex quo impetrans non acceptat, cenſetur ab initio renunciaſſe ſecus in quæſt not. in cap. ſtatutum. de præbend. C. M.

Source : BIU Cujas

collatio ipsius ordinarii non fuit conditionalis, imò pura & simplex, quia ipse contulit absque aliqua conditione, & posito quod diceretur conditionalis hoc modo quod illa collatio valeat in eum casum, quod impetrans illud beneficium infra mensem non acceptarit respondetur quod illa est conditio juris, & conditio illa quæ est juris non reddit collationem nullam, ut not. glos. & ibi Doctores. *in d. c. 2. de electio. in 6.* & Dom. Abb. post gloss. *in c. significasti. eo. tit. de elect.* facit text. juncta glos. *in c. significatum. de præben. & dign.*

Secundò pro ista parte facit: quia ubi potestas per prius competit uni quàm alteri, ita quod in certum casum de uno devolvitur ad reliquum, ad hoc ut secundus possit uti potestate: oportet quod tunc ei constet actum devolutionis stare. *c. sciscitatus.* in verbo *constiterit. de rescript* & *c. si contra unum. de offi. deleg. in 6.* sed potestas disponendi de beneficio vacante non pertinet ad alium donec expectans deliberet: ergo collatio interim facta est nulla, quamvis postea deliberet: facit ad hanc rationem illud quod not. Bar. *in l. multum. ff. de conditio. & demon.*

Ad istud etiam potest responderi quod illud argum. habet locum in judice delegato, & in illo qui numquam habuit jurisdictionem & exercitium ipsius, quia tunc non poterit illam exercere nisi constito sibi prius de impedimento aliorum, & sic habent locum illa jura in contrarium alleg. secus est in judice ordinario qui suam jurisdictionem de jure communi potest exercere non obstante quocumque impedimento, ut in simili facit decisio Doctorum. *in c. cum Bertholdus. de re jud.* & ibi per Feli.

2. Ubi tenet quod ordinarius collator, si durante tempore præsentationis beneficium conferat, & infra tempus jus patronatus non præsentet, valet illa collatio, quamvis sit & faciat contra decretum irritans. *per c. decernimus.* 16. *q.* 7.

Tertiò pro ista parte facit decisio Doctorum. *in cap. 3. de præbend. & digni. in 6.* ubi tenent collationem Episcopi esse nullam, si conferat infra mensem qui datur Papæ ad beneficia conferenda, quæ vacant in curia Romana: quamvis postea devolvatur ad Papam.

Episcopum. C. M.

Ad istud potest responderi, quia illud argum. habet locum in beneficiis, in quibus Episcopus non est fundatus de jure communi: quamvis sit in sua diœcesi, quia Papa solus est fundatus de jure communi ad illa conferenda: ut est text. *in c. 2. de præben. & dig. in 6.* secus est dicendum in beneficiis in quibus ordinarius collator habet suam intentionem plene fundatam de jure communi, ut infra dicetur.

Vide Molin. ad regul. de infirm. à nu. 273. usque ad numerũ 278. qui hoc jus inventũ Bonif. VIII. dicit in quo graviter erat, cum cõstet ex sequ. c. 3. extractum ex Cõcilio Lugdunensi 20. annis & amplius ante Bonif. VIII. hoc jure uti solitos Rom. Pontifices I.

Quartò pro ista parte facit illud quod notat Joan. And. *in d. c. 3. de præbend. in 6.* ubi dicit quod si aliquis impetravit cum clausula decreti, licet non utatur: tamen si antequàm appareat de non usu ordinarius contulit collatio non tenet.

Ad istud potest responderi quod illud dictum non continet veritatem, ut infrà dicam in solutione.

Quintò pro ista parte facit tex. *in cap. si tibi absenti. de præben. in 6.* ubi dicitur quod infra terminum datum absenti ad acceptandum, beneficium adhuc dicitur vacare: tamen si alteri conferatur, non tenet collatio etiam illo postea non acceptante.

Ad istud potest responderi, quia *in illo cap. si tibi absent. de præbend.* ordinarius collator fecerat illud quod erat in se, & jam functus erat suo officio; ita quod alteri non poterat conferre, ut not. Dom. Abbas. *in c. accedens. de præbend. & dig.* secus est in præsenti casu, quia ordinarius non contulerat, imò beneficium revera vacabat.

Vel aliter potest dici quod illud beneficium collatum absenti non dicitur vacare habendo respectum ad ipsum ordinarium, quia jam contulerat, sed beneficium diceretur vacare habendo respectum ad ipsum absentem. *d. c. si tibi absenti.*

Vel aliter potest dici, quia *in illo c. si tibi absenti.* ordinarius durante tempore ad acceptandum non poterit conferre ne videatur venire contra factum proprium, *arg. c. inter dilectos. de excess. præla.* & illud videtur valde odiosum & à jure divino & humano reprobatum, juxta illud. *Verba non faciam irrita.*

Quintò pro ista parte facit text. *in Clem. unica. de concess. præbend.* nam cùm ibi text. præmiserit quod gratia conditionalis habens decretum non operatur nisi conditione purificata, secus quando in gratia est appositus mensis: quia tunc ad impediendam collationem ordinarii gratiæ habet effectum, etiam ante purificatam conditionem: & illud procedit ex vi decreti quod de sua natura suspendit in eventum verificatæ conditionis cum similibus, ut not. Felin. *in c. cæterum. col.* 21. *de rescript.* & hoc procedit ex speciali dispositione istius. §. secus quando fuit inducta ex ratione ibi posita in text. videlicet ut appositio mensis aliquid operetur: nec videtur dicendum, quod loquatur quando postea est usus gratia, quia illud videtur divinare, & licet prius non acceptet infra mensem, tamen collatio alteri interim facta non tenet tanquam facta non congruo tempore.

Ad istud argumentum potest responderi, quod habet locum quando ipse impetrans vult prosequi suam gratiam, quia tunc collatio ordinarii non valet, secus est si nollet acceptare beneficium, quia istud decretum in rescripto appositum habet illam conditionem de jure factam: hoc est si beneficium voluerit acceptare, ut not. Feli. *in c. cæterum. de rescrip.*

Sextò pro ista parte facit, quia sequeretur absurdum si teneret collatio. Nam si prius acceptaret ante mensem revocaretur collatio jam facta: & sic ad tempus habuisset alius beneficium: cùm tamen beneficium ut Ecclesiasticum non possit conferri ad tempus præscriptum. 55. *dist.* facit glos. *in cap. veniens. de filiis Presby.* & glos. *in c. si gratiose. de rescript. in 6.* ita etiam firmat Card. *in d. §. secus.* 4. *col.* remittens se ad dictum consilium suprà relatum: & etiam latissimè Pet. de Anchara. *col.* 29. *cum duodecim sequent.* ubi refert Gaspar. de Perusio de reserv. & idem dicit obtinuisse disputando, & deinde dicit non posse responderi ad illum text. ubi spatium illius mensis ligat manus cujuscunque alterius ut conferre non possit.

3. Ad istud etiam potest responderi quod pendente illo mense collatio facta per ordinarium non erit valida nisi per lapsum mensis, quia per lapsum efficitur valida, ut infra dicetur, in simili notat Fel. *in c. cùm Bertoldus. de re jud.* facit text. *in clem. un. de sup. negl. Præl.* nec etiam obstat dum dicitur quod Episcopus non potest conferre beneficium ad tempus, fateor illud: sed in isto casu non confert ad tempus, sed in perpetuum: tamen durante illo mense collatio ordinarii non valet referendo ad ipsum impetrantem, sed efficitur valida per lapsum mensis.

Septimò pro ista parte facit quod notant Domini de Rota. *decisio. 26. titu. de præben. in antiquis.* & *tit. de conc. præbend. dec.* 18. & *dec.* 34. *in antiquis.* & *deci.* 23. *tit. de præben. etiam in antiquis.* & Oldra *consil.* 304. *incip. infra scripta. col.* 4. & idem Oldra *col.* 36. *incip. quamvis pater.* & Ægidius *decisio.* 478. ubi dicunt quod licet collatio ordinarii facta infra mensem valeat si expectans omnino silet: tamen secus est ubi expectans acceptavit infra mensem, quia etiam si post mensem purificat gratiam, & faciat sibi provideri, non valet quod est actum ab ordinario infra mensem, & remittit se idem Ægid. ad aliqua loca ubi dicit se plenè dixisse.

Ad istud respondetur, quod potius argu. facit pro parte adversa quàm pro ista.

Octavò pro ista parte facit, quia si Episcopus habet

Source : BIU Cujas

alternativam cùm clausula decreti quod possit conferre in sex mensibus anni, & unus expectans acceptet infra mensem: & Episcopus negligat: tunc est dicendum quod acceptatio expectantis non valet propter clausulam decreti quæ est in alternativa: & per rationes suprà alleg. Imo durat jus alternativæ quo ad illud beneficium usque ad sex menses, de quibus *in c. 2. de conceſſ. præben.* & eis elapsis non potest illa negligentia Episcopi trahi retro ad validitatem acceptationis factæ per expectantem, nulliter propter regulam juris non firmatur. *lib. 6.* Ita etiam fuit conclusum, ut refert Fel. *in c. cum ex officii. de præscri.* Rota. *in causa Episcopi Vulterani.* licet ipse Fel. dubitaverit, quia decretum alternantium non videtur ita afficere beneficia cum reverentia Papæ, sicut decretum expectantis: sed tamen refert ubi supra quod non fuit exauditus, propter quam causam ipse Fel. acquievit.

Ad istud potest responderi, quod habet locum in illo qui non est fundatus de jure communi ad beneficia conferenda, & non est in possessionem conferendi illa, quia tunc propter impedimentum non poterit conferre, nec illa collatio approbatur per lapsum temporis, secus est in aliis beneficiis quæ spectant ad Episcopum, qui est fundatus de jure communi, & est in possessione conferendi, ut in simili not. Feli. *in c. cæterum. de reſcri.*

Nonò pro ista parte facit quod not. Rota. *tit. de jure patro. deciſio. 9. in antiquis.* ubi dicitur quod si Episcopus confert beneficium patronale ut devolutum, cùm non sit devolutum, collatio non tenet, etiam si postea devolvatur.

Ad istud potest responderi, quia in illo casu non stat intentio conferentis, quia solum intendebat conferre illud beneficium ut devolutum, non ut jure communi: & sic ille casus est longè diversus à casu præsentis quæstionis.

Et solvendo præsentem quæstionem reperio. Dom. Abb. qui in terminis decidit istum casum. *in c. cum ex officii. col. 6. de præscri.* ubi dicitur quod videtur dicendum collationem ordinarii esse validam per consensum tacitum & præstitum per lapsum mensis, secus dixit si Episcopus contulit beneficium, cujus collatio vel institutio spectet ad inferiorem: licet enim postmodum ad eum devolvatur collatio, tamen per hoc reconvalescit collatio vel institutio ante devolutionem factas, quia primo casu Episcopus habet jurisdictionem & potestatem in habitu, licet exercitium sit sibi interdictum infra mensem: sed in secundo casu non spectabat ad eum potestas conferendi, nec in habitu, nec in actu, ante devolutionem factam: & ibi idem Dom. Abb. subdit quod in casu præsentis quæstionis credit collationem ipsius Episcopi ipso facto reconvalescere, & rationem assignat, quia nullum jus supervenerit de præsenti, sed solum fuerit remotum obstaculum: ad hoc adducit dictum Bar. *in l. cùm vi prædictum. ff. de uſucap.* dicit quod cavetur statuto favore creditorum, quod debitor bannitus vel condemnatus pro debito nullum contractum possit facere donec solvat, contingit quod prius contraxit, & postea solvit, an contractus confirmetur, & ipse Bar. tenet quod sic, sive sua interfit, sive non, quia supervenit jus: sed obstaculum removetur, alle. *l. pignori. ff. qui & à quibus, & Cod. ne tutor vel curator. l nec puto.* & idem videtur dicendum in alio casu quod teneat collatio vel convalescat, si Episcopus contulit beneficium quod conferre non poterat, quia obligatus est ad conferendum aliud, ne ille decipiatur. *ca. inter cætera. de præben.* ergo statim quod ad eum fuit devoluta potestas, convalidata fuit illa collatio sive institutio, quod non requireretur alia traditio: *ut l. si rem alienam. in fin. de pig. act.* & quod not. Bar. *in d. l. cum vir.* ubi dicit quod si aliquis vendidit Ecclesiæ rem alienam, & venditor suscepit Domino quod statim transit utile dominium in Ecclesia. Ratio est, quia non requiritur ibi traditio. *l. fin. Cod. de ſacroſan. Eccl.* & intererat venditoris contractum confirmare, cum ipse esset obligatus ex contractu suo: & si præsupponimus quod collator erat obligatus ad aliud beneficium conferendum, quia contulit ignoranter vel scienter, illud conferri non posse per eum: & tunc credo quod non convalescit collatio ex supervenientia potestatis, quia sua non intererat ut valeret: unde oportet quod interveniat collatio. *arg. d. l. cum vir.* & quod ibi not. Bart. facit regula *non firmatur. de regu. jur. in 6.* & ibi Dion. *in l. si ſermo. & in l. 1. ff. de pign. actio.* & hoc putat verum nisi postea fecerit aliquem actum per quem tacitè videatur approbasse illam collationem, cùm non requiratur alia solemnitas vel traductio: sed sufficit nudus consensus. *argu. ca. dilecto. de præben. & ſi tibi abſenti eo. tit. in 6.* & Bar. *in l. collega. ff. rem ratam habe.* & no. *in c. ex ore. de privi.* facit quod no. Bart. *in l. una. Cod. qui pro ſua juriſdictione. & l. 1. Cod. ubi de crimi. agi. opor.* & pro ista parte facit in istis terminis præsentis quæstionis quod not. Fel. *in dicto ca. cum ex officii. col. 13. verſ. 9.* & ultima conclusio, ubi tenet quod valet collatio beneficii facta per ordinarium infra mensem datum expectantibus, si expectans non acceptavit, & valet collatio facta per ordinarium de beneficio tanquam devoluto, licet devolutio sequatur post collationem: & ratio primi dicti [a] est remotio obstaculi nihil novæ potestati conferentis, sed solum ordinariam ab impedimento liberans: & ratio est, quia tenetur ordinarius illi eluso, unde secus si eum non eluisset nisi tacitè, collationem approbaret post devolutionem: facit etiam quod not. Rota. *deci. 17. tit. de præben.* ubi dicitur quod si primus in data nunquam acceptavit, provisio facta secundo infra mensem valet: & idem de collatione Episcopi: in simili etiam facit quod not. Dom. Abb. *in diſputatione incip. Augerio. col. 26.* ubi concludit quod collatio Episcopi facta non vocato patrono, remanet valida, si patronus infra tempus juris nullum præsentet. Idem etiam not. Rota. *deciſio. 9 tit. de jure pa. in antiquis.* Idem etiam not. Fel. *in ſuo tract. quando litteræ Apoſtolicæ præjudicent patronis.* in ver. *limitatur* 10. ad idem facit quod not. Pet. de Ancha. *in ca. ſtatutum. ad fin. de præben. in 6.*

[a] Hoc ultimum videtur falsum. C. M.

4. Ubi respondet ad illud quod dicitur de viribus decreti appositi in litteris, quod est verum secundùm eum ut illud decretum appositum in constitutione facit quod partes illæ non possunt renuntiare. *ca. dilecto. cum gloſ. de præben.* & ibi Dom. Abb. & ista est communis opinio, quamvis Dom. Philip. Decius teneat contrarium. *in ca. cùm acceſſiſſent. de conſtit.* secus secundùm eundem Petrum, quando decretum apponitur in rescripto concesso principaliter in favorem alicujus. Sic in simili videtur dicendum quod expectans renuntiaverit viribus decreti secundùm eundem Petrum cum simili, ut not. Feli. *in c. cum dilecta. col. 23. ver. ſed quicquid ſit. de reſcri.* & per illa quæ ibi dicit non est differentia inter decretum constitutionis & literarum: ut not. Domin. de sancto Gemin. post Arch. *in ca. cum beneficio. col. 2. verſic. ſed pone Papa- de præben. in 6.* & Bal. *in l. ſi ſolemnibus. in fin. Cod. de fid. inſtr.* tamen primum est verius, quod decreto in constitutione appositio non possit renuntiare pars. *dicto cap. dilecto. de præben.* secus quando est appositum in rescripto, quia partes possunt illi decreto renuntiare, ut not. *in ca. cæterum. de reſcrip.* Item in simili facit quod not. Dom. de Rota. *deciſio 14. in antiquis.* ubi dicunt quod licet clericus patronus non possit accumulare in præsentando. *ca. cum autem. de jure pa.* tamen secunda præsentatio facta ab eo de facto reconvalescit etiam eo invito, si prius ab eo præsentatus cedit. Et pro ista parte ubi facit regula cancellariæ Papæ Inn. VIII. quæ est pen. in regulis Cancellariæ, ubi dicitur quod si minus

Source : BIU Cujas

prærogativati acceptant ante magis prærogativatos & postea magis prærogativati non prosequantur, vel non publicent acceptationes suas, tenent illorum acceptationes, nec dicuntur vacare beneficia ex persona illorum non prosequentium acceptationes: & per hanc regulam est sopita longa quæstio Doct. *in Clem. 1. de conceſſ. præbend.* ut not. Oldra. *conſ.* 136. & Joan. And. *in ſpeculo. in rub. de conceſ. præben.* Mihi placet opi. Dom. Abb. quod valeat collatio facta per ordinarium, & tacitè approbetur per lapsum mensis & ultra alleg. per eum.

Primò pondero text. *in cap. pe. & fin. de ſupplen. negligen. prælа.* ubi dicunt jura quod collatio facta per ordinarium collatorem valet, licet jus conferendi esset devolutum ad superiorem & ille superior tacitè collationem approbasset.

a Et valet collatio ut ex nunc ex patientia, nõ ut ex tunc glo cap. pen. de sup. negl. præl. C. M.

[a] Secundò pro ista parte facit illud quod in simili not. Fel. *in cap. cùm Bertoldus. col. 5. ver. limita quarto. de ſenten. & re jud.* ubi dicit quod collatio facta per Episcopum non vocato patrono, per lapsum temporis collatio efficitur valida, [b] licet à principio fuisset nulla. *c. decernimus. 16. q. 7.* tamen illa taciturnitas & lapsus temporis collationem nullam tacitè approbant. not. etiam Dom. Abb. *in diſpu. incip. Auge.* & Card. *in Cle. 1. de ſupplen. neglig. prælа.* quia cum Episcopus non potest recedere à prima collatione. *ca. diverſis de Cle. conju.* tenetur illam ratam habere ex tunc ex quo collatio ad ipsum devoluta est: supervenit enim negligentia patroni quæ irrevocabiliter convalidat id quod erat eo stante irritabile.

b Potius confirmatur quia non erat ipso jure nulla, ut in quæstion. Tolos. 107. C. M.

Tertiò pro ista parte facit, quia in quocunque rescripto beneficiali licet appositа sit clausula decreti & semper: tamen intelligitur conditio si impetrans uti velit gratia, ut not. Joan. Mo. *in cap. ſtatutum. de præben. in 6.* facit. *l. provide. §. fin. ff. ſi cer. pe.* ubi dicitur quod mortuo testatore dominium rei legatæ recta via transeat ad legatarium: tamen si legatarius repudiat, fingitur non transisse, sic repudiata nominatione aut declaratione facta per impetrantem quod non velit uti impetratione, fingitur tanquam si non esset qualificatus.

Item istud decretum irritans apponitur in favorem impetrantis: ideo potest ei renuntiare. *cap. ad Apoſtolicam. de regula.* facit quod not. Specu. *tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. 3.* quia id quod dicit non valere in favorem alicujus ipse potest facere quod valeat, not. Inno. *in cap. 1. de conceſ. præbend. in 6.* & hoc est indubitatum, quando ante collationem ordinarii idem impetrans impetrationi renuntiavit aut apparuit eum nolle uti: quia tunc collatio ordinarii in contrarium alteri facta valet. Item not. glos. *in cap. 1. §. adducens. in verbo irritum. de collat. in prag.* ubi etiam subdit quod si renuntiatio rescripti sequatur collationem ordinarii, collatio facta jure ordinario efficitur valida, ut not. Joan. And. *in ca. pe. de præben. in 6.* ubi tenet quod habens clausulam anteferri, eique renuntiet nec velit ea uti, valebit collatio primò facta per ordinarium collatorem, quia eo repulso sublatum est impedimentum, alleg. etiam Dom. Abb. *in c. cum ex officii. de præſc.* & ratio assignatur, quia Episcopus habet potestatem in habitu, licet exercitium sit sibi interdictum infra mensem; elapso mense nullum jus sibi supervenit de præsenti, sed solum fuit remotum obstaculum, alleg. Bar. *in l. cum vir. ff. de uſucap.* ubi etiam quasi similem casum decidit, quem supra retuli: alleg. etiam *l. pig. ff. qui & à quibus.* & *l. primam. Cod. ne tutor vel curator.* & si Episcopus contulit scienter beneficium quod erat affectum impetranti cum decreto irritanti, antequam idem impetrans cum effectu acceptaverit aliud beneficium, declarat præsente vel sciente Episcopo, quod non vult uti sua impetratione, quia collatio prius per Episcopum facta convalescit, quia per qualificationem impetrationis non erat acquisitum jus impetranti, & Episcopus erat obligatus ad conferendum aliud eidem clerico, quando ipse clericus deciperetur [c] *cap. inter cætera. de præben.* ergo statim quod impedimentum qualificationis sublatum est per consensum & declarationem impetrantis, illa collatio fuit convalidata, cùm non requiratur aliqua traditio, sed solus consensus Episcopi qui jam intervenerat. *cap. ſi tibi abſenti. de præben. in 6.* facit *l. rem alienam. ff. de pig. act.* & not. Bar. *in d. l. cùm vir.* quod si aliquis vendidit Ecclesiæ rem alienam, & venditor succedit domino, quod statim transit utile dominium in Ecclesiam, & ratio est quia non requiritur ibi traditio. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ. l. fin.* & intererat venditoris contractum confirmare, cùm esset obligatus ex contractu suo, & ex his infert Dom. Abb. *in dicto cap. cum ex officii. de præſcr.* quod si Episcopus scienti contulit beneficium quod conferre non poterat, quia collatio spectabat ad inferiorem si postmodum ad eum devolvatur, convalescit ipsa collatio, quia Episcopus erat obligatus ad conferendum aliud. *d. c. inter cætera. in ſimili.* facit etiam quod not. *in Cod. 1. c. qui pro ſua juriſdictione.* ubi dicitur quod si in princ. delegationis delegans carebat jurisdictione, & postea est eam adeptus, quod delegatio videtur firmare supervenientiam præsentantis. *arg. in l. licet. ff. de jud.* tamen à tempore supervenientis jurisdictionis & non prius: *ut l. obſer. §. ult. ff. de offi. procon.* præsertim, ut dicit Jac. de Are. habet locum, quando jurisdictio delegantis erat jam radicata, tamen non habebat exercitium: quia suspensus erat aut excommunicatus.

c Sed licet verum sit dicere Episcopum obligatum ad conferendum illi decepto, tamen potest nolle ei conferre sed alii, ideo videtur opus nova collatione. C. M.

Quartò pro ista parte facit, quia Imperator potest renuntiare scripto non obstante decreto in eo appositо: ut not. Domin. de sancto Gem. *in c. 1. §. ex parte. de conceſ. præben.* ubi alleg. Lap. *in c. pe. de præben. in 6.* facit *c. ſi aut. & cap. plerumque. de reſcri.* & Dom. de sancto Gem. *in dicto ca. pe. de præb.* ubi ponit post Joan. And. impetrantem posse renuntiare gratiæ habenti clausulam anteferri, & Fel. multa accumulat. *in c. cæterum. col. 11. verſ. 1. reſtrictio. de reſcr.* Et cum his sit expedita præs. quæstio.

Molin. ad reg. de infir. n. 32. glos. in ca. commissa, de elect. in sext. requiritur potestas tẽpore actus, valet enim collatio ad id quod est tẽpore actus, non ad id quod futurũ est. I.

Non sequitur tamen quod non valeat collatio nisi conferat. C. M.

In d. cap. penult. collatio valet propter Papæ authoritatem, quia purgare moram ordinarius non potest, nec post sex menses si conferre neglexerit. Rebuff. in tract. de devolut. & verum est per text. notabilem, cap. ult. de suppl. neglig. præl. I.

QUÆSTIO X.

1. *An tolerantia Papæ aut alterius collatoris videatur beneficium conferre, per totam quæſtionem.*
2. *Collatio valet ſi Epiſcopus conferat beneficium patronatum patroni nulla præcedente præſentatione. num. 6.*
3. *Alienatio rerum Eccleſiæ facta ab Epiſcopo, ut teneat ſufficit tacitus capituli conſenſus.*
4. *Collationis jus ad ſuperiorem devolvitur ſi Prælatus aut alter inferior non conferat infra ſex menſes.*
5. *Præſcribi licet poſsit jus conferendi, tamen titulus beneficii non præſcribitur.*
6. *Spoliatus nullo modo debet reſtitui, ubi conſtat quod non habet jus in re qua ſpoliatus eſt.*
7. *Clauſula ex certa ſcientia Papæ quomodo importat diſpenſationem. num. 12. & 13.*
8. *In poſſeſsionem beneficii ſi Epiſcopus mittat aliquem non præcedente collatione, quomodo talis miſsio importat collationem. num. 12.*
9. *Tacens quomodo conſentire expreſsè videatur.*

10. *Contumax*

Source : BIU Cujas

10. *Contumax in non respondendo habetur pro consentiente.*
11. *De beneficio ubi duo simul litigant, si unus præstet alteri reverentiam, an videatur renuntiare juri suo.*
12. *Collatio invalida an possit tolerantia vel tacito consensu validari tractu temporis, nu. sequent.*
13. In possessionem te mitto, *quid operantur ista verba prolata ab ordinario ante collationem.*
14. *Tolerantia Prælatorum inferiorum non habet vim dispensationis, nisi præcederet cognitionem causæ.*
15. *Tolerantia simplex quæ est nuda patientia vel dissimulatio non vestita actu concludente consensum, non habet vim consensus.*

QUæro decimò.

1. An tolerantia Papæ aut ordinarii collatoris videatur beneficium conferre? Et primò pro parte affirmativa videtur quod sic, per text. *in c. cura pastoralis.* secundum verum intellectum quæ ibi Dom. Abb. approb. *de jure pa.* ubi dicitur quia si quis habuerit beneficium à patrono absque institutione Episcopi per tolerantiam & tacitam approbationem Episcopi & possessionem beneficiati, ibi beneficium est acquisitum.

Ad istud argum. potest responderi, quia habet locum quando aliquis possidet beneficium in proprietate, videlicet si fuerit unitum per patronum Ecclesiæ collegiatæ, licet non valeat illa unio, nec etiam illa possessio facta per Prælatum recipientem à patrono; tamen ipse dat justam causam ignorantiæ: & sic aliqualem titulum ad præscribendum: ita quia successores poterunt præscribere proprietatem illius beneficii, & sic habet locum. *d. c. cura pastoralis.* nec sibi tolerantia Prælati dat beneficium, sed sola præscriptio: secus est in casu præsentis quæstionis, quia beneficium non potest haberi, nec etiam præscribi absque canonica institutione: ut est tex. *in c. 1. de regul. jur. in 6.*

2. Secundò pro ista parte affirmativa facit illud quod not. Dom. Abb. *in c. per vestram. de jure patr.* ubi tenet quod si Episcopus conferat beneficium patronatum patrono, valebit illa collatio, licet nulla præsentatio præcesserit, quia ibi taciturnitas à tolerantia patroni convalidat & approbat illam collationem.

Ad istud potest responderi, quod patronus acceptando collationem videtur se ingerere, quia non habet originem à se sed à superiore. Item præsentatio quandoque intervenit ex post facto. *c. si vero. de jure patrono.* & sæpe valet institutio Episcopi sine præsentatione patroni: ut not. *in c. 3. & in c. eam te. de jure patr.* & subdit Dom. Abb. quia patronus non præsentando, sed preces emittendo possit assistere Episcopo ut sibi provideat de illo beneficio, quia per illam præsentationem non acquiritur jus, sed per institutionem Prælati, sed expressa collatione ipsius: & sic ibi nulla tolerantia intervenit ab illo qui contulit beneficium, sed ab illo qui debuit consentire collationi.

Tertiò pro ista parte affirmativa facit. *c. continebatur. & c. sequen. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli.* ubi dicunt jura junctis gloss. quia licet Prælatus non possit alienare res Ecclesiæ sine consensu capituli, tamen sufficit consensus tacitus: & sic ibi taciturnitas sufficit. Idem etiam videtur in collatione beneficii.

3. Ad istud argumen. potest responderi quod illud habet locum in alienatione, quæ fit ad modicum tempus, in qua sufficit consensus tacitus capituli, quia agitur de modico præjudicio, ut dicit gloss. & ibi Doct. *in c. continebatur. de his quæ fiunt à Præl. sine consen. capit.* & ibi subdit gloss. quod secus est in alienatione perpetua: & sic procedit contrarium: tamen collatio beneficii dicitur perpetua, & fit in perpetuum & non ad tempus: ut not. per gloss. & Doct. *in c. si gratioſe. de rescript. in 6. & in c. veniens. de filiis presb.* ergo requiritur quod in collatione beneficii interveniat consensus expressus suprà, ut infra dicetur.

4. Quartò pro ista parte facit, quia si Prælatus non conferat infra tempus juris: videlicet infra sex menses, jus conferendi devolvitur ad superiorem. *c. nulla. de conceſſ. præbend. c. licet. cum simi. de sup. neg. præla.* & sic ergo per suam tolerantiam & negligentiam beneficium alteri acquiritur.

5. Ad istud respondetur quod beneficium non acquiritur per illam tolerantiam: sed jus conferendi pro illa vice videtur esse acquisitum superiori, & sic habet locum illud argu. nam per præscriptionem jus conferendi potest præscribi. *c. auditis. de præscript. c. cum Ecclesia Sutrina. de cau. poſ. c. 2. de in inte. resti.* sed beneficium, hoc est titulus beneficii, non potest præscribi, & sic procedit istud.

5. Quintò pro ista parte facit, quia beneficium possidetur absque titulo, ut est tex. *in c. in litteris. & in c. item. de resti. spo.* si ergo possideatur absque vero titulo, tolerantia debet sufficere ad illud beneficium habendum.

6. Ad istud argu. potest responderi, quod si aliquis habeat beneficium, & illo fuerit spoliatus, ante omnia est restituendus, nonobstante impedimento allegato per spoliatorem: quia illud est privilegium à jure concessum spoliato ut ante omnia restituatur probatis possessione & spoliatione. *c. consultationib. de off. deleg.* tamen ibi beneficium non dicitur possideri sine titulo: imò si constaret notoriè quod spoliatus non haberet jus in benefic. nullo modo veniret restituendus ut not. Inn. *in c. constitutus. de filiis Presby.* & sic illud argu. non bene militat, imò si ageretur coram judice super beneficio propter contumaciam rei, actor non esset mittendus in possessionem causa rei servandæ, ne videatur habere vitiosum ingressum in beneficio ut est text. *in c. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſ. causa rei ſervandæ. in 6.*

7. Sextò pro ista parte facit, quia licet Episcopus non possit conferre beneficium sine præsentatione patroni: ita quod si aliter conferat, collatio est ipso jure nulla, ut est text. *in c. decernimus. 16. q. 7.* tamen si Episcopus conferat non præcedente præsentatione, valebit collatio si patronus infra tempus juris non præsentaverit, [a] ut not. Feli. *in c. cum Bertoldus. de re jud.* & sic ergo ibi tolerantia videtur conferre & donare illud beneficium. Ad illud arg. potest responderi ut fuit responsum suprà. *in 2. oppoſitione.*

[a] Sed ideo, quia ab initio ipso jure valuit, ut in quæstio. Tolos. C. M.

8. Septimò pro ista parte facit, quia certa scientia Papæ importat dispensationem & veram collationem. facit glos. *in cle. & ſi principalis. de reſcrip.* & glos. *in cle. 1. de jud. cum sim.* ut no. Feli. *in c. cum inter priorem. de excep.* & sic ergo videtur quod illa certificatio & tolerantia expressa sufficit ad beneficium conferendum.

Ad istud potest responderi, quod verum est illud arg. quando constat de certa scientia Papæ quod importat provisionem, dum tamen exprimatur illud in dispositiva provisionis. *cap. ſi Papa. de privi. in 6.* & illa certa scientia ibi non dicitur tolerantia, imò est expressa provisio: sed verba ita clarè non ponuntur sicut in aliis provisionibus: imò si Papa aliquem nominaverit sub titulo prælaturæ, non videtur illam prælaturam conferre, ut est text. *in cle. ſi ſumm. Pontif. de ſent. excom.*

8. Octavò pro ista parte facit, quia si Episcopus non præcedente collatione dicat alicui: *Ego mitto te in poſſeſſionem illius beneficii* non præcedente

aliqua collatione, illa missio importat collationem, ita hîc ordinarius videtur conferre, ut no. Dom. Abb. *in ca. auctoritate. de institu.*

Ad istud potest responderi quod ibi non erat tolerantia, imò erat vera collatio per illa verba. *ego mitto te in possessionem.* quia de jure non reperitur certa forma in beneficiis conferendis.

9. Nono facit quod si aliquis potest contradicere, & ipse simulat, & tacet, illud facit in præjudicium sui, & valet ac si expresse consentiret. facit *l. 2. ff. si res aliena pigno. data fue.* ubi dicitur quod si te fraudulenter tacente alius rem tuam tanquam suam pignoravit, infert tibi præjudicium.

Ad istud potest responderi quod illud habet locum ratione fraudis & malitiæ ipsius facientis, ut no. Fel. *in c. nonne. de præsum.*

Decimò pro ista parte facit, nam ratione conjunctionis sanguinis propter quam tacens habetur pro consentiente etiam in præjudicialibus. *l. si servus communis. ff. de dona. inter virum. & uxo.* ubi dicitur quod tres erant fratres qui habebant servum communem, quorum unus eundem servum aliis præsentibus & tacentibus donavit uxori suæ, & concluditur valere donationem respectu tacentium, quia ratione proximitatis videntur in eorum præjudicium consensisse: ut est casus secundum Dom. Abb. *in ca. nonne. de præsum.* & facit quod no. Bar. *in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur.*

Ad illud potest responderi, quod illud arg. habet locum ratione conjunctionis sanguinis, ut dicunt Doct. in illis juribus, secus est in beneficio conferendo, quia ibi non inspicitur conjunctio sanguinis. *ca. primo. de præb. & dig.*

Undecimò pro ista parte facit illud quod no. Dom. Abb. *in ca. nonne. de præsump.* per tex. *in ca. si servus sciente. 54. dist.* ubi dicitur quod si servus ordinatur sciente Domino, & non contradicente, videtur consentire: nam in hoc casu subest illa ratio conjunctionis favore divini cultus, cùm Ecclesia sit mater nostra. *ca. qui abstulerit. 12. quæst. 2.* facit *ca. non solum.* in verbo *professus. de reg. in 6.* & no. Bar. *in aut. si servus. C. de Episcop. & Cle.*

Ad istud potest responderi quod illud arg. procedit favore divini cultus & libertatis. *ut dicto. ca. si servus sciente. 54. dist.* & not. Dominus Abb. *in ca. nonne. de præsum.*

Duodecimò pro ista parte facit, quia favore reipublicæ, ille qui tacet consentire videtur, ut no. Joa. And. *in regula qui tacet. de reg. jur. in 6. per l. 2. ff. ad munici.* & *l. honores. §. fi. ff. de decur.* & *l. 1. suprà. de fili. fam. l. 10.* & *ca. 2. de accusa. in 6.*

Ad istud potest responderi quod illud arg. procedit favore reipubl. ut no. Fel. *in ca. nonne. de præsum.* sed in collatione beneficii requiritur expressus consensus collatoris: ut infra dicetur. per *c. 1. de regul. jur. in 6.*

Decimo tertiò pro ista parte facit, quia ubicunque aliquis vocatur, ut consentiat vel contradicat, quia si est postea in actu præsens, & tacet, habetur pro consentiente, ut no. Inno. *in c. vestra. de locato.* & ibi Dom. Abb. & no. Federi. *cons. 17.* & Arch. *in c. pronuntiandum. in fi. de consec. dist. 3.* & Dom. Abb. *in c. fi. col. 3. de feriis.* Albe *in secunda parte statu. quæst 250.* Dom. An. *in c. cum omnes. col. 8. de constitu.* & *in c. quæ in Ecclesiarum. col. fi. eo. tit.*

Ad istud potest responderi secundum Feli. *in dicto. ca. nonne. de præsum.* quod ubi collegium vel universitas congregatur ut singuli consentiant vel dissentiant, si tacent, habentur pro consentientibus: tamen illud non procedit in alienatione perpetua rei Ecclesiæ, quia in ea requiritur expressus consensus capituli: ut no. Arch. *in c. Sacerdotes. 16. q. 4.* & *in c. sine exceptione. 12. q. 2.* & Joa. And. *in regula qui tacet. de reg. jur. in 6.* glos. & ibi Docto. *in c. continebatur. de his quæ fiunt à præl. sine consen. ca.* sed collatio beneficiorum dicitur alienatio perpetua, ut suprà dixi. *in c si gratiosè. de rescrip. in 6.* & gloss. *in c. veniens. de filiis. Presby.*

Decimo quartò pro ista parte facit, quia ubi agitur de commodo & re appetibili tacens præsumitur consentire, ut not. Innoc. *in ca. 3. in Genesi. de elec.* glos. *in c. sicut. de elec. in 6.* & *in regula qui tacet. de regul. jur. in 6.* & no. Dom. Car. Dom. Ant. Abb. Imo. & Fel. *in dicto. ca. nonne. de præsum. per l. qui patitur. ff. mandati.* & per hoc infertur quod tacens postquam scit rem pro se viriliter gestam præsumitur ratam habere, ut not. Dom. Abb. ut suprà & dicit Bal. *in l. si sine. in 1. quæst. C. ad Velleia.* quod sive loquatur de utilitate vera, sive de utilitate præsumpta, tacens præsumitur consentire: hinc est quod filia præsumitur consentire, quando pater aliquid facit pro ea, quia præsumitur moveri ad ejus utilitatem propter affectum paternum. *l. 2. §. voluntas. ff. solu. ma.* & per hoc infertur secundum eos quod filius tacens quando legitimatur, præsumitur consentire, ut est glos. *in l. in adoptionibus.* in verbo *non contradicendo. ff. de adop.* alle. §. *generaliter. in aut. quomo. natu. effi. legi* & no. Roma. *sing. 100.* dicens quod ante ipsum nunquam fuit notata, & licet certo respectu legitimatio sit damnosa filio, quia perdit libertatem, & non est amplius sui juris: tamen attenta utilitate quæ resultat ex recuperatione juris natalium, præsumitur potius consentire, quàm dissentire.

Ad istud arg. potest responderi, quod habet locum quando agitur de utilitate: secus ubi non agitur de utilitate, ut suprà dixi, ut quando agitur in collationibus beneficiorum, quia collator in conferendo non habet utilitatem: imò si alius conferat ipse consequitur aliquale præjudicium, ut no. Docto. *in ca. quæ in Ecclesiarum. de constit.* & *in ca. 1. de in integ. resti.*

10. Decimo quintò pro ista parte facit, quia contumax in non respondendo habetur talis pro consentiente vel negante, quatenus magis vertitur in sui præjudicium. *ca. fi. de jura. calum. ca. si post præstitum. de confes. in 6. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio.* Ad istud potest responderi quod illud procedit in odium contumacis, quia tacens habetur pro consentiente: secus est in præsenti casu, quia non agebatur de contumacia.

Decimo sextò pro ista parte facit quando ultra tacere intervenit aliquis actus positivus, ut puta si recepit scienter literas in quibus constituebatur procurator. *Cle. 1. de procur.* tunc videtur acceptasse procuratorium super omnibus contentis in dicta procuratione. ut est tex. *in d. Cle. 1.* Ad istud potest responderi ut suprà in aliis fuit responsum.

11. Decimo septimò pro ista parte facit tex. *in ca. exore. de his quæ fiunt à majo. parte ca.* ubi si sint duo litigantes de beneficio, si unus præstet reverentiam alteri videtur renuntiare juri suo, fateor istud arg. tamen jus non acquiritur eidem parti per illam reverentiam præstitam, ut videtur esse tex. *in ca. dilecto. de præben.* Pro solutione præsentis quæstionis reperio text. *in Cle. fi. de senten. excomm.* ubi dicitur quod si Papa sub titulo cujuslibet dignitatis, etiam ex certa scientia, verbo, constitutione, vel literis aliquem nominet, honoret, seu quovis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur: aut quicquam ei tribuere novi juris, & ibi subdit glos. in verbo *approbare:* quod si Episcopus Missam audit vel procurationem recipiat à male ordinato vel substituto, quod per hoc non dispensat cum illo: dato etiam quod sit casus quo dispensare possit, & etiam videtur text. *in ca. dilecto. de præb. & dig.* ubi per exercitium quod aliquis fecit in Ecclesia ut Canonicus, videlicet per Lectionem & Evangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur, Episcopi

Source : BIU Cujas

aut Decani electione & aliorum negotiorum tractatione : ſicut Canonicus Trecenſis interfuit & domum quandam per memoratum obtinuit, quæ non niſi Canonico conſueverat aſſignari: & Epiſcopus licet iſtum cum aliis Canonicis ad oſculum receperit, ad quod non admittuntur niſi Canonici, & etiam per biennium eidem quæſtionem non moverit, tamen propter illud non videtur eum approbaſſe, ut dicit ibi text. Item reperio Dom. Abb. *in cap. quia circa. in fin. de conſang. & affi. poſt gloſ.* ubi dicitur quod tolerantia & diſſimulatio principis in actu à jure prohibito inducit diſpenſationem, quod dictum ibi Dom. Abb. limitat, quando major pars populi receperit conſtitutionem principis, tunc peccat minor pars non obſervando illam conſtitutionem : & illo caſu tolerantia Principis non importat diſpenſationem: & ſic habet locum. *c. cum jam dudum. de præben. & digni.* ſecus eſt ſecundum eum quod minor pars non recepiſſet. nam in conſtitutione inducenda attenditur major pars populi, & non quod facit minor pars, ut not. Joan. And. *in glo. fin. in c. fin. de conſue. & in tract. de conſue.* aut ſecundum eundem Do. Abb. ubi ſuprà conſtitutio Papæ à principio, fuit recepta communiter ab omnibus vel à majori parte, & poſt aliqui tranſgrediuntur: & tunc ſi Papa ſcribit quod vult certum actum tolerare ſeu diſſimulare, & tunc talis diſſimulatio habet vim diſpenſationis: ut eſt text. *in dicto c. quia circa. de conſang. & affin.* & non eſt veriſimile quod Papa circa diſpenſationem mandaſſet iſtos tolerari in puncto propter ſcandalum. *c. 2. de novi ope. nun.* & ſi Papa nihil ſpecificè ſcribit, tunc non videtur diſpenſare. *c. cum jam dudum. de præben. & dign.*

Ego circa iſtum articulum diſtinguendo, per caſus dicerem ſic.

12. Primus caſus erit quando eſt tolerantia approbationis expreſſa, talis dat jus in beneficio, & hæc maximè quando fit à Papa: ut not. gloſ. *in c. 1. §. volens. per illum text.* in ver. *tolerandas. de colla. in prag.* alleg. *c. cum ſis. de conver. conju.* & videtur eſſe text. in lite. *de ſup. neg. præl.* ubi dicitur quod non valet collatio facta per ordinarium poſtquam jus conferendi fuit devolutum ad ſuperiorem, niſi poſtea à ſuperiore fuerit approbata per patientiam : & ibi Hoſt. exponit illud verbum *patientia* ſuprà expreſſa. ut not. Joan. And. *in c. Michael. de filiis Presby.* & illa patientia habet vim diſpenſationis. *c. quia circa. de conſang. & affi.* & in iſto caſu iſta certa ſcientia importat diſpenſationem & proviſionem pleni juris, ut not. gloſ. fin. *in cle. 1. de reſcript.* quæ dicit quod non valet commiſſio facta alicui per Sedem Apoſtolicam niſi ſit de perſonis expreſſis à jure, aut Papa faciat illud de certa ſcientia : facit etiam gloſ. *in cle. 1. de elect.* & *in cle. 1. de judi.* not. Dom. Abb. & ibi Feli. *in c. cum inter priorem. de exce.* & *in cap. cum olim. de re judi.* & *in cap. propterea. de teſti. cog.* & *in cap. nonnulli. de reſcript.* & idem etiam eſt dicendum in tolerantia quam facit ordinarius collator, dum tamen ſit expreſſa, ut ſentiunt

13. Doct. Abb. *in c. authoritate de inſtit.* ubi dicit quia illa verba *Mitto te in poſſeſſionem* prolata ante collationem important plenam collationem : & idem dicit gloſ. *in d. c. 1. in §. volens. in ver. tolerandas. de colla. in prag.* & idem etiam eſt dicendum in tolerantia patroni, ut not. Dom. Abb. *in c. per veſtras. de jure patr.* ubi dicit quia ſi Epiſcopus conferat beneficium patronatum patrono, valet collatio, quia illa acceptatio & tolerantia patroni convalidat illam collationem. Idem etiam ait Feli. *in c. cum Bertoldus. col. 4. verſi. 4. limita. de re judi.* ubi dicit quia collatio ordinarii convalidatur per lapſum temporis ſi patronus non præſentet infra tempus juris. idem etiam eſt dicendum in eligentibus, ut eſt text. *in c. quod ſi. ut.* & ibi Doct. *de elect.* ubi tenent quod abſens per ſuam expreſſam tolerantiam electionem factam per præſentes poterit approbare : in ſimili not. per Dom. Abb. gloſ. & Doct. per illum tex. *in c. cum in jure. de elect.* ubi dicitur quia quando in electione facta non per formam ſcrutinii ipſe electus per tolerantiam expreſſam poterit approbare electionem factam de ſeipſo licet à prin. non fuerit facta à majori parte capituli. & no. Card. Alex. poſt Archi. *in c. ſi ſervus. in ſecundo. 54. diſt.* quia ſi quis Canonicus electus fuit ad aliquam dignitatem, & Epiſcopus eo præſente dat præbendam electi alteri : & ipſe electus non contradixit, valebit ex nunc talis collatio præb. dato etiam quod poſtea caſſetur electio, non poterit tunc iſte electus ad ſuam præbendam reverti quam per prædicta viſus eſt habere, ut no. Jo. An. *in regula juris qui tacet. de reg. jur. in 6.* facit *c. ex ore. de his quæ fiunt à majori parte capit.* alleg. etiam Dom. Abb. *in c. nonne. de præſum.*

14. Secundus caſus eſt in tolerantia approbationis tacita habens in ſe tacitum conſenſum: & iſta etiam in Papa dat jus beneficio, quia ſufficit quod poſtea conſtet de ſua voluntate: ut not. per gl. *in c. ſi aliquando. de ſen. excommu.* & Joan. And. *in cle. ſi ſummus. eo. titu. de ſent. excom.* & dicit Inno. *in c. quia circa. de conſang. & affi.* quia ejus diſſimulatio habet vim diſpenſationis per illum tex. facit. *c. ſuper eo. de conſang. & affi.* & not. *in c. aqua. de conſacra. Eccleſ. vel alta.* & Bar. *in l. item Ulpianus. ff. de excuſa. tuto.* & not. *in c. licet. de elect.* & glo. *in c. 1. §. volens.* in verbo *tolerandas. de colla. in prag.* in aliis Prælatis inferioribus eorum tolerantia etiam expreſſa non habet vim diſpenſationis niſi præmiſerint cauſæ cognitionem : ut not. glo. & Doct. *in c. 2. de ſchiſma.* & *in c. litteras. de conceſ. præb.* Inn. & alii Doct. *in c. veniens. de filiis presby.* quia iſti inferiores quando diſpenſant debent præmittere cauſæ cognitionem, & ad cauſæ cognitionem arctatur inferior, aliàs non eſſet diſpenſatio. ut not. *in ca. niſi rigor. 1. qu. 7.* & not. Inn. *in c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach.* Ideò Epiſcopus neque ordinando, aut conferendo, vel confirmando, aut alio modo non intelligitur diſpenſare niſi hoc exprimatur, ut not. Joan. And. *in c. 2. de ſchiſma.* & ſi exprimatur cognitio cauſæ ſuper diſpenſatione, tunc promovendo videtur diſpenſare. ut not. *in c. ſi. de conjug. ſer.* Inno. *in c. ſi. de eo qui furtive ordines ſuſce.* & Joan. And. *in c. 1. de ata. & quali. in 6.*

Et tolerantia iſtorum inferiorum non dat jus in beneficio, niſi interveniat Canonica collatio vel proviſio, ut no. Doct. in illum tex. *in c. dilecto. de præben.* & ibi Dom. Abb. poſt Hoſt. & Henri. facit *lex cùm vir. ff. de uſuca.* & ibi Bart. *in l. ſi ſervo alieno. ff. qui & à quibus.* & *in c. non firmatur.* & ibi Joan. And. *in novella. de regu. jur. in 6.* & iſtud limitatur [a] quando ad proviſionem requiritur ſolemnitas ſubſtantialis, ſine qua actus non valeret, *ut c. auditis.* & quod ibi not. *de elect.* & facit 1. §. *ad tollendum. de elect. in prag.* & quando proviſus fuit in dolo & dedit occaſionem proviſioni, nullaque facta fuit per impreſſionem aut ſimoniacè, ut not. Compo. *in c. quod ſicut. de elect.* aliàs his ceſſantibus ſi Prælatus faciat aliquem actum per quem tacite videatur approbaſſe collationem nullam, ubi non requiritur aliqua ſolemnitas ; ſed ſufficit nudus conſenſus, validabitur collatio quæ prius erat nulla, ut puta ſi aliquis contulit beneficium ſpectans ad collationem Epiſcopi, vel Epiſcopus contulit beneficium, cujus collatio ſpectat ad inferiorem, & hoc modo ad eum devolvitur collatio, & Epiſcopus ex certa ſcientia viſitat illum beneficiatum, & recipit procurationem, & admittit ad ſinodum & ſimilia, tacitè videtur approbare collationem. *arg. in c. dilecto. de præbend. & dig.* & *in c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. l. quod enim.* & quod ibi not. Bar. *ff. rem. ra. habe.* & idem Bart. *in l. 1. Cod. qui pro ſua juriſdict.* & quod not. Dom. Abb. *in c. cum ex officii. circa fi. de præſcr.* & quod no. *in c. ex ore. de his quæ fiunt à majo. parte c.* nec refert ut aliquid fiat verbo vel facto. *c. ut noſtrum.*

[a] Ut tunc nõ ſufficit tolerantia, C. M.

Quia in viſitatione perſonali debet titulum beneficiati videre. ut notat glo. prag. ſanct. in tit. de pacif. poſſeſſ. parag. ordinarii. in verbo inquirant. I.

Source : BIU Cujas

& quod ibi not. de appel. & de equipollentibus idem est judicium. *l. fi. ff. mandati. & l. 2. in fi. Cod. de inst. & substi.*

Tamen iste casus debet intelligi quando collatio est facta ab illo ad quem spectat pleno jure & originaliter collatio quia tunc licet collatio non valeat, tamen ex tolerantia ipsius impetrantis convalidatur, tunc habet locum quod not. Dom. Abb. & ibi Fel. *in c. cum ex officii. de præscrip.* quia ibi non requiritur nova collatio, sed negligentia & tacitus consensus ipsius impetrantis : sic habet locum, quod not. Feli. *in c. cum Bertoldus. col. 4. ver. 4. limita. de re judi.* & Dom. Abb. *in c. per vestras. de jure pa.* & omnia ista intelligunt quando non requiritur nova collatio, sed solus consensus patroni vel eligentium, aut renuntiatio impetrantis : secus credo dicendum quando requireretur nova collatio : quia tunc illa tolerantia non importat collationem, & sic habet locum. *d. c. dilecto. de præben.* & *cle. si summus Pontifex. de sent. excom.*

Vel nisi istæ duæ collationes procederent ab eodem fonte, & ab ordinario ; tunc si prima non valeret, & cessante impedimento tolerantia ipsius collatoris & ex certa scientia postmodum intervenirent, tunc tolerantia ipsius importaret novam collationem : & sic potest intelligi gloss. *in c. 1. §. volens.* in verbo *tolerandas. de colla. in prag.*

15. Tertius casus est in tolerantia simplici, quæ est nuda patientia vel dissimulatio non vestita actu concludente consensum : & talis non habet vim consensus. ut est tex. *in Clem. si summus Pontifex. de sent. excom.* & *c. cum jam dudum. de præb. & dig.* & Dom. Abb. *in c. quia circa post. Dom. Anto. de consang. & affi.* Et ratio assignatur, quia tacens non consentit *ut regula is qui tacet. de reg. jur. in 6.* Nam in simili facit quia in statutis requirentibus consensum in certo actu non sufficit taciturnitas, ut not. Bal. & alii Doct. *in l. 2. §. voluntatem ff. so. ma.* ubi not. quia stante statuto ut mulier non possit sine consensu duorum propinquorum alienare, non sufficit illos esse præsentes & non contradicentes, per illum text. ibi in verbo *videri.* & in verbo *quasi* qui denotat fictionem, secundum Bar. *in l. si quis pro emptore. in 2. qu. 1. ff. de usucap.* & ista fictio non procedit in statutis secundum Bart. *in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.* facit. *l. 1. in fi. ff. de auth. tu.* & not. Bal. *in l. si sine. in 2. q. Cod. ad Vel.* & *in l. fin. §. necessitate. ver. quæro an sufficiat. Cod. de bo. quæ lib.* facit etiam quod not. Joan. And. *in addi. Spe. ti. de arbi. §. sequitur. ver. scilicet nunquid arbitrator.* ubi dicit contra Speculatorem quod si præsens & tacens eligitur in arbitrium non videtur consentire. alleg. *l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi.* facit etiam quod not. Jo. And. *in c. Joannes. de test.* ubi dicit quod si præsens eligitur in executorem testamenti, & tacet, non videtur consentire, & per illam regulam dicit Bal. *in l. mutus. col. 2. Cod. de procur.* quod si instrumentum dicit, Titius constituit talem procuratorem præsentem, & non dicit acceptantem, talis non est procurator, ut not. Feli. *in c. nonne. de præsum.* & ubi agitur de dominio rerum admittendo tacens non habetur pro consentiente, nisi ratione vicinitatis & propinquitatis. *l. si servus communis. ff. de don. inter vi. & uxor.* ut not. Dom. Abb. post gloss. *in dicto c. nonne. de præsump.* ubi subdit quod tacens & tolerans propriè non contradicit, nec etiam consentit, quia tacere tenet medium inter consentire & contradicere, *per dictam regulam, qui tacet.* unde quando hoc medium potest consequi aliquem effectum ab extremis separatum illum consequitur, nec accedit ad aliquod extremorum. *l. 1. §. scientiam. ff. de tribu. act.* ubi aliud disponitur cùm expresse consenserit Dominus contractibus servi sui, & aliud cùm contradixit, aliud verò cùm tacet : cujus diversitatem vide per gloss. *in dicta regula is qui tacet. de regu. jur. in 6.* ubi verò non est invenire effectum hujusmodi : tunc quandoque sumit effectum unius extremorum : quandoque alterius, secundùm varias conjecturas. Nam sicut dicimus in hermafrodito quod debet tribui sexui ubi magis invalescit. *l. quæritur. ff. de sta. ho.* & *4. q. 3. hermafroditus.* ita est dicendum in isto casu quod tacere sit referendum ad consensum vel dissensum, in quo magis invalescit secundum varias conjecturas, ut not. Dion. *in d. regula is qui tacet. de reg. jur. in 6.* In simili etiam facit quia quando agitur de obligatione personali, tacens habetur pro contradicente. *l. filius familias. §. invitus. ff. de procur.* ubi dicitur quod si is qui constituitur procurator est præsens, & tacet, non videtur consentire : & quando agitur de præjudicio juris tacentis : tunc tacens est habendus pro contradicente, quia in dubio non præsumitur quis velle præjudicare juri suo & jactare suum. *l. cum indebito. ff. de proba.* & *cap. super hoc. de renun.* facit quod not. gloss. *in l. cum quid. ff. si cert. peta.* & potest constare de non fraude per conjecturas : & sic potest intelligi. *l. si sine. Cod. ad Vell.* ubi text. in fin. ponderat calliditatem mulierum : & in dubio præsumitur fraus interveniisse ex quo est : possunt & potest impedire & tacet : & sic de fraude præsumpta, *ut dicto cap. super hoc. de renun.* & hoc habet locum quando agitur de gravi præjudicio : secus est quando de modico præjudicio, quia tunc præsumitur consensus : ut not. Dom. Abb. *in dicto c. nonne. de præsump.* & ibi subdit quod ex multis conjecturis judex præsumit in consensum vel dissensum, *cum similibus.* In ista materia taciturnitatis vide Fel. & Dom. Phil. Dec. *in cap. 3. de const.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

Et reali l. fidejussor. parag. pater. ff. de pig. & hypot. *l.* sæpe constitutum. parag. f. ff. de re jud. l. si eo tempore Cod. de remiss. pig. l.

QUÆSTIO XI.

1. *In rescripto in beneficiis impetrandis quæ qualitates sunt exprimendæ.*
2. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de beneficio à quo est spoliatus.*
3. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de his quæ possent reddere Papam difficiliorem ad concedendum, & de his quibus specialiter est à jure provisum.*
4. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de intrusione præcedenti ; & similiter de injusta detentione, fructibusque perceptis nisi ipsos in utilitatem Ecclesiæ converterit.*
5. *Intrusus quomodo quis dicatur sex modis.*
6. *Verbis inusitatis apud curiam non debet uti aliquis in quocumque actu.*
7. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de qualitate beneficii, & modo vacationis ac si beneficium impetraret.*
8. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de beneficio manuali quod ipse tenet.*
9. *Beneficium impetrans debet facere mentionem, quod ille cujus morte vacat, erat familiaris alicujus Cardinalis.*
10. *Beneficium seu hospitale impetrans debet exprimere quod hospitale, & beneficium*

Source : BIU Cujas

solet regi per laicum.

11. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de jure patronatus laicorum, & qualitate ipsius Patroni. num. seq.*
Fallit quando illud jus vel Patronus est Ecclesiasticus Romanæ Ecclesiæ. nu. 22. & aliis de quibus. nu. 20. & 21.

12. *Patroni laici habent istud privilegium ultra jus commune quod Papa non confert beneficia de patronatu laici.*

13. *Nominationes universitatum non extenduntur ad beneficia juris patro.*

14. *Confert solus Papa beneficia invitis patronis.*

15. *Patronus fundans Ecclesiam potest apponere pactum quod Clericus secularis habeat vocem in electione Abbatis : & quare istud eis sit concessum. Et potest apponere pactum ut jus patronatus non transeat ad extraneos.*

16. *Rescriptum ad beneficia per Papam concessum motu proprio quando non comprehendit beneficium patrona. num. 15.*
Idem si dicatur si ad alicujus præsentationem spectet.

17. Præsentationis *verbum in literis Apostolicis expressum non includit laicos.*

18. *Jus patronatus quando præponderatur circa patronum clericum non laicum, vel è contra.*

19. *Clausula generali si etiam fiat mentio de jure patronatus laici, non derogatur juri patronatus principis.*

20. *Papa si ex certa ejus scientia concedat beneficium quod est juris patronatus laici, tollit jus patronatus, & certa scientia probatur per testes.*

21. *Reservationes non includunt beneficia de patronatu laici.*

22. *Juris patronati beneficia spectantia ad laicos quando Papa confert non facta expressione dicti juris.*

23. *Juri patronatus acquisito ex privilegio potest Papa derogare.*

24. *Beneficium monoculum non cadit in impetrationibus.*

25. *Mandatum de providendo de dignitate in aliqua Ecclesia non debet extendi ad unicam dignitatem quæ est in Ecclesia.*

26. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de beneficio quod alias fuit unitum.*

27. *Præbendam impetrans debet facere mentionem de natura Præbendæ.*

28. *Beneficium impetrans debet facere mentionem an sit electivum, Et quid sit beneficium electivum.*

29. *In beneficij impetratione si nullus vacandi modus exprimatur venit modus electionis, & omnis alius modus.*

30. Provideri *verbum quid importat adjectum in rescripto mandati providendo.*

31. *In beneficiis impetrandis quod fieri debeat mentio de jure ad rem acquisito & acceptatione ipsius impetrantis beneficium in vim gradus & Concilij Basilien. qualiter intelligatur. Conferre non potest Papa beneficium post præsentationem factam à patrono Ecclesiastico.*

32. *Beneficium quod quis renunciavit impetrans debet facere mentionem de dicta renuntiatione, licet non teneat talis renuntiatio.*

33. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de titulo quod habet in alia Ecclesia.*

34. *In beneficij impetratione fieri debet mentio de possessione colorata quam alius Clericus habet super beneficio impetrato.*

35. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de annuali detentatione si detentum fuerit, & quare fieri debeat dicta mentio.*

36. *Executor si datur ad providendum de vacaturo, non intelligitur de eo quod vacat de jure & non facto.*

37. *Beneficij uniti impetratio non facta mentione possessionis obtentæ non valet.*

38. *Mandatum de providendo ad vacaturas quando debet facere mentionem de cathedrali Ecclesia ut videantur præbendæ comprehensæ.*

39. *Beneficium impetrans clericus secularis debet facere mentionem de ejus natura.*

40. *Præscriptione non potest queri titulus beneficialis.*

41. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de qualitate beneficij obtenti.*

42. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de qualitate beneficij impetrandi.*

43. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de jure ad rem quæsito ex acceptatione electionis aut præsentationis.*

44. *Electione quæritur jus Prælaturæ.*

45. *In beneficiis an valeat præsentatio Papæ in præjudicium præsentati à patrono.*

46. *In præsentatione debent intervenire tres personæ.*

47. *In beneficiis impetrandis debet impetrans facere mentionem quomodo est in alia Ecclesia.*

48. *Rescriptum ad beneficia non tantum vitiatur ex his tacitis quibus potuisset moveri princeps ad denegandum gratiam, sed ex illis non expressis de quibus reperitur jure cautum videlicet quod eis expressis non concessisset Papa.*

49. *In beneficiis impetrandis debet exprimi qualitas quæ alterat naturam beneficij.*

50. *Spurius impetrans beneficia debet exprimere qualitates spuritatis.*

51. *In rescripto ad beneficia quorum lis pendet, debet fieri mentio de litis pendentia.*

QUæro undecimò. Quæ qualitates sunt exprimendæ in beneficiis impetrandis? Et respondetur quod plures requiruntur.

Prima qualitas est de jure ad rem, quod quis habet ad aliquod beneficium, an est facienda mentio per tex. *in cap. ad audientiam. in 2. & cap. in nostra. de rescript.* & not. Docto. *in cap. si motu proprio. de præb. & dig. in 6.* facit glo. *in Cle. si Romanus. in ver. obtinet. de præb. & dig.* & ibi Joa. de Imo. *col. 2.* idem not. Car. *in Cle. 2. in 12. q. de offi. ordi.* ubi tenet literas

Source : BIU Cujas

esse subreptitias quando quis dixit se nondum Ecclesiasticum beneficium assecutum, & habet literas super impetratione, & alleg. Joan. An. *in regula ignorantiæ. de reg. jur. in 6.* notant Domini de Rota. *decisio. 12. tit. de renun. decisio. 4. in antiquioribus. in simili.* & not. Bal. *in l. si is qui. §. fi. ff. de excusa. tut.* ubi tenet quod habens beneficium nomine non re, si impetrat aliud beneficium, non tenetur de primo facere mentionem, quia debet intelligi quando non habet jus in re, nec ad rem, sed solum nomen, & istud est limitandum, quando jus ad rem esset fragile & meræ gratiosum, puta ex receptione facta auctoritate capituli: quia de ista non est necessaria mentio, ut not. Joan. de Imo. post Host. & Joan. An. & Butri. *in c. relatum. col. ulti. de præb.* quia receptio capituli censetur gratiosa, & capitulum per suam receptionem non potest dare jus ad vacaturam, sed est quoddam jus gratiosum dans facultatem agendi coram superiore, ut compellat capitulum ad præbendam conferendam: & ideo de tali jure non est necessaria mentio, & propter hoc potest dici quod expectans auctoritate Apostolica præfertur recepto auctoritate capituli. *cap. his qui. cap. si postquam.* & istud est intelligendum de receptione facta de alio, de qua iste impetrans Apostolicus non tenetur facere mentionem rationibus prædictis: sed ipsi Doct. non aperiunt quid de receptione facta per capitulum de seipso, nunc volente impetrare, an teneatur de sua receptione facere mentionem, & ipsi videntur tenere quod non: tamen potest distingui secundum Fel. *in ca in nostra. col. 4. vers. de jure de rescr.* quod aut receptus in eadem Ecclesia impetrat à Sede Apostolica, & tunc non est necessaria mentio, quia per hoc Papa non fuisset difficilior ad concedendum, immo facilior: aut ipse fuit receptus auctoritate capituli & post impetrat in alia Ecclesia, & de hoc debet fieri merito, quia licet illa receptio conferat jus fragile quod non afficit præbendam: tamen illud jus ad rem est duplicis efficaciæ. Primò, quia potest agi coram superiore ut compellat capitulum ad præbendam conferendam: ut not. Doct. *in dicto. cap. relatum. de præb. & dig.* Secundò quia licet ista receptio non afficiat præbendam quin collatio facta alteri per capitulum valeat: tamen si capitulum spernit illum à se receptum, tenetur ei providere de redditibus convenientibus donec ei sit provisum de beneficio, ut voluit Innoc. *in cap. statuimus. de major. & obe.* & ibi Dom. Abb. & idem Dom. Abb. *in cap. inter cætera. in fi. & in C. dilectus. in secundo. ult. not. de præb.* & ideo quod propter istos defectus videtur quod tale jus ad rem sit dignum mentione, quia qua ratione taciturnitas cujuscunque modici beneficii reddit impetrationem nullam. *cap. si proponente. de rescript.* ita alia ratione taceri non oportet jus ad rem, ut supra est dictum. Eadem ratione istud jus receptionis exprimendum, quia est aptum producere aliquid emolumenti recepto in omnem eventum: imo de eo dignum est facere mentionem: tamen in his Feli. nihil firmat: mihi videtur quod de ista receptione sit facienda mentio, & pondero hoc modo, quia impetrans tenetur facere mentionem de sua prima impetratione. *ut dicto. cap. ad audientiam*, &c. *in nostra. de rescript.* Et licet iste impetrans simpliciter si capitulum sibi non conferat primam præbendam, sed alteri valebit collatio: ut est tex. *in cap. dilectus. in 2. de præb. & dig.* facit. *cap. 1. de concess. præb. in 6.* modo sic si capitulum ex libera voluntate recipiat aliquem in Canonicum licet prima præbenda non sit sibi affecta: tamen capitulum debet ei providere ex proventibus capituli donec sibi fuerit provisum de præbenda sufficienti: & sic de illo jure est facienda mentio in simili facit. tex. *in c. postulasti. de rescript.*

2. Secunda qualitas, † de qua est facienda mentio in impetratione beneficii quando beneficium est alicui [a] collatum, & nondum istud acceptavit: quia de illo beneficio non acceptato tenetur in sua impetratione facere de illo mentionem, ut tenet glos. *in cap. gratia.* in verbo *ignoranti. de rescrip. in 6.* alleg. *c. in nostra. de rescrip. & c. quamvis. in 1. de præb. & dig. in 6.* & idem etiam Jo. An. & Joan. de Lignia. & Dom. de sancto Gemin. & *in dicto. cap. gratia. post glos. superius. alleg. col. 4. de rescrip. in 6.* Idem etiam tenet Fel. *in cap. in nostra. col. 4. vers. infertur etiam. de rescrip. in 6.*

3. Tertia qualitas de qua impetrans debet facere mentionem, videlicet licet fuerit spoliatus à suo beneficio debet de illo facere mentionem, ut no. Dom. Abb. post Cal. But. & alios. *in cap in nostra.* & ibi Fel. *de rescript.* quia secundum eos per spoliationem de facto agitatam non perdit titulum beneficii, sed solum possessionem. Idem etiam not. Joan. An. But. & Dom. Abb. *in ca. cum teneamur. de præb. & dig.* facit quod not. Joan. An. *in ca. de multa.* super verbo *habebat. de præb. & dig.* ubi tenet quod spoliatus curato beneficio si recipit secundum, tale primum vacat. Nec obstat secundum eos. *ca. si tibi concesso. de præb. in 6.* quod videtur facere contrarium. Nam respondetur quod ille tex. loquitur de pœna expressa. *in ca. de multa. eo. tit.* ad quam incurrendam requiritur possessio secundi beneficii plena, vel quod stet per eum quin illud beneficium obtineat. *ca. licet Episcopus. de præb. in 6.* istud vitium surgit ex taciturnitate primi juris quod retinetur etiam data privatione possessionis. An autem sit idem è converso ut impetrans beneficium teneatur facere mentionem de illo quod obtinuit violenter. Joan. An. Cal. Bu. & Dom. de sancto Gemin. tenent quod sic quod est facienda mentio. *in dicto. ca. in nostra. de rescrip. per c. eum qui.* & ibi est glo. 4. *de præb. & dig. in 6.* & hæc sufficiant quod habens beneficium quo alium spoliavit, & in impetratione dicat non obstante alio beneficio quod habet. An verò oporteat exprimere quod alium spoliavit. Per. de Anch. *in Cle. per literas. in fi. de præb.* tenet quod non nisi illud habuisset auctoritatem sæcularis potentiæ: sed in contrarium facit quod notat Fel. *in ca. in nostra. col. 5. versi spoliatus. de rescrip.* quia Papa difficilius concessisset si scivisset quod alium spoliasset à suo beneficio. facit. *ca. cum nostris.* & ibi Docto. *de concess. præb.* ergo tacere istam qualitatem vitiat gratiam. *ca. postulasti. de rescrip.* facit quod not. Cal. *in Consil. 13. tit. de rescrip.* & *Consi 11. tit. de præb.* ubi tenet quod si possidens injustè beneficium impetrat literas ad illud non habita mentione de sua possessione, literæ dicuntur subreptitiæ.

4. Quarta qualitas in beneficiis impetrandis, quia impetrans debet facere mentionem de his quæ possent Papam retrahere vel reddere difficiliorem ad concedendum: ut est tex. *in ca. postulasti. de rescrip.* Item etiam debet fieri mentio de his de quibus specialiter est à jure provisum quod de eis debet fieri mentio: etiam si non sint talia quorum taciturnitas haberet potestatem retrahere vel difficiliorem reddere. *ca. si motu proprio.* in verbo *quantumcunque modicum. de præb. in 6.* ubi autem non concurrit aliquid de istis duobus non est necessaria aliqua specialis mentio. *per ca. dudum. vers. considerantes. de præb. in 6.* notat Dom. de sancto Gemin. *in ca. sup. literis. in col. 5. vers. dum legi Bono. sextum. de rescrip. & in repeti c. postulasti col. 15. vers. puto* prout dixi. *de rescrip.* & ibi Maria. *in repeti. col. pe.* & idem Dom. de sancto Gemin. *in dicto ca. dudum. col. 5. vers. credo sic posse distingui. de præb. & dig.* facit glo. *in Cle. 1. in verbo alteri. de præb.* quæ vult quod non tenetur impetrans facere mentionem in literis beneficialibus, nisi de qualitatibus in jure expressis, & illam sequitur Cal. *Consi. 1. titu. de filiis Presbyt.* & idem Cal. *in ca. in nostra. col. 11. qu. 4. de rescrip.* Et idem tenet Rota. *decisio. 32. tit. de rescrip. in novis.* Et idem Cald. *Consi. 10. tit. de rescrip. cum simi.* & per Feli. *in dicto. ca. in nostra corrollario.*

Et ita judicatum in magno Consilio contra Rigaldum *Duval* quod in signatura provisionis prioratus de regula non expressisset se cellerarium Tullensis Ecclesiæ per nullitatem titulorum & incapacitatē nonullorum. Et obtinuisse, eo quod jus illud habuerat pro derelicto: contra opponebatur ex consilio vitio collationis cognito liti cum cessisse, neque excusandum, ideo vacasse prioratum per obitum judicatum & fratri Guidoni *Gomon.* nominato Domini *de Seve* libellorum supplicum magistri anno 1596. & cum supplicasset *Duval* incolorate agere, pronūtiatum anno 1597. I.

a Impetranti aliud est alicui impetrāti. C. M.

† Etiam si ignoraverit beneficium sibi collatum per resignationem si in vim resignationis possessionem sit adeptus. Ita judicatum in magno Consilio Martio. 1627. contra Nicolaum *de Castille*, & Anthonium *Venelle* nominato Domini *l'Huilier* Senatoris Canonicatus & præbendæ Ecclesiæ collegiatæ B. Mariæ Belnecæ adjudicata quia Prioratum D. Vincentii non expressisset, neque minor ætas, neque absentia, neque ignorantia ei qui Parisius degebat cum resignatio in sui favorem fieret auxilio fuit. I.

Source : BIU Cujas

20. & *in cap. super literis. col. 1. vers. primo considera. de rescript.* & *in cap. ad aures. conclusio. 9. eo. tit. de rescript.*

Quinta qualitas de qua est facienda mentio in rescriptis impetrandis ad beneficia oportet facere mentionem de intrusione præcedenti, quod ex tale quod quo expresso Papa difficilius concessisset gratiam : ut not. Dom. Abb. per illum tex. *in ca. cum jamdudum. col. 2. de præben. & digni.* & *in ca. præterea. ulti. nota. de jure patro.* & *in c. per inquisitionem. col. 3. de ætate.* & *in c. qualiter. in fin.* & *in c. quisquis. in prin. de elect.* & *in c. ad aures col. 4. de rescript.* Bal. *in c. in literis. in fin. de resti. spol.* & Dom. de sancto Geminia. per illum tex. *in c. eum qui. secundo responso. col. fin. de præben. in 6. cum si.* ut not. Fel. *in c. postulasti. in fin. de rescrip.* & Cal. *consi. 11. tit. de præb.* & *consi. 13. tit. de rescrip.* ubi tenet quod impetrans beneficium tenetur facere mentionem de sua possessione illicita, quam possedit, aliàs impetratio non valet nisi sit facta motu proprio secundum eum [a] tamen in isto ultimo contrarium tenet Milis. *in repertorio suo. in verbo gratia. §. 14. incip. gratiam.* quia licet non possit allegare defectus subreptionis quando est clausula *motu proprio. c. si motu.* & *c. non potest. de præben. in 6.* tamen potest allegari defectus intentionis Papæ. ut not. Fel. *in c. ad aures. de rescrip.* & non solum est facienda mentio de injusta detentione, sed etiam de fructibus perceptis tenetur facere mentionem, nisi ipsos convertisset in utilitatem Ecclesiæ : ut no. Joan. An. *in addi. Spe. tit. de leg. §. videndum restat de dispensatione. circa finem. vers. Sed pone aliquis.* dicens quod cùm Papa Joa. justificasset sibi titulum cujusdam scholaris sui, voluit quod dimidia ipsorum fructuum solveretur Cameræ suæ infra certum tempus, nam ex perceptione dictorum fructuum fuit factus inhabilis ad beneficia : ut no. ibi Spec. & Hosti. *in c. dudum. in verbo Canonice. de ele.* & Feli. idem tenet. *in dicto. cap. in nostra. col. 8. versi. secundum corrollarium.*

[a] Facit Bellamera decis. 498. vide ca. eum qui. de præb. in 6. C. M.

5. Et Dom. de sancto Gemin. *in c. propter. col. ulti. 19. dist.* ponit sex modos quibus quis dicatur intrusus, & largè ille potest dici intrusus, licet fuerit positus in beneficio auctoritate superioris : tamen habet vitium propter quod deberet privari. *c. veniens.* & ibi Fel. *de accusa.* dicit glos. 2. *in ca. cum super. de causa pos.* & *proprie.* quod tales sunt eo casu intrusi. Item etiam dicitur intrusus ille qui est positus in beneficio auctoritate superioris † non habentis potestatem conferendi ex eo : quia ad alium collatio pertinebat, vel quia publicè suspensus, ut est tex. *in c. fin. de excess. præla.* & *in c. quia diversitatem. de consc. præben.* & si Papa mandat intrusos spoliari beneficiis sub illo mandato, includuntur illi qui permutaverunt beneficia reservata Apostolicæ sedi reservatione durante : quia cum de beneficiis reservatis per Papam inferior non potest se intromittere nec illa conferre. *c. 2. de præben. in 6.* no. Fel. *in dicto. c. in nostra. secundo corrollario. de rescri.* & in permutatione requiritur renuntiatio & collatio. *ca. 1. de rerum permu. in 6.* ideo tales permutantes sunt positi in beneficiis auctoritate non habentis potestatem conferendi, & sic dicuntur intrusi, ut no. Cal. *consi. 13. tit. de ver. sig.* & dicit Joa. And. post Vincen. *in c. per venerabilem. colum. 4. qui filij sint legi.* quod commissa causa Episcopo Bononiensi cognoscet de illo qui possidet, & intrusus est, licet sit alius Canonicè electus ; & not. Arch. *in c. quisquam. 11. quæst. 2.* Alberi. *in l. more. ad si. ff. de jurejuran.* nisi alius possedisset, & tunc alius notoriè occuparet, & non esset dubium de titulo : ut no. Car. *in Cle. 1. quæst. 15. de fo. compe.* & etiam habens beneficium à non habente potestatem conferendi potest dici intrusus. facit *c. 2.* & ibi Dom. Ab. *in 3. no. de in integ. rest.* & *c. ex frequentibus.* & quod ibi notatur *de insti.* & dicitur intrusus habens beneficium à non valente dare : non tamen habens beneficium ab illo qui dare potest, quamvis de ipsius intitulati vel provisi titulo disputari possit, aut an valeat vel non, ut no. Innoc. *in c. nihil. in glo. magna circa medium. de elect.* & Domini de Rota. *decis. pe. tit. de causa pos. in antiquis.* & dicit But. *in c. cum satis. colum. 1. de offi. Archi.* quod is dicitur se ingerere qui absque Diœcesani auctoritate intrat. *c. quoniam. de offi. ord.* & hoc modo cognoscitur intrusus & incoloratus possessor. facit. *c. veniens. de accu.* & *c. cum nostris. de consc. præben.* & ille dicitur intrusus qui se ingerit. *ca. cum jamdudum. ibi intrusori.* & *ibi ingeri de præbend.* & *in c. dudum. in secundo. de elect.* not. And. Bar. *in c. sup. literis. col. 20. de rescrip.* facit etiam tex. *in cap. eum qui. de præben. in 6.* quem alleg. Alb. *in ver. intrudit.* & Brix. *in reper. in ver. intrusus.* ubi dicitur intrusus qui præter superioris auctoritatem ingerit se in Ecclesia. *per cap. quia diversitatem.* & ibi Dom. Abb. *de consc. præben.* & idem est de illo qui intrat cum tit. habito à superiore excommunicato vel interdicto. *c. tanta. de excess. Præla.* & retinens beneficium à quo est Canonicè privatus, dicitur intrusus, ut no. Brix. *ubi supra. per ca. cum dilectus. de purga. cano.* & ad excusandas intrusiones, vide Oldra. *consil. 304. col. 3.* ubi dicit quod intrusus in beneficio non vacante excusatur propter famam de morte rectoris *cum si.* ut no. Feli. *in ca. cum contingat. circa. fi. de rescrip.* facit glos. 1. *in ca. 1. de consc. præben.* idem de eo qui acceptat beneficium quo alius fuit injustè à superiore privatus nesciens de injustitia. *c. ad petitionem. de accusa.* & ibi Docto. secus secundum eos si sciret vel esset notorium de injustitia. ut no. Dom. Abb. *in ca. exposita. col. 1. de arbi.* multi alii modi qui excusant ab intrusione ex probabilibus causis in jure expressis allegantur : ut no. Fel. *in ca. cum venerabilis. de consue.* & intrusus potest renuntiare beneficio detento propria auctoritate. glos. *in c. nisi cum pridem. §. propter. in verbo illius. de renun.*

† Imò etiam si à legitimo collatore, sed jure per nullitatem tituli aut incapacitatem & irregularitatem collatum, tamen si fructus antequam vindiciæ pro eo sint pronunciatæ fructus perceperit intrusus dicitur & cadit causa. art. 46. edict. Blesensis. I.

Et dicit Fel. *in ca. veniens. secundo notabili. de accusa.* quod octo modis quis dicitur intrusus in beneficio.

Primo modo si non habet aliquem colorem suæ intentionis. *ca. eum qui. de præben. in 6. ca. ad aures. de excess. Præl.*

Secundo modo in instruso qui habet beneficium sine auctoritate superioris : ut not. Innocen. *in cap. nihil. de elect.* facit. *cap. bonæ. in 1.* & *melius secundo. de elect.*

Tertio dicitur intrusus ille qui est depositus, tamen remanet in beneficio : ut no. Inno. *in c. qualiter. in secundo. in fi. 4. col. de accusa.*

Quarto modo dicitur intrusus ille qui est electus, & administrat, ante confirmationem. *c. 2.* & ibi Dom. Abb. *in 1. col. de resti. in integ.* & *in c. avaritiæ. de ele. in 6.*

Quinto modo quis dicitur intrusus ille qui committit crimen dignum depositione. facit glo 2. *in c. cum super. de causa. pos.* & *proprie.*

Sexto modo ille dicitur intrusus qui habet beneficium ablatum alteri injustè. *c. tanta.* & ibi Dom. Ant. *in fi. 1. col. de excess. Prælat.*

Septimo dicitur intrusus secundum Joa. And. *in c. dudum. in secundo. de ele.* si quis intraverit possessionem beneficii propria auctoritate : ita quod literæ super illo beneficio non valent si tacet se intrasse possessionem auctoritate Principis : ut no. Dom. Abb. *in ca. ad aures. de rescrip.* & *in ca. cum jamdudum. col. 2. de præben.* & *in ca. præterea. ultimo. not. de jure pa.* & *in ca. per venerabilem. qui fil. sint leg.* & Pe. de Anchar. & Dom. Card. *in cle. per literas. in fin. de præben.* & ideo sis cautus ut de hoc facias mentionem : ut no. Fel. *in dicto. c. veniens. de accu.*

Octavo modo dicitur intrusus ille qui intrat possessionem beneficii non levatis Bullis cum sola signatura. tex. *in extrava. quæ incipit iniunctæ.* & not. Cald. *consil. 13. titu. de verb. sign.* & Feli. *in d. c. veniens. de accusa.*

Source : BIU Cujas

Sexta qualitas de qua est facienda mentio, est de cura animarum ipsius beneficii, quia illa est exprimenda, ut no. Cal. *in c. in nostra in 4. qu.* & ibi Feli. *de rescri.* & ideò si Plebanatus habet curam Parochiæ oportet de illa cura facere mentionem, & non sufficit dicere quod est Plebanatus Ecclesiæ curatæ collegiatæ, ut no. Calde. *in Concil. 34. incip. in hac dubia quæstione.* quia possibile est esse in Ecclesia collegiata & curata dignitatem quæ est principalis, & ad quam consuevit assumi per electionem & tamen non est curata, quia ex speciali dispositione instituentis, vel alio jure potest cura Parochiæ & Collegii ad alium pertinere; de cura Parochiæ. facit tex. *in c. statutum. de ele. in 6.* de cura collegii. facit. *c. cum ab Ecclesiarum. de offi. ord.* & no. *in c. irrefragabili. §. excessus. eo. titu. de offi. ordi.* & notanter ibi capitulum præscribit jurisdictionem corrigendi singulos de collegio, ita quod non est locus præventioni per Episcopum, & etiam no. Joan. And. *in c. pastoralis. super gloss. de offi. ord.* & Car. *Consil. prædicto.* & idem Card. *in c. fi. de præb.* & Imo. *in 6. col.* facit quod not. *Ægi. decisi. 422.* ubi dicitur quod si promotus ad Episcopatum impetrat dispensationem super retentione prioratus quem habebat antè, & tacet quod est curatus, dispensatio est subreptitia. per tex. *in cle. 1. de præb. & dig.* Idem etiam est dicendum si Papa dispenset motu proprio: quia motus proprius secundum eum non tollit subreptionem quæ procedit re ipsa, & ex intentione Papæ. Idem quia opus est alia dispensatione, ut no. Feli. *in d. c. ad aures. conclusione. 5. de rescri.* & quod not. Rota. *decisio. 13. tit. de præb. in antiquioribus.* & expressio solius collegii non infert expressum esse quod beneficium sit electivum, ut no. Feli. *in d. c. in nostra. corollario. 22. de rescri.* alle. Dom. de san. Gemin. *in ca. cum in illis.* per illum tex. *col. fi. de præb. in 6.* ubi ponit post alios Doct. an facta mentione collegii dicatur tacitè facta mentio curæ, & videtur concludere quod sic, quando collegium & cura est in eodem corpore: aliàs non, & ita tenet Maria. *in ca. postulasti. col. ult. de rescri.* tamen Fel. approbat. opi. Card. quam suprà retuli. & ultra adde quod gratia de dignitate non extenditur ad curatam. per tex. *in d. cle. 1. de præb.* & notant Domini de Rota. *deci. 18. tit. de præb. in antiquioribus.* & in simili facit, quia si est prioratus in quo prior non exercet curam per se, sed per vicarium, tamen dicitur habere curam, ut notant Domini de Rota. *decisio. 2. titu. de offi. vic. in antiquis. cum simi.* ut no. Feli. *in c postulasti. in prin. de rescri.* Et idem secundum eum est dicendum si est beneficium simplex, & habet annexam Ecclesiam curatam, ut dicit Feli. *in decis. c. in nostra. corrollario. 23.* vide Oldra. *Consil. 202. incip. factum tale est.* quem sequitur Albe. de Ros. *in prima parte statuto. qu. 148.* & Oldra. *Consil. 67.* & *charta. 33.* & Rota. *decis. 31. tit. de rescrip.*

6. Septima qualitas est, quod ubi requiritur aliqua expressio in materia, debet fieri verbis quæ possunt intelligi & sint usitata in curia, & non sufficit uti verbis inusitatis in supplicatione ipsius supplicantis, ut no. Ægi. *deci. 2. tit. de rescri.* ubi inserit quod nomina librarum & aliarum monetarum interpretantur secundum consuetudinem loci in quo fit impetratio, ut no. Fel. *in cap. ad aures. conclusione. 11. de rescri.* & *in ca. in nostra. corrollario. 13. de rescript.*

7. Octava qualitas est quod impetrans gratiam si neutri fuerit jus acquisitum debet facere mentionem de qualitate beneficii & de modo vacationis, ac si de novo beneficium impetraret, ut notant Domini de Rota. *deci. 24. in novis. tit. de rescri.* & Lud. Roma. *consi. 372. incip. quo ad primum.* & impetrans beneficium debet facere mentionem qualiter est litigiosus: ut notant Domini de Rota. *deci. 17. in novis. titu. de præb.* facit quod no. Cal. *Consil. 12. tit. de rescri.* ubi tenet quod in expeditione literarum subreptitiarum debet fieri mentio dependentiæ litis, & hoc intelligitur de lite mota ipsi impetratori, sed si esset lis pendens inter alios, non tenetur ille qui impetrat beneficium litigiosum facere mentionem de illa lite quando impetratio nullo modo est in præjudicium juris litigantium, ut no. Oldra. *consi. 399. incipien. quidam Hugo.* & sequitur Fel. *in dicto. cap. in nostra. corrollario. 15. de rescriptis.*

8. Nona qualitas in beneficiis impetrandis est quod impetrans faciat mentionem de beneficio manuali quod habet impetrans, ut not. Cal. *consi. 9. tit. de rescrip.* & rationem assignat, quia de omni beneficio quod quis obtinet in titulum debet facere mentionem. *ut ca. si proponente. de rescrip.* qui tex. non distinguit an beneficium sit temporale vel perpetuum, secus dicit ubi est beneficium temporale quod non datur in titulum sicut in vicaria temporali de qua non est facienda mentio. *ca. postulasti.* & ibi Docto. *de rescrip.* facit quod no. Calde. *consi. 30. tit. de præb.* & Fel. *in dicto. c. in nostra. corrollario. 9.*

Non est usus Franciæ licet Rebuff. idem dicat in tract. de pacif. possess. n. 51. quia bulla nihil aliud est quã signatura per extensum nec nisi in dignitatibus, principalibus, aut conventualibus prioratibus desideratur; & ita sumptibus parcitur & sola signatura contenti sunt judices. I.

Habere curam exprimendum in signatura habere curam per vicarium perpetuum ut facilior sit Papa ad dispensandum. I.

9. Decima qualitas de qua impetrans debet facere mentionem, quod ille cujus morte vacat beneficium erat familiaris alicujus Cardinalis: aliàs impetratio est nulla, secundum Dominos de Rota. *deci. 15. in antiquis. tit. de præb.* ubi dicunt & asserunt Grego. XI. ita ordinasse: & illud etiam intelligitur si desierat esse familiaris tempore mortis, ut tenent Domini de Rota. *deci. 20. titu. de præb. in antiquioribus.* & moventur quia ex quo semel fuit familiaris, beneficia quæ tunc obtinebat jam fuerant reservata in manibus Papæ: ergo ex quo semel fuerunt reservata non desinunt esse, nec veniunt ad manus inferiorum, donec Papa semel disposuerit de eis. arg. quod no. Innoc. *in ca. inter dilectos. de excess. Prælat.* & facit quia videmus in simili quod beneficia illius qui semel fuit collector vel subcollector unius vel familiaris aut commensalis Papæ sunt reservata, etiam si tempore mortis desierit esse talis: & intellige de beneficiis quæ habuit ante officium vel eo durante, vide Dominos de Rota. *decisio. 12.* & *14. ti. de præb. in antiquis.* & *20. de deci.* quod licet officium dans causam reservationi cessaverit, non cesset reservatio etiam si isti desierunt esse tales, ut no. Pet. de Anchar. *consi. 132. incip. de natura.* Idem etiam est dicendum si talis moriatur antequam acceptaverit, ut no. Domini de Rota. *deci. 11. tit. de præb. in novis.* Idem etiam si acceptavit & non exercuit, ut no. Domini de Rota. *tit. de præb. conclusio. 14. in antiquis.* quos sequitur Fel. *in dicto. ca. in nostra. corrollario 21.* & ibi subdit, *cave in hoc multo.* quia respectu familiarium non gaudet privilegio familiaritatis quæ non famulatur, secundum Dom. Ab. *in ca. cum dilectus. in fi. de Cleri. non resi.* ubi dicit ad hoc diligenter advertendum. *per ca. ex parte. in 2. p. ca. fi. de ver. sig. in 6.* & quod no. Pet. de Anchar. *consi. 228.* ubi consuluit quod rescriptis inter Capellanos Papæ non excusatur à residentia in beneficiis suis nisi circa Papam obsequialem se exhibeat. idem no. Maria. *in c. ex tua. in sua repe. de Cleri. non residen. col. 27. ver. 10. causa.* & *sequenti. colum. ver. 13. can.* & Dom. Car. *consi. 27. inci. vacaverunt. prope finem.* ubi dicit quod illi soli Capellani gaudent jure Capellanatus qui sunt in prosecutione officiorum & negotiorum per Sedem Apostolicam eis commissorum. alleg. extravagantem. Inno. V. *inci. ad futuram.* & beneficia illorum sunt reservata, aliorum non; secundum eum. Sed obstare videtur ad prædictas decisiones stylus Curiæ Romanæ de quo. *in decisio. 14. tit. de præb. in antiquis.* quæ dicit quod postquam semel quis est factus collector vel subcollector sive utatur officio, sive non utatur, beneficia quæ tunc habebat remanent reservata: & sic non curatur de exercitio officii: nisi dicatur secundum Feli. ubi supra, quod ille stylus procedit quatenus est introductus & non amplius: quia limitata causa limitatum parit effectum. *l. in agris. ff. de acqui. re. do.* & ideo si esset de stylo quod etiam familiares

familiares non exercentes personam suam in familiaritate dicerentur veri familiares illi standum esset. Et cavendum est secundum eundem Feli. quæ dicta sunt de collectoribus & subcollectoribus debent intelligi quando tales officiales moriuntur tempore Pontificis, qui creavit eos officiales, secus hodie si non esset ille Pontifex : quia tunc reservatio est finita, & ita aliàs dedit responsum.idem Fel. ubi supra:motus primo per regulam Cancellariæ quæ de his loquitur, dum dicit qui suo tempore. 1. Papæ reservantes sua officia exercuerunt, secundo per decisionem peregrinam Domi. de sancto Gemi. *in ca. præsenti. in prin. de offi. leg. in 6.* ubi ita etiam dicit se respondisse quod morte reservantis expirat reservatio per illum tex. Postea idem Fel. ubi supra mutavit consilium propter extravagantem Pauli II. quæ incipit, *ad perpetuam* quæ dicit quod tales reservationes non expirant morte Papæ & illa constitutio est in multis clementinis impressa secundum eum : ad quod est addendum quod si conceditur alicui potestas conferendi beneficia familiarium suorum : & unus ex famulis desinat esse famulus, & postea moritur, non poterit ille conferre beneficia ipsius, ut no. Dom. de Rota. *deci. 20. tit. de præb. in antiquioribus.* & allegant Joan. An. *in ca. fi. de verb. sign. in 6.* Idem tenet Tho. Fasoli. *dubio. Rotæ. 53.* ubi vult contra,quod reservatio beneficiorum cedentium vel decedentium Capellanorum Papæ non afficit beneficia eorum qui desierunt esse Capellani. Et pro ista parte facit regula Cancellariæ quæ est 30. ubi dicitur. Item voluit quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis tenetur exprimere nomen & titulum ipsius Cardinalis, & si ille fuerit in Curia quod accedat ejus consensus, aliàs gratia sit nulla. Idem vult si ille desiisset esse familiaris : & hoc quo ad beneficia sibi competentia tempore familiaritatis & prærogativas Cardinalis in beneficiis suarum Ecclesiarum : & ista videtur esse verior opinio, quod si desinat esse familiaris, quod beneficia non dicantur esse reservata, ut etiam tenet Felin. *in d. c. in nostra. corrollario 21.*

10. Undecima qualitas in beneficiis impetrandis est quod est necesse ut impetrans exprimat quod est hospitale illud super quo fit impetratio : ut est tex. *in cle. per literas. de præb. & digni.* & illud etiam procedit si scriberetur motu proprio : ut no. ibi gloss. 4. quam sequitur Card. ibi *in 5. q. & in consi. 118. incip. casu talis est agitatus.*

Et idem est dicendum de beneficio solito regi per laicum, quia non venit in gratia concessa Clerico ad beneficia vacatura, nisi fiat mentio de illa qualitate, ut notant Domini de Rota, *deci. 61. in antiquis. tit. de rescrip.* ut no. *in d. Cle. per literas.* & ratio per Doct. assignatur : quia ex quo scribitur pro Clerico præsumitur scribi de beneficio Clericali, ut no. Feli. *in dicto. ca. in nostra. corrollario 22. de rescrip. per l. sed si qui. §. mancipiorum. ff. de usufruct.* ubi si reliquit usum fructum mancipi, debet usufructuarius uti servo legato secundùm qualitatem servi, unde scriptorem non debet deputare ad calcem portandam. in terminis facit. *ca. cum de beneficio. de præben. in 6.* per quem tex. dicit Domin. de sancto Gemi. *in ca. fi. §. 1. in fi. de offi. deleg. in 6.* quod si mandatur provideri de beneficio Clerico seculari intelligitur de consueto conferri Clerico seculari secundùm conditionem personæ, & ita tenet Cald. *in disputatio. quæ incip. Dominus Papa dedit conservatorem. col. ulti.* Et dicit Fel. ubi suprà, quod *prædicta Cle. per literas.* limitatur nisi esset aliquod hospitale spectans ad collationem Prælati regularis, & ipse soleat conferre illud ut manuale alicui religioso : quia tunc religiosus habens expectativam ad beneficia supposita tali Prælato, poterit petere tale hospitale, ut no. Domini de Rota. *titu. de regula. decisio. 3. in antiquis.* & sic limitatur opinio Card. *in d. Cle. per literas. q. 13.* dum dicit quod

ille tex. etiam habet locum in beneficiis regularibus.

11. Duodecima qualitas, in beneficiis impetrandis est facienda mentio de jure patronatus laicorum : ut not. gloss. *in Cle. 2. de præb. & digni.* & Domi. de sancto Gemi. post alios Doct. *in ca. 2. de præb. & dig. in 6.* licet illud jus præsentandi spectaret ad laicum & Clericum simul, ut notat Domin. de sancto Gemin. *in c. 1. in fi.* post glos. *de jure patro.* ita tenet Maria. *in c. postulasti. colum. 34. versi. quarto quæro. de rescript.* & si in supplicatione diceretur quod si supplicans petit derogari patronis, licet de jure patronatus eorum non clarè constet, & postea patroni non probent quod tempore impetrationis clarè constabat de jure eorum, & tunc videtur eis clarè derogatum quantumcunque hodie docuerit quod ad eos verè spectat, & spectabat jus patronatus : quia verum est quod tunc clarè non constabat : ut tenet Cardi. *Consi. 71. incipien. vacante quadam Parochiali Ecclesia.* & sequitur Feli. *in ca. in nostra. corrollario 38.* vide etiam gloss. *in proœmio. prag. in verbo enervantur.* ubi dicit quod licet Papa possit conferre vel mandari conferri beneficia spectantia ad præsentationem laici hoc expresso cùm de sola gratia jus patronatus in laico toleretur. *c. quoniam.* & ibi Domin. Abb. *de jure patro.* facit quod not. Joan. *in c. quod sicut. de elect.* & Dom. Abb. *in c. super eo. de offic. deleg.* & *in c. quanto. de judic.* & jus patronatus est de foro Ecclesiæ. *dicto. ca. quanto. de judi.* non intelliguntur tamen talia beneficia in generali potestate seu mandato concessa. *arg. c. quod translationem. de offi. leg.* & *c. in generali. de reg. jur. in 6.* melior tex. *in Cle. per literas.* & ibi Doct. post glos. *de præb. & digni.* notant etiam Doct. *in c. 2. de præben. in 6.* Arch. *in c. filiis. quæst. 7.* & si Papa talia beneficia conferre posset, inde scandalum suboriri & laici retraherentur à fundatione Ecclesiarum : ut no. *in ca. cum dilectus. de jure pa.* Dom. Abb. *in c. 1. de præb.* & dicunt Host. & Joan. An. *in d. c. cum dilectus.*

12. Quod hujusmodi beneficia patronorum laicorum non includuntur in gratia concessa pro aliquo beneficiando quantumcumque latè scribatur. *ca. dilectus. in 3. de præb.* & illud est intelligendum de patronis laicis, ut no. Rota. *decisio. 332.* & refert Hostien. ubi suprà se vidisse rescriptum Grego. XI. Bullatum, per quod scribens Prælatis Angliæ in quo declarabat quod quando scribebat pro aliquo beneficiando non intendebat quod provideretur ei de beneficiis pertinentibus ad præsentationem laicorum ; idem etiam refert Henric. *in dicto. ca. cum dilectus.* & Domin. de sancto Gemin. *in c. si compromissarius. de electio. in 6.* & Lapus. *in cap. cum in illis. de præben. in 6.* & illud secundùm eum procedit etiam si gratia esset concessa motu proprio, quia motus proprius non tollit jus patronatus : ut no. Rota. *deci. 114.* & Doct. *in Cle. si Romanus. de præb.* & Spec. *tit. de leg. §. videndum. versi. quid si Papa.* & no. Lauren. *in c. 2.* & *in ca. cum in Ecclesia. de præb. & dig. in 6.* Facit regula Cancellariæ in qua cavetur quod super quovis beneficio Ecclesiastico de patronatu laicali non expediantur literæ, nisi ponatur expressè quod tale beneficium tanto tempore vacaverit quod ejus collatio est ad sedem Apostolicam devoluta, vel ad id patronorum accedat consensus : & si per Papam jura patronatus hujusmodi derogari contigerit, & illud jus spectet ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis provisionis vel mandati de providendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non censetur juri hujusmodi fore derogatum, ut no. idem glo. ubi supra : sed hodie secundùm eum de hujusmodi derogatione parum curatur, & hujusmodi beneficia non veniunt in generali reservatione juris vel hominis, ut no. Doct. *in dicto. cap. 2. de præb. in 6.* & Spe. *tit. de leg. §. nunc tractemus. ver.*

Judicatum in magno Consilio jus jucundi adventus locũ non habere super Canonicatus & præbendas D. Jacobi Hospitalis Parisiis, quod essent patronatus laicorum. 14 Novemb. 1613. & evictus Anthonius *Murat*, contradicentibus administratorib. D. Jacobi. I.

Source : BIU Cujas

Idem jus obſervatur in graduatis. I.

13. Sed numquid legatus & nominationes Univerſitatum ſecundum Concilium Baſilienſe non extenduntur ad illa beneficia de patronatu laici. *ut c.* 1. §. *item quod. de colla. in prag.* facit etiam tex. *in ca.* 1. *de anna. in prag.* Idem etiam tenet Felin. *in ſuo tractat. quando littera Apoſtolicæ præjudicent patronis.* quod Papa per ſuas literas non præſumitur præjudicare juri patronorum, alleg. Lapum *alleg.* 96. *incip. beneficia.* ubi concludit quod reſervationes beneficiorum quas facit Papa non includunt beneficia patronalia, & ibi refert Hoſt. *in cap. dilectus. de offic. lega.* & ibi etiam Joan. An. ſe vidiſſe Bullam Papalem, ut ſupra dixi, directam Prælatis Angliæ, in qua continebatur quod quando ſcribit de aliquo beneficiando non eſt ſuæ intentionis quod conferantur beneficia in quibus laicus habet jus patronatus, & ipſe Lapus aſſignat rationem, quia ſi talia beneficia per iſtum vel alium modum conferrentur per Papam aut Prælatos, laici retraherentur à fundatione Eccleſiarum, & ita dicit ſe vidiſſe præmiſſa ſervari per Gregorium Papam XI. quia dum contuliſſet Eccleſiam ſancti Romani Florentiæ non facta mentione de patronatu Parochianorum, non potuit poſtea obtinere ille cui contulit. Idem etiam tenet Joann. Mona. *in d. c. de præben.* & ibi Dom. de ſanct. Gemi. *col.* 3. *contra gloſ.* Iſtud ſentit Angel. *in l. ſed ſi hac. §. patronum. in prin. ff. de in jus voc.* ubi tenet quod ille qui impetrat beneficium patronale laicorum nihil agit. Ita etiam tenet Dom. Abb. poſt alios. *in c. cum dilectus.* & *in c. fi. de jure pa.* & idem etiam tenet Card. *Conſi.* 98. *incip. Papa univit. in fi.* Idem tenet Rota. *tit. de conceſ. præb. deciſio* 38. *in antiquis.* ubi etiam tenet quia clauſulæ generales derogatoriæ poſitæ in literis Papalibus non derogant ordinationi fundatoris beneficii.

14. Quia ſicut Papa non vult præjudicare in præſentatione: ita nec in tollendo ordinationem vel ultimam voluntatem fundatorum: & iſtud eſt intelligendum de voluntate Papæ: ſecus eſt de potentia ipſius, quia tunc Papa poteſt præjudicare patronis, ut no. Docto. *in d. ca.* 2. *de præben. in* 6. Archi. *in c. primæ mentis. in fi.* 16. *qu.* 7. & *in c. hortamur. in prin.* & ibi Dom. de ſancto Gem. & Card. *Alex.* 81. *diſt.* ubi tenet quod ſolus Papa patronis invitis poteſt beneficia conferre: & Legatus illud non poteſt. *c. cum dilectus.* & ibi Docto. *de jure pa.* ſecus eſt de voluntate: quia tunc Papa non intendit nec præſumitur velle illa conferre. ut tenet Feli. ut ſuprà *argum. c. decernimus.* 16. *qu.* 7. & Rota. *titu. de præb. conclu.* 20. *in novis.* & iſtud procedit ex multo favore conceſſo laicis volentibus fundare loca pia, & permittit ut ad libitum diſponant circa modum ſervandi in conferendo ea & ipſis regendis: quæ omnia ſunt deputanda ad alium finem, niſi ut laici videntes jura aſſiſtere benignè & gratioſè voluntatibus eorum, inducantur ferventius & animoſius ad ædificationes & dotationes Eccleſiarum, & ad hunc finem talia conceduntur multomagis conſervanda eſt eis præſentandi facultas: qua ſublata tepeſcunt & retrahuntur eorum animi ab hujuſmodi fundationibus ut dicit Hoſt. *in c. ea qua. de ſtatu regu.*

15. Quod fundans Eccleſiam regularem poteſt apponere pactum quod Clericus ſecularis habeat vocem in electione Abbatis; & idem tenet & ſequitur Domin. de ſancto Gemin. poſt. Joa. An. *in ca. ex eo. in fi. de elec. in* 6. & Bal. *in l.* 2. *de in jus vo.* ubi tenet quod fundans Eccleſiam poteſt apponere pactum quod jus patronatus non tranſeat ad hæredem extraneum. alleg. nota. *in ca. conſiderandum.* 16. *qu.* 7 Item videmus quod de relictis pro dote Eccleſiæ non ſolvitur quarta Canonica. ut notat Dom. Abb. *in ca. fi.* per illum tex. *ver. ultimus caſus. de teſt* & ita etiam tenet Per. de Peruſio de quarta Epiſcopali. *c.* 7. *fol. ult.* Pau. de Caſt. *conſi.* 252. *verſ. videtur mihi.* & Bal. *de dotibus. fol.* 1. *circa medium.* Similiter dicit Dom. *in capcum in Eccleſia. ultim. notat. de præben. in* 6. quod patronus poteſt in creatione beneficii imponere onus quod ſemper præſentetur ad illud de ſuo genere ſi ſunt aliqui qui velint preſbyterari, & ſint idonei. *per ca. cum dilectus.* & ibi Dom. Abb. *de conſu.* & *ca. Abbate. de verb ſig.* ita tenet Dom. Card. *in conſi.* 11. *incip. quædam ſocietas.* & hoc ſi Epiſcopus interponat auctoritatem in illa fundatione, & conſentit conditioni ipſius fundatoris, quod illud oratorium non ſubſit Epiſcopo, valebit illa conditio, & ibi latè decidit idem Cardin. in favore ſocietatis laicorum ſub vocabulo ſanctæ Marthæ pauperum de Sepo, quæ eſt in civitate Piſtorii, & hoc intelligi debet, quando locus fundandus non eſt in figura Eccleſiæ, ſed ſimplicis oratorii, ut tenet Fede. *conſi.* 247. *incip. caſus talis eſt.* & ita tenet Rota. *dec.* 7. *tit. de teſta. in antiquis.* & Dom. de ſancto Gemi. *in ca.* 2. §. *penul. de rebus Eccle. non alie.* Imo. poſt Butr. *in ca. cum inter. de conſue.* & Dom. Abb. *in c. edoceri. in* 1. *qu. de reſcript.* & Rota. *concluſio.* 1. *titu. de rerum permu. in antiquis.* Calde. *conſi.* 20. *titu. de jure pa.* & Pe. de Peruſio. *in tract. de dismembratione unionum. c.* 7. *poſt prin. cum ſimi.* ut per Fel. ubi ſupra. *col.* 2. *verſi. corroborari.*

Et iſtud etiam procedit ſi Papa mandaret provideri de beneficio cum illa clauſula generali ad cujuſcumque diſpoſitionem pertinente, quia non comprehendit beneficium ſpectans ad præſentationem laicorum, quia aliud eſt diſpoſitio, & aliud præſentatio in materia ſtricta, in qua per iſtud verbum non inducitur niſi inſtitutio. *ca. cum in illis.* §. 1. & ibi Dom. de ſancto Gemin. *col.* 1. *de præb. in* 6. & notat gloſſ. in verbo. *diſpoſitionem.* & ibi Dom. Abb. *in cle.* 1. *de ſup. neg. præla.* licet contrarium eſſet dicendum in materia favorabili. ut tenet ibi Card. *in* 2. *not.* facit gloſſ. 2. *in clem. fi. de elect.* & dato quod in iſtis locis clarè non dicatur de præſentatione, tamen dum concluditur quod diſpoſitio ſonat in actum proviſivum, & comprehendit omnem modum reformandi: ſequitur quod non includit præſentationem quæ non habet in ſe vim proviſionis, ſed eſt præambulum ex parte inferioris ad talia: ut tenet Fel. ubi ſuprà, & Lapus ubi ſuprà.

16. Item etiam præmiſſa procedunt ſi Papa ſcriberet motu proprio pro aliquo beneficiando, quia non cenſetur comprehendere beneficium patronale laicorum, ut no. Dom. Abb. *in ca. ad aures. col. penul.* & ibi Fel. *de reſcrip.* & ratio aſſignatur, quia motus proprius non operatur circa intrinſecas qualitates beneficii: non ex defectu ſcribentis, ſed quia non apparet de voluntate Papæ. *arg. ca. cum in illis.* & *ca. is cui. de præben. in* 6. & motus proprius non firmat gratiam contra voluntatem concedentis, nec in præjudicium tertii, ut no. Dom. Abb. & Fel. *in dicto. ca. ad aures. de reſcri.* & Rota. *deciſi.* 65. *tit. de reſcri. in antiquis.* ubi dicit præmiſſa, & in iſtis terminis idem no. Car. *Conſi.* 118. *incip. caſus talis eſt agitatus.* & *Conſi.* 88. *incip. Papa univit. in fi. cum ſimi.* ut latè per Feli. *in præalleg. tracta.* & *in dicto. ca. ad aures. concluſio.* 5. *de reſcript.* Item etiam iſtud procedit licet in literis exprimatur quod provideatur Titio de beneficio: & ſi ad alicujus præſentationem ſpectaret: quia intelligitur de præſentatione competente alicui ex jure patronatus Eccleſiaſtici, non autem ſecularis, ut notat Lapus alleg. 84. *incip. Dominus Papa. col.* 5. & ibi dicit quod Joa. And. ita conſuluit per notata *in ca. dilectus. de offi. leg.* & Dom. de ſancto Gemi. poſt Lapum, *in c. cum in illis.* §. 1. *col. fi. de præb. in* 6. nam ex quo in iſta materia poteſt conſiderari jus patronatus duplici modo, videlicet uno modo ut Eccleſiaſticum, alio modo ut ſæculare: & iſta ſimplex mentio præſentationis quæ poteſt convenire utrique cenſetur convenire ad alium ſenſum, qui minus derogaverit juri alterius, ſicut dicitur in probatione. *ca. præſentia. de*

Source : BIU Cujas

proba. & not. *in cap. cum dilectus. de consue.* & verba restringuntur ut minus lædant jus commune : sufficit enim quod aliquid operentur etiam modicum, ergo sufficit quod possint operari in patronatu Ecclesiastico : ut in terminis tenet Fel. *in d. suo tracta. col. 3. versi. ampliatur tertio.* Præterea etiam si verba nihil operentur intelligendo de Patronatu Ecclesiastico, toleratur potiùs quam si fieret interpretatio contra mentem juris communis, ad juris derogationem non tendit necessario, ut no. Dom. de sancto Gem. *in c. si Romanorum. colum. 4. ver. fallit. 19. dist.* & *in c. si Papa. in fi. de privi. in 6.* ubi etiam dicit quod verba quæ possunt derogare juri communi & non derogare, interpretantur in dubio ut non derogent, etiam si nihil ex hoc operarentur. *ca. causas quæ. de rescri.* Item ex quo de stylo Curiæ & mente Doctorum de hac materia loquentium est quod fiat specialis mentio de jure patronatus laicorum, ista non videtur esse specialis mentio in qua de laicis non exprimitur. facit glos. *in Cle. 2. in verbo specialis. de offi. ord.* Bart. *in l. 1. in fi. ff. si quis in jus voca. non ierit. cum simili.* ut no. Fel. *in ca. translato. de const.* facit illud quod no. Inno. *in c. dudum. in fi. de decimis.* ubi dicit quod dispositio principis quæ potest interpretari in derogationem juris communis, & etiam ad conservationem juris communis, potius interpretatur ad conservationem quàm ad derogationem, & ibi Butri. & Bald. *in l. bonorum. C. qui adm. ad bon. pos. cum simi.* ut no. Fel. *in c. cum inter. de excep.* & not. Inno. *in c. innotuit. in fi. de elec.* quod Papa non præsumitur in dubio uti plenitudine potestatis. facit. *Cle. fi. de sent. excom.*

17. Item præmissa etiam procedunt quamvis Papa diceret in literis quod provideatur alicui de beneficio spectante ad præsentationem quorumcumque, quia non intelligitur de præsentatione patronorum laicorum, ut no. Dom. de sancto Gem. *in ca. cum illis. §. 1. col. ulti. de præb. in 6.* ubi tenet post alios Doct. præmissam opi. facit etiam quod no Host. *in ca. cum dilectus. de jure patro.* dicens quod verbum præsentationis appositum in literis Apostolicis non includit laicos, ut notat Joa. de Fant. quem ipse alleg. & Dom. And. ita tenet. *in ca. dilectus. colum. 4. de offi. leg.* ubi in terminis tenet quod si in literis Papæ dicatur de beneficio spectante ad præsentationem cujuscumque, non includitur beneficium Patronatus laici : nisi aliud exprimatur : tamen istud videtur difficile, quia verbum *quorumcumque* nihil operabitur, si intelligitur solum de patronis Ecclesiasticis, & verba rescriptorum sumunt interpretationes à jure communi. *ca. cum. de rescrip.* & in jure ista verba prægnantia semper augent vim verborum, & operantur aliquid plus. ut sentit glos. *in l. 1. in verbo quacumque cau. ff. de fer. fugi.* & *in clem. 1. in verbo quamvis. de re jud.* & *in cle. 1. in eodem verbo. de rebus Eccle. non alie.* & dicit Ange. *in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edic.* quod si fidejussor promisit præsentare principalem quandocumque intelligitur post sententiam, licet aliàs secus. *l. Grace. §. post litem. ff. de fidejus.* & tenent Doct. *in cap. decet. in prin. colum. 3. de immu. Eccle. in 6.* quod quando lex vel statutum dat potestatem cognoscendi de quibuscumque causis, nulla censetur excluſa, & dicit Sali. *in l. si severior. C. ex qui. cau. mai.* quod si statutum punit occidentem aliquem quovismodo vel qualitercumque comprehendit etiam homicidam non dolosum, sed culposum, sed aliàs secus. ut ibi per eum & Bald. *in l. data opera. colum. 5. C. qui accusa.* & *l. quicumque. in 6. col. C. de servis fugi.* Ita etiam not. Cardi. & Joan. de Ana. *in ca. lator. de homi.* & ita etiam tenet Alexand. *in l. & si severior. col. 2. C. ex quib. cau. infa. irro.* & Bap. de san. Seve. *in repe. l. omnes populi. 33. colum. ff. de justi. & jure cum simi.* ut notat Fel. *in ca. sedes. in 3.* & etiam *in 6. declaratione. de rescript.* & si diceretur quod verbum *quorumcumque* importat. scil. sive sint Prælati Ecclesiarum collegiatarum utriusque sexus, & sic comprehendit omnes species patronorum Ecclesiasticorum : ad hoc respondetur quod etiam absque expressione illius verbi *quorumcumque* sufficiebat dicere ad præsentationem : quia cùm non specificatet de aliqua specie patronatus, non poterat intelligi de una magis quàm de alia : & intelligebatur de qualibet juxta notata per glos. *in ca. ut circa.* & ibi Docto. *de elect. in 6.* & si diceretur quod verba generalia recipiunt plerumque modificationem ne repugnent juri communi. ut notat Bar. *in l. 2. §. prætor. ff. qui satisda. cogan.* & Doct. *in l. 1. C. de sacrosanc. Eccle.* Ad hoc potest responderi quod illud est verum, quando mens disponentium non est aperta, & verba debent aliquid operari : sed in præsenti casu verbum *quorumcumque* dicitur aliquid operari, ut mens Papæ rescribentis sit certa, quia in certis non est opus conjecturis, & tamen dicit Feli. ubi supra quod propter auctoritatem Joan. An. non est recedendum in practica à sua opinione pro qua adduci potest hæc ratio : si enim tenemus pro firmo quod de patronatu laicorum requiratur mentio expressa, tunc nunquam diceretur expressum nisi nominatim dicatur, & non sufficiet aliqua verborum prægnantia, facit glos. *in ca. inquisitores. in verbo expresse. de hære. in 6.* & glos. *in Cle. 2 in verbo specialis. de offi. ordi. cum simi.* ut not. Feli. *in ca. translato. col. 3. de const.* & argumenta allegata in contrarium debent intelligi in materia favorabili, ut punire delicta : quia expedit Reipublicæ, ut crimina non remaneant impunita. *c. inter alia. de sent. excom.* secus est in causa odiosa, ut in præsenti casu. *c. quamvis. in 1. de præb. & dig.*

Item præmissa procedunt etiam si jus patronatus spectet ad Clericum, non ratione Ecclesiæ, sed ratione patrimonii sui, quia licet regula non procedat ubi agitur de patronatu Ecclesiastico : tamen jus patronatus ratione patrimonii Clerici non dicitur jus patronatus Ecclesiasticum, & not. Imo. *in ca. dilectus. col. pe. de offi. Lega.* & Dom. Abb. *in c. eam te.* & *in ca. fi. de jure pa.* & Doct. *in ca. cum in illis. de præben. in 6.* facit *ca. cum dilectus.* & ibi Dom. Abb. *in 3. no. de jure pa.* quod in patrimonialibus Clericus censetur laicus : & sicut laicus non potest privari patrimonio suo etiam per Imperatorem sine causa, ut notat. Inno. *in ca. quæ in Ecclesiarum. de const.* ita nec Clericus patrimonio suo per Papam, ut no. Dom. Abb. *in ca. constitutus. de reli. do.* quia de patrimonialibus clericorum Papa non potest disponere ad voluntatem, sicut nec princeps secularis, & Papa non potest præjudicare laicis in bonis patrimonialibus, ut no. Inn. *in c. inquisitio. de sent. excom.* quod procedit etiam in patrimonio Clerici, & ratio assignatur, ne qualitas Clericatus faciat quem deterioris conditionis. ut no. Joa. de Lig. *in ca. dilectus. in 3. & in ca. fi. de præb. & dig. per ca. cum dilectus. de jure pa.* jura enim temporalitatis non mutantur, licet perveniant ad personam Ecclesiæ. facit *l. decurio. ff. de decu.* & notat Pau. de Cast. *consi. 106.* ubi dicit quod licet Papa possit alicui Clerico auferre jus suum beneficii : quia in illo Clericus non habet aliquod beneficium directum vel utile, nec dicitur Dominus, sed procurator. *ca. 2. de dona.* tamen dominium rei suæ directum vel utile quæsitum ex contractu non potest Papa auferre alicui Clerico : sicut nec Imperator alicui laico nisi ex causa utilitatis. *l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei ven. cum si.* & idem tenet Pau. *in consi. 281.* facit etiam quod not. Imo post Dom. Ant. *in Clem. Pastoralis. col. 5. de re judi.* ubi dicit quod non valet processus Papæ contra Clericum non citatum, quando agitur de patrimonio, & idem tenet Innoc. *in Cle. 1. col. 4. ut lite pen.* & *in Cle. 1. col. antep. de jurejur. cum si.* ut not. Fel. *in ca. qui in Ecclesiarum. de consti.* Item præmissa procedunt etiam si patronus ratione Ecclesiæ haberet præsentationem simul cum ipso patrono laico : quia in

Source : BIU Cujas

tali mixtura præponderatur qualitas patronatus laicalis : & non dicitur ei derogatum nisi expressè dicatur, ut no. Rota. *conclusio.* 467. *in antiquis.* ubi dicitur quod si Papa conferat beneficium vacans in Curia vel reservatum pertinens ad præsentationem Clerici & laici, non facta mentione *de per se laici* quam habet in dicto patronatu, impetratio est subreptitia, & idem firmat Fede. *Consi.* 65. *incip. infra.scriptæ.* & ita tenet Dom. Abb. *in ca. fi. de jure pa.* quia propter mixturam Clerici non dicitur laicus privari jure suo. *arg. sacris.* & ibi Dom. Abb. *de sepul.* & *l. si communem. ff. quemadm. servi. amitt.* & Legatus Papæ poterit uti jure Ecclesiæ, & conferre Ecclesiam cum consensu solius laici, ut no. Dom. Abb. ubi suprà, ita etiam tenet Domi. de sancto Gem. *in ca.* 1. *in fi. de jure pa. in* 6. & Dom. Abb. *in ca. dilectus. de offi. leg.* ubi alleg. Cald. dicentem ita fuisse obtentum. facit *ca.* 1. *de jure pa. in* 6. & *d. l. si communem.* tamen Rota tenet contrarium. *concluſi.* 33. *in antiquis. titu. de conces. præb.* quia ex quo pertinet pro parte ad Clericum, & per præsens ad Papam, majus dignum trahit ad se minus dignum. *ca per tuas. de arbi.* ubi de causa speciali potest compromitti in Clericum & laicum simul, cùm simpliciter non possit compromitti in laicum : & sic propter personam Clerici adjunctam valet compromissum, quod aliàs non valeret. *ca. contingit. de arbi.* ergo idem est in proposito, tamen ista ampliatio tenenda est per supradicta, ut no. Fel. ubi suprà.

18. Et ratio assignatur, quia dignitas seu qualitas Clericatus est attendenda, & dicitur prædominari quando ex hoc resultat decus seu commodum Ecclesiæ aut Ecclesiasticæ personæ : & tunc fit in actu mixto denotatio à qualitate Clericali, non autem à qualitate laicali mixta : & ita procedit. *cap. per tuas. de arb.* & bonus text. *in cap.* 1. *de jure pa. in* 6. ubi jus patronatus competens simul Ecclesiæ & laico censetur Ecclesiasticum : quia si censeretur laicale deterioraretur conditio Ecclesiæ habentis sequi naturam laicalis patronatus quoad quadrimestre datum laicis patronis : & non quoad semestre datum Ecclesiis : sed quando ex prædominatione qualitatis Clericalis resultat incommodum vel inferioritas Ecclesiæ : tunc inspicitur potius qualitas laicalis, quia ex illa melioratur conditio Ecclesiæ : sic ergo in proposito si attenderetur qualitas Clericatus resultaret incommodum Clerico : quia respectu derogationis, de qua nunc agitur patroni Ecclesiastici sunt deterioris conditionis. *ca. cum dilectus. de jure patro.* fit ergo denominatio ab eo qui est magis privilegiatus, quando agitur de habendo ex hoc majori favore, ne sequatur absurdum, quod propter dignius subjectum Clericatus minoretur jus Ecclesiæ, ut not. Feli. *in d. suo tract. per l. quod favore. C. de leg.*

Item etiam præmissa procedunt etiam si diceretur in literis Papæ non obstante jure patronatus laicorum, & etiam non obstantibus statutis Ecclesiæ : quia si essent aliqua statuta particularia concernentia in individuo beneficium de quo scribitur requirendo certas qualitates in persona promovenda, non valerent literæ etiam concessæ motu proprio : ut est glos. Guil. de Monte Laud. *in extravag.* Joan. 22. quæ incipit. *Sedes Apostolica* in verbo [a] *dicens :* quod per constitutionem principis quantumcumque publicè vel solemniter editam licet contineat omnes non obstantias de mundo, non tolluntur omnia specialia privilegia statuta vel consuetudines quæ obstantiæ tendunt solùm ad tollendam subreptionem, non ad alia jura specialiter perimenda, nisi nominatim specialiter & expressè talia per ipsum tollantur : & ita etiam tenent. Dom. de Rota. *deci.* 1. *ti. de præb. in novis.* & ibi dicunt quemdam authorem ita obtinuisse & sensisse post upblicas relationes in quadam causa de Aragono, & aliqui auditores dixerunt hoc esse verum in statuto appositio in prima fundatione certi beneficii per fundatorem, sive laicum, sive clericum, ut in testamentis eorum quibus Papa non intendit præjudicare vel derogare per hujusmodi clausulas generales, ne fundatores retrahantur à fundatione beneficiorum, & ubi suprà. Rota subdit quod est indubitanter verum in statutis seu ordinationibus laici, [b] secus in statutis clerici quibus Papa vult, & potest facilius præjudicare, & ideo dicunt quod si apponitur generalis clausula non obstantibus statutis, præjudicatur statuto clericorum, & ita dicitur fuisse obtentum & sententiatum pro quodam Apostolico impetrante qui acceptavit præbendam requirentem actu Sacerdotium ex statuto Episcopi & Capituli illius Ecclesiæ, quod valuit acceptatio, licet ille non haberet ordinem Presbyteratus, ex quo erat in suis literis clausula non obstantibus, & sequitur Dom. Abb. *in c. cum in cunctis. §. inferiora. circa. fi. de elec.* Sed contra istud ultimum videtur tenere Pe. de Anch. *Consil.* 16. *incip. Dominus noster Papa.* & *Consi.* 358. ubi loquitur in fundatore Ecclesiastico, & tenet quod generales non obstantiæ non operantur contra tale statutum, & ita etiam sequitur Vitalis. *in lib. de Claus. fol.* 5. nisi intelligatur quod ibi patronus clericus fundávit beneficium de bonis patrimonii sui, & sic regulabitur jus patronatus tamquam laicale : sed hoc esset divinare secundum eum : ideo dicit quod loquitur ubi clerici non processerunt statuendo, sed apponendo in fundatione modos & conditiones, quia talibus modis non appositis per viam statuti non derogat clausula generalis, in qua dicitur non obstantibus statutis, & quod ista sit intentio Pet. intelligi potest in verbis suis, hoc modo intelligendo dictum Joan. An. *in c. ei cui. de præb. in* 6. in clausula concernere consuetudines & statuta Ecclesiastica : sed ipse dicit se loqui in pacto & modis appositis in fundatione beneficii. facit gl. *c. cum dilectus. in verbo constitutum. de consue.* de quibus in casu super quo consuluit non fuerat facta mentio, & sic declaratur decisio Rotæ per eum quod licet generalis non obstantia tollat statuta clericorum propter Ecclesias : tamen illud non videtur verum, ut infrà latius dicam. *per c. si propter tua debita. de rescri. in* 6. non tamen tollit particulares ordinationes in fundatione appositas, etiam si sint appositæ per clericos dotantes de bonis Ecclesiæ suæ : ut no. Fel. *in c. nonnulli. in principio. ver.* 8. *concl. de rescr.*

19. Item præmissa non procedunt : quia non comprehenditur jus patronatus laici, etiam si esset facta specifica mentio de jure pa. laicorum, quando tale jus pertinet ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem : quia per aliquam clausulam talibus quomodo libet generalem non derogatur nisi de eis fiat expressa mentio, ut in regulis Cancellariæ regula 40. & ratio potest esse, quia licet difficile derogetur laicis : tamen multo difficilius derogatur illis principibus. ut no. glo. *in proœmio prag. in verbo enervantur.* Et ratio est, quia derogatio facta eis tanto periculosior est Ecclesiæ, quanto opulentiores sunt dotationes quæ fiunt talibus principibus : ergo major mentio requiritur cùm sæpe exceptentur à generalibus regulis. *ca. de multa. in fi.* ibi *circa sublimes. de præb. & dig.* tex. *in extrava. execrabilis. versi. nos itaque.* ibi *ac regum filiis qui propter sublimitatem eorum :* facit etiam. *c. sedes. de rescri.* ubi in materia odiosa per clausulas generales non veniunt personæ majores, no. etiam Pet. de Anchar. *consi.* 290. *incip. pro clariori evidentia. cum simi.* ut no. Feli. *in c. super his. de fide instru.* istud etiam procedit in permutationibus quæ fiunt in Curia Romana, quoniam non valent non facta mentione de patronatu laicorum & sunt subrepticiæ, sicut esset impetratio talis beneficii tacita tali qualitate. ut no. Lapus. *alleg.* 96. *in fi.* ubi tenet generaliter quod permutatio facta de beneficio non vocato patrono laico est nulla. Ita etiam tenet Calde. *consi.* 2. *tit. de rerum permu.* Et *Ægi. in concl. Rotæ.* 167. *cum simi.* ut no. Fel. *in suo tract.* quem supra alleg. *ver. ampliatur.*

[a] Permutari. C. M.

[b] Imo idem. C. M.

Source : BIU Cujas

Istud etiam procedit in beneficiis reservatis, ut tenet Feli. ut suprà & Dom. de sanct. Gem. post alios Doct. *in c. 2. de præbend. in 6.*

Inutilis hæc probatio quæ non admittit derogationē patronatus laicorū, nec tacitam, nec expressam, hoc si fiat appellatur tamquam ab abusu. I.

20. Fallit istud, primo non procedere quando constaret de certa scientia Papæ quod sit beneficium super quo scribit esse juris laici. Nam tunc censetur velle ei derogare, ut no. Rota *conclusio. 27. tit. de rescrip.* & hoc secundùm eum procedit: etiam si non sit facta aliqua mentio in literis de hujusmodi patronatu laici: quia potest per testes probari de certa scientia Papæ, & ea probata per testes non est gratia invalida: & ita dicitur fuisse servatum, ut refert Feli. ubi suprà *vers. expeditis*, propter quod etiam secundum eum infertur quod licet gratia Papæ non possit probari per testes, ut not. Dom. post Archi. *in proœmio sexti.* & Feli. & alii. *in rubrica de consti.* tamen circunstantiæ gratiæ possunt probari per testes, ut no. Feli. ut suprà. & *in c. cum inter. de excc.* & Rota. decisio Ægi. 246. ubi etiam tenet quod certa scientia Papæ potest probari per testes, facit glos. *in cle. 2. de rescrip.* & glos. *in cle. 1. de jud. cum simi.* ut not. Feli. *in c. ad hæc. de rescript.* & *in d. cap. cum inter. de except.* & *in cap. cum olim. de re judi.*

21. Fallit secundo non habere locum in beneficiis [b] reservatis per extravagantem quæ incipit *Execrabilis*. Joan. 22. qui includit beneficia de patronatu laicorum, ut not. Gen. ibi super verbo *disponere.* & sequitur Dom. de sanct. Gem. *in d. c. 2. de præbend. in 6. c. 3.* tamen contra illud tenet Rota *decisio. 3. tit. de jure pa. in antiquis.* & *decis. 462. etiam in antiquis.* & moventur per notata. *in d. c. 2. de præbend. in 6.* Idem etiam tenet Card. *in cle. 2. in 7. qu. ut lite pen. per glo. in cle. per literas. in verbo Apostolicis. de præbend.* Idem etiam tenet Lapus loquens de generali reservatione. *alleg.* 56. quia secundum eum non præjudicant patronis laicis ne retrahantur à fundatione, quæ ratio est generalis: & sic debet extendi ad istum casum, ut not. Alexand. *consil. 60. in 4. volu. incip. Visis & ponderatis.* ubi alleg. Inno. *in c. dilectus. col. ulti. de offi. leg.* & ista opinio videtur de jure verior à qua non est recedendum: quam etiam simpliciter approbat Feli. *in d. suo. tract. ver. limitatur secundo.* facit glos. *in proœmio prag. in verbo enervantur.*

b Imo. C.M.

22. Fallit tertiò quando est patronus Ecclesiasticus ratione Ecclesiarum: quia de tali jure patronatus non est necessaria mentio in litteris Papæ. *tex. in c. dilectus. de offi. leg.* Rota. *decisio. 69. in antiquis.* ubi tenet quia secundum stilum Curiæ Romanæ non est necesse de tali patronatu facere mentionem: & ista est communis resolutio nisi istud jus patronatus spectaret ad clericum & laicum simul, tunc clericus gauderet commodo regulæ ut suprà dixi ut not. Dom. Abb. *in c. dilectus. de offi. leg.* & not. Doct. *in c. cum dilect. de jure pa.*

23. Fallit quartò quando jus patronatus pertinet ad laicos religiosè viventes, & portantes habitum religiosum & gaudentes privilegio fori Ecclesiastici, ut tenent Dom. de Rot. *deci. 7. tit. de jure pa. in anti.* loquens de eo qui impetravit beneficium spectans ad collationem Beguinarum secularium: & concludunt quod valet collatio non facta mentione de jure patronatus ipsarum: & posito quod tales Beguinæ sint seculares: religiosè tamen vivunt, & portant habitum religiosum: ideo non videntur merè laicæ, quia licet sint laicæ, tamen propter religionem quam habent, videntur facere collegium: ut ibi per Dom. de Rota respondentes ad not. *in d. cap. 2. de præben. in 6.* quia loquuntur in mero laico non habente religiosum habitum nec faciente collegium: & hoc maximè, quia istæ Beguinæ gaudent privilegio fori & canonis, ut ibi per eos not. Dom. Abb. *in cap. nullus. de judi.* & ita etiam sequitur Feli. *in d. suo tract. vers. limitatur quarto.* & præmissa secundum eundem Feli. possunt induci quando jus patronatus spectat ad operarios fabricæ Ecclesiæ, ut sunt secundùm eum multi in Tuscia quibus competit jure officii præsentatio, isti videntur secundùm eum Patroni laici; & ista induci possunt ad Hospitalarios & ad Jesuatos & Pœnitentes, in quibus omnibus inspiciendæ sunt qualitates. ut notat Rota ubi suprà, & ista etiam possunt adduci ad jus patronatus spectans ad universitatem scholarium, in qua sunt plures Clerici quàm laici: ut notat Feli. post alios. *in cap. ex nostris. de constitu.*

Fallit quintò quando disponeretur per Papam de beneficio non quidem vacante, sed quod erat de proximo vacaturum, & in quo imminebat Patrono proxima spes præsentandi, ut notant Dom. de Rot. *tit. de præben. conclu. 20. in novis.* ubi tenent quod licet beneficium de Patronatu laici per promotionem factam ad Episcopatum de habente illud, vacet: tamen dispensatio Apostolica de illo beneficio imposterum cum dignitate Episcopali retinendo valet: licet consensus patronorum non intervenerit, quibus illa quasi prorogatio non affert præjudicium considerabile: ut notat Rot. ubi supra per plures rationes. Tamen Fran. de Are. *consil. 7. incipien. procedendum est* breviter tenet contrarium: dicens quod non potest negari quod post collatum Episcopatum etiam ante acceptationem ipsius Episcopi, & multo fortius post acceptationem, fuit quæsitum jus ex causa de præterito præsentandi: quæ quidem spes ubi habet originem à causa de præterito, videtur esse considerabilis sicut jus quæsitum in re. *l. post emancipationem.* §. 1. & ibi Barto. *ff. de lib. leg.* Tamen ad istud potest responderi quia illud beneficium non vacat [a] donec ipse promotus ad Episcopatum possessionem pacificam fuerit adeptus, aut fuerit elapsum tempus de consecrandis Episcopis, est tex. *in* §. *cum vero. c. cum in cunctis. de elect.* Si ergo beneficium non vacet Patronus nullum habet interesse, & dicit Ægi. *conclu. 252.* ubi tenet partem ipsius Fran. de Aret. & in simili facit quod notat Dom. de san. Gem. *in c. quamvis. in fin. de rescript. in 6.* ubi tenet quod si Papa restituit Clericum depositum ad beneficium non facta mentione de Patronis laicis, non valet restitutio quia ex quo est privatus beneficio jam erat quæsitum jus cui Papa in dubio non intendit præjudicare. Ad istud est facilis responsio: quia in casu quem alleg. Domi. beneficium vacat: sed in præsenti casu nullo modo vacabat: & dici Feli. ubi suprà, quod circa istud considerat duos casus. Nam aliquando dispensatio promoti super retentione beneficiorum impetratur vel conceditur nondum vacantibus beneficiis, puta ante consecrationem Episcopi. *d. c. cum in cunctis. de elect.* vel ante adeptam possessionem ut notat, Ludo. *consi. 345. col. penult. & consi. 335.* & hoc casu potest sustineri prima opi. Dominorum de Rota quam supra retuli: quia tunc non est dare vacationem beneficiorum, verùm ex quo virtute dispensationis impeditur vacatio.

Idem jus non esset si collativum esset beneficium nō impediret hæc dispensatio vacationem in regalia, ita judicatum à Senatu Paris. refert Ruze anno 1350. privil. 25. n. 5. nec credo dispensatione jus patroni laici tolli, quin mero jure per adeptionem Episcopatus vacaret patronatus laici beneficiū, cap. cum in civitates. de elect. I.

Inutilis ratio, non enim quæritur an acceptab. vel non, sed an dispensatio noceat patrono laico, quia non ambigitur vacationem juris non esse nisi post acceptationem. cap. si tibi absenti. de præbend. in sext. I.

Secundus casus est quando beneficium vacat statim quod est pronuntiatus quis Episcopus, prout quidam asserunt esse de stylo curiæ: & tunc secuta acceptatione procedit & habet locum opi. Are. propter vacationem, quia statim induxit jus in re patrono: propter quod idem videretur in promoto in Abbatem, cùm ejus beneficia vacent statim. ut notat Oldra. *consi. 14.*

Fallit sextò quando beneficium Patroni laici, quod olim laicorum, hodie verò est Ecclesiasticum: quia datum Ecclesiæ tunc assumit naturam Patronatus Ecclesiæ: etiam quoad præsentem effectum, ut notat Maria. *in repeti. c. de Monachis col. ulti. de præben.* ubi dicit se ita respondisse pridie. alleg. Domi. de sanct. Gem. *in cap. 2. de præben. in 6. per tex. in cap. 1. de jure pa. in 6.* & sequitur etiam Feli. ubi suprà.

a Hoc est indubitanter verum si principaliter detur Ecclesiæ, verum quid si transeat cum universitate feudi. adhuc satius puto

Fallit septimò quando Patronus laicus solum haberet jus honorificum: puta processionis vel alimentorum, ut in Ecclesiis conventualibus. *cap. nobis. de*

Source : BIU Cujas

idem, quia verum est dicere quod non est patrimonium Prælati, tametsi ad manum regiam reducatur censetur temporale: vide notabile cap. dilectus. Clem. de præb. C. M.

jure pat. quia licet conferatur tale beneficium à Papa non facta mentione de patrono, collatio valet: quia semper stat firmum; nec dicitur impediri prout impediretur quando quis haberet jus præsentandi: ut sentit Cardi. *consil. 99. incip. Papa univit quandam Abbatiam. ad finem.* & ibi subdit quod fieret unio de dicta Ecclesia conventuali patronata ad aliam Ecclesiam, per quam unionem dictum jus honorificum admitteretur, non valerent litteræ super unio ne obtentæ tacito de illo jure patrona. Ita etiam tenet Fel. ubi suprà.

Fallit octavò quando in supplicatione dicitur quod supplicans petit derogari patronis: licet de jure patrona. eorum non clarè constaret, & postea patroni non probent quod tempore impetrationis clarè constabat de jure eorum, tunc dicitur eis derogatum, non obstante quod hodie doceant quod ad eos verè spectet jus patronatus, quia adhuc verum quod tunc clare non constabat, ut not. Cardi. *consil. 71. incip. vacante quadam parrochiali Ecclesia.* & sic resultat casus quod mentio imperfecta seu non expressa de jure patronatus non nocet, licet verè beneficium sit patronale laicorum, vel quando tunc non constabat, & impetrans dixit non constare ut facilius induceret Papam ad concessionem.

Fallit nonò quando esset aliquis patronus, tamen non esset in casu possessionis præsentandi, sed alius, quia tunc de ipsis non expedit facere mentionem ex quo per litteras Apostolicas eis non præjudicatur quoad præsentationem, quod Episcopi non habent: ut not. Innocent. *in cap. cum Ecclesia. de can. poss. & proprie* & in terminis ita tenet Card. *consil. 71. ad fin.*

Decimò fallit quando patroni de quibus impetrans non fecit mentionem scientes de hoc taceant per quatuor menses, tunc collatio remanet valida & nequeunt ei amplius opponere: ita puto indubitanter inferri posse ad decisionem Card. *in cle. 1. col. 15. ver. sed post longam cogitationem. de sup. negli. Prælat.* ubi dicit quod consensus expressus ipsius patroni sequens istum facit eam validam, quia istud quod exigit ex parte patroni sapit potius assensum quàm authoritatem: & sufficit quod consensus interveniat in actu; & etiam post. *cap. cum consuetudinis. de consuetu.* & ibi Innoc. not. *in cap. 1. de reb. Eccle. non alie. in 6.* & *in cap. cum nos. de his quæ fiunt à Prælat.* & postquam non contradixit videtur consentire, *cap. in Gene. de elect.* & *cap. nonne. de præsump.* & postquam non præsentat infra tempus juris intelligitur consensisse, cùm sublata sit potestas agendi de contemptu, quæ durat donec durat potestas præsentandi. Nam lapso tempore non potest dici contemptus, sed potius ipse jus suum contempsit, ut tenet Cardi. ubi suprà, & dum dicitur collationem nullam esse factam sine præsentatione patroni. *in c. decernimus. 16. q. 7.* illud est verum contradicente patrono: secus si consentit expressè vel tacitè: probat etiam idem Card. quia præsentatio non est pars substantificationis: & idem est dicendum indubitanter in collatione facta per Papam. Idem not. Dom. Abb. *in disputa. sua quæ incipit Augerio. in fin. secundæ quæstionis. col. 27. ver. aut patronus neque consensit.* ubi tenet quod si infra tempus à jure præfixum ad præsentandum patronus neque consensit, neque contradixit, & sic per negligentiam est privatus jure suo, collatio prius facta convalidatur ipso jure absque collatione in futurum fienda: quia ipse Episcopus non potest venire contra collationem à se factam. *cap. diversis. de clericis conjuga. cap. 1. si tibi absenti. de præben. in sexto.* & sic debet intelligi. *cap. decernimus.. 16. quæst. 7. cum similibus.* ut per Fel. *in cap. cum Bertoldus. col. 4. de re jud.*

Quia plus habet juris in collatione Episcopus quã in præsentatione Patronus. ca. dilectus. de off. ordin. I.

Fallit undecimò [a] quando agitur de jure patronatus quæsito ex præscriptione vel consuetudine: quia tunc valent litteræ Apostolicæ non facientes de eo mentionem, ut not. Fede. *consil. 65. incip. quæstiones infrascripto sunt leves.* quia tunc videtur cessare ratio de retrahendo à fundatione, ex quo præsupponitur quod patroni ex præscriptione non fundaverint: & ideo etiam Legatus potest tale beneficium conferre, not. etiam Car. *consil. 61. incip. vacante. in secundo dubio*, ubi tenet quod valet gratia Apostolica non faciens mentionem de tali jure: quia cessat ratio retrahendi à fundatione quæ est potissima in hac materia, ut not. *glos. pen. in cap. cum dilectus. de jure pat.* ita tenet Dom. Ant. *in cap. dilectus. col. 4. de offi. leg.* & ibi Domin. Abb. *in fin.* & ita etiam tenet Cardi. *in Cle. per litteras. in 4. quæst. de præben. & dig.* ubi tenet quod si ad laicum spectat jus præsentandi sine patronatu cessat illa ratio, quæ est ne retrahantur patroni à fundatione Ecclesiarum Idem Card. *in Cle. 2. quæst. 7. ut lit. pen.* & ita tenet And. Barb. *in consilio 53.* tamen ille casus præsupponit unum quod est falsum de jure, quod laici possent præscribere jus præsentandi, quod non est verum: quia contrarium tenent Doct. *in cap. querelam. de elect.* & Arch. Dom. de sancto Gem. & Cardi. Alexand. *in cap. hortamur. 71. dist.*

a Contrarium puto. C. M.

24. Fallit [b] duodecimò quando jus patronatus est acquisitum ex privilegio, quia tunc non est necesse facere mentionem de patronatu laici, ut not. Dom. Abb. *in cap. dilectus. de offi. Legat.*

b Contrarium puto. C. M.

25. Decima tertia qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio quod ille ad cujus collationem beneficium impetratur habet solum collationem unius beneficii: alias non valeret provisio si hoc non exprimatur: attento quod agitur de beneficio monoculo: ideo non cadit in impetrationibus, ut tenet glo. *in ca. 1. §. item placuit. in verbo turnum. de collat. in prag.* facit *lex illicitas. §. ne te. ff. de off. præsi.* & *cle. 1. in fin. de senten. excom.* ubi fit mentio de unico lumine, faciunt notata per Archi. *in c. si pro clericis. de præben. in 6.* & Joan. Mon. *in ca. in generali. de re jud.* & Joan. And. & alii Doct. post glos. *in Cle. 1. de præbend.* ubi dicunt quod propter jura alleg. mandatum de providendo de dignitate in aliqua Ecclesia non debet extendi ad dignitatem unicam quæ est in illa Ecclesia: quia non est verisimile Papam de illo privare ordinarium collatorem unica dignitate: etiam si unico lumine, quæ forte semel tantum in vita sua vacavit, & volunt Domini de Rota. *deci. 212.* & *220.* ubi dicunt quod in rescripto in genere impetrato ad primum beneficium vacaturum ad cujuscumque collationem in certa diœcesi & post ea vacavit beneficium ad collationem alicujus qui non habet aliud beneficium conferre nisi illud beneficium monoculum, non veniant in genere quo quis includitur in gratia, cùm in gratiis non in specie non esset concessurus. *c. super litt. de rescri.* maximè in beneficialibus ubi fienda strictissima interpretatio. *ca. quamvis. de præbend. in 6. ca. in gener. de reg. in 6. ca. fin. de offi. Vica. eo. l.* ubi autem essent duo beneficia spectantia ad collationes illius tantum extenderetur gratia ad primum; quod [c] non videtur habere locum in nominationibus nisi saltem sint tria ad collationem conferentia secundum eandem glos. ubi suprà insequendo Concilium Basilienſe, quia non potest pars 3. quæ debetur graduatis inveniri, nisi ubi essent tria. Aliqui tamen voluerunt dicere posse inveniri turnus in beneficiis monoculis, vel ubi sunt duo non de beneficio ad beneficium, sed de una vacatione ad aliam, pro quibus facit text. *in dicto cap. 1. §. item quod omnia. de colla. in prag.* sed primum placet eidem glossatori: quia nimis gravaretur collator cum fortè semel in sua vita tantum vacaret, ut dictum est, & est ordo computandus respectu alterius beneficii. Ita etiam tenet Fel. *in c. in nostra. 24. corollario de rescr.* ubi tenet quod oportet facere mentionem quod ille ad cujus collationem impetratur habet solum collationem unius beneficii, aliàs enim si hoc non exprimitur gratia

In mandatis aut gratiis expectativis & hoc intelligit glos. prag. nã licet monoculum si vacaret per obitum posset impetrari à Papa jure præventionis non tamen posset gravari mandato facto enim alieno per mandatum gravaretur, suo si præveniatur. I.

c Et hoc non est dubium stante pragmatica, sed stantibus cõcordatis ubi certis mensibus vacantia iis debentur, adhuc dico idem quod illis mensibus vacantia ad collationem ejus qui nõ habet tria, ad collationem ejus nõ debentur, quia designatio illorum

Source : BIU Cujas

menſium nõ eſt facta niſi ad diſtributionem & liquidationem tertiæ partis beneficiorum ſpectantium ad collationem, &c. Ergo intelligitur infra tertiam partem, & ſic ubi ſunt tria beneficia ad minus. C.M.

non comprehendit illud beneficium in quo ille eſt monoculus, ut no. idem Joan. *in regula generali. de reg. jur. in 6.* quia ſicut inutilis eſſet impetratio cùm impetratur beneficium viventis. *c. 2. de conceſſ. præbend.* ita inutilis eſt ille ad cujus collationem impetratur habeat conferre unum ſolum: quia utroque caſu datur via ad ſpeciale votum captandæ mortis, ita dicit ſcripſiſſe Clementem IV. in facto præpoſituræ ſanctæ Mariæ de Burgis contra impetrantem dignitatem in genere, cùm ibi eſſet unica, & ſequitur Joan. And. *in d. regula in generali. allegando gloſ. in clem. 1. in verb. certa. de præb.* quæ eſt ſingularis ſecundùm Cardi. ibi. & *in §. fi. in 6. qu.* & eam latè re aſſumit ibi Imo. *in fi. in 2. colum.* & ibi etiam Dom. Abb. colligit quod dictio *aliquid* ſignificat diverſitatem. Unde ſi mandatur alicui conferri aliquod beneficium in certa Eccleſia, & ibi ſit unicum, non verificatur in illo: quod eſt notandum ſecundùm eundem Fel. ubi ſup. multa no. Rot. *concluſione 12. tit. de præb. in novis*, & Th. Faſ. *dubio 55.* quia cùm ille ſit monocularis non debet privari illo unico lumine, facit text. *in d. clem. 1. de ſent. excom. in fin.* ibi *hoc unico lumine privare nolumus, nec debemus*, & iſtud eſt declarandum niſi quis habeat collationem unius beneficii tantum, & in uno alio præſentationem: quia non dicitur monocularis ſecundùm Tho. Faſoli. *Dubio Rotæ 56.* & ſequitur Feli. *in d. c. in noſtra. corrollario 24.* Sed iſtud eſt limitandum quando haberet in uno collationem ſolus, & in pluribus aliis conferret ſimul cum aliis: quia etiam illud unicum venit ſub gratia expectantis beneficium, licèt pertineat ad collationem talis Prælati communiter vel diviſim ſecundùm Dominos de Rota. *deci. 34. tit. de reſcr. in antiquis.* & ſi litteræ dicerent de beneficio quod ipſe habet conferre ſimul cum pluribus ſecundùm Rotam. *deci. 55. tit. de reſcr.* facit glo. *in ca. mandatum. de præbend. in 6. cum ſimi.* ut not. Feli. *in c. eam te. de reſcrip. circa fi.*

26. Decima quarta qualitas in beneficiis impetrandis eſt quod fiat mentio de illo beneficio quod impetratur, quod aliàs fuerit unitum, ut tenet Rota. *tit. de rerum permu. deciſ. 3. in antiquis.* quia ſecundum hoc poſſibile eſſet quod unio remaneret inefficax propter frequentes impetrationes, quod eſſet abſurdum: maximè quando unio iſta legitima reſpicit cauſam neceſſariam, quia non eſt veriſimile quod Papa voluerit tollere niſi expreſsè dicatur, & videtur Rota hoc intelligere quando Papa confert beneficium ad inſtantiam ſupplicantis: ſed ubi confert motu proprio, videtur quod non ſit facienda mentio de unione beneficii facta per ordinarium, antequam ſortiatur effectum ſi Papa reſervat tale beneficium, & mortuo Prælato confert illud non facta mentione unionis valet collatio, ut not. Domini de Rota. *deciſ. 3. & 5. tit. de rebus Eccle. non alien. in antiquis:* quia per hoc non tollitur unio quæ eſt perpetua, ſed ſolum ſuſpenditur ad tempus, cujus effectus poteſt differri ex facto Principis. facit *l. fin. ff. ad munici. & cap. non eſt. de voto & voti.* & ita tenet Domi. de ſancto Gem. *in repe. cap. poſtulaſti. col. 25. verſ. crederem. de reſcrip.* ubi tenet quod conceſſio etiam facta motu proprio Papæ non valet niſi faciat mentionem de unione, quia Papa non intendit per ſuas litteras præjudicare juri alteri quæſito, niſi exprimat hoc in litteris, ſive ſit præjudicium extenſivum, ſive dilativum. *c. quamvis. & c. ſi propter. de reſc. in 6.* facit. *c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. in 6.* ubi æqualiter ponit non intendere in ſuis diſpoſitionibus accidere etiam impedimenta dilativa; ergo cùm auferat jus alterius ſaltem ad tempus, videtur quod non valeat. *cap. tibi. de reſcri. in 6. & cap. capitulum. eo. tit.* ubi plus eſt quod non intendit Papa tollere jus ad rem primi impetrantis niſi de eo fecerit mentionem etiam ſi ſit præjudicium dilativum ut ſecundus præferatur primo, ergo multominus debemus intelligere ut auferat, licet temporaliter effectum juris quæſiti in re per unionem; nec obſtat ſi dicatur quod Papa poſſet tali beneficium conferre, quia illud fatetur, ſed in præſenti caſu dico quod Papa in dubio non intendit ferre præjudicium juri alterius, etiam quando ſcribit motu proprio, ut notat Joan. And. *in cap. ſi motu proprio. de præbend. in 6. cum ſimi.* ut not. Feli. *in cap. ad aures. de reſcrip.* & Maria. *in repeti. cap. poſtulaſti. colum. 60. de reſcrip.* & Joan. And. *in addi. Spec. tit. de præbend. in princ.* & iſtud eſt intelligendum quando unio præcedit reſervationem Papæ, ſecus quando reſervatio Papæ præceſſit, ut not. Card. *in cle. 2. in fin. principii verſ. 9. quæro. de rebus Eccle. non alie.* & notat Rot. *deci. 2. tit. de rebus Eccle. non alie.* quæ dicit quod unio caret effectu donec Papa contulerit, ſed ex quo contulit illo dimittente beneficium unio habet robur, & ſic intelligit quando reſervatio præceſſit unionem, ſed ubi vnio præceſſit reſervationem contrarium eſt dicendum. [a] Et ſi diceretur quod reſervatio Papæ ſubſequens poſt unionem ab ordinario factam impedit effectum unionis etiam non facta ipſius mentione: nam hoc ultimum non eſt tenendum per prædicta: neque iſtud ſequitur ex primo dicto: quia reſervatio Papæ præcedens prædominatur unioni ordinarii quæ ſequitur; hoc eſt rationabile cùm Papa diſponat de re in qua nulli eſt jus quæſitum, ſed non ſequitur quod idem ſit ſi reſervatio ſequatur: jam enim inchoatum eſt jus ordinario & Eccleſiæ, qui ſequens actus Papæ non præſumitur præjudicare: ut tenet Fel. [b] ubi ſupra, ex quibus infert quod gratiæ expectativæ non tollunt ordinario poteſtatem uniendi etiam poſt proceſſum factum per executorem: ut notat Joan. And. *in addi. Spec. ſuper rub. de præben.* facit *gloſ. fin.* & Doct. *in c. fi. de reſcrip.* & Rota. *deci. 4. tit. de rebus Eccle. non alie. in antiquis.* & Pet. de Anch. *in repe. cap. ſi propter. col. 34. de reſcript. in 6.* & unio facta per Papam de beneficio reſervato non habita mentione reſervationis, non valet: ideo impetrans illud tamquam reſervatum non habita mentione unionis bene importat ſecundum Calde. *conſil. ulti. tit. de rebus Eccle. non alie.*

[a] Scilicet quod nullo modo valet reſervatio, contra Rotam. C.M.

[b] Hoc intellige ut ſupra Dominos Rotæ non ut ſtatim habeat effectũ unio, ſed tunc demum cùm poſtquã reſervatio Papæ habuerit effectum, cœperit vacare, quia tunc valet, & memineris quod unio poteſt fieri non vocato rectore Cle.

27. Decima quinta qualitas de qua impetrans debet facere mentionem, de natura præbendæ an ſit ſacerdotalis vel electiva, an non? ut not. Rota. *deci. 35. tit. de reſcript. in antiquis.* niſi talia exprimantur per quæ Papa poſſit ſcire qualitatem beneficii impetrandi, & etiam obtenti: ut notat Dom. Abb. & Feli. *in ca. ad aures. de reſcrip.* & debet fieri mentio an præbenda ſit electiva. ut not. Cardi. *in cle. quia contingit. ver. ut autem. in 4. not. de reli. domi.* ubi colligit ex gloſ. in verbo *electionem.* quod beneficium electivum propriè dicitur quando in eo proceditur per electionem quæ exigit confirmationem ſuperioris, & ſic ſecus ſi electio non egeret confirmatione: ex quibus infertur quod ſi mandatur provideri de beneficio ſpectante ad collationem capituli, non veniunt canonicatus in quibus capitulum eligit & Epiſcopus confirmat: quia dicuntur beneficia electiva, non autem collativa: & litteræ Papæ nunquam derogant electoribus niſi exprimatur, ut eſt tex. *in ca. cum in illis. de elect. in 6. & in cle. 1. de præben. & dig.* ut notat etiam Cardi. *in conſil. 105. incip. Dominus noſter Papa. & in cle. 1. §. ad hæc. in 4. q. de præben. & digni.* & hoc eſt bene notandum ſecundùm Feli. ubi ſuprà, quia per illa poteris infringere mille expectativas in illis Eccleſiis in quibus de conſuetudine capitulum eligit Canonicos, & Epiſcopus confirmat, prout eſt conſuetudo inducta ſecundùm eum, in Eccleſia Ferrarienſi & in Eccleſia Piſana, & dicit ultra quod etiam ſi Canonici eligant in plena forma electionis, & non confirmatur eorum electio: tamen ratione formæ in electione ſervatæ dicitur beneficium electivum, etiam ſi ſuperior non confirmat & non includatur in litteris non facientibus mentionem de electivis ut no-

a De rebus Ecc. non alienand. C. M.

Non ſunt vere electiva niſi obſervetur forma c. quia propter. de elect. Molin. ad regul. de infir. nu. 6. I.

Source : BIU Cujas

tat Oldra. *consil.* 166. *incip. factum tale est de consuetudine Ecclesiæ Eduensis.* & sequitur Feli. ut suprà.

28. Decima sexta qualitas in beneficiis impetrandis est quod exprimatur & fiat mentio qualiter beneficium est electivum : ut est text. *in ca. cum in illis.* §. *illis vero. de præben. in 6.* & non sufficeret quod in Ecclesia executoria fieret mentio de electione, præsupponendo quod suprà esset dictum de collatione : quia illa verba quæ supponuntur nihil addunt per text. *in cle.* 1. *in fin. de præben.* quem tex. gustavit Feli. sæpissime, ut ipse refert *in ca. licet. de offi. ordi.* & modum cognoscendi beneficium electivum collige, ut suprà proxime dixi, quod est electivum quando requiritur confirmatio superioris, ut dixit glos. *in cle. quia contingit. de reli. do.* & Dom. Abb. *in c. nobis. col. 2. de jure pa.* ubi sentit quod si fiat mentio de electione, intelligitur proprie de illa quæ exigit confirmationem : & illud est notandum quia de jure communi in beneficiis minoribus non providetur per electionem ut dicit tex. *in c. cum in Ecclesiis. de præben. in 6.* & ubi fit mentio de beneficiis electivis dicitur de dignitatibus & personatibus. *ut d. c. cum in illis. de præb. in 6.* & *cle.* 1. *eo. tit. de præb.* quæ jura habent respectum ad jus commune : tamen sciendum est quod de jure speciali possibile est quod minora beneficia sint electiva, & in istis habebit locum iste casus, ut not. Dom. *in d. cap. cum in illis.* §. *illis. col.* 3. *de præben.* & not. Joan. And. *in addi. Spe. tit. de actio. & peti.* §. *super petitionibus. ad fi. ver. per litteras* volentem sufficere, quo ad casum. *dicti cap. cum in illis.* ut beneficium sit electivum de consuetudine antiqua, quæ habet vim legis, & in talibus habet magnam vim, scilicet in disponendo de modo in electivis. *cap. cum dilectus. de consue.* & *cap. Abbate. de verbo. sig.* & not. Card. *in d. consi.* 105. & ita secundùm eundem Fel. *in d. c. in nostra.* communiter tenetur secundum gl. *in cle.* 1. *in verbo dignitatem. de præben. & dig.* quem sequitur ibi Car. *in* §. 1. *in* 1. *q.* & Imo. *ibi in prin.* ubi dicit hoc esse notandum, & Inno. Papa. 6. declaravit semel in camera quod volebat illud beneficium esse, & dici electivum in cujus elect. servatur forma. *c. quia propter. de ele.* vel per cujus vacationem redditur Ecclesia viduata Prælato : aliud autem beneficium ad quod per simplicem electionem seu nominationem quis assumitur sine alia solemnitate seu confirmatione superioris non debet dici propriè beneficium electivum, imò potius collativum, ut notat Rota. *deci.* 338. & ibi etiam dicitur quod ubi requiritur confirmatio superioris dicitur beneficium electivum posito quod sit de minoribus beneficiis : allegat glo. *in cle.* 1 *de præben.* sed ubi electio non indiget confirmatione tunc non dicitur beneficium electivum, imò potius collativum. Item non sequitur quod plures stant cum priore : ergo est beneficium electivum, fortè enim spectat ad electionem alterius, ut notat Rota. *deci.* 13. *titu. de præben. in antiquioribus*, ut latè dicitur quod ad hoc ut dicatur facta mentio quod dignitas est electiva, non sufficit facere mentionem de collegio, nisi dicatur quod sit electiva, & dicit Archi. *in cap. monasterium.* 16. *q.* 1. quod non sequitur in tali Ecclesia stant multi clerici, ergo ubi est collegium requiruntur plura ut dicatur collegium, de quibus per Inno. & alios. *in cap. cum dilecta. de excess. præla.* vide etiam Oldra. *consi.* 281. *inci. quod prioratus.* ubi tenet quod Prioratus dicitur collegiatus vel conventualis si ibi collegiatè vivunt Monachi etiam si non eligant Priorem & sit prioratus manualis : ita quod si impetratur gratia ad dignitatem non venit talis Prioratus, & quando Prioratus dicitur dignitas [a] glos. per illum tex. *in cle.* 2. *in vers. conventuali. de rescrip.* & Fed. *consil.* 132. *incip. casus talis est.*

a Tunc scilicet quando est conventualis, aliàs non. C. M.

29. Et si nullus modus vacandi exprimatur in provisione venit modus electionis & omnis alius modus, ut not. glos. *in cle.* 1. §. 1. *de præben.* & ibi Card. *in* 5. *q.* & ita etiam tenet Dom. san. Gem. *in ca. cum in illis.* §. 1. *col.* 2. *de præben. & digni.* & Car. *consi.* 105. & Rota. *deci.* 10. *tit. de præben. in novis*, & *deci.* 14. *tit. de concess. præben. in antiquis. cum simi.* ut notat Feli. *in ca. sedes Apostolica. de rescrip. col.* 3. Idem etiam tenet Domi. de sancto Gem. *in c. susceptum. de rescrip. in 6. col. pe.* & est bona limitatio *ad d.* §. *illis.* ut intelligatur quando est facta mentio de collatione vel alia dispositione ad alium spectante : quia tunc non venit electio : sed simpliciter mandatur provideri de beneficio vacaturo veniet etiam beneficium electiuum : quia ex quo non exprimitur aliquis modus provisivus rationem diversitatis clarè explicat, ut notat. ubi suprà & Feli. *in d. c. in nostra. corrolla.* 22. & si scribitur de Canonicatu spectante ad provisionem, præsentationem seu dispositionem capituli non venit canonicatus spectans ad electionem, ut notat Dom. Abb. *in consi.* 133. *incip. in quæstione quæ ad præsens vertitur.* ubi allegat *d. cap. cum in illis. de præben. & digni.* & non electiva non comprehenduntur sub appellatione beneficii in odiosis, licet secus in favorabilibus : ut notat Feli. *in cap. postulasti. de rescrip. in* 2. & 3. *fallentia.* not. Dom. Abb. *in cap. pen. de ver. sig.* Dom. de san. Gem. *in cap. si propter. col.* 2. *de rescri. in 6.* per glo. & Doct. *in cle. auditor. de rescri.* Idem etiam tenet Cal. *consi.* 4. Pet. de Ancha. *in regula* 1. *de reg. jur.* Car. *in cle.* 1. *in prin. in* 4. *q. de supplen. negli. Præla.* Joan. de Ana. post Dom. Abb. *in ca.* 2. *de cleri. pugnan.* Dom. de san. Gem. *in ca. cum de beneficio. in princ. de præben.*

30. Et si mandatur alicui provideri de beneficio spectante ad ordinationem alicujus, istud verbum *ordinationem* est adeò prægnans quod includit collationem, præsentationem, & omnem modum quo quis habet de re propria disponere. glos. *in extravaganti.* Joan. 22. *quæ incipit sedes. sup. verbo ordinationem.* quam refert & sequitur Dom. de sancto Gem. *in ca. cum in illis.* §. *cum autem. circa fin. de præben.* & Maria. *in repe. ca. postulasti. col.* 36. *vers. adverte tamen. de rescri.* & Feli. *in d. c. in nostra. de rescri. corrolla.* 32. sed adverte, quia prædicti Doct. non videntur velle quod veniat electio per tex. *in clemen.* 1. *juncta glos. in vers. quamvis. de præben.* & ibi Docto. firmant quod dicta verba non includunt electionem, & esset difficile ostendere quod verbum *dispositio* sit minoris comprehensionis quàm verbum *ordinatio.* nec aliter fuit de mente gloss. preallegatæ, utitur enim verbis directis ad unam personam habentem aliquo modo providere de beneficio : & vult quod nominata ordinatione veniant alii modi providendi, non enim potuit sentire de electione quæ non cadit in unam personam, sed in collegium. *ca.* 1. *de elect.*

Et si diceretur quid si scribitur de provisione spectante ad collegium cum clausula generali, *scilicet, vel quamvis* aliam dispositionem seu ordinationem, tunc clarum est quod non venit electio. *d. cle.* 1. *de præben.* sed quid si sub illa generali non potest venire nisi electio : tamen forte nullo alio modo habeat illi providere de certo ut verba aliquid operentur, videtur quod veniat electio : & ita trepidè dicit Maria. *in d. ca. postulasti. de rescri. cum simi.* ut notat Feli. *in ca. sedes Apostolica. de rescri. in* 7. *declaratione.* sed dicit Feli. *in d. ca. in nostra. de rescri.* quod non credit illud verum : quia Papa scribens cum illa clausa generali voluit includere omnem alium modum providendi, si quis alius competeret similis illis de quibus loquitur : non tamen cogitavit absolutè, sed solum de modo providendi simili expresso & non majori : & si alius non in est nisi major illum non cogitat. *per ca. sedes. de rescri.* & qua ratione ubi nullus alius modus subesset illa clausula est superflua, ergo eadem ratione quando subest alius modus : sed ex juris dispositione non comprehensibilis : tamen

Quia genus unum vacationis non porrigitur ad aliud. cap. susceptum. de rescrip. in sextò. I.

Source : BIU Cujas

tamen plus mihi placet dictum Maria per glos. quam omnes approbant. *in cle. 1. in versi. quamvis. de præben.* & ut verba aliquid operentur, attento quod capitulum non habet aliam dispositionem propter electionem: scias etiam quod licet in materia stricta verbum *provisio* non comprehendit electionem. *d. ca. cum in illis.* illud verum est quando alii modi exprimuntur: secus si solum exprimatur verbum provisionis & eligentes non habent alium modum providendi, ut suprà dixi. Item in causa favorabili illud verbum comprehendit omnem modum per quem providetur Ecclesiis, ut notat. *in d. cap. cum in illis. §. illis cui. 2. q. de præben. in 6. & in ca. 1. in 5. col. versi not. primo ex ista glos. de elect. in 6.* allegant glos. 3. *in cle. fin. de ele.* ita tenet Lud. Ro. *consi.* 354. & verbum *electio* largè sumptum comprehendit etiam collationem *ca. cum Ecclesia. de elect. cap. cum dilectus. de consue.* interdum comprehendit præsentationem. *cap. nobis.* & ibi Dom. Abb. *de jure patrona. c. querelam. de ele.* aliquando comprehendit postulationem. *c. in causis. de ele. c. post translationem. de renun.* tamen propriè differt à suprædictis. *d. c. cum in illis.* & ideò licet Capellani eligant sibi plebanum, non tamen ex hoc illa plebs potest dici collegiata, ut not. Fed. *consi.* 30. *factum tale est.* ita etiam not. Dom. de sancto Gem. *in ca. quam sit. de ele. in 6.* ubi vult quod extra casum *cap. cum illis.* qui est odiosus, expressio unius ex illis modis provisionis comprehendit alios quando est eadem ratio, allegat glos. *in cle. 1. in ver. confirmatur. in fi. de rerum permu.* & glos. magnam *in c. sciant cuncti. de ele. in* §. 1. Item etsi expresso uno modo provisionis non veniat electio, tamen venit actus habens vim electionis, & qui regulatur ut electio: patet quia venit beneficium spectans ad præsentationem patroni Ecclesiastici jure Ecclesiæ: ut not. *in c. cum dilectus. de jure patronat.* & *in c. dilectus. de offi. leg.* quia præsentatio Clerici habet vim electionis, ut no. Inno. *in c. cum autem. de jure patronat.* & Card. *in cle. 1. in prima oppo. de sup. negli. præla.* & Lap. *alleg. 94. incip. dux noster Papa. col. 5. versi. secundum numquid.* & Dom. de san. Gem. post Archi. *in c. 2. col. 4. de præben. in 6.* hinc est quod sicut non potest fieri electio alternativa. *c. 2. de ele. in 6.* ita nec talis præsentatio patroni Clerici, ut no. gl. ante penul. *in cle. 2. de jure patro.* & Dom. de sanct. Gemi. *in d. c. 2. in 1. col. de elect.* nisi Clericus esset patronus ratione patrimonii, ut tenet Feli. *in d. c. in nostra. 32. corrollario. in fi. de rescript.*

31. Decima septima qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio in impetratione de jure ad rem acquisito ex acceptatione ipsius impetrantis sive acceptantis beneficium in vim gradus & Concilii Basilien. secundum privilegia concessa Universitatibus, imò fortius dicit glos. *in c. 1. §. item quod ad dictas. in verb. secundus. circa fi. de coll. in prag.* quod post acceptationem & requisitionem collationis ordinario factas per nominatum & graduatum, tunc beneficium est affectum, quod alteri conferri non potest per tex. *in d. c. 1. §. statuit. de colla. in prag.* Nec obest quod dicit Feli. *in d. c. in nostra. corrol. 28. de rescript.* dicens, quod de jure ad rem consecuto ex acceptatione sola expectantis non tenetur impetrans à Papa facere mentionem, & impetrans procedit etiam, si habeat clausulam dummodo non sit alteri jus quæsitum: quia in alia vacatione utetur expectans sua gratia: quia ad istud respondetur: quod debet intelligi in acceptationibus vigore rescriptorum & mandatorum Sedis Apostolicæ quæ emanaverunt à Sede Apostolica ante Concilium Basilienſe vel in aliis partibus: præterquam in Francia, in quibus non servatur nec fuit receptum Concilium Basilienſ. quia tunc est verisimile quod Papa per suam præventionem voluerit prævenire illas acceptationes: secus est in acceptationibus factis per ipsos graduatos: quia Concilium Basilienſe, concessit illud eisdem graduatis, sed sic est quod Papa non intendit aliquid facere contra constitutiones Concilii generalis, nisi faciat & expresè apponat mentionem & derogationem ad illam constitutionem Concilii generalis, ut est tex. *in cap. ex parte. de capel. Mona.* & *in c. nonnulli.* & ibi Doct. *de rescript.* & si aliquis subtilis diceret quod præventiones sunt permissæ per Concilium Basilienſe: ut est text. *in c. 1. §. nec tantum. de coll. in prag.* ergo postquàm sunt permissæ videtur quod valeat illa præventio non obstante quacumque acceptatione: quia ad istud respondetur quod illud verum est quod valet præventio ante acceptationem: & sic habet locum ille text. secus est si beneficium fuerit acceptatum, argu. *d. parag. statuit.* Do instantiam quasi similem, quod Papa confert beneficia de patronatu Ecclesiastico, licet nullam faciat mentionem de patrono: & tamen si patronus præsentationem fecerit non valet præventio Papæ nisi specialiter derogaverit illi præsentationi, ut not. Feli. *in c. causam quæ. de rescrip. & in d. c. in nostra. corrolla. 28.* & Rota ita tenet *in tit. de præbend. decis. 1. in novis.* & ita sequitur Dom. de sanct. Gem. *in repe. c. postulasti. col. 27. de rescri.* & idem tenet Ægi. *in conclu. 147.* ubi dicit quod clausula *dummodo non sit alteri jus quæsitum* tollit acceptationem impetrantis sive expectantis, & dicit quod ita servat Curia Romana Papa sciente & tacite approbante: secus de jure ad rem alio modo quæsito secundum eum, puta per electionem aut patroni Clerici vel laici præsentationem, & ea clausula *si non est alteri jus quæsitum* dicetur latiùs infrà, & idem etiam est dicendum si electus nondum acceptasset: quia de ejus electione est facienda mentio: ut not Dom. de sancto Gem. *in c. quam sit. §. 1. no. per illum text. de elect. in 6.* & idem videtur dicendum, ut suprà dixi in acceptatione procedente ex aliquo jure Concilii generalis vel ab alio quàm Papa, & idem etiam si procedat à Papa, quando habet iste expectans aliud jus ultra provisionem Papæ ut habent hodie isti mandatarii: quia ultra provisiones Papæ habent decretum irritans à Concilio Basilienſ. ut est tex. *in d. c. 1. circa principium. de colla.* & tunc esset necesse de illo jure facere mentionem. *arg. cap. cum olim. in fi. de præscrip.*

Per simplicem requisitionem impeditur præventio Papæ, art. 14. ordinat. 1512. multo magis per collationem non acceptatam. I.

32. Decima octava qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio de beneficio cui aliquis renuntiavit: tamen renuntiatio non tenuit, ut not. Rota *decisio. 12. tit. de renun. in antiquioribus.* quia licèt superior possit ratificare & admittere renuntiationem invito renuntiante: tamen donec ejus ratificatio & admissio subsequatur, interim habet jus in beneficio, & remanet in eo intitulatus, ut not. Inno. *in c. quod in dubiis. de renun.* ideo si ille impetrat beneficium & tacet de illo renuntiato, dicitur tacere beneficium quod adhuc ipse habet, & quia per talem renuntiationem perditur possessio & non proprietas beneficii: *ut in d. c. quod in dubiis. de renun.* & Fel. *in c. nostra. corrollario 34. de rescript.*

33. Decima nona qualitas in beneficiis impetrandis est quod ordinatus ad titulum Ecclesiæ alterius Clerici, impetrans aliquod beneficium debet facere mentionem de illa intitulatione, ut not. Jo. de Ana. *in c. per tuas. in 2. in fin. de simo.* facit. *c. postulasti. de rescrip.* quia talis dicitur habere beneficium, *c. conquerente. de cle. non resid.*

34. Vigesima qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio de possessione colorata [a] quam habet alius Clericus super beneficio impetrato. *tex. in c. cum nostris. de conces. præbend.* & dicitur possessio colorata quando est defectus in conferente: non tamen inducitur ex eo privatio ipso jure, sed per sententiam, & possessio [b] dicitur non colorata, quando quis est privatus sententia hominis vel juris: etiam si non sit secuta amotio facti. ut not. Doct. *in c. cum*

a Anchar. consil. 156 in prin. C. M.

b Hic non placet, quia tunc nondum est possessio

Source : BIU Cujas

colorata, sed vera possessio & vetus titulus, puto quod dicatur colorata, quando prætenditur justus titulus apparenter & putativè validus, secus si constaret de nullitate. C. M.

nostris. & ibi Imo. *col.* 17. *de concess. prabend.* & Lapus. *alleg.* 16. *incip. an valeat.* & ita tenet Car. *consi.* 34. *in fi.* & Maria. *in repe. rub. de caus. pos. & proprie.* & Lud. Rom. *consi.* 465. *incip. in re præsenti.* ubi dicit quod nulla est præsentatio facta ad Ecclesiam qua quis est privandus donec privetur: & ille dicitur incoloratè possidere qui est intrusus, suprà est dictum quis dicatur intrusus. Et notandum est quod si impetrans in sua impetratione habeat clausulam *vocatis vocandis*, vel clausulam, *dummodo non sit alteri jus quæsitum*, nunquam potest talis gratia ut surreptitia, infringi, quasi non dixerit de jure alterius vel de colorata possessione, ut no. Car. *consi.* 94. *incip. nobiles viri. col.* 3. Ita etiam potest notari circa istum articulum quod quando in litteris est clausula *amoto quolibet illicito detentore*, satis dicitur facta mentio coloratæ possessionis, ut not. Domini de Rota *decis.* 32. *tit. de rescri. & decisio.* 63. *in antiquis.* & not. Dom. de san. Gem. *in c. nemo. col.* 6. *de ele. in* 6. & ideo dicit Rota ubi suprà, quod non est hodie necessaria dicta mentio coloratæ possessionis cùm ponatur communiter de stylo Curiæ in litteris dicta clausula: *amoto quolibet illicito detentore:* & hoc est intelligendum, dummodo ista clausula apponatur in litteris gratiosis: secus si solum poneretur in litteris executoriis, ut not. Imo. post Car. & Butri. *in d. c. cum nostris. col.* 15. *versi. advertе.* & Lapus. *alleg.* 15. & Car. *cons.* 25. *tit. de præben. & cle.* 1. *in fi. de præb.* ubi verba posita in executione non augent dispositionem cum simili ut not. Feli. *in c. licet. de offi. or.* & *in dicto ca. in nostra.* ubi subdit quod novissimè inveni istam considerationem impugnatam per Bartho. de Zaba. nepotem Cardinalis *in suo eleganti consi.* 8. *incip. Dominus Zampetrus, in secundo dubio.* ubi tenet quod licet ista consideratio fuerit subtilis, tamen non videtur vera: quia stylus Curiæ non habet, nec unquam habuit talem clausulam appositionis in litteris gratiosis, nec eis convenire potest talis clausula cùm illæ simpliciter dirigantur ad eum cui fit gratia: sed talis clausula solum convenit litteris executoriis. *ca. proposuit. de concess. prabend. cap. cum universorum. de rerum perm.* & ideo concludit simpliciter tenendum quod dicta clausula posita in litteris executoriis operatur mentionem coloratæ possessionis: ubi refert & alleg. Joan. de Deo in quæstionibus suis. *l.* 1. *quæst.* 24. & idem Bar. ubi suprà subdit quod dicta limitatio forte procedere posset ubi litteræ executoriæ fuissent factæ aliquo intervallo medio inter litteras gratiosas quasi Papa jam de gratiosis non sit memor ex antiquitate, facit quia tunc illud posset procedere quod clausula illa in executoriis posita non extenditur ad gratiosas: sed ubi litteræ gratiosæ & executoriæ sunt simul factæ procedit impugnatio prædicta, quia cum simul & semel Papa dederit gratiosas & executorias, fuit certioratus de dicta possessione & non ignorabat qualiter & cum quibus clausulis concessisset gratiosas quas tunc concesserat. *arg. cap. excommunicato. de rescript.* cum ipse Papa de facto suo proximo non præsumatur ignorans, ut not. Spec. *tit. de positio. §.* 6. *ver. quid si interrogatus* & *ver. hoc tamen. in fin.* quod est valde notandum ad limitationem. *d. cle.* 1. *de prabend.* & si beneficium per duos menses fuit detentum tenetur impetrans facere mentionem de detentione, ut not. Rot. *deci.* 32. *tit. de rescrip. in antiquis*, & *decis.* 82. ubi dicit quod Greg. XI. ordinavit quod si sit gratia de beneficio specialiter reservato, & alter detinuerit illud beneficium per annum, si non fiat mentio de dicta detentione tunc gratia non valet, & si videtur quod de detentione, quæ est minoris spatii temporis quàm unius anni, non sit opus facere mentionem: & ita tenent Curiales moderni temporis: ut refert Feli. *in dicto c. in nostra. corrol.* 36. ubi dicit quod ita accepit ex litteris avidi ex parte in Curia, & ita fonat quasi expressè hodierna regula Cancellariæ Apostolicæ, quæ est 32. ubi inquit. *Item voluit, &c.* ubi dicitur quod ille qui impetrat beneficium tunc per annum immediate præcedentem pacificè possessum, debet facere mentionem de possessione illius & quot annis possedit: aliàs impetratio est nulla, ex quibus infertur secundùm eum quod si non possedit per annum non est necessaria mentio possessionis: & ibi subdit quod cogitabat, an de possessione possimus loqui duobus modis in hac materia.

Hoc est secundùm regulam de annali possess. quæ locum non habet in Francia. I.

35. Uno modo de detentione mera quæ nullum habet colorem, & tunc de ista non est necessaria mentio nisi duraverit per annum. Alio modo de possessione colorata, tunc quamvis duraverit minori tempore, debeat de ea fieri mentio: sed non puto quod curiales intelligant dictas decisiones procedere indistinctè: quia si aliquis tenuit beneficium de facto sine ullo colore, non videtur quod sit necessaria mentio illius intrusionis tunc quia cessat ratio. *dicto ca. cum nostris.* & ibi Dom. Abb. *col.* 5. *de concess. prabend.* quia non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum, *cap. non præstat. de reg. jur. in* 6. ergo sequitur quod Decisiones Curiæ loquuntur de possessione colorata: & ideo si est intrusio, & non est annalis, non est necessaria ejus mentio, & ita dicit Feli. quod ita audivit servari in Curia, & dicit Rota ubi suprà *alleg.* 72. quod si dicitur in gratia talis detinuit per annum & ultra nisi declaretur illa clausula, & ultra per certum tempus dicta gratia non valet si detinuit per biennium: sed si per annum tantum valet gratia: & subdit quod ista habent locum in beneficio specialiter reservato per Papam. Sed advertendum est secundùm eundem Feli. quia nunc est considerandum quod intentio Rotæ *in præal. decisio.* 72. *tit. de rescript. in antiquis.* est exponere unum casum speciale in quo oportet facere mentionem de mera detentione, nihil juris habente videlicet ubi concurrunt ista duo. Primò quod beneficium fuit impetratum ex speciali reservatione. Secundò quod alius antea possederit per annum, & illud est considerandum quia Rota non sine mysterio appellat illam detentionem: non autem possessionem, vult ergo quod isto casu de detentione fiat mentio, quod autem sit detentio probatur sic, quia decretum Papæ appositum in reservatione facit quod possessio contra reservationem obtenta est meri facti & caret omni effectu & adminiculo juris, ut not. Rota. *decisio* 16. *in novis. tit. de rest. spo. conclusio* 3. & dicit Lapus. *alleg.* 16. & Innoc. *in dicto cap. cum nostris. colum.* 17. *de concess. prabend.* quod ubi ordinarius contulit beneficium reservatum Papæ, sua collatio nulla, non dat titulum coloratum. Et si diceretur, quare ergo oportet facere mentionem de tali detentione annali. Potest dici quod cum ignorantia reservationis habeat in se justum colorem ignorantiæ, iste justus error juncto spatio anni æquipollet possessioni coloratæ ex quo ordinarius & possidens ignoraverunt de hac speciali reservatione. Et licet ista sit mera detentatio propter decretum: tamen quia concurrit justa ignorantia æquipollet ista colorata detentatio coloratæ possessionis: ita quod ex illo Papa vult de hoc informari, sicut de jure vult informari de possessione colorata. Et si diceretur quid si reservatio super qua fundatur impetratio esset generalis. Potest dici quod tunc non est opus facere mentionem de detentatione alterius: *ut dicta decis.* 72. expressè ponderat reservationem specialem: & non potest verisimiliter allegari ignorantia ipsius reservationis: & illa detentatio non habet in se ullum colorem juris vel facti: & hoc est intelligendum in reservatione notoria de quo constet, sicut. *cap. licet. de prabend. in* 6. loquitur: secus de aliis generalibus reservationibus beneficiorum: pura Capellanorum, collectorum, & subcollectorum. Nam cùm de illis posset esse

Source : BIU Cujas

dubium utrum sint vel fuissent talia beneficia reservata, forte illa detentatio esset ita digna mentione sicut illa cui apponitur reservatio specialis, ut notat in simili Rota. *deci.* 3. *tit. de restit. spolia.* & non oportet facere mentionem de possessione colorata quæ non est annalis, ita tenet Feli. ubi suprà per dictam regulam cancellariæ, quæ est 32. in ordine. Item potest notari secundùm eum quod dispositio *c. cum nostris.* procedit quando aliquid corporale & temporale possidetur: secus si aliquid incorporale, ut canonicatus, ut not. Lap. alleg. 16. ubi alleg. Jo. And. *in d. c. cum nostris. de conceff. præben.* & Feli. sequitur ubi suprà, ubi etiam subdit quod possidens coloratè beneficium, licet aliàs collatio non tenuerit, non potest amoveri sine causæ cognitione, ut not. Do. *in §. sed objicitur. 2. q. 3.* alleg. Compost. *in c. capitulum. de rescri.* sed beneficium non possessum coloratè potest conferri per habentem potestatem. *d. ca. cum nostris. de conceff. præben.*

36. Et sicut vitiatur impetratio beneficii certi non facta mentione coloratæ possessionis: ita impetratio beneficii incerti; unde si datur executor ad providendum de vacaturo, non intelligitur de eo quod vacavit de jure, & non de facto, ut not. Pet. de Ancha. *in repe. ca. si propter tua debita. col. 36. ver. & istam distinctionem collige. de rescri. in 6.* ubi facta longa distinctione an & quando executor possit providere de beneficio ab alio possesso, quam dicit se collegisse ex variis apostillis Joan. And. *in ca. cum nostris. de conceff. præb.* & ibi etiam subdit idem Pet. quod ipse habuit in facto in quo aliqui dicebant, aliter volentes quod *c. cum nostris.* intelligatur quando sunt specialiter impetratæ litteræ super certo beneficio tanquam vacante quod non vacat de facto: secus quando litteræ impetrantur super vacante vel vacaturo, secundùm eundem Pet. Item sciens beneficium vacare de jure & non de facto, de facili posset fraudare mentem. *c. cum nostris. de conceff. præbend.* & impetrando generaliter beneficium vacaturum vel vacans, tacita illa possessione colorata, ut ibi latius per eum, & Maria. *in repe. cap. postulasti. col. 48. verf. quarto notandum.* & dicit se non legisse alibi. Idem tenet Rot. *deci.* 195. *in novis.* tamen contrarium tenuit Lapus. *alleg.* 84. *in pe. col.* dicens quod in talibus generalibus litteris non præsumitur tacuisse possessionem ex fraude, sicut præsumitur in litteris ad certum beneficium, nec posset exprimere qualitatem omnium beneficiorum. Sed Feli. ubi supra dicit, quod magis placet opi. Pet. Anch. quod ista ratio differentiæ inter litteras speciales & generales non est concludiva, imò ratio. *cap. cum nostris.* qui ita tenet in utrisque, quia Papa in dubio non intendit præjudicare possessori. Nec obstat quod non posset exprimere impetrans qualitates omnium beneficiorum: quia satis est quod dicat in suis litteris de vacatione juris vel facti, ut not. Innoc. *in dicto. ca. cum nostris. col. 14. ver. circa tertium.* ubi tenet quod licet non fiat mentio de dictis decisionibus. Idem tenet quod suprà tenuit Pet. de Ancha. *in dicto cap si propter.* quia in generali dispositione non debet venire id quod quis non esset in specie verisimiliter concessurus, & refert Compost. *in cap. capitulum. de rescript.* & ista est communis opi. *in dicto. ca. cum nostris.* Item gratia Papæ etiam favorabilis loquens de fructibus beneficiorum vacantium alteri dandis, intelligitur de beneficiis vacantibus de jure & de facto, non de jure tantum, ut not. Pet de Ancha. *in dicto cap si propter. col. 38. ver. ad præposita. de rescript. in 6.* dicentem quod quamvis in casu illius c. sit materia favorabilis non venit tale beneficium: quia verbum *vacare* adaptatur ad beneficia à nemine possessa, nec est verisimile quod per tales litteras Papa velit inquietare illum qui præsumitur justè possidere; & generaliter in litteris & privilegiis verbum *vacare* dicitur intelligi de vacatione juris & facti, ut not. Joan. And. *in dicto cap. cum nostris. de conces. præbend.* & Pet. de Ancha. ubi suprà, & Feli. *in ca. in nostra. corrollario 36. de rescript.* & si impetrans Apostolicus prætendat permutationem fuisse factam in fraudem ipsius: & ex hoc acceptet beneficium inter alios permutatum. *per dictum cap. 2. de renun. in 6.* si spoliatur tali beneficio est restituendus propter coloratam possessionem attentis verisimilibus conjecturis: licet re vera appareat nil fraudis interveniisse, ut not. Rota. *deci. ulti. in antiquis. titu. de rerum permu.* Item dispositio, *dict. ca. cum nostris. de conceff. præbend.* non est exorbitans: unde nedum in beneficialibus, sed etiam in aliis impetrationibus dicendum est quod non extenditur ad possessa: ut dicitur esse text. & ibi glos. *in ca. 2. de decimis. in 6.* facit. *c. dudum.* & ibi Innoc. *de decimis.* ergo ratio. *dicti ca. cum nostris.* est generalis, videlicet quia si fuisset expositum Papæ quod alius erat in possessione colorata, non sic de facili concessisset rem ab alio possessam: ergo impetratio fuit subreptitia. *dicto ca. postulasti. de rescript.* & ita tenet Domi. *in addi. ad consilium Cald. tit. de præbend. 29.*

37. Ubi tenet contra Calde. quod non valet impetratio facta de beneficio unito non facta mentione possessionis obtentæ virtute illius unionis, quamvis unio esset nulla, quia si unio ipso jure est nulla non videtur possessio. *arg. dict. ca. cum nostris.* & hoc quando unio est ipso jure nulla: quia sic habet locum opinio Dominici, secus est quando unio esset irritanda. Item si aliquod beneficium vacat notoriè de jure, tamen de facto non vacat, si spectans non acceptet ipsum infra mensem; de quo in litteris suis. *Clem. 1. de conceff. præbend.* non potest eum acceptare post mensem, ut not. Oldra. *consi. 282. incip. casus talis est. in fin.* quia gratia sua salva manet ad alia beneficia acceptanda, & in hoc non habetur in consideratione laudabilis respectus, propter quem impetrans non acceptavit videlicet: quia execrantur lites, quamvis aliàs hoc non sit improbatum. *l. item si res. §. 1. ff. de aliena. judi.* Istud videtur sentire glos. *in ca. si clericus. in verbo negligenter. in 2. de præbend. in 6.* dum dicit vel execrabatur lites: & sic sentit in hoc quod omisit acceptare beneficium in quo opus erat litigio: per quod videtur loqui de beneficio ab alio possesso, & non vacante de facto: si enim nemo ipsum possidet non videtur esse opus litigio. Idem not. Archi. approbando illam glos. *in dicto ca. si Clericus.* sed Dom. de Rota. *decis. 48. tit. de conceff. præbend. in antiquis.* primo referunt hanc opin. alleg. Joan. Mona. Archi. & Joan. And. *in dicto ca. si Clericus. de præbend. in 6.* postea dicunt quod contrarium tenent Auditores: videlicet quod ista non acceptatio non nocet tali timenti lites cum possidente de facto, nec tenetur expectans acceptare nisi beneficium vacans de jure & de facto, hoc dicunt esse satis juri consonum: quia forte ille non habet de quo litiget & posset incurrere multa pericula litigando. Idem notat Ægi. *in decisi.* ubi dicit quod possessio aliena impeditur & excusat habentem acceptare, tamen Feli. *in d. cap. in nost.* dicit quod ista præcedens opinio procedit ubi notorium est quod beneficium vacat de jure: sed ista proxima opinio procedit ubi ignoratur, vel est dubium: tamen in practica prævaleret indistinctè. Ita secunda opi. propter authoritatem Rotæ, & habet in se æquitatem: scilicet propter laudabilem execrationem litium, & pro distinctione quam suprà retuli inter vacationem notoriam, & non notoriam, tenet in terminis Lap. *alleg. 94. incip. Dominus Papa. colum. pen.* ubi dicit quod expectans potest acceptare vacans de jure, licet non vacet de facto, & quod si non acceptet infra mensem, non potest amplius acceptare, & currit iste mensis à die quo habet notitiam vacationis: sed quamdiu est occulta non currit: & sic non requiritur quod sit noto-

Source : BIU Cujas

ria, sed satis est quod sit nota secundùm eum: tantum dicit potius est standum decisionibus Rotæ.

Item si Papa conferat motu proprio, licet non faciat mentionem dictæ possessionis coloratæ valet collatio, ut not. Joan. Cald. *consi.* 13. *tit. de rescrip.* quia motus proprius excludit surreptionem. *c. non potest. c. si motu. de præbend. in* 6. Idem not. Cald. *in d. ca. cum nostris. de concess. præb.* tamen Dom. Ant. ibi tenet contrarium, quod licet motus proprius firmet rescriptum contra vitium surreptionis. *d. ca. si motu.* non tamen firmat contra aliud impedimentum assignandi rationem: quia non est verisimile quod Papa velit privare possessorem jure suo sic exobruto, sequitur Imol. *in d. c. cum nostris. col.* 11. *consi. in Papa autem.* & ibi Dom. Abb. *col.* 7. *consi. sed Dom. Ant. cum sim.* ut not. Feli. *in ca. ad aures. de rescrip.* Ex quibus est inferendum primum eundem Feli. quod non obstante collatione alteri facta operatur quod litteræ non censentur surreptitiæ, quasi non sit facta mentio de colorata possessione secundum Imo. *in c. causam quæ de rescr.* & non nocet tacere coloratam possessionem alterius quando est inducta tali modo: quod si Papa illud scivisset facilius concessisset litteras, puta si prius Papa reservasset sibi beneficium cum clausula decreti, & aliquis contra dictam reservationem acceptasset possessionem beneficii. Et licèt ista possessio esset colorata, tamen si impetrans narrasset qualiter adversarius possidet contra reservationem Papæ: adhuc Papa facilius concessisset: quia istud magis validabat & impugnabat petitionem supplicantis, & sic sumus in casu. *c. super litteris. de rescript.* quia non est tacitum tale quid quo expresso Papa non concessisset, ita eleganter tenet Bart. de Zabarel. Archiepis. Spalatensis. *consi.* 8. & subdit Feli. *in d. c. in nostra.* quod si illa possessio fuisset acceptata ignoranter: puta quod nescivit de decreto, & tunc istud non procedit: quia licet decretum afficiat ignorantes: tamen ipsa ignorantia videtur reddere possessionem excusabilem. *d. cap. cum nostris.*

38. Vigesima prima qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio & impetrans exprimat Ecclesiam Cathedralem: aliàs impetratio de beneficiis vacaturis in aliqua Ecclesiarum Diœcesi non comprehendit præbendas aut alia beneficia Ecclesiæ Cathedralis, ut est text. *in ca. quamvis. in* 1. & 2. *responso. de præben. in* 6. & ille text. extenditur in dispensationibus, unde dispensatus juxta formam. *c.* 1. *de filiis presby.* non poterit habere præbendam Ecclesiæ Cathedralis, ut not. Joan. And. *in addi. Spe. sup. rubr. de filiis presby.* & Rota. *in tit. de offi. ordi. deci.* 4. *in antiquis.* & *de filiis presby deci.* 1. ita etiam tenet Dom. de sancto Gem. *in c.* 1. *colum.* 2. *de filiis pres. by. in* 6. *cum sim.* ut not. Fel. *in c. postulasti.* 7. *conclusione. de rescript.* Item impetrans gratiam ut sibi provideatur de uno aut duobus vel tribus beneficiis Ecclesiasticis, per illam impetrationem non habebit Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis: sed bene habebit Canonicatus Ecclesiarum inferiorum, ut not. Cald. *in tit. de præbend. consi.* 30. & in gratia impetrantis ad collationem Episcopi & capituli non includuntur beneficia Ecclesiæ Cathedralis: [a] ut not. Oldra. *cons.* 505. *incip. thema tale est.* & ista sunt privilegia clausa in corpore juris propter excellentiam Ecclesiæ Cathedralis. *ut d. c. quamvis.* per quem tex. infert. Dom. Abb. *in c.* 2. *clerici. in prin. col.* 13. *de judi.* quod ea quæ sunt digna speciali nota non veniunt in generali sermone: licet ex proprio significato verborum comprehendatur, & omnia præmissa sunt intelligenda in materia odiosa: ut est materia, rescriptorum, ut not. Fel. *in d. c. nostra. corrollario* 39. secus secundùm eum in materia favorabili, ut no. Do. Abb. *in c. cum super. in* 2. *not. de sepul.* & not. Doct. *in d. c. quamvis.* & quando exprimitur Ecclesia Cathedralis non est opus exprimere nomen sancti, licet secus sit in expressione Ecclesiarum inferiorum, ut not. Lap. *alleg.* 16. & Joan. *in d. c. quamvis.* & ibi glos. *in ver. extendit. de præb. in* 6. & dicunt dicti Doct. quod etiam quando impetratur Ecclesia in locis solemnibus: quæ Ecclesia est mater illius loci, & major omnibus aliis Ecclesiis illius loci, non est opus exprimere nomen sancti: licet quandoque exprimatur, & ponunt exemplum in Ecclesia Pratensi in Tuscia, & ita etiam sequitur Dom. de sanct. Gem. *in d. c. quamvis. col. ult. de præbend. in* 6. *per c. causa Carpensis. de verbo. signi.* ubi appellatur Ecclesia sub nomine loci, & tamen illa Ecclesia non est Cathedralis. facit. *c.* 1. *de mut. peti.* & glos. *in extrava.* quæ incipit. *Si fratrum. in ver. Avenionensi.* quam refert Fel. *in d. ca. in nostra.* & Imo. *in ca. cum adeò. col.* 2. *de rescript.*

Et in quantum dicit supra quod rescriptum non extenditur ad beneficia Ecclesiæ Cathedralis.

Istud limitatur non habere locum in beneficiis minoribus Ecclesiæ Cathedralis ut vicaria: quia illa beneficia parva comprehenduntur sub gratia, licet non exprimatur Ecclesia Cathedralis, ut notat Rota. *titu. de præbend. conclu.* 7. *in antiquis.* ut sequitur Feli. ut suprà.

Limitatur secundo in Canonicatibus alterius Ecclesiæ cujus Canonici veniunt ad divina in Ecclesia Cathedrali: ut not. Rota. *in d. deci.* 7. *in antiquis.* quia tunc illi canonicatus comprehenduntur sub illa gratia, ut notat Feli. *in d. ca. in nostra. corro.* 39.

Tertiò limitatur istud nisi quid spectaret ad collationem decani vel capituli Ecclesiæ Cathedralis: quia tunc potest acceptare beneficia vacantia in Ecclesia Cathedrali secundùm Dom. de Rota. *deci.* 31. *in antiquis. titu. de concess. præben.*

Limitatur quartò in beneficiis quæ sunt in circunferentiis Ecclesiæ Cathedralis, ut notat Rota. *titu. de præbend. conclu.* 8. *in antiquis.* & *conclusio.* 3. *de præbend. in antiquioribus.* nisi officiantes illa beneficia perciperent redditus ab Ecclesia Cathedrali.

Limitatur quintò quando aliqua Ecclesia quæ non erat Cathedralis tempore impetrationis efficitur Cathedralis hodie: quia ista mutatio non nocet juri quæsito ad rem in illa Ecclesia ante mutationem status: ut notat Dom. de sancto Gemi. post Joan. And. *in d. c. quamvis. col.* 1. *de præben. in* 6. facit extravagans Joan. 22 quæ incipit. *Sedes Apostolica.* volens dimembrationem diœcesum non nocere expectativis prius datis, & isti sunt casus in quibus non attenditur præsens status beneficii, ut not. Feli. *in cap. eam te. de rescript.*

Limitatur sextò quando scribitur ut provideatur de beneficio spectante ad collationem Episcopi: quia includit Ecclesia Cathedralis si Episcopus habet ibi collationem beneficiorum, ut not. Rota. *in titu. de concess. præben. decisio.* 8. *in novis.* & Joan. And. & ibi Domi. de sancto Gem. *in d. ca. quamvis. de præbend. in* 6. & refert Rota ubi suprà, quod *d. c. quamvis.* est tenendum in suis terminis: scilicet quando illa verba in eo posita inferuntur in gratia impetrantis: ut puta quando mandatur in aliqua Ecclesiarum civitatis vel diœcesis provideri, aliàs non.

Limitatur etiam septimò in dispensatione non habente verba arida & arcta, sed plena: ut si dispensatur in omni eo quod est circa dignitatem & in beneficio curato: quia tunc includitur Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, ut dicit Oldra. *cons.* 215. *incip. puncta brevia. colum.* 3. *versi. deinde.*

Limitatur octavò quando in gratia diceretur quod provideatur in aliqua Ecclesiarum provinciæ: quia tunc comprehenderetur Ecclesia Cathedralis: & etiam metropolitana, ut est text. *in ca. quamvis. versi. secus. de præben. & dig. in* 6.

39. Vigesima secunda qualitas in beneficiis impetrandis est quod si clericus secularis impetrans beneficium regulare debet facere mentionem de ejus naturâ

[a] Vide contra infra 3. & 5. f. C. M.

Quod ita verum est ut pretextu

Source : BIU Cujas

cujusvis dispensationis graduatus secularis in vim gradus non potest consequi beneficium regulare, nec è contra. §. volumus. in concord. de collat. I.

aliàs impetratio non valet, ut no. Bald. *in l. fidei commissa.* §. *si servo. ff. de leg.* 3. ubi dicit quod si clericus secularis impetrat beneficia non consueta dari Clerico seculari, non valet impetratio: quia Papa etiam motu proprio non videtur velle rescribere nisi quod sit consuetum & ita etiam tenet Maria. *Consi.* 23. *incip. bonæ memoriæ. circa finem.* ita etiam tenet idem Maria. *in rubri. de consue.* facit glos. 2. & ibi Doct. *in ca. possessiones. de rebus Eccle. non aliena.* facit tex. & ibi Doct. *in c. cum de beneficio. de præb. in 6.* ubi quando scribitur pro Clerico de Prioratu seculari, non potest provideri de prioratu regulari, nisi expresse caveatur: & ibi dicitur quod beneficium dicitur seculare quando ab uno vel pluribus fuit gubernatum, vel reculare, etiam si ante vel post religiosi quandoque ministraverint in eodem, ut no. ibi glos. in verbo postquam administratio sequens non tollit prescriptionem: nisi alia interveniant quæ jus aliorum habeant perimere. Ita etiam tenet Card. *Consi.* 131. *inci. reperitur quoddam instrumentum. in fi.* quod præscriptio completa non interrumpitur, ut no. Dom. Abb. *in ca. auditis. ulti. no. de præscri.* & dicit Dom. Abb. *in ca. fi. versi. distingue tamen. de consue.*

Ubi extollit. *d. cap. cum de beneficio. versi. ab uno.* quod unicus actus habens causam successivam sufficit ad inducendam consuetudinem si habuit continuationem per tantum tempus per quod inducitur consuetudo, ut no. Inn. *in d ca. fi. de consue.* Item notandum est quod non sequitur tale beneficium est gubernatum per Clericos seculares per quadraginta annos, vel è conversò per regulares: ergo talis status est impressus: sed oportet quod actum sit à principio per Episcopum quod sic regatur, ut no. Dom. post Lapum. *in d. ca. cum de beneficio. in 6. col. de præb. in 6.* fatetur tamen quod postea potest continuari bona fide per aliquem qui potest incipere, & dicit Dom. de sancto Gemi. ubi suprà post Jo. An. & Joan. de Lig. quod si religiosus præficiatur Ecclesiæ parochiali seculari. *juxta. ca. quod Dei timorem. de statu Mo.* licet per 60. annos sit gubernatum per talem, tamen poterit etiam seculari assignari; facit quod no Cal. *in Consil. 19. tit. de præb.* & *tit. 1. de consue.* & ibi Dom. *in addi.* ubi etiam firmat quod in casu. *c cum de beneficio.* præsupponitur quod conferens beneficium faciat animo & intentione imprimendi illum statum in beneficio: ita & taliter quod illi & non alteri non habenti illam qualitatem tale beneficium conferatur: ita quod conferens bona fide in conferendo dicat illud seculare aut regulare secundùm qualitatem cui confert. Et notandum est quod Episcopus potest unire beneficium seculare Monasterio Monachorum, & statuere quod per Monachos regatur, & tale statutum operatur dispensationem cum Monacho ibi præficiendo, ut possit regere beneficium, licet aliter Episcopus expressè non dispenset super hanc translationem, ut no. Rot. *deci. 2. in antiquis. tit. de offi. ordi.*

Item quod requiruntur 40. anni ad inducendam consuetudinem ut mutetur status beneficii. *dicto. ca. cum de beneficio.* & ibi glo. in verbo *legitima.* no. etiam Rota. *de præben. decisio. 2. in novis.* ubi dicitur quod verbum consuetum requirit 40. annos quando agitur de mutatione status in præjudicium tertii, secus ubi solum agitur de mutatione usus: quia sufficit probare ultimum statum etiam sine decennio, nisi ex adverso probetur alius status præscriptus, ex quibus infertur quod in casu *ca. cum de beneficio.* sufficit probare præsentem statum ut dicatur beneficium consuetum regi per regulares vel seculares, quia agitur de mutatione usus. Fallit hoc ut suprà dixi, ubi probatur de alio statu præcedenti vel sequenti denotante beneficium esse regulare, quia etiam si ille contrarius status non fuit 40. annorum, debet præsens esse 40. annorum, nisi probetur olim fuisse seculare ab initio, & hodie etiam dicatur esse, licet talis intervenerit mutatio regularis naturæ non præscripta 40. annis, tunc sufficit probare præsentem statum secularem sola præscriptione 40. annorum, quia habet colorem juris communis & ei conformis. glos. *in ca. fi. de consue. in 6.* sed si ille modicus status regularis non compleviset præscriptionem 40. annorum, non recederetur ab eo per præsentem statum non similem, & ista omnia deducuntur per Dom. de Rota ubi suprà, & Domin. de sancto Gemi. *in dicto. ca. cum de beneficio. in 5. col. de præb. in 6.* & ita illud debet intelligi. Idem sequitur Rota. *decisio. 19. in antiquis. tit de prob.* quæ vult quod in præsenti casu sufficit beneficium fuisse gubernatum 40. annis per regulares ut in dubio attendatur præsens status beneficii, ut no. Bal. *in l. si mater. C. de statu defunct. cum simi.* ut no. Feli. *in ca. eam te. de rescri.* & non valet impetratio Clerici secularis de beneficio regulari vel è contra: nisi in signatura super petitione commendæ hujusmodi fiat mentio de statu beneficii ut regula Cancellariæ quæ est 41. in ordine: & si regularis habuit beneficium seculare ab Episcopo & spolietur, licet sit inhabilis respectu tituli, tamen competit sibi possessorium & consequenter facit fructus suos, quia potest præscribere, *ut dicto. c. cum de beneficio. de præb. in 6.* ergo possidere; *per regulam sine possessione. de reg. jur. in 6.* ut no. Rota. *tit. de restit. spo. decisio. 10.* & *deci. 33. in antiquis. tit. de concess. præb.* & istud no. ad multa.

40. Tamen non est intelligendum de præscript. tituli: quia titulus beneficialis non acquiritur ex præscriptione, ut est tex. *in c. 1. de reg. jur. in 6.* sed præscribitur natura beneficii faciendo de seculari regulare, vel è contra. ut no. Feli. *in d. ca. in nostra. corrollario 11.* Item beneficium spectans ad collationem vel præsentationem regularium non dicitur per hoc regulare, ut no. Rota. *tit. de rescri. decisio. 48. in antiquis.* & *decisio. 12. in antiquioribus.* ubi etiam notatur quod privilegium Prælati regularis habentis sub se Ecclesias regulares per hoc non arctatur recipere aliquem ad Ecclesias suas per generales literas non intelligitur de Ecclesiis suis secularibus, sed de regularibus in quibus propriè fit receptio: ex quibus infertur quod collatio facta canonico regulari de beneficio consueto conferri Clericis secularibus, est nulla, nec excusat negligentiam habentis præsentare vel conferre quominus locum habeat devolutio ad superiorem, ut no. Ægi. *decisio. 172.* Nec obstat dictum Innoc. *in ca. cum nostris. de concess. præb.* quia habet locum in casu in quo collatio tenuit ipso jure, licet privari posset propter crimen. *c. inter dilectos. de excess. præla.* & Rota. *titu. de præb. deci. 27. in novis.* ubi dicit quod collatio facta de parochiali Ecclesia consueta Clericis secularibus assignari Monacho, etiam de licentia Abbatis absque dispensatione Episcopi, est ipso jure nulla, cum simi. ut no. Fel. *in ca. 2. de rescri.* Et licet prioratus manualis confirmetur semel alicui vel conferatur per Papam ut perpetuus, per hoc non mutat naturam, immò eo vacante reassumit ipsam naturam prioratus manualis, ut no. Butri. *in ca. porrecta. col. 2. de confir. uti. vel inuti.* ex quibus etiam est notandum quod ad Ecclesiam quæ consuevit per seculares Clericos regi non possunt Monachi præsentare regularem, ut no. Per. Abb. antiquus. *in c. 2. de supplen. negl. Præl.* & istud intelligunt Docto. in non curatis, vel si non præsentarent, ut remaneret adhuc clausstralis. *Cle. 1. eo. tit. de supplen. negli. Præla.* & Jo. And. *in dicto. ca. 2. eo. tit.* quasi inferat post Butri. quod ad curatum seculare possunt de jure promoveri. *cap. cum ad Monasterium. de statu Mona.* & Fede. *Consilio 136. incip. factum tale est.*

Ex quibus inferunt Docto. quod si consuetudo est præscripta de seculari sapiens negationem: id est quia præscriptum est, ut non reformetur de regulari, non potest ibi regularis promoveri sine dispensatione aut simpliciter est præscriptum de seculari, non tamen

Source : BIU Cujas

excludendo regulares : sed solùm per 40. annos fuit reformatum beneficium de seculari : & tunc non propriè dicitur consuetum regi per seculares tantum : quin possit provideri regularis : sufficit enim regulari quod non reperitur prohibitum, secus foret quod si per 40. annos fuerunt ibi instituti soli regulares : non poterit institui secularis sine dispensatione, cùm beneficium dicatur assumpsisse naturam regularis, & sic secularis est inhabilis : ita debet intelligi. *dict. c. cum de beneficio.* ut no. Card. *in Cle. 1. in prin. quæst. 21. de supplen. negli. Præl.* quem sequitur Fel. ubi suprà.

Sed advertendum est secundùm eum, quia ista nova declaratio fortè repugnat dictis Dom. de sancto Gemi. *in dicto ca. cum de beneficio.* maxime dum dicit Card. quod si per 40. annos fuerunt ibi assumpti soli regulares, beneficium assumit naturam regularis, nam imò universaliter necessarium esset quod regatur ut regulare, prout latè tenet Dom. ubi suprà & sic illud est notandum ad intellectum. *dicti ca. cum de beneficio. de præb. in 6.*

41. Vigesima tertia qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio de qualitatibus beneficii obtenti quæ debet esse specialis & expressa : & non sufficit generalis, ut no. Car. *in dicto ca. in nostra. de rescri.* & Dom. Abb. & Feli. per illum tex. *in ca. ad aures. de rescri.* & si diceretur quòd esset dignitas, ejus qualitates sunt exprimendæ : tamen And. Barba. tenet contrarium per tex *in ca. is cui. de præb. in 6.* & respondet *Cle. 2. de offi. ord.* & *ad ca. in nostra. de rescrip.* quod sufficit dicere se habere dignitatem absque eo quod dicatur nomen dignitatis : & dicitur mentio specialis & expressa, ut no. Barto. *in l. 1. col. 3. ff. de vulg & pupil. substit.* dum sequitur de expressione multiplici, & idem Barto. *in l. 1. ff. si quis in jus voc. non ierit.* ubi dicitur quod si scholaris renuntiat omni privilegio fori sufficit, & est satisfactum illi legi in verbo, *specialiter*, licet non dicatur nec exprimatur qualitas privilegii, scilicet scholastici : quia non requiritur ibi mentio singulariter & individualiter : ergo sufficit dicere secundùm eum nonobstante quod sit alibi beneficiatus absque mentione beneficii. *Per. d. c. is cui.* Ad illud potest responderi quod illa jura in contrarium alleg. habent locum in renuntiatione quæ debet ampliari in præjudicium renuntiantis, argumento in simili. *Cle. Auditor. de rescri.* vel aliter potest responderi secundùm Fel. *in d. c. ad aures. col. 1. ver. de qualitat.* ubi dicit quod illud debet intelligi de beneficio citra dignitatem, secus si est dignitas, quia tunc oportet illam exprimere, sed non ejus qualitates nominare nisi impetrantur beneficia minora : & ita intelligi. *dict. c. ad aures.* secundum intellectum. Car. & magis expressa, idem Andr. Barb. istud sequitur. *in dicto. ca. in nostra. col. 14.* motus inter alia urgentia. *per dictam Clem. 2. de offi. ordi.* subtiliter inductam. & Joa. And. *in dicto. ca. in nostra.* tamen his non obstantibus, idem Feli. ubi suprà sequitur opinionem communem, suprà in prin. relatam ubi approbat illam allegando Joan. And. *in dicto. ca. in nostra. circa fi.* & ibi Dom. de sancto Gem. *col. 4.* & Butri. *col. 8.* ubi dicit quod quando lex requirit prò forma expressionem non sufficit prolatio verborum per involutionem. *l. sed & si his qui. §. quæsitum. ff si quis caus. & ca. qui ad agendum. de procu. in 6.* & dicit Car. *in d. Cle. 2. quæst. 14.* quam refert Feli. *col. 2. in c. ad aures. de rescri.* ubi tenet illam esse specialem mentionem quæ exprimit circunstantias & conditiones quæ possent principem alterare, & hoc propter odiositatem talium literarum, & idem tenet Imol. ibi. *col. ult.* post Maria. *in repe. c. postulasti. col. 14.* & Card. *in Clementi. 1. col. 2.* & *3. de supplen. negligen. Præla.* & dicit Dom. Abb. *in d. c. ad aures. in 2. nota* quod impetrans beneficium etiam minimum debet facere mentionem de dignitate quam obtinet : & illud probat ille tex. quod non sufficit impetranti dicere quod habet aliud beneficium nisi exprimat nomen dignitatis, si est dignitas, & alibi secundùm eum non ita bene probatur, ex quibus limitatur. *ca. non potest. de præben. in 6.* ubi videtur innui quod sufficit si dicatur non obstante quod habeat aliud beneficium ; non credo, quod ibi narratur factum implicitè & non explicitè, nam tex. *in dicto. ca. ad aures.* dicit non valere rescriptum ubi impetrans supprimit nomen suæ dignitatis, & pondera nomen *suæ dignitatis*, non enim exprimitur nomen dignitatis, per illa verba generalia : non obstante quod habeat aliud beneficium.

42. Vigesima quarta qualitas in beneficiis impetrandis est, quod fiat mentio de qualitatibus beneficii impetrandi, ut no. Do. Abb. *in dicto. c. ad aures. de rescri.* & ibi alii Doct. & hoc secundùm eum ubi illa qualitas est notabilis : nam primo debet fieri mentio de cura animarum si quam illud beneficium habet. *ut ca. cum in illis. de præb. lib. 6.* Item etiam facienda est mentio de qualitate residentiæ si beneficium requirit residentiam. alleg. *ca. fi. de cleri. non residen.* & Joan. Calde. *in c. in nostra. de rescri.* Item etiam debet fieri mentio si illud beneficium sit dignitas, ut est tex. *in d. ca. ad aures. de rescrip.* & ratio assignatur quia de omnibus fienda est mentio quæ possunt inducere principem ad non concedendum, vel ad non sic facilius concedendum, ut est tex. *in ca. postulasti.* & ibi Hostien. & alii scribentes. *de rescrip.* & iste qualitates possunt principem subtrahere à concess. quia difficilius Papa concedit dignitatem seu curam animarum vel beneficium requirens residentiam, quam minora beneficia : quia non quilibet Clericus est aptus ad illas qualitates : ideo necessariò est fienda mentio, de ordine verò annexo beneficio non est necessariò fienda mentio : ut videtur tex. *in ca. ei cui. de præb. lib. 6.* & Joan. Calde. *in ca. in nostra. de rescri.* & Dom. Abb. *in d. ca. ad aures. de rescrip.*

43. Vigesima quinta qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio in rescriptis aut provisionibus de jure ad rem quæsito per electionem aut Patroni præsentationem : quia illud non tollitur sed reservatur, ut notat Ægi. *deci. 167.* & Compost. quem sequitur Feli. *in ca. causam quæ. circa fi. de rescri.* & Dom. de sancto Gem. *in c. quam sit. §. 1. de elec. in 6.* ubi dicit per illum tex. quod impetratio non faciens mentionem de electione alterius, non valet, cùm Papa non intendat tollere jus alterius. *ca. quamvis. de rescri. in 6.* & pro ista parte an jus sit quæsitum expectanti ex acceptatione suprà fuit dictum : & tunc collatio Papæ etiam sequens tollit illud jus nisi esset facta collatio expectanti : & tunc collatio vel reservatio Papæ non tollit jus : etiam si fiant istæ collationes eadem die, qua fuit facta collatio post acceptationem, ut no. Feli. *in ca. capitulum. ver. & de duobus collationibus factis eodem die. de rescri.* Ita etiam tenet Rota. *deci. 8. tit. de concess. præb. in antiquioribus.* ubi videtur mirabiliter limitare omnia prædicta nisi gratia habens clausulam *anteferri* fuisset impetrata : postquam prius jam acceptaverat vacans : quia licet secundò provideatur antequam provideatur primò : tamen non valet provisio facta secundo. Et circa præmissa Feli. considerat duo. Primo, quod verba Compost. & sequacium beneficium probant simpliciter, quod etiam juri ad rem non videatur præjudicari : nisi sit quæsitum ex acceptatione secundum Rota ut suprà. ut refert & sequitur Feli. *in d. ca. causam quæ. de rescri.* & postea subdit Compost. *in d. ca. causam.* quod in curia intelligitur esse derogatum juri ad rem : sed Rota in dictis locis videtur præsupponere quod immò stylus curiæ non sit, ut dicit Compost. ex quo firmat quod etiam de jure ad rem non sit cogitatum nè ei præjudicetur nisi sit ex acceptatione expectantis : ut suprà est dictum. Secundò est considerandum quod si beneficium est juris patronatus laicorum, non est necessaria hæc investigatio : quia etiam si laici nondum

Source : BIU Cujas

præsentassent, literæ Papæ non nocent eis: ut no. glo. & ibi Doct. *in cle. per litetas. de præb. & digni.* & Do. de sancto Gemi. *in d. ca. 2. de præb. in 6. cum simi.* ut suprà dixi. & Feli. *in suo tract. quando literæ Apostolicæ præjudicent patronis.* & sic ergo ista qualitas procedit in patronatu Ecclesiastico: vel ubi literæ Papæ derogarent patronatui laicali.

Item considerandum est circa unum quod immo clausula *anteferri* videtur derogare juri ad rem, ut tex. *in ca. pe. in prin. de præben. in 6.* ubi jure quæsito ex receptione derogatur, ut no. Dom. post Joan. *in d. c. fi.* §. 1. *de præben. & digni. in 6.* Et aliqui Docto. dicunt illud esse speciale in clausula *anteferri*: secus in clausula *si non alteri jus quæsitum.* Sed istud non est cogitandum, quia nunquam Papa præsumitur alteri præjudicare per verba rescript. & posset dici secundum Fel. *in d. ca. causam quæ* decisiones prædictas procedere: etiam ubi est clausula *anteferri.* Non obstat. *c. pe.* quia secundum eum potest dici quod loquitur in jure quæsito ex receptione: quia tunc nocent dictæ clausulæ, nec mirum quia Rota dicit. *in præalleg. decisio.* illud præjudicare acceptationi, sed non est pro alia vice exclusus, eadem ratione dicemus præjudicari receptioni: & illa ratio quod non sit exclusus pro alia vice est cavillabilis: cùm gratia possit annihilari per revocatorias generales quas de expectativis facit Papa maxime novus, nisi dicatur quod hoc dependens à causali motu Principis non habetur in consideratione, ut no. Inno. *in ca. Pastoralis. in prin. de causa pos. & proprie.*

44. Sed circa istum articulum crederem dicendum quod per illas clausulas generales nullo modo sit derogatum juri acquisito per electionem per jura superiùs allegata. Nam per electiones acquiritur jus prælaturæ [a] ut tenet glos. communiter ab omnibus approbata. *in ca. quanto. 63. dist.* quam sequitur Domin. Abb. per illum tex *in ca. nihil. & in c. transmissam. & in ca. nosti. & in c. qualiter. de elec. & in c. auctoritate. de insti. & in c. nobis. & c. 2. de jure pa. cum simi.* ut no. Feli. *in ca. cum Bertoldus. circa prin. de re judi.* si ergo plenum jus habitum per electionem sit acquisitum: non est verisimile quod Papa voluerit illi derogare. *ca. super eo. de offi. dele. ca. quamvis. de rescri. in 6.* facit bonus tex. *in ca. cum olim. de re judi.* Immò videretur dicendum quod Papa non posset illi electioni derogare maximè præcedente acceptatione cùm intervenerit quasi contractus matrimonii per illam electionem & acceptationem. *ca. cum inter canonicos. de elec. c. licet. de transla. præla.* nota. *in c. cum inter. R. seniorem. de elec.* in simili facit. *ca. 1. de proba.* & quod no. Dom. Abb *in c. accedens. de præb. & dign.* melius nota. *in c. constitutus. de reli. do.* & *in disputatione incip. Episcopus.* facit tex. *in ca. 1. & 2. de elec. in prag.* ubi dicitur quod electiones procedunt non obstante impedimento: & sic resultat quod non est verisimile quod Papa voluerit derogare electioni jam factæ attenta acceptatione circa præsentationem patroni: potest dici ultra præmissa quod quando patronus tempore vacationis beneficii longe distat à collatore: ita quod Papa posset celerius adiri quam collator, & dat literas suæ præsentationis Titio: tamen antequam præsentaverit literas instituenti alius impetrat, à Papa illud beneficium, durum esset dicere Papam præveniisse patronum qui non fuit negligens, & fecit quod in se est circa substantialia præsentationis, ut tenet Compost. *in ca. capitulum. de rescri. in glos. magna.* & Joan. And. post eum. Nam electo à Patrono consentire volente alius præfici non debet. *ca. cum inter canonicos. de ele.* & præsentatio clericorum habet vim electionis tex. *in ca. generalem. de ele.* Innoc. *in ca. cum autem. de jure pa.*

45. Et si Papa sciviisset sic taliter electum vel processum ad præsentationem per patronum, non contulisset, vel non ita de facili: nec est præsumendum Papam voluisse jus illi tollere quod habuit ad petendam insti. *ca. super eo. de offi. deleg.* & *ca. ex parte. in primo. eo. ti.* ubi no. quod reservatio Papalis non vitiat electionem præcedentem: etiam si electus nondum consenserit; facit *ca si tibi absenti. de præb. in 6.* & ibi Dom. de sancto Gemi. & Archi. *in ca. si postquam. de præb. in 6.* & Dom. Abb. *in ca. accedens. eo. tit. de præb.* & si Papa contulit alicui Canonicatum sub expectatione præbendæ vacaturæ, & postea confert præbendam vacantem, & pertinentem alteri non facta mentione de primo, non valet collatio per superiùs allega. quia non præsumitur Papam voluisse jus illi tollere ex quo id non exprimit, etiam si motu proprio Papa provideat cum simi. ut no. Feli. *in ca. ad aures. de rescri.* ubi tenet post alios Doct. quod licet motus proprius tollat surreptionem, non jus alteri quæsitum, sive in re, sive ad rem, ut no. Feli. *in ca. causam quæ. de rescri.* & glos. *in c. 1. §. visum. in verbo non valeant. de colla. in prag. per c. quamvis.* & ibi Lau. *de rescri. in 6.* & si Papa dicat conferens beneficium non obstante collatione alteri facta, intelligitur de collatione alteri facta invalida, non de justa & canonica. ut no. Docto. *in d. ca. causam quæ. de rescri.* & ita debent procedere quando præsentatio fit realiter & in præsentia collatoris præsentatur. *cle. dudum.* & ibi glos. in verbo *præsentari. de sepul.* no. Dom. Ab. *in ca. cum parati. de appel.* & *in c. ea. de his quæ fiunt à præla.* & patronus non relevatur si infra tempus juris solum eligit præsentandum, vel dat literas suæ præsentationis in absentia collatoris, nisi realiter & præsentialiter præsentet superiori cui pertinet institutio, quia tempus est præfixum non ad nudam electionem, sed ad præsentationem principaliter Episcopo faciendam. *c. 1. de jure pa. in 6.* & ibi Joa. An. & Dom. Archi. *in c. 2. de præb. in 6.* no. Jo. An. & Do. Abb. *in c. fi. de jure pa.* & Rota. *deci.* 215. quia per talem electionem sive nominationem non quæritur jus nominato: & ratio est, quia patronus jus Ecclesiæ dare non potest nisi per præsentationem, ut no. *in c. dilectus. de offi. leg.* & non obstante tali nominatione possunt etiam clerici alium præsentare: [b] quia electio hujusmodi non potest dici nisi quædam postulatio, quæ antequam superiori præsentetur non impedit aliquam electionem. *c. bonæ. in secundo. de postu. præla.* & no. Imo. *in cle. 1. de jure pa.*

46. Quod si patronus Clericus præsentat unum vicario Episcopi ad hoc potestatem non habenti, aut forte revocato: & deinde alium Episcopo qui ab eo admittitur, non dicitur vacare, & valet secundi præsentatio: quia non dicitur præsentare nisi cum effectu, scilicet præsentibus tam præsentante quàm præsentato: & eo qui præsentatur quorum altero deficiente non est præsentatio perfecta, ut suprà fuit dictum, sicut dicitur quod non est judicium nisi fuit judex actor & reus. *ca. forus. de ver. sig.* & prima præsentatio non tenuit, ergo valet præventio contra illam simplicem nominationem, ut tenet glo. *in d. ca. 1. §. visum.* in verbo *non valeant. de colla. in prag.* secus est in præsentatione realiter facta, quia tunc præventio Papæ non valet nisi specialiter illi præsentationi derogaverit, ut suprà dixi cum simi. ut no. Fel. *in ca. causam quæ. de rescri.* incongruum ergo esset dicere Papam non posse conferre hujusmodi beneficium non obstante sola nominatione patroni, cùm in illo casu patroni possunt variare, ut supra dixi: quia non debent aliis legem imponere quam ipsi non servarent. *ca. cum accessissent. de consti. c. pro illorum. de præben.* & ista de juris rigore est verior opinio secundùm Dominos de Rota. *deci.* 258. cùm dicunt Papam nolle per suam collationem præjudicare canonicè electis vel præsentatis: non dicuntur autem nec & canonicè præsentati nisi ubi præsentatio est superiori nuntiata.

47. Vigesima sexta qualitas in beneficiis impetran-

[a] Imo ad prælaturam glos. Clem. 2. de Supplenda neglig. præl. C. M.

[b] Intelligè quando præsentatio non est facta, quia Clerico non licet variare. cap. cùm autem est. de jure patronat. C. M.

Source : BIU Cujas

dis est quod impetrans faciat mentionem quando est canonicatus præbendatus in aliena Ecclesia, ut not. Doct. *in ca. cum adeo. de rescri.* Sed difficultas est si exprimat canonicatum & non præbendam an valeat impetratio: & dicit Dom. Abb. *in ca. cum adeo. 2. allegato in 3. not.* quod non sufficit in impetratione beneficii mentionem facere de præbenda vel canonicatu, sed oportet quod fiat mentio de utroque, alleg. Rotam. *deci.* 459. *aliàs* 449. & ratio secundùm eos, quia potest esse quis præbendatus sine Canonicatu: & Canonicatus esse sine præbenda. *ca. cum M. de consti.* & ibi etiam sequitur And. Barba. idem tenet Rota. *tit. de rescri. deci.* 66. *in antiquis.* & *deci. 2. titu. de præb. in antiquioribus.* secus si fiat mentio de præbenda tacito de Canonicatu: quia hoc non nocet cùm esset ratio prædicta, ut no. Rota. *deci.* 33. *tit. de rescri. in novis.* Et non sufficit secundùm eos dicere & asserere se Canonicum: quia jura Canonicalia & jura præbendalia sunt distincta, & ratio de isto jure temporali dicenda est in literis, quia ejus expressio potuisset alterare animum concedentis, & limitant hoc procedere in præbendis distinctis: secus in non distinctis, ubi quis consequitur præbendam eo ipso quod habet canonicatum. *ca. fi. de concess. præb. in 6.* & ideò cùm præbendæ sint annexæ canonicatibus & sint de jure & pertinentiis ipsarum canoniarum, non est opus dicere de præbenda, tamen Pe. de Ancha. *in regula accessorium. col.* 19. tenet contra præmissam opi. quia verisimiliter secundùm eum Papa putat istum esse canonicum præbendatum ex quo præbenda est accessoria ad canonicatum, & quia collato canonicatu dicitur collata præbenda.

Item non præsumitur Canonicus solo nomine, sed re, quia verba cum effectu intelliguntur. *ca. relatum. de cleri. non resi.* neque placet sibi differentia an præbendæ sint distinctæ vel non, quia non minus est debita distincta quam indistincta, ut ibi per eum, sed contra opi. Pe. de Ancha. insurgit Feli. pro communi opi. & dicit primo, quia licet præbendæ distinctæ sive annexæ sint Canonicatibus: tamen istud est facti & Papæ incognitum. *ca. 1. de consti. in 6.* ideo exprimendo simpliciter se Canonicum potuit Papa credere quod esset canonicus ubi præbendæ sunt distinctæ prout communiter.

Tamen ad istud argumentum Feli. potest responderi quod imò istud est juris, & non facti, quamvis præbenda sit distincta & separata à canonicatu facit tex. *in ca. relatum. de præb. & digni.* ubi dicitur quod illud est juris quod Canonicus non debet carere præbenda: & si postquam est juris non est verisimile quod Canonicus sit sine præbenda: imò si reperiatur sine præbenda Canonici sunt compellendi ut primam præbendam ei assignent. *ca. cum M. de consti.* Et licet aliquando præbendæ sint separatæ à canonicatibus: tamen illa est annexio juris non de certa præbenda, sed de una in illa Ecclesia. *ut d. ca. relatum. & c. dilectus. in 2. de præb.*

Secundo Feli. ubi suprà insurgit contra Pe. de Ancha. dicens quod ipse fatetur quod ipsa præbenda est accessorium ad canonicatum: sed non omni tempore, unde postquam aliquis est receptus, dicitur canonicus, & expectat præbendam tanquam accessorium tunc separabile: unde posset credere Papa quod esset canonicus supernumerarius nondum præbendatus: nec habet certam credulitatem quod sit præbendatus: quia istud est facti. Nec obstat etiam secundùm eundem Felin. quod collato canonicatu videatur collata præbenda, etiam si aliud non dicatur: quia quando præbenda vacavit cum canonicatu videtur collata præbenda si canonicatus fuit collatus, secus si non vacat præbenda, sed solum canonicatus. Item idem Feli. contra Pe. de Ancha. dicit quod dicendo, se canonicum oportet etiam d cere valorem præbendæ: & ideò de necessitate habet exprimere de se præbendatum; allegat Doct. *in ca. postulasti. in repeti. colum. 9.*

Tamen ad istud respondetur quod imò contrarium est verum de jure, quod impetrans præbendam non tenetur exprimere valorem ipsius præbendæ quod illud non reperitur de jure cautum: & ita tenent communiter omnes Doct. *in d. ca. ad aures. de rescri.* & ita opi. Pe. de Ancha. contra communem [a] mihi magis placet, & illam video singulis diebus in practica servari: & illam aliquando pondero, quia impetrans non tenetur facere mentionem in sua impetratione de his quæ sunt juris. *ca. 1. de rescri.* sed istud est juris quod canonicus intelligitur præbendatus, ut est tex. *in d. ca. relatum. cum simi. de præben. & digni.* & dicit Compost. *in ca. cum M. de consti.* quod propter communionem quæ est inter præbendam & canoniam, si præbenda solita conferri canonico, confertur clerico: videtur etiam collatus canonicatus, & sic limitatur illud quod non omnis præbendatus est canonicus, ut non procedat in præbenda consueta conferri canonico. *ca. non translato. de const.* & dicit Dom. de sancto Gemi. *in ca super eo. de præb. in 6.* quod habens Ecclesiam annexam præbendæ & impetret aliud beneficium, non tenetur facere mentionem de beneficio annexo: & assignat simile, quia sicut super annexo non requiritur dispensatio, ut est tex. *in d. ca. super eo.* ita non est necessaria expressio in impetratione: sed sufficeret facere mentionem de canonicatu, ut est tex. *in regula accessorium cum sua materia. de reg. jur. in 6.* facit glos. *in cle. 1. de præbend. & dig.* & glo. *in ca. gratia. de rescri. in 6. cum simi.* ut no. Feli. *in ca. cum M. de consti.*

48. Vigesima septima qualitas in beneficiis impetrandis est, ut non omnia tacita quorum expressio potuisset movere principem ad denegandum, vitiant gratiam: sed illa etiam vitiant & sunt exprimenda, de quibus reperitur jure cautum, videlicet quod eis expressis gratiam non concessisset: & ideo si dixisset in supplicatione se esse criminosum Papa verisimiliter fuisset difficilior in concedendo, ut no. Ægid. *decisi. Rot.* 198. & Rot. *deci.* 39. *titu. de rescript. in novis.* & Dom. de sancto Gem. *in ca. postulasti. col.* 15. *de rescrip. cum simi.* ut no. Feli. *in ca. ad aures.* & *in ca. super literis.* & *in ca. postulasti. de rescrip.*

49. Vigesima octava qualitas in beneficiis impetrandis est, quod dicitur exprimi illa qualitas quæ alterat naturam beneficii vel personam impetrantis, ut no. Feli. *in d. c. postulasti. ver. tertia declaratio. de rescri.*

50. Vigesima nona qualitas in beneficiis impetrandis est quod asserens se spurium debet exprimere qualitates spurietatis, ut no. Feli. post alios Docto. ubi suprà. *in d. c. postulasti. de rescrip.*

51. Trigesima qualitas in beneficiis impetrandis est quod fiat mentio de pendentia litis inter alios super illo beneficio. *c. 1. & 2. ut lite penden. in 6.* facit *c. fi. ut lite penden. cum simi.* ut no. Feli. *in c. cæterum. in 1. 2. 3. col. de rescrip.* Et cum his remanet bene declarata ista præsens Quæstio.

[a] Certum est quod hodie valor beneficii impetrati debet exprimi ut in concordatis. tit. de mand. in fine, & notatur in quæst. Tolos. 435. Sed quid de valore beneficij habiti. & ego puto idem cum Felino, & eum sequor contra P. de Ancharano & videtur probat. in ti. de mandatis. in fine. in Concord. C. M.

QUÆSTIO XII.

1. *Beneficium impetrans non tenetur facere mentionem de nobilitate ejus vel ejusdem beneficij valore.*
2. *Gratia data motu proprio non expresso justo valore*

Source : BIU Cujas

valore an valeat.

3. *Clausula* motu proprio *nil operatur in tertij præjudicium.*
4. *Beneficij valorem an Cardinalis impetrans exprimere debeat.*
5. *Cardinales non ligant verba generalia in materia stricta.*
6. *Cardinales ligant regulæ cancellariæ.*
7. *In taxatione beneficij debent deduci onera.*
8. *Distributiones quotidianæ non computantur in valorem beneficij & cui sint hodie exprimendæ in rescripto ad beneficia.*
9. *Æstimatio communis attendi solet.*
10. *In rescripto ad beneficia exprimi non debet de proventibus concessis impetranti ad modicum tempus, & si sit Magister scholarium non debet exprimi de suis stipendiis.*
11. *Beneficium impetrans non debet facere mentionem, quod ejus pater est canonicus in Ecclesia in qua ipse canonicatum impetrat, vel Prior ejusdem Ecclesiæ.*
12. *Rescriptum ad beneficia non debet facere mentionem de qualitatibus beneficij quæ insunt beneficio jure communi.*
13. *Beneficium impetrans de qua reservatione debet facere mentionem.*
14. *In rescripto ad beneficia non debet inseri mentio in gratia reformatoria de prima.*
15. *Beneficium impetranti non est necessarium exprimere acceptationem quam facit procurator, & Dominus ignorat.*
16. *Beneficium impetrans non tenetur exprimere beneficium quod prius habuit & renuntiavit.*
17. *Beneficium impetrans non debet exprimere hospitale quod habet.*
18. *Beneficium impetrans non debet exprimere de postulatione.*
19. *Beneficium impetrans non debet exprimere beneficia in collatione ordinarij.*
20. *Beneficium impetrans non debet facere mentionem de beneficio annexo.*
21. *Beneficium impetrans debet facere mentionem de modo vacationis.*
22. *Beneficium impetrans non tenetur facere mentionem qualiter capitulum Ecclesiæ præfixit diem ad futuram electionem.*
23. *Beneficium impetrans non tenetur exprimere quæ ipse ignorat.*
24. *Rescriptum subreptitium quando potest reduci ad juris terminos.*
25. *Beneficium impetrans non debet exprimere notoria.*
26. *Beneficium impetrans non debet aliam mentionem facere de his quæ possint ex narratis colligi.*
27. *Beneficium impetrans non debet exprimere suum patrimonium.*
28. *Beneficium impetrans non tenetur facere mentionem de prima impetratione sublata per negligentiam.*
29. *Beneficium impetratum quando negligentiâ possit dici perditum.*
30. *Rescripta ad lites in quo differant à rescriptis ad beneficia.*

QUæro duodecimò. De quibus qualitatibus impetrans non tenetur facere mentionem in sua impetratione, [a] respondetur juxta decisionem Docto. quod non est opus facere mentionem de nobilitate, ut no. Joan. An. Dom. Abb. & alii Docto. *in ca. ad aures. de rescrip.* tamen And. Barba. ibi tenet contrarium, quod impetratio est nulla si non exprimatur nobilitas, dicens quod facilius reduntur nullæ literæ ad beneficia quàm ad lites. *ca. ad audientiam. in 2. de rescri.* sed sic est quod in literis ad lites debet fieri mentio nobilitatis. *ca. significantibus. de offi. deleg.* ergo & in istis literis ad beneficia est facienda mentio. Tamen ad istud argu. potest responderi, quia non est verum quod in literis ad lites sit necessaria mentio nobilitatis, sed *dict. ca significantibus.* alleg. per And. Barba loquitur in persona quæ dicit se pauperem, volens favores datos pauperibus habere vigore illius impetrationis: & ipse impetrans erat nobilis & dives, ergo secus ubi impetratio non fundatur in paupertate, quia tunc non est facienda mentio de nobilitate, & ex his dicunt But. & Imo. quod quando quis impetraret literas beneficiales dicens se pauperem, si mentitur, non valent literæ. *ca. si pauper Clericus. de præbend. in 6.* & de patrimonio quamvis amplo non est necessaria mentio. *ca. postulasti. de rescript.*

Item non sequitur, est facienda mentio divitiarum: ergo & de nobilitate, quia multi verè nobiles carent divitiis, & multi divites carent nobilitate: præterea nobilitas potest esse causa magis inducendi concedentem ad conferendum beneficia, non autem causa retrahendi. *ca. ad multa. de præbend.* ibi *sublimes.* idem de divitiis, quia secundùm gloss. *in ca. constitutus. de appella. in verbo in potentiam.* per manus divitum Ecclesiæ sustentantur & augentur: sed à Clericis pauperibus spoliantur pro sublevandis eorum famulis, ut no. Ludo. *singula 38. incip. Utrum nobilis.* & faciunt plures regulæ cancellariæ præsupponentes nobilitatem potiùs juvare quàm impedire Imperatores, facit gloss. *in ca. ex literis. de pig.* dicens quod bona Prælati sunt hypothecata Ecclesiæ si malè administraret: & quando Prælatus est pauper Ecclesia caret refugio, quare ergo est concludendum quòd cùm non reperiatur jure expressum, & illa taciturnitas nobilitatis non retardet impetrantem ad concedendum, non est necessaria mentio de nobilitate.

2. Secunda qualitas de qua non est facienda mentio est de quantitate valoris ipsius beneficii, quia nullibi expressè probatur quod impetrans teneatur facere mentionem de valore beneficii, ut est gloss. *in Cle. 1. de præbend.* & ita tenet Dom. Abb. & alii scribentes. *in ca. ad aures. de rescri.* & Rota. *dec. 282. aliàs est. 81.* ubi tenent Papam Urbanum III. explicasse non valere gratiam nisi fiat mentio de valore beneficii impetrandi & obtenti: ita communiter secundùm eos servatur, tamen facilior est prima conclusio, nam periculosum quod quis se astringat ad certum valorem, & onus probandi incumbit impetranti, ut no. Dom. Abb. *in ca. si. de præsum.* ubi dicit quod in arg. pro & contra potest induci. *ca. cum adeo. de rescri.* & *ca. cum teneamur. de præben.* tamen postmodum, idem Dom. Abb. subdit quod circumspecto stylo curiæ non sit de jure veteri necessarium facere mentionem de quantitate valoris, quia beneficium debet principaliter conferri propter spiritualia, temporalia autem veniunt accessoriè ad spiritualia: sed quia hodie ut plurimum conferuntur beneficia propter temporalia, ideo fuit ordinatum, & est de stylo curiæ ut fiat mentio de valore, tamen bene considerando non est provisio inutilis, quia dispensatio

[a] Non de his quæ verisimiliter rem impediunt Bellamera decis. 115. secus in impetratione dispensationis super pluralitate, c. non potest. 1. respons. de præbend. in 6. C. M.

Imo de divitibus hoc dictum est in extrava. salvator sæculi. I.

Ea ratione in Concilio Viennensi Clem. quia contingit de relig. domib. Ecclesiastici ab administratione bonorum pauperum arcẽtur & ordinat. 1561. & *probis viris datur.* I.

Valoris expressio indicat. an Bullæ sint necessariæ, an signatura reditus. 24. ducat. Bullæ, si mere signatura sufficit. I.

Source : BIU Cujas

temporalium non debet cuique committi, sed secundùm qualitates personæ debet committi dispensatio, ideò talis est actus ad habendum beneficium, tunc quia etiam est omnino ineptus ad habendum beneficium pingue, ideò quantitas redditum posset principem subtrahere à concessione gratiæ : ideo videtur necessarium ut fiat expressio. arg. *ca. postulasti. de rescri.* & hoc procedit secundùm eum ubi ad instantiam fit gratia, si verò motu proprio tunc est magis dubitandum, ut infra dicetur, & sequitur Fel. *in dicto. ca. ad aures.* recitando And. Barba. ibi quod attenditur valor hodiernus secundùm Card. *in ca. fi. de præsum.* ubi tenet quod expressio falsi valoris nocet etiam si fuit dictum, ut asseritur, quod semper impetrans faceret mentionem, & ibi subdit quod de jure communi non est necessaria expressio valoris in impetrationibus, ut tenet gloss. 5. *in Clemen.* 1. *de præb.* & ibi Card. & Imo. *col.* 1. ita etiam tenet Card. Bar. & Imo. Domi. de sancto Gemi. *in ca. in nostra. de rescri.* & hoc sive loquamur de valore beneficii obtenti sive obtinendi, ut no. Feli. *dicto. ca. ad aures. conclu.* 1. *de rescri.* & *in ca. fi. col.* 1. *ver. adde. gloss.* 5. *de præsum.* ubi etiam tenet quod quis non tenetur facere mentionem de valore beneficii quod impetrat, tamen ibi subdit post Cardi. quod hodie de stylo curiæ oportet exprimere verum valorem, ita etiam no. Rota. *deci.* 266. *in antiquis.* ubi tenet quod si Papa confert & impetrans excedit in valore vitiatur gratia, idem sequitur Rota. *deci.* 336. *incip. item nos. cum simili* ut ibi per Fel. & sic infertur quod licet de jure expressio valoris non sit necessaria, tamen si exprimitur, & sit majoris valoris, non valet impetratio, ut no. Rota. *deci.* 41. *titu. de rescri. in antiquis.* & sic infertur quod expressa nocent. facit glo. *in ver. de novo. in Clem. constitutionem. de elect.* quæ dicit quod plus nocet imperfecta locutio quàm silentium, etiam ubi loqui non est opus, & idem tenet Card. late *Consi.* 34. ubi inducit. *c. cui de non. de præb. in* 6. ubi tenet quod in gratiis Apostolicis causa habet vim conditionis cùm subintelligitur clausula, *si ita est*, facit. *ca.* 2. *de rescri.* & causa objecta in vim conditionis si est falsa vitiat. tex. *in l. demonstratio.* §. 2. *de condi. & demon.* ita Fel. ubi suprà recitat Gasp. de Perus. ita consuluisse, & ita obtinuisse Florentiæ in quæstione ardua, etiam si ita talis obreptio sit per simplicitatem, alleg. no. per gloss. *in ca. si motu proprio. de præb. in* 6. & licet aliàs ignorantia excuset. *in c. gratia. de rescri. in* 6. non tamen potest in isto casu prætendi ignorantia justa, quia impetrans debuit se informare, ut no. Docto. *in dict. ca.* 2. *de rescript.* quod licet constet de corpore beneficii, tamen non constat de bona informatione Papæ & pro ista conclusione facit quod not. Felin. *in dict. ca. ad aures. conclusio.* 2. *de rescri.* & secundùm eos infertur & remanet conclusio, quod si exprimatur valor tamen non justus, quod non valet impetratio.

Ego tenerem contrarium quod licet non exprimatur verus valor beneficii valet impetratio, & probo hoc modo, [a] quia prohibitum est sedi Apostolicæ, ut pro expeditione bullarum aliquid exigatur : nec etiam annatæ assumantur, ut est tex. *in ca.* 1. *de anna. in prag.* & si istud sit prohibitum de jure permittitur impetrantibus fraudare & decipere cameram Apostolicam, quia ista expressio valoris fit ut sedes Apostolica recipiat majorem quantitatem pecuniæ, & sic ergo iste dolus est justus & à jure permissus, quod postquam aliter Bullas & provisiones non potest habere nisi solvatur quantitas pecuniæ, permittitur impetrantibus sedem Apostolicam decipere, ut tenet Dom. Abb. in simili. *in ca. innovamus. de cens.* ubi dicit quod si census injustè imponatur à principe, permittitur subditis fraudare ipsum principem & decipere, [b] cum simi. ut no. Feli. *in ca.* 1. *de consti.* & pro coronamento istius articuli si impetrans dicat beneficium non valere plusquam expresserit incumbit onus probandi, ut no. Card. *in dict. ca. fi. de præsum.* ubi dicit se ita consuluisse propter doctrinam Joan. An. *in ca.* 1. *de litis contesta. in* 6. & *in regula infamibus. de regulis juris. in* 6. *cum simi.* ut no. Felin. *in ca. constitutus. de rescri.* ubi tenet quod regulariter impetrans habet probare id quod asseruit, & causam suæ intentionis, non obstat *tex. cum de lege Falcidia. ff. de prob.* ubi si dico patrimonium non valere nisi tantum, eo ipso ego dicor probasse postquam contrarium non probatur, quia illud procedit propter præsumptionem juris, nil enim præsumitur solvendo, ut traditur. *in l. si vero.* § *pro rei. ff. qui satisda. cog.* sed ista præsumptio cessat in beneficiis in quibus præsumitur esse redditus pro vita duorum. *c. ut quisquam. de vita & hone. Cleri.* ergo sublata illa præsumptione qua dicitur præsumi non solvendo, remanet regula quod quis probet quod asserit, ut no. Cardin. *in dicto. ca. fina. de præsum.* & *in Consil.* 71. *inci. vacante. in fi.* & Dom. Abb. *in dicto. ca. fin. de præsum.* nec etiam agitur in isto casu de dolo, quia etiam simplicitas nocet, ut no. Ægid. *decis.* 4. *cum simi.* ut no. Feli. *in dict. ca. ad aures. de rescri.* & Milis. *in verb. gratia.* §. 7. & Rota. *de præb. decis.* 6. *in antiquioribus.* quia summa expressa in gratia est pars gratiæ, ideo suam assertionem habet impetrans probare : facit in simili quod no. Ang. *conclu.* 270. *incip. Bonifacius Episcopus. col. ult.* ubi dicit quod narrati in rescripto redditus esse diminutos incumbit onus probandi per tex. *in* §. *quia vero. in aut. de æquali. dotis.* & no. Cald. *Consi.* 10. *titu. de proba.* & Rota. *tit. de prob. in novis.* quod impetrans à collatore vel nuntio habente potestatem conferendi beneficia certi valoris, tenetur probare quod illud sit infra valorem in literis collatoris comprehensum, & dicit Ægid. *conclu.* 471. *inci. testi. cum fama.* quod petens adjudicari sibi beneficium ex mala expressione valoris alii facta, habet hoc probare, secus si petit se absolvi tantum, puta quia possidet, tunc actor debet plenè probare, tamen iste articulus in expressione valoris non continet veritatem, quia quis non compellitur ad probandum illud quod si probatum esset nihil operaretur. *ca. cum contingat. de offi. delegat.* facit *ca.* 2. *de consue.* sed licet in isto casu probaretur quod non esset justus valor expressus, tamen illa falsa expressio non redderet gratiam nullam, ut suprà dixi per tex. *in dict. ca.* 1. *de anna. in prag.* sed opi. prædictorum Docto. habet locum, & debet intelligi in materia, in qua quis tenetur exprimere certum articulum, & limitatur tunc illud non procedere quando nullus opponit de falsitate valoris vel alterius causæ, quia nulla ejus probatio requiritur, nec ejus processus ex hoc foret injustus, dummodo de aliis plenè constet, ut no. Rota. *decisio.* 19. *in novis. titu. de præb.* licet eam ineptè alleget Milis in contrarium. *in suo reperto. in verbo gratia. versi.* 7. & istam fallentiam tenet Rota. *decisio.* 56. *ti. de concess. præb. in antiquis.* sed cave secundùm Felin. ubi suprà, quia si verum est quod valor debeatur exprimi in vim conditionis hæc fallentia non procederet, ut no. Fel. ubi suprà, etiam Rota. *decisio.* 10. *ti. de probatio. in antiquis.*

Secundò fallit secundùm eundem Fel. in gratiis concessis *in forma pauperum, per c. postulasti. de rescri.* quia ibi datur gratia generalis de omni beneficio competenti, postea dicitur *nostræ intentionis existit*, ut provideatur de beneficio, cujus redditus talem summam non excedant, ideò cùm omne benficium contineatur sub regula, debet qualicunque posse acceptare, nisi adversarius opponat quod excedit dictam summam, & probet quod pauper nihil asseruit circa valorem. ut no. Rot. *decisi.* 6. *tit. de præben. in antiquioribus.* & Cald. *Consil.* 16. *titu. de præbend.* & dicit & statuit Urbanus sextus per suam ordinationem, quod nedum debet fieri mentio de valore

[a] Sed per concordata debet omnino exprimi etiam si fiat motu proprio, ut in tit. de mand. in fine. C. M.

[b] Scilicet nõ revelando, sed mentiri non licet etiam pro vita hominis. C. M.

Source : BIU Cujas

beneficii vacantis vel beneficiaturæ, sed etiam de valore omnium beneficiorum quæ quis obtinet tempore impetrationis, aliàs gratiæ nullius sunt roboris, & idem in confirmationibus, ut notat Rota. *decisio. 19. in novis. tit. de præben.* quæ ordinatio etiam hodie viget, ut in regula Cancellariæ 61. ubi dicitur quod idem est dicendum de expectativis in quibus debet fieri mentio de valore beneficiorum obtentorum, & in quibus, seu ad quæ competit jus impetranti & istud curiæ præsupponunt omnes.

3. Tamen contrarium est dicendum, ut suprà dixi, ubi constitutiones Concilii Basilienſis servantur. Item dicunt Doct. *in d. c. ad aures. de rescrip.* quod quando gratia fit *motu proprio* non est necessaria aliqua mentio valoris: ut decidit Urbanus. *in d. sua ordinatione. & in dicta regula Cancell.* ut no. Pe. de Ancha. ubi suprà *Consil. 22.* tamen Dom. Abb. *in d. c. ad aures.* tenet contrarium, quod motus proprius non operatur circa qualitates intrinsecas, sicut etiam non operatur circa curam vel jus patronatus laicorum: & hoc dicit propter defectum voluntatis principis contra quem non operatur motus proprius, facit gloss. *in clem. si Romanus. de præben.* & sequitur And. Barb. *in d. c. ad aures.* & Maria. *in c. postulasti. col. 6. de rescrip.* & quo ad terminos istius articuli scilicet respectu valoris non est recedendum à prædictis: quia ipsamet regula se declarat. no. Rot. *decisio. 19. de præbend.* ut no. *in d. c. ad aures.* ubi dicitur quia difficile est investigare utrum opinio Dom. Abb. & sequacium circa taciturnitatem curiæ & aliarum qualitatum in literis datis proprio motu: & contra eundem Domin. Abb. Feli. alleg. Rotam. *decisio. 31. tit. de rescri.* & *decis. 56. in antiquis.* ubi decidit quod gratia quæ fit *motu proprio* non est necesse ut faciat mentionem aliquam de cura nec de qualitatibus intrinsecis beneficii. Item dicit Joan. An. *in d. c. ei cui. in prin. de præb. in 6.* ubi dicit quod provisio Papæ mandantis provideri de dignitate *proprio motu* non est subreptitia, licet non exprimat curam illi annexam, & ibi sequitur Domin. de sancto Gemin. facit etiam illud quod no. Domin. Abb. post Doct. *in c. dilectus. in 2. col. 3. de præbend. c. quid si eo tempore. de rescri. in 6.* non habet locum quando scribitur motu proprio, & hoc dictum tenet Lud. Roma. *in Consi. 327.* idem etiam facit quod no. Joan. And. *in ca. si motu proprio. in prin. de præbendis. in 6.* ubi dicit quod sicut motus proprius purgat vitium taciturnitatis aliorum beneficiorum: ita etiam purgat aliam taciturnitatem, & rationem assignat, quia non est dare rationem diversam, facit etiam quia in gratia *motu proprio* non attenditur qualitas valoris: & tamen in illa possent concurrere omnes rationes circa præsumptam voluntatem Papæ, ut no. Dom. Abb. *in d. c. ad aures. de rescrip.* & non videtur verum indistinctè quod motus proprius non operetur contra præsumptam voluntatem Papæ: sed operatur quia purgat vitium taciturnitatis qualitatum beneficii jam obtenti. *Clemen. si Romanus.* & ibi gloss. *in ver. qualiacunque. de præbend. & digni.* Et qua ratione non est opus dicere qualitates beneficii habiti in gratia *motu proprio*, eadem ratione non dicitur necessarium circa obtinendum, ut no. Arer. *in c. causam. in 2. de testi.* & circa istum articulum Feli. ubi suprà cogitabat quinque casus.

Primus est quando gratia motu proprio facta tacet inhabilitatem concernentem personam pro qua scribitur, ut defectum natalium, vitium corporis & similia: & tunc non præsumitur Papa habilitare impetrantem quamvis gratia concedatur motu proprio: & de talibus potest opponi non per viam subreptionis: quia non dicitur subreptio, sed per viam juris communis, quia motus proprius non facit dispensationem super talibus, ut no. Joan. And. & Dom. de sanct. Gem. *in c. si motu proprio. post gloss. in verbo validum. in d. clem. si Romanus. eo. tit. de præb.* & Card. *Consi. 98.* & iste casus continet veritatem, ut notat Domin. Abb. & alii Docto. *in d. c. ad aures. de rescript.*

Secundus casus est quando gratia concessa motu proprio tacet qualitates beneficii obtenti vel ejus quod impetrat, puta valorem, curam & similia non concernentia præjudicium tertii, & tunc gratia valet. *per d. clem. si Romanus. de præb.* & not. Rota. *decisio. 6. titu. de præben in novis.* quod facit contra Dom. Abb. nec posset obstare si diceretur quod non præsumitur Papa velle beneficiare beneficiatum, respondetur secundùm eundem Feli. ubi suprà, quod ex quo à seipso movetur, præsumitur moveri pro persona digna & actus procedens à mera liberalitate principis nemini præjudicans est latè interpretandus, etiam si sit materia exorbitans, ut no. Pe. de Ancha. *Consil. 291. incip pro clariori evidentia. in prin.* facit *ca. si pro pluribus. de præb. in 6.* sed cave secundùm eum, quia quo ad curam iste secundus casus videtur debere intelligi ubi Papa confert beneficium, quia tunc de cura illius non fit necessaria mentio, ut no. Rota. *decis. 32. tit de rescri. in antiquis.* secus in beneficiis impetratis si non fiat mentio de cura gratia non valet, & ita tenet Rota. *decis. 6. titu. de præbend. in novis.* & dicit Feli. quod non potest bene responderi. *ad cle. si Romanus. de præb.* tamen ego ad illam Clem. responderem hoc modo quod non est facienda mentio de cura aut aliis qualitatibus illorum beneficiorum quæ impetrans tempore impetrationis habebat: & sic ad literam ille tex. debet intelligi secus in beneficio sibi de novo concesso, quia in illo est opus facere mentionem de cura ipsius beneficii: & sic intelligitur prædicta decisio Rotæ. facit tex. *in ca. cum in illis. in prin. de præben. & digni.* quia non est verisimile quod Papa voluerit concedere beneficium nisi constet de corpore ipsius. *c. significavit. de rescrip.* Item in rescriptis ad beneficia non potest dare casus quin in illis impetrationibus agatur de præjudicio tertii: maximè in beneficiis in partibus vacantibus: quia semper agitur de præjudicio ordinarii collatoris. *ca. quamvis. in 1. de præb. in 6.*

3. Et sic illud facit communem opi. Doct. dum dicunt quod clausula *motu proprio* nihil operatur in præjudicium tertii. Sed circa istum articulum potest dici, quod dicta clausula operatur in illis in quibus reperitur expressum à jure ut impetrans non teneatur facere mentionem de beneficio ante impetrationem obtento. *c. si motu. de præb. in 6.* nec etiam per consequens tenetur facere mentionem de qualitate illius beneficii, dignitatis aut curæ. *Cle. si Romanus. eo. tit. de præb.* & dicta clausula operatur in alio: quia si vacent plura beneficia ejusdem qualitatis eo tempore, tunc impetrans poterit acceptare illud quod voluerit: ergo in aliis remanet jus antiquum firmum, ita quod impetrans tenetur habere alias qualitates circa beneficia impetranda aut circa suam personam: quia, ut suprà dixi, non potest dari casus in quo non sit quæstio de præjudicio tertii hoc est conferentis: sed quando tacetur qualitas beneficii respiciens jus tertii, tunc motus proprius præjudicat tertio: puta si est juris patronatus laicorum, ut no. Dom. Abb. & ibi Feli. *in tertio casu. in d. c. ad aures. de rescri.* & Rota. *decis. 65. titu. de rescri. in antiquis. & decisio. 6. de præb. in novis.* & Card. *Consi. 118. incip. casus talis est.* Idem etiam tenet Cardi. *Consilio. 137.* & Vitalis. *in libros de clausulis. fol. 6.* & no. etiam Domi. post Joan. de Lig. *in c. si propter. colum. 9. de rescri. in 6.* & Imo. *in c. mandatum. col. 1. de rescri.* ubi etiam tenet quod dicta clausula *motu proprio* non facit impetrantem præferri primo nisi de illa prima impetratione fiat mentio. & etiam tenet Imo. post alios Doct. *in c constitutus. col. 10. de rescri.* quod dicta clausula non tollit statuta, & sequitur Pet. de Ancha. *Consi. 16. incip. Dominus noster Papa.* & Rota. *deci. 1. tit. de præbend. in*

Source : BIU Cujas

novis. ubi tenent quod etiamsi impetrans nominet statuta, non nocet particularibus statutis, & dicit Domi. de sancto Gem. *in repe. c. postulasti. col. 26. de rescri.* quod motus proprius non præjudicat unioni factæ per ordinarium etiam nondum sortitæ effectum: quia motus proprius non tollit jus quæsitum alteri in re vel ad rem. alleg. glos. *in d. c. si motu.*

Quartus casus secundùm eundem Feli. est quando qualitates beneficii non tacentur, sed exprimuntur cum clausula *motu proprio*, & exprimitur falsum: & tunc si qualitas malè expressa est talis quod ea melius intellecta difficilius fuissent concessæ: tunc nihil prodest motus proprius pura si Ecclesiam curatam literæ appellant simplicem, ut no. Pet. de Ancha. *Consi* 132. *incip. de natura & efficacia.* si verò qualitas malè expressa verisimiliter non difficultaret concessionem, valebit gratia. *per c. super literis. de rescri.* quia gratia concessa *motu proprio* nil debet operari ultra mentem Papæ; facit quod no. Pe. de Anchar. *Consi.* 84. ubi latè tenet quod non valent literæ Papæ quibus proprio motu mandavit removeri generalem propter vehementiam si notoriè constabat de ejus sano intellectu: & dicit Dom. Abb *in c. quia circa. de sponsa.* quod ubi in dispensatione vel gratia *motu proprio* concessa exprimitur falsa causa, non tenet impetratio. & ita etiam tenet Card. *Consil.* 98. ubi ait quod literæ Papæ de unienda Abbatia ex certis causis non valent etiam concessæ *motu proprio*, si causæ non sunt veræ.

Quintus casus est quando exprimuntur omnia exprimenda, tunc in illis ampliatur gratia propter motum proprium, & non dicitur ampliari ultra, sed secundùm verisimilem voluntatem concedentis. *ca. si pluribus. de præb. in 6.* & non est dicendum quod sit ampliatio verborum: sunt enim potius quidam favores extrinseci: ut no. Card. *in cle. per literas. qu. 5. de præbend.* & quod isto verbo non amplietur tenet Imo. post glos. *in d. cle. per literas.* & Dom. Abb. *in cle. si Romanus. de præb.* ubi dicit quod motus proprius recipit interpretationem pinguiorem. *c. si pluribus. de præben. in 6.* facit quod no. Joa. An. *in c. cum in cunctis. col. 3. super ver. liberam.* ubi tenet quod dispensatio Papæ prorogans electo tempus consecrationis, non operatur quin beneficia vacant lapso tempore dato à jure ad consecrandum, nisi esset dispensatum *motu proprio* & hæc sufficiant quoad dictam clausulam *motu proprio.*

Item circa expressionem valoris notandum est, quod non est opus in impetratione beneficii facere mentionem valoris beneficii obtenti, [a] quod quis tenet vel offert dimittere, ut tenet Feli. contra Dom. Ab. *in d. c. ad aures.* quia ista non videtur de se qualitas impeditiva impetrationis, & hoc quo ad valorem beneficij, & error in expressione valoris nocet secundùm Doct. ubi suprà, quando verba concipiuntur in secundam vel tertiam personam personaliter: puta, ut asseris, vel ut asserit: secus si personaliter in tertiam personam: ut puta si dicatur ut asseritur, ut no. Rot. *deci.* 54. *titu. de rescri. in antiquis.* sed dic ut suprà dixi.

a Nisi situs sit alius. C. M.

4. Item si Cardinalis impetrans beneficium exprimit falsum valorem, non ligatur per dictam regulam cancellariæ, & sua impetratio valet, ut no. Pe. de Ancha. *Consi.* 290. ubi tenet quod sicut regula non ligat Papam: ita nec Cardinales, cùm sint pars corporis sui. Item circa dictum Pet. de Anch. dum dicit quod gratiæ factæ *motu proprio* Cardinales habent specialem naturam: quia nihil refert utrum in eis exprimatur valor aut non: unde si omissio valoris non vitiat: ergo nec superflua expressio. *l. unica. in prin. C. de rei uxo. actio.* & istam consequentiam idem Feli. ubi suprà non affirmat, sed dicit quod stante stylo Curiæ esset utilis ad regulam, quæ tunc vigebat, per quam in gratiis factis *motu proprio* de dignitatibus requirebatur expressio valoris: sed hodie secus, ut tenet Fel. *in d. c. ad aures. concl. 5. de rescrip.* Item secundùm eundem Fel. cum Pe. de Ancha. multum se fundat in verbis gratiæ quæ imminebant attentis meritis Cardi. quod Papa voluisset, ut illud beneficium fuisset pinguius: ergo error valoris non videtur considerabilis, quia ista consideratio est in dubio & rationes quibus idem Pe. nititur.

5. Probare quod verba generalia non ligant Cardinales in materia stricta, non sunt demonstrativæ, sed persuasivæ, ut not. Feli. *in c. quod super his. de fide instru. & c. cum in jure. de offi. delega.* ubi alleg. Oldra. *Consi.* 211. & *Consi.* 293. & Joan. Mona. *in c. 1. de schisma. in 6.* ubi dicit quod generales dispositiones odiosæ nunquam includunt Cardi. & sequitur Ludo. Ro. *Consil.* 498. *incip. in casu quo quæritur. col. 52.* & Dom. Abb. *in clem. 1. in prin. de excess. præla.* & tenent Doct. *in d. c. super his. de fide. instru. col. 16.* quod nulla dispositio generalis ligat Cardinales, & præmissa sunt intelligenda circa expressionem vel non expressionem valoris beneficii: quia subreptio vel non expressio valoris non reddit gratiam nullam, sive impetretur à Cardinali vel ab alio: ut supra dixi.

6. Tamen circa Cardinales unum notandum est, quod regulæ Cancellariæ & aliæ dispositiones juris ligant ipsos Cardinales, ut no. Francis. Panuin. *in extravag. ad onus.* & Fel. *in d. c. ad aures. conclusio. 8.* & Dom. Philip. Deci. *in c. 1. in 2. lectura. de constitu.*

7. Sed circa istum articulum de valore beneficii debent deduci onera ipsius beneficii in taxatione: quia debet dici quod valet tantum oneribus deductis: ut no. Rota. *deci. 52. titu. de concess. præb. in antiquis.* & istud est regulare quoties fit mentio de redditibus, ut no. Bal. *in l. coheredibus. ff. famil. erciscu. & in l. neque in fi. C. de compensa.* per tex. *in l. fundi Trebatiani. ff. de usufr.* & idem si fit mentio de fructibus. *l. fructus ff. solu. matr.* & sequitur Feli. *in dict. c. ad aures. de rescrip.*

8. Ubi subdit quod distributiones quotidianæ non computantur in valore præbendarum, ut no. Oldra. *Consi.* 118. *incip. ex virtute gratiæ.* quod sunt redditus casuales & incerti, nec attinet ad corpus præbendæ, idem no. Joa. An. *in rub. de concess. præb.* Item etiam tenet Rota. *deci. 31. titu. de re judi. in antiquis.* facit. *ca. fi. §. in illis. de concess. præben.* ubi distributiones apponuntur diversæ ab eo quod datur ratione præbendæ. Idem etiam no. Rota. *decisi. 7. titu. de præbend. in novis.* & *deci. ulti. eo. titu. de præbend. in antiquis.* quem sequitur Nicolaus Milis. *in repertorio. in verbo gratia. quæst. 6.* & dicit Feli. ubi suprà. *conclusio. 13.* quod aliquando ad majorem expressionem facta mentione reddituum exprimit distributionem, licet revera non includatur, facit tex. & ita debet intelligi. *ca. fi.* & ibi Doct. *in prin. de rescrip. in 6. & cap. cum non deceat. de elec. in 6.* & dum dicitur quod distributiones quotidianæ non sunt exprimendæ, illud etiam procedit in mortuariis: quia sunt incerta in anniversariis, nedum si sunt voluntaria solventium, sed & necessaria, quia non computantur in valore beneficiorum, ut no. Oldra. *Consi* 216. *circa primum articulum.* & Joan. An. *in rubri. de concess. præben.* sed Pet. de Ancha. *in Cle. unica. de concess. præb. col. pen.* dicit quod quando ista quæ sunt incerta communiter rediguntur ad certam summam, videntur computanda in æstimatione, & ponit casus in Ecclesia sancti Antonii Venetiis quæ per quæstores hinc inde mendicantes communiter percipiant aureos quingentos annuatim, & in Ecclesia sanctæ Mariæ in monte Bononiæ quæ de oblationibus candelarum percepit communiter ultra aureos ducentos annuos, nam secundum eum talia incerta aliquando venduntur. *l. si aptum. ff. de act. empti. & ca. 1. & 2. ne præla. vices suas.* tamen circa istud Feli. *in dicto. ca. ad aures.* cogitabat tres casus.

Primus quando inter plures beneficiatos in eadem

In reditu beneficiorum graduatis affectorum, distributiones quotidianæ & quodcumq; emolumentum beneficij computatur. In §. volumus. in concordat. de collat. & ita judicatū in magno Consil. anno 1603. contra Savarium *Balisæ* Xantonensi capitulo contradicente. Ideoque graduatus beneficiorum jam possessorum reditum exprimere debet d. §. volumus. Nota in permutatione beneficiorum expressionem priorem olim expressorum non esse necessariā Joa Gal. quæst. 170. & judicatum anno 1349. I.

Source : BIU Cujas

Ecclesia dividuntur emolumenta anniversariorum, & tunc in taxandis beneficiis singulorum talia non computantur, quia non video differentiam inter hæc & quotidianas distributiones, cùm ista dentur solùm præsentibus & interessentibus in divinis officiis.

Secundus casus, quando ex aliquo legato Rector Ecclesiæ firmiter asserit annuum redditum distribuendum inter eos qui intererunt anniversario omnino fiendo, & tunc crederem portionem istius Rectoris computari in valore beneficii, secus in portionibus aliorum; quia licet ipse Rector legatum totum percipiat, tamen ex quo aliis solvit videtur expresse deducenda.

9. Tertius casus quando Ecclesia habet redditus incertos, qui communiter redigi possunt ad unam summam, ut in exemplis Petri de Ancha. suprà relatis, & tunc talia computantur propter auctoritatem ipsius Petri, quem sequitur Feli. *in dicto. ca. ad aures. conclusio* 13. *de rescrip.* & attenditur communis æstimatio valoris præsentis temporis, non antiqui, ut not. Oldra. *Consi.* 58. & Maria. *in ca. postulasti. col.* 57. ubi dixit quod attenditur quis hodie sit in possessione conferendi, non autem ad quem spectet collatio. Idem etiam not. Oldra. *Consi.* 212. *incip. thema.* hoc habet indistinctè verum, nisi beneficium olim fuisset taxatum, quia taxa semper durat, ut no. Rota. *decisio.* 31. *de concess. preb. in antiquis.* & sequitur Fel. *in dicto. ca. ad aures. conclusione* 16. Secundò limita nisi post impetrationem opponerent de valore, & testes deponerent de valore præsentis temporis, quia non probant nisi dicant quod beneficium erat talis valoris tempore impetrationis, ut no. Alex. *Consi.* 72. & *Consi.* 315. Bal. *in l. si qui adulteri. C. de adul.* & *l.* 1. *ad fi. in ver. quæro qualiter probentur. C. de fructi. cum si.* ut no. Felin. *in dicto. cap. ad aures. circa finem. de rescript.*

Tertia qualitas in rescriptis impetrandis ad beneficia de quibus impetrans non debet facere mentionem, est quando primæ literæ sunt nullæ ipso jure, nec est necesse facere mentionem de ipsis, ut no. Do. Abb. Feli. & alii Doct. per illum tex. *in ca. in nostra. de rescrip.*

10. Quarta qualitas de qua impetrans beneficium non debet facere mentionem, est, si Episcopus concedit alicui Clerico fructus alicujus altaris usque ad certum tempus pro mercede spiritualium laborum suorum, & iste impetret unum beneficium, non tenetur facere mentionem de ista assignatione, ut no. Cal. *Consi.* 6. *titu. de præben.* ubi etiam dicitur quod habens tales fructus non dicitur habere beneficium. *ca si tibi concesso. cum gloss.* 2. *de præb. in* 6. & tales fructus non sunt beneficium Ecclesiasticum: idem etiam in simili dicitur quod magister scholarium non tenetur facere mentionem de redditibus Ecclesiasticis quos habet in stipendium. *ca. quia nonnulli. de magist.* & Feli. *in dicto. ca. in nostra. corrollario* 1. *de rescri.* ita etiam de feudo vel similibus quæ habentur ab Ecclesia non est facienda mentio, ut no. Cald. *in dicto. ca. in nostra. qu.* 6. *de rescri.* & ideo non est tacitum aliquid inducens ad denegandum vel difficilius concedendum, ut no. idem Cald. *Consi.* 6. *titu. de præb.* & *Consi.* 30. *eo. tit. de præb.* ubi etiam tenet quod si assignetur per Canonicos media præbenda uni Sacristæ ad sustentationem suam, tamen habens talem Sacristiam non tenetur de ea in impetratione facere mentionem, quia hoc non est beneficium Ecclesiasticum, sed quoddam officium quod non datur in titulum: nec obst. dictum Innoc. *in ca. postulasti. de rescri.* dum dicit quod si aliquis habet redditum vel detentionem aut possessiones ab Ecclesia, debet de his facere mentionem, quod intelligitur in rescriptis de justitia, secus in rescriptis gratiosis, ut no. Doct. per illum tex. *in ca. postulasti. de rescrip.*

11. Quinta qualitas de qua impetrans beneficium non debet facere mentionem, est, ut non exprimat quod pater impetrantis est Canonicus in Ecclesia in qua iste impetrat Canonicatum, postquam non impetrat Canonicatum paternum, ut no. Cald. *Consi.* 10. *tit. de filiis Presby.* & ibi pulchrè dicit quod non debemus dicere quod aliqua taciturnitas reddat gratiam nullam, nisi ubi jus exprimit de illo faciendam mentionem, nam annullatio gratiæ est quædam pœna, [a] sed ubi jus vel judex pœnam non imponunt. non debemus dicere pœnam fuisse impositam. §. *in hoc.* 33. *qu.* 2. sed non est jure expressum de tali impedimento patris faciendam esse mentionem, ergo valebit impetratio, facit gloss. *in Cle.* 1. *quæ est gloss.* 5. *in ord. de præb.* & sequitur Feli. *in dicto. ca. in nostra. corrolla.* 3. *de rescrip.*

a Facit Calderinus Cõsil. 30. de præben. Cõsil. de rerum permut. C. M.

12. Sexta qualitas in beneficiis impetrandis est quod non est necesse facere mentionem de qualitatibus beneficii quæ insunt beneficio de jure communi: sed debet tantum exprimere qualitates quæ insunt de facto ratione consuetudinis Ecclesiarum, vel alio modo, ut no. Rota. *decis.* 6. *titu. de rescri.* ubi refert Urbanum Papam V. ita determinasse: idem etiam tenet Rota. *decis.* 33. *titu. de præben. in antiquis.* ubi ponit exemplum de cura animarum quam habet Archidiaconus de jure communi. *ca. ad hæc. de offi. Archid.* quia de ipsa non est opus facere mentionem, idem etiam tenet Lud. Roma. *in singulari.* 37. *incip. utrum nobilis.* ubi dicit quod Papa non potest dici deceptus quando malè exprimitur qualitas quæ inest de jure, & quo ad illam expressionem nobilitatis: de qua etiam loquitur Maria. *in rep. c. postul. colum.* 10. *de rescri.* ubi dicit se legisse Rot. ita tenentem, sed non recordari, de quo ita etiam sequitur Bal. *in c. cum ord. in* 2. *comm. in* 4. *col. ver. ut scias. de rescrip.* ubi tenet quod illud quod est expressum & certum in jure non indiget in rescripto expressione, & ideò impetrans super feudo non habet facere mentionem de consuetudinibus feudorum quæ jure scripto comprehenduntur, secus si esset consuetudo certi feudi exorbitans à consuetudine recti feudi, ut no. Bald. *in l. præscriptione. in 6. col. versi. venio ad* 1. *C. si contra jus vel utilitatem publi.* ubi dicit post glo. quod impetrans rescriptum super appellatione, & dicens se posse appellare post annum, non decipit principem, quia Princeps præsupponitur habere scientiam legis. *l. omnium. C. de testa.* saltem præsumptive. facit gloss. *in ca. præterea.* 23. *distin.* licet Papa non habeat semper secum sapientes, puta cùm vadit venatum: & licet sit fallendi intentio ex parte supplicantis, tamen ex parte principis præsumitur certa scientia, & hoc ubi exprimitur aliquid erroneè circa jus explicitum, secus si circa jus implicitum, puta si narratur, quod sententia transierat in rem judicatam: ista enim non sunt verba facti, sed juris simplicis, & tamen si verè non transivit in rem judicatam, istud mendacium reddit nullum rescriptum impetratum super executione sententiæ secundum eum, dilatantem se in aliis exemplis, de quibus per eum. Item qualitates quæ de jure insunt non egent expressione, ut not. Ægi. *decis. Rot.* 388. *cum simi.* ut no. Feli. *in c. super literis. in* 3. *regula. de rescrip.* ubi tenet quod non est necessarium exprimere ea quæ sunt notoria in curia, ut no. Fel. *in c. in nostra. corrolla.* 4. *de rescript.*

Septima qualitas in beneficiis impetrandis de qua impetrans non debet facere mentionem de illo quod non nocet taciturnitas eorum qui præsumunt notitiam Papæ, ut no. Rota. *deci.* 32. *ti. de rescri. in novis.* ponendo exemplum de stylo Curiæ in omnibus gratiis expectativis; exceptuatur prima dignitas post Pontificalem, quidam expectans obtinuit successivè per specialem provisionem Papæ talem dignitatem, & non dicit quod gratia sua expectativa exceptuabat eam, certè valet provisio: & si hoc expres-

Source : BIU Cujas

ſiſſet omnino Papa conceſſiſſet, quia per hanc expreſſionem nihil dixiſſet non cognitum Papæ quia præſumitur ſcire talem notorium ſtilum & illa deciſio ponitur per Ægi. *deciſio* 188. & not. Fede. *in trac. de rerum permuta. deciſio* 4. ubi dicit quod impetratio beneficii ex cauſa reſervationis obtenta non valet ſi beneficium eſt reſervatum, & de reſervatione non eſt facta mentio niſi reſervatio illa eſſet generalis & publicè nota, quia tunc præſumitur quod Papa illa ſciebat, quia de eo ejus expreſſio eſt ſuperflua, & licet taciturnitas reſervationis ſpecialis tacet impetrationem factam à Papa, ſecus eſt ſi taceretur reſervatio generalis & publicè nota, ut no. Fel. *in tract. de rerum permuta. q.* 4. & Pet. de Peruſio. *in tract. etiam de rerum permu. in* 4. *parte. q.* 3. *quæ eſt in* 16. *colum.* & Imol. *in cle.* 1. *prope fi. de rerum permu.* & ſi diceretur quod non eſt veriſimile quod Papa ignorat proprium factum. *l. quiſquis. Cod. de reſcin. vend.* reſpondetur quod veritas in contrarium tollit illam præſumptionem. *c. quia veriſimile. de præſump.* & *c. cæterum. de reſcrip. c. veniens. de præſcrip.* ſi tamen poſſet conſtare quod Papa ſibi reſervavit contemplatione Titii, & poſtea contulit Titio, valet collatio etiam non facta mentione de reſervatione: idem etiam ſi Papa reſervavit ſibi proviſionem beneficiorum, & contulit non facta mentione de reſervatione, quia utroque caſu non violatur cauſa reſervationis, & dicit Rota. *deciſio* 438. *tit. de præben.* Inno. ibi videtur tenere contrarium, videlicet quod facienda non eſt mentio de reſervatione ſpeciali: ſed beneficium de generali, & dicit Feli. ut ſuprà, quod credit ut non loquatur ſimpliciter de omni ſpecialitate, ſed de illa de qua ibi, videlicet quæ fit per regulas Cancellariæ: quia illa præſumitur notoria Papæ, dum dicit Rota de reſervatione generali, loquitur de illa quæ non eſt in regulis, ſed eſt facta per Papam, id eſt, non reſtricta ad certam ſpeciem beneficiorum, prout fit in regulis Cancellariæ, & de tali debet fieri mentio, ut dicit illa deciſio Rotæ fuiſſe ordinatum per Gregorium XI. & hoc habet verum niſi iſta generalis eſſet valde nota. & dicit Nicolaus Milis *in ſuo repertorio in verbo reſervatio.* §. 2. ubi laborat ſuper intellectu dictæ deciſionis, & in effectu illa deciſio vult ſecundum eum reſervationem cenſeri ſpecialem, quæ fit per regulas contra jus commune, quia quamquam ſit contra jus commune dicitur ſpecialis. *l. jus ſing. ff. de leg.* poterit tamen per regulam Papæ fieri una reſervatio contra jus commune quæ erit generalis, quo ad expreſſionem verborum, tamen appellabitur ſpecialis, quæ eſt Rotæ contra jus commune; & licet prædicta deciſio Rotæ dicat quod reſervationes contentæ in extravagan. Benedict. XI. quæ incipit *ad regimen Eccleſiæ*, generales ſunt, generaliter debet intelligi de his quæ erant ſecundum jus commune: quia ibi partium reſervationes narrantur quæ jam erant de jure communi, ut de vacantibus in curia vel de vacantibus extra curiam. *cap. præſenti. de præben. in* 6. & ſic Doct. circa iſtum articulum varia dicunt.

13. Sed quo ad faciendam mentionem reſervationis videtur tenendum inſpecta dicta deci. Rotæ. quod de reſervatione ſpeciali contenta in regulis curiæ non ſit neceſſaria mentio, ſecus de ſpeciali non contenta in regulis Cancellariæ. Item de generali opus eſt facere mentionem niſi generalis ſit valde notata, vel in jure communi expreſſa, & ratio, eſt quia exiſtentes in regulis præſumuntur notæ, & de eis Papa præſumitur recordari, non ſic de aliis, niſi ſint valde notæ. ut not. Rota. *deciſi.* 4. *titu. de reſti. ſpol. in novis.* & *deciſio* 39. *tit. de præben. in antiquis.* quæ dicit ſimpliciter quod non valet collatio de beneficio reſervato niſi per impetrantem fiat mentio de reſervatione, ut not. Ægi. *deci. Rotæ.* 425. & ubi apponitur clauſula *ſi non eſt alteri jus quæſitum* valet collatio, licet taceatur de reſervatione ſecundùm Rotam. *tit. de præben. deciſio* 22. *in antiquioribus.* & *ubi eſt clauſula iſta videlicet ac ſi nulla reſervatio facta foret.* includitur omnis reſervatio, ut not. Rota. *titu. de præben. deciſione* 24. *in antiquis.* & vide certas ordinationes curiæ Romanæ, de quibus per Rotam. *tit. de reſcrip. deciſio.* 1. *in novis.* ita etiam tenet Dom. de ſan. Gem. *in cap. poſtulaſti. colum.* 16. *ver. ut ex hac materia reſcriptorum. de reſcrip.* ubi etiam concludit quod ſi reſervatio Papæ fuit ſpecialis pro aliqua certa perſona, tunc non valet impetratio facta ab alio, niſi fiat mentio reſervationis, & idem not. Calde. *conſil.* 7. *de reſcrip. incipien. quis præferatur.* & hoc etiam procedit ſi conferat Papa motu proprio, & ratio eſt quia motus proprius non tollit jus tertii, ſi verò non reſervatur ſpecialiter pro aliquo generaliter & indefinitè quo ad unum beneficium tantum, & tunc ſi concedat gratiam motu proprio valebit, quia motus proprius excuſat litteras à vitio ſurreptionis, & non tollitur jus alterius, ſecus ſi non confert motu proprio, ſed ad inſtantiam: quia non valet collatio tacens de reſervatione certi beneficii, non quod Papa non poſſit conferre reſervatum, ſed quia in dubio non intendit ipſum conferre niſi aliter certificetur: ideo debet certificari de dicta qualitate & præſumitur reſervaſſe ex certa cauſa ſpeciali, quia non ſine cauſa præjudicat ordinario: & poſſet circumveniri per impetrantem niſi dicentem de reſervatione, & de ipſa Papa non recordatur, tamen ſi reſervatio eſſet facta ordinarii conferentis perſonis indignis, tunc valeret collatio non facta mentione reſervationis, ut not. Fede. ubi ſuprà, niſi reſervatio eſſet facta partim in favorem ordinarii collatoris, & partim in odium, quia tunc collatio non faciens mentionem de reſervatione non valet, ut not. Dom. per illum tex. *in c. cum olim. de re judi. in tex.* ibi Papa reſervat dicens, quod mandavit uni quod moneat ordinarium collatorem ut conferat, & ſi monitus non pareat, dabit ei poteſtatem conferendi, & ſic apparet quod per reſervationem noluit præcisè auferre poteſtatem ordinario, ſed ſolum in caſu negligentiæ: unde reſervatio partim fit favore ordinarii, & partim odio, & ideo non valuit impetratio tacita reſervatione in præjudicium juris ordinarii reſervati: & hæc procedunt in reſervatione ſpecialiter facta de certo beneficio, ſi autem reſervatio eſſet generalis reſpectu beneficiorum omnium provinciæ vel vacantium in curia. juxta. *c.* 2. *de præben. in* 6. tunc valet collatio non facta ejus mentione de reſervatione, ſi erat notoria in curia, ſi autem non erat ibi notoria non valet collatio non faciens mentionem de ea. ut no. Dom. *in dicto c. poſtulaſti. in ulti. nota. de reſcript.* & Lap. *in c.* 2. *de præben. in* 6. & ſic omnia præmiſſa ſunt intelligenda, & limitanda, an reſervatio eſſet notoria, & tunc non eſt neceſſaria mentio, ſecus ſi non eſſet notoria, ut tenet Feli. *in d. cap. in noſtra. de reſcrip. corrolla.* 5.

14. Octava qualitas in beneficiis impetrandis non eſt neceſſaria mentio in gratia reformatoria beneficia exprimere quæ erant expreſſa in prima gratia, ut no. Rot. *deci.* 17. *titu. de præben. in novis.* ideo gratia nulla, tamen exprimens neceſſaria operatur quod ſecunda reformatio illius non vitiatur ex taciturnitate, quæ ſunt expreſſa in prima, ex quibus infertur quod impetrans beneficiorum expreſſis beneficiis obtentis, ſed tacita de pendentia litis ſuper illo beneficio ſi poſtea reformat primam impetrationem expreſſa pendentia litis non nocet taciturnitatem beneficiorum ſemel in prima gratia expreſſorum, ut not. Rot. ubi ſuprà: dicendum tamen eſt quod quando ſecunda gratia, & jus erat acquiſitum ex prima, mutando ejus naturam, & inducendo etiam jus novum, tunc in tali gratia requiritur mentio beneficiorum quæ quis habebat. ut not. gloſ. *in c. ſi Apoſtolicæ. de præb. in* 6. quæ eſt glo. penul. ex quibus Fel. *in d. c. in noſtra* infert regulam generalem poſt Dom. de ſancto Gem. quod

Source : BIU Cujas

in omnibus litteris per quas jus antiquum augmentatur, vel per quas conservatur, debet fieri mentio talium beneficiorum, ut tenet Ludo. Rom. *in consil.* 384. *incip. in proposito casu.* quare ergo circa istum articulum est distinguendum.

Quod autem secunda gratia est in locum primæ gratiæ ad fines ut operetur solum illos effectus quos debebat operari prima gratia si fuisset valida, & tunc ex quo Papa plene informatur ex narratis in prima, non est opus illa exprimere in secunda, quia sicut concessit primam, ita etiam concederet secundam. Aut gratia augmentatur ratione primarum litterarum, & tunc cum ista concessio secunda videatur plus conferre quàm prima, requiritur quod omnia exprimantur quæ erant expressa in prima gratia, & non sequitur quod licet Papa concesserit quod est minus, ita concederet quod est plus, ut tenet Dom. *in d. c. si Apostolica. de præben. in 6.* & si dicatur quod glos. *in d. cap. si Apostolica.* loquitur etiam de litteris per quas jus acquisitum conservatur, potest dici secundùm Feli. quod loquitur de dispensatione, & illa non intrat in locum primæ gratiæ, sed confert sibi conservationem inductivam novi juris, & de qua non concurrit in Papa eadem facilitas concedendi quæ fuit in concedenda gratia, si enim dispensat, clarum est quod debet scire de aliis beneficiis dispensati, nam dispensatio nedum conservat primam gratiam: sed facit etiam impugnabilem quæ poterat impugnari: aut est gratia reformatoria, & tendit ad diminutionem particularem gratiæ primo loco concessæ, quia sola voluntas supplicantis sufficit ad inducendum Papam ad diminuendam primam gratiam, ut not. Ludo. *cons.* 362. *circa fi.* & ita allegat regulam Gregorii XI. quia verbum *reformare* sonat in diminutionem, alleg. glos. *in c. statutum. in princi. in verb. reformandum. de rescrip. in 6.* & tunc de illa prima gratia non est necessaria mentio. ut sentit Fel. *in c. in nostra. corrolla.* 16. *de rescrip.*

15. Nona qualitas in beneficiis impetrandis non est necesse impetranti exprimere acceptationem beneficii [a] quam fecit procuratorio nomine ipsius impetrantis eo ignorante, licet etiam impetrans post illam impetratam acceptationem procuratoris ratificaverit idem impetrans, ut not. Ægid. *deci.* 22. & sequitur Feli. *in d. c. in nostra.* facit tex. & ibi Docto. *in c. gratia. de rescrip. in 6.* & hoc limitatur non habere locum quando est verisimile quod impetrans habuisset notitiam illius acceptationis, & de hoc essent conjecturæ notabiles, quia tunc impetratio est surreptitia, & tunc per solum juramentum non probaretur ignorantia, ut not. Ludo. Roma. *cons.* 481. *incip. præsentis dubitationis.* Idem etiam not. Dom. de san. Gem. *in d. c. gratia. de rescrip. in 6.*

16. Decima qualitas in beneficiis impetrandis est quod impetrans non tenetur exprimere beneficium. quod prius habuit & renuntiavit, ut not. Lap. *alleg* 89. *incip. duo Prælati. col.* 4. *ver. item est sciendum.* & ibi etiam dat Doctrinam in hac materia quod ad hoc ut taciturnitas alicujus rei habeat vitiare gratiam, requiritur quod sit talis qua expressa princeps facilè non concessisset juxta not. *in c. super litteris. de rescrip.* quod debet intelligi secundùm communem cursum & stilum Cancellariæ, nam aliàs non posset unquam sciri an princeps fecisset gratiam, an non, forrè eam fecisset & fortè non, unde referendum est hoc ad probabilem conjecturam vel communem usum aliarum litteratum per principes concessarum seu solitarum concedi, unde non ideò diceretur gratia: quia tacuit flavum vel pusillum, vel quod jam habuit beneficium si renuntiavit, ut not. Rot. *decisio.* 54. *tit. de concessio. præben. in antiq.* ubi tenet quod de omni qualitate quæ habet movere vel alterare animum principis, debet fieri mentio, ut not. Rot. *decisio.* 22. *tit. de rescript. in novis.* & Ægid. *decisio.* 198. *cum simi.* ut not. Feli. *in cap. postulasti. de rescript.*

17. Undecima qualitas de qua impetrans beneficium non tenetur facere mentionem est de hospitali quod habet, quia in eo non habet titulum Ecclesiasticum, sed administrationem. *cle.* 2. §. *ut autem. de reli. domi.* & Paul. de Eleaza. *in* 1. *col. de offi. ordin.* & Maria. *in repeti. c. postulasti. col.* 17. *ver. sed quæro. de rescrip.* & hoc est intelligendum secundùm Feli. *in d. c. in nostra. corrolla.* 23. quando impetrantur litteræ in forma gratiæ: secus si in forma pauperum: quia tunc debet fieri mentio de hospitali, ut not. idem Dom. de sancto Gemi. *in ca. postulasti. col.* 19. *ver. sed quid de hospitali. de rescrip.* remittendo se ad ea quæ ibi dicit *in col.* 12. *ver. ex præmissis.* dum ponit quod oportet exprimere patrimonium ubi impetrantur litteræ in forma pauperum cum simi. ut not. Fel. *in corrolla.* 30. item & quod quando aliquis haberet hospitale in titulum, tunc indistinctè est facienda mentio de eo secundùm Domi. *in dict. c. postulasti. in sua lectura.* ubi dicit quod Lap. ita etiam tenuit. *de rescrip.* & generaliter quando dispositio loquens de Ecclesiis comprehendat hospitalia, not. And. Barba. *in c. litteris. col.* 2. *de consue. cum simi.* ut not. Feli. *in c. de quarta. de præscrip.* & dixi suprà in prima parte istius tractatus.

18. Duodecima [b] qualitas de qua impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de postulatione facta de illo beneficio nondum præsentata superiori, quia de illa non est facienda mentio, ut notat. Dom. de sancto Gem. *in repet. dicti cap. postulasti. in fin. de rescrip.* quia per postulationem nullum jus acquiritur postulato quoad beneficium, quia illa postulatio dependet à sola gratia. *cap. bonæ. in primo.* & *cap. pen. de postu. Præla. cap. cupientes.* §. *denique. de elect. in 6.* si ergo nullum jus quæritur postulato respectu tituli beneficialis valebit impetratio non facta mentione juris postulati, quod nullum est, quia de eo quod non est nulla mentio fieri potest. *cap. ad dissolvendum. de despon. impu.* ut not. Fel. *in dicto. cap. in nostra. corrollario.* 26.

19. Decima tertia qualitas in beneficiis impetrandis ab ordinario non est necessaria mentio de aliis beneficiis, quia ipse ordinarius præsumitur scire, ut not. Hostien. & Joan. And. *in ca. cum nostris. de conces. præbend.* dum dicunt quod non est opus in tali impetratione facere mentionem de possessione colorata alterius: quia apud ordinarium non cadit surreptio, cùm ipse præsumatur scire possessionem alterius. facit. *cle.* 2. & ibi Doct. *de offi. ordin.* tamen istud dictum Hostien. videtur reprobare Dom. Abb. post But. *in cap. cum nostris. col.* 6. *de concess. præbend.* dicens quod colorata possessio alterius reddit invalidam collationem alteri factam: & attenditur ista invaliditas etiam in collatione ordinarii, ne videatur conferri beneficium viventis, & non inspicitur surreptio. Idem tenet Imol. *in dicto cap. cum nostris. in col.* 11. *versi. plus etiam dicit:* quia secunda collatio quæ fit post primam non cassatam non videtur tenere, ut not. *in cap. auditis. de elect.* & subdit Imo. *in dicto cap. cum nostris.* post Abb. quod ubi taciturnitas non causat invaliditatem & surreptionem, tunc coram ordinario non notatur surreptio in his quæ sunt verisimiliter ei nota, & est verum quod idem dicimus in Papa, ut not. Feli. *in dicto ca in nostra. corrolla.* 5. sed in hoc est differentia, quia multa sunt quæ præsumuntur nota ordinariis & non Papæ, hinc est quod in impetratione quæ fit ab ordinario non est necessaria expressio qualitatum beneficii. *ut dict. cle.* 2. *de offi. ordi.* ubi etiam dicitur quod non est necesse coram ordinario facere mentionem de alio beneficio quod habet impetrans, & sic videtur dicendum quod in impetrationibus quæ fiunt ab ordinario non sit necessaria mentio aliqua nisi quatenus jure est expressum, quando non tacetur aliquid quod reddat

[a] Alterius, nõ ejus quod impetrat. C. M. Contra judicatũ in magno consilio anno 1627. utsuprà dict. ad quæst. 11. sed hoc intellige acceptãte eo qui prius ignoraverat, secus si repudiaret beneficium. I.

[b] Ego puto in his qualitatib. 11. & 12. quod imo sunt exprimenda, quia possunt alterare animum concedentis qui non esset æque faciliter concessurus. C. M.

Imo inutilis apud ordinarium expressio, cùm non possit dispensare, sed hoc suis conjunctum collationibus jus, ut si incompatibilia cõferat per adeptionem secundi pacifici vacet primum; simplicium tenet collatio. I.

Source : BIU Cujas

collationem nullam per ea quæ not. Cardi. & alii Doct. *in Clem. 2. circa fin. de offi. ordi.* & ibi Dom. Abb. ubi tenet quod ordinarii præsumuntur melius scire qualitates impetrantium & beneficiorum, quàm Papa vel Legatus, & ordinarii dicuntur conferre motu proprio & providere Ecclesiis. Papa autem & Legatus provident personis, & tenet Rota *decisio 14. titu. de rerum permut. in antiquis.* quod permutatio facta in manibus ordinarii tacito de aliis beneficiis quæ habet permutans valet, secus in manibus alterius, ut not. Feli. *in cap. in nostra. corrolla. 39. de rescript.* & idem Feli. etiam subdit. *in cap. ad aures. conclusio 14. eo. tit. de rescrip.* quod si quis exprimat falsum valorem ordinario collatori non vitiatur impetratio, quia in impetratione quæ fit ab ordinario non considerantur istæ mentiones vel taciturnitates, *ut dicta Clementi 2. de offi. ordi.* & illud de surreptione vel obreptione procedit quando impetratur à Papa, ergo in aliis ordinariis stat jus commune. *cod. de testa. l. sancimus.*

Et si diceretur quod ubi expressio non est necessaria tamen si malè fiat nocet, ut not. Feli. *in dicto cap. ad aures. conclusio. 2.*

Ad istud respondetur quod ibi illud procedit propter periculum ne Papa decipiatur, qui viso certo valore providetur ei cui fortè non providisset; quæ ratio non cadit in ordinario qui præsumitur informatus de qualitatibus subditorum & Ecclesiarum suarum, & dicere oppositum inferret Episcopum non visitasse diœcesim vel malè visitasse, ideò talis expressio denigrativa honoris Episcopi rejicitur, not. Feli. ubi suprà & dicit Car. *in dict. Clem. 2. colum. ulti. de offi. ordi.* quod ordinarii semper videntur providere motu proprio & ipsi provident Ecclesiis, Papa autem providet personis, & ideo collationibus ordinariorum non potest opponi surreptio secundùm eum; in collatione verò legati Feli. ubi suprà dicit, quod non putat necessariam mentionem valoris, tamen si exprimeretur secundùm eum falsus valor, fortè collatio non valeret, quia in provisionibus Legati habet locum allegatio subreptionis. *cap. fin. de offi. Leg. in 6. & d. Clem. 2. de offi. ord.* & postea dicit idem Legatus circunventus, quia providet personis sicut Papa, non Ecclesiis secundùm Card. ubi suprà, & strictiùs agitur in suis collationibus: hinc est quod si ipse conferat motu proprio habenti aliud beneficium qui ipsum non expressit, potest opponi de surreptione, ut not. And. Barba. *in ca. nisi. col. 20. de offi. Leg.* tamen communis opinio est in contrarium. ut not. Feli. *in dicto. cap. ad aures.* & in quantum superius est dictum, quod collatio ordinarii non potest dici surreptitia si non exprimantur qualitates personæ & beneficiorum.

Limitatur istud singulariter non procedere, quando Episcopus dispensaverit cum illegitimo, ut possit habere minores ordines & simplex beneficium, & post modum tacito de prima dispensatione ab eodem Episcopo impetretur secunda dispensatio super pluralitate beneficiorum simplicium, non valet ista secunda dispensatio, ut tenet gloss. in verbo *eodem. in cap. 2.* & ibi Docto. *de filiis Presbyt. in 6.*

20. Decima quarta qualitas in beneficiis impetrandis est quod non est opus facere mentionem de beneficio annexo, sed sufficit exprimere principale, ut not. Rota *deci. 40. tit. de rescrip.* & Joan. And. & ibi Dom. de sancto Gem. *in ca. super eo. de præbend. in 6.* & Petr. Ancha. *in regula accessorium. col. 4. ver. item facit. de reg. jur. in 6.* intelligit præmissa quando una Ecclesia est accessoria alteri, secus si ambo pariter uniuntur, quia tunc de utraque debet fieri mentio. ut not. *in ca. 1. ne sede vacan.* & *in Clem. 1. de præben.* & Pau. *in Clem. 1. de elec.* & Pet. de Anch. *in Clem. 1. col. 7. vers. 12. not. de exces. Præla.* & Dom. de sancto Gem. post Lap. *in dicto cap. super eo. de præbend. in 6.* & cognoscitur quod unum est principale ex verbis unionis, aut ex denominatione librorum antiquorum, ut not. gloss. *in Clem. per litteras. in verbo Ecclesias. de præbend.* & dicit Feli. *in dicto cap. in nostra. corrollario. 33.* credit quod Petr. de Ancha. *in d. regula accessorium.* voluit allegare illam glossam quando allegavit not. *in Clem. 1. de præbend.* & tenet Imo. post But. *in d. Clem. per litteras. colum. 4.* quod in dubio illud quod est magis dignum præsumitur principale, & illud quod est minus dignum præsumitur accessorium, ut not. Petr. Ancha. *cons. 109.* & Ange. *in l. sed si plures. §. filio impuberi. ff. de vulg. & pup.* ubi dicit quod impetrans Ecclesiam intelligitur etiam impetrasse Ecclesiam illi unitam; allegant. *dict. ca. super eo. de præbend. in 6.* ubi dispositio unitorum debet esse uniformis, adde etiam quod ubi beneficium est unitum & annexum alteri, perdit nomen beneficii, & non debet dici beneficium sicut ante unionem dicebatur, ut not. Rota *deci. 10. titu. de rebus Eccle. non alie. in antiquis.* Maria. *in repeti. cap. sicut unire. articu. 8. qu. 12. de exces. Præla.* & Dom. de sancto Gem. *in cap. cum personæ. §. fin. col. ulti. ver. in eo vero. de privi. in 6.* ubi dicit quod si Ecclesia exempta uniatur non exemptæ perdit exemptionem, quia assumit naturam suæ principalis, & è converso, si non exempta unitur & efficitur exempta, sed si uniantur simul, ita quod una non subjiciatur alteri, tunc nulla earum mutat naturam, quod facit ad prædicta, & in hoc de exemptione quam acquirit monasterium non exemptum unitum exempto, not. Cal. *cons. 11. tit. de privi. cum simi.* ut not. Feli. *in cap. in nostra. corrolla. 33. de rescriptis.*

21. Decima quinta qualitas in beneficiis impetrandis est quod non oportet facere mentionem de modo vacationis, & omnis modus comprehenditur quando nullus exprimitur: ut notant Lapus. *allega. 6. colum. 2.* & Rota *deci. fin. tit. de rescript.* & idem not. Dom. de sancto Gem. post Joan. And. *in c. susceptum. colum. pe. de rescrip. in 6.* ubi allegat glos. *in cle. 1. in verbo quamvis. de præbend.* quæ vult quod non est necesse exprimere modum vacationis per quem providetur beneficio, ut not. Feli. *in d. c. in nostra. corrolla. 32.* facit glos. in verbo *vacationibus in c. cupientes. in princ. de ele. in 6.* quæ vult quod verbum *vacatio* simpliciter prolatum includit omnem modum vacandi, etiam in materia pœnali, ut not. Maria. *in repe. c. postulasti. col. 46. ver. secundo.* & no. etiam Fran. Panvi. *in trac. de sede vacante. fol. 9. col 1.* ibi, *& si nullus modus.* facit glos. in verbo *vacabunt. in c. si propter. de rescrip. in 6.* & glos. 2. *in c. 1. ne sede vacante. in 6.* facit etiam glos. *in cle. ne Romani. in verbo moriente. de elec.* & *in cle. 1. in verbo mori. ut lite penden.* & *in c. sicut. in verbo moriatur. in c. quamvis. in verbo decedentium. de præben. in 6.* & *in c. fi. in verbo decessum. de concess. præbend. in 6.* & Dom. Abb. *in dispu. incip. Episcopus. circa fi. in q. ultima.* & *in c. licet. col. 5. vers. sed adverte ad unam notabilem objectionem. de elec.* tamen si in impetratione beneficii exprimeretur unus modus vacationis, non veniret alius modus. *c. susceptum. de rescrip. in 6.* Nec obstant aliquæ ex glossis prædictis allegatis dum extendunt text. loquentes ad vacationem per alios modos, quia loquitur in materia non odiosa. facit. *c. susceptum. de rescript. in 6.* quod procedit in odiosis & ambitiosis, ut not. Dom. Abb. *in d. dispu. incipien. Episcopus. ad fin.* & Dom. de san. Gem. *in d. c. susceptum.* & prædicta teneas pro communi resolutione, & cum istis concordat Bal. *in c. cum accessissent. col. 3. de consti.*

Et istud limitatur secundùm Feli. ubi suprà primò non procedere quando impetratur rescriptum *si neutri*, quia debet fieri mentio de qualitate beneficii & de vacatione & modo vacandi, ut not. Rota *deci. 34. titu. de rescrip. in novis.*

Limitatur

Hæc clausula omnia vacationum genera comprehendit in persona expressa & nominata in principio signaturæ, quasi diceret *aut alias quovismodo vacet* in persona resignantis clausula & *ex cuiuscumque persona* comprehendit genus vacationis expressum in principio signaturæ in omnibus personis, ut si impetret per obitum Joannis, *clausula aut ex cuiuscumque persona* porrigitur ad obitum cujuscumque personæ, & hæc collatio differt à signatura *certo modo, licet quidam pro clericis*, & quæ omnia genera vacationum & omnes personas comprehendit Rot. decis. 1. de rescript. in novis. I.

Source : BIU Cujas

Limitatur etiam secundò nisi præsumitur superiori decretum electionis ut confirmet electionem, ut not. glos. *in verbo decreto. in c. innotuit. de elec.* quia in eo non solùm debet dici de vacatione, sed etiam vacationis modo, ut not. Joan. And. post Post. *in c. post translationem. in prin. super verbo ad Ecclesiam. de renun.* & sequitur Dom. Ant. *in 6. col. in ver. ultimo.* dicunt hic Doct. & Dom. de san. Gem. *in d. c. susceptum. de rescrip. in 6.* & dic quod istud non est necessarium etiam in decreto, ut not. Imo. *in c. Ecclesia. in primo.* & *in c. Cumana. de elec.* & *in dict. ca. post translationem. de renun. & col.* 1. ubi dicit post Card. quod licet hoc fieri possit, non tamen est necessarium, ut patet. *in d. c. Ecclesia. de elec.* quod dictum est ponderandum, quia expresso uno modo vacationis non venit alius modus: fallit & limitatur ubi communis opinio est quod vacat uno modo, quamvis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem quando est unicus impetrans ex illo capite putativo & non habet coimpetratorem qui impetraverit, ex alio vero capite secundùm Lapum. *alleg.* 89. *incip. duo prælati. col.* 9 & sequitur Dom. *in d. c. susceptum. col.* 3. & Maria. *in repe. c. postulasti. colum.* 66. *de rescrip.*

Limitatur tertiò, nisi aliud appareat de intentione impetrantis. facit text. & ibi Lapus. *in dicto cap. susceptum. de rescrip. in 6.*

Limitatur quartò in acceptatione, quia licet beneficium acceptetur tanquam vacans per mortem Sempronii, & in veritate vacet per mortem Titii, illud non vitiat acceptationem, si aliàs constat de corpore, secundum Dom. de san. Gem. *in d. c. susceptum. col.* 3. *de rescrip. in* 6. ita tenet Rota. *deci.* 23. *tit. de rescrip. in antiquis. deci.* 10. *tit. de concess. præben. etiam in antiquis.* & etiam valet acceptatio beneficii expectantis non exprimens modum vacationis, ut not. Rot. *deci.* 22. *de præb. in novis deci.* 7. *tit. de concess. præb. etiam in novis.*

a Bellamer. decis. 26. C. M.

Limitatur a quintò non procedere quando exprimitur certus modus vacationis cum clausula *vel alio quovismodo vacet*, quia tunc omnis modus comprehenditur per illam clausulam generalem, ut not. Rot. *decisio.* 17. *titu. de rescrip. in novis.* & *decisio.* 67. *titul. de rescript. in antiquis.* & *decisio.* 12. *de re jud. in novis.* Sed istud est dubium arduum, utrum illa verba. *vel quovismodo.* possint importare, quod etiam si vacaret ex persona alterius quàm illius de quo est dictum, impetratio tamen valeat virtute illius verbi. ut no. Dom. de sancto Gem. *in d. c. susceptum. col.* 2. post Joan. de Lig. *de rescri. in* 6. quia tunc venit etiam vacatio per mortem alterius, & ita etiam firmat Rota. *de concess. prabend. deci.* 69. *in antiquis.* & *deci.* 12. *tit. de præbend. in antiquis.* Et rationem assignat, quia illa clausula generalis *quovismodo.* respicit beneficium, non autem personam. Sed contrarium tenet Lapus. *in d. c. susceptum.* quod imò illa verba. *vel alias quovismodo vacet*, intelligantur scilicet ex persona expressa in rescripto, non autem ex alia persona, ubi dicit se ita consuluisse & obtinuisse. Et idem etiam tenet latissimè Rot. *deci.* 1. *tit. de rescrip. in novis.* & *deci.* 8. & etiam *decisi.* 37. & *decisio.* 67. *tit. de rescript. in antiquis.* & Ægi. *decisi.* 110. & etiam Imo. post Car. *in c. fi. in prin. de præben.* & Maria. *in repe. c. postulasti. col.* 67. *ver. sed circa prædictas. de rescrip.* & Cardi. *consi.* 33. *incip. in hac dubia causa.* nisi secundùm eum diceretur *vel alio quovismodo vacet*, propter illud verbum *vacet* intelligitur etiam si ex persona alterius, sunt enim duæ præpositiones, & sic ad diversa subjecta referuntur, ut etiam si vacet ex persona alterius debeatur, & istud consonat. licet etiam hoc casu contrarium teneat Rot. *deci.* 37. *tit. de rescript. in antiquis.* & prædicta debent intelligi quando exprimuntur duæ personæ tanquam beneficium vacet ex altera earum, quia si vacat ex persona tertii, non valet impetratio, ut not. Ægi. *decisio.* 110. & sequitur Feli. *in d. c. in nostra. circa. fi. de rescript.*

Limitatur & sextò in materia non odiosa: quia veniunt in ea omnes vacationes licet exprimatur vacatio per mortem, ut not. Dom. Abb. *in d. disputatione incip. Episcopus.* & sic debent intelligi glossæ superiùs alleg. ita not. Dom. de sancto Gem. *in c. susceptum. de rescript. in* 6. & quando in rescripto ponitur cum cedente vel decedente, non extenditur ad privationem: ut not. Tho. Fasioli dubio Rotæ 46. & si dicitur in scripto provideas de præbendis portionibus & præstimoniis decedentium, ista omnia referuntur ad præstimonia: unde si præbenda aliter vacet quàm cessione vel morte detinentis: ille modus vacationis expressus refertur solùm ad proxima, ut not. Thomas Fasioli ubi suprà *cum simili.* ut not. Feli. *in c. causam. de rescri.* & litteræ ad beneficium vacaturum per privationem Titii expirant illo mortuo ante privationem quia non potest privari post mortem, ut not. Rota. *tit. ut lite pen. decisio. ultima. in novis.* Item scias quod impetrans beneficium vacaturum ex contractu matrimonii, non habebit vacans per renuntiationem factam in Cancellaria, ut not Rot. *decisi.* 21. *tit. de præbend. in novis.* & mandatum Papæ de providendo Titio post privationem faciendam de homicidio si moriatur ille homicida, prius renuntiat bona fide, & ignorans de tali impetratione, expirat gratia, secus si sciret: b ut not. But. *consil.* 43. *incip. in Christi.* Item secus si esset privatus ipso jure, ut not. Rota. *de re judi. decisio.* 5. *in antiquioribus.* ubi videtur renuntiatio facta ab illo contra quem inquiritur de crimine digno privatione: ut not. glos. *in c.* 2 *in verbo si ita. ut lite pen. in* 6. & scias quod si quis narret in supplicatione quod beneficium vacat. *ca. de multa. de præbend.* & *c. licet canon. de elec. in* 6. *cum simi.* ut not. Feli. *in c.* 2. *de rescri.* & *in c. querelam. de jurejur.* Et notandum est quod gratia super assecutione beneficii quod expectatur vacare per assecutionem à te fiendam de alio, & optionem à te factam de primo dimittendo, expirat si obtines à Papa posse illud permutare & secundum retinere: etiam si de mea gratia nihil dixeris nisi in gratia mea diceretur, *vel alio quovismodo*, ut not. Rota. *tit. de re judic. conclusione* 12. *in novis.* & impetratio de beneficio tanquam vacante per mortem non valet, si ille vivit, licet postea moriatur: ut est regula Cancellariæ 22. in ordine quæ incipit. *Item voluit*, quod si quis supplicaverit, & etiam non valet impetratio facta tanquam de beneficio vacante per mortem quando mortuus erat solum electus, non confirmatus: ut not. Rota. *decisi.* 5. *tit. de elec. in novis.* propter gloss. quam extollit. *in cle.* 1. *in verbo collatio. ut lite pen.* & ibi Dom. Abb. post alios, & Dom. de sanct. Gem. *in c. si electio. col.* 2. *de ele. in* 6. & per eum tenet Bald. *in repeti. l. Æmilius. col.* 10. *ff. de mino.* quod aliud est esse conferendum aliud esse collatum, & quod si moritur in curia, ille cui beneficium erat conferendum non vacat in curia, secus si erat collatum, & dum illa glos. dicit quod collatio tollit vacationem Ecclesiæ, limitatur nisi sit appellatione suspensa, ut not. Dom. de sanct. Gem. *in e. si postquam. in fi. post glos. de elec. in* 6. quod est valde notandum contra impetrationem factam per talem vacationem & si quis impetrat beneficium vacans vel vacaturum morte Titii, veniat beneficium vacans etiam morte violenta, ut not. Doct. *in d. c. susceptum.* & ibi Dom. *col.* 1. *de rescript. in* 6. tamen si impetrans fuisset causa mortis Titii, non valeret impetratio, ut not. Joan. de Ana. *in ca. fi. col.* 3. *de homi.* per ea quæ not. Bald. *in l si tibi. Cod. de dona. ante nup.* ubi tenet quod licet donatio quæ confirmatur morte: ita etiam confirmatur si quis interficitur, ac si moreretur morte sua: ut ibi, tamen illud fallit si interficitur à donatario, per ea quæ notantur. *in l. si ab hostibus.* §. *si vir. ff. solu. mat.* & considera quod si dictus impetrans fuit causa mortis illius, adeo quod sit in culpa, indubitatum est quod non debe-

b Quæstio. Tolosa. 43. C. M.

Source : BIU Cujas

tur ei beneficium propter irregularitatem ; sed si fuisset causa, tamen caruisset culpa , non creditur quod dictum Joan. de Ana. procedit ex quo non est incapax beneficii habiti cum simi. ut not. Feli. *in d. c. in nostra. circa finem. de rescript.*

22. Decima sexta qualitas in beneficiis impetrandis est quod impetrans non tenetur facere mentionem qualiter capitulum Ecclesiæ præfigit diem ad conferendum præbendam vacantem , & posuit edicta ad vocationem absentium, si interim impetretur, impetrans non tenetur facere mentionem : ut not. glos. *in c. 1. in §. visum. in verbo non valeant. de colla. in prag.* ex quo dicti Canonici nondum concluserant , nec ad tractatum collationis processerant , & rationem assignat , quia res erat adhuc integra & prævenit Papa ; facit. *c. nbi periculum. §. sane. de ele. in 6.* ubi dicitur res integra antequam electio sit celebrata. *arg. c. præsenti. de offi. leg. in 6.* ubi res est integra quousque fuerit collatio facta , nam in ista derogatione legati expirat reservatio , etiam si factus fuerit processus super eam de executore , nisi fuerit collatio facta, quod capitulum habet locum in omnibus litteris gratiosis , non de simplici justitia legatorum , quorum jurisdictio non est ita naturalis & favorabilis, ut aliorum ordinariorum , ut not. *in cle. 2. de offi. ordi.* ut expirent expirante legatione ex quo non fuit processum ad collationem vel receptionem , licet processus fuerit factus , ut not. Fede. *consil. 299.* & not. Inno. & Compost. *in c. in causis. de elec.* ubi dicitur quod in extra judicialibus negotium desinit esse integrum cùm attinguntur substantialia ipsius negotii , puta cùm eligentes cœperunt tractare die adveniente loco solito de ele. & dare voces suas hoc modo res non est integra , ut notatur *in d. c. in causis.* & not. Henri. *in c. constitutus. de concess. præben.* & notatur *in c. si eo tempore. de elect. in 6.* ibi *vel alia quæ præcedunt.* Et illud intelligi potest quod reservatio Papæ non vitiat electionem, vel alia quæ præcedunt, scilicet substantialia ipsius electionis , licèt electio nondum fuerit facta , sed si solemnitatibus electionis tantummodo aliquid factum esset , electio adhuc esset res integra , puta si cantassent Missam de sancto Spiritu, vel intrassent capitulum , sed de electione nondum tractassent. *arg. l. si pecuniam. ff. de condi. ob causam. l. ante litem. & l. seq. ff. de procu.* ubi res est integra quo ad procuratoris revocationem quousque lis contestetur, licet multa præcedant,ut exceptiones declinatoriæ fori. *c. 1. & 2. de procu. in 6.* & sic dicendum est in præsenti casu quod valet præventio Papæ in præjudicium illius tract. sive illius præambuli ad futuram electionem , & cum in talibus casibus facile Canonici possent præveniri , bonum esset & canonicum ut Papa vel concilium super his provideret , ut not. Post. *in summa. tit. de elec. §. qualiter facienda. ver. quid si timeant.* ubi dicit quod si timeant canonici ne Papa vel Legatus præveniat eos, quia propè sunt , aut cursor aliquis qui solet uti diplomate celeriter profectus , ipsi eligentes possunt eligere absentibus non vocatis & bene facient cum absentes si quid factum est , ratificent , ut tenet glos. *in c. 1. §. visum. in ver. non valeant. de colla. in pragma.*

23. Decima septima qualitas in beneficiis impetrandis est quod impetrans non tenetur facere mentionem de his quæ ipse ignorat tempore impetrationis , ut est text. *in c. gratia. de rescrip. in 6.* ubi impetrans non tenetur exprimere quod sibi ignoranter fuit collatum tempore impetrationis , ut not. Dom. Abb. & Feli. *in c. super litteris. de rescrip.* & Soci. *consil. 14. incip. visa Bulla Bonifacii. ver. primum fundamentum* ibi , *ex quibus infero.* & Cardi. *consi. 23.* & *consi. 169.* & *consi. 35.* & etiam 273. & hoc habet locum secundùm eos quando ignorantia est probabilis , licet debeatur exprimi , tamen tacetur per ignorantiam , ut not. Joan. And. But. Imo. Domin. de sancto Gem. & Dom. Abb. *in d. c. super litteris. de rescript.* Idem etiam tenet Dom. *in c. gratia. col. 2. de rescrip. in 6. per illum tex.* ubi inferunt Doct. quod ille tex. non est casus specialis , quia idem est dicendum in similibus , & istud sequitur Feli. *in d. c. super litteris. ver. secunda conclusio.* tamen Dom. Abb. ubi suprà intelligit istud procedere quando non agitur de præjudicio tertii de quo non est facta mentio , quia licet ignorantia esset probabilis non excusaret , ut est tex. & ibi Do. Abb. *in c. constitutus. in 2. not. de rescrip.* & dicit Calde. *consi. 14. tit. de rescrip.* quod taciturnitas electionis de alio factæ vitiat istam impetrationem, quamvis impetrans probabiliter ignorabat electionem , quando electio est valida , vel etiam esset annullanda , & hoc habet locum propter defectum intentionis principis arg. *c. super eo. de offi. de leg.* & sequitur Dom. *in c gratia. de rescrip. in 6.* ubi etiam subdit , secus esset si electio esset nulla. cum simi. ut not. Feli. *in d. c. constitutus.* & *in c. super litteris. de rescrip.* & dicit Do. Abb. *in d. c. super litteris.* præmissam qualitatem procedere dummodo Princeps fuisset aliàs concessurus illam gratiam [a] si illud fuisset expressum id quod per ignorantiam tacuit impetrans , licet fortè non ita facile, per text. *in d. c. gratia. de rescrip. in 6.* ex quibus Feli. *in d. c. super litteris.* infert quod ex dicto Dom. Abb. sequitur magna limitatio ad regulam. *c. postulasti.* ibi *de levi. de rescrip.* ubi dicitur quod tacere id quo expresso non ita facile fuisset obtentum rescriptum , vitiat ipsum rescriptum, nam illud habebit locum quando impetrans erat certificatus de illa qualitate quæ retraheret Papam ad ita faciliter non concedendum, ergo per dictum Dom. Abb. illa taciturnitas & regula illius. *c. postulasti.* non procedit quando impetrans probabiliter ignoraret, & illud satis bene probatur. *in d. c. gratia.* tenendo, prout communiter tenetur, quod non ponat casum specialem, quia si Papa ibi sciviſſet de alio beneficio non ita faciliter concessisset , & tamen quia illa taciturnitas erat cooperta justa ignorantia rescriptum valet , tamen Imo. *in d. c. super litteris.* videtur dicere quod imo ibi Papa non concessisset si sciviſſet per tex. *in c. si proponente. de rescrip.* sed Feli. *in d. c. super litteris. versi. 2. conclu.* dicit quod melius est dicere secundum Abb. quod non ita Papa faciliter concessisset , nam ex quo ille non acceptaverat beneficium alibi ei collatum , non est verisimile dicere quod Papa etiam de illo sciens retraxisset se in totum ex quo alterum ex eis erat dimissurus , quoniam utrumque erat compatibile , & præmissa qualitas procedit dummodo stante validitate rescripti possit reduci ad terminum juris communis. ut no. But. Imo. & Domi. *in d. c. super litteris. de resc.* Et rationem assignant. *in d. c. gratia.* quod non servatur præcise forma rescripti : sed reducitur ad jus ut alterum dimittat : & sic remanet substantialitas rescripti quando dimittit beneficium alibi obtentum : si autem dimittit impetratum à Papa , non corruit rescriptum surreptione , sed ex renunciatione , secus si non potest reduci ad terminos juris communis , & sic habet locum , & debet intelligi. *d. c. constitutus. de rescript.* & tenet Dom. Abb. *in c. super litteris.* videtur reputare impossibile quod gratia beneficialis reducatur ad jus commune : quia mens principis est non facere gratiam in alio casu quam in expresso. per text. *in c. cui de non. de præb. in 6.* Sed ex verbis quæ postea ipse subdit potest dici, quod aliud est quærere, an gratia possit excedere casum suum: & dicendum est , quod non , per tex. *in d. c. cui de non. de præb. in 6.* secus est ubi gratia non mutat casum suum, quia tunc potest reduci ad terminos juris communis. per tex. *in c. si eo tempore. de rescrip. in 6.* & secundum Feli. *in d. c. super litteris.*

24. Quod præmissa procedunt dummodò ista reductio ad jus commune fiat ex propositione verborum rescripti : *ut d. ca. gratia. de rescrip. in 6.* secus

[a] Imo etiam si nullo modo erat concessurus gratiã, cum agitur de præjudicio tertii, & possit fieri reductio ad jus commune. C. M.

Source : BIU Cujas

si verba impropriarentur ultra mentem & communem intellectum verborum, quia tunc quamvis reductio fieret ad casum, in quo Princeps pariter vel facilius concessisset, non fieret reductio. ut not. Imo. quem sequitur Feli. *in d. c. susceptum. eo tit. de rescrip. in 6.* ubi expresso uno modo vacationis alius modus non comprehenditur. Et ratio assignatur per Dom. quia verba erant ibi taxativa, ut not. Dom. Abb. & Feli. *in d. c. super litteris. de rescrip.* & præmissa etiam procedunt nisi surreptio ex ignorantia fuisset, circa ea quibus bene specificatis Papa in totum denegasset litteras, quia tunc nec ignorantia nec simplicitas excusant, ut not. Imo. & ibi etiam Dom. Abb. *in d. c. super litteris. de rescrip.* & ibi etiam Feli. *per c. constitutus. eo tit. de rescrip.* ubi Dom. Abb. reprehendit Bar. volentem quod isto casu sustineatur gratia si potest reduci ad terminos juris per. *d. c. gratia. de rescript. in 6.* tamen dicit Dom. Abb. ubi supra quod non traditur ibi ille casus ad dispositionem juris, dum loquitur de beneficiis compatibilibus: imò gratia sortitur in totum effectum suum, sed de jure communi clericus beneficiatus non debet ad aliud reputari idoneus. *d c. is qui.* Tamen dicit Feli. ubi suprà quod Dom. Abb. non respondet. *ad d. c. gratia.* per quod videatur destrui ista limitatio arguendo sic. Papa non præsumitur velle concedere beneficium beneficiato. *c. si proponente. c. cum adeo. cum simi. de rescrip.* ergo si tacetur de beneficio incompatibili, tacetur id quo expresso Papa litteras non dedisset, & tamen tacere hoc ex ignorantia non vitiat litteras beneficiales. *d. c. gratia.* & dicit Fel. ubi supra quod illud assumptum, videlicet quod si Papa scivisset de alio beneficio compatibili non dedisset secundum, non est simpliciter verum, quia licet non ita faciliter dedisset, tamen non est verisimile quod in totum denegasset ex quo propter incompatibilitatem nihil fit, quod sit ita toto juri exosum sicut alias est pluralitas incompatibilium. Ita etiam tenet Bar. *in d. c. super litteris. col. 12. vers. in tertia regula.* quem etiam sequitur ibi Do. de sancto Gem. dicens nulli dubium esse, quod si impetrasset super compatibilibus ignoranter sub hac forma ut possim habere secundum, si tenere possum secundum formam juris communis valet impetratio, repugnat ergo surreptio formæ rescribendi, ut præcisè habeat ea quæ non sunt de substantia rescripti: secus quando non est provisum contra vitium rescripti ex juris dispositione: ut *ca. constitutus. de rescript.* ubi ille qui ignoranter tacuit de numero canonicorum tunc rumperetur numerus contra intentionem Papæ, secundum Docto. ibi per illum text. *in d. c. constitutus.* & nemo negabit, quod si primum compatibile cum secundo non esset tenue, sed sufficiens princeps non dedisset secundum sciens de primo. Et si diceretur quod *ca. gratia.* sit taciturnitas talis qualitatis, qua expressa non obtinuisset, & tamen hoc non nocet, quare videtur dicendum secundum eundem Feli. ubi supra, quod in hoc secundo casu de compatibili illud. *c. gratia.* continet provisionem specialem non extendendam: [a] ut dicit ibi Joan. And. ex quibus est notandum, quod si aliquis supplicat quo aliquo in ejus absentia aliqua surreptio non imputatur absenti licet supplicans tacuerit in supplicatione aliqua beneficia absentis: ut ordinavit Urbanus Papa, ut refert Rota *decisio. 68. titu. de rescrip. in antiquis.* sentientes, quod ignorantia excusat surreptionem isto casu, etiam ubi alius princeps non concessisset. *d. c. gratia. de rescript.* & in omnibus casibus in quibus litteræ gratiosæ & litteræ de justitia sunt æquiparatæ quò ad terminos hujus qualitatis semper est subintelligenda una differentia, videlicet quia litteræ gratiosæ maxime, beneficiales, quando reputantur surreptitiæ sunt nullæ ipso jure; sed litteræ de justitia surreptitiæ debent irritari per sententiam, quæ differentia multum importat secundùm eum propter validitatem processuum. Tamen circa istum articulum est dicendum omnibus ponderatis, quod ignorantia excusat impetrantem, ita quod valebit impetratio si posset reduci ad terminos juris, & verba expressa in rescripto illud patiantur. *d. c. gratia. de rescrip. in 6.* secus si ageretur de præjudicio tertii, non quod gratia dicatur surreptitia: sed nunquam fuit intentio Papæ, illam concedere in præjudicium tertii, & sic habet locum. *c. constitutus. de rescrip. arg. c. super eo. de offi. deleg.* & *c. quamvis. de rescrip. in 6.*

25. Decima octava qualitas in beneficiis impetrandis, quod non est necesse exprimere ea quæ sunt notoria in Curia Papæ, ut not. Fede. *in tract. suo. de rerum permu. col. 3. q. 4.* & Pet. de Peru. *in suo tract. etiam de rerum permu. col. 17.* ibi *quæro tertiò.* ubi tenent, quod si non fiat mentio de reservatione quam fecit Papa, litteræ non sunt surreptitiæ, quando erat generalis reservatio, & notata in Curia, ita quod verisimile est Papam eam sciviſſe, sicut jus scriptum. *arg. c. 1. de rescrip.* Idem etiam not. Rot. *decisio. 22. titul. de rescrip. in novis. cum simi.* ut not. Feli. *in c. in nostra. corrollario 5. de rescript.* facit etiam quod not. Bald. *in l. 2. in fi. Cod. quæ sit longa consue. cum simi.* ut not. Feli. *in c. 1. in 3. ampliatione. de re judic.* ubi probat, quod Princeps præsumitur scire consuetudines multum vulgares maxime loci in quo ipse residet: & subdit Bal. quod Princeps concedendo legem videtur derogare consuetudini generali illi legi contrariæ, licet de ea nihil dicat, quod facit ad limitationem. *c. 1. de constit. in 6.* & istud procedit regulariter nisi aliquo modo cadere posset in Papam ignorantia alicujus individui: licet in genere materiæ sit publica in curia, ut not. Ægi. *decisio. 9.* ubi dicit quod licet in lib. thesaurarii Apostolici, qui est publicus, sint taxæ beneficiorum, propter quas potest sciri de valore, tamen non valet rescriptum quod pro remissione habebat ad partes super verificatione valoris, non facta mentione dicti libri, qui liber licet sit quid publicum, tamen non potest esse, quod propter perditionem librorum, vel foliorum libri, taxa istius vel illius beneficii non sit ibi scripta; & hoc Papa potest verisimiliter ignorare: & hoc debuit præsumere, sed quod ibi non reperiatur postquam deveniebatur ad testes, ubi etiam dat simile, quod licet notorium sit in jure Archidiaconum Ecclesiæ cathedralis habere dignitatem. *c. 1. ad hæc.* & *c. cum satis. de offi. Archi.* tamen quandoque per consuetudinem Papæ ignotam receditur ab hujusmodi jure, ideo dignitas est exprimenda. *c. cum illis. de præbend. in 6.*

26. Decima nona qualitas, de qua non est facienda mentio, est quando omnia obstantia gratiæ, quæ clarè possunt colligi ex narratis, videntur tacitè esse sublata, licèt in concessione gratiæ de illis tollendis nihil fuerit expresse dictum, ut notat Ægidius. *in decisione Rotæ. 333. incipiente in causa Domino Cardinali.* & ita etiam tenet Bar. *consi. 2. incip. visis litteris.* quod est etiam quadragesimum nonum, plus dicit, quod si petitum est aliquid haberi expresso & signatura dicat, *fiat ut petitur*, valet gratia, ac si illud expressum fuisset cum simi. ut not. Feli. *in ca. nonnulli. in prin. col. 10. vers. fallit secundo. de rescript.* adde etiam Ludo. Ro. *in consi. 80.* ubi probat quod narratio informat & declarat simplicem signaturam, & dicit Dom. Abb. *in ca. pro causa. col. 2. de sent. excom.* quod si fuit petita generalis absolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur simpliciter, censetur concedi ad omnes petitas, secus si fuit expressa una specialis excommunicatio, & secuta simplex absolutio, quia restringitur solum ad illam petitam, quia species præcedens, &c. *ca. sedes. de rescrip.* & in simi. not. Bart. *in l. 1. ff. ad l. Jul. majest.* quod si bannitus

[a] Imo extendenda. C. M.

Source : BIU Cujas

petiit salvum conductum pro decem diebus, & fuit simpliciter concessus, intelligitur pro decennio juxta petitionem. *arg.* §. *præterea. insti. de inuti. stipu.* Et idem etiam tenet Dom. Abb. *in ca.* 2 *de treug. & pace.* ubi alleg. bonum text. *in ca. inter dilectos.* §. *cæterum.* ubi ex forma petitionis de fide instru-sicut etiam in transactionibus attenditur narratio ad intelligendam earum generalitatem, ut not. Bart. *in l. sub prætextu. in secunda. Cod. de transact.* glo. & Doct. *in cap. edoceri de rescrip.* & sequitur Imo. *in dicto cap. de test. col.* 2. *de testibus.* quod si testis productus super certis articulis jurat simpliciter dicere veritatem, non intelligitur juralse super tota causa, sed solùm super capitulis eis nominatis, facit text. *in cap. cum dilectus. de accusa.* & dicit Pau. de Cast. *cons.* 312. quod si in supplicatione Legatus conqueritur de multis qui recusant contribuere in eo hospitando, & nominat Carthusienses, deinde fiat generalis signatura contra omnes, refertur etiam ad eos, licet per privilegia eorum debeat fieri mentio ordinis eorum, & similiter tenet Rot. *deci.* 44. *tit. de rescrip. in antiquis.* quod cancellatura unius particulæ ex illis quæ apponuntur ad partem, facit videri quod si natura concedat omnia alia etiam talia quæ aliàs ex regulis cancellariæ per simplicem signaturam non viderentur concessa, quia illa cancellatura aperit quod animus Papæ fuit inclinatus ad alia non cancellata, & si in aliqua gratia aut parte ipsius gratiæ fit mentio de possessione, licet gratia expressè non dicat de possessione, tamen impetrans censetur etiam subrogatus in possessione quam habebat defunctus, ut tenet Rota *deci.* 75. *in antiquis.* & *deci* 4. *eo tit. de rescrip. etiam in antiquis.* & Ægid. *conclusio* 388. & 394. ubi tenet quod si petatur causam committi summariè in narrativa facti, & signatura fiat nihil cancellando, dicendo, talis audiat, intelligitur commissa summariè, etiam si de hoc nihil aliter dicat, secus si in signatura non esset illud & extra, quia si causa non est de sui natura summaria, non efficitur summaria per simplicem signaturam, etiam si illa particula non cancelletur, ut not. Rota *deci* 28. *tit. de rescri. in novis.*

27. Vigesima qualitas de qua impetrans beneficium, non tenetur facere mentionem est de patrimonio suo, quia illud in tali impetratione non est exprimendum, ut not. Dom. Abb. Feli. & alii Doct. per illum text. *in cap. postulasti. de rescript.* nisi patrimonium esset assignatum in beneficium, ut de cætero tale patrimonium censeatur beneficium Ecclesiasticum, & tunc sive in forma gratiæ, sive in forma justitiæ semper de illo patrimonio est facienda mentio, quia ex quo est beneficium Ecclesiasticum de tali est facienda mentio, ut not. Dom. de sancto Gem. *in repe. cap. postulasti. colum.* 13. *de rescript.* & Joan. And. *in ca. si pauper. de præbend. in* 6. ubi tenet quod tale patrimonium potest appellari beneficium, per text. *in ca. tua nos. de simo.* tamen aliquando patrimonium non est effectum beneficium, & si impetrat in forma gratiæ clarum est quod non tenetur facere mentionem, quia in hac materia jura solùm ponderant beneficium Ecclesiasticum. Et si Clericus fuit ordinatus ad titulum sui patrimonii, tunc in litteris gratiosis, aut de justitia de illo debet fieri mentio, quia cessat causa quare fit ista concessio, & tacuit illud quo expresso Papa ita faciliter non concessisset, ut not. Feli. *in c. postulasti. col.* 8. *ver. circa faciendam mentionem. de rescrip.* Tamen ad istud obstat illud quod tenent Dom. de Rota *deci.* 11. *tit. de præbend. in antiquioribus.* quæ vult quod de titulo non Ecclesiastico non est necessaria mentio. Tamen ad illud respondet Dom. de sancto Gem. *in dicto cap. postulasti.* quod Rota loquitur in gratiosis non in litteris de justitia, & sic videtur idem Dom. de san. Gem. sibi contrariari, & vel quod imò in gratiosis non sit necessaria mentio patrimonii, etiam si ad ipsum est intitulatus tenet Joan. And. quem communiter omnes Doct. sequuntur. *in dicto cap. postulasti. de rescript.* dicens quod talis taciturnitas patrimonii non vitiat litteras, quia cùm jura non arctent ad expressionem hujus qualitatis, ut *dicto cap. postulasti.* patet, quod nulla fuit surreptitia, & ideo litteræ valebunt, & ratio potest esse, quia istæ litteræ de justitia videntur ut plurimùm sequi naturam contentiosarum, sed taciturnitas peremptoriè in contentiosis non vitiat eas quoad processum. *c.* 1. *de litis contest.* sed sic est quod talis taciturnitas est peremptoria, quia in forma pauperum non provideret Papa diviti, ergo procedit dictum Joan. Anch. ut refert Feli. *in dicto cap. postulasti. colum.* 8. *de rescrip.* & ibi Dom. de sancto Gem. intelligit dictum Joan. in litteris directis contra ordinatorem, quia veniunt executivè à juribus debitum & obligationem contractam cum ipso ordinante, & sic sunt similes contentiosis, sed si diriguntur contra non obligatum, videntur annecti ad naturam gratiosarum, & ideo ipse putat quod talis taciturnitas poterit opponi in vim dilatoriè tanquam litteræ sint ipso jure nullæ, tamen circa præmissa videtur esse repugnantia, nam Dom. de sancto Gem. tenet. *in dicto cap. postulasti.* in lectura, quod dicta decisio Rotæ volens non esse necessariam mentionem reddituum non Ecclesiasticorum habeat locum in gratiosis, nunc vult in repetitione. *dicti cap. postulasti.* quod si habens litteras justitiæ ad tertium. 1. non ordinatorem, & non fecit mentionem de patrimonio litteræ non valent; quia secundùm eum æquiparantur gratiosis, ergo vult quod in gratiosis fiat mentio patrimonii, quod est contra primum dictum. [a] Tamen concordan[o] præmissas opiniones possumus intelligere primum dictum Dom. de sancto Gem. in litteris habentibus verba *de justitia*, quia in illis [b] non est verisimile quod princeps retraheretur propter redditus non Ecclesiasticos, cum paupertas non dederit eis causam; sed ille quæ diriguntur tertio in forma justitiæ in quantum diriguntur ad non obligatum, bene sapiunt naturam gratiosarum, sed in quantum fundantur super justitia, *cap. cum secundum. de præben.* ergo dicendum est quod ista duplici qualitate & mixtura denominantur ab eo ad quod principalius tendunt, sed à justitia, non ab eo quod secundario sapiunt, sed à gratia quam sapiunt respectu mandatarii, & communiter vitiantur ex taciturnitate patrimonii, sicut aliæ litteræ meræ de justitia, facit *l. nec causam. ff. si. cer. pet.* & sic potest salvari utrumque dictum Dom. de sancto Gem. suprà relatum, ut not. Feli. *in dicto cap. postulasti. col.* 8. *de rescript.* & an istæ litteræ habeant locum indistinctè quod proposita exceptione peremptoria contra litteras de justitia repellatur impetrans, & dicit Dom. *in dicto cap. postulasti.* quod sic, quia obligatio erat extincta ex quo ordinavit ad titulum patrimonii unde litteræ effectualiter non valebunt, & istud fortè voluit text. secundùm eum. *in dicto cap. postulasti.* ibi commodum reportare non dicitur, quasi dicat, scilicet effectualiter proposita exceptione peremptoria, & idem dicit si fuit simpliciter ordinatus tenendo communem opin. de qua. *in ca si pauper. de præbend. in* 6. quod tacitè videtur quis ordinari ad patrimonium quod habet, etiam si non dicatur, ut not. Dom. *in dicto ca. postulasti.* & ibi sequitur Feli.

28. Vigesima prima qualitas in beneficiis impetrandis est quod secundus impetrans non tenetur facere mentionem de prima impetratione, quæ fuit sublata per negligentiam 1. impetrantis, ut not. glos. & ibi Doct. *in c. capitulum Sanctæ Crucis. de rescri.* facit glo. & ibi Doct. *in ca. tibi qui. de rescr. in* 6. & de modo reprehendendi negligentiam primi impetrantis illud est arbitrarium, quia judex habebit arbitrari utrum fuerit negligens in non præsentando vel non petendo: quia fortè iste allegabit legitimam causam

[a] Hoc videtur sequi Panor. cap. postulasti. C. M.

[b] Gratiosis. C. M.

Source : BIU Cujas

dilationis, ergo est arbitrandum per superiorem, ut no. glos. in verbo *negligentiam*. & ibi Doct. per illum tex. *in c. si Clericus. de præb. in 6.* & glos. *in cle. unica. quæ est glos. penul. de concess. præb.* & ibi.

29. Card. *in §. fi. qu. 3.* ubi etiam sequitur tenendo illud esse arbitrarium quando primus impetrans dicatur negligens, & constat de negligentia primi impetrantis quando fuit negligens in præsentando suas literas, & secundus prius præsentavit, nam secundus debet esse potior in assecutione præbendæ. *ut d. c. tibi in præsen. de rescri. in 6.* secundùm unum intellectum, qui videtur esse satis probabilis intellectus, ut no. Dom. Abb. *in d. c. capitulum sanctæ Crucis. de rescri.* intelligendo hoc dummodo concurrant duo impetratores Apostolici, nam quando concurrunt Apostolicus & Capitularis simul, negligentia impetratoris Apostolici non convincitur per capitularem, id est per receptum auctoritate capituli, nisi per solam collationem; facit *c. hi qui. & c. si Clericus. de præb. in 6.* & quod no. Lap. *in c. si tibi. de præb. in 6.* ut no. etiam Dom. Abb. & ibi Felin. *in c. cum ex officij. de præscript.*

Secundo modo probatur negligentia impetrantis quando lapsus est annus, qui secundùm Docto. tunc satis constat de negligentia primi impetrantis. *c. plerumque. de rescri.* sed illud non placet Jo. An. *in d. c. capitulum.* quia illud *c. plerumque.* loquitur in literis ad lites, ideo non debet extendi ad beneficia. *arg. c. olim. de ver. sig. & l. fi. ff. de constitutione. prin.*

30. Ex quo est notandum quod rescripta ad lites sunt strictius interpretanda quàm rescripta ad beneficia, quod est valde notandum, ut no. Dom. Abb. *in d. c. capitulum.* per tex. *in c. quamvis. de præben. in 6.* ubi dicitur quod rescripta ad beneficia sunt strictè interpretanda. Sed contra illud dicit But. *in c. olim. de verbo. sig.* quod strictior interpretatio fit in beneficialibus quàm in literis ad lites. *d. c. quamvis. de præb. in 6.* sed potest dici secundùm Feli. *in c. causam quæ. de rescri.* quod dictum Joan. And. suprà relatum probat quod literæ beneficiales difficiliùs expirent: non autem probat quod debeant strictiùs interpretari, nam per ea quæ ibi no. Feli. quod valde strictè interpretantur, sed rationabile est quod difficilius expirent, quia majus est præjudicium eas perdere quàm rescripta ad lites, & licet difficilius expirent, tamen difficilior est earum impetratio, quia subreptio vitiat eas ipso jure, & non sic rescripta ad lites, ut no. per Doct. *in c. ad audientiam. in 2. de rescri.* & sic inspecta impetratione & interpretatione & expiratione videntur talia rescripta ad lites, & ad beneficia habere se: ut excedentia & excessa scilicet subjectam materiam.

Tertius casus in quo negligentia impetrantis probatur, videlicet quando executores secundi impetratoris vel ordinarius movent primum ut faciat sibi provideri & ad hoc præfigunt sibi tempus competens infra quod istud faciat, quia eo elapso committitur ejus negligentia, & possunt ipsi providere secundo impetranti, ut no. Rot. *decisi. 1. tit. de concess. præb. in antiquis.* ubi tenet quod ita communiter practicatur, aliàs autem cùm non sit in proposito statutum tempus à jure, est in arbitrio Judicis arbitrari negligentiam attentis circumstantiis attendendis & istud debet intelligi nisi scriberetur pro primo expectante cum assignatione termini. *juxta cle. unicam. de concess. præben.* quia tunc si permittit labi mensem non acceptando, dicetur notabilis negligentia absque alia termini assignatione, ut no. ibi glo. in verbo *infra mensem.* & sequitur Dom. de sancto Gemi. *in c. tibi qui. de rescri. in 6.* & Feli. post Dom. Abb. *in d. c. capitulum. de rescri. col. 4.* declarando præcedentem casum videlicet quod quando est tempus expressum in rescripto & ex impedimento executoris evenisset quod infra mensem non potuisset expectans acceptare, tunc lapsus mensis non imputatur ei, ut no. Rot. *decisio. 29. tit. de rescr. & decisio. 4. tit. de concess. præb. in antiquis.* & durante mense non potest ab alio præveniri, adeo quod si interim conferatur alteri per Papam cum clausula *si non est alteri jus quæsitum*, collatio non valet, quia ipsi expectanti est quæsitum jus, id est, facultas acceptandi quæ adhuc pendet cum nondum acceptaverit. ut no. Rot. *decis. 21. titu. de concess. præb. in antiquis.* & istud est intelligendum secundùm Fel. ubi suprà nisi essent duo expectantes cum assignatione mensis, quia quoad secundum non currit ei mensis donec sit finitus mensis primi impetrantis. alleg. Per. de Ancha. *in repe. cle. 1. 38. col. de concess. præb.*

QUÆSTIO XIII.

1. *Clausulæ* non obstante provisione seu collatione alteri facta *quid operatur vel* non obstante tali lege. *nu. seq. per totam quæst.*
2. *Collationem alteri factam non potest Papa sine causa revocare.*
3. *Clausula* non obstante collatione alteri facta *quando intelligitur de invalida.*
4. *Papa alteri suis rescriptis præjudicare non præsumitur.*
5. *Papa in collatione beneficij si reservet sibi fructus ejusdem beneficij an hoc facere possit ubi est alteri quæsitus fructus.*

QUæro decimo tertiò. Quid operatur quando in provisione ponitur illa clausula generalis *non obstante collatione alteri facta.* Et respondent Compost. Joann. An. Bal. Imo. & Domin. de sancto Gemin. *in ca. causam quæ. de rescri.* quod illa clausula generalis *non obstante collatione alteri facta* intelligitur de collatione invalida, non autem de valida, & rationem assignant, quia per clausulas generales Papa non intendit præjudicare tertio propter odiositatem rescriptorum, ut est tex. *in ca. super eo. de offi. delega. & in ca. quamvis. de rescri. & in ca. quamvis. in 1. de præb. & dign. in 6.* Et si diceretur quod illa clausula nihil operatur quia de collatione aut de rescripto invalido non est facienda mentio, & ibi Docto. *in ca. ex tenore. de rescri.* Ad istud respondetur quod illa clausula operabitur quod illæ literæ non censebuntur subreptitiæ quasi non sit facta mentio de colorata possessione alterius, quia essent subreptitiæ si de illa possessione colorata non facerent mentionem, quamvis ille possessor nullum jus habeat in beneficio, tex. & ibi Doct. *in ca. cum nostris. de concess. præb.* ita etiam tenet Imo. & ibi Feli. *in dicto. ca. causam quæ. de rescri.* In simili etiam facit glos. *in ca. pro illorum. in verbo contradictores. de præb.* quæ dicit, quod illa clausula *compescas contradictores, &c.* intelligitur de contradicentibus de facto, & etiam facit clausula illa *non obstantibus quibuscumque in contrarium disponentibus*, quia ista clausula generalis non sufficit ad tollendum jus alteri, ut no. Bart. *in l. fi. C. si contra jus.* & etiam non sufficit si dicatur aliquo non obstante vel aliqua lege non obstante, quia istud est minus generaliter loqui, sed debet saltem dici non obstante aliqua lege quæ in contrarium loqueretur, vel non obstante aliqua lege

Hæc clausula non est in usu, qui[a] non tollitur jus quæsitũ sine causæ cognitione; sed huic substituta ex stylo, licet quidam pro Clericis se gerentes nullis legitimis titulis suffulti illud indebite detinent occupatum; hoc amplius necesse est in judicio hoc explicare & genus vacationis certũ profiteri secundum. art. 4[a]. Edict. Blef. I.

Source : BIU Cujas

derogatoria [a] quæ hoc fieri prohibeat, ut no. Dom. Abb. *in ca. nonnulli. de reſcr.* & Bar. *in tract. ad reprimendum.* in verbo *non obſtantibus.* Ad idem etiam facit gloſſ. *in l. ſi ſervus. §. ait Prætor.* in verbo *non videri. ff. de acquiren. poſſeſ.* quod ſi teſtator prohibuit ne uxor ſua moleſtetur illud debet intelligi de moleſtia facti, tamen bene poteſt moleſtari de jure, puta petendo cautionem de utendo & fruendo uſufructu arbitrio boni viri, ut no. Bal. *in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine.* & *in l. 1. C. de uſufruct.* ita tenet & ſequitur And. Barba. *in dicto ca. cauſam quæ de reſcr.* Domi. de ſancto Gem. *in repe. ca. poſtulaſti. col. 25. de reſcr.* & tenent Joan. And. & Lap. *in ca. ſi poſtquam. de præb. in 6.* dicentem quod licet Papa ſcribat *motu proprio* & apponat clausulas generales, non valet proviſio in præjudicium tertii quod habet in re vel ad rem. *per ca. quamvis. de reſcr. in 6.* facit. *c. Jacobus. de ſimo.* & motus proprius aut clauſula generalis, ſecundum eos tollit ſubreptionem: ſed non jus alteri quæſitum, imò præſumitur Papam fuiſſe oblitum: quia quandoque præſumitur obliviſci ſui. facit. *c. 1. de conſt. in 6.* Idem etiam no. But. *in c. 1. ver. tertius caſus. de conſt. in 6.* & Nicolaus Milis *in ſuo repertorio. fol. 114.* in verbo *ſi Papa mandat.* & Barto. Cæpo. *in tracta. de ſervitu. ruſtico. prædio. verſi. item in conceſſione.* & idem tenet Imo. *in c. dilectus. in 1. col. de præb.* & facit tex. & ibi Dom. Abb. *in pe. no. in c. audita. de reſtitu. ſpol.* ubi tenet, quod illa clauſula generalis quæ ponitur in reſcripto *revocentur in irritum omnia*, non refertur ad legitimè geſta, & ita etiam tenet Ludo. Ro. *conſi. 353.* & tenet Feli. *in d. c. cauſam quæ.* quod executores non habent poteſtatem contra aliquem contradictorem niſi indebitè contradicat: & contra illum qui non vult poſſeſſionem dimittere ſine cauſæ cognitione, ille non contradixit indebitè. Alleg. Hoſti. & Archi. *in c. 1 de conceſ. præb. in 6.* & ibi Dom. *in prin. col. ulti. ver. ſed quid ſi plures.* ubi tenet, quod ſi plures executores plurium reſcriptorum, ſive impetrantium, quorum quilibet petit beneficium, & iſti executores fulminant ſententias, ut eis pareatur, remedium illorum, quibus præcipitur erit, ſecundùm eum exigere cautionem à primo vincente, vel poteſt ab eis appellari, ſi præcisè & ſine cauſæ cognitione volunt exequi, quia non debet illud fieri niſi probatione facta coram ordinario vel executore de jure petentis, & poſſeſſor volendo ſine cauſæ cognitione poſſeſſionem dimittere, non indebite contradixit. ita tenet Archi. *in c. ſi de præb.* & Ludo. Ro. *conſi. 482. incip. in caſu præmiſſo. in prin.* & Archi. *in §. ſi ergo. col. ult. 17. q. 1.* & tenet But. *in c. in cauſis. de elec.* quod iſta verba *permitto habere ratum abſque aliqua contradictione, intelligi de injuſta*, per illum tex. & in ſimili facit quod no. Imo. *in l. ſi pater familias. circa. fi. ff. de hæred. inſt.* dicens, quod ſi teſtator gravavit hæredem, ne moleſtet fidei commiſſarium, tamen poterit petere detractionem quartæ Trebellianicæ, & dicit Bar. *in l. 1. §. fi. ff. à quibus appell. non licet.* quod reſcriptum vel ſtatutum tollens appellationem vel exceptionem intelligitur ſolum de injuſta. alleg. bonum tex. *in c. ex parte. in 2. de offi. deleg.* facit. *l. 1. §. 2. parui.* & ibi glo. in verbo *nulla juſta.* & ſequuntur ibi Bar. *ff. quod vi aut clam.* & facit tex. *ita nobis pudor.* & ibi glo magna, & ſequitur Saly. ibi *c. de adulte.* Item quando diceretur in privilegio non obſtante exceptione intelligitur de injuſta, ut no. Imo. *in l. fi. ff. à quibus appell. non licet.* & Alex. *in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque juris.* ubi dicit quod privilegium debet, ita intelligi cum ſimi. & no. Felin. *in c. 1. de reſcr.* facit etiam quod no. Joan. de Ana. *in c. olim. de accuſa.* ſimiliter facit quod no. Paul. *in l. fi. C. ſi quis contra jus.* quod quando dicitur ſimpliciter non obſtante aliqua lege, tacite intelligitur: ſcilicet contrarium diſponente, & ſic ſecundum eum in effectu non videtur differentia, conſiderando verba Bart. *in d. l. fi.* quæ ſupra retuli, quia reſpondet Joann. Bapt. de ſancto Seve. *in l. omnes populi. in 15. charta. de juſti. & jure.* quod ſicut clauſula derogatoria expreſſa plus operatur quàm tacita, quo ad diſpoſitionem ſequentem, ut no. Bal. *in l. humanum. C. de legi.* eo modo expreſſa derogatoria reſpectu præcedentis diſpoſitionis debet plus operari quàm tacita, & licet Feli. *in c. nonnulli. col. 20.* dicat ſe non capere iſtam reſponſionem, tamen capi poteſt per ea quæ no. Barto. *in l. fi. in prin. de leg. 2.* vel aliter declarando quod no. Barto. *in l. fi. C. ſi contra jus.* quod non ſufficit ſi dicatur non obſtante aliqua lege quando præcedit lex Cornelia cum clauſula derogatoria: prout Barto. loqui videtur, quia per iſta verba generalia, licet removeatur lex contraria: non tamen eſt facta mentio de clauſula derogatoria: ideò verba illa generalia non ſufficiunt, ſed quando dicitur non obſtante aliqua lege quæ in contrarium loquitur, intelligitur ſcilicet derogando, ita quod ſit facta mentio de derogatione legis contrariæ, & ita ſeipſum declarat Bar. *in d. c. ad reprimendum. verſi. non obſtantibus.* dum dicit ſatis eſſe quod dicatur nonobſtante aliqua lege derogatoria, cum ſimi. ut no. Dom. Philip. Decius. *in conſi. 10.* tamen iſtud argu. & motivum de lege magis facit pro contraria parte, videlicet quod illa clauſula *non obſtante collatione alteri facta:* quia poſtquam illa clauſula generalis tollit legem contrariam, quæ eſt juſta & rationabilis. *c. erit autem lex. 4. diſt.* ita etiam videbatur de collatione valida. Tamen ad iſtud reſpondetur dupliciter. Primò, quia lex conſiſtit in jure, & ea quæ ſunt juris Papa non ignorat. *c. 1. de conſt. in 6.* & faciendo ſecundam conſtitutionem contrariam primæ, videtur illi derogare, maximè ſi apponatur aliqua clauſula derogatoria generalis, & *nonnulli*, & ibi Dom. Abb. & Feli. *de reſcri.* per tex. *in d. c. 1. de conſt. in 6.* ſed collatio alteri facta conſiſtit in facto, & ea quæ ſunt facti Princeps ignorat. *in d. c. 1. de conſt. in 6.*

Vel aliter & ſecundò poteſt reſponderi, quod lex poteſt renovàri per principem: quia ſucceſſor non ligatur per conſtitutionem ſuperioris. *c. propoſuit. de conceſ. præb. c. innotuit. de ele.* & per illam clauſulam generalem Papa ſibi ipſi præjudicat. *c. olim. de verb. ſig.* facit tex. & ibi gl. *in cle. auditor. de reſcr.* ſed in collatione ſecus eſt dicendum.

2. Quia Papa ſine cauſa non poteſt revocare collationem beneficii factam tertio, ut no. Domin. Abb. *in c. conſtitutus. de reli. do.* & *in diſpu. inci. Epiſcopus. cum ſimili.* ut no. Feli. *in c. quæ in Eccleſiarum. de conſt.* & per clauſulam generalem nunquam Princeps intendit præjudicare tertio. *c. ſuper eo. de offi. deleg.* & per collationem acquirit jus. *c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. cum ſimili.* ut no. Feli. *in c. cum Bertoldus. de re ju.* ergo reſultat, quod Papa per illam clauſulam generalem ſolum tollit collationem invalidam, ut ſuprà dixi, & operatur illa derogatio quo ad poſſeſſionem quam ille habet juxta. *c. cum noſtris. de conceſ. præb.* ſicut in ſimili dicitur, quod quando Papa committit cauſam appellatione remota: ſolum intelligitur tollere appellationem injuſtam, ut no. Docto. *in c. 1. de reſcr.* & *in c. paſtoralis. de appella.* & etiam prohibitus aliquid moleſtiæ inferre, poterit moleſtare de jure, ut no. glo. *in c. 1.* in verbo *inferatis. de ſtatu. Mo.* & in ſimili facit quod no. Ægidius concluſione. *Rotæ. 98. inci. verba iſta.* quod ſi dicatur ſublata difficultate quacumque poſita. *in c. beneficia. de præb. in 6.* intelliguntur de difficultate facti non de difficultate juris, & quæ probabilem cauſam haberet, & dicit Franc. Panvi. auditor Rotæ in conſi. contra Judæos qui mactaverunt puerum tridentium, ubi tenet quod non obſtant privilegia producta per Judæos in quibus prohibentur vexari, quia illud verbum *vexari* intelligitur de vexatione calumnioſa, non de juſta, & ibi allegat plures concordantes, cum ſimi. ut no.

[a] imò ſufficit dicere non obſtante aliqua lege, niſi ſpecialiter illa lex contineret derogationem, quia tunc debet illa lex ſpecificari, notatur in l. finali. C. M.

Source : BIU Cujas

And. Barba. *in ca.* 2. *col.* 5. *de mu. peti.* dicens per ista se consuluisse contra sequestrum factum cuidam Januensi ad instantiam Ducis Burgundiæ quod non valuit, quia fuit factum contra indultum unius principis in quo dicebatur quod posset dictus mercator conducere merces in ejus territorio absque alicujus molestia, & hæc habent locum nisi plenitudo verborum, vel materia subjecta aliud inferant, ut no. Dom. Abb. *consi.* 44. *inci. quidam Dominus. col.* 4. ubi dicit, quod si dicitur de omni molestia, quæ fieret, vel fieri posset, intelligitur etiam de jure. *l. nepos. ff. de verb. sig.* & dicit Rota. *decisio.* 18. *tit. de rest. spo. inci. item si agenti. in novis.* dicens quod si quis juraſſet non molestare nec inquietare suum spoliatorem beneficii, non potest molestare nec de jure aut de facto, tamen illud debet intelligi propter periculum juramenti, ne iste jurans incurrat perjurium, & sequitur. But. *in c.* 2. *col.* 4. & ibi Dom. Ab. *circa finem. de rest. spolia.* similiter dicit Bal. *in l.* 1. *ff. de nundinis.* quod non potest quis molestari in nundinis etiam molestia juris, per illum tex. in verbo *molestiam.* tamen illud debet intelligi in beneficio principis, quod debet amplè interpretari in præjudicium ipsius concedentis, secus est in rescripto odioso. ut no. Dom. Abb. *in c. olim.* per illum tex. *de verb. sign.* Item dicit Alex. *Consi.* 11. *circa primum dubium. col.* 2. quod si Princeps prohibet ut nullo modo aliquis molestetur, intelligitur etiam de molestia juris alleg. tex. *in aut. de fidejussor. in prin.* ibi. *molestum sit.* & *in d. l.* 1. & ibi Bal. & Bart. & *in l. Lucius.* §. *tres hæredes. ff. ad Trebel.* facit glos. *in Clem.* 2. *in verbo nullo modo. de æta. & qualit.* quando autem dicatur quis molestari utrum per citationem vel litis contestationem, ut no. Bart. *in l. amplius. ff. rem ratam habe. cum simi.* ut tenet Alexan. *in Consi.* 193. *incip. viso testamento Bartholomæi quondam Accursij.* aliàs est. *in* 3. *volu. l.* 2. ubi consuluit quod pœna apposita per testatorem hæredi si molestaverit uxorem in aliquibus bonis, incurritur movendo & controversiam in judicio inducendo glo. Bart. & Imo. *in l. Lucius.* §. *tres hæredes. ff. ad Treb.* & Paul. *Consi.* 190. *incip. antequam veniam ad dubia.* & circa præmissas allegationes contrarias Felin. *in dicto. ca. causam quæ.* considerat duo circa istum articulum. Primò, quod responsio Imol. quam suprà retuli in prin. quæstionis ad illud objectum, quod non videantur verba operari non videtur sufficiens responsio quando ultra collationem invalidam non esset secuta aliqua possessio, tunc enim dicta verba generalia nihil operantur. Secundò est considerandum, quod de collatione nulla non est opus facere mentionem, ut dicit Feli. *in ca. ex tenore. de rescri.* ergo supplicans vel concedens qui facit mentionem de collatione, videtur cogitare de illa quæ posset obstare, & sic de valida, non autem de invalida, tanquam de ea quæ non obstat. Item non est opus conjecturari quod præsumatur mens loquentis postquam expressè derogat aliis collationibus, & ideo quando ultra primam collationem invalidam secuta esset possessio beneficii, procederet dictum Compost. secundùm eum, aliàs autem in puncto juris reputat istud dubitabile.

3. Ergo circa istum articulum tenerem indistinctè quod illa clausula generalis *non obstante quacumque collatione*, refertur ad collationem invalidam, non autem ad collationem veram, assumendo principale fundamentum ipsius Compost. quod superiùs retuli, & miror quomodo Feli. dixerit suprà in puncto juris intelligitur derogasse collationi validæ.

Et fundamentum quia Papa non potest sine causa justa privare aliquem jure quod habet in beneficio, ut no. Dom. Abb *in ca. constitutus. de relig. domi. cum simi.* ut per eum *in disputa. incip. Episcopus.* & Felin. *in ca. quæ in Ecclesiarum. de const.* ergo si non possit illud de potestate absoluta, à fortiori non videtur illud tollere per clausulam generalem, & hoc maximè quia per collationem ordinarii & acceptationem *ipsius* beneficiati contrahatur contractus, vigore cujus Papa ligatur, ita quod contra illum contractum non videtur venire. *ca. cum inter Canonicos. de elect.* facit. *ca.* 1. & ibi Doct. *de proba.*

Secundò pro ista parte facit, quia per clausulam generalem non tollitur jus acquisitum tertiò, *c. super eo de offi. deleg.* & *ca. quamvis. de rescr. in* 6. & *ca. quamvis. in* 1. *de præb. in* 6.

Tertiò pro ista parte facit, quia clausula generalis *ut non obstante collatione*, aut clausula generalis *anteferri* non præjudicat illis quibus est jus quæsitum, ut no. Compost. *in dicto. c. causam quæ. de rescri.* ubi tenet de mandato Papæ ita se pronuntiasse in causa Mediolan. & ita etiam tenet Bartho. Cepo. *in tit de servitu. rusti. in* 3. *qu.* & Alexand. *Consi.* 34. *in* 4. *volu.*

Quartò pro ista parte facit quod no. Calde. *Consi.* 8. *ad fi.* & Ludo. Ro. *Consi.* 236. *inci. approb. sententias.* ubi tenetur quod clausula generalis *dummodo non sit alteri jus quæsitum*, non tollit jus quæsitum in re sicut est acquisitum per collationem, ut nota. *in ca. si tibi absenti. de præb. in* 6.

Quintò pro ista parte facit quod notant Domi. de sancto Gemi. & Joan. And. *in ca. in princ. circa fi.* & Card. *Consi.* 62. *inci. casus super quo juris consilium petitur. in fine.* ubi tenent quod non dicitur jus quæsitum in beneficio per quæcunque facta citra collationem, etiam si petitum sit ab executore ut conferat, per quam tamen petitionem dicitur acceptare. *Clem.* 1. §. *secus. de concess. præb.* facit. *ca. si. eo. titu. in* 6. & no. Imol. post Card. *in ca. inter cætera. col.* 4. *de præb.* & sic ergo postquam jus est acquisitum per collationem non videtur illi juri derogatum per clausulam generalem. *ca. super eo. de offi. deleg.*

Sextò pro ista parte facit quod no. Dom. de Rota. *decisio.* 16. *titul. de præb. decisio.* 23. *in antiq.* ubi tenent quod clausula generalis *si non est alteri jus quæsitum* nihil operatur citra jus quæsitum per solam acceptationem expectantis, secus in jure quæsito ex electione vel præsentatione, quia in totum & perpetuo esset exclusus, quod non præsumitur de mente Papæ tollere illud jus per jura superiùs alleg. ita no. Ægid. *conclusio.* 167. *incip. per illa verba.* ubi tenet quod per illam clausulam non tollitur jus aliàs acquisitum, quàm per acceptationem, & ita asserit servari in stylo palatii Apostolici, & sic ergo secundùm eum in jure acquisito vel in re, aut ad rem, electione aut præsentatione patroni: quia illud non tollitur per clausulam generalem, sed præservatur. Ita tenet Compost. *in dict. c. causam quæ. de rescri.* & Dom. de sancto Gemi. *in c. quam sit.* §. 1. *de ele. in* 6. ubi dicit per illum tex. quod impetratio non faciens mentionem de electione alterius non valet, cùm Papa non intendat tollere jus alterius. *c. quamvis. de rescri. in* 6. & pro ista differentia an sit expectanti jus quæsitum a acceptatione, & tunc collatio Papæ etiam sequens tollit illud jus: an verò sit facta expectanti collatio: & tunc collatio vel reservatio Papæ, non tollit illud jus, etiam si fiant eadem die qua fuit facta collatio. ut no. Dom. Feli. *in c. capitulum. ver. & de duabus collationibus. de rescr.* ita etiam no. Rot. *titu. de concess. præb. decisio.* 7. *in antiquioribus.*

a Sola. C.M.

Septimò pro ista parte facit quod no. Compost. *in dicto. c. causam quæ. de rescr.* quod juri ad rem non videtur præjudicari per istas clausulas generales, ut suprà dixi.

Octavò pro ista parte facit, quia Papa nunquam præsumitur alteri præjudicare per verba generalia rescripti. ut no. Felin. *in dicto. c. causam quæ. de rescript.*

Nonò facit, quia statuta jurata non tolluntur per generalem derogationem statutorum, ut facit tex. *in c. constitutus. de rescr.* & glos. *in c. cum non deceat. de elect. in* 6. ubi tenet, quod licet fuerit facta mentio de

Source : BIU Cujas

ſtatuto, non videtur derogare illi ſtatuto jurato, facit etiam gloſ. *in clementi. dudum. in verbo pacta. de ſepul.* dicens quod diſpoſitio tollens pacta non tollit pacta jurata. ut no. & ſequitur Ludovi. Roma. *ſingu. ſuo.* 8. & dicunt Butri. & Dom. Abb. & Imol. *in c.* 1. *de his quæ fiunt à majo. parte capitu.* quia non eſt veriſimile quod ſuperior tollens ſtatuta cogitet de ſtatutis juratis. Ita etiam tenet, & ſequitur Alexan. *in conſi.* 402. *incip. viſa petitione Antonij de Roma. cum ſimi.* ut no. Feli. *in c. nonnulli. in prin. verſi. decima concluſio. de reſcri.* & tenet Pet. de Ancha. *conſil.* 308. quia conceſſio Papæ abſolvens aliquem à proviſione quàm fecerat per pactum juratum, non valet, ſi non fuit facta mentio juramenti, & multa inducit Ludov. Roma. *conſi.* 379. *col.* 4. ubi dicit quod taciturnitas juramenti inducit gratiæ ſubreptionem, per tex. *in dicto. c. conſtitutus. de reſcri.* & licet ille tex. loquatur de juramento tertii, quod tacet impetrans, nihilominus idem à fortiori de juramento ipſius impetrantis, facit gloſ. in verbo *finita. in c.* 1. *de litis conteſta. in* 6. juncto tex. & Alexan. *conſi.* 345. *incip. viſis his quæ narrantur. in fine.* ubi dicit quod ſalvuſconductus datus ne quis poſſit conveniri uſque ad tempus, non extenditur ad debitum juratum, [a] quia taciturnitas talis juramenti reddit impetrationem nullam, per gloſſam. *in ca. cum non deceat. de elect. in* 6. cum qua concordat Ang. *in l.* 1. §. *quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur.* ita tenet Imo. *in c. dilecto. de præb.* & ſic ergo poſtquam Papa derogavit collationi, non videtur derogaſſe collationi validæ: ſed ſolum nullæ aut annullandæ, ut ſuprà dixi, quia ſi Papa non poſſit de plenaria poteſtate collationem validam revocare: ergo à fortiori non videtur illi derogaſſe: ut no. Doct. *in d. c. ſi tibi abſenti. de præb.* in ſimili facit quod no. Cy. & Saly. *in l. fi. C. ſi contra jus.* quod ſalvuſconductus conceſſus præſumatur in dubio ad poſtulationem partis, & non motu proprio. *c. ſi motu. in fi. de præb. in* 6. & *l.* 1. *C. de petit. bono. lib.* 10. & iſtud etiam procedit, licet ſtatutum non eſſet juratum à collegio, ſed ſolum ab impetrante, ut notant Dom. de Rota. *deciſio.* 1. *tit. de jurejuran. in novis.* & motus proprius cum clauſula generali non ampliat gratiam ultra intentionem concedentis, ſed tollit ſubreptionem tantum. *c. ſi motu. de præb. in* 6. & iſta eſt communis reſolutio à qua non eſt recedendum, & facit tex. *in c. olim. de re judi.* ubi ſi Papa provideat alicui de beneficio, contra ſuam proviſionem non valet collatio.

a Contrariũ puto. C. M.

5. In ſimili etiam facit tex. *in c. ſuper eo. de offi. deleg.* ubi ſi Papa committat cauſam audiendam inter duos patronos facta proviſione, illud beneficium non poterit conferri in præjudicium collationis, facit etiam tex. *in c. ſi propter tua debita. de reſcri. in* 6. ubi ſi Papa conferat beneficium aut reſervet fructus illius non obſtantibus ſtatutis, privilegiis & conſuetudinibus, ſi ſpecialiter fructus illius beneficii alicui fuerint reſervati, per formam illius capituli non videtur eſſe derogatum illi juri.

Nec obſtat ſi dicatur, quod iſta clauſula generalis *non obſtante* aliquid non operabitur, tamen contrarium eſt dicendum, ut infra ſtatim dicam, quia per illam clauſulam generalem Papa tollit omnes ſubreptiones, ſicut dicimus de clauſula *motu proprio*, tamen per illam clauſulam non videtur præjudicare juri acquiſito tertio, ut in ſimili notatur per Dom. Ab. & Feli. *in c. ad aures. de reſcri.* gloſ. & Doct. *in c. ſi motu proprio. de præb in* 6. & *in cle ſi. Romanus. eo. titu.* Item ſi Papa ſcienter aliquem nominaverit Prælatum alicujus Eccleſiæ per illam nominationem, non videtur ſibi dare jus, ne videatur præjudicaſſe ordinario collatori. facit. *c. dilecto. de præbend. & digni.* & ſic remaneat iſtud pro firma concluſione quod Papa non intendit derogare collationi validæ per illam clauſulam generalem *non obſtante collatione alteri facta*, quia cùm matrimonium ſpirituale videatur eſſe contractum per illam collationem inter beneficiatum & ſuam Eccleſiam. *c. ſicut alterius.* 7. *qu.* 1. quod non poteſt diſſolvi per Papam aut per alium hominem, ut no. Dom. Abb. *in d. diſpu. incipien. Epiſcopus.* attento contractu inito inter beneficiatum & ſuam Eccleſiam. *c. cum inter canonicos. de elect. c. licet. de tranſlat. Epiſcopi.* contra quem contractum Papa non poteſt venire, ut dicit tex. & ibi Doct. *in c.* 1. *de proba.*

Iſta concluſio limitatur non procedere in collatione nulla, per quam ille cui beneficium erat collatum erat adeptus poſſeſſionem, quia ſemper impetrans debet facere mentionem de poſſeſſione beneficii, quamvis nullum jus in illo beneficio habeatur per illum poſſeſſorem; ut no. Dom. Abb. Joa. de Imo. Inno. *in c. cum noſtris. de conceſ. præb.* per illum tex. & ſic illa clauſula operabitur quo ad derogationem illius poſſeſſionis coloratæ, ut no. Joan. de Imo. concordando opi. Doct. *in c. cauſam quæ. de reſcri.* quem ibi refert & ſimpliciter ſequitur Feli.

Nec obſtat ſi dicatur quod poſtquam collatio eſt invalida, de illa non eſt facienda mentio, ut notant gloſ. & Doct. *in c. ex tenore. de reſcri. cum ſimili.* ut ibi per Feli. tamen licet non ſit facienda mentio de collatione nulla, ſecus eſt in poſſeſſione adepta per illam collationem, quia de illa eſt facienda mentio, ut eſt tex. & ibi Doct. *in d. c. cum noſtris. de conceſ. præb.* ubi dicitur quod licet beneficium non poſſit conferri Epiſcopo, tamen ſi conferatur collatio eſt nulla, & in impetratione in contrarium facienda debet fieri mentio de poſſeſſione illius, ut ibi tex. Et ratio poteſt aſſignari, quia poſſeſſio eſt quid facti & non juris. *ut l.* 1. §. *ſi vir. ff. de acqui. poſſeſ.* Ita quod ſi concurrant verus collator qui non poſſidet & alius qui poſſidet ſimul conferant diverſis, ille qui eſt poſſeſſor cum bona fide, quamvis non habeat verum titulum, eſt præferendus. *c.* 2. & ibi Inn. quem ibi ſequitur Dom. Ab. *de in integ. reſti.* & idem tenet per illum tex. Dom. Abb. *in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ. & proprie. & in c. quærelam. de elect.* & *in c. conſultationibus.* per illum tex. *de jure pa.*

Hæc ſunt commoda poſſeſſionis, I.

Secundo prædicta concluſio poteſt limitari, & ſic illa clauſula generalis habebit effectum quando collatio non eſt nulla: ſed venit annullanda, quia tunc illa prima collatione non obſtante valebit ſecunda proviſio, & ſic poteſt procedere dictum Feli. *in d. c. cauſam quæ. de reſcr.* quam ſuprà retuli. ut in ſimili facit tex. *in c. auditis. de elect. cum ſi.* ut no. Feli. *in d. c. ex tenore. de reſcrip.*

Tertiò limitatur dicta concluſio ut non procedat quando illa collatio nondum eſt acceptata per illum cui beneficium erat collatum, maximè quando illæ duæ collationes proceſſerunt à Papa, quia per illam clauſulam generalem *non obſtante collatione alteri facta* videtur eſſe derogatum collationi quæ non fuerat acceptata, ut in ſimili tenet Dom. Abb. *in c. accedens. de præb. & dig.*

Quartò limitatur dicta concluſio non procedere in collatione quæ venit confirmanda per lapſum menſis conceſſi impetranti, ut in ſimili no. Dom. Abb. & Fel. *in c. cum ex officij. de præſcr.* & no. Doct. & ibi Fel. *in c. cæterum. de reſcr.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIV.

1. *Si privilegium datum ordinario fuerit à Sede Apostolica per quod Papa nequeat conferre sua beneficia nisi facta mentione privilegij de verbo ad verbum. Et si postmodum Papa in forma communi conferat beneficium derogando generaliter illi indulto dicendo hoc modo* non obstante quocumque indulto concesso valeat præsens collatio nostra seu derogatio, ac si esset facta seu fienda mentio de verbo ad verbum præsentibus pro expressis, *an videatur illi privilegio derogatum. nu.* 7.
2. *Papa non tenetur facere mentionem in suis provisionibus de reservationibus generalibus.*
3. *Clausula testamenti quod non possit derogari testimonio & privilegio concesso nisi facta expressa mentione de verbo ad verbum ejusdem testamenti aut privilegij quando illi derogatum. nu.* 14. *&* 17.
4. *Clausula generalis derogatoria an sufficiat ad tollendum privilegium concessum. nu.* 8.
5. *Clausula* fiat ut petitur *in supplicatione an deroget privilegio tertij per quod fuit concessum quod eidem privilegio non derogaretur nisi facta expressa mentione de verbo ad verbum ejusdem privilegij.*
6. *Clausula* non obstante quæcumque & qualiacumque, *&c. quid operetur & qualiter intelligatur.*
8. *Privilegium concessum personæ privilegiatæ non derogat primo nisi expressa facta mentione, licet fuerit concessum cum clausula generali* non obstante quibuscumque, *&c.*
9. *Clausula contractus per quam exprimitur quod qui juravit non possit venire contra aliquo modo neque tanquam minor vel major, an operetur validitatem contractus ratione juramenti.*
10. *Vendens equum dolentem in spatula, non tamen ostendentem dolorem ut quia calefactus propter cursum, & dicit venditor, do tibi equum pro strabone & gibboso dolentem, spatulam habentem, & omnes maculas, nec volo ex aliquo teneri, quando teneatur actione redhibitoria.*
11. *Rescriptum ad utilitatem privatam concessum non derogat rescripto concesso ad utilitatem publicam.*
12. *Clausula derogatoria apposita in secunda provisione, derogat privilegiis generaliter concessis in quibus non requiritur tanta specificatio.*
13. *Clausula expressa in prima provisione majorem habet effectum quàm in secunda.*
15. *Geminatio verborum inducit præcisam intentionem.*
16. *Clausula rescripti generalis ad trahendum miserabilem personam, non sufficit : idem, si scribatur contra privilegium ad pias causas, quia tunc requiritur expressa mentio, & quibus dicta clausula non derogat.*

Papa per derogationes generales derogat legibus & constitutionibus dispositivis, non solemnibus & pro forma contractuum & testamentorum editis, puta non potest dispensare de regul. de public. Molin. ad reg. de public. legē mutare potest, non juri alteri per legem quæsito derogare, ut indulto Cardinalium suo indulto Papa derogaret : sunt enim diplomate regio confirmata & magni Consilii authoritate probata gratiæ difficultate abrogationis munitæ potest derogare : exemplum in decreto novæ commendæ appositio & cum decreto *quod sive cedente, sive decedente oratore beneficium redeat in titulum neque amplius commendari possit.* In sequenti collatione repetitur hæc clausula cum verbo non obstante rite commendatum dicitur beneficium obmissa subreptitia collatione nullius jus in hoc versatur. I.

Quæro decimo quartò. Si fuerit alicui ordinario concessum à sede Apostolica indultum ut aliquis etiam Papa non possit conferre sua beneficia nisi faciat mentionem de verbo ad verbum illius indulti, & si postmodum Papa in forma communi conferat beneficium derogando generaliter illi indulto dicendo hoc modo, *non obstante quocumque indulto concesso & valeat præsens derogatio, ac si esset facta mentio de verbo ad verbum præsentibus pro expressis*, &c. an videatur illi indulto derogatum. [a]

2. Et primò pro parte affirmativa videtur primo indulto derogatum, facit quia quando Papa reservat alicui beneficia, & postmodum providet alteri in præjudicium reservationis valet provisio, non obstante quod non faciat aliquam mentionem de illa reservatione, [b] ut est tex. *in ca. dudum. & in ca. quamvis. de præb. & dig. in 6.*

Ad istud arg. potest responderi, quod illa jura loquuntur in reservatione facta legato, quia Papa non dedit tantam potestatem quin sibi retinuerit majorem, & sic habent locum illa jura in contrarium alleg. secus est dicendum, quando illa reservatio fit ordinario collatori, quia tunc est necesse ut specialiter derogetur illi reservationi, ut tenet Feli. *in ca. in nostra. de rescri.* & hoc maximè procedit, quia Papa in præsenti casu specialiter voluit ut non valeat provisio in contrarium nisi faciat mentionem de verbo ad verbum.

Secundò pro ista parte affirmativa facit, quia Papa non tenetur facere mentionem in suis provisionibus de reservationibus generalibus, ut no. Feli. *in ca. in nostra. de rescript.*

Ad istud potest responderi, ut tenet Feli. quod illud procedit in reservationibus clausis in corpore juris aut in regulis cancellariæ, quia de illis non est facienda mentio, quia sunt notæ Papæ, secus est in aliis reservationibus non notis Papæ, ut no. Feli. *in dicto. ca. in nostra.*

Tertiò pro ista parte facit, quia in secunda provisione expedita in forma communi cum clausulis derogatoriis consuetis, videlicet concessis generaliter, seu etiam specialiter, vel sub quacumque forma verborum, quorum tenores haberi vult pro expressis, etiam si de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis, unde ista clausula derogatoria videtur esse derogatum, [c] per tex. *inl. omnes. in verbo specialiter ac nominatim. C. de præscri.* 30. *vel* 40. *annorum.* quem textum ibi multum commendant Bald. & Ang. & dicunt esse tex. sing. & meliorem quam sit in jure ad clausulam derogatoriam omnium legum & statutorum

c Idem Jason l. finali. Cod. si contra jus & util. pub. C. M.

a Breviter puto esse derogatum quicquid infra dicatur, quia constat de voluntate & potestate Papæ, & hoc tenet Felinus cap. nonnulli. de rescrip. Alexand. cons. 7. volu. 4. C. M.

b Quia species derogat generi. C. M.

Source : BIU Cujas

positam in rescriptis, & quandoque positam in statutis non obstantibus omnibus legibus, statutis vel consuetudinibus, quia in contrarium loquuntur, de quibus debeat specialis mentio fieri, nam eis intelligitur derogatum perinde ac si specialiter & expressè & nominatim essent numerata, quam clausulam dicunt prædicti Doct. quod viderunt multotiens apponi, nam tantum operantur illa quantum si de omnibus legibus, statutis vel consuetudinibus esset singulariter & distinctè facta mentio, habeantur omnia illa pro numeratis & specificatis intelligitur omnibus derogatum.

Ad istud potest responderi, quod habet locum in legibus & in derogatione legum, quia tunc sufficit derogatio generalis, ut no. Dom. Abb. & Feli. *in ca. nonnulli.* per illum tex. *de rescrip. cum simili.* ut not. Dom. Philip. Deci. *in suo cons.* 10. secus est in derogatione rescriptorum, quia in illis debet fieri specialis & expressa derogatio. Et ratio diversitatis inter leges & rescripta, quia Papa non ignorat ea quæ sunt juris, & faciliter videtur illis derogare per clausulas generales. *ut dic. ca. nonnulli. de rescrip.* facit *c.* 1. *de consti. in 6.* sed ea quæ sunt facti Papa ignorat. *ca.* 1. *de const. in 6.* ut sunt rescripta quæ consistunt in facto & Papa non videtur illi derogare nisi specialiter & nominatim exprimatur. *ca. cum olim. de re jud.*

3. Quartò pro ista parte affirmativa in simili facit, quia si testator in primo testamento appositi clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, & postea in sequenti testamento dicat non obstante aliquo alio testamento per me facto, etiam si de eo deberet fieri mentio specialis, perinde sit ac si nominatim & expressè in testamento sequenti posuisset tenorem primi testamenti, ut notant Bal. & Ang. *in d. l. omnes. C. de præscri.* 30. *vel* 40. *anno.* ubi dicunt esse casum, & hoc dicunt vidisse de facto multotiens, licet de hoc ultimo fuerant opiniones inter Docto. ut per Bar. & alios. *in l. si quis. in prin. testamenti. ff. de leg.* 3. & per Doct. *in l. mihi & tibi. § in legatis. ff. de leg.* 1. & Fede. de Senis *in Cons.* 4. *inci. habita super casu prædicto collatione.* ubi consuluit quod si testator fecit primum testamentum in quo appositi clausulam derogatoriam cassando & irritando omnem aliam ultimam voluntatem in contrarium factam aut faciendam, tamen si postea faciat secundum testamentum, & in eo dicatur cassans & rumpens omnem aliam voluntatem, non obstantibus quibuscunque verbis derogatoriis in eo positis, etiam si de ipsis verbis derogatoriis de verbo ad verbum, & de toto tenore testamenti oporteret facere mentionem specialem, tunc ista secunda dispositio & expressio sufficeret, ut ejus vigore intelligatur derogatum primo testamento, in quo erat specialis clausula derogatoria, licet formaliter & in specie de illa clausula non dicatur expressè, quia talis derogatoria generalis sufficit ad derogandum privilegio specialiter habenti quascumque clausulas speciales derogatorias, aliàs oporteret Papam in futurum privilegiorum per totum orbem concessorum & per se & suos prædecessores tenores inferere si vellet illis derogare, quod esset multum absurdum secundùm eum, & dicit quod ita communiter tenemus.

Ad istud de testamento potest responderi, quod aliud fit in revocatione testamenti, quæ favorabilis videtur & nulli inferre præjudicium, ut libera sit voluntas testatoris usque ad extremum vitæ exitum. *l.* 1. *C. de sacrosan. eccle.* & *l. status. §. ait oratio. ff. de dona. inter virum & uxo.* & *c. cum Martha. de cele. Mis.* aliud est in revocatione privilegiorum, quæ lex odiosa videtur ex quo tractatur de præjudicio tertii, & istam differentiam consideravit, & tenuit Pau. de Cast. *in Cons.* 278. *inci. passus iste dubitabilis videtur.*

4. Quintò pro ista parte facit, quia ad tollendum privilegium quantumcumque habuerit clausulas derogatorias sufficit revocatio generalis per illa verba, *non obstantibus quibuscumque privilegiis, sub quacumque verborum forma concessis.* ut videtur esse tex. *in Clem. dudum. circa. fi. de sepul.* & *in c.* 2. *de præb. in 6.* & *in ca. fi. ad finem. cum simil. de sen. excommu. in 6.* & ita tenuit Joan. de Ana. *Cons.* 56. *inci. his quæ in facto præponuntur visis.* ubi tenet quod si Papa indulgentiam alicui concedat, & apponat clausulam quod illi non intelligatur derogatum propter aliud privilegium nisi de illo fiat mentio specialis de verbo ad verbum: tamen dicit etiam communem opinionem, quod si in secundo privilegio adsit clausula derogatoria, & in ea dicatur etiam si facienda esset mentio de verbo ad verbum, quod propter talia verba, privilegio intelligeretur esse derogatum, licet tenor primi privilegii de verbo ad verbum non inseratur in secundo privilegio, alleg. notat. *in ca.* 1. *de rescri.* & *in ca. penul. de capel. Mo.*

Ad præmissa fundamenta potest responderi, & primò ad tex. *in l. omnes. in verbo specialiter & nominatim.* quem ibi ponderabant. Bal. & Ang. *C. de præscri.* 30. *vel* 40. *anno.* & etiam respondetur ad tex. *in d. cle. dudum. circa. fi. de sepul. cum juribus supra alleg.* nam illa jura loquuntur in revocatione quæ fit per jus commune, non sic ubi derogatio fit per aliud privilegium, ut no. Joan. An. *in c.* 1. *de excess. præla. in 6.* & Fel. *in c. accedentes. col.* 4. *de præscri. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ad fi. ff. si quis cautio.*

Nec obstant illa consilia & dicta Doctorum superiùs relata, quæ tenent contrarium, nec loquuntur in terminis in quibus sint appositi tam efficacia & prægnantia verba ut in præsenti casu. Nec etiam obstat illud fundamentum Fede. de Senis superiùs relatum, ubi dicebat quod oporteret Papam inferere tenores infinitorum privilegiorum per se & suos prædecessores concessorum si vellet eis derogare.

Respondetur ad istud quod hoc non erit multum difficile, quia in registro Papæ hoc facile apparebit quibus privilegia concessa sunt sub illa forma speciali. ut no. Cardi. Flo. *Cons.* 51. & si diceretur quod possent esse perdita registra Curiæ Romanæ, & sic Papa nesciret qualem mentionem oporteret facere.

Ad istud respondetur, quia hoc esset de raro contingentibus; ideo non est de hoc cogitandum. *ut l. ex his. & l. nam & ff. de legi.* & quando istud contingeret tunc sufficeret clausula generalis *non obstante privilegio sub quacumque forma verborum concesso*, ut no. Card. Floren. *in d. Cons.* 51.

Sextò pro ista parte facit quod no. Oldra. Lauden. *in Cons.* 117. *incip. bonæ memoriæ. Dominus Bonifacius Papa VIII.* ubi tenet quod per illa verba generalia *non obstantibus quibuscumque statutis*, intelligitur derogatum consuetudinibus & statutis, & quamvis de eis non faceret specialem mentionem, sed generalem. *per c. quia sæpe. & c. cum non deceat. de elec.* & quia generalis clausula quantum ad comprehensa sub eo singula, complectitur ac si essent specialiter enumerata. *l. si chorus. in prin. ff. de leg.* 3. & *l.* 2. *C. de quadrien. præscri.* & *l. omnes. C. de præscri.* 30. *anno.* idem tenet Joan. And *in c.* 1. *de schisma. in 6. in Novel.* Ange. *in l. divus. §. licet ff. de jure codicil.* & *in l. fi.* & *l. si quis. §. quæsitum. ad fi. ff. si quis ca.* & *Cons.* 270. *inci. Bonifacius Episcopus servus servorum. in pen. col.* idem tenet Alberi. de Rosa. *in l.* 1. *ad fi. C. quando impe. inter pup. & vid.* ubi dicit quod ita vidit servari Romæ, idem tenet Domin. Ant. de Bur. *in Cons.* 2. *inci. visis literis legitimationis. ad fi.* ubi tenet quod illa clausula generalis, *sed non obstante privilegio*, etiam si de verbo ad verbum deberet de eo fieri mentio, operatur derogationem sufficientem: nam hæc generalia verba æquipollent expressioni de verbo ad verbum, ex quo hanc clausulam loco illius subrogat, secundum eum facit quod tenet Bal. *in c. cum dilecta. in ult. col. de rescri.* ubi tenet quod quando Papa vult quod tenor obstantium habeatur pro scripto de verbo ad verbum tunc nulla obstantia

Source : BIU Cujas

officit reſcripto, quia contra libertatem plenitudinis poteſtatis Papæ nihil ſtatui poteſt: iſtam partem etiam tenere videtur, licet clarè non ſe formet Dom. Abb. *in c. cum inſtantia. in col. 2. de cenſi.* Ad illud poteſt reſponderi, ut ſuprà in aliis fuit reſponſum.

Septimò pro iſta parte facit quod no. glo. *in c. unico. §. ut vero. in verbo ad verbum. de col. in prag.* ubi tenet quod quando Papa conceſſit privilegium cuidam monaſterio, ut non teneretur ad procurationem legatorum, etiam ſi in literis dicatur ut tam exempti quàm non exempti teneantur ad hoc onus, niſi de iſto indulto fiat mentio de verbo ad verbum demum Papa concedit legato, ut poſſit exigere procurationem à quibuſcumque, etiam exemptis quamvis talia ſint privilegia de quibus eſſet facienda mentio de verbo ad verbum, quæ voluit in illis literis haberi pro expreſſis, dicit quod per has legatorum literas ſit derogatum illi privilegio. Fede. dubitat *Conſil. 227.* ſed tenet ipſemet quod ſic *Conſi. 46. alias. 45.* & Dom. Ab. *in c. cum inſtantia. de cenſi.* pleniſſima revocantur omnia privilegia, ſtatuta, & conſuetudines. *cle. 1. cle. dudum. prope fi. de ſepul. cle. 1. in fi. de ſen. excom. c. cum non deceat. c. quia ſæpe. de elec. in 6. cle. 1. de jure pa. in fi. de capel. Mo. c. 1. lib. 1. de æta. & quali. cle. ut hi qui. ad fi. cle. quia contingit. ad fi. de reli. dom. in extrava. Jo. 22. ſuſcepti. ad fi. cum ſimi.* faciunt no. per Dy. *in c. quod ſemel. de reg. jur. in 6.* per legiſtas. *in l. ſi quis. in princ. ff. de leg. 3.* & *in l. fi. C. ſi contra jus vel uti. pub.* Bartol. *in extrava. ad reprimen. in ver. non obſtante.* per Doct. *in c. nonnulli. de reſcr.* Jo. And. *in c. 1. de exceſ. præla. lib. 6.* Inn. ubi latè per eum de verbis derogatoriis ad privilegia, ſtatuta & conſuetudines. Henri. *in c. ex parte ſecundo. de offi. delega.* ubi dicit quod in omni materia ſi conſtet per verba derogatoria lata licet generaliter ab eo qui derogare poteſt, quod generaliter omnibus derogare voluit, voluntati eius ſtabitur per no. *in d. c. ex parte. de confir. utili vel inuti. c. porrecta. in fi.* glo. *in d. l. fi.* Ad iſtud poteſt reſponderi quod procedit ſicut alia ſuperiùs allegata.

5. Octavò pro iſta parte negativa facit quod no. Bu. *Conſi. 55. inci. viſis literis legitimationis.* ubi tenet quod ſi gratia Papæ ſignatur hoc modo, *fiat ut petitur*, & in ſupplicatione petebatur quod certa conceſſio quæ debebat exprimi haberetur pro expreſſa ex tali ſignatura, quæ inde eſt ac ſi fuiſſet expreſſa & ſpecificata, poteſt enim Papa ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſſum quod expreſſum non eſt. *c. 1. de tranſac.* & *c. illa. de elec.* & *cle. paſtoralis. de re jud.* & *c. ſi motu. de præb. in 6.* & ita dicit quod ſtylus Curiæ Romanæ ita ſervat, quia in confirmationibus apponuntur iſtæ clauſulæ vel ſimiles, quorum tenorem haberi volumus pro expreſſo: nam id ad quod fit relatio perinde habetur ac ſi expreſſum foret ſpecificè in ſcriptura quæ ad aliam refertur. *l. ait Prætor. §. 1. ff. de re judic.* ibi accipiendum eſt quaſi quantitatem nominaverit, & ex quo Papa vult haberi pro expreſſo, fingitur expreſſum: licet expreſſum non ſit. *cle. 1. de proba.* & hoc ipſe comprobat per ſtylum Curiæ in appoſitione clauſulæ *non obſtantibus privilegiis*, etiam ſi eſſent talia de quibus deberet fieri mentio de verbo ad verbum, quia iſta verba æquipollent expreſſioni de verbo ad verbum ſecundum eum.

Ad iſtud poteſt reſponderi quia ſatis videtur eſſe ſpecificatum, poſtquam omnia narrantur, & illa narrativa ſignantur per Papam, quia illa ſignatura refert ſe ad narrativam, ut no. Dom. Abb. & ibi Docto. *in c. in præſentia. de proba. cum ſimili.* ut ſuprà dixi in aliis ſolutionibus.

Nonò, pro iſta parte facit quod no. Ange. *conſi. 270. inci. Bonifacius Epiſcopus.* dicens, quod ſi Papa commemorat quandam ſuam conceſſionem, & dicit ſub dicta forma aut quavis alia forma ſub quacunque conceptione verborum per iſta verba eſt ac ſi ſigillatim eſſet extenſum in literis quicquid continebatur in alia conceſſione. *arg. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demon.* & *l. à ſe toto. ff. de hære. inſti.* & dicit Rot. *deci. 20. tit. de reſcri. in novis.* quod licet in commiſſione per quam revocatur commiſſio alteri facta, valet revocatio quamvis expreſsè omnia non exprimantur. *c. inter. de re judi.* & ſi in commiſſione petatur certam cauſam committi alteri auditori dicendo, quod priùs faciat alteri commiſſa & ſubdendo clauſulam conſuetam, videlicet cujus cauſæ ſtatum dignemini habere pro expreſſo, quia tunc committendo alteri videtur Papa ex certa ſcientia committere, & habere ſtatum pro expreſſo, ita tenet Nic. Milis. *in ſuo reperto. folio 159. col. 3.* & dicit Bal. *in c. ſuper literis. col. 6. ver. quid ſi Papa. de reſcri.* quod ſi Papa dicit quod vult habere aliqua pro ſpecificatis videtur reſcriptum valere ac ſi omnia eſſent ſpecificata: ut no. Alexan. *in l. ſed ſi quis. §. quæſitum ſuperiùs allegatum.* & iſta clauſula in contractibus & renuntiationibus nihil operatur: ſecus autem in ſtatuto & reſcripto ſecundum eum, ut no. Soci. *Conſi. 266. inci. in cauſa quæ vertitur. in tertia parte quartæ.* Item facit gloſſ. *in extrava. execrabilis. in verbo perſonatus. in fi.* quæ dicit quod ſi Papa in collatione dignitatis dicat non obſtante quod talia beneficia teneas qualiacunque ſint, tunc poterit tenere prima beneficia: & ſi eſſent electiva, facit. *Cle ſi Romanus. de præb.* & ideo iſta verba operantur duo. Primò quia tollunt omnem ſubreptionem quomodocunque & qualiacunque ſint prima beneficia. Item quod inſimul obtineri valent quæcumque & quod ſint, quia tantum valet genus in generali quantum ſpecies in ſpeciali. *c. ſolita. de majori. & obe.* & *c. ſi ſacerdos. de offi. ordi.* ſed Fel. circa iſtud *in d. c. nonnulli. col. 8. in prin. de reſcr.* dicit quod dubitat an illa gloſſ. ſit correcta in duobus. Primò dum dicit talia beneficia, quia ſi diceret talia, non videretur quod comprehenderetur quodcunque ex quo eundem præceſſit ſpecialis nominatio, genus ſequens intelligitur de nominatis vel de ſimilibus. facit. *c. ſedes. de reſcr.* Secundò videtur incorrecta in illis verbis Bullæ, quæ ponit ad hoc ut poſſit dicere priora beneficia, quæcunque eſſent: quia videtur quod deberet eſſe hoc verbum *quodcunque*, quod verbum gloſ. non ponit inferendo verba Bullæ, ſed ſolum ponendo effectum Bullæ: ſi enim diceret ſolum illud univerſale *qualiacunque* videretur referri ad qualitatem: non autem ad numerum, niſi addat quodcunque: & per hoc etiam apparet quod gloſſ. non debuit dicere talia, quia dicendo talia, & dicendo quodcunque, non videtur ſermo congruus, & videtur ſuperfluere illud talia.

6. Et ideo idem Feli. credit quod gloſſ. voluit dicere non obſtante quia alia beneficia teneas quæcunque ſint literæ Apoſtolicæ. Circa iſtud cogitavi dare aliam reſponſionem, quod illa verba generalia tollunt ſubreptionem: ut in ſimi. no. per Feli. *in c. ad aures. de reſcri.* ſicut dicimus in clauſula *motu proprio*, quæ eſt clauſula generalis, & tollit omnem ſubreptionem. *c. ſi motu. de præb. in 6.* tamen iſtæ clauſulæ generales non videntur importare quod ſit de mente Papæ concedere privilegium in præjudicium tertii, ut no. Fel. *in d. c. ad aures. de reſcr.* modo ſit in præſenti caſu quod illæ clauſulæ generales operantur ad tollendum ſubreptionem circa beneficia per priùs obtenta, quia illa clauſula non operatur, ut poſſit omnia beneficia tenere: ſed ſolum tollit ſubreptionem. *c. non poteſt. de præb. in 6.* Sed in caſu præſentis quæſtionis agitur de præjudicio tertii: & non eſt veriſimile quod Papa illud voluerit tollere per illas derogationes generales. facit glo. *in clemen. ſi Romanus Pontifex. cum ſimi. de præb. & dign.* Vel aliter poteſt dici, ut ſuprà fuit dictum, quod fundamenta in contrarium habent locum in diſpoſitione juris communis: ſecus in diſpoſitione inferioris, & in præjudicio ipſorum inferiorum, ubi lex requirit aliquid eſſe expreſſum, quia tunc non ſufficit clauſula pro

Source : BIU Cujas

expreſſis habentes, aut ſimilis, ut tenet Feli. *in d. c. nonnulli. in princi. colum. 8. verſi. hæc & ſimilia. de reſcript.* ubi ſi partes volunt haberi pro expreſſis & ſpecificatis omnes caſus fortuiti qui occurrere poſſent, iſtud non ſufficit: facit ſecundùm eum. *c. qui ad agendum. de procura. in 6.* facit quod no. Ange. *in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt.* ubi dicitur quod licet de jure communi paria ſunt aliquid eſſe expreſſum vel haberi pro expreſſo.

Item iſtud non procedit ſecundùm eum in ſtatutis, ita quod ſtante ſtatuto quod per inſtrumentum guarentigiatum in quo expreſſus eſt certus terminus capiatur debitor ad voluntatem creditoris, non vendicabit ſibi locum ſi terminus non eſt expreſſus, licet pro expreſſo debeat haberi: & ita dicit ſe conſuluiſſe. Vel aliter poteſt reſponderi quod ut prædicta procedant ubi princeps, per legem novam, vel reſcribendo derogat legi habens clauſulam derogatoriam, quod ſufficit dicta clauſula pro expreſſis habentes & reſcribendo contra legem nemini præjudicat, ideo ſufficit quod deroget implicitè, licet non explicitè: & præſumitur de ea recordatus, apponendo illa verba: ſed ubi agitur de derogatione privilegii vel gratiæ habentis clauſulam derogatoriam dante ſpecialem formam diſpoſitioni contrariæ: tunc eſt diſtinguendum hoc modo ſecundùm eundem Feli. Aut illi derogatur per viam legis: & tunc ſufficit derogare cum iſta clauſula non obſtantibus quibuſcunque ſub quacunque forma verborum conceſſis vel ſimili. ita loquitur. *d. clem. dudum. ad fi. de ſepul. & c. fi. de ſent. excom. in 6.* quia ibi non præſumitur ſubreptio, & certum eſt quod Princeps nedum hoc potuit, ſed videtur ita voluiſſe, ut no. Pau. de Ca. *Conſil. 55. in princ.* aut ſecundùm eum iſtæ clauſulæ generales diſponunt per viam reſcripti quocunque reſcribat; & tunc oportet facere mentionem qualem requirit illud privilegium cui derogatur, nec ſufficeret habere obſtantia pro expreſſis, & iſtud probatur ſecundùm eum inſequendo opinionem communem, niſi ſtylus Curiæ Romanæ ſe haberet in contrarium: ut teſtatur Butr. *Conſil. 55.*

Nunc ſolvendo iſtam quæſtionem tangendo dicta Doctorum crederem dicendum quod per illam derogationem generalem appoſitam in ſecunda proviſione, non videtur derogatum primo privilegio, facit tex. *in ca. 2. de dolo & contu.* ubi licet fiat mentio de prima impetratione, non videtur eſſe illi derogatum niſi nomina expreſſa in primo privilegio exprimantur; in ſecundo facit etiam tex. *in c. qui ad agendum. & in cle. non poteſt. eo. tit. de procura.* ubi per illam clauſulam generalem non videntur eſſe commiſſa procuratori negotia ardua, facit etiam pro iſta parte tex. *in clem. 1. de præben. in 6.* ubi licet mandetur ut provideatur alicui de beneficio aut dignitate pertinente ad collationem, præſentationem, inſtitutionem, diſpoſitionem, aut proviſionem, per iſta verba generalia non venit nec comprehenditur dignitas electiva, quamvis in executione reſcripti exprimatur verbum electionis: & ſic ergo eſt concludendum quod per ſecundum reſcriptum habens verba generalia derogatoria, non intelligatur derogatum primo indulto ſeu privilegio, ſtantibus verbis derogatoriis, prout ſuprà dixi, & iſta videtur eſſe magis communis opi. quod per ſecundum reſcriptum continens generalem derogationem cum illa clauſula etiam ſi de verbo ad verbum deberet fieri mentio ſpecialis, non intelligatur derogatum privilegio ſeu indulto habenti ſpecialem derogationem: [a] niſi fiat propria & ſpecialis mentio de verbo ad verbum. *ut ca. veniens. de preſcri.* & plene no. *in ſumma. 25. q. 2. & in c. 1. de reſcr.* nec ſufficit mentio generalis: ſed requiritur expreſſa & ſpecifica nominum & locorum, ut eſt tex. no. *in d. c. 2. de dolo & contu.*

Item ſi aliter diceremus tunc eſſet dicendum primum privilegium eſſe inutile, & nunquam haberet effectum, quia ſemper illæ clauſulæ generales derogatoriæ cum dicta forma verborum de ſtylo Curiæ Romanæ apponuntur. Ita tenet ipſemet Fede. de Senis ſibi contrarius latè arguens ad partes. *in Conſil. 234. inci. caſus talis eſt monaſterium cujuſdam ordinis monialium.* & cum iſta ſecunda opinio fuerit poſterior, & magis deliberata cenſetur, quod ſit propria opinio ipſius Fede. juxta gloſ. no. *in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel.* & no. Ba. *in l. bona fides. ff. depoſiti.* & ſcribentes. *in l. ſi idem cum eo. ff. de juriſdi. om. judi. cum ſimi.* ut ibi per Doct. & pro iſta parte conſuluit plenè Bart. de Modul. in favorem Cartuſiæ Piſanæ, prout refert & ſequitur Paul. de Caſt. idem conſulens. *in Conſil. 314. inci. quoniam adjectione non indiget plenitudo. in 3. & ſequen. col.* & idem etiam ſequitur latè idem Pau. de Caſtro removendo quædam contraria quæ in oppoſitum facere videbantur. *in Conſil. 55. inci. paſſus iſte dubitabilis videtur.* & idem eſt dicendum quod quando in privilegio adeſt clauſula derogatoria privilegiis non facientibus de ea ſpecialem mentionem, quod tunc non ſufficiant in ſecundo reſcripto illa verba derogatoria: etiam [b] ſi eſſent talia de quibus eſſet facienda mentio ſpecialis de verbo ad verbum: ut tenet Calde. *in Conſi. 9. poſito. in rub. de privilegiis.* quod incipit. *habet ordo ſanctæ Claræ.* ubi conſuluit pro monialibus ſancti Viti urbis Piſanæ; quarum privilegium dicit: quod ei non intelligatur derogatum niſi fiat mentio ſpecialis de Cardinali protectore ſuo: nam conſuluit quod nulla clauſula derogatoria, non deroget niſi Cardinalem nominet: *cum ſimi.* ut no. Feli. *in c. quid ſuper his. de fide inſtru.* Et ſi dicatur quod non potuit Papa privilegians ligare ſucceſſorem. *c. fi. de reſcr. in 6.* ſolve ſecundùm eum quod tamen decet ſucceſſorem ſervare [c] diſpoſita per prædeceſſorem. *c. 1. & 2. 25. q. 1. & in reg. decet. & in reg. privil. de reg. jur. in 6.* Ergo non præſumitur ſucceſſorem tollere niſi exponat proferendo verba actu & ſpecificata. Idem etiam tenuit late Car. Flo. *in conſi. 51. inci. Do. Grego. Papa. & in conſi. 138. inci. factum ſic ſe habet vacantibus canonicatu & majori prabenda. col pe. & in cle. 1. in 3. oppoſi. de ſepul.* Idem etiam ſequitur late Ludo. Ro. *in Conſi. 327. inci. quod indultum Petri.* & etiam *in Conſi. 498. inci. in caſu in quo quæritur. in pe. col.* Ita etiam tenet Cyn. *in l. unica. ad finem. C. quando imperator inter pupil. & vidu.* Iſtam etiam opinionem latè diſputat hinc & inde, & tandem ſequitur iſtam partem negativam, tanquam magis communem Feli. *in c. accedentes. col. 4. de præſcri.* ubi refert quaſi omnes prædictas auctoritates tenentes iſtam ſecundam partem, & ibi infert bonum verbum in practica, quæ iſta eſt communis opinio, quod non ſufficiunt dicta verba, ſed requiritur ſpecifica mentio, & pro iſta parte tenent multi Doct. ſuperiùs relati, quos ſi vidiſſet Joa. de Ana. *in prælleg. conſi. 56.* forte non dixiſſet aliam opinionem eſſe communem ſecundum eum, & ultra prædicta in terminis iſtius quæſtionis tenet Archi. *in ſumma. 25. q. 2. col. ulti.* quem allegat Bald. *in prælu. ſeu. in 4. charta. in 1. diviſione feudorum. col. fi.* & adde. quod alibi in terminis tenet Bal. *in c. ſuper literis. col. 5. de reſcript.* ubi tenet quod licet Papa dicat quod vult haberi pro ſpecificatis, tamen non valet, acſi eſſet ſpecificatum, quia iſta clauſula generalis eſt captioſa & juri contraria. *l. fi. & l. ſi quis. § quæſitum. ff. ſi quis caut. & l. cum Aquiliana. ff. de tranſac.* Et licet ſupra retulerim in hoc paſſu varias opiniones: tamen in caſu præſenti non eſt recedendum ab iſta ſecunda opinione: quam ut ſuprà dixi, Fel. reputat eſſe magis communem, eo quod in caſu præſenti in primo privilegio ſeu indulto eſſent multa verba derogatoria ampla & efficacia, quibus per iſtam clauſulam generalem non puto eſſe derogatum per verba ſecundi reſcripti ſuperiùs relata: quia Papa conceſſit latè primum indultum.

[a] Imo ego teneo quod ineſt derogatio quia conſtat de voluntate principis & adeſt ejus poteſtas quãdo fit actus, ſcilicet derogatorius, aliàs eſſet reſtringere poteſtatem propriè, quod fieri non licet. C. M.

[b] Juro. C. M.

[c] Immo conſtat & ſic ceſſet præſumptio. C. M.

Source : BIU Cujas

8. Idem etiam tenet Feli. *in d. c. nonnulli. in princ. col. 7. de reſcript.* & Cyn. *in l. unica. ad fi. quando impe. inter pupil. & vid.* ubi dicit ſe vidiſſe quæſtionem de facto, quod Papa conceſſit quibuſdam ſororibus religioſis ne teneantur ſolvere collectas aliquas vel procurationes. Accidit quod venit Cardinalis vel alius Legatus habens in privilegio quod poſſit imponere collectas pro ſua procuratione non obſtante aliquo privilegio, numquid prædictæ ſorores teneantur? & determinat per illam legem, quod non, a quia ubi conceditur privilegium perſonæ privilegiatæ non valet ſecundum, niſi de privilegio vel conditione perſonæ cui fuerat conceſſum primum privilegium faciat mentionem, etiam ſi in 2. diceretur, & ſi de eo nos oporteret facere ſpecialem mentionem adhuc non ſufficeret, per ea quæ ipſemet Cyn. tenet *in l. unica. C. per procura. cauſam reſti. agi poſſe.* & ita etiam refert & ſequitur Lud. Ro. in prælleg. *conſi. 327. inci. iſtæ ſunt rationes. in 3. col.* & *in d. conſil. 437. inci. quæ indultum Petri. in 4. colum.* facit etiam tex. *in c qui ad agendum. in princi. de procura. in 6.* unde in iſto caſu non ſufficit, quia in ſecundo reſcripto ſit facta mentio generalis de privilegiis, quia illa mentio generalis non fuit ſufficiens cùm debuerint exprimi nomina expreſſa in primo reſcripto. *d. c. 2. de dolo & contu.* etenim ea quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur videntur eſſe quaſi neglecta: ut dicit tex. *in l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de injuriis.* & *in clem. unica. ad fi. de exceſ. præla.* facit gloſſ. *in c. 2. de præb. in 6.* Item Papa concedens voluit ſtandum eſſe illi primæ gratiæ, & non poſterioribus literis contra ipſam impetrandis: & ſi in poſterioribus literis eſſent verba univerſalia derogatoria *quorumcumque non obſtantium*, unde ſtare debemus menti Papæ concedentis de qua ex tenore primæ gratiæ apparet evidenter. *c. auctoritate. de conceſ. præb. in 6.* Ita etiam conſuluerunt Dom. Jaſ. de May. & Philip. Decius & alii moderni Papienſes quæ conſilia non ſunt in formis.

a Sed contra puto. C. M.

Et ultra præmiſſa pondero primo tex. *in c. ſi propter tua debita. de reſcri. in 6.* ubi reſervaverit fructus beneficiorum vacantium non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, privilegiis vel ſtatutis per quæ ſua conceſſio impediri poſſit ſua intentio fructus hujuſmodi Eccleſiæ fabricæ, vel alteri uſui: ſeu cuicumque ſingulari perſonæ de ſpeciali conſuetudine, privilegio vel ſtatuto nunquam Papa intendit illi derogare per quod afferatur aliquod præjudicium, niſi hoc expreſſe dicatur.

Secundò, pro iſta parte pondero text. *in c. cum aliquibus. de reſcri. in 6.* ubi Papa exprimit omnes qualitates & circunſtantias primi reſcripti, dicendo non obſtantibus privilegiis, conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis.

Tertiò, pro iſta parte pondero tex. juncta gloſſa, in verbo *effectus. in c. cum non deceat. de electio. in 6.* ubi dicitur quod ſi Papa derogaverit ſtatuto non videtur derogaſſe ſtatuto juramento firmato, quia habet aliam qualitatem additam ſtatuto cum ſimi. ut no. Dom. Abb. & Felin. *in cap. conſtitutus. de reſcript.* & in ſimili facit tex. *in c. licet canon. juncto. c. ſtatutum. de elect. in 6.* ubi dicitur quod pœna impoſita contra curatos Eccleſiarum parochialium non extenditur ad Eccleſias parochiales collegiatas, quia in odioſis propter qualitatem additam cauſæ illud non debet extendi, ut no. Dom. Abb. *in rubric. de vita & hone. cleric.* ubi dicit quod appellatione clericorum non veniunt illi qui habent qualitatem aliquam ultra clericatum, quia de omni notabili clauſula debet fieri expreſſio ut in præſenti caſu. In ſimili facit quod not. Dom. Abb. *in c. cum Vintonenſis. de elect.* ubi dicit quod ſi Papa diſpenſaverit cum aliquo illegitimo ut poſſit promoveri ad omnes dignitates, non poterit promoveri ad Epiſcopatum.

9. Quarto pro iſta parte pondero illud quod no. Dom. Abb. *in c. cum contingat. col. 18. ver. nonus caſus.* ubi concludit quod quando quis jurat non venire contra contractum nullo modo neque tanquam minor, neque ut major, ubi ſecundùm Dom. Anto. illud juramentum excludit majorem, & contractus remanebit validus ex quo aliter à jure non impugnatur. Idem tenet in minori quo ad hoc, ſeu levem læſionem; ſed quoad enormem putat non valere contractum & juramentum, ſed poterit petere abſolutionem à juramento in caſu enormi, etiam enormiſſimæ læſionis quantumcumque dicat, & in juramento ſpecificet, quod non veniet contra contractum ratione enormiſſimæ læſionis, & dicit illud etiam procedere ſi minor dixiſſet, quod totum illud quod plus valet, dat, & donare intendit ſecum contrahenti, ut multotiens ponitur in contractu, quia non eſt ſine dolo & fraude qui contrahit, nedum cum conſumpturo, ſed cum actu malè conſumente. *l. ſi quis cum ſciret ff. pro emptore.* & *l. ſi vero non remunerandi. §. adoleſcens. ff. manda.* & *l. 2. quarum rerum acti. non dat.* & cùm fraus ſit ex parte recipientis canonica jura non aſſiſtunt talibus juramentis, & hoc putat verum, etiam ſi minor juraverit omnia & ſingula vera eſſe & illud eſſe verum pretium rei, quia conſtito de appoſito talia poſſunt revocari. *c. cum in poſitionibus.* & quod ibi no. *de jurejur. in 6.* quia juramentum cenſetur præſtitum ſub confidentia quod illud ſit verum, præſertim de quo eſt conventum, unde conſtito de contrario non eſt perjurus licet taliter juraverit. *c. quemadmodum. de jurejur.* & ita dicit in facto ſe conſuluiſſe in cauſa cujuſdam puellæ quæ fuit inducta ut ſic juraret: & hoc maxime, quia talia verba ſæpe apponunt notarii ex ſeipſis, & aliquando ſub involutione verborum oriuntur juramenta, qualia à minoribus, maximè feminis, quæ non intelligunt, & ibi ſubdit Dom. Abb. quod etiam major poterit contravenire, quantumcumque illa verba latè fuerint concepta data læſione enormiſſima, quia notarii ſolent hodie communiter apponere illa verba ad majorem validitatem contractus contrahentis, tamen putant illud eſſe verum prætium rei, nec in aliquo decipi: unde ſicut poſſet contravenire ſaltem petendo abſolutionem ubi intervenit dolus ex propoſito, argu. *l. creditor.* niſi in aliquibus circunſtantiis appareat contrahentem verè voluiſſe illud in quo fuit læſus donare, & ſic poteſt intelligi. *l. ſi quis donationis cauſa ff. de contrahen. emp.* & in dubio quantuncumque illa verba fuerint latè concepta non præſumitur animus donandi, ſed potius appoſita ex conſuetudine notariorum apponentium hæc verba.

10. Quinto pro iſta parte facit quod no. Spe. *in ti. de emp. & ven. §. nunc videndum ver. quid ſi vendens equum.* ubi ponit quæſtionem de illo qui vendit equum dolentem in ſpatula, non tamen oſtendentem dolorem, quando erat calefactus in eundo, dicendo, do tibi iſtum equum pro ſtrabone, pro gibboſo, dolentem ſpatulam, & habentem omnes maculas, nec volo ex aliquo teneri, dicit Spec. quod nihilominus tenetur ex quo aliàs ſpecificè non propalavit defectum. Nam emptor fuit deceptus videns quod falſitatem dixerat in aliis expreſſatis, & credit veriſimiliter eum falſum dicere de morbo ſpatuloſo tunc latente, ſicut in ſimili notarii, & contrahentes ſolent ad cautelam ponere verba valdè lata excludentia omnino remedia, non videtur iſte per illa verba generalia voluiſſe enormiſſimam pati læſionem, ſed potiùs fuiſſet paſſum illa verba apponi ad ſervandum conſuetudinem notariorum, facit. *l. cum de indebito. ff. de proba.* & *cap. cum veniſſent. de inſtitu.* Idem tenet Dom. Abb. *in diſp. inci. ſtante ſtatuto.* & *in dict. ca. cum contingat. col. 18. ver. nonus caſus. de jurejur.* Idem ſentit Dom. Ant. *in ca. Quintavallis. de jurejur.* & ibi

Source : BIU Cujas

Dom. Abbas quod quantumcumque verba latè concipiantur in personis arbitrorum, ut puta quia possent de jure unius dare alteri, ut in totum vel in partem, quod nihilominus enormiter deceptus poterit contravenire, licet non appareret de dolo ex proposito, sed tantum ex re ipsa, quia talia verba sermone effuso emanata videntur prolata sub quadam confidentia personæ & amicitiæ arbitrorum.

11. Sextò pro ista parte facit, quia ad hoc ut dispositio secunda contraria primæ illi præjudicet, non sufficit facere mentionem de prima, sed necesse est facere mentionem de qualibet notabili clausula apposita in ipsa prima dispositione, tex. *in ca. caterum.* & ibi Doct. *de rescrip. & in cap. ex conjuestione.* & ibi Dom. Abb. post Dom. Ant. *de restit. spo. cum simili.* ut not. Feli. *in dicto cap. caterum. col.* 3. *de rescrip.* & *in cap. si quando. colum.* 2. *eo tit.* ubi tenet quod rescriptum ad utilitatem privatam concessum non derogat rescripto concesso ad utilitatem publicam, etiam facta ejus mentione, & etiam si ex certa scientia & motu proprio concederetur, nisi de causa publica aliquid dicatur in ipso secundo rescripto, & ratio est quia omne tacitum quo expresso Papa non ita faciliter dedisset litteras, reddit ipsas surreptitias, per tex. no. *in c. postulasti.* ibi. *de levi non scribimus. de rescr.* sed in prædicto privilegio propter illam clausulam notabilem, de qua si Papa notitiam habuisset tempore quo concessit secundum rescriptum, verisimile est, quod dictam provisionem non fecisset si habuisset notitiam, quia non est verisimile, nec præsumitur illud primum voluisse revocare per secundum. *l. Aquilius Regulus. ff. de dona.* & idem pulchrè concludit Franci. Are. *in cap. Canonum. col.* 2. *de consti.* ubi tenet quod quando privilegium vel gratia conceditur à principe propter aliquam justam causam, videtur transire in contractum, licet concessio esset facta in forma gratiæ *cum simili*, ut not. And. Bar. *in consi.* 1. *in* 1. *vol.* ergo si deducta clausula & quantitate summus Pontifex notitiam habuisset, verisimiliter dicto primo privilegio non præjudicasset, vel saltem non ita de facili.

12. Septimò pro ista parte facit, quia clausula derogatoria appposita in secunda provisione derogat privilegiis generaliter concessis in quibus non requiritur tanta specificatio, sicut in præsenti casu, sicut in simili facit text. *in dicto cap.* 2. *de dolo & contu.* quia antequam videatur esse derogatum primo privilegio omnes qualitates illius sunt exprimendæ in secundo, ut not. Feli. *in dicto cap. accedentes. de præscrip. cum simili.* ut notat Andr. Barba. *in cap. cum esses. de testa.*

13. Octavò pro ista parte facit, quia majorem efficaciam habet clausula expressa in prima provisione quàm in secunda, ut notat Bart. *in l. avia. in prin. ff. de condi. & demon.* per text. & glos. *in l. quisquis. circa secundum. ff. de leg.* 3. ubi idem firmat Bart. & *in l. filium. ff. quando dies lega. cedit.* & ita etiam tenet Mathesi. *in suo not.* 151 *in c. non singul.* in præsenti casu sunt clausulæ invicem derogatoriæ & contrariæ, & majorem vim debet habere prima clausula in dicto privilegio inserta & expressa ad impediendum effectum clausulæ in dicta provisione subsequenti, quàm è contra.

14. Nonò pro ista parte facit, quia Papa in primo indulto sive privilegio post clausulas derogatorias fortissimas subjicit aliam clausulam in qua expressè disponit quod per quascumque clausulas apponendas in dispositionibus vel provisionibus contrariis dicto privilegio non esset derogatum, nisi de verbo ad verbum de dicto privilegio fieret mentio: ergo clarè apparet quod mens Papæ est quod in casu isto non sufficiant clausulæ de quibus in dicta provisione, nemo enim potest negare quod princeps non possit declarare actum per eum fiendum non valere nisi servata certa forma. *cap. nonnulli. in prin. de rescript. & l. rescripta. Cod. de preci. impe. offe. l. universa. Cod. de diverf. rescrip. l. fin. Cod. contra jus.* cùm ergo forma data in prædicto privilegio non sit servata in dicta provisione contraria, ergo dicendum est ipsi privilegio non esse præjudicatum, dato enim quod vera esset opinio Docto. tenentium quod clausula non obstantibus privilegiis, etiam si de eis deberet fieri mentio de verbo ad verbum, præjudicet privilegio præcedenti, in quo fit clausula derogatoria, quod illi privilegio non intelligatur derogatum nisi de eo fieret mentio de verbo ad verbum, ut tenuerunt aliqui per allegata superiùs.

15. Decimò pro ista parte facit quia summus Pontifex in dicto primo privilegio verba sunt geminata dicendo quod non vult præjudicare illi privilegio nisi de illo fiat mentio de verbo ad verbum, & in istis terminis: geminatio enim prædicta significat præcisam mentionem Papæ, ut not. Bald. *in cap. eam te. in prin. de rescrip.* & idem tenet in effectu Joan. And. & alii Doct. *in c. porrecta. de confir. utili. vel inut.* facit text. *in §. & hoc verbo jubemus. in aut. ut nulli judicium. & in aut. de mandatis principum.* facit *cap. si quando. cum glos. de rescript* & ibi Feli. & *in cap. nonnulli. in prin. col.* 19. *ver. fallit. in* 6. *de rescrip.* & *in cap. si cautio. col.* 13. & *sequen. de fide instru.* & Dom. Ant. Corse. *in tracta. suo de verbis geminatis.* Ergo apparet quod mens Papæ numquam fuit ut prædicta clausula generalis appposita in secunda provisione, derogaret primo privilegio.

Undecimò pro ista parte facit quod not. And. Barba. *in consil. suo.* 2. *incip. scripsit propheta. col. ulti. in* 2. *volu.* ubi alleg. Fede. de Senis. *in consi.* 233. *incip. casus talis est.* & Petr. de Ancha. *in cap. cum instantia. de censi.* ubi tenet se eodem anno idem consuluisse, & secundum illud consilium dicit pronunciatum à reverendo Domino Patriarcha Veneto *cum sim.* ut not. Feli. *in dicto cap. nonnulli. in prin. in* 6. *col. versi. amplia secundo. & in cap. accedentes. col.* 3. *de præscri.*

16. Duodecimò pro ista parte facit quando rescriptum impetratur contra personam miserabilem, ut possit trahi extra provinciam, quia tunc non sufficit clausula generalis *non obstante lege*, nisi de qualitate personarum fiat expressa mentio. text. *in cap. significantibus. de offi. deleg. cum. sim.* ut not. Bald. *in l.* 1. *ver. adde quod si princeps. Cod. quando imperator inter pupil. & vidu.*

Decimo tertiò facit pro ista parte, quia quando scribitur contra privilegium concessum ad pias causas, puta fabricæ, non sufficit clausula generalis *non obstante*, sed debet de ipso fieri specialis mentio, ut est tex. *in ca. si propter. de rescri. in* 6. de quo facit tex. Ludo. Roma. *in l. si vero. §. de viro. in fallentia.* 24. *ff. solu. matrimo.* ubi tenet quod facit text. & ibi Barto. *in l. libertus. in* 2. *§. posthumis. ff. de alimen. & ciba. lega.* ubi generalis derogatio beneficiorum alteri concessorum, non extenditur ad concessa favore alimentorum quasi sint ad piam causam.

Decimo quartò faciunt prima privilegia habentia clausulam derogatoriam ad alia privilegia, quia ad hoc ut tollantur per privilegium contrarium non sufficit generalis clausula *non obstantibus privilegiis*, ut no. Cald. *consi.* 2. *titu. de privile.* & Card. *consi.* 43. *incip. Dominus. Grego. Papa.* & *in Clemen.* 1. *col.* 4. *de sepul.* & Fede. *consi.* 239. *incip. casus talis est monasterium cujusdam ordinis.* & Pau. de Cast. *consi.* 43. *incipien. casus iste dubitabilis videtur.* & *consi.* 312. *incipien. quoniam adjectione.* & Cardi. *consi.* 137. *incipien. pactum sic se habet.* & Maria. *in tracta. suo de visitatio. fo.* 23. *ver. scilicet circa hoc quæro.* & Dom. Abb. *in d. ca. cum instantia. col.* 2. *de censi.* & Lud. Rom. *consi* 327. *inci. ista sunt rationes.* & *in consi. inci. quod indultum Petri. col. pen.* in quibus consiliis tenent quod si in privilegio dicitur quod non intelligatur sublatum nisi de ipso fiat specialis mentio de verbo ad verbum, non

Source : BIU Cujas

sufficit quod in alio privilegio sit ista clausula, videlicet etiamsi de ipso oporteret facere mentionem de verbo ad verbum, imò oportet quod ita fiat. a

a Imo. C.M.

17. Decimo quintò pro ista parte facit in simili in ultimis voluntatibus in quibus non valet secundum testamentum, non faciens mentionem de primo habente clausulam derogatoriam. *l. si quis. in prin. testamenti. ff. de leg.* 3. & Bald. *in l.* 2. *ff. de libe. & posthu.* & ibi Paul. de Cast. & Alexan. & Ange. idem tenet Alexan. *in cons.* 7. *in* 4. *volu.* & ideo si in primo testamento diceretur, quia secundum testamentum non valeat nisi in eo sit hoc verbum *Kyriel.* deinde in 2. diceretur *non obstante primo testamento sub quacumque verborum forma concepto* non sufficeret, ut not. Alexan. *cons.* 461. & etiam *in consilio* 28. *incipien. Franciscus de Anno.* ubi attestatur hanc esse communem opinionem: & idem tenet *in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg.* 1. licet multi Docto. de testamento teneant contrarium, licet non fiat mentio de clausula derogatoria, ut not. And. Barba. *in c. cum esses. de testa.*

Decimo sextò pro ista parte facit in constitutione habente clausulam derogatoriam, quia in secunda de illa clausula derogatoria est facienda mentio, ut not. But. *in c.* 1. *de rescrip. col.* 5. & Dom. Abb. & Feli. & Joan. de Imo. *in c. nonnulli. in prin. de rescrip.* & Dom. de san. Gem. *in c.* 1. *colum.* 6. ibi. *ego credo. de consti. in* 6. ubi respondet pulchrè ad rationem Joan. Mona. qui tenuit contrarium. *in d. c.* 1. *per c. innotuit. de elec. ubi par in parem, &c.* & Dom. *in c.* 2. *col.* 2. *de præb. in* 6. *cum sim.* ut not. Bart. *in extravag. ad reprimendum.* & Joan. Bapt. de sancto Severino. *in repe. l. omnes populi. ff. de justi. & ju.* & Dom. Phi. Decius. *in suo cons.* 10. *in expressis.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO XV.

1. *In beneficii vel officii collatione ubi duo concurrunt sub eadem data quis sit præferendus.*
2. *Graduatus Apostolicus præfertur alteri graduato universitatis in beneficii collatione sub eadem data.*
3. *Collatione beneficii facta per Papam duobus impetrantibus ejusdem qualitatis sub eadem data quis sit præferendus.*
4. *Collatione beneficii facta per Episcopum & ejus vicarium sub eadem data quis præferatur, & in quæstione proxima. num.* 5.
5. *Beneficia duo si vacent quæ debentur impetranti aut graduato vel nominato, an possint alteri conferri.*

QUæro decimo quintò.

1. Quando duæ collationes procedunt sub eadem data, quæ istarum sit præferenda; omissa disputatione ille qui reperitur negligens, hoc est nolens acceptare beneficium, tunc alius non negligens debet esse potior, & debet præferri negligenti, ut est text. *in c. tibi qui. de rescrip. in* 6. ita etiam notant Dom. Abb. & Feli. *in c. capitulum. de rescript.* tamen illud intelligitur quando concurrunt duo impetratores Apostolici, quia si occurrunt Apostolicus & Capitularis simul negligentia impetratoris Apostolici non convincitur per Capitularem. 1. per receptum authoritate capituli nisi per solam collationem; pro hoc facit. *d. c. tibi qui. de rescrip. in* 6. & etiam. *c. hi qui.* & *c. si clericus. de præben. in* 6. facit etiam *c. si tibi. eo. tit. de præben.* ubi is cui facta est collatio beneficii non convincitur de negligentia irrevocabiliter nisi per collationem alteri factam, vel secundùm aliquos constat de negligentia quando lapsus est annus, quia secundùm istam dicitur tunc constare de negligentia primi. *c. plerumque. de rescrip.* tamen Joan. And. *in c. capitulum.* & dicit quod ille tex. loquitur in litteris ad lites, ideo non debet extendi ad beneficia, cum non sint ita interpretanda. *c. olim. de verbo. sig.* & *l. fin. ff. de consti. princi.* ex quibus infert Dom. Abb. *in d. c. capitulum.* quod rescripta ad lites sunt strictius interpretanda quàm rescripta ad beneficia, quod est valde notandum per ea quæ not. *in c. quamvis. de præben. in* 6. ubi dicitur quod rescripta ad beneficia sunt strictè interpretanda; tamen contra hoc facit quod not. But. *in c. olim. de verbo. sig.* ubi tenet quod strictior interpretatio fit in beneficialibus quàm in litteris ad lites, per tex. *in d. c. quamvis. de præbend. in* 6. tamen dicit Feli. *in ca. causam quæ. de rescript.* quod illud dictum Joan. And. superiùs alleg. probat quod litteræ beneficiales difficilius expirent, non autem probat quod debeat strictiùs interpretari, & illud rationabile est quod difficiliùs expirent, quia majus est præjudicium eas perdere quam rescripta ad lites, & licet difficiliùs expirent, tamen difficilior est earum impetratio, quia surreptio vitiat eas ipso jure, & non sic rescripta ad lites, & sic inspecta impetratione & interpretatione, & etiam expiratione, videntur talia rescripta ad lites & ad beneficia habere se ut excedentia & excessa, & quando executores secundi impetratoris vel ordinarius monent primum ut faciat sibi provideri & ad hoc præfigunt sibi tempus competens infrà quod istud faciat, quia eo elapso convincitur de negligentia, & possunt ipsi providere secundo, ut not. Rota *decisio.* 1. *tit. de concess. præbend. in antiquis.* ubi tenet quod ita communiter practicatur, aliàs autem cùm non sit in proposito statutum tempus à jure, est in arbitrio judicis arbitrari negligentiam attentis circunstantiis, nisi scriberetur pro primo expectante cum assignatione termini. *cle. unica. de concess. præb.* quia tunc si permittit labi mensem non acceptando, dicitur notabilis negligentia absque alia termini assignatione, ita etiam tenet & sequitur Dom. de sanct. Gem. *in d. c. tibi qui. col.* 4. *de rescrip.* & Dom. Abb. & Feli. *in d. c. capitulum. de rescrip.* & quando in litteris exprimitur tempus præmissa procedunt regulariter, nisi ex impedimento vel culpa executoris eveniisset infrà mensem non potuisset expectans acceptare, quia tunc lapsus mensis non imputatur ei, ut not. Rot. *tit. de rescript. decisio.* 4. *tit. de concess. præbend.* & *decisio.* 13. *in antiquis.* & durante mense non potest ab alio præveniri, ita quod si interim conferatur alteri per Papam cum clausula *si non est alteri jus quæsitum* collatio non valet, quia ipsi expectanti est quæsitum jus, id est facultas acceptandi, quæ adhuc pendet cùm nondum acceptaverit, ut not. Rota *de concess. præbend. decisio* 21. *in antiquis.* & intelligitur istud regulariter nisi essent duo expectantes cum assignatione mensis, quia quo ad secundum non currit ei mensis donec sit finitus mensis primi, ut not. Pet. de Anc. *in repe. d. cle.* 1. *col.* 38. *de concess. præb.* & idem tenet Card. ibi *in §. secus. in 6. qu.* & *consi.* 78. *incip. frater Vincen.* & Domini de Rota *decis.* 62. *tit. de rescrip. in antiquis.* & istud intelligitur nisi alius diu possedisset beneficium pacifice, quod tamen verè vacabat de jure, quia excusatur impetrans à cursu mensis, ut not. Ægid. *decis.* 200. *incip. in casu conclusionis.* & ita etiam tenet Oldra. *cons.* 282. *incip. casus iste talis aliquid impetravit.* & istud de

Imo penitus nulla neque unius negligentia alteri prodest quia in factum scripta lex. Cùm non appareat de quo senserit testator, neuter erit tutor, inquit, lex duo sunt Titii. ff. de testam. tutel, Ita cum non appareat cui voluerit Papa conferre, hoc per negligentiam unius non constabit ita judicatum in magno consilio 27. Junii 1607. inter fratrem Mauricium *du Pas* religiosum, & fratrem Laurentium *le Pelletier*, in quæst. eleemosynariæ D. Nicolai Andegavensis nec si datus mensis ad acceptandū & recuset licet collatio sit in suspenso. cap. si tibi absenti. de præbend. in sext. cùm certum sit

Papam ex proposito duobus eodem die non contulisse. I.

An mora purgari possit in arbitrio judicantis est. l. si servum. §. sequitur videre. ff. de verb. oblig. I.

Source : BIU Cujas

negligentia etiam procedit si impetrans non habeat competratorem : quia si est negligens potest ordinarius alteri conferre : & per collationem alteri factam erit de structa gratia istius secundùm Do. Ab. *in d. c. capitulum. de rescrip. per tex. in c. si clericus. de præb. in* 6. per quem text. putat idem etiam si cum authoritate Papæ esset receptus in Canonicum, & negligeret petere præbendam vacantem, ubi subdit quod contrarium est dicendum : si post collationem esset quis negligens in petenda possessione, quia non perdit jus suum nisi in casu, per gloss. *in c. contingit de dolo & contu.* & ibi Dom. Abb. *in* 5. *col.* licet possit per superiorem privari. *c. si quis.* 18. *q.* 2. & gloss. *inc. ea quæ. de offi. Archi.* nisi talis impetrans sit à principio effectus Canonicus authoritate Apostolica, quia licet fuerit negligens in impetranda prima præbenda alteri collata : tamen potest aliam postea vacantem petere: ut est tex. *in c. clericus. §. verum. de præbend. in* 6. Idem etiam tenet Cald. *in disput. incip. à diffinitiva sent. col. pen.* & istud intelligitur procedere nisi in gratia expectantis authoritate Apostolica esset clausula ad præbendam quam duxerit acceptandam : quia non potest sibi imputari negligentia adeo quod per collationem alteri factam sit destructa gratia sua quominus possit aliam acceptare, ut not. Rot. *de præb. decis.* 4. *in antiquis.* ubi tenet tunc non habere locum. *d. c. si clericus.* & alleg. Archi. & etiam Inno. *in c. mandatum. de rescrip.* & idem dicit Rot. si habeat gratia quod possit acceptare præbendam Ecclesiæ cum præstimoniis unius cedentis vel decedentis : quia tunc potest simul vel successivè acceptare præbendam vel præstimonium etiam separatim : tamen contra istud dictum Rot. & Archi. facit tex. *in ca.* 1. *circa fi.* & *in c. ne captandæ. de concess. præbend. in* 6. ubi licet ponatur clausula quod duxerit acceptandum, debet intelligi de primo vacaturo : præmissa etiam limitantur quando primus & secundus impetraverunt idem corpus beneficii, & apparet de prioritate temporis : quia tunc secundus impetrans numquam potest aliquid obtinere vigore illarum litterarum : quia fuerunt surreptitiæ non facientes mentionem de priribus, & sic nullæ, quia surreptio in beneficialibus vitiat ipso facto. *ut c. ad audientiam. in secundo. de rescrip.* & in isto casu non habet locum dispositio. *c. penul. de rescr. eo. lib. in* 6. ubi si non apparet quis sit prior in data est locus præsentationi : quia quando litteræ ambæ referuntur ad idem subjectum, hoc est ad certum corpus beneficii mutuo se impediunt : & recurrendum est ad ipsum concedentem, ut tenet Joan. And. *in ca. si à sede. de præbend. in* 6. & Dom. Abb. *in c. capitulum. de rescript.* & circa istud de beneficiis vacaturis reperio regulam Cancellariæ quæ est 19. in ordine, ubi dicit text. quod de concurrentibus seu certo modo vacaturis beneficiis illis quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus præferuntur, & graduati non graduatis : & inter graduatos magis graduati & inter æqualiter graduatos prius graduati, nec non possessores colorato tit. non possessoribus : & inter personas alias in curia præsentes non beneficiati beneficiatis, similiter inter absentes cæteris paribus oriundus non oriundo & diœcesano, in reliquis vero singuli qui prius Apostolicas desuper litteras earum executoribus præsentaverunt aliis in ipsorum de quibus agi contigerit assecutione beneficiorum, & dicit gloss. *in ca.* 1. §. *volens. in verbo effectum. de coll. in prag.*

Propter clausulam concordati irritantem. I.

2. Quòd si concurrant ad eandem præbendam Apostolicus & graduatus, in vim Concilii Basilienſis Apostolicus semper est præferendus graduato, sive sit in data prior sive posterior, sicut præfertur omnibus etiam antea receptis authoritate legatorum. *c. hi qui. de præb. in* 6. facit. *c. si à sede. eo. ti. in* 6. & *l. quod quis navis. in fi. l. privilegia. ff. de privi.* & magis privilegiatus præfertur minus privilegiato. *l. verum.* §. *fi. ff. de mino.* & *Cod. ad Treb. auth. nisi rogati.* & no. Henri. *in ca. illud. de præsc.* facit decisio Rot. 55. ubi aliquis ex rescripto Papæ vel privilegio potest nominari ad vacatura, nominatus per tale privilegium non præfertur impetranti Apostolico : non enim propter hoc videtur Papa potestatem à se abdicasse. *ca. dudum. de præbend. in* 6. & Rot. *decis.* 15. facit quod not. Dom. de Sancto Gem. *in ca. si à sede. colum.* 1. *de præben. & digni.* & Feli. *in ca. pastoralis. in princip. circa fin. de reseriptis.* ubi tenet quod si apparet de prioritate ratione unius horæ ille est præferendus cum simi. ut not. Feli. *in dicto c. capitulum. de rescript.* facit quod not. Pet. de Ancha. & Dom. Abb. *in c.* 2. *de offi. deleg.*

Ne quidem per concordatum. §. declarantes in concord. mandat. Apost. I.

3. Ubi tenent quod cùm Papa confert idem beneficium duobus sub eadem data, nec apparet cujus supplicatio prius fuerit signata, in hoc casu Papa est consulendus qui utramque gratiam fecit : & secundùm ejus responsum est procedendum alleg. Joa. And. *in d. ca. si à sede. de præb. in* 6. *cum simi.* ut not. Feli. *d. c. capitulum. de rescript.*

Usus Fraciæ improbat hanc opinionem, concurrentes & se colidentes collationes mutuo concursu se impediunt. I.

Nec ob. *c. duobus. de rescrip. in* 6. ubi dicit tex. quia quando non constat de prioritate datæ, ille est præferendus qui primò suas litteras præsentavit, quia ille tex. loquitur ubi agitur de provisione facienda, non de facta, quia in illa facienda non potest utraque gratia valere per significationem eorum quibus scribitur : secus in facta, quia statim neutra valet vel pendet à diffinitione concedentis, & ita ille tex. procedit, ut not. Feli. *ubi suprà.* Nec etiam ad istud obstat. *c. si à sede. de præb. in* 6. quia loquitur in collatione facta eodem tempore à diversis, quia si unus possidet ille præfertur : sed prædicta loquuntur in collatione facta ab eodem, ut not. Feli. *in d. ca. pastoralis. in fin. prin.* & *in c. capitulum. de rescrip.* & Bal. *in l.* 1. *col. penul. ver. quæro quid si duo. Cod. quando provo. non est necess.* ubi loquens de duabus electionibus eodem die factis, dicit quod neutra valet stante conflictu & contrarietate probationum, & ibi etiam dicit idem de duabus sententiis contrariis eodem die latis, & dicit Bal. *in l.* 1. *col.* 13. *ver. scias etiam. Cod. de fur.* quod si producuntur duo mandata diversa eodem die facta, neutrum valet, nisi in uno contineatur minor qualitas quàm in alio : & dicit Dom. Abb. *in c. in nostra. col.* 2. *versi. primo casu. de reseript.* ubi tenet quod quando unus & idem impetrat diversas litteras in eadem materia sub eadem data, & Bald. *in l. de rebus. Cod. de donatio. ante nupt.* ubi etiam ponit de duobus instrumentis eodem tempore factis, dicens, quod si sunt contraria neutrum valet, & si procurator & dominus eodem die acceptent beneficium, præsumitur procuratorem prius acceptasse, ut not. Lud. *cons.* 353. *inci. & si Papa reservat beneficium, & eodem die expectans acceptarit, & executor contulit præfertur expectans.* ut no. Ægi. *decis.* 335. *tit. de deci.* & dicit Cald. *cons.* 7. *ti. de præbend.*

4. Quod si Episcopus & suus Vicarius conferunt eodem die, præfertur collatio Episcopi : & ibi tenet circa fi. quod si cætera sunt paria in duabus collationibus, illa præfertur quæ prius fuit acceptata, cum simi. ut not. Feli. *in dicto c. capitulum. de reseript* ubi subdit, quod in casu. *c. si à sede. de præb. in* 6. si prius acceptasset ille cui est facta collatio ab ordinario, licet postea acceptans habeat prius possessionem, forte secundùm eum præfertur primus acceptans quod est novum, & dicit Ægi. *conclu.* 215. quod si eodem die Papa reservat alicui beneficium, & expectans acceptavit, & executor ei contulit eodem die, præfertur expectans alias prioritate horæ non apparente : & ita secundùm eum fuit bis judicatum in Rota tempore Sixti Papæ IV. & ita allegavit. *c. si à sede. de præbend. in* 6. & si reservatio Papæ præcessit acceptationem expectantis, illa acceptatio est nulla : etiam si Papa non contulit, quia expectativæ non operantur

in

in reservatis, ut not. Lud. Rom. *consi.* 20. & idem expressè firmat Cardi. *consi.* 62. *incip. casus sup. quo.* ubi tenet, quod reservatio Papæ non impedit collationem ordinarii, ex quo non constat qua processerit: dicit tamen, quod si collatio Papæ, & acceptatio expectantis concurrerent eadem die: imò etiam si acceptatio præcessisset, tamen collatio executoris aut ordinarii secuta esset collationem Papæ, prævaleret collatio Papæ, allegat Joa. And. *in c. si postquam. de præbend. in 6.* & ita etiam firmat Card. *in c. inter cætera. de præbendis.* quem refert & sequitur Imo. *ibi. col.* 4. Et ratio differentiæ secundum eos inter acceptationem simplicem expectatis & collationem ei factam, est, nam primo casu præjudicetur ei non obstante clausula, *si non est alteri jus quæsitum*, in secundo colligitur ex his quæ no. Feli. *in c. causam. col. ultim. de rescrip.* & illa clausula *non obstante quod pro alio scripserimus*, facit, quod ubi uni est provisum, potest alteri provideri: licet impetraverit sub eadem data, ut not. Rota *deci.* 30. *tit. de rescrip. in antiquis.* sicut in simili dicitur de duobus castrum ingredientibus si fit præconium, quia qui primò ingressus fuerit tale castrum habeat tantum præmium: & duo pariter ingressi sunt, dicit Barto. & ibi Imol. *in l. hoc articulo. ff. de hæred. insti.* 2. Bald. *in proœ. digestorum.* & Imo. post Dy. *in l. qui filiabus. §. 1. ff. de legat.* 1. quod neuter admittatur ad præmium, sive præconium dicat, quicumque, sive dicat, qui licèt in hoc fecerint, cum simi. ut not. Feli. *in d. c. capitulum.* idem de duobus ad bravium pariter pervenientibus; Doct. ubi suprà & Pet. de Ancha. *in c. duobus. de rescrip. in 6.* quod neutri debeatur & imo debent iteratò currere, ut not. Feli. ubi suprà. & idem de duobus natis eodem tempore quis eorum dicatur primogenitus. not. Joan. And. in addi. Spec. *titu. de præben.* §. 1. & Bald. *in aut. ex testamento. col. ulti. Cod. de colla.* & *l. in quibus. Cod. de secun. nup. cum sim.* ut no. Fel. *in d. c. capitulum. de rescr.* Item pro ista parte facit glo. *in c. unico.* §. *item quod ad dictas. in ver. nominatorum. de colla. in prag.* ubi tenet, quod quando vacant duo beneficia, nominatus acceptat & petit melius, & Episcopus vult dare deterius, & videbatur quod iste nominatus sive graduatus in vim Concilii Basilien. pro ratione dubitandi debebat habere optionem, quia in beneficiis plenissima est interpretatio fienda. *l. fina. ff. de constit. princi.* & *c. ex parte. de deci.* & *c. quia circa. de privile. juncto c. olim. de ver. signi.* & pro Episcopo faciebat, quia in obscuris minimum est sequendum. *l. in obscuris. ff. de regu. jur.* & *l. minimis. ff. de leg.* 3. & *c. ex parte. de censi.* ergo dando deterius liberatur, ad hoc est regula in alternativis. *de regu. jur. in 6.* & *l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de leg.* 1. & *l. si quis argen. Cod. de dona.* & hoc secundùm eum, & bene verius videtur prout in simili concludit Dom. Brix. *quæstione* 63. & Henri. *in c. accedens. de concess. præbendæ.* facit tex. *in c. si pluribus. §. si vero. de præben. in 6.*

5. Et istud intelligitur quando simul vacaverunt, & non apparet, quid prius vacabat, puta, quia obiit vel translatus est, qui simul plura beneficia obtinebat ad eandem collationem spectantia, & idem est dicendum in illo qui impetravit à sede Apostolica: quia tunc ipse impetrans habebit minimum jus cum clausula *motu proprio. d. c. si pluribus. de præbend. in 6.* Sed quid si Episcopus confert omnia spreto nominato aut impetrante, an debeat retractari collatio omnium vel ultimi. Dicendum est secundùm eum quod solum retractanda est collatio ultimi. 1. ultimo collati, & evincetur ab impetrante. Nam Episcopus erat astrictus ad unum dimittendum, unum poterat dimittere quod volebat, & ideo facta collatione successivè de dictis duobus beneficiis, ultimò collatum remanserat conferendum nominato, cùm primum canonicè fuerat collatum, ut not. Compost.

in c. capitulum. in gl. magna in ver. item si quis executori. & Archi. *in c. mandato. de præben. in 6.* facit. *l. plærumque. ff. de jure dot.* & *l. si legavero. §. à duobus. de fideicommis. liber.* facit quod not. *in c. si pluribus, in versic. elegerit. de præbend. in 6.* & si Episcopus conferat omnia illa beneficia eodem die, nec appareat quod prius fuerit collatum, videtur quod collatio omnium retractetur propter incertitudinem. Non enim major est ratio quod retractetur unius collatio quàm alterius. *l. si fuerit. ff. de reb du.* & *l. duo sunt Titii. de test. tut.* & *c. 2. de electio. in 6.* & *l. cum duo. ff. de in diem addic.* ut in simili in quæstione dicitur de duobus testamentis eodem die confectis, de quorum prioritate non constat, quia si diversi sint hæredes instituti, neutrum valet cæteris paribus. *l. 1. §. 1.* & ibi Bar. *ff. de servi. pa.* 2. per glo. & Doct. *in l. fi. Cod. de edic. divi Adri. tol.* & *in c. duobus in prin. de rescrip. in 6.* facit etiam quod not. Oldra. *in consi. 262. incip. quod si plures simul fuerunt uniones pluriun ecclesiarum parochialium, & incipiunt esse damnosæ, omnes revocari debent.* ut not. Joan. And. *in c. si à sede. de præben. in 6.* ubi tenet quod si Papa vel ordinarius eodem die conferant duobus idem beneficium, nec apparet cui primo, propter incertitudinem, una impedit alteram, & concursu se impediunt. *l. quotiens. de usufruc.* & *l. 2. §. fin. ff. quemadmodum usus fru. amit.* & hoc procedit nisi recurratur ad ordinarium qui contulit ut declaret illud quod primo loco contulit. *arg. c. 2. de offi. deleg.* & Bart. *in l. si duas. ff. de excus. tuto.* Oldra. *consi. 143. incipien. collator enim est idoneus testis.* de collatione per eum facta. facit. *c. 2.* & quod ibi no. *de pactis.* tamen superior ad quem recursum habebit nominatus poterit gratificare, & conferre ei alterum illorum beneficiorum quod voluerit. *argu. c. duobus. §. quod si forsitan. cum ibi not. de rescrip. in 6.* & cùm Episcopus erat astrictus nominato non elegit beneficium quod sibi conferre poterit, superior ad quem devoluta est potestas conferendi eligeret, ad hoc facit extravagans Joan. XXII. *suscepti. & d. c. si pluribus. de præben. in 6.* & *c. fi. de censi. in 6.* & subdit glos. ubi suprà, quod nominatus potest renunciare acceptationi de certo beneficio in vim nominationis, insequendo concilium Basilienſe: ut in vim ejusdem aliud acceptaret, ex quo enim elegit unum non potest variare ad hoc. *l. homine legato. ff. de optio. leg.* facit. *c. cùm in multis. in fi. de rescrip. in 6.* & *c. ut quis duas. de elect. in 6.* & *cle. cùm illusio. de renun.* & *regula quod semel placuit. de reg. jur. in 6.* & *c. mutare. eo titu.* & *lib.* & Joan. Mo. & Archi. *in c. ne captandæ. de concess. præb.* ubi loquuntur de inspectante per litteras generales: & hoc procedit regulariter nisi errore probabili fuerit deceptus, ut notat Archi. *in c. gratia. de rescrip. in 6.* puta quia illud beneficium per eum acceptatum debebatur alteri nominato, antiquiori vel impetranti, aut non erat in turno nominatorum, aut erat tale quod non cadebat in turno, & ipse impetrans ignorabat. *argu. l. 2. ff. de optio. lega.* & *l. si maritus. §. ulti. ff. de adul.* & *c. quia non. de præsump.* notatur. *in c. quia cunctis. de concess. præben.* ubi dicitur quod acceptans non variat si consequi potuit quod optavit. *ut d. c. quia cunctis. §. penul.* si autem consequi non potuit: ut quia alius habebat priores litteras, vel acceptavit non vacans, tunc variare poterit, tamen secundùm eum caveat impetrans, ut per sententiam succumbat, & sine conclusione: quia si obesset. *ca. audivimus. de collusio. deteg.* & si compromitteret vel alius componeret, imputetur sibi, nec poterit aliud acceptare. *c. ad audientiam. in 2. de rescrip c. non potest. §. 2. de præben. in 6. l. si dictum. §. si compromisero. de evictio.* & *l. fi. ff. manda.* & dicit Joan. And. *ind. c. cum in multis. de rescrip. in 6.* quod etiam si sine sententia succumbat maximè si acceptans protestationem fecit & videns errorem in beneficium alteri

Source : BIU Cujas

debitum illud dimittit, & aliud potest acceptare, valebit acceptatio : nam in talibus commendatur, qui sententiam non expectat. *l. fidejussor. §. quidam. ff. mandati. & si beneficia. de præben. in* 6. & *l.* 3. *Cod. de evictio.* ubi non agitur de evictione nisi post sententiam : quia illa actio competit contra actorem, à quo emptor causam habuit, ut tenet glos. *in dicto verbo nominatorum. in c. unico. de colla. in prag.* ubi etiam subdit, quod ille cum quo nunc litigat nihil denuntiare tenebatur, sed oportebit eum nunc facere fidem, quod beneficium illud non erat in turno, & quod sibi non debebatur, ut not. Rot, *decisi.* 88. ubi dicitur, quod quando notorium est, quod ille qui acceptavit, non habet jus in beneficio : tunc nulla expectata sententia potest acceptare secundum, si tamen acceptans dicat, quod primum quod cadebat in gratia sua non debetur sibi, quia ex quo acceptavit præsumitur contra eum ad quod onus vitandum expediens fuisset sententia, nisi esset notorium ad ipsum non spectare, ut notat. Joan. And. ubi suprà; non enim obest venditori sententia emptoris quæ per judicis imprudentiam lata est. *l. si per imprudentiam. ff. de evictio.* & si acceptans beneficium dicat hoc modo, accepto illud beneficium si sit mihi de jure debitum protestans non recedere à mea nominatione si inveniatur non deberi acceptanti, non tenetur prosequi : & dicitur acceptasse beneficium quando petit illud sibi per collatorem conferri, aut recipiendo illud sibi collatum, facit. *cle.* 1. §. *quem etiam. de concess. præben.* & si errat in modo acceptandi, quia acceptat beneficium per mortem & vacat per resignationem, dicendum est quod valet acceptatio, dum tamen per alias circunstantias constet de corpore beneficii, licet erratum sit in persona per quam vacavit. *arg. l. falsa. ff. de condi. & demon.* facit. *c. licet ex quadam. de testi.* & *ca. significante. cum ibi not. de rescrip.* & Dom. de Rot. *decis.* 413. & 224. Nec obst. *c. susceptum.* quia habet locum in impetratione, non autem in acceptatione beneficii, quæ est declaratio voluntatis tendentis ad executionem gratiæ vel nominationis, ut not. Dom. de sanct. Gem. *ind c. susceptum. de rescrip. in* 6. & quæ acceptatio valet non expresso aliquo modo vacationis, dum tamen beneficium vacaverit ante acceptationem, ut not. Rot. *decisio.* 411. *cum simi.* ut not. glos. *in d. ca.* 1. §. *item quo ad. in verbo nominatorum. de colla. in prag.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO XVI.

1. *Collatio beneficii facta per renuntiationem procuratoris revocati an valeat.*
2. *Renuntiatio beneficii & per consequens collatio an facta per procuratorem revocatum valeat.*
3. *Procuratoris revocatio an sit intimanda illi cui beneficium est conferendum.*
4. *Procurator constitutus ad renuntiandum in curia, & antequam renuntiet moritur dominus, an valeat renuntiatio postea facta. Collatio beneficii facta per Episcopum præfertur proviso à Papa virtute renuntiationis factæ per procuratorem, quæ non renuntiatur ante Domini mortem.*
5. *Beneficium si eadem die conferant Episcopus & Vicarius, quis præferatur, & sup. q.* 19 *nu.* 4.

QUæro decimo sextò.

1. An valeat collatio beneficii facta per renuntiationem procuratoris revocati : omissa disputatione potest distingui recurrendo. *ad cle.* 1. *de renun.* ubi dicit tex. quod renuntiatio dignitatis vel beneficii facta per procuratorem ad hoc specialiter constitutum, licet prius procurator fuerit revocatus eo ignorante & superiore cui fiebat cessio sive renuntiatio, quia tunc valebit collatio postquam valuit & tenuit renuntiatio, nisi ista constitutio procuratoris esset facta per metum, quia tunc teneret revocatio, licet non pervenerit ad notitiam procuratoris, ut tenet glos. sing. quam sequuntur ibi Card. & Dom. Abb. *in d. cle. in verbo sponte. de renun.* & præmissa etiam non procedunt quando revocatio fuit occultata per malitiam, quia tunc non valeret renunciatio. ut tenet Bal. *in c. audita. col.* 2. *de testi. spo.* & rationem assignat quia in illo casu sufficit juris fictio, cum simi. ut no. Feli. *in c. cum olim. col.* 2 *de re jud.* ita etiam notat Rot. *deci.* 32. *de præben. in antiquis.* quia ista variatio nisi cum causa est prohibita in personis Ecclesiasticis, ex quibus infertur quod si Episcopus jussit ut beneficium conferatur uni, non potest variare, ut no. Rot. *decis.* 29. *tit. de concess. præben. in antiquis.* & Episcopus qui semel nominavit unum intuitu gratiæ, non potest alium nominare etiam re integra, ut no. Rota *tit. de concess. præben. deci.* 27. *in antiquis.* & idem est dicendum in aliis Clericis. *in c. cum autem. de jure pa.* facit illud quod not. Hostien. *in c. continebatur. de his quæ fiunt à præla.* limitando. *l. quotiens. Cod. de rei vindi.* licet illud dictum non approbetur, ut not. Feli. *in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. in fi.* 1. *qu. de const.* Et redeundo ad propositum, quia etiam si ille qui constituit procuratorem statim revocet ipsum præsentem clam, quia si postea renuntiat, valet renuntiatio, [a] ut not. Bald. & ibi Feli. *in c. ex parte Decani. de rescrip.*

a Imò non valet. C. M.

2. Ubi tenent quod ita fuit dictum in permutatione facta per procuratorem constitutum ad permutandum à quodam præposito ne illudatur Papæ, cujus authoritas requiritur in renuntiatione, & ita etiam tenet And. Barba. *in d. c. ex parte. de rescrip.* tamen ibi Feli. dicit, quod istud est valde difficile sustinere posse, quia ad invalidam renuntiationem videtur sufficere quod revocatio perveniat ad notitiam procuratoris. *ut d. Cle.* 1. unde ista limitatio ut non habeat locum in revocatione occultè facta præsente procuratore, non videtur jure probari, imò esset contra illum tex. indistinctè loquentem. Tamen ad istud potest dici, quod si revocatio non possit probari per unum testem & juramento ipsius partis revocantis, nonobstante illa revocatione occultè facta, valebit renuntiatio per tex. *in c. ex insinuatione. de procur.* tamen malè facit procurator renuntiare illud beneficium quando constat sibi de contraria voluntate ipsius beneficiati, ut in simili facit quod not. Do. Abb. *in c.* 1. *de offi. ordi.* loquens de judice proferente sententiam contra conscientiam, & sic ergo in isto casu postquam de jure valet renuntiatio, tenet & valet collatio, & præmissa etiam procedunt in procuratore constituto ad renuntiandum causa permutationis, quia valet renuntiatio & permutatio, etiam si procurator fuerit revocatus, dum tamen hoc ignoraverit, ut not. Dom. de sancto Gem. *in c. fi. circa finem. de procur. in* 6. & ibi dicit Lapus se vidisse litteras Papales sub bulla quæ videbantur approbare istud dictum, & respondet quibusdam rationibus facientibus in contrarium & ita etiam sequitur Feli. *in d. c. ex*

Nulla nō est propter revocationem, sed quia metus causa facta, nulla sunt. dig. & Cod. metus causâ. I.

Source : BIU Cujas

parte decani. de reſcrip. & ſic ergo ſi teneat renuntiatio valebit collatio, & ibi ſubdit quod revocatio procuratoris dati ad permutandum eſt notificanda illi cum quo debeat fieri permutatio, quia licet. *d. cle.* loquatur ſolum de notificatione fienda procuratori vel ſuperiori, tamen iſto caſu etiam ſi nulli ſit facta, ſed alteri cum quo habeat permutari, valet revocatio, ut not. Dom. de ſancto Gem. *in c. fin.* & ibi Lapus. *circa fi. de procur. in 6.* quia ille fuit in dolo, tacendo revocationem dolosè, & ſi diceretur quod *dicta cle.* j. videtur requirere ſolum notitiam revocationis in altera ex dictis perſonis, reſpondetur ſecundùm Feli. quod non dicit de aliis perſonis, quia loquitur. *d. cle.* in materia renuntiationis, unde intelligendo quod habeat locum in permutatione, ſufficit quod revocatio ſit intimata alteri. Ex quibus.

3. Idem Feli. infert quod Titius miſit procuratorem Romam cum mandato ad renuntiandum beneficio & Sempronius accedebat ad curiam ut impetraret iſtud beneficium vacaturum per renuntiationem, quæ fieri debebat ad iſtum effectum ut ipſe conſequeretur illud beneficium, & dum Sempronius eſſet in itinere fuit notificata ſibi in urbe Piſarum revocatio dicti procuratoris, ipſe autem accedens ad curiam, & præveniens nuntium probantem revocationem ipſi procuratori, obtinuit beneficium ſecuta renuntiatione facta per procuratorem ignorantem revocationem, & videbatur quod impetratio non valebat quaſi per dolum tacuerit de illa renuntiatione; tamen contrarium videtur ſentire Feli. ubi ſuprà. *in d. c. ex parte. & cle. 1. de renun.* vultque quod ad hoc ut renuntiatio non valeat revocatio innoteſcat procuratori vel ſuperiori, ſed in præſenti caſu neutri eorum innotuit, ergo valet renuntiatio, & per conſequens collatio. Nec obſtat quod tenet Domi. ubi ſuprà, quod ſufficiat eam eſſe notam alteri permutanti, quia in caſu illo is cum quo eſt permutatio facienda gerit vicem partis, ut not. Rot. *deciſ. 8. titu. de procur. in antiquis.* ſed iſte habens ſpem facti in renuntiatione futura eſt ut extraneus, unde non videtur quod intimatio facta ſibi operetur pluſquam ſi eſſet facta perſonæ extraneæ, tamen iſtud non mihi placet quando renuntiatur in manibus Papæ cum illa conditione in favorem talis, aliàs [a] quia tunc illud videtur ita importare ſicut in cauſa permutationis, quia tunc habetur loco partis ut in ſimili not. per Feli. *in c. ad audientiam. in 2. de reſcript.* Et ſi diceretur quando renuntiatur purè & ſimpliciter, quod ille cui beneficium eſt conferendum ſit in dolo tacendo revocationem, illud negatur, quia tacens verum non peccat, niſi quando eſt productus ut teſtis, ut not. Inno. & alii Doct. *in cap. 1. de cri. fal.* & dicit But. *in cap. 1. in 3. no. de proba.* quod tacere veritatem ad quam quis non tenetur in foro contentioſo, non eſt peccatum mortale, ſicut ſi eſt alius extraneus ſciens hanc revocationem non tenetur eam notificare procuratori. Facit in ſimili quod not. Abb. *in cap. innotuit. & in cap. dudum. in 2. de elect.* & ſi iſte daret operam ne revocatio innoteſceret procuratori, talis fraus non prodeſſet ei, & revocatio valeret. *Clem. 1. in fin. de renun.* ſed tamen non videtur quod ſolum ſilentium debeat imputari, & pœna illuſionis. *in dicta Clem.* habebit locum non obſtante ſilentio, ut ſuprà dixi, & ſubdit Fel. *ut ſuprà in dicto cap. ex parte decani. de reſcrip.* quod præmiſſa limitantur quando conſtituens procuratorem renuntiaret beneficio procuratore jam revocato, quia licet procurator ignoret revocationem & poſt renuntiet, tamen renuntiatio Domini videtur tenere, non autem renuntiatio procuratoris, quia *Clem. 1. ſuperiùs alleg.* loquitur quando procurator renunciat beneficio.

4. Sed in caſu iſto procurator non renuntiat cùm jam beneficium vacaverit per renuntiationem Domini. Nam quando Dominus renuntiavit, habet eo tempore titulum in beneficio, cùm nondum procurator renuntiaſſet, & hoc etiam probatur, quia ſi moriatur conſtituens antequam procurator renuntiaret, non valet renuntiatio, quia cùm ſemel vacet per mortem, non poteſt amplius vacare ex eadem perſona. *cap. ſuſceptum. de reſcrip. in 6.* ergo parificando mortem ſimilem naturali. §. *ecce. 7. qu. 1.* dicendum idem eſſe quando ipſe renuntiat, & ita concludit Feli. ubi ſuprà; tamen contrarium crederem dicendum quod non valeat renuntiatio Dom. in præjudicium procurationis factæ. [b] Et primò pondero *dictam Clem. 1.* ibi *ipſum ignorantem poſtmodum duxerit quomodolibet revocandum.* quod verbum *quomodolibet* dicit ibi gloſ. eſt generale & comprehendit omnem modum revocationis tacitum vel expreſſum præter caſum mortis. Secundò pondero. *dict. Clem.* in ratione tex. quæ eſt multum generalis, dum dicit quod illuſio & variatio in perſonis Eccleſiaſticis maximè ſunt vitandæ, ne videantur venire contra factum proprium, ut verba non faciant irrita. Tertiò pondero iſtud, quia quando nuntius adivit iter Curiæ Romanæ inferiores de illo negotio amplius non poſſunt ſe intromittere. *cap. ut noſtrum. ut Eccleſiaſtica beneficia. & cap ut noſtrum. de appel. & ca. licet. de offi. ordin.* & ita vidi ſententiari in Senatu Tholoſæ. Item ſi eadem die renuntiant Dom. & procurator, & non apparet quis prius renuntiaverit, renuntiatio Dom. præſumitur prius facta, [c] ut ſentit Feli. *in d. c. ex parte decani. verſ. dicta Clem. 1. de reſcrip.* facit quod not. idem Feli. *in c. Paſtoralis ad fin. & in c. capitulum. circa fin. de reſcript.* & facit quod not. Cald. *in ca. 2. de offi. Vicar.* ubi tenet quod ſi Epiſcopus & Vicarius conferunt eodem die, præſumitur quod collatio Epiſcopi præceſſit, tamen non eſt bona æquiparatio Vicarii & procuratoris in hoc caſu, ut ibi tenet Cald. quia Vicarius datur ad ſupplendum illud quod Dominus non poteſt. *ca. quoniam. de offi. ordi.* ſecus eſt in procuratore, ut tenet Albe. *in l. ſæpe. ff. de offi. præſi.* ubi dicit quod ſi Epiſcopus confert ante eum cui commiſit vices ſuas in conferendo, valet collatio Epiſcopi. *l. judicium ſolvitur. ff. de jud.* & ita fuit judicatum ſecundùm eum contra Guil. de Suza. Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

[a] Et iſtud puto verum, ſecus ſi renuntiatio eſſet facienda ſimpliciter. C. M.

[b] Et hoc puto verum. C. M.

[c] Hoc ſuperioribus repugnat, quid enim opus eſt præſumptione quando non præjudicat renuntiationi procuratoris. C. M.

QUÆSTIO XVII.

1. *Conferri an poſsit beneficium de nocte. Judex in quibus actibus poſsit de nocte procedere.*
2. *Sententia de nocte lata accenſis magnis luminaribus quando valeat. num. 1.*
3. *Electio non poteſt fieri de nocte.*
4. *Beneficii collatio facta de nocte aut occultè quomodo valet.*
5. *Dies vel nox quando dicitur.*

Source : BIU Cujas

QUæro decimo septimò.

1. An beneficium possit conferri de nocte. Et primo pro parte negativa videbatur quod non, quia sententia non est proferenda, aut ordo judiciarius de nocte non est exercendus, quia qui male agit, odit lucem Dei. *c. consuluit.* & ibi glos. & Doct. *de offi. deleg.* sed beneficia conferre est in jurisdictione. *c. novit.* & ibi Doct. post glos. *de offi. lega.* ergo videtur quod beneficium de nocte non possit conferri.

Ad istud potest responderi quod illud procedit in jurisdictione contentiosa quod judex de nocte non debet procedere, secus videtur in jurisdictione voluntaria; quia est magna differentia inter jurisdictionem voluntariam & contentiosam, ut est glos. & ib Doct. *in c. novit de offi. lega.* & de jurisdictione contentiosa dicit Post. *in d. c. consuluit. de offi. deleg.* quod pars citata poterit dicere quod est tempus quiescendi & petere licentiam, & si non audiatur poterit appellare; ita etiam tenet & sequitur Joan. And. *in addi. Spe. in tit. de prolatione sententia. §. justa. ver. item est nulla ratione temporis.* ubi distinguit quod aut pars comparuit & appellavit, & non tenet sententia lata de nocte, quia habuit justam causam appellandi. ut *d. c. consuluit.* aut excepit & non appellavit, nec recessit, & tunc tenet sententia lata de nocte, licet judex malè fecerit, aut pars excepit & recessit: & etiam tunc non tenet sententia, quia est lata contra absentem non contumaciter, quam sequitur Dom. Abb. *in d. c. consuluit.* ubi dicit quod quando pars est præsens videtur renuntiare juri suo. *ut l. 1. ff. de feriis.* & idem Dom. Abb. ubi suprà subdit quod etiam quando pars citata non comparet de nocte, non tenetur venire ad se excusandum. Et rationem assignat, quia citatio notoriè est injusta & temeraria, ideo non arctat citatum: facit tex. *in cle. pastoralis. §. Pisana. de re judi.* & facit. *c. bonæ. in 2. de elect.* & quod no. Inn. *in c. 2. de dilatio.* & glos. & Doct. *in c. veniens. de accu.* & *in c. super litteris. de rescri.* & dicit Fel. *in d. c. consuluit. de offi. deleg. super glos. in verbo tenebras.* ubi tenet quod sententia arbitratoris lata de nocte valet ut not. Bald. *in l. eos. §. si autem. in fi. Cod. de ap.* & Pau. de Cast. *in l. more Romano. ff. de feriis. per legem non minor.* & ibi Dom. Jas. May. ad plenum. *Cod. de transs.* ubi dicitur quod transactio potest fieri de nocte, & arbitrium est quædam transactio. *auth. pervenit. cas 1. ut cum de ap. cogno.* &c. & istud procedit in casibus in quibus arbitrator procedere potest partibus absentibus, ut no. Lud. Rom. *in l. si quis arbitratur. ff. de verbo. oblig.* secus ubi non posset procedere eis absentibus, quia actus expediendi parte vocata non possunt expediri de nocte, quia pars non tenetur, ita in sententia arbitri. ut no. Bal. *in loco prædlle.* & Lu. Ro. *in repe. l. 1. col. 3. ff. de arbi.* In judice verò sententia ejus non valet lata in nocte, nec est opus appellare secundùm eum, ut est tex. & ibi glos. magna. *in d. c. consuluit. de offi. deleg.* facit glos. *in §. 2. instit. de verb. obliga.* & glos. *in l. more. ff. de jurisd. om. judi.* & idem Feli. ubi suprà limitat illud non procedere ubi res vel jurisdictio est peritura die sequenti, quia tunc de nocte potest ferre sententiam, ut not. Bar. & Bal. *in d. l. non minorem. Cod. de transac.* & Bal. *in l. Cassius. Cod. de testa.* & Bar. *in d. l. more. in fi.* & Ange. *in l. 1. §. dies. ff. quando appellandum sit.* sed dicit Joan. de Imo. *in d. c. consuluit.* quod ille tex. probat contrarium, quod licet sit peritura jurisdictio non potest ferri sententia de nocte, & sic fallentia sive limitatio est falsa secundùm eum, quem sequitur Fel. ubi suprà, ubi dicit istud esse tanquam unum miraculum omnes prædicti Doctores erraverunt, tamen contrarium crederem dicendum per doctrinam Joan. And. & Do. Abb. quam suprà retuli, quia si pars possit approbare ex suo consensu jurisdictionem de nocte exercendam, à fortiori valebit quando res esset peritura arg. *c. licet. juncto. c. fi. de feriis.*

Secundò præmissa limitantur ubi judex multitudine agendorum fuisset occupatus: quia tunc potest ferre, ut not. Bald. *in prima constitutione digestorum. §. sed cum. in 3. col.* & *in aut. hodie. in 3. col. de appel.* ut no. And. Barb. *in rubri. de fide instru. charta. 22.*

Tertiò istud limitatur nisi partes consentiant, quia sententia potest ferri de nocte, ut not. Joan. And. in addi. Spec. quam suprà allegavi, & per omnes quos allegat Salice. *in d. l. non minorem. Cod. de transac.* quia validum est argumentum de loco ad tempus. *l. vinum. ff. si cer. peta.* sed sic est, quod partes possunt facere prorogationem de loco ad locum: ergo in isto casu potest ferri.

2. Quartò, limitatur ubi consuetudo esset, quia sententia posset ferri de nocte, ut no. Joan. And. ubi suprà & Sali. *in d. l. minorem. Cod. de transac.* & Feli. *in d. c. consuluit.* quia talis consuetudo videtur irrationabilis, quia contra constitutionem, & ibi subdit quoniam in prædictis casibus debet ferri sententia accensis magnis luminaribus, ut not. Bar. *in d. l. non minorem. Cod. de transac.* alleg. tex. *in l. 1. §. tria luminaria. ff. de ventre inspi.* & eo casu quo licitè judicatur de nocte licitè appellabitur. ut no. Bar. *in aut. hodie. col. 2. Cod. de appel.* & *in d. l. non minorem.* & ita etiam tenet Phil. *in c. fi. in q. 4. de appel.* & idem secundùm eumdem Feli. est dicendum in petitione Apostolorum, & ita intelligit glos. *in c. ab eo. in versi. loco. de appel. in 6.* dummodo isto casu fiant ea hora qua lata est sententia, & dicit Inno. quia *dictum. c. consuluit.* habet etiam locum in sententia interlocutoria, & in aliis actibus: dicit tamen quia Judex potest recipere testes de nocte, & cum Innocen. communiter omnes Doct. *in d. ca. consuluit.* transeunt, & istud intelligitur in examinatione propter. *l. nullum. Cod. de testi.* secus ubi agitur ad receptionem eorum & ad videndum eos jurare: quia non potest tunc de nocte facere jurare; & ratio est, quia invitus non cogitur quis comparere hora noctis. *ut d. c. consuluit.* & idem generaliter de omnibus actibus expediendis judice sedente pro tribunali, quia de nocte expediri non possunt. text. *in §. sedebunt in aut. de judi.*

Secundò, pro parte negativa facit, quia electio non potest fieri de nocte & clandestinè, ut est text. *in ca. quia propter. §. electiones. de elect.* ergo postquam electio non potest fieri occultè & clandestinè, idem videtur dicendum in collatione: quia à parì debent judicari. *ca. cum in cunctis. §. clerici. de elect.* ad istud etiam potest responderi quod non valet consequentia nec argumentatio: quia ista sunt longè diversa electio & collatio: nam si mandetur provideri de beneficio collativo, non venit beneficium electivum, ut est tex. *in ca. cum in illis. de præbend. & dig.*

Ego solvendo istam quæstionem & colligendo dicta Docto. crederem sic dicendum, quod collatio facta occultè & secretè valet, & tenet, nec est irritanda, licet sit suspecta, ut est glos. *in c. 1. in verbo occulta. ut Eccles. benefi.* & Imo. & Dom. Abb. idem etiam tenent Domi. de Sancto Gemi. & Archi. *in c. si tibi absenti. de præbend. in 6.* idem etiam tenet Dom. Abb. *in c. 1. de clande. despon.* & in specie Feli. decidit istam quæstionem. *in ca. consuluit. col. fi. versi. collatio. de offi. deleg.* ubi tenet quod collatio beneficii facta de nocte tenet, & non est irritanda: & istud limitatur non habere locum in electione, quia electio occulta sive clandestina non tenet. *ca. quia propter. §. electiones. de electio.* & Dom. Abb. *in ca. 1. de clande. despon.* & dicit Feli. *in d. c. consuluit. col. fi. de offi. deleg.* quod electio facta de nocte non valet: & istud de electione limitatur procedere & debere

Source : BIU Cujas

intelligi in electione, in qua est servanda forma. *c. quia propter. de elect.* secus est in alia electione, quæ si fuerit facta occultè & clandestinè, valebit. ut no. Dom. Abb. *in c. unico. ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* & pro ista parte quod valeat collatio facta de nocte, facit quia regulariter omnes actus possunt fieri, tam de nocte quam de die, nisi reperiantur prohibiti, & illi qui possunt fieri valebunt, licet habeant præsumptionem contra eos, ut patet de matrimonio contrahendo. *ut c.* 1. & 2. & *fi. de clande. despon.* & ad cognoscendum an actus sit factus de die aut de nocte, dicunt Dom. Ab. & Car. *in c. si perfodiens. de homi.*

Ubi dicunt quod ad probandum quod dies dicatur post ortum solis usque ad occasum, & dicitur ad quæstionem statutorum pronuntiatum Italiæ, quæ communiter duplicant pœnam committentium maleficium de nocte; quidam interfecit aliquem in crepusculo vel in aurora, quando erat aliqua claritas diei, licet sol adhuc non esset super terram, an dicatur maleficium commissum de die vel de nocte, & facit ille tex. secundùm eos. *in d. c. si perfodiens.* inquantum attribuit actum diei dumtaxat post ortum solis, ante verò dicatur fur nocturnus & non diurnus, ad diem facit. *ca.* 1. *de treuga & pace. & de offi. dele. c. consuluit.*

In contrarium facit secundum eos, ubi suprà ille tex. ibi *quem poterat discernere*, &c. tunc ergo dicitur dies cùm quis potest aliquid discernere, sed immediatè post occasum solis, vel parum ante ortum solis ita discernitur quis sicut post ortum vel ante occasum: [a] ergo debet attribui diei, & dicitur nox à tenebris, dies à luce: licet de sero saltem aliquantulum post occasum solis est claritas, etiam non tenebræ, ergo non potest dici nox: posset etiam argui quod iste casus sit omissus à statuto, quia propriè illa hora non est dies, neque nox, quia non sunt tenebræ sicut in nocte: neque claritas, sicut quando sol est super terram, ergo relinquatur sub terminis juris communis. *c. susceptum. de rescrip. in 6. & l. commodissimè. ff. de libe. & posthu.* & Jo. An. refert hanc quæstionem fuisse disputatam & determinatam pro prima parte: & illam sequitur Bart. *in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis.* non tamen alleg. Jo. An. tenere oppositum, nam ipse Jo. An dicit primò advertendum an in loco sit aliquod signum campanæ distinguens noctem à die, prout communiter est in istis civitatibus popularibus: & tunc istud servandum, aut cessat tale signum, & erit arbitrarium, unde Judex considerabit, an cessat tanta claritas, ut attribuatur diei, ac tanta obscuritas ut attribuatur nocti: & in dubio dicit mitiorem partem eligendam, & communiter istud sequuntur Canonistæ, secundùm Domin. Abb. ubi suprà. Et ad istud alleg. argu. in simili quod dicimus de hermafrodita, ut attribuatur illi sexus in quo magis calescit. *ut l. quæritur. ff. de statu ho. & c. hermafrodita.* 4. *quæst.* 3. & ratio legis est consideranda, ut patet. *in d. c. si perfodiens.* & cum his remaneat expedita præsens Quæstio.

a Hæc ratiõ vult, quia sæpissimè etiam de media nocte possunt personæ & res intuendo discerni, ideò teneo secũdum proprium & naturalem sensum, quod dies est sole orto super terram, licet fortè non luceat propter nubem. C. M.

QUÆSTIO XVIII.

1. *In collatione beneficiorum quando præsumatur dolus vel fraus.*

2. *Permutatio beneficij facta cum nepotibus & consanguineis fraudulenta præsumitur.*

QUæro decimo octavò. Quando in collationibus beneficiorum præsumatur dolus & fraus: & respondet Dom. Ab. per illum te. *in c.* 1. *ulti. no. de cleri. non residen.* ubi tenet quod quis præsumitur dimittere beneficium suum, pro viliori, & illud ponit idem Dom. Abb. ad quæstionem, quod quidam clericus senex permutavit beneficium suum pingue, cum tenui cujusdam nepotis sui, numquid ex hoc debeat præsumi fraus, ut sic renuntiaverit affectu carnali: & ut post mortem suam beneficium pingue remaneat penes nepotem, & dicit Jo. An. *in c. 2. de renun. in 6.* quod sic, [a] & pro hoc mens *illius. c. 2. de renun. in 6.* concurrit, & facit tres præsumptiones. Prima est conjunctio sanguinis. *arg. c.* 1. & *c. dilectio. de præb. & digni.* Nam avunculi sunt cæci erga nepotes: ut dicit glos. *in c. pervenit. 1. q.* 4. Secunda, ratio senectutis. Tertia, quia non est verisimile, quod quis velit beneficium pingue dimittere pro tenui. *arg. c. super hoc. de renun.* & *l. cum de indebito. ff. de proba.* idem etiam tenet Dom. Abb *in c. quia verisimile. in primo not.* per illum tex. contra permutantes beneficium tenue cum pingui, quia præsumenda est talis permutatio fraudulenta, & simoniaca, cum non sit [b] verisimile quia sine causa resignet quis beneficium pingue pro tenui. *d. c. super hoc. de renun.* & *d. c. 2. co. tit. de renun. in 6.* tamen ibi Dom. Abb. subdit quod sola præsumptio non sufficit ad sententiam proferendam: sed præstat solum legitimam causam inducendi purgationem seu aliter producendi. *arg. c. inter. de purg. cano.* tamen secundùm eum si adessent alia adminicula poterit sententia ferri, exemplum ponit; permutavit quis beneficium pingue cum nepote juvene habente tenue, hic concurrit suspicio sanguinis ultra tenuitatem beneficii. *arg.* 10. *q.* 11. hæc usus præstatio, maxime si alter erat senex. alleg. Joan. An. *in d. c. 2. de renun in 6.* licet Jo. de Lig. tenuerit contrarium. *in d. c.* 1. *de cle. non resi.* tamen primum Dom. Abb. putat verius: quia valet arg. à communiter accidentibus. *ut d. c.* 1. & communiter videmus quia ista fiunt in fraudem nisi secundùm eum sit alia præsumptio excludens istam, ut puta quia non poterat securè morari in beneficio pingui vel alio simili. *arg. c. ad supplicationem. de renun.* & *c. pastoralis.* 7. *q.* 1. & idem etiam tenent Imo. & Feli. *in d. c. quia verisimile. de præsumpt.* ita etiam tenet Pet. de Ancha. *in Cons.* 280. *incip. quæstio proponitur.* ubi consuluit quod si senex est debilis vult permutare beneficium suum obtentum, scilicet curatum, cum beneficio tenui habente parvam curam, licitè potest Episcopus in hac permutatione autorizare: & subdit signanter, quia cessante pacto posset ex officio Episcopus ordinare quod senex perciperet ex beneficio quod dimittit totam summam: ita etiam consuluit idem Pet. de Anch. *in Cons.* 389. *inci. in casu præmisso essent ante omnia.* ubi no. multa ad cognoscendum quando tales renuntiationes fiant in fraudem, & quando non, maximè in materia. *c. 2. de renun. in 6.* quem tex. ipse Pet. solemniter limitat post glos. 2. *illius. c.* ibi ut non habeat locum quando gratia expectantis per dictum renuntiantem non permittitur, puta quia poterat acceptare aliam præbendam propter clausulam quod duxerit acceptandùm positam in literis, sed *d. c.* 2. procedit quando expectabat solum primam vacaturam, & idem dicebat Imo. *in d. c.* 2. ubi tenet se semel ita allegasse in facto, licet Domin. ibi aliter teneat, & subdit Pet. de Ancha. ubi suprà, quod non omnis infirmitas inducit fraudulentam renuntiationem, sed solum gravis. *per d. c.* 2. & oportet quod fuerit gravis, & quod sit allegatum. *per l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul.* nec sufficeret quod appare-

a Intellige quando ille nepos non est idoneus, sic quod probabiliter potest præsumi, quod renuntiatio & permutatio fit causa sanguinis solum, vel avaritiæ. Secus si ex aliis circunstantiis aliud potest colligi, quia beneficium est laboriosũ, & senex petens quiescere & nepos habilis vigilare. C. M.

b Sed tamen cave ne alterutrum beneficium impetres nisi persona mortua aut alias privata, quia hinc inde nulla est renuntiatio. c. super hoc. glo. in verbo pecuniæ. de renuntia. & sic ipso jure sunt adhuc Domini beneficiorum. C. M.

Source : BIU Cujas

ret ut ibi per eum, & de ista renuntiatione facta per infirmum est regula cancellariæ ubi dicit, quæ est 18. quod si renuntians vel permutans in infirmitate non vivit post renuntiationem per viginti dies, dicitur beneficium vacare per mortem ipsius, & non per renuntiationem, & refert Jo. de Ana. *in c. audivimus. col. 2. de colluſio. deteg.*

2. Quod permutatio in senem & nepotem vel alium consanguineum, præsumitur fraudulenta, & re vera quamvis Doctores assumant potissimum fundamentum. *in d. c. 1. de renun.* tamen dubitari potest de eo quod scribit Rot. *deci. 140. in antiquis.* quod non vitiatur ubi dicitur permutatio, nec præsumitur fraudulosa, licet unum beneficium sit minoris valoris quàm aliud, quia in spiritualibus attenditur sola utilitas animarum, non lucri cupiditas, & licet argueretur à verisimili, ut no. Bar. *in l. cum quid. ff. si cer. pe.* ubi dicunt quod dicit, tolle hanc pecuniam, non præsumitur donare, quia non est verisimile, & ita tenet Felin. & sequitur. *in d. c. quia verisimile. in prin. de cle. non resi.* Ego concordando dicta Doctorum crederem sic dicendum, quod illa dicta Doctorum de renuntiatione fraudulosa debent intelligi, quando cum illis præsumptionibus concurrit, quod ille cum quo quis renuntiat est consanguineus, & non idoneus, quia tunc illa sufficerent ad sententiam proferendam non obstante illa collatione, facit glos. & ibi Doct. *in c. tuam. in verbo nullum. de ætat. & qualita.* facit glos. *in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.* secus si iste nepos esset alias idoneus propter præmissas præsumptiones, non esset collatio irritanda, ut no. Rota. ubi suprà. Et ultra adde quod habens potestatem conferendi beneficium licitè illud confert etiam nepoti suo, dummodo aliud canonicum non obsistat, ut no. Dom. Abb. *in c. dilecto.* per illum tex. *in 1. no. de præb. & dig.* quia imo potius tenetur subvenire suis quàm extraneis supposita paritate. *c. non satis. 86. dist.* & nemo carnem suam odio habuit. *c. non æstimemus. 13. q. 2.* Nec ad istud obstat glo. 3. *d. c. pervenit. 1. qu. 3.* dum dicit quod avunculi sunt cæci erga nepotes, quia debet intelligi quando non est idoneitas in illis nepotibus aut consanguineis per jura superiùs alleg. facit tex. *in c. 1. de præb. & dig.* facit etiam tex. *in c. ad extirpandas. cum simi. de cleri. non resi.* secus ergo est dicendum quando illi sunt idonei ad beneficia tenenda.

Molin. ad regul. de inf. nu. 124. I.

Nec obstat tex. *in d. c. 1. de cle. non resi.* dum dicit ut quis descenderet de majori Episcopatu ad minorem, quia ille tex. non probat conclusionem Doctorum: nam Episcopatus non dicitur major respectu proventuum, quamvis unus Episcopatus habeat plures reditus quàm alius Episcopatus, ut no. expresse Dom. Abb. *in c. licet. col. 3. super gl. si. ver. & sic patet. de transla. epi.* allegat. *c. legimus. 93. dist.* sed secundùm eum dicitur majoritas de Episcopatu ad Archiepiscopatum, ut no. Joan. And. *in d. c. licet. de transla. Episc.* facit etiam pro ista parte tex. & ibi Dom. Abb. *in 3. nota. in c. cum venerabilis. de exce.* ubi dicitur quod una Ecclesia potest cum pluribus permutari, sive etiam jure proprietatis, sive tituli, & ibi Joan. An. & no. Fede. *in tracta. permutationum. c. 12.* & Dom. de Rot. *deci. 16.* ubi tenent quod illud procedit quando habens plura beneficia, illa tenebat de jure communi, secus si illa tenebat cum dispensatione, quia tunc non potest hoc fieri, quia dispensatio non transit in tertiam personam. *c. sane. de privile. & c. petisti. 7. q. 1.* & idem tenet & sequitur Fel. *in d. c. cum venerabilis.* ubi subdit quod si esset dispensatum cum aliquo ut possit permutare, illud intelligitur cum uno non cum pluribus personis, ut no. Dom. Anto. *in d. c. cum venerabilis. per c. non potest. de præb. & dig. in 6.* Nec etiam obstat. *c. super hoc. de renun.* quia ille tex. habet locum in simplici resignatione, & non facta coram superiore, quia tunc non est verisimile, ut quis renuntiaverit beneficio quod acquisivit magnis expensis, secus quando illa renuntiatio fieret causa permutationis, quia tunc non habet locum. *d. c. super hoc.* per jura superiùs allegata, vel etiam non habet locum quando renuntians fecit resignationem in manibus superioris, facit tex. *in c. audita. de rest. spo.* & cùm quis possit renuntiare suo beneficio. *c. admonet. c. quod in dubiis. de renun.* quia permittitur unicuique renuntiare juri suo. *c. ad Apostolicam. de regula. & transeun. ad religio. & in c. diligenti. de foro compe.* ergo si possit renuntiare suo beneficio purè à fortiori causa permutationis etiam cum modico beneficio. Item etiam facit glo. *in c. tuis. de præb. & dig.* ubi licet aliquis fuerit intitulatus super aliquibus bonis ad recipiendum ordines, potest illa bona vendere. Item etiam pro ista parte facit, quia debilitas corporis vel infirmitas aut senectus est justa causa, ut quis renuntiet suo beneficio, ut est tex. *in c. nisi cum pridem. §. alia vero. de renun.* Et sic remanet expedita præsens Quæstio.

Et ea ratione Senatus Parisiensis judicavit posse resignari beneficium tit. sacerdotalis. 16. Aprii. 1592. teste Ann. Rob. in reb. jud. I.

QUÆSTIO XIX.

1. *Super beneficio eodem an quis possit habere pluralitatem titulorum.*
2. *Meum quod est ex una causa, quod ex alia non possit fieri meum, quomodo intelligatur, & in quibus limitatur.*

QUæro decimo nonò. An quis super eodem beneficio possit habere pluralitatem titulorum: & videbatur quod non [a] per illam regulam generalem, quod meum est ex una causa, ex alia meum fieri non potest, ut in regula juris. Ad istud argu. potest responderi, quando illa important contrarietatem, ut no. Dom. Abb. per illum tex. *in c. veniens. de præscrip.* quia tunc non est utendum diversitate titulorum, secus est in præsenti casu, ut infrà dicetur.

Secundò pro ista parte negativa facit tex. *in ca. ut qui duas electiones. de elect. in 6.* ubi dicit tex. quod quis non potest petere confirmationem ex duabus electionibus: sic ergo videtur dicendum quod quis non possit petere beneficium ex diversis titulis. Ad istud arg. est respondendum quod procedit in electionibus ne videatur incertitudo aut alternativa. *ut c. 2. de cle. in 6.* secus est dicendum in collationibus, ut infrà dicetur: quia ista sunt diversa. *ca. cum in illis. de præbend. & dig.*

Tertiò pro ista parte facit, quod in actionibus aliquis non potest prosequi jus suum ex pluribus actionibus: quod si aliquis habet plures actiones [b] debet eligere unam: ut tenet glos. *in summa. 13. qu. 2.* & ita etiam tenet glos. *in ca. nullus pluribus. de reg. jur. in 6.* no. *in c cum dilectus. de relig. dom.* & no. Host. & Inn. *in c. constitutus. de in integ. resti.* idem ergo videtur dicendum in diversitate titulorum super beneficio tenendo.

Ad istud arg. potest responderi quod in actionibus quis non potest prosequi jus suum, & convenire adversarium per diversas actiones: quia illud est in potestate actorum agere: secus est in reo qui convenitur quia potest defendere jus suum ex diversis titulis, ut dicit tex. *in d c. nullus. de regu. jur. in 6. de actione.* Ibi. facit tex. *in c. veniens. de præsc.* ubi simul proponebant

a Ego dico quod in defendendo potest reus semper ex diversis titulis etiã contrariis se juvare. Similiter actor sive in petitorio sive possessorio potest ex diversis titulis non tamen contrariis nec repugnantibus se fundare. C. M.

b Et quidem & ex eadem causa, quia tunc non possunt cumulari. l. ex ejus. ff. de regul. jur. Secus si ex diversis. C. M.

Source : BIU Cujas

duo privilegia & præscriptio, per quorum unum videbantur recedi ab altero : & allegans contraria non est audiendus. *c. sollicitudinem. de appel. & l. 1. C. de furt. & ser. corrup.* & allegans contraria non est audiendus. *ca. inter dilectos. de fide instrum.* & dicebat Guill. Tancre. & Gofre. quos recitat glos. *in d. c. nullus.* quod illud habet locum in actore & in eadem instantia judicii, secus est dicendum in diversis instantiis. *ut l. Papinianus. §. sed impuberis. ff. de inoffi. test.* in reo autem non habet locum, tantum illi opinioni obstat. *d. c. veniens.* Nam ibi erant mutuæ petitiones & super eo super quod se defendebat Abbas non auditur ibi allegans contrariam præscriptionem ad privilegium : & ideo allegans contraria in eadem instantia judicii, & sic habet locum. *d. c. veniens.* sed in diversis benè audit, ergo qui primo egit. de inoffi. testa. & succubuit, potest postea dicere nullum. *ut l. contra majores. C. de in offi. testa.* sed huic contradicunt *c. auditis. de præscrip.* ergo dicebant aliqui quos refert glos. ubi suprà, quod sub conditione permissum est proponere contraria, puta propono talem exceptionem in qua si succubuero ex tunc propono talem facit. *c. cum venerabilis.* quod ibi no. per Doct. *de excep.* & illud servatur in curiis secundum Gofre. ubi suprà, unde dicebat glo. *in c. nullus.* quod aut sunt contraria quæ proponuntur ex prin. sed ad unum finem tendunt, pone exemplum. *in ca. auditis. de præscri.* & tunc proponi possunt in eadem instantia, & unum non præjudicat alteri postquam in fi. non contrariantur, si autem contrariantur ad fi. *c. sollicitudinem. de appel.* tunc simul vel in eadem instantia non proponuntur, & *in ca. veniens. de præscri.* privilegium in eo quod est contrarium præscriptioni vel è contra : sed tenor privilegii erat contrarius præscriptioni, per præscriptionem enim dabatur Abbati plena & pura potestas recipiendi ordines à quocunque vellet Episcopo sed per privilegium cum determinatione dabatur potestas, & si allegat privilegium & præscriptionem tunc debet audiri, vel allegat præscriptionem & privilegium, & tunc non auditur, quia ponit carrucam ante boves.

Quartò pro ista parte facit quia is non potest habere plura beneficia. *ut in c. quod in tantam. & c. de multa. & c. ad hæc. de præb. & dig. cum simi.* ergo idem videtur in diversitate titulorum. Idem videtur dicendum ad istud arg. & potest responderi, quia ista sunt longè diversa habere plura beneficia quod est prohibitum, vel possidere unum beneficium ex diversis titulis quia illud est permissum, tex. *in c. post elect. de concess. præb.*

Quintò pro ista parte facit, quia in jurisdictione contentiosa non potest quis sustinere vices plurium, unde non potest esse advocatus & assessor seu judex. *l. quisquis. C. de postu. l. nemo. C. de assesso.* vel judex & testis. 4. *q.* 4. *c.* 1. & *c. forus. de verbo. sig.* vel judex & notarius causæ, ut no. Bar. *in l. jubemus. c. de sacrosan. Eccles.* & Inno. *in c. cum à nobis. de testi.* ergo in simili idem videtur dicendum ex pluralitate titulorum. *per ca. ut qui duas. de elect. in 6.* Ad istud argu. potest responderi quod habet locum in officiis exercendis, quia singula officia sunt committenda singulis personis. *c. cum singula. de præb. & dig. in 6.* quia illud est contra jus civile secundùm quod nemo potest esse de duobus collegiis. *l. 1. C. de collegiis illici.* nec habere duas militias. *l. 4. C. qui mili. non possunt.* & illud etiam est contra naturam recti sermonis, nam de eo qui habet duo officia oportet dicere esse plures officiales, ut no. Dom. Abb. *in c. ad hæc. de præb. & dig.* ubi etiam subdit quod illud est contra jus naturale, ut quis gerat vices duorum & etiam contra jus divinum per jura superiùs allegata : secus est in utendo diversis titulis, quia illud est permissum in defendendo, ut dicit glos. *in sum. 13. q. 2.* & illud quod dicebatur de judice, quod non gerit vices duorum videlicet vices judicis & notarii, limitatur in causis modicis in quibus nulla requiritur scriptura, cùm enim in illis credatur judici, ut no. Barto. *in aut. nisi breviores. C. de sent. ex periculo rec. & in d. l. nemo. de assess. cum sim.* ut no. Dom. Abb. *in ca. ex literis. de probæ.* & etiam in jurisdictione voluntaria, idem est dicendum dummodo exercitium unius actus non præstet impedimentum exercitio alterius, quia tunc officia appellantur incompatibilia. *ut d. l. quisquis. & l. 1. ff. de colle. illici.* facit *l. si consul. ff. de adoptio.* ubi filius familias est præses potest semetipsum apud seipsum emancipare vel in adoptionem dare, facit *lex una. ff. de offi. consu.* ubi consul potest apud semetipsum manu mittere servum suum : & sic repræsentat personam domini & personam consulis, facit. *c. postulasti.* & quod ibi no. *de concess. præb.* facit aliud in notario, qui si aliàs est judex potest scribere ut notarius, & auctoritatem præstare tamquam judex in istis voluntariis, facit glos. *in l. jubemus. C. de sacrosan. Eccles.* & ibi Bart. & quando non sunt compatibilia, & aliquis vult esse de duobus collegiis, quorum exercitium mutuo se impediunt, ut quia est de collegio unius artis, ut no. Inn. *in c. cum dilectus. de excess. præl.* & no. Bart. *in l. fi. ff. de colleg. illici.* quod est limitandum si se non mutuo impediunt, ut puta quia est de collegio disciplinatorum sive Baturorum, de collegio unius artis, ut no. Dom. Abb. *in c. extirpandæ. §. quæ vero. de præb. & dig.* & *in d. ca. ex literis. de proba.* Hinc est quod quis non potest duo beneficia curata tenere. *c. de multa. de præb.* & olim non poterat esse pluralis in beneficiis simplicibus, quorum quodlibet exigebat residentiam. *ut c. conquerente. de cle. non resi.* & impossibile erat residere in diversis beneficiis, ut no. *in c. ad hæc. de præb. & dig.* & *in c. non potest eo. ti. de præb. in 6.* facit in simili glos. *in d. l. si consul. ff. de adop.* quæ ponit quod tam in judicio quàm extra judicium potest sustinere vices duorum, nisi impediatur aut propter impotentiam facti, quia non sufficit de facto exercitium utriusque. *ut d. l. nemo.* & *c. quia in tantum. de præb.* & *c. de multa. eo. tit.* & *l. 1. ff. de colleg. illi.* aut propter impotentiam juris exemplum in judice non valente judicare in facto suo, ita quod potest esse Judex actor cùm non possit sibi ipsi imperare *arg. l. pe. ff. de arbit.* & *l. unic. C. ne quis in causa sua.* nec etiam esse testis & Judex, cùm non possit seipsum examinare, & sic in similibus, quanquam impeditur propter præsumptionem seu suspicionem affectionis, amicitiæ vel inimicitiæ, & non potest etiam esse judex vel advocatus & procurator & testis. 2. *q.* 6 *statuendum.* & *c. fi. de testi. in 6. cum simi.* ut no. Dom. Abb. *in d. c. ex literis. de proba.*

Et solvendo istam quæstionem colligendo dicta Doc. potest dici quod pro defensione possessionis suæ quis potest multiplicare titulos ad cautelam, ut bonus tex. & ibi Dom. Abb. *in c. post electionem. de concess. præb.* non tamen ut ex illa multiplicatione & diversitate titulorum consequatur jus in beneficio ex utroque titulo. per tex. no. *in c. ut qui duas electiones. de elec. in 6.* sed ut possit se defendere ex utraque, quod dicit esse notabile & ex his infert Do. Abb. *in d. c post electionem. in 3. no.* quod in agendo & in petendo confirmationem non potest quis se fundare super duobus titulis. *ut c. ut qui duas. præallegato. de elect. in 6.* sed bene [a] ex diversitate sive pluralitate titulorum potest se defendere : & ita intelligit illum tex. *in d. c post electionem. de concess. præb.* quem dicit esse notabilem, & se nescire alibi ex quo habetur cautela, quod si dubitatur de prima collatione beneficii potest impetrare secundam collationem, quia per hæc non inducitur renuntiatio primæ collationis, imo potest uti utraque ad defensionem suam ; & idem etiam no. Dom. Abb. *in c. cum olim. in 2. circa. fi. de privi.* & ita etiam tenet Lap. *alleg. ulti. circa. fi.* & Doct. Card. *in c. intr dilectos. vers. sed contra. ad fi. de fide instru.* quem ibi sequitur Feli. & etiam Imo. ita tenet. *in ca. ex parte*

[a] Tamen cõtrarium facit *c.* cum olim. de re judic. Barbatias ibi dicit quod dictum *c.* post cessionem. restringitur quando prima collatio fuit obtẽta a Papa, vel dic quia collatio facta per

inferiorem ad confirmationem collationis nullæ factæ per Papam non valet sic dictum c. cùm olim. intelligitur quando Collatio facta per Papã non valebat, quia collatio inferioris facta in consequentiam confirmationis nullius non valet, quia si non tenet principale, nec accessorium. Unde dono vum intellectum ad d. c. post electionem. quando quis consequitur veros titulos habiles seu procedentes ex capitibus habilibus & de per se; secus si ex capitibus inhabilibus, & secunda collatio facta per inferiorem veniat accessoriè ad concessionem Papæ, quæ erat nullius momenti, quia tunc dicitur potius venire ad cõfirmationẽ. Cor. in fin. verbo *beneficium*. potest retineri. C. M.

Astensis. de concess. præb. ex quibus infertur secundùm Joan. An. *in ca. cum personæ. circa fi. de privileg. in 6.* post Joan. Mona.

2. Quod illa regula dicens id quod meum est ex una causa non posse effici meum ex alia. *d. c. inter dilectos. de fide instru.* illud limitatur quando dubium est de prima causa ex qua dico aliquid meum, quia tunc ad cautelam potest fieri meum ex secunda causa, per tex. *in d. c. post electionem.* & ita etiam tenet Rot. *deci. 43. tit. de rescri. in antiquis.* quod ubi quis habet duas gratias pro beneficio habendo, si utendo secunda succumbat, potest uti prima, quia istæ gratiæ non sunt contrariæ, licet sint diversæ & tendentes ad eundem effectum, & illud intelligitur si eodem cum tex. & sub eadem data sint impetratæ, ut no. Rot. ubi suprà, secus si sub diversis datis & diversis temporibus, allegant Jo. An. *in c. in nostra.* & ibi etiam Feli *col. 2. in ver. titulis multiplicatus. de rescri.* & istud ultimum secundùm eundem Feli. non videtur dicere Joa. And. ubi suprà imò de mente ipsius & magis clarè ibi Dom. Abb. post eum, quod tam successivè quàm eodem tempore potest quis impetrare plures gratias super eodem beneficio, ut suprà fuit dictum, & istam limitationem tenet firmiter & sequitur Cardi. *in Cons. 6. inci. vacante quadam parochiali Ecclesia.* licet etiam in una gratia ex illis duabus gratiis esset aliqua clausula quæ non esset in aliis, puta quod derogaretur juri patronatus laicorum, & istud est intelligendum regulariter nisi ante istas secundas literas fuisset alteri jus quæsitum propter dictam clausulam commissam in primis literis, ut tenet Card. *Cons. 33. in fi.* facit tex. *in c. quamvis. de rescrip. in 6. cum simi. ut no. in d. c. causam quæ. de rescrip. & in c. inter quatuor. de majo. & obe. & in c. in nostra. col. 2. de rescri.* & ita etiam tenet Lud. Rom. *Cons. 433. inci. quo ad primum. ad fi.* ubi præmissa declarat post Lap. *in d. alleg. ulti.* quomodo quis potest petere possessionem beneficii ex duplici titulo, & ibi dat pulchram rationem. *ad ca. inter dilectos. de fide instru.* dum ibi dicitur quod illud quod meum est ex una causa, ex alia meum fieri non potest. ut habeat locum illa regula in agente juxta decisionem glos. *in c. nullus. de reg. jur. in 6.* secus est in reo defendente possessionem, vel etiam in petente possessionem, quia tunc ex diversis titulis possessorium potest prosequi per tex. *in d. c. post electionem. de concess. præb.* idem etiam tenet Cald. *in Consi. 7. tit. de elec. incip. an c. ut quis duas, &c.* & idem etiam tenet ibi Dom. *in sua addi.* & idem Dom. de sancto Gem. *in d. c. ut quis duas. de ele. in 6. col. ulti* ubi tenet post gl. in verbo *ex uno*, quod illud *capitulum ut quis duas* loquitur de jure acquirendo. ideo secus est in jure jam acquisito, & ratio diversitatis est quia in jure acquirendo requiritur decretum. 1. confirmatio & decretum confirmationis debet esse super certo. *ut c. 1. de concess. præb. in 6. & cle. 1. tit. de concess. præb.* alias si liceret utramque prosequi, sequeretur quod id veniret in libello dicendo sic; peto duas electiones factas de jure confirmari vel alteram ex his quæ valet, & sic nasceretur quæ illarum esset confirmanda, sed in jure acquisito non est necessarium decretum. 1. confirmatio, sed executio sententiæ, ideo potest dicere; sum provisus per Capellanum & per Archiepiscopum, ideo pro me sentientes, & illud est in terminis. *c. post electionem. de concess. præb.* quod debet intelligi quando sum admissus, cùm non appareat quod fuerim repulsus, quod fieri debuisset si petitio fuisset inepta ex officio judicis. *c. examinata. de judi.* alleg. Lapum *in sua allegatione ultima.* & Joan. Cald. *in titu. de ele. Consi. 7.* & ibi concludit quod quis possit petere possessionem beneficii virtute duplicis collationis etiam factæ adversus, ut tenet Lud. Ro. *Consi. 433.* & istud etiam tenet Lapus. *in d. c. ut quis duas.* ubi assignat rationem aliam, quia jura sunt favorabiliora in conservando jure jam quæsito, cùm ibi nulla possit notari ambitio, ut dicit tex. *in d. c post electionem.* quam in jure ad rem quærendo. ut no. Lapus & Dom. ubi suprà, & ibi assignavit aliam rationem. Nam consensus qui præstatur electioni debet esse certus, ut est tex. *in c. 2. de elec.* nec electus potest petere confirmationem antequam consentiat. *ut c. quem fit. de elec. in 6.* & si ipse diceret consentio istis electionibus vel alteri ipsarum quæ magis valet, tunc non est certus consensus, unde non est mirum si requiritur quod alteram eligat, sed quando fit sibi collatio, & ipse agit postea ad possessionem, tunc non requiritur novus consensus, quia collatio recepta habet in se tacitum consensum. *ut cle. 1. in fi. de concess. præb.* & petenti possessionem beneficii sufficit ostendere titulum, licet possit aliqualiter impugnari. *c. constitutus. in 2. de appel.* & *c. accedens. de accu.* & potest peti possessio beneficii ex duplici titulo, quia iste non dicitur uti duplici titulo pariter, sed alternativè, quod non potest fieri à petente confirmationem electionis, cùm ibi requiratur certus consensus. Et istud intelligitur dupliciter secundum Feli. *in d. c. in nostra. de rescri.* primò debet intelligi nisi habens collationem beneficii à superiore, impetret postea ipsum ab alio inferiore, quia potest eum superior privare beneficio, quia est quædam ingratitudo & delusio erga superiorem, propter quod inducitur legitima causa privandi eum: ita singulariter no. Dom. Abb. *in c. cum olim. colum. 9. ver. & no. istam glos. de re judi.* sicut dicitur de vasallo, qui ab alio cognoscit feudum ut ibi per eum, nisi hoc faceret ad cautelam, ut quia dubitat probabiliter de validitate primæ collationis. *per d. c. post electionem.* tamen ista limitatio non procedit sine dubio in Papa, licet possit procedere in aliis collatoribus inferioribus, ideò potest sic dici, quod aut loquimur in Papa, qui contulit beneficium alicui, & tunc ille non poterit habere collationem ab inferiore, & tunc habebit locum ista limitatio. Nam titulus non est multiplicandus ubi quis habuit collationem à Papa, cùm ipse possit omnes ordinarios prævenire. *c. 2 de præb. in 6.* quia tunc non potest cadere dubium an sua collatio sit valida vel ne, quia si est prima in data, valet, & tenet, nisi fortè impetrator commisisset aliquam subreptionem in impetratione, ut quia tacuisset aliquam prærogativam concessam ordinario super collationibus cum derogatione collationum Papæ ei non derogantium, aut aliud simile; ita no. Felin. *in d. c. cum olim de re judi. circa fi. ver. demum.* Idem etiam tenet Ægid. *dec. 310.* 499. quia postquam Papa semel apposuit manus in illo beneficio conferendo, inferior non potest se intromittere ad illud conferendum, ut no. Dom. Abb. *in c. in tantis. de elec* per tex. *in c. ut nostrum. de appel & in c. licet. de offi ordi.* facit *c. bonæ. in 1. de postu. prala.* nisi Papa contulisset notoriè indigno nulla facta mentione de certa scientia, quia tunc inferior à Papa illud poterit conferre, ut no. singulariter Inn. quem sequitur Dom. Abb. *c. inter dilectos. de excess prala.* si autem loquamur de collationibus inferiorum à Papa, ut puta habuit collationem ab Archiepiscopo, etiam vult secundo loco habere ab Episcopo, & sic potest procedere limitatio Fel. quam suprà retulit insequendo doctrinam Dom. Abb. *in d. c. cum olim. de re judi.* nisi illud faceret ad cautelam: quia tunc posset, ut suprà dixi per tex. *in d c. post electionem. de concess. præb.* Item inquantum superiùs fuit data conclusio, quod quis in possessione petenda vel defendenda potest habere plures titulos. Istud est limitandum secundo, dummodo iste duplex titulus tendat ad eundem effectum, secus si ad diversos seu contrarios effectus in eadem persona. ut no. Ludov. Ro. *Consil. 350. incip. casu proposita. in col. 6. ver. quo ad secundum.* ubi vult quod habens titulum in beneficio conferente jus in re, si posteà impetrat in commenda desinit habere illum primum titulum conferentem jus in re, quia titulus commendæ non est

illius

illius conformis quo ad effectum, cùm conferat solam detentationem, & differant effectualiter in multis : ut ibi per eum ita limitantem. tex. *in d. c. post electionem.* & ita tenet & sequitur Feli. *in d. c. in nostra. col. 2. de rescrip.* & secundùm eum sunt notanda, & mente tenenda.

Tertiò, secundùm eum præmissa conclusio limitatur nisi quis impetraret plures literas contentiosas super eodem negotio, quia illæ valent dummodo non utatur utrisque literis. ut no. gl. 1. *in c. ex tenore. de rescri.* tamen non debet uti utrilque propter interesse adversarii, sed literæ ad beneficia vitiantur, quia Papa verisimiliter non daret literas si haberet notitiam aliarum. ut no. Imol. Dom. Abb. & Feli. *in d. c. in nostra. de rescrip.* & circa impetrantem plures literas ad diversas Ecclesias sub diversa data concludunt. Innoc. Hostien. & Calde. *in d. c. in nostra.* & ibi alii Docto. quod non solùm per literas est aliquid consecutus, ut secundæ id tacentes non valeant : etiam si fuit solum receptus. per tex. *in d. c. in nostra.* sed etiam si primæ literæ sunt nullæ, forte effectum non habent, secundæ non facientes de eis mentionem : quia secundùm eos non est verisimile, quod si Papa sciviſſet de prioribus, concessisset secundas : unde negari non potest, quin talis veritas sit supressa, quæ si fuisset expressa, reddidisset principem difficiliorem ad concedendum : ergo taciturnitas vitiat, [a] *per c. postulasti. de rescrip.* tamen tenet Dom. Abb. *in d. c. in nostra. de rescript.* contra Innocen. quod non sufficit velle renuntiare gratiæ expectativæ, ut valeat impetratio beneficii vacantis de ipsa expectativa mentionem non faciens : quia secundæ literæ sunt subreptitiæ, per illum text. & non possunt reviviscere ex renuntiatione primarum subsequentium. *per c. si eo tempore. de rescri. in 6.* tamen habens plures literas potest uti primis : quia in illis non reperitur aliquod vitium nisi usus fuisset secundis, quia tunc secundùm Host. non posset aliquid consequi virtute primarum literarum, quibus tacitè renuntiavit utendo secundis, nec aliquid poterit consequi ex secundis cùm sint subreptitiæ, ut no. Dom. Abb. & Feli. *in d. c. in nostra. colum. 3. de rescri.* Et si opponeretur quod ex quo per solam receptionem non est beneficium Ecclesiasticum assecutus, non videtur inhabilis ad impetrandum. *c. cum adeo. & c. si proponente. de rescri.* Ad istud respondent Butri. & Dom. de san. Gem. *in d. c. in nostra.* quos sequitur Feli. ibi dicendo quod non sequitur non est beneficium Ecclesiasticum assecutus ; ergo non debet fieri mentio, quia imò debet facere mentionem etiam alterius qualitatis, qua non expressa si de facili literas non habuisset, vel posset dici secundùm Domi. ubi suprà, quòd licet nondum sit beneficium assecutus, tamen per receptionem est consecutus spem infallibilem. *c. si clericus. de præb. in 6. cum simi.* ut no. Feli. *in dicto c. in nostra.* Et cum his sit expedita ista præsens Quæstio.

[a] Hoc non liceret actori, sed reo sic. C. M.

QUÆSTIO XX.

1. *Collatio beneficij facta sub conditione vel alternativè an valeat.*
2. *In beneficio conferendo, an Papa possit apponere conditionem.*
3. *Beneficium quando ordinarius potest conferre sub conditione.*
4. *Pro beneficio an possit quis servire licitè, ut collatio causa servitij facta, vel fienda valeat.*
5. *Beneficium an possit alternativè conferri.*
6. *In collationibus beneficiorum, quando habeat locum alternativa.*

QUæro vigesimò. An beneficium possit conferri sub conditione vel alternativè. Et omissa disputatione, & colligendo dicta Doctorum, capiendo primò doctrinam Domin. Abba. *in c. significasti. de elect. super glos.* 2. ubi dicit circa spiritualia, quod quando in spiritualibus apponitur conditio, quæ in effectu inest de jure, non videtur conditio, sed potius quædam monitio : ut per glos. *in c. significatum. de præbend.* & errant aliqui Doct. dicentes, quod à superiore potest apponi conditio : nec tamen inducitur simonia : sed illud dictum reprobat Domin. Abb. ubi suprà, quod illud non procedit in aliquo citra Papam, quia quisque inferior debet spiritualia pure conferre sicut jura disponunt. *ut c. fi. de pact.* & *in c. quæsitum. de rerum permu.* & pro ista parte facit glos. juncto tex. *in c. 2. de elect. in 6.* ubi ista quæstio prosequitur an valeat collatio beneficii, quam facit Episcopus sub conditione si vacat : & concluditur ibi, debet Episcopus, quantum potest purè beneficia conferre, unde ibi retractantur electiones quæ fiunt sub conditione, [a] facit *regula actus legitimi. de regu. jur. in 6.* & quod ibi not. per Dy. & Pet. de Ancha.

[a] Sic. C. M.

In Papa verò potest dici, quod in his quæ sunt simoniaca de jure positivo, ipse Papa potest apponere conditionem, ut vult : quia est suprà jus positivum. *ut in c. proposuit. de concess. præb.* sed in his quæ sunt simoniaca de jure divino non potest Papa apponere conditionem per quam judicatur simonia. Ad hoc facit glo. & ibi Docto. *in c. ex parte. in 1. de offic. deleg.* & *in c. cum pridem. de pact.* & Dom. Ab. & Feli. *in c. 1. de simo.* tamen alias conditiones ex natura earum non inducentes pactum potest Papa apponere, etiam non alterando naturam beneficiorum. *ut in c. si gratiosè.* & quod ibi no. *de rescri. in 6.* & *c. pastoralis. 7. q. 1.* sed de Episcopo an possit apponere onus beneficio vacanti, dicit Hostien. & ibi Domin. Abb. *in c. significatum. de præb. & dignita.* quod licet in istis beneficialibus sit spiritualitas, & res quæ traditur est merè temporalis, tunc hoc pactum non videtur licitum, ut unus det temporale, & alius expressè promittat spirituale. *c. 1. de simo.* sed si esset beneficium spirituale, quod daretur cum conditione, seu modo divinorum dicendorum, tunc posset sustineri opinio istorum : scilicet ut simonia non committatur, quia non intervenit ibi aliquod temporale, sed spirituale cum spirituali. *c. ad quæstiones. de rerum permuta.* sed ex alio ea quæ tacitè insunt de jure possunt exprimi in collatione beneficiorum spiritualium sine aliquo vitio simoniæ, ut no. Dom. Abb. *in d. c. significasti. de elect.* & *in c. olim. in 1. de restitu. spoliato.* & *in c. ad audientiam. de præscri.* & ista est regula juris, quod si ea quæ tacitè insunt exprimantur, ut inerant, nihil operantur. *ut l. 2. ff. de lega. 1.* & *l. conditiones. ff. de condi. & demonstra.* & istud secundùm eum etiam intelligitur quando exprimitur, ut insunt de jure, aliàs secus & sic solvitur contrarium quod formari potest. *in l. si ita relictum. §. illi si volet. ff. de lega. 1.* ubi dicitur, quod si relinquo illi centum, si volet legatum est conditionale : secus est si relinquo simpliciter : & tamen illa conditio, si valet, tacitè inest legato cùm legatarius possit repudiare

Source : BIU Cujas

legatum : sed quando fit ibi expressio prout tacitè inerat non quando relinquo si volet, suspendo virtutem legati in eventum conditionis, unde nihil acquiritur legatario antequam declaret voluntatem suam : ut ibi, sed quando simpliciter sit relictum, acquiritur legatum etiam ignoranti : licet commutabiliter si voluerit acceptare, quia dispositio est pura, & non conditionalis. *ut l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2.* & vide ad prædicta bonam glo. *in c. 1. de sponsa. in 6.* & prædicta faciunt, quod quando Episcopus contulit uni Ecclesiam curatam sub conditione, si resignaverit, primam tenet illa collatio : ut no. Bal. *in d. l. significasti.*

Non est cõditio, quia in omni collatione absenti facta intelligitur, cum invito beneficium non conferatur, ut nec decreta Papæ adjecta suis collationibus pro conditionibus haberi debent, sed pro præceptis Admonitio est non conditio. I.

3. Et rationem assignat, quia hæc conditio tacitè inest. *ca. de multa. de præbend.* & inest tacitè cùm effectu, tamen tenetur resignare primam. *ut dicto. ca. de multa. de præben.* ut tenet Dom. Ab. *in dicto. cap. significasti. de elect.* & dicit glos. *in ca. 1. §. sequitur. in verbo voluerint.* per illum tex. quod in collatione præbendæ Theologalis potest exprimi onus, videlicet quod confertur ad onus residentiæ, lecturæ & prædicationis, & ita communiter fiunt tales collationes, nec vitiantur propter expressionem oneris quod est ipsi præbendæ annexum. Nam ea quæ tacitè insunt possunt exprimi in traditione spiritualium sine aliquo vitio simoniæ. *per d. ca. significasti. de ele.* & notatur. *in ca. olim. in 1. de resti. spo.* & ea quæ tacitè insunt si exprimantur non vitiant nec immutant actum. *l. juncto. §. sub conditione. ff. de tutel.* & *l. 3. de leg. 1.* alleg. etiam Dom. Ab. *in d. ca. significasti. de ele.* ita no. Jo. And. in addi. Spec. *tit. de rerum permut.* ubi præmissa tenent nisi conditio tacitè non ineslet : ut quia primum beneficium non esset vacaturum ipso jure. *ca. quam pio. 1. qu. 2.* no. Rota. *decisio. 325.* ex quibus infertur secundùm glos. in verbo *incerta. circa medium. in ca. 2.* & ibi Dom. de sancto Gemin. quod quemadmodum electio non potest fieri sub conditione, ita etiam est dicendum in collatione seu provisione nisi sit talis conditio quæ insit de sui natura, puta confero tibi talem Ecclesiam vel præbendam si vacat, vel si capax es, talia enim non faciunt actum conditionalem, ut si dicat, do Titium tutorem si satisfecerit, vel Titio lego decem, si hereditatem adeat heres sit, &c. ut ibi per glos. Item dicit Dom. Ab. *in d. ca. cum essent. de simo. post glos. primam.*

Imo debet collator certus esse an vacet per mortem & collatio sub hæc verba *si vacat* ambitiosa est. I.

4. Quod potest quis licitè servire alicui Prælato, & sperare ab eo beneficium spirituale, nec ex hoc committitur simonia, licet sequatur collatio, tamen dicit ibi glos. quod non debet servire principaliter hac intentione quod potest ab eo in genere sperare bonum temporale & secundario etiam beneficium spirituale, secus est si non esset idoneus ad illud servitium vel beneficium, aut illud servitium esset non honestum, & ibi dicit Dom. Anto. quod aut servitus & recipiens servitium habent respectum ad certum beneficium, & tunc non liceat hoc fieri per glos. *in dicto. ca. cum essent.* aut serviunt & intendunt ad beneficium incertum, & tunc bene potest fieri, & ibi subdit Dom. Ab. quod bona est ratio diversitatis inter beneficium certum & incertum, tamen in aliquo casu non est licitum quod quando principaliter serviret pro spirituali beneficio consequendo, nec Prælatus licitè confert si principaliter ducatur ad conferendum pro servitio temporali recepto, quia id quod in se debitum est, & honestum, non debet exerceri favore humanæ gratiæ, sed recto judicio. *ut in ca. nemo. eo. tit. de sim. 11. q. 30.* § *si ergo.* & *in ca. grave. de præb.* sed secundario bene potest haberi talis spes, & ita voluit glos. *in ca. quid proderit. 61. dist.* & Innoc. *in ca. venerabilem. de elect. in fi. in verbo fiducia.* & illa glos. *in ca. sunt nonnulli. 1. quæst. 1.* intelligitur secundùm glo. quam suprà retuli. *in dicto. ca. cum essent. de simo.* & hinc est quod si Episcopus recepit quemdam Clericum ad servitium spirituale & temporale præstandum promittens sibi certum salarium annuatim donec sibi proviserit de beneficio competenti, illud est licitum, ut no. Host. Dom. Ab. & Fel. *dicto. ca. cum essent. de simo.* dummodo specialiter ex pacto se non obligaverit ad servitium temporale præstandum, nec committitur simonia si remittatur postea salarium cùm confertur beneficium, quia salarium erat sub conditione, & facta conditione expirat obligatio *institut. de verbo oblig. §. omnis.* secus si promissio fuisset pura & perpetua, quia tunc bene committitur simonia si remitteretur temporale pro spirituali consequendo. *c. veniens. de restitu.* & ibi Dom. Ab. subdit primum dictum Hostien. procedere etiam quando Prælatus non inducitur ad conferendum beneficium principaliter propter servitium temporale vel spirituale recipiendum, sed quia ille meretur, & causa impulsiva & non finalis sit præstatio servitii. *arg. c. grave. de præb.* Nam video, quod non est licitum recipere promissionem beneficii conferendi pro voce præstanda in electione. *ca. de hoc. de simo.* eodem modo non videtur licitum etiam pro spiritualibus servitiis recipere promissionem beneficii conferendi, secus ut suprà est dictum si ista esset causa impulsiva.

5. Item circa collationem alternativam, tenet Felin. *in ca. 2. col. fi. versi. de collatione. de appel.* quod collatio beneficii facta alternativè, ut puta ille vel ille habeat Ecclesiam, non valet collatio, ut no. Archi. *in ca. pastoralis. 7. quæst. 1.* nisi illa collatio fieret à Papa alternativè, aut copulativè, & quando extat copulative, uterque habebit, & uno nolente alteri crescit, ut no. Vinc. *in cap. proposuit. de filiis Presbyt.* ita etiam tenet & sequitur Dom. de san. Gemi. circa medium. *in dicto. c. pastoralis. 7. q. 1.* secus est dicendum in inferiore à Papa qui non disponit contra jus, prohibetur duo in eadem Ecclesia intitulari. *7. quæst. 1. ca. sicut.* facit. *ca. majoribus. de præb. & dig.* & ista alternativa in electionibus & collationibus beneficiorum est de jure prohibita, ut no. *in c. 2. de elec. in 6.* no. Fel. *in d. c. 2. de appel.* facit. *c. ut qui duas electiones. de elect. in 6.* istud limitatur in præsentatione, ut no. *in cle. plures. de jure pa.* & Dom. de san. Gem. *in c. 2. in 2. oppositione. de elect. in 6.* & Lap. *alleg. 48.* & Fede. *Consi. 179.* Et idem est dicendum in præsentatione Clerici Patroni, quia habet vim electionis, ut no. Innoc. *in c. cum autem. de jure patro.* & sic ergo illa præsentatio Patroni Clerici non potest fieri alternativè, ut no. Feli. ubi suprà, & circa istud dicit glos. *in c. 1. §. volens. in verbo decem. de colla. in prag.* ubi quærit quando in decem beneficiis secundùm tenorem Concilii Basilien. Papa semel in vita potest dare unum beneficium, & ibi dicit glos. quod quando in illis decem beneficiis unum vel plura spectant ad collationem istius collatoris cum alio conjunctim, videtur quod tali ponant in numerum, quia licet spectent ad collationem alterius & istius. *l. si quis servos. ff. de leg. 3.* ubi legatis servis suis & qui in toto & qui in parte sui sunt, legati videntur, & qui jurat suum non esse, debet jurare sibi commune non esse. *l. pupillus. §. fi. ff. de verbo. sig.* facit *c. præsenti. in ver. illius. de offi. leg. in 6.* tamen contrarium credit verius, & dum tex. ibi dicit ad collationem, intelligitur pleno jure. *argu. c. cum in illis. de præb. in 6. §. fi.* & *c. fi. eo. tit.* & *lib.* & illud quod est commune non potest propriè dici meum vel suum, cùm hæc pronomina de vi verbi debeant intelligi, quod sit meum vel suum simpliciter vel pro majori parte. *l. illud. ff. de ritu nup.* & *l. Sabinus. ff. de auro & argen. lega.* & ubicumque invenitur quod commune est meum, intelligitur impropriè & fictè, non verè, & sic habent locum contraria, & no. Jo. Mo. *in c. fi. de verbo sig. in 6.* & *in c. in generali. de reg. jur. in 6.* Bar. *in l. legatus uxoris. ff. de leg. 2.* & potest dici quod in materia larga & favorabili illud dicitur meum quod est mihi commune. *ut c. 1. de usu pallij.* sed in hac materia odiosa & præjudicabili ut in præsenti casu sumitur strictè, ut no. Dom. de san. Gem. *in d. c. cum*

Can. talia. 993. I.

Source : BIU Cujas

in illis. de præb. & dig. ubi tenet quod si Papa reservat omnia beneficia civitatis & Diœcesis, exceptis illis quæ pertinent ad collationem Episcopi, quod in tali exceptione cadunt beneficia spectantia simul ad collationem Episcopi & capituli. Et ratio assignatur ne Episcopus gravetur cùm fuerit intentio Papæ reservantis ne gravetur expressius in exceptione arg. *c. cum in illis. de præb.* & reservatio est odiosa, ut suprà dictum est, ideo exceptio est favorabilis, & redeundo ad propositum de alternativa dicit glos. ubi suprà, quod si aliquod beneficiorum istorum decem spectaret ad collationem alternativam duorum quæ alternis vicibus illud conferrent, illud computaretur in numero: facit quod no. Jo. And. *in d. c. cum in illis. de præb.* ubi dicit quod si plures sunt Patroni alternis vicibus præsentantes, & Papa scribit ut provideatur alicui de beneficio spectante ad præsentationem illius Patroni, poterit provideri, si pro illa vice ad eum spectabat, quia jure suo proprio præsentat. *cle. 2. de jure pa.* Pari ratione idem dicendum est si beneficium spectat ad collationem alicujus cum consensu vel consilio alterius quod ponet in numerum, quia collatio illius beneficii spectat principaliter ad ipsum. *c. 1. ne sede vacan. in 6.* facit illud quod not. Domin. de Rota. *deci. 38.* & *decisio. 2.* & ideo est dicendum quod si Papa mandat provideri de beneficio spectante ad collationem Abbatis, poterit provideri de beneficio quod habet conferre cum consensu Episcopi, ut not. Do. *in d. c. cum in illis. de præb. in 6.* ex quibus infert gl. *in d. c. 1. in §. volens. in verbo decem. de colla. in prag.*

6. Quod beneficia per ordinarios possunt conferri alternativè, & sic videtur magna discordia inter prædictos Doctores: tamen concordando dicta Doctorum potest hoc modo dici, quod idem beneficium non potest conferri duobus alternativè, ne videatur esse incertitudo, & sic habet locum illud quod no. *in d. c. 2. de cle. in 6.* nisi illa collatio fieret à Papa, quia tunc ipse alternativè potest conferre, ut no. Archi. & Dom. de san. Gem. *in d. c. pastoralis. 7. quæst. 1.* & ita etiam tenet & sequitur Fel. *in d. c. 2. col. fi. de appel.* & ita etiam potest intelligi in præsentatione patroni laici, ut alternativè præsentet, ut dicit glos. fin. *in d. cle. 2. de jure pa.* per tex. *in c. cum autem.* & *c. quod autem. de jure pa.* si nos loquamur in beneficiis conferendis, ita quod dubitatur inter duos quis istorum habeat conferre, potest fieri ut alternativè per eos & alternis vicibus conferatur, & sic habet locum illud quod no. Dom. *in d. c. cum in illis. de præb. in 6.* & sic debet intelligi glo. superiùs alleg. *in ver. decem. in c. 1. de colla. in prag.* ex quibus infert glos. *in d. c. 1. §. item quod omnia. in verbo facienda. de colla. in prag.* ubi dicit quod quando Rex & Episcopus conferunt beneficia alternativè, sive præbendas, & Episcopus impeditur per mandatum de providendo aut per nominationem, libere conferre præbendam, aut perdat turnum suum, & videtur de rigore juris quod non, [a] sed sequentem vacantem poterit conferre. Ad hoc facit quod no. Dom. de Rot. *decisio. 190.* ubi tenent in pari casu impeditum per expectantem non debet perdere turnum suum, quia impeditus impedimento facti remanet illæsus. *c. significante. de pigno. c. imputari. de reg. jur. in 6. c. quia diversitatem. de concess. præb.* sed illud verum est secundùm glos. ubi suprà, quando unus est laicus ipsi non præjudicaretur. *arg. c. cum dilectus. de jure pa.* & no. Dom. Abb. *in c. dilectus. de offi. leg.* Et istud debet intelligi quando Papa privilegiavit laicum ad conferendum, quia tunc Papa non videtur illud conferre si apposuerit clausulam derogatoriam, secus si simpliciter privilegiaret, quia tunc videtur derogare, ut no. Dom. Ab. *in d. c. dilectus. de offi. leg.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

[a] Imò perdit. C. M.

QUÆSTIO XXI.

1. *Beneficium quando est conferendum ad tempus vel in perpetuum, & an procedat in beneficiis regularibus. nu. 2.*
2. *Abbas an possit privare Monachum beneficio sibi per eum concesso.*
3. *Beneficia regularia quando sunt perpetua.*
4. *Monachum si Abbas nitatur privare suo Prioratu malitiosè quomodo providetur ipsi monacho.*
5. *Statuere an possint Abbas & Conventus, & an arctentur ad statuta servanda.*
6. *Præscribi quomodo possit beneficium in præjudicium negligentis.*

Collatio ad tempus fieri non potest nisi concurrente aliquo beneficio incompatibili, veluti si petat à Papa religiosus duo beneficia simul possidere, cum omnia sint in Monacho incompatibilia, potest posterius beneficium conferre cum dispensatione retinendi primum in quinquennium aut aliud tempus, hæc est temporaria collatio cùm melius appellari possit temporaria dispensatio duo simul possidendi: nam capaci cui nulla opus est dispensatione, unicum beneficium ad tempus conferri non potest, canonica enim non esset institutio imo abusiva. & ita impropriè loquuntur Canonistæ, cùm dicant conferri ad tempus, dicendum dispensari ad tempus, modum enim gratiæ ponere potest & cum tempore circumscribere, quo elapso cessat dispensatio & eo ipso vacat primum beneficium. Dispensatio enim est ratione prioris, quod sublata dispensatione vacaret per adeptionem secundi incompatibilis. Ita constat evidenter retinendi prioris per dispensationem facultatem concedi, ut judicatum in magno Consilio contra Angelicam *d'Estrées* monialem cui Urban. VIII. Papa Henrico IV. rogante contulerat Monasterium *de Maubuisson* cum facultate, aut dispensatione retinendi in quinquennium Monasterium *de Bertaucourt* quod à multis annis possidebat. Finito tempore & duos adjecit annos, his elapsis, cum utrumque retinere voluisset Catharina *de Mame* Monasterium *de Bertaucourt* vacans per incompatibilitatem obtinuit, nata inter eas lite Arresto magni Consilij victa Angelica *d'Estrées*, quod tempore dispensationis finito sine titulo esset, & hic est verus intellectus cap. si gratiosè. de rescript. in sext. in quo vita Papæ finem dispensationi ponit. Est alia species collationis ad tempus, cùm Papa confert beneficium cum decreto profitendi nisi profiteatur is cui injunctum est vacabit beneficium, & hæc quoque collatio vera dispensatio est ex quo sæculari possidere regulare per annum conceditur, intra quod se cum regula ordinis possit, & melius dicemus, si commendam temporariam eam appellemus, quæ sine novo titulo & Papæ ministerio in titulum transit. 1.

QUæro vigesimo primò. An beneficium possit conferri ad tempus aut an sit conferendum in perpetuum? Omissa disputatione est dicendum quod Ecclesia sive beneficium præsumitur in dubio esse concessum in perpetuum, non autem ad tempus. Et si quis diceret contrarium illi incumbit onus probandi, & Ecclesia non potest conferri regulariter ad tempus per ordinarios collatores inferiores à Papa ut no. Dom. Abb. & Fel. & cæteri. *in c. si constiterit* per illum tex. *de accusa.* nisi Episcopus daret in commendam, ut est tex. *in c. nemo debinceps. de elec. in 6.* tamen illud limitatur in Papa qui potest dare beneficium ad tempus, ut est tex. & ibi glos. & Docto. *in c. si gratiosè. de rescrip. in 6.* facit glos. *in c. pastoralis. 7. q. 1.* & glo. *in c. 1. in verbo perpetui. de capel. mo. lib. 6.* & *in c. veniens. de filiis presby.* ita etiam tenet Dom. Abb. *in dispu. inci. Epis. circa prin.* & Cardi. *in Consi. 58. inci. proposita quæstio.* & ratio assignatur, quia in beneficiis Papa habet omnimodam potestatem, ita quod voluntas ipsius habetur pro ratione. tex. *in c. 2. de præb. in 6.* & *in cle. 1. ut lite pendente.* & *in c. 1.* & *2. 22. distin.* & *in c. 1. 80. distin.*

Source : BIU Cujas

Sub prioribus in prioratibus conventualibus commendatis constituti ad nutum Abbatis religiosi amoventur, ita judicatum in magno Consilio pro Abbate Cluniacensi, Fratre Jacobo *de Veni Darbouze* contra Fratrē Joannem *de Charnieux* qui se perpetuum in prioratu de Solengi subpriorem condebat mense Januarij 1625. I.

2. Tamen præmissa etiam limitantur in beneficiis regularibus, quia illa non conferuntur in perpetuum, sed ad tempus, hoc est revocabilia ad nutum Abbatis. *c. cum ad monasterium. vers. nec alicui. de statu mo. cle.* 1. §. *præmissa. de sup. negli. præla.* nec confirmatur à Papa in forma communi. *c. porrecta.* & *c. ad nostram. de confirma utili.* nisi aliquando Papa illud faceret ex certa scientia, & tunc non posset Abbas ea revocare sine causa. *c. cum inter R. seniorem. de ele.* & ibi Dom. Abb. ita etiam no. Inn. *in c. nisi essent. de præb.* & Fede. *in trac. permuta. q.* 17. & licet Abbas concedat Priori obedientiario, ut teneat ad vitam Prioratum vel administrationem sibi concessam, potest nihilominus revocare, quia non potest Abbas sibi ipsi imponere legem, nec venire contra dispositionem illius, nec potest obedientiarius resistere mandato Abbatis cùm velle & nolle non habeat, ut tenet glo. *in* §. *item placuit. in c.* 1. *in verbo perpetuis. de colla. in pragm.* Et ratio assignatur, quia ipse religiosus non habet velle & nolle. *c. si religiosus. de elec. in 6.* & not. Fede. *Consi.* 254. & ita tenet & sequitur Dom. Abb. *in c. cum ad monasterium. versi. nec alicui. de statu mo.* & *in c. monachi. eo. tit.* facit illud quod not. Jo. An. *in regula non est obligatorium. de reg jur. in 6. in mercu.* & Bal. *in auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccle.* & si dicatur quod prædicta sunt vera in Prioratibus & aliis regularibus collativis, tamen non habent locum in Abb. & in aliis Prælaturis principalibus electivis, cùm sint perpetuæ, nec possint removeri sine causa. *c. nullam.* 18. *quæstio.* 2. & *c. monachi.* §. *priores. cum ibi no. de statu. mona.* ita.

3. Quia illa beneficia non cadunt in nominationibus, ut dicit tex. *in d. c.* 1. §. *item placuit. de colla. in prag.* vel etiam non procedit in beneficiis regularibus curatis, quæ sunt perpetua, nec debent amoveri sine consensu Episcoporum, qui committunt curam animarum. *c. de monachis.* 16. *q.* 1. & *in c. Lateranensi. de præb.* & no. Innoc. & Doct. *in d. c. monachi. de statu Monacho.* & intellige illud quod suprà dixi, quod beneficia regularia revocantur ad nutum Abbatis, quia illud habet locum in prioratibus non curatis, ut dicunt Docto. ubi suprà, vel aliter potest dici, quod intelligitur de omnibus beneficiis regularibus collativis etiam manualibus, cùm de his sit idem judicandum sicut de aliis, dempta facilitate revocationis per jura superius alleg. & illa possunt dici perpetua aptitudine, quia possunt remanere apud eos quibus sunt concessa quo ad vixerant permittente Abbate, ut no. per glos. & Doct. *in clem. & si principalis. de rescri.* & Do. Abb. *in c. cum olim. de rerum permu.* ubi tenet quod illa beneficia etiam regularia possunt permutari, ut no. Fede. *in tracta. permutationum. q.* 16. & ita ut hæc dispositio valeat, debet ita accipi hoc verbum, *perpetuum*, sicut *in l. & in perpetuum. ff. de procur.* & *in c. ad abolendam. in prin. de hæres.* & *c. clericos. cum ibi no. de cohabi. cle. & mu.* & illud dicitur perpetuum quod certo tempore non limitatur, etiam si detur ad beneplacitum superioris. *c. jurisperitos. in prin.* & ibi Bar. *ff. de excusa. tuto.* & in materia restringibili verba sunt improprianda, ut dispositio teneat, ut no. *in l. puto. ff. fami. hercis.* Bald. *in l. fi. C. de here. insti.*

Gonsal. ad reg. de mensi. & altern. glo. 5. §. 6. num. 33. & 40. Coras. in parap. benef. de collat. nu. 5. Rebuff. in tract. de pacif. poss. nu. 275. I.

4. Nec debet Abbas sine causa removere tales Prioratus & administrationes, quia si hoc faceret ex odio & malitia, posset obedientiarius supplicare superiorem Abbatem & per ipsum superiorem debebitur tueri jus servi supplicantis. *l.* 1. *Cod. de prec. impe. offe.* & no. Inn. *in c. insinuante. qui clerici. vel mona.* sed malitia cessante potest revocare ad nutum, nec potest obedientiarius contradicere, ut dictum est, ut no. Archi. & Joan. An. *in c. Pontifici. de offi. ordi. in 6.* & Joan. An. *in ca. cum singula. de præb. eo. lib.* & *in cle. quia regulares. de sup neg. præla.* possunt etiam dici manualia perpetua: quia morte concedentis non revocantur, ut no. Paul. *in d. clem.* 1. *de sup. neg. præl.* sicut in simili dicitur de legato qui potest ad nutum revocari, & tamen morte Papæ non revocatur. *c.* 2. *de offi. lega. in 6.* & de Legato re non integra. *c. licet. de offi. dele.* & dicit Dom. Abb. *in c. cum ad monasterium. col.* 2. *ver. secundò principaliter quæro.*

Cui manuale datur beneficium non juvatur decreto de pacif. poss. est enim tantum administrator qui causam suæ possessionis mutare non potest l. male agitur. C. de præscrip. l. qui legatorum. ff. pro hærede. I.

An Abbas & conventus possint statuere ut isti Priores non possint removeri nisi per Abbatem & Conventum cui statuto non auctorizavit Episcopus, quæritur an Abbas successor teneatur ad observantiam illius statuti, & concludit ibi quod non: quia potuerunt Abbas & Conventus statuere in præjudicium successoris. facit *c. in venditionibus.* 7. *q.* 3. & *c. Abbatibus.* 12. *q.* 2. & ratio assignatur, quia par in parem non habet imperium. *c. innotuit. de elect. l. ille à quo.* §. *tempestivum. ff. ad Trebel.* Nam Abbas non potest sibi præfigere legem à qua sibi non liceat recedere, ergo à fortiori illud est licitum successori secundùm eum: ex quibus Dom. Abb. infert ubi suprà quod Abbas & conventus non possunt facere statutum per quod ligetur successor: nisi Episcopus, vel alius auctorizaverit, & etiam Abbas non ligatur ex suo statuto, licet cum Conventu illud fecerit quominus poterit contravenire. facit *c. si religiosus. de elect. in 6.* & *c.* 2. *de testa. eo. lib.* facit etiam illud quod tenet Joan. *in reg. non est obligatorium. de regu. jur. in 6.* ubi sentit quod etiam si Abbas juravit servare statutum: nihilominus tenet revocatio, licet incidat in perjurium, ut no. Dom. Ab. *in c.* 1. *col* 7. *de rerum permu.* & Dom. Ab. *in d. c. cum ad monasterium. de statu Mona. cum si.* ut not. Felin. *in cap. cum accessissent. de constit.* Et ex his infertur per superius dicta, quod si Abbas concedat Priori obedientiario, ut ad vitam teneat Prioratum: seu administrationem sibi concessam, potest nihilominus revocare: quia non potest Abbas sibi imponere legem, ut suprà fuit dictum, & ex his infert Dom. Abb. *in c. Monachi. in* 9. *no.* per illum tex. quod si Prælatus etiam regularis sit dilapidator bonorum monasterii vel incontinenter vivit, aut instat necessitas majoris officii, tunc potest deponi & privari beneficio: secus est dicendum in beneficiis secularibus, ut suprà dixi. Ex quibus infert Dom. Abb. *in c. monachi. de statu. Mona.* quod Episcopus non poterit privare Archidiaconum à suo Archidiaconatu sicut potest Abbas Priorem, quem ipse solus deputat in alio monasterio, ut no. Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. monachi. circa fi. de statu mo.* Et ratio assignatur, quia beneficia secularia sunt perpetua: unde sine causa instituti non debent removeri. *c. satis perversum.* 56. *dist.* imò causa debet esse gravis, ut est tex. *in c. inventum.* 16. *q.* 7. sed religiosi non habent ita latum jus in beneficiis eorum. *c. per tuas. de simo.* Alia ratio potest assignari: nam regulares sunt perpetui, quando sunt principales Prælati per jura superiùs alleg. & sunt removibiles quando non desinunt esse Monachi prioris monasterii, si desistunt sub obedientia prioris Abbatis, & cùm isti non habeant velle aut nolle non possunt resistere revocationi Abbatis, ex quibus infert tex. *in c. unico. de pacificis posse sessoribus. in prag.* ubi dicit tex. quod si quis possederit quietè & pacificè suum beneficium per triennium cum titulo colorato, amplius non est inquietandus in petitorio aut possessorio. Et ibi infert gl. *in verbo triennio. i. completo & consummato.* nec puto sufficere tertium annum inchoatum vel per majorem partem totius anni possediisse. *c. ad nostram. de regu.* sic est dicendum in temporalibus actionibus: quia oportet quod ultimus dies sit completus. *l. in omnibus. ff. de actio. & obliga. l.* 3. §. *minorem. ff. de mino.* & Archi. *in c. si annum. de jud. in 6.* glos. & Docto. *in ca. cum in cunctis. de elect.* Joann. An. *in clem.* 1. *de sequest. possess in verbo triennio.* & Bal. *in c. cum vigesimum. de offic. dele.* ubi tenet quod ubicumque lex requirit certum tempus intelligitur de completo, nisi aliud lex declaret, vel nisi loquamur in favorabilibus, per gl. *in d.* §. *minorem.* faciunt not. *in clem. fi. de atat. & qualitat.* ubi latè Imol. ex quibus

Source : BIU Cujas

infertur ad novam præscriptionem triennii, per talem enim terminum quandoque jus Ecclesiæ possidens acquirit. *cap.* 1. *de præscrip.* & dominium rei prophanæ mobilis. *ff. de usucap. circa prin.* & *l. traditionibus. Cod. de pac.* & tali tempore inducitur præstatio fideicommissi pro futuro, licet aliàs non debita. *l.* 1. *Cod. de fideicom.* & tanti temporis pacifica possessio sequestrationem impedit. *ut d. clem.* 1. *de sequest. pos.* & qui per triennium primum se solvisse ostendit præsumitur etiam superiori tempore solvisse. *l. quicumque. Cod. de apo. lib.* 10. Ad præmissa pro ornamento istius quæstionis obstat. *ca. ex frequentibus. de instit. c.* 1. *de reg. jur. in* 6. per quæ capitula patet beneficium Ecclesiasticum sine institutione canonica non posse obtineri, & ibi no. Dom. quod beneficium quantum ad titulum est impræscriptibile, quantocunque tempore possideatur, ut not. Doct. & ibi Dom. Abb. *in ca. cura. de jure pa.* ubi tenent quod licet Ecclesia possit præscribi per Ecclesiam jure proprietatis ut eam habeat ad proprios usus vel tanquam subjectam aut unitam, ut not. *in clem.* 1. *de excess. prælat.* & Joan. And. *in regula quæ contra jura. de reg. jur. in* 6. *in mercu.* & Henric. *in c. sicut unire. de excess. præla.* & Dom. Abb. *in ca. ut super. de reb. Eccle. non alie.* secus dicunt Doct. respectu tituli: nam præscribere quis Ecclesiam non potest ut illam habeat tanquam prælatus vel rector, ut not. Hostien. & Henric. *in ca. dilecto. de præbend.* & *in ca. relatum. de jure pa.* & Bal. *in l.* 3. *Cod. de eman. libe.* facit. *c. postulasti. de jure pa.* ideo adeptus beneficium simoniacè vel per fraudem aut surreptionem, vel alias minus canonicè, numquam illud præscribit quantum ad se. *c. principatus.* 1. *q.* 1.

Ex quibus infertur quod in beneficialibus non habet locum missio in possessionem causa rei servandæ ob contumaciam partis adversæ, ne ad beneficia vitiosus pateat ingressus, ut est tex. *in c.* 1. *de eo qui mit. in poss. lib.* 6. & post triennium pacificus possessor licitè molestatur ab alio jus habente: & per pacificam possessionem triennalem possessor ille præscribit beneficium contra adversarium, in odium suæ negligentiæ: non tantum sibi dominium acquirit si habeat titulum injustum, ut not. glos. singul. & ibi Do. Abb. *in c. contingit. super glo. magna. de dolo & contuma.* quæ vult quod olim in beneficialibus habebat locum missio in possessionem, & transferebatur possessio qua procedebat præscriptio contra reum: sed per hoc non acquirebatur agenti jus prælaturæ, si aliàs non habebat legitimum titulum. Ex quibus infert Dom. Abb. *in ca. capitulum. de rescrip.* & *in d. c. contingit. de dolo & contu.* & *in c. in litteris. de restit. spo.* quod si Clericus bona fide & titulo colorato possidet beneficium alterius per decennium inter præsentes & 20. inter absentes, quod præscribit illud in præjudicium veri rectoris, licet ipse jus prælaturæ sibi non acquisiverit, ut not. Joan. And. *in ca fine exceptione. de reg. jur. in* 6. Nam ex lapsu tanti temporis videtur quis habere beneficium pro derelicto in præjudicium sui: ita quod si sententia contra eum fuerit lata à qua non appellabit per lapsum decem dierum, transit in rem judicatam, ut not. Dom. Abb. *in ca. cum dilecti. per illum tex. de elect.* Facit in simili illud quod not. *in l. si de eo.* §. *si forte. ff. de acqui. pos.* & *instit. de usucap.* §. *quod autem.* per glos. & Doct. *in c. cum venissent. de resti. spo.* quare ergo ex facto suo perdit beneficium & actionem ad illud beneficium petendum: sed alius non acquirit sibi ex natura rei impræscriptibilis, ut not. Bar. *in l. sequitur.* §. *si viam. ff. de usuca.* & Innoc. *in c. quia plærique. de immu. Eccles.* In simili facit quia sententia declaratoria lata in beneficialibus quæ respectu illius contra quem fertur, transit in rem judicatam, puta duobus litigantibus super eodem beneficio judex pronuntiavit beneficium pertinere ad illum qui verè non habet jus, à qua sententia non fuit appellatum, ista sententia transit in rem judicatam per lapsum decennii, quatenus tangit præjudicium privatum illius contra quem fuit lata, ut amplius non audiatur ex quo non appellavit. *ca. cum dilecti.* & ibi Dom. Abb. *de elect. ca. cum olim. de dolo & contum.* & Docto. *in ca.* 1. *de concess. præben.* Innocen. *in ca. ad aures.* & *in c. mandatum. de rescrip.* Hostien. *in summa. tit. de concess. præben.* §. 2. hoc tamen casu si is pro quo lata est sententia habeat notitiam injustitiæ quandocumque numquam potest salva conscientia illud beneficium retinere, nec ex cursu temporis juvatur: quia non habuit canonicè, sententia enim judicis non dedit sibi jus, sed tamen declaravit sibi jus pertinere. *l. sicut.* §. *& si quidem. ff. si servi. vendi.* & *in c. forus. de verbo. sig.* & licet ille contra quem lata est sententia ei acquieverit, & tale acquiescere forte sufficiat, ut ex hac privetur jure suo, non tamen sufficit quo ad hoc ut alius qui non habet jus debitè obtineat in foro conscientiæ: quamvis in foro contentioso videatur esse tutus, quia non poterit agere ille qui fuit victus ex quo non appellavit, tamen illud non intelligitur nisi ille victus vellet agere contra obtinentem per viam denuntiationis, ut not. Dom. Abb. *in cap.* 1. *de conceff. prabend.* & cum his sit expedita præsens Quæstio.

Singulare hoc & notandum, quia non quæritur jus titulum canonicum non habenti, cedit enim liti non juri, quod nō transfertur privatorum voluntate, sed superioris aut ordinarii collatione. cap olim. de rescrip. 1.

QUÆSTIO XXII.

1. *In collatione beneficii an requiratur scriptura per totam quæstionem.*
2. *In lege an requiratur scriptura. num.* 7.
3. *Bullæ possunt levari post concedentis mortem.*
4. *Collatio est titulus & non scriptura.*
5. *Doctoratus potest per testes probari.*
6. *Gratia sine scriptura valet.*

QUæro vigesimo secundò.

1. An in collatione beneficii requiratur scriptura: ita quod si non intervenerit collatio possit probari per testes. Et primò pro parte affirmativa, videlicet quod requiratur scriptura, facit tex. *in l. humanum. Cod. de legi.* ubi dicitur legem debere dictari, & sic scribi. Idem in simili videtur esse dicendum in collatione beneficii.

Ad istud respondetur quod etiam dicta lex non probat ut in lege sive constitutione requiratur scriptura; nam verbum *dictari* dicitur quod viva voce disponitur. *l. dictantibus. Cod. de test.* vel aliter illa forma secundùm Bart. ibi non videtur necessaria: vel aliter, quia ibi habetur respectus ad communem observantiam, quæ est, quod reducatur in scriptis: non quod scriptura sit necessaria.

Secundò, pro ista parte affirmativa facit text. *in extravaganti injuncta. tit. de elect.* ubi dicit tex. quod aliquis non debet intrare possessionem beneficii sine litteris suæ provisionis. Ad illum tex. potest responderi, quod habet locum in provisionibus Papæ, quæ debent probari per litteras, & sic procedit ille text. secus est in provisionibus, sive collationibus inferiorum, ut infrà dicetur.

Tertiò, pro ista parte affirmativa facit quod lex sive constitutio dicitur esse jus scriptum. § *constat. insti.*

Source : BIU Cujas

de jure natu. facit etiam. *l. leges. Cod. de legi.* ubi præsupponitur legem esse scriptam. *c. consuetudinis.* 11. *distinct.* & quia si scriptura non esset necessaria in lege, nulla esset differentia inter legem & consuetudinem, quæ hoc modo distinguuntur: & sic ergo idem videtur dicendum in collationibus beneficiorum paritate rationis: respondetur quod non est paritas rationis inter legem & collationem beneficii. Et si loquamur de lege, potest responderi. *ad §. constat. instit. de jure natu.* quod jus scriptum dicitur ad differentiam consuetudinis, quæ est jus non scriptum, prout ibi distinguitur, non quod essentia legis in scriptura consideretur, & eodem modo potest responderi ad tex. *in c. lex.* 1. *dist.* ubi dicitur quod est constitutio scripta ad differentiam consuetudinis. ut tenet Dom. Philip. Decius. *in rub. de consti. col.* 7. & potest responderi. *ad l. leges. Cod. de legi.* quia illud est ad faciliorem probationem. *l. contrahitur. ff. de pigno.* vel ad differentiam consuetudinis, & in quantum dicitur de differentia inter legem & consuetudinem potest dici quod illa differentia scripturæ procedit habito respectu ad communem contingentiam, sicut alibi. *in l. contractus. ff. de reg. jur.* fit differentia inter commodatum & depositum propter communem contingentiam, prout illum tex. declarat Barto. *in l. quod Nerva.* 12. *q. ff. depositi.* & illa scriptura, ut suprà dictum est, faciliorem probationem requirit: & remota scriptura, remanet tantum differentia inter legem & consuetudinem, quia solo consensu lex constituitur: sed in consuetudine plures actus requiruntur & tempus: & tanquam tacitum ab expresso consuetudo à lege distinguitur, ut not. *in l. de quibus. ff. de legi.* Et si dicatur quod jus scriptum distinguitur à non scripto. §. *constat. instit. de jure natu. & c. lex est.* 1 *dist.* sed in jure non scripto videtur de substantia quod non interveniat scriptura: ergo pariter è contra in jure scripto scriptura necessaria videtur. Ad illud potest dici quod illa non est substantialis differentia, ut dictum est, sed communem respicit contingentiam, ut patet, quia etiam in consuetudine potest intervenire scriptura, & tamen non desinit esse consuetudo, ut no. Bart. *in l. de quibus. colum.* 4. *ff. de legi.* & Dom. Anto. *in c. fi. de consue. col.* 5. Et si diceretur quod *d. §. constat.* dum dicit quod constat eo scripto: ergo immediatè videtur habere essentiam ab ipsa scriptura, quod dictio *ex* denotat causam immediatam, ut not. per Bar. *in l. non dubium. Cod. de legi.* & *l. eo tempore. §. fin. ff. de peculio.* facit tex. *in l. ex hoc jure. ff. de justi. & jure.* Respondetur quod respectu probationis ad differentiam consuetudinis immediatè ex ipsa scriptura hoc cognoscitur & probatur: sed per hoc non infertur, quod scriptura sit de substantia. Et si diceretur per tex. *in §. singulorum. insti. de rerum divi.* ubi leges scribi cœperunt, ut in prima distinctione dicendum est, quod ista & similia jura habent respectum ad communem contingentiam, quæ est, quod leges scribantur: non tamen scriptura videtur de substantia, sed fit ad faciliorem probationem. Et si dicatur quod constitutio accipit nomen à scriptura. §. *cum ita.* 1. *dist.* ubi dicitur quod illa est constitutio quæ in scriptis redigitur: sed, ut dixi, loquitur ibi ad differentiam consuetudinis, ut ibi patet, non quod absolutè constitutio ab ipsa scriptura nominetur. Etsi dicatur quod nisi facta lege perspecta, & quia debet promulgari publicè. *c.* 1. *de pestu. præla.* & ista videntur scripturam requirere. Respondetur, quod ista & similia jura procedunt, habito respectu ad communem observantiam, & ad id quod communiter contingit, ut suprà dictum est. Et si dicatur quod adeò prævalet authoritas consuetudinis, ut non fuerit necesse scripto illam comprehendere: ergo à contrario sensu videtur, quod in lege scriptura necessaria sit. facit. *l. imo. in fi. ff. de legi.* Ad istud etiam respondetur, quod ibi necesse exponitur per utile. *ut l.* 1. *ff. de neg. gest.* vel alio modo necessaria est scriptura ut tranſeat in notitiam, & ut observetur: non autem ut sit de essentia ipsius legis per supradicta. Et si dicatur quod *in c. duæ sunt. in princ.* 19. *q.* 2. ubi dicitur quod lex publica est, quæ à sanctorum Patrum scriptis est confirmata. Respondetur quod illa confirmatio arguit, quod priùs valeret ut lex, ut in simili not. *in c. inter dilectos. de fide instru.*

Et solvendo istam quæstionem, & colligendo dicta Doctorum potest dici quod scriptura non est de substantia & essentia collationis, ut no. Dom. Abb. *in c. in nostra. circa fi. de rescrip.* alleg.

Joan. And. & Archi. *in proœm.* 6. ubi tenent quod scriptura requiritur ad probationem gratiæ: non tamen est de substantia gratiæ, unde mortuo Papa qui fecit gratiam litteris nedum extractis sive Bullis non levatis, non expirat gratia: sed successor debet dare litteras faciendo mentionem de prædecessore. *ca. litteris. de rescrip.* Et dicit Bal. *in l. humanum. in fi. Cod. de leg.* quod si Papa verbo pronuntiavit aliquem Episcopum vel Abbatem, quod statim facta pronuntiatione ille sic pronuntiatus est Episcopus seu Abbas, ut no. Dom. Abb. *in c. nosti.* & *in c. transmissam. de elec.* tamen ille non debet recipi pro Prælato, nisi gratiam sive provisionem probet per litteras Apostolicas: aliàs tam se gerens quàm Canonicè eum recipientes incurrunt graves pœnas, ut est textus, *in extravaganti Bonifacii VIII. quæ incipit, injunctæ.* Idem etiam tenet Calde. *in d. c. in nostra.* ubi subdit an littera sit loco tituli beneficialis, & tenet Compost. *in c. super litteris. de rescript.* quod sic.

Cora. parte 4. cap. 1. nu. 19. parag. scriptura. ad probationem non ad esse rei requiritur. Seneca, utinam non annulis, sed animis crederemus.

4. Archi. *in ca.* 1. *de litis conte. in 6.* limitat illud ut procedat in collatione fienda: sed jam facta collatione collatio est titulus, & non littera: ut concludit Joan. Calde. ubi suprà, & illud tam in collatione facta, quàm fienda numquam littera est titulus, unde non est titulus remotus nec immediatus: sed sicut collatio ubi intervenit, est titulus, sicut & mandatum verbale de conferendo est primordium tituli: non enim potest dici titulus, quia per litteras ut conferatur non acquiritur jus in beneficio, sed solum facultas implorandi officium executoris, facit gloss. *in c. veniens. de renun.* littera verò est probatio collationis vel istius principii, quemadmodum contingit in contractu qui perficitur solo consensu. Nam scriptura superveniens non est de substantia contractus. sed fit ad probationem contractus. *l. contrahitur. ff. de act. & obli.* facit quod not. *in ca. sicut. de re judi.* & Dom. Abb. *in d. ca. in nostra. in fin. de rescrip.* & no. Dom. Abb. per illum tex. valde nota. *in cap. cum venissent. in* 2. *nota. de resti. spol.* ibi *concessisset, & per rescriptum proprium confirmasset.* quod valet collatio facta de Ecclesia etiam ratione proprietatis sine scriptura: non est ergo iste casus in quo necessariò requiratur scriptura, & casus speciales requirentes scripturam; facit gloss. not. *in cap.* 1. *de censi. in* 6. & per hoc solvitur contrarium quod posset formari. *d. c. inter dilectos. §. cæterum. de fi. instru.* ubi dicitur, quod eidem non possunt donari, & confirmari: sed *in illo ca. cum venissent.* non donavit & confirmavit, sed prius verbo concesserat postmodum confirmaverit scriptura, scilicet facienda ex intervallo: & sic etiam est notandum quod faciendo quis scripturam ex intervallo de eo quod primo verbo fecerat, videtur tacitè approbare & confirmare prius gestum, & tenet Bald. per illum tex. *in c.* 2. *de rest. spo.* quod collatio beneficii probatur testibus. Ita etiam tenent Dom. de Rot. *decis* 39. *tit. de proba. in antiquis.* Ita etiam tenet Dom. Jas. *in rub. ff. de acquiren. poss.* & Dom. Philip. Decius. *in rub. de consti. col.* 8. & ista videtur vera conclusio à qua non est recedendum.

5. Et pro ista conclusione primò facit, quia Doctoratus potest probari per testes, ut not. Bal. *in proœm.*

Source : BIU Cujas

decreta. col. 14. ver. modo quæro. & in gratia idem videtur tenere Oldra. *consi. 324.* & Rota *decis. 5. tit. de proba. in antiquis*, & etiam *decisio. ulti. tit. de rescrip. in antiquis.* Idem tenet Angel. *in l. 1. per illum tex. in ultimo no. de senten. pas.* & facit tex. *in cle. dudum. §. nos idem. de sepul.* ubi tex. æquiparat privilegium, & gratiam concessam verbo vel scripto: ergo videtur parificata quod probetur scriptura vel testibus, & per illum tex. *in dict. clem. dudum.* videtur tenere Bal. *in c. constitutus. col. pen. in fi. de rescrip.* ibi tamen aliter dicit esse in magnis privilegiis: sed illud ad faciliorem probationem intelligendum videtur. *ut l. contrahitur. ff. de pigno.* Ad hoc facit quia prioritas gratiæ & privilegii testibus probari potest, ut est glos. *in cap. duobus.* in verbo *apparet. de rescript. in 6.* & *in ca. si à sede. in verb. appareat. de præbend. in 6.* facit tex. *in c. auditis. in princi. de resti. in integ.* ubi per testes ampliatio privilegii probatur: ergo pariter idem videtur dicendum de toto privilegio, facit tex. *iuncta glos. in c. cum olim. de privileg.* ubi tenor amissi privilegii probatur testibus [a] pari ergo ratione collatio testibus probatur.

a Contra per c. porro de privileg. C.M.

Secundò pro ista parte facit, quia gratia sive privilegium bene valet absque scriptura, ut probatur. *in ca. institutionis. 25. q. 2.* & *in clem. dudum. §. nos. de sepult.* undè si Papa pronuntiavit aliquem esse Episcopum alicujus civitatis, statim Episcopus esse dicitur, ut not. Bal. *in l. humanum. de legi.* & Do. Abb. *in c. nostri.* & *in c. transmissam. de elect.* & statim quod Papa dicit *fiat*, gratia statim perfecta est, ut not. Bal. *in l. fin. in prin. Cod. de commu. ser. manumi.* & *in l. fi. col. 2. versi. & ideo quæstio fuit. Cod. sentent. rescin. non poss.* & *in l. si qua per calumniam. col. 2. versi. deinde vos videtis. Cod. de Episc. & cle.* & *in l. falsus. col. 8. ver. scias. Cod. de furtis.* & ideò si post gratiam factam solo verbo Papa moriatur non expirat gratia: debent tamen litteræ successoris facere mentionem de dispositione prædecessoris, ut not. Bal. *in d. l. humanum. de legi.* & istud procedit quando gratia fuit facta simpliciter, secus si deberet fieri per alium cui committeretur, ut not. Bal. *in l. fina. col. 1. verbo sed pone quod princeps. ff. de consti. prin.* Ita tenet Oldra. *cons. 224. incip. factum tale est. col. 2.* & præmissa locum habent quantum ad validitatem & essentiam gratiæ vel privilegii, sed quo ad probationem scriptura necessaria est, ut tenet Bald. *in d. l. humanum.* & *in d. l. si qua per calumniam.* Idem tenet Bald. *per illum tex. in fi. in l. idem Ulpianus. ff. de excus. tut.* & hoc in magnis privilegiis, ut not. Bal. *in c. constitutus. colum. pen. in fi. de rescrip.* Idem not. Card. *in proœm. clem. ver. nec sane.* & Dom. Abb. *in ca. nosti. in ultimo notabili. de elec.* ubi tenet quod hodie non sufficeret probare per testes quod Papa pronuntiavit aliquem Episcopum ad hoc, ut in Ecclesia recipiatur tanquam Episcopus: sed oportet quod probetur per litteras Papæ. Item tenet Dom. Abb. *in ca. qualiter. de elect.* tamen contrarium videtur de jure, videlicet quod gratia etiam per testes probari possit [b] quia non reperitur expressum in jure quod iste sit de casibus in quibus requiratur scriptura: ergo erit standum regulæ quæ ponitur. *in l. pactum quod bona fide. Cod. de pac.* facit tex. *in c. cum Joannes. de fide instru.* Ita tenet Dom. Philip. Decius. *in d. rub. de consuet. col. 8.*

b Immo in promoto in Curia si vadat ad partes opus est ei probare per litteras Papales Extravagant. injunctæ. de cle. in cõmunibus. C.M.

Tertiò pro ista parte facit; quia scriptura non est de substantia legis, quia sine scriptura & sine publicatione valet lex, & ligat statim si conditor velit, ut not. glos. *in cle. 2. de hære.* & sequuntur Doct. *in rub. de consti.* sed in dubio quando non constat de mente conditoris, intentio ejus videtur suspensa donec fiat scriptura, prout consuetum est: & tali casu non videtur quod prius dicatur esse lex per supradicta, ut not. Dom. Abb. *in rub. de consti. per tex. in cap. 1. de renun. in 6.* & ibi Dom. *in col. 1. ver. sed nunquid scriptura.* ponderando text. dum ibi statutum prius factum reducitur ad scripturam propter tenorem oblivionis. Item facit, quia sola voluntas principis est constitutio. §. *sed & quod principi. insti. de jure natu.* & *l. 1. ff. de consti. prin.* facit etiam tex. *in c. 1. de jurejuran. in 6.* ibi nisi jurent statuta & constitutiones ipsarum Ecclesiarum scripta & non scripta, videntur ergo quod sint aliquando non scripta. facit etiam tex. *in c. si quis. 1. q. 7. in prin.* dum dicit traditionem Ecclesiasticam scriptam vel non scriptam, facit etiam tex. *in c. institutioni 25. q. 2.* ibi sive quia scripta decernimus sive quæ in nostra præsentia videntur esse disposita. facit etiam tex. *in l. 2. §. hæc disputatio.* & *in §. novissime. ff. de origi. jur.* ubi responsa prudentum dicuntur jus sine scripto; facit etiam tex. *in §. singulorum. insti. de rerum divi.* dum ibi dicitur quod leges scribi cœperunt, ergo dicitur quod essent prius leges quàm scriberentur, facit etiam diffinitio legis de qua habetur *in §. constat. superius alleg.* ubi nulla fit mentio de scriptura, & sententia principis habet vim legis generalis. *l. fi. Cod. de legi. c. de causis. de re judi.* sed in sententia principis scriptura non requiritur, ut not. glos. *in c. fi. de re jud. in 6.* ergo videtur quod non requiratur scriptura: ex quibus apparet quod scriptura non est de essentia legis gratiæ vel privilegii aut collationis. Et cum his expedita sit præsens Quæstio.

QUÆSTIO XXIII.

1. *Collationem beneficii an probant litteræ ordinarii.*
2. *Litteræ ordinarii quando faciunt fidem in præjudicium provisionis Apostolicæ.*
3. *Assertioni aut voci Episcopi non creditur in præjudicium aliorum.*

QUæro vigesimo tertiò.

1. Præsuppositio quod in collatione beneficii, intervenerint litteræ Episcopi, vel alterius ordinarii an litteræ Episcopi faciant plenam fidem: & omissa disputatione & recitatione opinionum Doctorum, licet in isto dubio possent fieri multa argumenta & allegari pro & contra, ut per Doct. *in cap. post cessionem. de proba.* tamen attenta generali consuetudine totius orbis qua reputatur sigillum [a] Episcopi authenticum quod etiam servat Palatium Apostolicum in his quæ spectant ad ipsius officium inter suos subditos extra causam propriam suæ litteræ faciunt plenam fidem, dummodo non procedat ut Judex, quia tunc. *ut ca. quoniam contra falsam. de proba. cap. cum à nobis. de testi.* & ita fuit determinatum per Dominos de Rota, ut recitat Dom. Abb. *in cap. post cessionem. de proba.* quod in isto casu litteræ Episcopi faciunt plenam fidem, dummodo fuerint sigillatæ sigillo authentico, & habeant subscriptionem testium eis bene creditur. *ca. 2. de fid. instru.* & not. Innoc. *in ca. quoniam contra falsam. de proba.* & dicit Dom. Abb. *in cap. post cessionem. col. 5. de proba.* quod non obstat stylus Palatii, quo cavetur quod non creditur litteris Episcopi contra Apostolicum impetrantem, in quibus Episcopus diceret se primò contulisse beneficium, quàm Papa seu executor, hoc enim

a Etiam sine testibus & Tabellione. Et nota quod verba enunciativa nul. Iam fidem faciunt ut in tit. de sublat. Clementina litteris in Pragmatica. C. M.

Source : BIU Cujas

Collationem D. Martini *de Bregirac*, ab Abbate D. Florentis ſine teſtibus factam nullum jus tribuiſſe patres magni Conſilii exiſtimarunt, I.

contingit, non quod ſigillum ejus non ſit authenticum, quia imò eſt authenticum, ſed propter fraudem quæ timetur, quia ſæpe & frequenter committunt Epiſcopi, vel eorum Cancellarii contra Apoſtolicos impetrantes, & anticipant datas, & quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, & ut malitiis obvietur. *cap. ſedes Apoſtolica. & cap. ex tenore. de reſcrip. & l. in fundo. ff. de rei vendi.* & eſt iſtud in Palatio Apoſtolico inventum, in quo etiam ſervatum eſt quod litteris Epiſcopi in cauſa propria fides nullatenus adhibeatur. *Cod. ne quis in cauſa ſua in rubro & nigro.* & *cap.* 1. & 2. 4. *quæſt.* 4. ſed in iſto caſu ultima collatio facta per Epiſcopum contra Apoſtolicum impetrantem quodammodo Epiſcopis videtur facere teſtimonium in cauſa propria, ut ipſe collationem ſuam propriam factam forſan in perſonam fratris, vel nepotis, aut conſanguinei, vel familiaris collationi Apoſtolicæ factæ alteri perſonæ ſibi extraneæ præferet, & ita ſolebat Reverendiſſimus de Foſſonato ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, dum erat in Rota conſulere, ut refert Dom. Ab. *in dicto. ca. poſt ceſſionem. col.* 5. *de proba.* ubi aſſignat aliam rationem, quia in primo caſu, videlicet in permutatione, non poteſt fieri collatio alteri quàm permutanti. *Clem.* 1. *de rerum permut.* & ſic quodammodo illa collatio eſt neceſſaria, quia de neceſſitate juris non poteſt fieri alteri in ſecundo caſu quando fit per ſimplicem vacationem eſt locus gratificationi, ſed Prælati modernis temporibus plus ſequuntur carnalitatis affectum quam judicium rationis quia ſæpe ex inordinata affectione promovent ſuos. *ca. grave. de præb.* & machinantur omnes fraudes quas poſſunt contra Apoſtolicos impetrantes. *ca.* 2. *de renun. in* 6. & *cap.* 1. *eo. lib. de conceſ. præben. in* 6. & iſta ſunt verba Rotæ *deci.* 22. quæ recitat Dom. Abb. ubi ſuprà, ubi etiam tenet quod litteræ Epiſcopi in præjudicialibus creditur ſine ſubſcriptione in ſpectantibus ad ſuum officium, & ſubdit Dom. Abb. *in dic. c. poſt ceſſionem. col.* 6. *verſ. ego verò. de proba.*

2. Quod litteris Epiſcopi ſeu alterius ordinarii authentico ſigillo ſigillatis & teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratis creditur tam in ſpectantibus ad officium ſigillantis quàm in alienis negotiis, & tam in levibus, quàm in arduis, ſive ſint promulgatoriæ, ſive diſpoſitivæ, ſive teſtimoniales atteſtantes factum de præſenti ſecundùm datam litterarum, ſive contineant extrajudicialia, ſive judicialia, ſine ſubſcriptione non creditur, ut not. Dom. Abb. Joan. Cald. *in dicto. cap. poſt ceſſionem. de prob.* & litteris ſigillatis ſigillo authentico creditur. *cap.* 2. *de fide inſtru.* & *cap. ſi Canonici. de offi. ordi. lib.* 6. ceſſante ergo ſigillo litteræ cenſentur omnino privatæ, ex quo non ſunt manu tabellionis confectæ, & ſic non facerent fidem in præjudicium ſcribentis, *ut cap.* 2. & Dom. Abb. *de fide inſtrum. & l. ſcripturas. Cod. qui potio. in pig. ha. & l. comparationes. Cod. de fide inſtru.* niſi in levibus, ſi conſtat eas eſſe ordinarii, & iſtæ litteræ ſigillatæ, ſint ſubſcriptæ manu propria ipſorum teſtium, *ut ca.* 4. *de procur.* facit. *ca. quoniam contra falſam. de proba.* ubi text. in defectu Notarii requirit ſubſcriptionem duorum virorum idoneorum, ergo eadem ratione idem dicendum in extrajudicialibus.

3. Ut non credatur litteris Epiſcopi ſeu ordinarii in præjudicium alterius, ſi non habeant ad minus ſubſcriptionem duorum teſtium, per illum tex. & voci Epiſcopi non creditur in præjudicium alterius. *ca. ſi tantum.* 7 *quæſt.* 2. & *ca. placuit.* 11. *quæſt.* 3. & idem eſt in notario, cujus voci non creditur, & tamen ejus ſcripturæ creditur, & ratio diverſitatis eſt, nam Notarius apponit teſtes per quos poterit contrarium probari, ſed Epiſcopus ſolum appoſuit ſigillum ſuum quod eſt in facultate ſua, nec poteſt reprobari, & ſi diceretur Epiſcopus poteſt apponere teſtes ſicut Notarius: Reſpondetur quod Notarius eſt ad aliud officium electus & approbatus, nec eſt veriſimile quod committat falſum, cùm ſit perſona media, ordinarius verò non eſt ad hoc deputatus. Item non eſt perſona media, cùm plerumque propter multa imminentia capiat odium ſubditorum activè & paſſivè. *ca. qualiter. in ſecundo. de accu.* & officium Notariorum eſt exorbitans & ſuprà naturam ſcriptura ſua facit fidem, ut not. Inno. *in cap. cum per tabellio. de fide inſtru.* ergo non debet hoc extendi ad ordinarios, ſatis eſt quod ipſi habent officium judicandi, non enim debent habere officium atteſtandi. *arg. ca. forus. de verb. ſig.* & *ca.* 1. 4. *quæſt.* 4. Nec obſtat. *cap. ſecundùm. de fide inſtru.* ubi text. facit mentionem de inſcriptione, & non de ſubſcriptione, & illud verbum *inſcriptio*, largo modo ſumitur, nam omnes inſcripti poſſunt dici ſubſcripti quaſi unius ſcripti, ut not. Dom. Abb. *in dicto cap. poſt ceſſionem. col.* 7. *de proba.* & tales litteræ faciunt fidem tam in ſpectantibus ad officium ſuum, quàm in alienis negotiis. facit. *cap. ſecundùm. de fide inſtru.* ubi text. indiſtinctè loquens æquiparat eos inſtrumento confecto manu Tabellionis. *cap. cum à nobis. de teſti.* & Dom. de Rota *deciſio.* 302. ubi tenent quod etiam in præjudicium Apoſtolici, expectantis faciunt fidem tales litteræ à teſtibus vel Notario ſubſcriptæ ut no. Do. Abb. & cæteri poſteriores. *in d. ca. poſt ceſſionem. de prob.* & iſtæ litteræ probant, ſive ſint promulgatoriæ ſive diſpoſitivæ, & dicuntur promulgatoriæ quando aliquid promulgant, ſeu diſponunt exemplum in litteris promulgatoriis excommunicationum. Item in litteris citatoriis ſeu ſententiam aliquam continentibus, *ut ca.* 2. *de dilatio.* & iſtæ litteræ probant etiam ſi ſint teſtimoniales atteſtantes factum de præſenti ſecundùm datam litterarum, & dicuntur teſtimoniales, quia atteſtantur aliquid factum vel non factum, puta quod Titius permutavit beneficium cum Sempronio, vel quod muravit illi decem vel ſimile, hoc probatur per jura ſuperiùs alleg. & Dom. de Rota *deci.* 202. & no. *in c.* 2. *de fide inſtru.* ubi tales litteræ inſtrumento publico æquiparantur, & iſtæ litteræ ſive contineant judicialia, ſive extrajudicialia, probant. *per dictum ca. quoniam contra falſam. de proba.* ubi facit text. quod ſine notario duo teſtes faciunt acta authentica, & obtinent vim publici documenti. *ut dict. ca.* 2 *de fid. inſtr.* non tamen credo ſufficere litteras ſigillatas ſine ſubſcriptione teſtium, ut not. Do. de Rota *in d. deci.* 202. & præmiſſa limitantur in cauſis levibus, & non præjudicialibus, quia litteræ Epiſcopi ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium faciunt plenam fidem, ut puta cùm ſcribitur de moribus & ordinibus Clericorum, ut not. Joan. Cald. & Dom. Abb. *in dicto cap. poſt ceſſionem. de proba.* & quando litteræ dicantur eſſe confectæ in cauſa gravi vel levi illud relinquitur diſcretioni judicis. *ca. præterea. de teſti.* & ibi Dom. Abb.

Secundò præmiſſa limitentur in excommunicatione, & ſimilibus, ut not. Doct. *in dicto ca. poſt ceſſionem. de proba. per ca.* 1. *de ſenten. excommun. in* 6.

Tertiò limitatur in præjudicium producentis, quia in illo caſu iſtæ litteræ cum ſolo ſigillo aut ſubſcriptione ipſius Epiſcopi faciunt fidem. *ca. ſi quorumdam. de ſol.* & *l. publica. ff. depoſiti.*

Quartò limitatur quando contrarium habet conſuetudo. *c. cum dilectus. de fide inſtru. cum ſimi.* ut not. Doct. *in d. c. poſt ceſſionem.* & in caſibus exceptis creditur ſine ſubſcriptione, etiam ſi ſint litteræ teſtimoniales de præterito, *ut c. curæ.* 11. *q.* 3. & *c.* 1. *de treugâ & pace.* & *c.* 1. *de rap.* & 62. *diſt. c.* 1. & 2. & *quaſi per totum.* 63. *diſt.* in litteris de ordinibus quæ ſunt de præterito vel de bona converſione in præteritum, & ſimilibus, cùm ſint modici præjudicii, ut not. Dom. ubi ſuprà, & iſtis litteris ſine ſigillo & ſubſcriptione non creditur etiam in caſibus exceptis, niſi aliter conſtet eas eſſe ordinarii; hoc probatur, ut not. Dom.

Epiſcoporũ quam, neque collatori, aut collationi etiam coram teſtibus factæ fides adhibetur, niſi conſtet de mandato permutantium coram Notario & teſtibus, juxta art. 2. & 3. Edict. 1550. in quo ſi reſignans impeditur manu, aut alio morbo ſubſcribere non poſſit, id proferre debet expreſſe Notarius & teſtes ſubſcribere, ni fecerit irrita omnia vult d. art. 3. I.

Source : BIU Cujas

Dom. Abb. *in d. c. post cessionem. in prima conclusione.* sed si constat eas esse ordinarii propter modicitatem præjudicii creditur, nam sigillum apponitur ut detur fides quod scriptura sit sigillantis, si ergo aliter constat, non est jus quod ex æquipollentibus fiat. *c. licet ex quadam. de test. & l. certum. ff. si cert. petatur.* Item etiam in illis litteris Episcopi creditur sine sigillo aut subscriptione testium, quando agitur in præjudicium ipsius Episcopi, ut not. Joan. Cald. & Dom. Abb. *in d. c. post cessionem. de proba.* & no. Doct. *in cap. 2. de fide instru.* & si dicatur an credatur litteris sigillatis sine subscriptione testium, & no. Joan. And. & Joan. Cald. post glo. *in d. c. post cessionem.* ut indistinctè litteræ faciant fidem si sint promulgatoriæ, sive apponantur in vim peremptoriæ, ut puta quia annullat actum ea probata, ut puta quia collatio beneficii facta ea pendente sive apponatur in vim dilatoriæ, ut quia apponitur ad effectum repellendi actorem à judicio, secus si sint testimoniales, & ibi dicit Dom. Ant. quod indistinctè illæ litteræ probent sive tractetur de levi, sive de modico præjudicio, sat's enim est id quod principaliter continet, non est in se magni præjudicii, quia excommunicatio est medicinalis, licet alîquo accidenti considerato posset esse magni præjudicii, & debemus secundùm eum attendere id quod principaliter submittitur in litteris, non quod in consequentiam venit accidentaliter. *l. 1. ff. de act. tut.* & hoc in promulgatoriis & testimonialibus; de præterito tamen concludendum est dicendo quod si tractaretur de modico præjudicio, credatur litteris sigillatis sine subscriptione, aliàs autem quando agitur de magno præjudicio eis non creditur, licet contineant excommunicationem, & potest ponderari ratio quare non creditur sine subscriptione, quia agitur in facto arduo, ut not. Docto. *in d. c. post cessionem. de proba.* & si ordinarius volens cessare electionem factam de inimico suo facit produci litteras suas promulgatorias excommunicationis falso confectas, dicemus, ne illis fidem esse adhibendam si negetur, maximè si concludatur irregularitas illius, ut quia dicitur celebrasse post datam illarum litterarum, & nulla æquitas hoc patitur, & multum resistit mens. *cap. quoniam. de proba. & cap. curæ. superiùs alleg. & c. 1. de treuga & pace.* & sic ergo post alios Docto. sub paucis concludendo dico quod litteræ Episcopi factæ super collatione alicujus beneficii sigillatæ non faciunt fidem in præjudicium provisionis Apostolicæ, nisi habeant subreptionem Notarii aut testium, ut not. Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. post cessionem. de proba.* & si quæratur de litteris delegatorum an eis credatur not. Host. *in cap. pe. de purga. cano.* & Compost. *in c. capitulum. de rescrip. & in c. 1. de elec. in 6.* ubi vertitur dubium super remissione causæ sibi commissæ, quam dubitationem determinat Joan. And. Cald. Dom. Anto. & Dom. Abb. *in d. c. post cessionem.* ubi dicunt quod super remissione facta creditur ut sic superior possit procedere ad ulteriora, super processu vero ibi facto, ut quod sic vel sic fuerit factum, non creditur si illud fuerit judiciale, sed oportet quod illud constet per legitima documenta. *c. quoniam. de proba.* nisi in litteris Papæ diceretur; quicquid autem super hoc feceris nobis per litteras tuo sigillo sigillatas referas, tunc enim creditur non virtute litterarum, sed virtute commissionis factæ. facit. *ca. cum clamor. de test.* Si verò fuerit extrajudiciale, puta quia executus fuerit ministerium sibi commissum, & sibi creditur ex quo constat de sigillo suo, quia agitur de modico præjudicio, & partes possunt coram superiore justitiam prosequi, & dicunt Doct. ubi suprà, quod Curia Roma. sic servat, & brevissimè secundùm Domin. Abb. ubi suprà, est dicendum quod in omnibus casibus in quibus non creditur ordinario ut suprà fuit dictum, multo fortius nec delegato. *arg. cap. quoniam. de proba.* & in casibus quos suprà retuli, creditur ordinario, creditur etiam delegato, si habet sigillum authenticum, & hoc in spectantibus ad suum officium, in aliis autem censeri debet privata persona. *arg. l. 1. ff. de offi. ejus cui mandata est jurisdictio.* & not. Dom. Abb. *in ca. 1. & in ca. sane. in 2. de offi. deleg.* Si autem loquamur de litteris Cardinalium vide Fel. post alios Doct. *in c. quod superbis. de fide instru.* in litteris arbitrorum in quibus secundùm communem opinionem fides non adhibetur, nec habet dubium, ut no. Joan. And. *in d. c. post cessionem. de proba.* & rationem assignat, quia arbiter voluntate compromissaria excommunicare non potest, ut no. *in c. 1. de offi. ordi.* Idem etiam tenet Joan. And. quo ad alios casus per legem *ne in arbitris. Cod. de arbi.* nec mirum secundùm eum, cùm etiam infamis possit esse arbiter. *l. Pedius. §. Parvi. & 3. q. 8. § tria. ff. de arbi.* & talium litteris credere absurdum esset: nec obstat. *cap. præsentata. de testi.* quia ibi factum narratur quod satis placet Dom. Abb. *in d. c. post cessionem.* quia arbiter non est publica persona, ideo idem dicendum de eo sicut de litteris privatorum, ut *c. 2. de fide instru.* & cum his remanet expedita ista quæstio.

QUÆSTIO XXIV.

1. *Permutatio beneficii quando non tenet, an possit reverti ad primum sine nova collatione.*

QUæro vigesimo quartò.

1. Si quis renuntiaverit suo beneficio simpliciter aut causa permutationis, & non tenuerit renuntiatio, an poterit habere regressum ad beneficium renuntiatum sine nova collatione, glos. & ibi Dom. Abb. in verbo *loco Domini. in c. cum venerabilis. colum. 4. de excep.* ubi dicunt quod qui dat alienam rem non contrahit permutationem, *ut l. 1. ff. de rerum permu.* quare non contrahit permutationem, nec absolutè tenetur, quia tradens rem alienam bona fide contrahit permutationem, ut no. glos. quæ ponit opi. contrarias. *in l. 1. ff. de rerum permut.* sed glos. fuit locuta secundùm opi. Pedii jurisconsulti. & ibi plenè per Dy. post eam, & ibi Bar. & volentes permutare utuntur verbis denotantibus translationem dominii, ut puta dabis mihi equum, & dabo tibi codicem, & tunc cùm non Domino permutatio non contrahitur, & procedit hoc casu opinio Pedii, & est ratio, quia non Dominus non facit tradendo rem alienam alium Dominum, & ratio assignatur, quia nemo dat quod non habet, ut *l. traditio. ff. de acquiren. re. domi. & c. quod autem. de jure pa.* & ibi no. quod pro non dato habetur quod ab illo datur qui de jure dare non potest, permutatio autem sumit initium non ex consensu simplici, sed ex rerum traditione & translato dominio in alium, ut *d. l. 1. in fi. de rerum permu.* & *l. ex placito. Cod. eo. tit.* cùm sit contractus innominatus aut volentes permutare utuntur verbis sapientibus per facti traditionem, ut ego accipio codicem tuum, & tu meum digestum, vel utuntur

Source : BIU Cujas

verbo tradere vel ſimili, & tunc permutatio poteſt perfici cum non Domino, quia ſatisfactum eſt verbis contrahentium, tamen ſecundùm eundem Dom. Abb. quando res alterius eſt evicta, poteſt is qui rem perdidit habere regreſſum contra tradentem, & per hoc dicendum quod ſi duo permutant beneficia, & alter non habet jus in ſuo, tunc nulla contrahitur permutatio, unde recipienti beneficium alterius nullum jus acquiritur, tum quia non contrahitur permutatio cum non habente jus, cùm ſaltem tacitè videatur actum ut beneficium ſuum aſſigner, & non alienum, tum quia ſuperior non intendit conferre jus niſi loco beneficii, & ita tenet Fede. *in trac. permutationum. q.* 10. & iſto caſu non eſt curandum de varietate verborum, ut not. Dom. Abb. *in d. c cum venerabilis. de excep.* ubi ſubdit quod non tamen debet quis propria authoritate redire ad beneficium ſuum ex quo tenuit renuntiatio, licet ex cauſa permutatio non tenuerit, ſed cum ſuperioris authoritate debet reverti ad primum beneficium, ut not. Fede. *in d. trac. permutationum. q.* 5. & idem not. Joan. And. *in c. unico. de rerum permu. lib.* 6. & reſolvendo iſtum articulum, quia nulla ſuppoſita culpa ſi renuntiatum eſt beneficium ex cauſa permutationis, & ſtante nullitate permutationis permutantes propria authoritate non poſſunt reverti ad priora beneficia, ſed eſt opus nova collatione, & hoc probatur quia propter talem renuntiationem ex cauſa permutationis dicitur verè vacare ex quo opus eſt nova collatione. *ut cle.* 1. *de rerum permu.* facit glo. no. *in c ſi propter tua debita.* in verbo *vacabunt. de reſcrip.* quæ dicit quia beneficium dicitur vacare ex permutatione ſine cauſa permutationis, & not Dom. de Rot. *deciſio.* 1. *tit. de rerum permutatione. in novis.* ſed beneficium vacans per liberam reſignationem ſine nova collatione recuperari non poteſt. *c. ex frequentibus. de inſtitu.* & *c.* 1. *de regu. jur. in* 6. facit etiam quod notant Dom. de Rota. *in deciſio.* 1. *titu. de rerum permu. in novis.* ubi tenent quod non obſtante quod Fede. de Senis. *in ſuo trac. permutationum.* & Joan. And. *in c.* 1. *de rerum permu. in* 6. tenuerint contrarium, videlicet quod non requiratur nova collatio, tamen contra eos per rationem ſuperius aſſignatam fuit per Dominos de Rota determinatum contrarium, & idem etiam tenent Dom. de Rota *deciſio. ulti. de rerum permuta. in antiquis.* ubi tenent quod iſta opinio eſt tutior & ſecurior, & iſtam opinionem tenuit Fed. de Senis qui fuit ſibi ipſi contrarius. *in ſuo Conſil.* 156. *incip. Punctus talis eſt. Petrus Rector* & ibi alleg. quoſdam Dom. antiquos ita tenuiſſe, & iſtam partem ſecutus eſt Pet. de Ancha. *in c. penul. de rerum permut.* Idem etiam tenet Dom. Ant. & Dom. Abb. *in d. c. cum venerabilis. de excep.* iſtam partem etiam approbavit, & ſecutus eſt Do. de ſancto Gem. *in c. ſi beneficia. de prab. in* 6. & idem Do. *in c. unico. de rerum permu. eo. lib.* & iſtam partem etiam approbavit Pet. de Peru. *in trac. permut. in penul. charta. verſi. quæro circa prædicta.* ubi etiam reaſſumit præmiſſam concluſionem, videlicet quod requiratur nova collatio: & hoc idem tenuit Dom. Ubertinus de Lampugnario, ut referunt moder. *in repet. c. unic. de rerum permu. in* 6. Iſtud etiam tenuit Gaſp. de Peruſio. *in ſuo tracta. reſervationis beneficiorum.* idem etiam tenuit quidam Doctor Paduanus. *in repe. c. quæſitum. de re. permu.* quem refert Soci. *conſi.* 168. *in* 2. *volum.* & iſtam partem tenuit, & ibi plures Doct. refert Fel. *in d. c. cum vener. de excc.* & iſta opinio eſt magis communis à qua non eſt recedendum, quamvis contrarium tenuerit Fede. de Senis ſibi contrarius. *in d. tracta. permu. q.* 8. & *q.* 10. & idem etiam tenuit Joan. And. cum d. Fede. *in d. c. unico. de rerum permu. in* 6. & idem Pet. de Ancha. & Joan. de Imol. *in c. fi. de rerum permut. col* 19. & idem Joan. de Imo. *in c. pen. de rerum permu.* tamen his non obſtantibus concluderem cum opinione communi, quam ſuprà retuli; videlicet quod requiratur nova collatio, & iſta eſt magis æqua & ſecurior à qua in judicando non eſt recedendum, juxta not. *in l. fi. Cod. de pœna judi. qui ma. judi.* attento maximè quod ita fuit judicatum in Rota ut patet in Deciſionibus ſuperiùs allegatis, & iſtam partem tenuit & ſecutus eſt Soci. *in ſuo conſil.* 168. *in* 2. *volu. incipien. In primis determinanda eſt quæſtio.* & tenendo iſtam opinionem reſpondendum eſt ad fundamentum Joan. And *in d. ca. ſi beneficia.* ad quod reſpondent Dom. de Rota *in deciſionibus ſuperiùs alleg.* & per Dom. *in dicto c. unico. de rer. permut.* & *inc ſi beneficia. de præben. in* 6. & etiam aliter poteſt reſponderi *ad dictum c. ſi beneficia.* ut reſpondet Pet. de Peruſio, *in ſuo tract. permutat.* quod illud capitulum ponit novum caſum ſpecialiter introductum propter reſervationes Papales, in quo jus poſitivum reſtituit illum ad titulum jam extinctum abſque nova collatione, & alibi in corpore juris non reperitur: & ſic ante illum textum ſecus fuit, prout denotat ille text. in verbo *ſtatuimus*, quod eſt verbum juris novi inductivum, & ultra poteſt dici, ut quidam antiqui dicebant, quos recitat Federi. *in dicto tracta. permutationum. q.* 8. ponendo veram ſolutionem. *ad dictum c. ſi beneficia.* quam latiùs explicant Pet. de Ancha. & Dom. de ſancto Gemi. *in d. c. unico. de rer. permuta. lib.* 6. quod ille text. *c. ſi beneficia.* loquitur in privatione inducta à jure per adeptionem ſecundi, & eſt privatio quæ inducitur ex adeptione ſecundi, ſed non ſortitur effectum, ergo revertitur ad primum, & ratio aſſignatur, quia primum non dicitur vacare, ut dicunt Lapus & Domi. *in d. c.* 2. *ſi beneficia.* & Pet. de Ancha. *in d c.* 1. *de rerum permut.* & Rot. *deci.* 7. *tit. de reſti. ſpo. in antiquis.* ſed in iſto caſu fit expreſſa renuntiatio & purè, ut *c. fi. de pact.* ut per illum deveniatur ad permutationem, unde licet non teneat, ſeu non ſortiatur effectum dicta permutatio, tamen remanet renuntiatio donec fiat nova collatio, & iſtud probatur. Nam videmus quod quandocumque per unum contractum, vel unum actum in conſequentiam illius virtutis inducitur extinctio ſeu annullatio illius actus vel contractus, non inducitur annullatio, ille actus non ſortitur effectum, facit tex. *in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta.* facit tex. *in l. cum qui ita. §. te & Titium. ff. de verbo obliga.* & *in l. ſi jure. ff. de leg.* 3. & Bart. Saly. Imol. & alii. *in c. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. mat.* & ſi inducitur aliquid expreſsè, puta expreſſa privatio vel extinctio & revocatio alicujus actus ad finem alterius actus, licet ille finis non ſequatur, tamen talis expreſſa privatio & extinctio remanet firma. caſus eſt *in l. plano. in prin. ff. de leg.* 1. ut tenet Barto. Saly. & Imol. *in d. l. ſi cum dotem. in prin. ff ſolut. ma.* ut in præſenti caſu, quia fit expreſſa & pura renuntiatio. *per d. c. fi. de pact.* nec inducitur in conſequentiam permutationis quicquid fit in rebus prophanis, ut no. Doct. ubi ſuprà, & licet permutatio non habeat effectum, renuntiatio remanet, & eſt neceſſaria nova collatio, ex quo præceſſit libera renuntiatio, prout requiritur, *ut d. c. unico. de rerum permutat.*

Imo contrarium dicendum & hoc jure utimur in Parlamentis Franciæ ut reſoluta permutatione ex legitima cauſa, puta quod alteri nullum jus competebat in beneficio quod permutaverat alter ſive novo titulo revertatur in ſuum. c. non præſtat. de reg. jur. in ſext. Tum quod hæc ſit permutationum lex ut pacifica mutuò reddantur beneficia, cum ſit hæc conditio legitima, nec cēſeatur quis à ſuo beneficio penitus receſſiſſe, niſi altero pacifico quæſito. Neque ordinarium voluiſſe permutationem admittendo alterum ab altero decipi. Tandem ſi novo titulo opus eſſet, difficillimū eſſet cogere contumacem reſignare quod dolo nactus eſſet beneficium permutationis imagine. Nec nocet quod dicet remanere renuntiationē factā in manibus ordinarii, quia renunciatio eſt conditioni annexa, & id agitur quod Flam. lib. 1. cap. 3. num. 48. de reſignat. ait non aliter jus recedere à reſignante quam ſi reſignatario quæratur, aliud enim eſt renunciare pure & ſimpliciter, aliud cauſa permutationis, quia in permutatione neuter ſine beneficio eſſe vult, quòd tamen futurum eſt ſi is qui dolo compermutantis circumventus eſt ſine novo titulo ad ſuum redire non poſſit, cap. ſi beneficia. de præb. in ſext. ibi parva gloſſ notabilis. c. 11. Gonſaldus 17. q. 2. Quid ſi fraudator antequam reſignaverit aut deceptus novum ſit aſſecutus titulum decedat, quo genere vacationis concipietur is novus titulus, an per mortem, an quod olim ſuum fuerit, non recte diximus vacaſſe per obitum ejus cui nullum unquam jus quæſitum fuit non poterit cogi ordinarius conferre ex quo alium ſuum fuit, hoc enim genus vacationis non eſt. Hæc omnia faciunt ut æquior ſit ſententia quæ vult eum ſine novo titulo ad ſuum redire poſſe beneficium, hoc Rebuff. de permutat. num. 12. ita judicatum probat, & ſi expendamus rationes. deciſ. ult. Rot. de rer. permut. in antiquis. potius eas eſſe dicemus quæ novum non deſiderant titulum. I.

Source : BIU Cujas

in 6. & ista est communis resolutio à qua non est recedendum, cum similib. responsionibus, ut not. Dom. de san. Gem. *in d.c. unico. de re. permu. in 6.* nec obst. deci. Fede. *in d. tracta. permuta. q.* 10. ubi tenuit quod quando unus ex permutantibus habet jus in beneficio, alter verò non: quod permutatio ipso jure non valet ad hoc ut permutatio valeat, jura requirunt quod beneficia sint permutantium. *ca. cum venerabilis. de excep.* ut no. Doct. *in d. c.* 1. *de rerum permut.* & Joan. de Imol. *in ca. fi. de rerum permut.* ex quibus infert quod ille qui habet jus potest reverti ad primum beneficium suum, & ille qui non habebat, non revertitur ad suum, quia nullum jus habebat, tamen in proposito nostro ille qui non habebat jus in beneficio, an possit consequi beneficium illius qui in eo jus habebat, & dicit Fede. quod non. *in d. tract. q.* 10. ubi subdit quod ille qui habebat jus potest ad suum beneficium redire, istud est clarissimum, quando nulla culpa potest ei ascribi, ut not. idem Fede. *in d. tract. q.* 5. & Joan. de Imo. *in ca. pen. de rerum permut.* tamen Fede. non declarat an hoc possit propria authoritate, & ista duo possunt esse simul, quod dicatur posse ad propria beneficia redire, & tamen non propria authoritate, ut declarant Doct. ubi suprà; unde Fede. *in d. q.* 10. hoc non declarat utrum propria authoritate vel superioris non potest dici, Fede. hoc dicere nisi referendo ejus dictum ad ea quæ ipse dicit *in q.* 8. & si fiat dicta relatio, tunc habemus dicere quæstionem unam ab altera quantum ad propositum nostrum non differre, & quod una ab altera in proposito non differat, potest dari ratio, quia fundamentum Fede. est nullitas permutationis, quia alter ex permutantibus non habet jus in beneficio quod permutat, sed in casu præsenti. *in q.* 8. Fede. est nulla permutatio, quia non potuit fieri de beneficiis reservatis, ut puta quia si refert ad ea quæ ipse dicit. *in q.* 4. & *q.* 5. unde eadem est ratio nullitatis permutationis in utroque casu: igitur idem jus. *ca. translato. de consti.* & istud confirmatur, nam ratio propter quam dicimus quod non potest propria authoritate redire, est, quia ante permutationem præcedit renuntiatio pura & libera, *ut d. ca. unico. de rerum permu.* ut supra fuit dictum, & maximè per Dom. de Rot. ubi suprà, & ista ratio procedit sive ambo habeant jus in beneficiis, sive alter tantum: ergo idem jus statui debet, patet ex consilio Fede. præall. ubi ponit quæstionem, quando ex parte unius impeditur permutatio ex quacumque causa impediatur, & sic generaliter, & ita in specie not. Dom. Abb. *in d. cap. cum venerabilis. de excep.* ubi loquitur quando alter ex permutantibus non habebat jus in beneficio, ex quibus patet, quod non est differentia an ambo jus habeant, & tamen permutatio non sortitur effectum: an verò alter ex permutantibus verè, cum utroque judicatur vera vacatio per resignationem, ut suprà fuit dictum: ex quibus concluditur, quod si ista permutatio non tenuit, ipse beneficiatus non potest reverti ad suum primum beneficium sine nova collatione, & ita tenet & concludit Feli. *in d. ca. cum venerabilis. col.* 3. *de excep. vers. utrum.* nec obstat si dicatur quod illa renunciatio quæ fit in permutatione, dicitur conditionalis, & sic non sortitur effectum, nisi permutatio, sive conditio fuerit purificata, quia illud verum est, quod est conditionale referendo ad ipsum ordinarium collatorem, ita quod alteri non potest conferri: sed referendo ad ipsum renunciantem, illa renunciatio dicitur pura. facit. *c.* 1. & quod ibi notatur. *de rerum permut. in 6.* & *cle.* 1. *eo. tit.* nam ille qui habet beneficium, licet non possit renunciare nisi in manibus superioris, *ut c. admonet. de renun.* tamen si renunciaverit in manibus laici vel alterius non habentis potestatem, licet non teneat renunciatio in præjudicium superioris, tenebit tamen in præjudicium renunciantis, ut not. Inno. *in cap. quod in dubiis. de renun.* & cum his sit expedita ista Quæstio.

QUÆSTIO XXV.

1. *Beneficii titulum an quis ostendere compellatur.*

Distinguendū ut si quis agat interdicto retinendæ possessionis cogatur titulum edere, quia canonicam debet ostendere institutionē. c. 1. de reg. jur. in 6. non possunt enim sine titulo occupari beneficia. cap. ei. cui. de præb. in 6. nec eum qui est sine titulo possessio in judicio juvat, gloss. in cap. si tibi. de præb. in 6. metimur jus ex titulo non ex possessione: ergo edere colliti-ganti titulū debet. Si ab ordinario in cursu visitationis petatur, edi debet pro prima vice, postea nō tenetur glos. in prag. de pacif. possess. §. ordinarii, in ver. inquirāt. 44. quæri potest an titulum prædecessoris edere teneatur, si impetrans & per obitum. & pacificam prædecessoris possessionem triennio docuerit edere non tenebitur resignatarius cōtra Cassand. decis. 3 & 4. de caus. possess. & prio. Priet I.

QUæro vigesimo quintò.

1. An beneficiatus teneatur probare titulum sui beneficii. Et primò pro parte negativa facit text. *in* §. 1. 2. *quæstio.* 5. & actore non probante reus debet absolvi. 11. *q.* 3. §. *actor.* & *ca. ut nostrum. ut ecclesiastica benef.* & *c. cum ecclesia de caus. pos.* & *proprie.* & *l. qui accusare. Cod. de eden.* & *l. res alienas. Cod. de rei vend.* Ad istud potest responderi secundum aliquos, quod confidens de jure suo, sibi onus probandi assumpsit. *ca. licet. de restit. spo.* & præmissa argumenta procedunt in rebus prophanis: secus est in beneficialibus, quia unusquisque tenetur probare canonicam institutionem, ut dicit text. & glos. in verbo *probare. in ca. ex insinuatione. de procur.* & ratio assignatur, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione. *ca. unico. de eo qui mit. in pos. lib.* 6. & *ca.* 1. *de reg. jur.* & propter præsumptionem debet concedere canonicam institutionem: quia præsumptio transfert onus probandi ad reum. *Cod. de proba. l. sive possidetis.* & *cap. ut nostrum. ut Ecclesiastica benef.* & sola possessio in beneficialibus non sufficit nisi adsit Canonica insti. *ca. ex frequentibus. de insti.* & debet habere litteras suæ institutionis. *cap. legum.* 2. *q.* 1. sicut nec sola possessio facit aliquem decurionem, sed Canonica electio. *ff. de decurio.* & illa præscriptio non prodest cùm habeat malam fidem ex quo non fuit legitimè institutus, quia bona fides exigitur. *ca. si diligenti. de præscrip.* & illud non prodesset adversario nisi jus haberet. *c. olim. de rescrip. cum simi.* ut not. Dom. Abb. post glos. *in d. c. ex insinuatione. de procu.* & glos. Joan. And. Pet. de An. *in c.* 1. *de reg. jur. in 6.* & idem Pet. de Anc. & Dom. de san. Gem. *in c. ordinarii.* §. 1. *de offi. ordi. in 6.* & Feli. *in c. licet. de simo.* & concludendo in isto articulo, est dicendum quod ubi superior approbavit titulum alicujus, non potest amplius eum vexare. *ca. ex ore. de his quæ fiunt à majo. par. cap.* & istud habet locum quando illa approbatio fuit expressa: secus si tacita, ut est text. *in cap. dilecto. de præbend. & dign.* & *in cle. fina. de sent. excom.* & istud limitatur primò, ubi superior approbavit titulum alicujus, non potest amplius eum vexare. *d. cap. ex ore. de his quæ fiunt à major. par. cap.* secus est quando Episcopus vellet probare eum non canonicè institutum, puta quia ostenderet se fuisse circunventum in collatione, ut not. Hostien. *in cap. simoniace de simo.* & Pet. de Anc. *in d. regula prima. de reg. jur. in 6.* unum tunc posset assumere in se onus probandi, ut not. Dom. Abb. *in d. c. licet. de simo.* juxta. no. *in c. dilecto. de præben.* Joan. And.

Source : BIU Cujas

in addi. Spec. *ſuper rub. de jure pa. cum ſimi.* ut not. Feli. *in d. c. licet. de ſimo.*

Secundò præmiſſa limitantur niſi jus commune reſiſtat. *c. ordinarii. de offi. ordi. in 6.* ubi beneficiatus curialis eſt compellendus oſtendere ſuum titulum. Item etiam limitantur præmiſſa niſi ſuperior approbaſſet non expreſsè, ſed tacitè, quia tunc etiam eſt compellendus ad oſtendendum ſuum titulum, ut no. Dom. de ſan. Gem. *in d. c. ordinarii. de offi. ordi.* Item ubi ſuperior conſtituit ſe adverſarium, tunc Clericus non tenetur oſtendere titulum. *c. actor. 6. q. 1.* facit gloſ. per illum tex. *in c. conquerente. de reſti. ſpo* & ibi Dom. Abb. quod judex qui injuſtè & ordine judiciario non ſervato proceſſit extra judicium, non poteſt amplius judicium in illo negotio exercere, ita quod pars adverſus illum poteſt petere reſtitutionem, & dicitur ſe conſtituere adverſarium agendo coram ſuperiore contra eum de facto, & iſtud limitatur ſecundùm Feli. *in d. c. licet. de ſimo.* niſi conſtituiſſet ſe ejus adverſarium defendendo ſententiam latam contra clericum qui noluit oſtendere ſuum titulum, ut not. Joan. de Ana. *in d. c. licet. de ſimo.* & ſi poſſeſſio fuerit per triennium continuata cum titulo colorato quantum ad vexandum quem ſuper titulo ab eo qui non ſit prælatus ſufficit triennium ad defenſionem poſſidentis, ut eſt tex. *in d. c. 1. de pacificis poſſeſ. in pragma.* & iſtud ultimum limitatur primò niſi ſit Epiſcopus de novo creatus, quia ille moleſtare poterit antiquum poſſeſſorem ſaltem ut juret. ut not. Domin. Abb. *in d. c. licet. de ſimo.* tamen ibi dicit Feli. quod ſive Epiſcopus ſit novus, ſive antiquus, ſemper poterit exigere juramentum, ut no. Cardi. *in d. c. de ſimo.* quia ſi recuſaret jurare oriretur magna ſuſpicio intruſionis.

Secundò etiam limitatur iſtud quando cum diuturnitate temporis concurrunt alia adminicula, puta integritas conferentis & poſſidentis, & exercitium poſſeſſionis, aliàs autem eſt dubitandum de prædictis, ut no. Feli. ubi ſuprà.

Tertiò limitatur niſi ſuperior vellet aſſumere onus probandi titulum nullum etiam contra antiquum poſſeſſorem, ut no. Dom. de ſancto Gem. *in d. c. ordinarii. §. 1. de offi. in ordi. 6.* & Dom. Abb. & Feli. *in d. c. licet. de ſimo.*

Quartò limitatur niſi poſſeſſio habeat reſiſtentiam juris communis, quia tunc ſemper requiritur oſtenſio tituli *per d. c. ordinarii. de offi. ordi. in 6.* qui tex. loquitur indiſtinctè. Item ſi extraneus moleſtet poſſeſſorem beneficii non poteſt ullo modo eum reſtringere, ut oſtendat titulum, *ut l. loci corpus. §. competit ff. ſi ſervi. vendi.* & no. Joan. And. *in c. olim. de reſcript.* & Inno. *in c. Abbate. de verbo ſigni.* glo. *in c. unico. de eo qui mit. in poſſeſ. in 6.* & *gloſ. pe. in c. 1. ut lite penden. eod lib.* & Epiſcopus poteſt tacere edictum, ut omnes ſibi oſtendant ſuos titulos ſub pœna privationis, & intelligitur de retinentibus per diſpenſationem & valebit talis pœna, ut not. Doct. *in d. cap. ordinarii. de offi. ordi. in 6.*

Gomes. ad reg. de triē.

Et iſtud ultimum limitatur niſi eſſent ſimplicia beneficia vel quis non retineret contra jus quia in talibus etiam generalia edicta nil operantur, ut not. Pet. de Anchara. *conſi. 46. incip. duplici ratione.*

Quintò iſtud limitatur niſi non comparens haberet juſtam cauſam credendi quod Epiſcopus non intellexit de eo, puta quia aliàs fecerat ſibi plenam fidem de ſua diſpenſatione, ut tenet Cardi. *conſi. 37.* quod incipit *lite in Curia Romana.* cum ſimi. ut not. gloſ. *in d. c. unico. de pacificis poſſeſ.* & Feli. *in ea. licet. de ſimo.* facit text. *in d. c. ex inſinuatione. de procur.* & *in c. ad decimas. de reſtitu. ſpo.* ubi quando aliquis poſſedit aliquam rem contra jus commune, non eſt reſtituendus niſi titulum probaverit, ut not. Dom. Abb. per illum text. *in ca. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & proprie.* ubi ſi aliquis dicat habere jus eligendi in aliena Eccleſia non ſufficit probare poſſeſſionem, niſi habeat aliquam apparentiam tituli. no. *inc. Abbate. de verbo ſignifi.* Et reducendo omnia præmiſſa ad iſtam concluſionem quod quando aliquis poſſedit beneficium per longum tempus, ſed ſuperior exquirens titulum, nunquam conſenſit tacitè vel expreſsè, ut quia de novo eſt adeptus Epiſcopatum, vel quia diu ſtetit in captivitate, & tunc propter antiquitatem facti admittitur probatio & juramentum. *l. ſi arbiter. ff. de proba.* & quod not. *in c. illud. de præſumpt.* & quia aliqua præſumptio eſt pro titulo ex quo fuit coloratus per prædeceſſorem, & hoc quando factum eſt antiquum, quia imputandum eſt Epiſcopo qui diu tacuit. [a] *c. 1. de frigi. & maleſi.* & tacendo videtur conſenſiſſe. *c. ex ore. de his quæ fiunt à major. parte capi.* & probationes non poſſunt de facili haberi, & ideo iſto caſu poterit recurri ad juramentalem proteſtationem, ut not. Dom. Abb. & Hoſtien. *in d. c. licet. de ſimo.* & iſtud procedit quando poſſidet unicum beneficium curatum, ſed dubitari poteſt quando poſſidet plura beneficia incompatibilia, vel eſt minor & incapax ad illud beneficium, & allegat ſe habuiſſe diſpenſationem, & eam perdidiſſe tunc non ſufficeret probatio per ſolum juramentum, *ut d. c. ordinarii. de offi. ordi.* & iſtud eſt judicandum ſecundùm longinquitatem temporis & qualitatem beneficiati, & ſuperioris prædeceſſoris illius qui eum toleravit, ut not. Dom. Abb. *in d. c. licet.* ſed quando factum eſt antiquum, ſed non multum recens, & ille ſuperior toleravit illum tanquam beneficiatum, tunc non eſt compellendus ad illum titulum probandum etiam per juramentum, quia viſus eſt conſenſiſſe, maximè ſi poſſederit ultra biennium, ut videtur tex. *in d. c. 1. de pacif. poſ.* & *in c. dilecto. de præbend. & dignit.* tamen ipſe ſuperior bene poterit in ſe aſſumere onus probandi defectum tituli. *c. dilecto. de præb.* & hoc procedit niſi jus commune eſſet in contrarium contra poſſidentem, quia tunc non ſufficit ille tacitus conſenſus, *ut d. c. ordinarii. de offi. ordi. in 6.* qui text. loquitur indiſtinctè & tunc poteſt eum compellere ad faciendum plenam fidem de titulo. *c. ex frequentibus. de juſti.* & no. Inn. *inc. ſuper his. de accuſ. cum ſim.* ut not. Feli. & Dom. Abb. & cæteri. *in d. c. licet. de ſimo.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

nal poſſeſſ. q. 10. ſecundo allegantem diſpenſationem reddere coloratum ſuum titulū dicit & ſequor additionem ad deciſ. 3 Rot. de reſtit. ſpo. in no. quæ refert præſumptionem rerū acci entalium & tēpus non eſſe probationem diſpēſationis, quia pro jure communi & lege præſumendum nō contra. gloſſ. in titul. de triennal. poſſ. in prag. in verbo. colorato. I.

a Imo quicumque Prælatus ſemper poteſt inquitere de titulo & dictū Triennium habet locum ſolum ad repellendum privatum prætendentem jus. C. M.

QUÆSTIO XXVI.

1. *Conferri an poſsit beneficium Clerico extraneo.*
2. *In beneficii collatione an præferantur regnicolæ extraneis propter reſidentiam.*
3. *Beneficiari non poſſunt in regno Franciæ extranei non exiſtentes in dicto regno ſine litteris naturalitatis.*
4. *Electio facta à majori parte capituli quamvis de extraneo, & alius de capitulo etiam ſit electus, an valeat, & quis præferatur.*

Source : BIU Cujas

Alieno sub imperio nati, incapaces sūt beneficiorum hujus regni art. 4. ordinar. Blef. & adsciti in Franciam diplomate regio neque vicarios neque conductores exteros instituere possunt nisi eodem beneficio principis naturali jure iis quoque uti liceat. Extat diploma Hērici IV. ann. 1600. editum in Senatu Divionensi 28. mensis Martii, quo nati in Comitatu Burgundiæ & Bisuntina urbe à beneficiis regni arcentur nisi suffragetur eis Regis gratia in Senatu probata, quo jure Rex jure regio nō Papæ privilegio utitur. Ut D. Paulus domesticos fidei cæteris prætulit. I.

QUæro vigesimo sextò. An beneficium possit conferri Clerico extraneo & non oriundo in Diœcesi ipsius beneficii, & decidit glos. & ibi Dom. Abb. post alios Doct per illum tex. *in c. ad decorem. de instit.* quod extraneus & non oriundus de Diœcesi licitè potest institui in beneficio, dummodo aliàs constet de sua idoneitate, tamen ubi Clerici inde geniti essent idonei, quod non debent postponi extraneis, per tex. no. *in c. nullus invitus.* 51. *distin.* & quamquam loquatur in Episcopis ratio tamen tex. est communis ad alia beneficia & esset valde honestum & fructuosum ut quisquam in patria sua beneficiaretur, ut sic unus non occuparet beneficia vel stipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia, & inducuntur facilius ad residentiam tales Clerici oriundi quàm extranei, & ita sentit tex. *in c. 1. in princi. de colla. in prag.* facit *lex in Ecclesiis. C. de Epis. & cle.* & tex. *in d. c. 1. §. statuit. de colla. in prag.* ibi. *de ipsa Diœcesi.* per argumentationem literæ ubi proferuntur de Diœcesi extraneis. *c. hortamur. 61. dist.* & quod no. Archi. *in c. fi. de cle. peregri.* & per illa jura tenebat Hug. *in c. significasti. de jure pa.* quod Patronus necesse habet præsentare Episcopo Clericum ejusdem Diœcesis, tamen Post. *in d. c. significasti. de jure pa.*

2. Tenet quod hodie de consuetudine potest patronus præsentare clericum undecumque originem traxerit: dum tamen sit idoneus, & ibi infert Dom. Ab. quod esset valde honestum & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficiaretur ut sic unus non occuparet beneficia vel stipendia alterius, ne daretur materia depauperandi beneficia: & quia inducuntur facilius ad residentiam tales indigenæ quàm extranei, ut est bonus tex. in extravag. Joa. 22. inci. *execrabilis.* ibi. *in diversorum regnorum partibus, &c.* ubi dicit Zenzelinus, quod contra promissionem quæ fieret ad dignitatem unius regni de regnicola alterius regni admitteretur exceptio Domini temporalis, si promovendum haberet suspectum de proditione terræ suæ vel consiliorum & secretorum suorum. *l. si quis aliquando. §. transfugæ ff. de re mili. arg. l. omne. §. exploratores. ff. de pœnis.* & *c. petitio. de jure juran.* & no. Inn. Host. Dom. Abb. Are. & Feli. *in c. super his. de accus.* & idem Dom. Abb. post glos. *in c. ex parte. de testi.* & *in c. quod sicut.* & *in c. 1.* & *in c. cum inter universas.* & melius. *in c. cum terra. de elect.* facit tex. *in c. licet.* ver. *veruntamen.* & ibi glo. *de elect. in prag.* & ratio est, quia alicui non convenit scrutari arcana regni. *C. de commer. & merca. l. mercatores.* & dicit tex. in regula cancellariæ, quæ est 15. in ordine, quod si duo concurrant super impetratione beneficii, oriundus præfertur non oriundo data paritate impetrationum, in simili facit tex. & quod ibi no. *in c. quoniam. de offi. ord.* quod si Episcopus habeat subditos diversarum linguarum est compellendus creare vicarios illius linguæ pro gubernatione ipsorum subditorum: unde si forensis vel alienigena impetraret à Papa beneficium in alienis partibus, non facta mentione de loco suæ originis & Diœcesis, gratia, tanquam subreptitia, esset nulla. ut tenet glos. singu. not. *in c. si proponente.* & ibi Docto. *de rescri.* & in dubio Papa intendit providere clerico in sua patria, sive Diœcesi: ideò taciturnitas nationis reddit gratiam subreptitiam, & ratio est quia si expressisset nationem Papa sibi non dedisset gratiam in partibus alienis, vel ita de facili, ut est bonus tex. in perpetuum commendandus. *in c. bonæ. in 2. circa. fi. de postu. præla.* ibi *nec vellemus ei præficere alienum & extraneum.* facit *c. 1. de cle. peregr.* & *c. Episcopum. 61. dist.* & quamvis indigenæ extraneis deberent præferri, valeret collatio ordinaria facta cuicumque idoneo. *ut d. c. ad decorem. de instit.* ubi habetur quod extranei possunt præfici, dum tamen idonei, & ibi reprobatur Patriarcha Constantinopolitanus, ex hoc quod solum conferebat beneficia hominibus certæ nationis, puta Venetis tantum, quasi illa essent eis debita. facit tex. & ibi Dom. Abb *circa fi. in c. venerabilem. de elect.* & illud est contra nonnullos Episcopos, qui ferè omnia beneficia suæ Diœcesis conferunt suis compatriotis & contemnunt indigenos & oriundos suæ Diœcesis & civitatis, ut no. *in d. regula cancellariæ.* quæ est 15. in ordine, ubi si contingat Papam alicui personæ de parochiali Ecclesia providere, vel gratiam expectativam concedere, nisi illa persona impetrans intelligat & intelligibiliter loquatur idioma loci ubi Ecclesia hujusmodi consistit, provisio seu mandatum & gratia desuper nullius est roboris & momenti, & ibi est alia regula, quæ generalius determinat quod nullus expectativam gratiam extra suam nationem impetret, nisi idioma, quod communiter homines loquuntur, ibidem intelligat, & intelligibiliter loqui sciat.

3. Et Rex Franciæ habet privilegium quod extraneus & non regnicola non possit beneficiari in suo regno sine ejus permissione & literis naturalitatis. ut no. glos. *in præ. prag.* in verbo *exterorum.* & in simili dicit glos. *in c. cum inter canonicos.* in verbo *aliam. de elect.* quod quando eligentes eligunt duos: videlicet major pars capituli & sanior eligit de aliena Ecclesia, & minor pars eligit aliquem de illa Ecclesia, ibi quæritur quæ illarum prævalet, & ibi tenet Lau. quod si duæ partes capituli eligunt de aliena Ecclesia, tenet electio, quia duæ partes vicem totius capituli obtinent. *c. licet scriptum. de elect.* ubi postulatio facta à duabus partibus præfertur electioni factæ à minori parte: quia si duæ partes capituli non sunt in Ecclesia non videtur esse capitulum. *l. 3. ff. de decretis ab ordine. facien. l. 3.* & *l. planè. ff. quod cujusque univer.* sed secundùm eum si non essent duæ partes, licet esset major pars, & eligant de aliena Ecclesia, non valet electio, si minor pars eligat de sua Ecclesia, & sic intelligit illa jura. *d. c. nullus invitus.* & *c. Episcop. 61. dist.* & *c. Florentinum 85. dist.* scilicet Vincen. & Joa. ibi. *in d. c. inter canonicos.* tenebant, quia semper prævalet electio de propria Ecclesia, quamvis fuerit facta à minori parte, etiam à duabus partibus. *arg. c. literas. 63. dist.* & *l. in Ecclesiis. C. de Epi. & cler.* & *c. fi. de cle. peregri.* tandem Tancre. contra prædictos Doct. tenet. *in d. c. cum inter canonicos.* & illud approbat ibi glossator, & communiter Doct.

4. Et bene valet quod electio facta à majori & saniori parte capituli prævalet undecumque ille electus fuerit, sive de sua Ecclesia eligatur sive de alia, dummodo aliud Canonicum non obsistat impedimentum, & illud beneficium colligitur. *in dict. ca cum inter Canonicos.* quia propter rationē illam quam ibi allegabat subdiaconus, Papa illam frivolam reputavit & inhæret illi soli de morbo epileptico. *ut in d. tex.* & concludendo in isto articulo potest dici hoc modo, aut iste Clericus non est de illa provincia, sed extraneus & tunc si eligatur aut beneficium sibi conferatur, valebit & tenebit electio aut collatio, per tex. *in dicto. ca. ad decorem.* & ibi Doct. *de instit.* & ita potest intelligi glos. *in dicto. ca. cum inter Canonicos. de elect.*

Et istud limito primò procedere quando ille cui beneficium esset collatum ignoraret idioma & intelligibiliter nesciret loqui, quia tunc crederem dicendum, quod electio aut collatio de ipso facta non valeret, vel saltem veniret cassanda per dictas regulas Cancellariæ.

Præmissa etiam limito secundo quando Clericus veniret per viam impetrationis Apostolicæ, quia tunc impetratio facta per istum extraneum tanquam subreptitia, & non faciente mentionem qualiter erat extraneus, tunc non valeret illa impetratio, ut tenet glo. *in dicto. ca. si proponente. de rescri.* & intelligo illum esse extraneum, ita quod impetratio ipsius non valet quando non est de regno aut sub illo principe habente jura principatus, ita quod non recognoscit superiorem

Source : BIU Cujas

in quo regno aut principatu est situm beneficium, juxta no. per Inno. & alios Doct. *in dicto. ca. super his. de accu.* & Dom. Ab. *in ca. cum terra. de elect.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XXVII.

1. *Collatio beneficij facta à collatore contra proprium juramentum an valeat.*

2. *Perjurium quando quis non incurrit ubi facit aliquid contra juramentum proprium.*

A perjuro collatio facta manet, vitiũ enim est collatoris non collatarij similis tali qui indigne ministrat Can. suscitãtibus. 15. qu. 8. perjuri beneficium non vacat ipso jure, sed privãdus venit, ut Felin. dicit cap. quærela. de jurejurand. I.

QUæro vigesimo septimò. Si collator beneficii conferat beneficium contra suum juramentum an valeat, & teneat collatio, ut puta si collator juraverit conferre beneficium Clerico idoniori suæ Diœcesis, & contra juramentum omisso Clerico idoniore contulit idoneo. Et videbatur quod ista collatio non valeret. *argu. ca. dilecto.* & ibi Innoc. & Dom. Ab. *de præb. & dign.* ubi dicitur quod non tenet electio sive collatio facta per capitulum supra numerum Canonicorum juramento firmatum, & in spiritualibus illud quod est factum contra juramentum non tenet. *dicto. ca. dilecto. de præb.* ubi tenet Hosti. quod illa duo ibi expressa, scilicet statutum juramento firmatum ex una parte, & confirmatio Sedis Apostolicæ ex altera æquiparantur sub distinctione. *argu. ca. constitutus. de rescri.* & not. Spe. *titu. de leg. §. nunc tractemus.* & Innoc. & Archi. *in ca. duobus. de rescri. in 6.* & *in ca. si à sede. de præben. eo. lib.* no. Dom. de Rota. *decisio. 4.* ubi tenet quod procurator constitutus ad resignandum vel permutandum cum juramento de non revocando, non potest revocari. [a] Et ratio secundùm eum assignatur, quia in spiritualibus in quibus non cadit interesse non potest agi ad interesse, ut no. Innoc. *in ca. quærelam. de elect.* ideo quicquid fit contra juramentum præstitutum non valet. *argum. l. cum quis decedens. §. Codicillis. ff. de leg. 3.* & *l. ea quidem. §. si manci. ita fuerit alie. ca. cum inter. de renun.* Item illud quod est factum contra prohibitionem legis est ipso jure nullum. *ut l. non dubium. C. de leg. ca. 2.* & ibi Dom. Ab. *de testi.* sed prohibitum est à lege, ut quis veniat contra proprium juramentum. *ut c. 1.* & *2.* & quasi per totum. *de jurejuran.*

a Imo potest. C. M.

Ad ista fundamenta potest responderi, & primò fateor, quod quis non debet venire contra juramentum proprium, tamen si contraveniat, valet & tenet actus, ut dicit glos. *in ca. fi. de procur.* quamvis contraveniens sit perjurus. Nec obstat. *dictum. ca. dilecto. cum simili. de præben.* quia illa jura habent locum quando ille actus à jure est prohibitus ultra juramentum, quia tunc non valeret actus factus contra illam prohibitionem juris & juramenti, secus est quando aliàs actus à jure non est prohibitus, quia tunc valeret actus contra juramentum factus, ut no. Do. Abb. post alios Doct. *in ca. intellecto. de jurejuran.* Quare præmissis non obstantibus contrarium credo de jure esse tenendum quod valeat collatio facta contra juramentum, licet collator sit perjurus, ut tenet glos. *in cap. 1. §. ego.* in verbo *Ecclesia. de ele. in prag* per nota. Joan. An. & communiter Doct. *in dicto. c. dilecto. de præben & dign.* ubi tenet.

2. Quod in spiritualibus tenent facta contra juramentum, licet incurratur perjurium. *ca. sicut.* & ibi Doct. *de sponsa.* ubi valet matrimonium contractum contra juramentum, ut no. Spe. *tit. de leg. §. nunc tractemus. versi. sed si legatus.* & Joan. An. *in regula quod semel. de regul. jur. in 6. in mercu.* ubi tenet testamentum factum contra juramentum tenere, ut no. *in ca. fi. de procur. in 6.* Nec etiam obstat. *dictum. ca. dilecto. de præben.* quia ibi fuit allegatio partis, ut not. glos. ubi suprà & beneficium dicitur quod non debet fieri receptio contra juramentum, sed non dicitur quod si fiat in contrarium quod non teneat, & illud quod dictum est collationem factam contra juramentum valere, licet collator sit perjurus. Limitatur istud nisi ille cui beneficium est collatum procurabit ut sibi conferatur contra juramentum, quia tunc non valeret collatio propter fraudem per ipsum procuratam vel saltem cassabitur per superiorem, quia cùm eam dederit perjuro est perjurus. *ca. votum. 2. quæst. 1.* Ita tenet gl. *in dicto. c. 1. §. ego.* in verbo *Ecclesia. de elec. in pragm. cum simi.* ut dixi. *in tract. meo. de jurejuran. in 1. quæst. tertiæ partis. in 15. casu.* & sic ut perjurus repellendus. *ca. quærelam. de jurejur.* not. Joan. An. in addi. Spe. ubi suprà. facit. *l. & quæ data. ff. ex qui. cau. majo.* & *l. 1. §. quæsitum. ff. de separat.* & *l. ait prætor. ff. de his quæ in frau.* no. Henri. & Imo. *in dicto. cap. dilecto. de præb.* & quando collat f acta esset aliter & de alia persona, quæ non esset utilior Ecclesiæ ipsa persona valeret collatio & juramentum præstitum contra primum juramentum secundum juramentum non obligat. tex. & ibi Dom. Abb. *in ca. intellecto. de jurejuran.* unde dicit glo. fi. *in ordine. in ca. licet. de jurejur. in 6.* quod si mulier juravit non alienare bona dotalia sibi donata propter nuptias sine legali solemnitate, si postea alienat, & jura non contravenerint, non valet alienatio, quia ultimum juramentum fuit contrarium à primo licito. Et istud intelligas habere locum quando actus non dependet à mera voluntate jurantis, ut quia interdicitur à lege favore ipsius jurantis. Exemplum in minore & muliere. *ca. cum contingat. de jurejur.* & tex. *in leg. Sacramenta puberum. C. si adver. vendi.* & tunc actus etiam jurantis contra primum juramentum non valet, & sic habet locum prædicta glos. fin. *in dicto. ca. licet. de jurejur. in 6.* Et ratio est, quia actus sine juramento erat ipso jure nullus propter prohibitionem legis, ratione autem juramenti secundi actus non potest sustineri, quia jam obligatus est Deo per primum juramentum, & sic secundum est illicitum: pro ista parte facit tex. *in ca. sicut nostris.* & *in ca. tua. de jurejuran.* & sic procedunt & habent locum argumenta in contrarium allegata, sed quando actus dependet à mera voluntate seu facultate jurantis ut in casu isto, tunc valet actus contra primum juramentum. *ca. sicut. de sponsa & matrimoniis.* ubi dicit tex. quod valet matrimonium contractum contra prima sponsalia etiam jurata. Et in simili pro ista parte facit glos. in verbo *revocatus. in ca. fi. de procu. in 6.* qui dicit quod licet quis juraverit non revocare procuratorem, tenet revocatio in contrarium facta, tamen iste revocans est perjurus, & dicit Feli. post Do. Abb. *in c. cum accessissent. col. 4. de consti.* quod si Canonici veniant contra statutum juratum, tenet & valet actus, licet contravenientes sint perjuri, allegant Joan. An. *in regula quod semel. de regu. jur. in 6.* ubi concludit, quia secundum testamentum rumpit primum juratum, sed testator incurret perjurium, & idem tenet Joan. An. Ant. & Imo. *in ca. 1. de his quæ fi. à majo. parte capi.* & Dom. Ant. *in ca. sua. de offi. vic. in fi.* ubi dicit quod Dominus potest revocare Vicarium non obstante juramento, licet sit perjurus quando facit sine causa, ut notat. Archi. *in cap. ultima voluntas. 13. quæstio. 2.* & Imo. *in cap. cum contingat. de jurejuran.* &

Source : BIU Cujas

Roma. *in l. ſt pulatio hoc modò concepta. ff. de ver. obli.* & Fede. *in tract. permu. q.* 35. & Dom. de ſanct. Gem. *in c. unico. de re. permut. in* 6. & Dom. Abb. *in c. cum ad monaſterium. col.* 2. *ver. ſecundo no. de ſta. mo.* ubi tenet quod Abbas poteſt venire contra ſuum ſtatutum etiam juratum. *cum ſi.* & no. Feli. & Do. Phil. Deci. *in d. c. cum acceſſiſſent. col.* 6. *de conſt.* ita tenet Ange. de Clava. *in ſua ſumma. tit. de juramento.* 5. *ver.* 12. facit glo. *in c.* 1. §. *& cum humanæ.* in verbo *promitto. de ele. in prag.* ubi tenet quod electio facta contra juramentum valet licet eligentes ſint perjuri. juxta no. per Joan. *in d. c. dilecto. de præb.* & ita in iſta quæſtione eſt concludendum, quod valet collatio contra juramentum. Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XXVIII.

1. *Beneficium primum ſi quis impetraverit, & acceptat unum, & poſtea aliud, an poterit redire ad primum.*

QUæro vigeſimo octavò. Quando aliquis impetrat beneficium primum vacaturum & acceptat unum beneficium & illa acceptatione pendente [a] acceptat aliud: & ſciens ſecundum non vacare vult redire ad primum acceptatum: quæritur an poterit? & videtur quod ſic [b] nam qua ratione poteſt acceptare ſecundum ubi erravit in prima acceptatione videtur quod pari ratione poterit redire ad primum: juxta no. *in c. gratia. de reſcri.* & *in c. in literis. de offi. dele.* & in ſimili facit tex. *in c. ſi beneficia. de præb. & dig. in* 6. ubi quando aliquis acceptavit collationem ſibi factam de aliquo beneficio primum ſuum beneficium vacat: ita quod non poterit redire ad primum beneficium.

a Antequam ſibi confertur. C. M.

b Et eſt verũ antequam alii ſit Collatum. C. M.

Ad iſtud poteſt reſponderi, quod illud habet locum quando aliquis ſcienter acceptavit ſecundum beneficium ſciens iſtud ſibi non ſpectare non poterit redire ad primam acceptationem: ſecus eſt quando illud faceret ignoranter, ut eſt tex. *in d. c. ſi beneficia. de præb. in* 6. tamen his non obſtantibus contrarium crederem [c] de jure dicendum; per tex. *in ſimili. in c. cum in multis. in fin. de reſcr. in* 6. ubi dicit tex. quod ſi in primo citatorio impetrator exprimat nomina impetrator propter fraudem non poterit variare. *ut clem.* 1. *de renun. in cle.* ergo à contrario ſenſu ſi non dubitetur de fraude, poterit variare & diſcedere à ſecunda vel à prima nominatione, ut dicit gloſ. *in c. gratia.* in verbo *eligas.* ibi. *ſed nunquid quod uno electo beneficio re integra pœnitere poterit & aliud eligere. ut* 2. *q.* 6. *ſi quis libellos.* & *c. in cauſis. de elec.* & *ca. cum autem. de jure patro.* facit *c. quamvis. de offi. deleg.* & *c. quamvis. de procu. in* 6. & *c. imputari. de reg. jur. in* 6. & re integra poteſt ab illa acceptatione diſcedere, & aliud eligere per jura ſuperiùs alleg. ut eſt tex. *in c. ſi tibi abſenti. de præb. in* 6. gl. fin. ibi. [d] Dom. de ſancto Gem. *in d. c. gratia. de reſcrip. in* 6. & pro iſta parte facit. *c.* 1. *de poſtul. præla.* & *c. ut qui duas. de elect. eo. lib.* & quod no. Jo. An. *in c. ſi duo. de procu. in* 6. & dicit Dom. de ſancto Gem. poſt Archi. *in c. cum in multis. col.* 5. *ver. quærit hic Lapus. de reſcri. in* 6. quod ex cauſa iſte impetrans poteſt acceptare aliud beneficium. *ca. quia cunctis.* & *ca. ne captandæ. de conceſ. præb. in* 6. tamen ad primum redire non poteſt: cui renuntiaſſe videtur acceptando ſecundum. *ut* 91. *diſt. ca. ſi quis ſacerdotium. in gloſ.* ergo per electionem videtur renuntiare primæ acceptationi. *ut c. imputari.* & *c. quod ſemel. de reg. jur. in* 6. Et pro iſta parte dicunt ſe de facto obtinuiſſe: licet aliqui teneant contrarium *per c. ſi beneficia. de præb. in* 6. tamen ſecundùm Dom. de ſanct. Gem. ubi ſuprà, iſte acceptans juxta tenorem. *d. c. ſi beneficia.* rediit ad primum, ex eo quia in illo habeat jus in re: & in caſu præſentis quæſtionis non habeat jus in re. & *in d. c. ſi beneficia.* habeat habitum & habendum diverſo jure, & in præſenti caſu habebat iſtas diverſas acceptationes unico jure, & caſu præſentis quæſtionis agitur de lucro captando. & in caſu. *d. c. ſi beneficia. de damno vitando.* facit *c. dudum.* §. *nos igitur. de præb. in* 6. & per illam diſtinctionem, dicunt Lapus Dom. Anto. & Dom. de ſancto Gem. primam opinionem eſſe veriorem, quia in iſta acceptans erravit errore facti, & ſecundam opi. habere locum quando erravit errore juris, ita quod poterit redire ad primum beneficium acceptatum, ut no. Inno. *in c. quod ad aures. de reſcri.* & *in d. ca. ad audientiam. in* 2. *eo. tit.* & Joan. And. & Cal. *in c. in noſtra. de reſcri.* & iſta opinio videtur verior de jure: [e] & hinc eſt quod ſi aliquis impetravit aliquod beneficium quod infra menſem duxerat acceptandum, & deinde ſubſequatur ſecunda impetratio & vacante una præbenda quam acceptavit infra menſem cum proteſtatione, & habuit pacificam poſſeſſionem aliquibus menſibus, poſtea vacavit alia præbenda, quam etiam cum proteſtatione acceptavit iſte ſecundus impetrans, ſimiliter infra menſem & poſſeſſionem habuit, nunc apparet quod ille primus impetrans non habet jus in præbenda acceptata, & ille prius impetrans vult acceptare ſecundam olim vacantem & per ſecundum impetrantem acceptatam, ut dicit Lapus de Caſtig. *in alleg. ſua.* 220. & alias. 120. ubi allegat ad partes, & finaliter concludit, quod ille primus impetrans non poteſt acceptare iſtam ſecundam motus ratione, quia illa prima gratia fuit limitata ad menſem: ex quo ergo ipſe primus impetrans non acceptavit ſecundum infra menſem, non poterit poſt menſem illam ſecundam acceptare, facit tex. *in cle.* 1. *de conceſ. præb.* ubi etiam executor lapſo menſe non poſſet illam conferre etiam ſi res eſſet integra, ut no. gloſ. *in ver. infra menſem.* & ibi Doct. *in d. cle.* 1. *de conceſ. præb.* Et tenendo iſtam partem non obſtat. *c. ſi beneficia. de præb. in* 6. quia loquitur de beneficio in quo habeat jus in re ille qui rediit & providet abſurditati quæ potuiſſet evenire ſi iſte acceptans remaneret ſine beneficio. *arg. c. cum ſecundum. de præb. & dig.* ſed in caſu præſenti nunquam habuit jus in ſecunda præbenda; nec perit gratia, ſed remanet valida quo ad alias vacaturas, ut no. Lap. ubi ſuprà, & in hoc operatur proteſtatio per iſtum primum impetrantem omiſſa: quia poterit aliam acceptare ſibi debitam: ſed ad illam quæ non fuit acceptata infra menſem ex quo notoria fuit vacatio, non poteſt extendi illa proteſtatio: tamen ſi illam acceptaſſet infra menſem redire potuiſſet ad illam ſecundam præbendam, ut no. Lapus ubi ſuprà & ita etiam tenet & ſequitur Dom. de ſancto Gem. *in d. c. cum in multis. de reſcrip. in* 6. & dicit Card. Flo. *in cle. gratiæ. colum.* 2. *ver. oppono ad hoc. de reſcri.* quod quando proteſtatio eſt de directo contraria acceptationi, ut ſi in caſu *illius clemen. gratiæ.* proteſtatur quod non tanquam Prælatus vel ut ſi acquiratur titulus conſequitur ſecundum: talis enim proteſtatio vitiat factum ſeu impedit. *ut c. ſi. de condi. appo.* & *no. in c. Cumana. de elect.* & *in c. cum M.* & ibi Dom. Ab. Feli. & cæteri Doct. *de conſti.* & proteſtatio quod non velit renuntiare primo non directò repugnat, ſed indirectò, & illa proteſtatio in caſu *illius clementi. gratiæ.* rejicitur tanquam de jure non compatibili, & ſufficit conſecutio ſecundi etiam facta cum proteſta-

c Sed tenet primam. C. M.

d Imo illa gloſſa facit contra, quæ vult quod nõ poſſit variari, ſed etiam in ſuo caſu non erit res integra quia electio nõdũ effectum ſuũ traxerit, quia collationis præceſſerit. C. M.

Nihil enim tam contrarium conſenſui quam error l. ſi per. de Juriſ. om. Jud. Ita judicatũ in magno Conſilio anno 1596. cum Joannes *de Vertamon* Cantor in Eccleſia Lemovicenſi electus Decanus ejuſdem Eccleſiæ renuntiaſſet Cantoriæ dignitati & alteri fuiſſet collata, evicto decanatu à D Rideri. co Senatore jure indulti. repetere cum Cantoriã jure pronunciatum eſt. juxta ca. ſi beneficia. de præben. in ſex. I.

e Quod ad primum poſſit redire, & intellige modo in hoc res ſit integra. C. M.

Source : BIU Cujas

tione directo contraria, ut in exemplo præmisso: & illud habet locum in casu à jure reprobato: ut puta in acceptatione secundi beneficii curati quod non potest stare cum primo: tunc illa protestatio est contraria facto & juri. *arg. c. de multa. de præben. & dig.* secus est quando protestatio non contrariatur juri, videlicet quod non intendit acceptare illud beneficium nisi de jure, & ex illa impetratione sit debitum, quia illud non est contrarium juri. *arg. c. cum M.* & ibi Doct. *de consti.* & Dom. de sancto Gem. *in d. ca. cum in multis. de rescri. in 6.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XXIX.

1. *Præbendarum receptio & canonicatuum, si ad Episcopum spectat, & Papa scribit Episcopo & capitulo ut provideant de prima, an provisio dicatur facta auctoritate Papæ, vel ordinarij.*

QUæro vigesimo nonò. Quando receptio præbendarum & canonicatuum spectat ad Prælatum, & Papa scribit Episcopo & capitulo, ut provideant de ista prima vacatura impetranti, an ista impetratio dicatur esse auctoritate Papæ, vel auctoritate ordinarii, & est concludendum quod ex parte ipsius Episcopi ordinarii collatoris ad quem spectat receptio de jure communi, dicitur ordinaria, & ejus auctoritate facta & ex parte capituli ad quem non spectat receptio de jure communi dicitur auctoritate Apostolica, ut no. Dom. de sancto Gem. *in c. cum aliquibus.* per illum tex. *de rescri. in 6.* & ex illis infert quod si postea recipiatur alius auctoritate Apostolica videbatur quod iste qui solum habeat auctoritate Apostolica & secundo loco impetraverat quod esset præferendus, ut no. Pe. de Ancha. *Consi. 217. inci. scripsit Papa pro Titio.* per illam rationem, quod iste secundus habet totam impetrationem auctoritate Apostolica per tex. *in c. hi qui. de præb. in 6.* Item concurrente auctoritate majori & minori in eodem actu minor vitiatur & minoratur. *c. super quæstionum. § si vero. de offi. deleg.* & no. per Doct. *in c. per tuas. de majo. & obe.* Tamen his non obstantibus contrarium de jure videtur verius quod primus impetrans & prior in data sit præferendus, quia prior in data, ergo primus in jure, tex. *in c. hi qui. & c. duo. de rescri. in 6.* & minor auctoritas sequi dicitur majorem, & sic tota censebitur auctoritate Apostolica facta, facit illud quod no. Jo. An. Archi. & Dom. de sancto Gem. *in c. 1. ult. responso. de jure pa.* quia qua ratione in pluribus receptus auctoritate Apostolica receptus, præfertur receptio inferioris auctoritate. *ut d c. hi qui. de præb. in 6.* eadem ratione in uno recepto, sive in una receptione censebitur, ut scilicet pars minoris auctoritate factæ receptionis authoritate majoris cedat parti majori, & ipsam tanquam magis dignam sequatur. *c. quod in dubiis. de conse. eccle. vel alta.* facit illud quod no. *in c. cui licet. de regu. jur. in 6.* & Archi. *in c. nullus. in 2. 9. q. 2. in addi.* facit quod no. Joan. An. *in c. si postquam. de elect. in 6.* Et illam partem tenet, & sequitur tanquam veriorem Dom. de sancto Gemin. *in c. cum aliquibus. de rescri. in 6.* quia quando simul in conferendo concurrit auctoritas Papæ & auctoritas ordinarii, illa Papæ, tanquam major auctoritas, absorbet illam ordinarii: ut est tex. *in c. si à sede. de præb. in 6.* facit tex. *in cle. 1. circa. fi. ut lite pendeñ.* & Cald. *consi. 1. tit. de offi. ordi.* & pro ista parte facit, quod no gl. valdè no. *in c. 1. in §. volens.* in verb. *effectum. de colla. in pragma.* quod si concurrant ad eandem præbendam Apostolicus & graduatus in vim concilii Basilienſis, semper est præferendus Apostolicus, sive sit in data prior, sive posterior: sicut præfertur omnibus antea receptis auctoritate legatorum, per tex. *in c. hi qui. de præb. in 6.* facit tex. *in c. si à sede. eo. ti. de præb. in 6. & l. privilegia. cum ibi no. ff. de privile. credi.* & magis privilegiatus præfertur minus privilegiato. *l. verum. § fi. ff. de mino. & C. ad Treb. auth. nisi rogati.* & no. Henri. *in c. illud. de præscri.* no. Rot. *deci. 55.* ubi aliquis ex rescripto Papæ vel privilegio potest nominare ad vacatura nominatus per tale privilegium non præfertur Apostolico impetranti: non enim propter hoc videtur Papa potestatem à se abdicasse, ut est tex. *in c dudum. de præben. in 6.* & no. Dom. de Rot. *deci. 15.* & *16.* & facit tex. *in d. §. volens. de colla. in prag.* dum dicit quod duas præbendas in eadem Ecclesia Romanus Pontifex suo tempore non conferat, ut qualificationes graduatorum habeant locum: ergo de mente ejus est quod impetrans Apostolicus aliam præbendam in casu illius tex. præferatur graduato, nec habeant locum decem qualificationes antequam mandatum Papæ fortitum fuerit effectum: & ista præbenda quod hoc modo per Papam conferretur non faciet turnum: quare concludendum est quod iste qui habet à Papa & ab ordinario præfertur illi qui simpliciter habet à Papa. Et istud probatur, quia duo vincula sunt fortiora uno. *ut c. 1. de treuga. & pac.* facit etiam quia magis qualificatus præfertur minus qualificato, ut est text. *in regu. Cancellariæ. quæ est. 15. in ordine.* In simili no. Docto. *in c. clerici. de judic.* ubi ille qui habet plures qualificationes quàm alius, ille est præferendus in prioribus, in simili no. per Docto. *in c. per tuas. de majo. & obe.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

a Hoc verum quàdo ad solum Episcopum spectat provisio. Sed quod si sumus in jure communi ita quod spectet ad Episcopum cum consensu capituli tunc puto quod in hoc themate dicatur decipi solum ex parte ordinaria, quia Papa mandans Episcopo & Capitulo ut recipiant simpliciter, videtur mandare prout ad eos alias spectat. C. M.

Ea ratione jus indulti curiæ, omnibus mandatariis præfertur, quia ad postulationẽ Regis à Paulo III repetito Eugenii IV. initio concessum. I.

QUÆSTIO XXX.

1. *Beneficium impetrans si in modo acceptandi erraverit an valeat collatio.*

QUæro trigesimò. Præsuppositio quod impetrans non debeat exprimere modum vacationis beneficii. *juxta c. susceptum.* & ibi Docto. *de rescrip. in 6.* & *in c. in nostra. eo. tit. de rescri.* si iste impetrans simpliciter beneficium impetraverit tamquam vacans, & ipse impetrans erraverit in modo acceptandi: quia impetrans acceptat beneficium per mortem Antonii, & in veritate vacabat per mortem Titii, an valeat ista acceptatio, & tenent Dom. de Rot. *conclusio. 116.* & *208.* quod valet ista acceptatio. Et rationem assignant, quia potiùs vacationem attendimus, quam acceptationis modum, maximè si addit aliquas circumstantias declarativas beneficii, dicendo Ecclesiam talis villæ: quia tunc per illas circumstantias constat de corpore beneficii acceptati, licet erratum sit in persona per quam

Forma acceptationis non mutat genus vacationis expressum in collatione: acceptatio enim vires capit a collatione. I.

Source : BIU Cujas

quam vacavit, tamen constat per dictas circumstantias de corpore beneficii. *argu. c. licet ex quadam. de testi.* no. Jo. Mo. *in c. si tibi absenti. de præben. & dig. in 6. no. in c. tua. de sponsa.* Inno. Dom. Abb. & Feli. *in c. significante. de rescrip.* & Dom. de sancto Gem. *in c. susceptum. colum. 2. ver. sed pone. de rescrip. in 6.* & tenendo istam opinionem non obstat tex. *in d. c. susceptum.* quia non habet locum in acceptatione. Et ratio est, quia est quædam declaratio voluntatis tendentis ad executionem gratiæ, ideò non mirum si erratur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio, dummodò sequatur posteà vera & effectualis provisio, quæ dat jus in re. *c. fi. de præben. in 6.* facit *cle. 1. de concess. præben.* Ita tenet Lap. ubi suprà, & hinc est quod si impetro beneficium exprimendo vacationem per mortem Prælati, qui reputabatur verus Prælatus : tamen in veritate non erat, valet, & tenet ista impetratio, ut no. Lap. *alleg. 79.* & Pet. de Ancha. *in suo consi. 116.* quia ex quo ille tenebatur, & habebatur pro vero Prælato : quia talis error communis facit jus. *c. consultationibus. de jure pa.* & si tacuit verum modum vacationis ipse probabiliter ignorabat & probabilis ignorantia excusat impetrantem, ut est tex. *in ca. gratia. de rescrip. in 6.* cum simi. ut no. Dom. Ab. & Feli. *in ca. constitutus. & in ca. super literis. de rescrip.* Et tenendo istam opinionem non obstat tex. *in d. ca. susceptum. de rescrip. in 6.* quia respondetur quod licet præferatur ibi impetrans qui expressit verum modum vacationis illi qui expressit falsum modum. *& in dicto ca. susceptum.* verus modus non est putativus communi opinione, & verus modus in isto casu est occultus. *& in dicto ca. susceptum.* dicitur quod modus verus vacationis communiter apparebat, secus ergo quando verus non apparet, sed putativus tantum, ut no. Dom. de sancto Gem. *in dicto ca susceptum. de rescri. in 6.* Item etiam ille tex. loquitur & in primo, & etiam in secundo responso de beneficio vacante ex eadem persona altero ex modis qui non poterant esse putativi, sicut est renuntiatio vel mors ejusdem personæ, unde si consideretur tex. *in dicto ca. susceptum.* non poterat ibi verus modus esse putativus, quasi velit dicere, putativus, & verus idem erat, sed in casu præsenti non est sic dicendum, quia putativus apparebat, verus autem occultus erat, ut ibi per Docto. Item dicit ipse Lap. ubi suprà quod *dictum ca. susceptum.* loquitur quando duo impetrantes simul concurrunt, quo casu veritas ante completum negotium declarata præfertur opinioni. *cap. veritate. 8. distin.* sed quando unus solus est impetrans, & expressit modum putativum vacationis nihil sibi obstat, facit quod no. Joan. An. *in ca. licet. de sepul. in 6.* Item secundùm Lap. ubi suprà *dicto ca. susceptum.* dicit nisi aliud appareat de intentione mandantis, sed ex quo Papa contulit istud beneficium vacans in veritate & expresso modo putativo satis putat de ejus intentione quod vult istum habere illud beneficium, ita etiam tenet Domin. de sancto Gemi. *in dicto ca. susceptum.* facit in simili quod no. Docto. *in ca. veritatis. de dolo & contu.* quod quando aliquis est toleratus, illa tolerantia facit actum validum ob causam publici officii. *per §. tria. 3. quæst. 7. & l. Barbarius. ff. de offi. præto.* ut no. Feli. *in cap. scisitatus. de rescrip.* Et cum his sit expedita ista præsens Quæstio.

publ. nu. 201. Cassa. Decis. 3. de caus. proprie ac poss. secus in profanis. l. Celsus. ff de usurpat. I.

Sæpè præfertur vero. Molin. ad reg. de

QUÆSTIO XXXI.

1. *Beneficio suo si quis ex justa causa fuerit privatus, an possit ab Episcopo restitui.*
2. *Clausula* motu proprio *vel cum prærogativa* anteferri, & similes *quomodo ponitur ad tollendum subreptionem & ad validandam gratiam.*
3. *Legatus non potest de beneficio providere alteri in præjudicium tertij.*
4. *Dispensare an possit Episcopus cum simoniaco ut possit tenere beneficium habitum cum simonia.*
5. *Infamis esse dicitur juris infamia qui est de simonia condemnatus.*

QUæro trigesimo primò. Si aliquis fuerit privatus ex justa causa suo beneficio, an Episcopus poterit illum restituere ad illud beneficium. Et dicit Lap. post glos. *in c. quamvis. de rescript. in 6.* quod illa restitutio non potest fieri in præjudicium tertii, ut est tex. quia si primus impetrans sublata & revocata illa prima impetratione, deinde iste restituatur ad primam impetrationem, non valet : nec Papa intendit illum restituere in præjudicium alterius impetrantis & ibi subdit Lap. an in impetratione restitutionis, quam ille facit, debeat facere mentionem de gratia alterius cum clausula *non obstante quod pro alio scripserimus*, & ibi tenet quod debet fieri mentio : alias obstaret subreptio restitutionis, quod est verum secundùm eum quando per eundem Papam fieret utraque gratia, aliàs secus. [a] *c. mandatum. & c. literis. de rescript.* nisi esset facta restitutio secundùm eum *motu proprio.* quia tunc non posset opponi exceptio subreptionis contra dictam restitutionem, licet possit opponi per viam juris communis, ut puta quia Ecclesia non haberet unde sibi provideret, & idem secundùm Joan. And. *in d. c. quamvis.* posset dici, si utraque esset concessa ab eo, dummodo alia gratia non præcesserit istam revocatam, licet postea secuta sit, quia licet postea restituatur, non erit necessaria dicta clausula & hoc propter bonum initium quod gratia revocata habuit quæ nunc restituitur. *arg. l. cum filius. §. hæres. ff. de leg. 2. & c. 2. de feud. & l. si unus. §. pactus. ff. de pactis.* facit *d. c. quamvis. de rescri. in 6.* & per hoc secundùm Dom. de sancto Gem. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* erit bona limitatio. [b] *d. c. mandatum. eo. ti. de rescri.* ut non procedat in restitutione gratiæ, quæ à principio fuit valida sine clausula secundùm eum, & illa consideratio fuit subtilis, ut not. Dom. ubi suprà, tamen illud de jure non procedit, quia tex. est in contrarium. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6. in fi.* dum ibi Papa dicit quod intendit illum restituere sine præjudicio alterius, nisi aliud exprimatur, & ex quo gratia erat extincta ex nova restitutione non potest negari quin Ecclesia gravetur, & sic præjudicetur juribus illorum qui habent conferre, quod non intendit Papa facere. *ut d. c. mandatum.* & propriè ista non est restitutio, sed est nova concessio, ut tenet gl. magna. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* ergo requiritur in isto casu mentio. Et ratio est, quia quælibet nova gratia debet facere mentionem de præcedentibus, ut suprà fuit dictum, & si secundus impetravit ante revocationem primæ gratiæ & non erat in secunda gratia. d. clausula. tunc iste restitutus valet præferri secundo impetranti,

a Quia tunc ex quo gratiæ per diversos Pontifices sunt factæ debent singulæ sortiri effectum, tamè primus impetrans non erit primò provisus nisi sit restitutus cum clausula. C. M.

b Regula juris cancellariæ de non tol. jur. quæs. & in omnibus provisionibus perinde valere, apponitur hæc clausula *dũmodo tempore data præsentium alteri non sit ius quæsitum.* I.

Source : BIU Cujas

a Non est dubium quin tunc restitutus præferatur quia talis gratia secundi ex quo caret clausula *non obstante quod pro alio scripserimus*, est subreptitia, dicto ca. mandatum. Ideo nihil debet consequi, & sic necesse est quod præferatur restitutus. Sed si gratia secunda est impetrata post revocationem primæ, tunc valet sine illa clausula : & in restitutione debet fieri mentio *non obstante quod pro alio interim scriptum sit*, aliàs restitutio ineffica, vel quia subreptitia, vel quia quāvis motu proprio, tamen non intendit Papa his Ecclesiam privare, & adhuc restitutus nunquam præfertur secundo impetranti, nisi etiam alia sit clausula *de anteferri*. Et hoc in terminis juris cōmunis : sed attento hodie quod per cōcordata semper ponitur clausula, *si pro alio non scripserimus*, dicendum est quod si secūdus impetravit ante revocationē primæ, sua gratia est penitus nulla, si post, valet, sed restitutio primę sequēs est nulla, nisi à diversis Papis fierent, quo casu adhuc restitutus postponetur semper nisi habeat clausulā *anteferri* ; sed de illa nunc non utimur hic, quia non est in forma concordat.

C. M.

† Ut gratia extincta non reviviscit ca. quamvis. de rescript. in sext. ita per sentent iam extinctus titulus beneficio restitutionis non reviviscit. I.

Nec si fecerit mentionē pro lerit in præjudicium juris quæsiti. I.

a ut no. Lap. & Dom. de sancto Gem. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* Et ratio assignatur, quia defectus subreptionis inerat in secunda impetratione, ideo non reconvalescit per revocationem primæ impetrationis. & *c. non firmatur. de reg. jur. in 6.* & *c. si eo tempore. de rescrip. in 6.*

2. Nec obstat dum superius dicebatur quod restitutus præfertur alteri quando restitutio fuit facta motu proprio, etiam cum generali clausula *non obstantium*, vel clausula *non obstante quod pro alio scripserimus*, in isto casu non sufficit motus proprius etiam cum dictis clausulis generalibus, imò requiritur clausula cum prærogativa gratiæ *anteferri. c. pe. de concess. præb. in 6. & c. pe. eo. lib.* Nam istæ clausulæ *motu proprio* vel *anteferri* aut similes non ponuntur ad præjudicandum tertio, sed ad validandam gratiam & ad tollendum subreptionem, ut no. glos. Jo. Mo. & Dom. de sancto Gem. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6. cum simi.* ut no. Dom. Abb. & Feli. *in ca. ad aures. de rescri.* no. *in ca. cum aliquibus. de rescri. & in ca. si motu proprio. de præb. & dig. & in ca. 1. de fil. Presby. in 6.* secus secundùm aliquos Doct. *in ca. quamvis.* si in motu proprio ponatur clausula generalis videlicet cum clausula *anteferri*, tunc videtur quod sufficiat. *arg. ca. si pluribus. de præb. in 6. & ca. si propter tua debita. de rescrip. eo. lib.* tamen Jo. de Fantu. *in d. c. quamvis.* dicit quod illa clausula generalis *non obstantium* non videtur ampliare gratiam proprii motus ut auferat jus alteri, & dicit ibi Dom. de sanct. Gem. *in d. c. quamvis.* quod Jo. de Fan. dicit verum, quia licet quandoque motus proprius ampliet gratiam, non tamen tollit jus alterius, ut probatur per jura superius alle. maxime per tex. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* qui vult quod iste restitutus non præferatur primo impetranti, nisi Papa expresè dicat, quod anteferri debeat, ergo non sufficit clausula generalis & *motu proprio*, ut tenet Pau. & Dom. de sancto Gem. *in c. quamvis.* & idem Doct. quod dictum Lapi. suprà relatum posset forte salvari quando esset apposita clausula generalis *non obstante*, per quam effectus gratiæ hujusmodi posset quomodolibet impediri vel differri, & isto casu iste restitutus præferatur. *arg. c. si propter. de rescri. in 6.* cùm ex toto sua gratia non extinguatur, secus si apponeret clausulam *non obstante*, &c. per quam gratia impediri posset ut tunc non præferatur. *per d. c. quamvis.* & ibi tenet Jo. Cal. se consuluisse quod quidam esset damnatus de hæresi, filius quem tunc habebat, literas in Ecclesia aliqua impetravit, & pendente damnatione alius literas impetravit in eadem Ecclesia, & deinde pater dicti Clerici venit ad gratiam, & fuit restitutus, deinde vacavit una præbenda, & dubitabatur quis esset præferendus, tenet quod ipse consuluit pro secundo impetrante ad restitutionem, cùm restitutio intelligatur facta sine præjudicio alterius, ita tenet etiam Dom. de sancto Gem. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* Et præmissa habent locum in concessione facta à Papa, secus est in inferiore, quia inferior à Papa videlicet Episcopus, non potest istum restituere ad primam impetrationem in præjudicium tertii, videlicet patroni aut aliorum, ut no. Dom. Abb. *in c. ex transmissa. de renun. & in c. at si Clerici. §. de adulteris.* & ibi Feli. & Dom. Phi. Decius. *de jud.* & dicit Dom. de sancto Gem. *in c. quamvis. circa fi. de rescri. in 6.*

3. Quod † licet Legatus à latere possit illud facere in præjudicium patroni Ecclesiastici. *c. dilectus. de offi. Leg.* tamen non potest præjudicare patrono laico. *c cum dilectus. de jure pa.* nisi in eo casu in quo Episcopus posset, quia Legatus non posset in præjudicium patroni laici disponere de ejus beneficio, ut no. glos. & ibi Doct. *in d. c. cum literis. de jure pa.* & Lap. & Do. de sancto Gem. *in c. 2. de præb. in 6.* & Dom. Abb. *in c. dilectus. de offi. leg.* & ista restitutio quæ fit per alium ordinarium inferiorem à Legato, & tunc si adhuc retinet jus, ut quia appellatum est, ille & ille poterit, ut tenet glos. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* aut ex toto erat jure suo privatus, & tunc non poterit. *c. decernimus. 16. q. 7.* & tenendo istam opin. non obstat tex. *in d. ca. quamvis. de rescri. in 6.* quia in dubio Papa non intendit præjudicare juri alterius nisi faciat mentionem, quia illud verum in jure quæsito quo ad titulum beneficii, sed bene ex suo rescripto præjudicatur quo ad potestatem conferendi illud beneficium, dato quod non fiat mentio, quia non est necesse quod de potestate habentis conferre, fiat mentio in literis ad beneficia, ut no. glos. *in c. cum in Ecclesia. de præb. in 6.* & si Clericus est degradatus, & suo beneficio privatus, per sententiam postea restituitur ad ordinem & ejus executionem, non videtur restitutus ad beneficium, ut no. Dom. de sancto Gem. *in dicto ca. quamvis. de rescri.* & cùm aliquis fuerit legitimatus, illa legitimatio non trahitur in præjudicium venientium ab intestato, sive jam adierit hæreditatem, sive non, & illud est verum quando legitimatio fit post mortem illius, de cujus hæreditate agitur & sine ejus dispositione, secus si ipso disponente vel ipso vivo consentiente, quia tunc non diceretur agi de præjudicio prædictorum cùm possint privari per testamentum : & non dicuntur habere aliquod jus illo vivente, ut no. Bar. Bal. & Dom. Jason. *in l. Gallus. §. & quid tantum. ff. de libe. & posthu.* Jo. An. *in regula. sive culpa. de reg. jur. in 6. in mercu.* & Dom. Abb. *in c. per venerabilem. qui filii sint legi. & in d. c. at si Clerici. §. de adulte.* & ibi Doct. *de judi.* & Dom. de sancto Gem. *in d. c. quamvis. de rescri. in 6.* & ibi subdit an Episcopus possit presbyterum à se depositum restituere invito patrono, & ibi glos. ponit quatuor opiniones. Et communis resolutio est quod si ille Clericus ex toto esset privatus beneficio, Episcopus non potest illum restituere sive Ecclesiam ordinare sine consensu patroni. *ut d. c. decernimus. 16. q. 7.* secus est si Papa illum restitueret, ita tenet Dom. Abb. *in c. transmissa. de renun. & in d. §. de adul. de judi.* & ex his infertur quod adeptus dignitatem simoniacè & eo sciente, dicit Archi. *in c. ex multis. 1. q. 2.*

4. Quod Episcopus non potest cum illo dispensare sive illum restituere super beneficio, sive habito per simoniam, sive alio modo habito : quia tunc solus Papa illud potest facere, ut no. *in c. de simoniace.* & ibi Dom. Abb. & *in c. quoniam. de simo.* ubi quando regulares scienter ingrediuntur Monasterium per simoniam, retrudendi sunt in aliud Monasterium ad agendam pœnitentiam ; sed constat quod facilius dispensatur cum hujusmodi regularibus quàm cum sæcularibus. *c. 1. de filiis presby.* cùm ergo Episcopus contra illud generale concilium dispensare non potest hujusmodi regularibus qui remaneant in illis locis, multominus cum seculari poterit dispensare in beneficio per eum simoniacè acquisito, vel in alio quocumque, ut no. Henri. *in c. post cessionem. de renun.* & si religionem ingrediatur. *c. 1. q. 5.* ibi quando dicit *pro magna misericordia eos ibidem ministrare permittimus* : sed Inn. *in d. c. de simoniace.* dicit contrarium, licet in beneficio simoniacè adepto Episcopus cum eo dispensare non possit, tamen potest cum eo dispensare, ut in alia Ecclesia obtineat beneficium, vel etiam in eadem, ut no. Calde. *in d. c. post translationem. de renun.* & Dom. Abb. *in d. c. de simoniace. de simo.* ubi tenet quod si sponte & liberè renuntiat, poterit secum dispensari per Episcopum ad aliam Ecclesiam : sed ut habeat illam dignitatem, in qua fuit commissa simonia dispensari non potest nisi ut habeat in eadem Ecclesia aliquod simplex beneficium, & ibi ministret in minoribus ordinibus : ut satis ibi probatur : de aliis autem beneficiis si expectat sententiam condemnatoriam, tunc nullo modo dispensat Episcopus nec in ista Ecclesia nec in alia. *c. nobis. de simo.* ubi dicitur talem non posse aliquam dispensationem obtinere. *ut*

Sic D. Cyprianus de Nestorianis. *lib. 1.* Satis habeant quod admittantur ad pacem, qui hostes pacis extiterę, neque debent eadem

Source : BIU Cujas

ornamenta dignitatis retinere quibus contra nos rebellavere. Debet dimittere beneficium ſimonia quæſitum licet fuerit ignorans can. Eccleſia. 1. qu. 4. I.

d. c. 1. *q.* 5. ubi permittitur diſpenſatio cum tali, ſi omnino dimiſerit beneficium & ſic ſponte : quia mitiùs agitur cum confeſſo quàm cum convicto. *c. volo.* 12. *quæſt.* 1.

5. Et condemnatus de ſimonia efficitur infamis infamia juris. *c. ſanè.* 15. *q.* 3. cum quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi in caſibus expreſſis à jure : ut no. Dom. Abb. & Feli. *in c. cum te. de re jud.* & *in d.* §. *de adulte. de judi.* ſi autem iſte penitus fuit ignorans quia alius pro eo dedit pecuniam, nec ratum habuit & cum tali ignorante non poteſt Epiſcopus diſpenſare ut habeat illam dignitatem in illa vice : hoc eſt in illa vacatione, ſed bene in alia vacatione. *ut d. c. ſi alicujus.* & quod ibi no. *de elec.* & 1. *q.* 5. *c.* 1. ubi non permittitur Epiſcopo diſpenſatio, ſed Papæ, ut quis habeat dignitatem illam ubi fuit commiſſa ſimonia : ſecus in ſimplici beneficio. *ut d. c. ſi alicujus.* oportet enim quod vitium ſimoniæ purgetur per perſonam mediam, ſicut perſona media purgat vitium ſucceſſionis in beneficio paterno. *c. ex tranſmiſſa.* & *c. ad extirpandas. de filiis presby. cum ſimi.* ut no. Dom. Abb. *in d. c. de ſimoniacè. de ſimo.* nam ſi poſſet in ea vacatione promoveri ad illam dignitatem, videretur promotio vitioſa ex proximitate vitii : quia ea quæ in continenti fiunt ineſſe videntur. *l. lecta. ff. ſi cer. pet. c. officii. de elec.* quod eſt limitandum niſi ſimonia eſſet commiſſa ab inimicis aut ab alio in fraudem iſtius ignorantis : tunc ſibi non nocet, ut eſt tex. *in c. nobis.* & *in c. ſicut tuis. de ſimo.* & idem ſi electo contradicente : quia contradicens comparatur ei in cujus fraudem data fuit pecunia, ut no. Dom. Abb. per illum tex. *in c. ſicut. de ſim.* & licet ille tex. loquatur in confirmatione, non videtur ratio diverſitatis inter electionem & confirmationem : utroque enim caſu agitur de jure quærendo. *c. ſuper his. de accu.* alia autem beneficia poteſt habere ſine diſpenſatione ex quo ſimoniam non commiſit, ſi ſtatim, ut cognovit ſimoniam, dimittit beneficium ſimoniacè ignoranter adeptum. *ut d. c. poſt tranſlationem.* §. *rurſus.* & quod ibi no. *de renun.* & quod dictum eſt Epiſcopum poſſe in certis caſibus diſpenſare cum ſimoniaco, intelligitur quando non ſibi, ſed ſuo prædeceſſori aut alteri eo ignorante data eſt pecunia : quia ſi deliquiſſet indignus eſſet poteſtate diſpenſandi, ut no. *in c. præſentium.* 1. *q.* 5. ibi. dum dicit in prin. *non Epiſcopo.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XXXII.

1. *Collatio de beneficio fienda an debeat eſſe libera.*
2. *Matrimonium carnale olim erat de præcepto.*
3. *Beneficium reſignans per metum mortis ſeu coactè, an perdat poſſeſſionem, & quomodo poſſit coram ſuperiore repeti.*
4. *Procuratorem ad eligendum an poſſit conſtituere impeditus per metum.*

Hujus quæſtionis hæc eſt ſententia, reſignatio vi & metu facta nulla eſt ipſo jure, at quia facti eſt quæſtio an vis illata fuerit, actione quod metus cauſa agendum, probato metu reſtituitur ſine novo titulo, interim pendente lite, tenet reſignatio, hoc eſt vindiciæ ſecundum reſignatarium dari debent, & hoc jure utimur l. ſatis aperte. Cod. ad leg. Corn. de falſ. I.

QUæro trigeſimo ſecundò. An collatio de beneficio fienda debeat eſſe libera, ita quod non interveniat metus ? Et eſt dicendum, quod ſic, quod metus non debet intervenire. *c. dilectiſſimi.* 8. *qu.* 2. quia animus in conſulendo debet eſſe liber, ut ait Saluſtius, & hinc eſt quod electio facta per metum dominationis & impreſſionis eſt ipſo jure nulla, ut no. Hoſti. & Dom. Abb. *in c. licet. de elec.* facit tex. *in c. bonæ. in* 1. *de elect.* & dicitur *in d. c. licet.* quod electio Papæ facta per ſeditionem, violentiam aut oppreſſionem eſt ipſo jure nulla, ut eſt tex. *in c. in nomine Domini.* 33. *diſt.* & *in c. ſi quis pecunia.* & *in c ſi duo.* 79. *diſt.* quia ſicut in matrimonio carnali conſenſus debet eſſe liber, aliàs matrimonium eſt nullum. *c. cum locum. de ſpon.* ſic eſt dicendum in matrimonio ſpirituali, ut eſt glo. & ibi Dom. Abb. *circa prin. in d. c. bonæ. in primo.* & *in ca. quiſquis. de ele.* ubi tenet Inn. quod electio facta per minas dicitur facta per ſæcularis poteſtatis abuſum, quo caſu nulla eſt : facit *c. ubi periculum.* §. *cæterum. de ele. in* 6. ubi dicitur quod ceſſat electio dum adimitur libertas eligendi, quia ubi requiritur conſenſus cum qualitate libertatis, non ſufficit conſenſus niſi adſit qualitas libertatis. *c. Piſanis. de reſt. ſpo.* facit gloſ. *in c. notificaſti.* 23. *q.* 5. & Domi. Abb. *in c. cum locum. de ſpon.* & *in c. Abbas. quod met. cauſa.* Bar. *in tract. de tyranno.* & Bal. *in l. decernimus. C. de ſacroſan. Eccle.* & illud eſt limitandum quando iſti eligentes compelluntur eligere aliquem certum Clericum, ſecus ſi compellerentur eligere aliquem de certo genere perſonarum tunc non eſſet libertas omnino adempta, ut no. Dom. Abb. *in d. c. licet.* & *in c. cum terra. de ele.* & *in c. Abbas. quod met. cauſa.* & *in c. olim. in* 3. *de reſt. ſpo.* ut no. Bal. *in q.*[2] *quæ incipit ad honorem.* ubi diſputat de validitate electionis Urbani VI. quæ dicebatur facta per impreſſionem, ut no. Cardi. Alex. *in c. cum locum. de ſpon.* ubi dicit quod ſi aliquis compellitur contrahere matrimonium cum certo genere perſonarum, puta cum una ex mulieribus talis villæ, talis civitatis, vel talis parentelæ, valet matrimonium, [b] arguendo de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale, quæ argumentatio de jure eſt approbata. *cap.* 2. *de tranſla. præla.* no. Doct. *in c. tuæ. de ſpon.* & valet conſuetudo, quæ non in totum tollit liberratem conſenſus : ſed in aliquo eam diminuit ſeu reſtringit ad certum genus perſonarum. *c. cum dilectus. de conſue.* & ibi Doct. *in c. Abbate. de verb. ſig.* ubi valet conſuetudo quod capitulum teneatur eligere Prælatum de gremio alterius Eccleſiæ : ſecus ſi conſuetudo compelleret unum præcisè eligere, ut no. Joann. And. & Dom. Abb. *in c. cum terra. de elec.* ex quo puta quod non omnimoda libertas eſt de ſubſtantia electionis vel matrimonii : ſi enim eſſet de ſubſtantia non valeret dicta conſuetudo contra ſubſtantiam actus, ut not. *in c. non putamus. de conſuet. in* 6. quid ergo dicitur quod debet intervenire omnimoda libertas in matrimonio ſpirituali, vel carnali, debet intelligi, ut non compellatur contrahere cum certa perſona vel eligere certam perſonam : ſecus ergo eſt ſi compelleretur eligere de certo genere perſonarum, ut no. Innocen. *in c. quod ſicut. de elec.* ubi tenet quod ſi metus interceſſit, tenet electio, licet veniat irritanda : & electus renuntiare tenetur, ut not. Dom. Abb. *in d. c. Abbas. quod met. cau.* tamen antequam irritetur tenent geſta per eum. Ad præmiſſa facit.

b Sed an ſit irritandum. C. M.

2. Quia olim matrimonium carnale erat de præcepto. *ca. nuptiarum.* 27. *qu.* 1. & nihilominus neceſſitatus contrahere in genere non dicebatur contrahere contra voluntatem : imò tenebat matrimonium : ex quibus videtur quod electio facta per metum juſtum eſt ipſo jure nulla, & renuntiatio beneficii : [c] quia contrariorum eadem eſt diſciplina. *l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur.* & 33. *diſt. hoſpitiolum.* facit *clem. multorum. de pœnis.* & hanc partem videtur tenere Henr. *in c. quod in dubiis. de renun. per c. ad aures. quod met. cau.* & no. Dom. de Ror. *deciſ.* 23. & Dom. Anto. *in c. ſup. hoc. de renun.* & *in d. ca. ad aures. quod me. cau.* ubi tenet quod in omnibus ſpiritualibus actibus metus

c Hoc verum putarem in beneficio electivo, tamen regulariter renuntiatio beneficii per metum valet, ſed eſt annullanda vide quæſt. Th. loſan. 256. C. M.

a Et eſt Conſilium ſchiſmatis. C. M.

Source : BIU Cujas

vitiat ipso jure : [a] quia debet intervenire libera voluntas, ut patet in alienatione rerum Ecclesiasticarum. *ca. pervenit. de jurejuran.* etiam solemnitate debita servata : quia constat quod sine ea non valeret. *ca. sine exceptione. 12. qu. 2. c. 1. de reb. Eccle. non alie. in 6. & c. licet. de voto & voti.* & idem est dicendum in voto emisso per metum, ut est glos. communiter per Docto. approbata. *in c. Abbas. quod met. causa.* Et idem etiam est dicendum in absolutione ab excommunicatione data per metum. *ut c. 1. quod met. cau. in 6.* facit quod no. joan. And. *in c. non firmatur. de regu. jur. in 6. in mercu.*

3. Ubi tenet quod renuntiatio beneficii facta timore mortis non tenet. *per c. Gonsaldus. 17. q. 2.* ubi Archi. & ita etiam tenet Henri. *in ca. fi. de rerum permu.* tamen communis opi. est contra, quod renuntiatio beneficii facta per metum tenet : sicut regulariter tenent actus qui sunt facti per metum : & ipse renuntians perdit jus & possessionem beneficii, ut no. glos. 2 *in d. c. ad aures.* & ibi Dom. Abb. & ibi Doct. *quod metus causa. & in d. c. super hoc. de renun. & in c. 1. 15. qu. 6.* & Dom. de Roc. *decisio. 373. arg. d. clementi. multorum. §. sane. de pœnis.* ubi illa renunciatio metu extorta pronuntiatur nulla, quæ fuit facta per captionem & detentionem potestatum sæcularium in odium istorum potentum, qui quandoque incarcerant clericos ut renuncient suis beneficiis : secus ergo quando non fit sponte sine tali captione, ut ibi no. per Doct. & ibi Pau. tenet, quod illud est jus novum, ut not. Dom. Abb. *in c. sollicitè. de resti. spoliato. & in dicto. c. Abbas.* per illum tex. *quod metus causa.* ubi Papa se fundat super regula generali : quod ea quæ vi & metu fiunt debent in irritum revocari, ita quod beneficium coactè resignatum debet repeti per actionem, quod metus causa coram superiore qui beneficium restituet cujus dominium fuerat perditum. Et hanc partem tenendo sequitur quod hujusmodi renuntians per metum beneficio suo si inde postea spolietur, aut violenter ejiciatur, non potest agere interdicto recuperandæ ad restitutionem consequendam : quia per renuntiationem perdidit tam proprietatem quàm possessionem. *l. si quis. §. differentia. ff. de acqu. pos.* & Innocen. *in dicto. c. super hoc. de renun.* & Pau. *in clemen. 1. de renun.* facit glo. 2. *in c. inter cætera. de præben. & c. accepta. de restitu. spoliato.* ubi Dom. Abb. post Ant. de But. & *in dicto. c. sollicitè. de resti. spo.* & si incumbat possessioni beneficii post renuntiationem & inquietetur, non potest agere interdicto retinendæ, cui æquipollet casus saisinæ, & novitatis, cum perdiderit omne jus proprietatis & possessionis. facit. *ca. audita. de resti. spo.* ubi Docto. tenent quod sibi competit actio quod metus causa per quam restituentur sibi omnia quæ tradidit per metum cum integritate. *ut d. c. Abbas. quod metus causa.* & videbatur nova collatione indigere, ut no. Docto. *in c. si beneficia. de præb. in 6. & in c. 1. de rerum perm. etiam in 6.* & de resignante suum beneficium causa permutationis, quia de rigore juris non potest propria auctoritate redire ad illud sine nova collatione, permutatione non completa, cùm per resignationem perdiderit jus beneficii, & per collationem alteri factam fuerit dominium in illum translatum. *l. cum precibus. C. de re. permuta.* licet de æquitate aliud videatur dicendum, ut vitetur circuitus. *cle. auditor. de rescrip.* & Docto. *in cle. 1. de rerum. permu.* & Fede. *in tract. permu. q. 8.* & Dom. Abb. *in c. cum venerabilis. de excep. & in c. cum universorum. de rerum. permuta.* vel competit ei aliud remedium quo directe petit beneficium intentando utilem actionem. *l. 3. C. quod metus causa.* no. Dom. Abb. *in c. ad audientiam. quod metus causa.* tamen prima opinio videtur verior, quod non teneat renuntiatio beneficii per metum justum facta. facit. *d. c. super hoc. de renun.* secundùm intellectum illorum qui intelligunt quod ibi agebatur rei vendicatione ubi renuntiantes beneficiis per vim, metum & oppressionem admittuntur ad ea repetenda rei vendicatione : sed rei vendicatio non datur nisi domino. *l. in rem. ff. de rei vendi.* no. *in c. 2. de libel. obla. & d. c. sollicitè.* ubi renuntians beneficio post spoliationem admittitur ad reperendum interdicto recuperandæ, quia non est verisimile quod spoliatus sponte suo juri renuntiaverit, quia si constaret quod sponte renuntiasset non admitteretur : licet aliter intelligat. Dom. Abb. ibi dicens habere locum, quia renuntiatio facta est in manibus non sui superioris : licet post spoliationem, & non ubi esset facta in manibus superioris : sed mihi magis placet ut illud. *c. sollicitè.* intelligatur, esse, quando illa renuntiatio fuit facta in manibus superioris : sed adhuc non constabat de validate renuntiationis, an scilicet sponte vel coactè fuisset facta : ut patet in illo tex. si bene ponderentur ejus verba, & præcipuè ibi. *quia non est verisimile*, &c. & sic dubitabatur de validitate illius renuntiationis : patet etiam quia constabat ibi expressè renuntiationem interveniisse : nec de hoc erat aliqua dubitatio, cùm pars concessa fuit, nec allegationes seu probationes restabant, ut no. ibi Dom. Abb. sed testes inducebantur ad probandum validitatem renuntiationis, ut patet ibi. *contra eum testes*, &c. & Papa solum prohibuit illos testes admittendos antequam spoliatus fuerit restitutus. Item si illa renuntiatio fuisset efficax, non reciperentur alii testes ex quo constabat de ea per confessionem partis sic notoria erat renuntiatio, & per consequens non est necessaria alia probatio. *argu. c. quoniam. de filiis presby. & c. secundi. de confes. & c. evidentia. de accus.* Item si illa renuntiatio fuisset facta in manibus non sui superioris, ad quem Papa cum tanta solicitudine mandasset inquiri quo tempore fuit facta ista renuntiatio, cùm hujusmodi renuntiatio non præjudicet renuntianti, nec per eam perdatur jus quod habebat in beneficio : imò talis renuntiatio non tenet : juxta no. per Doct. *in c. quod in dubiis. de renun.* & Host. *in c. ex ore. de his quæ fiunt à majo. parte capi.* & Dom. Ab. *in c. sollicite. de resti. spo.* imò debuisset illicò spoliatum restituere. *arg. c. 2. & fi. de ordi. cogni. & ca. ex conquestione. de restitu. spolia.* nec talis exceptio habebat relevare excipientem cùm non concernat defectum proprietatis nec possessionis, juxta nota. *in c. sollicite. de resti. spo.* & exceptiones non relevantes excipientem non sunt admittendæ. *ca. cum contingat. de offi. delega. & in ca. ad id. de spon.* no. Innoc. *in ca. inter dilectos. de excef. Prælato.* Item non valet consequentia, renuntiatio est facta in manibus superioris : ergo valet non potest fieri calore iracundiæ, quo casu non præjudicat renuntianti. ut no. Joan. An. *in ca. 2. de renun. in 6.* & Archi. *in ca. quam periculosum. 7. q. 1. & de pœni. dist. 1. c. divortium. & l. quicquid calore. ff. de re iud.* & no. per glo. & Doct. *in c. ex literis. de divor.* & Dom. Abb. *in c. de multa. de præb.* ubi no. quod si fiat per dolum non tenet. glo. *in c. suggestum. 7. q. 1.* nec si fiat ex turpi causa. *c. cum pridem. de pac.* & hinc est, quod si elegerunt coactè, si eligentes postmodum recipiant electum sponte validetur electio licet nulla, quasi purgato metu : & est dicendum, quod per illam regulam generalem non firmatur tractu temporis quod ab initio non valuit. *c. non firmatur. de reg. jur. in 6.* & cùm tractatur de viribus collationis vel electionis initium est inspiciendum : hoc est tempus collationis vel electionis celebratæ. *c. cum dilectus. de consue. c. cum inter. c. seniorem. de elect. & c. principatus. 1. q. 1. & c. dudum. in 1. de elect.* ubi illud quod est nullum ex defectu solemnitatis cujus suppletio non dependet à potestate, &c. imò egomet si exercuissem actum sine solemnitate actus non valeret, ut est tex. *in c. cui. de elect. in 6.* & no. *in c. audientis.* cum ibi no. *de ele.* & no. Doct. *in c. prudentiam. de offic. deleg. & in c. cum nos. de his quæ fiunt à præl.* sed istud arg. non valet ubi electio fuit aliàs canonica de jure positivo,

[a] Immo ut in fine quæst. C. M. Ibid. Falsum. C. M.

Id est si admissa sit resignatio non audietur spoliatus sed si spoliatus ante admissam resignationem agit interdicto recuperandę possessionis audiendus Molin. ad regul. de infir. num. 4. quamvis aliter sentiat Flam. lib. 9. cap. 15. de resig. I.

Flam. lib. 4. cap. 4. num. 13. & seq. nō idoneum tēpore collationis non juvatur superveniente idoneitate, res enim non capit determinationem ab id quod erit, sed ab id quod est. Bal. ad l. si nudū. Cod. de furt. Feli. in cap. cum dilectus de accusat. I.

Source : BIU Cujas

a Dico quod est omnino nulla, & sic nihil est quod convalescat, unde debent omnia ex integro solemniter agi, C. M.

quia servata sunt omnia solemnia, fuit tamen coacta a ut not. Innoc. *in ca. cum dilecti. de elec.* & Joan. And. *in ca. non firmat. & in ca ratum quis. de reg. jur. in 6.* & not. Doct. *in ca. dudum. in primo. de elec.* & hoc dummodo electus fuerit de dolo & conscius violentiæ & impressionis : talis enim fuit intrusus & executionem non habet. *cap. si quis deinceps. 16. q. 7.* & in isto casu deest puritas in ingressu istius quæ in beneficiis desideratur. *ut 1. q. 1. si quis.* ideò credere tenetur, nec per sequentem consensum eligentium vitium purgatur. *c. nisi cum pridem. de renun.* §. 1. cum ibi no. alii tenent contra *per l. 2. Cod. quod metus causa. & l. si ob turpem. ff. de condi. ob turp. causam.* & hoc habet locum si electio aliàs fuerit canonica, hoc est non nulla, sed annullanda per superiorem, ut not. Inno. & Dom. Abb. *in d. c. quod sicut. de elec.* & ex his inferunt Doct. quia Episcopus potest habere ratam collationem beneficii factam à non Vicario vel à Vicario generali. ut not. Dom. de sancto Gem. *in ca. licet. de offic. vicar. in 6.* & illa valebit ex nunc, hoc est ex tempore ratificationis, non autem ex tunc, cùm in ea inspiciatur initium juxta not. *in ca. dilecto. de præbend. & dig.* & tolerantia expressa ipsius Prælati dat jus in beneficio, ut not. Joan. And. & Henri. *in cap. ex ore. de his quæ fiunt à majo. parte cap.* & Dom. Abb. *in cap. cum ex officii. de præscrip.* & Dom. de Rota *decisio. 439.* & receptio facta per capitulum ad quod spectabat collatio præbendarum, habet vim collationis, ut not. Dom. Abb. *in cap. authoritate. de justi.* & collatio sive electio facta per comminationes & impressiones est ipso jure nulla. *ut ca. bonæ. & c. quisquis. de elec.* & ibi Dom. Abb. post alios Doct. & glos. *in cap. 1. in §. ego. in ver. præsumant. de elec. in prag.* & not. singulariter Inno. *in d. c. quod sicut. de elec.* quod si quis sit electus qui per se rogaverat unum de electoribus renunciare tenetur, timens talem electionem esse nullam, allegat. *ca. per inquisitionem. de elec.* & notatur. *in d. c. bonæ. eo tit. de elec.* ubi Docto. sentiunt, quod non est nulla, sed venit retractanda propter vitium ambitionis præcedentis. *c. si quis pecunia. & c. si duo. c. si quis Papa. 79. dist. c. in nomine Domini. §. quod si quis. 23. dist.* idem not. Dom. Abb. *in d. c. bonæ. ar. c. in scripturis. 8. q. 1.* facit. *c. 1. §. 2. cum humanæ.* & ibi glo. in ver. *utiliorem. de ele. in prag.* eligentes tamen talem præruntem ad solas præces & instantias non sunt privati potestate eligendi, licet peccaverint quod non invenitur jure cautum. ut not. Doct. *in d. c. bonæ.* & ibi Inno. *de ele.* & eligentes vel postulantes per impressionem privatos esse ipso facto potestate eligendi pro illa vice, & potestas devolvitur ad alios qui non deliquerunt, licèt numero pauciores. ut not. Inno. *in c. quisquis. de elec.* sed glos. ibi tenet contrarium quod non puniuntur. *per c. cum Vintonienſis. in parte decisa. de elec.* in quo loco respondet Inno. quod *d. c. quisquis.* non emanaverat tempore *d. c. cum Vintonienſis.* ubi Joan. And. dicit quod dictum Inno. procedit, quando electores sponte consentiunt impressioni & abusioni laicorum, quod not. *in d. c. cum Vintonienſis.* & illud procedit, quod per vim & metum pervenerunt ad electionem : vel illud. *c. quisquis.* procedit in impressione laicorum in casu. *c. cum Vintonienſis.* forte interceſſit impressio clericorum : sed prima solutio suprà relata videtur æquior : quia nimis rigorosum esset eligentes per vim & metum puniri cum metus eos excusat etiam levior. *c. si quis autem. 1. q. 6.* & ibi Arch. & Hen. *in d. c. quisquis. de elect.* & tunc collatio sive electio dicitur fieri per abusionem laicorum quando eligentes sponte faciunt laicos interesse electioni, ut not. *in d. c. Massana. de ele.* aut quando super persona eligenda clerici consulunt laicos & obligant se vel promittunt certam eligere personam quam laici consuluerint, ut not. *in d. ca. quisquis. de elect.* tamen videtur quod sint quodammodo puniendi eligentes per impressiones & preces, cùm ipsis præcipiatur in virtute sanctæ obedientiæ, ne ad hujusmodi preces & impressiones aliquem eligant cui magis debent obedire quàm hominibus. *c. si Dominus. c. Julianus. 11. q. 3.* & hujusmodi impressionibus debent viriliter pro domo Israël resistere. *43. dist. c. si rector. in fi. §. nos igitur.* & si impressionibus acquiescant peccant, ut suprà dictum est, ponderando illud verbum *præsumant*, in juribus supra allegatis, quod sonat in malum, & dicit Bald. *in l. interpositos. Cod. de transac.* quod major constantia requiritur in prælatis, & aliis clericis, & audaciores debent esse quàm laici, cùm defendantur lege Dei, quæ dicit ; *Nolite tangere christos meos*, id est Sacerdotes. *c. Sacerdotibus. 11. q. 1.* & no. *in authent. de non alien. colla. 2.* & no. *in l. 3. Cod. si contra jus vel utilit. publi.* & ideò collatores vel eligentes timent vim & impressionem, & sunt aliqui absentes, qui non audent venire ad Ecclesiam, nec mittere procuratorem: tunc præsentes debent venire ad aliquem locum tutum, ubi absque metu possit fieri electio cum absentibus : nam cùm metus est realis, & communis, puta, quia timetur probabiliter, quod collatio vel electio non possit fieri purè & sine vitio & violentia: forte quia est aliquis tyrannus paratus ad impressionem, tunc absentes non tenentur venire nec mittere procuratorem, cùm etiam procuratori posset inferri violentia, ut not. *in c. bonæ. in 1. de elec.* ubi gl. & Dom. Abb. post alios Doct. unde tunc licitè possunt petere ut assignetur locus idoneus & securus. *ut d. c. in nomine Domini. & c. quanto. 63. dist.* aliàs potest recurri ad superiorem aut appellari. *ut d. cap. bonæ. in 1. de elec.* & Docto. *in c. 2. de novi ope. nun.* & Bal. *in l. decernimus. Cod. de sac. san. eccle.* licet ubi metus esset personalis, quia timetur solùm de persona absentis propter inimicitias vel odium : sic habet locum. *c. quia propter. de ele.*

4. Videlicet ut iste constituat procuratorem ad eligendum, ut not. Dom. Abb. *in d. c. bonæ. de elec.* & si præsentes nolunt convenire in loco securo cum absentibus, non debent procedere ad electionem quousque impressionis vel violentiæ metus cesset: nec interim durante hoc impedimento curret eis tempus. *per c. ne pro defectu.* ibi. *justo impedimento. de elec. & c. quia diversitatem. de concess. præbend. & c. fi. de elec.* ut not. Mandagotus. *in suo trac. de elec. in cap. 2.* & Henri. & Compost. *in d. c. bonæ.* & idem Mandagotus ubi suprà. *in c. 13.* & hinc dicit Dom. Abb. *in c. Abbas. in 3. nota. quod metus causa.* quod renuntiatio beneficii per metum facta tenet : licèt possit peti restitutio illius per actionem quod metus causa, & illud sit sine nova collatione, & absque privatione fienda de illo cui interea fuit collatum beneficium : & sic remanet vera conclusio quod collatio facta alicui de aliquo beneficio per metum est ipso jure nulla. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO XXXIII.

1. *Conferendi beneficii jus an devolvatur ad inferiorem ordinarium, quando proviſio Papæ non tenet.*
2. *Permutari quomodo poſſunt, vel non beneficia commendata per ipſos commendatarios.*
3. *Beneficium vacans in Curia cenſetur vacare ſublata commenda.*

QUæro trigeſimo tertiò.

1. Si proviſio Papæ non tenuit an jus providendi ſive conferendi aut eligendi devolvatur ad inferiores ad quos de jure communi, & originaliter ſpectabat, & eſt dicendum quod ſi proviſio per Papam ex cauſa nominatim expreſſa fuit facta vel reſervavit ſibi prælaturam & proviſio illa ſeu reſervatio non tenuit, puta propter indignitatem perſonæ, quia irregularis vel illegitimus, aut quia Papa illi contulit, ſed ante conſenſum præſtitum mortuus eſt, aut eſt aliud beneficium aſſecutus, tunc eſt concludendum quod ſi Papæ reſervat ſibi diſpoſitionem & proviſionem motu proprio in favorem Eccleſiæ ex quo collatio Papæ non habuit effectum, non poſſunt eligentes ſe intromittere in illa vacatione, & poterit Papa providere, cùm ſemper duret cauſa reſervationis, ut not. gloſ. *in c. 2. circa princ.* in verbo *cauſa. de ele. in pragm. per cap. ſi compromiſſarius.* & *c. ſi electio. de ele. in 6.* not. Oldrad. *conſi.* 57. quia ex quo Papa ſemel ſe intromiſit de illo beneficio, inferior ſe intromittere non poteſt in illa vacatione, ut not. Dom. Abb. & Innoc. *in c. inter dilectos. de exceſ. præla. per c. ut noſtrum. de appel.* & *c. ſi eo tempore. de ele. in 6.* ſi vero Papa reſervat illud beneficium ad inſtantiam alicujus & pro certa perſona, tunc licet collatio non habuit effectum redit ad eligentes poteſtas, quia cauſa reſervationis ceſſat, & intendebat providere tantum illi perſonæ expreſsè in cuius favorem reſervaverat, ideo cum illa perſona non poteſt habere dignitatem, redit poteſtas providendi ſive conferendi aut eligendi ad illos inferiores ad quos ſpectabat de jure communi, ut not. Dom. Abb. poſt Inno. *in d. c. inter dilectos. de exceſ. Prælat.* & glo. *in d. c. 2.* in verbo *cauſa. de ele. in prag.* quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. *ca. cum ceſſante. de appel.* & *c. poſt translationem. de renun.* not. Compoſt. *in c. capitulum. in glo. mag.* in verbo *item quid ſi proviſio. de elec.* & Archi. *in c. fina. de tempo. ordi. in 6.* & Gaſp. de Peruſio. *in tracta. reſervationum. verſ. tertio quære*, & *ſequenti.* & facit illud quod not. Lap. & Dom. de ſanct. Gem. *in c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6.* ubi dicunt quod ſi ordinarius contulit beneficium Bernardo, & antequam ille acceptaret Papa illud contulit alii, vel conferri mandavit cum clauſula *ſi non erat alteri tempore data jus quæſitum:* deinde dictus Bernardus recuſavit acceptare, quod iterum ordinarius poterit ipſum beneficium conferre: quia collatio Papæ erat ſurreptitia cùm eidem Bernardo erat jus acquiſitum: ſaltem ad rem ad beneficium per collationem ordinarii adeò & in tantum quod per Papam hoc tacito facta collatio non valeret, *ut d. c. 2 ſi tibi abſenti.* & *c. poſtquam. de præbend. in 6.* ergo illa collatio Papalis nulla erat: & per conſequens non potuit impedire collationem fiendam impoſterum per ordinarium. *c. non præſtat. de reg. jur. in 6.* & ſi Papa commendat alicui hujuſmodi dignitatem reſervatam, an expirata & finita commenda redeat poteſtas eligendi ad eligentes, not. Fede. *in trac. permuta. quæſt.* 15. Tenet quod non devolvitur ad ipſos eligentes ſive collatores iſtud jus providendi vel eligendi: quia per commendam non eſt plenè proviſum dignitati, & durante commenda vacat beneficium de jure: licet non de facto, ut not. Archi. *in c. qui plures. 21. q. 1.* nec etiam interim ordinario curreret tempus ad conferendum, cùm non poſſet conferre, ut not. Archi. & ibi alii Doct. *in c. nemo. de elec. in 6.* & Rota. *deciſ.* 27.

2. Et iſte commendatarius non habet jus in beneficio commendato, ut not. Doct. *in d. c. nemo. de elec. in 6.* & not. Dom. Abb. *in c. cum olim. de rerum permu.* quod beneficia commendata non poſſunt per commendatarios permutari ſine conſenſu ejus qui illa beneficia commendavit: quia non ſunt commendatariorum, & permutationes debent fieri de beneficiis ſuis. *c. 1. de rerum permut. in 6.* ponderando tex. ibi. *ſua.* & dicit Fede.

3. Ubi ſuprà quod ſublata commenda beneficium vacans cenſetur vacare in curia, facit quod not. Archi. *in c. is cui. de elec. in 6.* ubi tenet quod ſi Papa Eccleſiæ vacanti dat viſitatorem vel adminiſtratorem, nemo poterit illi Eccleſiæ providere de paſtore: hoc enim faciendo videtur ejus proviſionem ſibi reſervaſſe. *arg. c. fin. in 6.* & *c. cum nobis. de elec.* & *c. ut noſtrum. de appel.* & *c. cum veniſſent. de jud.* ſed hodie dictum Archi. non ſervatur: quia licet Papa Eccleſiis electivis vacantibus poſſit dare viſitatorem, ut not. *in c. fi. de ſup. neg. præla. in 6. cum juribus ſuprà alleg.* tamen ejus officium expirat facta electione nec eligentes impediuntur eligere per concilium Baſilienſ. *ca. 1.* & *2. de ele. in prag.* [a] & omnis reſervatio de jure regulariter eſt prohibita niſi in certis caſibus. *c. unico. de reſerva. in prag.* & beneficia ſpectantia ad collationem Papæ jure devolutionis vel aliàs, ſi non eſt aliquis qui interim illis beneficiis poſſit providere, poteſt Epiſcopus ibidem deputare adminiſtratorem idoneum donec per Papam fuerit proviſum, ut not. glo. ubi ſuprà. *arg. c. regenda. 10. q. 1.* & iſtum adminiſtratorem capitulum ſede vacante in beneficiis ſpectantibus ad collationem Epiſcopi poterit dare, ut not. Joan. And. *in capit. 1. ne ſede vacan. in 6.* & Dom. Abb. *in c. cum vos. de off. ordi.* & *in c. cum olim. de maj. & obe.* & expirata commenda de beneficio electivo, poteſtas eligendi devolvitur ad ipſos eligentes hodie per concilium [b] Baſilienſe per jura ſuperiùs alleg. maximè ſi cauſa reſervationis ceſſat, aliàs poſſent diutiſſimè eligentes fraudari jure eligendi, cum Papa non provideret hujuſmodi beneficio de prælato, & hoc habet locum in regno Franciæ ubi concilium Baſilienſe fuit receptum, ſecus eſt in aliis provinciis: hoc modo concordantur jura ſuperius allegata. Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

Si commenda ſit facta ab ordinario ſecundum c. nemo deinceps. de ele. in 6. ſecus de commendis à Papa factis quia licet ſive ad vitam, tituli tamen locum obtinent: neque recuſat Papa conferre beneficia in ſimilem commendam. I.

Idem in Concordatis eod. titulo. I. a Et videtur quod omnis reſervatio tam electivæ quam collativi ſit prohibita per illud Cõciliũ, ſive vacet vel non, quia non diſtinguit inter vacantia & vacatura. Certum eſt autem quod ipſa prævention in collativis eſt permiſſa Papæ, ſed quod in electivis non reperio expreſsè prohibitam, ideo puto permiſſam, dic prohibitam per electionem quod Papa nõ condemnat decretum de electione. C. M.

b Quia certum eſt quod dignitas electiva vacans non poteſt hodie reſervari, licet poſſit, ut puto, præveniri, ſed etiam quandiu eſt vacans licet reſervata, poteſt fieri electio. C. M.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO XXXIV.

1. Beneficii primi impetrantis quando constat de negligentia ut jus devolvatur ad secundum impetrantem.

Jure Franciæ negligés non dicitur nisi qui post sex menses à vacatione ab ordinario sibi conferri postulat, quia ad superiorem ex Concilio Laterano, jus devolvitur & in omnibus mandatariis observatur Rebuff. in tract. nominat. quæst. 20. gl. prag. in §. Item quod omnia. in verbo scilicet. de collat. judicatum in magno Consilio 12. Martii 1625. Contra N. *du Fos* nominatum D. *Granger* libellorum supplicum Magistrum, qui post sex menses Canonicatum Ecclesiæ Tholosanæ jure indulti sibi conferri postulavit cum jã collatum Francisco *Guyot* fuisset. I.

QUæro trigesimo quartò.

1. Quando impetrantes beneficia qualiter cognoscitur & constabit de negligentia primi impetrantis, not. Dom. de Rot. *decisio.* 307. & Lap. alii Doct. *in c. tibi qui. de rescri.* 6. quod quando primus impetrans expectat, donec conferatur præbenda secundo impetranti nec pro prima erat præbenda aliquo modo affecta: & tunc dicitur notabilis negligentia, tex. & ibi Doct. *in d. c. tibi qui. de rescrip. in 6.* & *c. 2. Clericus. de præbend. & dign. eo. li.* not. Dom. Abb. Feli. & alii. *in c. cætera. & in c. ad audientiam. in 2.* & *in c. capitulum de rescrip.* aut non expectat collationem fieri secundo: & tunc si primus impetrans fuit monitus per executorem secundi impetrantis, aut per ordinarium ut infrà certum tempus competens sibi faceret provideri de præbenda vacante, & ipse fuit negligens, & tunc erit exclusus lapso illo tempore, ita ut non possit illam præbendam petere: *arg. c. frequens. de rest. spo.* Ita tenent Dom. de Rot. *deci.* 317. & Lap. & Dom. de sancto Gemi. *in dicto cap. tibi qui. de rescript. in 6.* & Dom. Abb. & Feli. ubi suprà. Et istud est intelligendum quando scriberetur sine assignatione termini pro beneficiando: sed si scriberetur cum assignatione termini, ut communiter hodie fit: ut puta quod duxerit acceptandum infra mensem, si permitteret labi mensem postquam vacationem sciverit non acceptando, tunc diceretur notabilis negligentia absque alia termini assignatione, ut est tex. & ibi glos. in verbo *mense. in Clem. unica. de conces. præben.* & hoc modo concordant jura. Ita tenet Dom. de san. Gem. *in d. ca. tibi qui. de rescrip. in 6.* aut non fuit monitus, & aliter constat de negligentia, nec primo fuerat collatus Canonicatus à Papa vel aliter affecta præbenda, & tunc illa notabilis negligentia excludit primam, etiam si res non esset integra, ut puta quia jam præsentaverat rescriptum & processum erat ad aliquem actum à proprio impetrante, & ita potest uno modo intelligi tex. *in d. c. tibi qui. de rescrip. circa fin.* quia primo impetranti erat collatus Canonicatus à Papa, vel pro ipso erat affecta præbenda, & tunc dicunt Lap. & Joa. And. *in d. c. tibi qui.* ibi respondisse quod notabilis negligentia primi non excludebat eum ex quo nondum erat deventum ad collationem factam secundo, quasi notabilis negligentia primi non dicatur donec fuerit deventum ad collationem præbendæ, & ita dicit procedere not. per Post. *in c. capitulum. de rescrip.* & Joan. And. & Archi. *in d. c. si Clericus. de præbend. in 6.* Et pro ista parte dicit Lap. *in d. c. tibi qui.* facere *d. c. si Clericus. de præb.* & etiam *c. si tibi absenti. eo. li. de præben. in 6.* & secundum istam opinionem oportet quod finis. *c. tibi qui. de rescrip.* intelligatur & referatur tantum ad primum dictum illius, ut tunc dicatur notabilis negligentia quando secundus prævenit in collatione Canonicatus primi impetrantis, dicit Lap. ubi suprà quod istud non placet sibi, quia potest dari negligentia notabilis primi, si etiam non præveniat per secundum ad collationem præbendæ, ut vult tex. *in d. c. tibi qui. de rescrip.* quod illa clausula referatur ad omnes casus ibi positos. Et istud tenendo non obstat. *d. c. si Clericus. de præbend. in 6.* quia ibi non debet sumi arg. à contrario cum *in d. c. tibi qui.* sit tex. contrarius nec etiam obstat. *ca. si tibi absenti. de præbend. in 6.* quia ibi loquitur de eo cui jam collatum erat beneficium & sic habebat plus juris. *in d. c. si tibi absenti.* & si nos loquamur in impetratione ubi non consequitur jus. *c. si. de conces. præbend. in 6.* & istud tenet Joan. de Lign. *in d. c. tibi qui. de rescrip. in 6.* & cùm ista clausula respiciat omnes casus præcedentes, cùm loquatur in plurali, & sic non est intentio tex. ubi suprà includere alterum casum tantum, & tamen in secundo & in tertio casu. *d. c. tibi qui.* erat affecta præbenda secundùm Joan. de Imo. ibi. *in d. c. tibi qui.* & sequitur Dom. de sancto Gem. ubi suprà concordando opiniones, quod aut primus impetrans est in notabili negligentia, & in eadem Ecclesia est secundus impetrans, & tunc procedat opinio Lap. & sequacium, quam suprà retulit: aut non est secundus impetrans, & tunc licèt non fuerit in notabili negligentia, tamen ex quo non est deventum ad collationem alterius debebit ille obtinere, & ita procedit Dom. Joan. And. per illum tex. *in d. c. si Clericus.* à contrario sensu. *de præbend. in 6.* & tunc ille tex. non contradicit contrario sensui illius. *c. tibi qui. de rescrip. in 6.* quia ibi loquitur quando est alius impetrans post primum in Ecclesia, & istud dictum Joan. de Imol. quod suprà retuli, potest esse verum quando scriberetur sine assignatione temporis infra quod haberet impetrans de novo impetrare, sed si adjiceretur tempus secundum stylum hodiernum, tunc oportet distingui, quia aut tempus non jungitur reservationi, nec potestas acceptandi, ut puta quia dicitur beneficium quod in tali loco vacaverit quod duxerit acceptandum tibi conferendum collationi nostræ reservamus, inhibentes ne infra mensem aliquis præsumat super illo quicquam attentare, quia tunc licet fuerit negligentia notabilis ex quo non est alteri collatum, nec est secundus impetrans, & poterit sibi conferri, ut voluit glos. *in d. cle. unica.* super verbo *infra mensem. de conces. præbend.* & isto casu etiam potest salvari dictum Joan. de Imo. supra relatum, ut not. Dom. de sancto Gem. *in d. c. tibi qui. de rescrip. in 6.* vel tempus jungitur reservationi potestatis executoris & acceptationi, ut quia dicitur, conferas beneficium quod infra mensem duxerit acceptandum, & tunc data negligentia mensis non poterit iste illam obtinere, & si non sit ibi alius impetrans, nec sibi poterit conferri per suum executorem nec per ordinarium ex quo fuit negligens in acceptando, ut not. *in d. cle. unica. de conces. præben.* quæ respondet & limitat. *d. c. si clericus. de præbend. in 6.* Ita tenet & sequitur Dom. de san. Gem. *in d. c. tibi qui. de rescript. in 6.* & ista sunt addenda ad ea quæ fuerunt dicta suprà in illis duabus quæstionibus, quæ qualitates in litteris sint exprimendæ, & quæ qualitates non sunt exprimendæ. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO XXXV.

1. *Beneficium si duo simul impetraverunt an indistinctè procedat dispositio* capituli duobus. *quando sunt ejusdem datæ ut veniat qui primo se præsentaverit.*
2. *Litteræ gratiosæ ad instantiam partium factæ sunt strictissimè interpretandæ.*
3. *Collatione facta duobus sub eadem data præfertur qui est magis idoneus contra.* c. duobus. de rescrip. in 6.
4. *Beneficium vacans impetratum à diversis collatoribus sub eadem data præfertur provisus à Papa.*

Quæro trigesimo quintò.

1. An dispositio. *c. duobus.* procedat indistinctè, ita quod quando sunt duo impetrantes ejusdem datæ, ille veniat præferendus qui primo præsentaverit. Et est dicendum quod illud. *c. duobus.* non procedit quando in litteris alterius istorum impetrantium est clausula, *non obstante* [a] *quod pro alio scripserimus* vel similis clausula de quibus *per glos. antepen. in d. c. tibi qui. de rescr. in 6.* & no. in specie Dom. de sancto Gem. *in c. duobus. colum. 2. ver. sed pone. de rescrip. in 6.* & si alter illorum habet clausulam & alter non habet, tunc habens illam clausulam præfertur alteri, quamvis primò præsentaverit, & illud probatur, quia illud. *c. duobus.* solum loquitur quando gratiæ sunt æquales, ut dicit ibi tex. data ergo inæqualitate, recipi debet & est præferendus habens gratiam potiorem, & sic non est locus gratificationi, nec prodesset præsentatio prioris, quia etiam extra istos casus nisi appareret potioritas juris locum non habet gratificatio, ut not. Dom. de san. Gem. ubi suprà *in d. c. duobus.* Quod autem sit potioritas in ista forma apparet, ex quo habet illam clausulam *non obstante quod pro alio* non poterit sibi opponi exceptio gravaminis Ecclesiæ quæ posset alteri opponi. *ut c. mandatum. cum duobus seq. de rescrip.*

Item istud etiam probatur per Joan. Mo. & Dom. de san. Gem. *in d. c. duobus.* ubi dicunt quod paritas ad imparitatem redacta per aliquod additum ad alteram partium, alterum excludit, ut patet ibi, in verbo *his eorum.* facit etiam. *c. quamvis in 1. de præbend. in 6. circa fi.* quia non potest negari quin ista gratia habens istam clausulam sit uberior.

Item pone quod unus fuit receptus in ista Ecclesia in qua isti duo postmodum impetraverunt ante istos authoritatem scribentis si neuter istorum habet clausulam nullus recipietur, ergo patet quod si alter ipsorum habet clausulam *anteferri*, necessario ipse solus recipietur, cui non potest opponi de gravamine propter clausulam, & ex hoc necessariò duo concluduntur secundùm Dom. ubi suprà. Primò quod fatendum gratiam esse imparem. Secundò quod illa voluntas Papæ qui illum recipi mandavit, Ecclesia gravata fortiùs exequenda est Ecclesia non gravata, & diversæ sunt naturæ istæ clausulæ, quæ secundùm stilum tollunt obstantiam, quædam sunt quæ gratiam validant, quædam quæ ampliant, quædam quæ nec ampliant nec validant, quædam quæ ampliant & validant, illæ solum validant quando scribitur *non obstante defectu natalium. ca. 1. de filiis presbyter. vel ætatis, quando scribitur ad certum beneficium in quo ætas certa requiritur. ca. si eo tempore. de rescrip. in 6. vel cum clausula non obstante quod beneficiatus est conceditur impetranti. c. non potest. in fi. de præbend. in 6.* vel quando in Ecclesia habente numerum scribitur *non obstante numero. ca. constitutus. de rescrip.* & quando ista clausula ampliat gratiam not. Dom. de san. Gem. *in d. c. duobus.* patet quando clausula *non obstante quod sit beneficiatus* ponitur in litteris provisoriis cui fit gratia. *c. is cui. de præben. in 6.* vel quando in terminis prædictæ decretalis si eo tempore ponitur clausula *non obstante defectu ætatis*, gratia enim valida quoad non curatum ampliatur per illam clausulam *ad curatum*, vel quando scribitur de pluribus Ecclesiis forte cum beneficio acceptandis *non obstante numero*, validat enim quoad non habentem numerum, ampliat quo ad habentes numerum. *c. ne captandæ. de concess. præbend. in 6.* & quando illa clausula generalis non validat nec ampliat, patet quando scribitur in certa Ecclesia numerum non habente, *non obstante numero* vel in Ecclesia non gravata, si ponatur clausula *non obstante quod per nos fuerit Ecclesia vestra gravata:* & quando illa clausula generalis validat & ampliat gratiam: patet hodie in usu secundùm Dom. de sancto Gem. ubi suprà dicendo *non obstante, quod aliquid nostra authoritate vel prædecessorum nostrorum, &c.* quibus te *anteferri*, ut not. Oldra. *consi. 144.* per tex. *in c. pen. de præben. in 6.* & *in c. auctoritate Martini. de concess. præben. eo. tit.* ergo secundùm eum restat examinare, an ista clausula de qua loquimur, sit de numero primarum: ita quod earum omissio litteras annullat per viam surreptionis: an verò tantum tribuat exceptionem jam gravatis, & quod non annullet, probatur: quia clausula ponitur in favorem gravati, ut non compellat impetrantem recipere, cui favori renunciare potest gravatus non recipiendo. *de regul. ad Apostolicam, ut d. c. pen.* & tales litteras posse elidi per exceptionem, si ergo non opponitur exceptio, illi renuntiant: & sic valet receptio. *ca. inter monasterium. de re judi.* potius ergo valet quando expressè consentit: [a] tamen contrarium videtur dicendum secundùm Dom. de sancto Gem. si enim iste expressisset Papæ Ecclesiam esse gravatam per eundem Papam, tunc litteras non habuisset: & talis taciturnitas in beneficialibus vitiat litteras: surreptionem inducit. *cap. postulasti. de rescrip.* & surreptio in beneficialibus vitiat ipso jure litteras & processum per illas habitum. *ca. ad audientiam. in 2. de rescript.* ergo receptio non valet nec ipsorum processus: maximè cùm sint contra intentionem scribentis. *c. fin. de præbend.* & huic dicto favet æquitas in sciente Ecclesiam gravatam: & idem in ignorante, ut puta *in cap. constitutus. de rescrip.* Nec obstat si teneremus quod quando non esset apposita clausula *si pro alio* capitulum renuntiare possit favori suo: quia tunc ex parte impetrantis non est surreptio, & sic non est ibi vitium in rescripto: quod secus esset hîc propter taciturnitatem gravaminis. Et ex præmissis igitur concludendo circa prædicta dico quod si idem Papa prius Ecclesiam de alio gravaverat non est locus illius. *ca. tibi qui.* quamcumque de proximis opinionibus possumus tenere secundùm Dom. de sancto Gem. ubi suprà. quia si dicimus quod surreptio gravaminis vitiet litteras non habentes clausulam, cessat provisio illius cap. Si autem dicamus litteras valere acquiescente capitulo: vel per alias litteras gravato in cujus favorem datur exceptio, adhuc idem Nam effectus illius gratiæ pendet ex arbitrio alterius, scilicet gravati: cùm igitur pendente isto arbitrio alter habens clausulam habuerit gratiam purè, & sic statim

fuit

Rescripta alio jure ac collationes habentur, hæ mutuo concursu se impediunt, illa diligentia prævalent, item rescriptum in quo clausula *anteferri* est; constat Papã impetrãtem voluisse priorem fructum gratiæ referre, aut hoc in quo hæc clausula *licet pro alio scripserimus, aut cum motu proprio* datũ, rursus is qui amplioribus gratiis donatus est. Item & is qui in Canonicum receptus est; sed hæc inutilia in Francia ubi nulla rescripta Papæ agnoscuntur. I.

[a] Hæc clausula hodie per pragmaticam & Cõcordata non ponitur, sed contraria. C. M.

Nec valeret hæc clausula, quia tam pragmatica quam Concord. nullus ordinarius duobus rescriptis onerari potest nisi 50. beneficia suæ sint collationis, ergo clausula hæc abusiva esset. I.

[a] Hoc placet, licet Panor. contra in ca. mandatum. de rescript. C. M.

Source : BIU Cujas

fuit pro eo affecta præbenda, ex hoc consecutus est prioritatem super alium: licet postea evincat quod petierat. Item ubi concurrit cum necessaria & voluntaria, necessaria fortius astringat quàm voluntaria. *cap. ab arbitris. de offi. deleg.* posito igitur quod verum esset quod capitulum recipere posset non habentem clausulam: cùm tamen necessariò habeat recipere clausulam habentem: cessat ergo isto casu dispositio. *illius. ca. duobus.* & necessariò est recipiendus. Alter verò, non recipiendum saltem necessariò. Si autem pro alio non scripserat prius & sic littera non habens clausulam erat valida, locus est præventioni, & sic procedit. *d. ca. duobus.* si verò habens clausulam prius præsentaret, vel præeligeretur alter non habens clausulam, ultima remanebit. *ut d. ca. duobus circa fi.* cùm illa generalis clausula fingit illum esse priorem in data, ut not. Joan. And. & alii Doct. *in d. ca. duobus.* Item & secundò *illud. c. duobus.* non habet locum quando sunt duo impe-
aNon. C.M. trantes [a] in omnibus habentes gratias æquales, sed unus ipsorum habet clausulam proprii motus, quia tunc. *d. ca. duobus.* etiam non habet locum. *arg. ca. si pluribus. de præben. in 6.* attenta ratione posita ibi in tex. dum dicitur quod gratia facta proprio motu pleniſſimè interpretatur.

Præfertur gratia motus proprii si modo is cui concessa est legitimæ sit ætatis, ejus quod desiderat beneficii: motus enim proprius non obtinet vim dispensationis glos. ad cap. si motu proprio. de præb. in sext. ad hoc valet ne defectu expressionis nullum sit rescriptum aut collatio. I.

2. Et illa gratia quæ est facta ad instantiam partium strictissimè dicitur interpretari, facit illud quod no. Joan. And. & Dom. de sanct. Gem. *d. c. duobus. col. 3. de rescript. in 6.* & pro ista parte est hodie text. in regula Cancellariæ quæ est 15. in ordine, ubi dicitur quod quando sunt duo impetrantes ejusdem datæ, ille est præferendus qui habet clausulam *motu proprio*, alteri qui non habet.

Item in tali gratia non potest notari surreptio ex parte impetrantis. *c. si motu proprio. de præbend. in 6.* unde sicut non fuit necesse facere mentionem de gratia præcedente, ex quo scribitur *motu proprio*, ita nec de gratia concurrenti, quia ratio cessat in litteris alterius concurrentis non habentis *motu proprio*, ergo iste debet præferri, ut not. Dom. ubi suprà & gratia data *motu proprio* dicitur beneficium Papæ. *ut d. ca. si motu proprio. de præben. in 6.* unde non sonat in ambitionem *c. quamvis. de præb. in 6.* ergo iste præferendus ita quod alter prius præsentando, & sic ex suo facto tantum favorem ejus non imminet. facit. *c. cum dilecti. de donatio.* & *ca. olim.* & ibi Dom. Abb. *de verb. sign.* & habens canonicatum in quo est ambitio præfertur non habenti. *ut d. cap tibi.* & *cap. duobus. de rescript.* & *cap. si Clericus. de præben. in 6.* fortius ergo habens proprium motum ubi deficit ambitio & viget, favor est præferendus non habenti, ut sic fateamur inæqualitatem esse notabilem inter gratiam favorabilem & odiosam vel ambitiosam. facit. *c. odia*, cum ibi no. *de reg. jur. in 6.* Item & tertio. *d. ca. duobus.* non habet locum quando alter impetrantium ejusdem datæ habet clausulam *anteferri*, ut not. Dom. de sanct. Gem. *in d. ca. de rescript. in 6.* quia Romani Pontifices illas clausulas ponunt in præjudicium aliorum impetrantium: & si ita acciderit. *juxta. c. pen. de præben. in 6.* tunc non est dubium quod *d. ca. duobus.* in nullo membro ipsius procederet: quia oporteret illum recipi & reliquum remanere vacuum, si non haberet clausulam contra gravamen Ecclesiæ: & hoc verum quando clausula *anteferri* esset generalis: sed si esset specialis, ut quia diceret *quem volumus anteferri Titio* pro quo sub hac data scribimus, tunc deberet recipi etiam Titius, licet non haberet clausulam: quia tunc clausula *anteferri* denotat præsentationem gratiæ ipsius Titii cum prælatione. *ut d. c. pen. de concess. præben. cum sim.* ut per Do. *in d. c. duobus.* & ex prædictis habemus tres casus in quibus non est locus electioni vel præventioni: quia semper ille pro quo *motu proprio* scribitur: & ille qui habet clausulam *anteferri*, præferuntur.

3. Item. *d. c. duobus.* non habet locum quando alter istorum impetrantium ejusdem datæ est magis qualificatus, & idoneus quàm alius puta doctor vel nobilis, ut est tex. in regula Cancellariæ quæst. 15. in ordine: quamvis Dom. & Joan. And. voluerint tenere contrarium. *in d. c. duobus. de rescript. in 6.*

Item & quarto. *d. c. duobus.* non habet locum quando idem beneficium vacans Papa confert duobus ejusdem datæ, quia tunc non est locus præventioni vel electioni. [b] sed. *d. c. duobus.* habet locum in beneficiis vacaturis, ut not. Dom. Abb. *in c. 2. de offi. deleg. cum si.* ut notat. Feli. *in c. capitulum. de rescrip.*

b Sed debet ad conferent tem recurri. C. M.

4. Item etiam & quintò. *d. c. duobus. de rescrip. in 6.* non habet locum quando duo impetrant beneficium vacans à diversis collatoribus, ille qui impetrat à Papa est præferendus. *c. si à sede. de præbend. in 6.* propter excellentiam dignitatis, ut est tex. *in cle. 1. in fi. ut lite penden.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO XXXVI.

1. *Præbendas vacantes quod possint optare Canonici secundum antiquitatem Canonicorum, si Canonici non servaverunt consuetudinem optandi, an per hoc dicatur interrupta dicta consuetudo ut collatio teneat.*
2. *Consuetudo an indistincte tollatur per non usum, vel contraria consuetudine.*

In optionem non cadunt resignata causa permutationis nec in curia Romana. Flam. l. 1. c. 4. n. 55. de resig. Optio mandatum mortur. gl. prag. 5. Itē quod omnia. in verb. vacaverint. de collat. Resignatione à Rege admissa in beneficiis suæ collationis in quibus domus & prædia sunt cōprehensa, nec etiam in optione cadere. dicendū est. nec tolli optāti jus quæsitū per subsequentem Regis declarationem. Ita judicatū in magno Cōsilio 4. Junii anno 1619. pro Nicolao

QUæro trigesimo sextò.

1. Præsuppositio statuto inter Canonicos quod ipsi possint optare præbendas vacantes secundùm antiquitatem Canonicorum. *juxta. c. si. de consue. in 6.* pone quod Canonici steterunt longo tempore quod non servaverunt consuetudinem optandi quæ erat in Ecclesia, an per hoc dicatur sublata vel interrupta dicta consuetudo. Et dicit Joan. And. *in d. c. si. de consue.* quod illa consuetudo non dicitur sublata, ut not. Cald. *in suo consi. in ti. de consue.* quia cum uti ista consuetudine consistat in voluntate Canonicorum, ut dicit text. *in d. c. si. de consue. in 6.* ergo licet voluit uti, non propter hoc tollitur consuetudo. Idem no. Joan. And. & Vinc. in simili. *in c. ut privileg. super glo. pe. de privil.* & fortius istud procederetur quando nulla præbenda vacabit per spatium 50. annorum, quia tunc non esset imputandum eis si non fuerint usi illa consuetudine. Et per præmissa tenebat Gofr. *in q.* 17. quod si ex privilegio Papæ capellani debent interesse electioni Episcopi licet per 40. annos, Ecclesia non vacaverit ipsi non perdunt jus eligendi. *l. Attilicius. ff. de ser. rusti. prædio.* & cum isti Canonici non fuerint negligentes, illud non potest dici præscriptum contra ipsos. *ca. vigilanti. de præscrip. l. contra majores. Cod. de inoffi. test.* & isti capellani secundum eundem Gof. non possunt perdere servitutem, nisi Canonici acquirant libertatem. *l. hoc autem cura. ff. de servi. urba. prædio.* & *l. si quis alia. §. fin. ff. quem ad servi. amit.* facit quod not. *in cap. Abbate. de ver. sig.* & Joan. And. Lap. & Dom. de san. Gem. *in d. c. si. de consuetu. in 6.* facit quod not. Joan. And. *in pe. glo. in cle. unica. de fo. compe.* sed in contra-

Source : BIU Cujas

Brechiler cõtra Richardũ Arviſet, ſancti Sacelli Divioneſ. Canonic. In optionis jure præfertur qui prior reſidentiæ tẽpora cõplevit, non qui antiquior Canonicus: judicatum in mag. Conſilio 2. Octob. 1619. Inter Petrum *De-ſaigne*, & Petrum *Moiſſet* Burdegalenſis Eccleſiæ Canonicos. I.

rium facit circa primum dictum ſuprà relatum quod not. Joan. And. Dom. Abb. Feli. & Dom. Philip. Decius. *in c. cum acceſſiſſent. gloſ. pe. de conſti. juxta. l.* 1. *ff. de judi.* ubi ſi conceditur alicui privilegium aliquid faciendi, ſi illud omittatur fieri ſpacio 10. annorum tollitur illud privilegium, not. Pet. de Ancha. *in conſi.* 140. ubi dicit quod Notarius qui per decem annos non eſt uſus officio Notariatus, illud amittit: & tamen pendet à libera voluntate & poteſtate privilegiati.

2. Et poteſt hoc modo dici concordando Docto. quod aut expreſsè in voluntate & arbitrio privilegiati aliquid conceditur vel relinquitur, & iſto caſu numquam tollitur privilegium vel conſuetudo per non uſum: & ita debet intelligi dictum Joan. And. ſuprà relatum, aut non relinquitur expreſsè, ſed tacite ſive implicitè: & tunc procedit contraria opi. ut not. Doct. ubi ſuprà, & debemus conſiderare cauſam decidendi: quia aut deſiſtunt, quia nolunt uti privilegio, & procedunt præmiſſa ſuprà dicta; aut deſiſtunt, quia eis contradicitur: & tunc procedit præſcriptio, ut not. Joan. And. *in d. ca. ut privilegia. de privileg.* & poſſet concludi quod aut quærimus, an ex contraventione perdatur privilegium: & tunc non eſt materia iſtius quæſtionis. ut not. Docto. *in c. cum acceſſiſſent. de conſti.* & *in c. accedentibus. de privileg.* aut quærimus an ex contraventione tollatur conſuetudo: & tunc ſi contraventio non continuatur uſque ad ſpacium quod requiritur in conſuetudine inducenda, & tunc non tollitur, quia tanti temporis requiritur conſuetudo ad tollendam aliam conſuetudinem contrariam, quanti temporis requiritur in illa inducenda: ut tenet Innoc. *in c. accedentibus. de privile.* & *in c. cum de beneficio. de præben. in* 6. aut eſt lapſum tantum tempus quod conſuetudo contraria potuit introduci: & tunc aut non occurrit caſus, quo conſuetudo potuerit obſervari: & tunc clarum eſt, quod non eſt introducta conſuetudo contraria: ut not. Doctor, ubi ſuprà, aut occurrunt caſus quibus potuit introduci contraria conſuetudo: & tunc aut conſuetudo non diſponit circa illa quæ conſiſtunt in mera voluntate alicujus, ſed etiam aſtringit ad obſervantiam: & tunc conſiderat modum non ſervandi, quod aut non uſus habet actum contrarium conſuetudini: ut quia conſuetudo præcipit aliquid fieri, alia conſuetudo contraria permittit oppoſitum: ut puta, quia conſuetudo diſponit, quod omnes filii æqualiter ſuccedant, alia contraria habet quod non ſuccedat niſi primogenitus: & tunc per uſum contrarium uſque ad tempus legitimum, tolletur prima conſuetudo, aut non habet actum contrarium conſuetudini, ſed quandam tolerantiam: ut puta dicta conſuetudo habet, quod dans damnum in agro ſolvat certum, quid ſi fuerant data damna per 40. annos vel ultrà: & nullus petiit damnorum reſtitutionem, tunc non tollitur prima conſuetudo: quia cùm iſta ſit ſimplex abſtinentia non inducit contrarium actum conſuetudini priori: & ſic illam non tollit, ut not. Doct. ubi ſuprà, aut prima conſuetudo relinquitur in mera voluntate alicujus, & ſic habet locum opinio Joan. And. quam ſuprà retuli, & tunc ſi dicuntur ſe nolle uti conſuetudine pro illa vice non perditur, ita quod ſi millies hoc fecerant non tolleretur prima conſuetudo: nam ex quo conſuetudo relinquitur voluntati eorum, ſi ipſi dicunt ſe nolle uti illa conſuetudine, quæ ſibi diſponi faciunt id quod dictat conſuetudo: quomodo ergo præſcriberetur contra illam non video, imò potius dicuntur uti illa conſuetudine quæ ſic diſponit, & ſic ſemper poſſident illud jus diſpoſitum pro conſuetudine: ut in caſu præſentis quæſtionis, ut not. Joan. And. *in d. ca. ſi. de conſue. in* 6. & Docto. *in d. c. cum acceſſiſſent. de conſtitu.* & Dom. de ſan. Gem. *in d. c. ſi. de conſuetu.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

QUÆSTIO XXXVII.

1. *Collatio beneficii, an & quando poſsit ſine culpa beneficiati per ſuperiorem irritari & revocari.*

2. *Epiſcopi, & Abbates inviti non poſſunt transferri.*

7 q. 1. Per totum à miniſterio removentur, beneficio non privantur alter enim alteri non ſuperponitur. Burchard. lib. 1. cap. 165. I.

QUæro trigeſimo ſeptimò.

1. Si collatio beneficii fuerit alicui facta, an ſine ſua culpa poſſit illa collatio irritari per ſuperiorem, & dicit gl. *in c. licet.* §. *verumtamen.* in verbo *rejecta. de elect. in prag.* ubi tenet quod ad evitandum ſcandalum etiam ſine culpa ipſius electi, per illum tex. electio poteſt irritari, ut eſt caſus ubi quis privatur jure ſuo ſine culpa ſua: non tamen ſine cauſa propter publicam utilitatem, propter quam poteſt quis privari dominio ſuæ rei. *l. item ſi verberatum. ff. de rei vin.* & *l. Lucius. de evict.* & *l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præſcript.* & not. Dom. Abb. *in cap. conſtitutus. de relig. do.* quod clericus cum cauſa etiam ſine culpa poteſt privari ſuo beneficio, & not. idem Do. Abb. *in c. accedens. de præben. & dig.* quod ſi beneficium fuerit alicui collatum ante acceptationem, poteſt Papa illud beneficium alteri conferre, cum ſimi. ut not. Inno. Dom. Abb. & Feli. *in ca. quæ in Eccleſiarum. de conſtitu.* & *in ca.* 2. *eo. titu. de conſti.* & idem Dom. Abb. *in ſua diſpu. incip. Epiſcopus. in primo dubio.* & in ſimili facit quod not. Bar. *in l. ſi. Cod. ſi contra jus vel uti. publi.* & Cy. *in l. reſcripta. Cod. de preci. impe. offe.* & Do. Abb. *in* 1. *de conſti.* in ſimili etiam facit glo. *in c. cognoſcentes. de conſti.* & *in c. antiqua. de priv.* juxta determinationem illius authoritatis paupertas, odium, favor, vitium & ſcelus, ordo perſonas ſpoliant & loca jure ſuo, & Innoc. *in ca. niſi cum pridem. de renun.* & Jo. And. *in c. quod ob gratiam. de reg. jur. in 6. col. in mer.* ubi dicitur quod quando ſubeſt magna cauſa concernens publicam utilitatem poteſt Papa transferre Epiſcopum invitum de uno Epiſcopatu ad alium, etiam ſine culpa ipſius Epiſcopi: ut puta populus aut tyrannus proſequitur Epiſcopum ſine cauſa juſta, & magis cor eorum indureſcit contra eum ſi periculum eſt diſtinctionis Eccleſiæ, vel magni ſcandali & periculoſi, vel in ſpiritualibus vel in temporalibus, tunc poteſt Papa, qui eſt Dei Vicarius, ut totum corpus Eccleſiæ ſit ſanum illud membrum præſcindere, facit. *ca. ſcias.* 7 *q.* 1. tamen debet ſuperior dare ſibi bonum cambium ex quo ſine culpa ſua fit remotio, ut not. Innoc. *in d. c. niſi cum pridem. de renun.* & cùm quis privatur re ſua ſive culpa propter publicam utilitatem debet recompenſari in pretio rei ſuæ. *l.* 2. *Cod. pro quibus cau. ſer. pro præmio libert. acci.* facit. *l. ſi locus. ff. quemadmodum ſervi. amit.* & Fede. *in tract. permu. q.* 25. & Archiepiſcopus Floren. *in* 3. *parte ſuæ ſummæ. titu.* 25. *c.* 3. & Dom. Abb. *in c. quod Dei timorem. de ſtatu mo.* & *in cap. tua. de cleri. agro.* ubi dicit, quod ſi Preſbyter exoſus populo, nec poteſt ibi adminiſtrare nec retinere prælaturam ſine ſcandalo populi, tunc poterit removeri. *arg. d. ca. tua.* ſecundùm unum

Source : BIU Cujas

intellectum, ubi leprosus omnino removeatur propter scandalum: sed de fructibus Ecclesiæ sibi provideatur. ut not. Dom. Abb. *in c. quæsitum. de rerum permut.* si aliter non potest Ecclesiæ consuli, saltem per dationem coadjutoris, si enim posset provideri per coadjutoris dationem, puta invitus transferri, sicut dicitur de infirmo qui non privatur, licet sit impotens ad administrandum: sed datur coadjutor, ut per totum titulum. *de cle. ægro.* & an Papa possit pro libito, & sine causa transferre Episcopum invitum, vel eum deponere. not. glo. & ibi Doct. *in cap. per principalem. 9. q. 3.* & Joan. And. *in d. ca. quod ob gratiam. de reg. jur. in 6.* & Joan. And. & Dom. Abb. *in cap. 2. de postu. præla.* & idem Dominus Abbas. *in disputa. incip. Episcopus. in 1. dubio.* & Feli. post alios Doct. *in c. qui in Ecclesiarum. de consti.* & Joan. Mo. *in c. generali. de elect. in 6.* Henric. *in c. nulla. de conces. præben.* & Dom. Abb. *in c. fin. de confir. uti.* & Bald. *in d. l. rescripta. Cod. de prec. impe. offe.* ubi dicit quod omnia beneficia mundi, sunt obedientialia & manualia respectu Papalis potestatis: ideo potest pro libito voluntatis Episcopum de suo Episcopatu transferre: sed aut procedit providendo, & non cogitur provisus transire: quia præsumitur factum ejus favore: aut procedit jubendo & cogitur transire, quia præsumitur factum favore Ecclesiæ. *ca. omnis. 7. quæst. 1.* sed in Concilio Pisano cui præfuit Papa Alexander statutum fuit.

2. Quod Episcopi & Abbates non possent transferri inviti nisi subesset causa evidens & rationabilis, ut not. Dom. Abb. *in c. fi. de postu. præla.* & Feli. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. de consti.* & gl. *in c. licet. 2. §. verumtamen.* in verbo *rejecta. de elect. in prag.* & idem postea statutum est in Conci. Constantiensi. ut not. Do. Abb. *in c. cum pridem. de pact.* & Inno. Papa III. voluit translationes Episcoporum dumtaxat debere fieri ex causa necessitatis vel utilitatis Ecclesiarum. *c. quanto. de transla. præla.* facit gl. *in c. 1. 10. dist.* & Inno. *in c. quia plærique. de immu. Eccles.* & beneficio commendato an possit revocari commenda. not. *in cap. quiplures. 21. q. 1.* & *in c. nemo. de elect. in 6.* & dic ut not. Dom. Abb. *in c. si constiterit. de accu.* ergo conclude quod si collatio fuerit acceptata per jura superiùs alleg. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO XXXVIII.

1. *Beneficium primum quando vacat per adeptionem secundi.*

QUæro trigesimo octavò.

1. An per pronuntiationem factam in Curia Romana de aliquo ad aliquam prælaturam, vacent beneficia per prius obtenta: vel an sit expectandum, ut iste pronuntiatus prius habeat administrationem, & consecrationem, vel sit lapsum tempus de consecrandis Episcopis juxta. *c. cum in cunctis. de elect.* & est dicendum quod si tempore consecrationis possessionem habeat, & fuerat consecratus in Curia, vacant ejus beneficia in Curia Romana: sed si consecratus possessionem non habens vadit ad partes & Episcopatus possessionem apprehendat, priora illius beneficia non vacant in Curia; quia per solam consecrationem non vacant, sed per consecrationem & possessionem aut lapsum temporis quo debuit consecrari, ut est tex. *in d. c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect.* & ibi Doct. & Paul. *in clem. in plærisque. de ele.* & Archi. & Dom. de san. Gem. *in c. commissa. de elect. in 6.* potest tamen pronuntiatus statim administrare, ut not. Doct. *in c. transmissam. de elect.* & *in c. nosti.* & *in c. qualiter.* & *c. nihil est. de elect.* quæ jura videntur requirere solam confirmationem ad potestatem administrandi. *cap. avaritiæ. de elect. in 6. cap. quanto. 64. distin.* & ibi Doct. & in simili facit, quia ille qui est datus tutor statim ministrat cùm scit se datum tutorem. *l. 1. ff. de admit. tuto.* cui tutori prælatus æquiparatur. *c. 2. de dona.* & *clem. quia contingit. de relig. do.* not. per Doct. *in c. fi. de pigno.* Inno. *in c. cum super. de causa poss.* & *proprie.* & ibi Doct. facit gl. *in l. privatorum. de jurisd. omn. judi.* quod limitatur & debet intelligi secundum communem opinionem quando alius non est in possessione prælaturæ: licet injustè tunc non est licitum confirmato vel provisо administrare nisi prius inducatur legitimè in possessionem: quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria authoritate, quod non licet. *c. placuit. 16. q. 6. eum qui. de præben. in 6.* & *l. si quis in tantam. Cod. unde vi. ca. licet Episcopus. quæst. 2. c. incipiens licet. de præben. in 6.* not. Inno. *in cap. in litteris. de resti. spo.* & Dom. de Rot. *decis. 4.* & ubi consuetudo Ecclesiæ haberet specificè quod ante installationem prælatus non administret servanda esset consuetudo. *c. in his. 11. dist. ca. 2. de consue.* & ista consecratio petenda est infrà tres menses à tempore confirmationis. *d. ca. cum in cunctis. de elect.* & *ca. 2. 75. dist.* & *not. 2.* Doct. *in c. si electio. de ele. in 6.* Henri. & Dom. Abb. *in c. nulla. de conces. præben.* Bald. *in l. si qua per calumniam. Cod. de Episc. & cle.* & dicitur Episcopus consecrari ab Archiepiscopo vel de mandato Archiepiscopi cum duobus aliis Episcopis coexistentibus, & aliis de provincia sufficienter vocatis: licet non venientibus. *66. dist. c. porro.* & *c. 1.* & *2. 64. distin. 2. ca. fin. 65. dist.* facit *ca. si Archiepiscopus. cum ca. sequ. de tempo. ordi.* not. *in c. nihil. de ele.* tamen exempti debent recipere consecrationem vel benedictionem à solo Papa vel ejus authoritate. *arg. ca. si Abbatem. de ele. in 6.* facit. *ca. pudenda. 24. q. 1.* & ipse est prælatus exemptorum. *c. nulla. 93. dist.* & not. *in c. authoritate. de privil. in 6.* & ita hodie servatur in omnibus qui recipiunt dignitatem ab ipso, nor. Dom. Abb. *in ca. nihil. de ele.* & benedictio quæ est facienda Abbatibus. *juxta. c. 1. de sup. neg. præla.* no. *in clem. 2. de statu reg.* non requiritur ad beneficia ipso jure vacantia: ita quod beneficia electi & confirmati in Abbatem post pacificam possessionem vacant ante benedictionem. *arg. c. de multa. de præb.* & ibi Inno. & no. per Doct. *in d. clem. 2. de statu reg.* & privilegium quod competit electo in Episcopum ut possit retinere sua beneficia usque ad consecrationem vel lapsum temporis de consecrandis Episcopis. *d. ca. cum in cunctis. de ele.* facit glos. *in cap. si gratioso. de rescript. in 6.* & Joan. And. in addi. Spec. *titu. de actio. & peti. §. sup. actionibus.* & ideo illud privilegium non debet extendi ad Abbatem. *cap. sanè. de privileg.* nec eadem ratio quod electus ante consecrationem non est Episcopus, sed vocatur electus. *c. tua. de his quæ fiunt à prælat. cap. nostri. de elect.* Dom. Abb. & Feli. *in c. eam te. de rescrip.* facit illud quod not. *in c. nisi specialis. de usu pallii.* & *in cle. 1. de bap.* & potest repelli per exceptionem ne fiat Episcopus. *ca. sup. his. de accusa.* sed electus & confirmatus in Abbatem dicitur etiam Abbas ante benedictionem. *d. ca. 1. de sup. negli. præla.* no. *in ca. meminimus. de accu.* quia per consecrationem Episcopi confertur ordo, ut not. *in proœ. sexti.* secus est per benedictionem Abbatis, & licet possit repelli per exceptionem ne benedicatur: non tamen potest repelli ne fiat Abbas, ut not. Dom. Abb.

Hoc firmat Rebuff. in tract. de sim in resignat. num. 26. Quædam est praxis in Francia, ut per proclamationem ad Cardinalatū censeantur omnia beneficia etiam ante acceptationem vacare, ut aperiatur regalia & indultis curiæ nominandi jus, licet persona non mutetur & Cardinalatus dignitas non detur nisi cum retentione omnium beneficiorum aperta est ratio: quia nemo hoc sæculo præsumitur hanc respuere dignitatem, vacationis opinatæ ratio quod per hoc dignitatum Ecclesiasticæ culmen sit promotus fidelis Papæ & esse præsumitur donec novo se Regi Sacramento obstrinxerit judicatum in Senat. Paris. 29. Maii anno 1598. pro Jacobo *Juncheray.* I.

Source : BIU Cujas

in ca. quanto. de offi. jud. ordi. & Oldra. *in consi.* 14. & hoc modo cognoscitur quando beneficium dicatur vacare ante consecrationem, benedictionem, aut pacificam possessionem, ut not. glos. *in cap. 2. censuit.* in verbo *benedictionis. cum glo. sequenti. cum sim.* ut suprà dixi in illa quæstione, an electus possit beneficia conferre in secunda parte. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO XXXIX.

1. *Beneficiorum pluralitas quando est à jure reprobata.*
2. *Honores duos vel officia quis non potest simul assumere.*
3. *Possessionem beneficiorum veram non habet Papa, quamvis bona Ecclesiæ sint in ejus potestate.*
4. *Dispensatio illicita appellatur dissipatio.*
5. *Dispensat Papa aliquem ad plura beneficia quando ratio postulat, & quæ ratio dicatur esse sufficiens.*

Non conveniunt Canonistæ an sit de jure divino aut positivo residentia. si cõstaret esse juris divini non dispensaret Papa, nec duabus Ecclesiis unus præfici posset, at duo ut plurimum simplicia possunt sine periculo obtineri: curam animarum habentia aut dignitates nõ possunt & si aliud alteri superinducatur ordinarii collatione, pacifica, ultimi possessio vacationẽ primi facit. Si à Papa conferantur dimitti primũ jubebit, aliàs ambo vacent. Quæ sunt incompatibilia recenset. cap. dudum. 2. de elect. in quo solo nomine dignitates & personatus hoc numero habentur. Item uniformia sub eodem tecto licet simplicia incompatibilia sunt. I.

QUæro trigesimo nonò.

1. An pluralitas beneficiorum sit à jure reprobata, & est dicendum quod sic, imò dicitur inimica canonibus. ut est tex. *in c. quia in tantum. de præben.* facit tex. *in c. sanctorum.* 70. *distin.* & dicit Dom. Abb. *in c. ad hoc. de præben. & digni.* quod omnis ratio resistit, ut quis habeat plures dignitates vel personatus, quia illud primò contra naturam recti sermonis est, nam de eo qui habet duos Canonicatus oportet dicere *ecce Petrus canonicè venit.* Item illud est contra jus naturale & divinum quod requirit quod una sit conjunx carnalis, ita & una debet esse conjunx spiritualis. Item etiam est contra rationem juris canonici, ut patet per tex. *in cap. quia nonnulli. de cle. non resi.* & *d. c. quia in tantum.* & *ca. ad hoc. cap. de multa. de præbend. & digni. cum sim.* Item etiam illud est contra jus civile secundùm quod nemo potest esse de duobus collegiis. *ut l. 1. ff. de colleg. illici.* nec etiam habere duas militias. *ut l. 4. Cod. qui militare non possunt.* facit tex. *in c. 1. 21. q. 1.* & *ca. dudum. in 2. de elect.* & ibi Inno. & etiam *in ca. cum jamdudum. de præbend.* & ibi Dom. Abb. & Joa. de Imol. & Gof. *in Summa. in titu. de præben.* & Spe. *tit. de leg. §. videndum.* & *§. illud autem.* & Imol. *in c. fina. de Cleri. non resi.* & not. Doct. & ibi ad plenum per Card. Flo. *in cle. gratia. de rescript.* Joan. And. & Dom. de san. Gemi. post alios Doct. *in c. gratia. de rescrip. in 6.* & Guil. *in extravag. Joan. 22. quæ incipit. execrabilis.* Henri. & ibi Dom. Abb. *in c. de multa.* & *in c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend.* Joan. de Lig. *in tract. de pluralitate beneficiorum.* ubi dicit quod de jure communi non potest habere duo beneficia titulata, quorum unum sit sufficiens ad sui status sustentationem: de Episcopatibus & superioribus probatur clarè, *per c. cum in cunctis. de elect.* & *cap. sicut unire. de excess. præla.* & *c. 1.* & *2.* & *quasi per totum. de transla. præla.* & de dignitatibus inferioribus & curatis not. *in c. de multa. de præb.* & *in d. extravaganti execrabilis.* & *cle. 1. de offi. vica.* & in beneficiis regularibus pluralitas est à jure reprobata. *c. cum singula. de præbend. in 6.* & *cle. 1. de sup. neg. præla.* & in beneficiis secularibus simplicibus in una eademque Ecclesia, patet, quia non potest quis habere duos titulos informes & difformes in eadem Ecclesia & sub eodem tecto. *c. litteras. de concess. præbend.* & *c. 1. de consue. in 6.* & *cle. fin. de præbend.* & de aliis beneficiis simplicibus constat, quia propter officium datur beneficium. *c. 1. 89. dist.* & *c. 1. de consue.* & *ca. fin. de rescrip. in 6.* & quilibet titulus beneficii requirit residentiam personalem. *c. 1. de cele. Miss. c. quia nonnulli.* & *c. conquerente. de cleri. non resi.* & impossibile est quem residere in pluribus locis. *ut dicto cap. sanctorum.* 70. *dist.* & *c. 1. 21. quæst. 1.* ubi ponuntur tres rationes, quia singula beneficia sunt singulis committenda personis. *dicto c. cum singula. de præb. in 6.* & vix sufficit unus deservire uni beneficio. *ut dicto c. quia nonnulli. de Cleri. non resi.* & reperitur in honoribus & militiis secularibus, duos enim honores simul quis capere non potest. *l. libertus. §. præscriptio. ff. ad muni.* & *l. fin. Cod. de assess.* & *l. quisquis. Cod. de postu.* præsertim quando per actum unius impeditur exercitium alterius, ut not. *in l. à decurionatu. ff. de vac. muner.* nec duo officia, quod si acceptet caret accepto, & privatur salario præmii, ut est tex. *l. 1. lib. 10. de hono. & mune.* præsertim ubi per actum unius impeditur exercitium alterius, facit quod not. *in l. à decurionatu. ff. de vac. muner.* nec etiam duo officia simul potest obtinere, quia si acceptet caret accepto, & privatur salario primi, casus est singularis. *in dicta l. quisquis. Cod. de postu. lib. 12.* ubi Bart. & ita no. Bal. *in l. 1. Cod. de no. ope. nunc.* nec etiam duas militias habere potest. *ut l. his quidem. §. in posterum. Cod. qui mili. poss lib. 12.* nec etiam in duobus collegiis simul sociari potest. *ut l. 1. §. ulti. ff. de colle. illici.* & *de consue.* aut quis potest habere plura beneficia simplicia non requirentia residentiam continuam. de consue. vel statu Ecclesiæ, vel excusat hujusmodi consuetudo quo ad Ecclesiam militantem, ut hodie servatur in beneficiis simplicibus juxta not. *in c. supereo. de præben. in 6.* & *in c. cum jamdudum. de præben.* & quo ad Deum, dummodo ille qui pluralis est in talibus beneficiis, sit dignus providus, & litteratus juxta qualitatem beneficii, ita quod idoneitas induceret ad dispensationem, tantum enim operatur consuetudo quantum dispensatio, si autem non est idoneus prædicto modo, consuetudo non excusat quo ad Deum à peccato, quia esset contra jus, & irrationabilis Reipublicæ contraria, ideò non excusat. 8. *dist. cap. mala consuetudo.* & *cap. fin. de consue.* & sicut juramentum non debet esse vinculum iniquitatis. *cap. inter cætera. 22. quæst. 4.* & *ca. quanto. de jurejur.* sic nec consuetudo. *cap. ex parte. de consue.* etiam ubi esset nimia pluralitas præbendarum aut aliorum beneficiorum, consuetudo non excusaret, ut not. Inno. *in dicto cap. cum jamdudum. de præb.* facit glos. *in c. dudum. in 2. de elect.* qui vult quod peccat mortaliter tenens plura beneficia simplicia, quorum alterum per se sibi sufficit, quod limita ubi esset nimia pluralitas vel non, ut ibi tenet Dom. Abb. quando quis sibi lucri faceret fructus ad utilitatem privatam & ad augendum patrimonium, ad istum enim effectum non valeret, cùm esset irrationabilis. *cap. nulla ratio.* cum ibi not. *de præben.* & *cap. diaconi. 9. dist.* & illud esset contra officium pietatis. *cap. fin. 16. quæst. 1.* unde jura quæ videntur innuere valere consuetudinem, illud debet intelligi secundùm Doctor. quando consuetudo disponit solum circa potentiam retinendi plura beneficia simplicia sine nimia multitudine, secus si disponeret ut pro libito voluntatis posset habere quod vellet, aut disponeret de fructibus illorum, ut not. Dom. Abb. & ibi Feli. *in cap. cum Ecclesiastica. de excep.* nec in casibus prædictis valeret dispensatio quoad Deum & in foro conscientiæ, nisi fue-

Source : BIU Cujas

rit facta ex justa & rationabili causa, ut est gl. *in cap. non est. de voto. & voti.* & not. *in ca. quanto. de jurejur.* facit *ca. is qui præst.* 11. *quæst.* 3. no. Inno. *in ca. cum inter. de renun.* & Pe. de Ancha. *in repe. ca.* 1. *de consti.* & Archi. *in ca.* 1. 12. *dist.* ubi dicit post beatum Tho.

3. Quod bona Ecclesiæ sunt in potestate Papæ ut administratoris, non autem habet verum dominium vel veram possessionem illorum : hæc enim Dei sunt. *ca. cum ex eo. de ele. in 6.* nec potest Papa ea sine causa legitima alienare, ut no. Archi. *in ca. non liceat.* 12. *qu.* 2. & Domin. Abb. *in Consi.* 52. ita nec aliis dare potestatem malè administrandi. *arg. ca. nuper. de dote post divortium restituenda.* nam debet fieri dispensatio non propter bonum privatum, sed qui dispensat debet habere respectum circa bonum publicum, & utilitatem, vel necessitatem Ecclesiarum. *ca. scias.* 7. *quæst.* 1. & §. *nisi rigor.* 1. *quæst.* 7. & no. *in ca. in causis. de re judi.* & *in ca. exposuisti. de præben.* aut propter evidentem prærogativam personæ. *ut d. c. de multa. de præb.* alias si fieret sine causa legitima non esset dispensatio, sed dissipatio mutato nomine, ut in simili facit tex. *in ca. postquam.* 13. *quæst.* 2. & Joan. An. & alii Doct. *in ca. de multa. de præb. & dig.* Jo. An. Dom. Abb. & Felin. *in cap. si quando. de rescri.* & Doct. *in ca. quia in tantum. & in ca. ad hæc. de præb. & in ca. per venerabilem. qui filij sint legi.* debet enim Papa esse diligens paterfamilias, & cum gerat vicem Dei in terris, debet se conformare quantum potest voluntati divinæ. *ca. ut nostrum. ut Eccle. bene.* & Card. Flo. *in Cle.* 1. *de pœ. & remis.* unde dicit beatus Bernardus.

4. Quod fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ita tantum novit usurpare dispensationem, unde bonam sperat habere recompensationem, ideo debet dispensator habere per se rationem boni communis aliàs esset dissipator & infidelis, & ageret contra determinationem Apostoli dicentis, dispensatio mihi credita est : hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur, & no. Ber. ad Eugenium Papam, non prohibeo dispensare, sed dissipare, & non sum tam rudis ut ignorem vos positos dispensatores, sed in ædificationem non in destructionem, deinde quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur, ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat, laudabilis dispensatio, utilitas, dico, communis, non propria : nam cùm nihil horum est, non fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est, & no. Dom. Ab. *in dicto.* §. *qui vero. de præben. & dig.* & *in ca. conquerente. de Cle. non resi.* quod dispensatus propter dispensationem non excusatur quoad Deum, si fructus qui supersunt non convertat in pias causas : videas ergo tu qui plura possides beneficia ex dispensatione, si tibi adsunt causæ requisitæ ad dispensationem, alioquin timendum est tibi in foro conscientiæ ut non valeat tibi dispensatio prodesse.

5. Nam *in dicto. ca. de multa.* scriptum est quod Papa dispensat, ut quis habeat plura beneficia : sed convenienter additur hic notabilis clausula *cum ratio postulaverit.* §. *circa sublimes.* & *dicto. ca. de multa. de præben.* quæ autem ratio postulat ut unus habeat in Ecclesia tot præbendas, tot beneficia sufficientia unde tres vel quatuor Sacerdotes aut plures honestè & commodè possent sustentari ubique non apparet rationabile. *ca. diaconi sunt.* 93. *dist.* propter hoc enim fuerunt data bona Ecclesiæ & administratio Episcopis & aliis Prælatis concessa ut nullus in Ecclesia penuriam patiatur. *c. videntes.* 12. *q.* 1. & *c. ex his.* & *c. Episcopis.* ideo hanc multitudinem abhorrent jura. *ut d. c. quia nonnulli. de Cle. non resi.* & *extravagans execrabilis.* in qua ponuntur undecim inconvenientia quæ proveniunt ex ista pluralitate beneficiorum : quæ etiam enumerat Dom. Abb. *in d.* §. *qui vero. de præben.* ubi dicit quod sola residentia non est causa prohibitiva accumulationis beneficiorum, sed ambitio : & quia occupat stipendia pauperum contra intentionem fundatorum, qui propter officium fundaverunt beneficium : & ut fructus superstantibus in pias causas elargirentur in potentia pluribus deserviendi, præstatur materia dissolutionis, & vagationis tam in vestibus quàm in moribus : juxta illud psalmi procedit. *ex adipe iniquitas propter periculum animarum.* & dicit Hostien. *c. cum sup. de causa pos. & proprie.* quod dispensationes concessæ super beneficiorum multitudine sunt odiosæ & restringendæ, ut no. Compost. *in c. causam quæ. de rescri.* & *in d. c. dudum. in* 1. *de elect.* facit *c.* 1. & 2. *de fil. presby. in 6.* & *c. non potest. de præb. in 6.* facit etiam quia illud quod potest fieri per dispensationem censetur impossibile, ut no. Innoc. *in c. pastoralis. de caus. poss. & proprie.* & Joa. An. *in c. potest. de regul. jur. in 6.* & no. *in l. postquam. C. de pact.* & *in l. continui.* §. *cum quis. ff. de verbo obliga.* & Bald. *in l. apud Julianum. ff. de leg.* 1. & Dom. Abb. *in c. ex parte. de resti. spo.* & Docto. *in ca. sup. eo. de condi. appo.* ideo non debet facile dari dispensatio suprà pluralitate beneficiorum, nam licet Papa de plenitudine potestatis posset indifferenter dispensare, de potestate tamen ordinata non debet. *argu. l. digna. vox. C. de legi.* & 2. *quæst.* 7. *nos si incompetenter.* unde omnis indecentia in principe est impossibilis, ut no. Archi. *in ca. sup. eò. de hære. in 6.* & Hen. *in ca. nulla. de concess. præben.* & valde iniquum & injustum est ut multi esuriant fortè meliores, & unus fortè ebrius : Milis in verbo, & *pessimus in exemplo abundet*, cùm debet fieri distributio attenta qualitate personarum. *ca.* 1. *de majori. & obedien. ca. cum omnes. de consti.* & propter hujusmodi pluralitatem beneficiorum dicit quidem Sanctus Doctor quem recitat glos. *in ca.* 1. §. *cui grave.* in verbo *pluralitatis.* quod medietas ministrorum deest quasi resecata per hoc genus avaritiæ : quod unus plura beneficia sufficienta permittitur habere, etenim cuilibet beneficio permitteretur numerus servorum Dei esse duplex, qui modo est simplex, facit quod no. Joan. An. *in ca. quæ contra jura. de regu. jur. in 6. in mercu.* & Hen. *in c. sicut unire. de excess. præla.* & tam magna multitudo sacerdotum, literatorum, virorum bonæ famæ abunde sustentaretur, quæ propemodum in opprobrium cleri mendicat : ergo sequere consilium tantorum virorum, qui tot beneficia coadjuvas, & dicit Sanctus Bernardus in Epistola quam scripsit Roberto suo cognato & monacho qui de licentia Domini Papæ relicto rigoriosiori Cistercienſi ordine, Cluniacensem ordinem introivit latiorem ; non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione Apostolica cujus conscientiam divina sententia tenet ligatam, & Hen. de Gandavo. *in secundo. quolibet. quæst.* 17. *per d. gl. in ca. non est. de voto.* ubi dicitur non est securus quo ad Deum, cum quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi, ut no. Hen. *in ca. non est. de voto & vot.* quis enim nesciat quod sæpe Papa per falsas narrationes decipitur. *ca. suprà literis. de rescri.* & aliquando, imo sæpissimè, precum importuna instantia vincitur. *l.* 10. *Cod. de pe. bo. sub.* & *c. detestanda. de concess. præben. in 6.* & tex. *in extravag. execrabilis. in prin.* & forte secundùm affectiones interdum facit, quia homo est peccabilis, & licet habeat plenitudinem potestatis quantum ad Ecclesiastica bona quàm ad temporalia & spiritualia : non tamen habet illam ut Dominus : sed ut minister & dispensator principalis Domini, scilicet Christi, qui est Dominus bonorum Ecclesiasticor. *ca. non licet.* 12. *quæst.* 2. & licet omnia sint ejus, ista tamen spiritualius. *argu. ca. salvator.* 1. *quæst.* 3. & 103. *canonibus.* 15. *quæst.* 1. & *ca. cum ex eo.* ubi Joann. And. Inno. & alii Docto. *de ele. in 6.* & *in ca. cum super.* & ibi Docto. *de causa poss.* & *ca. causa. de verb. sig.* & Host. & Joan. And. *in ca. cum venissent. de judi.* & Beatus Bernar. ad Euge. Papam dicit : Consideres sanctam Romanam Ecclesiam cui, autore Deo, præses, omnium Ecclesiarum esse matrem non dominam,

Source : BIU Cujas

te verò non Episcoporum esse dominum, sed unum ex ipsis. *ca. mutationes. quæst.* 1. & Archi. *in ca.* 1. *de summa Trini. lib.* 6. facit quod no. *in ca.* 1. 10. *dist.* & *in ca.* 1. 22. *dist.* & Papa sine causa non potest auferre bona unius Ecclesiæ, & dare alteri, ut no. Paul. *in cle.* 1. *de summa Trini.* & commendæ beneficiorum sine justa causa utilitatis vel necessitatis Ecclesiarum fieri non debent. *ca. nemo. de ele. in* 6. & non libito voluntatis, cùm beneficia regularia sint destinata religiosis qui regulam sciant & observent, non debent transferri ad usus secularium qui sunt disciplinæ regularis expertes. *l.* 1. *digestis. de admin. re. ad civit. per.* & *clem. quia contingit. circa princi. de reli. do.* ubi possunt inveniri boni religiosi. *capit. inter quatuor. de relig. dom. capit. possessiones. de reb. eccle. non alie.* & refert glos. ubi suprà, quod quidam bonus Episcopus Parisiensis cum sibi offerretur Abbatia, dedit responsum, absit, quod habeam cum sponsa concubinam: & Paulus secundus cùm pro filio regis sibi supplicaretur ut duos Episcopatus concederet; etiam, inquit, si esset filius Dei non concederem: absit ut in Ecclesia Dei ponam bigamiam: & Inno. sextus. suo tempore omnes commendas revocavit, ut in sua extravaganti, quæ incipit *Pastoralis.* ubi habetur quod occasione hujusmodi commendarum, sicut experientia docet, ut plurimum divinus cultus imminuitur, animarum in eis quibus imminet cura, negligitur, hospitalitas consueta etiam debita non servatur, ruinis ædificia patent, ipsorumque jura in spiritualibus & temporalibus labuntur: & quamvis Papa non habeat superiorem in terris, illum tamen habet in cælis: ideo dispensatio bonorum Ecclesiasticorum non debet ab eo fieri nisi in illis casibus in quibus verisimiliter apparet quod Dominus eorum Christus consensum adhiberet, ut potestas sub ratione restringatur. *capit. illa.* 11. *quæst.* 3. & *capit.* 1. 12. *dist.* & not. in extravagan. Bonifacii VIII. incip. *rem non novam.* & Host. *in summa. tit. de pœni. & remis. aliàs est sub rubri. de dispensatione.* §. *qualiter facienda.* & Spe. *titulo aliàs est sub rubri. de dispens.* §. *qualiter autem.* & debet respicere ad tria: scilicet quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum necessitatem vel utilitatem. *cap. magnæ.* §. *& quidem tria. de voto.* & dicit Henri. *in capit. cum ad monasterium. de statu mo.* quod dispensatio Papæ quæ fit contra jus positivum fundatum suprà aliqua ratione naturali: ut si Papa dispensaret cum indigno totaliter, quod deberet beneficium Ecclesiasticum. *cap. nihil. de Cleric. capit. grave. de præben. capit. Judæorum. de æta. & quali. ord.* non excusat quin ad Ecclesiam triumphantem facta sine causa propter illud *cùm ratio postulaverit. in d. capit. de multa. de præben.* & Dom. Abb. *in d. capit. non est. de voto.* & *capit.* 13. *nobis. de deci.* & *in capit. proposuit. de concess. præben.* & satis potest colligi *ex dicta extravaganti execrabilis.* secus est in dispensatione quæ fit contra jus positivum voluntarium non fundatum super aliqua ratione naturali: puta si dispensat cum aliquo majore 23. annis, qui nondum complevit. 24. annum, quo possit ad sacerdotium promoveri, contra *Cle. generalem. de æta. & quali. ord.* & tunc Papa potest dispensare etiam sine causa contra jus positivum, ut no. Doct. ubi suprà, & Card. Flo. *in Cle. gratiæ. de rescri.* ubi concludit non esse peccatum obtinere plura beneficia sufficientia cum dispensatione, unum est quo etiam posita per dispensationem Papæ ad omnem metum, tunc adhuc tua ambitio non evasit periculum, nec tu inde reportabis utilitatem in foro conscientiæ, si tu præter necessitatem aut justam causam taliter submittere dispensationi: & sancta Clara respondit quibusdam fratribus qui privilegia relaxationis regulæ impetraverant dicendo. *volo absolvi à Papa à peccatis meis, non ab observantia regulæ & consiliis Jesu Christi:* & quod dispensatio sine causa facta non teneat in foro conscientiæ, non est defectus potestatis Papæ, in se, qui plene residet apud Papam: sed ex defectu voluntatis, quia fuit per importunitatem, subreptionem vel corruptionem inductus ad dispensandum, sicut dicit Bal. *in l. rescripta. Cod. de preci. impe. offe.* & ex parte cui, quia non ex qualificatis prædictis circumstantiis quæ requiruntur ad dispensationem: ideò non est ejus capax, & si te non moveant rationes, saltem terreant exempla quæ leguntur in vita Christi. *parte* 2. *c.* 7. & Guil. Parisiensis. *in trac. suo de colla. beneficio.* & Cantuariensis. *in fasci tempo. in lib. de vitiis & virtu.* ut no. gl. *in c.* 1. §. *cui rei.* in verbo *pluralitate. de colla. in prag.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio

QUÆSTIO XL.

1. *Conferri an possit beneficium extra territorium.*

Omnes dicũt collationes esse jurisdictionis volũtarię, nemo rationem reddit. Hanc accipe nisi melioriẽ habeas. Præsumitur judicare eum cui confert beneficium ordinarius, capacem, & vice versa cũ incapacẽ cujus beneficiũ confert sive per incapacitatem, sive per irregularitatẽ aut tituli nullitatem, videtur quantũ in eo est eum beneficio privare & in hoc est voluntaria jurisdictio. I,

QUæro quadragesimo. An conferre beneficia sit actus jurisdictionis, & est dicendum quod sic ut no. per Dom. Abb. gl. & Docto. *in c. novit. de offi. leg.* unde collatio beneficiorum potest fieri per confirmatum in Episcopum ante consecrationem. *c. suffraganeis.* & *c. transmissam.* & *c. qualiter.* & ibi Doct. *de ele.* & ista collatio dicitur jurisdictionis voluntariæ: ita quod potest fieri extra territorium cum sit voluntariæ jurisdictionis, ut no. per Doct. post gl. *in d. c. novit. de offi. leg.* nisi in casu. *cap. statutum. de præben. in* 6. tamen in translatione jurisdictionis collatio non venit nisi specialiter exprimatur. *c. fi. de offi. vica. in* 6. nec etiam collatio transfertur ad capitulum sede vacante licet succedat in jurisdictione. *ca. illa. ne sede vacan.* & *ca.* 1. *eo. ti. ne sede vacan. in* 6. & ideò dicit Jo. An. *in c. quamque. de elect. in* 6.

2 *Collatio beneficiorum non est propriè juris Episcopalis.*

2. Quod collatio beneficiorum non est propriè jurisdictionis Episcopalis, cùm multi reperiantur non Episcopi habentes collationes, & multi sint Episcopi non habentes collationes beneficiorum, sed confirmatio & institutio sunt propriè jurisdictionis Episcopalis. *ca. conquerente. de offi. ordi.* & *ca. cum ex injuncto. de hære.* ideò transeunt ad capitulum non collatio libera. Hanc rationem impugnat Dom. Abb. *in cap. olim. de majo. & obe.* quia collatio beneficiorum ubi non est dare patronum, de jure communi spectat ad Episcopum & Capitulum, ut no. *in c. fi. de sup. negli. præla.* & *in c. cum Ecclesia. de ele.* & *in ca. irrefragabili. de offi. ordi.* & sic est jurisdictionis Episcopalis, unde inferiores non possunt hanc potestatem sibi vindicare nisi de jure speciali. Hinc est quod patronis fuit gratiosè concessum ut possent præsentare. *ca.* 1. 2. & 3. & *quasi per totum. de jure pa.* notat Dom. Abb. *in ca.* 1. *de præben. & digni.* reliqua verò sunt reservata Episcopis. *ca.* 1. *c. omnes basilicæ.* 16. *quæst.* 7. & *ca. regenda.* 10. *qu.* 1. & *ca.* 1. *de capel. mo.* & conferre beneficia computatur inter fructus. ut no. *in d. c. cum olim. de majo. & obe.* & collatio beneficiorum est quædam donatio in qua utitur Episcopus quadam liberalitate in conferendo. *ca. relatum. de præben.* & ibi Dom. Abb. not. *in c. quamvis. de præben. in* 6. secus est in institutione & confirmatione, quia non est actus liberalis: ideò voluerunt jura quod futurus Episcopus privaretur hu-

Source : BIU Cujas

jusmodi liberalitate, quæ non transit in visitatorem datum Ecclesiæ cathedrali vacanti ab alio quàm à Papa: quia non potest conferre hujusmodi beneficia ad solum Episcopum spectantia. *ca. fi. de sup. negli. prala. in 6.* nec coadjutor Prælato datus, ut no. Jo. Mo. & ibi Archi. *in ca. 1. de cle. agro. in 6.* ubi ei prohibetur quælibet alienatio, etiam si fuerit à Papa: quia in generali mandato non veniunt specialia. *d. c. fi. de officio vica. in 6.* ita etiam no. glos. *in c. 1. §. cui rei.* in verbo *jurisdictio. de collat. in prag.* & sic apparet quod collatio est actus jurisdictionis voluntariæ. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XLI.

1. *Collatio beneficij vacantis facta etiam à Papa uno modo an valeat ubi vacat alio modo.*

2. *Judex in sententiis ferendis inniti solet pluribus juribus.*

QUæro quadragesimo primò. Quid si Papa in conferendo beneficium cujus collatio ad eum spectabat jure devoluto, aut alius fundat se super reservatione generali vel particulari, an teneat provisio & videtur quod non, quia valens explicare actum uno modo, si elegit alium modum incompetentem corruit actus. *c. ex parte. de conces. præben.* cùm ibi no. per Host. & Dom. Abb. ubi tenent, quod si Judex fert sententiam exprimendo causam non concludentem, illa sententia est nulla: licet ex causa non expressa possit justificari. *l. qui in aliena. & l. his qui puta. & l. si is ad quem.* & quod ibi no. Bar. *ff. de acqui. here.* & no. *in c. ut nostrum. ut eccle. benefi. & in ca. Pisanis. de resti. spo.* ubi peccatum in modo faciendi dumtaxat vitiat actum. *l. an inutilis. ff. de accep. & l. si unus. §. pe. de pactis.* ubi acceptilatio inutilis ratione formæ non habet vim taciti pacti. Item si facio actum quem facere non possum, non valet eo modo quo facere possum: quia quod volui, non potui, & quod potui, non volui. *l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi alter. nom. &c. & c. cum super. de offi. dele.* unde dicunt Host. & Dom. Ant. *in c. cum ex offi. de præscri.* quod si ordinarius credens se habere jurisdictionem delegatam, & non habet, procedat delegatus, non valebit processus ratione ordinariæ potestatis quàm habet, ut no. gl. fi. *in c. ex literis. de offi. dele.* quia in delegato, faciebat potestas inordinaria, deficiebat voluntas cum non intendebat procedere potestate ordinaria, & validitas, aut cujuscumque actus, dependet à voluntate & potestate, & altero deficiente, nil solidè explicari potest. *ut d. c. cum sup. de offi. dele.* notant Bar. & Bald. *in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. &c.* quod si aliàs habenti jurisdictionem fit delegatio, inutiliter partes hoc scientes litigant, coram illo si processit ut legatus non valebit processus, ut no. Dom. Abb. *in c. cum ex officii. de præscript.* & Spec. *ti. de sen. prola. ca. quoniam. vers. quid si dicit.* ubi tenet, quod si quis dicit se delegatum unius, cùm esset delegatus alterius, non tenet ejus processus, facit. *l. quaro. ff. de eo qui pro tuto. &c.* ubi non valet gestum per tutorem si se ignorabat tutorem esse. *c. prudentiam. de offi. dele.* & ibi Docto. ubi not. quod si judex ignorat suam jurisdictionem purificatam propter impedimentum collegæ, & procedit, non valet processus: licet in veritate sit purificata: ut no. Bart. *in d. l. multum interest. ff. de condi. & demon.* Item ubi quis potest & debet facere aliquem actum sub certa qualitate necessaria ad illum actum, si faciat sub alia non valet actus. *l. Lucius. ff. de fideicom. lib.* & *l. 1. §. si quis. ff. de verb. oblig.* & *insti. de inuti. stip. §. præterea.* & *c. cum aliquibus.* & *c. susceptum. de rescrip. in 6.* & *c. hi qui auctoritate. de præben. in 6.* no. Hen. *in c. cum dilectus. de iure pa.* ubi dicit quod si Prælatus præsentatum instituit à patrono, non sub titulo & qualitate præsentationis, sed alius jure suo, perinde est si ipsum præsentatum nullo modo instituerit, nec valet institutio, ut no. Dom. de Rot. *deci.* 528. sed ex quo provisio his casibus ad Papam spectat: debet ergo tenere provisio non obstante narratione reservationis ex regula communi, & hoc debet procedere in Papa, quia si non videtur *quod ago, ut ago, valeat, ut valere potest. l. si tam angusti. ff. de servitut.* & *l. via. ff. de servi. rust. prædiorum.* & *c. 1. de despon. imp. in 6.* & falsa causa, aut falsa demonstratio non vitiat legatum. *l. demonstratio.* & *l. falsa. ff. de condi.* & *inst. de le. §. hinc proxima.* & si ex literis Papæ appareat ipsum voluisse providere de beneficio qualescumque. *c. susceptum. de rescri. in 6.* non enim inhæret reservatio provisioni inseparabiliter, sicut nec ratio legandi legato cohæret. *l. cum talem. §. legato. ff. de condi.* & *l. 2. vers. proinde.* & ibi Bar. *ff. de judi.* ubi valuit processus judicis ejus errore non obstante.

2. Ut no. Doct. *in dicto. ca. ex parte. de conces. præb.* [a] ubi judex in sententia ferenda innititur pluribus juribus quorum unum sufficit, alterum non, videtur sententia. *arg. ca. cum I. & A. de re judi.* & *ca per tuas.* & ibi Joan. And. *qui filii sint legit.* & Dom. Abb. *in ca. cum ex officii. de præscri.* & Innoc. *in ca. in præsentia. de renun.* & excommunicatio lata ex falsa causa tenet, facit glos. *in ca. 2. de test. cogen.* & absolutio quando judex in omnem eventum erat absoluturus, aut aliàs apparet de voluntate ejus, ut not. Innoc. *in ca. cum pro causa. de sentent. excomm.* & Card. Alexan. post Dom. Ab. *in ca. quia circa. de consang. & affi.* & Dom. Abb. *in suo Consil. 99.* & cum per conjecturas potest apparere quod quis voluit actum valere; omni modo quo potest procedit *dicta regula si non valet quod ago, &c.* ut no. Doct. ubi suprà & in dubio præsumendum est quod voluit actum valere omni modo possibili, ut no. Joan. Cald & Dom. Abb. *in dicto. ca. cum super. de offi. dele.* & fienda est interpretatio, ut actus potius valeat quàm pereat. *l. quotiens. ff. de verb. ob.* & *ca. Abbate. de verb. sig.* & istud videtur esse verius de jure, ut no. glos. *in dicto. ca. 1. §. cui rei.* in verbo *nullo. de colla. in prag.* & si teneretur contraria opinio illud esset captiosum & illaquearet animas, cùm hodie collationes Papæ beneficiorum electivorum fundantur super reservatione, nec potest recursus ad superiorem haberi, & veritas magis his casibus inspiciatur quàm modus conferendi. *l. illicitas. §. veritas. de offi. præto.* constat enim quod Papa poterat & voluit providere. facit *l. eum qui. §. si injuria. ff. de inju.* & *l. computare. fami. her.* & quod no. Inn. *in dicto. ca. cum ex officii. de præscri.* ubi videtur sentire quod si ordinarius ex potestate delegata, quam putat habere & non habet, procedat, valebit processus auctoritate ordinaria, quia procedere volebat licet non auctoritate ordinaria, ut no. Spe. *ti. de juris. om. judi. §. ult.* facit *lex cum in corpus.* & quod ibi no. *ff. de acqui. re. dom.* ubi variatione qualitatis non variatur dispositio concernens substantiam. *l. curatorem. C. de neg. gest.* ubi error in qualitate quæ non est, non vitiat actum, ubi qualitas quæ est in veritate sufficit ad actus validitatem sicut quæ putatur, ut no. Spe. *tit. 1. §. sequitur videre. ver. quid si Episcopus.* & no. Joan. And. *in ca. quod Clericis. de foro compe.* quod si Episcopus qui

[a] Judex tamē putabat se habere jurisdictionem licet nesciret partes consentire. C. M.

Source : BIU Cujas

est comes, committat causam ad ipsum spectantem ratione comitatus sub nomine Episcopi duntaxat valet commissio, quia voluit committere eo modo quo potuit, ut no. Dom. de sancto Gem. *in ca. hi qui.* & *in ca. quamvis. de præben. in 6.* & ex istis est dicendum quod ubi ad Papam defertur confirmatio electionis Canonicæ ratione immediatæ subjectionis aut aliàs, & omissa confirmatione providet electo de ipsa Prælatura per viam reservationis, ut hujusmodi provisio habeat vim confirmationis in favorem electi & electionis, ut no. glos. ubi suprà & electus si Papa non vult confirmare suam electionem canonicam cessante rationabili causa, & ipsa non obstante alteri confert hujusmodi Prælaturam in vim reservationis, quidam Doct. dicebant quod Ecclesia patiatur detrimentum in spiritualibus & temporalibus, & ne electio sit illusoria electus præsertim in concordia poterit impunè administrare cùm non possit habere recursum ad superiorem. *arg. ca. 1. de sup. neg. præla.* ubi si Episcopus debitè requisitus noluit benedicere Abbatem, poterat Abbas benedicere suos Monachos, facit *ca. nihil. de ele.* ubi in exemptis electi in concordia valde remoti possunt administrare ante confirmationem, & ibi Dom. Abb. & non exempti ubi casus contingeret quod essent valdè remoti à suis Archiepiscopis cum illud capitulum sit favorabile Ecclesiis, & eadem est ratio in illis sicut in exemptis, ut no. Fede. *Cons. 9.* & dicit Dom. Abb. ubi suprà, quod quando electus non multum distaret à suo superiore, tamen propter viarum discrimina non posset ire vel mittere de proximo pro confirmatione quod posset interim administrare ne Ecclesia patiatur detrimentum in spiritualibus & temporalibus, multò ergo fortius videtur quod possit administrare ubi non potest obtinere confirmationem sine vitio suo & culpa, ut tener glos. *in dicto. ca. 1. §. cui rei.* in verbo *nullo. de colla.* & Inno. *in ca. olim. in 1. de resti. spo.* ubi tenet quod si quis non potest jus suum consequi coram Judice, nec habere recursum ad alium superiorem, potest propria auctoritate rem suam recuperare. *arg. ca. per venerabilem. qui filii. sint legit.* & no. *in ca. jus gentium. 1. dist.* & Bar. *in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reu.* & Dom. Ab. *in ca. 1.* & *in ca. qualiter. de iud.* Joan. And. *in ca. nemo. de reg. iur. in 6. in mercu.* tamen ista opinio videtur multum dubitabilis, maximè quando sunt duo electi per jura superiùs alleg. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO XLII.

1. *Parochianis cessantibus an habeat locum pœna.* c. licet Canon.
2. *Legatum factum Ecclesiæ vel Clericis ejusdem, non habet locum Ecclesia destructa.*
3. *Ecclesia parochialis unde dicatur.*
4. *Parochianus quis dicatur.*

QUæro quadragesimo secundò. An cessantibus parochianis habeat locum pœna. *capituli licet Canon.* & respondent Doct. *in dicto. ca. licet Canon.* quod cessantibus & mortuis parochianis cessat pœna & causa illius constitutionis. *arg. l. generaliter. C. de Epis. & Cle.* & *ca. generaliter. 16. quæst. 1.* & tenendo istam partem non obstat. *l. foramen. ff. de servi. urb. præd.* ubi dicitur quod aqua cadit de cœlo licet non assidue, quia naturaliter est continua perpetuò fieri apta, quia ibi loquitur in causa naturali, hic autem in casu præsentis quæstionis in causa accidentali, sicut est habere vel non habere parochianos, quod provenit ex accidenti, ut no. Jo. Mo. *in dicto. ca. licet Canon. de elect. in 6.* in simili facit glo. *in ca. si forte. eod. tit. de elect.* tamen Archi. tenebat contrarium, pro quo facit quod no. Inno. *in ca. de multa. de præben.* & Spe. *tit 2. §. videndum. versi. sed quæritur.* allegant no. *in ca. Julianus. 11. quæst. 3.* & hic maximè secundùm eundem Archi. quia illud. *ca. licet Canon.* non distinguit, ergo sufficit quod sit parochialis actu vel habitu. *arg. l. si. ff. si quis caut.* idem facit quod sicut quis est Episcopus nullius Ecclesiæ. *ca. 2. de transla. præla.* sic & ista est Ecclesia parochialis nullorum parochianorum, unde si parochiani redeunt, non expedit novam parochiam assignari, sed jure quasi postliminii recuperat jus suum ex quo de illo non est dispositum. *ca. prima. actione 16. quæst. 3.* & *c. quia diligentia. de elect.* & per prædicta idem Arch. respondet ad rationem glos. quæ ponitur. *in dicto. ca. licet Canon. de elec. in 6.* quia licet designat collegium, non tamen definit parochia, ut no. Jo. And. & Jo. de Lig. *in dicto. ca. licet.* ubi tenet quod ista Ecclesia est parochialis, & habet jus parochiale in territorio limitatum, licet illud exerceri non possit propter defectum objecti in quem debet exerceri, sicut alibi dicitur de habente jurisdictionem sine exercitio. *ca. pastoralis. de rescri.* & dicit Jo. de Fant. *in dicto. ca. licet.* quod ista constitutio arctat adsumptum, ad parochialem Ecclesiam, ad assumendos ordines, & ad residendum non propter jus simpliciter curæ, sed propter exercitium curæ, & super hoc est cogitandum secundùm eum illud quod Pau. ibi distinguit reducendo opiniones ad concordiam, quod aut parochia non est limitata ad certum territorium, sed tantum per capita hominum, & tunc si homines ex toto deficiunt, & tunc est vera secundùm eum opinio glos. *in dicto ca. licet Canon.* videlicet quod tunc cessat pœna illius capituli. & non dicitur tunc Ecclesia parochialis aut Ecclesia habet parochiam limitatam per certos fines agrorum, & tunc intelligitur parochialis Ecclesia etiam nemine existente seu habitante in parochia, & sic secundùm eum opinio Archi. ubi suprà procedit & hoc modo debet intelligi, tamen dicit Dom. de sancto Gem. *in dicto ca. licet.* quod ista distinctio non sibi placet probando hoc modo, quia etiam quando Ecclesia habet curam respectu hominum sine aliquo territorio; licet homines moriantur, tamen istud jus quod habeat curam animarum in talibus hominibus, remanet saltem habitu, ita quod si alii homines subrogentur loco priorum habebit curam eorum, sicut est videre in terminis. *Cle. quia contingit. circa fi. de relig. dom.* & isto respectu dicetur habere curam in habitu, licet non in exercitio; quare ipse Dom. distinguit hoc modo, quod quando dispositio respicit actum factum juxta determinationem Dom. Anto. *in præmio. Cle.* & tunc aut assumit actum non solùm pro causa efficiendi sed etiam pro causa permanendi, & tunc deficiente actu deficit dispositio. *ut capit. unico. de Cleri. non resi. in 6.* ubi Canonicus perdit quotidianas distributiones eo quod actualiter non interest divinis: licet in habitu subsit potestas interessendi, cùm ibi sumatur actus interessentiæ pro causa permanendi, facit *ca. ut beneficia. in 6.* & *capit. relatum. de Cle. non resi.* aut assumit actum non pro causa permanendi, sed pro causa efficiendi: & tunc licet deficiat actus, tamen non deficit dispositio: etiam si deficiat quo ad habitum: ut no. glo. *in ca. statutum.* §. 1. in verbo *Canonicus. de rescri. in 6.* quæ dicit quod si erat tempore delegationis Canonicus Ecclesiæ cathedralis, & non sit Canonicus tempore quo prosequitur, videtur delegatio, quia illa qualitas requiritur pro causa efficiendi, non pro causa permanendi, aut respicit habitum tantum, tunc

Ut Meduntæ in qua parochiani sanctæ Crucis sunt Clerici & togati & Regij magistratus & ministri. Parochi vero sancti Maclovij sunt Bigami & cætera plebs nullo certo territorio distincta sed sola personarum qualitate. I.

Source : BIU Cujas

tunc ſufficit habitus ſine actu, ut puta in juribus quæ dant privilegium Clericis, qui licet non incedant in habitu Clericali, non tamen perdunt privilegium niſi aliter moneantur. *capit. in audientia. de ſent. excom.* & *capit. fin. de vita. & honeſt. Cle.* no. Pau. *in Cle. 2. de ata. & quali.* ubi tenet quod ille qui eſt ſubdiaconus licet ſit privatus executione ordinis, tamen habebit vocem : quia illa Clem. requirit habitum ordinis tantum non executionem, aut requirit habitum aut actum ſimul, & tunc actus deficit re & ſpe, & deficit diſpoſitio ſicut poteſt in collegio, & Eccleſia deſtitura ex toto, ut no. *in ca. 2. de no. ope. nunc.* facit *ca. temporis. 16. quæſt. 1.* aut actus deficit in re, ſed non ſpe, & tunc non deficit diſpoſitio; & ſic procedit quod no. Inno. *in ca. de multa. de præben.* & Hoſt. *in ca. quia nonnulli. de Cle. non reſi.* ubi tenet quod. *c. de multa.* habet etiam locum ſi non actualiter parochialis : & hoc intelligitur verum quando requiritur utrumque, non tamen requiritur actu exercitium adeſſe, quia ſi requireret, etiam de facto exercitium actus non ſufficeret habitus & actus ad habitum & actum ſubeſſe re & ſpe : imo requireretur etiam exercitium in actu, ut eſt caſus. *in ca. fin. de reſcri.* facit *ca. commiſſa. §. 1. de elec. in 6.* & *capit. Epiſcopus. de præben. in ſexto.* quandoque eſt dubium an reſpiciat habitum vel actum, & tunc ſi jus exprimit verba notantia actum, & tunc non ſufficit habitus niſi ſubſit actus : & ita poteſt intelligi gl. *in d. ca. licet.* quia tex. requirit ad qualitatem ut curam gregis gerat, & ſic parochiam ſubeſſe quo ad exercitium, ut no. Pau. *in Cle. 1. de offi. vic* & hoc ſecundùm eum determinatur; quod ſi fiat legatum antiquum in hoſpitali pro alimentandis pauperibus ibi habitantibus; ſi deſtruitur hoſpitale non habebit legatum : & ſimiliter ſi legatur Clericis pro officiando in certa Eccleſia, illa Eccleſia deſtructa non habebit legatum : ſi verò jus exprimit verba denotantia habitum tantum, tunc verificatur in habitum tantum. facit *ca. quoniam Abbas. de offi. deleg.* & quod ibi no. & Joan. An. *in ca. per venerabilem. qui fil. ſint legi.* ubi tenet quod ſi delegatur cauſa uni Epiſcopo, & unus habitu habet Epiſcopatum, alius habet exercitium, & ſic poſſeſſionem, quod ille qui habet habitu Epiſcopatum erit delegatus, aut ex verbis non appareat an denotet actum vel habitum, & tunc ſufficit quod ſubſit in habitu, ita procedit gl. *in ca. ſtatutum. de elect. in 6.* facit *ca. non ſolum. de appel. in 6.* ubi paria ſunt appellaſſe vel habuiſſe in habitu poteſtatem appellandi : & cum his tranſit idem Dom.

Habitu ſolo retinentur jura & beneficiorū qualitates ut Rebuff. notat in §. Monaſteriis. in verb. Prioratibus. in Cōcord. de Reg. ad

Ego circa iſtum arti. crederem dicendum quod pœna. *illius ca. licet canon.* non habet locum quando non ſunt ibi parochiani : & pondero ibi tex. *in §. his. etiam.* ubi tex. dicit quod iſte aſſumitur ad ordines infra annum ut curam gerere poſſit diligentius circa populum ſibi traditum : ergo ceſſante populo debet ceſſare pœna : quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus : & ita etiam tenet expreſſe glo. in verbo *parochialis.* ubi tenet quod ſi Eccleſia olim habuit Parochianos, & nunc habere deſiit, non habet locum illa conſtitutio ſine pœna ipſius : quia deficientibus perſonis collegii deſinit eſſe collegium. *ut l. ſicut. ff. quod cujuſque univer.* & ſi reciperent ibi eſſe parochiani, ex tunc incipiet conſtitutio locum habere quia facta eſt parochialis : cùm illa conſtitutio ſit pœnalis debet reſtringi ad caſum expreſſum. *ut c. in pœnis. de reg. jur. in 6.* Item certum eſt quod quando alia diſpoſitio juris loquitur contra certam perſonam non extenditur ad ſimilem perſonam, quæ habet aliam qualitatem præter perſonas ſpecificatas in conſtitutione : ut no. Dom. Abb. *in rub. de vita. & ho. Cle.* ergo ceſſante qualitate propter quam fit conſtitutio, debet etiam ceſſare pœna. *arg. ca. ſtatutum. de pœ. in 6.* & iſtud procedit quia pœna. *cap. t. licet canon.* reſpicit Eccleſias parochiales.

Prælat. nomin. Itaque ſi ad actum reducatur parochialis ſtatim nulla expectata monitione promoveri debet ca. licet canon. de elect. in ſexto. nota obiter quod licet habitu non actu ſit parochia exprimēda eſt impetrando aliud beneficium arg. cap. is qui. de præb. in 6. I.

3. Et Eccleſia parochialis dicitur à parochia ſibi deputata. *ca. Eccleſias. 12. qu. 1.* & parochia eſt nomen Græcum, & Latinè, idem eſt quod partitio curæ, quia rector Eccleſiæ curam habet animarum totius populi intra illos limites congregati, unde dicitur regere populum. *ca. 1. de capel. mon.* & parochia eſt locus in quo degit populus alicui Eccleſiæ deputatus, & ſic illa Eccleſia dicitur parochialis quæ habet parochiam ad curam ejus deputatam, ex quo fuerunt parochiæ limitatæ : ergo ſi non ſint parochiani debet ceſſare pœna, & dicit Fede. *in quodam conſi. ſuo.* quem recitat.

4. Dom. Abb. ubi ſuprà, quod ille dicitur parochianus qui de facto habitat in parochia animo manendi, ita quod verè ſit ibi tranſlatus non juris fictione, ſive percepit divina, ſive non. *capit. un. 18. qu. 1.* facit *c. ſi quis jam tranſlatus. 21. quæſt. 2.* & *ca. 2. de ſepult. in 6.* & in ſimili facit quod no. Dom. Abb. poſt Innocen. *in ca. 2. de novi ope. nun.* tenet quod ſi Eccleſia fuerit deſtructa, ille qui ibi fuerat inſtitutus perdit nomen beneficiati, facit *Cle. in plæriſque. de elect.* item etiam pœna illius. *capit. licet canon.* non habet locum in Eccleſia parochiali collegiata, ut eſt tex. *in capit. ſtatutum. de elect. in 6.* item etiam pœna illius. *ca. licet canon.* non habet locum cum quo Epiſcopus diſpenſavit cauſa ſtudii per ſeptennium, ut eſt tex. *in ca. cum ex eodem. de elect. in 6.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XLIII.

1. *Commendam quando poteſt legatus conferre.*
2. *Cardinales an includantur diſpoſitionibus generalibus.*
3. *Legatus etiam Cardinalis non poteſt diſponere contra conſtitutionem Concilij.*
4. *Cōmēda nō valet niſi fiat pro utilitate Eccleſiæ.*

QUæro quadrageſimo tertiò. An Legatus de latere poſſit facere commendam de aliquo beneficio contra diſpoſitionem. *c. nemo. de elect. in 6.* [a] & ibi tenet Archi. quod Legatus non poteſt illam commendam facere propter negativam vel impoſitam, ibi in princi. quæ negativa generalis eſt apta comprehendere etiam Legatum : nemo enim idem eſt quaſi non homo; vel nullus homo. *ca. 1. verſi. ſed rurſum. 19. diſt.* & *de pœ. diſt. 2. c. ſi enim.* & *de conſe. diſt. 4.* ut oſtenderet. & *l. 3. ff. de nego. geſt.* tamen Joan. An. tenet contra illud dictum Archi. ut no. Joan. Mon. *in ca. 1. de ſchiſma in 6.*

a Ad hujus quæſt. explicationem notandum olim Epiſcopis uſu quodam licuiſſe paroch. Eccl. commendare ei cui legitimam ad

2. Ubi tenet quod nunquam Cardinales includuntur in generalibus diſpoſitionibus niſi de eis caveatur expreſſe poſito quod in talibus Epiſcopi includantur, quia major eſt ratio in Cardinalibus quam in Epiſcopis, & dicit Joann. Mon. in extravaganti Bonifacii VIII. quæ incipit. *excommunicamus. in gloſ.* ſuper verbo *Clericos.* ubi tenet quod ſub appellatione Clericorum comprehenduntur Cardinales quando factum eſt malum in ſe ſuper quo fit prohibitio : quia ex quo factum eſt malum in ſe tanto gravius peccat ille qui contra facit quanto eſt major. *ut ca. homo. 40. diſt.* & ideò cùm in terminis illius capituli à principio habuit bonum exordium, & ideo non mirum ſi Cardinales non includebantur niſi fuiſſent expreſſi : ſecus ergo ſi

Sacerdotiū ætat. non erat aſſecutus nonnumquā etiam paroch. Eccl. præfecto, & alia commēdabatur donec alter ab ordinario pręficeretur, hoc fieri deinceps vetat Concil. Lugd. ſub

Source : BIU Cujas

Greg. X. anno 1246. nec minori viginti quinque annis cõmẽdetur neque alteram habenti Eccleſ. neq; ultra ſex menſes porrigatur talis cõmenda. Cæterum hæc commenda differt à cõmenda regularium benef. illius diœceſ. autores erant hujus Papæ, nam Cardinales quibus in commendam licet dare beneficia, non faciunt ſi de commẽda in commendam conferre jus habeant Obtinet autem eorum collatio ſi modo à Papa confirmetur intra ſex menſes ut in eorum indultis contingitur, ſi hoc obmittitur caduca fit & eo ipſo nulla eſt cõmenda. I.

fuiſſet, ubi factum à principio fuiſſet nullum : & ita poſſet intelligi dictum Archi. ſuprà relatum, vel aliter poteſt dici ſecundum Joan. Mon. ubi ſuprà, quod non ſit ſtandum dicto ſuo prælegato. *in ca. 1. de ſchiſma. in 6.* cùm ipſe pro ſe dixerit quod erat Cardinalis : & ſic ei tanquam teſti in cauſa propria non erat credendum. *capit. 1. 4. quæſt. 4.* & partem ipſius Archidia. tenet Dom. de ſancto Gem. *in dicto capit. nemo. colum. 1. in 1. qu. de electio.*

3. Videlicet quod Cardinalis legatus non poſſit diſponere contra illud. *c. nemo. de electio. in 6.* & tenendo iſtam opinionem facit quia. *illud c. nemo.* eſt conſtitutio Concilii contra quam non diſpenſat Legatus de latere, ut no. glo. *in c. penult. de filiis Presby.* facit gloſ. *in c. fi.* quæ eſt gloſ. magna. *de hæret. in 6.* facit etiam gloſ. *in clem. 2. de reſcri.* quæ eſt gloſſ. fin. & gloſſ. *in Clemen. ſæpe de verbo. ſigni.* in verbo *mandamus.* facit tex. & ibi Dom. Abb. *in c. dilectus. in 1.* & *in ca. pro illorum. de præben. & digni.* no. Dom. Abb. poſt glo. *in c. dilecti. de electio.* & *in c. niſi.* & *in ca. quod tranſlationem. de offi. leg. cum ſimi.* ut no. Feli. *in c. 1. de reſcri. circa princi.* & utilitas Eccleſiæ propter quam fit commenda. no. Franc. *in d. ca. nemo.* ubi ponit exemplum. *d. capitul. officij. de elec.* ubi propter magnam peritiam alicujus viri aut experientiam beneficium regulare commendatur ſeculari, & dicunt Hoſtien. Bar. & Joan. Mon. *in dicto ca nemo.* ubi ponunt exemplum quando litigatur de electione vel quando impeditus confirmandus tunc ſecundum eos poteſt fieri commenda, tamen dicit Joan. And. ubi ſuprà quod in illis caſibus ponitur cuſtos vel œconomus cujus officium durat quouſque Eccleſia fuerit ordinata : etiam ſi excedit ſex menſes. *c. cum vos. de offi. ordi.* & quando iſta commenda fit contra formam. *d. c. nemo.* patronus interim poteſt præſentare, ut no. Archi. *in d. c. nemo.* per illum tex. faciunt nota. *in c. auditis. de elec.* not. Oldra. *Conſil. 227.* & facit illa regula generalis. *non præſtat impedimentum. de regul. juris. in 6.*

4. Et ſi commenda non fiat pro utilitate Eccleſiæ, ſed perſonæ, non valet commenda. per tex. *in d c. nemo. de electio.* ibi, qui non dicit perſonæ, ſed Eccleſiæ : *ut 1. q. 7. tali.* & commenda facta illo caſu non tenet, ut no. Guil. Archi. Joan. An. & Dom. de ſancto. Gem. *in d. c. nemo. de elec. in 6.* & ſi Papa reſervat ſibi unum beneficium vacaturum, poſtea vacat, & ipſe dat uni ad tempus in commendam, non dicitur reſervatio expirare ſicut ſi contuliſſet, ut no. Dom. de Rot. *deciſio. 393.* quia commenda non dat jus in beneficio nec commendatarius facit fructus ſuos : nec eſt Prælatus in beneficio, ſed ſimplex procurator habens tantum legitimam adminiſtrationem, & ipſe non habet jus perpetuum, ſed tempore, ut hìc patet, & fuit obtentum per majorem partem ipſorum Dominorum, ita etiam tenet Dom. de ſancto Gem. *in d. c. nemo. col. 2. de elec. in 6.* & Ludo. Roma. *in Conſi. 237.* & ſi commenda fiat ad certum tempus, ut puta ſi dicatur donec aſſecutus fueris poſſeſſionem Epiſcopatus, cui jam facta proviſio, tunc expiraret illa reſervatio antea facta, & iſto caſu videtur diſponere, videtur alio modo diſpoſitio perpetua propter dubium eventum conditionis quæ non poteſt exiſtere, ut no. Dom. de Rot. *in dicta deci. 343.* & Dom. de ſancto Gem. ubi ſuprà, & poſtquam eſt facta commenda non cenſetur vacare beneficium, ut no. *in dicto c. nemo.* & commendare eſt unus modus providendi de beneficio : ergo ex quo Papæ placuit iſto modo de beneficio diſponendi : videlicet reſervationi renuntiare : maximè quia reſervationes ſunt odioſæ & reſtringendæ, & ut fiat reductio ad jus ordinarium : tamen dicit Dom. ubi ſuprà, quod in iſtis debemus attendere verba reſervationis : quia aut Papa reſervat beneficium ut proviſioni ſuæ : & hoc modo poteſt intelligi determinatio Dom. de Rot. ſuprà relata : quia verbum *providere*, eſt aptum denotare quemlibet modum per quem poteſt fieri de jure proviſio Eccleſiæ, ut no. gl. *in cle. fi. de ele.* aut Papa reſervat collationi ſuæ : & tunc quia collatio præſupponit conceſſionem beneficii quæ tribuit jus in re, & facit beneficium omne illius cui confertur. *ut c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6.* & *c. fi. de conceſ. præb. eod. lib.* & per talem commendam expirat reſervatio. Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XLIV.

1. *Collatio quando facta dicatur præter jus.*

QUæro quadrageſimo quartò. Quando collatio beneficii dicatur eſſe facta præter jus ? Et reſpondet Archi. *in c. cui. de electio. in 6.* quod illud dicitur factum præter jus quando fit aliquid quod non eſt jure ſtatutum, ut no. Joa. And. & Dom. de ſancto Gem. *in d. ca. ſi cui. de elec. in 6.* idem etiam tenet Archi. *in §. his. 28. q. 1.* & ibi dat exemplum quando aliquid ſtatuitur quod primo non erat ſtatutum. *ut c. ut circa. de elec.* & ſi electio facta contra illud. *c. cui. de ele. in 6.* electio non validatur poſtquam à principio non valuit, & erat contra jus, ut no. Innoc. & Compoſt. *in c. quod ſicut. de elec.* no. Hoſtien. *in c. fi. de accuſa.* ubi tenet quod defectus formæ ſuppletur per confirmationem ſecutam, cum ille procedit à jure poſitivo, non à jure naturali, ut no. Archi. *in c. quam ſit. de elec.* & *in ca. ordinationes. 1. qu. 1.* ergo illa collatio dicitur facta præter jus quando contrarium non reperietur à jure expreſſum per jura ſuperiùs allegata. Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XLV.

1. *Mandatum de providendo ad beneficia conceſſum per Papam alicui ſi præſentetur, an ſufficiat providere de præbenda.*

¶Mandatum refertur ad qualitatem mandatarii cap. ei cui. de præb. in ſext. niſi etiã reſcriptum qualitatem beneficij deſigner ad illud non extenditur. I.

QUæro quadrageſimo quintò. Si Papa mandat providere alicui de aliquo beneficio in certa Eccleſia, an ſit ſibi providendum de præbenda in Eccleſia Cathedrali ? & reſpondent Doct. *in c. fi. de præb.* quod ſi mandatur providere alicui de beneficio in alia Eccleſia quam præbenda, vigore iſtius mandati non poterit provideri de Canonicatu & præbenda : quia eſt longe honorabilior quam aliud beneficium ſimplex, unde Canonici dicuntur Clerici primi gradus, & alii Clerici ſimpliciter beneficiati dicuntur ſecundi gradus, ut no. Inn. *in ca. ſedes. Apoſt. de reſcri.* & major honor eſt eſſe

Source : BIU Cujas

Canonicum Cathedralis Eccleſiæ quam alterius, licet qualiter abundet, ut no. Inno. *in c. fraternitatem. de ſepul.* ideo cùm in reſcripto beneficiali ſit facienda ſtricta interpretatio & debemus in dubium intelligere de beneficio minori. *arg. c. quamvis. & c. cum in illis. & ca. ſi pluribus. de præben. in 6. & in d. c. fin. de præben. & dig.* & in ſimili not. *in ca. 1. & 2. de fil. presb. in 6.* niſi mandaretur provideri de competenti beneficio, tunc poſſet provideri de præbenda ſi impetrans ipſam mereatur habere : ut eſt tex. & ibi Docto. *in c. pro illorum. de præben. & dign.* ubi ſi ſimpliciter fuit mandatum provideri in aliqua Eccleſia de beneficio competenti ibi fuit proviſus de præbenda : & idem ſi ſimpliciter mandaretur ad collationem Epiſcopi, provideri poterit de præbenda Cathedrali. *ut d. c. quamvis.* per argumentationem, cum dicit ibi tex. & Joan. And. & alii Docto. quod non probatur quod literæ beneficiales non extendantur ad Eccleſiam Cathedralem, ſed in beneficialibus appellatione Collegiatarum civitatis vel Diœceſis non includitur Eccleſia Cathedralis, ut no. Joan. An. in addi. Specu. *tit. de act. & peti. §. ſuper actionibus.* & Rot. *deciſ.* 112. & *deciſio.* 213. ergo præbendæ Eccleſiæ Cathedralis non comprehenduntur cum ſimili. allegationibus, ut not. Felin. *in ca. poſtulaſtis. de reſcript.* adde. gloſ. *in ca. 1. §. volens.* in verbo *præbendas. de colla. in pragm.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO XLVI.

1. *Collatorem ordinarium an poſſit Papa prævenire.*
2. *Collatio de beneficio vacanti valet facta: licet collator ignoraverit vacationem.*
3. *Collatio facta per mortem valet, non autem per reſignationem.*

Papa jure permutationis in Priores ordinarios utitur. §. declarantes. demandat. in Concord. I.

QUæro quadrageſimo ſextò. An valeant collationes præventionales Papæ in præjudicium ordinarii collatoris, & eſt dicendum quod valent, ut tex. *in c. 2. de præb. in 6.* & *in ca. 1. §. volens.* ver. *nec etiam. de colla. in prag.* & ibi gl. ſubdit in verbo *faciendas.* quod valent iſtæ præventiones, ceſſante fraude, dum tamen poſt obitum & ante datam collationum hujuſmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ deceſſerint ad notitiam Papæ veriſimiliter potuerint pervenisſe : ut eſt tex. in regula Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ eſt 18. in ordine, & ita eſt dicendum de delegato, & quærunt Docto. an illa regula Cancellariæ habeat locum in ordinario [a] collatore, & videtur quod valeat ejus collatio, etiam ſi non potuerit adhuc ſcire vacationem cum regula in Papa dumtaxat loquatur.

[a] Sic gloſſa, ibidem. C. M.

2. Et valet collatio ordinarii beneficio verè vacante, licet collator ignoraverit vacationem, ut no. Jo. Mon. & Jo. And. & Inno. *in c. 2. de elect. in 6.* & *in c. ſi tibi abſenti. de præben. eod. lib. in 6.* & Henri. *in c. nulla. de conceſ. præb.* & Dom. de Rota. *deciſio.* 172. ſufficit enim quod beneficium vacaverit & veritas inſpicienda eſt. *l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præto.* & *ca. veritate. diſt. 8* & no. in ſimili. *in c. nuper. de biga.* nec dicitur morari, ſeu fruſtrari proviſio propter tacitam conditionem, ſi vacat, quæ eſt de præſenti, licet ignoretur exiſtentia conditionis ejuſdem. *l. multum intereſt. ff. de condi. & dem.* nec nocet anguſtia temporis. *l. ſi nihil. ff. de leg. 1.* facit in ſimili quod no. *in c. in præſentia. de ſpon.* ubi ſi mulier non certificata de morte mariti contrahat matrimonium, tenet ſi in veritate maritus erat mortuus : unde in collatione beneficii non eſt neceſſe modum vacationis exprimi, licet bonum ſit exprimere, ut no. *in cle. 1. in gl.* in verbo *quamvis. de præb.* & no. per Doct. *in ca. ſuſceptum. de reſcri. in 6.* facit gl. in verb. *vacationibus. in ca. cupientes. de elect. in 6.* & jura dicunt quod beneficia non conferantur antequam vacent. *d. c. nulla. de conceſ. præb.* ergo ſi vacent licet ignoretur vacatio valebit collatio : Nec verum obſtare dictam regulam Cancellariæ cùm loquatur in Papa : collatio autem ordinarii naturalis eſt & favorabilis. *c. pervenit. 11. q. 1.* no. *in cle. 2. de offi. ordi.* & ſic tanquam favorabilis eſt amplianda, juxta no. *d. cle. ſi. in gloſ. penult. de offi. ordi.* tamen contrarium poteſt decidi. *ut d. regu. Cancellariæ.* quod paritas rationis habeat locum in ordinario, ut no. gl. *in d. c. 1. §. volens.* in verb. *faciendas. de colla. in prag.* & in ſimili alleg. *l. à Titio. ff. de verb. obli.* & *c. inter cæteras. de reſcri. cum ſimi.* & illa regula fuit facta ad obviandum fraudibus quæ fiebant in curia ad præveniendum ordinarios, & non eſt dicendum, quod Papa, qui aliorum jura vult ſervare, ſua negligat. *ut ca. licet. de ſup. negli. præla.* & *c. quoniam. de immu. eccle. in 6.* & in extravag. Jo. 22. inci. *ſi fratrum.* & niſi dicta regula haberet locum in ordinariis quotidie fraudaretur Papa : & ad obviandum ſimilibus fraudibus factum fuit. *ca. ſtatutum. de præb. in 6.* ibi *in diœceſibus exiſtentes*, & quod ibi no. per Docto. & collationi videtur ineſſe tempus tacitum, quo collator potuerit veriſimiliter ſcire vacationem, ut in ſimili no. *in §. loca. inſti. de verbo oblig.* & no. *in l. 2. ff. eo quod certo loco.* & *l. interdum. de ver. obli.* & d. gl. allegat ſe vidiſſe quandam conſtitutionem Othonis Legati quæ incipit. *ad eligendum.* ubi prohibetur ne prætextu opinionis vel famæ, quæ de morte vel ceſſione habeatur abſentis, ejus beneficium conferatur, ſed expectet Prælatus donec plenius de alterutro inſtruatur, quæ conſtitutio æquitate fulcitur. *l. qui hæreditatem. ff. de acqui. hæredi.* & *l. nec nos. C. de capt. & poſtlim. reu.* & dicta regula non procedit ſecundùm eum ubi fraus ceſſaret, & ſi in partibus exiſtens conſtituit procuratorem ad reſignandum beneficium in Curia Romana procurator adiit Romanam Curiam, & reſignavit beneficium : per cujus reſignationem vel mortem facta eſt proviſio *aut aliàs quoviſmodo*, cum tamen is qui procuratorem conſtituerat pridie illius reſignationis mortuus eſt verum videtur proviſio : quia propter alium modum vacationis procurator Romam iverat, ideò ergo proviſio inſpicienda eſt. *l. tutor. ff. de fidejuſ. l. 4. C. ad Maced.* & ita de æquitate verum dicendum.

Et illa regula Cancellariæ, ſuprà alleg. non ſolùm loquitur de ſimplici reſignatione : ſed etiam de reſignatione facta cauſa permutationis etſi infrà 20. dies de ipſa infirmitate deceſſerit, quod cenſetur illud beneficium vacare per obitum, & non per reſignationem : etiam ſi fuerat collatum per reſignationem : ut dicit glo. *in d. regula Cancellariæ.* & tex. illius regulæ venit, ad obviandum malitiis hominum : maximè curialium, quia ſi infirmus credebat ſe evadere non poſſe, reſignabat beneficium in favorem alicujus : & ſic quodammodo videtur defraudare expectantes Apoſtolicos vel ordinarium, & quod poſſet quodammodo facere teſtamentum de beneficiis ſuis, & ideò princeps, qui poteſt facere fictionem pro veritate. ut no Barto. *in l. ſi quis pro emptore.* & ibi Doct. Jaſ. poſt alios. *ff. de uſuca.* fingit iſtud beneficium vacare per

Valet prævētio ex clauſula *etiam per obitum* appoſita in ſignatura per reſignationem Molin. ad regul. de infir. num. 244. & ad regul. de verif. not. nu. 36. quæſt. 5. I.

Source : BIU Cujas

mortem & non per resignationem: nam licet vere vacet per resignationem etiam ex causa permutationis facta. *ut c. 1. de rerum permu. in 6.* tamen propter fraudem censetur vacare per mortem: & collatio facta per resignationem non valet: ut ibi tex. sed per mortem beneficium valeret: & illud procedit contra *c. susceptum. de rescri. in 6.* ubi dicitur in secundo responso, quod si unus impetrat beneficium per verum modum vacandi, & alius non, etiam si sit primus, tamen secundus debet habere, sed ibi dicitur contrarium propter fictionem principis, quæ habetur pro veritate. ut no. *in d. l. si quis pro emptore. ff. de usuca. & ca. is qui. de spon.* si tamen ille quod interpretavit secundum veritatem ideſt per resignationem, exprimeret, *vel alio quovismodo vacaverit:* tunc videbatur quod etiam si vacet per obitum censeretur bene impetratum beneficium non obstante prædicta regula. ut no. per glo. & Doct. *in d. c. susceptum. de rescri. in 6. in 1. responso.* in verbo *expresse.* & hoc videtur verum si non appareret de alio impetrante per mortem, secundùm illam regulam Cancellariæ. ut no. Lap. *in alleg. 79.* quam refert Dom. de sancto Gem. *in d. c. susceptum. de rescript. in 6.* & hoc intelligendum si beneficium impetratur expresso uno modo vacandi cum clausula, *quovis alio modo vacet.* quod etiam si non vacet primo modo expresso, sed alio modo, nihilominus venit per illam clausulam, *quovismodo vacet.* dummodò per eandem personam vacet. ut no. Rot. *deci. 22.* quæ incip. *Item si mandetur alicui provideri.* & dicit hoc verum esse, nisi alius impetraverit per verum modum vacandi, per superius dicta, & hoc est intelligendum verum, quando iste modus impetrandi, videlicet *vel alio quovismodo vacet, &c.* ponitur in beneficio vacaturo secundùm primum responsum, ut no. *in d. c. susceptum. de rescri. in 6.* secus de jam vacante, ut puta in terminis illius regulæ, si beneficium vacavit per resignationem infirmi, & tu impetras per resignationem fiendam, *vel alio quovismodo vacaverit:* quæ clausula tarò solet dari secundùm dictam decisionem & ille moritur infra 20. dies, & tunc impetro per mortem, ego debeo præferri tibi: quia ego impetravi per verum modum vacandi: etiam si tu habeas illam clausulam generalem *quovismodo vacet*, ut no. Lap. & Dom. de sancto Gem. *in d. ca. susceptum.* & hoc quia erat beneficium vacaturum: & Papa non intendebat dare tibi contra regulam Cancellariæ, cui solet expresse derogari: & ita hodie servatur in practica, secus est in beneficio jam vacante, nam si tu impetras per mortem Titii beneficium *quovismodò vacet:* & ego impetro per ejus promotionem ad cathedralem: iste est verus modus vacandi: certè in hoc casu videretur quod tu debeas præferri mihi & hoc ideò, quia quando genus venit verificandum in una re tantùm: tunc dicitur specialis gratia & non generalis, ut est casus, & ibi glos. fi. *in ca. ex parte. in 1. de offic. delega.* & ibi Dom. Abb. alleg. Bart. *in l. quæsitum. ff. de instructa. vel instru. leg.* & hoc maximè debet intelligi quando non poterit verificari prima gratia in secundo vacaturo, aliàs secus, ut no. *in c. dudum.* per Dom. de san. Gem. *de præb. & dig.* ex quo limitatur. *d. c. susceptum.* non habere locum in acceptione, quia est declaratio voluntatis, ut no. idem Dom. de sancto Gem. ut suprà & Rot. *deci. 218. cum simi.* ut suprà dixi. Item hoc habet verum nisi appareret alius novus provisus per verum modum vacandi. *dicto ca. susceptum. de rescri. in 6.* & no. Rota *deci. 316.* item si mandaretur mihi provideri, & quia gratia istius acceptantis poterat verificari in secundo vacante, ideo genus suum non præfertur speciei. *per dictum ca. dudum. de præb. in 6.* & ita quotidie secundùm glos. ut suprà, iste casus fuit in Rota practicatus, & illud facit quia si primus impetravit non verè cum clausula *quovis alio modo.* & in secundo per verum modum vacandi, primus præfertur in vacanti, secus in vacaturo, nisi posset sibi imputari susceptio vel malitia propter has cavillationes, & solet hodie poni in supplicatione clausula *sive quovis alio modo vacet.* per eandem personam, & si unus fuit percussus, sed non erat spes mortis, & resignavit beneficium, tandem mortuus est infra viginti dies, sed non ex illa infirmitate, sed quia forte secundùm eum fecit rem cum pulchra muliere, itaque quod medici dicunt quod non ex percussione, sed ex alia infirmitate mortuus fuit, & videtur dicendum quod. *dicta regula Cancellariæ.* non habeat locum propter verba tex. ibi. *de ipsa infirmitate.* juxta glos. & Doct. *in l. 1. C. de emend. servo. & in ca. 2. de Cle. percus.* quia ipse non decessit infra triduum, nec infra breve tempus, & hoc est relinquendum judicio medicorum. *ut l. septimo mense. ff. de sta. ho.* & no. *in ca. proposuisti. & in c. causam matrimonij. de proba in ca. fraternitatis. de frigi. & maleſi.* ita tenet glos. *in dicta regula cancellariæ.* & si unus est infirmus in Curia & vult renuntiare beneficia, & petitur derogari huic regulæ, & ubi sunt favores Papa derogat, secus si non sint, imò dat illud beneficium per mortem futuram illius infirmi, & tunc dubitatur an iste qui speravit per resignationem debeat obtinere si infirmus supervixerit per 20. dies, an ille qui impetravit per obitum futurum, in cujus favorem Papa reservaverat illud beneficium, & videtur quod ille primus sit præferendus, quia ille erat verus modus vacandi & vacaverat, tamen secunda reservatio erat ampla, & cum clausula *alio modo, &c.* & Papa revocavit omnes provisiones quas fecerat de illo beneficio & ita tenet glo. ubi suprà, & illud quod in regula dicitur per viginti dies debet intelligi de die naturali, scilicet viginti horarum. *arg. l. more Romano.* & ibi glo. *ff. de Feriis.* licet dies dicatur quidam solaris, quidam Lunaris; & quidam naturalis, ut ibi nota. & notat gloss. *in ca. 2. de feriis.* tamen in præsenti casu iste dies computatur de momento ad momentum: facit glos. *in Cle. sicut. de appel.* & Rota *decisio. 207.* quæ incipit. *Item quod terminus octo dierum.* & sic debet intelligi & non de diebus artificialibus. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

Esset nulla collatio beneficii sub spe futuræ vacationis cap. nulla. de concess. præb. I.

QUÆSTIO XLVII.

1. *Collationem factam Clerico de beneficio pertinenti mandatario vel nominato an possit Episcopus revocare.*

2. *Collationes duas de eodem beneficio quando collator facere possit, licet eodem modo vacet.*

Idem Rebuf. in tract. nomi. quæst. 17. nu 8. quia licet contulerit alteri quã graduato, poterit graduato cõferre nec variare dicetur, cùm prius facta, fit jure ordinario, secunda, lege cogente, alia est ratio collationis quæ

QUæro quadragesimo septimò. An Episcopus possit revocare collationem factam Clerico de beneficio pertinenti mandatario vel nominato, & dicit glos. *inc. 1. §. volens.* in verbo *eo ipso. de colla. in prag.* quod ista collatio non requirit sententiam privationis ex juris dispositione, imò fit ipso facto devolutio. *c. ne pro defectu. de elect. & c. quamquam. eod. tit. in 6.* & *c. 1. §. deinde.* ibi glos. *de elect. in 6.* & ideo secundùm eum videtur quod si ordinarius contulerit beneficium cadens in turno debitum mandatario vel graduato, quod postea non possit variare, & illud conferre mandatario aut graduato, quia collatio facta post devolutionem potestatis ad superiorem est nulla ubi fit devolutio ipso

Source : BIU Cujas

fit ex mera liberalitate & ejus quæ fit neceſſitatis ratione. I.

facto. *c. ſi. & c. licet. de ſuppl. neg. præla.* cum ibi no. cum enim ex facto alicujus eſt jus alteri quæſitum, tunc non poteſt variari in eo in quo eſt jus alteri quæſitum. *c. quam ſit. verſ. alioquin. de elect. in 6.* facit *l. inter quinquennium. ff. de ſtatu libe.* ſecus ſi collator non eſſet privatus poteſtate conferendi, ſed veniret privandus, tunc valeret collatio ante ſententiam privativam, ut no. Dom. Ab. poſt alios Doct. *in c. cauſam. & in c. quia propter. de elect.* & no. in ſimili. *in c. quia diverſitatem. de conceſ. præb.* & *c. mora. de re jud. in 6.* facit gloſ. in extravaganti *execrabilis.* ex quibus infertur quod ubi conſtat evidenter collatorem contuliſſe hujuſmodi beneficium non mandatario aut non graduato, quod non tenetur mandatarius vel graduatus ſummare collatorem, ut illud ſibi conferat, vel recurrere debet ad ſuperiorem ad quem devoluta eſt poteſtas conferendi, & licet præmiſſa ſint vera in puncto juris: tamen contrarium practicatur communiter, quia quando mandatarius aut graduatus petit à collatoribus beneficia in vim gradus vel nominationis aut mandati, & in eorum refutationem vadunt ad ſuperiores, pro hac parte facit, quia non videtur collator feciſſe contra prædictas qualificationes mandatorum & graduatorum, niſi ab eo petierit beneficium, quia forte mandatarius vel graduatus pro hac vice non vult uti gradu ſuo aut nominatione, vel eam habet pro derelicto aut factus eſt incapax, ideò ſi velit tranſire ad beneficium, debet illud primitus petere à collatore facit *c. ſi Clericus.* ibi *petere negligenter. de præb. in 6. & c. 1. §. contra* ibi. *oporteret. de conceſ. præben. in 6.*

2. Et ſi veniat poſt collationem alteri factam per collatorem, poterit illi de illo conferre collator prima collatione non reprobata, quæ nulla erat; nec obſtat. *c. poſt electionem. §. quoniam. de conceſ præb.* & *c. inter dilectos. de exceſ. præla.* ubi prima collatio etiam nulla impedit ſecundam, niſi prima fuerit caſſata & irrita nuntiata propter variationem quæ reprobatur. *c. conſideravimus. de elect.* & *c. auditis.* & quod ibi no. *eod. tit. de elect.* ubi Doct. dicunt quod illud procedit quando ambæ collationes fierent ab eodem collatore eodem medio & reſpectu, ſed aliud poteſt dici ubi ſecunda collatio fieret alio medio quam prima, quia primam fecit collator jure ordinario, & ſecundam facit coactus medio mandati, aut gradus vel nominationis, tunc prima collatio nulla non impedit ſecundam. *argu c. non præſtat. de reg jur. in 6.* & *c. noſti. de elect.* & *c. ſi. de jure pa.* ubi ſi patronus contulit beneficium, nihilominus poteſt ad illud præſentare, & collatio facta pleno jure de beneficio ſpreto Patrono non impedit inſtitutionem fiendam ab eodem collatore ad præſentationem Patroni, tenendo quod collatio voluntaria facta ſpreto Patrono ſit ipſo jure nulla.[a] *c. ex inſinuatione. de jure patr.* no. gloſ. *in c. 1. §. & cum humana. de elect. in prag.* no. *in c. decernimus. juncta gloſ. 16. q. 7.* ubi Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum non obſtante priore collatione per eum facta ſine conſenſu Patroni, ut no. Fede. *in tract. permu. q. 30.* nec etiam prima inſtitutio facta ad præſentationem ejus qui non poterat præſentare, impediet ſecundam fiendam ad præſentationem illius cui competit præſentatio cùm hujuſmodi inſtitutiones fiant diverſis mediis *ca. conſultationibus. de jure pa.* & no. Inn. & Dom. Ab. & Feli. per illum tex. *in c. cum Bertoldus. de re judi.* no. Doct. *in cle. 1. de jure pa.* & Henri. *in c. auditis. de ele.* & no. Dom. Ab. *in c. noſti. de ele.* quando Prælatus facit aliquid nomine proprio illicitè, & tunc aut imminet periculum animarum vel favor publicæ libertatis, & poteſt venire contra factum proprium ex quo de jure illud non poteſt damnari. *ca. tenor.* & *ca. conſanguinei. de re jud.* aut imminet talis favor, & tunc aut factum non tenuit, aut tenuit, ſed eſt caſſandum primo caſu, aut vult venire contra in judicio aut extra judicium, primo caſu ſi allegat turpitudinem ſuam non debet audiri. *ca. inter dilectos. de dona.* aut non allegat turpitudinem ſuam & auditur. *ff. de condi. ob turpem cauſam.* & *in l. 4.* idem Dom. Abb. *in cap. cum ſuper. de confeſ.* quando fit extra judicium & factum non tenuit ex perſona facientis & poteſt contravenire, aut non tenuit ex perſona recipiente, dic tunc quod aut ſcienter hoc fecit, & non poteſt contravenire in odium ſui, & ſic poteſt intelligi. *c. di. verſis. de Cle. conjug.* ex quo infertur quod ſi Prælatus ſcienter contulit beneficium indigno, non poteſt ipſe revocare factum ſuum: aut ignoranter fecit & poteſt contravenire. *ut ca. innotuit. de ele.* ut no. Dom. Abb. *in dicto ca. noſti. de elec.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

a Immo annullanda ut in. quæſt. Thol. 4. C.M.

QUÆSTIO XLVIII.

1. *Impetrationi an poſſit impetrans renuntiare.*

QUærò quadrageſimo octavò. An impetrans beneficium à ſede Apoſtolica, poſſit renuntiare impetrationi, & videtur per tex. *in c. ſi Clericus. de præb. & dig. in 6.* no. Dom. Abb. & Feli. & Dom. Phi. Deci. poſt alios Doct. *in c. 1. §. quod ſi quis.* in verbo *irritum. de colla. in prag.* ubi tenet quod ſi qualificatus in vim Concilii Baſilien. velit uti ſua qualificatione, puta gradu, vel nominatione, aut mandato, ſi autem nolit uti & ei renuntiat, valebit collatio ordinarii: quia in quocunque reſcripto beneficiati, licet appoſita ſit clauſula decreti, ſemper tamen intelligitur conditio *ſi impetrans uti velit illa gratia*, ut no. Joan. Mon. & alii ſcribentes. *in c. ſtatutum. de præben. in 6.* no. Feli. & Dom. Phi. Decius. *in c. cæterum. de reſcrip.* & tenendo iſtam partem non obſtat textus & ibi Dom. Abb. *in c. dilecto. de præben. & dig.* quia ille tex. loquitur in conſtitutione juris communis: quia licet ſit facta in favorem partium, & ſubditorum cum decreto irritanti, ſubditi non poſſunt illi renuntiare, ut no. Feli. & Dom. Philip. Dec. *in c. cum acceſſiſſent. de conſti.* ſecus eſt in reſcripto: quamvis apponatur decretum irritans: quia partes & impetrantes poſſunt illis renuntiare per jura ſuperiùs alleg. facit. *l. proinde. §. ſi. ff. ſi cert. pet.* ubi licet mortuo teſtatore dominium rei legatæ recta via tranſeat ad legatarium, tamen ſi legatarius repudiat, fingitur non tranſiſſe, ſic repudiata nominatione aut declaratione facta per graduatum, quod non velit uti gradu fingitur tanquam ſi non eſſet qualificatus, & iſtud decretum irritans apponitur in favore impetrantium: ideo poteſt ei renuntiare. *ca. ad Apoſtolicam. de reg.* facit quod no. Spe. *tit. de locato. §. nunc aliqua. verſicu. 13.* quod id quod dicitur non valere in favorem alicujus, ipſe poteſt facere quod valeat, ut no. Inno. *in c. quia cunctis. de conceſ. præb. in 6.* & [a] hoc eſt indubitatum quando ante collationem ordinarii dictus graduatus qualificationi renuntiavit, aut apparuit eum nolle ea uti, quia tunc collatio ordinarii alteri facta valet ſi autem collationem ordinarii ſequatur renuntiatio, non videtur quod proviſus tutus ſit ſine nova collatione. *ca. pen. de præb. in 6.* no. Jo. And. *in dicto. ca. ſtatutum. de præb. in 6.* ubi tenet quod ſi impetrans cum decreto

a Immo aliud non requiritur quia non dicitur nulla collatio niſi nominatus perſequatur jus ſuum: ſecus puto in caſu ſequenti ubi omnino nulla videtur. C. M.

Source : BIU Cujas

renuntiat reſcripto poſt collationem factam alteri per ordinarium, ejus renuntiatio non validat collationem quæ nulla erat & ibi Dom. de ſan. Gem. tenet quod factum contra decretum tunc valet, quando habens illud non vult eo uti, & voluntas præcedit factum: ſi verò voluntas ſequatur & factum contra eſt tale in quo attenditur initium, ut electio beneficii collatio ſimilis, & ſi tunc non valet, poſtea non convalidatur. *cap. ſi poſtquam.* §. 1. *de elect. in 6.* & *dicto cap. pen.* & *cap. auditis. de elect.* niſi appellatione fuerit renuntiatum. *ca. non firmatur. de reg. jur. in 6.* notat. Gaſp. de Peruſ. *in tract. reſervationum.* §. 8. ubi in collatione facta per ordinarium contra decretum mandati duo ponderat contentum mandati & præjudicium in jure quæſito ad rem, quæ duo ceſſant, quando renuntiatio mandati præcedit collationem, quia tunc non fit in contentum mandantis, nec in præjudicium ejus cui gratia eſt facta: ſed ſi ordinarius non habuit notitiam ante collationem quod non valet uti gratia, & remanet contentus quamvis ſecundum ceſſet per conſenſum & renuntiationem ſupervenientem, ideo non validatur collatio in qua initium ſpectatur per jura ſuperiùs alleg. & reſpondetur. *ac dictam l. proinde.* ſecundùm eum quod in illo caſu ceſſat ratio contentus, & non attenditur niſi intereſſe, & commodum legatarii, & illa præſumitur fuiſſe intentio teſtatoris. *l. à Titio. ff. de jur.* nec etiam loquitur in caſu in quo initium de ſubſtantia attendatur ut in collatione, ſed de iſto ſecundo caſu ſatis ſecundùm eum poteſt dubitari, quia ſi qualificatus non vult uti ſua qualificatione quæ in favorem ejus eſt inducta, illo repulſo ſublatum eſt impedimentum quò ad ordinarium: ergo valet ejus collatio jure ordinario alteri facta, ut not. Joan. And. *in cap. pen. de conceſ. præbend.* ubi tenet quod ſi habens clauſulam *anteferri* ei renuntiet, nec velit ea uti valebit collatio primo facta, quia eo repulſo ſublatum eſt impedimentum, ut not. Dom. Abb. & Feli. *in cap. cum ex officii. de præſcrip.* ubi tenent quod quando Epiſcopus contulit beneficium ante lapſum menſis de quo. *in Cle. 1. de conceſ. præbend.* quod habens gratiam *juxta illam cle. fin.* non acceptavit beneficium infra menſem convaleſcit dicta collatio facta per ordinarium infra menſem. Et rationem aſſignant cum infra menſem collator ordinarius haberet manus ligatas, & Epiſcopus habet poteſtatem in habitu licet exercitium ſit ſibi interdictum infra menſem, & lapſo menſe nullum jus ſibi ſupervenit de præſenti, ſcilicet ſolum fuit remotum obſtaculum, allegat Bart. *in l. cum vir. ff. de uſucapi.* ubi quærit, cavetur ſtatuto favore creditorum quod debitor bannitus vel condemnatus nullum contractum poſſit facere donec ſolvat, contingit quod prius contraxit, & poſtea ſolvit, an contractus confirmetur, & tenet quod ſic, quia in præſenti caſu non ſupervenit jus, ſed obſtaculum removetur. *l. pignori. ff. qui & à quibus, &c.* & *l. 1. Cod. ne tutor vel curator.* & in præſenti caſu poteſt dici, quod ſi Epiſcopus contulit ſcienter beneficium quod erat affectum qualificato, & qualificatus re integra antequam cum effectu acceptaverit illud beneficium declarat præſente vel ſciente Epiſcopo quod non vult uti ſua qualificatione, quod collatio per Epiſcopum facta convaleſcat, quia per illam qualificationem mandatarii aut graduati non erat acquiſitum aliquod jus etiam ad rem ipſi qualificato, ut not. gloſ. *in dicto cap. 1.* in verbo *nominationes. de colla. in prag.* & Epiſcopus erat obligatus ad conferendum aliud eidem qualificato. *arg. cap. inter cætera. de præben. & dig.* ergo ſtatim quod impedimentum qualificationis ſublatum eſt per conſenſum & declarationem qualificatam convalidata fuit dicta collatio, cùm non requiratur aliqua traditio, ſed ſolus conſenſus Epiſcopi qui jam intervenerat. *cap. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6.* facit. *lex rem alienam. in fi. ff. de pig. actio.* & *l. ſi quis alienam. de action. empti.* & *l. quæ balneum.* §. *Titia. ff. qui potiores in pign. habean.* & quod not. Bar. *in dicta l. cum vir.* quod ſi aliquis vendidit Eccleſiæ rem alienam & venditor ſuccedit Domino, quod ſtatim tranſit utile dominium in Eccleſiam, & ratio aſſignatur, quia non requiritur ibi traditio. *Cod. de ſacro ſan. eccleſ. in fin.* & intererat venditoris contractum confirmari, cùm eſſet obligatus ex ſuo contractu: unde dicit Dom. Abb. & ibi Feli. *in dicto cap. cum ex officii.* quod ſi Epiſcopus ſcienter contulit beneficium quod conferre non poterat, quia collatio ſpectabat ad inferiorem ſi poſtmodum ad eum devolvatur collatio, convaleſcit ipſa collatio, quia Epiſcopus erat obligatus ad conferendum aliud, ut ſuprà dictum eſt; & pro iſta parte facit quod not. *in l. 1. qui pro ſua juriſd.* dicens quod ſi in principio delegationis delegans carebat juriſdictione, & poſtea eſt eam adeptus, quod delegatio videtur confirmari per ſupervenientiam poteſtatis. *arg. l. licet. ff. de jud.* tamen & tempore ſuperveniens juriſdictionis & non prius. *l. obſervare.* §. *ulti. ff. de offi. proconſul.* præſertim ut dicitur quod quando juriſdictio delegantis erat jam radicata, exercitium tamen non habebat, puta quia ſuſpenſus erat aut excommunicatus; ita etiam tenet, & ſequitur gloſ. *in cap. 1.* §. *quod ſi quis.* in verbo *irritum. de collatio. in prag.* & tenendo iſtam partem quod impetrans poſſit renuntiare ſuis litteris facit, quia unuſquiſque poteſt renuntiare beneficio adepto vigore illarum litterarum. *cap. quod in dubiis. ca. admonet. cap. ſane. cap. veniens. de renun.* ergo à fortiori poteſt renuntiare illis litteris quia faciliùs renuntiatur juri ad rem vel præparatorio juris in re, vel ad rem, quàm juri in re, ut not. gloſ. & Docto. *in ca. ſi electio. de elect. in 6.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

Hoc jure utimur in Francia ut ſi graduatus renuntiet juri ſibi quæſito in beneficio vacante in menſibus affectis graduatis, aliud poſtea petēs non ſit audiendus quia prudens recuſavit quod conſequi poterat, operatur renūciatio ac voluntaria evictio ita nihil intereſt præcedat an ſequatur renuntiatio dummodo renunciaſſe conſtet. I.

Molin. ad regul. de veriſ. not. num. 96. quia repudiatio non eſt genus vacationis. I.

QUÆSTIO XLIX.

1. *Conferre an teneatur ſuperior ſub qualitatibus quibus tenetur inferior.*

2. Cle. 1. de ſup. neg. præla. *non habet locum in beneficiis ſecularibus.*

QUæro quadrageſimo nonò.

1. Quando poteſtas conferendi eſt devoluta ad ſuperiorem an ipſe ſuperior teneatur conferre ſub qualitatibus, & illis perſonis quibus tenebatur conferre, & videtur dicendum quod ſic, quia limitata poteſtas tranſit ad ſuperiorem cum onere. *arg. capit. ex litteris. de pign.* & *l. traditio. ff. de acquir. re. do.* & ſuperior ſubrogatus debet cenſeri eodem jure cum alio in cujus locus ſubrogatur. *l. ſi enim.* §. *qui injuriam. ff. ſi quis caut.* & ideò tenendum eſt quod ipſe ſuperior tenetur providere ſecundum qualificationem & conditionem qua tenebatur primus collator. ut not. gloſ. *in capit. 1.* §. *quod ſi quis.* in verbo *civiliter. de colla. in prag.* facit quod not. Dom. Abb. poſt alios Doct. *in capit. cum magiſtrum.* & *in capit. cauſam.* & *in capit. ne pro defectu. de elect.* ubi not. quod ſuperior ad quem fit devolutio poteſtatis, tenetur providere de illa Eccleſia de hominibus

Source : BIU Cujas

illius qualitatis, ſicut tenebantur eligere primi electores, facit text. *in Cle. 1. de ſupl. neg. prælat.* & *Cle. exivi. parag. cæterum. de verbo. ſig.* facit text. *in d. c. ne pro defectu. ibi.* in verb. *de perſona idonea ipſius Eccleſiæ.* facit etiam text. *in capit. cum inter univerſas. de elect.* & dicit gloſ. & ibi Joan. And. *in d. cap. ne pro defectu.* quod ſi provideret de alia perſona non propterea caſſaretur proviſio: & ibi dicit Compoſt. Papam ita ſibi reſpondiſſe; ut not. Joan. And. *in capit. contra eum. de reg. jur. in 6.* & Henri. *in capit. Abbate. de verb. ſign.* not. *in capit. dilectus. de conceſ. præbend.* ubi dicit gloſ. non habere locum ubi de conſuetudine vel ſtatuto Eccleſiæ non poſſet de extraneo provideri; ut quaſi in omnibus Eccleſiis regni Franciæ: ubi eſt de conſuetudine præſcripta quod dignitas & perſonatus non poſſunt, nec debent conferri, niſi Canonicis illarum Eccleſiarum ubi ſunt ipſæ dignitates vel perſonatus de conſuetudine, ut not. Innoc. & Hoſtien. *in capit. tua. de his quæ fiunt à prælat. arg. capit. 1. 19 diſt.* quo caſu ſicut illi à quibus devolvitur poteſtas non poſſunt de extraneo providere: ita nec iſte ſuperior per ea quæ dicta ſunt: & ad præmiſſa facit text. magis expreſſus. *in dicto cap. 1. §. quod ſi quis.* ibi. *ad ſuperiorem proximum devolvatur.* quod ſimiliter ut præmittitur habeat providere: & ibi bona glo. ponderando illum verbum *ſimiliter*: & hinc dicitur quod ſi patronus Eccleſiaſticus præſentat contra ordinem & qualificationes impetrantium, poteſtas ſub eodem onere devolvitur ad inſtituentem etiam ubi jus inſtituendi pertineret ad prælatum inferiorem Epiſcopo, cenſetur enim hoc caſu proximus ſuperior, ut not. gloſ. ſingu. *in Cle. 1.* in verbo *diſpoſitione. de ſupple. neg. prælat.* quæ vult, quod ſi præſentatio ſpectat ad religioſos ex eorum negligentia fit devolutio ad habentem inſtituere, ſive ſit Diœceſanus ſive alius: ut not. Dom. Abb. & Joan. de Imol. *in cap. nulla. de conceſ. præbend.* & idem. Dom. Abb. *in ca. de elect.* Nam præſentatio patroni non transfert aliquod jus ſpirituale, ſed & quoddam initium ſeu quædam ſervitus. *ca. quod autem. de jure pat.* quia contempto patrono non poteſt fieri inſtitutio. *ca. decernimus. 17. quæſt. 7.* & jus ſpirituale transfertur ex ſola inſtitutione: unde privato patrono ſolum tollitur ſervitus illa & pura diſpoſitio remanet penes habentes inſtituere, ut not. Dom. Abb. *in ca. cauſam. de ele.* ita tenet gloſ. *in dicto ca. 1. parag. quod ſi quis.* in verbo *primum. de colla. prag.* & iſta poteſtas conferendi, ut ſuprà dixi, devolvitur ad ſuperiorem gradatim: *ut ca. 2.* & ibi Docto, *de conceſ. præbend.* & *capit. licet. cap. litteras. cap. fin. de ſup. neg. præla.* ſed ſi contingeret aliquem iſtorum ſuperiorum eſſe exemptum, poteſtas ab eo devolveretur ad Papam: ut not. Dom. Abb. *in d. c. 2. de conceſ. præbend.* quia ſuperior non ſupplet negligentiam alterius niſi ubi eſt à jure expreſſum. *d. ca. licet. de ſup. neg. præla.* tamen aliqui voluerunt dicere quod etiam in prælatis exemptis fiat devolutio ad proximum ſuperiorem omiſſo Papa, niſi ipſe eſſet proximior: ut not. *in ca. 1.* & *ne juncto.* & §. *item quod monaſteria. tit. de cauſ. in prag.* quod mihi non placet.

In graduatis exemptorum refutatio devolvitur ad proximum ſuperiorem, ſic intelligenda clauſula *conced. de ſuperiore ad ſuperiorem.* gloſ. pragm. parag. quod ſi quis. in verbo *ſuperiorum.* de collat. I.

2. Quare alii Do. dicebant quod in prælatis regularibus exemptis hoc caſu fiet devolutio ad Diœceſanum Epiſcopum: ut eſt tex. *in Cle. 1. de ſup. neglig. præla.* & ibi Doct. idem tenet gloſ. *in d. ca. 1. parag. quod ſi quis.* in verbo *gradatim. de colla. in prag.* ſecus in ſecularibus exemptis: quia text. *in illa Cle. unica. de ſup. neg. prælat.* loquitur dumtaxat in regularibus, nec habet locum in ſecularibus, ut ibi not. per glo. & Docto. in prælatis exemptis ſive ſecularibus, ſive regularibus fiet devolutio, gradatim ad Papam: & olim in omnibus exemptis fiebat, devolutio collationum ad Papam. *ca. ſicut.* & *ca. licet. de ſupple. neg. prælato. ca. cum ſingula. in fin. de præben. in ſexto.* tamen *dicta Cle. unica. de ſup. neg. præla.* ſupervenit quæ inducit jus novum in prælatis regularibus in uno caſu, tantum videlicet in caſu negligentiæ: ergo. d. Clem. non eſt extendenda ultra caſum ſuum, ut not. ibi Doct. maxime Joan. And. in verbo *negligentiam.* quod in quantum illa Cle. ponit jus novum & præjudicat privilegiis exemptionis non habet locum quando prælatus regularis eſſet privatus propter delictum cùm hoc non ſit expreſſum: ideò non debet extendi ad iſtum caſum in quo cenſetur privatus ipſe prælatus propter quaſi delictum: ex eo quod confert contra ordinem & qualificationes introductas à concilio: & iſta devolutio juxta determinationem concilii Baſilienſis fit ad proximum ſuperiorem, & proximus ſuperior exemptorum eſt Papa. *ut ca. nulla. 93. diſt.* & *ca. authoritate.* cum ibi not. *de privileg. in ſexto.* Joan. And. *in ca. ſcienti. de reg. jur. in ſexto. in mercu.* nec fit ibi aliqua mentio de exemptis: remaneant ergo eorum privilegia intacta; ita tenet gloſ. *in d. ca. 1. parag. ſi quis.* in verbo *gradatim. de colla. in prag.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

QUÆSTIO L.

1. *Conferre ſi Papa non vult beneficium qualificato vel mandatario aut graduato jure devoluto, impetrans an poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem illius beneficii.*
2. *Collatio qui malè providit quomodo videatur privatus poteſtate conferendi.*

Alio jure utimur, adſupremas curias recurritur quæ ubi illis conſtat per litteras ſollicitatoris Romani & trapezitæ atteſtatione Papam recuſaſſe collat. pro collatione recuſationem haberi jubent & poſſeſſionem eo nomine adeptam probant litemque inſtitui patiuntur nõ in contemptum Papæ, ſed ne is qui & glo. prag. & Joan. de Selva Conſi. uterentur, ſe ſatisfactione judicatum ſolvi oneraret quod futurum eſſet ſi per nullitatem tituli e-

QUæro quinquageſimò.

1. Si Papa non vult beneficium conferre qualificato vel mandatario aut graduato jure devoluto, quid faciet iſte impetrans, & videtur quod propria authoritate poſſit ingredi poſſeſſionem illius beneficii, ut facit text. in ſimili. *in ca. 1. de ſup. negli. præla.* ubi dicit quod quando electus & proviſus ad dignitatem Abbatialem non poteſt habere à ſuo ſuperiore benedictionem, poteſt benedicere ſuos Monachos, & exercere omnia ac ſi eſſet benedictus in Abbatem, & idem videtur dicendum in præſenti caſu poſtquam Papa ſibi denegat collationem illius beneficii, tamen ad iſtud poteſt reſponderi quod illud. *ca. 1. de ſup. negl. Prælat.* loquitur in illo qui habebat verum & plenum jus in Abbatia, quia tunc poterit adminiſtrare & exercere omnia quæ ſpectant ad Abbatem, quia adeſſe in adminiſtratione ſolum requiritur electio & confirmatio, *ut ca. tranſmiſſam.* & *ca. noſtri. de ele.* & *ca. avaritia. eod. tit. de ele. in 6.* ergo poterat adminiſtrare omnia quæ ſpectabant ad ipſum Abbatem, quia licet non fuerit benedictus, tamen dicitur Abbas, ut not. Dom. Abb. *in ca. quanto. de offi. ordin.* & *in ca. cum contingat. de foro compet.* ſed in præſenti caſu iſte non habebat aliquod jus in beneficio, quia per iſtas impetrationes non habet jus ad beneficium vel in beneficio, ut dicit gloſ. *in ca. 1. §. volens.* in verbo *nominationes.* ubi dicitur quod nominationes quæ dantur ad beneficia vacatura ſi ille eſt receptus in Canonicum ſub expectatione præbendæ habet jus ad rem, non autem in re, *ca. penult. de præbend. in 6.* & *ca. fin. de conceſ. præbend. eod. lib.* ſi vero iſte impetrans non eſt receptus in Canonicum, ſed

Source : BIU Cujas

dumtaxat habet gratiam ſuper beneficio ſibi conferendo, tunc ſolùm habet jus implorandi officium executoris ut provideat vel faciat ſibi provideri, ut eſt bona gloſ. *in cap. veniens. de renun.* Innocen. poſt gloſ. *in c. litteris. de reſcrip.* & *in ca. conſtitut. eod. tit.* & Dom. Abb. *in ca. capitulum. de reſcrip.* & etiam per nominationes quæ fiunt per univerſitates ad beneficia vacatura per eas non quæritur jus in re, vel ad rem ad beneficia: ſicut dictum eſt in gratiis expectativis, & iſte conſequitur quoddam jus præparatorium ad beneficium cadens in turno nominatorum ſecundùm formam conſilii Baſilien. ita not. gloſ. *in d. c. 1. in §. volens.* in verbo *nominationes. de colla. in prag.* ergo ſi iſte qualificatus & impetrans beneficium non habeat jus in illo beneficio non poterit ingredi poſſeſſionem propter illam denegationem. *arg. ca. 1. cum ſi. de reg. jur. in 6.* & ſolvendo iſtam quæſtionem poteſt dici, quod ſi Papa non vult beneficium conferre qualificato in vim gradus, aut nominationis, iſte qualificatus debet obtinere collationem jure devoluto tacita qualificatione: dicendo quod taliter beneficium vacavit quod ejus collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam devoluta.

jus cui ab ordinario collatum aut etiam incapacit. impetraret. Hoc enim vinculo tenetur. art. 46. Ord. Bleſ. I.

2. Vel quod collator malè providit aut incapaci: ideò privatus eſt poteſtate conferendi, ita tenet gloſ. *in c. 1. §. ſi quis.* in verbo *pontificem. de colla. in prag.* & ratio bona eſt, quia impetrans non tenetur exprimere modum vacationis, ut not. Doct. *in c. ſuſcepit. de reſcript. in 6.* cum ſimi. ut not. Feli. *in ca. in noſtra. de reſcrip.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

QUÆSTIO LI.

1. *Conferri an poſsit prioratus regularis tacitè profeſſo.*

2. *Epiſcopus providere debet de gubernatore Eccleſiarum ſuæ diœceſis.*

QUæro quinquageſimo primò.

1. An prioratus regularis poſſit conferri monacho tacitè profeſſo: & primò videbatur quod non: per tex. *in c. nullus. de ele. in 6.* ubi dicit tex. quod tacitè profeſſus non poteſt eligi ad dignitatem regularem; ergo paritate rationis idem videbatur quod beneficium regulare non poſſet ſibi conferri: [a] tamen contrarium de jure credo verum, quod immò prioratus regularis poteſt de jure conferri Monacho tacitè profeſſo, ut eſt text. & ibi Dom. Abb. *in ca. 2. de teſta.* ubi dicit quod illo text. non apparet quod illa Abbatiſſa fuerit expreſsè profeſſa, & hoc facit alius intellectus quem ponit ibi Joan. And. dicens quod ex quo novitia aſſumitur in Abbatiſſam tacitè profitetur: quia ingerit ſe actibus profeſſorum, facit. *c. vidua. de regula.* quod tamen dicit non procedere per viam electionis: quia electio eſſet nulla, ut eſt text. *in d. ca. nullus. de ele. in 6.* ſed poſſet procedere ſecundum eundem Joan. And. per viam poſtulationis vel collationis, quod eſt notandum ſingulariter ſecundum Dom. Abb. ubi ſuprà, ex quo infert, quod jus novum quod habetur. *in d. c. nullus. de elect. in 6.* diſponens non valere electionem factam ad prælaturam regularem de non expreſsè profeſſo non vendicat ſibi locum in proviſione quæ fit per viam collationis vel poſtulationis: & ſic tenet per illum tex. collatio Abbati facta non expreſsè profeſſo: ſed quia illud jus pœnale loquens de electione non debet extendi ad proviſionem vel poſtulationem. [b] Item facit quod electio & collatio ſunt longè diverſa ita quod appellatione collationis non venit electio vel è contra, ut eſt text. *in ca. nullus. de de elect. in 6.* & dicit Archi. *in d. ca. nullus. de electio.* quod tacitè profeſſus poteſt poſtulari, ſed contrarium tenet And. Bar. *ind. ca. 2. de teſtam.* tamen in collatione facta tacitè profeſſo approbat opi. Joan. 2. Dom. Abb. & ex præmiſſis infert Dom. de ſancto Gem. *in d. ca. nullus. de ele.* an iſta poſtulatio poſſit fieri ab Epiſcopo, ibi tenet Arch. quod ſic, quando ſubeſt evidens neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ etiam ſi non eſſet profeſſus tacitè, alleg. *c. officii. de ele. ca. Presbytero. 16. q. 1.* ubi de hoc not. Inno. & Compoſt. *in c. cum monaſterium. de elect.*

a Immo hodie poteſt in collativis per tempus expreſſum, not. gloſ. in Cle. Ne in agro. §. ſane. de ſtatu Mona. C. M.

b Immo ad poſtulationem extenditur quæ fit loco electionis in electivo. I.

2. Facit etiam quod ad Epiſcopum ſpectat providere quomodo Eccleſiæ ſuæ diœceſis debeant gubernari & per quos, *ut c. 2. 9. q. 3.* & *c. decretum. 9. q. 1.* & *c. 3. de reli. dom. ca. conquerente. c. dilectus.* & quaſi per totum. *de offi. ordi.* & iſtud tenendo non obſt. text. *in d. c. nullus. de ele. in 6.* ſic de novo diſponens quod non per hoc tollit facultatem diſpenſandi, ut not. *in d. c. offi. de ele.* ubi notatur talem poſtulari non poſſe: & dicit Inn. *in c. dilectus. de temp. ordi.* Epiſcopum non poſſe diſpenſare quod novitius efficiatur Abb. *d. cap. offi. de ele.* & not. Fede. *conſil. 209.* ſed Archi. reſpondet quod ibi non dicitur quod fuit diſpenſatum, & ibi Joan. And. dicit quod putat talem poſtulandum à Papa, facit quod not. *in c. indemnitatibus. circa prin. de ele.* Lap. tenet & approbat opi. Archi. *per ca. tuam. de ætа. & qualit.* & ibi Hoſtien. & iſtud maximè procederet in Abbatiſſa, prout tenet Archi. *in d. ca. indemnitatibus. de ele. in 6.* facit quod not. Hoſti. *in ca. Thomas. de corp. vitia.* tamen Joan. de Fantu. tenet opi. Joan. And. *in d. ca. nullus.* & *in clem. 1. de ele.* & idem tenet Joan. And. in additione Specu. *in tract. diſpenſationum. § conſequenter. in prin.* & movetur. *per d. clem. 1. de ele.* quæ eſt Conſiliaris, contra quam inferior à Papa non diſpenſat. *ut c. dilectus. in 1. de præb. cum ſimi.* ut not. Feli. *in c. 1. de reſcrip.* & iſtam opin. de jure credo veriorem: quia illa. *cle. 1. de ele.* prohibet, ne aſſumatur ille qui eſt diverſæ profeſſionis vel habitus, licet Monachus novitius non ſit diverſi habitus, eſt tamen diverſæ profeſſionis, nam per reſpectum ad profeſſos laicorum appellatione comprehenduntur novitii religionis, ut not. gloſ. 2. *in c. ſuper eo. de reg.* ita tenet Pet. de Anch. *conſ. 124.* unde non poteſt aſſumi de jure, ſed per viam poſtulationis, & diſpenſativè, & contra illam non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ut ſuprà dictum eſt: ergo ſequitur quod Papa erit ille qui poſtulationem admittet. ita tenet & ſequitur Dom. de ſancto Gem. *in d. c. nullus. de elec. in 6.* tamen circa iſtum articulum diſtinguerem hoc modo: aut illud beneficium eſt electivum, & tunc credo præmiſſam opinionem de jure veriorem, quod ſolus Papa admittit poſtulationem in illo prioratu regulari & electivo factam per tex. *in d. ca. nullus.* quia ibi prohibetur ut novitius non poſſit aſſumi ad dignitatem electivam, quæ eſt prohibitio conſiliaris, contra quam ſolus Papa poteſt venire per jura ſuperius allegata, ergo ſolus Papa in illo caſu poterit admittere illam poſtulationem: aut nos loquimur in beneficio collativo, & tunc aut via collationis aut via poſtulationis in iſtis beneficiis collativis Epiſcopus poterit admittere illam poſtulationem, ſive illam collationem facere, ut eſt tex. & ibi Joan. And. & Dom. Abb. *in d. c. 2. de teſta.* & ſic habet locum contraria opinio: & hoc modo opiniones concordant, in ſimili facit quod not. Dom. Abb. per illum tex. *in ca. ſi. de poſtu. prala.* Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

QUÆSTIO

QUÆSTIO LII.

1. *Dispensatus minor ad beneficia an teneatur promoveri infra annum, ne beneficium ad quod est dispensatus vacet.*

2. *Dispensare quomodo non potest Archiepiscopus alium Archiepiscopum sine licentia Papæ.*

Videtur quasi transactum inter Papam & dispensatum, ideo ad ea de quibus non est cogitatum porrigẽda non est l. qui cum tutoribus. parag. transactiones. ff. de transact. I.

QUæro quinquagesimo secundò.

1. Quando dispensavit cum minore 25. annis, ut possit habere beneficium curatum cum clausula *vel proviso*, quod beneficium illud eodem durante effectu debitis non fraudetur obsequiis & animarum cura non negligatur, iste minor consequitur parochialem Ecclesiam, nec infra annum efficitur Sacerdos: quæritur an sit privatus beneficio: & primò videtur quod sic, per text. *in c. licet canon. de elec. in 6.* ubi si rector non promoveatur infra annum ipso facto, lapso anno est privatus beneficio: nec obstat, si dicatur quod minor non potest promoveri ad sacerdotium postquam non habet 25. annum. *cle. generalem. de ætat. & quali.* quia ad illud potest responderi, quia postquam ille minor habet dispensationem tunc fingitur major: ita quod postquam est dispensatus ad beneficium videtur esse dispensatus, ut ad sacros ordines possit promoveri, facit in simili glos. & ibi Doct. *in c. quia in tantum. de præben. & dig.* & *in cap. si quis in Clero. 7. quæst. 1.* ubi dicitur quod dispensatus ad pluralitatem beneficiorum videtur esse dispensatus de non residendo in uno ex illis beneficiis, & pro ista parte facit glos. *in cap. non potest. de præbend. & dig. in 6.* & dicit text. *in cap. in his. de privil.* quod si Papa dederit privilegium mendicantibus, ut possint celebrare Missam cum altari portatili videntur esse dispensati, ita quod poterunt celebrare non petita licentia à proprio Episcopo vel à curato, quia omnia videntur esse concessa sine quibus. *cap. 1. cap. præterea. de offi. deleg.* & per ista jura videtur esse fortissimum, quod per lapsum anni beneficio sit privatus.

Tamen contrarium crederem de jure dicendum, & pro ista parte alleg. Archi. qui in terminis hoc tenet. *in cap. cum ex eo. §. elapso. de elect. in 6.* & alleg. *Cle. ne in agro. §. cæterum. de sta. regula.* ubi not. quod iste minor habuit justum impedimentum propter quod non potuit ordinari, *ut Clem. generalem. de ætat. & quali.* & iste excusatur postquam habet justam causam, ita etiam tenet in terminis Dom. de sancto Gem. *in d. cap. cum ex eo. §. elapso. de elect. in 6.* & ita etiam expressè tenet Dom. Abb. *in cap. quia in tantum. de præbend. & dign. super glos. 1.* dicens quod habens minor dispensationem, ut possit habere Ecclesiam curatam, videtur dispensatum ut non teneat se facere promoveri ad Sacerdotium. *juxta cap. licet Canon. & c. commissa. de elect. in 6.* in simili facit quod not. Innoc. *in cap. cum in cunctis. de elect.* & Dom. Abb. *in cap. at si Clerici. §. penul. de Judæ.* & aliæ glos. pro contraria parte allegatæ, videlicet glo. *in dicto cap. si quis in clero. 7. quæst. 1.* & glos. *in cap. quia in tantum. de præbend. cum sim.* possunt induci pro ista parte hoc modo dicendo per illas glos. quod dispensatus ad pluralitatem beneficiorum videtur dispensatus de non residendo, modo sit dispensatus minor ad beneficium curatum, videtur dispensatus de non promovendo ad sacerdotium, ita in terminis tenet Feli. & ibi multa congerit de extensione dispensationis. *in cap. postulastis de rescript. cum sim.* ut suprà dixi in secunda parte super illa quæstione an minor prælatus possit beneficia conferre, & tenendo istam opi. tanquam de jure veriorem, non obstat si dicatur quod iste minor dispensatus, poterat promoveri quia habet dispensationem. Ad istud respondetur quod licet illud impedimentum minoritatis sit sublatum quoad beneficium, non tamen quo ad ordinem, sicut dicitur de servitutibus, quod una remota alia remanet. *l. si domus. ff. de ser. urb. prædio.* ita in terminis tenet Dom. de sancto Gem. ubi suprà, & in simili facit tex. *in cap. ex tuarum. de usu pallij.*

2. Ubi dicit tex. quod Archiepiscopus dispensatus ut possit uti pallio in alia provincia non poterit portare pallium sine licentia alterius Archiepiscopi, quia ista tendunt circa diversa, & ibi privilegium non erit elusorium, quia solus Archiepiscopus sine dispensatione Papæ non poterit dispensare alium Archiepiscopum, ut portet pallium in sua provincia: pro ista parte facit tex. *in cap. pastoralis. de privileg.* ubi si Papa uniat beneficium alicui collegio, illud collegium non potest apprehendere possessionem sine licentia Episcopi. Idem pro ista parte facit quia dispensatio est stricti juris quæ debet strictè interpretari, ut illud solum tribuat quod exprimit. *c. quod dilecto. de consang. & affi.* & *cap. 1.* & *2. de filiis presby. in 6.* & istud tenendo non obstat si dicatur quod istud est onus annexum beneficio, & sic videtur istam dispensationem trahi ad illud consecutum, & annexum, quia quolibet istorum de per se inducit inhabilitatem principaliter, & unum potest esse de per se sine alio. Item si diceremus, quod ista dispensatio non includeret etiam ordinis dispensationem, sequeretur quod talis gratia esset inutilis, quia aut iste non potest consequi Ecclesiam tanquam inhabilis ad ordines annexos, aut si consequeretur perderet illam ex quo non reciperet ordines infra annum, & istud est contra jura quod gratia nihil operetur, *l. quotiens. ff. de reg. jur.* & *cap. Abbate. de verbo sign.* & *cap. si Papa. de privil. in 6.* & illa clausula *proviso, &c.* quæ sumi potuit *ex capitulo & temporis. in fi. 16. quæst. 1.* nam in prædicta clausula dicitur eodem durante defectu, nam si teneretur se facere ordinari infra annum non deberet per alium deservire. *cap. licet canon. de elect. in 6.* not. Pet. de Ancha. *Consi. 284.* & per præmissa infertur quod si ex consuetudine, vel statuto, aut alio jure fructus parochialis Ecclesiæ spectent ad personam aliquam, vel ad collegium quandiu Rector ipsius recipiet sacerdotium, quod facta hujusmodi dispensatione per quam ipse fingitur sacerdos quoad fructus ipse percipiet illos, quia causa hujus dispensationis principalis fuit ut fructus reciperet, & si hoc non operaretur esset inutilis illi, ut suprà dictum est: ita tenet Dom. de sancto Gem. *in dicto cap. cum ex eo. de elect. in 6.* nec obstat, quod not. *in cap. tua. de cle. non resi.* ubi dicitur quod dispensatus non recipit fructus in absentia, quia ibi dispensatio absentiæ non respicit directè fructus sicut facit ista dispensatio, sicut in simili dicitur *in dicto cap. cum ex eo.* quam ibi operabatur dispensatio, quod possit etiam in studio, nec incurreret pœnam privationis ex non residentia, & sic operatur absque eo quo ad fructus extendatur, sed in alio casu non est sic, quia si non extenderetur ad fructus, nihil operaretur, ut not. Joan. And. & Lap. *in dicto cap. cum ex eo. de ele. in 6.* & hoc verum quando in dispositione dicitur quod fructus recipiet in vim non obstante de privilegio, consuetudine, vel statuto quousque fuerit sacerdos, debeantur alteri, aliàs secus esse. *c. si propter tua. de rescrip. in 6.* & ex præmissis infertur

Ea ratione pensio super fructibus Episcopatus constituta à Papa de consensu Regis minuit fructus qui jure regaliæ à Canonicis sacri sacelli percipiuntur ut judicatum. 19. Feb. 1513. I.

Source : BIU Cujas

quod si pater impetravit parochialem Ecclesiam pro filio ignorante qui non facit se promoveri infrà annum tenent Joan. And. & Dom. de sancto Gem. *in cap. commissa.* §. *annus. de elect. in 6.* quod iste non est privatus propter justam causam ignorantiæ. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO LIII.

1. *In beneficiis simpliciter electivis an habeat locum.* c. fi. de elect. *loquens in confirmationibus obtinendis.*
2. C. fi. de elect. *loquens de confirmationibus obtinendis, an procedat in hospitali.*

Successit in speciem hujus. cap. pro simplicibus beneficiis. art. 2 edict. Biesi. I.

QUæro quinquagesimo tertiò

1. An *cap. fin. de elect. in 6.* quod loquitur in confirmationibus obtinendis habeat locum in beneficiis simplicibus electivis? Et dicit Lap. *in tracta. de xenodochiis. in quæst.* 21. quod illud *cap. fin.* videtur solum habere locum in beneficiis in quibus committitur Cura animæ, sed consuetudo traxit ut illud *cap. fina.* etiam servetur in beneficiis simplicibus & dicit Dom. de sancto Gem. *in dicto cap. fi. de elect. in 6.* quod ille tex. etiam quo ad sui dispositionem habet locum in beneficiis simplicibus, quia non exprimuntur verba in text. illius cap. per quæ appareat solum loqui de beneficio habente curam animarum, sed tantum ubi requiritur confirmatio, & arguendo à vi vocabuli ut includat beneficia particularia posita in Ecclesia, juxta not. *per cle. ut hi qui. de ætat. & qualit.* quia ille text. *in dicto cap. fin.* loquitur etiam de particularibus beneficiis Ecclesiæ, ut patet in ultima parte, ubi dicit edictum fieri in Ecclesia in qua fit electio, & facit quod not. Jo. And. *in cap. quam sit. de electio. in 6.* & ratio text. ita concludit in simplicibus sicut in curatis, scilicet ne supplantetur volens opponere, & ne citò confirmetur contra doctrinam Apostoli requiritur in istis beneficiis simplicibus confirmatio & examinatio electi, ut not. Joan. And. post Hostien. *in c proposuit de concess. præbend.* ergo in illis est servanda dispositio. *dict. cap. fin.* & ita tenet Joan. And. *in dicto cap. fin.* ubi dicit quod in electione Canonici illud *cap. fin.* est servandum.

2. Et dicit idem Lap. ubi suprà circa hospitale, quod aut hospitale non datur in beneficium, & tunc non est servanda dispositio illius *cap. fin.* quia in istis fit commissio, non autem electio, sive collatio aut præsentatio, ut not. *in cle. quia contingit. de relig. do.* aut hospitale datur in beneficium & providetur eis per viam electionis vel præsentationis, & tunc in illa habet locum dispositio illius *cap. fin.* ita tenet Dom. de sancto Gem. *in d. ca. fin. de elect. in 6.* ubi dicit quod emissio istius edicti potest fieri per existentem extra territorium suum ita tenet Gasp. de Perusio. *in consi. 22. in rub. de elect.* ubi ponit allegationes pro & contra: non tamen decidit, & secundum eundem Doct. quod non possit illud fieri sine licentia judicis territorii, facit *ca. nullum. 8. q. 3.* facit glos. *in ca. ut litigantes. de offi. or.* & not. *in cle. quamvis. §. volumus. de foro. compe.* ubi dicitur quod non valet processus licentia non petita, ergo cùm actus edicti & confirmationis sit actus judicialis & contentiosæ jurisdictionis, quando fit inter partes contradicentes, non valet, imò posito, quod nullus contradicat est actus judicialis, etiam si nullus comparuerit, & istud habet vim interlocutoriæ, ut not. Joan. And. *in c. Romana.* in verbo *citati. de foro compe.* ergo fieri non potest extra territorium: in contrarium facit, quia istud est voluntariæ jurisdictionis puta, quia illa dicuntur contentiosæ jurisdictionis quæ redduntur in invitum. *l. 2. ff. de offi. proconsul.* & ita possunt exerceri extra territorium etiam non petita licentia alicujus. *l. 2. ff. de offi. procon. c. novit de offi. leg.* & istud intellige ut not. Dom. Abb. *in c. fin. de foro compet.* nec obstat, quod citatio habet vim interlocutoriæ, & sic debet procedi: tamen non sequitur quod omnis interlocutoria sit de contentiosa jurisdictione, ut not. Dom. de sancto Gem. *in d. c. fi. de elect.* & *l. 1. de offi. proconsul.* facit quia ista citatio & emissio edicti non videtur actus judicialis, quia prima citatio, quæ fit in prin. judicii dicitur actus extrajudicialis, & non judicialis, ut not. glo. *in cle. 1. de judi.* & citationes quæ fiunt in prin. judicii non requirunt causæ cognitionem, & possunt fieri ab eo qui non habet jurisdictionem, ut not. Inno. *in ca. cum contingat. de offi. deleg.* nec obstat si dicatur quod citatio inducit perpetuationem. *c. gratum. de offi. deleg.* respondetur quod per hoc necessario non concluditur, ut not. Dom. ubi suprà, & ista est communis resolutio in citatione verbali, secus in citatione reali, ut not. Dom. Abb. *in ca. fin. de foro compet.* & sic ergo potest fieri illa citatio. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO LIV.

1. *Beneficium certæ qualitatis habens, an possit illum permutare cum persona non habente illam qualitatem.*
2. *In Papam an sit potius eligendus Theologus quàm Jurista.*
3. *Canonista bonus & purus, ex quo potest prædicare, an præferatur Theologo in electionibus.*

Ut Ecclesia eũ retineret si voluerit: ille autem beneficium non possit retinere glo in cap. quod in dubiis. de renunt. I.

QUæro quinquagesimo quartò.

1. An habens beneficium certæ qualitatis possit permutari cum aliquo Clerico non habente eandem qualitatem requisitam illius beneficii, & est dicendum quod non, ut tenet glo. §. *sequuntur qualificationes.* in verbo *deservierint. de collat. in prag.* ubi dicit quod præbenda habens certam qualitatem non transit in Clericum non habentem illam qualitatem, ex quibus infertur quod Theologus habens præbendam Theologalem non potest illam permu-

Source : BIU Cujas

Hodie hoc fieri non potest, quia edict. Aurel. Blesi. Melodu. certa præben. cum Canonicatu Theolog. assignata est ei, qui incapax est, qui Theologus non est. I. a Idem Ludovic. Romanus in Consil. C. M.

tare cum Clerico non Theologo, qui est ejus in capax, per illum text. & ubi requiritur aliqua qualitas in aliquo ad faciendum actum, si illa qualitas non adsit, deficit actus. *l. cui eorum. §. affin. ff. de post.* & *l. si. de divor.* & *l. ait lex.* facit quod no. *in cle.* 2. in verbo *annexi. de ætat. & qualit.* & ibi Joan. And. & Dom. de sancto Gem. *in ca. ei cui. de præbend. in 6.* & quod not. Jo. Fabri. *instit. de acquisitione per arrogationem.* & hinc dicit glos. quod suppositâ consuetudine quæ est Parisius quod proximior de genere possit rem proximi venditam recuperare infrà annum. *juxta c. constitutus. de rest. in integ.* non potest ille proximior jus retrahendi cedere extraneo: [a] quia dictum privilegium datur ratione generis: & illa non transeunt ad extraneos sicut nec jura sepulchrorum. *l. quia perinde. §. 2. ff. ad Trebel.* facit. *lex ex pluribus.* cum ibi not. *ff. de admi. tuto.* Item cessat ratio consuetudinis, quæ fuit inventa ne res exiret de genere: unde si jus retractus possit in extraneum transferri, fieret fraus consuetudini, tamen Henri. *in ca. sane. de privil.* sentit contrarium. *per l. quod si minor. ff. de minor.* ubi minor cedit alteri beneficium restitutionis in integrum. *l. fin.* cum ibi not. *Cod. de hære. vel actio. vend.* sic videtur quod Theologus possit permutare præbendam Theologalem cum non Theologo: & si illud posset fieri interveniret maxima fraus in præjudicium collatorum: quia hoc modo non haberent unam præbendam quæ non transiret ad Theologos: nam cùm quis acceptasset Theologalem immediatè eam permutaret, & veniret alius Theologus qui aliam præbendam postea vacantem acceptaret, qui similiter postea permutaret, & sic de aliis sequeretur aliud inconveniens: quia unus Theologus vexare posset successivè quam plurimos collatores præbendarum cathedralium: sed si de facto, permutetur præbenda Theologalis cum non Theologo potest dici quod permutatio non tenet in effectu in præjudicium tamen resignantis qui fuit in culpa tenet resignatio: & iste debebat inquirere de conditione illius cum quo permutabat. *l. cui cum alia. ff. de re judi.* facit quod not. Dom. de Rota. *decis.* 108. nam cùm permutatio non tenet ex dolo vel culpa permutantium, qui est in dolo vel culpa non redibit ad suum beneficium cùm possit superior renuntiationem ab eo factam in ejus præjudicium ratam habere. *c. quod in dubiis. de renun.* not. Joan. And. & Dom. de sanct. Gem. *in c. 1. de rerum permu. in 6.* & Fede. de Senis. *in tract. permutationum. q. 7.* facit. *cle. 1. de rerum permu.* ibi. *de concessione juris utentibus, &c.* nec eam obtinebit non Theologus, quia incapax; ideo poterit hujusmodi præbenda acceptari per alium Theologum: & prædicta sunt limitanda nisi Episcopus provideret immediatè alteri Theologo de una alia præbenda, tunc posset validare permutationem: non enim puto unam præbendam semel collatam Theologo ita inseparabiliter esse affectam ad Theologum, quin possit Episcopus eam alteri conferre dummodò immediatè aliam conferat Theologo: ita quod Ecclesia non remaneat Theologo viduata: & si Episcopus præbendam suæ Ecclesiæ, in qua non erat Theologus, contulit non Theologo, quam postea Theologus acceptavit & prosecutus est contra non Theologum pendente processu, Episcopus aliam præbendam ejusdem Ecclesiæ confert Theologo tanquam Theologalem ad onus residentiæ lecturæ: tandem non Theologus evincitur à Theologo, cui adjudicatur prima præbenda tanquam Theologalis, an valeat secundo Theologo facta collatio: & si valeat an habebit secundam præbendam cum onere Theologali: & videtur quod non valet collatio secundi Theologi: quia non est purè & liberè facta. *ca. quam pio. 1. q. 2. cap. de pact.* & licet onera quæ tacitè insunt beneficio possint exprimi in collatione. *c. significasti. de elect.* tamen ea quæ non insunt si exprimantur vitiant collationem, & eam simoniacam reddunt, ut not. Joan. Monach. & Joan. And. & Dom. de sancto Gem. *in ca. 2. de elect. in 6.* & Dom. Abb. *in c. significasti. de elect. cum sim.* ut suprà dixi in illa quæst. an collatio possit fieri sub conditione, & collatio simoniaca nulla est. *c. ordinationes. 1. q. 1.* & *cap. 1. §. deinde. de elect. in prag.* & text. in extravaganti unica, quæ est. *in tit. de simo.* facta per Paulum Papam cum simili, ut not. Feli. *in ca. de rescript.* vel aut secundæ præbendæ non inerat dictum onus residentiæ, lecturæ & prædicationis, sed primæ quæ fuit declarata Theologalis, nec caruit Episcopus dolo conferendi istam secundam præbendam Theologalem cùm sciret vel deberet scire primam esse Theologalem. per text. *in d §.* ibi. *quàm primùm, &c.* Item in collatione istius secundæ præbendæ est repugnantia voluntatis & potestatis: nam Episcopus voluit eam conferre cum onere Theologali & non potuit: & quod potuit simpliciter conferre non voluit. *l. multum interest. Cod si quis alteri. & cap. cum super. de offi. deleg.* sed in contrarium videtur quod illa adjectio oneris habeatur pro non adjecta favore collatoris ne decipiatur, & favore illius cui confertur. *c. inter cætera. de præben.* sicut in testamento turpis conditio habetur pro non adjecta. *l. quidam. ff. de condi. insti.* & *cap. fina. de condi. appo.* & si collatio non possit sortiri effectum tanquam de Theologali, valeat ut de qualibet alia præbenda, per illam regulam generalem *si non valet quod ago, ut ago, valeat ut valere potest. ca. 1. de despon. impu. in 6.* & hoc maximè in odium Episcopi, qui non posset venire contra factum suum. *ca. veniens. de filiis presbyt.* & *ca. diversis fallaciis. de Cleric. conjug.* & hoc verum est quando collatarius ignoravit processum & bona fide putavit præbendam sibi collatam esse Theologalem, aliàs si sciverit, non videtur valere collatio: & ita de jure videtur dicendum per jura superiùs allegata, & idem est dicendum de aliis conditionibus appositis in collationibus quæ tacitè insunt de jure quæ habentur, ac si non fuissent expressæ, ut not. glo. & ibi Dom. Abb. *in d. ca. significatum. de præbend.* & *in cap. significasti. de elect.* & hinc est quod sicut scientia Theologiæ præfertur aliis scientiis: ita Theologus præfertur aliis Doctoribus cæterarum scientiarum.

2. Unde August. de Anch. *in tract. de potestate Ecclesiastica.* & Archi. Floren. *in 3. parte suæ summæ. titu. 21. cap. 2. §. 8.* tenent quod cæteris paribus præeligendus est in Papam Theologus quàm jurista triplici ratione.

Primò ex parte Ecclesiæ cui præficitur, per quam non intelliguntur muri ædificia, & possessiones, ex quibus insurgunt litigia quæ tolluntur per jura, sed animæ fidelium. *cap. Ecclesia. de consec. dist. 1.* quæ informantur de fide & moribus per Theologiam: nec Christus mortuus est pro temporalibus bonis, imò ea contempsit: sed pro redemptione animarum & salute. *ca. 1. de elec. in prin.* quæ procuratur per prædicationem sacræ Scripturæ. *ut cap. 1. §. sequuntur. de colla. in prag.*

Secundus ex parte scientiæ, quia summus Pontifex præficitur, sicut enim ipse præfertur omnibus prælatis & Pontificibus. *2. quæst. 7.* ita scientia qua debet esse perfectus, præfertur omnibus scientiis.

3. Tertiò ex parte judicii: est enim Papa judex omnium quæstionum emergentium. *ca. per venerabilem. parag. sane. qui filii sint legit.* constat autem quod jura non corrigunt omnia mala: sed multa dimittunt impunita, & per Theologiam omnia vitia reprehenduntur, & punienda extenduntur: qui autem esset bonus Canonista & Theologus ille optimus: ut not. Hostien. *in cap. 1. de consang. & affin.* ubi tenet quod si eligatur in ipsum Theologus purus, & alius Decretista purus in Ecclesia consistat

Source : BIU Cujas

pro majori parte in jurisdictione & causarum ventilatione, nec ibi sunt hæreses, tunc præferendus esset Canonista, quia non est bonus Canonista qui prædicare nescit : ex solis enim Canonibus posset sermonem elèganter formare : ut not. glos. *in cap.* 1. *parag. insuper.* in verbo *habeant. de collat. in pragm.* cùm omnes leges ad honorem Dei & salutem animarum, & Ecclesiæ regimen factæ sint de qualibet, potest quilibet secundum quod congruum sibi videbitur assumere. *ca.* 1. 10. *dist.* & *ca. novit.* 12. *dist.* si autem consistit Ecclesia in spiritualitate & hæreticis vicina est, tunc erit Theologus præferendus. *ca. in causis. de elect. capit. excommunicamus.* §. *si qui mixtum. de hære.* sed circa dignitatem Papalem quod Theologus præferatur, ego assignarem aliam rationem : quia Papa non subjicitur canonibus, nec jura humana tenetur servare. *ca. proposuit. de concess. prabend. ca. innotuit. de elect.* tamen benè tenetur servare jura divina. *ca. sunt quidam.* 25. *quæst.* 1. Et cum his expedita sit præsens Quæstio.

QUÆSTIO LV.

1. *Beneficium an possit impetrari nomine alterius sine speciali mandato.*
2. *Procurator ad beneficium acceptandum poterit, etiam acceptare dignitates.*
3. *Beneficium non potest conjunctus acceptare sine mandato speciali.*
4. *Procurator an posset constitui laicus ad beneficium acceptandum & illi renunciandum.*

QUæro quinquagesimo quintò.

1. An aliquis possit sine speciali mandato Domini impetrare beneficium pro illo domino, & est dicendum quod sic : ut not. Joan. And. & Dom. Abb. per illum text. *in ca. accedens. de prabend. & digni.* & ratio est quia beneficium potest conferri absenti & ignoranti, ut est text. *in ca. si tibi absenti. de prabend. & dignit. suprà.* & *in ca. gratia. de rescrip.* & absens potest eligi ad beneficium. *ca. innotuit. de ele.* & dicit glos. *in ca.* 1. §. *statuit. de ele. in prag.* quod procurator generalis ad omnia negotia potest præmissa facere & ad impetrandum litteras ad beneficia, non requiritur mandatum Domini, cùm possint pro alio impetrari sine mandato. *ca. ad aures.* & ibi glos. & *in ca. nonnulli. de rescrip.* tamen ad acceptandum beneficium in vim gradus aut nominationis speciale mandatum requiritur, ut not. Dom. Abb. & Joan. de Imol. Cardin. post Doct. antiquos. *in ca. accedens. de prabend. & dign.* & rationem assignant : quia in istis beneficialibus & aliis spiritualibus requiritur speciale mandatum. *arg. l. si quis mihi bona. parag. jussum. ff. de acqui. hære.* & *ca. si quem. de procur. in sexto.* & *Clem. non potest. de procur.* & *ca. fin. eod. tit. de procur.* & *ca. procurator. de elec. in sexto.* & propter qualitatem rerum requiritur speciale mandatum, ut not. Domini de Rota. *decisio.* 435.

Speciali mãdato ad acceptandum opus est imò specialissimo ut ait. Molin. ad regu. de inf. num. 304. quod in duobus casibus strictissime observandum. In eo qui incõpatibile beneficium quæritur, ne inscius adeptione secundi priore privaretur, & in resignatario propter regulam de pub. ut judicatũ in mag. Consil. pro nominato D. F. *Damb.* libellor. supp. mag. contra *Vasse* in Prioratu *de Trave.* I.

2. Ideò ad acceptandum beneficium ad hoc ut quæratur absenti, oportet speciale mandatum ad beneficia acceptanda sive certa : & licet in eo procuratorio non fuerit adjectum de dignitate vel cura : sufficit tamen ad acceptandum dignitates, & curata, quia talis constitutio procuratoris est favorabilis, & latè intelligenda, ut tenet glos. in terminis. *in d. ca.* 1. *in parag. statuit.* in verbo *procuratorem. de colla. in pragm.* facit quod not. Inno. Joan. And. Dom. Abb. & Feli. *in ca. sedes Apostolica. de rescrip.* & idem Joan. And. *in ca. accedens. de prabend. & dignit.* & Rota. *decis.* 427. ubi dicunt quod vicarius generalis ad conferendum beneficia potest conferre dignitates : ut no. glo. ubi suprà, *per ca. tua. de verb. sig.* & per ea quæ not. *in ca. dudum. de prabend. in sexto.* ubi not. per Doctor. quod per vicarium non præjudicatur tertiò : sed ipsi concedenti privilegium unde lata debet esse interpretatio. *ca. quia circa. de privile.* & secundum aliquos Doct. videbatur quod ad acceptandum beneficia sufficiat generale mandatum per jura superiùs allegata : ubi per generalem procuratorem quæritur dominium & possessio, ut not. *in l.* 1. *parag. per procuratorem. ff. de acqui. pos.* & ibi Bar. & Dom. Jason. idem not. *in l. quæ mihi. ff. de dona.* & dictæ leges procedunt in acquirendis rebus prophanis : secus in beneficiis Ecclesiasticis & spiritualibus, & hoc propter majus præjudicium, ut not. Inno. *in d. ca. accedens. de præben. & dign.*

3. Ideò ad acceptandum beneficium in vim impetrationis non sufficit quod illa acceptatio fiat per personas conjunctas, ut not. per Doct. *in ca. si tibi absenti. de præben. in sexto.* & ratio est, quia sanguinis conjunctio non supplet speciales defectus mandati. *l. patri. ff. de mino.* & *l.* 3. *parag. sed & si forte. ff. de judi.* not. *in l. vero procuratori. ff. de solu.* & *ca. accedens. de præben. & dign.*

4. Et tutum est constituere procuratorem Clericum ad acceptandum beneficium : & tamen si constituatur laicus satis est, & poterit acceptare. *arg. ca.* 1. *de procur. in sexto.* & quod not. Joan. And. *in regula quod aliqui. de regu. jur. in sexto. in merc.* & Doct. *in d. ca. accedens. de præben. & dig. cum sim.* ut not. Feli. *in ca. ad apostolicæ. de excep.* & novissime Dom. Phil. Decius. *in cap. decernimus. de judi* & ratio assignatur quia talis procurator in illo actu acceptationis se habet ut nudus minister : ut puta declarando voluntatem Domini : ideò censetur gestum ab ipso, facit quod not. *in l. multum. Cod. si juis alteri.* facit *ca. fin. de procu. in sexto.* & quod not. Pau. *in Cle.* 1. *de renun.* & *in Cle.* 1. *de concess. præben.* ubi not. quod renuntiatio beneficii potest fieri per procuratorem laicum, ut not. Dom. de Rota. *decis.* 418. facit *l. universis. Cod. de preci. impe. offe.* ubi licet servus non possit pro se impetrare : tamen si pro alio impetraret valet, nec obstat quod laicus pro se non posset acceptare beneficium. *cap. Massana. de electio.* ergo nec pro alio : *per dictam regulam. quod alicui.* istud solvit Joan. And. & etiam Paul. *in dicta Cle.* 1. *de concess. prabend.* & Henri. *in d. cap. accedens. de præben.* tamen honestius est in talibus constituere procuratorem laicum, ut not. Dom. Abb. & alii Doct. *in ca. decernimus. de judi.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO LVI.

1. *Collatio beneficii quando ſpectat duobus an ſufficiat præſentare reſcriptum alteri tantum.*

2. *Mandatum de providendo an ſufficiat quod præſentetur alteri tantum ubi collatio ad duos ſpectat.*

Significatio Epiſcopo & Ab. abſtinb⁹ à ſua diœceſi aut monaſterio fiat Vicariis utriſque deficientibus, pro foribus ædium affigatur. Si cõjunctim cõferant, alteri eorum inſinuari ſufficit, ſi aliter ſingulis, ſi Canonici vices capituli impleant, capitulo, non ſingulis. Si ratione præbẽdarum conferant beneficia, ut onerari poſſint mandatis tria concurrant neceſſe eſt, clauſula *tam coniunctim quam diviſim*, ut collatori fiat ſignificatio, ut hic collator decem aut amplius habeat in collatione pura beneficia reditus ducentarum librarum, ut indulto cõprehendantur ut judicarũ in magno Conſ. in Decan. Eccleſiæ Carnotenſis inter Lazarum *Brouſſel* nominatum D. *Brouſſel* fiat. lui & D. *Breee* electum ratione graduatorum tria ſi habuerint ſinguli beneficia eorum mandato onerabuntur, ſucceſſit enim concordatum prag. ſanct. quæ tertiam beneficiorum partem graduatis dicabat. Vide Panorm. in cap. eam te de reſcrip. num. 12. & 13. I.

QUæro quinquageſimo ſextò. Quando collatio beneficii ſpectat ad duos collatores, videlicet ad Epiſcopum & capitulum, an ſufficiat alteri præſentare mandatum Apoſtolicum, ita quod utriuſque manus ligentur? & eſt dicendum quod ſic, ex quo enim poteſtas uni admittitur ſine quo collatio facta non valet, & alii ſtatim adimitur ſicut unus ex pluribus arbitris vel à judicibus impediatur, alii non poſſunt procedere. [a] *l. ſi in tres. ff. de arbit.* & *l. ſeq.* & *c. uno delegatorum. de offi. deleg.* & valet denuntiatio facta uni ex his qui domum habent communem. *l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de no.ope. nun.* no. Compoſt. *in c. capitulum. in gloſ. magna. col. 4. de reſcri.* gloſ. & ibi Doct. *in c. ſi capitulo.* in verbo *factam. de conceſ. præben. in 6.* & interpellatio facta uni reorum debendi nocet alteri. *l. ex duobus. ff. de duob. reis.* & *l. ſi. eod. tit.* & hoc verum eſt quando ad iſtos ſpectat collatio communiter & ſimul conferunt: ſecus ſi in ſolidum conferrent, quia ſi ſeparatim fieret collatio vel præſentatio ab eo cui non eſt facta exhibitio nominum, aut inſinuatio nominationis illo cui eſſet facta non revelante, valeret per eum facta collatio, quia non eſt adepta illi collatori poteſtas alteri conferendi, quia ex quo unus ſine altero poteſt conferre alio non revelante: oportet quod utriſque ipſorum fiat inſinuatio ad hoc quod utriuſque impediatur poteſtas conferendi: facit quod no. Jo. And. *in cle. 1. de renun.* in verbo *facienda.* & not. Lap. & Dom. de ſancto Gem. *in dicto ca. ſi capitulo. de conceſ. præben. in 6.* & ex ſeparatis non fit collatio. *C. de don. inter virum & uxo. l. ſi maritus ff. de calum. l. ſi.* & *l. Papinianus. de mino.* & facit quod no. *in c. dilectus. de offi. ordi. cum ſimi.* ut no. gloſ. *in c. 1. §. ſtatuit.* in verbo *ſpectat. de colla. in prag.* & ſi collator ſe latitet vel includit vel per metum, aut aliàs impedit ne fiat ei exhibitio vel inſinuatio, proinde eſt ac ſi ei facta fuiſſet, ſicut pro citato habetur qui ſe occultat vel impedit ne poſſit citari. *c. quoniam frequenter. §. porro. ut lite non conte.* facit *cle. 1. de foro compe.* & *l. 2. C. de his qui per metum judi.* & *ca. fin. de appell.* & *l. ut perfectius. C. de annali excep.* & *§. is autem. 16. q 3* & not. Compoſt. *in ca. eam te. de reſcri. in ca. capitulum. in gloſ. mag. ver. item quid ſi velim. de reſcri.* & iſto caſu facienda eſt præſentatio & inſinuatio ſecundum formam. *cle. cauſam. de elec.* arg. illius tex. ubi dicitur quod in aliis caſibus in quibus requiritur intimatio, ſervanda eſt. *dicta cle.* facit *ca. 1. de pacificis poſſ. in pragma.* & ubi collatio ſpectat ad capitulum, ſed Canonici nolunt convenire & qualiter ſit convocandum no. Compoſt. *in dicto ca. eam te. de reſcri.* & ſi Canonici nollent convocare facit gloſ. *in ca ſi capitulo. de conceſ. præben.* & Inno. *in ca. gravem. de ſenten. excom* & Bal. *in l. nam ita divus ff. de adop.* & Compoſt. *in dicto. ca. capitulum. de reſcri.* facit gloſ. *in c. bonæ de elec. in primo.* & Jo. An. *in dicto ca. ſi capitulo.* & ſi collatio beneficiorum ſpectat ad Canonicos non conjunctim, ſed diviſim, ſufficit inſinuare nomen & nominationem generaliter & publicè, quia ſi mandatum dirigitur capitulo adjecta clauſula *communiter vel diviſim.* tunc extenditur ad omnia beneficia ejuſdem capituli, ſive dentur in communi per ipſum, ſive in turno, per Canonicos ejuſdem Eccleſiæ ſingulares vice & auctoritate capituli, de conſuetudine vel ſtatuto, & ſufficit inſinuare in capitulo generaliter cùm Canonici gerant vicem ipſius capituli. *ut dicto ca. ſi capitulo. de conceſ. præben. juncto. ca. fi. de præb. in 6.* Domini de Rota *deciſi. 199.* ſed iſtud mandatum non extenditur ad beneficia ſpectantia ad ipſos Canonicos ratione ſuarum præbendarum non vice capituli niſi contineatur in literis nominationis ad collationem capituli communiter vel diviſim. *ut dicto ca. fi. §. 2. de præb. in 6.* & ratione hujuſmodi beneficiorum aut præbendarum videtur quod ſi ratione Archidiaconatus, Decanatus vel alterius dignitatis aut officii in ipſa Eccleſia vel alibi ſpectet ad eos collatio, etiam ſi mandatum contineat *communiter vel diviſim* dignitates illas vel officia, non poteſt gravari, ut no. Jo. And. *in c. fi. de præb. in 6.* quia ratione hujuſmodi dignitatum non ſunt de capitulo cum ad ſolos Canonicos pertineat electio juxta no. per Inno. *in c. 2 de inſti.* & Jo. And. & Pau. *in cle. de elec.* & ſi reperiatur quod Prælati habeant vocem in capitulo procedit ex jure ſpeciali, ut no. *in c. 1. §. 1. de elec. in prag.* & *in c. collatione. de appel. in 6.* cum ergo dirigitur mandatum vel nominatio capitulo *communiter vel diviſim.* intelligitur propriè & comprehendit tantum Canonicos ſive Prælatos, ut no. Joa. de Imo. & Dom. de ſancto Gem. *in d. c. fi. de præben. in 6.* & in iſto caſu non ſufficiet facta inſinuatio publicè in capitulo ſed ſingulariter eſt facienda inſinuatio prædictis Canonicis, ad hoc quod ligentur ad beneficia, quæ ad collationem eorum ſingularem non vice capituli ſpectant, quia ubi perſona ſingularis eſt intimanda ſi inveniatur perſonaliter debet intimari aliquem ad domum vel Eccleſiam, ut no. Docto. *in c. cauſam. de dolo & contu.* & *in d. cle. cauſam. de elec.* & iſto caſu ſi Canonici præſentant vel conferunt ut ſinguli jure ſuo non vice capituli, ſed in primo caſu ſecus eſt, ideo iſto caſu ſufficit inſinuationem fieri in capitulo, quia in denuntiationibus univerſitati faciendis ſufficit quod in loco congruo majoribus ibidem congregatis publicè proponatur. *arg. c. 1. de poſtu. præla.* & *16. diſt. quod dicitis.* & Compoſt. ubi ſupra, ubi non ſufficeret ſingulariter ſingulis Canonicis inſinuare. *arg. in ſimili. l. in tantum. §. univerſitatis. ff. de rerum divi* & *12. q. 2. § quæ manumit.* & idem not. Compoſt. *in d. c. eam te. de reſcri.* & Archid. *in d. c. ſi capitulo. de conceſ præben.* & ſi mandatum dirigitur Decano & capitulo communiter vel diviſim, an poſſit acceptari beneficium ſpectans ad ſingulares Canonicos, & eſt dicendum quod non, quia iſtud mandatum eſt ſtricti juris, & ſtrictè debet interpretari. *arg. c. quamvis. de præben. in 6.* & ſatis poteſt ſortiri effectum in beneficiis pertinentibus ad capitulum & in pertinentibus ad Decanum, ſecus eſſet quando ſcriberetur ad collationem duntaxat capituli communiter vel diviſim, & ita debet intelligi. *d. c. fi. de præben. in 6.* & Dom. de Rot. *deci. 3.* niſi aliud dicat mandatum, ideo ſolet dirigi Decano & capitulo ſinguliſque Canonicis perſonis Eccleſiæ, unde ſub illa dictione *perſonis* venient dignitates in illa Eccleſia, quia prius facta eſt mentio de Decano, qui eſt caput capituli, quare ſub verbo generali quod ſequitur, comprehenduntur aliæ dignitates minores in eadem Eccleſia juxta no. *in d. c. ſedes. de reſcri.* & *in cle. non poteſt. de procura.* ita tenet gloſ. *in c. 1. §. ſtatuit.* in verbo *ſpectat. de colla. in prag.* finis eſt.

[a] Quod puto procedere etiam ſi ad ſolum Epiſcopum ſpectet collatio, ſed capitulũ præſtet conſenſum, quia ſi non poſſit amplius conſentire non poterit Epiſcopus conferre. C. M.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO LVII.

1. *Mandatum de providendo directum ordinario ut provideat impetranti de aliquo beneficio, an extendatur ad hoſpitale.*

2. *Beneficij appellatione non comprehenditur hoſpitale.*

QUæro quinquageſimo ſeptimò. An mandatum de providendo directum ordinario collatori, ut provideat impetranti de aliquo beneficio an vigore illius mandati poſſit providere de hoſpitali ? & eſt dicendum quod non, ut eſt tex. *in cle. 2. de præben.* ita tenet gloſ. *in c. 1. §. ſi autem.* in verbo *beneficium. de colla. in pragm.* dicens quod mandatum aut nominationes non extenduntur ad hoſpitalia quæ non veniunt appellatione beneficiorum : etiam ſi talia habeant Eccleſias annexas & percipiant decimas. *cle. per literas.* & ibi Doct. *de præben. & digni.* no. Pau. & ibi Card. *in cle. quia contingit. de reli. do.* not. Archi. *in c. eum. de eo qui mit. in poſ.* & Card. Floren. *in cle. 1. de ſequeſt. poſ.* niſi eſſent hoſpitalia conſueta conferri religioſis ut in eleemoſinariis multorum Monaſteriorum quarum proventus ad ipſas præpoſiti faciunt ſuos ſicut de aliis beneficiis, quod non faciunt rectores aliorum hoſpitalium. *ut l. orphanotrophos. C. de Epi. & cle. & d. cle. quia contingit. de reli. do.* no. Doct. *in cle. per literas. de præben. & digni.* ideò religioſus impetrans mandatum ad beneficia Abbatis poteſt acceptare tale hoſpitale religioſum : quia *dicta cle. per literas.* non habet locum in religioſis : ut no. per Doct. *in d. cle. quia contingit. §. præmiſſa. de reli. do.* & in religioſis videtur eſſe ejuſdem conditionis, & ſunt amovibilia : ut no. Rot. *deci.* 265. aliter autem hoſpitalia non comprehenduntur ſub nominationibus & mandatis Apoſtolicis etiam in caſibus in quibus daretur hoſpitale in beneficium clericis ſecularibus : ut no. per Doct. *in d. cle. per literas.* in verbo *provideri. de præben. & digni.* & non poſſet legatus hujuſmodi hoſpitalia conferre : ut no. ibi per Docto. & iſtum articulum perſequitur Felin. *in c. de quarta. de præſcrip.*

2. Ubi tenet quod hoſpitale non comprehenditur appellatione beneficii niſi fuerit religioſum, & dicitur hoſpitale religioſum, & ſpirituale, quando in fundationem intervenit auctoritas Epiſcopi : *ut c. ad hoc.* & ibi Dom. Abb. *de reli. do.* ita no. Dom. Abb. & Innoc. *in c. inter dilectos. de dona.* vel etiam quando non conſtat an intervenerit auctoritas Epiſcopi, hoſpitale dicitur religioſum, quoniam ibi eſt campana publicè appoſita : aut ibi celebratur Miſſa, & Altare affixum, & populus ibi convenit pro Miſſa audienda, ut not. Abb. *in c. parentibus. de privileg.* & Feli. magis ample. *in d. c. de quarta. de præſcri. cum ſim.* ut dixi ſuprà. *in 1. parte.* ſuper illa quæſtione, quod veniat appellatione beneficii : tamen in terminis præſentis quæſtionis hoſpitale prophanum, nondum ſpiritualizatum, non comprehenditur per impetrationem facientem mentionem de beneficio, facit glo. *in d. cle. 2. de præben. & in cle. 2. de judi.* Item etiam hoſpitale non comprehenditur per illam impetrationem generalem : quamvis illud hoſpitale eſſet religioſum, ſi eſſet & ſpectaret ad præſentationem patroni laici, ut no. gloſ. *in d. cle. 2. de præben. & digni. cum ſi.* ut no. Felin. *in ſuo tracta. quando literæ Apoſtolicæ præjudicent patronis :* tamen iſtæ literæ ad beneficia comprehendunt hoſpitale religioſum ſpectans ad diſpoſitionem clerici per jura ſuprà allegata. Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO LVIII.

1. *Mandatum Apoſtolicum de providendo an extendatur ad beneficia regularia.*

Ut nullus dubitandi ſuperſit locus ratione graduatorum in concordato additum, *ſæcularia ſæcularibus, regularia regularibus,* neque ſpecie cujuſvis diſpenſationis impetrari poſſe. §. volumus. verſ. inſuper. de coll. in concord. alio jure utimur in indulto curiæ, nam diſpenſato nominato recte conferri regulare beneficium ſæpe judicatum, quod obtinet in ſpontanea ordinariorũ collatione. I.

QUæro quinquageſimo octavò. An impetrans beneficium poſſit vigore illius impetrationis obtinere beneficium regulare aut ſeculare? & videtur quod beneficia regularia non poſſit habere niſi ſit religioſus. *c. nullus. de ele. in 6.* & idem hodie in prælatura aut prioratu regulari. *cle. ne in agro. §. ſane. de ſta. mo.* unde ſecularis conferri non debent *c. officii. c. cum ad noſtram. c. cum cauſam. c. cum in magiſtrum. de elec.* & dicunt quidam Doct. in illis juribus quod ſecularis diſpenſatus ad obtinendum beneficia regularia in commendam non poterit illa beneficia regularia habere per mandatum generale : & ita dicunt fuiſſe ſententiatum, quos refert gloſ. *in c. 1. §. ſi autem.* in verbo *religioſus. de colla. in prag.* & hoc fuit ſententiatum in favorem religioſi contra quendam ſæcularem ad regularia diſpenſatum, qui ſæcularis jure ordinario, & jure mandati de providendo illud beneficium à collatore habuit propter conſequentiam : tamen dicta gloſ. refert illum religioſum obtinuiſſe : quia ſecularis fatebatur illum prioratum vacaſſe in turno nominatorum ſecundum concilium Baſilienſe, & religioſus erat primo loco graduatus, quam eſſet ipſe ſecularis quare merito obtinuit : & circa iſtud eſt advertendum cum aut ſecularis diſpenſatus eſt nominatus ad beneficia Abbatis ſimpliciter non facta mentione expreſſa de regularibus, tunc nominatio non extenderetur ad regularia. *c. cum de beneficio. de præben. in 6.* ubi mandatum de providendo ſecularibus non extenditur ad beneficia conſueta gubernari per regulares niſi expreſsè caveatur. *c. poſſeſſiones.* & quod ibi no. Hoſtien. *de rebus eccle. non alie.* ideò hoc modo eſt advertendum niſi aliud caveretur, in illis impetrationibus, ideo generaliter reſcripta conceſſa ad beneficia intelliguntur de beneficiis convenientibus, primo & naturali ſtatui impetrantis. *c. cum de beneficio. ſuprà alleg. de præb.* & non accidentali, & ratio eſt, quia plus in iſtis conſideratur natura quàm accidens. *l. 1. ff. ad Maced.* & *c. porro. de privile.* & *c. 1. de jure patro. l. 6. l. qui habet. ff. de tutel.* ubi Bar. aut iſta impetratio iſtius clerici ſecularis expreſsè extenditur ad beneficia regularia : tunc videtur valere, quia per diſpenſationem ſublata eſt incapacitas ipſius clerici ſecularis, & poſſet obtinere beneficium regulare jure ordinario : & ad illud poterit promoveri, quia conceſſo uno conceduntur omnia per quæ pervenitur ad illud. *l. ad rem. ff de procur. cum ſimi.* not. *in c. in cauſis. de elec.* quia qui poteſt eligere, poteſt & poſtulare, cùm tendant ad eundem finem electio & poſtulatio, juxta not. *in c. 1. §. & cum humana. de elec. in prag.* facit *d. c. cum de*

Source : BIU Cujas

beneficio. in fi. de præben. in 6. nisi hoc in literis caveatur expressè, & impetrans mandatum aut nominationes ad beneficia Abbatis si tempore datæ erat secularis, & tempore vacationis prioratus est religiosus professus, poterit in vim impetrationis illum acceptare. ut no. Joan. An. & Archi. *in d. c. cum de beneficio. de præben. in 6.* & rationem assignat, quia in talibus inspicienda est conditio & status quæ habet impetrans tempore impetrationis. *ca. 1. si eo tempore. de rescri. in 6.* tamen in præsenti casu contrarium videtur de jure dicendum. *per ca. ei cui. de præben. in 6.* ubi not. quod cùm quæritur de viribus impetrationis respectu capacitatis impetrantis si cessat subreptio attenditur tempus, quod rescriptum mandatur executioni, & in isto casu nulla est subreptio, quia ista impetratio est generalis ad beneficia non expresso regulari : ideò illa impetratio adaptanda est ad beneficium ad quod impetrans reperitur habilis tempore vacationis ejusdem, facit quod no. glos. *in ca. 1. §. insuper.* ver. *quod si quis. de colla. in prag.* ubi dicitur quod in talibus inspicitur tempus vacationis beneficii ad reddendum quem habilem ad illud in vim gradus vel nominationis cum simi. ut not. Domin. Abb. *in cap. dilectus. in 2. de præben.* & attenta communi opinione, quia pro vera tenetur quod religiosus potest de jure promoveri ad parochialem sæcularem Ecclesiam. *cap. quod Dei timorem. de statu. mo.* & Joann. And. *in clemen. 1. de elec.* & Fede. *Consil. 131.* & Henric. *in cap. Deus. de vita & honest. cleric.* & hoc modo concordantur opi. Doctor. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO LIX.

1. *Ad conferendum beneficia quando tempus Lateranensis Concilij currere incipiat.*

QUæro quinquagesimo nonò. Quando tempus Concilii Lateranensis datum ad conferendum beneficia incipiat currere ipsis ordinariis collatoribus, quod est tempus sex mensium. *c. nulla. de concess. præben. ca. licet.* & quasi per totum. *de sup. negl. præla.* & *cle. 1. eod. tit. de sup. negli. præla.* est dicendum quod istud tempus non currit ubi præbendæ non sunt distinctæ, nec est certus numerus Canonicorum. *c. ex parte. de concess. præben.* & est utile quo ad initium, & quo ad progressum: ut est tex. & ibi Doct. *in ca. quia diversitatem. de concess. præben.* unde impedito justo impedimento non currit ei tempus, & in illo semestri tempus suspensionis nullatenus computatur, ut no. Docto. per illum tex. *in d. c. quia diversitatem. de concess. præben.* & illud etiam procedit si sciat beneficium vacare, nisi sit negligens in petenda absolutione, facit. *c. fi. de elec.* & dicunt Doct. & ibi Dom. Abb. *in d. ca. quia diversitatem.* quod post absolutionem obtentam in curia non currit sibi tempus quousque in domum suam se receperit & sarcinulas suas recollegerit. *arg. in simili. l. si ab hostibus. §. fidejussor. digest. ex quibus. cau. majo.* quia justius & honestius est, quod videat indigenis, quorum forte non habet copiam, ut no. glos. *in præ. §. quibus ad plenum.* in verbo *nam Ecclesiarum. in pragm.* & quia honestum est habere consilium sui capituli, quod forte secum non habet *ca. ne pro defectu. de elec.* & in collationibus sunt examinandæ personæ, & si quid judiciale occurreret non posset in aliena diœcesi expedire. *c. novit. de offic. leg.* & *cle. 1. de fo. compe.* ita no. Henr. & Dom. Abb. post alios. *in d. c. licet. de sup. neg. præla.* sed illud tenere non est rutum, quia sublato impedimento currit semestre à tempore scientiæ : nec obstant allegata in contrarium, quia ipse collator poterit conferre extra diœcesim, cùm collatio sit voluntariæ jurisdictionis, ut no. glos. & ibi Dom. Abb. & cæteri Docto. *in c. novit. de offi. leg.* nisi in casu. *ca. statutum. de præben. in 6.* & etiam illa poterit conferre: ad suam collationem spectantia, quamvis ipse collator fuerit in Curia Romana, ut no. Joan. And. *in ca. si Apostolicæ. de præb. in 6.* nec est opus præsentia Clerici cui confertur quando collatio fit, quia absenti potest conferri. *c. si tibi absenti. de præben. in 6.* & hoc est verius cùm diutina vacatio Ecclesiarum sit periculosa ; facit. *c. quam sit de elec. in 6.* & *c. post-quam. dist. 50.* & *c. pro defectu. de elec.* & patroni Ecclesiastici habent semestre, laici verò patroni ad præsentandum habent quadrimestre. *c. 1. de jure pa. in 6.* & istud tempus currit eis à tempore vacationis beneficii. *d. c. quia diversitatem. de concess. præben.* & hoc sive jure proprio per illa jura, sive devoluto. *c. licet. de sup. negli. præla.* no. Dom. Abb. *in d. c. quia diversitatem. de concess. præben.* & *in c. fi. de jure patro.* Et idem est dicendum si patronus laicus est negligens infra quadrimestre, superior ad quem devolvitur potestas conferendi habebit semestre, *ut d. ca. 1. de jure pa. in 6.* & quia mutata conditio rei. *l. cum quis sibi. §. 1. ff. de solu.* & *c. dilectus. in 3. de præben.* & *l. 1. §. is quoque. ff. de colla. bo.* not. Joan. An. & Domin. de sancto Gem. *in ca. 2. de sup. neg. præl.* & *in d. c. fi.* ubi Dom. Abb. *de jure patr.* & Fede. *in sup. cons. 224.* & Dom. Abb. *in c. cum propter. de jure pa.* quia regulariter tempus præfixum ad providendum non currit ignoranti, nec debet quis puniri sine culpa : licet aliqui voluerint dicere quod patrono ignorante & impedito curreret tempus. *per d. c. cum propter.* Nam litigans super jure patronatus impeditur præsentare. *c. ex literis. de jure pa. c. 2. de rest. in integ.* & nihilominus currit sibi tempus : sed non obstat illud. *c. cum propter.* quia ibi non constabat qui esset patronus, merito Episcopus ordinat Ecclesiam sine patrono : sed ex quo constat de patrono non debet illam ordinare sine illius præsentatione. *c. decernimus. 16. q. 7.* & quod dictum est hujusmodi tempora non currere nisi à tempore notitiæ, illud debet intelligi de notitia vera vel præsumpta vacationis quæ debet determinari per judicem considerata beneficii qualitate & quantitate, locorum distantia & fama. *l. mora. ff. de usuc.* & *cle. 1. de concess. præb. in fi.* & ibi Dom. Hosti. & Joa. And. *in c. ex parte. de concess. præbend.* & Guil. *in clemen. 1. de sup. neg. præla.* & Zenze. *in extravaganti execrabilis.* in verbo *notitia.* & Henri. *in ca. nulla. de concess. præbend.* & Dom. Abb. *in d. c. quia diversitatem. de concess. præb.* & Dom. de Rot. *decisio. 38.* & *566.* & etiam *decis. 247.* ita tenet etiam glos. *in dicto c. 1. §. visum.* in verbo *præsentandum. de colla. in prag.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO LX.

1. Papa conferre an poſsit omnia mundi beneficia etiam in præjudicium ordinariorum collatorum.

Francia agnoſcit prevẽtiones Papæ. §. declarantes. de mandat. Apoſt. in concord. ordinarium ignorantiã pretendentẽ non audit. I.

QUæro ſexageſimò. An Papa poſſit conferre omnia beneficia mundi in præjudicium ordinariorum ? & primò videtur quod non : quia Papa nunquam intendit præjudicare alicui tertio niſi faciat ſpecialem mentionem de jure illius. *c. quamvis. de præben. & dig.* & etiam *c. quamvis. de reſcri. in 6.* & quando Papa dat executorem aut auditorem ad audiendum partes non videtur ſibi dare mandatum ad beneficia conferenda, ut eſt text. & ibi Dom. Abb. *in c ſuper eo. de offi. deleg.* & gloſ. & Doct. *in clem. auditor. de reſcri.* ergo videtur quod Papa omnia beneficia non poſſit conferre.

Ad iſtud poteſt reſponderi quod licet Papa non præſumatur velle præjudicare ordinariis collatoribus per jura ſuperiùs alleg. tamen ſi voluerit conferre illud poterit : ut eſt tex. *in c. dudum. de præb. in 6.* & *in c. quamvis. in 2. eod. titu.* & *lib.* pro iſta parte facit quod Papa non poteſt privare quem à jure ſuo, ut no. Doct. *in c. quæ in Eccleſiarum. de conſti. in c. propoſuit. de conceſ. præben.* imò Papa non poteſt privare me à jure quod habeo in aliqua poſſeſſione aut in aliqua re, ut no. Dom. Abb. *in c. conſtitutus. de reli. dom.* nec etiam ſine cauſa poteſt privare Clericum à ſuo beneficio, ut no. Dom. Abb. *in ſua diſpu. incip. Epiſcopus. cum ſi.* ut no. Feli. *in d. c. quæ in Eccleſiarum. de conſti.* nec etiam contra ſuum contractum poteſt venire, ut eſt tex. & ibi Doct. *in c. 1. de proba.* ergo ſi Papa illa jura non poſſit tollere, videtur quod collatoribus non poſſit præjudicare in collationibus beneficiorum : quia Papa etiam in iſtis deberet ſervare ordinem judiciarium : & ſi procederet contra non citatum non valeret pronuntiatio, ut no Doct. *in c. inter quatuor. de majo. & obe.* & *in c. 1. de cauſa poſ. & proprie.* & *in c. cum olim. de re judi.* ergo, &c.

Ad iſtud poteſt reſponderi quod illa jura in contrarium allegata habent locum quando agitur de gravi præjudicio : quod tunc ſine cauſa non poteſt quem privare jure ſuo : ſecus eſt dicendum quando agitur de levi præjudicio : quod tunc ſine cauſa poteſt privare ſubditos à jure eorum, ut no. Feli. *in d. c. quæ in Eccleſiarum. de conſti.* ſed quando agitur de collationibus beneficiorum agitur de levi præjudicio, ut no. Dom. Abb. *in c. 1. de reſti. in integ.* quare his non obſtantibus contrarium de jure credo verius, quod Papa etiam ceſſante negligentia Prælatorum poſſit conferre omnia beneficia totius orbis, ut no. Dom. Abb. *in c. quod diverſitatem. de conceſ. præben.* facit *c. 2. de præb. in 6. & cle. 1. ut lite pen.* & etiam tenet gloſ. *in c. 1. §. viſus.* in verbo *culpa. de colla. in prag.* quia per illa jura apparet quod ipſe Papa in collationibus beneficiorum concurrit cum quolibet ordinario, & ratio eſt quia ipſe ordinarius totius orbis. *c. cuncta per mundum. 9. qu. 3.* tamen iſtud non eſt honeſtum ut auferat aliis poteſtatem contra rationem. *ut c. ecce. 99. diſt.* & pro iſta parte facit tex. *in c. 1. & 2. 22. diſt.* ubi Papa à principio conferebat omnia beneficia, facit etiam gl. *in c. quanquam. in magna gloſ. de elec in 6.* Et iſtud probatur ratione, quod in beneficialibus habet plenariam diſpenſationem. *ut d. c. 2. de præben. in 6.* & in iſtis voluntas ipſius habetur pro ratione. *c. propoſuit. de conceſ. præben. ca. innotuit. de elec.* ita quod in iſtis poteſt ſententiam proferre parte non citata, ut not. Dom. Abb. *in c. inter quatuor. de majo. & obe.* & iſta beneficia ipſe Papa confert ſub conditione aut ad tempus quocunque modo voluerit. *ut c. paſtoralis. 7. q. 1. & c. ſi gratioſe. de reſcri. in 6.* no. *in ca. veniens. de filiis presb. cum ſimi.* ut no. Dom. Abb. *in diſpu. inci. Epiſcopus. in primo dubio. & in ca. conſtitutus. de relig. domi.* & ſic remanet vera concluſio quod Papa omnia beneficia mundi etiam in præjudicium ordinariorum poteſt conferre. Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO LXI.

1. Canonicatum an poſsit Epiſcopus conferre ſine diſpenſatione illegitimo.

2. Canonicatus an ſit dignior beneficio curato.

3. Diſpenſare quomodo poteſt Epiſcopus cum illegitimo ut teneat beneficium.

4. Eccleſia parochialis poteſt annecti Canonicatui Eccleſiæ collegiatæ.

Speculator in titulo. de diſpenſat. §. reſtat dicendum. nu. 9. & §. nunc dicendum de Epiſcopo ũ. dicit Epiſcopum poſſe diſpenſare in beneficiis ſimplicibus, quia non eſt in jure prohibitum. glo. in cap. nulla. de conceſſ. præb. eandem habet opinionem. I.

QUæro ſexageſimo primò. An Epiſcopus diſpenſativè poſſit conferre Canonicatum illegitimè nato : & reſpondet Archi. *in c. 1. de filiis. presb. in 6.* quod Epiſcopus cum tali illegitimo poteſt diſpenſativè conferre Canonicatum, ita etiam tenet Calde. *in ſuo primo conſilio. in titu. de filiis presb.* tamen Jo. Mon. *in dicto ca. 1. de filiis presb.* tenet contrarium quod Epiſcopus non poteſt, & movetur.

2. Quia Cura accedit præbendæ Eccleſiæ Cathedralis, non autem è converſo. *c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. & digni.* ergo ſecundùm eum apparet quod dignior eſt Canonicatus quàm Cura, ſed prohibetur Epiſcopo, ut non poſſit conferre beneficium curatum, fortius ergo cenſetur prohibitum in Canonicatu. Ad iſtud poteſt reſponderi, quod illud eſt falſum dicere quod Canonicatus ſit dignior Cura. *arg. c. cum in illis. de præben. & digni.* nec obſtat *dictum. c. extirpandæ. §. qui vero.* quia habet locum quando beneficium curatum eſt unitum præbendæ, & cauſa unionis illud nomen Curæ ſupprimitur, ut no. *in ca. ſuper eo de præben. & digni.* facit gloſ. *in c. gratia. de reſcri. in 6.* tandem idem Joan. Mon. allegat. *c. quamvis. in 1. de præben. in 6.* ubi patet quod appellatione Eccleſiarum civitatis & Diœceſis non comprehenditur Cathedralis Eccleſia.

3. Ad iſtud etiam reſponderur, quod idem eſt dicendum, quod non comprehenditur beneficium curatum niſi faciat mentionem de Cura, ut eſt tex. *in ca. cum in illis. de præben.* & pro opi. Archi. videlicet quod Epiſcopus poſſit diſpenſare, facit quia non reperitur expreſse prohibitum Epiſcopis quin diſpenſent, ergo poterunt diſpenſare ſecundùm eum alleg. Innoc. *in c. veniens. de filiis presb. in ſumma. titu. de filiis presbyt verſi. circa hoc etiam.* reſponder *ad c. quamvis. de præb. in 6.* quia ibi loquitur in caſu diverſo non adverſo,

adverso, quasi velit dicere quod ibi loquitur in impetrationibus beneficiorum, quæ tanquam ambitiosæ sunt restringendæ, & istam partem quod Episcopus possit videtur tenere Jo. An. *in dicto ca. 1. de filiis presbyt.* & respondet *ad d. §. qui vero.* alleg. per Joan. Mo. negans quod ille. §. loquatur de Ecclesia Cathedrali tantum, sed dicit de Ecclesia majori. Et istud verbum *majori* potest intelligi dupliciter, primo modo, ut dicatur respectu ejus quod sibi adnectitur, quia principale censetur majus accessorio, vel secundo modo dicatur major respectu ejus loci in quo est Ecclesia quæ major & matrix est, licet non sit Cathedralis, ut patet. *in cle. 1. de judi.* & *in Cle. quamvis. §. si vero. de fo. compe.* & *in Clem. 1. de sent. excom.* & sic necessario secundùm eundem Joan. non probatur de Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis.

4. Ex quibus infertur quod Ecclesia Cathedralis potest annecti Canonicatui Ecclesiæ collegiatæ, ut no. Dom. de Rot. *deci.* 229. ubi tenent opi. Joann. Mon. & assignant rationem, quia propter præeminentiam & majoritatem quam habent Canonici Ecclesiæ Cathedralis super alios Clericos civitatis & Diœcesis, cùm ipsi sint partes corporis Ecclesiæ & Episcopi. *c. requisisti. de testa.* Est enim Episcopus caput, & ipsi sunt membra. *c. novit.* & *c. quanto. de his quæ fi. à prala.* & not. Old. *in Consi.* 230. ubi tenet opi. Archi. & assignat rationem, videlicet quod in materia ambitiosa & restringibili dispositio concessa, ut compleatur totam provinciam, includit & Ecclesiam Cathedralem & Metropolitanam. *c. quamvis. §. 1. de præb. in 6.* ergo multo fortius debet procedere in dispensatione magis ampla, sed gratia dispensationis super defectu natalium est hujusmodi, ergo &c. nam talis dispensatio reddit aliquem habilem non solùm in una civitate & in una provincia, sed in toto mundo. *l. penul. ff. de postu.* & 11. *quæst. 3. si quis à proprio.* ergo cum sit concessa Episcopo potestas dispensandi, & ista potestas habilitet talem ad beneficia, ubi quæsita, patet quod debet includere Ecclesiam Cathedralem, & Joan. An. in addi. Spe. *de filiis presby.* ponit istam rationem Oldra. & ibi ponit distinctionem inducentem opiniones ad concordiam, dicens quod quandoque dispensatio talium est arcta & arida, ut cùm dispensatur in ordinibus & habere possit beneficium Ecclesiasticum, tunc secundùm eum potest procedere dictum Joan. Mon. suprà recitatum, ut per illam dispensationem non possit habere Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, aut secundùm eum dispensatio est ampla ut possit promoveri ad ordines & beneficia, etiamsi curam obtinent animarum, & tunc cùm talis sit habilitatus ad curam animarum quæ est ars artium. *c. cum sit. de ætat. & quali.* absurdum esset dicere quod Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis non possit obtineri, & ita procedit opi. Archi. sed ista distinctio Joan. And. solùm prosequitur an dispensatio extendatur ad Ecclesiam Cathedralem vel non, sed in præsenti quæstione nos loquimur an Episcopus possit dispensare in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, & Dom. de san. Gemi. approbat opi. Archi. videlicet quod Episcopus possit dispensare, & ultra rationes superius allegatas dicit quod tex. *in illo. ca. 1.*[a] hoc probat. nam permittit dispensare in beneficio cui non imminet cura animarum, sed Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis non habet curam animarum ex sua propria institutione, ut probatur. *in c. super eo. de præb. & dig.* ergo &c. item facit, quia ista dispensatio debet largè interpretari postquam non agitur de præjudicio tertii, ergo est concludendum quod Episcopus poterit cum tali Canonico dispensare. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

a De fil. Presby. l. 6 C. M.

QUÆSTIO LXII.

1. *Eligi an possit habilitatus ad beneficia.*

a Dico quod illegitime natus dispensatur ad ordines & beneficia non curata obtinere, sive dentur per collationem vel electionem per dictum c. 1. de filiis Presbyt. lib. 6. quod non distinguit. C. M.

QUæro sexagesimo secundò. Si inhabilis ad beneficia fuerit habilitatus ad illa beneficia obtinenda, quæritur an per illam dispensationem videatur esse habilitatus ut possit eligi vel beneficium sibi conferri [a] & istam quæstionem tangunt Docto. *in c. fin. de translat. E. piscopi.* ubi not. quod videtur quod ille possit eligi: nam ex quo est data Episcopo licentia transeundi non obstante vinculo spirituali videtur ex eo sublata difficultas transeundi, & per consequens impedimentum quod erat posse eligi per tex. *in c. cum Vintonienſis. de elect.* tamen Innocen. in isto casu tenet quod iste non potest eligi, sed debet postulari. *in dicto c. fi.* per illum tex. *de transla. Episcop.* & sic videtur quod licet dispensetur cum aliquo inhabili qui non poterat eligi, sed postulari, quod per talem dispensationem non habilitatur quoad modum providendi, ut sic possit eligi, sed debebit postulari, & istud processit in casu illius. *c. fi. de transla. Episcopi.* ex eo quia dispensatio seu indulgentia non tollit ex toto impedimentum à quo necessitatur via postulationis seu postulandi, nam licet per indulgentiam detur licentia transeundi, non per hoc statim tollitur vinculum matrimoniale de quo surgit impedimentum ad viam eligendi, & ideò secundùm eum debet postulari. Item est alia ratio secundùm eum, quia istud impedimentum est favorabile, quia surgit à vinculo matrimonii spiritualis favorabili, & per consequens dispositio tendens ad illud tollendum censetur odiosa, & ideo non tollit ipsum impedimentum ipso jure, quando ipsum impedimentum esset odiosum ut est impedimentum illegitimitatis. *c. 1. & 2. cum si. de fil. presby. in 6.* ideo tunc dispensatio censetur favorabilis ex quo tendit ad tollendum impedimentum odiosum, & ideo istud potentius tollit quam tollat impedimentum favorabile, facit quod habetur in simili. *in l. si tibi. §. quidam. ff. de pac.* ubi patet quod per pactum tollitur ipso jure actio descendens ex delicto tanquam odiosa, licet aliæ actiones non tollantur per pactum: sed eliduntur per exceptionem ex ipso pacto. *l. si unus. §. pactus. ff. de pac.* & eodem modo dispensatio tendens ad tollendum impedimentum odiosum potentius illud tollit ut sic inducat etiam facultatem eligendi, & sic potest intelligi. *c. cum Vintonienſis. de elec.* quam si tendat ad tollendum impedimentum favorabile. *ca. fi. de transla. epi.* & ideo in isto secundo casu non habilitatur ad viam eligendi: aliqui tamen Doct. dicunt. *in d. c. fi.* quod in illo casu ille potuisset eligi ex quo habebat licentiam transeundi. Sed ibi dicit Innocentius quod tutiùs est ut postuletur vel propter dubium opinionis eligatur in postulandum, vel postuletur in eligendum, licet hodie ista forma est reprobata. *in c. 1. de postula. præla. in 6.* ubi cùm sint opiniones, procedit hæc forma *eligo & postulo*, prout de jure melius fieri potest, ut *in dicto ca. 1.* habetur: tamen Hosti. *in dicto cap. fi.* dicit quod tutius est quod omnia fiant per Papam, & quod in isto casu non consentiat sine licentia Papæ, sed Inn. & Jo. And. respondent quod de jure poterit non consentire sine licentia Papæ, & etiam inferior à Papa poterit facere examinationem, ut suprà fuit dictum, ita etiam tenet Dom. Abb. *in dicto ca. fi. de transla. Episcopi.* ponderando ibi tex. qui facit

Diſpẽſationes Papæ ſolent comprehendere beneficia & eorum qualitatem quorum impetrans eſt incapax aut inhabilis puta quę curam animarum habent, ſi primę dignitates in Cathed. ſi principales in Collegia. ſi conventuales ſi id obmiſ-

sum ad ejus generis beneficia non extendetur diſpenſatio. I.

Source : BIU Cujas

mentionem de postulatione, & sic videtur, quod debeat postulari non eligi, & quatenus suprà fuit dictum quod dispensatio super illegitimitate tollit impedimentum, illud debet intelligi, quoad effectum ejus super quo est dispensatum, nam quoad aliud remanet illegitimus, quia per ipsam legitimationem tollitur impedimentum, & sic per dispensationem quæ non facit eum legitimum, licet faciat eum haberi pro legitimo, quod ad id super quo fit dispensatio. *per dictum ca. cum Vintonienſis. de elect.* & not. And. & Dom. Ab. *in ca. per venerabilem. qui filii ſint legi. & in ca. fin. de transla. Epiſcop.* & istam opi. sequitur Dom. de sancto Gem. *in d. c. 1. §. ille vero. de filiis. presby. in 6.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO LXIII.

1. *Legatus de latere an poſsit conferre beneficium eo ſtante extra provinciam.*

2. *Conferre an poſsit legatus hoſpitale.*

Ubi Legatus est in Frãcia donec facultates suæ sint à Senatu probatæ non potest cõferre; statim ac extra regnum est, cessat potestas conferendi. I.

QUæro sexagesimo tertiò. An legatus à Latere possit conferre beneficia eo existente extra suam provinciam; & est dicendum quod sic: ut expresse tenet Archi. *in ca. fi. de offi. leg.* ubi allegat *deciſam decretalem poſt electionem. de conceſ. præbend.* & propter illud quærit an decisa decretalis possit allegari: de quo per Doct. *in præmio Decreta.* & de ista collatione quod Legatus possit conferre eo existente extra provinciam, ita tenet glo. & Doct. *in ca. nemo. de offi. leg.* & Dom. de san. Gem. *in capit. fina. in 1. qu. eod. titu. de offi. legat.*

2. Ex quibus infertur quod ipse Legatus committit administrationem & gubernationem Hospitalis quando illud Hospitale datur in beneficium, [a] juxta not. per Docto. *in Clemen. 2. de præben. & digni.* & idem tenet Lap. *in tracta. de Xenodochiis. quæſt. 44.* & hoc quando Hospitale spectat ad Patronatum clericorum, quia isto casu Legatus potest, ut no. Dom. de sancto Gemi. *in d. ca. fin. de offi. legat. in ſexto.* secus est quando spectaret ad patronos laicos, ut not glos. & ibi Docto. *in Clemen. 2. de præben. & digni.* vel etiam secundùm eundem Lap. quando Hospitale est accessorium Ecclesiæ: & tunc si Ecclesia est in potestate Legati: ita etiam Hospitale. Sed dubitatur quando Hospitale est collegiatum, vel quod Legatus non possit illud conferre: quia Legatus non confert Ecclesias Collegiatas. *ca. deliberatione. de offic. legat.* tamen appellatione Ecclesiarum in isto casu comprehenditur Hospitale, ut suprà dixi. *in 1. parte. cum ſimilibus.* ut not. Felin. *in ca. de quarta. de preſcri.* & ideo beneficia electiva sunt exclusa à potestate Legati: quia non præsumitur quod multitudo exorbitet: ergo Hospitale collegiatum non poterit conferre. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

a Ibi aliter dicit & tenet quod eodem modo potest cõferre Hospitalia si in titulum, vel committere si non in titulum ut potest alia bene. ficia & administrationes, ut ibi tenet Gemin. & bene contra glos. Clem. 2. de præb. C. M.

QUÆSTIO LXIV.

1. *Collatoribus quibus tempus juris currit.*
2. *Beneficia quæ vacare videantur cauſa permutationis, numero ſequenti.*
3. *Conferri infrà quod tempus debeat Hoſpitale non eſt tempus ſtatutum.*
4. *Executori quando tempus currit.*
5. *Tempus ad conferendum an currat Legato de latere.*
6. *Ad conferendum beneficium non habet Legatus natus niſi unum ſemeſtre.*

Nisi tractatus electionis inceptus fuerit, erit præventioni locus, etiam intra hoc trimestre. I.

QUæro sexagesimo quartò. In quibus collatoribus habet locum tempus semestre, & est dicendum quod habet locum in omnibus beneficiis. *ca. 2. de conceſ. præb.* nisi esset Ecclesia cathedralis aut regularis, quia isti solum habent tres menses ad eligendum. *ca. ne pro defectu. de ele.* & etiam patroni Ecclesiastici habent sex menses ad eligendum. *c. eam. de jure pa.* & idem est dicendum in collatoribus sive jure proprio, sive devoluto. *ut ca. 13. de ſup. negli. præla.* tamen istud tempus semestre non habet locum in habente instituere præsentatum à patronis, quia illud tempus est præfixum ad conferendum: tamen ad confirmandum, & instituendum præsentatos non reperitur tempus præfixum à jure: si tamen ille ad quem pertinet confirmatio vel institutio sit negligens, poterit superior ei præfigere tempus ad confirmandum vel instituendum, quo elapso ipse supplebit, ut no. glo. *in ca. 1. parag. viſum.* in verbo *reſpective. de colla. in prag.* ita tenet Joan. And. & Hostien. *in ca. cum Eccleſia. de elec.* & Compost. & alii Doct. *in ca. publicato. eod. tit. de ele.* & Dom. Abb. *in capit. 2. de conceſ præb.* Joan. An. *in capit. ex parte. eod. tit. de conceſ. præb* & Dom. de Rot. *deciſio. 256.* & Dom. Abb. *in capit poſt quam. de elect. & in ca. paſtoralis. de jure patro.* & hoc quod no. Pau. *in Cle. 1. de rerum permu.*

2. Ubi dicit quod semestre non currit superiori in cujus manibus sunt resigna a beneficia, causa permutationis, quia non invenitur tempus præfixum in jure ad conferendum ea. *de jure pat.* Milis verbo. *deciſio.* 339. nec obst. *dictum ca. nulla.* quia loquitur in habente liberam potestatem conferendi, ubi autem astringitur renuntiantibus conferre. *ut dict. Clemen. 1.* facit quod no. Pau. *in d. Clem. 2. de reli. dom.*

3. Quod non est tempus statutum infra quod conferantur Hospitalia, idem Fede. *in tract. permu. q. 29.* sed hoc casu compelletur collator per suum superiorem ad prædicta beneficia sic vacantia conferendum, aut ei præfiget terminum ad id faciendum, quo elapso providebit. *argu. dict. ca. nullus. ca. irrefragabili. de offic. ordi.* aut si nolit conferre postquam constiterit de refutatione redibunt permutantes liberè ad sua beneficia sic resignata. *ca. ſi beneficia. de præben. in 6. ca. potuit. de loca. & c. ſuper eo de appel. Cle. quamvis. de appel.*

4. Idem Lap. in addi. Fede. similiter semestre non arctant executores Papæ ad conferendum, qui possunt providere de beneficio quod sciverunt per sex menses vacare, quia illa constitutio nulla in ordinario solum loquitur, executor autem fungitur vice Papæ. 93. *diſtin. ca. ſi. de offi. deleg.* sanè not. Compost. *in ca. capitulum. de reſcri. in gloſ. magna. circa ſi. in ver. Item numquid executor.* quod est verum quando executor providere potest ad onus cum collatione, [a] nec tempus acceptationis adducitur. *ut in Clemen de conceſ. præben.* sed si certa persona gravatur per rescriptum, puta habet potestatem de beneficio spectante ad collationem capituli illius tempore elapso conferre non poterit donec devolvatur ad Papam. *Clem. ſi de*

a Cujuscunque spectet. C. M.

Source : BIU Cujas

beneficio. de præben. secundùm Jo. An. & Gem. ibidem, quod limitant Lap. & Inn. quando mandatur per executorem certæ & nominatæ personæ, & illa etiam negligit petere beneficium, quia tunc habet locum. *dictum ca. nulla.* secus si executor tantum sit negligens & non ille cui provideri mandatur alleg. *c. tibi qui. §. in prædictis. de rescri. in 6.* Item dicunt quod si beneficium non est affectum eodem tempore curret tempus ordinario collatori ad cujus collationem est devolutum, & ipsi executori, si verò beneficium esset affectum tunc primò curreret negligentia executoris, quia habet conferre infra illud tempus infra quod habet conferre, collator gravatus eo elapso conferre non poterit, nisi ad Papam facta sit devolutio, collatori verò non currit tempus durante tempore quo executor potest conferre, quia cùm per literas Papæ vel processum executoris impediatur Episcopus beneficium conferre, non debet dici negligens, & sic ibi tempus ad conferendum non debet currere. *c. quia diversitatem. de concess. præben. c. fi. de elec.* sed elapso tempore quo executor potest conferre, currit ordinario tempus quod habebat si non esset executor datus, & sic collator in tempore sibi dato negligenter non confert, non devolvetur propterea collatio ad executorem ad hoc. *c. si Clericus. de præb. in 6.* sed ad suum superiorem. *ut in d. cle. si de beneficio.* Item limitat dictum Compost. & Joan. And. procedere in executore quia confert vice Papæ, secus in executore dato ab inferiore à Papa, cui currit tempus indistinctè. *ca. si compromissarius. de elec. in 6. & de præb. in fi. eod. lib.* sic sentit glos. *in d. cle.* à contrario quando dicit qui confert vice Papæ, idem Lap. in addi. ad Fede. *in tracta. permu. quæst. 29.*

Vide Mol. ad reg. de inf. num. 215. & 216. ubi ordinarius posse habere duo semestria dicit. Quin & si beneficium sit laici patronatus sex decim menses sed diverso respectu. Nam Moli. intelligit cõtra Papam Cardinalem habere duo semestria si fuerit ordinarius, & cõtulerit in patroni semestri, quia hac collatione Papa ligatas habet manus,

5. Sed nunquid Legato de latere currit semestre tempus ad conferendum sic, cùm sit ordinarius in provincia sibi decreta. *ca. 2. de offi. leg. in 6.* no. Lap. *in d cle.* Imol. *in d. ca. nulla.* licet autem sibi currat tempus, tamen poterit conferre donec Prælatus suæ legationis jure proprio vel devoluto potest conferre, sed postquam devoluta esset collatio ad Prælatum extra suam legationem ex sua & aliorum negligentia inferiorum à Papa, tunc conferre non poterit nisi ultimatè devolveretur ad Papam: quia tunc poterit. *c. venerabilis. de præben.* no. *ca. 1. de offi. leg. in 6.* & dicit Imol. *in d. c. nulla. de concess. præben.* post Dom. Anto. quod Legatus natus ratione dignitatis, si ad eum devolvatur potestas conferendi ex negligentia inferiorum habebit unum semestre tantum: nec habebit unum tanquam Legatus, & aliud tanquam Archiepiscopus: quia non potest supplere sui negligentiam, sicut nec à seipso appellatur nec quærelatur. *ca. 2. de consue. in 6. ca. Romana. de appel. eod. lib. in 6.* & in facto proprio autorizat. *cle. si una. de reb Eccle. non alien.* facit *ca. licet. de sup. neg. præla.*

si patronus non agnoscat jus suum, habet aliud semestre inquit ex indulto Cardinali Selva de ordinario indultum non habẽte loquitur, ita nihil differt à Molin. I.

6. Ubi loquitur in Eboracensi Archiepiscopo, qui est Legatus natus ratione suæ dignitatis, & ibi antequam fit ad Papam devolutio non habet nisi unum semestre, ut not. Rota. *deci. 316.* sic nec superior ad quem facta est devolutio ex negligentia patroni laici, habebit quadrimestre ad præsentandum, & semestre ad conferendum: sed dumraxat semestre ad providendum, unico enim actu debet providere ut vacatio Ecclesiarum non diu duret: ita videtur sonare tex. *in c. 2. de sup. neg. præla.* & tenendo quod illud verbum *ordinare*, ponitur pro tali provisione, ut no. Domin. de san. Gem. *in c. 1. de rerum permutat. in 6.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio,

Idem Moli. ad reg. de inf. nu. 215. I.

QUÆSTIO LXV.

1. Præventiones in collationibus beneficiorum an sint prohibitæ.

Inutilis hodie hæc qu. Propter §. declarantes. in concord. de mand. Apost. in quo præventiones Papæ reservantur. I.

QUæro sexagesimo quintò. An præventiones sint prohibitæ, & videbatur quod sic per tex. *in ca. 1. §. visum. de colla. in prag.* ubi tex. videtur disponere, ut Papa non possit prævenire ordinarios collatores, & rationem assignat: quia quis non est privandus sine culpa: quia res quæ culpa caret id damnum vocari non convenit. *ca. 2. de const.* & ad istud respondetur quod ille tex. loquens quod Papa non possit prævenire ordinarios non est tex. auctoritatis: quia ille tex. fuit factus per congregationem Bituricensem Gallicanam. ut no. ibi gl. quod ille tex. non est dispositio, sed aviſamentum ad impetrandam provisionem à concilio generali. Item non potuisset congregatio Gallicana tollere præventiones. *arg. ca. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.* ergo est tenendum, quod præventiones Papæ hodie habent locum, ut est tex. *in ca. 2. de præb. & dig. in 6. & in ca. 1. §. nec etiam. de colla. in prag.* & ratio est quia Papa in beneficiis habet plenariam dispositionem. *ca. proposuit. de concess. præben.* & *ca. 2. de concess. præb. in 6. & cle. 1. ut lite pen.* & *ca. 2. 22. dist.* & idem etiam est dicendum in præventionibus Legati. *ut ca. 1. & 2. de offic. leg. in 6.* & no. *in ca. cum dilectus. de jure pa.* & istud de Legato limitatur non procedere in dignitatibus electivis. *c. deliberatione. de offi. leg. in 6.* limitatur etiam secundò in beneficiis de patronatu laici, ut est tex. *in ca. cum dilectus. de jure pa.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO LXVI.

1. Beneficia devoluta quando Legatus potest conferre de alia provincia ad suam provinciam.
2. Conferre potest Legatus Ecclesias collegiatas.
3. Capitulum succedit Episcopo in his quæ sunt inter eos communia.
4. Legatus an possit impedire Episcopum de conferendo etiam in his quæ Episcopus habet ex delegatione juris.
5. Conferre quis & quando potest Legatus beneficia exempta.

Distinguendus Legatus à latere in Franciã missus à Legato nato, puta Archi. Re-

QUæro sexagesimo sextò. An Legatus possit conferre beneficia quæ sunt devoluta ex negligentia alicujus Prælati de extra suam provinciam ad Prælatum qui est in sua provincia? & primò præsupponendo quod Legatus non dicitur impediri exercere suam potestatem in provincia sibi decreta. *ca. si quis autem. 94. distin.* etiam sub obtentu privilegii vel consuetudinis, ut in extravaganti Joan. 22. *super gentes.* & nunc solvendo istam quæstionem videtur, quod Legatus possit illa beneficia conferre. *ca. 1. de offi. leg. in 6.* ita videtur concludere glos. *in ca. 1. §. visum.* in verbo *legatorum. de*

mensi. Ille enim omnia & quæcumque beneficia conferre potest secũdum facultatum

Source : BIU Cujas

Bullas quia voces Papæ explet. gloss. prag. in §. item circa. vers. visum. in verb. *legatorum*. de collat. Legatus natus hoc legationis nomine nihil ultra dignitatem habet quæ neque jurisdictionē neque potestatem auget. I.

colla. in prag. tamen contrarium sentiunt Domini de Rot. *deci.* 308. *aliàs* 316. per ea quæ no. Inn. *in ca. cum inter. & in ca. cum in cunctis. de ele.* cujus dictum posuit Archi. *in ca. 1. ne sede vacan. in 6.* & Jo. An. *in c. quacumque. de ele. in 6.* ubi concludit quod licet in beneficiis, quæ jure proprio spectabant ad collationem Episcopi capitulum supplebit negligentiam Episcopi, secus ubi ex negligentia fit devolutio: quia in illis non censetur communitas inter Prælatum & capitulum gl. quæ dicitur additio. *in c. cum in cunctis. de elec. circa fi.* modo sic dicendum est in proposito quod Legatus videtur, ut non possit conferre accidentaliter devoluta de extra provincia, & cum isto dicto transeunt Dom. And. & Jo. de Imol. *in ca. 2. de concess. præben.* & ratio est secundum eos: quia actus debet attribui principio sed non fini. *c. literis. de rescri. & c. hi qui. §. 2. de præb. in 6.* & *l. filius familias. ff. de ver. obli.* & *l. fi. de stipu. servo.* ubi jura volunt initium spectari. ut no. *in c. dudum. in 1. de elec.* ubi latè per Hen. & Joan. An. *in regula in obscuris. de reg. jur. in 6. in mercu.* & ad ponderandam naturam actus attenditur origo rei non accidens. *l. tutor. ff. de fidejusso. & l si filius familias. C. ad Macedo & l. qui id quod. ff. de dona.* & *l. si quis legationis. de judi.* & *c. jejunium. 76. dist.* cùm ergo Legatus non potuisset conferre illud beneficium ante sui devolutionem, nec post, facit *cle. fi. de rescri.* non enim ex persona Prælati provinciæ Legati prima conditio beneficii immutari dicitur. *l. 2. §. ex his igitur. ff. de verb. ob.* tamen Doct. dicunt istud non esse sine aliquali dubitatione & merito: quia à fine res denominatur. *l. stipulatio. parag. opus. ff. de verb. oblig.* sed adhuc de baptismo. & finis designat qualis res sit censenda. *c. frater. de frigi. & maleſi. in fin.* & Spe. *ti. de fructu & intereſſe. parag. 1. ver. sed quid si debeo.* & finis inspiciendus est. *l. quidam. de fidejus. ff. de verb. obli.* & *l. si debitori. parag. si filius. ff. de pecu.* quæ volunt finem inspici. ut no. Joan. An. & alii Doct. *in c. 2. de novi ope. nunti.* & glos. *in c. 1. de renun.* & licet Legatus ante devolutionem non potuisset conferre, tamen post devolutionem videtur quod possit, cum ex mutatione personæ sequatur mutatio status rei. *l. senatoris filium. ff. de sena.* & *ca. dilectus. in 3. de præb.* cum ibi no. per Doct. & *in c. 1. de jure pa. in 6.* & pro & contra facit. *cle. si de beneficio. de præben.* & hoc pro ista parte ubi dicitur, quod si impetravi ad collationem Episcopi, executor non providebit de beneficio: hujus collatio quæ ex negligentia Episcopi est devoluta ad suum capitulum, tamen facit contra, quia executor providebit de beneficio spectante ad collationem ipsius Episcopi, sive jure proprio, sive devoluto ex sui capituli vel alterius cujuscumque negligentia, & sic illa cle. inducitur pro & contra: ergo paritate rationis capiendo partem affirmativam dicendum est, quod Legatus poterit conferre dictum beneficium post devolutionem ad Prælatum suæ provinciæ, sicut posset facere ille Prælatus: & hoc est de jure verius. Et ratio assignatur cùm ipse Legatus & Episcopus vel Archiepiscopus accumulativè concurrant in jurisdictionem per totam provinciam cum Prælatis illius. *ca. 1. de offi. Lega.* & ibi per Docto. & no. Dom. Abb. *in ca. sicut unire. de excess. Præla.* & pro ista parte facit text. *in di. Clem si de beneficio. de præben. & dign.* & idem juris dicitur esse in principali & in additamento. *reg. accessorium. de reg. jur. in 6. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact.* & ista devolutio est additamentum ad collationem. *in dicta Cle. si de beneficio.* unde dicit Joan. Mon. *in dicto ca. quamquam. de elect. in 6.* & Dom. Abb. *in ca cum olim de majo. & obe.* quod sicut capitulum vacante sede Episcopali non succedit in collatione beneficiorum spectantium ad liberam collationem Episcopi jure proprio, ita etiam nec spectantium jure devoluta paritate rationis. Idem dico quod potest conferre devoluta ad Episcopum suæ provinciæ ex negligentia patroni laici, licet ante devolutionem non posset invito patrono laico. *ca. cum dilectus. de jure patro.* not. Archi. *in ca. deliberationi. de offi. leg. in 6.*

2. Et Legatus potest conferre Ecclesias collegiatas quarum collatio est ad Papam devoluta, licet ibi Domi. teneat contrarium post alios Doct. ubi tenent quod non potest conferre devoluta ad Papam quæ non sunt sita in provincia suæ legationis. *per dictam Clem. si de beneficio.* ubi executor datus ad providendum ad collationem Episcopi poterit providere de beneficio cujus collatio ex negligentia inferioris est ad Episcopum devoluta, quamdiu est in manibus Episcopi, si autem devolutum esset ad Papam, non conferret, quia primus collator non est de his qui gravabantur per literas executoris. Item etiam Legatus post devolutionem adhuc invenit beneficia in manibus Episcopi suæ legationis, ex quibus infertur an Legatus poterit conferre beneficia ad Episcopum devoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Episcopus confert auctoritate Apostolica, ut est text. *in Cle. 1 de sup. neg. Præla.* Et videtur quod illa beneficia possit conferre, quia ipse Legatus in sua legatione cum quolibet ordinario suæ legationis concurrit sive sit Abbas, sive Episcopus, ita quod quicquid illi possunt in jurisdictionem tam de jure communi, quam de consuetudine poterit ipse Legatus. *argu. l. fin ff. de offi. procon.* & *ca. 2. de offi. leg. in 6.* not. Spec. *titul. de leg. §. nunc ostendendum. ver. præmissa.* & Bart. *in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* & Dom. Abb. *in ca. fin. de confir. utili vel inutili.* & ipse Legatus illa beneficia poterat conferre ante devolutionem, quia potest conferre beneficia spectantia ad collationem exemptorum. *ca. 1. de ver. signi. in 6. ca. cum venerabilis. de consue. ca. si Abbatem. de elect. in 6.* & no. *in ca. 1. de offi. leg.* ergo etiam post devolutionem illa poterit conferre. Nam etiam si essent devoluta ad Papam cujus vices gerit in provincia, devoluta conferret, tamen contrarium tenet glos. *in d. ca. 1. parag. visum.* in verbo *legatorum. circa medium. de colla. in prag.* Et istud probat, quia Episcopus in casu prædicto non sua, sed vice Papæ, & tanquam delegatus confert. *ut d. cle. si de beneficio.* & hoc in exemptis quæ ordinarius confert auctoritate Apostolica censetur in illis casibus delegatus. *c. irrefragabili. parag. cæterum. de offi. ordi.* & ibi Doct. & postquam in illis casibus Episcopi cognoscunt non jure ordinario. sed vice delegata. *ut ca. ut litigantes. de offi. ordi. in 6.* & no. Jo. An. *in d. cle. quia regulares. de sup. neg. præla.* unde talis jurisdictio delegata mortuo Prælato non devolvitur ad capitulum, ut no. Jo. An. & Hen. *in capit. ad abolendam. de hæret.* & Dom. Abb. *in capit. cum olim. de majo. & obe.* per moder. *in c. 1. de majo. & obe. in 6.* sicut nec alia jurisdictio competens Prælato ex delegatione speciali. *c. quoniam Abbas. de offi. deleg.* & Inn. quod mortuo Prælato delegato à sede Apostolica jurisdictio delegata non devolvitur ad Capitulum, sed ad successorem in dignitate. *c. pastoralis. parag. præterea. de offi. ord.* ubi mortuo Episcopo delegato Papæ non recurritur ad capitulum pro absolutione habenda. *c. si is cui. de offi. deleg. in 6.* ubi à subdelegato non in totum mortuo delegato appellabitur ad Papam, & non ad capitulum.

3. Item capitulum succedit Episcopo propter communitatem quæ est inter eos. *c. requisisti. de testa.* sed in his quæ competunt Episcopo jure speciali, vel ex delegatione nulla est communio, ut no. per glo. & Dom. Abb. *in c. scriptum de ele.* & *in c. verum. de fo. compe.* & *in c. his quæ. de maio. & obe.* quare tenet Joan. An. *in d. c. 1. de majori. & obe. in 6.* quod in privilegiis & immunitatibus Episcopali dignitati concessis non succedit capitulum, quia privilegium personam sequitur, & extinguitur cum persona. *c. privilegium. de regul. jur. in 6.* & privilegium non excedit personam

Source : BIU Cujas

privilegiatam. *c. sane. de privil.* not. Pau. *in cle. 1. de hære.* & Fede. *Consi 29.* & Guil. *in tit. de dispen. ver. sed nunquid vicarius.* ubi dicit quod sede vacante capitulum non posset dispensare cum illis cum quibus Papa vel ejus Pœnitentiarius mandat dispensari per Episcopum super irregularitate vel alio defectu, nec etiam ejus vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus Episcopo in remotis agente, cùm intentio committentis ad quam est recurrendum. *c. super litteris. de rescrip.* non fuerit committere nisi ea quæ sunt ordinaria suæ jurisdictioni, & quæ ipsi suæ ordinariæ jurisdictioni tantum imminebant. *c. Romana. parag. nec pro eo. de offi. ordi. in 6.*

4. Commissiones verò Papales non procedunt nec originem trahunt ab ordinaria jurisdictione cùm sint omnino jurisdictionis demandatæ. *ea. fin. de offi. deleg.* & ideo cùm Episcopus in casu propositæ quæstionis conferat ut delegatus duntaxat, non potest Legatus se intromittere, nec impedire Episcopum in conferendo, qui est in isto casu major Legato. *c. studuisti. de offi. lega.* & *c. sane. de off. deleg.* & glos. *in cle. fi. de beneficio.* in verbo *si ad nos. in fi. de præben.* & Inno. *in cle. cum ex eo. de sent. excom.* ubi tenent quod delegatus non potest se intromittere de his quæ Episcopus habet facere ex delegatione juris, ut not. Doct. *in c. si Abbatem. de cle. in 6.* nec obstat si dicatur quod Episcopus potest ea conferre, ergo & Legatus, quia, ut dictum est, Episcopus non confert, ut Episcopus jure ordinario, sed authoritate delegata, & quod dicitur quod Legatus potest omnia quæ Episcopus, intelligitur de his quæ potest Episcopus jure suo & ut ordinarius non jure delegationis aut alio speciali, nisi in quantum à jure delegato permittitur. Item Legatus de latere habet collationem beneficiorum non jure legationis quæ ad hoc non se extendit, sed ex quadam prærogativa & speciali privilegio. *ut c. 1. de offi. lega. in 6.* ergo potestas ista tanquam extraordinaria & superinducta debet restringi, ut est glos. *in cle. 2.* & ibi Dom. Abb. *de offi. ordi.* & idem Dom. Abb. *in c. fi. de confir. uti.* licet ergo possit conferre jure speciali, non tamen debet conferre ea quæ Episcopus habet conferre similiter jure speciali, & debet Episcopus uti sua specialitate cum certat de damno vitando. *l. si minor. 25. ff. de mino.* & in multis restricta est Legatorum potestas circa collationem beneficiorum. *c. præsenti. de offi. lega. in 6.*

5. Tamen ego dicerem hoc modo quod Legatus potest conferre beneficia spectantia ad Prælatos exemptos, ut videtur tex. *in c. si Abbatem. de elec. in 6.* juxta not. *in c. cum venerabilis. de consue.* tamen si ex negligentia ipsius Prælati exempti potestas conferendi jure speciali est devoluta ad Episcopum pendente ista devolutione coram ipso Episcopo, qui dicitur Legatus specialis, tunc Legatus generalis non poterit illa conferre, ut videtur text. *in c. dudum.* & *in c. quamvis. in 2. de præbend. in 6.* nisi provisio illorum beneficiorum per negligentiam ipsius Episcopi esset devoluta ad Papam, quia tunc Legatus generalis illa poterit conferre, ut not. *in cle. si de beneficio. de præbend.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO LXVII.

1. *Præventio an valeat si non exprimat quod ordinarius collator assignavit diem ad conferendum.*

Supra ubi de Cantoria D. Honorati mentio facta tractatur cœptum electionis ad præventionem valere. I.

QUæro sexagesimo septimò.

1. An valeat provisio Papæ si præveniat collatores, & non exprimat quod collatores assignaverunt tempus ad conferendum, & interim ipsa beneficia ignorentur à Papa hoc tacito: deinde capitulum confert, quæritur quæ collatio valeat, & videtur quod collatio capituli sit præferenda, & ratio est, quod videtur prævenisse Papam in assignando terminum, quod res amplius non erat integra. *ut l. mandatum. Cod. manda.* ubi not. quod in negotiis res non est integra quo ad revocandum mandatum per mortem mandantis quando facta sunt præparamenta. *ut instit. mandati. §. item si adhuc.* & *in cle. fi. de procur.* & quando aliquid gestum est in negotio res non est integra. *l. 1. §. cœpisse. ff. de polli.* & *l. more de jurisd. om. ju.* & quod per solam citationem prævenitur jurisdictio. *l. si quis postea. ff. de judi.* & no. *in c. postulasti. de fo. compe.* & *in c. gratum.* & *c. licet. de offi. deleg.* & *in c. fi. de offi. leg.* & ad perpetuandam gratiam Apostolicam re integra morte Papæ expiraret: & sufficit quod executor fuerit aggressus negotium provisionis: [a] *arg. c. quamvis. de offi. deleg. in 6.* vel in forma pauperum quod faciat inquisitionem. *cle. 1. de concess. præbend.* & *cle. fi. de rescrip.* Joan. And. *in c. si cui nulla. de præbend. in 6.* & *in c. præsenti. de offi. leg. in 6.* & si Metropolitanus dedit executorem qui conferret Titio beneficium ad se devolutum, si idoneus esset, si executor inchoat, & postea Metropolitanus det alteri, non valet collatio, ut not. Rot. *decis. 36. arg. ca. in causis. de elec.* & ibi per Doct. & *in c. constitutus. de concess. præbend.* & Doct. *in d. ca. præsenti.* ergo per edicta & citationes absentium videtur capitulum Papam prævenisse: & collatio Papæ hoc tacito videtur surreptitia. *c. cæterum. de rescript. ca. coram de offi. deleg. c. inter Monasterium. de re judi. c. fi.* cum ibi not. *ut lit. penden.* Si enim impetrans expressisset processum factum per capitulum pro facienda collatione, Papa nullatenus vel non ita de facili dedisset illam præbendam. *c. cum olim. de re judica. c. super litteris. de rescript.* tamen ad ista potest responderi quod habent locum in judicialibus, vel in perpetuatione jurisdictionis. Ex his non obstantibus ego contrarium crederem de jure verius, quod valeat collatio Papæ per præventionem: ex quo enim dicti canonici nondum contulerunt: nec ad tractatum collationis processerunt, ut tenet glos. expressè. *in c. 1. parag. visum.* in verbo *non valeant. de colla. in prag.* Et ratio est, quia res erat adhuc integra, & Papa prævenit. *ca. ubi periculum. parag. sane. de ele. in 6.* ubi dicitur res integra antequam ele. sit celebrata *de præsenti.* ubi res est integra quousque fuerit collatio facta. Nam finita legatione Legati expirat reservatio, etiam si factus fuerit processus super ea per executorem, nisi fuerit facta collatio; quod capitulum habet locum in omnibus literis gratiosis, non de simplici justitia Legatorum, quorum jurisdictio non est ita naturalis & favorabilis, ut aliorum ordinariorum, ut not. *in d. clem. 2. de offi. ordi.* ut expirent expirante legatione, ex quo non fuit processum ad collationem vel receptionem, licet processus fuerint facti, ut not. Federi. *Consil. 299.* & Inn. & Compost. *in d. c. in causis. de elect.* ubi in extrajudicialibus negotium desinit esse integrum cùm attinguntur substantialia ipsius negotii, puta cùm eligentes cœperunt tractare die adveniente in loco solito. de elect. & dare voces suas; hoc enim modo res non est integra. *ut d. ca. in causis. de elect.* & not. Henri. *in d. c. constitutus. de concess. præben.* not. *in d. c. fi. eod. tit. de elect. in 6.* ibi *vel alia quæ præcedunt*, intelligi potest quod tunc reservatio Papæ non vitiat electionem, vel alia quæ præcedunt: scilicet

[a] secus in executore legate, C. M.

Source : BIU Cujas

substantia ipsius electionis, licet electio nondum fuerit facta: sed si de solemnitatibus electionis tantummodo aliquid factum esset, non minus res esset integra: ut si cantassent Missam de Spiritu sancto, vel intrassent capitulum, sed de electione nondum tractassent. *arg. l. si pecuniam. ff. de condi. ob causam. l. ante litem. ff. de procu. & l. sequ.* ubi res est integra quo ad procuratoris revocationem quousque lis contestetur, licet multa præcedant ut citationes declinatoriæ fori. *c.* 1. & 2. *de procur. in* 6. ergo dicendum est Papam in casu proposito præveniisse Canonicos: sed cùm in talibus casibus facile possent præveniri Canonici, æquum foret per Papam vel consilium super his provideri, ut not. Hostien. *in summa. de elect. parag. qualiter facienda. ver. quid si timeant.* ubi dicit quod si Canonici timeant ne Papa vel Legatus præveniat quia prope sunt, aut cursor aliquis, qui solet uti diplomate celeriter profectus est ad eos, ipsi eligentes possunt eligere absentibus non vocatis, & curialiter faciet contemptus si quid factum est, ratificet, licet posset agere de contemptu. *c. quid sicut. de elect.* quia hoc non est justum periculum. *arg. l. disputari. de cri. fal. & c. suggestum. de appel. & de præbend. cap. inter cætera.* & per prædicta videtur quod per solam electionem præsentandam verbalem vel litteratoriè factam à Patrono in absentia collatoris, ipse patronus prævenitur à Papa cum simili. ut not. glos. ubi suprà. Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO LXVIII.

1. *Beneficia regularia an sint perpetua.*

Sup. cad. 3. part. quæst. 21. Cæterum manualia fere omnia regularia esse, ut notat Bellamera. decis. 203. nisi curam habeat animarum, hoc amplius non datur in titulum Sacerdotale. Flam. lib. 2. cap. 6. nu. 2. de resig. I.

QUæro sexagesimo octavò.

1. An beneficia regularia sint perpetua vel manualia? & est dicendum quod sunt manualia & revocabilia ad nutum Abbatis. *c. cum ad Monasterium. versi. nec alicui. de statu mo. & clem. quod regulas. parag præmissa. de sup. neg. prala.* nec confirmatur à Papa. *c. porrecta. c. ad nostram. de confir. uti.* nisi aliquando ex certa scientia, & tunc non posset Abbas ea revocare sine causa. *c. cum inter R. seniorem, de elect.* not. Innoc. *in ca. nisi essent. de præbend.* & Fede. *in tract. permuta. q.* 17. & quamvis Abbas concedat Priori obedientiario ut teneat ad vitam Prioratum, vel administrationem sibi concessam potest nihilominus revocare, quia non potest Abbas sibi ipsi imponere legem, quin liceat venire contra dispositionem, nec potest obedientiarius resistere mandato Abbatis cùm velle & nolle non habeat. *c. si religiosus. de elect. in* 6. not. Fede. *Consi.* 254. & Dom. Abb. *in d. c. cum ad Monasterium. & in c. Monachi. de statu mo.* & Joan. And. *in regula non est obligatorium. de reg. jur. in mercu.* & Bal. *in authen. ingressi. Cod. de sacro sanct. Eccle.* & si dicas quod prædicta sunt vera in Prioratibus, & aliis regularibus collativis: tamen non militant in Abbatiis, & in aliis Prælaturis principalibus electivis, cum sint perpetuæ nec possunt removeri sine causa. *ut c. nullam.* 18. *q.* 2. & *d. ca. Monachi.* §. *Priores. de statu. mo.* & isti Prioratus possunt dici perpetui aptitudine, quia possunt remanere apud eos quibus sunt concessa, quamdiu vixerint permittente Abbate, ut not. *in clem. & si principalis. de rescript.* & Dom. Abb. *in c. cum olim. de rerum permu. qu.* 17. & ita præmissa jura possunt intelligi, quia dicitur perpetuum quod certo tempore non limitatur, etiam si detur ad beneplacitum superioris, ut not. Bart. per illum text. *in l. jurisperitos. in prin. ff. de excu. tuto.* nec debet Abbas sine causa removere tales Priores & administrationes, quod si hoc faceret ex malitia posset obedientiarius supplicari superiori Abbati, ut no. Innoc. *in cap. insinuante. qui Clerici.* sed militia cessante potest revocare ad nutum per jura superiùs allegata. ut not. Joan. And. *in cap. præsenti. de offic. ordin. in* 6. & Joan. And. & Archi. *in cap. cum singula. de præbend. eod. lib.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

QUÆSTIO LXIX.

1. *Beneficio privare an possit Abbas Religiosum ubi eum non privare promisit.*

QUæro sexagesimo nonò.

1. Si Abbas confert Monacho beneficium regulare cum promissione de non auferendo sibi donec discesserit, an valeat talis promissio, & est dicendum quod non, ut not. Archi. *in ca. præsenti. de offi. ord. in* 6. idem etiam tenet Fede. *in consi.* 159. facit in simili illud quod not. *in l. interpositas. Cod. de transact.* & Monachus servus dicitur. *c. multos.* 54. *d.* & *in c. non dicatis.* 12. *qu.* 1. dicebat Hostien. Abbatem non posse de facili obligare se Monacho: ut locum teneat extra claustrum. *cap. cum monasterium. parag. tales. de statu. mo. & cap. placuit.* 16. *quæst.* 1. & not. *in cap. insinuante.* & ibi Inno. in Clem. *voventes.* ubi tenet quod si Abbas ex malitia vellet removere Religiosum à loco quem sibi deputavit posset supplicari superiori, & superior audiet eum sicut audiret servum. *l. Cod. ut de preci. impe. off. & inst. de his qui sunt sui vel alie. jur.* facit. *cap. cum singula. de præben. in* 6. & ibi Archi. & Dom. de sancto Gem. & idem tenet glos. *in cap.* 1. *parag. visum.* in verbo *perpetuis. de colla. in prag.* tamen dicit Archid. ubi suprà, quod si Religiosus habet Prioratum à Papa, non tenetur renuntiare ad mandatum Abbatis: [a] quia quantum ad hoc emancipatus est. *arg. si Monachus.* 16. *quæst.* 1. & *cap. Monachi. parag. prioris. de statu. mo* ita tenet Vincentius, & ibi Doct. per illum text. *in cap. cum inter. R. de elect.* & idem esset ubi Papa confirmavit, ut not. Inno. *in d. cap. nisi. de præbend.* & Joan. And. & Lap. *in d. cap. præsenti. de off. ordi.* dicunt quod hodie per constitutionem Benedicti XII. habentes Prioratum, & beneficia in ordine monachorum nigrorum ordinis beati Benedicti ex collatione, provisione, vel ordinatione Apostolicæ sedis, aut Legatorum, ordinariorum vel provisorum ipsius sedis vel prædictorum litteras subsunt in omnibus & per omnia suis prælatis, & removeri possunt ab eis. ut alii habentes à suis Abbatibus vel Prælatis: ut habetur super rubrica *de obtinentibus beneficiis ex collatione Apostolica*, & sic ut alii subsunt, ut not. Lap. ubi suprà, & Pau. *in d. cap. præsenti.* dicit se disputasse istam quæstionem Perusii, & distinxisse quod aut Papa confert sibi de speciali gratia: &

a Hoc pẽdet à superiori qu. de manualibus beneficiis, si enim is cui manuale beneficium collatum est si à beneficio removere velit sine legitima causa, quærelæ locus erit, si sine titulo, est parere habet, cùm superior ratione disciplinæ reddere non teneatur ei qui civitatem non habet permanentem. I.

a Immo videtur quod Papa contulerit vel confirmaverit secundum rationem rei subjectæ. C. M.

Source : BIU Cujas

tunc putat eum tamquam obedientiarium Papæ per Abbatem revocari non posse: & intelligit glos. & Archi. 16. *quæst.* 1. *parag Monachus.* aut confert ipse Papa jure devoluto, & tunc secus, quia illo jure utitur, quod ipse Abbas facit. *cap. cum in cunctis. de elect. Clem. quia regulares.* & quod ibi not. *de sup. neg. prælat.* & hæc procedunt quando beneficium de sui natura erat manuale. Si verò erat de sui natura perpetuum: & tunc non potest Abbas illud revocare, quia talis collatio facta intelligitur cum omni sua qualificatione, [a] *Clemen. quia regulares.* & *cap.* 1. *de capel. mo.* unde ex quo tale beneficium habet confirmationem superioris, ita & per infirmationem ejus tantum debet ei offerri. ita etiam tenet Dom. Abb. *in cap. ad nostra. de confir. uti.* & Card. *in Clem.* 1. *præmissa. de sup. negli. præla. cum sim.* ut no. Dom. de sancto Gem. *in d. cap. præsenti. de offi. ordi.* & Feli. *in cap. constitutus. de rescrip.* & glos. *in cap.* 1. *in parag. visum.* in verbo *perpetuus. de colla. in prag. cum sim.* ut suprà, in proxima Quæstione dixi. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

a Adhuc cũ sua qualificatione videtur conferri. C. M.

QUÆSTIO LXX.

1. *Beneficia secularia an possint conferri Religiosis.*
2. *Monachus an possit esse Canonicus in Ecclesia Cathedrali.*
3. *Monachus unius Monasterii non potest eligi in Abbatem alterius habitus vel religionis.*
4. *Monastica vita est tutior quacunque alia.*

QUæro septuagesimò.

1. An beneficia secularia possint conferri Monachis & Religiosis, & est dicendum secundum glos. *in capit. quod Dei timorem.* quod tam Monachus quàm Canonicus secularis de jure communi, & suadente necessitate vel utilitate, possunt promoveri ad Ecclesias curatas seculares: sed debent socium sui ordinis habere; tamen multi Doct. *in dicto cap. quod Dei timorem.* tenuerunt quod ex dispensatione tantum Monachi possunt promoveri, & ad hoc ponderant illum text. in hoc quod per viam supplicationis fuit provisum: tamen circa istum articulum ponderando dicta Calde. & Dom. Abb. *in dicto capit. quod Dei timorem.* potest sic dici, quod regularis potest promoveri ad dignitatem Episcopalem. *cap.* 1. 17. *quæst.* 1. & *Clem.* 1. *de elect.* facit text. *in cap.* 2. *religiosus. & in cap. quorumdam. & in cap. nullus. de elec. in* 6. Nam ibi Religiosi eliguntur per Canonicos in Episcopos. Si enim non essent habiles de jure non eligerentur, sed postularentur. *capit. fin. de postu. præla.* unde etiam Abbas non obstante vinculo dignitatis potest eligi in Episcopum. *capit. si Abbatem. de elec. in sexto.* & hoc consequitur propter excellentiam Episcopalis dignitatis. Nam Episcopus appellatur religiosus. *capit. ex nulla. de voto, &c.* aut agitur an Religiosus possit assumi in Ecclesia Collegiata: & est dicendum quod non poterit in ea habere Canonicatum, vel aliud beneficium simplex ipsius Ecclesiæ Collegiatæ, & promoveri non potest. *capit. sup. eod. de regula.* adeò quod secundùm Calde. etiam Episcopus dispensare non potest: ut religiosus sit Canonicus in Ecclesia seculari, nam cessat hoc casu privilegium curæ, ratione cujus permittitur promotio ad Ecclesiam secularem. *ut d. cap. quod Dei timorem.* Et hoc debet intelligi nisi Ecclesia cathedralis esset regularis.

Nisi ex fundatione hoc sit constitutum veluti in Ecclesiis sanctæ Crucis & S. Aniani Aureliæ in quibus duo Religiosi professi monasterii sancti Euvertii Canonici à conati sedẽt in Canonicorum subselliis in Ecclesia Parisiensi sancti Victoris & Divi Martini Religiosi jus habent instituendi Vicarios, in Ecclesia Silvanectensi Prior sancti Nicolai *Dasi.* ordinis sancti Benedicti inter Canonicos sedet

2. Nam tunc Monachus unius Monasterii potest promoveri, ut sit Canonicus in Ecclesia cathedrali, & largo modo Monachi in tali Ecclesia possunt appellari Canonici: & sic potest intelligi. *cap. quorumdam. cum glos.* 54. *dist.* & *cap.* 2. 58. *dist.* aut dubitatur an Monachus possit promoveri ad dignitatem Ecclesiæ Collegiatæ: puta ut sit præpositus, & in isto casu Hostien. *in dicto cap. quod Dei timorem.* tenet quod non potest nisi dispensativè propter curæ necessitatem: alii tenuerunt contra, quod sicut potest promoveri ad dignitatem Episcopalem in Ecclesia seculari in præpositum Ecclesiæ Collegiatæ, tamen Joan. Cald. tenet. *in dicto cap. quod Dei timorem.* quod sine dispensatione non promovetur, quia homines disparis professionis non debent in eodem Collegio associari. *cap. in nova.* 16. *quæst.* 8. & *Clem.* 1. *de elect.* puta tamen quod poterit postulari, & Episcopus poterit dispensare, tamen potest teneri contra eum, cùm non reperiatur illud à jure prohibitum. Nam eadem est ratio in Episcopo, cùm Episcopus cum suis Canonicis faciat unum corpus. *cap. novit. & cap. quanto. de his quæ fiunt à Præla.* & ratio curæ & prædicationis hoc casu procedit etiam in illo, facit text. *dict. Clem. de elect.* quia ibi loquitur non ut aggregentur in eodem Monasterio.

& fructus præben. percipit. I.

Pene omnes Cathedrales Ecclesiæ regulares fuere sed seculares factæ tam in capite quam in mẽbris, multæ etiã Collegiatæ, ut ab hinc centum annis sancti Geraldi Aurel Dioc. sancti Flor. Nemausensis Cathedralis. S. Martialis Lemovicensis. S. Stephani Divionе. Tornaci ad Ararim, multæ aliæ Malleacensis Ecclesia in capite & solo Episcopo regulare jugum reliquit cæteri monachi votum & cucullam & proprii abdicationẽ retinuerunt. Appamiense monasteriũ habet Episcopum secularem Canonicorum pars altera secularium regularium altera. I.

3. Quia Monachus unius Monasterii non potest eligi in Abbatem alterius habitus vel Religionis. & *cap. in nova.* loquitur quando in eodem Collegio aggregantur æqualiter, sed *in dict. cap. quod Dei timorem.* Doct. loquuntur quando eligitur in Prælatum, cùm tunc subsit privilegium curæ vel prædicationis, & cùm quæritur de Ecclesia non Collegiata, aut non est curata, & Religiosus illam obtinere non potest, quia cessat ratio curæ; aut est curata, & tunc sunt opiniones an requiratur dispensatio, & communiter tenetur quod de jure communi possit promoveri, ut tenent Hostien. Joan. And. & Cald. *in dicto cap. quod Dei timorem.* ubi dicunt quod non est necessarium ut Episcopus in promotione utatur verbis dispensationis. ut tenet Fede. *in consil.* 131. & Dom. de Rota. *decisio.* 254. ubi major pars videtur deviare ab hac sententia: unde tenent quod Religiosus non potest præsentari per patronum ad Ecclesiam parochialem, tamen communis opinio est in contrarium, ut notat Dom Abb. post glos. & Doct. *in dict. cap. quod Dei. de statu mo.* & videtur text. cum glos. *in cap. parochia.* 16. *quæst.* 1. & illa jura adducuntur in argumentum, dum dicunt quod monachi possunt promoveri: & ibi ponderatur verbum *possunt*, illud enim quod potest per dispensationem dicitur fieri non posse, ut not. Innoc. *in cap. Pastoralis. de cauſ. pos. & proprie.* facit. *cap. faciat homo.* 22. *quæst.* 2. & ita tenet Dom. Abb. ubi suprà & Card. Flo. *in Cle.* 1. *de elect.* & tenendo istam partem tanquam communem Doct. inferunt an isti Religiosi ad illa beneficia secularia possint promoveri sine socio, & in ista quæstione sunt variæ opiniones, quidam dicunt quod Monachi non debent sine socio promoveri, sed regulares Canonici sic nisi commodè socium suum habere possint: alii dicunt *in dict. cap. quod Dei timorem.* quod idem in utrisque ut data commoditate teneantur habere socium, ut not. Jo. And. *in dict. cap. quod Dei. & in cap. fin. de capel. mo.* ubi videtur tenere quod si Religiosus promoveretur, non tenetur habere socium, quia cùm absolvatur à Monasterio, & nullam communionem cum eo amplius habeat, non tenetur Abbas sibi dare socium, sed si promovetur ut obedientiarius monasterii, puta ad Ecclesiam subjectam monasterio ad quam

Hæc omnia quæ ex cap. quod Dei timorem. desumpta sunt intellige de Canonicis regularibus ordinis D. Augustí. & eo nomine dispensatione non egent i-

Source : BIU Cujas

deoque omnibus Prioratibus ejusdem ordinis annexa paroch. Eccles. alterius ordinis ne ullus quidem religiosus paroch. nisi cum dispensatione præfici potest. I.

consuevit Monachus promoveri & ad libitum revocari : & tunc habent locum jura quæ loquuntur de socio. Et ita non firmat Jo. An. *in glos. in cle. ne in agro. parag. ad hæc.* in verbo *ad claustrum. de statu Mo.* quam opinionem sæpissimè fuit secutus Dom. Abb. *in d. ca. quod Dei timorem.* ut ipse ibi refert, tandem sibi multum aperte restitit ille tex. *in d. c. quod Dei timorem.* quia ibi agebatur de promotione perpetua, & Papa allegat in contrarium illud concilium Lateranense, quod est. *in c. 2. de statu Mo.* ubi disponitur quod Monachi singuli non promoveantur : si enim loqueretur illa provisio in obedientiariis, hæc allegatio. *d. ca. quod Dei.* non faceret ad propositum, & frustra Papa allegaret postmodum Canones antiquos : tamen motivum Joan. And. suprà relatum, potest salvari, ut Abbas non teneatur dare socium : sed tamen non tollitur prohibitio juris, ut aliter Monachi non promoveantur, si ergo Episcopus vult eum promovere provideat sibi de socio. Et dicit Dom. Abb. quod si promoveretur in claustralem omnimodò deberet habere socium si est Monachus : & si redditus Ecclesiæ non sufficiant pro duobus, debet Ecclesia uniri vel servari. *d. §. ad hæc.* si verò Ecclesiæ non sunt monasterio sub modo prædicto subjectæ, & tunc de jure antiquo poterat solus Monachus promoveri. *ut d. ca. Paroch. 16. q. 1.* tamen de jure novo non debent singulariter promoveri. *ut d. c. 2. & c. quod Dei. de statu Mo.* dum dicitur quod quascumque parochiales, &c. unde ponderandum est illud verbum *quascumque* : exceptio ergo Jo. And. non probatur jure, cùm includatur sub hac dictione universali : sed in Canonico regulari satis potest dici quod potest habere socium si commodè potest, & in hoc erit differentia inter Canonicum regularem, & Monachum, quod aperte videtur facere tex. *d. ca. quod Dei. de statu Mona.* & gl. ibi dat duos intellectus. Primò, ut intelligatur de non professo, & tunc oportet intelligere, quod dispensativè fuit promotum in plebanum : ut quia Papa dispensavit in illo voto propter majus bonum, quod est singulariter notandum, secundùm Dom. Abb. ubi suprà, quod cum vovente intrare religionem Papa potest dispensare in voto non completo, ut acceptet Ecclesiam curatam propter majus bonum, quia tunc potest sibi prodesse & aliis : sed in monasterio tantùm sibi : & sic ex illa glos. arguitur, quod magis meretur Presbyter parochialis rectè exercendo officium suum, quàm simplex religiosus. Sed circa hoc arguitur secundùm Docto. ubi suprà, quare permittit cuilibet Prælato circa Episcopum dimittere Prælaturam, & intrare religionem. ut not. Dom. Abb. *in ca. licet. de regul.* & sustinendo istud dictum potest dici, ut no. Dom. Abb. *in d. c. quod Dei.* quod illud permittitur.

4. Quia vita monastica est tutior quàm vita quæ sit in sæculo, quia illa est periculosior, unde fortè videt non posse in sæcula proficere : & garritus est fons proprius. *ut d. ca. licet. de reg.* & iste erat professus secundùm alium intellectum. *d. ca. quod Dei.* quem approbavit Lauren. ubi dicit quod fortè fecit posteà professionem, quem intellectum approbat Dom. Ab. ubi suprà, nam Papa arguit de isto, sicut de Canonico regulari, & ad quid daret sibi socium regularem, cùm ille remaneret sine Canonico contra mentem illius. *ca. quod Dei timorem.* unde potest intelligi, quod ibi ille fecit professionem tacitam, non faciendo mentionem de sua conversione : & renuntiando beneficio, videtur eum ex toto renuntiare, & voluisse vitam mutare, unde habetur pro religioso, licet non fecerit solemnem professionem, nec mutaverit habitum, ut no. Hosti. ubi suprà. *per c. statuimus. de regula.* tamen obstat, quia si erat Canonicus, sufficiebat dispositio solius Episcopi, nec oportebat hoc impetrari à Papa, & Papa. *in d. c. quod Dei.* utitur verbis gratiosis, & sic videtur quod de jure non poterat promoveri, tamen potest dici intelligendo. *d. c. quod Dei.* quod ibi plebs erat in collegio, & erant opiniones utrum posset promoveri, ut suprà dictum est, vel dubitabatur quod regulares non possunt promoveri. *per c. 2. de statu Mona.* sed illud cap. non obstat : quia non prohibet simpliciter, sed ut non promoveantur singuli, & hoc modo in isto articulo est concludendum : ut tenet Dom. Abb. post glos. & Docto. *in d. c. quod Dei. de statu Mona.* & hoc modo concordantur jura, an regularis possit habere beneficium seculare. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO LXXI.

1. *Collatio facta uni per Episcopum, & alteri per capitulum, utra valeat ubi spectat ad utrumque.*

Sequere doctrinam cap. unic. ne sede vac. in sext. I.

QUæro septuagesimo primò. An collatio beneficii spectet communiter ad Episcopum & capitulum & Episcop. confert uni, & capit. alteri, quæritur quæ collatio valeat, & videtur dicendum quod neutra valet, ut no. Vincen. *in c. cum eccle. de elec.* & Dom. de san. Gem. *in c. à collatio. de appel. in 6.* & eodem modo istud procedit quod non valet quando Episcopus confert, & habet secum tantùm unum vel duos Canonicos Ecclesiæ, ut no. Dom. Abb. *in c. postulastis. de conces. præben.* quia tunc requireretur major pars capituli cum Episcopo : ut no. glos. *in c. unico. ne sede vacan. in 6.* & Felin. *in c. pastoralis. in prin. de rescri.* & idem determinavit quidam Doctor Paduanus antiquus, quem refert Joan. And. *in c. postulastis. de conces. præben.* & ita etiam consuluit Federi. de Senis, quem refert, & sequitur Dom. de sancto Gem. *in d. ca. à collatione. de appel. in 6.* & constat quod plus juris habet Episcopus, quando solus confert de consensu capituli, quam quando capitulum simul cum Episcopo confert. *in c. unico. ne sede vacan. in 6.* ubi primo casu Episcopo mortuo capitulum non confert, sed benè in secundo casu, & primo casu oportet habere majorem partem capituli fortius in secundo, ubi plus juris habet capitulum : quia confert, & in primo solum consentit quæ sunt longè diversa : & sic opinio Hostien. sonat in absurdum quod minus juris habeat collator, qui confert quam qui non confert, facit etiam. *d. c. unicum. secundo responso. ne sede vacan.* ubi patet quod quando communis est collatio Episcopi, & capit. ut per impedimentum capituli, Episcopus possit conferre solus, requiritur totum capitulum conjunctim, vel omnes de capitulo divisim impeditos : per quod patet, quod si omnes præter unum essent per excommunicationem impediti, illum unum oporteret cum Episcopo conferre, & ista sunt addenda ad ea quæ dixi in quæstione suprà, quando sunt duo corpora, an requiratur minor pars cujuslibet corporis, & no. Domin. de sancto Gem. *in d. c. à collatione. de appel. in 6.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO LXXII.

1. *Legatus per clauſulas generales, an poſsit conferre beneficia vacantia in curia.*

QUæro ſeptuageſimo ſecundò.

1. Quid ſi Papa dat motu proprio uni poteſtatem conferendi hoc modo, *concedimus tibi poteſtatem authoritate noſtra, tot beneficia vacantia vel vacatura qualiacumque, & ubicumque, & qualitercumque, non obſtante quocumque privilegio, de quo etiam oporteret de verbo ad verbum expreſſam facere mentionem, & ſpecialem in litteris noſtris*, quæritur an talis. Legatus poſſit conferre beneficia vacantia in Curia Romana, & dicit Lap. *in c. licet. in* 1. *de præbend. & dign. in* 6. quod videtur ille Legatus ſi habuit illam poteſtatem à ſucceſſore ipſius Clementis Papæ qui fecit. *d. c.* 2. *de præbend. in* 6. ſecus ſi per Clementem illa conceſſio fuiſſet facta, & rationem aſſignat: quia iſte Clemens ſibi, & non ſucceſſoribus potuit imponere legem. *c. innotuit. de elect.* facit quod not. *in c.* 1. *de conſtitu. in* 6. per Joan. And. & Joan. Mon. tamen ſi Clemens faceret talem collationem proprio motu, tunc bene valeret, ut not. Joan. And. *in c. pe. ſuper glo.* & *in c. fin. de reſcrip.* & dicit Dom. de ſancto Gem. *in d. c.* 2. *de præb. in* 6. quod ſibi non placet illa diſtinctio quam facit Lapus ubi ſuprà de Clemente & ſucceſſore, ut etiam not. idem Dom. *in d. c.* 1. *de conſtitu. in* 6. quia ex quo ſucceſſor non revocat illam legem, videtur ſibi imponere quam impoſuerat prædeceſſor in ſuis diſpoſitionibus, & ſic non ligatur conſtitutione prædeceſſoris, ſed potius ex ſua voluntate, & ideo eo caſu ſquo Lapus dicit non valere facta per Clementem, non valebunt etiam facta per ſucceſſorem, & ita etiam tenuit indiſtinctè Feli. *in c. accedentes. de præſcript.* & *in c. nonnulli. in prin. de reſcrip. cum ſimi.* ut dixi, & tenui in ſimili quæſtione ſuprà in iſta tertia parte, & ſi Papa confert beneficium vacans in Curia non Curiali exiſtenti extra Curiam, & ille antequam acceptet collationem, moritur vel poſt acceptationem, antequam habeat poſſeſſionem, videtur quod ordinarius poſſit illud conferre tanquam vacans extra Curiam, ut not Joan. And. in addi. Spec. §. *ſuper actionibus. inſt. tit. de act. & peti.* ubi tenet quod in primo caſu beneficium remanet reſervatum, quia non poteſt dici ſuum ante conſenſum. *c. ſi tibi abſenti. de præb. in* 6. ergo durat prima vacatio, ſecus dicit in ſecundo caſu quando per conſenſum efficitur Prælatus dato quod non habeat poſſeſſionem, ita etiam tenet Dom. de ſancto Gem. *in c. licet. in* 1. *circa fi. de præben. & dig. in* 6. & Oldr. *Conſi.* 57. & Roma. *in Conſi.* 335. Et cum his ſit expedita præſens quæſtio.

QUÆSTIO LXXIII.

1. *Collatione facta uni per Papam, & alteri per Epiſcopum eodem die quis ſit præferendus.*

QUæro ſeptuageſimò tertiò.

1. Quid ſi Papa vel Legatus reſervavit tantum primum beneficium, & ordinarius contulit, nec apparet de prioritate datæ circa reſervationem Papæ aut collationem ordinarii, dubitatur quis iſtorum ſit præferendus, & eſt dicendum quod ille qui habet collationem ab ordinario de beneficio vacante, ita tenet Joan. And. *in c. ſi à ſede de præbend. & dign. in* 6. ex quo ille qui habet reſervationem non probat aliquid quod impediat collationem ordinarii; allegat gloſ. *in cle. fi. de reſcript.* facit quod not. *in c. ſi tibi abſenti. de præbend. in* 6. *per c. duobus. de reſcript.* ita etiam Dom. de ſancto Gem. *in c. ſi à ſede. de præbend.* & *c. ſi pluribus. in* 1. & 2. *reſponſo. eod. tit. de præbend. in* 6. per quod videtur quod ubi proprio motu Papæ hoc expreſſo facta eſt reſervatio, tunc non valet collatio per ordinarium facta, & idem [a] videtur ſi ſit reſervatio generalis quæ habet vim conſtitutionis; [b] & idem videtur etiam ſi non ſit proprio motu facta. *per c. beneficia. de præben. in* 6. ubi æquiparantur collatio & Papalis reſervatio; facit *Clemen. ſi duobus. ut lite penden.* ut not. Lap. & Joan. de Imol. ubi ſuprà, & pro prima opinione ſecundùm eundem Domi. facit quia ordinarius habet liberam poteſtatem in conferendo niſi probetur per Papam, & tandem ipſe Domi. concludit & tenet opinionem Joan. And. quod collatio ordinarii præferatur, attento quod iſtæ reſervationes ſint exorbitantes, & non debent trahi ad conſequentiam, & *regula quæ à jure. de regu. jur. in* 6. & tenendo iſtam opinionem non obſtat. *c. ſi beneficia. de præbend. in* 6. in contrarium alleg. quia ibi loquitur quando de prioritate conſtat: tamen idem Domi. ſubdit quod contraria opinio eſt verior quando reſervatio Papæ fit cum decreto irritanti, quia tunc idem operatur quod collatio, quantum ad offerendam poteſtatem ordinario collatori. *c. ſi eo tempore.* & *c. ſi poſtquam. de elect. in* 6. quia ſi collatio concurrens eodem tempore invalidat collationem ordinarii. *dicto cap. ſi à ſede.* idem faciet reſervatio ex quo ſunt ejuſdem effectus. Tamen ad iſtud poteſt reſponderi, quod illud fundamentum Dom. de ſancto Gem. habet locum quando conſtat de prioritate datæ ipſius reſervationis. & ſic habet locum. *dictum cap. ſi eo tempore. de elect. in* 6. & *cap. ſi poſtquam. de præbend. eod. lib.* quare opinio Joa. And. eſt verior & ſequenda & pro ſua opi. bene facit. *dictum cap. ſi à ſede.* capiendo à contrario ſenſu, quia ſi collatio ordinarii præferatur collationi Papæ, ſi ordinarius prius habeat poſſeſſionem propter additamentum poſſeſſionis, ita etiam in iſto caſu propter additamentum collationis erga reſervationem, quia eſt longè diverſum, quia per collationem acquiritur jus in re. *c. ſi tibi abſenti. de præben. in* 6. per poſſeſſionem nullum jus acquiritur beneficiato, ut not. *in c. accedens. de præben.* ergo data paritate ſi propter poſſeſſionem ille qui habet collationem ab ordinario veniat præferendus, à fortiori ille qui habet collationem ordinarii eſt præferendus reſervationi Papæ. Et cum his ſit expedita præſens quæſtio, & per conſequens iſta tertia pars.

[a] Adhuc idem puto. C. M.

[b] Adhuc idem puto. C. M.

Source : BIU Cujas



QUARTA PARS
TRACTATUS
DE BENEFICIO.

QUÆSTIO I.

1. *In beneficiis an Clerici teneantur jure communi residere.*

Quarta hæc pars operis tota est de residentia Pastorũ & Clericorum neque ex omnibus his quæstionibus neque ex D. D. scriptis certam residentiælegem positam inveni, dum hi juris divini illi positivi esse prædicant: ita tota est in arbitrio judicantium, qui monendos & requirendos non residentes credunt, neque nisi contumaces privandos, iursus non conveniunt quæ forma ad contumacem convincendum observanda. Consultius actum videretur cum omnibus, si dignitatibus primis in Cathedralibus & principalibus in Collegiatis & omnibus curam animarũ habentibus severa & sine gratia residendi lex omni rejecta exemptione imponeretur, & Diœcesani à cura monendi relevarentur & in absentem rejiceretur, ita ut qui actu non ministrasset in suo beneficio, excusationis causas suo Diœcesano intra sex mẽses secundũ can. quisquis 4. quæst. 5. Bul. Pii IV. ann. 1560. de residentia Episcop. mittere teneretur, qui veritate examinata. ca. præsentium. 7. quæst. 1. statuat quod æquum videbitur: Nisi se excuset ipso jure privatus ea severitate qua in cap. licet Canon. de elect. in sext. fine monitione non promotus ad Sacerdotium ipso jure privatur. Et

QUÆRO primò.

1. An Clerici in omnibus beneficiis de jure communi teneantur ad residentiam? & dicebat Inno. *in c. fi. de cle. non resi.* quod Clerici in beneficiis curatis tenentur ad residentiam, & idem est in aliis beneficiis simplicibus quæ requirunt residentiam, etiam habet locum dispositio. *illius cap. fin.* quia ex quo non tenentur residere possunt se absentare, quod est bene notandum secundum Dom. Abb. *in dicto cap. fin. de Cler. non resi.* & idem tenet Innoc. *in cap. ex tuæ. de cle. non resid.* ubi subdit quod de jure communi omne beneficium requirit residentiam, ut not. Hostien. Joan. And. & Dom. Abb. post alios antiquiores. *in d. cap. fin. de Cleri. non resid.* ubi dicunt quod omnia beneficia quæ dantur in titulum, sive sint vicariæ, sive modicæ æstimationis etiam viginti solidorum, requirunt residentiam de jure communi, secus si non daretur in titulum, sed in stipendium, ut puta si alicui pauperi datur possessio Ecclesiæ ad viram vel precarium, quia tunc non tenetur ad residentiam secundum eos ubi suprà *arg. 22 quæst. 1. quia tua.* facit tex. *in c. conquerente. & c. fi. & c. pe. de cle. non resi. & cap. ex parte. de offi. vica. & c. pervenit. de appella. & cap. sanctorum 71. dist.* Idem etiam tenet & sequitur glos. *in proœmio prag. in §. exinde.* in verbo *residen.* ubi tenet quod omne beneficium quantumcumque minimum de jure communi requirit residentiam. *cap. quia nonnulli. de Cleri. non resi. & c. quia in tantum. de præb. & dign.* facit text. *in extravaganti.* Joan. 22. quæ incipit *execrabilis, circa fi. & in extravag.* ejusdem Joan. 22. quæ incipit *suscepti.* & Dom. Abb. *in repe. c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. & dig.* Et ratio potest assignari, quia beneficium datur propter officium. *c. fi. de rescript. in 6.* & dicunt Dom. Abb. & Dom. Phil. Dec. *ind. c. pervenit. in secundo. circa prin. de appel.* quod Canonici possunt compelli ad residentiam & ad serviendum personaliter per tex. *in c. inter quatuor.* & ibi etiam Dom. Abb. *de cleri. non resid.* & non solum Canonicatus, sed etiam beneficia simplicia personalem residentiam requirunt, & vicarius ibi constitui non potest, ut est tex. *in c. pe.* & ibi Dom. Abb. *de cleri. non resi.* ergo omnia beneficia quæ dandantur in titulum residentiam postulant, ut no. Doct. *in d. c. fi.* quod suprà retuli. *de cleri. non resi. cum simi.* ut notat Dom. Phil. Decius. *in dicto cap. pervenit. de appel.* & illud secundùm eum habet locum etiam si beneficium sit modici valoris. *c. conquerente.* & ibi Dom. Abb. *in 4. not. de cleri. non resi.* ita etiam sequitur Ange. de Clava. *in sua summa.* in verbo *clericus* septimo. *in prin.* ex quibus est inferendum quod clericus non potest per alium in suo beneficio deservire, ut not. Dom. Abb. *in c. quod nonnulli. de cleri. non residen.* facit. *l. nullus. Cod. de decu.* & istud habet locum sive beneficium sit simplex, sive curatum, sive etiam sit titulus Cardinalis. *ut cap. ex gestis. de cleri. non resid.* sive etiam sit Papatus. *ut c. per venerabilem.* & ibi Do. Abb. *qui filii sint legi.* & ad faciendam residentiam in beneficio non est necessaria citatio judicialis, sed monitio extrajudicialis sufficit: nec etiam sententia requiritur, ut not. Dom. Abb. *in cap. extirpandæ. §. qui vero. in sua. repeti. col. fin. de præbend. & in ca. quoniam frequenter. §. porro. col. 5. ut lite non contest.* & idem Dom. Abb. *in ca. qualiter. in 3. not. & in ca. ex parte. in princi. de cle. non resi. cum sim.* ut not. Dom. Phil. Deci. post Dom. Abb. *in d. cap. pervenit. in 2. circa princ. de appel.* tamen contra illud quod dictum est de sententia videtur tex. *in d. c. pervenit.* dum dicit prives eundem: ergo videtur quod sententia requiratur, ut tenet Perus. ibi: & dicit Dom. Abb. *in d. ca. inter quatuor. de clericis non resi.* quod ista verba intelliguntur de privatione de facto, ex quo alia jura præcisè dicunt quod iste qui non residet immediatè spoliari potest. *ca. ex tuæ. de cleri. non resid.* & Dom. Abb. *in ca. ex parte. eod. titul. de cleri. non residen. cum sim.* ut not. Dom. Phil. Decius. *in d. ca. pervenit. in 2. de appel.* Et cum his sit expedita præsens quæstio.

quia finguntur lites, qui prior in possessionem venit continuo resideat, litis specie excusatione exposa, nisi licentia à Diœcesano impetrata, aliàs quod jus in beneficio habet eo ipso vacet sine monitione, impetrata licentia, litem intra annum definiri curet, secus collusionis & fictæ litis reus teneatur, & tam actoris quam rei jus vacet. Viderint Diœcesani si quid melius & Ecclesiæ utilius habeant. I.

Source : BIU Cujas

QUÆSTIO II.

1. *Consuetudo an excusat Clericum de non residendo in beneficio.*
2. *Beneficia ex quo sunt propter cultum divinum instituta an excusetur beneficiatus à non residentia propter consuetudinem.*
3. *Beneficio quod quis deserviat per vicarium in absentia beneficiati, an consuetudo hoc permittens valeat.*

QUæro secundò.

1. An consuetudo excuset Clericum de non residendo in beneficiis, & not. Hostien. Dom. Abb. & cæteri Docto. post glos. fi. *in c. cum omnes. de consti.* ubi concludunt quod in simplicibus beneficiis valeret consuetudo de non residendo in beneficio, dummodo Ecclesiæ grave præjudicium non inferatur; in Curatis beneficiis non valere consuetudinem ut per substitutum possit quis deservire, ut not. Doct. ubi suprà quod illa consuetudo esset periculosa animabus parochianorum, & not. Doct. *in d. ca. cum omnes post col. fi. de const.* & *in ca. de multa. de præbend.* & ipsius rectoris videtur industria ad hoc electa. *c. fi. de offi. deleg.* & *c. is cui. eodem titu. de offi. delega. in 6.* & *ca. Clericos.* & *c. fi. de offic. vica.* Nec obstat tenuitas redditus, quia tunc debet unum alteri uniri. *ca. unio.* 10. *q.* 3. aut illud beneficium erat à principio tenue: & est sibi imputandum, quia permisit se in tali beneficio intitulari: & si exiguitas supervenit post collationem, poterit aliud beneficium simplex retinere, juxta not. *in ca. eam te. de æta. & quali.* & *in c. dudum. 2. de elect.* In beneficio autem simplici non est talis consuetudo onerosa, quia potuit induci ex causis rationabilibus. *ut d. c. cum omnes. de consti.* & poterit deservire per vicarium: aut etiam nullo vicario instituto si consuetudo habet cum limitatione: tamen si Ecclesia non indigeret servitore, quia sunt alii qui administrant, ut not. *in c. pe. de cleri. non resid.* posset tamen se absentare à Cura ad certum tempus, ut not. Doct. *in d. c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. & dig.* & Fede. *consi.* 241. & glos. *in proœ. prag. §. exinde.* in verbo *residentiæ.* ex quibus infert Dom. Abb. *in c. extirpandæ. §. qui vero. in sua repe. col.* 15. *de præbend. & digni.* an ex consuetudine possit induci ut beneficiatus percipiat fructus beneficii in absentia: & sic non teneatur ad residentiam, & videtur innuere tex. quod sic. *in c. cum omnes. de constitu.* & *in c. fi. de cleri. non residentiæ.* Et idem tenet glos. *in d. ca. cum omnes.* quæ est glos. fi. & *in ca. dudum. in 2. de elect.* & *in ca. fi. de rescript. lib. 6.* & Dom. *in c. cum jamdudum. de præbend. & digni.* & *in c. fi. de Cleri. non residentiæ.* Hostien. *in c. cum omnes. de constit.* & *in c. ex part. de concess. præbend.* ubi tenet quod illa consuetudo habet verum in parte non in totum quominus scilicet portio sufficiens pro vicario debeat relinqui, aliàs hæc consuetudo tanquam Ecclesiæ onerosa non valeret: ita tenent Archi. & Dom. de sancto Gem. *in c. sacerdotibus.* 31. *distin.* ubi tenent contrarium, videlicet quod non valet consuetudo, ut habens beneficium possit se absentare, & per alium facere deservire, cùm talis consuetudo sit Ecclesiæ onerosa, ut tenet Collectarius. *in d. cap. cum omnes.* ubi dicit quod opinio Hostien. posset sustineri in præbend. & beneficiis non curatis. *d. ca. cum omnes.* in beneficiis Curatis, secus cùm continue habeant ibi residere. *c. licet canon. de elect. in 6.* & *d. c. sacerdotibus.* & hoc modo potest intelligi illud quod not. Archid. *c. quia frater.* 17. *qu.* 1. Et idem videtur tenere Joan. de Lig. *in d. ca. cum omnes.* ubi dicit non valere consuetudinem quod quis non teneatur residere in beneficio non annexo: tamen ad præmissa Gof. & Alanus. *in c. quod nonnulli. de cleri. non residen.* tenent quod consuetudo quorumdam Ecclesiarum habeat beneficium recipi serviendo per Vicarium: in aliquibus quod percipiebat etiam absens sine Vicario ex justa causa, in aliis non percipiebat totum, sed partem: & ipsi dicebant has consuetudines servandas, salvo quod si Ecclesia indigebat, cogeretur dare Vicarium. *c. pen. de cle. non resi.* Et dicit Joan. And. *in d. c. extirpandæ. §. qui vero.* istum dictum Gof. procedere quando subest causa rationabilis, puta quia pauperes sunt Canonici nec possunt de una præbenda congruè sustentari: & sunt tales qui expediunt Ecclesiis in Conciliis & aliis necessitatibus & sic sentiunt dicti Doct. quod cessante utilitate Ecclesiæ non potest induci consuetudo, ut quis percipiat fructus beneficii in absentia Vicario non substituto & dicit Inno. *in c. extuæ. de cler. non resi.* in Ecclesiis non requirentibus residentiam cum Clericus vagatur potest ad residentiam revocari: & sic privari si non redierit, quia sufficit delictum vagationis ad privationem ejus. *c. non oportet Episcopum.* & *c. seq.* 7. *q.* 1. Tamen circa istum articulum potest sic dici: aut nos loquimur in Ecclesia Curata: & tunc est dicendum, quod non valet consuetudo, ut notant Doct. ubi suprà, & Dom. Abb. *in repet. d. §. qui vero. ca. extirpandæ. col.* 16. Et ratio ibi assignatur per eum quod aut consuetudo habet quod possit percipere fructus talis Ecclesiæ Curatæ etiam nullo Vicario instituto, & non valet: quia irrationabilis & Ecclesiis onerosa, & periculum continet animarum parochialium: aut consuetudo habet quod possit percipere Vicario instituto: & tunc etiam non valet consuetudo: quia est irrationabilis, cùm in commissione Curæ eligatur industria personæ cui committitur: ideò non est rationabilis, quod ipse Curatus committat aliis Curam. *arg. ca. fi. de offi. deleg.* & *ca. is cui. de off. delega. in 6.* & hæc habent locum in beneficio Curato.

2. Si autem loquamur de beneficio simplici: & tunc aut consuetudo habet quod non teneatur ad residentiam Vicario instituto: & est dicendum quod valet consuetudo, quia non est Ecclesiis multum onerosa: potuit enim induci ex causis rationabilibus, ut est text. *in dicto cap. cum omnes. de constitu.* aut consuetudo habet ut nullo Vicario instituto non teneatur ad residentiam, & tunc dicit Dom. Abb. ubi suprà, quod sequenda est opinio Goffre. & Ala. quam suprà retuli cum ista limitatione: quod aut Ecclesia indiget servitore, ut quia omnes canonici se absentant, & pauci beneficiati residentiæ, & non valet consuetudo tanquam Ecclesiæ onerosa. *ut ca. 1. de consuetudi.* aut illa Ecclesia non indiget servitore, ut puta quia multi sunt beneficiati in Ecclesia qui non tenentur ad residentiam, & fortè pauci prætextu consuetudinis se absentant: & tunc cùm hæc consuetudo non sit multum onerosa, tunc valet: quia jura generaliter sine hac limitatione videntur innuere eam valere. Nec obstat si dicatur quod hæc consuetudo sit irrationabilis & onerosa, ut quis percipiat fructus beneficii & beneficio non deserviat, cùm propter cultum divinum fuerint instituta beneficia, ut notat Innocent. *in cap. fina. de cleric. non residen* & cùm omnes Ecclesiæ, sint una Ecclesia. *ut capitul. quamvis. 7. quæst. 1.* & *cap. Novationis. 7. quæst. 1.*

Hoc sanctum. art 16. Edict. Aurelia. & 22. & 23. Blesc. capit. cam te. de æta. & qualit. præf. I.

Source : BIU Cujas

ſerviendo Eccleſiæ, generali ſatis videtur ſervire, ut de altari vivere poſſit, dummodo bene expendat, & non theſaurizet, videmus enim diſpenſativè ſtudiorum cauſa concedi, ut quis poſſet percipere fructus Eccleſiæ, etiam Curatæ in abſentia. *ca. cum ex eod. de elect. in ſexto.* & hoc quia ſtudendo ſervit Eccleſiæ generali, quia ad ſui regimen viris literatis permaximè videtur indigere : ſufficit ergo ex quo conſuetudo ſic habet quod per Clericatum ſit electus in ſortem Domini & deditus contemplationi. *ut ca. duo ſunt genera. 12. quæſt. 1.* & hoc verum niſi beneficiatus vagaret : quo caſu, non obſtante conſuetudine illud revocandum eſt, & cum his tranſit Dom. Abb. ubi ſuprà, quam opi. ſequitur & approbat gloſ. *in proœmio prag. parag. exinde.* in verbo *reſident.* ita etiam tenet, & ſequitur Ang. de Clava. *in ſua ſumma.* in verbo *Clericus.* 7. ubi tenet quod in beneficiis Curatis non valet conſuetudo, niſi eſſet rationabilis : ut puta quia beneficium tenue eſt : & tunc valeret conſuetudo, facit *c. licet. de elect. in 6.* & idem ſecundum eum eſt dicendum in beneficio ſimplici quod niſi conſuetudo ſit ex legitima & rationabili cauſa, non valet, quia eſſet damnoſa Eccleſiæ ; ita ſecundum eum non valet diſpenſatio, niſi fiat ex rationabili cauſa : quia eſt diſſipatio, non diſpenſatio, ut no. Innoc. *in c. ex tua. de Cle. non reſi.* & hoc propter multa mala quæ Eccleſiæ, veniunt à pauperibus Chriſti ex non reſidentia : quia tales deſervientes cùm vix poſſint vivere, quærunt quæ ſua ſunt, non Chriſti : & tales comedunt quæ in reparationem Eccleſiæ vel pauperibus dari deberent, & ideo dicit tex. *in ca. quia nonnulli. de Cleri. non reſi.* quod debet reſidere in propria perſona, & curam illius per ſe exercere, & in conſcientia ſi providet ſuis impenſis quod Eccleſia decenter & populus bene regatur, & ipſe honeſtè vivit & bonum exemplum ſubditis præbet, & aliquando per ſe exercet officium : & videt quomodo conſtituti officiantur, excuſantur à peccato, ſed dicit Ang. ubi ſuprà, quod non credit illud eſſe verum niſi pro neceſſaria cauſa vel utilitate eſſet abſens. *l. de pollicitationibus. ff. de pollicita.* idem not. Archi. Floren. *in 3. parte ſuæ ſummæ. titu. 15. ca. 1. parag. 13.* & 14.

In magno Conſilio judicatum ann. 1620. inter Honoratum *de Gevaudam* Canonicum Nemauſenſis Eccleſiæ ſcholaſticũ actorẽ & Scindicum ejuſdem Eccleſiæ, penſionem ſtudiorum cauſa *Gevaudam* nõ deberi niſi fidejuſſoribus datis ſe omnia reſtiturum niſi legitimis ſuccedẽtibus annis ad Sacerdotium promoveretur incivile crediderunt eum in matrimonio eſſe quem Eccleſia ut almam ſuis ſumptibus aluiſſet. Is etiã mos eſt Tullenſis Eccleſiæ Trevirorum. I.

3. Et concludendo in iſto articulo poteſt dici hoc modo quod regulariter valet conſuetudo, ut in abſentia quis deſerviat per vicarium, vel alius in abſentia deſerviat Eccleſiæ, ut not. gloſ. & ibi Hoſtien. & Felin. poſt alios Docto. *in d. ca. cum omnes. de conſtitu.* ubi determinant quod ceſſante magno præjudicio Eccleſiæ valet conſuetudo quod non deſerviat etiam per vicarium. Et concludendum cum dictis Docto. quod regulariter valet conſuetudo quod quis non reſideat nec etiam ſerviat, & per alium, ut not. Dom. Ant. Car. & Jo. de Imol. & Dom. de ſancto Gem. & Feli. poſt alios antiquos. *in d. capit. cum omnes. ſuper glo. ſi. de conſti.* & Archi. *in capit. ſacerdotibus. 31. diſt.* & ibi Dom. de ſancto Gemi. & Cardi. Alexand. & ita not. Hoſtien. & Joan. An. & Dom. Anto. *in ca. ex parte. de conceſ. præb.* & Maria. de Senis. *in repetitione capit. ex tua. col. 34. verſ. ſexto. limitatur. de Cleri. non reſi.* quod regulariter valet conſuetudo, ut quis non reſideat in ſuo beneficio, juxta notata. *in capit. gratia. de reſcri. in ſexto.* & *in Cle. gratiæ. eod. titu. de reſcri.* facit gloſ. penul. *in capit. dudum. in 2. de elect.* & hoc procedit etiam ſi ex ordinatione teſtatoris Eccleſia deberet conferri uni, ut ibi quotidie celebraret : quia valet conſuetudo ut per alium celebretur ſecundum Lapum. *allegat. 36. incipien. utrum abſque diſpenſatione.* & not. Innoc. *in ca. ex tua. verſic. item oportet. de Cleri. non reſi len.* quod valet conſuetudo ut non petita licentia Clericus abſentet ſe à beneficio ſimplici non relicto vicario, dummodo non cauſa vagandi : quia ad hoc etiam non ſufficeret licentia Prælati, & ibi Dom. Ant. *col. 8.* & Dom. Abb. *in ca. licet. in ſi. de præben.* & *in dicta repe. parag. qui vero. eod. tit. de præben.* & *in ca. tua. de Cleri. non reſiden.* ubi dicit quod licitè abſentat ſe quis non à Curato cauſa ſtudii non relicto vicario, quod limitatur per eos niſi Eccleſia non Curata indigeret ſervitio miniſtri : quia tunc non valet conſuetudo, ut no. Dom. Abb. ubi ſuprà, & iſta eſt communis reſolutio, à qua non eſt recedendum : videlicet quod valet conſuetudo de non reſidendo.

Limitatur primò in beneficio Curato. *per ca. licet Canon. de elect. in ſexto.* niſi eſſet magna neceſſitas aut utilitas Eccleſiæ : quia tunc bene valet conſuetudo, ut in beneficio Curato deſerviat per vicarium : ut not. Ange. de Clava. *in ſua ſumma.* in verbo *Clericus. ſeptimo. paragr. 1.*

Secunda prædicta concluſio limitatur quando Eccleſia patitur defectum in miniſtris : quia tunc non valeret conſuetudo. *ca. pervenit. in 2. de appel.* ut not. Doct. ubi ſuprà.

Tertiò limitatur quando quis vagaret, tunc non valeret conſuetudo, ut no. Feli. poſt alios Docto. *in dict. ca. cum omnes. de conſti.*

Quartò limitatur in beneficiis regularibus, etiam manualibus. *Clemen. ne in agro. paragr. ſane. de ſtatu Mona.*

Quintò limitatur in diſtributionibus quotidianis. *c. 1.* & ibi gl. *de Cle. non re. in 6.* Et cum his ſit expedita præſens Quæſtio.

QUÆSTIO III.

1. *A beneficio ſe abſentans propria authoritate an ſit privatus ipſo facto vel privandus veniat.*

2. *Beneficio quando Clericus privatur propter non reſidentiam an debeat citari.*

QUæro tertiò. An ille qui propria auctoritate ſe abſentavit à beneficio ſit privatus ipſo facto, vel an veniat privandus à beneficio per ſententiam : & primò videbatur quod non erat privatus, nec etiam privandus, quia aliquis non privatur à ſuo beneficio niſi pro gravi delicto. *ca. inventum. 16. quæſt. 7. cum ſimi.* ut notant. Dom. Abb. & alii Docto. *in ca. at ſi. de judi.* Item pro gravi delicto commiſſo per beneficiatum non eſt privatus beneficio, ſed per ſententiam venit privandus, ut notant Dom. Abb. & Feli. *in ca. 2. de reſcri.* & *ca. quærelam.* & *in ca. tua. de jurejuran. cum ſi.* ut dixi ſuprà. *in 2. quæſt. 3. partis.* Ad illud argu. poteſt reſponderi quod iſta duo committere delictum, & non reſidere in beneficio ſunt longè diverſa, quia non reſidens in beneficio, & ab iſto recedens propria auctoritate ipſo facto eſt privatus. *ca. extirpandæ. parag. qui vero. de præben. & digni.* ut infra dicetur, ſecus eſt in delictis commiſſis : & ſic habent locum jura in contrarium allegata. Secundò pro iſta parte negativa facit quia non comparens in judicio & contumax non eſt privatus, nec etiam venit privandus beneficio ſuo, ut eſt tex. & ibi Docto. *in ca. 1. de judi.* ſic ergo videtur dicendum in non reſidentem in ſuo beneficio : tamen contrarium eſt rei veritas per tex. *in dict. ca. extirpandæ. parag. qui vero. de præben. & digni.* ex quibus eſt dicendum quando quis non debet per vicarium deſervire in ſuo beneficio quod ſi contrarium fecerit ipſo facto eſt privatus ſuo beneficio, ut eſt tex. *in ca. extirpandæ. parag. qui vero. de præben.* ponderando *verſiculum alioquin.* circa

Olim ſine venia à beneficiis recedere Epiſ. fas non erat nequidẽ ire Romam niſi venia ab Imperatore petita ut colligit. ex Epiſtolis Dom. Greg. lib. 1. Epiſt. 7. qui Anaſtaſio Antiochenſi Epiſcopo ſcribit, ſe ejus nomine ab Imperatore obtinuiſſe ut Romam iret. I.

Source : BIU Cujas

finem positum. Nam clausula quantumcumque odiosa post multa negotia, etiam minimè se tangentia omnia præmissa concernit, ut est rex. de clausula appellatione remota in fine posita. *in capit. inquisitione. de appel.* quæ quantumcumque sit odiosa omnia præmissa concernit. *ca. secundo. requiris. de appel.* facit *capit. cum dilecti. de dona. secundum unam lecturam.* Nam speciale est in donatione ut clausula onerosa in fine posita referatur tantum ad proxima, & non ad etiam præcedentia, ergo in aliis dispositionibus secus est censendum, ideo illa clausula onerosa non refertur nisi ad proximam donationem, quia aliæ donationes præmissæ habent suam clausulam & limitationem, secus ergo si non habuissent ut in præsenti casu. *dict. parag. qui vero.* quo ad sui principium nullam habet clausulam vel determinationem, ergo determinatio & pœna in fine posita debet referri ad omnia, aliàs. *ille §. qui vero.* quoad sui principium esset superfluus super quod principaliter emanavit. Nam si pœna in fine posita non refertur ad principium de quo. *in d. §. qui vero.* cùm principium illius §. satis fuit decisum. *in ca. quia nonnulli. & in ca. relatum. de cle. non resi.* nec est verisimile cùm ille §. fuerit editus in concilio generali, ut patet in suprascriptione, ergo aliquid novi debet inducere quo ad sui principium, ubi fuit provisum rectoribus deputatis servitiis Ecclesiarum de congrua portione relinquenda consuetudine non obstante. & *in illo §. qui vero.* voluit consulere cultui divino, & ex quo habent emolumentum, debent ipsi Ecclesiæ deservire, & ut meliùs observaretur duxit pœnam apponendam: & hoc etiam videtur ille tex. probare ibi. *liberè alii conferendo quod velit & possit, &c.* Nam si pœna refertur tantùm ad illum qui debet constituere vicarium in Ecclesia, annexa ista verba non possent propriè ad instituendum in illa adaptari. Nam tex. dicit, *quod dicitur conferri illi qui velit & possit adimplere.* & in dictione *versi. nisi fortè fuerat dictum de instituendo vicario*, sed iste instituendus in Ecclesia annexa non tenetur ad constitutionem Vicarii: sed debet per seipsum deservire, ex quo non habet præbendam in qua teneatur residere. *ut d. §. qui vero.* debet ergo referri ad primum casum ut sit sensus, quod ista Ecclesia parochialis est conferenda illi qui velit & possit per seipsum in ea deservire. *ut d. c. quia nonnulli. & c. relatum. de cleri. non resi.* ergo illa clausula generalis apposita in fine. *d. §. qui vero.* dicitur referri ad omne id quod est in illo tex. quia indefinita æquipollet universali. *c. si Romanorum. 19. dist.* facit gl. *in c. ut circa. de elect. in 6.* & istud est consonum rationi & favorabile cultui divino, ita tenet Dom. Ab. *in c. extirpandæ. §. qui vero. in sua repeti. de præben. & digni.* & *in ca. ex tua. de cleri. non residen. cum simi.* ut notat Dom. Abb. *in c. quoniam frequenter. §. porrò.* & ibi alii posteriores, & tenendo istam opinionem, quod iste non residens sit privatus beneficio, non obstante. *c. ex tua. & c. inter quatuor. & c. tua. de cleri. non resi.* quæ jura videntur requirere sententiam privationis, postquam tex. vult quod primo moneantur. gl. *in d. §. qui vero.* respondet quod illa jura sunt hodie correcta. Sed ista solutio & responsio omnibus est odiosa, per quam inducitur jurium correctio, cùm expediat jura juribus concordare & correctiones vitare. *c. cum expediat. de elect. in 6.* facit glo. *in c. fin. 30. dist.* quæ inducit illum tex. contra illos qui in omnibus contrariis ponunt tales solutiones, aliud secundùm Canones vel hoc novum, illud vetus, & ideò *ille §. qui vero.* habet locum, quando quis in loco beneficii, & non vult facere residentiam, si ejus delictum est notorium, ideò non oportet quod feratur sententia privationis, vel admoneatur, sicut nec in aliis notoriis servatur ordo. *c. quoniam. de filiis. presby. c. ex parte.* & ibi Inn. *de verbo signi.* Inn. & alii Docto. *in c. bonæ. in 1. de elect.* & illa jura in contrarium allegata habent locum, & debent intelligi quando quis est absens à loco beneficii: quia tunc potest legitimo impedimento detineri: & sic superior debet procedere servato ordine juris, scilicet præcedente monitione, & sic jura hinc inde in præsenti articulo contraria possunt concordari? ita in terminis tenet Domin. Abb. *in d. repe. parag. qui vero. de præben. & digni.* & etiam quamvis iste beneficiatus esset in loco beneficii posset detineri aliquo impedimento occulto, vel etiam potest dari alia solutio ad jura in contrarium allegata, videlicet quod quatenus loquuntur de non residente in Ecclesia parochiali, illa jura procedant quando est occultum, ex justa causa non resideat, unde cùm non residet potest oriri ex juxta causa quòd sit impeditus, ideò requiritur admonitio ut hoc patefiat, non tamen per hoc tollitur, quin quo ad Deum sit privatus sit in veritate justa causa cessante non residet, ita tenet Inno. post alios antiquos Doct. *in c. ex tuæ. de cleri. non resi.* ubi refert quosdam tenere, quod etiam non præcedente monitione auctoritate superioris si certum est, quod ab Ecclesia abest, sine causa potest alteri conferre eandem Ecclesiam. *ut d. c. extirpandæ. parag. qui vero. de præben.* & sic ergo requiritur in isto casu monitio quando dubitatur, an ex justa causa absit, [a] & istud dictum approbat etiam Dom. Abb. ubi suprà, licet Hosti. teneat contrarium: & istud est servandum ut ista jura remaneant incorrecta, ita etiam videtur tenere Oldra. *in suo Consi. 220.* dum quærit utrum Episcopus solus sine Capitulo possit monere clericum absentem, ut ad residentiam revertatur: & si non revertatur possit eum privare, dubium facit; quia Episcopus nullam causam audire debet sine suo capitulo. *ut c. Episcopus nullius. 15. quæst. 7. & c. 1. de excess. prælat.* & ipse Oldra. ubi suprà post multa concludit contrarium: & ad contraria respondet, quod habent locum ubi solemnitas judicii requiritur.

a Aliàs non, sed beneficiū alij confertur & in hoc hęsitat Panormit. in d. repet. col. 9. C. M.

2. Quod hoc non est secundum eum: quia si super hoc solemnitas judicii requireretur, tunc exigeretur citatio: eo quod ipsa est principium judicii. *insti. de pœna teme. litigan. parag. ulti.* quod hic non requiritur, unde non propriè dicunt, quod absens debeat citari, sed requiri. *ut c. ex parte. & c. qualiter. & c. inter quatuor. & c. si. de cle. non resid.* nec jura propriè dicunt quod sententia privationis debeat ferri contra absentem: sed magis dicitur absens suis beneficiis spoliari, allegat. *c. ex parte. & c. ex tua. de cleri. non resi.* & sic secundùm eum non est mirum si in hoc non requiritur consensus capituli, ut no. Inn. *in c. ad aures. de temp. ord.* non enim potest esse notorium Episcopo & Canonicis, si eorum Canonicus est absens. *c. quanto. de transla. prælat.* & ideò non debet super hoc judicium ferri, nec testes recipi, nec causa in judicium deduci. *c. quoniam. de filiis Presbyte. c. ad nostram. de jurejuran.* ita tenet Oldr. ubi suprà, & sequitur Dom. Ab. *in d. c. extirpandæ. parag. qui vero. in sua repe. de cleri. non resi.* ergo est dicendum quod in præsenti casu non requiritur sententia privationis, nec citatio, sed quædam requisitio seu monitio: ut suprà est dictum, & istud tenendo non obstat. *c. 2. de cleri. non resi.* ubi propter non residentiam fuit lata sententia depositionis, quia illud non loquitur in Ecclesia parochiali: & quatenus loqueretur de tali illud procedit in Cardinali, qui sub dispositione generali non comprehenditur, ut not. per Doct. *d. c. 2.* nec etiam obstat si dicatur quod privatio per non residentiam inducitur tantùm per illum §. *qui vero.* ut colligitur ex illis verbis auctoritate illius decreti: ergo jura antiqua sunt correcta: quia hoc non procedit, quia jura antiqua tantùm disponunt super monitione fienda, nec clarè habentur de privatione inducenda propter non residentiam, ut ibi apparet: tamen ad istum intellectum obstare videtur. *d. c. ex tuæ. de cle. non resi.* ubi dicitur quod contra absentem etiam fraudulentum, debet edictum trinæ citationis publicari, & sic videtur quod etiam ubi

Praxis est ut absenti injungatur intra certū tempus residere, & hæc sanctio Vicario si nō sit pro foribus Ecclesiæ relictæ præfigenda, non enim persona ipsa quærēda absentis, cap. ex tua. de Cleric. non resid. versi. 4. permittere. ff. de lib. agnos. l. scire. §. qui autem. ff. de excus. tut. nisi primo decreto paruerit annotantur fructus beneficii dicto cap. ex tuæ. crescente cō. tumacia tertio edicto privatur. I.

Source : BIU Cujas

causa absentiæ est, requiritur citatio, tamen potest dici quod. *in dicto cap. ex tua.* dicitur fraudulenter abesse, eo quod est absens à beneficio ubi deservire tenetur: quo casu præsumitur fraus, ut ibi not. Innoc. *in d. cap. ex tua.* & *in cap. fin. de eo qui mit. in pos.* non tamen ibi constabat verè de fraude: nam si ibi verè & apertè constaret de fraude, ut quia se absentavit, ut non posset citari, nulla requireretur citatio, etiam in aliis casibus, ut not. Innoc. *in cap. ad petitionem. de accusat.* & probatur. *in cap. quoniam. ut lite non contesta.* & idem Dom. Abb. *in d. cap. extirpandæ. §. qui verò. in sua repeti. de præbend. & dign.* quare concludendum est, quod quando clericus non residet personaliter in beneficio curato, per se principaliter absque justo impedimento ipso facto est privatus beneficio. Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO IV.

1. *Beneficio quod quis privetur propter non residentiam, an requiratur monitio tanquam præambula.*
2. *Constitutio Ecclesiæ, an liget in occultis.*
3. *Beneficio quando non residens possit privari non præcedente monitione vel quando requiratur monitio.*

QUæro quartò.

1. An in ista privatione beneficii propter non residentiam requiratur monitio tanquam præambula, ut beneficiatus incurrat pœnam illius. *cap. extirpandæ. parag. qui verò. de præbend.* & respondet Dom. Abb. *in dicta repe. §. qui verò. col. 7. ver. 2. discutiendum erat quod quicquid ibi Doct. teneant* est dicendum, quod quando spe præmiorum inducitur quis ad aliquid non faciendum, & tunc præmium non debetur nisi cùm definit posse illud adimplere, ut not. glos. *in cap. quod quidam. 1. quæst. 1.* & ideo secundum eum si quis stipulatur decem sibi dari si capitolium non ascenderit, perinde est ac si fuisset stipulatus decem sibi dari post mortem, quia tunc desinit habere facultatem ascendendi, ut est tex. *in §. si quis stipuletur. insti. de verb. obli.* fallit secundùm eum in legatis in quibus secundùm leges adhibenda est cautio Mutiana ne inutilia sint legata quæ consistunt in non faciendo, nec impleri possit vivente legatario, puta lego Titio centum si non ascenderit capitolium. *ut l. Mutianæ. ff. de condi. & demonst.* quandoque metu pœnæ quis inducitur ad quid faciendum, & tunc aut tempus in quo fieri debet est determinatum & clarum, quod si illo tempore actus non geritur pœna committitur etiam nulla monitione præcedente, quia dies apposita interpellat pro homine. *ca. licet canon. de elect. in 6. ca. potuit. de locato.* quandoque tempus secundùm eum non est dispositioni pœnali adjectum, & tunc dico quod pœna ipso facto committitur cùm affuit facultas illum actum gerendi, [a] & minimè fuit gestus etiam nulla monitione præcedente, ut not. glos. singulariter. *in l. 1. Cod. de his qui ut indig.* Nam pœna apponitur hæredi non vindicanti mortem defuncti, & ibi infert glos. quod eo ipso pœna committitur, quod hæres habuit opportunitatem vindicandi, & non vindicavit, ita etiam tenet Bart. allegando dictam glos. *in l. cognitione. ff. ad Silla.* ubi dicit quod pœna inflicta propter non factum incontinenti, committitur cùm affuit facultas actum faciendi, minimè fuit gestus. Nam hoc videtur procedere de mente disponentis; tamen contra hoc videtur obstare tex. *in l. 1. §. magistratibus. ff. de magi. conven.* ubi dicit tex. quod magistratui imputatur si tutorem pupillo non dederit: & tamen tunc tantum posset convenire cum fuerint admoniti; sed ad illud respondetur quod ibi delictum non est consummatum nisi præcedente monitione, ut colligitur ex illo tex. simile est. *in cap. 1. de sup. neg. prælat.* secus quando pœna apponitur per verba præsentis temporis nulla facta mentione de admonitione, facit text. *in ca. cupientes. in prin. de elect. in 6.* qui videtur tex. sing. in hac materia, ubi disponitur quod electi in Prælatos Cathedralium vel regularium Ecclesiarum immediatè subjectarum Papæ, debent post consensum electioni præstitum iter arripere veniendi ad sedem Apostolicam eorum electiones prosecuturi, quod si non fecerint, privantur ipso facto omni jure quod eis ex electione fuerit acquisitum, & tex. ibi interpretatur tunc pœnam committi cum non venerint quam citò poterint commodè locorum considerata distantia, & ibi habebit arbitrari bonus judex, & post illud tempus sic à judice moderatum onus probandi impedimentum incumbit illud alleganti. *ut dicto cap. cupientes.* quantumcumque pœna imponatur propter non factum, & quando pœna imponitur propter non factum judex ex variis circunstantiis arbitratur an habuerit facultatem actum agendi, & sic an inciderit in pœnam, & si Judex arbitrabitur opportunitatem fuisse alleganti impedimentum, incumbit onus probandi: & multum facit illud quod not. Spec. *in tit. de citatione. §. sequitur. versi. quid si non præfixus.* ubi dicit quod citatus ad comparendum sine termino tenetur comparere quam citò commodè poterit, & si non comparuerit, poterit mulctari propter contumaciam, ut not. Doct. *in ca. cum parati. de appel.* facit. *c. cum dilecti. de dolo & contu.* ubi citatus ut compareat certa die tenetur comparere, si foret impeditus aliàs quam primum potest, facit. *c. quamvis. de off. ord. in 6.* ibi. *quam cito commodè poterunt.*

2. Non obstat dictum Innocen. suprà relatum, in quo dicit quod non requiratur monitio quando pœna apponitur negativæ, quia non facta latent, quia delictum occultum non impedit vires constitutionis contra constitutionem Ecclesiæ militantis ligat delictum omnino occultum. *cap. porro.* & *cap. cum non ab homine. de senten. excom.* & *cle. 1.* & ibi glos. singul. *de hære. cum simi.* ut not. Dom. Abb. & Feli. & Dom. Philip. Decius. *in c. 1. de consti.* Nam quoad Deum omnia patent. Certum est enim Deo an fuerit facultas actum celebrandi, & licet illud sit occultum quoad Ecclesiam militantem, non habebitur pro ligato, quia Ecclesia militans non judicat de occultis. *ca. erubescant. 32. distinct.* & *c. si omnia. 6. quæst. 1.* tamen in rei veritate ille erit ligatus, licet quoad Ecclesiam sit incertum, facit tex. *in §. conditionis. insti. de verbo. oblig.* ubi tex. notabiliter dicit, quod quæ per rerum naturam certa sunt obligationem non morantur, licet apud nos incerta sint, & sic ex quo constitutio loquitur per verba præsentis temporis ligat contravenientes ipso facto, licet sit occultum an contravenerit, ex quibus est dicendum quod opinio Inno. & aliorum Doct. *in d. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend.* habet locum tantum quoad hoc, ut iste habeatur quoad Ecclesiam militantem pro ligato seu privato, quia occultum est an ex justa causa non resideat personaliter vel non constituat vicarium, ideò ad hoc tegendum sit monitio, sed quoad Deum &

[a] Ita tenet Panorm. in d. §. qui veto. C. M.

Source : BIU Cujas

veritatem nulla requiritur monitio ex quo est canon latæ sententiæ, ut no. Dom. Abb. *in d. c. extirpandæ. §. qui vero. in fua repeti. de præben. & digni.* ex quibus est inferendum quod judex ex variis circunstantiis arbitrabitur illam habuisse facultatem residendi vel constituendi Vicarium, vel quod pœna habebitur pro commissa alio non probato, etiam nulla monitione præcedente. *ut dicto ca. cupientes.* & idem est dicendum si posset probare facultatem adfuisse, quia tunc nulla requireretur monitio; facit *c. prudentiam. de offi. deleg. juncta glos.* ubi dicitur quod si causa committitur tribus cum clausula *quod si omnes interesse nequiverint duo procedant, &c.* quod si tertius ostenderit se interesse non posse vel aliàs canonicè, puta per testes si de hoc constare poterit duo procedere poterunt, licet tertius non admoneatur, sufficit enim quod constet de impedimento, & sic ibi probatur quod si propter non factum vel impotentiam resultat certus effectus paria sunt constare de non facto vel impotentia per monitionem & responsionem, & constare per legitimas prolationes, & quando pœna imponitur, negatur certo tempore non adjecto, hoc modo intelligi debet. *dictus §. qui vero.* quo casu pœna committitur eo ipso quod habuit facultatem celebrandi actum & celebrare distulit, & sic ergo pœna ipso facto in præsenti casu committitur eo ipso quod habuit facultatem per se residendi in Ecclesia non annexa, & residere distulit eo ipso quod habuit facultatem constituendi Vicarium in Ecclesia annexa, & hoc non adimplevit, & istud tenendo non obstat illud quod tenet Host. *in d. §. qui vero.* quod à tempore vacationis expectabuntur sex menses. *ca. 2. de concess. præben.* quibus elapsis privatus est ipso jure, nam illud ca. 2. non loquitur de eo qui habet constituere Vicarium in Ecclesia annexa, ideo pœna illius capituli non habet locum in præsenti casu, & ratio est quia illa pœna non debet extendi ad præsentem casum, ut in simili no. Dom. de Rot. *decisio.* 250. & istud semestre datum ad conferendum non extenditur ad debentem instituere præsentatum vel debentem electum confirmare, ut suprà dixi. *in 3. parte. arg. c. nullus. de jure pa.* & dicit Hostien. *in d. §. qui vero.* quod istud videtur esse contra mentem præsentis quæstionis, quia tex. *in d. §. qui vero.* dicit sciat se privatum auctoritate illius constitutionis, ergo cum ad istud agendum in præsenti casu non statuatur à jure certum tempus tenetur eo ipso quod habet facultatem faciendi per supradicta, ita tenet Dom. Abb. post Cardi. & alios Doct. *in d. c. extirpandæ. §. qui vero. de præb.* quare concludendum est quod cùm non statuatur certum tempus ad hæc peragenda, & imponatur pœna propter non factum non residens, eo ipso quod habuit facultatem faciendi ipso facto est privatus per supradicta: nec obstant jura in contrarium allegata, videlicet. *ca. ex tua. & ca. inter quatuor. & quasi per totum. de cle. non resi.* quæ jura propter non residentiam videntur exigere monitionem ad privationem, quia illa jura secundùm glos. *in dicto ca. extirpandæ. parag. qui vero.* debent intelligi quòd sunt hodie correcta per illa jura, tamen ista solutio omnibus est odiosa, quia inducitur jurium correctio, cùm expediat jura juribus concordare & correctiones vitare. *ca. cum expediat. de elect. in 6.* facit glos. *in ca. fi. 29. dist.*

3. Tamen hoc modo ista jura possunt concordari, quod non teneatur superior ad monitionem quando beneficiatus est in loco beneficii, & non vult facere residentiam, tunc ejus delictum est notorium, ideo non oportet quod feratur sententia privationis vel admoneatur, sicut nec in aliis notoriis servatur ordo juris. *capit. quoniam. de filiis presby.* & no. Inn. *in capit. ex parte. de verb. sig.* & sic potest intelligi. *ille parag. qui vero.* jura in contrarium allegata procedunt quando quis est absens à loco beneficii, quia tunc potest legitimo impedimento detineri, & idem etiam si esset in loco beneficii, & detinetur aliquo impedimento occulto, ita tenet Dom. Ab. ubi suprà, vel etiam illa jura alio modo possunt intelligi quatenus loquuntur de non residente in Ecclesia parochiali, procedant quando est occultum ex justa causa non resideat, & cum non resideret sit quod privatus, & potest oriri ex justa causa, ideo requiritur admonitio ut hoc patefiat, non tamen per hoc tollitur quin quoad Deum sit privatus si in veritate justa eam quiescente non residet per supradicta, ita refert Inno. aliquos Docto. tenere. *in ca. ex tua. de cle. non resi.* ubi dicunt quod etiam sine monitione & superioris auctoritate si certum est quod ab Ecclesia se absentavit sine causa potest illud beneficium conferre alteri non præcedente monitione. *ut dicto ca. extirpandæ. §. qui vero de præb. & digni.* & sic apertè tenent monitionem esse necessariam quando dubitatur an ex justa causa absit, ita etiam tenet & sequitur Oldra. *in suo Consi. 230.* & etiam Dom. Abb. *in dicto c. extirpandæ. §. qui vero. de præb. & dig.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO V.

1 *Beneficio si quis possit privari propter non residentiam, an requiratur trina monitio vel sufficiat unica.*
2. *Clericus non debet vagari.*
3. *Citatio judicialis requiritur in privatione fienda propter absentiam.*
4. *Citatio quæ requiritur præambula ad privandum quem suo beneficio, an fieri debeat per Prælatum vel Capitulum.*

Negligentia Diœcesanorum causam dederat art. 5. edi. Aurel. quo Procurat. Reg. annotandorum fructuum nõ residentium potestas data art. 15. & 16. Edict. Blef. tẽperata, nec licitum nisi consulto Episcopo annotare. I.

QUæro quintò. Præsuppositio quod absens à suo beneficio certo modo sit movendus & vocandus, ut fuit supra dictum in proxima quæstione, an requiratur trina monitio vel sufficiat unica? Et colligendo dicta Docto. respondet Dom. Abb. *in c. quoniam frequenter. parag. porro. colum. 4. ut lite non contest.* quod aut agitur de modo procedendi contra absentem ratione criminis quod contra eum proponitur, & non est materia nostra, sed remittit se ad notata. *in c. veritati. de dolo & contu.* vel opponitur contra electionem seu confirmationem de defectu formæ seu personæ electæ vel confirmatæ, & tunc primo casu quando beneficium non requirit residentiam, & non potest in absentia privari, licet beneficium non requirat residentiam, quia cessat delictum nisi vagetur.

2. Tunc enim potest privari, licet beneficium non requirat residentiam, quia sufficit ad privandum, delictum vagationis, ut no. Inn. *in ca. ex tua.* & ibi ad plenum Dom. Abb. *de Cleri. non resi.* non enim debet Clericus vagari. *ca. non oportet. 7. quæst. 1.* si autem requirit residentiam, & tunc est absens probabili causa & necessaria, puta infirmitatis vel utilitatis Ecclesiæ, & tunc non debet privari, sed debet expectari donec causa cessabit, ut no. Dom. Abb. *in dicto ca. quoniam frequenter. parag. porro. col. 4. ut lite non contesta. per ca. præsentium. 7. quæst. 1.* & *ca. 1. de Cleri. ægro.* his tamen & similibus casibus de-

Source : BIU Cujas

bet poni vicarius in Eccleſia qui deſerviat & recipiat congruam portionem. *ca. de rectoribus.* & *ca. tuæ. de Cleri. ægro.* & *c. cum ex eo. de elect. in 6.* facit & *c. pervenit. in 2. de appel.* & *c. penul. de Cleri. non reſiden.* aut iſte Clericus eſt abſens non neceſſaria cauſa, ſed voluntaria, & tunc aut iſte habuit licentiam à principio abſentandi ad certum tempus tacitum vel expreſſum, & tunc primo caſu concludit gloſ. *in dicto parag. porro.* quod finito tempore neceſſaria eſt monitio ad privationem; ita no. Inn. & Hoſtien. *in ca. ex tuæ. de cle. non reſi.* ubi dicunt quod quando tempus non exprimitur, ſed tacitè intelligitur, ut quando invitantur ad conſilium vel ad tractandum aliquam cauſam, tunc finis conſilii vel cauſæ eſt terminus ad redeundum poſtquam ſi computatis dietis congruis ad redeundum non redierit, vagari intelligitur. *l. ſi cui. parag. 1. ff. ex qui. cau. majo.* quare videtur ſine citatione vel expectatione ſex menſium privari poſſe ſuo beneficio. *ut ca. præſentium. 7. qu. 1.* tamen ſi poſtea probata ſe legitimè impedimentum fuiſſe recuperat beneficium ex generali clauſula, ut habeatur ratio humanitatis; facit *ca. quiſquis. 4. quæſt. 5.* & *l. 2.* & *quaſi per totum. ff. qui ſatiſda. cog.* Alii Doct. dicunt, ut refert Inno. *in dicto ca. ex tuæ.* quod poſtquam propria voluntate incipit morari debet expectari per ſex menſes, & citatio ad domum fieri debet, ſicut dicitur. *in dicto ca. ex tuæ.* neque debet ei obeſſe quod bonum initium habuit abſentiæ. & *dict. ca. præſentium.* loquitur ſecundùm antiqua tempora quando minus tempus aſſignabatur, & iſtud videtur ſentire gloſ. ubi ſuprà, quod placet Hoſti. *in dicto ca. ex tuæ.* & ibi dicit Joa. An. concordando primum dictum procedere quando in primo termino tacitè vel expreſsè fuit monitus ſub pœna privationis ad reverſionem, & ſecundùm dictum procedit, videlicet quod quando talem terminum habuit, non tamen ſic monitus fuit per eum ad quem privatio ſpectabat Jo. de Ligna. *in dicto c. ex tuæ.* impugnat dictum Joan. And. quia termini præfixio non ordinatur ad finem, ne propter abſentiam privetur, jam ſi haberet effectum monitionis operaretur contrarios effectus, quia idem terminus eſſet cauſa privationis contra. *l. Titio cum morietur. ff. de uſufruc.* & *l. in numerationibus. de ſolutio.* ſed hæc ratio modicum valet, ut no. Dom. Anto. ubi ſuprà quia terminus inquantum conſideratur reſpectu pendentiæ bene ordinatur ad non privandum, ſed inquantum conſideratur in lapſu, ordinari poteſt ad privandum, ut in ſimili nota. ſecundùm eum. *in capit. ab excommunicato. de reſcri.* unde putat circa hunc articulum Dom. Anto. ubi ſuprà, quod ad convincendum delictum negligentiæ in non reſidendo ſufficit conſtitutio termini & ipſius lapſus abſque alia mentione, & multo fortius ſi eſt comminatio, ſed quæ ad actum privationis ſola monitio ſeu ſtatuti termini cum lapſu non operatur ut poſſit ad ſententiam procedi. Et quamquam non reſidere ſit notorium, tamen quoad actum ſententiæ exigitur citatio vel monitio, & debet eſſe judicialis, qualis non fuit illa monitio facta tempore quo habuit licentiam, imò non putat ſufficere ſi fuiſſet tunc judicialiter facta, quia non poteſt fieri citatio ad cauſam, cauſa adhuc non principiata, & antequam cauſa procedendi ſubſit de præſenti. *l. non quemadmodum. ff. de judic.* & *c. Romana. parag. caveant. de ſenten. excom. lib. 6.* & ita ſentit Dom. Ant. ubi ſuprà.

3. Quod in privatione fienda propter abſentiam requiritur citatio judicialis, item ſententia in judicio ferenda, ſed omnia ſunt falſa ſecundùm Oldra. *in Conſi. 130.* & movetur ipſe Oldra. quia jura ſuper hoc loquentia tantum requirunt monitionem ante ſpoliationem. *ut c. ex tuæ. de Cleri. non reſi.* non autem ſententiam, & ita tenet & ſequitur Pe. de Ancha. *in ca. novit. de his quæ fiunt à prælа ſine conſen. capitu.* tamen Dom. Abb. *in d. c. quoniam frequenter. parag. porro. col. 5.* tenet dictum Domi. Anto. continere veritatem, ut non ſufficiat monitio facta tempore datæ licentiæ, & tunc non erat in mora, & ſic non competebat exercitium reſpectu privationis. *ut dicto ca. §. caveant.* & *ca. Romana. §. neque. de offic. ordi. in 6.* facit *l. obſervare. in fin. ff. de offic. procon.* jura enim communiter exigunt monitionem ante privationem ad verè communicandum delictum non reſidentiæ, ſed per primam monitionem non verè convincitur cùm poſſit detineri ex aliqua legitima cauſa. *ca. extirpandæ. parag. qui vero. de præben.* Ergo eſt concludendum quod tunc requiritur monitio reſpectu privationis, & tunc procedit gloſ. *in dicto ca. quoniam frequenter. §. porro. ut lite non conteſt.* & tempus redeundi erit arbitrarium, ut no. Dom. Abb. *in dicto parag. porro.* ſi verò non habuerit licentiam abſentandi ſe, vel habuit ſine præfixione termini, vel etiam cum præfixione, quia non eſt vis tunc ſi ſciretur ubi eſt, debet citari, & tempus erit arbitrarium, ut tenet Hoſtien. *in dicto ca. quoniam frequenter. §. porro. ut lite non conte.* ideo ſecundùm eum diverſa tempora ſunt in hoc ſtatuta à Canonibus ut denotetur illud eſſe arbitrarium, & hæc ſunt notanda ſecundùm Dom. Abb. ubi ſuprà, & iſto caſu non requiritur trina monitio, ſed ſufficit una etiam extrajudicialis, facit *ca. inter quatuor.* & *ca. ex parte.* & *ca. ex tuæ. de Cler. non reſi.* & iſtud tenendo non obſtat *ca. ex tuæ. de Cler. non reſi.* ubi requiritur quod in citatione detur ſemeſtre, quia ille tex. intelligitur quando neſcitur ubi eſt beneficiatus, quia tunc debet citari in Eccleſia ſua per edictum trinæ citationis & expectari per ſex menſes, aliàs ſi non redierit, poterit procedi ad privationem, ut no. Dom. Abb. *in dicto ca. ex tuæ. de Cler. non reſi.* Et ibi ſubdit quod non ſolùm illud habet locum, cum beneficiatus tenetur ad reſidentiam, ſed etiam quando non tenetur ex natura beneficii ad reſidendum quando Clericus vagaret, facit *ca. non oportet. 7. qu. 1.* Ita tenet Dom. Abb. ubi ſuprà, ergo infertur quod non valet conſuetudo ut poſſit ſe abſentare vagando, nec valeret licentia Prælati, quod eſt multum notandum ſecundùm eum contra iſtos ſimpliciter beneficiatos qui vagantur per mundum, & quandoque efficiuntur ſtipendiarii, & nihilominus tenent beneficia in partibus, ut quantumcumque illa beneficia ſint ſimplicia, & non exigunt reſidentiam poſſunt privari propter delictum vagationis, ut not. Dom. Abb. *in d. c. ex tuæ. de Cle. non reſi.* & in iſto caſu non ſufficit una peremptoria ex quo jus requirit trinam monitionem, attento, quod unus actus eſt odioſus ſeu agitur de pœna imponenda, facit gloſ. not. *in cle. 1. de vita & hone. cle.* in verbo *tria.* & quod no. Joan. An. Cardi. & Joan. de Imo. *in dicto ca. ex tuæ. de Cleri. non reſi.* & Dom. Abb. *in dicto c. quoniam frequenter. parag. porro. col. 5. ut lite non conteſt.* & idem etiam eſt dicendum, ſi ſcitur ubi eſt, ſed inde citari non poteſt, ut no. *in dicto ca. ex tuæ. de cle. non reſid.* maximè cùm præſumatur abeſſe malitioſè ex quo tenetur reſidere, & non reſidet, juxta notata per Innocen. *in ca. fi. de eo qui mit. in poſſeſ.* & hoc caſu debet ſufficere citatio ad domum facta, ut no. Innocen. ubi ſuprà, tamen humanius eſt ut citetur perſonaliter ſi commodè citari poteſt, & hoc videtur velle. *dictum ca. ex tuæ. de cle. non reſi.* & communiter alia jura illius tituli. *de Cleri. non reſi.* & quando citatio fit ad Eccleſiam, quia neſcitur ubi eſt, vel commodè perſonaliter citari non poteſt, debet expectari per ſex menſes. *ut dicto ca. ex tuæ. de Cleri. non reſid.* & præmiſſa ſunt vera, ut requiratur monitio ad privationem modo prædicto, niſi emanaverit conſtitutio Synodalis, ſeu Epiſcopi, ubi mandetur omnibus ut reſideant & privent non reſidentes, tunc enim ad actum privationis non requiritur alia monitio ſed bene requiritur quando vult declarare illos privatos. *ca. cum ſecundùm leges. de hæret. in 6.* Ita voluit Fede. de Senis. *Conſi. 104.* & ſequitur Dom. *Abb. in d. c. quoniam frequenter. §. porro. ut lite non conteſt.* & ratio eſt quia conſtitutio

constitutio Episcopi potest adjuvare jus commune ut imponat pœnam ipso jure ubi à jure imposita non est *ca. 2. de constitu. in 6.* idem no. Joan. An. *in ca. fi. de offi. Archipresby.* & istud procedit in beneficiatis non residentibus, quando matrimonium spirituale est jam contractum per confirmationem, ut notant Docto. ubi suprà. Si verò adhuc non est obtenta confirmatio, tunc enim expectatur per tempus, de quo *in ca. quam sit. de elect. in 6.* & *in ca. cupientes. eo. tit.* aliàs privatur ipso jure elapso tempore, ut ibidem. Et præmissa habent locum quando agitur ratione solius absentiæ. Si verò opponitur contra formam electionis, vel confirmationis objicitur de indignitate electi seu confirmati, tunc distinguendum est quod aut potest citari quia scitur ubi est, & est servandum illud quod habetur in prin. *parag. porro. dicto ca. quoniam frequenter. ut lite non contesta.* & *in ca. 1. de elect. in 6.* aut abest sine contumacia, & de mente Innocen. videtur. *in dicto parag. porro.* per illum tex. quod si opponitur contra electum quod expectetur tantum tempus infra quod debet petere confirmationem si contra confirmationem, tunc per illud tempus infra quod debet petere consecrationem. Et ratio est, quia aut infra istud tempus venit & quilibet potest objicere, aut non venit, & erit privatus vel privabitur, secundum quod jura disponunt. *c. cum in cunctis. de elec.* & *ca. 2. de transla. Prala.* facit *c. 1.* & *c. cupientes.* & *ca. fi. de elec. in 6.* & per hæc habetur ista tota materia declarata.

4. Et ista monitio non potest fieri per capitulum circa Prælatum, nec contra aliquem Canonicum. Et ratio est, quia inferior in superiorem vel parem jurisdictionem non habet. Ita tenet Dom. Abb. *in ca. ex parte. in 1. versi. sed oppo. de Cleri. non resi.* Et ratio est, quia inferior non habet jurisdictionem in superiorem. *ca. cum inferior. de majo. & obe.* & *ca. innotuit. de elec.* & *l. ille à quo. parag. tempestivum. ff. ad Treb.* & in propriis terminis no. Inn. *in ca. cum nobis. de elec.* & *in ca. 1. de majo. & obe.* & istud per inferiorem non potest fieri nisi auctoritas Papæ intervenerit, ut no. Dom. Abb. *in dicto ca. ex parte. de cle. non resi.* & ibi Hosti. dat suos intellectus juxta determinationem illius tex. Primus est quod Papa præsumpsit ex mora tanti temporis illum habere suam dignitatem pro derelicta, & sic non erat necessaria aliqua privatio, tamen aliàs illud non liceret inferiori. Secundus intellectus secundùm eum est, quod ille tex. debet intelligi quod Papa illum prius admonuerat per literas suas sub pœna privationis & quilibet intellectus est bonus in se, ut not. Dom. Abb. ubi suprà; tamen ibi subdit, quod potest dici quod in illo casu non requiritur expressa sententia privationis, sed sufficit sola spoliatio quæ fit ipso facto cùm procedant ad novam electionem & vacationem factam per capitulum sed juxta determinationem præsentis quæstionis est dicendum, quod ista monitio debet fieri per superiorem, ut no. Dom. Abb. *in ca. cum. contingat. de foro compe.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO VI.

1. *Beneficiatus quibus casibus potest per vicarium residere in suo beneficio per totam quæstionem.*
2. *Dispensatus ad plura videtur dispensatus de non residendo.*
3. *A beneficio suo quis potest se absentare sine superioris licentia propter necessitatem subjecto occurrentem.*
4. *Episcopus quantos Canonicos poterit habere in suo servitio. nu.* 11.
5. *Juramentū quādo possit verificari in casu ficto.*
6. *Curiales omnes sedis Apostolicæ an gaudeant privilegio, quod residere non tenētur in beneficio.*
7. *Servitores legati Papæ an excusentur propter non residentiam super beneficio.*
8. *Legatus, Papa & Episcopus in diœcesi pari passu ambulant.*
9. *Infirmi quinam possint habere distributiones beneficii.*
10. *Distributiones Ecclesiæ capiunt in absentia Canonici existentes in servitio Episcopi.*
11. *In studio non possunt esse ultra duos de eodem collegio.*
    Distributiones Ecclesiæ capiunt in absentia, qui sunt in studio consensu capituli electi de numero duorum.
12. *Episcopus non potest cogere ultra duos Canonicos, ut ejus servitio assistant.*
13. *Beneficiato quando non sunt necessariæ literæ dispensativæ de non residendo.*

Privilegium dignitati annexum & Codicillatē dignitatē & vicariam operā rejicit & eo nomine Arrest. mag. Conf. 13. Junij 1613. Prioratus *de Pontchaseau* in Britannia Armoricorum, quam patriam obedientiæ nuncupamus, vacans per obitum Francis. *Caute.* sanctæ sedis Protonot. in reservatione Papæ non contineri & Francisco *Denyau* adjudicatus rejecta Guillelmi Paridis collatione Prioratus, quem ut reservatum Papæ secundum diploma Regis anni 1554. contendebat.

QUæro sextò. In quibus casibus Clericus beneficiatus possit deservire per Vicarium in suo beneficio? & respondetur quod sunt plures casus.

Primus casus est ratione pluralitatis beneficiorum, ut puta quando habet duo beneficia, quorum quodlibet requirit residentiam: nam cùm non possit se in duos dividere, serviet alteri per Vicarium: ut est tex. *in d. ca. extirpandæ. §. qui vero. de præb. & dig.*

2. Ex quibus infertur quod dispensatus ad plura beneficia videtur dispensatus de non residendo in uno ex illis beneficiis, ut est glos. *in c. quod in tantum.* & ibi Dom. Abb. *de præben.* & glos. *in c. si quis in Clero. 7. q. 1* & glos. *in c. non potest. de præben. & digni. cum simi.* ut no. Feli. *in c. postulasti. de rescri.*

Secundus casus est ratione occupationis, quia tunc

Extat Clementis VI. rescriptum Joanni & Joannæ Regi & Reginæ Francorum, per quod eorum Capellani & Clerici, quamdiu actu in eorum obsequiis ministrabunt à residentia excusantur & fructus beneficiorum (exceptis his quæ diariis & horariis stipendiis distribuuntur) integros percipient, licet primam quam vocant rigorosam residentiam plurimi stagium nuncupant, non fecerint, à qua & à juramento statutorum & omnium constitutionum quibus promittunt fructuum assecutionem liberam. Huic rescripto cum recusassent Archiep. & Episc. Provinciæ Britann. parere Carol. V. Rex diplomate publico 13. Mart. 1367. & Tholosæ Senescallo Consil. executum huic privilegio modum dixit Henr. II. alio diplomate 1554. Secundum quod magni Consil. & Senatus Paris. plurimis decretis (cum sint trimestres eleemosinarij, cantores, Clerici Capellæ Regiæ) tribus iis mensibus tertium adjecerunt ad sarcinulas & iter parandum si modo attestatione magni eleemosinarij constaret eos ministrasse eo trimestri, in reliquum tempus absentia amissione fructuum mulctatis: iis etiam privilegiis Senatores quandiu ut judices sedent fruuntur. Mox ne hoc privilegio Ecclesiæ onerentur, si plures capellani eleemosinarij, cantores, Clerici Regij Collegium unum replerent, ex quo futurum esset ut numerus ad sacra cum ornatu faciendā deesset Edict. 1569. & 1594. cautum ne in iis Ecclesiis ex duodecim Canonicis amplius quam duo privilegio fungerentur, eademque ratio ubi Canonicorum numerus major esset haberetur privilegium. Uni solo amplior gratia facta est Alvado *de Bologne* Decano sani Quintini Veromanduorum & Regis Capellani, qui toto anno à residentia excusatus est, quod paris, quo in sacrosancta communione Rex utitur, fidei suæ commissus esset, quod mag. Conf. Patres probant ex singulari ad hoc diplomate facto contradicente capitulo sani Quintini 4. Maij 1620. I.

Source : BIU Cujas

potest habere Vicarium, videlicet quod in Episcopo qui habet plures Vicarios, ut est tex. *in c. ad hæc. de offi. Archi. in ca. quoniam. de offi. ordi.* & *in ca.* 1. *de celeb. Miss.* & ratio est propter necessitatem illud conceditur eis. *arg. cap. quanto. de consue.*

Tertius casus est ratione constitutionis vel rationabilis consuetudinis, ut puta quia pauperes sunt Canonici, & non possunt de una præbenda congruè sustentari: & sunt tales qui expediunt Ecclesiis, & Consiliis & aliis necessitatibus, hoc enim casu potest dici quod consuetudo vel constitutio potest admittere quod aliqui recipiant in absentia & de bonis Vicariis subrogatis Ecclesiæ ad servitium pars congrua ministretur. *c. cum omnes. de consti.* & *c. cum dilectus. ca. ad audientiam.* & *c. pe. de cle. non resi.* & *c. ex parte.* & *c. proposuit. de concess. præben.* & dicit Joan. And. *in d. c. extirpandæ.* quod illud verum est, licet illa consuetudo contrarietur juri. allegat. Goff. & Ala. *in c. quia nonnulli. de cler. non resi.* ita etiam tenet Dom. Ab. *in d. c. extirpandæ.* §. *qui vero. in sua repeti. col.* 3. *de præben.* & *dig. cum simi.* ut no. Fel. *in c. cum omnes. de consti.* & dixi suprà. *in q.* 2. *istius quartæ Partis.*

Quartus casus est ratione dispensationis, quia tunc beneficiatus poterit deservire per Vicarium. *ca. proposuit. de filiis presby.* & *c. penul. de cleri. non resid.* facit *c. cum capella. de privileg. cum sim.* ut no. Dom. Ab. *in d. parag. si quis vero. c. extirpandæ. de præben.*

Quintus casus est ratione remotionis loci. *ca. ad audientiam. in tit. de Ecclesiis ædificandis.* quia tunc propter remotionem loci aut inundationem aquarum tempore hyemali potest ædificari capella in aliqua parochia in qua deserviatur per Vicarium, ita tenet Dom. Abb. ubi suprà.

Sextus casus est ratione religionis. *c. consultationibus. de dona.* & *c. de Monachis. de præb.* & *dig.* ubi dicitur quod si beneficium uniatur religioni: ipsi religiosi debent ibi deservire per Vicarium, facit tex. *in c.* 1. *de præben. in 6.* & *in cle.* 1. *de jure patro.* & *in c.* 1. *de capel. Monach. in 6.*

Septimus casus est ratione diversæ nationis, ut est tex. *in c. quoniam. de offi. ordi.* ubi dicit tex. quod quando Episcopus habet subditos diversarum linguarum, debet eis dare Vicarios in illa lingua: ita tenet Dom. Abb. ubi suprà.

Octavus casus est ratione prædicationis, quia tunc poterit deservire per Vicarium. *c. inter cætera. de offi. ordi.* & *c. quod Dei timorem. de statu. mo.*

Nonus casus est ratione debilitatis vel infirmitatis: nec potest esse temporalis vel perpetua causa non residendi personaliter. *c. ad audientiam. de cle. non resid. ca.* 1. & 2. & *quasi per totum. de cle. ægro.* & *c.* 1. & 2. & *quasi per totum. de corpore vitiatis.* facit gloss. *in ca. licet. de elec. in 6.*

Decimus casus est ratione peregrinationis Terræ sanctæ: quia tunc poterit deservire per Vicarium. *c. si. de voto & voti redemp. c. pervenit. in* 2. *de appel.*

Undecimus casus est ratione absentiæ probabilis: puta studii cum licentia Prælati. *c. relatum. de cle. non resi. c. cum ex eo.* & *c. licet canon. de elec. in 6.*

Duodecimus casus propter augmentationem divini cultus. *c. illud.* & *c. nihil.* 7. *q.* 1. Dom. Ab. *in d. c. extirpandæ. parag. qui vero. in sua repetitione. de præb.* & *dig.*

Decimus tertius casus est quando Prælatus aut beneficiatus se absentaret à suo beneficio ad modicum tempus: ut puta per tres septimanas absens excusatur etiam, quamvis non habeat licentiam à suo Prælato, facit tex. *in ca si quis in Clero.* 7. *q.* 1. facit quod no. Joan. And. & Host. *in c. omnis. de pœnit.* & *remis.* & Dom. Abb. ubi suprà.

3. Decimus quartus est in necessitate subito occurrente: tunc potest Clericus se absentare etiam sine licentia Prælati sui, quia plærumque tempus seu locus non patitur licentiam petere, ut no. Doct. *in c. inter quatuor.* & Dom. Abb. *in c. relatum. versi. sed hic quæritur. de Cler. non resi. per l.* 1. *ff. de exercit. act.* & *l. tutor. ff. de admini. tuto.* & dicit Joan. An. *in d. c. relatum. de Cleri. non resid.* quod illud est limitandum & intelligendum quando in brevi tempore est reversurus. *ut l.* 3. *ff. de divor.* & istud est considerandum secundum qualitatem causæ & facilitatem petendi licentiam, ut no. Dom. Abb. *in d. ca. relatum. de cle. non residen.*

Decimus quintus casus est quando beneficiatus daret Vicarium magis idoneum, quam sit ipse beneficiatus: tunc credo quod est justa causa ponendi Vicarium, ut no. in simili Cardi. Floren. *in clemen. gratiæ. de rescrip.*

4 Decimus sextus casus est quando beneficiatus est in servitio Episcopi: quia tunc potest in suo beneficio deservire per Vicarium, ut est tex. *in c. de cætero. de cle. non resi.* & ibi subdit Dom. Ab. *in* 1. *not.* quod Episcopus licitè utitur servitio aliquorum Canonicorum suæ Ecclesiæ etiam subtrahendo eos ab officio divino & quotidiano: & reputantur illi præsentes respectu commoditatis percipiendæ.

Decimus septimus casus est quando Clericus beneficiatus est in servitio Prælati inferioris Episcopo: quia tunc poterit deservire in sua Ecclesia per Vicarium, ut no. Doct. & ibi Dom. Ab. *in d. c. de cætero. de Cleri. non resi.* ponderando illum tex. qui loquitur generaliter, nec apparet cui loquatur. Et eadem ratio videtur in omnibus Prælatis respectu subditorum, & ibi tenet Hostien. quod Episcopus potest ad servitium suum habere duos Canonicos: licet non probet utilitatem Ecclesiæ: sed ultra duos habere non potest nisi probetur voluntas capituli, vel necessitas aut utilitas Ecclesiæ, ut in simili no. *in d. c. ad audientiam. de Cleri. non residen.* & Dom. Ab. *in dict. c. de cætero. de Cleri. non residen.*

Decimus octavus casus quando agitur de utilitate Ecclesiæ, quia tunc Clericus poterit se absentare à suo beneficio: & ibi deservire per Vicarium: licet juraverit residere in Ecclesia, ut est tex. *in c. ex parte. de Cleri. non residen.*

5. Et ibi dicit Dom. Ab. *in* 2. *not.* unum casum mirabilem esse notandum quod juramentum verificatur in casu ficto, quia ille Clericus juravit residere: & ibi dicitur quod non minus servat juramentum se absentando pro negotiis Ecclesiæ: quia censeri debet residens quod videtur secundum eum contra tex. *in c. ad nostram. in principio. de jurejuran.* ubi habetur secundum communem lecturam quod juramentum debet verificari in forma specifica, & non in casu ficto: nam ibi juravit creditor non molestare debitorem super pignore donec solverit sibi creditum: & concluditur non sufficere quod sit creditori satisfactum & fructibus pignoris: sed oportet quod fiat prius solutio realis creditori, & inde satis fictè solvit ex quo percipit debitum ex fructibus pignoris, facit *l. Lucius. ff. de condi.* & *demonstr.* ubi patet quod conditio debet adimpleri in forma specifica. Tamen concordando ista jura potest dici quod ubi observantia juramenti in casu ficto non tendit in aliquam læsionem illius cui sit præstitum: imò subest causa largè intelligendi: tunc juramentum debet verificari etiam in casu ficto: & sic habet locum. *d. c. ex parte. de Cleri. non residen.* secus ubi juramenti observantia tendit in favorem alterius: nec verificatur tunc in casu ficto, & sic habent locum contraria, & hoc modo concordantur ista jura, ita no. Dom. Ab. *in dict. c. ex parte. de Cleri. non residen.*

6. Decimus nonus casus est in Clericis beneficiatis residentibus in Curia in servitio Papæ: quia illi possunt residere per Vicarium: ut est tex *in ca cum dilectus. de Cleri. non resid.* & ibi Doct. quærunt utrum omnes Officiales Curiæ Romanæ gaudeant isto privilegio, & dicunt quod non, & illud satis bene probat illa litera dum dicit *in servitio nostro*, ut extra, sunt enim in Curia quidam Notarii qui stant

Source : BIU Cujas

principaliter propter lucrum, non autem ad serviendum Papæ, nec universali Ecclesiæ, & dum negotium occurrit potius servitur eis, quàm è contra : restringendum est ergo. *d. ca. cum dilectus.* ad existentes in servitio Papæ, ut sunt Capellani vel similes, vel nisi essent ibi officiales trahentes ibi moram ex præcepto Papæ, nam satis dicuntur abesse causa Reipublicæ. ut no. Dom. Abb. *in d. ca. cum dilectus. versi. sed quæritur. de cleri. non resi. per l. sed & si per prætorem.* & *l. Reipublicæ. ff. quib. ex causis majo.* tamen isti existentes in absentia percipient omnes fructus beneficii exceptis distributionibus quotidianis, ut no. Joan. An. & Dom. Abb. *in d. ca. cum dilectus. de consue.*

7. Ex quibus inferunt quod de existentibus in servitio Legati. Doct. communiter. *in d. c. cum dilectus.* videntur sentire quod idem sit in Legato quod in Episcopo, quantum ad provinciam suam : ut in simili facit. *ca. 2. de offi. lega. in 6.* Nec obstat. *c. sane. de privileg.* ubi dicitur quod privilegium non est extendendum ex identitate rationis : quia istud non est privilegium, sed jus commune : tamen Dom. Abb. ubi suprà in isto casu dubitat, an hoc dictum sit verum, quia non est eadem ratio in Legato quàm in Papa : & maximè quia aliqui possunt esse in servitio Papæ : & aliqui in servitio Legati, & sic Ecclesia pateretur defectum ministrorum. Nec est eadem ratio quæ in Episcopo, quia Episcopus facit unum corpus cum Canonicis : unde est major communio inter eos quàm inter Legatum & Canonicos. *c. requisisti. de testa.* & *c. quanto. de his quæ fiunt à Præla. sine consensu capituli.* Ex quibus inferunt Doct. quod Clerici non Canonici existentes in servitio Episcopi non gaudent ista prærogativa qua gaudent Canonici, ut no. Doct. *in d. c. cum dilectus. de Cleri. non resi.* Et rationem assignat, quia jure cautum est de Canonicis qui faciunt unum corpus cum Episcopo : & sic potest argui de Legato.

8. Tamen contrarium crederem dicendum, quia in omnibus Legatus & Episcopus in provincia aut Diœcesi pari passu ambulant. ut no. Dom. Abb. *in c. sicut unire. de excess. præla.* & Legatus dispensat contra jus præter constitutiones conciliares. ut no. Feli. *in c. 1. de rescri.* ergo est concludendum, quod idem est in Legato.

Vigesimus casus in quo Clericus residens cum Legato potest residere in beneficio per Vicarium, & idem credo dicendum in aliis clericis existentibus in servitio Episcopi : quamvis Doct. teneant contrarium, ut suprà dixi.

Vigesimus primus casus est in Clericis existentibus in servitio Cardinalium : quia illi possunt deservire per Vicarium in beneficio. ut no. Jo. An. & Do. Abb. *in d. c. cum dilectus. de Cler. non resi.* ubi tenet quod Papa hodie concessit omnibus Cardinalibus hanc prærogativam.

Vigesimus secundus casus est in existentibus in servitio Archiepiscopi : quia illi possunt deservire per Vicarium in beneficio, ut no. Dom. Abb. post alios Doct. *in d. c. cum dilectus. in fi. de cleri. non residen.*

9. Vigesimus tertius casus est in clerico infirmo qui potest deservire per Vicarium. ut no. gl. & Doct. *in c. ad audientiam.* per illum tex. *de cleri. non resi.* ubi quærunt nunquid quilibet infirmus debeat habere fructus præbendæ, seu distributiones quotidianas. Nam de jure communi infirmus debet habere illas distributiones quotidianas, de quibus. *in c. 1. de cleri. non resi. in 6.* & dicunt Docto. & ibi Dom. Abb. *in d. c. ad audientiam.* quod omnes infirmi non percipiunt fructus, sed ille infirmus percipiet qui impeditur residere vel interesse ratione infirmitatis dumtaxat, ut no. Dom. Abb *super glos 2. in d. c. ad audientiam. de cleri. non resi.* Ex quibus infertur quod sola febris quartana non excusat quem de non residendo aut de horis non dicendis. ut no. Dom. Abb. *in c. 1. in fi. de cele. Miss.* unde etiam si aliàs non residebat ut non erat solitus residere vel interesse divinis, licet tunc infirmaretur, non habebit fructus in absentia, quia infirmitas non præstitit causam. ut no. Dom. Abb. *in d. c. ad audientiam. super glos. 2. de cleri. non resi. per l. 2.* & quod ibi no. *ff. si quis cautio. cum simi.* ut no. Inno. Dom. Abb. & Feli. *in c. transmissa. de rescri.*

10. Vigesimus quartus casus est in clericis existentibus in servitio Regis aut Principis, quia illi possunt deservire in beneficio per Vicarium facit. *c. cum parati.* & ibi Docto. *de appel.* & *in c. ex literis. de excess. præla. cum simi.* ut no. Dom. Phi. Decius. *in c. decernimus. de judi.* & in quantum superius dicebat quod Canonicus existens in servitio Episcopi excusatur de non residendo, ex illis infertur quod non omnes Canonici existentes in servitio Episcopi gaudent isto privilegio, sed non debent esse plures quam duo. ut no. glo. & ibi Dom. Abb. post alios Doct. *in d. ca. ad audientiam. de cleri. non resi.* Et idem dicunt Doct. ubi suprà in servitio Papæ, & in studentibus in Theologia & sic restringitur. *ca. fi. de magistris.* & *c. licet. de præbend. & digni.*

11. Et ista sunt notanda perpetuo, quod ex eodem collegio non debent esse in studio ultra duos si volunt gaudere privilegio studentium, ut habeant fructus absentium, ut no. Doct. *in d. c. ad audientiam. de cleri. non resi.* & ibi subdit Hostien. quod ipse putat hunc numerum arbitrarium, ita ut potius utamur arbitrio in restringendo quam in laxando. *argu. c primi. de deci.* & *ca. ex parte. de censi.* ad istud est advertendum circa qualitatem status Ecclesiæ, & loci unde Canonici proficiscuntur. Nam si Ecclesia multum abundaret ministris, & pateretur maximum defectum in viris scientificis, satis est dicendum, quod iste numerus possit excedi ultra duos. ut no. Domin. Abb. *in d. c. ad audientiam. de cleri. non resi argu. d. c. fi. de magistris.* & *c. cum ex eo. de elec. lib. 6.* & contrarium jure non probatur, ergo non debemus restringere. *d. c. fi.*

12. Ex quibus infertur quod Episcopus ultrà duos Canonicos non potest cogere, ut sint in suo servitio, ut no. Dom. Ab. *in d. c. ad audientiam. post glo.* & alios Docto. *de cleri. non resi.* & quo ad sensum directum non potest cogere tres vel quatuor, aut plures ut associent eum, & quo ad sensum indirectum seu contrarium Episcopus ex Canonicis suis potest cogere duos. Item arguit Domin. Abb. ubi suprà. Ex quibus etiam Docto. inferunt in Clericis inferioribus non Canonicis utrum gaudeant isto privilegio si sint in servitio Episcopi ? quidam tenuerunt quod sic per identitatem rationis : alii disputando. *in dicto ca. ad audientiam.* tenuerunt contrarium, & ibi dicit Joan. An. concordando opiniones Docto. quod in inferioribus Clericis sit necessaria dispensatio Episcopi sine licentia, in propriis verò Canonicis sufficit dispensatio juris communis, tamen ibi Dom. Ab. dicit quod aut isti inferiores destinantur per Episcopum pro communi utilitate, quod fieri potest, ut no. Dom. Abb. *in dicto ca. de cætero. de Cleri. non resi.* & isto casu habebunt isti fructus in absentia sine aliqua dispensatione, quia officium eorum non debet eis esse damnosum. *ut c. cum non deceat. de elec. in 6.* aut isti Clerici destinantur pro servitio Ecclesiæ Cathedralis, & tunc idem est dicendum ubi causa suberit vos mittendi, quia reperitur unus magis industriosus & magis aptus, quam alius ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ. Ita no. Dom. Ab. *in dicto ca. ad audientiam. arg. ca. 1. ut Ecclesiastica beneficia.* & faciunt no. per Jo. An. *in ca. si propter tua debita. de rescri. lib. 6.*

13. Ex quibus infero quod pro servitio aut pro alio casu expresso in jure communi Clericus beneficiatus non tenetur recipere à suo Episcopo literas de non residendo juxta nota. per Doct. *in dicto ca. ad audientiam. de Cleri. non resi.* tamen ibi non debet poni vicarius sine literis de residendo ad finem ut constet

Source : BIU Cujas

Episcopo de idoneitate ipsius. *argu. c. de Monachis. de præben. & dign.* & *ca. 1. de capel. Mona. in 6.* aut pro servitio solius Episcopi, & tunc iste casus est dubius, & dubitationem inducit cùm jura simpliciter loquantur in Canonicis, cum quibus est major communio quàm cum aliis inferioribus. *ca. requisisti. de testa.* satis potest dici quod urgente causa quod isti Clerici inferiores gaudeant isto privilegio quo gaudent ipsi Canonici, ut no. Doct. & ibi Dom. Ab. *in dicto ca. ad audientiam. de Cleri. non resid.* quia videntur promovere servitium Ecclesiæ, cùm ipse Episcopus sit in Ecclesia, *ut 7. quæst. 1. ca. scire debes.* ibi. *proprio servitio & ipsius Ecclesiæ.* & quia filii in necessitate debent subvenire parentibus, ita etiam isti Clerici Episcopis. *arg. c. conquerente. de resti. spo.* & *ca. 1. de excess. præla.* sed ubi necessitas non urgeret, potest teneri contraria opinio, tamen etiam in isto casu cum licentia & dispensatione superioris poterit deservire per vicarium, ut no. Jo. An. *in dicto ca. ad audientiam. de Cleri. non resi.* Et quando Clericus se vult absentare à beneficio requiruntur duo. Primò causa honesta. Secundò licentia sui Prælati. Non ergo sufficit solius Prælati licentia sine honesta causa. Et est ratio, quia Prælatus non potest sine causa dispensare contra jus. Ita tenet Dom. Ab. *in ca. relatum. in 4. not. de Cleri. non residen. per ca institutionis. 25. quæst. 2.* & in casibus superiùs numeratis Clericus absens habetur pro residente in beneficio, maximè quando est in servitio Papæ. *c. cum dilectus. de Cleri. non resi.* vel quando est in servitio Episcopi. *d. c. ad audientiam. de Cleri. non resi.* & *ca. de cætero. eo. tit.* Sed. ista sunt intelligenda in Clericis qui sunt in servitio Papæ vel Episcopi ex rationabili causa propter servitia exhibenda, secus est si propter ambitionem ut obtineant beneficia, ut no. Ang. de Cla. *in sua sum.* in verbo *Clericus. septimo.* §. 2. & in istis casibus absens in omnibus habetur pro residente per jura superiùs alleg. nisi quoad quotidianas distributiones, & sic ergo quando Clericus vult se absentare, duo debent concurrere simul, videlicet causa honesta & rationabilis, & licentia sui Prælati, ut no. Dom. Ab. ubi suprà & Ange. de Clava. *in loco suprà allega. in* §. 3. & dicit Inno. *in ca. ex parte. de Cleri. non residen.* quod ex consuetudine potest induci ut sine licentia Prælati ex causa rationabili possit se absentare, dicit Dom. Ab. post Inn. *in d. c. relatum. de Cler. non resi* quod si necessitas occurreret quæ non pateretur dilationem ut posset adire Prælatum, tunc sine licentia potest se absentare, & hoc secundùm Joan. And. ubi suprà, quando in brevi est reversurus. Ita etiam sequitur Ange. de Clava. ubi suprà, facit. *ca. si quis in Clero. 7. quæst. 1.*

Vigesimus quintus casus est, quando quis non potest deservire in suo beneficio sine periculo mortis, tunc poterit se absentare, & per vicarium deservire, ut no. Dom. Ab. per illum tex. *in ca. per tuas. de donat.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO VII.

1. *Dispensare an possit Episcopus de non residentia beneficij aut super pluralitate beneficiorum.*
2. *Dispensat Episcopus super Canonibus pœnitentialibus.*
3. *Dispensatio quando licitè possit extendi.*
4. *Dispensare quando possit Episcopus contra Constitutionem Concilij.*
5. *Dispensare super quibus criminibus possit Episcopus. num. 8. & 11. usque ad finem quæstionis.*
6. *Dispensare non potest Episcopus quod ignobilis in Canonicum recipiatur contra statutum Ecclesiæ, vel ut penitus illiteratus teneat beneficium aut Judæus habeat nutricem Christianam.*
7. *Dispensare non potest Episcopus quod corrupta sit Abbatissa, sed solus Papa.*
9. *Cardinalem capiens vel capi faciens committit sacrilegium.*
10. *Absolvere an possit Cardinalis Legatus capientem Cardinalem.*
12. *Matrimonium potest separari dispensatione Episcopi per quam possit vir & uxor separatim vivere.*
13. *Instituta Ecclesia filio exhæredato potest Episcopus hæreditatem filio restituere.*
14. *Decimas à laicis occupatas Episcopus conferre aut donare potest monasterio.*
15. *Episcopus potest donare de possessionibus Ecclesiæ suæ ejus servitoribus ad eorum vitam.*
16. *Immunitatem Ecclesiæ violans incurrit Canonis pœnam: & ad quam sibi remittendam requiritur Episcopi dispensatio.*
17. *Dispensat Episcopus cum Clericis non residentibus in Ecclesia.*
18. *Fructus beneficij potest Episcopus ex causa retinere.*
19. *Matricidæ pœnam Canonis potest Episcopus mitigare.*
20. *Episcopus dispensat super statu Ecclesiarum secundùm magis vel minus. Et super quibus habeat indifferenter potestatem usque ad finem quæstionis.*
21. *Missam an possit celebrare Sacerdos simplex eodem die super altari in quo celebravit Episcopus.*
22. *Chrisma debet novum confici annis singulis, aliàs baptizans cum veteri chrismate incurrit pœnam Canonis.*
23. *Chrismate potest in fronte simplex Sacerdos infantes, licentia tamen Episcopi.*
24. *Monacho est interdictus usus carnis sub pœna Canonis, & si fiat ebrius debet à communione separari 30. diebus.*
25. *Votum potest in melius commutari dempto Hierosolymitano.*
26. *Monasterium regularium potest de Clericis secularibus ordinari defectu regularium, licentia Episcopi.*
27. *Infirmos carnes comedentes dispensat Episcop.*
28. *Sponsum potest dimittere puella nubilis minor tamen quatuordecim Episcopi dispensatione si juraverat.*
29. *Episcopus potest dare clericis licentiam non residendi super beneficio.*

Source : BIU Cujas

Tota hæc q. transcripta à Specul. in ti. de dispensat. §. nunc de Episcoporū. & hic accipe dispensationes criminū & delictorum non ut absterſis maculis beneficiorum ſit capax, quia hæc abſolutio valet tantum in foro pœnitentiali non contentioſo ſolus enim Papa irregularitatis gratiã facit, reſtituitque ut deinceps quis præfici poſſit : hic comparere potes Epiſcopi poteſtatẽ monachiſmo qui licet omnem maculã abſtergere dicatur ad hoc valet ut ad Sacerdotium admittatur non ad Prælaturas. cap. 1 de fil. Presbyt. Ita Epiſcopus eluit labem quæ miniſterio Sacrorum arcebat non reſtituit dignitati aut beneficio, ſolius Papæ eſt. I.

QUæro ſeptimò.

1. An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Clerico beneficiato, vel ut ipſe Clericus poſſit habere pluralitatem beneficiorum ? Et primo pro parte negativa videtur quod Epiſcopus poſſit diſpenſare, per tex. *in cap. at ſi Clerici. parag. de adulte. de judi.* ubi Epiſcopus diſpenſat ſuper criminibus, videlicet adulterio & ſuper aliis minoribus, ergo in ſimili videtur dicendum in præſenti caſu. Ad iſtud reſpondetur, & ille caſus in contrarium allegatus à jure eſt expreſſus ſed non reperitur cautum in jure ut Epiſcopus in caſu præſentis quæſtionis poſſit relaxare diſpoſitionem juris communis. *arg. cap. 1. de conſtitu.* Secundò pro iſta parte facit, quia Epiſcopus diſpenſat in hæreſi. *cap. presbyteros. 50. diſtin.* facit. *cap. ut commiſſi. de hære. in 6.* Item etiam Epiſcopus diſpenſat cum ſacrilego. *cap. 1. ſi quis presbyter. 50. diſtin.* & etiam idem Epiſcopus diſpenſat in capitalibus criminibus occultis. *cap. de his. 50. diſtin.* ergo idem videtur in præſenti caſu, gloſ. *in dicto parag. de adult.* dat aliquas ſolutiones.

Prima eſt ſecundum quoſdam quod Epiſcopus non diſpenſat niſi ubi reperitur à jure permiſſum, ut in adulterio & minoribus, quia poſtquam permiſſum eſt poterit diſpenſare, & in aliis ubi hoc reperiretur ſpecificè permiſſum, ergo in aliis non permiſſis non poterit diſpenſare. *arg. cap. nonne. de præſumpt.* vel aliter contraria poſſunt ſolvi, ut not. gloſ. ſuperiùs allega. ut Epiſcopus ſemper poſſit in delictis diſpenſare niſi ſpecificè reperiatur prohibitum, patet quia licet ille text. dicat de minoribus adulterio, nihilominus & in majoribus diſpenſat, ut patet per illa jura. Vel aliter poteſt dici quod aut loquimur in Canonibus pœnitentialibus, & in iſtis diſpenſat Epiſcopus niſi inveniatur prohibitum. Aut loquimur in Canonibus pœnalibus inferentibus pœnam in foro contentioſo, & tunc ſi inferunt pœnam depoſitionis vel ſuſpenſionis pro enormibus criminibus, tunc non diſpenſat Epiſcopus. *ut ca. minor. 50. diſtin.* & primam opinionem videtur approbare Philippus, quem refert Dom. Abb. *in dicto parag. de adult.*

2. Et inſequendo doctrinam ipſius, poteſt ſic dici quod aut Epiſcopus vult diſpenſare contra Canonem ſuperioris, quod quando eſt Canon pœnitentialis: & tunc poteſt, quia pœnitentiæ hodie ſunt arbitrariæ, ut tenet gloſ. & ibi Dom. Abb. *in diſtin. parag. de adul. per. cap. Deus. de pœnit. & remiſ.* & *capit. menſura. de pœnit. diſt.* 1. niſi caſus appareat reſervatus, & de quibus eſt gloſ. *in cap. ſecundo. de pœnit. & remiſ. in ſexto.* & Hoſtien. *in ſumma. eod. tit. de pœnit. & remiſ. parag.* 2. & hoc procedit etiam ſi Canon imponat certam pœnam, ut not. Dom. Abb. ubi ſuprà per glo. *in cap. menſuram. de pœnit. diſt.* 1. & *in cap. de his* 1. *diſt.* facit tex. *in cap. quem pœnitet. de pœnit. diſt.* 1. quæ jura ſimpliciter dicunt quod pœnitentiæ ſunt arbitrariæ : ſed intelliguntur arbitrio boni viri ; unde aliud eſt diſpenſare, aliud arbitrari condignam pœnitentiam, facit gloſ. ſingu. *in dict. capit. menſuram. de pœnit. diſt.* 1. & Dom. Abb. ubi ſuprà : ſi verò expreſſè non indulget nec expreſſè negat : & tunc aut dicit diſpenſationem poſſe fieri, licet aliter expreſsè non indulgeat : & poteſt Epiſcopus diſpenſare. *capit. nuper. de ſent. excom.* Ita tenent Joan. de Lig. & Joan. Cald. & Dom. Abb. & Feli. *in dict. parag. de adult.* & iſtud fuit originale dictum Innoc. *in capit. dilectus. de tempo. ordi.* & not. *in capit. poſtulaſtis. de Cleri. excommuni.* Tamen Dom. Ant. *in parag. de adult.* videtur facere differentiam conſtitutio, in primo caſu non poſſit inferior : ut not. *in capit. cum dilecti. de elect. & in Cle. 1. eod. tit. de elect.* in ſecundo caſu ſecundum eum poteſt. Tamen Dom. Abb. ubi ſuprà illud reprobat : quia ex quo conſtitutio cujuſcumque ſit, indulget diſpenſationem, ſatis videtur concedere Epiſcopis. Et ratio eſt, ut verba aliquid operentur. Nam reſpectu Papæ, non poteſt intelligi : quia authoritas Papæ ſemper intelligitur excepta. *capit. ſignificaſti. de elect.* & ſic diſpenſando Epiſcopus in illo caſu facere non poteſt contra concilium, ſed potius requiritur concilium indulgens diſpenſationem, ſecus concilium non indulgeret diſpenſationem, ſed generaliter diſponeret, quo caſu loquuntur jura all'g. ut not. Dom. Abb. ubi ſuprà. Et pro iſta parte facit : quia diſpenſatio non eſt ſtricti juris reſpectu diſpenſantis, immò eſt quid favorabile, ut not. Do. Abb. ubi ſuprà, cùm ſæpe diſpenſatio ſit neceſſaria & debita ; ut not. *in cap. ut conſtitueretur. 50. diſtin.* & *cap. Domino ſancto. 1. quæſt. 7.* & hoc debet intelligi etiam ſi eſſet conſtitutio concilii, & haberet Canonem latæ ſententiæ, ut not. Dom. Abb. ubi alleg. Archi. *in capit. ſicut. 15. diſt.* & quando conſtitutio indulget generaliter diſpenſationem, tunc ſatis eſt tacita mens concilii quando conſtitutio loquitur generaliter non permittendo, nec vetando diſpenſationem : & tunc in delictis diſpenſare poteſt in adulterio & minoribus, niſi reperiatur prohibitum, in majoribus verò non poteſt niſi expreſsè videatur indulta, ut not. Doct. ubi ſuprà, in aliis verò delictis regulariter non diſpenſat niſi reperiatur ſibi indultum, ut probatur. *in dict. parag. de adult. in capit. dilectus. de tempo. ordi.* Et ratio aſſignatur : quia per diſpenſationem vulnerantur jura ſuperioris. *ut capit. diſplicet. 23. quæſtione 4.* & patet ex diffinitione diſpenſationis, quæ diſponitur per gloſ. not. *in parag. niſi rigor. 1. quæſt. 7.* & iſtud non licet inferiori. *ut Clem. ne Romani. de elect. & cap. cum inferior. de major. & obed.* & quæ dicantur crimina minora, illud relinquitur arbitrio ſuperioris, ut not. Dom. Anto. *in dicto capit. at ſi Clerici. parag. de adul.* & ibi Dom. Abb. *de judi. argu. cap. niſi cum pridem. de renun.* Et licet diſpenſatio reperiatur conceſſa in uno caſu, non tamen debet extendi ad caſum ſimilem, vel habentem majoritatem rationis ; & ratio eſt ſecundum eos ubi ſuprà, quia materia deviat à jure communi. Ita tenet Fede. de Senis. *in conſi. 14.* & Joan. And. *in regula quæ à jure. de reg. jur. lib. ſexto. in mercurialibus. arg. l. quod vero. ff. de legi.* & *in regula in argumentum. de reg. jur. in 6.* Tamen circa iſtud poteſt dici quod ſi caſus permiſſus habet rationem permiſſionis expreſſam, quod extendatur ubi reperitur eadem ratio : [a] tunc non fit extenſio, ſed potius includitur ex tacita mente permittentis, facit gloſ. *in capit. 1. de tempo. ordi. in ſexto.* & *capit. quamvis. de elect. in ſexto.* & *in Cle. 1. eod. 2. de Cleri.* & Dy. *in regula ultima. de reg. jur. in ſexto.* & glo. *in l. non dubium. Cod. de legi.* facit. *l. cum pater. parag. dulciſſimis. ff. de leg. 2.* tamen tex. eſt in contrarium. *in capit. per venerabilem. qui filii ſint legi.*

Hæc eſt Frãcorum doctrina, qui Papam Concilio ſubeſſe profitentur. I.

a Per not. Bald. in Authen. Quas Eccleſias. Cod. de Sacroſan. Eccleſ. C. M.

3. Sed in iſto caſu poteſt dici quod quædam eſt diſpenſatio non odioſa, ſed potius gratioſa, & tunc fit extenſio ſicut in privilegio, ut not. *in capit. ex parte. in 3. de deci.* Et præmiſſa debent intelligi ut Epiſcopus non poſſit diſpenſare niſi ubi reperitur permiſſum vel ſubſit maxima & urgens cauſa, ut tenent Dom. de Rot. quare dicendum eſt quod ſi Canon in materia pœnali permittit diſpenſationem ſpecialiter vel generaliter Epiſcopus diſpenſare poteſt, ut not. Dom. Abb. Feli. & Dom. Philip. Decius. *in dict. parag. de adul. de judi.* & Innoc. *in cap. dilectus. col. 1. de tempo. ordi.* facit gl. *in capit. poſtulaſtis.* in verbo *diſpenſatio. de Cleri. excomm.* & gloſ. *in capit. in quibuſdam.* quæ eſt fin. gloſ. *de pœnis.* Idem etiam notat Dom. Ant. *in dicto cap. dilectus. in 5. notabili. de tempo. ord.* & Dom. Ab. *in cap. veniens. in 2. notabili. de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ.* & *in capit. 2. de Cleri. pugnan. in duel.*

Source : BIU Cujas

Et prædicta limitantur procedere in pœna quam Episcopus imponeret, secus si pœna Papæ reservata sit, quia tunc etiam dispensatio reservata videtur quod ille tantum absolvere possit qui condemnare potest. *cap. cum inferior. de major. & obedien. l. 3. ff. de reg. jur.* not. Dom. Ant. post Hostien. *in cap. 2. de bigamis. in fi.* Are. & Feli. *in dict. parag. de adult.* & ista limitatio videtur vera, quando quis non potest imponere ex defectu potestatis, secus videtur si ex privilegio personæ: quia tunc videtur quod dispensare possit cessante ratione, ut not. Dom. Philip. Decius. *in d. parag. de adulteriis.* quia tali casu ille qui non potest condemnare, absolvere potest, ut est tex. *in l. fi. Cod. ubi senator. vel clarisf.* & ibi Bart. & Bald. dant rationem, ne illud quod est inductum in favorem retorqueatur in odium, & illud dictum Hostien. & Domin. Ant. de But. declaratur per ea quæ not. Dom. Philip. Decius. *in dict. parag. de adult.*

4. Secundò limitantur non procedere in constitutione conciliari, in qua licet permittatur dispensatio, non videtur quod Episcopus possit, quia non habet potestatem dispensandi contra constitutionem concilii juxta glos. *in capit. cum dilecti.* in verbo *ætate. de elect.* unde illa verba debent referri ad illum qui dispensare potest in tali, secundùm Dom. Ant. de But. *in dict. parag. de adult. col. penul.* tamen Dom. Abb. ibi tenet contrarium ut verba aliquid operentur dum indulgent dispensationem. Idem not. Dom. Abb. *in ca. de simoniaco. col. 1. ver. sed certe. de simo.* sed Areti. *in dict. parag. de adult.* sequitur opi. Dom. Anto. quam probat hoc modo, quia verba prolata impersonaliter referuntur ad illum ad quem de jure actus pertinet. *l. si servus leg. parag. si margaritam. de leg. 1.* Non obstat secundum eum ratio Dom. Abb. quod verba nihil operantur, quod imò illa clausula operatur duos effectus.

Primus est, quia quando Papa dispensat, contra concilium non sufficit clausula generalis *non obstante*, ut not. Archi. *in c. 1. de constitut. in sexto.* Bald. *in l. humanum. Cod. de legi.* & isto casu secundum erit sufficiens.

Secundus effectus est, quia Papa redditur facilior ad dispensandum ex eo quod concilium permittit dispensationem, tamen Feli. *in d. parag. de adult.* sequitur opi. Dom. Abb. per tex. cum glos. *in cap. in quibusdam. de pœnis.* ubi erat constitutio conciliaris, ut colligitur ex suprascriptione ibi in concilio generali: & tamen secundum glos. ibi intelligitur quod Episcopus dispensare possit: allegat etiam *capit. quisquis. cum glo.* in verbo *fuit. de elect. circa fin.* tamen Dom. Philip. Decius *in dict. parag. de adult.* dicit quod opin. Dom. Ant. de But. & Are. verior videtur. Et ratio est quia cùm Episcopus non possit tollere constitutionem concilii, ut tenet glos. *in d. ca. dilecti.* in verbo *ætate. de elect.* non videtur quod illa verba generalia de Episcopis intelligantur, ut probatur. *in ca. 2. de bigamis.* & verba generalia deducuntur ad intellectum juris, ut not. *in l. Gallus parag. quidam recte. ff. de libe. & posthu.* & illa verba aliquid operantur, ut tenet Areti. quem suprà retuli, & secundum eum etiam est considerandum quod per illa verba non conceditur dispensatio, ita quod fieri possit ab eo qui aliàs non haberet potestatem: sed solum removeretur dubitatio, quia videbatur quod dispositio deberet præcisè observari, adeo quod contrarium etiam per viam dispensationis non posset fieri, ad removendam istam dubitationem nisi dispensatum sit: quia intentio superioris aliquid disponentis intelligitur inspecto jure communi, & non videtur in dubio excludere dispensationem quæ in contrarium fieri possit.

Tamen plus mihi placet opinio Dom. Abb. quia semper Papa est supra constitutiones concilii, ut est text. *in cap. significasti. de elec.* glos. *in ca. ubi periculum. de elec. in 6.* si ergo sit suprà constitutiones concilii frustratorie verbum *dispensetur* apponeretur in illa constitutione, nisi intelligatur quod Episcopus possit dispensare. *arg. c. si Papa. de privil.* Nec obstat ratio Aret. suprà relata: quia jure non reperitur cautum, nec est verisimile quod in conciliis illud apposuerit ad effectum quem dicit Areti.

5. Secunda conclusio potest eligi pro ista parte affirmativa, quod Episcopus super adulterio & minoribus criminibus possit dispensare. *dict. parag. de adult.* Ita tenet Joan. And. & Dom. Ant. *in ca. fin. de tempo. ordi.* & Dom. de sancto Gem. post Hostien. *in ca. 1. col. fin. de supplen. negli. prælat. in sexto.* & Card. *in consi. 35. col. fin.* ubi infert quod potest dispensare in perjurio: quia videtur minus delictum adulterio ut ibi per eum, facit text. *in ca. 1. de sortilegiis.* & ibi Abb. post glos. fin. concludit quod Episcopus dispensat in sortilegio, similiter dispensat cum illo qui in sacris contraxit matrimonium, ut not. Dom. Abb. *in ca. ex tuarum. qui cle. vel voven.* facit text. *in ca. 1. de Clerico per saltum promoto.* & *in ca. 1. de eo qui furtive ordines susscepit.*

Quare hoc non video cum, ex eodem Deo. re in Decalogo veritum perjurium, & alienam uxorem concupiscere. I.

Et ista conclusio limitatur primò nisi pœna ipso jure à Canone imponatur, ut not. Arch. *in ca. licet Canon. de elec. in 6.* quia sicut non potest Judex post sententiam ab eo latam dispensare. *l. Divi. ff. de pœnis.* & *2. quæst. 7. ca. & ideo.* ita nec contra latam à Canone, & hoc declaratur per Areti. & Feli. *in dicto §. de adul.* tamen istud debet intelligi respectu pœnæ quæ non potest tolli, cùm tamen executio facta sit, sed non excluditur dispensatio quæ fit post peractam pœnitentiam ad habilitandum personam ut promoveri possit, ut not. Dom. Phil. Decius post alios Doct. *in dicto parag. de adult.*

Secundò limitatur quando verba Canonis tollunt dispensationem etiam hoc pluribus modis verificari potest, primò si dicatur perpetuo observetur, nam per istud verbum *dispensatio* remota videtur, ut not. glos. *in ca. cupientes. §. cæterum.* in verbo *perpetuo. de elec. in 6.* ibi Doct. idem etiam not. Card. *in cle. 2. §. si vero. in 1. q. de vita & honesta. cleri.* & Feli. & Dom. Philip. Decius. *in d. §. de adult.* facit text. *in ca. 2. de hæret. in 6.* & *c. cum illorum. de sentent. excom.* & *in c. Clerici. de cleri. excommunic. minist. cum simi.* ut not. Dom. Philip. Decius. *in d. §. de adul.*

Tertiò limitatur prædicta conclusio nisi immineret scandalum ex dispensatione, ut not. Dom. Abb. *in ca. qualiter. in secundo. colum. 6. vers. sed contra. de accusa.* & Joan. de Ana. *in ca. insinuatum. de simo. cum sim.* not. Feli. *in ca. 2. de præscript.* sic è contra, quia propter scandalum evitandum dispensatio conceditur. *ca. quia circa.* & tradit Dom. Abb. *de consangui. & affini.* facit tex. *in ca. 2. de novi ope. nun.* & Roma. *in consi. 307.*

Quartò limitatur in Canone conciliari contra quem Episcopus dispensare non potest, ut not. glos. *in ca. cum dilecti.* in verbo *ætate.* & ibi Dom. Abb. *de elec.* nec etiam Legatus. *ut ca. dilectus. in primo. de præbend. & dignita.* & nullus inferior à Papa tunc dispensare potest, ut not. Dom. Abb. *in cle. 1.* in verbo *eligatur. de elec.* & idem Dom. Abb. *in d. c. cum dilecti. de elec.* facit text. *in ca. post translationem. de renun.* ubi Papa reddit se difficiliorem in dispensando contra constitutionem concilii, & hoc sanè intelligitur nisi ex magna causa Episcopus hoc facerer, ut not. Dom. Abb. *in d. c. cum dilecti. de elec.* & Roma. *in sing. 476.*

Quintò limitatur quando Canon legem imponeret Episcopo, ut no. Dom. Abb. *in d. §. de adulte.* ubi alleg. Joan. And. *in ca. 1. de sup. negli. prela. in 6.* & ibi Dom. de san. Gem. *col. fin. in vers. item non dispensant.* & Roma. *in consi. 325. col. 2. versi. ultim. videtur.*

Source : BIU Cujas

Item regulariter Episcopus super criminibus majoribus adulterio dispensare non potest, ut not. Dom. Abb. Feli. & Dom. Philip. Decius. *in d. parag. de adult.* ita etiam tenet Rot. *in consil.* 425. *incip. quoad primum. in* 3. *dubio.* & ideo super incestu non dispensat Episcopus, ut not. Dom. Abb. *in ca.* 1. *in fin. de eo qui cogno. consang.* nec etiam dispensat cum raptore. *ut ca.* 2. & ibi Dom. Abb. *in ultim. notabili. de rapto.* & ista conclusio etiam ampliatur ut procedant in casibus in quibus Episcopus regulariter dispensare non potest, nisi sibi expressè concedatur. *ca. dilectus filius. de tempo. ordi.* ut not. Doctor. *in d. parag. de adult.*

6. Et ideo Episcopus dispensare non potest, quod ignobilis recipiatur in Canonicum contra statutum Ecclesiæ, ut not. Roma. *in sing.* 485. ubi alleg. Innoc. *in ca. fi. de cleri. non resi.* qui hoc generaliter dicit in quolibet statuto Ecclesiæ in quo agitur de interesse Canonicorum, & idem sequitur Dom. Philip. Decius. *in d. c. at si Clerici. parag. de adult. de jud. versi. quarta conclusio.*

Similiter non dispensat Episcopus cum penitus illiterato ut promoveri possit, ut not. Archid. & Dom. de sancto Gem. *in c. non confidat.* 50. *dist.* facit tex. *in ca. nullus. de tempo. ordi.*

7. Nec etiam dispensat Episcopus quod corrupta sit Abbatissa, quia solus Papa hoc potest, ut not. Card. *in cle. attendentes. parag. statuimus. in* 10. *q. de statu mon.* & idem tenet Cald. *in consi.* 3. *tit. de offi. vicar. in fi.* ubi assignat plures casus in quibus Episcopus non potest dispensare, & Spec. *in tit. de dispensatione. parag. nunc de Episcoporum. cum sim.* ut no. Do. Philip. Decius *in d. parag. de adult.* Et istum articulum reperio quod Episcopus dispensat in pluribus casibus, ut not. Spec. *in titu. de dispensatione. §. nunc de Episcoporum.*

8. Primo dispensat Episcopus cum ordinato extra tempora statuta à jure. *c. consultationis.* & ibi glos. & Doct. *de tempo. ordi.* maxime ex speciali mandato Papæ secundum quosdam *in ca. cum quidam.* & ibi alii contra, secundum Spec. ubi suprà, ubi dicit solum Papam extra tempora posse aliquem ordinare. *ca.* 1. *de temp. ordi.* & si alius hoc fecerit Papa solus dispensat, cum ordinato & cum ordinante. *ca. cum quidam.* & *ca. cum dilectus. de tempo. ordi.* tamen Ang. de Clava. *in sua summa.* in verbo *irregularitas.* primo. & 35. tenet quod Episcopus qui ordinavit extra tempora non poterit dispensare, sed bene successor ejus, & hoc in ordine recepto non autem in ordine recipiendo, & sic concordatur. *c. cum quidam. de tempo. ord.* Nec obstat. *ca. litteras.* & *ca. dilectus. eod. tit. de tempo. ordi.* quia habent locum quando eodem die quis recepit plures ordines, & tunc solus Papa dispensat si quis receperit ordines ab alieno Episcopo proprius Episcopus potest dispensare, ut not. Dom. de sancto Gem. *in ca. eos. colum.* 3. *de temp. ordin. in* 6.

Secundus casus in quo dispensat Episcopus, ut quis habeat plura beneficia curata quando in dispensatione consideratur utilitas & necessitas Ecclesiæ vel personarum ipsius, non autem si considerantur merita vel favor seu excellentia personæ, quia tunc solus Papa dispensat, ut not. Spec. post multas opi. *in tit. de dispensatione. parag. videndum. versi. sed nunquid Episcopus.* ita etiam not. Dom. Abb. *in ca. dudum. in* 2. *de elec.* & *in repeti. ca extirpandæ. parag. qui vero. de præben. & digni.*

Tertiò dispensat Episcopus cum ordinatis ab alieno Episcopo, inconsulto vel contempto proprio, ut not. Dom. de sancto Gem. *in ca. eos. de tempo. ordin. in* 6. *col.* 3.

Quartò dispensat Episcopus cum ordinatis ignoranter ab Episcopo excommunicato. *c. fin.* & ibi Dom. Anto. *de ordinatis ab Episcopo qui renuntiavit Episcopatui.* not. Dom. Abb. *in ca.* 1. *de schismaticis.*

Quintò dispensat Episcopus cum ordinatis ignoranter ab Episcopo qui renuntiavit Episcopali dignitati, ut notatur. *in c.* 1. *de ordi. ab Episcopo. qui renunt. &c.* ubi suprà.

Sextò dispensat Episcopus ut duo eligantur ad unam præbendam, ut not. *in ca. tuæ. de præbend.* & ibi glos. & Doct. & Spec. ubi suprà & an una præbenda dividi possit eo modo vel de duabus una, ut not. glos. & ibi Doct. *in d. cap. tuæ. de præben.* & idem de Ecclesia parochiali. *c. ad audientiam. de Eccle. ædific.*

Septimò dispensat Episcopus cum Clerico per eum suspenso ab officio & beneficio propter crimen usuræ. *cap. præterea. de usuris.* & Spec. ubi suprà.

Octavò, Episcopus dispensat cum adulterio & aliis minoribus criminibus. *d. §. de adult. cum sim.* ut suprà dixi.

Nonò dispensat Episcopus cum pugnante in duello. *ca.* 1. *de corpore vitiatis.* & *ca.* 1. *de cleri. pugnan. in duello.* & illud verum est dummodo mors vel mutilatio non sequatur. *ut* 23. *q.* 8. & Spe. ubi suprà.

Decimò dispensat Episcopus in multum enormi & notorio crimine, ut not. *in ca.* 1. *de corpore vitiat.* facit. *c.* 2. *de apost.* idem etiam in capitalibus occultis. 51. *dist. c. eis.* & plenius. *in c. ex tenore. de temp. ordin.* & ibi per glos. Spec. ubi suprà.

Undecimò, Episcopus dispensat cum sacerdote qui simul plures concubinas habuit: ut not. *in ca. fraternitatis.* 34. *d.* & *in c. quia. de bigamis.* Spec. ubi suprà.

Duodecimò, Episcopus dispensat cum alienigena instituto in Ecclesia per eum qui instituere non poterat. *ca. fin. de cler. peregri.* & ibi Doct. & Spec. ubi suprà.

Decimo tertiò Episcopus dispensat cum presbytero qui de facto contrahit matrimonium cum virgine, scilicet quo ad executionem sui officii. *c. sane. in* 2. & ibi glos. & Dom. Abb. *de cleri. conjuga.* facit not. *in ca. nuper. de bigamis.* ubi dicitur quod laicus habens uxorem si postea sacerdos contrahat, dicitur bigamus, & cum eo non potest Episcopus dispensare: secus si contrahat post sacerdotium cum virgine, *ut d. ca. sane.* faciunt not. *in c. fi. de biga.* [a] & ita tenet Specu. ubi suprà, ubi etiam addit quod idem est cum diacono, qui contraxit matrimonium, Episcopus potest peracta pœnitentia & dimissa uxore. *c.* 2. *qui cleri. vel voven.* & illud limitat Specu. nisi bis contrahant. *per ca. presbyter.* 28. *dist.* vel nisi contrahat cum corrupta. *c. fi. de bigamis.*

a Quia tunc solus Papa summa Angel. verbo Digamus. parag. 9. C. M.

Decimo quartò Episcopus dispensat cum diacono, qui diaconum vulneravit, & matrimonium de facto contraxit, quia peracta pœnitentia cum eo dispensat Episcopus, ut possit in presbyterum ordinari. *d. ca.* 1. *qui cleri. vel voven.* & Spec. ubi suprà. & Joan. And. post eum. *in sua additione.*

Decimo quintò Episcopus dispensat cum Monacho & Canonico regulari, ut possint in Ecclesia seculari ministrare divina. *ut* 16. *q.* 1. *ca. doctos.* & *ca. ex authoritate.* ita tenet Specu. ubi suprà.

Decimo sextò dispensat Episcopus cum eo qui excommunicatus recipit beneficium. *d. cle. de excommu. minist.* & *c. postulastis. in prin.* & ibi per Inn. & Joan. And. *in* 3. *glos.* quod est verum nisi fuerit excommunicatus per Papam ob contemptum sedis Apostolicæ. *ca. bonæ. de ætat. & quali.* ubi dicitur tali excommunicato non posse beneficium conferri, & ibi per gloss. & Doct. idem in suspenso secundum glos. ibidem, qui etiam dicit cum eo non posse Episcopum dispensare, quod etiam tenet Spec. ubi suprà. *consil.* 16. quinetiam dicit glos. non posse suspensum tractare spiritualia, ut ibi facit, nec excommunicatus aliàs debet deponi. [b] *per ca. veritatis. de dolo & contum.* nec omitto quod excommunicatus qui per

b Vide qu. Tolos. 366. C. M.

Source : BIU Cujas

annum & ultra ſtetit in excommunicatione, debet officio ſuo privari. 11. *quæſt.* 3. rurſus ſecundum gloſſ. not. *in d. c. cum bona.* quæ omnia bene not.

Decimo ſeptimò, cum clerico per ſaltum promoto. *cap.* 1. *de cleri. per ſal. promo.* 52. *diſtinct. c.* 1. & Spec. ubi ſuprà. *ver.* 17.

Decimo octavò, cum non ordinato miniſtrante ſcilicet ad beneficium, & ut poſt biennium vel triennium in ordine ſuſcepto miniſtret, non ut ad ſuperiorem promoveatur. *ca.* 2. ut ibi not. *de cle. non ordin. miniſt.* & prædicta in Specu. ubi ſuprà. *verſi.* 18. vide quia omnia dixi quod not. quod is qui caret ordinibus ſacris irregularis eſt ſi divinum exercet officium, & idem dicit qui habet unum ordinem ſi in majori exerceat, quia cum talibus ſolus Papa diſpenſat ut toleretur in ordine ſuo & ad ſuperiores aſcendat. 11. *q.* 3. *parvulis.* 25. *qu.* 2. *ſic decet.* ſed Spec. ibi refert quoſdam voluiſſe quod etiam Epiſcopus diſpenſet. *arg. no. in ca.* 1. & 2. *de cleri. excom. miniſt.* & ibi per gloſ. Joan. And. & Doct. vide etiam notata. *in c. at ſi clerici. de Judæis.*

Decimo nonò diſpenſat Epiſcopus cum diacono Miſſam celebrante ſcilicet peracta pœnitentia, ut beneficium retineat: & etiam ut poſt biennium vel triennium exerceat officium diaconatus, non ut ad ſacerdotium promoveatur, ad quod ſolus Papa diſpenſat, nota. *in c.* 1. & 2. *de cleri. excom. miniſt.* & ibi glo. Joa. And. & Doct. ubi ſuprà. *verſ.* 19.

Vigeſimò cum religioſo ut ad religionem tranſeat mitiorem. *de reg. & tranſeunt ad reli. ca. ſignificatum. & cap. ex parte. de tempo. ordin.* & tenet Specu. ubi ſuprà. *verſi.* 20. Inno. *in cap. ſi. de renun.* & ibi Joan. And. *in novella. ſuper tertia glo.* & *in dicto cap. ſignificatum.* per Joann. And. & Archi. *in cap. ſi religioſus. de elect. in* 6. & Joan. And. in addi. Specu. *de diſpen. parag. ſunt quoquè. verſi.* 24.

Vigeſimo primò diſpenſat in commutatione præbendarum & perſonarum. *cap. quæſitum. de rerum permu.* & ibi Joan. And. & Doct. & gloſ. *in cle.* 1. *eod. tit.* & Spec. ubi ſuprà. *verſ.* 23.

Vigeſimo ſecundò cum eo qui bigamum ordinavit *de bigamis.* 1. & tenet Specu. ubi ſuprà. *verſi.* 22.

Vigeſimo tertiò cum eo qui irregulares promovit. Specu. ibidem Inno. & Joan. And. *in cap. dilectus. de tempo. ordi.*

Vigeſimo quartò cum falſario ut vel incarceret eum, vel ad Papam remittat. 19. *diſtin. in memoriam.* & Spec. ubi ſuprà. *ver.* 23. & not. quod ſi certum eſt Clericum eſſe falſarium debet deponi. 50. *diſt. ſi Epiſcopus.* & *in cap. ad falſariorum. de crimi. fal.* tenet glo. *in dicto cap. in memoriam.* ubi etiam ponit gloſ. quot & quibus modis dici poſſit charta falſa.

Vigeſimo quintò in diſpenſatione ordinum Eccleſiaſticorum, quorum Epiſcopus eſt præordinator. 21. *diſtin. Cleros.* 25. *diſt. cap.* 1. 23. *diſt. tales.* Spec. ubi ſuprà. *verſ.* 24.

Vigeſimo ſextò, ut Clericus conjugatus habeat ſimplex beneficium. 28 *diſt. de his.* & *c. decernimus.* Joan. And. *in ca. Joannes. de cleri. conjug.* & Spec. ubi ſuprà. *verſi.* 25.

Vigeſimo ſeptimò ut Clericus concubinarius finita pœnitentia promoveatur. 24. *diſt. fatuitas.* niſi fuerit per ſententiam damnatus vel infamis de ipſo ordine. *ca. quæſitum. de tempo. ordin.* Specu. ubi ſuprà. *verſ.* 26. & *parag. juxta. ver. in ſuſpenſis.*

Vigeſimo octavò cum idiota promoto ut remaneat & non deponatur, ſed doceatur. 10. *quæſt.* 1. *placuit.* 38. *diſt. nullus.* & *cap. ſedulo.* quod verum niſi ſit omnino illiteratus Spec. ubi ſuprà. *verſi. prohibetur.* non tamen diſpenſat ut illitteratus promoveatur. 50. *diſt. non confidat.* & Spec. ubi ſuprà. *verſi.* 27. & *in dicto parag. juxta. verſi. contrahitur.* ibi. *item illiterati.* quod bene notent Epiſcopi ut cogant Clericos illiteratos addiſcere litteras: ſed melius faciunt ſi eos non promoveant. 36. *diſt. illiteratos.* ubi Epiſcopus prohibetur ad ordines ſacros promovere Clericum litterarum ignarum, cùm talis non ſit aptus divinis officiis, quin etiam ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, quia docendi officium ſuſceperunt in populo Dei: ſacerdotes enim debent legere ſacras ſcripturas Paulo dicente ad Timotheum: *Attende lectioni, exhortationi & doctrinæ, & ſemper mane in his.* ſciant ergo ſacerdotes Scripturas ſacras & Canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina, tex. eſt not. 38. *diſt.* quem parum curat Dominus Petrus Epiſcopus Canonicus Firmanus litterarum ignarus.

Vigeſimo nonò diſpenſat Epiſcopus in pœnitentiis imponendis. 45. *diſt. licet. & per totum.* 27. *q.* 7. *tempora.* & eum allegant, quod intelliges cum ratione & modeſtia, aliàs non. *de pœnitent. diſt.* 5. *falſas.* 23. *q.* 4. *ſi is qui adeo.* quod poteſt Epiſcopus mitigare Canones pœnitentiales. 26. *quæſt.* 7. *tempora. de pœnit. diſtin.* 1. *pœnit. & ca. verbum Dei. & ca. medicinam. ca. menſuram. & ca. Judex.* Item debet pœnitentiam ponderare. *de conſecra. diſt.* 3. *de pœnitentibus. de pœnit. & remiſ. ca. ſignificaſti.* & *ca. quæſitum.* niſi ei à Canone prohibeatur. 23. *quæſt. ulti. peſſimam.* ita tenet Spec. ubi ſuprà. *verſi.* 28. ubi etiam ſubdit & *in verſi. prohibetur.* quòd non poteſt Epiſcopus diſpenſare ad proponendum pœnitentes. [a] 51. *diſt pœnitentibus. ca. confirmandum.* & *cap. non confidat.* 61. *diſt. Sacerdotibus. verſi. proferens. arg. contra.* 29. *diſt. presbyter.* & *ca. quæſitum. de pœn. & remiſ.* ſed dic ut ibi per Doct. Hic adde congruenter caſus ſpecialiter reſervatos Epiſcopo in pœnitentiis, quos ponit glo. ſingul. *in ca.* 2. *de pœnit. & remiſ. in* 6. videlicet abſolutio excommunicati majori excommunicatione quod non licet ſimplici Sacerdoti. *ca. nuper. de ſenten. excom.* Item in blaſphematore Dei, & Sanctorum publico. *c. nullo. eod. tit.* Item in ſortilego. *eod. titu. ca.* 2. Item in commutatione voti. *ca.* 1. *de voto.* Item in depoſitione malè ablatorum incertorum vel certorum, ſi non extant hi quibus reſtitutio fieri debet. *de judi. c. cum ſint.* Item [b] contra matrimonium contractum clam, vel contra interdictum Eccleſiæ. Item in omni publico crimine enormi. Item in oppreſſione filiorum. Item in homicidio. Item in falſo teſtimonio. Item in falſo inſtrumento. Item in perjurio. Item in inceſtu. Item in corruptione monialium. Item in coeunte cum brutis. ſecundum diſt. glo. quam not. & ibi per Doct. *in ſingulis.*

[a] Immo vide ſummam Angelicam verbo irregularitas. parag. 49. C. M.

[b] Hæc falſa C. M.

Trigeſimò diſpenſat Epiſcopus cum ſacrilego. 50. *diſt. ſi quis presbyter. de furtis. ca. ſi.* & Specu. ubi ſuprà. *verſi.* 29.

9. Ubi etiam ſubdit eſſe ſacrilegum qui capit vel capi facit Cardinalem. *ca. ad Apoſtolicæ. de re judi.* quin etiam graves pœnas incurrit. *ut c. felicis. de pœnis. in* 6. ſecundùm Joan. And. in addi. Spec. ubi ſuprà, offendens verò perſonam Cardinalis tenetur. *l. Julia. maje. c. felicis. prælegato.* ſed de offendente Epiſcopum vide. *in cle.* 1. *eod. tit.*

10. Sed hîc inſurgit dubium, nunquid poſſit Cardinalis Legatus abſolvere capientem ipſum Cardinalem, & dicit breviter quod ſic, etiam in mortis articulo, quia licet quis ſuſpectus Judex videatur ad ulciſcendum injuriam propriam. 23. *quæſt.* 1. *cap.* 3. *qu. quia ſuſcepti. l.* 1. *Cod. ne quis in ſua cauſa. cum ſimi.* quia tamen excommunicatus non poteſt abſolvi niſi petat abſolutionem. 11. *quæſt.* 3. *cap. plerumque.* & *ca. cum aliquis. de eo qui duxit in matrimonium. ca. ſignificaſti.* pro quo facit illud Dantis Aligerii, & ita concludit Joan. And. in addi. Specu. *titu. de legato.* §. *nunc dicimus. verſic. ſed quæritur utrum Legatus.* & ſic intelligitur text. *in d. cap. felicis.* &

Source : BIU Cujas

in c. si quis suadente. 17. *q.* 4. & intellige prædicta procedere quando Cardinalis captus, est Legatus: aliàs enim non potest absolvere cùm exerceat jurisdictionem, & sic ad Papam recurrendum esset per absolutionem, præterquam in articulo mortis, & sic loquitur. *d. c. felicis.* & quia dixi non posse absolvi qui non petit, dic idem probari. *in cap. quod quidem. de pœn. & remiss.* sed potest quis quandoque invitus & impœnitens absolvi, puta testis ut testimonium dicat in causa ne principale negotium retardetur. *c. veniens. in fin.* & ibi glo. But. & Docto. *de testi.* & ibi Joan. de Imo. & not. *in c. ab excommunicato. de rescri.* & Phil. de Francisc. *in c. ad hæc. de appel.* tunc tamen remanet vinculum peccati: licet tollatur vinculum excommunicationis secundùm Doctor. *per cap. quod quidam. de pœnit. & remiss.* quod est bene notandum.

11. Trigesimo primò dispensat Episcopus cum homicida in beneficio tantum ne mendicet. *c. studeat.* 50. *dist. c.* 2. *de Cle. pug. in duel.* & Specu. ubi suprà. *ver.* 40. ubi secus dicit quoad officium. 50. *dist. miror.*

Trigesimo secundò cum servo promoto si velit eum redimere. 54. *dist. generaliter.* & Specu. ubi suprà. *versi.* 41.

Trigesimo tertiò cum servo Monasterii ut promoveatur. 54. *dist. multos. de servis non ordi. ca. de famulis.* & *ca. eod.* & tenet Spec. ubi suprà. *ver.* 43.

Trigesimo quartò cum Clericis ut promoveantur inviti. 74. *dist. ca. si.* & Specu. ubi suprà. *versi.* 43.

Trigesimo quintò cum assumpto de sua Diœcesi in Episcopum, ut remaneat in primo beneficio si non admittatur ad Episcopatum ad quem fuit promotus. 22. *dist. si quis Episcopus.* & Specu. *versi.* 44.

Trigesimo sextò cum hæretico converso. 50. *distin. presbyteros qui. de hære. ca. ad abolendam. de consecra. dist.* 2. *ego Berengarius.* & Spec. *versi.* 45.

Trigesimo septimo cùm schismatico. 50. *distin. ut constituetur.* & Spec. *versi.* 46.

Trigesimo octavò dispensat Episcopus cum raptore quoad viaticum ei concedendum *de rapto. ca. super eo. parag. si vero.* prædonibus enim dispensative communicamus, 24. *quæst.* 2. *sane.* & tenet Spec. *versi.* 47.

Trigesimo nonò, ut recipiatur ex causa minor procuratio quàm solita sit. *ut quæst.* 2. *relatum.* & *ca. felicis. de censi. in* 6. & Spec. *ver.* 48.

Quadragesimò in minoratione tertiæ vel quartæ decimarum ex causa. 5. *quæst.* 2. *priscis.* & *cap. unio.* 12. *qu.* 3. *cap. fin.* & Specu. *versi.* 49. & plenius. *in versi.* 71.

Quadragesimo primò in executione sententiæ inferendæ. 11. *quæst.* 3. *cum apud.* & Spec. *versi.* 50.

Quadragesimo secundò cum sortilego Clerico, qui pro furto reperiendo ad astrolabii inspectionem recurrit, qui de jure per annum celebrare non debet. *de sortilegis. ca. ex tuarum.* 26. *q.* 5. *contra idolorum.* & *c. pervenit.* & Specu. *versi.* 51.

Quadragesimo tertiò ut Monachus unius Religionis possit præsidere Monasterio alterius Religionis. *de elect. c. cum ad monasterium.* Spec. *in versi.* 52. & *in parag. generaliter. versi. legatus.* ubi plenius & *in titu. de lega. parag. nunc ostendendum versi.* 69. & not. *in ca. officii.* & ibi Doct. *de elect.* & *in ca. cum in magistrum. eod. titulo.* 16. *q.* 7. *nova.*

Quadragesimo quartò cum Clerico post 24. annos, & non ante, vel etiam si patiatur defectum in scientia, dumtamen non sit minus rudis, vel etiam in ordinibus, tamen si in minoribus & in brevi possit promoveri ad sacros, & id quoad regimen Ecclesiæ Parochialis seu plebis, vel quoad dignitates. *de elect. ca. dudum. de æta. & qualit. ca. præterea.* & *cap. indecorum.* & plenius per Joan. And. post Spec. in addi. Specu. ubi suprà. *versi.* 53. ibi. *vide omnino.* & *in cap.* 1. *de ætate & qualit. in sexto.*

Quadragesimo quintò cum eo qui beneficio renuntiat ut sibi victum concedat in eo. *argum.* 17. *quæst.* 1. *quamvis.* de renuntiatione ad supplicationem si ob culpam removeatur, secundùm Specu. *in versi.* 54.

Quadragesimo sextò cum eo qui petit cessionem, scilicet ut vel cedat vel remaneat. *de renun. ca.* 1. *ca. admonet.* & *ca. quidam.* & Specu. *versi.* 55.

Quadragesimo septimò ut Monachus in minoribus constitutus fiat Abbas. *de æta. & qualita. ca. tuam.* & in Specu. *versi.* 56.

Quadragesimo octavo Episcopus dispensat cum illis quos sine titulo dispensativè promovit ad sacros ordines, ut habeant ad sustentationem. *cap. accepimus. de æta. & qualitat. ca. cum secundùm. ca. non liceat. ca. Episcopus. de præbend. & digni.* Spec. ubi suprà. *versi.* 57. vide etiam Bart. *in tracta. suo de Episcopo. in* 2. *parte. lib.* 4.

Quadragesimo nonò Episcopus dispensat cum captis in cunabulis vel à Dominis, aliàs à barbaris, vel castratis metu lepræ vel ita nati sunt, scilicet ut promoveantur vel promoti remaneant in suis ordinibus. *ca. ex parte.* & *quasi per totum. de corpore vitiat.* & *c. si quis pro ægritudine.* & *ca. eunuchus.* 50. *distin.* sed si quis hoc sponte vel propter Deum fecisset vel sibi fieri affectasset, non dispensatur cum eo nisi per Papam 55. *distin. qui partem.* & *ca. signavit de corpore vitiatis.* sic & cum habente maculam in oculo dispensari debet per solum Papam ut not. Inno. & ibi Doct. *in ca.* 2. & Joa. And. *in cap. significasti. de corpore vitiatis.* & idem Joan. And. & Spec. ubi suprà. *versi.* 58. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimò Episcopus dispensat cum sacerdote extraneo, vel occultè celebret, si litteras vel testes non habeat facientes fidem de sua ordinatione. *cap fin. de Cleri. peregr. ad fi.* & 71. & 72. *distin. per totum.* Spec. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo primò Episcopus dispensat ut prælatus habeat perpetuum Vicarium. *ca. ad hæc. de offic. vicar.* quamvis Prælatus debeat in propria persona servire in beneficio quod ei datur propter officium. 91. *dist. cap. eos.* & Specu. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo secundò Episcopus dispensat & licentiam dat ut Prælati inferiores possint suos subditos excommunicare. *cap. si sacerdos.* & *cap. cum ab Ecclesiarum. de offi. ordin.* quia de jure communi id non possent facere, ut not. Joa. And. Jo a. de Deo. *in ca. non satis. de offic. Archi.* & Dom. Abb. post alios Docto. *in cap. cum contingat. de foro competen.* & *in dist. cap. si sacerdos. de offic. ordi.* nisi aliud esset de consuetudine aut privilegio. *dicto cap cùm contingat. de foro compet.* notat Specu. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo tertiò dispensat Episcopus cum Clerico percussore. *capit.* 1. *de Cleri. percuss.* & ibi per Docto. not. *in summa.* 45. *distin.* & *in cap. si quis omnem.* 1. *quæst.* 7. & Specu. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo quartò Episcopus dispensat cum rectoribus ad Synodum non venientibus, ut not. *in cap. super his. de majori & obedien.* & ipsi possunt puniri nisi veniant. *cap. penulti.* & quasi per totum. 18 *distin.* Spec. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo quintò Episcopus dispensat ut sine vitio fiat transactio super decimis. *cap. statuimus. de transact.* & *cap.* 1. *de rerum permuta.* & etiam in beneficio *cap. de cætero cum simi. de transac.* & Specu. & Bart. ubi suprà.

Quinquagesimo sextò debet Episcopus dispensare cum Clerico deposito ne tradatur judici seculari. *cap. cum non ab homine. de re judica.* quia semper in eo remanet character & vivere debet Clericaliter, ut not. per glos. & ibi Doct. *in cap. degradatio. de pœnis.* &

Source : BIU Cujas

Dom. Abb. *in cap.* 1. & 2. *de Cleri. excom. mini.* Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Quinquageſimo ſeptimò diſpenſat Epiſ opus ut contumax non ſit contumax, ut not. *in capit. conſuluit. de offi. delega.* & *in capit.* 1. & 2. & *in capit. cum dilecti.* & *in capit. cum olim. de dolo & contum,* Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Quinquageſimo octavò Epiſcopus diſpenſat ut ante ſententiam fructus ſequeſtrentur. *cap. penult.* & *cap. fina. de ſequeſtra poſſeſ.* quamvis ſequeſtratio regulariter ſit interdicta. *Cod. de prohibita ſequeſtra. l.* 1. Specu. & Barto. ubi ſuprà.

Quinquageſimo nonò Epiſcopus diſpenſat cum ſuſpecto de crimine ne condemnetur. *capit. litteras. de præſump. cap. cum dilecti. de dolo & contum.* Specu. & Bart. ubi ſuprà.

12. Sexageſimò Epiſcopus diſpenſat quod vir, & uxor ſeparatim vivant ne deteriùs inter eos contingat. *cap. tua nos. de jurejur.* quamvis contrarium dicatur. *in capit. ſi vir.* 27. *quæſt.* 2. & Specula. ubi ſuprà. & illud verum eſt ſi uterque velit caſtitatem obſervare, aliàs alterum cogit Epiſcopus ad alterum redire per vinculum excommunicationis. *diſtin. capit. tua nos.* & *capit. primo.* & *capit. dudum.* & quaſi per totum. *de converſione conjug.* ut not. Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Sexageſimo primò Epiſcopus poteſt cogere Clericum vel monachum ratione juramenti eſſe loco obſidum. *cap. ex reſcripto. de jurejuran.* Specu. ubi ſuprà.

Sexageſimo ſecundò ſi prælatus diffidit de jure ſuo poteſt rem quam Eccleſia poſſidet dimittere, ut not. Spec. & Bart. ubi ſuprà. *per arg. cap. bonæ. in ſecundo de poſtu. præla.*

Sexageſimo tertiò diſpenſat Epiſcopus in correctione morum & in diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum, *capit. præcipimus.* 12. *quæſt.* 1. & *c.* 1. 16. *quæſt.* 7. non autem ſine ratione & juſtitia. 11. *qu.* 3. *cap. illud.* & *capit. plærumque.* & *cap. cum novimus.* 12. *quæſt.* 2. Spec. ubi ſuprà. 5. & Bart. 72. ubi ſuprà. *verſi.* 64.

Sexageſimo quartò Epiſcopus diſpenſat cum fure rei Eccleſiaſticæ ut ſibi pœna mitigetur. 12. *qu.* 2. *fraternitatis.* & 14. *qu.* 6. *ſi res.* 50. *diſt. ſi quis presbyter.* 17. *qu.* 4. ſi fortè & poſt peractam pœnitentiam poſſunt ad ſacros ordines promoveri, ut notant Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Sexageſimo quintò diſpenſat ut ſervus Eccleſiæ benemeritus cum peculio manumittatur. *cap. ſi quos. de ſervis.* & *cap. cum redemptor.* 12. *qu.* 2. Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Sexageſimo ſextò, quod res Eccleſiæ tempore chriſtiæ vendantur pro eleemoſyna pauperum, & pro redemptione captivorum. 10. *qu.* 2. *cap.* 2. & 12. *qu.* 2. *cap. aurum.* & *cap. gloria.* & *cap. ſacrorum.* Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Sexageſimo ſeptimò cum Eccleſia Parochiali vel rectore ejus dimittendo ei quartam decimarum ſibi debitam. *capit. de quarta. de præſcript.* & 12. *qu.* 3. *Epiſcopus.* & 10. *quæſtio. in capit relatum.* & Specu. ubi ſuprà. *verſic.* 76. facit. *capit. paſtoralis. de donatio,* & Bart. ubi ſuprà.

13. Sexageſimo octavò, ſi pater exhæredato filio inſtituerit Eccleſiam, poteſt Epiſcopus reſtituere filio hæreditatem. 13. *quæſtione.* 2. *capit. ſi quis iraſcitur.* & Specu. ubi ſuprà. *verſi.* 78. ubi addit idem eſſe ſi pater credidit ſe non habiturum filios, Eccleſiæ contulit bona ſua, uſufructu ſibi retento, & priuſquam ſibi filius naſcatur. *ca. quicunque.* 17. *qu.* 4. & Barto. ubi ſuprà.

Sexageſimo nono ut ſuſpenſus in quo ſigna apparuerunt apud Eccleſiam ſepeliatur. *cap. quicunque.* 13. *quæſt.* 1. ſecus ſi fuerit impœnitens. 23. *quæſtio.* 5. *cap. placuit.* & Specu. & Bart. ubi ſuprà.

Septuageſimo, quod ſacerdos in cauſa civili teſtimonium ferat. *capit. quamquam.* 14. *qu.* 2. Specu. ubi ſuprà. *verſ.* 79. & *verſ.* 71.

Septuageſimo primo ſecundum quoſdam in juramento, ut not. Dom. Abb. *in ca. quanto. de jurejur.* & Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Septuageſimo ſecundo quod una Eccleſia ex cauſa faciat alteri Eccleſiæ partem de decimis & primitiis. 6. *qu.* 1. *parag. ſunt duo.* & *capit. ſtatuimus.* facit gloſ. & ibi Dom. Abb. poſt alios Doct. *in cap. conſtitutus. de reli. Dom.* Spec. & Barto. ubi ſuprà.

14. Septuageſimo tertio confert & donat decimas monaſterio à laicis detentas, ut not. *in capit. fin.* 16. *qu.* 1. & *in capit. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capit.* Spec. & Barto. ubi ſuprà.

Septuageſimo quartò, ut præſentatus Epiſcopo à patrono Eccleſiæ admittatur ſine examinatione. Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Septuageſimo quintò, ut Abbas conferat inveſtituram in Eccleſiis per eum ſibi collatis. *capit. viſis.* 16. *quæſt.* 7. & Specu. *verſi.* 94. & Bartol. ubi ſuprà.

15. Septuageſimo ſextò, ut Eccleſia det Clericis ad vitam eorum de ſuis poſſeſſionibus. 17. *qu.* 4. *ca. Clerici.* & *ca. fi. Epiſcopus.* 12. *qu.* 2. & etiam Epiſcopus de poſſeſſionibus Eccleſiæ ſuæ dat ſervitoribus ſuis ad vitam eorum & propriis in perpetuum. *cap. illud.* 16. *qu. ſexta.* not. Specu. & Barto. ubi ſuprà.

16. Septuageſimo ſeptimò diſpenſat Epiſcopus in pœna pro immunitate Eccleſiæ violatæ. 17. *qu.* 4. *cap. ſi quis contumax.* facit. *capit. de viro.* 12. *quæſt.* 4. & Spec. & Barto. ubi ſuprà.

Septuageſimo octavò in ſeparando ex ſuo arbitrio monaſteria duplicia. *capit. nullo. capit. diffinimus.* 18. *quæſt.* 4. & Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Septuageſimo nonò cum monaſteriis tributis ſibi dandis. *cap. Eleutherius.* 18. *qu.* 2. Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo cum Clerico ſuo ut poſſit ad Epiſcopatum alterius electus tranſire. *ca. duæ.* 19. *diſtinct.* facit. 71. *diſt.* & 72. *diſtin. quaſi per totum.*

Octuageſimo primo cum Monachis ut habere poſſint cellulas infra clauſtrum. 18. *q.* 2. *ca. de Monachis.* & *ca. cellulas.* & *ca. nullus.* quod etiam poteſt facere Abbas cum benemeritis. 20. *qu. ult. ca. fin.* & Spec. ubi ſuprà.

Octuageſimo ſecundò in tempore velandi virgines, not. *in ca. fi. de tempo. ordin.* facit gloſ. *in ca. fi.* 20. *q.* 1. & *in ca. de votis. eadem cauſa.* & Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo tertio poteſt Epiſcopus mitigare pœnam ſecundùm modum Canonum. 24. *q.* 4. & *c. forte.* & *de pœni. diſt.* 6. *c.* 1. *in fi. de offi. leg. ca. niſi.* & Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo quartò diſſimulando, vel correctionem dilatando ex cauſa poteſt, *ut* 24. *q.* 4. *c. notandum.* Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo quintò, poteſt parcere teſti ne perſonaliter puniatur. *c.* 1. *ad fin.* 23. *q.* 5. Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo ſextò relevando excommunicationem ne plus debito negotium principale retardetur. *ca. Apoſtolicæ. de exce.* & *cap. veniens. in* 2. *in fin. de teſti.* not. Joan. And. in addi. Spec. ubi ſuprà. *verſ.* 95. & Barto. ubi ſuprà.

Octuageſimo ſeptimò diſpenſat in modica injuria, ſi injurians ex ſententia ſit infamis. *ca. cum te. de re jud.* & 2. *q.* 4. *notandum.* & Spec. & Bart. ubi ſuprà.

Octuageſimo octavò poteſt Epiſcopus diſpenſativè deferre frivolæ appellationi propter ſcandalum evitandum. *cap. conſtitutus. de appella.* & 2.

Source : BIU Cujas

q. 6. §. sunt etiam. versi. si quis etiam. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Octuagesimo nonò dispensat Episcopus in transformatione habitus ex causa. *ca. Cleri. & ca. Deus. de vita & hone. Cleri.* Specu. *vers.* 98. & Barto. ubi suprà.

Nonagesimo cum Clericis concubinariis. *c. Clericos. & quasi per totum. de cohabi. Cleri. & mulie.* ut no. Spec. & Bart. ubi suprà.

Nonagesimo primò cum Clericis non residentibus in Ecclesia. *c. ex parte. de Cleri. non residen. & ca. tua. c. fi. eod. titu.* Spec. & Bart. ubi suprà.

Nonagesimo secundò cum duobus in discordia electis, ut unus habeat dignitatem, alter verò aliquid ultra solitum. *ca. nisi. de præbend.* & 61. *dist. Ofius.* 12. *q.* 1. *c. illa.* & *c. de cætero. de transac. c. dilectus. in* 1. *de simo.* & ibi Dom. Abb. & Feli. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Nonagesimo tertiò, ut aliqui campanas habeant, *cap. patentibus. de privileg.* Specul. & Barto. ubi suprà.

Nonagesimo quartò, ut ex una præbenda fiant duæ ex causa. *ca. vacante. ca. majoribus. ca. dilecto. de præbend. ca. fi.* 1. *quæst.* 3. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Nonagesimo quintò, ut Capellæ uniantur pro augmento præbendarum. *c. exposuisti. de præbend.* not. Spec. & Bart. ubi suprà.

Nonagesimo sextò, quod ex justa causa Clerici peregrini in sua Diœcesi recipiantur, & sine litteris commendatitiis celebrent. *ca. ad decorem. de institu. ca. fin. de Cleri. peregri. ca. unicuique. & ca. Clericos. de consecra. dist.* 1. & *ca.* 2. 62. *dist.* Barto. & Spec. ubi suprà.

Nonagesimo septimò potest dispensativè ratificare gesta prædecessoris, licet invalida propter defectum consensus capituli. *ca. cum vos. cap. continebatur. de his. quæ fiunt à prala.* Spec. & Bart. ubi suprà.

18. Nonagesimo octavò, potest ex causa retinere fructus beneficii vacantis. *ca.* 1. *circa fi. ut Eccles. benefic. c. si propter tua debita. de rescrip. in* 6. & Spec. ubi suprà. *vers.* 107. & Bart. *vers.* 107. not. *in clem. si una. de rebus Eccles. non alie.*

Nonagesimo nonò, potest Episcopus dare monasteriis privilegia exemptionis. *c. cum olim. c. ex ore. de privileg.* & *c. pervenit.* 16. *q.* 1. Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo, potest capellas concedere Monachis. *ca. pastoralis. de dona.* & Specul. & Bartol. ubi suprà.

Centesimo primò Episcopus dispensat abbreviando pœnitentiam decem annorum sacrilegorum qui contraxerunt matrimonium cum moniali. *ut* 28. *quæstione* 2. *ca. virginem.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo secundò dispensat cum fornicante cum moniali. *ut* 27. *qu.* 1. *ca. eos.* & Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo tertiò, cum frequenter nubentibus dispensat. *ca. de his.* 31. *quæst.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo quartò, ut adultera ponatur in monasterio quam vir nolit recipere. *ut* 32. *quæstione* 1. *de benedicto.* & adulteros potest excommunicare. *ut c. præceptum.* 32. *qu.* 5. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo quintò, potest Episcopus separare maleficiatos post triennium. 33. *qu.* 1. *si per sorciarias.* & *c. fraternitatis. de frigi. & malefi.* Spec. & Bart. ubi suprà.

19. Centesimo sextò, potest mitigare pœnam matricidæ. 33. *q.* 2. *latorem.* & illud intelligit Spec. ubi suprà. *vers.* 115. de pœna juris Canonici, quæ est quod stet per annum ante portam Ecclesiæ: nec intus ingrediatur, post annum intret: sed non communicet nisi post triennium: quo finito per septem annos oblationes faciat, quibus temporibus carnem non comedat, & vinum non bibat, nisi diebus dominicis atque festivis: & à Pascha usque ad Pentecosten. Item semper vadat pedester & arma non portet nisi contra Sarracenos, & jejunet tribus diebus per Hebdomadam, ab uxore non separetur, ne fornicationem committat, corporis Christi particeps fiat ante mortem. *ut d. ca. latorem.* & *ca. admonere.* 23. *q.* 2. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo septimò Episcopus dispensat cum incestuoso in matrimonio contrahendo. *ut* 32. *q.* 2 *si quis cum duobus.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo octavò cum eo qui per errorem cognovit sororem suæ uxoris. *ca. lectum.* 34. *quæst.* 2. & Specu. & Bart. ubi suprà.

Centesimo nonò, dispensat cum incestuoso simpliciter. *c. ex litteris.* & ibi Dom. Abb. *de eo qui cogn. consangui. uxo. suæ.* & *ca. de incestuosis. circa finem.* 35. *qu.* 3. & *quæstione* 8. *c. de gradibus.* & *quasi per totum.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo dispensat ut cognoscens matrem sponsæ possit cum filia contrahere. *c.* 2. *de eo qui duxit in matri. quam polluit per adult. can. in virginem.* 28. *quæst.* 1. & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo undecimò, ut quis separetur ab uxore propter consanguinitatis impedimentum, ut possit cum alia contrahere. 35. *q.* 6. ab isto die & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo duodecimò dispensat contra sententiam quæ transivit in rem judicatam. *c. ex litteris. de restitut. in integ.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo tertiò cum raptoribus mulierum ut evadant pœnam legalem, ut acta pœnitentia contrahat cum rapta. *ut c.* 1. 36. *q.* 2. *c. tria.* & *c.* 1. *de rapto.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo quartò super statu Ecclesiarum, ut eas faciat numero potiores, si plures sunt vel etiam minores numero si nequeant de propriis fructibus sustentari. *de consecra. dist.* 1. *c. omnes basilicæ.* & Spe. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo quintò, ut numerus Canonicorum minuatur vel augeatur. *c. ex parte. de constitu.* & *c. fin. de verb. sig. c.* 1. & 2. *de insti. ca. ex parte. de concess. præbend.* & per Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo sextò, quod novus personatus fiat in Ecclesia. *de consuetu. ca. cum olim.* & ibidem Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo septimo, quod Missa cantetur in oratoriis. *de consec. d.* 1. *concedimus.* & *c. clericus.* & *c. si quis.* & Spec. *vers.* 121. & Bart. ubi suprà.

Centesimo decimo octavò cum Presbytero qui sub uno Canone duas Missas celebravit. *de consecr. dist.* 2. *c. relatum.* & *c. comperimus.* Specu. ubi suprà. *vers.* 122. ex quo not. quod non est permissum sacerdoti dicere plures Missas, & in una tantum corpus Christi assumere. *d. cap. relatum.* item nec in una Missa potest corpus Christi assumere dimisso sanguine. *d. cap. comperimus.*

Centesimo decimo nonò dispensat Episcopus in mitigando pœnam sacerdoti, cujus negligentia mures comederunt Eucharistiam, quo casu pœnitentiam quadraginta dierum agere dicitur, vel si tota vel ejus pars perdita sit, quo casu triginta dies pœnitere debet. *de consecra. distin.* 2. *qui bene.* & Specul. *vers.* 123. Si verò sanguis in terra spargatur. 40. dierum pœnitentiam peragi debet. *distinct. si per negligentiam.* ubi omnino vide plures casus, & quid agendum sit cùm sanguis effundatur.

21. Centesimo vigesimò dispensat Episcopus ut alius Sacerdos celebret Missam in altari in quo ipse Episcopus eadem die Missam celebravit. *de consecra. distin.* 1. *ca. fi. in glos.* Nam de jure secus est, ut ibi in text. & tenet Spec. *in versi.* 124. *per c.* 1. *de conse-*

Source : BIU Cujas

cra. distin. 4. sed errant in quota, quia tex. cum gl. est. *in d. c. fi.* quod incipit in altari.

Centesimo vigesimo primò, ut judex ex causa statim baptizetur. *de consecr. distinct.* 4. *ne quid absit.* & Specul. *vers.* 15. *tu adde.* quod debet Judæus tunc in baptismo per se respondere si loqui potest: aliàs non tenet Baptismus cùm dicitur, *Joan. vis baptizari? volo, & reliqua*, licet in parvulis loqui per se non valentibus admittatur responsio per alium. *de consecra. distinct.* 4. *cum pro parvulis.*

Centesimo vigesimo secundò, cùm ignoranter baptizato cùm esset parvulus, si necessitas & illius merita & Ecclesiæ utilitas postulet. *de consec. distin.* 4. *quia bis.* & Spec. *vers.* 126. secus si scienter quis fuerit iterum baptizatus, quo casu 7. annis debet pœnitere. *d. c. qui bis.*

Centesimo vigesimo tertiò, quæ pœna Presbyteri baptizantis cum veteri chrismate. *ea. dist. si quis de alio.* & Specu. *vers.* 127. debet enim singulis annis chrisma novum confici, & per singulos annos per diœcesim destinari ad singulos rectores Ecclesiarum. *ead. dist. c. omni tempore.*

23. Centesimo vigesimo quartò, quod alius Presbyter signet in fronte puerum quem Episcopus baptizavit, si omnes ipse propter multitudinem signare non potest. *d. c. omni tempore.* 25. *distinctio. ca. fina.* & Specu. *versi.* 128. ubi etiam subdit, quod ipse solus Episcopus potest infantes in fronte chrismare. *de consec. c. quanto. de cons. dist.* 5. *manus. de sacra unctio. c.* 5. *vers. quia verò.*

24. Centesimo vigesimo quintò cum Monacho scienter extra claustrum carnes comedente. *de consec. distin.* 5. *carnem.* & Specu. *versi.* 139. Est enim usus carnis Monacho interdictus, ut ibi aliàs per sex menses reclusus pœnitentiam facere debet, ut dicit ibi text. quod est verum nisi sit factus Episcopus, quia tunc non subjacet regulæ monachali secundum glo. ibi & aliàs dixi, suprà in secundo. lib. in quæst. de Monacho electo ad Episcopatum, ubi vide, sed an vinum possit bibere monialis, respondetur non, immò etiam Sacerdos prohibetur, quem vinolentum Apostolus damnat, & vetus lex prohibet Sacerdotes qui ministrant in templo Dei vinum & siceram bibere, ne crapula & ebrietate graventur corda eorum, sicera autem dicitur lingua Hebræa omnis potio qua quis inebriari potest. 35. *quæst.* 1. *vinolentum.* quinetiam vinum mittit in luxuriam si percipiatur ultra mensuram. *ead. quæst. luxuriam.* cujus vini prius inventor fuit Noe, qui prior vineam plantavit, & cùm ignoraret vini naturam suprà modum bibens primus inebriatus est, sic patet quod vinum auctori suo non pepercit. 35. *quæst.* 1. *sexto die.* sed quis primus in Italia vinum adduxit, Plinius. lib. 14. refert. *in lib.* 6. *cap.* 22. etiam Staphilum dicit primum aqua vinum miscuisse, quod not. & adde quod ebrietas maximè vetatur, quæ omnium comes vitiorum, ac si quis ebrius fiat, à communione spatio 30. dierum submoveatur, aut ictibus feriatur. *ead. quæst. ca. ante omnia.* ubi dicit glos. not. quod potest Episcopus verberationem Clerici committere laico. *per cap. universitatis. de senten. excommun.* nisi sit incorrigibilis. *cap. ut factum. eod. tit.* & limita verum esse nisi unica fuerit secundùm Spec. *de accus.* 82. *vers.* & not. ubi dicit quod ob unicam ebrietatem Clericus non potest suspendi vel deponi, & supplendo ad materiam ebrietatis, scias quod ebrietas est levis culpa, glos. est *in l. fin. §. fin. Cod. de repu.* unde facit delictum mitius puniri secundùm Bart. *in l. respiciendum. §. delinquunt.* & *in l. aut facta. in prin. ff. de pœnis.* & *in l. divus. ff. de off. præsi.* quod intellige si ebrietas est magna quia tunc delictum attenuat, non si parva, quia tunc delictum non excusat, ut inquit Bald. not. *in l. data opera. Cod. qui accus. non pos.* facit. *l. omne delictum. §. 2. ff. de re mili.* in casu verbo *ebrietas l.* 1. *Cod. si quis imperat. maledi.* accusat secundùm Ange. ibi & adde hæc ad materiam de vino & ebrietate, quod pulchrè not. Plinius de naturali historia. *lib.* 14. *cap.* 12.

Centesimo vigesimo sextò dispensat Episcopus cum Clerico ut vadat in peregrinationem. *de consec. dist.* 5. *non oportet. de voto. cap. magnæ. ad fin. ca. pen.* & *fin.* & Specu. *versi.* 130. Nam sine licentia Episcopi non potest Clericus peregrinari. *d. ca. non oportet. cle.* 2. & not. *in l. si qua. ad fin. Cod. de Episcop. & Cleri.*

Centesimo vigesimo septimò quod Clerici jaceant in propriis domibus & ibi comedant, & not. similiter *de vita & hone. Clerico. cap. quoniam. à contrario sensu.* & not. 1. *quæst.* 2. *Sacerdos.* & ibi glos. licet olim contra. 12. *quæst.* 1. *necessaria. de consecra. dist.* 5. *in omnibus.* & ubique per glos. & Specu. *vers.* 131.

Centesimo vigesimo octavò reducit Episcopus dispensativè fugitivos ad claustrum. *de reg. c. fi.* 18. *q.* 2. Abb. & Spec. *vers.* 132.

Centesimo vigesimo nonò dispensat Episcopus quod ea quæ simpliciter se vovit Deo velum assumens, non tamen professa matrimonium contrahat ne deterius faciat. *cap. consuluit. qui Clerici vel voven.* sed vide melius. *eod. titu. cap. rursus.* & *in ca.* 1. *de voto. in* 6. & *in ca. fina.* 32. *qu.* 4. & Specu. *in speculo versic.* 133.

25. Centesimo trigesimò dispensat in voto, ut in melius commutetur *de voto. ca.* 1. & *ca. ex multa.* quod verum nisi in Hierosolymitano. *eod. titu. ca. per tuas.* & *c. ex parte.* & *c. magnæ.* item nisi in voto continentiæ. *eod. tit. ca.* 1. & Specu. *versi.* 134.

26. Centesimo trigesimo primò dispensat Episcopus ut in defectu regularium monasterium de secularibus Clericis ordinetur. *de religi. domi. ca inter quatuor.* & ibi *omnino.* vide Joan. And. *in novella super glos.* 1. & in tex. quia aliter not. 17. *qu.* 3. *quæ semel. de rebus Eccles. non alie. ca. possessiones.* & Spec. ubi suprà. *versi.* 135.

Centesimo trigesimo secundò recipiendo secundum præsentatum à patrono Ecclesiæ vel altari primo omisso *de jure patron. c. cum autem.* & *c. Pastor.* & in Spec. ubi suprà. *vers.* 136.

Centesimo trigesimo tertiò, dispensat cum Sacerdote incauto qui peccat in officio. *c. fina. de celebr. Miss.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo trigesimo quartò, quod infirmus vel ex alia causa urgente quis possit comedere carnes in diebus jejuniorum. *de observa. jeju.* & Specu. & Bart. ubi suprà.

Centesimo trigesimo quintò, ut Ecclesia parochialis fiat monasterium. *c. ad audientiam. in* 2. *de Eccles. ædifican.* & *c. bonæ.* 14. *q.* 2. *c. Apostolicæ. de dona.* Specu. & Barto. ubi supra.

Centesimo trigesimo sexto, quod sponsi de futuro se absolvant ne deteriùs contingat. *ca. præterea. de sponsa.* ut not. Bart. ubi suprà. *vers.* 137. secus est autem in sponsalibus de præsenti quæ non possunt dissolvi, quia, *quos Deus conjunxit, homo non separet.* 33. *quæst.* 2. *§. quos cujus.* & *c. quos Deus.* Idem not. Spec. ubi suprà. *vers.* 140.

28. Centesimo trigesimo septimò, ut puella nubilis dimittat sponsum minorem quatuordecim annis, & contrahat cum alio ne fiat deterius. *cap. ex litteris. de desponsa. impu.* & Specu. & Bart. ubi suprà.

Centesimo trigesimo octavò, ut confirmet vel impediat sponsalia juxta formam. *c. cum in tua. de spon.* & Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo trigesimo nonò, cum filiis Presbyteri, ut alantur à parentibus. *cap. cum haberet. in fin. de eo*

Source : BIU Cujas

qui duxit in matri. & ibi Doct. & *in c. per venerabilem. qui filij sint legi.* Bar. ubi sup.

Centesimo quadragesimo ut valeat dispensatio ex falsa causa obtenta, quæ aliàs non valeret. ut no. Spe. ubi suprà. & Bar. ubi suprà *ver.* 141. licet aliàs non valeret. & *c. quia circa. de consangui. & affi.*

Centesimo quadragesimo primo, cum adulterio confessato sponte à muliere, nisi perseveret in illo. *c. ex literis. de divor.* & Specu. & Bar. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo secundo, cum accusatore non probante mitius puniendo. 2. *q.* 3. *paulum. §. notandum.* facit *c. cum dilecti. de elec.* & Spe. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo tertio, in numero & qualitate compurgatorum. *c. insinuante. de simo.* & 2. *q.* 5. *omnibus. & c. extuarum. de purga. cano.* & Specu. & Bar. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo quarto, cum eo qui facit simpliciter homagium propter beneficium. *c. ex diligenti. de simo.* Specu. & Bar. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo quinto, ut Clericus scholaris vel peregrinus locet ad tempus fructus beneficii sui. *ca. fina. ne præla. vices suas.* Spe. & Bar. ubi sup.

Centesimo quadragesimo sexto, cum homicidis quod contrahant matrimonia. *c.* 1. *de his. qui fil. occi.* & Specu. & Bart. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo septimo, potest Episcopus Ecclesias parochiales dividere & unire de consensu eorum quorum interest, dum tamen non appelletur. *c. sicut unire. de excess. prælatorum.* aliàs secus. 13. *quæstione.* 1. *§. sicut duo. & c. constitutus. de religio. domi.* Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo octavo, potest Episcopus dare privilegium Monachis de non dandis decimis Episcopalibus quæ constituuntur in 3. scilicet præteritis, præsentibus & futuris. *c. ex ore. c. cum olim. de privileg. c. pervenit.* 16. *qu.* 1. & Spe. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quadragesimo nono, cum filiis patronorum occidentium rectorem Ecclesiæ, scilicet quod possint in monasteriis assumi. *c. in quibusdam. de pœ.* & 23. *qu.* 8. *c. si quis membrorum. ca.* 17. *qu.* 4. *Presbyterorum.* scilicet admittendo eos per actum contrarium, scilicet ad electionem & alios actus. Bar. & Specu. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo cum criminoso publicè celebrante: ut no. Inn. *in c.* 1. *de cleri. peregri.* & Spe. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo primo, cum excommunicato ministrante quo ad beneficium. *c. pastoralis. de cle. excom. mini.* Inno. *in c. dilectus. de temp. ord.* Spec. & Bar. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo secundo, potest ex causa diminuere pœnitentiam injunctam à Papa: ut no. Joan. And. in addi. Specu. *versi.* 107. ubi suprà. Bart. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo tertio, ut Clericus absolvatur ab Ecclesia in qua ordinatus est, & in alia collocetur. *ca. quorumdam.* 74. *distin.* Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo quarto cum presbytero casualiter homicida, ut no. *in ca. ad audientiam. de homici.* & *in ca. fi. de Cleri. pug. in duel.* & Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo quinto cum dictatore vindictæ sanguinis, si sanguis exivit circa membri mutilationem. *de Cleri. pug. in duel. ca. sententiam ne Cleri. vel mona.* Specu. *in dicto parag. quoniam autem.* aliàs solus Papa dispensat, ut no. Barto. & Specu. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo sexto, ne quis ad tempus teneatur residere in Ecclesia parochiali. *ca. licet Canon. de elec. in 6.* & Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo septimo dispensat Episcopus circa pœnam. *ca. licet Canon. de elec. in 6.* supertardando sacerdotio per septem annos. *ca. cum ex eo. de elec. in 6.* Spec. & Bart. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo octavo, ut quis in majori Ecclesia personaliter residеat, sed per vicarium serviat in Ecclesia parochiali dignitati annexa. *ca. extirpandæ. de præben.* & *ca. eam te. de ætа. & qualita.* Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo quinquagesimo nono dispensat Episcopus cum eo qui factus erat ineligibilis, quia recepit electionem factam per abusum secularis potestatis. *ca. quisquis. de elec.* Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo dispensat Episcopus ut corpora sanctorum transferantur de loco ad locum. *ca. corpora. de consecra. distin.* 1. notant Specula. & Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo primo, ut reliquiæ Sanctorum ex causa de Ecclesia extrahantur, & ne divina celebrentur. in ea. *ca.* 2. *de jure patro.* & hyconomum ponere. in ea. *c. cum nos. de offi. ordina.* Spe. & Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo secundo cum electo ad sacerdotium per parentum incuriam qui pecuniam sacerdotum filio quæsiverunt invito. 1. *qu.* 5. *præsentium.* Specu. & Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo tertio cum Monacho ut vagetur, ut no. Innoc. *in ca. fi. de renun.* Bald. *in margarita.* ver. *Abbas.* §. 2.

Centesimo sexagesimo quarto cum minoribus vel adultis regulariter, nisi quando prohibitum reperiatur, ut no. Archidia. & alii Doct. *in ca. at si Clerici. §. de adulteriis. de judic.*

Centesimo sexagesimo quinto in pœna quam electus nondum confirmatus potest imponere, ut no. Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo sexto in notorio crimine, ut no. Inno. *in ca.* 1. *de corpore vitiatis.* & Bald. *in margarita.* verbo *Episcopus. versi* 5.

Centesimo sexagesimo septimo cum Clerico prohibito ordinari, post prohibitionem ordinato furtim si velit ad religionem transire. *ca. fina. de iis qui furtivè ordines suscipiunt.*

Centesimo sexagesimo octavo cum instituto per simoniam eo ignorante commissam, quia statim quod eam cognovit debet renuntiare. 1. *quæst.* 5. *præsentium. ca. ex insinuatione. de simo.* & *ca. penulti. de elec.* qua renuntiatione facta Episcopus libere cum eo dispensat, not. Barto. ubi suprà.

Centesimo sexagesimo nono cum eo qui sola intentione commisit simoniam. *ca. tua. de simo.* & ibi gl. & Docto. *in ca. si. eodem titu. de simo.* quæ dicit quod sola intentio facit simoniacum, ut no Barto. ubi sup.

Centesimo septuagesimo dispensat Episcopus cum Clericis depositis, condemnatis vel degradatis solo verbo, ut no. Spe. *de legato. §. nunc ostendendum. ver.* 9. glos. *in ca. miror.* 50. *distin.* & Barto. ubi suprà.

29. Centesimo septuagesimo primo dispensat in casibus. *in ca. quamvis. & ca. Corepiscopi.* 68. *distin.* & Specu. & Barto. ubi suprà. & sic habes plures casus in quibus Episcopus potest dispensare, ergo in simili videtur dicendum in præsenti casu. Tamen solvendo istam quæstionem potest dici quod aliquis citra Papam non potest dare indulgentiam de non residendo in beneficio, tamen Episcopus potest dare Clericis beneficiatis licentiam non residendi in beneficio, ut Dom. Ab. per illum tex. *in ca. pe. in* 3. *not. de Cleri. non residen.* & ratio assignatur, quia cum in isto casu agitur contra jus commune, & in præjudicium Ecclesiæ non potest Episcopus indulgere. *ca. cum dilectus. de tempo. ordi.* facit glos. *in ca. fi. de hæret. in 6. cum simi.* ut no. Feli. *in ca.* 1. *de reseri.* sed licentiam Episcopus concedere potest, quia verbum *licentia*, non importat nudam voluntatem, sed concessionem factam ex causa, ut no. Barto. *in extravag. ad reprimendam.* &

Source : BIU Cujas

in l. alio hærede. de alimen. & ciba. lega. quia verbum *licentia* descendit à verbo *licet*, & sonat in arbitrium boni viri, ut no. *in locis suprà allega.* ergo inferior citra Papam potest dare licentiam ex causa absentandi, secus potest dare indulgentiam causa scilicet non existente, & ita debet intelligi tex. ut no. Dom. Abb. per illum tex. *in d. ca. penulti. de Cleric. non resid.* Ex quibus infero quod privilegiatus ut possit ire ad studium debet habere licentiam à Prælato suo, tamen isto casu forma rescripti debet attendi, & non sufficit petere si non obtineatur, tamen superior si sine causa contradixit potest haberi recursus ad superiorem, ut eum compellat dare licentiam. *argu. ca. nullus. de jure pa.* not. Dom. Abb. *in ca. relatum. & in ca. tuæ de Cleri. non resid.* Item etiam quilibet Prælatus, etiam si non sit Episcopus, potest dare hanc licentiam de non residendo in beneficio, ut no. glos. à Doctoribus ibi approbata. *in ca. cum ex eo. de elec. in* 6. ita no. Dom. Abb. *in c. relatum. de Cleri. non resi. in* 1. *q.* ponderando ibi literam quæ loquitur indistinctè, tamen non potest quilibet Prælatus apponere pœnam non residentiæ, id est, procedere ad privationem, sed oportet quod ille sit superior, in cujus manibus potest fieri renuntiatio, vel qui possit aliàs invitum destituere quod est valde notandum secundùm Domin. Abba. *in dicto capit. relatum. de cle. non resi.* Ex quibus infert quod habens potestatem conferendi non habet potestatem destituendi, etiam propter delictum non residentiæ. *c.* 1. *de capel. mona. cum si.* ut no. Dom. Ab. *in c. cum contingat. & in repe. c. si quis contra clericum. de fo. compe.* & non solùm est necesse quod requiratur ista licentia cum causa honesta: sed requiritur quod sit obtenta, ut no. Joan. An. & ibi Dom. Ab. *in d. c. relatum. de cleri. non resi.* ex quibus inferunt quod clericus ex justa causa non potest se absentare à beneficio nisi obtineat licentiam à Prælato: nec sufficit eam petiisse secundum eos, ubi suprà. Et istud corroborando probatur quod Episcopus non possit dare indulgentiam, quia non potest dispensare super pluralitate beneficiorum curatorum: nec etiam aliquis citra Papam, ut no. Dom. Ab. *in repe. c. extirpandæ. col.* 20. & *in c. de multa. eo. titu. de præben.* nisi ista dispensatio principaliter fieret propter utilitatem Ecclesiarum, ut no. Dom. Ab. ubi suprà. & *in ca. dudum. in secundo. de elec.* & Specu. & Barto. ubi suprà. Item etiam limitatur in pluralitate beneficiorum simplicium, ut no. glo. *in c. gratia. de rescrip. in* 6. & ibi Doct. & *in c. sup. eo. de præben. in* 6. facit gloss. *in ca. literas. de concess. præben.* & not. Doct. *in d. c. de multa. de præben.* facit glo. & ibi Dom. Ab. *in c. dudum. in* 2. *de elec.* facit glo. *in c.* 1. *de consue. in* 6. Et istud fundatur. *per ca. sanctorum.* 70. *dist.* ubi indistinctè permittitur Episcopo dispensare, etiam citra duo curata, ut not. etiam Joann. An. *in d. c. literas.* facit gloss. *in clem. si. de præben. & digni.* & resolvendo quod aut vult Episcopus dispensare super pluribus beneficiis simplicibus, quod aut beneficia sunt difformia ut super dignitate & præbenda. *argu. ca. præsenti. de consue. in* 6. & not. *in c. cum nostris. de concess præb.* aut beneficia sunt uniformia, ut super duabus præbendis vel Canoniis esse non potest: *ut c. literas. de concess. præben.* Et ratio diversitatis quare magis in diversis officiis ejusdem Ecclesiæ quam Canoniis possit Episcopus dispensare, est, quia si Canonicus plurium Ecclesiarum ex dispensatione semper reperiret in qualibet Ecclesia numerum completum, nec frangitur numerus, quia in una quaque ero decimus vel duodecimus vel quatuordecimus secundùm ordinem receptionis meæ: & idem si in Ecclesia sint beneficia de per se & Canonicatus, nam tunc Canonicatui, nunc officio potero deservire, sed si mihi Canonico detur in eadem Ecclesia alia Canonia, tunc aut Ecclesia non habet numerum, aut habet, si non habet, non procedit iteratio, quia fieret tantummodo quoad vocem sicut cum secundo manumittitur, manumissus baptizatur, baptizatus ordinatur. 68. *dist.* quod verò secundo casu cum habet numerum per dispensationem, numerus frangitur, nam si essent duodecim Canonici, & habeo duas præbendas, essent undecim, & sic de singulis, non enim potest eadem persona bis numerari, ergo patens & notoria est ratio fractionis numeri & subtrahitur Ecclesiæ, alterius consilium & subsidium, nam ad hoc ex prima Canonia tenebatur, & sic per secundam nil additur, unitas ergo Ecclesiæ & officiorum prohibet, & diversitas Ecclesiarum & officiorum permittit, & per hoc non obstat quod plus sit habere dignitatem & Canoniam quam duas Canonias, quia hoc casu ultimo militat ratio prohibitionis, ut no. Joan. And. *in ca. fin. de transla. Præl.* glo. *in dict. Cle. si. de præben.* Dom. Ab. *in dicto.* §. *qui vero. in sua rep. & in ca. cum jamdudum. de præben & dig.* aut talia sunt beneficia in diversis Ecclesiis, & tunc tenent communiter Docto. *in præallegato. ca. literas. de concess. præben. & in ca. cum jamdudum. de præben.* tunc Episcopus poterit dispensare, ut no. Dom. Ab. ubi suprà post alios Doct. per tex. *in ca. sanctorum.* 70. *distin.* tamen ibi tex. videtur contradicere ibi. *ex dispensatione Episcopi.* unus præesse potest in diversis Ecclesiis, præbendarius Canonicus non potest nisi unius Ecclesiæ in qua conscriptus est, esse non debet, & sic apertissimè ille text. videtur dicere Episcopum dispensare non posse ut unus habeat duas præbendas etiam in duabus Ecclesiis, quare concordando dicta Doct. potest dici quod aut Episcopus vult dispensare super duobus beneficiis vel duabus Canoniis, & potest, aut super duabus præbendis diversarum Ecclesiarum, quarum quælibet per se sufficit, & non potest, & sic habet locum. *dictum ca. sanctorum.* 70. *distin.* Ita etiam tenet Dom. Ab. *in rep. dicti.* §. *qui vero. & in ca. cum jamdudum. de præben.* licet glo. *in dicto ca. sanctorum.* dicat quod etiam super duabus potest quando sunt in eodem Episcopatu, secus si in diversis, quod non est verum, ut no. Dom. Ab. ubi suprà, quia illud esset divinare ad text. & sentit Innocen. *in ca. fina. de cle. non resid.* ubi tenet quod ex dispensatione Episcopi non potest quis esse Canonicus præbendarius in diversis Ecclesiis, sed Canonicus tantum, sic *per dictum ca. sanctorum.* & ratio diversitatis secundum eum est, quia si haberet duas præbendas notaretur cupiditas. *ca. cum jamdudum. de præben.* Item diminuerentur præbendæ aliorum, & non debet fieri dispensatio cum alterius præjudicio, & hoc debet intelligi quando præbendæ non sunt divisæ, quo casu fieret aliis præjudicium si dispensaretur cum alio, sed quod habeat Canoniam in alia Ecclesia est potius oneris quàm commodi, quia expedit Ecclesiæ habere plures consiliatores, quia integrum est judicium. *ca. prudentiam.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO VIII.

1. *Dispensare an possit Papa salva conscientia cum Clerico beneficiato de non residendo, aut super pluralitate beneficiorum per totam quæstionem.*
2. *Beneficiorum pluralitas multa inducit mala, & est contra statuta Sanctorum Canonum.*

Source : BIU Cujas

Ecclesia quælibet debet habere suum rectorem ibi, prima, &c.

3. *Dispensationes super beneficiorum pluralitate sunt odiosæ & restringendæ.*
4. *Commendas omnes revocavit Innocentius Papa VI.*
5. *Dispensatio Papæ quando excusat quoad Deum & Ecclesiam.*
6. *Dispensatio quando videtur Papæ concessa ab ipso Deo per hæc verba*, quodcunque ligaveris super terram, &c. *numero seq.*
7. *Verba*, quodcunque ligaveris super terram *quomodo intelligantur.*
8. *Papa Deus reputatur in terris quando legitimè est electus, & quomodo Dei & Papæ idem est consistorium. Et quando Papa Diabolus in terris reputatur.*
9. *Papa non habet superiorem.*
10. *Decimæ licet jure divino debeantur, potest tamen Papa aliquem eximere à solutione illarum.*
11. *Episcopatu potest Papa Episcopum privare etiam sine causa, & dividit unitque Episcopatus.*
12. *Super matrimonio contracto per verba de præsenti, copula tamen carnali non secuta potest Papa licitè dispensare.*
13. *Papa solus concedit beneficia sub conditione vel ad tempus, datque plenam remissionem omnium peccatorum, ac deponit Imperatorem, & Cardinales creat, explicatque solus ardua Ecclesiæ negotia, etiam absque consilio, & vide infra de ampliori ejus potestate.*
14. *Papa à solo Deo judicatur & jure divino electus, & quomodo habet super cunctas nationes potestatem numero seq. & 16.*
15. *Sacerdotalis ordo cæpit à Petro post Christum.*
16. *Papa potest se jurisdictioni laici submittere.*
17. *Papa non potest imponere legem suo successori nec tollere infamiam facti.*

Potest solus Papa religiosum de ordine ad ordinē, de regula ad regulam alteram transferre, imo de monasterio ad aliud, cap. cum singula. §. prohibemus. de præb. in sext. Unde Greg. lib. 6. Epist. 45. Urbicum Abbatem reprehēdit quod bonum Monachum sine ejus jussione ab uno in aliud quod extruxerat Monasterium, transtulerat. Hoc fieri jubet Edict. Aurelian. cap. 16. & Blesc. 22. & 23. non per dispensationē sed per unionem beneficiorum, I.

QUæro octavò. An Papa salva conscientia possit dispensare cum Clerico beneficiato de non residendo, aut super pluralitate beneficiorum: & primò est dicendum quod non est dubium quin Papa possit dare indulgentiam & dispensationem de non residendo in beneficio, dummodo ibi ponatur vicarius, facit tex. *in ca. cum dilectus. & ca. ad audientiam. & ca. de catero. de cleri. non resi.* Ita expressè tenet Dom. Abb. *in ca pe. eo. titu. de Cleri. non resi.* facit tex. *in ca. cum ex eo. de elec. in 6.* quia Papa in istis beneficialibus habet plenariam dispositionem. *ca. 2. de præben. in 6. cle. 1. ut lite pen.* facit tex. *in ca. 1. 22. distin. & in ca. 1. 80. distin.* quare ergo idem est dicendum in dispensatione super pluralitate beneficiorum, ut est tex. *in ca. de multa. de præben. & digni.* facit *ca. dudum.* & ibi Dom. Abb. *de elec.* & istud in specie tenet Dom. Abb. *ind. repe. ca. extirpandæ. §. qui vero. col. 16. & in ca. cum jamdudum. & in ca. cum de multa.* per illum tex. *de præben. & dig.* & Car. *in cle. gratiæ. de rescri.* no. Doct. *in ca. gratia. post glos. de resciri. in 6. & in ca. 1. de consue. eo. lib. & in ca. super eo. & in c. cum singula.* per illum tex. *de præben. in 6.*

Et primo istud corroboro per dictum Innoc. *in ca. fi. de Cleri. non resi. & in dicto ca. cum jamdudum. de præben. & digni.* ubi tenet quod quis de jure communi potest esse pluralis in beneficiis, dummodo bene expendat & avarè non thesaurizet, & facit glos. & ibi Jo. de Lig. *in dicto ca. gratia. de rescri. in 6.* ubi dicitur quod quando beneficia non requirunt residentiam quis poterit esse pluralis, no. Cardi. *in dicto ca. cum jamdudum. de præben & dign* & quamvis pluralitas magna & immensa Canonicatuum & præbendarum est prohibita, modica verò pluralitas non est prohibita nisi quando requirunt residentiam. *c. quia nonnulli. de cle. non resi.* nisi vellet habere unam intitulatam & aliam commendatam. *ca. dudum. in 2. de elec.* si autem non requirunt residentiam, tunc etiam ambas intitulatas habere non potest. *c. sanctorum. 70. distin.* sed bene posset habere unam intitulatam & aliam ut simplex beneficium, facit *ca. si qui vero. 32. dist. & 12. q. 1. quia tua.* quare ergo quando ista beneficia requirunt residentiam, & tunc dicendum est ut suprà proximè est dictum, aut illa beneficia non requirunt residentiam de jure speciali, & tunc aut cuilibet præbenda aut beneficium sufficit ad sustentationem per se, ita quod Clericus commode & sine penuria vivere potest, & non potest habere plures, aut non sufficit de per se & potest habere usque ad tantum numerum ut ex eis vivere possit, & credo quod hoc casu plures habere potest etiam intitulatas, ita tenet Dom. Ab. ubi suprà, & hoc quia genùs negotiationis est turpe & propter cultum divinum, quia cum omnia beneficia requirant residentiam, ut no. *in c. 2. & quasi per totum. de cle. non resi.* & secundum Apostolum quilibet debet esse contentus ea vocatione qua à principio vocatus est & non in alia Ecclesia collocari, & obtinens plura videtur obtinere, & quæ propter lucrum turpe in spiritualibus rebus efficiuntur, sunt à Deo aliena, & tamen videmus per supradicta quod per consuetudinem potest esse pluralis in beneficiis: ergo à fortiori per dispensationem Papæ, item facit *ca. quia nonnullis. de Cleri. non resi.* ubi habentes plura beneficia vendicant sibi stipendia plurimorum, nec est intentionis Papæ ut competenter provisus de beneficio obtineat aliud beneficium, & sic occupet locum Clericorum pauperum instituendorum in illis beneficiis, facit *ca. ad aures. & ca. postulasti. de rescri. & capit. cum teneamur. de præben. & digni.* & olim tempore Apostolorum omnia bona congregationi fidelium collata vendebantur, & pretium distribuebatur inter egentes; postmodum videntes summi Sacerdotes Episcopi, Levitæ, & reliqui fideles plus utilitatis posse conferre si bona non venderentur de ipsorum fructibus & redditibus poterat elegantiùs subveniri tam præsentibus quam futuris, statuerunt quod bona conservarentur Ecclesiis, & sic non posset ullus indigens reperiri. *c. videntes. 12. quæst. 1.* unde si unus habeat plura beneficia videtur esse contra mentem illius provisionis & omnium jurium in ista materia disponentium, non habenti dare nihil aliud est quam perdere, & qui habent ex beneficio unde vivant, aliud beneficium assequuntur, non alimenta, sed potiùs peccata suscipiunt, facit *ca. Pastoralis. & ca. Clericus. in 2.*

2. Item ex pluralitate multa mala interveniunt: nam dissolutionis, & vagationis materiam inducit, & periculum continet animarum. *c. quia in tantum. de præben. & dig.* Et dicit Salomon. *paupertatem & divitias ne dederis mihi: ne fortè satiatus evomam illud, ex opibus enim.* dicit Psalmista. *procedit iniquitas:* ergo si unum beneficium per se sufficit: licet non exigat residentiam, non poterit de jure communi aliud obtineri, quia licet hoc casu cesset una ratio prohibitionis, videlicet impossibilitas deserviendi, non tamen cessant aliæ quæ sunt multæ: ergo debet remanere prohibitio, & si unum non sufficit: tunc poterit aliud obtineri etiam sine dispensatione, ut no. Dom. Ab.

Source : BIU Cujas

ubi suprà, ergo in quocumque casu sive beneficium sit sufficiens, sive non, sive requirat residentiam, sive sit curatum, sive non, dispensatio Papæ sufficit per jura superiùs alleg. facit *cap. gratia. de rescri. in sexto.* & *cle. gratiæ. eod. titu. de rescri.* fait glos. *in cap. dudum. in secundo.* super verbo *licite.* & ibi Dom. Ab. *de elect.*

Secundò pro ista parte facit quod quamvis in Ecclesiis Parochialibus non valeat consuetudo ut quis possit habere plures Ecclesias Parochiales, quia talis consuetudo est periculosa animabus, & in talibus consuetudo non excusat. *c. si. de consue.* & *c. non satis.* & *c. cum Ecclesiis. de simo.* Innoc. *c. quia nonnulli. de Cler. non resi* facit quod not. Joan. And. *in regula qui contra jura. de regu. jur. in sexto. in mercu.* nam talis consuetudo est onerosa quæ privat Ecclesiam jure, & honore suo sine culpa, cùm una Ecclesia unius debeat esse rectoris. *ca. cum non ignores. de præben.* ut no. *in capit. renovantes. 22. distin.* & *in cap. antiqua. de privile.* tamen in illis valebit dispensatio *capit. de multa. de præben.* Et quamvis etiam secunda ratio fecit periculum animarum: nam si in qualibet Parochia infirmarentur Parochiani, non posset unus rector ad utrumque suffragari cum Sacramentis: potissimè si Parochiæ sunt remotæ, & si aliter sine confessione decederet, reus esset animæ decedentis. *vers. quando. sexto. si presbyter.* facit *ca. ulti. de pœn. & remis.* aut quæritur de beneficiis simplicibus sive exigant residentiam, sive non, valeret consuetudo super pluralitate: tamen valeret dispensatio per jura superiùs alleg. quamvis non valeat consuetudo pluribus rationibus.

Prima, quia hæc consuetudo ex quo unum beneficium per se sufficit, est contra omnia jura, ut suprà dictum est: ergo non valet consuetudo. *argu. cap. 1. ad nostram. cap. fin.* & *quasi per totum. de consue. in sexto.* & certum est quod quælibet Ecclesia seu beneficium saltem suum debet habere rectorem. *capit. cum ignores. de præben. cap. quia nonnulli. de Cleri. non resi. ca. sicut. 7. quæst. 1.* & tot sunt in Ecclesia instituendi quot ex ejus fructibus, & redditibus vivere possunt. *cap. 1. de insti. ca. cum omnes de const.* & *ca. unico. de statu reg. in sexto.* Item pluralitas beneficiorum est contra statuta sanctorum Canonum. 70. *dist. cap sanctorum.* & *quia in tantum. de præben.* nec in duobus collegiis quis enumerari debet. *capit. ne nimia. de reli. dom.* etiam si utrumque collegium consenserit. *capit. constitutus. de elect.* nec potest quis duobus dominis servire. 26. *dist. capit. acutius.* & 21. *quæst 1.* & *capit. 1.* & *capit. diversis fallaciis. de Cle. conjug.* & singula beneficia singularitatem personarum exigunt. *capit. singula.* 89. *dist.* & *capit. cum singula. de præben. in sexto.* & consuetudo de qua in præsenti loquimur est contra omnia suprà dicta, ergo dicenda est corruptela. *ca. cum venerabilis. de consue.* & diuturnitas temporis sine veritate & ratione est vetustas erroris. *cap. veritate.* 8. *dist.* & quanto diuturnior tanto culpa gravior. *cap. fin. de consue.* & 22. *quæst. 7. flagitia.* Item consuetudo ista non est rationabilis, quia procedit ex ambitione & in lucit vagationis & ambitionis materiam, & continet periculum animarum. *cap. quia in tantum. de præben. & dig.* ergo est impræscriptibilis. *cap. fin. de consue. cap. non satis. de simo. capit. cum in Ecclesiis. eod. titu.* tex. *in ca. 1. de consue. in sexto.* ubi reprobatur consuetudo circa pluralitatem dignitatum, personatuum, vel officiorum citra dispensationem sedis Apostolicæ, ergo valebit dispensatio; & in istis spiritualibus consuetudo habens originem ex ambitione est impræscriptibilis. *ca. in scripturis.* 8. *qu. 1.* insuper etiam subtrahit alimenta pauperibus Clericis ibidem constituendis, & mentem consilii, & summi Pontificis. *cap. ad aures. ca. postulastis. de rescrip.* facit *ca. videntes. 12. qu. 1.* & nulla ratio permittit ut quod pro communi utilitate datum esse dignoscitur, usibus aliquibus applicetur. *cap. 2. de præben. & dig.* cùm ergo beneficia sint instituta pro custodia divinorum, & pro utilitate communi Clericorum, & pauperum. *ca. videntes. 12. qu. 1.* non debebunt ergo plura cedere utilitati unius, item publicæ sanctiones, & illa quæ ad utilitatem publicam pertinent præscribi non possunt. 16. *quæst. §. potest.* & 25. *quæst. 1. quæ ad perpetuam.* cùm ergo Sacerdotes peccata populi comedant & suis precibus ea consumant. *ca. nulli. 3. quæst. 1. Sacerdotibus. 11. quæst. 1. 1. qu. 2. Pastor.* detractio ergo Sacerdotum lædit jus publicum, cùm quanto sunt plures, tanto melius deleatur, cùm multitudo facilius à Deo exaudiatur. *ca. defleat. de pœnit. dist. 1.* & hinc dicebant Apostoli messem multam, operarios paucos, & petebant dominum rogari ut mitteret operarios in messem. Math. 9. *ca.* Lucæ 10. *ca. 2.* & 21. *dist. in novo.* ergo operariorum diminutio est contra bonum publicum: dicam ergo talem consuetudinem non valere, quia non est rationabilis, ut satis patet ex supradictis, quod non valet consuetudo, tamen valebit dispensatio Papæ per supradicta, ut infra etiam dicetur.

Tertiò pro ista parte facit tex. & ibi glos. & Dom. Abb. post alios Doct. *in cap. de multa de præben. & in ca. literas. de concess. præben.* & *in cap. dudum. in 2. de elec.* ubi Doct. ingrediuntur istam materiam, & tenent quod in dignitatibus, personatibus & curatis solus Papa dispensat, facit glos. *in ca. non potest. de præben. in 6.* & *in ca. ordinarij. de offi. ordinarij. eod. lib.* & *in cap. 1. de consue. in 6.* Barth. Brix. Dom. de sancto Geminiano & Card. Alex. *in ca. sanctorum. 70. distin.* & dicunt communiter Doct. *in dict. ca. de multa.* & *in cap. si quis jam translatus. 21. qu. 2.* quod etiam Episcopus dispensare possit; tamen illud de Episcopo debet intelligi, ut suprà in proxima qu. dixi.

Quartò pro ista parte facit quod quamvis præbenda principaliter concedatur alicui ut inde necessaria sibi suscipiat text. *in §. fin. 12. qu. 1.* unde si quis habet præbendam sibi sufficientem aliam non debet consequi licet beneficium conceditur principaliter propter divinum cultum, & ut gerat negotia beneficii, unde poterit ejus redditus convertere in utilitatem beneficii, & sic nulla hoc casu denotatur cupiditas nisi dispensatio fieret principaliter propter prærogativam personæ, quo casu potest dici Episcopum posse dispensare etiam super duabus præbendis diversarum Eccles. *argu. capit. de multa. de præbendis & dignitatibus.* ubi tantum prohibetur Episcopis circa Curata & dignitates, ergo Papæ in omnibus beneficiis est sibi permissum, & not. beatus Tho. 2. 2. *qu. 97. art. ulti.* ubi diffinit dispensationem, dicens, quod dispensatio est commensuratio communis ad singula, inde gubernator familiæ dicitur dispensator, quia dispensat singula singulis, & laborem & præmium, & alii dispensatores indigent qui legem universalem ex causa interdum relaxet: si legem autem communem relaxare spectat ad illum qui potest legem communem edere, ut est Papa, non ad inferiorem, nisi quatenus à lege sibi permittitur, no. Dom. Abb. *in c. de multa. & in repeti. c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. & digni.* & ista causa dispensando potest esse triplex necessitas, utilitas & evidens prærogativa meritorum. *c. de multa. & c. exposuisti. de præb.* facit *c. dispensationes. 1. qu. 7. cum duobus sequentibus.* & dispensans nuda voluntate movetur non habens intuitum ad aliquod prædictorum, non meretur dici dispensatio, sed dissipatio. Requiritur enim in dispensatione fides & prudentia, ut Lucæ. 12. *c. Quis putas fidelis est dispensator & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, &c.* Infidelis autem est dispensator qui non habet intuitum ad bonum commune. Item est imprudens in non ponderando causas prædictas: & ideo dissipator proprie dici potest ut no. Dom. Abb. ubi sup. ubi etiam subdit quod quando dispensatio est facta causa cognita ipse dispensans quo ad Deum, & illa

Ut in Concord. §. consanguineis. de reg. ad Præl. nomina. I.

Source : BIU Cujas

ille cum quo Papa dispensat super pluralitate est securus quoad Deum, ut not. etiam Jo. de Lig. *in d. c. de multa.* vel quando Papa fecit sine cognitione causæ, istam dispensationem dispensans & dispensatus non sunt securi quo ad Deum : sed beneficium quo ad forum Ecclesiæ militantis in quo sæpè fallitur & erratur, quo casu Deus aliter judicat de homine quam ministri Dei. *c. à nobis. de sent. excom.* facit quod not. per gloss. & Docto. *in c. non est. de voto & voti.* facit tex. *in c. si his. qu. 23. qu. 4. & c. manet 24. q. 1.* si dicatur quod prohibitio pluralitatis descendat à lege canonica non divina, ergo aliud est dicendum in Papa qui potest supra jus dispensare, & in totum illud tollere : quia ipse est solutus legibus, ut no. Innoc. *in c. cum ad monasterium. de statu Mo.* ubi tenet quod Papa contra jus positivum, ut contra illud quod non liceat habere duas curatas potest nuda voluntate dispensare, quia ejus est tollere cujus est condere, & de factis Papæ disputare non licet. §. *qui autem. 17. qu. 4.* & Innocen. & Dom. Abb. *in c. dudum. in 2. de elect.* juxta no. *in c. proposuit. de concess. præben. & in c. 1. de consti.* potest dici quod prædicta procedunt quo ad forum militantis Ecclesiæ, in quo non licet disputare de factis suis, quia ipse de aliis judicat, sed à nemine judicatur nisi in casu hæresis. *c. si Papa. 11. dist.* & *9. q. 3. c. aliorum.* tamen quoad Deum non procedunt præmissa : nam jus scriptum fundatum est super bono communi. *c. erit autem lex. 4. dist.* & privata consideratione istius vel illius non debet omitti. *61. dist. miramur. c. licet. de reg.* ergo dispensatio per privatam considerationem illud remittens irrationabilis est cùm apud Papam non debet esse acceptatio personarum. *c. novit. de judi.* sed negari non potest acceptio unius personæ quod aliàs communiter denegatur. Item si Papa est negligens vel remissus circa bonum publicum gravius punietur à Deo. *c. si Papa. 40. distin.* maximè circa bona Ecclesiastica quæ sunt Dei. *c. cum ex eo. de elect. in 6.* Inno. 4. *c. cum sup. de causa pos. & proprie.* facit *c. expedit. 12. q. 1. & c. causa de verbo. signi. & c. salvator. 1. q. 3. & c. convenior. 23. q. 8.* & quæcumque Ecclesiis offeruntur, dicuntur esse oblata Deo. *c. res. & c. videntes. 12. q. 2.* unde non dicitur attenta carnalitate & affectione speciali de his rebus disponere, sed attento bono publico spirituali ; dicitur enim esse fidelis & providus dispensator, & non infidelis, & ejus judicium dicitur de vultu Dei prodire. *d. ca. cum æterni. de rejudi. in 6.* ita not. Dom. Abb. *in d. c. extirpanda. §. qui vero. de præben.* & sic apparet per præmissa quod quoad Ecclesiam militantem excusatur, idem etiam not. Pet. de Ancha. *in repe. c. 1. de constit.* & Archi. *in c. 1. 12. dist.* ubi tenet post beatum Tho. quod bona Ecclesiæ sunt in potestate Papæ ut administratoris : non autem habet verum dominium vel veram possessionem illorum : hæc enim Dei sunt. *c cum ex. eo. de ele. in 6.* nec potest Papa ea quoad Deum sine causa legitima alienare, ut no. Archi. *in c. non liceat. 12. q. 2.* & Dom. Abb. *in Consil. 42.* ita nec aliis dare potestatem male administrandi. facit *ca. nuper. de dona. inter virum & uxo.* facit glos. *in c. 1. §. cui rei.* in verbo *pluralitatis. de colla. in prag.* nam debet fieri dispensatio non propter bonum privatum, sed qui dispensat debet habere intuitum boni publici, utilitatem scilicet vel necessitatem Ecclesiarum. *c. scias. 7. qu. 1.* facit text. *in §. nisi rigor. 1. quæst 7. & c. in causis. de re judi. c. exposuisti. de præben.* aut propter evidentem prærogativam personæ. *d. c. de multa. de præben.* aliàs si fieret dispensatio sine causa legitima quoad Deum non est dispensatio, sed dissipatio mutato nomine, facit text. in simili. *in c. postquam. 14. qu. 2.* Joan. And. Dom. Abb. & alii Doct. *in d. ca. de multa. de præb.* idem Joan. & ibi Feli. *in c. si quando. de rescript.* Card. & alii Docto. *in c. quia in tantum. & in c. ad hæc. de præben. cum simil.* ut not. Card. Alex. post alios Docto. *in c. per venerabilem. qui filij sint legi.* & Papa debet esse diligens paterfamilias, & cùm gerat vices Dei in terris debet se conformare quantum potest voluntati divinæ. *c. ut nostrum. ut Eccles. benef.* Card. *in clem. 1. de pœnit. & remis.* Et dicit beatus Bernardus. quod fidelis servus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, ita tantum novit usurpare dispensationem, unde bonam sperat habere recompensationem : ideo debet dispensator habere rationem boni communis : aliàs quo ad Deum esset dissipator & infideliter ageret contra decretum Apostoli dicentis. *Dispensatio mihi credita est* ; hîc jam quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Et dicit beatus Bernardus ad Eugenium Papam, Non prohibeo dispensare, sed dissipare : non sum tam rudis ut ignorem vos positos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem : deinde inter dispensatores quæritur ut fidelis quis inveniatur ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat laudabilis dispensatio, utilitas dico communis, non propria : nam cùm nihil horum est non fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est : ut not. Domin. Abb. *in d. §. qui vero. & in c. conquerente. de cleri. non resi.* quod dispensatus propter dispensationem non excusatur, quo ad Deum si fructus qui supersunt, non convertat in pias causas : ergo qui plura beneficia possidet ex dispensatione si sibi absint causæ requisitæ ad dispensandum excusantur, alioquin timendum est in foro conscientiæ, facit *d. c. de multa.* ibi. *cum ratio postulaverit, &c.* & ratio postulat ut unus habeat in Ecclesia tot præbendas, tot beneficia sufficientia, unde tres vel quatuor Sacerdotes seu forte plures honestè & commodè possent sustentari, ubique non apparet rationabile, facit *c. diaconi. 93. dist.* propter hoc enim fuerunt data bona Ecclesiis & administratio Episcopis & aliis Prælatis, ut nullus in Ecclesia penuriam patiatur. *12. qu. 1. c. videntes. & c. ex his. & c. Episcopus.* ideo jura abhorrent istam multitudinem. *ut d. c. quia nonnulli. de cleri. non resi.* facit tex. *in extravag. execrabilis.* ubi ponuntur undecim inconvenientia quæ proveniunt ex ista pluralitate beneficiorum quæ in effectu ponuntur. *in c. 1. circa prin. de colla. in prag. & in præmio ejusdem pragma.* inter quæ dicitur quod sola residentia non est causa prohibendæ accumulationis beneficiorum, sed ambitio : & quia occupat stipendia pauperum contra intentionem fundatorum qui propter officium fundaverunt beneficium : & ut fructus superstantes in pias causas, elargirentur impotentia pluribus deserviendi præstatur materia dissolutionis & vagationis, tam in vestibus quàm in moribus, juxta illud Psal. *Procedit ex adipe iniquitas, & propter periculum animarum,* & dicit Host. *in c. cum sup. de causa pos. & proprie.*

3. Quod dispensationes concessæ beneficiorum multitudini sunt odiosæ, & restringendæ, ut not. Compost. *in c. causam quæ. de rescrip. & in d. c. dudum.* ad hoc *ca. 1. & 2. de filiis presby. in 6. c. non potest. de præben. eo. lib.* facit quia illud quod potest fieri per dispensationem censetur impossibile. not. Innoc. *in c. pastoralis. de causa pos.* & Jo. An. *in c. potest. de reg. jur. in 6.* not. *in l. postquam. C. de pac. in l. continuus. §. cum quis. ff. de ver. obli.* Barto. *in 1. apud Julianum. ff. de leg. 1.* Panor. *in c. ex parte. de resti spo.* Doct. *in c. super eo. de condi. appo.* Ideò non debet facile dari super pluralitate beneficiorum dispensatio : nam & licet Papa de plenitudine potestatis possit indifferenter dispensare, de potestate tamen ordinata non debet. *arg. l. digna vox. C. de legi. & 2. qu. 7. c. nos si incompetenter.* unde omnis indecentia in Principe est impossibilis, ut not. Archi. *in c. super eo. de hæret. in 6.* & Henri. *in c. nulla. de concess. præben.* & esset valdè iniquum & injustum, ut multi esurirent forte meliores & unus forte ebrius : Milis in verbo, *pessimus in exemplo abundet.* & æqua nempe debet fieri distributio ac-

Source : BIU Cujas

tenta qualitate personarum. *c. 1. de majo. & obe. c. cum omnes. de constit.* unde propter istam pluralitatem dicit quidam sanctus Doctor, quem refert glos. *in cap. 1. §. cui rei.* in verbo *pluralitatis. de colla. in prag.* quod medietas ministrorum Dei ex quasi re secreta per hoc genus avaritiæ, quod unus plura beneficia sufficientia permittitur habere: si enim cuilibet beneficio permitteretur dari suus possessor numerus servorum Dei esset duplex, qui modo est simplex; facit quod notat Joan. An. *in ca. quæ contra jura. de regul. jur. in 6. in mercu.* & Henric. *in cap. sicut unire. de excess. præla.* & tam multitudo magna sacerdotum virorum literatorum bonæ famæ abundè sustentaretur, quæ propemodum in opprobrium cleri mendicat: ergo debes insequi consilium tantorum virorum, tot beneficia coadunans, & Bern. in epistola quam scripsit Roberto suo cognato & Monacho, qui de licentia Domini Papæ relicto rigoroſiori Cistercienſium ordine Cluniacensem ordinem introivit latiorem: non tibi frustra, qui blandiatur de dispensatione Apostolica, cujus conscientiam divina sententia tenet ligatam: & dicit Henri. de Ganda. *secundo quodlibeto. q. 17.* allegando gl. *in c. non est. de voto.* non est securus quo ad Deum cum quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi, & Henri. *in c. 1. de voto.* dicit, quis enim nescit quod sæpè Papa per falsas narrationes decipitur. *c. super literis. de rescrip.* & imò sæpissimè preces importunè vincunt veritatem. *c. detestanda. de concess. præben. in 6.* & extravagans *execrabilis. in prin.* & forte secundum affectiones interdum faciunt, quod homo est peccabilis: & licet Papa habeat plenitudinem potestatis, quantum ad Ecclesiastica bona temporalia & spiritualia, non tamen habet illam ut Dominus sed tanquam minor & dispensator Christi, qui est Dominus bonorum Ecclesiasticorum. *c. non liceat Papæ. & c. prædia. 12. quæst. 2.* & licet omnia sint ejus, ista tamen specialius sunt regenda. *argu. c. salvator. 1. qu. 3. & c. in canonibus. 16. q. 1. c. cum ex eo.* & ibi Jo. An. & Dom. de sancto Gem. *de elect. in 6.* Innocen. Dom. Abb. post alios Doct. *in c. cum super. de causa pos.* Docto. post glo. *in c. causa. de verb. sig.* Host. & Joan. And. *in c. cum veniſſent. de judic.* & dicit beatus Bernar. ad Eugenium Papam, consideres sanctam Romanam Ecclesiam, cui auctore Deo præsides, omnium Ecclesiarum esse matrem, non dominam, te vero non Episcoporum esse dominum, sed unum ex ipsis. *c. mutationes. 7. qu. 1.* Archi. *in c. 1. de sum. Tri. lib. 6.* facit quod nota. *in c. 1. 10. dist.* & *in c. 1. 22. dist.* & Papa sine causa non potest auferre bona unius Ecclesiæ & dare alteri, ut no. Joan. de Lig. *in c. 1. de sum. Tri.* nec etiam ibi blandiaris de commenda: causa legitima cessante; & commendæ beneficiorum sine causa justa utilitatis vel necessitatis Ecclesiarum fieri non debent. *c. nemo. de elect. in 6.* & pro libito voluntatis non debet fieri. *c. nemo. de elect. in 6.* & cum beneficia regularia sint destinata religiosis qui regulam sciant & observent, non debet transferri ad usus sæcularium qui sunt disciplinæ regularis expertes. *l. 1.* cum ibi no. *ff. de admini. rerum.* facit *cle. quia contingit. circa prin. de religio. dom.* ubi possunt inveniri boni religiosi. *c. inter quatuor. de relig. dom. c. possessiones. de rebus Eccle. non alien.* unde quidam bonus Episcopus Parisiensis cùm sibi præsentaretur Abbatia, dixit, absit, quod habeam cum sponsa concubinam: ut no. glos. *in d. c. 1. §. cui rei.* in verbo *pluralitatis. circa medium. de colla. in prag.* & Paul. II. cum pro filio regis sibi supplicaretur, ut duos Episcopatus concederet, dicit, si esset filius Dei, non concederem, absit ut in Ecclesia Dei ponam bigamiam: ut nota. glos. ubi suprà.

Ideo dixit D. Bernard. qui plures erit in beneficiis, plures erit in supplicis. I.

4. Et Inno. VI. suo tempore omnes commendas revocavit, ut in extravaganti *pastoris.* ubi habetur, quod occasione hujusmodi commendarum, sicut experientia docet, ut plurimum divinus cultus minuitur, animarum in eis quibus imminet cura negligitur, hospitalitas consueta, etiam debita, non servatur, ruinis ædificia patent, ipsorumque jura in spiritualibus & temporalibus collabuntur: & quamvis Papa non habeat superiorem in terris: illum tamen habet in cælis: & ideò dispensatio bonorum Ecclesiasticorum non debet ab eo fieri, nisi in illis casibus in quibus verisimiliter apparet quod Dominus eorum Christus consensum adhiberet, ut potestas sub ratione restringatur. *11. q. 3. c. illa.* & *12. distin. c. 1.* no. Cardi. in extravaganti Bonifacii VIII. incipien. *antiquorum.* & in extravagan. *Rem non novam.* & Host. *in sum. titu. de pœn. & remiss. alias sub rubri. de dispensatione. §. qualiter facienda.* & Specu. *in tit. de dispensatione. §. qualiter autem.* & dicitur respicere ad tria: scilicet quid liceat secundùm æquitatem: quid deceat secundùm honestatem, & quid expediat secundùm necessitatem vel utilitatem. *c. magnæ. §. & quidem tria. de voto.*

5. Et dicit Henri. *in c. cum ad monasterium. de statu mo.* quod dispensatio Papæ quæ fit contra jus positivum fundatur super aliqua ratione naturali: ut si Papa dispensaret cum indigno totaliter quod haberet beneficium Ecclesiasticum, contra. *c. nihil. de electio.* & *c. grave. de præben.* & *c. indecorum. de æta. & quali.* non excusat quoad Ecclesiam triumphantem facta sine causa, propter illud verbum *cum ratio postulaverit* positum. *in d. c. de multa. de præb.* & Henri. *in c. proposuit. de concess. præben.* & Dom. Abb. *in c. non est. de voto. & in c. à nobis. de decimis.* satis potest colligi ex dicta extravaganti *execrabilis. in prin.* secus in dispensatione quæ fit contra jus positivum voluntarium, non fundatum super aliqua ratione naturali: puta si dispensat cum aliquo majore. 23. annis: qui nondum complevit 24. annum, quod possit ad sacerdotium promoveri contra. *cle. generalem. de æta. & quali.* tunc enim procedit opinio Inno. suprà relata quam tenet & approbat Henri. ubi suprà. ubi Innoc. *in d. c. cum ad monasterium.* quod Papa potest dispensare sine causa contra jus positivum, ut nota. Card. Flo. *in cle. gratiæ. de rescript.* ubi concludit non esse peccatum obtinere plura beneficia sufficientia cum dispensatione, & hinc est quod etiam posita per possibile dispensatione Papæ ad omnem nutum, adhuc tua ambitio non evasit periculum: nec tu inde reportabis utilitatem in foro conscientiæ: si tamen præter necessitatem aut justam causam tali te submitteres dispensationi, & hinc sancta Clara respondet quibusdam fratribus Minoribus, qui privilegia relaxationis regulæ impetraverant. Volo, inquit, absolvi à peccatis meis, non ab observantiis regulæ & consiliis Jesu Christi: & dispensatio sine causa facta non tenet in foro conscientiæ, non ex defectu potestatis Papæ, sed ex defectu voluntatis: & sic ergo debet concludi, quod Papa sine causa non debet dispensare super pluralitate beneficiorum: & si contrarium fecerit, non excusatur quoad Deum: sed bene quoad Ecclesiam militantem.

6. Et istud corroboro quinto, quod Papa cum causa possit dispensare, quia Christus dixit Petro per illa verba: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis. ut c. quocumque. 24. q. 1.* & Math. *16. & c. in novo. 21. dist. c. ita Dominus. 19. dist. c. solita. de majo. & obe. c. significasti. de elect.* & Christus dum dicit illud generaliter, *quodcumque*, nil excipit, nec nos excipere debemus. *ut d. capit. solita. circa fi. de majo & obe.* & *c. an. si Romanorum. 19. dist.* & *l. 3. ff. de offi. præsi.*

7. Sic ergo postquam nil est exceptum, videtur quod Papa possit in isto casu dispensare, & hoc maximè quia illa regula generalis *quodcunque* intelligitur quoad jus humanum, quia tunc indistinctè potest dispensare, non autem quo ad jus divinum, ut no. Inn. *in ca. quanto. de*

Source : BIU Cujas

consue. & Dom. Ab. *in disp. inci. Episcopus. col.* 1. vel aliter illa regula generalis debet intelligi *quodcunque*, hoc est juste & *clave non errante*, ut not. Dom. Ab. *in c. à nobis. in* 2. *de sent. excom.* vel etiam intelligitur quod fiat cum causa, ut no. Dom. Ab. *in d. ca. solita. de majori. & obe. in ulti. notabi.* & istud etiam fundatur, quia Christus dixit Petro. *Si diligis me, pasce oves meas. Ioan. ulti. ca.* & *c. significasti. de elect.* sic Papa videtur pascere oves absolvendo à juramento & à vinculo juramenti. *arg. c.* 1. *de senten. excom.* & *ca. verum. de jurejuran.* & hoc maximè præmissa procedunt quando Papa illud facit ex causa per jura superiùs alleg. no. Dom. Ab. *in ca. quinto. de jurejur.* & Felin. *in ca. constitutus. de rescrip.* Card. *in cle. Romani. parag. fi. de jurejur.*

Sextò præmissa corroboro quia Papa non subjicitur constitutionibus suis aut sui prædecessoris, tex. *in ca. proposuit. de concess. præben.* quia par in parem non habet imperium. *ca. innotuit. de elec.* & omnes appellant ad eum, & nemo ab eo appellat. *ca. cuncta per mundum. 9. q.* 3. facit *l. princeps. ff. de legi.* & *l. ex imperfecto. ff. de lega.* 3. & §. *fi. insti. quibus mo. testa. infirm.* facit *l. digna vox. C. de legi.* & glos. *in ca.* 1. *in versi. ab omnibus. de consti.* glos. *in ca. non liceat.* 12. *qu.* 2. sic videtur quod Papa possit dispensare in pluralitate beneficiorum quæ solum prohibentur à jure positivo per jura superiùs alleg. secus si essent contra jus divinum. *ca. sunt quidam.* 25. *q.* 1.

Septimò præmissa firmantur, quia Papa etiam est suprà constitutiones concilii generalis [a] & illas potest revocare tex. *in ca. significasti. de elect.* facit *ca. dudum.* 3. *qu.* 6. glos. *in cap. ubi periculum.* in verbo *Concilio. de elec. in* 6. facit *ca. multis.* 17. *q.* 1. & Doct. *in ca. nonnulli. de rescrip.* facit *ca. ex parte. de capel. mo.* & Papa potest venire contra jus & contra illud potest dispensare. *ca. proposuit. de concess. præb. ca. innotuit. de elec. ca. lector.* 33. *dist. ca. presbyter.* 91. *dist.*

[a] Quæ sunt super materia positiva. C. M.

Octavò facit, quia Papa habet in beneficio plenitudinem potestatis tex. *in ca.* 2. *de præben. in* 6. & *in cle.* 1. *ut lit. pen.* & facit *ca.* 1. & 2. 22. *dist.* & *ca. in illis.* 80. *dist.* facit glos. magna. *in ca. quamquam. de ele.* in verbo *devolvitur. in* 6. & ratio bona est, quia tituli beneficiorum sunt de jure positivo, ut no. Domin. Ab. *in disp. incip. Episcopus. col.* 2. per jura superiùs allegata.

8. Nonò præmissa firmantur, quia Papa est Deus in terris quando est legitimè electus, ut no. Bal. *in l. fin. C. sententiam rescin. non pos.* & sequitur Dom. Philip. Decius. *in ca.* 1. *super glos.* in ver. *ab omnibus. de consti.* facit *ca. si quis pecunia.* 79. *dist.* & glos. *in ca. Achatius. in primo.* 24. *quæst.* 1. & Deus omnia potest. §. *fi. de pœn. dist.* 2. ergo Papa potest dispensare super pluralitate beneficiorum, & istud maximè procedit quod Papa est Deus in terris in concernentibus jus positivum, secus in concernentibus jus divinum. *ca. cum quidam.* 25. *q.* 1. imò si Papa non est legitimè electus est diabolus in terris, ut no. Moder. *in ca.* 1. *de consti.*

Decimò facit, quia Dei & Papæ idem est consistorium, ut not. Hostien. *in ca. quanto. de transla. præla. per ca. primum.* & *secundum. eo. titu.* in simili facit. *ca. secundum. de consue. in* 6. ubi non appellatur à vicario ad constituentem, quia est idem consistorium si ipse Papa est vicarius Dei in terris. *ca. inter corporalia.* & *ca.* 1. & quasi per totum. *de transla. præla.* ergo Papa poterit super pluralitate beneficiorum dispensare: facit quia omnes appellant ad Papam, & nemo ab eo appellat. *ca. cuncta per mundum. 9. q.* 3. quia ipse est ordinarius ordinariorum, & solus Deus Papam judicat. *ca. nunc autem.* 21. *distin. ca. auditum.* 2. *qu.* 5. & dicit glos. *in ca. Anastasius.* 19. *distin.* quod ipse Anastasius Papa dum assellaret amisit intestina ex permissione divina, sic videtur quod in præsenti casu Papa possit dispensare.

9. Undecimò Papa non habet superiorem. *ca. licet. de elect.* facit *Cle. Romani. de elect.* & *capi. solitæ. de majo. & obe.* & *fi. de foro compe.* & *ca. significasti. de elec.* & *ca. venerabilem. eo. titu.*

10. Et quamvis decimæ debeantur de jure divino. *ca. revertimini.* 16. *q.* 1. tamen Papa potest unum eximere à solutione decimarum, ut no. glos. per illum tex. *in ca. à nobis. de decimis.* & Do. Ab. *in disputatione incip. Episcopus.* & *in ca. in aliquibus. de decimis.* sic videtur in juramento, licet juramentum sit institutum de jure divino. *ca. & si Christus. de jurejur.* & licet de jure divino requirantur duo testes aut tres, & non plures per illam regulam. *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. ca. novit. de judic. ca. in omni negotio. de testi. ca. relatum. ca. cum esses. de testa* tamen Papa statuit contra illud. *ca. præsul.* 2. *q.* 4. *l. si unus. C. de testa.* & Dom. Ab. *in dicto ca. cum esses.* & dispensando in illo casu non videtur venire contra jus divinum, cum hoc statuerit ad confirmationem juris divini, ut Dom. Ab. *in dicto ca. cum esses.* vel Papa potest interpretari jus divinum, ut no. Dom. Ab. & alii Doct. *in ca. qua in Ecclesiarum. de constitu.* sed dispensando esset in totum tollere jus divinum.

11. Duodecimò præmissa probantur, quia Papa potest quem privare suo Episcopatu etiam sine causa, ut no. glo. *in ca. per principalem. 19. qu. 3. per ca. in memoriam.* 19. *dist.* & ratio est, quia Papa in beneficiis habet plenam potestatem. *ca.* 2. & *ca. dudum. de præben. in* 6. & *ca.* 1. & 2. 22. *distin.* & Papa etiam in uno Episcopatu potest ponere duos Episcopos. *ca. non autem.* 7. *qu.* 1. & *ca. quoniam. de offic. ordi.* & Papa concedit uni duo Episcopatus ut sit Episcopus utriusque. *ca. relatio.* 21. *q* 1. & Papa dividit & unit duos Episcopatus. *ca. & temporis.* 16. *quæst.* 1. & *ca. sicut unire. de excess. præla.* & sic ergo est dicendum quod super pluralitate beneficiorum Papa potest dispensare.

12. Decimo tertiò præmissa firmantur, quia Papa relaxat sponsalia contracta per verba de futuro, & etiam super illis dispensat tex. *in ca. commissum.* & *in ca. præterea. de sponsalibus.* & etiam Papa dispensat super matrimonio per verba de præsenti contracto nondum copula carnali consummato glos. *in ca. ex publico.* & ibi Dom. Ab. post alios Doct. *de conver. conjug.* & Papa etiam aliquando dispensat super matrimonio ex copula carnali consummato, ut est tex. *in ca. quanto. de divor.* ergo à fortiori super pluralitate beneficiorum Papa poterit dispensare.

13. Decimo quartò præmissa firmantur, quia Papa potest concedere beneficium ad tempus sub conditione. *ca. si gratiose. de rescrip. in* 6. & *ca. pastoralis.* 7. *q.* 1. not. *in ca. veniens. de filiis presby.* quia Papa dicitur Episcopus Episcoporum, ita quod potest omnia quæ ipsi. *ca. loquitur.* 24. *q.* 1. ergo, &c.

Decimo quintò facit, quia Papa dat plenariam indulgentiam in remissionem omnium peccatorum tex. *in Clemen.* 2. *de pœni. & remis.* & etiam tex. in extravaganti Bonifacii VIII. quæ incipit *antiquorum. in tit. de pœni. & remis.* & Dom. Abb. *in ca. ad liberandum. de Iudæis.* & Feli. *in sermone suo. Hodie mecum eris in paradiso.* ergo Papa poterit à fortiori dispensare super pluralitate beneficiorum.

Decimo sextò Papa solus potest deponere Imperatorem. *c. ad Apostolicæ. de re judi. in* 6. not. Doct. post glos. *in ca. venerabilem. de elect.* & *in Cle. ne Romani. de jurejuran.* & etiam Papa potest deponere regem ut aliàs depositi regem Franciæ, quia erat effeminatus. *ca. alius.* 15. *q.* 6.

Decimo septimò præmissa firmantur, quia Papa solus potest creare Cardinales, ut not. glossæ *in cle. ne Romani.* in verbo *potestatis. de elect.* & Dom. de sancto Gem. *in ca. nullus.* 79. *distin.* & Dom. Philip. Deci. *in rubrica. de constitu.* & etiam ipse Papa solus potest deponere Cardinalem, ut est tex. *in ca.* 1. *de schisma. in* 6. glos. & Docto. *in ca. ex gestis. de Cleri. non residen.* ergo, &c.

Quod de Augustino & Valerio dicitur tanquam adjutorem intellige. Quod duobus Episcopatibus unus præficiatur si hoc in perpetuum fit unione fit, ut Valentinus & Diensis in Delphinatu, ad tempus nunquam unus duobus præficitur nisi propter rerum necessitatem & locorum vicinitatem. Can. & temporis. 16. qu 3. & ea ratione Adrianus Papa Actardum Nannetensem Episcopū ab Episcopatu dejectū odio bellorum inter Carolum Calvum & Ducem Britaniæ in Archiepiscopi Turonensis Cathedram instituit cum hac clausula *Ita ut Nannetensi Ecclesiæ aliter præfici non possit, sed ad priorē statum redeunte, ei restituatur*, simile exemplum apud D. Greg. l. 6. Epist. 2. Epis. 9. recensetur de Fundensi & Tarraconensi Episco.

Source : BIU Cujas

patibus Agello datis donec cessantibus bellis unicuique suus Pastor redderetur. I.

Decimo octavò pro ista parte in simili facit, quia Papa solus sine consilio Cardinalium potest explicare ardua, ut no. Dom. Ab. *in ca. ex gestis. de Cleri. non residen.* & Feli. *in rubr. de consti.* & Domi. *in ca. super eodem. de hæret. in 6.*

Decimo nonò pro ista parte facit, quia Papa cognoscit de articulis fidei. *c. majores. de Baptis. c. hæc est fides. 24. q. 1.* & ipse Papa præfertur toti Concilio, tex. *in c. placuit.* & ibi *gl. 35. q. 2.* facit glos. *in c. ubi periculum. de elect. in 6.* & Papa solus transfert Episcopum de uno Episcopatu ad alium Episcopatum. *ca. 1. & 2. de transla. præla.* & ipse deponit Episcopum à suo Episcopatu, & ab ordine Episcopatus. *ca. accusatus.* & *ca. quamvis. in quæst. 7.* & Dom. Ab. *in ca. 1. de judic.* & *in ca. veritatis. de dolo & contu.* & ipse Papa demandat voluntatem Dei executioni. *ca. hæc est fides. 24. quæst. 1.* & ipse Papa dicit tenere fidem, & *hæc est fides. 24. quæst. 1.* & Papa potest remittere usque ad septuagesies septies, ut Mathæi 18. *c.* & beatus Petrus abscidit aurem illi Judæo, quia ipse est qui accepit claves regni cælorum, ut not. Greg. super Joan. 18. *c.* & illud verum est cum causa & discretione, ut not. Dom. Ab. *in ca. à nobis. in secundo.* per illum text. *de sent. excommuni.* facit *ca. 1. de re judi. in 6.* & Christus dixit, *dicite discipulis, & Petro*, ut Marci. 26. *c.* quasi sibi reservando specialiter omnimodam potestatem solvendi omnia.

Vigesimo pro ista parte facit, quia valet appellatio de concilio ad Papam. *ca. in ipsis. 19. q. 3.* ubi dicitur quod ipsi Canones appellationem totius Ecclesiæ, ad examen sanctæ sedis admittunt, ut not. Card. *in ca. 1. 15. distin.* & Papa dicitur admirabilis glos. *in prœmio Cle.* in verbo *Papa.* & Concilium fatetur quod non potest judicare Papam tex. *in ca. nunc autem. 21. dist.* tex. *in parag. hinc. 17. dist.* & Papa dicitur Pater patrum, glos. *in præ. Cle* in verbo *Papa.* ergo super pluralitate beneficiorum poterit dispensare.

14. Vigesimo primo Papa judicatur à solo Deo tex. *in ca. Anastasius. 19. distin.* & in statutis Concilii semper intelligitur excepta auctoritas Papæ, [a] ut est tex. *in ca. significasti. de electio.* & Deus commisit judicio Papæ omnes fideles tex. *in ca. audivimus. in fine. 24. q. 1.* & nil erit ligatum vel solutum in cœlis nisi quod beatus Petrus ligaverit aut solverit, tex. *in ca. manet. 24.* & navis quam beatus Petrus habuit non turbatur. *ca. non turbetur. 24. qu. 1.* sic videtur quod illud quod facit Papa non turbetur, & Christus dixit Petro. *Duc in altum navim.* ut Lucæ 5. *c.* tex. *in di. ca. non turbetur. 24. quæst. 1.* quasi volendo dare soli Petro & suis successoribus omnimodam potestatem, & Christus jubet solum Petrum piscari dicens: *Mitte hamum & piscem primum captum tolle. ca. est aliud. 24. quæst. 1.*

a Immo subest in articulis fidei glos. 2. in Ca. Anastasius. 19. dist. C. M.

15. Vigesimo secundo pro ista parte facit quia Deus principaliter collocavit potestatem in Petro tanquam in capite. *ca. ita Dominus. 13. distin.* & ordo Sacerdotalis cœpit à Petro post Christum: quia ipsi primo Pontificatus est datus. *ca. in novo. 21. distin.* neque inter ipsos Apostolos par fuit institutio: sed unus præfuit omnibus. *c. in illis. 80. distin.* ergo Papa in dispensando præfertur omnibus, & Christus dixit Petro: *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.* ut est text. *in parag. 21. distin.* ergo videtur quod Papa in præsenti casu potest dispensare.

Vigesimo tertiò Episcopi debent remittere rationem fidei ad Petrum. *ca. quotiens. 24. quæst. 1.* & omnis libertas datur in Papa. *ca. officii. 24. qu. 1.* maximè in concernentibus jus positivum. *ca. proposuit. de concess. præben.* & omnia majora negotia sunt tractanda per Papam. tex. *in cap. rogamus. 24. qu. 1.* & sanctus Petrus accepit principatum à Christo. *ca. cum beatissimus. 24. quæst. 1.* Papa dicitur primus ex omnibus, sicut arbor præfertur ramis & fons rivulis. *capit. loquitur. 24. quæst. 1.*

Vigesimo quartò, pro ista parte facit, quia Papa habet divinitus potestatem super cunctas nationes. *Clem. Pastoralis. in princi. de re judi.* ita quod etiam vir conjugatus potest eligi in Papam. *ca. si quis pecunia. 79. dist.* Dom. Ab. *in ca. licet. de elect.* & Papa potest esse judex in causa propria Dom. Ab. & alii Doct. *in ca. cum venissent. de judi.* glos. *in ca. cum dilecta. de confir. uti.* in ver. *procurationes.*

Vigesimo quintò pro ista parte facit, quia Papa potest seipsum absolvere à juramento: ut not. Dom. Phil. Deci. *in ca. 1. sup. glos.* in ver. *ab omnibus. de constitu.* & Dom. Abb. *in ca. quanto. de jurejur.* & etiam Papa potest seipsum absolvere à peccato [b] in foro pœnitentiali, ut no. Feli. & ibi Dom. Philip. Deci. *in capit. 1. de consti.* allegant *l. si Consul. ff. de adopt.* facit *capit. per venerabilem. qui filij sint legi.* ergo in præsenti casu à fortiori Papa poterit dispensare.

b Vide summam Angelicam in verbo *confessio. 2. §. 1.* C. M.

Vigesimo sextò Papa potest sibi eligere coadjutorem. *capit. 1. 8. qu. 1.* & Papa dedit potestatem Imperatori sibi eligendi successorem. *ca. Adrianus.* & *capit. in Synodo. 63. dist.* & Papa potest committere causam Clericorum laico, text. *in capit. magnam. 2. qu. 4.* & *in ca. verum. 32. dist.* glos. *in ca. bene quidem. 96. dist.* glos. & Doct. *in capit. decernimus. de jud.* & etiam istas causas Papa potest committere mulieri. *dicto capit. magnam. 2. qu. 4.*

Vigesimo septimò pro ista parte facit, quia Papa dedit privilegium laico conferendi beneficia, glo. *in ca. Imperium. 10. dist.* glos. *in summa. 16. qu. 7.* Dom. de sancto Gemin. post alios Docto. *in ca. 2. de præben. & dig. in 6.* & Papa potest dare decimas laico. *capit. cum Apostolica. de his. quæ fiunt à Præla. sine consensu. ca.* & *ca. causam. de præscri.* & *c. prohibemus. de deci.*

16. Vigesimo octavò facit, quia Papa potest se submittere jurisdictioni laici. *ca. nos si incompetenter. 2. qu. 7.* & Papa potest facere de Monacho non Monachum glos. & ibi Dom. Abb. *in ca. cum ad monasterium. de statu Mo.* Dom. Abb. *in ca. 1. de voto.* & *in ca. proposuit. de concess. præben.* & hoc quando est causa, ut puta filius Regis Monachus contrahat matrimonium, ut no. Dom. Abb. *in ca. ex publico. de conver. conjug.*

Vigesimo nono pro ista parte facit, quia Papa dispensat cum Monacho ut comedat carnes, aut super habitu vel aliis quæ non sunt de substantia Monachatus, sed non de solemnitate voti, ut not. Domin. Abb. post glos. *in ca. Deus. de vita & honest. Cleri.* & Papa revocavit privilegium quod concesserat Imperatori de eligendo Prælatos. *ca. Adrianus. 63. dist.* no. *in capit. cum inter universa.* & *in capit. sacrosancta. de elect.* & Papa habet jurisdictionem supra electionem Imperatoris, tex. *in capit. venerabilem. de elect.* & Papa habet jurisdictionem supra laicos. *capit. licet ex suscepto. de foro compe.*

Trigesimò, pro ista parte facit: quia Papa habet jurisdictionem suprà Judæos. *ca. quanto. ca. post miserabiles. de usur.* glos. *in c. sæpe. 28. q. 2.* & Papa potest privare clericum clericatu maximè causa interveniente. *c. unico. de vita & honest. cle.* not. *in c. in audientia.* & *in c. perpendimus. de sent. excom.* & Papa potest prohibere Episcopo de non conferendo certum ordinem: ut no. Innoc. & Dom. Abb. *in c. quanto. de consuet.*

Trigesimo primò Papa potest dare in baptismo novam formam, ut not. Innoc. *in c. 1. de bap.* & Papa de plenaria potestate potest mutare sedem Apostolicam. *c. si Apost. c. præsenti. de præb. in 6.* not. Alex. *in c. nolite. 9. distin.* & Papa non incurrit simoniam, ut not. Dom. Abb. & Feli. post alios Doct. *in c. 1. de simo.* & hoc in simonia prohibita à jure positivo, & sic in simoniacis, quia prohibitis, ut super minoribus beneficiis in quibus non datur executio clavium: sicut in aliis, in quibus datur executio clavium: quia in illis simonia est de jure divino. ut not. Dom. Abb. post gl. *in c. ex parte. in 1. de offi. deleg.* & *in c. cum pridem. de*

Source : BIU Cujas

pac. & *in c.* 1. *de simo.* ex quibus infertur, quod lex Julia de ambitu non habet locum in Papa. glo. *in ca. Presbyter.* 82. *dist.* glo. *in c. si.* 1. *q.* 5.

Trigesimo secundò facit: quia Papa licita conscientia potest conferre beneficium uni, & assignare pensionem alteri. ut no. Fel. *in c. ad audientiam. in* 2 *de rescr.* & Papa potest res Ecclesiæ alienare & dare alteri Ecclesiæ. gl. *in c.* 1. 22. *dist.* gl. *in c.* 1. 10. *dist.* glo. *in c. non liceat.* 12. *q.* 2. & Papa potest dispensare contra universalem statum Ecclesiæ, ut no. Dom. Ab. *in c. significasti. de elect.* per tex. *in c. non debet. de consan. & affi.* facit glo. *in c. quamque. de elect. in* 6. & Papa potest imponere pœnam mortis, ut not. Feli. *in c.* 2. *de major. & obe.* & *in c. qui in Ecclesiarum. de consti.*

Trigesimo tertiò Papa potest conferre beneficium indigno: ut not. Dom. Abb. *in c. significavit. de offic. ordin.* & *in c. si quando. de rescript.* & Papa potest dispensare ut Monachus contrahat matrimonium, ut not. Joan. And. & Dom. Abb. *in c. cum ad monasterium. de statu Mona.* & *in c.* 1. *de voto & voti.* & Papa facit ut stetur dicto unius testis, not. *in c. ex insinuatione. de procura.* & *in cap. fina. de jurejuran.* & Papa potest committere casum judici suspecto Dom. Abb. *in cap. cum inter. de except.* & *in cap. ad hæc. de rescrip.* & hoc habet locum in concernentibus jus positivum, secus in concernentibus jus divinum, ut not. Dom. Abb. *in cap. cum inter. de except.* & Papa dispensat super juramento. *cap. si vero.* & *cap. verum. de jurejuran.* & Dom. Abb. *in cap. quanto. de jurejuran.* & Papa potest dispensare cum uno Clerico, ut non dicat horas, ut not. Dom. Card. *in Clemen.* 2. *in* 6. *no. de celebra. Miss.* Feli. *in cap. fin. de major. & obed.*

Trigesimo quartò facit, quia Papa statuit ut festa in omnibus non serventur, ut not. Dom. Abb. per illum tex. *in cap. licet. de feriis.* quamvis Papa non posset dispensare super usuris solvendis, ut not. Dom. Abb. per illum tex. *in cap. super eod. de usuris.* & Papa potest facere beneficium manuale perpetuum, ut not. Doct. *in cap. constitutus. de rescript.*

Trigesimo quintò facit, quia Papa potest concedere privatæ personæ privilegium excommunicandi, ut not. glo. & Doct. *in cap ex parte decani. de rescript.* & etiam Papa potest concedere alicui non Episcopo potestatem chrismandi, ut not. Innocen. *in ca. quanto. de consue.* & Papa potest unico verbo pronuntiare Sacerdotem & etiam Episcopum, not. Dom. Philip. Decius. *in cap.* 1. *de consti.* Ange. *in l.* 2. *Cod. de crim. sacrileg.* quia non sunt certa verba à jure divino per quæ quis efficiatur Presbyter. *cap. Presbyter.* 23. *distinct.*

Trigesimo sextò Papa potest facere non factum haberi pro facto. *cap. his qui. de sponsalibus & matri.* & hoc maximè in concernentibus jus divinum non habet locum, secus in concernentibus jus positivum. *cap. sicut.* 47. *dist.* facit etiam quia Papa potest facere non scitum haberi pro scito. *Clem. unica. de concess. præbend.* & hoc maximè habet locum in concernentibus jus positivum, ut patet ibi. Item etiam Papa potest adæquare quadrata rotundis, ut not. Hostien. & Dom. Abb. *in cap. cum venissent. de judi.* & Papa potest esse Judex in proprio delicto, ut not. Dom. Abb. *in cap. cum venissent. de judi.* & hoc in concernentibus jus positivum, aliàs secus. *cap. si Papa.* 40. *distin.*

Trigesimo septimò pro ista parte etiam facit, quia Papa privat quem jure suo quando statuit ut si non appelletur à sententia infra 10. dies sententia transit in rem judicatam. *cap. cum inter. ca. quod ad consultationem. de re judi.* & hoc quando Papa facit ex causa, videlicet propter negligentiam partis, & sic potest, ut not. Feli. post alios Doct. *in cap. quæ in Ecclesiarum. de consti.*

Trigesimo octavò pro ista parte facit quia Papa privat quem jure suo per præscriptionem. *ut cap.* 1. & 2. & quasi per totum. *de præscrip.* & hoc procedit quando facit ex causa ne dominia rerum sint sub incerto, ut not. Dom. Abb. *in rubr. de præscript.* & Joan. And. *in regula possessor. de regul. jur. in* 6.

Trigesimo nonò pro ista parte facit, quia Papa potest mortuum absolvere ab excommunicatione text. *in cap. à nobis. in* 2. *de senten. excommu.* & pronuntiare quem Hæreticum post mortem suam text. *in cap. sane.* 24. *quæst.* 2. & hoc faciendo ipse Papa non facit contra jus divinum, sed illud demandat executioni, *ut dicto cap. à nobis.* ubi quod si excommunicatus moriendo habeat contritionem per quam remittitur excommunicatio quoad Deum Papa potest illum absolvere quoad Ecclesiam militantem etiam post mortem. Idem est dicendum in illo qui moritur Hæreticus qui ad Deum post mortem potest declarari Hæreticus quoad Ecclesiam militantem, & sic habet locum. *dictum cap. sane.* facit etiam in simili pro ista parte quia Papa potest quem nobilitare post mortem, & illi dare gradum militiæ, ut not. Dom. Abb. *in ca. à nobis.* in secundo super glos. in verbo *relaxatum. col.* 2. *de sentent. excommu.* & Bart. *in l.* 1. *Cod. de dig lib.* 12. & illud non est contra jus divinum, & ille honor attribuitur corpori, secus si attribuatur animæ, ut puta Doctorari aliquem post mortem, quia illud non potest fieri, ut not. Dom. Abb. *in dicto cap. à nobis. col.* 2. *de sent. excommun.* & sic videtur per ista argumenta posse concludi quod Papa super pluralitate beneficiorum potest dispensare.

Quadragesimo pro ista parte facit quod quamvis Papa contra ea quæ sunt de jure divino maximè contra juramentum non possit dispensare dum dicitur, *Redde Deo juramenta tua.* Math. 5. *cap.* text. est. *in ca. & si Christus. de jurejurand.* nec etiam Papa contra constitutiones sanctorum Patrum, immo plusquam ad sanguinem & animam illud debet servare. *c. sunt quidam.* 25. *qu.* 1. tamen illud habet locum quando constitutiones sanctorum Patrum concernunt fidem, quia Papa non potest dispensare, secus quando non concernunt fidem ut in præsenti casu dispensare super pluralitate beneficiorum, ut not. Dom. Abb. *in repeti. c. extirpandæ.* §. *qui vero. de præbend. & dign.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. col.* 6. *de consti.* & si dicatur quod ea quæ tendunt in Deum & ex quibus obligatio acquiritur Deo Papa sine magna discretione non potest dissolvere, ut est text. not. *in cap. si is qui.* 33. *qu.* 4. illud fatetur tamen in præsenti casu de quo nunc est quæstio, obligatio aliqua non tollitur Deo, & si habent locum jura superiùs alleg. *arg. cap. secundi. de præbend. in* 6. & *cap. primi.* 22. *dist.* & sic ergo tollitur illud obstaculum.

17. Quadragesimo primò pro ista parte facit quia quamvis Papa non possit statuere aut revocare statuta quæ tendunt ad utilitatem communem, aut ad dicta sanctorum Patrum. *per cap. quæ ad perpetuam.* & *cap. contra statuta.* 25. *quæst.* 1. tamen illud debet intelligi in concernentibus fidem, vel Papa non potest statuere, hoc est non debet statuere quod verbum non importat necessitatem, sed honestatem erga ipsum Papam, ut in simili facit glos. & Archi. *in cap. non liceat.* 12. *quæst.* 2. Papa non potest imponere legem suo successori. *ca. proposuit. de concess. præbend.* quia par in parem non habet imperium. *cap. innotuit. de elect.* vel potest dici quod illa jura superiùs allegata videlicet. *cap. contra.* & *cap. quæ ad perpetuam.* 25. *qu.* 1. habent locum in concernentibus fidem, sed in præsenti casu dispensare super pluralitate beneficiorum non concernit fidem, immo est de jure positivo ut suprà dixi, nec etiam obstat si dicatur quod Papa non dispensat contra universalem statum Ecclesiæ. *per cap.* 2. *& si illa.* 1. *qu.* 7. & Dom. Abb. post Innoc. *in ca. quanto. de consue.* ubi dicit quod Papa non potest dare laicis potestatem conferendi ordines, & idem Dom. Abb. *in cap. significasti. de elect.* tenet quod Papa

Source : BIU Cujas

contra universalem statum Ecclesiæ cum causa rationabili dispensat, secus quando decoloraretur status Ecclesiæ, quia tunc non solùm requiritur quod causa sit rationabilis ad dispensandum, sed dicit quod sit aliis nota, Dom. Abb. *in capit. cum ad monasterium. de statu mona.* glos. *in ca. super eo. de bigamis.* & *in cap. quæ ad perpetuam. 25. quæst. 1.* Ad præmissa potest responderi quod Papa contra universalem statum Ecclesiæ potest dispensare per illam regulam. *quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in Cœlis*, ut Math. 16. *cap.* facit bonus tex. *in capit. non debet. de consang. & affi.* ubi Papa statuit contra universalem statum Ecclesiæ, facit glos. *in capit. sunt quidam. 25. quæst. 1.* nec etiam obstat. *dictum capit. & si illa. 1. quæst. 7.* quia ille text. non probat præmissam conclusionem, sed solum dicit illa præcavenda sunt quæ recipi non possunt sine manifesta decoloratione, tamen ille tex. non imponit legem Papæ, nec potuit imponere nisi status Ecclesiæ decoloraretur in tangentibus jus divinum, quia tunc successor potest ligare prædecessorem, ut not. Dom. Abb. *in capit. significasti. de foro compe.* ita videtur sentire glos. *in cap. sunt quidam. 25. q. 1.* ubi dicit quod Papa consuevit dispensare contra universalem statum Ecclesiæ. Et dicit Dom. Abb. *in dispu. incipiente Episcopus. col. 15.* quod Papa dispensat contra universalem statum Ecclesiæ nisi decoloraretur. Ita videtur sentire Felin. *in cap. si quanto. col. 6. de rescript.* ubi tenet quod Papa dispensat contra universalem statum Ecclesiæ. Et ista est vera resolutio, fallit quando non habet causam in concernentibus directè aut indirectè jus divinum, quia tunc Papa non potest mutare universalem statum Ecclesiæ sine causa: secus in concernentibus jus positivum: & sic procedit. *d. c. non debet. de consangui. & affi.* facit. *c. proposuit. de conces. præbend.* & glo. *in c. quamquam. de elect. in 6.* & ratio est quia Papa non ligatur per jus positivum. *ca. innotuit. de elect.* facit quod not. Dom. Abb. *in c. cum olim. de cleri. conjuga.* dicens quod Papa hodie posset dispensare & statuere ut Clerici contraherent matrimonium nisi essent ligati per votum. Et ad præmissam conclusionem non obstat si dicatur quod Papa non potest statuere ut communicantes cum excommunicatis non incurrant excommunicationem minorem, ut est text. & ibi Dom. Abb. *in c. nulli. in 1 not. de senten. excomm.* dicens, quod hoc debet intelligi quando Papa faceret sine causa: secus si cum causa. *c. cum voluntate. & ca. responso. de sentent. excommu.* Et dicit Feli. *in d. c. nulli.* quod quando lex positiva habet concursum cum lege naturali aut divina, Papa non dispensat sine causa: & sic videtur quod præmissa debent intelligi: secus est in præsenti casu, quia Papa potest dispensare, quia lex positiva non habet concursum cum lege divina, ut suprà dixi, vel aliter potest responderi, quia quis non potest communicare cum excommunicato nisi incurrat peccatum. *c. sacris. quod metus causa.* sed Papa non habet potestatem peccandi. *c. 1. 40. distin.* secus in præsenti casu. Item non obstat si dicatur, quod Papa non potest statuere ut Clerici perdant privilegium. *c. si quis suadente. 17. q. 4.* nisi sit causa, ut not. Dom. Abb. & Feli. *in c. nulli, de sentent. excommu.* allegant glo. in simili. *in c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1.* ita tenet Card. *in ca. perpendimus. in sua repeti. de sentent. excommu.* quia privilegium Clericorum est de jure divino, ut not. *in c. 1.* & quasi per totum. *96. distinct.* facit glo. *in c. quamquam pædagiorum. de censibus.* & Papa contra jus divinum non potest dispensare. *c. sunt quidam. 25. q. 1.* & Dom. de sanct. Gem. *in c. in istis. 4. dist.* ubi tenet quod Papa etiam cum causa non potest tollere istud privilegium. *c. si quis suadente.* & videtur quod non possit assignari aliqua causa sufficiens propter quam tolleretur hoc privilegium: ita etiam tenet Feli. *in c. nulli. de senten. excommu.* tamen istud dictum Dom. de sanct. Gem. non mihi placet Innoc. Papa cum causa potest tollere privilegium Canonis *si quis suadente.* ut fecit in Concilio generali. per tex. *in c. 1. de vita & hone. Cleri. in 6.* & *in c. perpendimus. de sentent. excommuni.* bene verum est, quod Papa non potest tollere characterem impressum in anima & per degradationem: nec etiam tollitur per mortem, ut not. Dom. Abb. *in c. 2. de Cleri. excomm.* alleg. glos. *in sum. 32. qu. 7.* & sanctus Thom. *in parte. 3. q. 9.* & Dom. Abb. *in c 1. de Cleri. excommu. mini.* Joan. And. post glos. suam *in c. degradatio. de pœnis. in 6.* in simili facit glos. *in clem. in plerisque.* in verbo *vel aliquod. de elect.* & glos. *in c. accedens. 50. dist.* glos. *in sum. 9. q. 3.* & Dom. Abb. *in c. non potest. de re judi.* & Dom. de sanct. Gem. *in d. c. degradatio. de pœnis. in 6.* & sic ergo Papa potest tollere ex causa privilegium Canonis: secus ergo est in tangentibus jus positivum, quia in illis potest sine causa ut in præsenti quæstione, ut suprà dixi. ut si dicatur quod Papa non potest dividere Episcopatum invito Episcopo sine causa. glos. *in c 1. 10. dist.* glos. *in c. 1. 22. dist.* & in Concilio Pisano fuit determinatum, quod Episcopus aut Abbas invitus non esset transferendus de uno Episcopatu ad alium sine causa rationabili, ut not. Dom. Abb. *in c. si. in fi. de postu. Prælat.* & ita fuit determinatum in Concilio Constantiensi. ut not. Dom. Abb. *in c. cum pridem. in ulti. not. de pact.* & postquam istud tendit in præjudicium tertii? Papa non potest quem privare jure suo, ut not. Dom. Abb. *in c. constitutus. de religio. domi.* sed in præsenti casu non agitur de præjudicio tertii: imò de favore illius cum quo dispensatur per jura superiùs allega. & si dicatur quod Papa non habet potestatem peccandi. *ca. 1. 40. dist.* quia istud debet intelligi quando dispensaret super pluralitate beneficiorum sine causa tunc non excusaretur quo ad Deum, ut suprà, dixi: secus est quando facit cum causa. *c. de multa. de præbend. & digni.* nec etiam obstat si dicatur quod Papa non potest aliquid statuere contra præcepta Decalogi, ut est glos. *in c. sicut. 15. dist.* & glos. *in cap. Anastasius. 19. dist.* & glos. *in c. Anastasius. 24. qu. 1.* ubi dicit quod Papa Papam non potest ligare in quo Papa incidit in Canonem *latæ sententiæ:* nec obviat illa regula quod par parem solvere vel ligare non potest. *ca. innotuit. de elect.* quia si Papa hæreticus est dicitur minor quolibet Catholico: imò tunc Papa potest deponi. *c. si Papa. 40. dist.* sed dicitur venire contra præceptum Decalogi per jura superiùs alleg. tamen illud habet locum in concernentibus jus divinum, secus in concernentibus jus positivum, ut in præsenti casu. Item si dicatur quod Papa non potest præcipere aliquid injustum, & quod contineat in se peccatum. *cap. inquisitioni. de sentent. excommunicat.* & *capit. Julianus. capit. si Dominus. capit. qui resistit. 11. quæst. 3.* immo si Angelus de Cœlo præciperet anathema sit, ut inquit Paulus text. *in c. si quis præst. 11. qu. 3.* secus est in præsenti casu & in concernentibus mere jus positivum, quia tunc Papa non dicitur præcipere injustum *capit. proposuit. de conces. præbend.* & Papa non potest præcipere laico ut tibi renunciet bona sua: & ratio est, quia laicus non est sibi subditus, ut not. Dom. Abb. *in ca. inquisitioni. de sentent. excommunicat.* Ad istud respondetur quod ille casus est longe diversus à casu præsentis quæstionis, quia ibi agitur inter laicos, in isto casu inter Clericos vel ibi de gravi præjudicio, in isto casu non. Item non obstat si dicatur quod constitutio Papæ est fundata super jure divino, astringit Papam quo ad mentem, licet non quo ad verba, & ad pœnas quæ adduntur ultra jus divinum, ut not. Dom. Abb. *in capit. significasti. col. 3. vers. secundo. not. de foro competen.* Idem videtur quod omnes constitutiones Papæ quæ sunt facere, videntur se fundare super jure divino, verum est quod super ratione juris divini se fundant, & tunc Papa non excusatur quoad Deum si dispenset sine causa, ut not. Dom. Abb. *in capit. de*

Source : BIU Cujas

multa. de præbend. cum simili. ut suprà dixi, secus est quando constitutio humana fundat se super mente & dispositione juris divini, quia tunc habent locum jura in contrarium allegata. Et si dicatur quod Papa non potest facere ut facta habeantur pro non factis, ut not. Dom. Abb. *in capit. cum te. col. 2. de re judicat.* ubi dicit, quod Papa non potest tollere infamiam facti. *per l. in bello. §. facta. ff. de capti.* alleg. *capit. si Paulus. 32. quæst. 5.* ubi dicit Hiero. audacter dicam cum omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruinam, valet quidem liberare de pœna, sed non valet coronare Virginem post ruinam, quia illud importaret contradictionem cum simili, ut not. Dom. Joan. And. *l. 1. §. si vir. ff. de acqui. pos.* sic videtur in præsenti casu. Tamen ad istud respondetur, quod illa jura habent locum in concernentibus mere factum: secus in concernentibus jus & ad tollendum vinculum juris, ut suprà dixi. Et si dicitur quod Papa non potest mutare voluntates hominum, nec eorum expressiones & opiniones. *capit. sicut. §. necesse. in fin. 47. dist.* & sic videtur in præsenti casu: tamen potest dici quod quamvis Papa non possit tollere voluntatem meam, quia illud est de jure naturali, & sic immutabile. *ut ca. 1. & 2. 5. distinct. & 6. distinct.* secus est in concernentibus jus positivum, & si dicatur quod Papa non potest disponere in his quæ tangunt generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. *capit. 2. de aucto. & potesta. sacrorum Conciliorum. in Prag.* dic quod illud procedit in concernentibus jus divinum, secus est in concernentibus jus positivum, nec etiam obstat si dicatur quod Papa non dispensat super voto sine causa, glos. *in capit. non est. de voto & voti. redem.* dic ut suprà proximè fuit dictum, & idem est dicendum in juramento, ut not. Dom. Abb. *in capit. quinto. de jurejurand. cum simil.* ut not. Felin. *in capit. constitutus. de rescri.* & dixi. *in 4. parte tract. de jurejur. in 1. qu.* Nec etiam obstant si dicatur quod Papa non dispensat circa substantiam regulæ Monachorum, glo. & Dom. Abb. *in cap. cum ad Monasterium. de statu Mona.* dic ut suprà proximè dixi, & si dicatur quod Papa non dispensat contra statuta Apostolorum, ut not. Dom. Abb. *in ca. proposuit. de concess. prabend.* glos. *in ca. cum ad monasterium. de statu mona. per ca. sunt quidam. 25. qu. 1.* Ad istud respondetur quod quando Apostolus statuit aliquid super fide, Papa non potest dispensare, glos. *in ca. proposuit. suprà alleg.* ita intelligitur, facit. *ca. lector. 34. distin.* & *ca. presbyter. 82. distin.* cum simil. responsionibus quas dedi. *in 1. qu. quartæ Partis. in tract. de jurejurand.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO IX.

1. *Dispensare de non residendo an possit Legatus per totam quæstionem. 9.*
2. *Legatus in sua provincia beneficia potest conferre.*
3. *Legatus Papæ habet jurisdictionem ordinariam.*
4. *Legatus potest conferre beneficia ordinaria.*
5. *Absolvere potest excommunicatos pro injectione manuum Legatus à latere, & potest causas audire per simplicem querelam.*

QUæro nonò.

1. An legatus Papæ possit dispensare super non residendo in beneficio, & omissa disputatione? crederem dicendum quod non potest dispensare, bene autem dare licentiam de non residendo, ita tenet Dom. Abb. *in ca. penul. in 3. not. de Cleri. non resi.* ubi determinat quod respectu inferioris citra Papam ista facultas non residendi appellatur licentia, sed respectu Papæ dicitur indulgentia ex quibus arguit quod alius citra Papam non potest concedere indulgentiam super non residentia, quia cùm hoc sit contra jus commune & in præjudicium Ecclesiæ non potest Episcopus indulgere, facit. *ca. dilectus. de tempo. ordi.* & quod not. glos. de Legato. *in capit. fin. de hære. in 6.* tamen licentiam iste inferior à Papa concedere potest de non residendo in beneficio, quia verbum *licentia.* non importat nudam voluntatem, sed concessionem ex causa factam, ut not. Barto. *in extrava. ad reprimendam.* & istam partem tenendo facit, quia Episcopus istam licentiam potest concedere, ut dixi suprà. *in 7. qu. istius Partis.* sed Legatus & Episcopus in eorum provincia pari passu ambulant, ut not. Dom. Abb. *in c. sicut unire. de exces. præla.*

2. Primò pro ista parte facit, quia Legatus Cardinalis in sua provincia beneficia potest conferre. *ca. 1. de offi. Leg. in 6.* & *ea. dilectus. eod. titu. de offi. Lega.* ita tenet Specu. *in titu. de Lega. §. nunc tractemus.* ita tenent Archid. Dom. de sanct. Gem. & Cardin. Alexand. *in ca. hortamur. 71. dist.* ita etiam tenet Lap. *alleg. 96.* sequitur Marti. Lauden. *in suo tract. de Lega.*

3. Secundò pro ista parte facit, quia Legatus Papæ habet jurisdictionem ordinariam. *ca. 2. de offi. Lega. in 6.* tamen quoad conferenda beneficia habet extraordinariam, ut not. Dom. Abb. *in Clem. 2. de offi. ordi. cum similibus.* ut suprà dixi. *in 2. parte istius tracta. in 3. quæstione.*

4. Tertiò pro ista parte facit quia Legatus potest conferre beneficia regularia, ut not. Bald. *in l. aliquando. in q. 24. ff. de offi. consulis.* & sequitur Domin. Philip. Decius. *in Consilio 159. incip. divino implorato præsidio. colum. fi. versi. & breviter.*

5. Quartò pro ista parte facit, quia Legatus Cardinalis à latere potest absolvere excommunicatos pro injectione manuum. *c. 1. ad eminentiam. de senten. excom.* Item Legatus potest audire causas per simplicem querelam. *c. fi. de foro compet. cum sim.* ut dixi sup. *in 2. part. in 3. q.* Et cum his sit expedita præsens Quæstio.

QUÆSTIO X.

1. *Capitulum sede vacante an possit dare licentiam se à beneficiis absentandi.*

Source : BIU Cujas

QUæro decimò & ultimò.

1. An capitulum ſede vacante poſſit dare Clericis beneficiatis ex cauſa juſta licentiam ſe abſentandi à ſuis beneficiis? & breviter dicendum eſt quod ſic, ut in ſimili not. Dom. Abb. *in ca. relatum. ver. ſed hïc quæritur.* dicens quod quilibet prælatus etiam ſi non ſit Epiſcopus poteſt dare licentiam iſtam Clericis ſe abſentandi à beneficiis, ita etiam tenet gloſ. *in ca. cum ex eo. de elect. in 6.* & iſtud probatur per tex. *in d. c. relatum.* qui tex. loquitur indiſtinctè tamen non poteſt quilibet prælatus apponere pœnam non reſidentiæ procedere ad privationem, ſed oportet quod ille ſit ſuperior in cujus manibus poteſt fieri renuntiatio, vel qui poſſit aliàs invitum deſtituere: & habens poteſtatem conferendi, non habet poteſtatem deſtituendi etiam propter delictum non reſidentiæ. Ita etiam ſentit idem Dom. Abb. *in ca. pe. de Cle. non reſi.* & dicit Dom. Abb. *in ca. fraternitati. ſuper gloſ.* quod capitulum vacante ſede, poteſt dare litteras dimiſſorias & commendatitias, quia illud eſt juriſdictionis neceſſariæ quam capitulum ſede vacante exercet. *c. 1. de inſti. in 6.* gl. *cle. 1. de hære.* facit. *ca. cum nullus. de tempo. ordi. & qualitate ordinandorum.* & etiam capitulum ſede vacante dat litteras dimiſſorias ad tempus ex juſta cauſa quando Clericus vult peregrinari. *ca. non oportet. de conſecra. diſt. 5. cum ſimi.* ut not. Dom. Abb. *in c. cum olim. de major. & obe.* & dicit Joan. Mon. *in c. ſi Abbatem. de elect. in 6.* quod capitulum poteſt dare licentiam tranſeundi ad alienas Eccleſias. Ita etiam tenet Rota. *deciſio. 306. in novis.* & Fede. *in quæſtionibus ſuis.* facit. *ca. ſi religioſus. in 2. reſponſo. de elect. in 6. cum ſimi.* ut no. Fran. Panvinus. *in tract. ſuo. de poteſtate capituli ſede vacante. in 1. parte. in q. 8.* Et cum his per Dei gratiam, & totius Curiæ cæleſtis ſit expeditus præſens Tractatus.

FINIS.



Source : BIU Cujas